

FRIDERICI SPANHEMII F. F.

Professoris Batavi Primarii

OPERUM

TOMUS SECUNDUS.

Qui complectitur

MISCELLANEORUM

AD

SACRAM ANTIQUITATEM

ET

ECCLESIAE HISTORIAM

Pertinentium

LIBROS DECEM.



H. Eland fecit.


LUGDUNI BATAVORUM,

Apud { CORNELIUM BOUTESTEIN, JORDANUM LUCHTMANS, } MDCCCIII.
JOHANNEM de VIVIE cum ISAACO SEVERINO.

Cum Privilegio D. D. Ordinum Hollandiae.

ERUDITO & CANDIDO LECTORI
JOHANNES à MARCK

F. P. P.



N jam Viri Maximi, FRIDERICI SPANHEMII Filii, OPERA, post Geographiam Chronologiam & Historiam Sacram atque Ecclesiasticam Utriusque Temporis, quam omnem ipse tibi ante biennium in Tomo Primo dedit, RELIQUA in DUOS TOMOS distributa. Quam optabile fuisset Ecclesiae, ut ipsi Auctori licuisset ea quoque, dum imprimerentur, recensere, emendare, & eruditis additionibus pluribus pro more suo illustrare; tam gratum eidem esse debet, quod ea sive ante inedita sive impressa ad hanc editionem ipse paraverit, nec minus amice quam serio me rogaverit ut si post suum appropinquantem forte decessum superessem ego hujus curam ulteriorem susciperem. Quod ideoque facturum me pollicitus olim ipsi vivo, tanquam Praeceptoris desideratissimo & Collegae gratissimo, praestiti ea qua potui attentione & festinatione. De ipsis Operibus, quae avidissime per Urbem omnem Christianum dudum fuerunt in partibus quibusdam singularibus distracta, aut de eorum Auctore, quem idem Orbis cum stupore à longo tempore amavit, quemque in subjecta Oratione Parentali pro merito suo celebravit Clarissimus Collega Jacobus Triglandius, nihil ego ad laudem haec dicam amplius. Sed de eo, quod in Editione hac feci, aliquid dicendum habeo.

In Tomos Duos Opera haec Reliqua distribuit ipse Auctor, quorum priorem & ipse inscripsit titulo Miscellaneorum ad Sacram Antiquitatem & Ecclesiae Historiam pertinentium, ad eum referens quaecunque in hoc Tomo Secundo reperies. Nisi quod haec desit Disquisitionis de Testimonio Flavii Josephi perhibito nostro Servatori Antiqu. Lib. XVIII. Cap. IV. quam ille saepius quidem promisit, sed quam collectione necessarii apparatus continuata atque aliorum operum descriptione impeditus non videtur ita adornasse ut à nobis edi potuerit. Est autem hujus Disquisitionis defectus tanto tolerabilior, quod ejus lineas duxerit satis notabiles & curatas ipse in Historia Christiana Seculi I. Art. V. unde & Auctores plurimi qui hanc rem tractarunt & Argumenta dissentientium hinc & inde peti possunt. Quin etiam pro ista Disquisitione addidimus nos Frid. Spanhemii Patris Epistolam ad Davidem Buchananum super Controversiis quibusdam quae in Ecclesiis Anglicanis agitantur, ante plus quam dimidium seculum scriptam, nec in omnium manibus hodie repertam; quam Auctor quidem in Operum suorum serie non collocaverat, sed nos ad Auctoris Judicium super Dissidio Anglicano hodierno commode propter materiae quandam cognationem adjici posse credidimus. De digestionem eorum, quae in hoc Tomo II. continentur quid Auctor statuerit, ignoro; nisi quod ante conceptum se adhuc vivo imprimi Opusculum primum de Antiquitate & Obscuris Historiae Jobi posuerit ipse nomen Libri Primi, cui ego propter temporis antiquissimi analogiam maximam per modum Appendicis adjeci Diatriben Heidelbergensem de Voto Jephthae. Deinceps ad Libros singulos redegi Opuscula alia, seu singula majora, seu plura minora quae ad idem fere tempus aut rerum genus deprehendebam spectare. Nec meum fuit aut Typographorum, contenta Libri VIII. suppressere; quando ea notabilem satis partem, nec minime elaboratam, constituerent Operum horum, quam voluerat Auctor ad curatiorem tum rerum gestarum tum variantis Ecclesiasticae Disciplinae cognitionem, atque suae ab impactis calumniis fama vindicias, minime aboleri. De Judicio super Dissidio Anglicano hoc sciri generatim haud inutile erit, quod ex literis fide dignissimis viderim, illud haud parum à Viris primae dignitatis in Ecclesia Anglicana simulque à Presbyterianorum doctissimis fuisse laudatum, sub felicissimo Regno Guilielmi & Mariae; quamobrem, licet rerum externa facies nunc magnopere mutata queat videri, ab istiusmodi Judicio magnus aliquando possit adhuc expectari usus. In eo autem Opusculo non offendet quemquam, quod aliqua reperiat brevius repetita, quae in Altera de Ritibus Diatribe Lib. VII. fuerant latius exposita; neque enim Judicii hujus integritas continua patiebatur, ut ea refecarem, aut retrospicere lectorem juberem ad ea alibi longius diducta. Libro X. complexi sumus Orationes nobis traditas, tam quae in Heidelbergensi quam quae in Lugdunensi Academia fuerunt habitae, secundum annorum quo habitae sunt seriem, absque Historici aut Theologici argumenti selectu, quo magis & in rerum Theologicarum tractatione eruditionem suam Historicam ubique satis prodidit Auctor. Atque haec locum meritissime voluit Filius esse Orationi Seculari Patris sui de Geneva Restituta per Reformationem Evangelicam; ne tam nitida & utilis rei hujus historia inter disiectas chartas facile periret. Nec ut opinor quisquam aegre feret amplius, à nobis adjectas ad Orationum harum finem esse Dedicationes & Inscriptiones quasdam Opusculorum, ab Auctore olim positas ante alias antiquiores eorundem editiones; ut in hac Operum omnium editione nihil antea editum desideraretur à quoquam, nec laterent impostum haec quoque doctrinae & elo-

P R Æ F A T I O.

eloquentiæ specimina , aut quæ ad veterem aut recentem historiam spectantia hinc disci possent.

Alter vero hic, seu Operum omnium Tomus III. continet Theologica, quæ vel edita fuerunt lingua Latina, vel edi potuerunt commode; dum ex eorum lectione passim discas, quanta & quam multa alia affecta habuerit Auctor, quæ eum non perfecisse alius distractum ex eventu discimus. Distributio horum commodissima visa fuit, ex argumento, primum Textuali, & dein magis Systematico, in Partes Duas, scilicet Exegetico-Elencticam, & Didactico-Elencticam. In Priori Parte ultimum locum tenent Observationes in Leviticum, utilissimæ & à plurimis privato studio descriptæ; sed quas sciendum est ab Auditoribus variis calamo exceptas fuisse, atque eorum variante admodum manu exaratas, forte aliquid labiis nonnunquam contraxisse, seu in argumento, seu in citatione textuum, seu in stylo, quod Auctori vel etiam nobis minime imputari debet. In Parte Posteriori habes inter alia Xenia Romano-Catholicorum justo pretio æstimata &c. quem tractatum in gratiam Hungarorum Protestantium sub nomine Timothei Philalethi scriptum, & in Germania superiori impressum, pauci hætenus in Belgio nostro viderunt, licet revera utilissimum ad detegendas & retundendas fraudes Papistarum hodiernas. Quod cum perinde judicarem de Epistola Gallica, quam olim occasione tristi & Batavis nostris satis nota scripsit Auctor, pio instituto sed ab aliis quibusdam in livoris & injuriæ publicæ occasionem tum indecenter rapto, eam quoque adjeci eadem lingua qua scripta est, tanquam satis passim recepta & suas in Epistolari descriptione peculiare elegantias habente. Quam verò in Operum Indice notaverat Auctor Dissertationem de Voce ἡ ἀπόστολος, & an Christus sub Vet. Test. consideratus ut Expromissor, pro hac non reperta (nisi quod aliqua huc spectantia in Epistolis de Voce Acceptilationis legi possunt) dedimus Disputationem Auctoris Inauguralem, de Quinquarticularis Controversiis pridem in Belgio agitatis; quo magis hanc speciali opusculo sibi refutandam sumpsit Anno MDCLVIII. Arnoldus Poelenburg, Ecclesiastes tum Remonstrantium Hornanus, atque hunc passim in Evangelicis Vindiciis suis solide perstringens Auctor ostendit descriptionis suæ prioris valorem. Disputationes omnium postremas de Fundamentalibus Fidei Articulis dolendum profecto est non fuisse ad finem suum & justum numerum perductas, propter argumenti hujus pondus & usum; nec inutile judicasset, ut ex una majori Disputatione Heydelbergensi, totius hujus tractationis lineas complexa, & à Walenburgii Fratibus olim quoque impugnata nimis leviter, qualicumque modo hic defectus suppleretur, nisi eam plane suppressam voluisset ipse Auctor, cujus voluntati heic fuit obsequendum.

Id generatim adhuc addam, quod sicut Utriusque hujus Tomi partes antea editas plurimis locis multum suâ manu correxit & auxit Cel. Auctor, ita & ego decentem curam gesserim, ut omnia suo collocarentur loco, nec quidquam peregrini accederet. Ubi verò summa rerum capita collegerat ipse, eadem præmisi; in aliis partibus, ubi id hætenus non fecerat sed tamen fieri debebat, collectionem eorum quoque feci. Indicum autem laborem Viris Præstantissimis aliis duobis commiserunt Typographi, quibus sua judicii & industriæ heic debetur laus. Typorum errores pro viribus repetitâ lectione arcui, sed relictos aliquos nemo harum rerum nostrarumque occupationum conscius mirabitur. Vale, quisquis es, Lector Erudite & Candide, Operibus his Viri Celeberrimi utere ad Ecclesiæ edificationem, & nobiscum pro bono Ihsionis labora & ora constanter. Lugd. Batavorum ipsis Kall. April. A. MDCCIII.

PROGRAMMA ACADEMICUM.



UANDOQUIDEM. PLACUIT. EHEU. RERUM. HUMANARUM. ARBITRO. SUPREMO. DIE. XVIII. ELAPSI. MENSIS. MAJI. ACADEMIÆ. ECCLESIAE. ET. UNIVERSO. ORBI. LITERATO. FLEBILI. MORTE. ERIPERE. SPLENDIDISSIMUM. LUMEN. ET. FIRMISSIMUM. PARITER. COLUMEN. FRIDERICUM. SPANHEMIUM. MAGNI. PARENTIS. MAXIMUM. FILIUM. PHIL. ET. SS. THEOLOGIAE. DOCTOREM. HUIUSQUE. ET. SACRARUM. ANTIQUITATUM. PROFESSOREM. PRIMARIUM. CONSILIARIUM. ECCL. PALAT. ETC. ETC. VIRUM. LABORIBUS. UTILISSIMIS. PER. DIMIDIUM. FERE. SECLUM. TUM. HEIDELBERGÆ. IN. PALATINATU. TUM. LUGDUNI. IN. BATAVIS. JAM. ULTRA. XXX. ANNOS. EXACTIS. ET. SCRIPTIS. INCOMPARABILI. ERUDITIONE. OMNIUM. ADMIRATIONEM. MERITIS. VERE. ILLUSTRUM. ET. QUOD. MIRERIS. ANNO. ÆTATIS. LXX. QUO. LABENTE. EXSTINCTUS. EST. NULLA. ADHUC. INGENII. AUT. DOCTRINÆ. DETRIMENTA. PASSUM. VISUM. EST. JUSTISSIMUM. RECTORI. MAGN. ET. AMPL. SENATUI. ACAD. UT. HUIUS. VIRI. TANTI. ORIGO. NOBILIS. ERUDITIO. ADMIRABILIS. VITA. LAUDABILIS. ET. MORS. LAMENTABILIS. ORATIONE. PARENTALI. OMNIBUS. EXPONERENTUR. QUOD. OFFICIUM. VIR. CLARISSIMUS. ET. REVERENDUS. JACOBUS. TRIGLANDIUS. JAC. FIL. JAC. NEPOS. SS. THEOL. DOCTOR. ET. PROFESSOR. ORDINARIUS. EX. ORDINE. ET. SENATUS. DECRETO. NON. MODO. LUBENS. ACCEPIT. SED. ET. PRÆSTARE. STATUIT. A. DIEM. VI. JUN. A. MDCCI. HORA. DECIMA. SOLITA. IN. AUDITORIO. ACADEMIÆ. MAXIMO. ET. PUBLICIS. ACTIBUS. SACRO. QUANDO. ET. UBI. UT. ADSINT. QUOTQUOT. DOCTRINÆ. ET. VIRTUTIS. EXEMPLA. PRÆCLARA. AMANT. ATQUE. ACADEMIÆ. ET. ECCLESIAE. DAMNA. LUGENT. VIRI. NOBILES. ERUDITI. PII. STUDIOSI. HOSPITES. ET. CIVES. CUM. EA. QUA. PAR. EST. HUMANITATE. INVITANTUR. P. P.

LAUDATIO FUNEBRIS

CELEBERRIMI ATQUE SAPIENTISSIMI VIRI,

FRIDERICI SPANHEMII, F. F.

PHIL. ET S. S. THEOL. DOCTORIS HUIUSQUE ET S. S. ANTIQUITATUM PROF. PRIMARI. BIBLIOTH. PUBL. PRÆFECTI.

EX AUCTORITATE AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI,
PUBLICO LUCTU, DICTA,

A

JACOBO TRIGLANDIO.

Mensis Junii die sexto, Anni Vulg. MDCCI.

MAGNIFICE RECTOR, TUTELARES ACADEMIÆ GENII, NOBILISSIMI CURATORES. PRÆTOR, CONSULES, JUDICES, QUIQUE IIS ESTIS AB CONSILIIS, ACTIVIS, AMPLISSIMI, PRUDENTISSIMI. EXQUISITISSIMÆ DOCTRINÆ PROFESSORES. MAGNI SPANHEMII FRATER, VIR HONORATISSIMÆ. VERBI DIVINI PRÆCONES DISERTISSIMI. LECTORES, DOCTORES, CUJUSCUNQUE DISCIPLINÆ ERUDITISSIMI. HOSPITES, CIVES QUI LITERAS AMATIS SPECTATISSIMI. ET TU NOBILISSIMA EGREGIORUM JUVENUM CORONA.



RGONE Deo placuit, ut splendidissimum hujus Athenæi decus & lumen, FRIDERICUS SPANHEMIUS, Vir, si quispiam, immortalitate dignissimus duræ tamen mortalitatis legi, contra preces piorum, omniumque vota, succumberet? Quique toties hic loci, audientibus Vobis, florentissima eruditionis atque eloquentiæ laude differuit, nunc idem de se ipso ad Vos verba hoc ex suggestu faciendi nobilissimum quidem, sed perdifficile, sed funestum, ac lamentabile præberet argumentum? Hæccine ineuntis modo Seculi, at culpâ nostrâ (utinam vanus sim!) futuri infelicis, fuerint auspicia, *Stellam* primæ magnitudinis, quam *Christus* ipse manu gestabat, cum istius exortu inauspicatò statim occidere! Magna Fatorum invidia, majore Clarissimi Ordinis damno, maximo totius Academiæ, Ecclesiæ, ac repurgatæ Religionis ubivis, dolore & detrimento, fortissimum illis columen, & insigne ornamentum nobis subdu-

O R A T I O

ci; iis etiam temporibus, quæ tali auxilio, tamque invicto veritatis Defensore, non dico egebant, sed nequiquam carere posse videbantur? Itane oportuit, ut jucundissimam hanc Sapientiæ Ædem, in qua cum FRIDERICI nostri gravissimæ divini ingenii atque studii voces, tum blandi exaudientium plausus & murmura, annos triginta continuos personuerunt, jam, misere rerum facie mutatâ, incomparabilis Viri interitus lamentis, squalore, feralibusque mœstitiæ signis hodierno die non solum indueret, verum etiam Orbem qua late patet Reformatum querimoniis luctuque impleret? Non unius nempe Domus, sed universæ Ecclesiæ, non Urbis hujus, sed Orbis Literati publicum funus, & inæstimabilis quædam jactura est. Neque enim optimum Patrem solæ con-similes Filix lacrymantur; neque desideratissimi germani obitum duo conjunctissimi Fratres (quorum unus hic præsens) Viri Honoratissimi tantum deplorant, unâque suam quodammodo vitam, quod, licet verè Dioscuris, carissimum tamen hunc sibi Castorem alterna morte redimere non datur. Absens Filius, proximusque sanguis, privati non tantum Laribus ægritudinem concoquunt, ast ubique cuncti in partem istius veniunt luctus, quandoquidem lugendi causâ æqualiter ad omnes quaquaversum per-tingit. Faventissimi Proceres lugent, anxiiisque requirunt desiderii Virum, qualem sua vel cura, vel liberalitate, etiamsi sit maxima, non poterunt iterum dare. Dolent Celeberrimi Antecessores, haud aliter quam qui pulchro corpore nobilissimam sibi par-tem abruptam gemit. Quamque invalidum sint adversus invisæ Mortis spicula præsi-dium, quam malefida securitas, cœlestis ingenii vis, rara eruditio, industria, labor, præclara in Rempublicam merita, quæ illos tam claros & honorabiles reddunt, atto-niti tacita secum consideratione dispiciunt, posteaquam nihil Collegarum Principi pro-fuisse comperiunt, in quo hæc summa nobiscum suspexere. Divinæ Legis Reverendi mœrent Interpretes, quorum non uni Paulo Gamahel, aut potius Timotheo Paulus exstitit, hunc cassum lumine unde suum accendere gestiebant. Tristantur imprimis, suisque se fere manibus tundunt, pia Juvenum Sacris operantium pectora; & serio, vel se non maturius natos, vel non tardius denatum Excellentissimum Senem, inanibus quidem votis, at tamen justissimis, conqueruntur: ex cujus opulento copiæ cornu non lac, non protrita Theologiæ elementa, non repetendam vulgaris scientiæ cram-ben, sed insignioris doctrinæ medullam, Historiæ conjunctas usui amœnitates, recon-ditos Antiquitatis thesauros, tanquam ex uberrimo fonte affatim dabatur haurire. Ne multa, isthoc horribili casu contremuit fides, probitas plorat, religio vacillat, cun-cta velut de cœlo tacta marcescunt, atro die nigro se Pallas Batava flammeo conte-git, augustumque hoc melioris Doctrinæ sacrarium, horrido justitii silentio, omnibus exedris conticescit. Quo gravior mihi obtigisse provincia, & jure deprecanda, exi-stimari debet, cui in universali doctissimorum hominum conturbatione, ac reticentia, non tacendi sed loquendi difficillimæ partes imponuntur: imponuntur mihi! & uni mihi, acerbissimi doloris causas cum cunctis, immo in paucis, habenti communes; eam præterea utendi silentio singularem, quod me, meaque, publicæ luci exponere semper reformidans, nunc iniquissimo tempore, in præsentia atque conspectu eruditif-simorum Virorum, ad laudandum cunctabundus extrudat, quando evenire aliter vix potest, quin magnis ausis excidens SPANHEMIANI nominis gloriam ingenii vitio deteram, cum vel omni contentione cupiam altissime exaggeratam. Atque, dissidenti-bus animorum studiis, nihilominus hæc eadem futura sit opinio, cujusque opinioni me meum non satis vel sensum vel orationem attemperasse. Tacere itaque vobiscum, & per vos, liceat Humanissimi Audd. Tacere jubet dolor, qui quoties ingens non lo-quitur, sed stupet. Tacere suadet Defuncti decorum amplitudo, de qua, ut ille ait, filere præstat quam pauca dicere. Tacere, denique, fert animus suæ sibi conscius te-nuitatis, viriumque minimè parium voluntati. Sed ô me infelicem! quod animus fert, non fert Amplissimi Confessus auctoritas, non Academiæ Leges, non laudatissima Ma-jorum consuetudo, sollicitè prohibens Illustrium Virorum, quorum universa ætas in clarissima luce versata est, quorum omnis utilitati publicæ vita impenditur,

Quique sui memores alios fecere merendo,

memoriam à morte statim ingratis silentii tenebris obrui, vel tacita tantummodo ve-neratione transmitti. Tacere tandem in meritissimum Collegam officium, quo dulci Collegæ nomine mos iste laudandi in Junio Bruto Consule Romanis primitus inno-tuit, erga Præceptorem fidelissimum cultus, ætate & affectu Parentem pietas & ob-servantia omnium minimè patiuntur. Quid igitur? siquidem, expensis rei utrimque momentis, in tanto funere loquendum est, quam foret optabile, quo jure bonorum & sanguinis Beatus SPANHEMIUS hæredes reliquit, eadem facilitate doctrinæ, do-norum, atque præstabilis eloquentiæ potuisset codicillis scribere successorem. Næ ille, omnium damno, ditissimus foret! dignus hoc loco laudator, & unice aptissimus, qui SPANHEMIANAS virtutes SPANHEMIANO eloquio deprædicaret. Verumta-men nunc planè cecidit secus; & hac una forte ratione non penitus malè, quod sic ar-tis suspicione procul semota, tanto verius FRIDERICÆ laudaberis, quanto simpli-cius;

F U N E B R I S.

cius ; ubi tam longè à sermonis cultu deproperata aberit Oratio , quam à conditione temporum cultus. Et vel ideo , reor , Magnorum Hominum Filiis , tenera quandoque ætate , sicut Tiberio , hujusmodi partes prudentissima detulit Antiquitas , quò non meditatam doctrinam , sed affectum ; non artem , sed candorem ; non verborum pigmenta , sed nudam rei gestæ historiam , & inornatam veritatem decere Parentalia palam significarent. Adeste igitur animis mœstissimi Audd. votis favete ! dumque ego occidui hujus Solis fulgorem ambitu nimis exiguo comprehendam , vos diffusissimos ejus radios , sparsam longè lateque vim , amplitudinem , & granditatem , quemadmodum in isto cœlesti sidere infinities quam apparet majorem , meum suppletes defectum , cogitate.

Primam lucis usuram dederunt ipsæ Maji Kalendæ : ne alio diè quam sacro , alio mense quam qui Gentilibus fuit in tutela Apollinis , tam insignis Literarum Cultor & Mystra Sacrorum nasceretur. Nascentem suorum catalogo Civium , Anno superioris seculi supra trigessimum secundo , gratabunda inscripsit Colonia Allobrogum , Genevam vocant. Neque alia temere Patria strenuissimo errorum impietatisque domicilio quidem convenit ; quam quæ purioris Fidei quasi Metropolis , nostrorum temporum *Zohar* , parva licet maximæ Romæ tamen æmula , illi Gentium Dominæ chartâ plumisque gravior imminet , quam Veteri quondam Urbi , opibus , exercitu , classibus , atque Cannensi strage terrificus Hannibal , & Pœnorum Carthago incubuere.

Istius eximie laudis , quemadmodum Noster erat suo tempore futurus , ita jam tunc pars magna dudum fuerat Pater , FRIDERICUS SPANHEMIUS , ibidem in utraque Cathedrâ S. S. Theologiæ Doctor eminentissimus ; cujus vel ipsum nomen ingens est encomium. Huic Genitor fuit , Nostrique adeò Avus , VIGANDUS SPANHEMIUS , Ecclesiasticus in Palatinatu duorum Electorum , Friderici IV. & V. Bohemie itidem Regis , Senator prudentissimus. Avia Renata Tossana , Danielis Tossani Clarissimi inter Gallos , deinde Heydelbergenses , Theologi Filia. Matrem habuit FRIDERICUS noster Charlottam de Port , quæ per Equestres titulos genus altissime repetens paternum , maternum salutabat avum (quod ad hunc locum pertinet præcipuè) ter Maximum illum Guilhelmum Budæum , castissimum Juris Sacerdotem , Linguae ac Literaturæ Græcæ absque controversia principem , omnis politioris doctrinæ , non sine Erasmi æmulatione , Restitutorem , Sigilli Galliae , sed magis Salutis , Custodem vigilantissimum. Nec jam Stemma vetus , & undequaque honorabile , ulterius vobis commemoro , quia paucis longissima series non potest , pluribus non licet , & totum hoc in funere FRIDERICI Patris accuratissime est occupatum. Hæc digito tantum à me sunt indicata , ut liquidò perspiciatis , quemadmodum , secundum Judæorum Talmud , sublestaque Sibyllarum carmina , ad formationem primi hominis quatuor Mundi plagæ feruntur , suam quæque , contulisse particulam ; multò verius ad creandum primarium huncce Seculi Virum , electas plurium Nationum Familias , disertos terrarum tractus , eruditorum Principes , florem Nobilitatis , & generosissimum Germaniæ Galliæque sanguinem consultò quasi coiisse. Contemnat ista , velut externa , nulliusque momenti , qui volet ; quod iis fere in more est qui istiusmodi imaginibus carent , nunquam ista se mihi sententia probabit : in plantis , in canibus , in equis multum referre quo semine quid habeas cretum ; in homine , omnium Dei operum præstantissimo , parum interesse , aut nihil , qua quis domo nascatur. Tanquam , si non de meliore luto divina præcordia fingantur. Spectate Nostrum : qui hoc præsentissimum & ingens claræ originis cepit à teneris emolumentum , ut sua natura nihil humile vel enervatum , moribus nihil agreste aut ferum , omni quod agitabat consilio nihil segne , nihil abjectum , nihil vulgare , per totam vitam prodiderit , sed generosos spiritus , animumque ad virtutum omne genus ornamenta incensum. Tali indole , primos infantiae annos exegit Genevæ. Patre deinde ad Professionem Theologiæ Lugdunum vocato , in illius comitatu ad hoc bonæ mentis Phrontisterium , Anno quadragesimo secundo elapsi seculi , decennis puer delatus , hic , castigatissima porrò Matris disciplina , Patris sapientissimi præceptis , provida utriusque cura , & exemplis , ad eruditam fingebatur Virtutem tam feliciter , ut quivis de hoc Veterum extemplo succineret :

Generosioris arboris planta statim cum fructu est.

Quintil.

In Ludo quippe Literario omni alacritate studiis incumbere , labori instare , pensa Magistrorum antevertere non exspectata ; ideoque industriæ præmia novis subinde præmiis , nec in annum pro more differendis , continuo cumulare. Quantum hoc amaret ingenium , quam spem de eo pulcherrimam concepisset , meritis doctrinaque Clarissimus Gymnasiarcha CORNELIUS SCHREVELIUS , ex eo colligere est , quod ad Academicas promovendo lectiones Oratiunculam de *Laudibus Linguae Græcæ* , ipsa illa lingua habendam , injungeret. Onus sanè gravius quam pro ea ætate , at non pertinaci diligentia , aut præcoci SPANHEMIANI genii maturitate majus. Levia hæc habeantur , at leve non erat jam tunc in herba cernere Budæanæ propaginis igniculos , cum voluptate , emicantes.

Ex.

O R A T I O

Excusso Scholæ pulvere, totum se gravioribus tradidit Disciplinis, Philosophiæ, Historiarum cognitioni, Linguisque eruditis; magna sedulitate, successu maximo: in Philosophia Clarissimo Hereboordio potissimum auctore tantum profecit, ut post examen rigidum, nec unas disputationum prolusiones, Artium Magistri & Philosophiæ Doctoris gradum 12 Julii Aº. 1651 condignum studii præmium, 19 annorum adolescens, publice reportarit. In Hebraicis (sic accepi) in Academia Alardum Uchtmannum, domesticis scholis summum Virum Johannem Coccejum, Arabicis vero, literatissimum Golum habuit præceptores. In Literarum studiis, cujus utilissimas solebat prædicare lectiones, celeberrimum M. Boxhornium. Privata vero industria classicos Scriptores Græcos, Oratores, Historicos, Poëtas, cum Scholiastis etiam, ex Flacci consilio nocturna diurnaque manu versabat. Optimos simul castissimæ Latinitatis Auctores, cujuscunque argumenti, non leviter tractans, sed in succum convertens & sanguinem, unde postmodum illa styli puritas & mirabilis dicendi copia dimanarunt. Sed ô Vitam instabilem! ô Spes fugaces! dum in hisce est totus, dum genitore peritissimo auspice, comite & chorago quasi Ezechiele germano, biennium majore, (exhibituris simul seculo Par illud Fratrum in Studiis illustre, cujus simile nostra ætas non vidit) dum, inquam, diligenter desudat, ut, quibus omnem vitam ornare posset, scientias sibi in maturissima ætate compararet, ecce vobis! repentina, luctuosissima clades securim injicit: moritur Pater! in peregrinâ regione familiam, in lubrico ætatis juventutem, in medio studiorum æstu filios tantus destituit Palinurus! parumque abfuit quin animò æger, diutinoque implicitus morbo, eadem ruinâ opprimeretur. Nisi Deus meliora, qui in suos usus fervabat. Primum istud divinæ erga se Bonitatis habuit experimentum; hoc insigne grati animi atque obsequii, quod referam, dedit: Mater, tristis & orba, sed munificentissimo Illustrium Curatorum Consulunque donario propter merita Mariti honorata, cum integra Familia Genevam repetit. Relinquitur Leydæ FRIDERICUS noster, admodum tener, & solus. Hic vero, non ut multi, remoto custode insolescit, insolita libertate corripitur, sed adolescentuli ætate viri præstat & continentiam & gravitatem; quantoque plus licere sibi perspicit, tanto minus permittit libere. Moriens Pater (quod idem & contigit mihi) Studium Theologiæ suscipiendum mandaverat. Difficillimum illud, & cupiditatibus juventæ vehementer adversum. Non tamen refugit, non dissensit, non languidè aggressus est Noster: at, valetudini post tres menses redditus, ne sua quidem voluntate, tanto minus carne & sanguine, admissa in consilium, ad paternam totus, promptissime, se composuit voluntatem.

Ductores Theologos nactus Jacobum Triglandium, avum meum, Abrahamum Heydanum, cultissimi ingenii doctrinæque Virum, & Johannem Coccejum, interiore Scripturarum indagine linguarumque peritia longe celeberrimum. Illos affectabatur tam assiduus, ac si nihil à propria diligentia domi sperandum haberet; domi vicissim tam contento studio divinis humanisque Literis operam dabat, tantumque suo Marte peregit, quasi nihil tantis præceptoribus vellet debere. Familiariter tunc utebatur quoque Illustri Literatorum Coryphæo, Claudio Salmasio, quem, eo tempore Urbem hanc domicilio Scriptisque honestantem, in Criticis, dignisque nodis vindice, ad eum invisens, habitusque in pretio, sæpiuscule consulebat. Nunquid fateamur necesse est, Auditores, singulari quodam providentiæ moderamine omnia summa, Naturam, nata domi exempla, ingenium, judicium, laborem, memoriam, Præceptores etiam cum maxime summos miro conspirasse concentu, ut nobis hunc FRIDERICUM quam consummatissimum darent?

Examine Theologico, Classis Amstelodamensis sententia, summa cum laude Aº. 1652 ad sacrum suggestum admissus, publica Ministerii tyrocinia deposuit in Zelandia, atque Ultrajecti, per annum succenturiatus Minister; plenissimis non modo bonæ frugis, unctioisque sanctæ, concionibus, sed & egregia Facundiæ laude; Alexandro Moro, eloquentissimo istorum Temporum Oratori sacro, (uti narrando accepimus) non satis dissimulanter ferenda. Verum enim vero clarius erat SPANHEMII nomen, ampliorque Doctrina, quam ut angustis alicujus templi parietibus concluderetur. Manebant eum, vocabant majora: & primus quidem Serenissimus Carolus Ludovicus Palatinus Elector, Monasteriensi pace avito folio restitutus. Illustrare cupiens hic Academiam suam Heydelbergensem, duos simul Theologos arcessit: Tiguro Johannem Henricum Hottingerum, infinitæ lectionis virum, Commodati titulo; & ex Belgio FRIDERICUM SPANHEMIUM, juvenem viginti trium annorum; qui hac demum occasione Doctoris Theologiæ honorem, dudum omnigenæ debitum Doctrinæ, modestia vero huc usque dilatum, Lugduni Baravorum Mense Aprili Anni quinquagesimi quinti recepit. De Quinque Articulis, qui Ecclesiæ Batavæ corpus bene compactum parentum memoria miserè nimis exartuarunt, Disputatione scriptâ, masculeque defensâ. Et vel hinc, qualis quantusque noster fuerit, ego patiar existimari; quem prudens, & (ceu notum omnibus) rerum suarum satagens Princeps Carolus Ludovicus Spartæ adeo difficili ornandæ præfecit: quem incomparabili Hottingero, in eodem stadio, parem, ju-

F U N E B R I S.

juvenem viro adulto, componendum censuit, cui non repurgandam modo à situ, barbare, sordibusque, Academiam, quæ diuturno turbidoque bello inoeverant, sed jacentem plane erigendam, fulciendam, extollendam, velut novo Alcida, commisit, quam robustissimi olim fundaverant Atlantes. Quid quæritis? num expectationi satisfecerit? Longe superavit. Gloriamne Scholæ sensim reddiderit? Citò extulit in majus. Parne gravissimo muneri fuerit? par? Nec pluribus impari reperto Historiam Sacram tradendi provincia, & concionandi certa dierum periodo officium, (sicut hîc Leydæ postea) pro Coronide adhuc imponuntur.

Ex eo amplissimum ad agendum, ad explicandas eruditionis atque ingenii opes opportunissimum, locum adeptus, publicè quidem Noster difficiliora Euangeliorum Loca illustrare occœpit: Paternæ scriptiois Euangelicorum Dubiorum, desideratissimi Operis, diversâ paululum methodo, vel desinentis continuationem, vel interrupti futurum lenimentum. Domi saniorum verborum hypotyposin secundum filum Clar. & Excellentissimi Maresii, Leydæ quoque sequendum, auditoribus præformabat. Variando hinc labore, modò S. S. Literas clarat, modò Orthodoxæ fidei viadicem agit, nunc rursus obsoletas temporum lapsu Antiquitates eruderat. Est ubi Regimen Ecclesiæ Palatinæ, inde à FRIDERICO Tertio, jussu Electoris servatisque ab eo schedis, defenderet; fuit quum Leonis Allatii opus de Perpetuo Ecclesiæ Græcæ cum Romana Consensu, sed Græca fide conscriptum, aliqua parte redderet incudi. Quodque nemo ignorat, illic elegantissimis dissertationibus verissimam Jobi Historiam, profundissimam ad Hebræos Epistolam Paulo, tanto doctrinæ apparatu, nervisque rationum, asseruit, ut de quibus plurimum olim controversi solebat, post illatam à SPANHEMIO lucem, Doctiorum se nulli, vel pauci, ambigere profiteantur.

Jamne tempus est, Nobilissimi Auditores, tetricam hanc lucubrandi sedulitatem amœnioribus cogitationibus dispungere? Audivimus quam egregie curaverit Domum Domini; luberne, videamus quomodo constituerit suam? Salutata A°. 1656. Matre dilectissima Genevæ, doctorumque Virorum in itinere per Germaniam, Helvetiam, aliasque regiones, dextris acceptis datisque, sequenti Anno 1657. cœpit de suavi laborum condimento, de jucunda vitæ sociâ prudenter cogitare: eademque opera de Lucretia Elisabetha, quam sapius viderat, Nata ordine tertia Dignissimi Viri Henrici de Bilderbeek, Coloniz Agrippinæ Nostrorum Ordinum Delegati titulo *Residentis*. Res agebatur, intercapedine locorum, per literas; domumque sponsa ducitur mense Junio, non expectatis in proximo feriis, tanta erat sive SPANHEMIANI ardoris impatientia, sive in obeundo munere sedulitas: quorum illud non vulgarem testatur amoris excessum, istud vero notabilem & merito prædicandam assiduitatem. Fecit hæc eum quinque liberis parentem; ex quibus Ottone, alteroque, præcipiti fato surreptis, tres etiamnum superant. Anna Charlotta, in Deum fide, Parentem ministeriis, suavissimisque ubique moribus multum commendabilis. FRIDERICUS SPANHEMIUS Nepos, qui Juris studium secutus meruit, ut Curiz Judicialis Hollandiæ publica Acta Hagæ Comitum illi Actuario, & Arcana nostræ Reipublicæ tanquam Commissario, uti dicitur, Ratisbonæ, ubi adhuc degit, geminato honore crederentur. Tertia est Constantia Maria, integerrimo Viro, Francisco vande Velde, mercatori Francofurti ad Mœnum, elocata. Post honorabilem stationem, commodissimam omni respectu uxorem, fœcundum matrimonium, vigentem famam, quid deërat SPANHEMIO? Quod humanæ felicitati semper, fortunæ constantia, bonorum perpetuitas;

- - - medio de fonte leporum

Surgit amari aliquid.

Post irruptam undecim annorum copulam, languor Bilderbeckiæ, exiturus in mortem, dulcissimam vitæ societatem diremit. Quid putatis tunc animi? quantum acuti doloris & cruciatuum Nostro, impense dilecto, impensius diligenti, fuisse? Nemo dixerit, nisi qui quid sit tenerrimè amare, & amari, noverit expertus. Sed tandem ad se rediens, Abrahami, Fidelium Patris, exemplo quoque factus confirmator, Anno sequenti, videlicet 1669 in altera conjuge (ut Abraham) materiem quæsit *solaminis*, & invenit. Erat hæc Catharina, Jacobi du Fay apud Francofurtenses mercatoris magnarii filia sui nominis, omnibus dotibus, quæ eligendam Sponsam commendant, suos inter cives spectabilis. Quatuor ista quos invenerat prioris thori liberis, ternam prolem suæ genituræ adjecit; unâ tantum hodie reliquâ Susannâ Elisabethâ, formâ moribusque laudanda. Communis Familiæ utilitati, Maritoque, illa inserviit usque ad Annum 1679. Et, quando jam hoc agitur, concedite mihi exorsam, quæso, telam semel pertexere. Postquam Catharinam deslevisset eo modo, quo piissimam fæminam decebat Doctorem Christianum; spretis meritò judiciis, quæ vel Veterum superstitio, vel aspera Romanorum severitas apud Valerium de *multiplici matrimoniorum experientia*, extra Dei legem, contra rationem, tulerant, tertia denique conjux in manum Nostri cõvenit Ultrajecti, Anno ejusdem seculi octuagesimo, Ursula van Heimbach, Vigando van Heimbach Amplissimo Ducatus Cliviz Cancellario prognata. Ad unguem facta Mulier,

**

Ex.

O R A T I O

Exsuperans morum nobilitate genus.

Sed haec vix ultra biennium potito, omnis deinceps viduo cum Musis societas, & commercium fuit. Notet, cui hoc tanti est, omnes SPANHEMII conjuges Teutonicæ Nationis fuisse; cujus olim Matronæ, Victore Mario, de pudicitia cum Vestalibus Romæ audebant contendere: omnes ductas Virgines, quod summo Judæorum Sacerdoti præscriptum, quo facilius Mariti moribus obsequerentur, concinente Hesiodo:

Παρθενὴν δὲ γαμῆν, αἷς ἤθεα κείνα διδάξῃς:

omnes tres officio paratissimas, & morem gerentes Viro, quod Catoni ne quidem in secunda concessum. Quemadmodum talia silentio præterire mos non patitur, aut ratio instituti; ita sentio, Spectatissimi Audd. Vos, qui rem literariam & non uxoriam curatis, me dudum revocare Heidelbergam, unde fueram digressus: ad FRIDERICUM, non desidentem in Thalamo, sed in Cathedra fulminantem. Hujus itaque, quam memotavimus, operâ & celebritate, illa dejecta, vastata illa, & pæne sepulta nuper Academia Palatina tantum exaltata est, tam visa sibi fortunata, ut antiquos illos Heroas, *Ursinos, Pareos, Toffanos, Scultetos, Altingios, &c.* non nimis jam requireret, nisi forte Veritatis ab iis acceptæ constanterque servatæ testes, aut sui floris, felicitatis suæ spectatores.

Dum placebat ita Palatinis omni ex parte SPANHEMIUS, nihil quoque erat unde SPANHEMIO displicerent Palatini. Quod fecit, ut multi frustra illum vocatione peterent, aut votis optarent. Primo Gallicum Lugdunensis Ecclesiæ Synedrium A°. 1659. inde Harderovicenæ Academiæ Curatores; Lausannenses unctiore stipendio plus vice simplici; Francofurtani ad Oderam, jungendo in Curia Berolinensi Verbi Ministerio, ut Serenissimus Elector Brandenburgicus, qui Excell. Ezechielem in aula fovebat Cæsarium, FRIDERICUM Fratrem in Ecclesia complecteretur alterum Gregorium Nazianzenum. Postea Franquerani, unâque Celsissima Albertina, ut Præfectus educationi Ascanii sui, Henrici Casimiri Filii, Principis Nassavii, juventutem monitis regeret, à quo Frisii non ita diu post sapienter erant regendi. Incassum omnia. Capiebant, tenebant Palatina Tempe, & credo tenuissent perpetuum, nisi quod occulto quodam factorum ordine SPANHEMIANUM nomen Lugduno debebatur. Mensis erat October A. 1670. cum ægerrimè à suis Palatinis divulgum, vobis sique transcriptum; primo audivistis de *Prudentia Theologi* prudentissime perorantem. Possem utinam illius diei publicum gaudium, festivitatem, gratulationes, dignâ Oratione complecti! quanta cujuscunque Ordinis, antequam diceret, attenta expectatio, admiratio postquam dixisset. Quum tu FRIDERICI Pater, cujus rarissimas animi dotes adhuc ante oculos sibi ponere, crebrisque usurpare sermonibus, Leyda solebat, & re & nomine rednisse credebaris. Eorum, qui prioris Domus viderant gloriam, ut alter alterum lætus monebat? Divinum hoc Ingenium! exquisita isthac Doctrina! ille puri Sermonis nitor! in Rerum copia delectus! illa Linguae nusquam offensantis fulmina! nunquid desideratum ultra XX annos Maximum SPANHEMIUM miraculo nobis reddidit? Elegantissimo Constantino Hugeno, Equite, qui intererat quoque, pro omnibus locuturo!

Spanhemium certè, sed quem, Phœnice renato,

Leyda stupens reducem credidit esse Patrem.

Patrem, si non alio, hoc novo certe Beneficii incremento, quod hic annis & robore viridior non ostendendus tantum, ut prior, longiorem sui, quod omnes optabant, usuram promittere videbatur. Et vota Deum habuerunt suam: divinæ etenim atque ingentis est Beneficentiæ, quod quinquaginta fere annos summa fide, claritate, industria, fructu, Ecclesiæ bono, animarum saluti, patrocinio veritatis, nullo tædio victus, nullis laboribus fractus, nullis deterritus molestiis, vitam, seque ipsum, alacriter impendit. Tuæ autem, & raræ oppido felicitatis, tuæ, mea Patria! quod longissimam partem, melioremque istius spatii florem, in sinu tuo docendo scribendoque consumpsit. Quapropter si narrare nunc ego enucleate instituerem, qualem se hic gesserit, quem præstitit Virum; vobis, qui hoc oculis conspicati optime scitis, merito habear ineptus. Sed etiam vos turpiter ingrati, si scientes, non longe melius, latius, gloriosius cuncti, quam ego solus, laudetis. Et si vel vos, vel ego, filere poteramus, an non quovis Stentore vocalius ipsa rerum documenta vociferantur? Si agitur eruditio; hic feret merito primas; alii scientiam, ut terræ fructus, partiuntur, Noster vasto pectore universam possedit. Ubi genus politioris doctrinæ est, quod non SPANHEMIUS vel animo complexus fuit, vel scriptione attigit, vel elaboratissimis paginis pertractavit? Decet Theologum scrutinium Scripturarum? Genesin, Exodum, Leviticum, Epistolam ad Romanos, elegantissimis Observationibus practicisque, domestica tractatione explicuit. Amatis defensionem Veritatis? Evangelia, Epistolam ad Hebræos, & difficultissima S. S. Literarum loca, nullo numero, contra Socinianorum cæterorumque detorsiones & strophas publice vindicavit. Placet in disputando linguæ & ingenii velocitas? hic regnabat. Quanam ejus promptitudo, fervor, invictumque fuerint robur, nemo, nisi qui nunquam audierit, potest ignorare. Videre mihi adhuc videor, quanta ala-

F U N E B R I S.

alacritate opponentium tela hoc loco exciperet, qua frangeret facilitate, quo impetu, qua arte, si paulò pertinacior adversarius, in vibrantem retorqueret, totamque auditorum Coronam melioris doctrinæ succo delibutam semper dimitteret. Sanctimonia Viri Dei præcipuum ornamentum est? A puero decurrit sine labe, sine lapsu, inoffenso pede, LXX annis testata, vitæ integritas: ædificabat Ecclesiam utraque manu, ut Homerus Achillem, aut propiore exemplo, ut Lucas Jesum Sospitorem descripsit:

ῥήτορα μὲν, πρῆκτικὸς τῶν ἔργων

fese ubique monstrabat. Sine affectatione pius, sine teste beneficus, sine supercilio gravis, & si forte tempus poscebat, sine levitate etiam urbanus & facetus. Jam, quæ morum civilitas? quam rara in tanto doctrinæ culmine modestia? de se submissè, magnifice de aliorum laboribus sentiebat: quis nitor, non unâ dialecto, sermonis? quod excellens eloquentiæ decus? istius eloquentiæ, quam non inanem loquendi profluentiam, sed sapientiam copiose loquentem Cicero definivit, qua verissimus erat Hollandiæ Theophrastus. Ut homilias, allocutiones, libros, orationes, omnia præteream, qui possem funebre illud tuum Mariæ, Reginæ Augustissimæ, sexus sui Phœnici, à Te, F R I D E R I C E, cum geminæ laudis viro, præstitum officium? quam jam senex, incredibili tamen corporis vigore, animi præsentia, contentione vocis & laterum, maximis facundiæ ornamentis, longissimam laudationem ex memoria, nulla currentium verborum offensione pronuntiares, omnium Nostrum oculis in Te stupore defixis, eamque, quam Tu virtutibus Heroicis Mariæ orando præstabas, tuo illi ori, Tibique, optantium immortalitatem. Quid loquar amplius? qui ne verba mihi deessent initio verebar, nunc ut superesse judicetis incipio timere; & quantillam adhuc partem meritorum perstrinximus? Itaque loquantur alii. Si honorificum Eruditorum Judicium quempiam commendare potest; quis erat eo ornatior? à magnis per Angliam, Galliam, Germaniam, Bataviam, Viris consultus, cultus, laudatusque literis facientibus fidem. Si Discipulis celebratur, & agnoscitur Doctor: quis in Ecclesia Reformata paulo clarus, (excipio eos quos major ætas impedivit, vel occasio,) qui grata recordatione non repetit hoc se Clarissimo Præceptore profecisse? Ex hujus Disciplina Heidelbergæ prodierunt, Heideggeri, Fabritii, Pauli, Andreæ, Ursini, notissima nomina: Lugduni, Markii, Meyeri, Vitringæ, Hulsii, Piæti, Turretini, Legeri, Botii, Hassii, Starkii, Miegii, Komaromi, Capossii, Crameri, innumerabiles alii, omnes suo merito, locoque, per Europam sparsi Professores: quibus si ultimo margine & meum nomen adscribere dignemini, vestræ fuerit benignitatis. Quod si *Principibus placuisse Viris non ultima laus est*: quis Illustribus Academiæ, & Patriæ Patribus magis honoratus? Duplici professione insignis in Lyceo, in Ecclesia extra ordinem Pastor, Actuarius, Bibliothecarius, Professorum Primarius, & quater Academiæ Rector Magnificus. Quis Angliæ Præsulibus, Principibus, Electoribus, Optimo Regum, etiam supra Trajanum, Guilhelmo familiarior, gratior, charior, consiliis, in Religionis negotio, utilior? Id persequi tempus vetat; hoc tamen & Veritas silere, non infinito obsequio, adulatione malivæ artibus, sed virtute & fide infracta, hanc quæsisse gratiam, quæsitamque servavisse. Specimen vultis? è multis unum dabit Heidelbergæ. Inter Serenissimos Carolum Ludovicum & Conjugem suborto, malis avibus, frigore, hac missa moliebatur Elector aliam ducere; Johannem Fridericum Bokkemannum, Consultissimum Virum, illa doctrina, isto ingenio, (quod postea exosculati fuimus Leydæ,) incepti æquitatem, pluresque dari causas Matrimonii dissolvendi legitimas, quam quas dedit Scriptura, jubet defendere. Quid fit? Erat in Disputatione præfens Elector, erat S P A N H E M I I Dominus, erat amicus, & quantillum erat his nominibus horulæ silentium præstare? At tamen fecerunt amicior Veritas, venerabilior Deus, ut publice contra niteretur S P A N H E M I U S, caperante frontem Carolo, auditoribus rei novitate percussis, iis rationum momentis, quibus facile innotesceret, eruditissimum Præsidem, omnibus parem, causa sola inferiorem fuisse. Nec unquam fuit Elector propositum postea executus. Quid dicitis Auditores? quod Proverbio frequentatur, nullos dudum inveniri Ambrosios? Sed si ego id fatear, & vos fateamini æquum est, magnanimam S P A N H E M I I Fidem quam proximo exemplo accessisse, animi fortitudine, prudentia superasse. Ille sua auctoritate agebat, Noster Scripturatum & rationis. Ille Imperatorem templo arcebat, precum & poenitentiae loco, securus; Noster, fortunæ suæ periculo, à crimine perpetrando abducit Majestatem.

Tandem qui poterunt ornatæ ab eo *Scientiæ*, epaculata fabulis & vitiligine *Historia*, propugnata mascule *Religio*, dignas F R I D E R I C O grates referre? Quis fuit paulo illustrior in Castris Romanensibus pugil, de quo ille non reportaverit Triumphum? Walenburgiorum technas, & dolosa Methodi tela vidimus dementata? Dissertationibus suis dementavit S P A N H E M I U S. Ambiguam fucatamque Fidei Expositionem, qua Condomensis, nunc Meldensis, Episcopus Credentium simplicitati occultissimas struxerat insidias, habemus excussam, totumque Ulysses denudatum? Scriptionibus suis denudavit S P A N H E M I U S, & ita denudavit, ut Nostro mittenti ad Illustrem illum Antistitem libellum, non de-

O R A T I O F U N E B R I S.

fensione, non scripto, sed humanissimis literis ita responderit, ut quam de Auctore libri honorificè sentiret palam perscriberet; quid de Libro, ista sua reticentiâ facile reliquerit cuique conjectandum. Historiam Ecclesiæ Veteris gaudemus luculentius, quam unquam illustratam? Illustravit SPANHEMIUS. Alexandrum Natalem, Maimburgium, aliosque Doctissimos Pontificiæ Communionis, adortus in selectis utilissimisque ex retrusa Antiquitate disquisitionibus; quibus plus semel ea quoque, in quibus vel doctorum facilitas, vel indoctorum imperitia, vel cujuscunque simplicitas credula nimium Romani Ecclesiæ gratificata videbatur, Repetendarum jure rursus eripuit. Ne unquam quidem Ægypto spoliū, cum Mose, relicturus. Eousque adversarios castris exuens, ut, quamquam multis jam annis illæ prostiterint, hucusque (quod sciam) repperitus sit nemo, etiamsi Eruditissimos habeat Gallia Viros, qui justum super hisce certamen cum FRIDERICO cerneret: tanquam si ad Causam obtinendam sufficeret, SPANHEMIUM addixisse Patrocinium. Illustravit Historiam, passim Baronio ad partes vocato, quod à Casaubonis, Salmasiis, Blondellis, tam diu frustra fuerat & peti- tum & expectatum, nervosissima præstans brevitate, in perfectissimo isthoc cum maxime Opere, quod vestris, Sapientissimi Mæcenates, nominibus, & eo ipso Nomina Vestra nuper consecravit. Cui componendo Vos, vestrique Decessores, amplis hono- ribus repetente cum Palatino Electore A. 1684 hæc otia beata fecistis, prudentissimo sane, & ab omnibus celebrando, consilio: ut Exercitiorum Academicorum loco, quo- rum frequentia dudum, fastidioque, laboratur, non aliquot Juvenibus, sed Orbi Chri- stiano toti prodesset. Non uni horulæ, verum, ut Apelles, pingeret Æternitati. O- pere, cui absolvendo Fata ipsa fragilem ejus vitam, curis studiisque exhaustam, nota- biliter non ita pridem (uti nostis) prorogauerat. Etenim quum A. 1695 horribilis tremor, & Hemiplegia, ipso Natali die, (sicut M. Alexander eodem die natus denatus- que legitur) jam manus injecerat, & præsentissimæ morti jam jam traditura videretur, tunc, præter expectationem, Mors illa invida, illa rapax, (quis crederet?) illa inexorabilis Mors, ne oranti hoc quidem SPANHEMIO, quasi pudore à tanto Viro resis- liens, sexennii adhuc moram indulsit, quo Scriptum admirabile, inter senectutis in- commoda, juvenili ardore perduceret ad umbilicum.

Hoc absoluto recentissime, quid tandem restabat? nisi, quod non erat hominis, ut tot sudores, tot vigilias, hinc merendi studium tam flagrans, tantam in terris gloriam, sua quoque gloria Deus Opt. Max. coronaret, quique poterat solus, remuneraretur. Neque distulit diu. Vix missus est liber in mundum, & statim cum Simeone Nolte fratre, anno ætatis labente LXX^{mo}, in pace dimissus. Satur dierum, satur honorum, satur etiam molestiarum, ut qui maxime. Aliquet hebdomadum languore, prostratis viribus, continua feбри, Maji 18 die, ad meliores transgressus: multa morbi tempora cum Deo, pauca locutus cum hominibus; ad lectulum decumbentis, Augustini exem- plo, vix admittendis, ne animæ piæ, & sarcinulas colligentis cum Deo colloquium haud opportune turbaretur.

Quid nos jam, Prudentissimi Auditores! muliebriter flebitis Viri? Ex alto prospe- ctans intercedit Defunctus cum Domino: *non me deserte, sed vos, & liberos vestros; stante*, cum illius causis, faciem Reformatæ Ecclesiæ, omni loco, omni parte, luctuosam. Sublatam ex oculis Virtutem intempestive requiremus? Ne aliud dicam, cum tanta ef- set, non amplius seculo in vitiis cubanti, sed sanctiori Panegyri sublimior civis debeba- tur. Invidebimus Cælo, quem Cælum nobis non invidit? Foret iniquissimum. Fruere itaque, Beato SPANHEMI! fruire exoptatissima Tibi quiete! mactæ celesti glori- a! exulta fidei victricis triumpho! Vive meliore parte Tui, vitæ, Deo peractæ, præ- mium pactus Deum. Qui *multos erudisti ad justitiam*, immo innumeros peperisti, qui multos erudirent, cingere! ornare! fulge intaminatâ *Justitiæ coronâ* in seculorum secu- la! Nos Te non lacrymis, non gentili, non supersticiosa Parentalium pompa decora- bimus, sed honore Christiano: viridi benefactorum memoria, virtutum imitamine, sed eminus, longoque intervallo. Nos, ne Te jam Zeraphinorum voci, non mea intentum longius morer, solennis hujus diei Officium, non terminando tamen unquam Tui amore, Tui cultu, Tui desiderio, mente grata, perennaturo carmine finimus:

SEMPER HONOS, NOMENQUE TUUM, LAUDESQUE MANEBUNT!

D I X I.

S E R I E S

S E R I E S HORUM LIBRORUM DECEM,

MISCELLANEORUM AD SACRAM ANTIQUITATEM
ET ECCLESIAE HISTORIAM PERTINENTIUM.

S E U

OPERUM OMNIUM TOMI II.

LIBER I.

DE ANTIQUITATE ET OBSCURIS HISTORIAE JOBI. pag. I
*Cum Appendice, seu de VOTO JEPHTAE Filiam suam immolantis Diatribe
Heydelbergensi.* 151

LIBER II.

DE AUCTORE EPISTOLAE AD HEBRAEOS. 171
*Cum Appendice, seu de HISTORIAE EUANGELICAE SCRIPTORIBUS, &
in specie de MARCO EUANGELISTA, quis ille & ubi scripserit, Exerc. A-
cademica.* 265

LIBER III.

DE APOSTOLICIS REBUS *Dissertationes Tres.* 285
I. De APOSTOLIS DUODECIM, ET APOSTOLATU *strictè dicto.* 289
II. De CONVERSIONIS PAULINAE EPOCHAE, deque PAULI HISTO-
RIA ET NOMINE. 311
III. De FICTA PROFECTIONE PETRI *Apostoli in Urbem ROMANAM, deque
non una traditionis origine.* 331
Cum Appendice, seu de traditis antiquissimis CONVERSIONIBUS LUCII BRITONUM REGIS, JULIAE MAMBAE AUGUSTAE, ET PHILIPPI IMPERATORIS, Patris & Filia, Disq. Tripartita. 389

LIBER IV.

Continens *Dissertationes Tres* AUCTORITATI PAPAE ROMANI *potissimum* AD-
VERSAS. 437
I. De SENSU CANONIS VI. CONCILII NICAENI I. deque JURIBUS ve-
terum METROPOLEON ET ROMANI PATRIARCHATUS. 439
II. De ECCLESIAE GRAECAE ET ORIENTALIS A ROMANA ET PA-
PALI *in hunc diem* PERPETUA DISSENSIONE, *adversus Abrah. Ecchelen-
sem, Petrum Arcudium, Leon. Allatum, & nuperos ὁμοψύχους.* 485
III. De FICTA COLLATIONE IMPERII IN CAROLUM M. PER LEONEM III. Rom. Pontif. *contra Baronium & nuperos Hypexasistas.* 557.

LIBER V.

DE PAPA FOEMINA *inter Leonem IV. & Benedictum III. Disquisitionem Hist. continens. Qua ut Onuphrii, sic praecipue Allatii, Labbei, Blondelli, Launoji, Mabiloni, adversus Papissam praesidia excutiuntur.* 577.

LIBER VI.

Continens RESTITUTAM HISTORIAM IMAGINUM, *praecipue à temporibus Leonis Isauri Sec. VIII. & deinceps, contra Histor. Iconoclastarum Lud. Massemburgii, & Nat. Alexandrum.* 707.

LIBER VII.

Continens de CHRISTIANORUM quibusdam RITIBUS SACRIS *geminam* Dia-
triben. 871

** 3

I. Hey-

SERIES HORUM LIBRORUM DECEM.

- I. *Heydelbergensem, de ritu IMPOSITIONIS MANUUM in Ecclesia Vetere, ac Degeneris ejus Usu.* 871
- II. *Lugdunensem, de RITIBUS quibusdam, præcipue SACRAMENTALIBUS in Ecclesia Vetere ac PRECATORIIS; ducentem ad Prudentiam Christianam circa eorum in Protestantium Ecclesiis Dissonantiam.* 905

LIBER VIII.

Continens EPISTOLAS HISTORICAS DUAS.

- I. *De NOVISSIMIS circa Res Sacras IN BELGIO DISSIDIIS, ad Amicum Responsoriam.* 941
- II. *Ad Amicum de PRAEFATIONIS FRISIAE ACCUSATIONIBUS referentem, cum ANIMADVERSIONIBUS Necessariis, ad Censuras, Fictiones, & Contumelias, famosæ Scriptionis J. V. W.* 997
- Juxta ANIMADVERSIONES DE ECCLESIARUM POLITIA VARIA ET LIBERA, deque ANGLICANO EPISCOPATU, adversus Fictiones nuperi Criminatoris.* 1105

LIBER IX.

Continens *Expetitum JUDICIUM super DISSIDIO ANGLICANO, & CAPITIBUS quæ ad UNIONEM seu COMPREHENSIONEM faciunt.* 1261

Cum Appendice, seu FRID. SPANHEMII PAR. Epistola ad Dav. Buchananum, super CONTROVERSIIS quibusdam quæ IN ECCLESIIS ANGLICANIS agitantur. 1318

LIBER X.

Continens *VARIARUM in primis Historicarum ORATIONUM, in Academia Heydelb. & Lugdun. habitarum, SYLLOGEM. Quæ sunt*

- I. *De Divina Scripturarum Origine & Auctoritate, contra Profanos.* 1333
- II. *De Doctore Theologo.* 1356
- III. *De Auditoriis Veterum.* 1364
- IV. *De Dissidiis Theologorum, eorumque Causis.* 1370
- V. *Super Excessu Regine Elisabethæ.* 1378
- VI. *De Prudentia Theologi.* 1380
- VII. *De Sacrarum Antiquitatum Præstantia.* 1395
- VIII. *De Erigendis Animis in hac Resp. Batavæ constitutione.* 1403
- IX. *De Belgicæ Restitutæ Admirandis.* 1409
- X. *De Bibliothecæ Lugd. Batavæ Novis Auspiciis.* 1426
- XI. *De Cometarum & Naturæ Totius Admirandis.* 1433
- XII. *Antonius Hulsius Oratione Funebri Laudatus.* 1443
- XIII. *De Degeneris Christianismo.* 1454
- XIV. *Ad Guilielmum & Mariam Adlocutio.* 1471
- XV. *De Corruptis Emendandisque Studiis.* 1479
- XVI. *Laudatio Funeris Mariæ Regine.* 1495
- Accedit per modum Appendicis FRID. SPANHEMII PAR. GENEVA RESTITUTA.* 1515
- Cum Dicationibus Prioribus, & Inscriptionibus, variorum Operum Filii.* 1549

FRIDERICI SPANHEMII
MISCELLANEOBUM

A D
SACRAM ANTIQUITATEM

E T
ECCLESIAE HISTORIAM

PERTINENTIUM

LIBER PRIMUS.

QUI EST DE
ANTIQUITATE ET OBSCURIS
HISTORIAE JOBI.

CAPUT I.

De Veritate Historiae Jobi.

BREVIARIUM.

Necessitas disquisitionis. Fuisse qui Parabolam vel Tragi-Comediam dicerent. Auctores Hebraei, Christiani. De Lubero, alii. Salmasius cum multis ἐπέχων. Causa varia dubitandi. Rei accuratius examen. Historia veritas asserta. Demonstrata pluribus. Argumenta Libro insita. Nisi historia sit, fraus Scriptoris. Conspectus omnium circumstantiarum. Nominum propriorum collatio. Summa totius narrationis. Verisimilitudo ejusdem. Historia alia, minus credibiles. Argumenta assumpta varia. Ἐγχεῖται primum. Tobiae locus. Jobi cur Hebr. xi. nulla mentio. Silentium variorum unde? Speciatim Josephi Ἀρχαιολόγος. Dubium discussum. Tradentium reliquorum auctoritas. Consensus universalis. De incertitudine loci & temporis. De allegoricis, Capitibus primo & secundo. De aliis in speciem absurdis aut paradoxis. Singula expensa. Quae perperam intellecta. Qui modus tractandi. Quae omnino credibilia. Conditio eorum temporum. Confirmata singula. De narrationibus Dramaticis. Quales fundentur in Historiâ. Poeta Historici. Dissimilitudo Historia Jobi & Tragi-Comedia. Impudentia Auctoris nuperi. Alia difficultates soluta. Circumstantiarum omnium securura demonstratio.



I. **D**INCIPIO verēne Jobus fuerit in naturā rerum, sintque historicē gesta quae de Viri calamitatibus, certaminibus, constantiā, ultimis memorantur, anquirere est pretium operæ. Enimverò foret de fumo disceptare, verissimeque, quod ajunt, τὴν κοιλίαν Ἀραβίας ἀσείρην, quærere v. gr. *Arabs-ne fuerit an Idumaeus, primæ an mediæ Æta-*
Tom. II.

tis, qui nunquam fuit, & nusquam nisi in Aphanhis fortè. Ad hæc illustrius est in eo viro speculum probatæ virtutis, quàm ut in ambiguo maneat verane eandem, an fictâ sub imagine intueamur. Adeo non defuerunt, olim hodieque, viri in Hebræis & Christianis haud infimæ notæ, qui narrationem eam totam haberent ut rei fictæ per ἀποτύπωσιν quandam, referrentque ad parabolicum & dramaticum genus.

II. Obvium est illud de Jobo quorundam Magistrorum, in Opere Thalmudico, *Parte IV. Tract. בְּנֵי כְתוּבָה* Cap. השותפין feyè sub finem: *נבִיא לֹא הָיָה וְלֹא נִבְרָא אֱלֹהִים מִשָּׁל הַיָּה* *Propheta neutsquam fuit, neque unquam creatus, sed parabola est.* Propendisse in eandem sententiam videtur, saltem fluctuasse, dubius, Rabbiorum ille Coryphæus Ben-Majemmon: *Secundum utramque sententiam Mor. sive nempe fuerit, sive non fuerit, certum tamen est quod illa quæ à principio Libri memorantur, de colloquio inter Deum & Satanam, deque traditione Jobi in potestatem ipsius, sint parabolica.* Institit Magistri hujus vestigiis R. Schem Tof, *Commentario in eum locum Majemonidis, edito cum duobus aliis, Savionetæ 1553.* R. Manassieh recentior certè à Mose esse contendit, quod eum in modum producat in Scenam cum Amicis committendus. Jobi quietiam nec Philo Alexandrinus, genuinis in scriptis, nec Flavius Josephus, in *Antiquit.* Libris ulli meminerunt, de quo & altum sæpè Historicis ac Chronologis celeberrimis silentium est. Neque in Christianis pauci de rei veritate ambigere, quidam etiam Tragi-Comediam palam dictitare. Sic visus est quondam Junilius, Episcopus Africanus, *Lib. I. de Partib. Div. Legis*, Jobum cum Esdrâ & Paralipomenis repudiare. Ita præter *ἐπιτακτικὸς & γερφομάχης* nostri temporis, superiori jam Ætate Historiam fugillarunt Fanatici & Anabaptistæ, in quos hoc nomine insurgunt Salméro, Sixtus Senensis, alii. Impingit idem B. Lubero Bellarminus *de Verbo Dei*, *Lib. I. Cap. v.* quanquam iniquiùs, recteque à suis hoc nomine vindicato, uti Gerhardo in *Exegesi de Script. Sacr.* reliquis. *Ἐπέχοντες* porò hodie non pauci, etiam emunctioris naris, rati de Historiâ certè

Nov. P.
III. Cap.
XII.
De Res.
surr. Lib.
I. Cap.
XVI.
Prole:
gom. x.
Cau xxiv.
xxv Tom.
I. Bibl.
Lib. viii.
Hzr. x.

Cap. x.
p. 130.

nihil pronuciari posse. Nuperus Scripturarum infectator, sub titulo Tractatus Theologico-Politi-
ci: *Gentilium Poësin affectare videtur; Deorum namque Pater bis Concilium convocat, & Momus, qui hic Satan vocatur, Dei dicta summâ cum libertate cepit. Sed hæc mere conjectura assensu, nec satis firma.* Vertuntur certe, sed vertendum, rei gesta veritatem in dubium Viri quandoque Præstantes, & in iis idem solitus nostrâ ætate, familiari in colloquio, Vir summus Claudius Salmasius.

III. Neque sanè causæ in speciem leves dubitandi. In quibus sunt, incertitudo temporis & loci, quando & ubi res gesta, ut meris sit conjecturis locus: Satanae illa per Orbem Terrarum cursatio, inter Dei filios comparitio, concertatio cum Deo, in Jobum coram eodem machinatio: Sic concursus tot calamitatum, uno penè momento, diversis in locis, à diversissimis etiam causis: Rursum occurfus ille trium fortè diffitis admodum ex locis Amicorum; silentium *ἐπὶ τῆς ἡμέρας* orationes dehinc velut extemporaneæ, sed tamen ligatæ, ac cum primis sublimes, nullo (ut videtur) intermedio vel ad refectionem, quietem, vel ad meditationem fecesiu: Porro, Dramatis verissima species, in quo Protasis, Epitasis, & Catastrophe, Deusque tandem velut è machinâ succurrens desperatissimis rebus: Adhæc inconcusus ille Viri animus, fortitudo, constantia, supra humanam mediocritatem, ac supra fidem: Dei quietiam illæ è turbine repetitæ ad Jobum, ad Amicos voces, vehementer percellere natæ: Subita quoque rerum conversio, & portentosa, ut intrâ brevissimi temporis angustias accidisse cuncta, Plagas, Dialogos, Restitutionem dupli, alia, dixeris: Tandem mos Scripturarum fingendi quandoque historicè gesta quæ non nisi parabolicè, seu virtuti in perfectissimâ effigie representandæ, seu vitiorum tetro ad vivum exprimendo, quales, v. gr. parabolæ Jothami, *Jud. ix. 7.* Nathanis, *2 Sam. xii.* id genus in utroque Instrumento complures.

IV. Quicquid ista elevare fidem Historiæ visa, potiora illa certè sunt, quæ firmant adstruuntque:

Si fuit errandum, causâ habet error honestas.

Imò verò non fabulam agi, non personas fingi, non fictitium Herculem induci, non Judaica vendi somnia, sed Historiam perhiberi, dignam fide Seculorum ac memoria temporum, sequentibus de-

Proleg. x. monstramus. Salmero: *Nescio an vel de Adamo, vel Can. xxiv. de alio tot produci possunt testimonia ex Scripturis, ad Tom. i. probandam historiam, ac possunt de Jobo.*

V. Primo quidem in confessio est narrari rem, quocunque scriptore, tanquam verè gestam: *Vir erat in Terra Utz, Jobi nomine, & quæ deinceps de Viro memorantur.* Ordiantur sanè quandoque haud absimilem in modum Parabolæ, *Erat Vir quidam*, sed Parabolæ esse, vel innuitur expressè, & plerumque, vel evidentissimè colligitur: Utpote non nisi indefinitè propositas, *Vir quidam*, &c. non historicis circumstantiis, & omnibus quidem ubique distinctas, non Libro integro historicè unquam enarratas, nec nisi hinc inde in Scripturis sparsas, seu ornatui conciliando, seu obscurioribus declarandis, seu commovendis animis efficacius. Breves illæ ubique succinctæ; faciles, petite à rebus objectis, aut cæteroquin sensibilibus; per modum similitudinum quarundam atque imaginum, pro Orientalium more, *ἰσοδορία* vel præmissa vel subjuncta, ut vel in Parabolis allegatis. Certum est igitur historiæ nostræ, prolixè adeò uti gesta est Libro toto descriptæ, contextum toto esse genere dissimilem. Planeque hic, *Vir erat Jobi nomine*, &c. ut *Judic. xiii. 2. Fuit Vir quidam nomine Manoah*, &c. *Judic. xvii. 1. Fuit quidam è Monte E-*

phraim cui nomen Mica, &c. 1 Sam. i. 1. Erat Vir quidam cui nomen Elkana, &c. & sexcenta Historiarum exordia. Idque omninò intendisse Scriptorem necesse est, quod totus noster de Jobo Commentarius arguet, ut vel fidem historiæ faceret, vel certè faceret fraudem, fabulamque historicâ specie & formâ tarvaret. Quod postremum quantum à Scripturarum majestâte atque ingenio abhorreat, Sacrarumque Historiarum fide, omnes intelligunt. Nos equidem

Ἰσὶδου ἰδὸθρα παρὰ λέξιν ἐτυμοῖσιν ἤματι,
at Spiritus veritatis haud novit nisi *ἀληθεῖα μυθήσασθαι.*

VI. Secundò, ambigere vetant *circumstantia* historicæ Nominis, Habitationis, Integritatis, Opulentia, Dignitatis, Malorum, Modi quo & immissa & admittâ, Cognationis, Uxoris, Liberorum, Vitæ adeò totius & Mortis. Sic recensita Amicorum, Fratrum, Sororum, reliquorum seu in afflictum seu in restitutum officia; priorum Nomen, Genus, Habitatio; Filiarum Jobi à restitutione Nomina, Conditio, Numerus quoque ab eo tempore Ovium, Boum, Camelorum, Afinarum, Liberorum, Annorum felicioris vitæ, &c. Unde habemus veræ & exegeticæ Historiæ *κατὰ γένος* omnia seu characteres, narrantis & distinctissimè quidem, *res quasdam singulares, & insigniores ἀξιωματικότητας, quæ circa personam illustrem, ab omnibus circumstantiis descriptam, acciderunt, eo sine ut in illis ipsis extarent venturis ætatibus salutaria quædam exempla, vitæ haud pauca præcepta, & documenta multiplicia Providentiæ ac Gratiæ.* Nec ex circumstantiæ, in Libri tantum historico exordio, aut sine enarratæ, *Cap. i. ii. xlii.* sed passim Libro toto ita perspersæ, & intellectæ modo ex Jobi, modò ex Amicorum sermonibus, (prout noster sigillatim Commentarius explanabit) ut ambigam plures ne de quoquam alio, in Sacræ Historiæ Libris, circumstantiæ memorentur? Jam verò referre omnia ista ad Tragi-Comicum genus, Græcorum inventum & inferioris Ævi, currente pridem Ærâ Olympiadum, (Tragici generis fortè Epigene, Thespide, Comici verò Eupoli, Cratino, similibus auctoribus) atque adeò habere singula in Poëticis figmentis horum ut nihil acciderit, summæ temeritatis est, ne dicam insanientis sapientiæ. Ita jam

— nullus verbis pudor, aut reverentia sacri.

VII. Tertiò, Historiæ haud parùm lucis accedit ex illis ipsis *Nominibus propriis*, seu Regionum, seu Amicorum, seu filiarum Jobi, in eadem expressis. Quæ non ut in Fabulis fieri assolet, ingeniosè conficta, sed ex Sacris Literis, atque etiam Exoticis Scriptis, nota, illique cum Ætati tum historiæ apprimè quadrantia. Sic designata *Utz*, seu *Ufitis*, vel *Aufitis* regio, de quâ prolixissimè infra, in Orientalibus celeberrima: Sic regio *Sabeorum*, item *Chaldeorum*, item *Themanensium*, aliar. Porro, nomen *Eliphazi Themanite*, expressâ, inter posteros Esavi, Eliphazi & Themanis mentione *Gen. xxxvi. 4. 10. 11. 15.* Unde & Themanitæ, Themanæi apud Herodotum, Plinium, alios, & in Scripturâ Sacrâ *Theman* frequentissimè. Ita nomen *Bildad* cui cognomen *Suchites*, à *Sucho* vel *Syacho*, Abrahamo ex *Keturâ* genito, *Gen. xxv. 2.* undè *Suchitæ* vel *Sauchitæ*, *Saccæi* *Prothomæo*. Sic *Elihu* cognomine *Buzita* ex *Buzo*, inter Nachoris filios recensito, fratre *Utzi* *Gen. xxxi. 21.* undè *Buzi* & *Buzitarum* repetita in Sacris mentio. Cujus etiam *Elihu*, quod familiare fuit in iis Gentibus nomen, & pater *Baracheel*, & familia *Ramæ* vel *Aramæa* memorantur *Job. xxxi. 2. 6.* Ut omni-

no

nò vixerint tum Viri tales, & in eâ parte Orientis quæ terræ Uz proxima fuit; de quibus singulis prolixissimè nos, suo loco. Et prodiderunt illi suam vel ignorantiam vel ineptiam, qui hæc nomina non tam propria esse voluerunt quàm appellativa, hinc ficta, & parabolica, ut verbi gr. Vir ex terra עַד sit vir ex terrâ consilii, armatus scilicet consilio & prudentiâ; אִיוֹב sit vir dolens, אִלְפִּיט aurum Dei, בִּצְוֹפָר buccina vel speculator, בְּרַדְדִּים vetustas, vetusta secreta, אֱלֹהִים Deus ipse, &c. Quæ omnes significationes vel confictæ sunt, vel alienæ, Nominum etiam quæ apertissimè propria, ut ea ratione Nomina omnia Scripturarum reddi appellativè & allegoricè possint. Imò quàm & ipsum Jobi nomen verè proprium fuerit, liquebit vel ex formâ nominis אִיוֹב , ex Nominibus in Scripturâ affinis, ex ratione ejus nominis, quinetiam ex loco Scripturæ non uno Jobum memorantis. Imò liquet ex Arabum Historiis, apud quos familiarissimum nomen أيووب *Ajouub*, familiis quibusdam proprium, quæ se hinc Jobi quoque progeniem gloriatur. Adde in ipsis Filiarum nominibus illud *Jobimma*, & *Casie*, quæ nos infrâ ex Arabum Geographiâ illustramus, quin ex ipsis Ethnicorum monumentis.

VIII. Quartò, referre tum demum fas esset in *Fabularum* censum, si esset in historicis circumstantiis quicquam ex sese vel ἀποκον vel ἀδύνατον . Imò fidem facit ipsa rerum gestarum, atque adeò Historiæ totius, seposito jam narrationis quandoque ordine & modo (de quo infrâ dicimus) perpetua probabilitas. Describuntur nempe Viri pii, & illustri in loco collocati, multæ & magnæ ac subitæ calamitates, singulari Dei consilio immisæ, ut in hoc quoque extaret cum ultimæ patientiæ, tum Divinæ seu in affligendos seu in afflictos Providentiæ memorabile exemplum. Jobus tot casibus confternatus, non obrutus, cedit fati, & major in adversis micat, merfus profundo tandem fortior emergit; $\text{μείνας ἀήττητος ἢ σεφανίτης}$, ἐσηκώς ὡς τὸ ἀνδρείος ἀπέδειξετο, & quæ plura legi possunt apud Suidam in voce ἰώβ . Imò dum crescunt mala (prout ferè nulla calamitas sola, vaditque post afflictum afflictio) hoc magis

Increscunt animi, virescit vulnere virtus.

Atque ut solent conspicui esse Virorum illustrium casus, & vulgò

$\text{Τῶν μεγάλων ἀξιοπενθεῖς φῆμαι}$
 $\text{Μᾶλλον κατέχουσιν,}$

ita percrebescente tantæ calamitatis famâ, nec quicquam remittente malo, cum amici haud dubiè alii ac consanguinei sistunt sese ad officium, tum cum primis trias Virorum in Orientis iis partibus illustrium, Joboque & religionis, & cognationis, & vicinitatis qualiscunque vinculo conjunctorum, hinc qui jacenti Amico deesse omninò non possent:

$\text{Πῶς ἂν δέξω φίλον, εἶσε μὴ}$
 $\text{Διναῖσιν ὄντα συμφοραῖς ἐπαρκέσω.}$

Communicatis igitur consiliis, ac tempore indicto veniunt, vident, stupent, intelligunt non auxisse cuncta in majus famam, ut ferè accidit, sed longè expectationem supergressam esse magnitudinem calamitatis. Hinc altus in præcordiis dolor, ex dolore silentium & .

— magna libido tacendi,

quâ, ut ille velo obducto, acerbissimum animi dolorem jacenti afflictio testantur: *Cura leves loquentur, ingentes stupent.* Eo verò silentium illud fit pertinacius, quod jam de Jobi virtute ambigere incipiunt, calamitatem interpretari ultionem Numinis, cogitareque quod

— auctorem scelera

Repetam, suoque prematur exemplo nocens.

Præterquam iidem quoque rati non nisi molestâ sese oratione, ut fit aliàs, amicis tantis in malis interpellaturos. Tandem erumpit dolor in acerbissimas voces,

— quid me alta silentia cogis

o Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?

Exorditur sermonem Jobus, refricatoque Amicorum præsentia, silentio, gestibus, altissimo vulnere, effunditur in questus, imprecationes, lamenta; regeunt tandem Amici, suo quisque loco, Jobique impetum reprimunt, ac gravi censurâ vexant. Hinc exacerbantur animi, & protrahitur disputatio, quique primò accesserant, si fortè

Ægram animam & duros possent lenire dolores.

novis jam præjudiciis abrepti, solationum mella in fel amarissimum vertunt, mordent dente iniquissimo, sed tamen Jobi

— viget ingenium, & magnos accinctus in usus

tela intorta validissimè retorquet. Postmodum intercedit *Elihu Buzites*, ut junior sic hæctenus cum reliquis auditor, verum tacere diutius nescius, ac postremò interpellans,

Semper ego auditor tantum? nunquam ne reponam?

Donec affulget ex improvîso Deus, mediâ inter fulgura ac tonitrua, pro eorum more ac conditione temporum, qui efficacissimis ad Jobum primò, tum Eliphazum, vocibus, revocat in viam singulos, controversiam dirimit, tandemque Jobum, passum diu satis, restituit pristinæ sanitati, gravesque jacturas novis bonorum incrementis pensat, ac duraturâ felicitate macerat, prolongatque sic felicis ævi spatia, ut sua Jobus vota longè transcenderet. Summa hæc certè narrationis totius, in quâ (ut mox patebit) ex præcipuis reprehensionum speciebus, quas ipse recenset Philosophus *Libro de Poeticâ*, sub finem, deprehenditur nulla: Non quædam ἀδύνατα impossibilia, non ἀλογα contra rationem aut veri speciem, non βλαβερα , perniciofa aut mali exempli, non ὑπερἀνθρα , subcontraria, aut pugnantia. Ast verò sunt in iis θαύμαστα seu admiranda quædam; ut distinguendi sint casus ordinarii ab extraordinariis, in quibus θεῶν τι , quales negare, est sibi oculos configere, labefactare fidem omnium temporum, neque suos ultra sensus sapere. Et quanto paradoxa magis, quæ passim in Historiis Abrahami, Josephi, Pharaonis, Mosis, Josue, Samsonis, Jonæ, similibus, Sacra tradit Pagina? Parique jam temeritate habenda hæc fuerint in minùs probabilibus, riferisque tu sale mordaci utriusque Instrumenti Divinas veritates.

IX. Quintò, argumentis in ipsâ Historiâ insistit accedunt aliunde assumpta. Inprimis verò confirmatio Historiæ non uno Scripturarum testimonio, ἀντοπίσω illo & ἀναμαρτήτω . Quò facit geminus locus cum Ezechielis *Cap. xiv. 14.* tum Jacobi Apostoli, *Cap. v. 11.* Quorum uterque Jobi meminit ut Viri summæ integritatis, sanctitatis, patientiæ; ut in exemplum omnibus positi; ut qui non minùs Ecclesiam suâ virtute illustrarit, quàm vel *Noachus*, vel *Daniel*, vel *Elias*, quibuscum eadem serie, & pari exemplo memoratur. Undè Tertullianus *Libro de Patientia*, inquires de Jobo nostro: *Constitit nobis in exemplum & testimonium tam spiritu quàm carne, tam animo quàm corpore, patientiæ exercendæ, ut neque damnis secularium, nec amissionibus charissimorum, nec corporis quidem conficiationibus succumbamus.* Sic passim de Jobo Chrysostomus, Augustinus, Antiquitas tota. Fuitque is scopus Scripturarum, ut potissimarum virtutum divina quædam, & planè suspicienda ob

oculos statuerent exempla, uti justitiæ in Noacho, obedientiæ & fidei in Abrahamo, castitatis in Josepho, mansuetudinis in Mose, pietatis in Davide, Josiâ, precum efficacium in Eliâ, constantiæ in Daniele, Sociis, Apostolis, ita quoque incredibilis patientiæ in Jobo, omnium vero illarum conjunctim in Christo. At frustra ea virtus ad imitationem proponitur, per modum *Historiæ*, quæ idealis est & commentitia. Exemplorum vis certè tota in rei veritate consistit; verissimeque $\psi\delta\delta\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$ habita fuit $\psi\chi\chi\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$, ut frigidè inducatur quicquid fabulosè. Adeo ut vel Dramatica narrata, quæ pathetica sunt, in Historiâ fundari necesse sit, ut infra observamus. Tacemus jam testimonium de Jobo, ejuisque oppugnatâ patientiâ, in Apocrypho Tobia: *Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus, sicut et Sancti Job. Mox, Nam sicut beato Job insultabant Reges, &c.* Quæ tamen sic exhibet versio Latina, non Græca, non Syriaca, non Hebraica, non quæ ad has expressæ sunt Tremellii, aliorum. Dubium verò esse merito possit, cur in sanctorum Test. Vet. Catalogo, apud Paulum *Hebr. xi. Jobi*, fide sane excellentis, nullus meminerit Apollolus? Sed responsio in promptu est, mirarique desinent, qui attenderint; 1. Taceri ibidem alios haud paucos, vix minùs illustres, Josuam, Eliam, Elizæum, Salomonem, Ezechiam, Josiam, &c. quorum non expressa nomina. 2. Persequi Apostolum ea exempla (ut inspicienti liquet) quæ occurrunt in Mosaicæ & subsequenti Historiæ serie, extrâ quam Jobus constitutus est. 3. Omnino implicite eundem memorari, illos inter qui fide *ἐνδυναμώθησαν ὑπὸ ἀσθενείας vers. 34. seu liberati ab infirmitatibus*, in quibus Jobus illustre supra reliquos omnes exemplum. Undè & ad Jobi dicta frequens apud Paulum allusio, ut *Rom. ii. 11. ἡ γὰρ ἐστὶ πρὸς ὁπολιήσια πρὸς τῷ Θεῷ*, ex Jobi cap. xxxiv. vers. 19. Sic *i Cor. iii. 19. ὁ θεοσκόπητος*, vel *καταλαμβάνων τὸς σοφὸς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν*, ex Jobi v. 13. Sic *i Tim. vi. 7. ἴδεν εἰσηνεκαμῆς εἰς τὸ κόσμον*, ex Jobi i. 21. Ita *Hebr. xii. 5. μη ὀλιγοῦσθε παιδείας κυρίου, μηδὲ ἐπιθυμῆτε αὐτῆ ἐλεγχόμενοι*, ex Jobi v. 17. & quæ id genus parallela. Planè sic Josuæ implicita tantum mentio, in eadem recensitione, vers. 30. uti quoque Eliæ, Elizæi, Danielis, &c. versibus 33. 34. 35. 36. 37. Sed & allusio, apud Scriptores alios *θεοπνεύστους*, collatis Jobi i. 2. cum *Jerem. xx. 14.* Sic Jobi xv. 35. cum *Esai. lxx. 4.* Sic Jobi xix. 7. 8. cum *Thren. iii. 8. 9.* Præter ea quæ in Psalmis & Proverbiis cum Jobo gemina haberi, infra monemus, ubi de Auctore Libri Jobi.

X. Sextò, in rebus facti & Historiis, plurimum certe valet tradentium auctoritas atque consensus. Jam verò extitisse Jobum, passumque extrema, admitterunt ab ultimâ antiquitate quotquot ferè in Judæis, Orientalibus, Christianis, alicujus auctoritatis fuere. In his vetustissimi Interpretes Græci, vulgò *oi LXX.* Theodotion, Arabs, Chaldæus, Syrus, quorum priores etiam de Jobo nonnulla tradunt extra Codices Hebræos. Sic præter Thalmudistas passim, & Magistros Interpretes, probatissima Judæorum Chronica, Seder Olam Rabba, Cap. iii. & Sopher Juchasin *Abrahami Zaccuth*, fol. 9. Sic Orientales omnes, Syri, Arabes, quorum & de Jobo sunt antiquæ traditiones, ut in Alkorano *Azour. xlvi. in Taarich Adam, Elmacino, Abulfarajo, & in Vitis Patrum Kessæi ἀνεκδότοις*, citatis Clariss. Hottingero, Collegæ quondam nostro conjunctissimo, in Historiâ Orientali, & Smegmate, & Thesauro Philologico. Ipse quoque in eâ gente Averroës in *Moralibus Aristotel.* differens de animi magnitudine, Jobum nostrum in exemplum adducit. Neque Majemonides *Ægy-*

ptius fidem negavit, sed suspendit, donec de circumstantiis loci & temporis certiora edoceret, quod alias facimus. Adstipulantur uno ore Patres omnes Græci & Latini, suis à nobis locis passim adducendi, multi cæteroquin vertere Historias in Allegorias nati. Accedunt Ethnici scriptores, seu veri illi seu personati, quales Aristæas, & Alexander Polyhistor, qui de Jobo non pauca tradidisse feruntur, prior cumprimis apud Eusebium, Libris de *Prepar. Evangel.* quanquam & nonnulla sublesta fidei.

XI. Ast (inquiunt) Josephus & Philo Alexandrinus Jobi nulli meminerunt! Certè de Jobo prolixissimè quidem Philo in *Antiquis. Bibl.* Sed alium esse ab Alexandrino, quin & à Philone Byblio, cum oratio Latina, tum *ἀγγελία, ἀνήγγελος, ἀλογία* innumera, & congeries margarum, ad Saulis usque tempora, satis evincunt. Priorem verò *ἡ γνήσιον* Jobi meminisse nihil necesse fuit, quamvis plurimè de Patriarchis, deque vita Mosis, ut qui fuit fundator Gentis. Josephi porò in *Antiquitatum* Libris silentium haud mirum videri debet. Siquidem rerum ille modo Judaicarum originem, progressum, seriem, resve cum iis omnino connexas, complexus fuerit, secundum Mosaicæ Historiæ consecutionem. Patet tum ex libris prioribus *Ἀρχαιολογίας*, tum ex Præfatione ejusdem de hoc suo opere. *Μίση δὲ ἀπέλεξεν ἀπασαν τὴν παρ' ἡμῶν ἀρχαιολογίαν, ἣ τὴν ἀφ' ἧς ἐπολιδομαίθη ἐν τῇ Ἑβραϊκῶν μεθερμηνευτικῶν γραμμάτων. Complectetur universam nostram Gentis antiquitatem, formamque Reipub. ex Hebraicis literis translataam.* Jobi autem nostri Historia ut privata, ut in extraneâ Gente, sic nihil quicquam cum Judæorum rebus habens connexionis. Et jam diversissima ratio v. gr. historiæ *Judithæ*, quam Viri graves vel hoc nomine apocrypham suspicati, quod Josepho taceretur. Quando hæc de liberatione publicâ, illustri, in Judaicâ gente, memoranda hujus certè Annalibus, ad Gentis sempiternum decus. Nec Josephi unius de Juditha silentium, sed & reliquorum ante & post Josephum scriptorum, suspendere assensum jussit. Neque etiam derogaret sola istorum taciturnitas, nisi fabulam totum Historiæ corpus redoleret, quod & Raynoldus noster professus est. Et si in Josephi silentio tantum sit momenti, jam Infanticidium Bethlemiticum, Piscinæ Hierosolymitanæ miracula, atque alia Scripturarum, obelis signanda fuerint. Sed accessit silentii alia ac verissima ratio; quod videlicet nescius Josephus in tanta seu dissensione seu obscuritate, ad quæ tempora commodum referret, aut cum quâ Mosis narratione connecteret. Quæ etiam de causâ potissimum factum ut frequenter in *Chronographiis* sacris, vel mixtis, antiquis ac recentioribus, ut Eusebii, Georgii Monachi, Cedreni, Zonaræ, aliorum; ita Bellarmini, Ariæ Montani, Bucholzeri, Calvisii, Helvici, Paræi, Harvillæi, Vossii, &c. & quæ Codicibus Sacris præfigi aut annecti solent, Jobus vix ullus compareat, qui sufficienter alibi. Silemus jam universam posteriorum ætatum, seu Interpretum, seu Scriptorum turbam, quam producere in aciem supervacaneum foret.

XII. Septimò, quæ suprâ Historiæ fidem atque auctoritatem elevare visa, magis eandem adstruunt. Imus strictim per dubia singula, Lectorumque arbitratui subjicimus.

i. Prima ratio, quæ permovisse nonnullos videtur ut assensum suspenderent, fuit incertitudo loci & temporis. Non ratio fortior apud Majemonidem, loco *cir.* non apud alios plerosque. Id verò obtinere vel ignorantia vel imprudentia fuit. Et loci quidem in limine Historiæ mentio, in terra *Utz*, eaque *Orientis*. Qua regione, fuit autem Arabiæ

De-

Cap. 11.
vers. 12.
& 15.

Lib. ix.
Cap. xxv.

De Libr.
Apocr.
Præf. LXX.

Desertæ, Euphrati proxima, licet plures ejus nominis celebrentur, atque ob hoc ipsum ambigua, nihil tamen evidentiùs esse ex proluxâ dissertatione, toto *Cap. iv.* Historiæ hujusce constabit. *Tempus* autem rei gestæ, si non expressum, haud illud ex circumstantiis obscurum esse, medium scilicet inter res in Genesi & Exodo memoratas, pari evidentiâ demonstramus, *Cap. vii. viii.* per totum. Præterquam non attenderunt illi Scripturarum morem in tacendâ eâ circumstantiâ temporis, ut quandoque loci. Exempli causa, tacitum tempus rerum gestarum in selectissimâ historiâ Ruthæ, generali modo *Judicium* tum in Israël Judicantium mentione, quæ longissima Epocha fuit, *Ruth. i. i.* Sic transmissa alto silentio eadem circumstantia, in Historia Jonæ, & Ninivitarum, *Jon. i. i.* Et quo antiquiores eo plerumque in hoc deficiunt magis. Certè Chronologos vehementer exercuerunt Historia Micæ, *Jud. xvii.* Danitarum, *Jud. xviii.* Benjamitarum, *Jud. xix. xx.* quas loco non suo insertas esse, ac non uno Seculo præcessisse Samlonis tempora, & Viri Docti consentiunt, & evincimus nos pluribus, adversus virum summum Jos. Scaligerum, ubi de annis Jobi infra. Nec levior difficultas ex eodem silentio Historici Sacri, de tempore & loco necis Ephraimitarum, totiusque facti, *1 Chron. vii. 21. 22. 23.* Dantque hanc regulam nonnulli Patrum: Scripturas S. tum demum designare tempora, quando aut veritas prædictionum intelligenda est, aut res narratæ hanc temporum distinctionem necessariò postulant, ut in Libris Regum; In quibus verò est nonnisi παραίνεσις, ubi διδασκαλίαι, ἢ ἀγῶνες δογμάτων, in illis περιττὸν ἢ χρόνον νομιθεύσαι, qualiter, v. gr. in Historiâ Jobi, Jonæ, similibus. Vide Polychronium, Apameæ in Syria Episcopum, *Proem. Cat. Gr. Patrum* in Jobum, alios. Sed obscurum esto tempus quo vixit Jobus, eòne mutabit totius Historiæ veritas? Nonne ut Jobi, sic & Joëlis, Jonæ, Nahumi, Habacuci, illustrium Prophetarum, ætas similiter obscura? Num certior in Exotica Historiâ vel Homeri jam unius seu ætas, seu patria? Dum

Ἐπὶ τῶν ἐλεδμαίνοντι πάλαι λέγει ἰσχυρὰ Ὀμήρου.
Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολόφων, Πύλος, Ἀργός, Ἀθήναι.

Ne dicam fortè alios qui Homerum civem suum jaëtarunt, Meletigenam tamen & Smyrnensem plerumque habitum, Chium Leoni Allatio, Chio & ipsi. Neque tamen idcirco vixisse tales sapiens ullus inficias ibit, nec solummodò ex dubiis hujusmodi circumstantiis facta antiqua pernegabit.

2. In reliquis, supponuntur absurda & supra fidem, quæ aut minimè talia, aut secus atque oportuit intellecta. Sic illa inter *Satanam* & *Deum* commemorata in Historiæ exordio. In quibus sanè *allegoricè* quædam dicta, & adumbrata humanitàs, pro Scripturarum more, quæ sub sensu minimè cadunt. Nempe ad narrationis seriem & historiæ veritatem spectabant: Dei sapientissimum consilium de Jobo probando, hinc Satanæ tentatori ad tempus permittendo; Hujus, utrâque & Justitiæ & Providentiæ catenâ constricti, à Deo dependentia, sicut & Angelorum illa; Eiusdem in bonos, hinc Jobum quoque criminationes, machinamenta, de quibus Scriptura totiens, undè & nomen *שׂוֹן הַדָּבָר* *columniator*; Mirabiles denique Providentiæ actus in piorum tentationibus ut permittendis, sic gubernandis & coercendis, ne plus ultra. Tam verò ardua, tamque stupenda, quum neque, ut sunt in se, comprehendere animo, neque oculis cernere concessum sit, adumbrari oportuit, Hebræis cumprimis, *אֱלֹהִים בְּלִשְׁוֹן בְּנֵי אָדָם* *linguâ filiorum hominum*, quod est Athenæο ἀνθρώπων λαλῶν, & Pe-

tronio *humanè loqui*, Paulo ἀνθρώπων λέγειν, *Rom. vi. 19.* Et ita solet Scriptura, ad populum rudem, quotiescunque de Deo, aut Angelis, aut Satanâ, illorumque actionibus sermo est. Ita picturæ similes in Visionibus mysticis Jacobi, *Gen. xxviii.* Michæ, *11 Reg. xxii.* Esaïæ, *Esaï. vi.* Zachariæ, *Zach. iiii.* Johannis, *Apoc. xii.* &c. uti in concionibus Christi, *Matth. xii. 43. 44. 45.*

3. Porro si quædam ibi tradita figuratè aut *allegoricè*, non ea propter censenda sunt in eodem genere, quæ vel paulò ante de conditione, facultatibus, habitatione Jobi, vel deinceps de immisis calamitatibus, reliquisque, *historicè* traduntur. Tam illic Historiæ, quam illic Allegoriæ manifestissimus locus est. Scilicet humani casus, eventus, sunt descripti ad literam; at Providentiæ circâ eosdem arcana, mirabiles eorum causæ atque principia, descripta pro Arabum more, & pro captu quoque Judaicæ Gentis, cui talia primùm commissa. Planè geminò exemplo, narrantur *1 Reg. xxxi.* historica de Syriacâ expeditione consilia, expeditio ipsa Achabi, vulneratio, interitus; simulque allegoriâ plane simili, Angeli introducuntur ambientes Thronum Divinæ Majestatis, Deusque cum illis de modo perdendi Achabi consilia agitans, spiritumque mendacem submittens, qui exitiosa in poenam suggereret. Ita, in Historiâ peccati primi ab Adamo & Evâ admitti, *Gen. iii.* si audimus Præstantissimos & olim & nuper Interpretes, quicquid ibi de *serpente*, ejus calliditate, accessu ad Evam, loquelâ, tentatione, maledictione, gressu super ventrem, comestione pulveris, &c. omne id intelligendum fuerit non in sensu historico, sed figurato de Diabolo; seu jam allegoriam voces, seu ut alii μεταχηματισμόν. Neque eo tamen Historiam Tentationis & Lapsus labefactari illi crediderunt: Pariter quemadmodum in Jobo, ad formam Judicii humani, vel Aulae regie, comparent coram Deo seu Judice seu Domino Filii Dei, id est, Angeli à filialis obsequiū περιθυσία, rationes quasi reddituri, vel accepturi mandata; item comparet Satan tanquam Adversarius, & criminator. Planè Christus sub eadem fori humani, & præeuntium tibicinum, ac præsidii Angelici imagine, describit Novissima, & Judicium universale, *Matth. xxiv. 31.* & seq. Nec idcirco ex allegoricâ ejusmodi descriptione, de Judicii vel Adventus novissimi veritate ambigendum, vertendumque id omne in fabulam. Utque solenne est Tragicis Scriptoribus *ὁπὸ τῶν συμβάντων μεταγαγεῖν εἰς ποίησιν*, apud Strabonem, seu *ex historiâ in fictionem deflectere*, sic non infrequens Sa-

Lib. III. cris, narrationi historiciæ connectere allegoricam.

4. Rursus, historiciæ veritati nihil intercedit singularis quidam *recensendi* ordo & modus, totaque *tractandi* ratio. Verbi gratiâ, certum tacita hic quædam fuisse, uti *leviores* multas *circumstantias*, iis modò expressis quæ ad scopum facerent. Planum etiam non distingui temporis *momenta*, & *interval-la*, quibus præcisè singula se exceperunt, & repræsentari continuâ serie, quæ sua habuere interstitia. Atque adè id peni habuit Scriptor, ut cum eventus memorabiles, tum sermones sublimes, transmitteret ad posteritatem; minutiora verò & quæ facile quisque intelligit, negligenda esse duxit. Idque Historiæ proprium est narrare res insigniores, quæque faciunt ad institutionem vitæ. Singulorum exempla ex Jobo nostro, supra intorta, subjecimus. Certè in illò, v. gr. *septidiano* silentio, *Job. ii. 13.* quo cum Jobo minimè congressa est trias Amicorum, væcors sit qui nec verbum toto illo tempore mutiisse, nec loco sese intereâ dimovisse, nec somno aliisque necessitatibus indulgisse credat. Sic igitur accipiendum istud esse res ipsa docet: Maximam illos septidui partem, extra secedendi

necessitatem, adfuisse afflictissimo Jobo, dolorem ostensuros suum ac commiserationem, sublevaturos etiam, si opus, suis officiis suave præsentia; loquendi quæ animo volverent, novaque de Viro suspicarentur, expectatâ tamdiu opportunitate. Ut Comm. in Job. II. *derum illi septem diebus, & septem noctibus, nusquam discedentes, nusquam recedentes, neque ad escam, neque ad potum, neque ad lectum, neque ad aliud refrigerium.* Sic cave credas sermones illos benè longos uno spiritu intermixtos fuisse, qui repetitis vicibus resumpti cum intelliguntur satis, tum haud obscure quandoque innuuntur. Et quemadmodum in digerendis iis numerorum seu carminis habita ratio, ex veterum consensione Hebræorum, uti in Mosaicis Canticis, in Threnis, in sermonibus Davidis ac Salomonis, ita certum substantiam dictorum, sententiis ubique pressam, esse historicæ veritatis, metricam fortè Scriptoris, quicumque is tandem fuerit. Porro non ita restitutus Jobus pristino statui, imò auctus possessionum duplo, quin fuerit diu satis exercitus, cum antè horum Amicorum accessum, tum postquam regressi ad sua, divino dehinc mandato ad Jobum reversi, & perspectâ Viri innocentia supplices facti, Job. XLII. 8. 9. Sic nec momentanea Jobi in integrum restitutio fuit, nec immediata; imò successiva, & mediata, primusque ad novas facultates gradus ex largitionibus fratrum, sororum, conianguineorum, Deo addente sensim incrementa, ut Abrahamo, Jacobo, Gen. XIII. 2. XXX. 43. quo omnino spectant illa Job. XLII. 11. 12. Sic haud obscura *ὀσέπρωσις*, dum postremo omnium memorantur fratrum quoque, sororum, familiarium, aliorum officia, quibus jacentem Jobum erigerent, atque afflictum solarentur, Job. XLII. 11. quæ nec antea planè intermissa, neque confundi cum gratulantium tandem vocibus, pro felici restitutione, debent. Sed de his & similibus, nos suo loco pluribus.

5. Quin etiam si vel maxime daremus à Scriptore esse, duce Spiritu S. illam Dramaticæ narrationis speciem, personas hoc modo interloquentes, sermones amplificatos, sententias cumulas, Deum è turbine, tanquam è machinâ apparentem, & si quæ alia Poëtis, etiam in historico argumento, non insueta; non eo minus censenda forent historicæ veritatis Jobi Persona, Sedes, Conditio, Plagæ, Fortitudo, Restitutio in integrum, denique certamen cum Uxore, Amicis, hujus certè substantia quædam. Res verè gesta, inquit Hugo Grotius, sed Poëtice tractata. Uti tractarunt res verè gestas, sed suo modo, vetustissimi Poëtarum, jam inde ab Eumelo Corinthi, in Græcis, Cn. Nævio, aut Q. Ennio in Latinis; quibus successerunt, in utrâque gente, Poëtæ Historici innumeri, videnti apud Ger. Joh. Vossium. Nec istorum perpetuam seriem, ad nostra usque tempora, vel eos qui in Exoticis linguis hoc scribendæ historiæ genere delectati, recensere vacat. Sic in Hebræis, Ezechiel Tragicus Historiam *Eduktionis* ex Ægypto carmine dramático complexus est; unde *ὁ ἱεὺς Ἰεζακιῶν Τραγωδιῶν ποιητῆς*, apud Clementem Alex. & ex eo Eusebium. Planè voluerat id ipsum Lutherus, in Sermon. Conviv. verissimam esse Jobi Historiam, atque etiam in vulgus Judæorum antè scriptionem notam, sed repræsentatam ut solet *Fabula argumentum*, dicitque elocutos esse Jobum & Amicos quæ verius *cogitarunt*. In eandem omnino sententiam scripsit Manasseh Ben Israël de *Resurr. Carnis*. Et certè ne ipsæ Tragœdiæ Græcorum sunt fictiones meræ, non puræ putæ fabulæ, ne quidem tragica illa de Oedipo Thebano, Clytemnestrâ, Oreste, vel Argonautica, vel Iliaca narrata, totâ confirmante Antiquitate, in Patribus ipsis

Clem. Alexandrino, Eusebio, Augustino, aliis, quamvis sanè sint Poëtici fictionibus, fabularumque accessione, mirum in modum obscurata. Sic Strabo *Geogr. Lib. I.* testatus de Homero, *ὅτι ἔλαθε ἀπὸ τῆς ἱστορίας τὰς τραγῳδίας, quod ab Historia sue principia poëseos acceperit.* Imò pridem observante in Poëtica luâ Aristotele, Tragœdia omnis ducitur ex vero, fundamentum illius est *Historia, ἱστορικὰ τὰτε περὶ γυμνασίου καὶ ἰσθμιαίου*, sine quo nec movere affectus, nec persuadere, aut excitare animos nata. Euanthius Grammaticus de Tragœdia: *Tragœdia sæpè ab historicâ fide petitur.* Et Tragicus omnis aut sequitur ubique Historiam, aut Historiæ addit, aut eandem in speciem aliam vertit, Fabulam totam minimè fingit, monente ex Veteribus Gerh. Vossio, *Instic. & Petro Corneille Poëtarum in Gallia Principe, Poëtic. Discursu de Tragœdiâ.* Cum primis Poëtis indulget Carol. Sigonius, fingere, in historico argumento, *episodias, Deumque consilia, aut hominum conciones intexere.* Quin Fabulas ipsas Græcorum, certè pleraque & illustriores, ex verissimis Historiis, etiam frequentissimè Sacris, ortum traxisse observarunt Viri summi, & nos *Diatribi de Jephtha Filiam immolante.* Imò verò ex ipsa Jobi nostri Historia Fabulas quasdam, in Græcorum scriptis, natas esse docemus, suo loco.

6. Et ista quidem ex Poëtice amplificationis, aut Tragicomœdiæ, quadam hypothese. Quamquam neque id fictionis genus in Jobo nostro admittimus, ut peccent multiplici elencho *τὸ μὴ ἕμια ὡς ἕμια.* *Protasis* dramatica hic nulla, Capitibus I. II. sed historicæ pars prima narrationis, historicus ac simplicissimus stylus, præterquam quod familiari inter Hebræos allegoriæ locus est, in describendis occultis Satanæ machinamentis. Non etiam *Epitasis* ulla aut fictæ *Episodia*, sed verissima inter Jobum & Amicos disceptatio, gravissimique sermones, ex illius dolore, horum suspicionibus orti, nec conficti magis quam, v. gr. Mosis ultimi sermones, Josuæ, Deborah, Salomonis, aliorumque quorum postremi in volumen collecti, nec sine metro Hebraico, undè sunt, æquè ac Jobus, *ἐν συζηταῖς βιβλοῖς.* Neque censeri possunt Poëtice fictionis, aut quemadmodum Socratici sermones in Platonis Dialogis, quibus Socratici loquens inducitur, qui sermones ex Historiâ ipsâ Amicorumque actionibus, Cap. II. II. 12. 13. fluunt; in quibus sunt historicæ haud pauca circumstantiæ; quorumque exceptit, quantum ad impreudentiû dicta, historica retractatio ac solemnis predecatio, ad calcem Historiæ, Cap. ult. Non denique dramatica hic ulla aut momentanea *Catastrophe*, quanquam felix postea rerum conversio, ac Jobi tandem restitutio, de cuius tempore, modo, gradibus diversis, nos hoc ipso Tractatu pluribus. Nisi jam dramaticam fingere *Catastrophem* placet in verissimis Historiis, v. gr. Ifaci præter spem omnem restituti, Josephi exaltati, Populi e ducti, Mardochæi de Hamane triumphantis, sacris aliis, ne exoticas referam. Diversissima etiam *Deus è machinâ* in dramatibus Gentilium, & Jehovah hoc loco in turbine, Divinæque ad Jobum tandem & Eliphazum voces, de quibus statim. Adde, esse hic alienissima non pauca à Dramaticis aut Tragi-Comicis fictionibus, V. gr. non illæ ex prolixis concionibus aut sermocinationibus constant, quæ hic quidem Librum implent à Cap. III. ad XLVI. Non fas in iis, monente Aristotele, virum infontem, commendatum ab ipsa probitate, exhibere conjectum in extremas calamitates, & diuturnas illas, ut ex Jobi contextu liquet, quia id horrorem modò atque indignationem parit: In fictis præterea heroicarum virtutum imaginibus, repræsentari hæ solent ut in perfectissimâ effigie, uni-

Lib. I.
Strom.
De Præ-
par. E-
vang.
Lib. XX.
Cap. IV.
Part. II.
Tit. LXI.
Lib. I.
Cap. XVI.

Instic.
Poëtic.
Lib. II.
Cap.
XIII.
Lib. de
Dialogo.

mitaturque Poësis Pictoriam quæ formæ vitia occultat, contra quam in Jobi Historiâ, in quâ Viri fortitudo cum summâ infirmitate, patientia cum impatientiâ & desperatione certat. Nec ἀνομοία id genus pluribus enarramus.

Tract. Theolog. Polit.

7. Sed verò pudorem omnem deposuit quisquis est author nuperæ in Scripturas Satyræ, ex Judæo Scepticus, genuinus Luciani ac Celsi discipulus. *Gentilium* (inquit) *Poësin affectare videtur hic Liber.* Quorum, obsecro! Græcorumne, an Latinorum? Historia scilicet quam antè Ezechielis, id est ante Solonis, tempora notam non diffitetur, & sacram in Hebræorum gente. Et Hebræus Scriptor, cui de Jehovæ unius cultu, & admirandis cum in natura tum in gratiâ ubique sermo est, affectasse dicitur Poësin idololatricam, Paganamque? Sed Aben-Ezra (inquit ille) *credit hunc Librum ex aliâ linguâ translatum fuisse.* Esto! an ex linguâ Gentilium Poëtis antè familiari, aut ex Græco fortèan Poëmatio? Nugæ! Imò ex Arabico sermone translatum eum voluit, quem totus liber spirat, & quo usus Jobus cum Amicis. Hebraicè autem extitisse antè ætatem Ezechielis, infra quoque demonstratur. Pergit hic Lucianus: *Deorum namque Patris Concilium convocat.* Saturnus ille fuit an Jupiter? Convocat deos an Consentes, quales Ennius descripsit, an etiam deos Semonas, ἡμιθεὸς Ἡρώας;

Itan' lepidum tibi visum est scelus, Jovam ridere?

Hæc scilicet ex Jobi contextu? quo Dei unius imperio ac providentiæ ipsi quoque Angeli subjiçuntur. Claudit: *Et Momus, qui hic Satan vocatur, Dei dicta summâ cum libertate capiti, &c.* Næ te illum Momum noctis filium, & somnio patre natum! Bellus homo es, cui Satan non alius quam fictitius ille Momus, cui Jehova pari loco est cum Neptuno, aut Minervâ, Angeli cum Collegio Poëtico deorum. Et hic de sacro-sanctis Oraculis sanum iudicium ferat?

Insanum te omnes pueri clamentque puella.

8. Postremò referuntur in *paradoxorum*, si non planè absurdorum classè, quæ ab æquioribus rerum arbitris, nec planè ignavis Scripturarum, fidem haud ægrè impetrabunt: Paradoxæ (statim inquirunt) *Dei illa e turbine ad Jobum & Amicos voces!* Sunt sanè ψυχικοῖς, ἀνοητοῖς, βραδύνοις & πρὸς τὸν πρᾶξον præterquam ea quæ sensus ipsorum ferunt. At verò familiare Patriarchis, postmodum Prophetis, id genus apparitionum fuit. Nec attendunt illi conditionem locorum atque temporum, obtinente tum solo Verbo ἀρχαῖα, Visionibus, somniis, signis id genus portentosis, de quo infra ad Ætatem Jobi. Pariliter in turbine audiendum sese Deus, ac conspiciendum symbolicè præbet, uti Jobo, sic Mosi, *Exod. xix. Hebr. xii. 18.* sic Eliæ, *1 Reg. xix.* sic Ezechielis, *Ezech. i.* Quo respectu dicitur Deus *habitare in caligine, 1. Reg. viii. 12.* & via ejus esse *cum turbine & procellâ, Nah. i. 3.* Et quotiens Divinæ ac cœlestes voces pias aures, ne dicam corda, pepulerunt? Etiam postremâ Mundi ætate, in historiâ Euangelicâ, Apostolicâ, Ecclesiasticâ, uti legerè est apud Eusebium, alios. Levius est quòd ajunt, de *incredibili tot calamitatum concursu, excipientium sese nullo intervallo:* Atqui pridem observatum

Lib. v. Histor. Ecclef. Cap. III. &c.

— *finis alterius mali Gradus est futuri.*

Et hic non instrumenta spectanda, Chaldaei, Sabæi, ignis, turbo, quæ mirum fuisset egisse simul ex composito, sed causa una movens, dirigens, coacervans mala, illinc Satan Jobo opprimendo, hinc Deus eidem explorando. Specialis ergo hic

Dei dispensatio, & supernaturales causæ, quas etiam in malis Ethnici agnovère: Virgilius:

Quis Deus in fraudem, qua dira potentia nostra, Egit?

Catullus:

*Quis Deus tibi non bene advocatus
Vercordem parat excitare rixam?*

Procopius de Bello Goth. *Ὁν γὰρ ἀνοθεὶν ἢ κατεργασθῆναι παθεῖν, χωρὶς ἐπὶ τὰς τιμωρίας αὐτομάτοι.* Sophocles: *Ὅταν δὲ ἡς Θεῶν βλάβη δὴ αἰεὶ ἐν εὐχῆς ἰσχυρῶν φύγειν.* Similia in Plauto, Terentio, aliis, sexcenta. Quin nec unum hocce exemplum extat subitæ & variæ calamitatis, eorum qui votis ad invidiam felicibus fruerentur. Taliom pleni sunt Historiarum Libri, ne dicamus Fabularum Oedipos, Joctas, Niobas. Notissimus & momentaneus casus hoc disticho expressus,

*Vervex & pueri, puer unus, sponsa, maritus,
Cultello, lymphâ, fune, dolore cadunt.*

In Sacris, Hamanus ex summo fastigio paucas intra horulas, & gratiâ Regis, & vitâ, & fortunis, & ausis excidit, mox filius omnibus oratur. Sic in Vitis Abrahami, Jacobi, Josephi, Davidis, dirigente Numine, casus unus calamitosus alterum continuo excipit: Certè,

*Res Deus nostras celeri mutatas
Turbine versat,*

facitque id ὀλίγη ἢ ἀνέλπιστος τύχης ῥοπή, ut Herodianus de Cleandro. Adeo

Ludit in Humanis Divina potentia rebus.

Quemadmodum ex opposito, unâ die, pauca sæpe intra momenta, exceperunt sese rerum lætarum diversissimi nuncii, in Philippi Macedonis, Matthæi Vice-Comitis Mediolanensis, Maximilianus I. Imperatoris, obviis id genus apud Historicos exemplis. Tandem nihilo est incredibilior, ut illi quidem vellent, *ea Jobi virtus, fortitudo, constantia.* Nam neque iste naturam exiit, probavitque τὴν ὑπερβολὴν τῆς θλίψεως, cum altissimo illo silentio, tum gravissimis certè ac frequentibus querimoniis, *Capit. III. VI. VII. IX. &c.* ut dicta impatientius postmodum cinere & cilicio expiaret.

*Ἐν κακοῖσιν ᾗ δὲ ῥᾶδιον βροτοῖσιν
Εὐφημεῖν ὄμα.*

Adeo quidem ut vel hinc multi Jobum collocarint tum extrâ statum gratiæ: alii ex eo impugnarint Historiæ veritatem ἀυθεντίαν, quasi Author à scopo suo, qui fuerat patientiæ exhibere exemplum, vehementer aberrasset. Hinc benè Calvinus, *op-timam illum causam male egisse, tot expostulantis in Job.* quandoque desperantis penè vocibus; contra Amicos *peffimam causam egisse bene,* præclaris ac cedro dignis sententiis. Sed nihil de Jobi virtute aut poenitentiâ detractum imus, quæ ut summa fuit, ita quoque summa in illo mensura Divinæ ac sustentantis gratiæ. Neque hæc in Martyribus quandoque inferior fuit, quando mortem, cruces, jacturas, tormina, verius quam est apud Poëtam,

— *invadit Pyrrhus Patri,
Ajaci Ulysses, Hectori Atrides minor,
Priamo Agamemnon:*

Ne dicamus incredibilem animi in ipsis Paganis fortitudinem, bonis liberisque subito exutis, ut Anaxagoris, Horatii, Antigonis, Pfammenitis, Xenophonte, Dione, similibus, apud Laërtium, Ælianum, Plutarchum, alios. Seneca ad Lucilium: *Tranquillissimus ille animus, qui neque ablatum sibi*

sibi quicquam sentit nec adjectum, sed in eodem habitu est quocunque res cadant. Ovidius:

Indignata malis mens est succumbere, seque
Præstitit invictam.

Lib. de
Poëtica
Cap.
XXIV.

Tragicus: Ο μέγας κίνδυνος ἀναλκιν ἢ φῶτα λαμβάνει. Sed leviora ista. Verbo dicimus: si observante Aristotele, vel narrationi Dramaticæ convenit μάλιστα μηδὲν ἔχειν ἄλογον, cuiusprimis nihil habere à ratione alienum, quanto magis conveniebat narrationi Historicæ, in gravissimo, si unquam aliàs, scripto, nulla habere ἄλογα, seu ex se absurda, aut credi omninò nescia, quod & sigillatim demonstratum est. Et hæc quidem generalius pro Veritate Historiæ, pluribus deinceps, secundum singulas circumstantias, nostrâ Commentatione illustrandæ, confirmandæque.

CAPUT II.

De Nomine Jobi, aliisque adscriptis eidem Nominibus.

BREVIARIUM.

Rationes ὀνομασολογίας. Nomen **יֹב** variè redditum. An designet Magum? De voce **יֹב**? An dolentem? An osorem vel odiosum? An Arabice originis? Etymologiarum auctores, & incommoda. Alia commodior & verior. Libertas in talibus. Nomina alia Ijobo tributa. Jobab, de quo infra. Jobab. Jobam. Jobal. Job. Jafub. Hobab. Vix. Epiphanius & Eusebius emendati. Bocharti observatio.

I. **O**Tiosa videri posset de Jobi nomine disquisitio, ni cum variè reddidissent Veteres ac Recentiores, affictis etiam Jobo nominibus aliis, tum via his ad sequentia sterneretur. Præcognoscendum igitur: 1. De vero Jobi nomine, & ἰσχυρόφω, ejusque tum etymo, tum significato, 2. De nominibus falso eidem adscriptis.

II. Ubique seu in hac ipsâ Historiâ, seu in loco Ezechielis, vocatur **יֹב** Ijob, ita & Syris, Chaldæis, Arabibus similiter **أجوب** Ajoub, Hellenistis **Ἰὼβ**, uti & Jacobo Apoitolo, Jac. v. 11. De cujus vocis origine ac significatione quæri solet, prout propria Orientalium nomina sunt pleraque σημαντικά, ex appellativis nata. Philoni in Nominibus Hebr. si modò est Alexandrinus ille, item Hieronymo, Oecolampadio, nonnullis aliis, **יֹב** dicitur quasi *Magus* & *Sapiens*, scilicet voce ab **אוב** deductâ, quæ non tam sapientem quàm *Præstigiatorum*, *Pythonem*, ἰσχυροφῶν, vel *serpιομάντιν* notat, utris instar inflatum. Aben-Ezra, *Comment. in Job. xxxii. 19.* [אבות] חמפרשים אמרו שהם נאדות זה נכון כי אל תפנה אל האבות עקר אבותם כנאדות היא *Interpretes dixerunt quod אבות sint utres, & appositè. Nam ne vos convertite ad האבות (Levit. xix. 31.) fundamentum appellationis est, quod venter ipsorum sit ad modum utrius.* Hinc Celebert. Bochartus, Apollinem Phœnicibus dictum fuisse censet **יֹב**, id est, *Pythonem*, unde sit *Ἰοπος*, rivulus in Delo Apollinis insulâ, quasi **עין אוב** Ain-Ob, fons Pythonis. Verùm ab hac Pythonum aut Præstigiatorum forte longè abfuisse Jobum nemo nescit. Et *Magus*, prout sapientem, Philosophum, vel Astrologum notat, voce pridem in bonam partem acceptâ, non **אוב**, sed **חכם**, vel **אשף**, dici Hebræis & Chaldæis consuevit.

De Col.
lon.
Phœn.
Lib. 1.
Cap.
xiv.

III. Aliàs Jobum sic dictum fuisse contendunt, quasi dolentem vel gementem. Concinit rursùm

Philo dicto Tractatu, & Hieronymus in *Tradit. Hebr. Job* (inquit) interpretatur ululatio. Isidorus: Origin: *Job in Latinum vertitur dolens.* Eò respexerunt Græc. Lib. vii. ci, in iis Didymus, in *Collectione Nicetæ*, dum Cap. vi. Jobi nomen vertunt *ὑπομονὴν patientiam.* Ita Sixtus Senensis, *Bibliotheca Lib. viii.* Jobum sortitum à nativitate nomen *dolentis*, & *ululantis.* In Apparatu Antuerpiensi, & in Operè Londinensi Waltoniano, *Explic. Nom. Propr. יֹב dolens vel gemens, sive ululans, aut exosus.* Nempè orta videtur interpretatio ex confusione nominum **יֹב** & **אֵיב**, quorum prius est *Gen. xlvi. 13.* & gementem, vel dolentem dicit. Nisi ipsum **אֵיב** derivetur à **בב** in Pihel quod est *vociferari*, sed invitâ cum analogiâ, ut quis videt, tum significatione ipsâ: Si quidem **בב** sit *vociferari non dolentium sed jubilantium*, plaudentium, acclamantium more, quomodò Chaldæus, *Job. xxxi. 29* **וַיִּבְבֵּי** & *jubilavi*, de oppresso osore. Undè nonnisi in bonam partem vox usurpari solita, ut Hebræis sic & Chaldæis, Syris. Accedit, antè immisissam plagam minùs quadrasse nomen *dolentis* vel *patientis*, in *עַיִן* Virum qui ipsam superasse invidiam videbatur. Et quicquid demus nomina ominosa, seu *mystica* & *præfigurativa*, etiam à nativitate, ut illa Noachi, Jacobi, Mosis, Josuæ, Davidis, Salomonis, Petri, &c. collecta Isidoro in *Originibus*, quemadmodum sunt in omni Historiâ Nominum id genus perpetua exempla; vix tamen locum habet omen triste adeò ac funestum, parentibus *ὀνοματοδέταις*, in statu portendente læta omnia. Utque *rem mali ominis vitandam esse* pridem dixere Veteres, sic vitata ista semper summo studio fuit in primâ impositione Nominum, seu ominosa hæc essent mali turpis, quomodò olim gens Claudia recusavit *Lucii* prænomen, latrocinio ac cæde infame, apud Suetonium in *Tiber.* seu ominosa mali tritis, undè Jacobus τὸ *Benoni* in *Benjamin* ocysus convertit, *Gen. xxxv. 18.* Ut frustra Sixtus Senensis velit secreto prælagio, hoc nomen *Jobi* seu *dolentis*, à nativitate inditum fuisse, & eum ante Isidorus Hispalensis loco cit. Didymus apud *Nicetam.* τῷ δὲ Ἰὼβ ὄνομα ὑπομονὴν νοεῖται ἢ εἶναι, ὡς ἡμῶν τῶν οὐ θεοεκλήθη, ut id deinceps fuerit quod antea vocabatur, ἢ κληθῆναι ὅπερ ἐξήμετο, aut id vocatus sit quod postea exstitit.

IV. Alii igitur Jobum sic appellatum voluere à voce **אֵיב** inimicitias egit, undè sit in Benoni **אֵיב** in passivo **אֵיב**, hinc vox **אֵיב**. Ità Schindlerus, Arias, Waltonus, & plerique. Ratio nominis, seu in sensu *passivo*, quod Satanæ, & impiorum odiis expositus fuerit; seu in sensu *activo*, quod vitiorum ac vitiosorum osor idem atque inimicus; seu in sensu *utroque*. Ita in *Lexico Orientali* annexo Operi Londinensi Polyglotto: **אֵיב** quasi *osor impiorum*, & *his inuisus & odiosus*. Nec displiceret, nisi sensus *activus* coactor, cum jam à virtute, sapientiâ, timore aut amore Dei, & simili-bus, convenientius nomen indi poterat; sensus verò *passivus*, cum ab infantiâ ominosior, tum etiam Jobo ante calamitatem (cui tunc quoque id nominis fuit) minùs convenientis videretur. Omnium potius tunc *amor*, ut qui futurus in omnes beneficus, nulli gravis, ut passim describitur. Hinc nec Doctissimo in Hebraicis Mercero originationis placuit.

V. Alii, quos inter idem Joh. Mercerus, *Arabica* nomen hocce statuerunt originis. Neque nos vel de Linguae antiquitate, vel de Jobi in Arabiâ sede, vel de Arabismis passim in Libro Jobi, vel etiam de Hebræarum ex Arabicâ filiâ seu radicum restitutione, seu vocum declaratione, controvertimus. Nimium postrema ista hodie rata, post exemplorum sine fine messem, apud Raphelengios, Gigg-

gejos, Bochartos, Golios, Pocockios, Waltonos, Hottingeros. Essè tamen radicem Arabicam, Hebræis ignotam, undè commodiùs secundùm analogiæ leges, & feliciùs quàm ex radice Hebræis usitatâ, nomen יוֹב derivetur, meritò dubitamus. Neque enim talis vel eruitur ipsis, vel deprehenditur nobis, aut observata earum litterarum hodiernis Magistris, qui aliàs radices plerâsq; Arabicas, undè Hebrææ voces illustrentur, speciatim quoque in Libro Jobi, studiosè collegerunt, ut factum à Bocharto, Waltono, Hottingero, & hoc tum in Lexico Harmon. tum in Smegmate Orient. Præterquàm commodiores dari radices nullæ possunt, quàm Hebræorum illæ יוֹב, vel oppositum illi יוֹב ut pluribus modò, & res ipsa loquitur: Adde Hebraicæ fuisse originis nomina Filiarum Jobi, Amicorum etiam, Tzaphar, Elishu, Baracheel, &c. undè idem de Jobi nomine iudicium.

Lib. I. Cap. VII.

VI. Aliis docta placuit ignorantia. Joh. Coccejus celebris Commentator: Non placet interpretari hoc nomen. Nam plurimorum nominum etymologia incerta est. Nos autem, salvo aliorum arbitratu, in re haud valde gravi, nomen hocce arcessimus à radice יוֹב ἰμπροθιν, amare, desiderare, Hebræis, Syris. Ut Vir ille, inverso jam planè sensu ac suprâ ex יוֹב, sit dictus יוֹב, seu activo significato, quasi amans virtutis, boni & æqui, seu verius passivo, tanquàm suorum desiderium atque delicta. Planè sic דָּוִד David, quasi dilectus, desideratus, דָּוִד David, dilectus Deo; Daniel Vir desideriarum: Melchias, desiderium Gentium. Græcorum similiter nomina, Ερασός, Ερασίμω, Latinorum Desiderius, Amatus, Amadens, analoga id genus quoad significationem, in aliis Europæorum Linguis. Ex יוֹב nempè fit passivo significato יוֹב, hinc factâ metathesi haud infrequenti litterarum Aleph & Jod, vocæque ad Nominum propriorum formam inflexâ, qualia יוֹב, יעקוב, שמעון, id genus multa, fit יוֹב. Nec quicquam usitatius quàm formari propria ex appellativis, cum simili transpositione literæ. Jobus igitur, tanquàm qui aut calidissimis votis à parentibus exoptatus, aut tennerrimo affectu exceptus, aut indè etiam à teneris omnium amor, spes, desiderium. Cui rei illustrandæ faciunt fortè quæ Jobus de seipso fuscè, Cap. XXI. Undè & Suidæ dicitur ἰὼβ ὁ τελεπόθης, &c. Sed seu ab hac seu ab illâ derives origine, parum interesse videtur. Obviæ voces in Hebræis, sine numero, quæ non unam originationem aut significationem admittunt, etiam Personarum, Locorum, Fluviorum, antiqua nomina, sic יוסף, זבולן, מוריה, הנבל, &c. In ipso Jobi nostri exordio vox שׂוֹן aliis à שׂוֹן adversari, aliis, ut Majemonidi, à שׂוֹן declinandis, seu recedendi significato, quod hominem declinare faciat à viâ veritatis. Cum primis verò in originandis vocibus ingeniosi & luxuriantes Arabicæ & Orientalis literaturæ peritiores, totis nuper apud Bochartum acervis, in Opere utroque Geographiæ S. & Ζωολογίας. Græcorum in talibus seu libertatem seu acumen, non sine voluptate olim intelleximus ex Scholiastis & Etymologis passim, Proclo, Tzetze, Moschopulo, Eustathio, Polluce, Hesychio, Phavorino, Suidâ, Etymologico Magno, &c. in nominibus, v. gr. Κράνω, Ζέλις, Αἰθιῶν, Πάλας, Αφροδίτη, Απολλων, Μῦσαι, Ηρμης, Διονυσος, Κύπρις, infinitis aliis, quorum ut variz sic argutz originationes. Plurimumque in hoc eruditionis genere exercuerunt sese Viri summi, post Grammaticos, & Originatores veteres Græcos & Latinos, nuperque Opere posthumo promptuarium omnis doctrinæ Gerh. Joh. Vossius.

Mor. Nev. Par. te III. Cap. XII.

VII. Mirum verò, præter Jobi illud inelytum nomen, aliud ei adscriptissè universam Antiquitatem, scilicet alio nomine dictum יוֹב Jobab. Sic Tom. II.

turba ferè tota Patrum (uno fortè excepto Hieronymo, & post eum in Latinis Isidoro, Alcuino, Ruperto, paucis aliis) quos Patres citant hanc in rem Tornielus in Annalibus Sacris, Cornelius Ad An. Lapidè, Comm. in Genes. id genus compilatores. Sic in Hebræis, Muhammedanis, Orientalibus, non pauci, imò plerique, ut quidem affirmat Clarissimus Hottingerus noster. Sic in Pontificiis scriptoribus, Tostatus Episc. Abulensis, Salmero, Sanctius, Pineda, Lovanienles, Sixtus Sen. Genebrardus, Tornielus, Salius, A Lapidè, Pererius, Petavius, Labbeus, Marollius ad Gregorium Turonens. Uno verbo, plerique seu Chronographi seu Commentatores in Genesim & Jobum; Lyrano, Bellarmino, & paucis exceptis. Accedunt in Protestantibus Lutherus, Beza, Luc. Ofiander, Gerhardus, Martinus, Guthberletus, Fridlibius, sexcenti alii. Nempè arbitrati illi omnes Jobo prioribus temporibus fuisse Jobabi nomen, atque adeò eundem illum esse cum Jobabo, Gen. xxxvi. 13. Idumæorum Rege altero, Esavi ex Rehuele & Zarrâ pronepote, ab Abrahamo ordine quinto; cui tamen postmodum, nomine contracto, ac permutatis literis pro fortunæ mutatione, mutatum quoque fuerit nomen in illud Jobi. Hujusce etiam traditionis auctores crediti oi LXX. in calce interpretationis Jobi, προῦπηρχεν δὲ αὐτῶ ὄνομα Ἰωβὰβ, & quæ ibi sequuntur. Quæ ex Syriaco sese Libro interpretatos esse dicunt, ex quo fonte propinarunt idem Theodotion, Pseudo-Aristæas, Polyhistor, Philo, Arabs, & creduli nimium Patres. Sed ut sibi imponi passi sint Veteres, atque adeò novissimi, fuerintque longè diversissimi Jobus & Jobab, hinc posterius nomen priori malè assutum, prolixè nos & apodicticè mox Cap. v. ubi de Jobi Persona & Dignitate.

VIII. Ut error erroris ferax est, dictus idem Jobus Veteribus alio nomine יוֹב Jobab, significato revocandi: Et sic Auctor Quæstion. in Paralipom. in Operibus Hieronymi, longè ab Hieronymo diversus. Ludovicus Vives ad Augustin. de Civitate Dei: Alii Jobab, alii Jobab dixere. Origo erroris ex confusis nominibus יוֹב Job, qui inter filios Issachar, Gen. XLVI. 13. & יוֹב Job: Siquidem prior, mutato nomine, vocatur i. Paral. VII. 1. יוֹב vel יוֹב Jobab, hinc binominis. Sic permiscuere eadem Jobi & Jobab nomina, qui utrumque pariter interpretati sunt dolentem & gementem, ut suprâ. Rursus ut Job & Jobab permixta, sic ab aliis Jobab & Hobab, quorum posterior Mosis focer, Num. x. 29. diversissimus sanè seu à Jobo, seu à Jobabo. Ne jam illos memorem quibus Jobus fuit ipsissimus Viz, nepos Semi ex Aramo, undè sedes Jobi Terra Viz, de quò infra.

IX. Porro venit Jobus, apud Epiphanium de Hæresibus, nomine Ἰωβὰβ, Ζαρεθὸν τὸν Ἰωβ Ἰβνὰ, πρὶν μὲν καλεῖσθαι Ἰωβὰβ, Ζαρεθὸν τὸν Ἰωβ Ἰβνὰ, πρῶτον δὲ καλεῖσθαι Ἰωβὰβ. Sed corruptum locum esse manifestius est quàm ut demonstrari oporteat. Ut sit legendum, Ἰωβὰβ, quem planè eundem describit cum Jobabo illo Gen. xxxvi. 33. Nec emendavit tamen Petavius, quod factò opus fuit. Eusebius L. IX. περὶ ἑσθ. refert ex Aristæâ Jobum ante vocatum fuisse Ἰωβὰβ Jobam: Ἀρεταὶς δὲ φησὶν ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων, τὸν Ἡσαὺ γήμαντα Βασαράρας, * ἦν ἐν Ἐδῶμ, Ἰβνῆσαι ἦν, κατοικεῖν δὲ τῶν ἐν τῇ Ἀσσίτιδι χώρᾳ, ὅτι τοῖς ἑβραίοις τὸ Ἰδουμαίας ἢ Ἀραβίας, &c. Τῶν δὲ τὸν Ἰωβὰβ ὀνομάζουσι. Hinc verò Jobum primò Jobam fuisse appellatum. Sed & corruptissimus hic locus. Idem nempè dixit Aristæas quod modò cit. LXX. ut ex collatione verborum liquet. Ergo, i. Βασαράρας vel Βασαράρας non hic uxor Esavi, sed Zare nepotis, ut hiulca sint verba τὸν Ἡσαὺ γήμαντα * Βασαράρας, &c. nisi legendum sit Βασαράρας, cui Esavus nupsisse legitur,

Ad An. num 2379. & 2329. Ad Cap. xxxvi. 33. Theaur. Philolog. Lib. II. Cap. 1.

Lib. XVIII. Cap. XLVII.

Lib. I. Hæz. 47.

B Gen.

Gen. xxxvi. 3. ex qua genuit Rehuel patrem Zare; hic ex *Bassarâ* genuit filium *Jobab*, juxta res LXX. 2. Non *Jobab* sed *Jobab* primitus scriptum ab Eusebio fuit, ut nemo non videt. Quomodo eodem in loco legitur Elihu *Σωβίτης*, pro *Βασίτης* vel *Βασίτης*: Nec mendorum id genus circa nomina propria in Eusebio finis, passim emendantibus Scaligeris, Vossii, Bochartis, Valesii. Denique pari errore, Jobum antè dictum fuisse *Jobab*, loco *Jobab*, habet ad calcem Editio Veneta Aldi Manutii, quam secutus est Sixtus Senensis, aliique.

X. Ingeniosum autem illud Doctissimi Bocharti, ex *יוב* *Job* putantis factum nomen Punicum *Jopas*, de quo Virgilius *Aeneidos* 1.

Cisharâ crinitus Jopas

Personar.

Certe inflexio hæc congruentior quam *Jobab*, in *Job*. Ut verò iste crinitus, *καρχηρόδων*, sic noster, *κρηνοειδής* *Job*. 1. 10. in luctus argumentum. Sed ad historiam *Jobi*, ne videamur circa nomen *difficiles habere nugæ*.

CAPUT III.

De Sede *Jobi* falso creditâ.

BREVIARIUM.

*Circumstantia loci ut expressa. Terra *Utz*. Interpretum dissidia. Chaldaeus unde Armeniam reddidit? Ejus passim in Paraphrasi sua de *Jobo* commenta. Error *Jobi*. *Merceri*. Unde alii Constantinopolim? Qui faciunt tractum Palestine. Puteus *Jobi*. Qui regionem Trachonitidis. Sic Chorographos plerisque Terra Sancta. Qui Syriae Damascena. Qui Apamena. Qui Idumæa. Qui Arabia Petrae. Qui Deserta & Scenitidis. Dissensionis causa. *Utz* filius Arami. An ex eo terra *Utz* in Syria? *Utz* filius Nachoris. Ab hoc esse *Ausitidem* Arabia. *Utz* Horeus. A quo horam *Jobi* sedes? Demonstratur nec Trachonitidem fuisse, nec Idumæam. Nomen Terra *Utz*, seu *Ausitidis*, nusquam his terris adscribi. *Utz* unde credita Idumæa? Sententia hujus hypothese. Vanitas earundem. Locus Lament. iv. 12. declaratus. *Utz* unde Trachonitis habita? aut Syria Damascena? Fundamenta eversa. Trachonitidis in *Mose* Nomina; Situs; Conditores; Incole antè *Mosem*. Non fundatam ab *Uzo* Arami. Hic ne Damasci conditor? *Valis* Ganta Damascena. An ex *Utz* sic dicta? Bochartus notatus. Dubia alia supposita. Etrores de *sua* Idumæa. *Basan* *Vetus*, & *Basanea* diversa. *Ficta* sedes Amicorum *Jobi*. *Fabula* de *Jobi* sepulchro. *Consultata*.*

I. Proximum est ut cognoscamus de loco seu nativitate, seu habitationis *Jobi*. Vixisse dicitur *בארץ* in Terra *Utz*, eademque in plagâ Orient. sitâ, unde *Job* maximus in *Filiis Orientis*, *Job*. 1. 3. Vix potuit ea loci circumstantia designari expressius, nec certè in Histor. Sacris distinctius solet, quæ sæpè defunguntur generali voce, *בארץ* *אבותא*. Interim non plus de Paradisi sede, aut de Magorum patriâ, quam de *Jobi* illa est disceptatum.

II. Parùm quidem nos morantur Judaica & Muhammedica commenta. Chaldaicum certè Paraphrastem, vulgò Josephum Cœcum, si audimus, Terra *Utz* fuerit Armenia, *בארץ ארמנא* ut est in Bibliis Regiis. Planè sic *Thren.* iv. 21. terram *Utz* *בארץ ארמנא* de Armenia, *בארץ ארמנא*, & quod magis mirè de Constantinâ seu Constantinopoli, quæ sita fuerit in Armeniâ, ut habet Paraphrasis in Bibliis Venetis, & Regiis, diversa à Jonathanis illâ. Aded hic Paraphrastes Onkelo & Jonathane ut recentior, sic longè corruptior est; inferentque passim in *Jobi* contextum Judaicas nugæ. Hujusmodi sunt ista, v. gr. de Dinâ *Jobi* conjugè, C. 11. 9. de Prodigis in Amicorum hortis, domibus, C. 11.

11. de merito eorum adventus, quo liberati iidem ab instante gehennâ, *Ibid.* de memoratis in *Jobi* Historiâ Aegyptiis, Pharaone, plagis eorundem, divitiis Corah, Dathan, & Abiram, Cap. vii. 12. xii. 6. xv. 29. de Michaële & Gabriele à dextris & sinistris Dei, Cap. xxv. 2. *ἀδελφὰ ποταμῶν*. Origo erroris quo *Utz* habita istis Armenia, vel Constantinopoli, fuit partim Geographiæ, Historiæque crassa ignorantia; partim in Christianos odium, quos designari voluit Chaldaeus *Lament.* iv. 21. quorumque imperans sedes erat nova Roma, seu Constantinopoli, unde judicium fit de ætate Paraphrastæ. Nam *Edom* nomine Christianos designare, & Constantinopolim Christiani sedem Imperii statuere in *Edom*, solemne est in Judæorum scriptis, ut Muhammedanos designant nomine *Ismael*. Erravit ergo doctissimus Mercetus, dum Paraphrastem respexisse in *Threnis* dicit ad *Turcarum Imperium*, quod Paraphrastis ætate, haud paucis est seculis recentius. Hinc etiam factum ut deinceps in Judæis & Muhammedanis complures, Terram *Utz* interpretati sint Constantinopolim, quam lepidè collocant juxta Armeniam, dividente scilicet Bosphoro. Error rem firmavit *Jobi* sepulchrum, ibidem celebratum, idemque ex errore alio. Fortè enim *Jobo* cuidam, Duci Muhammedano, monumentum ibi erectum fuisse, pridem *Joh. Drusius*, dein *Hottingerus* noster, *Brian. Waltonus*, Eruditi alii, observarunt; cujus & positi Duci inelyto monumenti meminerunt Itinerariographi, nuperque *Thevenotus* in *Itinere Orient.* Quam verò *Jobi* sedi cum Armenia, longius versùs Septentrionem sitâ, parum conveniat, ex sequenti descriptione intelligetur.

III. Minus absurdum fuere illi Magistrorum qui terram *Utz* interpretati partem *Cantariae*, vel *Palæstinae*. In iis R. *Salomon Comens.* in *Job.* Magistri alii in Tractatu *Bab. Babir.* tradentes *בארץ* *Scholam* ejus fuisse *Tiberiade*. Sic propè Hierosolymam, in viâ quæ Ramâ ad Urbem ducit, monstratur ad dextram puteus muro cinctus, qui vulgò *puteus Jobi*, seu à *Jobo* constructus. Meminitque ejus *Anonymus*, de Locis Hierosolymitanis, edente Leone Allatio, vocans τὸ πηγάδι τῆς δικαίας *Jobi*. Similiter *Joh. Cotovicus*, *Joh. Zuallardus*, aliique in *Itinerariis* Hierosolymitanis. Communissimè verò Terram *Utz* collocant in *Peraâ*, seu in *Trachonitide* Regione, inter montem *Galzad* & *Jordanem*, haud procul à fluvio & Mari *Tiberiadis*, in parte *Palæstinae* Septentrionali, ipsissimâ illâ quam occupavit dimidia *Tribus Manassis*, quamque eorum plerique faciunt provinciam *Idumææ*, seu sedem pristinam *Edomi*. Hinc tres in eodem Tractu vicinas urbes designant, sedes Amicorum *Jobi*, *Theman*, *Sueta*, & *Naamath*, in quarum medio sepulchrum *Jobi*, in modum *Pyramidis*, hodieque visitur, in planitie *Jordanis*, ad fontem *Phiala* signari in tabulis solitum. Ex primis traditioni occasionem dedit *Hieronymus*, ajens, *Huz* *Arami*, fuisse *Trachonitidis* & *Damasci* conditorem, atque inter *Palæstinam* (strictè dictam) *Hebr.* in & *Cale-Syriam*, tenuisse principatum, à quo LXX. Interpretes in libro *Jobi*, Regionem *Ausitidem* quasi *Husitidem* transtulerunt. Postmodum verò Terram *Huz*, eo quo diximus loco, indè à Mari *Genezareth* & urbe *Chorazin*, nobis descripsere in Tabulis suis, *Itinerarius*, & *Chorographia Terra Sancta*, *Eugesippus* describens Terram Sanctam, Anno M. XL. Fr. *Brochardus* Monachus, *Christ. Andrichomius*; *Josephus Moletius* ad *Ptolomæum*, *Joh. Tiranus*, *Bened. Arias Montanus*, *Jacobus Zieglerus Landavus*, *Jodocus Gistelius* Eques *Gandavensis*, *Joh. Zuallardus Belga*, *Johannes Cotovicus JC.* *Ultrajectinus*, *Philippus Briet Soc. Jesu*, *Philippus de la Rue*, *Georg. Hornius*, & *Geographorum* ferè turba tota in Tabulis *Palæstinae*; no-

Ex quibus sapit noster *Conr. Pellicanus*, in *Job.*

xxxii.

Cap. x.

Tradit. *Hebr.* in *Gen. x.*

novissimeque Brianus Waltonus, Tabulâ insertâ Apparatu Biblico Polyglotto. Hinc pro eo situ Utilitidis certant Tostatus Abulensis; *Comm. in Gen. xxii.* Tornellus in *Annal.* ad annum 2319. Scriptores Pontificii plerique, ac nuperrimè Franc. Carriere, *Annot. ab Job.* In nostris Tremellius, Junius, Piscator, Interpretes alii ad *Gen. x. & Job. i.* itemque Waltonus in Opere Londinensi, *Explicat. Nom. Propr.* ad vocem *Hus*.

IV. Alii Terram Utz collocant paulò remotiùs, in *Syriâ Damascenâ*, inter Libanum & Antilibanum montes, ab Utzo Arami Damasci conditore: Et in iis Clarissimus Bochartus, vir stupendæ eruditionis, *Phal. Lib. ii. C. viii.* ut tamen tres regiones statuat hoc nomine, Jobique illam fuisse hanc Damascenam neget. Rursus alii in *Syriâ* quidem Jobi habitationem designant, sed *Apamenâ*, magis Septentrionem versùs: Hodieque monstrari eandem in urbe *Hama*, olim *Apamea*, à Græcis Christianis, refert Pietro della Valle, in Itinerario suo Italicè descripto, *Parte ii.* Accedit nuper Thevenotus, Nobilis Gallus in *Itiner. Orient. Depuis Hems jusques à Hama est le lieu que les gens du pays disent avoir esté habité par Job & sa famille*: nempè referunt pari, quâ id genus sine modo ullo fabulas, auctoritate & fide. Quam *Hama*, sitam ad Orontem fluvium, qui hodie *Assi*, Bochartus confundit cum *Chamath*, *Jud. iii. 3.* Terræ Sanctæ extremo ad Septentrionem termino.

V. Plurimis verò terra Utz credita fuit *Idumæa*, aut pars *Idumææ*, estque hæc suffragantium numero sententia hæctenus potior. In quibus sunt Veteres fere omnes, in recentioribus verò, turba tota quæ Jobum cum Jobabo *Idumæo* supra confundebat, *C. ii. §. vii.* & mox in sequentibus. Ita tamen ut horum multi *Trachonitidem*, de quâ modo diximus, faciant partem *Idumææ*, ibique montem *Sehir* collocent, quomodo *Eugesippo* *Idumæam* & terram *Damasci* pro iisdem habet, *Libro de Dist. Locor. Terra Sancta.* Dein terram Utz intellexere *Idumæam*, aut partem illius, *Eximii* extrâ istorum classem Interpretes, uti in *Hebræis* *Aben-Ezra*, in *Pontificiis* *Scriptoribus* non infimæ notæ *Joh. Baptista Villalpandus*, agens de *Sabæis*, in nostris *Oecolampadius*, *Calvinus*, *Rivetus*, *Diodatus*, *Angli Annotatores*, alii non pauci. *Joh. Coccejus*, *Comment. ad locum*: *Est igitur verosimile, partem Idumææ esse terram Viz, eamque ipsam hic intelligi.* Quin extrâ classem Interpretum *Scriptores* quàm multi, uti *Mandevillus*, *Laurentius Fabricius*, *Christianus Schotanus*, aliique quotquot *Jobum* ex *Esavo* traductum censuere. Rursus *tois LXX.* & cum iis *Pseudo-Aristææ* apud *Eusebium*, *Ausitis* *Jobi* collocatur in *Arabia* æquè ac in *Idumæa*, seu in confiniis utriusque, *ἢν τοῖς ἐξοῖς τῆς Ἰδουμαίας ἢ τῆς Ἀραβίας.* Et qui *Arabiam* interpretati, ivère iterum in diversa: Alii enim *Petraam* voluere, *Palæstinæ* à *Meridie* conterminam, *Scenitidi* ab *Oriente*, quæque magnâ ex parte est *Idumæa* vetus, & in iis *Cajetanus*, *Mercerus*; alii verò *Desertam*, dictam & *Scenitidem*, cujus pars *Ausitis*, & in iis *Viri Magni*, inferiores numero non auctoritate, infra nominandi.

VI. Tot variantium sententiarum causa potissimum triplex. 1. Tacitum *Jobi* genus, ex quo de sede facilius fuisset judicium. 2. Traditiones variæ, sed vanæ illæ, incertæ, ac pugnantès sæpè. 3. Nominis *Utz* pluribus adscripti, ambiguitas in antecessum expedienda. Tres nempe hoc nomine, à quibus censeferi potest regio denominata, in *Scripturâ* appellantur. Primus *Viz* nepos *Semi* ex *Aramo*, *Gen. x. 22. 23.* cujus sedes fuisse videtur in *Aramæâ*, vulgò *Syriâ*, latissimèolim extensâ, quique pridem creditus conditor *Damasci* & *Trachoniti-*

dis, apud *Josephum*, *Hieronimum*, & ex iis *Bochartum*, *Ariam Montanum*, *Waltonum* in *Expli- Phalæg. Lib. ii. Cap. viii.* *cat. Nomin. Propr.* ad vocem *Hus*, & omnes fere. Hinc terra *Utz*, sive *Ustis* vel *Ausitis*, à multis (ut visum) in *Syriâ* *Trachonitide* collocata, inter *Palæstinam*, & *Cœle-Syriam* aliàs *Phœnicem Libani*, ut nominatis antè *Hieronimo*, *Eugesippo*, *Tostato*, *Brentio*, *Junio*, *Waltono*, aliis. Undè etiam summo *Bocharto* *Vallis Damascena* *ܨܘܝܬܐ*, toto *Oibe* celeberrima (dicta *Arabibus* in hanc diem *القطفة* *Algautâ*, vel sine articulo *عوطة* *Gautâ*) est quasi vallis *Utz*, per *μετὰβολὴν* non infuetam literæ *Ain* in *Gimel*, vel in *Gain* *Arabum*, uti *Ἔ* *Tzade* *Hebræorum* in *Tneeth*, *Ἔ* *Sad* vel *Dad* *Arabum* in *Ta*, pro naturâ permutabilium. Alter *Viz* filius *Nachoris* *Gen. xxii. 21.* cujus regio dicta ab *Hebræo* *Ustis*, vel *Ausitis*, posteri *Αὐσίται*, etiam *Αἰδίται*, *Arabia* *Desertæ* incolæ apud *Ptolomæum*. De quâ regione, cui ab hoc *Utzo* nomen sit, pluribus sequenti dissertatione. Tertius denique *Viz* ex posteris non *Esavi*, (ut vulgò dicunt) sed *Sehir*, atque ex *Horæorum* genere, *Gen. xxxvi. 28.* qui post ab *Edomitis* expulsi, *Deut. ii. 12.* Undè terra *Utz* pro *Idumæâ* supponere visa, *Therent. iv. 21.* aut certè pro parte regionis in quâ habitavit filia *Edom*. *Idumæa* autem clarissimis *Geographis* arctatur infra fines terræ *Canaan*, *Meridie* versùs, & *Arabia* *Petraæ*, ubi mons *Sehir*, item *Amalekitæ*, *Omaræi*, *Themanitæ*; Aliis protensa ad ipsum *Mare Erythræum* (cui ab *Edomo* seu *Erythro* nomen sit) & *Arabia* utriusque fines. Vulgò ex quinque *Palæstinæ* regionibus maximè ista *Australis*, cui proxima *Judæa*, hinc *Samaria*, tum *Galilæa* & *Trans-Jordanica*, apud *Olivarium* in *Pomp. Mel.* *Ortelium* in *Tabulam Palæstina*, alios.

VII. Parùm equidem interessè videtur, sive *Jobi* illam sedem, ab *Utzo* denominatam, putemus *Utzitidem* *Syria*, *Damasco* conterminam, sive *Utzitidem* *Idumææ*, ut plerisque visum, sive denique *Utzitidem* vel *Ausitidem* *Arabia* *Deserta*. Neque enim tres hæc regiones, vel à se invicem, vel à *Chaldæorum*, aut *Sabæorum* illis, de quibus *Job. i.* immensum quantum distant. Et pro harum quâvis tandem supponat, sua semper *historiæ* veritas constat, lux etiam qualiscunque affulget. Si quid tamen in re obscuriori conjectare licet, & si quis suffragio nostro locus est, qui in priores sententias concesserunt, falli vehementer nobis videntur. Neque dubitamus quin sedem suam habuerit *Jobus* in *Ausitide* *Arabia* *Deserta*, ab *Utzo* *Nachoris* sic appellatâ. Quod ipsum sequens *Caput* prolixissimè demonstrabit.

VIII. Principio igitur pensitanda illorum sententia venit, qui *terram Viz* interpretati vel *Idumææ* partem, vel *Syria*, aut *Trachonitidis*. Et quidem primò in communi his obstat, aliis planè nominibus designari has terras in *Scripturis* *Testam. Vet.* quàm illo terræ *Utz*. *Trachonitis* certè apud *Mosè*, & deinceps, non est nisi terra *Gilead*, vel *Bassan*, vel *Amorraeorum*, &c. nec per somnium terra *Hus*. Sic *Idumæa* in stylo *histor.* qualis est in *Jobi* exordio, perpetuò est *Terra Edom*, vel *Sehir*, vel *Theman*; ut *Syria* est terra *Aram*, aut *Terra Damasci*, vel regio *Libani*. Atque adeò terra *Viz* à sacro *Historico* designata est, quæ esset hoc nomine incluta, proprio isti regioni, non cui esset nomen aliud notius, qualia modò expressa; & tres tùm regiones fuisse hujus nominis, *Viz* vel *Hus* appellatas, quarum altera in *Syriâ* *Damascenâ*, tertia in *Idumæâ*, supponit quoque vel conjectat *Clariss. Bochartus*, non probat. Nec in harum veteri *Chorographiâ*, omnibus *Locorum*, *Urbium*, *Regionum* nominibus accuratissimè designatis, qualiter habuere antè distributionem *Terræ*, indè à temporibus *Abrahami*, uspiam

Pag. 447

Phal. Lib. iv. Cap. xxxv.

In Cap. xxvii. Ezechiel.

Histor. Cap. lv.

Partition. Cod. Hebr.

Cap. xix. Bibliothec. in Sulpic.

Sev. Tom. i.

Προσφω. Lib. ix.

Phal. L.
11. Cap.
xxvi.

desunt causæ dubitandi. Certè à Josepho, in Gentium originibus, discedit frequentissimè Bochartus, testatus etiam, *Scriptori illi fidem non esse temerè abhibendam, cum versatur in Exortici*, extra suæ historiam Gentis. Et perquam mirum; non de nomine suo Arami filium appellasse eam regionem *terram Hus*, aut appellare ulpiam Mosem, vel Scripturam, in ejus descriptione Tractûs. Quin ipsum illum Utz, Arami filium, in *Armenia minori* consedisse vult ex Chaldæo Arias Montanus, in *Phaleg*. Sic Damascum conditam non ab Utzo, sed ab *Eliezer* servo Abrahæ, à quo jam tempore audiit regio *Damascena*, Gen. xiv. 15. xv. 2. fuerunt qui traderent in Veteribus, ex quibus id adferit Eugesippus *Lib. cit.* Quomodo alii Utz Arami in *Arabia* sedem habuisse censent, uti Hugo Grotius, *Pref. in Jobum*, undè regio Arabica *Utz* vel *Hustis*; quod tamen de Utz filio Nachoris, Arabiæ incolâ, longè evidentius esse, alibi docemus.

4. Accedit, quod quæ illis est Trachonitis regio inter Jordanem & montem Galaad vel Hermon, fuerit pridem pars terræ *Canaan*, in ditione earum quas modo diximus gentium, *Jos. XII. 1. & seq. Deut. III. 14.* Et hæc ex impiâ, ut videtur, *Canaanis* posteritate, quales *Machabei*, *Gessurai*, *Basaniæ*, regione dein occupatâ ab *Ammonitis* & *Moabitibus*, tandem subactâ ab *Amorrais*, *Num. XXI. 26.* donec Israëlitis cederet, Josuæ ætate. Atque hujus incolæ tractûs *Rephaim* seu Gigantes dicti, *querubus* similes. Qui igitur in eâ regione *Utz* ex Aramo & Semo tenuit principatum? qui hujus conditor gentis? qui in eâ imperium habuere Jobus & Amici? Gente tum antè, tum circâ Mosis tempora, nefandâ Idololatriâ pollutâ, horrendisque flagitiis immergâ, *Genes. xv. 16.*

5. Sed verò Jobum ab Utzo, Arami primogenito, successivè oriundum fuisse; tum eam incoluisse terram quæ ab eodem Utzo, non ab alio isti cognomine, esset denominata; utroque membro precarium est, & ipsum τὸ ἀμφισβητέμενον. Imò falsum utrumque esse, prius etiam judicio ipsius Hieronymi, qui Jobum derivat ab Utzo Nachoris, sequentia planissimum reddent. Et si ab Utzo Nachoris Jobi *genus*, quidni ab eodem Utzo nomen *sedis* & habitationi Jobi?

6. Mira etiam Geographiæ conturbatio, iisdem quos diximus auctoribus. Illinc enim Jobum Idumæum faciunt, certè plerique, & terram Hus partem *Idumææ*, hinc terram eandem in *Trachonitide*, aut *Syriâ Damascenâ*, designant. Atqui *Idumæa* Judææ *Meridionalis* fuit, versus Arabiam Petream, & *Occidentalis* magnâ ex parte, ubi mons *Sehir* & *Idumæorum* præcipuæ Tribus, ex Scripturâ S. Ptolomæo, Phinio, probatis ferè omnibus Geographis. *Trachonitis* verò Judææ *Septentrionalis* est, atque *Orientalis*; inter *Syriam Damascenam* & *Bataneos Arabiæ Desertæ*, adeo ut in ipsâ *Arabia*, superatis montibus, *Trachonitas* collocet *Ptolomæus*, quemadmodum & *Arias Montanus* in *Chorographiâ* *Canaanis Veteris*, vicinarumque Regionum. Ut sint jam corruptissimæ Tabulæ quæ regionem *Edom* collocant ad Orientem *Damasci*, & in ipsâ *Damascenâ*. Sic *Bosra* in Tractu *Trachonitidis*, quæ est *Bosor*, 1 *Macc. v. 36.* & in eodem *Theman* (quæ verius est *Themna*, aut *Timin* *Benjamino*) pessimè confundunt cum metropoli utraque *Idumææ*, *Bozra* & *Theman*. Sic *Basaniidum* seu regionem *Basan*, aliàs *Galaaditidem*, de quâ & *Josephus* in *Antiq.* longè suprâ omnes *Palæstinæ* totius luxuriantem urbibus, pascuis, frugibus, opobalsamo, pari jure confundunt, ob vocum quandam proximitatem, cum sterili *Bataneâ* Arabiæ *Desertæ*, in quâ urbs *Ecbatana*, & cujus incolæ viventes ex rapto, *Josepho* non semel ibidem teste. Et

Lib. iv.
Cap. v.

Lib. xv.
Cap. xiii.

hi posteriores aliàs *Catanii*, vel *Catani*, apud *Ptolomæum*, vicini sanè *Trachonitis Arabibus*, & *Syriæ Palmyrenæ*. Hinc *Bataneia* & *Trachon* duæ sunt distinctæ regiones, non semel apud *Josephum*, uti & *Agagitis*, hæc quoque *Desertæ Arabiæ*, in quâ *Aurana* civitas apud eundem *Ptolomæum*. Sed & *Stephanus de Urbibus*, ἐστὶ δὲ *Bataneia* πρὸς τὴν *Εὐφρατινὴν*. Et tamen superiores confusiones vocum, hinc regionum, maximè posterior *Bataneæ*; quæ postea dicta fuit, & veteris *Basaniidæ*; admixtæ etiam à principibus Geographis, *Johanne Lightfoot*, *Samuele Bocharto*, *Georgio Hornio*, aliis. Per nos ista

— credam à fonte relata
Ammonis.

Quamquam sanè damus familiarem permutationem *Literarum*, in *Batan*, *Basan*.

7. Longè vanior fides est de sepulchro *Jobi*, seu pyramide *Jobi*, hodieque ibi conspicuâ, quæ errorem de *Jobi* habitatione aut genuit aut certè fovit. Traditio nimis quam suspecta, solâ *Judæorum*, *Syrorumve*, aut *Arabum* iis in locis credulâ superstitione nixa. Cujus duraturi monumenti mirum nec meminisse *Historiam Sacram*, nec *Josephum*, nec veteres *Judæorum* *Tabulas*, nec nugacem aliàs *Benjaminum*, nec *Cippos* ac sepulchra *Orientalium*, seu יהוה הנכור, quæ illustravit *Celeberimus Hottingerus* noster. Et sanè ejusdem istud commatis, cum monumentis ac sepulchris sine fine, quæ in eo terrarum tractu ostentari in hunc diem solent. Imò idem *Jobi* monumentum celebrarunt alii in *Armeniâ*, alii in *Idumæâ*, alii in *Arabia*, teste pridem *Chrysolomo*:

Tarda venit fabulis difficilisque fides.

Hinc nec *Arias Montanus* in *Tabulâ* *Canaanis Veteris*, qualis antè adventum *Israëitarum*, hujusmodi quicquam designavit, fecerit licet in *Tabulâ* alterâ *Terræ Distributæ*, omittentibus & *nugas*, suis in *Tabulis*, *Ortelio*, *Mercatore*, *Cluverio*, *Bocharto*, aliis.

8. Nihilò veriora sunt quæ de trium *Amicorum* sedibus commemorantur. Urbem *Naamath* in *Trachonitide* novit *Scriptura* nullam, nec veteres *Geographi*, nec *Benjamin Tudelensis*, neque in *Tabulâ* utraque *Arias Montanus*, insertis *Apparatu*, ut alios *sileam*. *Theman*, undè *Eliphaz Themanites* querenda in montanis *Idumææ*, non in planitie *Jordanis Boreali*. *Suchites* non ex *Sueta* vel *Suete*, civitate in eodem districtu, quæ *Masio*, *Apiano*, aliis est *Capitolias* *Syriæ Cavæ*, sed ex *Suacho* sic dictus, filio *Abrahami*, de quibus nos prolixè infra ubi de *Amicis* *Jobi*. Nec loca hæc *Naamath*, *Theman*, *Suach*, ex *Job. III.* eâ in parte *Palæstinæ* reperta, sed ibi conficta, nequid ad *Chorographiam* *Terræ Hus*, quam speciali *Tabulâ* exhibent *Cotovicus* aliique, deesse videretur. *Fundamenta* autem *asseritionis* vidimus:

Subrue fulturam patitur structura ruinam.

Sed illam & sequentia quoque destruent argumenta. Totum ergo illud, de *Trachonitide* *Jobi* patria, recentiorum debetur *Syrorum* atque *Arabum* fabulis; observante & hanc *Arabum* traditionem, ex *Geographo* *Arabe* *Jacuto Hamathæo*, *Jac. Golio* ad vocem *البننة* *Bethania*, qui pagus est in *Trachonitide* *Damasci*: *Hic* (inquit) *natum fuisse Jobum tradunt Arabes*. Nos age certiora doceamus.

CAPUT IV.

De verâ Jobi Sede, & Situ terræ Utz.

BREVIARIUM.

Viz. in Arabiâ Desertiâ. In quâ hujus parte. Aus, Ausitis, Ausanitis. Prima demonstratio ex Geographiâ S. Consensus Ptolomei. Emendatus & illustratus. Aisita iidem qui Ausita. Ptolomei Arabia laudata. Demonstrationum continuatio. Sedes Jobi vicina Chaldeis. Chesed frater Utzi. Sabai in Jobo quinam. Fuisse Arabia Deserta incolas. Rationes invictæ. Chaldeo lux. Quid illi Zamargad, & Barthinnun? Lilib Regina qua? Viri aliqui Docti notati. Filii Orientis quinam? Non Trachonita, vel Idumai. Oriens pro Arabiâ. Saraceni quasi Orientales. Prolixa confirmatio. Amicit Jobi Arabes. Situs regionis Theman. Arabismi in Jobo. Arabum Sapientia. Circumstantia alia in Jobo. Omnes referri ad desertam Arabiam. Liberi Jobi Arabes. Arabia Deserta conditio. Uti olim culta, populosa. Horum Arabum antiquitas. Jobi sedes propè Euphratem. Argumenta. Tota Jobi cognatio in Arabiâ. LXX. Interpretes idem sensisse. Consensus variorum. Confessio secus opinantium.

I. **S**uperest vera ac genuina Jobi Sedes in Desertiâ vel Scenitide Arabiâ. Quæ Arabia à Septentrione parte Mesopotamiæ, & Euphrate fluvio; ab Occidente partibus Syriæ, Palæstinæ & Idumææ, vel Arabiæ Petrææ; à Meridie Arabiæ Felicis Montanis; ab Oriente Chaldææ pariter & Babyloniam Montanis, terminatur. Sed quum hæc ipsa in immensam longitudinem & latitudinem, per vastissimas eremos porrigatur, nos terram Utz, habitationem Jobi, contra quam factum à Doctissimis viris, nec in parte ejus Mediterraneâ, nec in Meridionali versus Felicem Arabiam, sed Septentrionali versus Euphratem & Mesopotamiam (ubi Rahabat, Rahabeni, aliique id genus à Geographis signantur) censemus collocandam. Cujus rei faciendâ deinceps fides est, rationibus & gravibus & multis, æquis certè arbitris ponderandis.

II. Primò Terram Utz, vel Hus, vel Aus Arabibus, quæ hinc Græcis *Αυσίτις*, Latino *Ausanitis*, nemo neget id retinuisse nominis à primo gentis fundatore Utzo. Nec modò sic appellata regio Jobi ætate, sed & ætate Hebræi Historiæ hujusce Scriptoris, & illâ Jeremiæ non semel terram memorantis. Atqui præterquam quod divinus Vates inter *Arabia* populos recenset Ausitas, horumque Regulos, *Jerem.* xxv. 20. ab Edomitis eidem distinctos; certum quoque est, Utz primogenitum Nachoris in eâ circiter (quam diximus) Arabiæ parte Sedem habuisse suam. Nachoris enim illa fuit *Chorane* Mesopotamiæ Australis, conterminæ Scenitidi, ut pluribus infra, quando Jobi genus ex Nachore investigamus. Planè ut ex *Buz* vel *Bauz*, ejusdem Nachoris filio altero, fuit Buzitis Arabiæ regio, *Jer.* xxv. 23. quæ τοῖς LXX. eadem est cum Ausitide, ad Jobi Caput xxxii. *Εκ τῆς συγγενείας Φαυμά* (scil. *Ελίης*) τῆς *Αυσίτιδος* & *χάρεος*. Sic Utz vel Aus, in Desertiâ Arabiâ Rex antiquissimus, ex Arabum Chronologiâ, apud Georgium Hornium. Nec relinquit dubitationi locum princeps Geographiæ veteris Ptolomæus. Planè enim superioribus concinit Libro v. *Ausitas* (malè *Aisitas*) describendo in Arabiâ Desertiâ, versus Babyloniam & Euphratem. *Τὰ δὲ ἄλλα πλὴν Βαβυλωνίαν, ὑπὸ μὲν τοῖς Κανθαβλιωοῖς, Αἰσίται* seu *Αυσίται*, *Ἰuxta autem Babyloniam sub Can-*

chabeniis, qui juxtâ Euphratem fluvium, sunt Ausitæ. Nemo enim, eisdem esse Ptolomæo Aisitas & Ausitas, ex Eruditis ambigit. Similisque mutationis, vel ex affinitate scriptionis, exempla ὡς αἰ κόνις. Nec dissentit Clariss. Bochartus in Geographiâ Sacrà, imò de iisdem Ausitis, ut ortis ex Utzo Nachoris, pronunciat non semel. Quamquam Desertæ Arabiæ partem non rectè designavit, ut notamus infra. Ad Ptolomæum porro ut redeam, non majori unquam studio versatum eum fuisse, quàm in describendâ Arabiâ, auctor est Stephanus de Urbibus: Πτολεμαῖος ἀξιόπιστος ἀνήρ ὡς εἰ τὰ Ἀραβικὰ, ἀπεδὼν ᾗ ἐθετο ἰσορῆσαι ἀκριβῶς τὰ τῆς Ἀραβίας. Ptolomæus fide dignissimus circa res Arabia, operam enim dedit ut quàm accuratissimè Arabiam describeret.

III. Secundò, indubium quod ea pars Arabiæ Desertæ sit omnium maximè Chaldeis contermina, de quorum invasione Historia Jobi, in ipso exordio. Geographi veteres: *τῆς Ἐρήμης Ἀραβίας ἡ Χαλδαία χῶρος ἀπέχεται, Arabia Des. adjacet Chaldaeor. regio.* Ita Ptolomæus, Strabo, reliqui. Nempe ab Oriente Chaldææ montanis jungitur. Contrâ regio *Damascena* ad Occidentem longè à Chaldæis remotior, magnâ Arabiæ Desertæ, ad hæc Syriæ parte, interjectis: Nec propior quæ hodiè *Trachonitis*, pars Palæstinæ, ad Occidentem & Austrum Damasci. Idem de Syriâ *Apamenâ*, ad Orontem fluvium, judicium esto, de quâ alii ut sede Jobi tradiderunt. Remotissima item comparatè *Idumæa*, Occidentem & Meridiem versus, totâ minimùm interpositâ Arabiâ Desertiâ, ex Scripturâ, Ptolomæo, Strabone, Ortelio, Cluverio, Bocharto, aliis. Ut tantum non stuporem exprimat doctissimus aliàs Villalpandus, scribens *Idumæa*, in quâ scilicet habitavit Jobus, finitimos fuisse Chaldaeos, item *Sabeos*, omnesque hos populos ad Sinum Persicum fedem habuisse. Valdè sanè ἀγεωροῦσθαι. Quum longo terrarum tractu divisi sint Chaldæi ab Occidentalibus Idumæis, utrique à Sabæis Felicis Arabiæ, nec ita parùm à Sinu Persico Chaldææ meridionali. Quî autem verisimile fuerit, exiguam *Chaldaeorum* prædonum manum tot superasse terrarum spatia, prædæ ad suos inferendæ, vicinâ illis Arabiâ, & ad prædâ faciendam natâ? Quin haud procul à *Mari Rubro* sedisse Jobum, Nabathæis, Chavilæis, Idumæis ex parte interpositis, cum primis vastissimis solitudinibus, multi istorum suspicantur; sed precariò nimis.

IV. Tertia conjectura est, quod illi ipsi *Chasdim*, de quibus *Job.* i. 17. fuerint dubio procul orti à *Chesed* vel *Chased*, Nachoris filio, *Gen.* xxi. 21. Hieronymus *Trad. in Gen. Chased quoque quartus est, scil. ex Nachore, à quo Chasdim, id est, Chaldaei, postea vocati.* Consentiant viri summi, & in iis Sam. Bochartus; nempè memorari quidem in *Genesi* Chaldæos jam antè hunc Chesed, uti *Cap. xi. 31.* sed per *περὶ ληψίν* Mosi tantoperè familiarem, prout meminit Bethelis, Danis, Tzoharis, Beerlebæ, &c. locorum quæ sic deinceps appellata. Atqui ejusdem Nachoris filii reliqui fuere (ut est in eodem loco *Gen. xxi. 21.*) Utz & Buz, planè illi ipsi à quibus nuncupata terra Utz & Buz, undè Jobus Utzites, & Elihu Buzites. Vicinæ ergò & cognatæ gentes, ut tamen Chaldæus in Utzitem, frater in fratrem ruat, nullo discrimine habito, Tros Rutuluse;

*Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Unquam, nisi in dispar.*

Pridemque id fuisse prædonum Arabum ingenium, insidiari etiam vicinis, fratribus, confederatis, docent Historiæ.

V. Quarta conjectura, neque conjectura tantùm, petitur à vicinis Jobo *Sabæis*, de quorum irruptione

Phal. L. II.
C. VIII.
L. IV.
C. IX.

In Cap. xxvii.
Ezech. Tomo I.

Phaleg? Lib. II. Cap. IV.

Sabæos *λυσεμῶς*, ex Abraham omninò nepote prognatos, malè à Sabæis Scenitis, designatis modò ex Ptolomæo aliisque (quos habet pro *Sobais* vel *Tzobais*) distinguit. Sed & malè Sabæos illos, Jobi prædones, collocat longissimè ab Euphrate ac sede Jobi, in aditu nempe Felicis Arabiæ, & prope Nabathæos. Addit: *Quod nos scire multum inzererat, quia aliter non potest intelligi quod in Scripturâ legitur, in armenta & greges Jobi, qui Ausfidis erat incola, Sabæos irruisse.* Id verò ex superiore descriptione intelligitur longè evidentiùs. Unde nec otiosa fuerit nostra demonstratio, ex quâ clarissimis documentis, Jobi Sabæorumque qualiscunque vicinia ostensa.

VI. Quinta omninò ratio est, pro Scenitide Arabiâ, convenire imprimis illi Tractui quod in Textu additur, de Jobo habitante inter *filios Orientis*, seu maximo inter *Orientalis*. Docent sequentia.

1. Primò absurditatis notam vix effugiunt, qui terram Utz collocant in Palæstina Trans-Jordanica, seu in Peræa Regione, vel Trachonitide. Viciniores enim Hebræis hujus incolæ fuerunt, quàm ut dicantur *ἔθνος filii Orientis*, quales sunt ex Scripturâ phrasi populi Orientis, longius à Palæstinae aut Canaanis finibus, Euphratem & Tigrim verius.

2. Notissima res est hanc sitam esse Arabiam, totius Palæstinae respectu, planè ad *Orientem*. Et propriissimè Scenitæ Arabes illi dicuntur, qui sunt ad Euphratem fluvium siti, ubi is relinquens Palmyrenas solitudines ad Orientem convertitur. Nec opus est Geographos proferre rei clarissimæ testes.

3. Speciatim hunc esse Hebræis morem, in quibus fuit Jobicæ Historiæ scriptor, Arabiam vocare *Orientem*, & Arabes *filios Orientis*, consentiunt Arias Montanus, Hugo Grotius, Joh. Diodati Notis in *Gen. xxv. 6.* Brianus Waltonus in Apparatu Biblico, Viri id genus principes. Ita celeberrimus Pocockius, doctissimis Notis ad Gregor. Abulfarajum, *Saracenos* Arabiæ Desertæ populos, dictos censet quasi *Orientalis*, aut filios Orientis, ex *شرك Scherk* vel *Scherkion*, quod Arabibus *Orientem* notat. Quomodo Arabia felix, à situ similiter dicta *فيم Feman* & *الهمن Aljeman*, quasi regio quæ ad *dextram* est, Meccæ respectu, vel potiùs quæ ad *Austrum* est: Contrà Syria, & speciatim terra Damasci, dicta iisdem *شامة Schamah* quasi regio ad *sinistram*, vel ad *Septentrionem*; uti Africa *مغرب Magarabon*, quasi *Hesperia*, regio ad *Occidentem*. Ità in Scripturis Balaamus, qui ex Pethor, Pacoria Ptolomæo, *Num. xxii. 5.* civitate interamni ad Euphratem, Arabiæ Desertæ quàm proximâ Septentrionem versus, dicitur advenisse *ex Oriente*, *Num. xxiii. 7.* Sic Madianitæ seu Saraceni, Arabiæ Desertæ populi, alique insurgentes ex plagâ Orientali & Deserto Arabiæ, habiti quoque *in filiis Orientis*, *Jud. vi. 3.* Ità filii nati Abrahamo ex Keturâ ablegati dicuntur in *Orientem*, *Gen. xxv. 6.* id est, in Desertam Arabiam, & loca Euphrati ac Chaldææ adjacentia, ex consensione Interpretum, ut nos latius infra. Et hos *קדמוני Orientales*, seu *filios Orientis*, perpetuo dici, monet quoque Benedictus Arias loco citato. Inter quos fuit etiam *Seba* filius Joctan, undè Sabæi prædones, ut in proximè antecedentibus.

4. Jobus etiam Utzites *maximus* habitus in *filiis Orientis*, non certè quâ latè plagæ Orientales patere poterant, sed in illis ipsis habitatoribus Orientis qui ex *Nachore*, fratre Abrahami, *Gen. xxi. 1.* 22. ex quo etiam Utz fuit; tùm qui ex Ismaèle

filio, quorum mentio *Gen. xxv. 13. 14. 15.* denique qui ex *Keturâ* concubina *Gen. xxv. 6.* prognati, quique omnes incolere Arabiam Desertam, & loca circumjacentia, hinc ad Euphratem, illinc ad Felicem Arabiam, unoque hi nomine *Arabes* Hebræis & Veteribus dicti. Quanquam & *filii Orientis* dicantur nonnunquam latius & promiscuè, quotquot plagas Orientales, latissimè exporrectas, incederant.

5. Ast vero hæc *Orientalis* plaga de quâ *Job. i. 3.* minimè fuit Syria, seu ad Libanum montem, seu ad Orontem fluvium, ut supra voluere. Est enim Syria illa, Palæstinae respectu, *Septentrionalis* ex Tabulis Geographorum. Ex quemadmodum Judæa fuit regio Australis, undè *Auster* pro *Judæa* frequentissimè, in scriptis Thalmudistarum; ità ejus respectu Galilæa, & Trans-Jordanica Borealis, veniunt nomine *Septentrionis*. Sed neque fuit eadem Arabia Petraea, vel Idumæa, ut quæ Judææ vel Palæstinae respectu, non tam Orientalis quàm *Australis* est, & ab *Occidua* ferè parte Jordanis. Undè Idumæa per *אדום Austrum* quandoque designata, observante etiam Parente nostro, in *Dubijs Part. 117* Euang. Ita sapius mons Schir protendi dicitur *D. xxiv. 20* *versus mare*, seu *Occidentem*. Hinc *Edom* pro *Occidente*, & *Idumai* pro Romanis, apud Thalmudistas. Et Idumæam censet Plinius, Ortelius, alique, indè ab *emersu Sirbonis Lacus*, consulam sæpè cum *Australi Judæa*, ut pluribus nuper Joh. Lightfoot ex Diodoro, Josepho, &c. Ni fortè audimus nugacem Eugesippum, & Geographos similes (sunt autem plures) qui Idumæam faciunt Palæstinae Orientalem, Borealemque, ipsam adeo terram & vallem *Damasci*, in quâ Damasco, scilicet! *Edom* habitavit, & juxtà quam fuerit mons Schir. Quem Idumææ situm aliquoties repetit Jodocus Gistelius Gandavensis, & similes Itinerariographi, Tabulæ *Itiner. Lib. vi.* etiam quandoque exhibent. Adde toti Idumæorum Genti imperitaliè tùm Regem unum ex locis *Gen. xxxvi. 31.* & *seq. Num. xx. 14.* quali Rege Jobus haud *potentior* fuisse videtur. Fuisset autem *filii Orientis*, inter quos Jobus dicitur *maximus*, vel potentissimus, intrâ Idumæam Gentem Scriptori sacro censerentur.

XIV. Sextò, notum *Arabes*, & qui dicti *מקדם, קדמוני*, ab ævo excelluisse sublimi ingenio, sapientia, literis, disciplinis, cum primis etiam Astronomiæ studio. Quæ omnia sese produnt in Jobo & Amicis, ut ex contextu Libri Jobi apparet. Ità ex Arabiâ *Bileam*, deinceps *Magi* qui Christum adoraturi advenere. Certè nec alibi quaerendæ sedes *Amicorum* Jobi, quàm in Arabiâ. Ipsa etiam amœnitate & fertilitate olim se commendavit regio, cum primis illa quæ Syriæ & Euphrati etiam Tigri propior fuit: Quod patet ex iis quæ de *Algautâ* valle amœnissimâ; de situ hodieque *Anna, Cufa, Bafora*; & amplissimarum olim ad Euphratem Urbium, in parte Arabiæ, quarum hodie vix apparent rudera, de quibus Petrus à Valle *Parte 11.* & Geographi Arabes. Ità Jobo in Arabia locato, sic demùm Amicorum qualiscunque vicinia, hinc præstiti officii ratio, optimè constat. Sic autem quodammodo vicini Jobo ut non sibi invicem necessariò conterranei, undè profecti dicuntur, *שׂיב מן מקמו quisque è loco suo, Job. i. 11.* Solus Eliphaz Themanites, utroque hoc nomine, gente Idumæus fuisse intelligitur. Undè æquipollent quandoque *Theman & Edom*, uti *Jerem. xlix. 7.* *Ezech. xxv. 13.* *Obad. 8. 9.* Et Huscham Rex Idumæorum fuit ex Theman, Mose observante *Genes. xxxvi. 34.* In ea tamen Eliphaz habitavit Idumææ parte quæ proxima fuit *Arabia Deserta*, si non pars illius, Orientem versus. Fuit enim *Theman* vicina Bozræ Civitati, in confinio terræ Moabitidis, *Jerem. xlvi. 24.*

24. Hinc civitatis utriusque, ob proximitatem, frequens combinatio, *Jer.* XLIX. 7. 13. *Amos.* 1. 12. Et Rex Edom Jobab fuisse perhibetur ex Bozra, *Gen.* xxxvi. 33. Jam verò Arabiam Desertam Idumææ jungi in confinibus Bozræ, ex Orientalibus Geographis notum. Quo factum ut *Theman*, Tremellio aliisque Interpretibus, in Scenitide Arabiâ collocetur. Imò in Sacris ipsis, Desertum Arabiæ, quod Israëlita peregrinantes tenuere, *Themanis* notatione venit, *Habuc.* III. 3. ut venit alibi nomine Edom, *Judic.* v. 4. scilicet Edomitarum sedibus hucusque, Mosis ætate, protensis. Ità junguntur alibi *Themanita*, & *Hagareni*, qui Agræi Ptolomæo, Arabiæ Desertæ Incolæ, *Baruc.* III. 23.

Hist. Lib. Et in extraneis Plinius, *Themaneos Veteres* monet
11. *nunc esse Saracenos*. Undè etiam *Themanorum* hæc Regio credita aliiscadem fuisse cum *Themâ* Arabiæ Regione, *Job.* vi. 19. *Esai.* XXI. 13. 14. & ita apud Ortelium, Ariam Montanum in Partitione Terræ S. alios. Reliquos in Amicis Jobi, Bildadam *Suchitem*, Tzopharem *Naamahitem*, Elihu *Buzitem* Arabes vel Scenitas fuisse, aut certè his perquam vicinos infra demonstramus, ubi ex profello de *Amicis Jobi*.

XV. Septima, pro Jobo Arabe, quin & Amicis Jobi, conjectura petitur ex colloquiis, stylo, oratione universâ. Scatere hanc *Arabismus* meris, nec absque Arabicæ linguæ subsidio satis intelligi, pridem monuit ex Hebræis suis B. Hieronymus. Hodie vero, magnâ id consensione, frequentibus documentis, testimoniis, exemplis, statuerunt Viri summi, & Orientalis literaturæ peritiâ inclyti, Mercerus, Scaliger, Gomarus, Grotius, Bochartus, Pocockius, Waltonus, Hottingerus, Pet. Dan. Huetius, & si qui alii. Ut omninò hi Jobi Amicorumque sermones, ex Syro vel Arabico Idiomatico, in Hebraicum translati primitus crediti fuerint, de quo pluribus ubi nos de Scriptore Libri. Et quanquam Jobus, etiam Amici, ex *Heberi* posteris fuerint, in hujus familia non *Hebraum* modo sermonem conservatum esse, sed & *Arabicum* primùm natum, cum monet Celeberrimus Golius, tum ex Bocharto, aliisque pluribus constat.

Præfat. in Dan. & Job.

Præfat. in Lexic. Arabic.

Annot. ad loc.

XVI. Octava fuerit, quod ab antiquo habuisse fertur ea pars Arabiæ Viros sapientiæ studio & sublimibus contemplationibus addictos, quod & observat H. Grotius, & Arabum historiæ atque ingenia testantur. Etiam innui id ipsum videtur, dicto loco *Baruc.* III. 23. ubi tribuitur Hagarenis, Medanzæis, Themaitis, intelligentiæ singularis *exquisitio, scrutatio*. Quò faciunt quoque loca *Jerem.* XLIX. 7. I *Reg.* IV. 30. in quibus *Sapientia* Themanitarum, ac filiorum Orientis mentio. Undè nec defuerunt Viri Magni qui *Magos*, ex Oriente Christum adoraturos, Arabes fuisse censerent, & in iis dictus H. Grotius. Ista verò in Jobum & Amicos quàm bellè quadrent, docent profunda illa de Deo, Providentiâ, & Naturâ philosophemata. Quam Gentis circâ divina sublimem philosophiam, in sententiis luxuriam, in allegoriis acumen, uti scripta permulta produnt, sic multis aliquando apud me prædicabat Literarum Arabicarum facili Princeps, ac callentissimus Gentis, Jacobus Golius, Præceptor quondam noster, quo Viro nihil fuit exactius,

Sed nec candidius benigniusque.

XVII. Nonam conjecturam suggerunt circumstantiæ aliæ Textûs. Exempli gratiâ, *Job.* I. 19. ventus ille qui fuisse dicitur *מערב המדבר* à *plaga* vel *latere Deserti*, id est, ab interiore tractu Deserti Arabiæ, & ab Austro, Jobo versùs Euphratem constituto. Sic descriptæ Jobi facultates, in

Tom. II.

re ferè pecuariâ & armentariâ tantummodò, quæ eorum fuere omni ævo divitiæ locorum. Cum primis verò *Camelorum* aliquot millia, quorum nusquam major copia quàm in Deserta Arabiâ, quod præter Scripturam testem, I. *Chron.* v. 21. *Jerem.* XLIX. 29. 32. &c. ac Veteres passim, atque ex iis summum nuper Bochartum in *Historiâ Animalium*, hodieque res ipsa docet, & Itinerariorum plaustra, quorum aliqua Arabum Dynastis incredibilem camelorum multitudinem adscribunt. Adde, in verbis Tzopharis ad jacentem Jobum, *fossionem* illam (*puteorum* scilicet) memoratam Capite XI. 18. Nusquam enim frequentiores putei effodi soliti, aquandis armentis ac gregibus camelorum, aut in refrigerium & solatium itinerantium, quàm in Mesopotamiâ, & Scenitide Arabiâ, quod qui ignorat, conditionem eorum locorum ignorat. Adde monilia aurea, *Ψέδια*, aut *ένώτια*, vel *Πήρινα*, quibus Jobum donarunt fratres, sorores, cognati, ornamenta in hunc usque diem Scenitarum quoque Arabum, pridemque notata ut Ismaëlitis & Madianitibus propria, *Jud.* VII. 24. quorum aliqua opulentioribus copia suppetit. Adde Filiarum Jobi fortem æqualem cum fratribus, *Job.* XLII. 15. pro Arabum more, de quo infra dicimus: Imò earum quoque Filiarum nomina, ex quibus primæ inditum nomen *Jemimah*, vel *Jemamah*, undè natum verisimiliter regioni in Arabia nomen, quemadmodum ex *Cassia*, vel *Cassia*, alterius filiarum nomenclatione, non incongruè appellatus censeretur mons Arabiæ Casius, vel Cassius, ut pluribus suo loco. Præterquam Arabum hanc consuetudinem, indendi suis ab odoribus, floribus, aromatis, rebus id genus gratis nomina, ibidem observamus. Tandem *Jobi* ipsissimum nomen, retentum inter Arabes & Saracenos (hinc *Jobita*, vel *Ajoubita*, in Jobi posteris seu verè, seu jactabundè habiti) vel Arabem eum quâdam ratione designat.

XVIII. Decima ratio accedit à Regionis conditione. Primo obtutu videri cuiquam possit *Nomadum* illa & *Scenitarum* regio, (deserta inprimis, sicutulosa, arenosa, Libyam ubique referens, ac prædonum verè Mater) haud fuisse apposita sedes viri suprâ *Orientales* omnes opulentiam ac felicitate vitæ conspicui. Imò sedes præterea Principum plurium, qui in Terrâ Utz regnasse simul memorantur, *Jer.* xxv. 20. Sed ex adverso observari volumus sequentia. 1. Talem fuisse habitationem Jobi, ut prædonum incursionibus, Chaldæis, Sabæisque opportuna esset, quod illis Arabiæ oris apprimè convenit, & suprâ omnes reliquas. 2. Plures fuisse ab antiquo, in eâ Arabiâ & confinibus, Populos & Principes, *Jerem.* xxv. 24. Hagarenos, Saccæos, Sabæos, Aufitas, Rahabenos, Medanzæos, Medianitas, Themaitas, Ismaëlis cumprimis & Kethuræorum propaginem. Sic refert Ptolomæus in Arabiâ Desertâ Cauchabenos, Bathanæos, Agubenos, Martenos, Agræos, Masanos, &c. totidem diversos populos, de quibus vide Tabulas, & illam Ariæ Montani in suo *Chanaan*. 3. Regionem eandem, quâ Euphratem spectat, & Syriæ aut Mesopotamiæ contermina est, fuisse olim hodieque urbibus, pagis, castellis, incolis frequentem. Imò ad ripam Arabicam Euphratis cerni urbium vestigia *duplo ampliorum Parisiis*, monuit alicubi Joseph. Scaliger. Hodieque quâ nobilissimo Orientis fluvio alluitur, ingerere sese quandoque peregrinantium oculis herbosa pascua, latè flavescentes campos, densas suavissimis fructibus arbores, & luxuriantis hinc inde Naturæ faciem, docent oculati testes. Sed verò pridem quàm nunc sit habitatiorem, ac cultiorem fuisse, observarunt quoque Josephus Scaliger, in *Excerptis Scalig.* Isaacus Vossius, Doctissimis Observationibus

C

Lib. III. ad Melam. Et Historia docet, atque ampliffimarum Urbium rudera, apud Leonh. Rauwolfium, Cap. VIII. Petrum della Valle, alios Itinerariographos. Undè & sese Euphratis accolas, imò dominos hi gloriantur Arabes, & Gentis antiquitatem ad Noachum usque referunt, ut ibidem Vossius, & antè eum alii. Part. II. Cap. 8. Petrus della Valle in Itinerum suorum historia: *Hic Emir (Arabum tum Dynasta anno 1616.) asseverat se testimonii fide dignis suum ex Noacho descensum, in linea rectâ, neque unquam interruptum, probare posse. Nec mirum si,*

— referant monumenta vetusti.

Moris,

utpote nec cum alienigenis unquam mixti connubiis, neque sub extraneæ servitutis jugum missi. Cæterum iidem in quadruplici differentia: *Bedwini* omnium nobilissimi, quasi Campetres, vel Deserticolæ; *Moudi* seu *Nomades*, vagis sedibus; *Hadiiri* seu urbicolæ, fixis sedibus; *Fellahi* seu Agriculturæ dediti. Quamvis interior tractus, & quæ vel montibus horrida, vel sylvis inculta, vel arenis siticulosa est, & sole urente tota aprica, nomen Desertæ & sterilis Arabiæ dederit. 4. Porro observamus, Usitidem Jobi sitam fuisse versùs Euphratem & Babyloniam, quod multa docent. Primum, Testimonium Ptolomæi, juxta Babyloniam sitos esse *Aisitas*, vel *Ausitas*, ut supra visum. Tum testimonium Hellenistarum, ad calcem Versionis LXX. ex Bibliothecis Regiis; *Ἐν μὲν γὰρ κατοικίῳν Ἀυσίτιδος, ἐν πέγειρσι (vel ut alii Codd. ἐπὶ τῷ ὀρέῳ) ἔστιν Ἐυφράτης, habitans in Terrâ Ausitide, in confiniis Euphratûs.* Dein id ipsum docet *Ausitidis* appellatio, ab *Utzo Nachorim* primogenito, cujus Nachoris sedes in Mesopotamia fuit, à quâ nec longe filii suas fixerunt. Quin etiam ex Camelorum, boùm, asinarum, ovium gregibus, id ipsum colligitur, ut aquari commodè tot armenta possent, addo & pasci, nusquam magis pascuâ eâ regione, quàm circa fluvii alluentis errores:

Mille greges illi totidemque armenta per herbas Pascebant.

XIX. Undecima conjectandi ratio est à Jobi genere, seu origine. Infrâ sanè demonstramus, vel ex *Nachore* fuisse oriundum, vel certè ex Abrahamo per *Kethuram*. Horum autem posteros Arabiam Desertam incoluisse, & loca vicina Euphrati, omnium consensione constat. In iis fuere *Utz*, *Buz*, *Chesed*, *Schuach*, *Medan*, *Madian*, *Dedan*, &c. à quibus orti *Ausita*, *Buzita*, *Chaldæi* vel *Chaldæi*, *Saccæi*, *Sabæi*, *Medanitæ*, *Madianitæ*, *Dedanæi*, omnes Orientem versùs ab Euphrate fluvio, ad Nabathæos usque versùs Mare Erythræum, de quorum sedibus erit infrâ dicendi locus, Capite de Familia Jobi, & altero de Amicis ejusdem.

XX. Postremò, utut Jobum plerique in Veterum ac recentiorum Scriptorum choro fecerint Idumæum, neque hæc nostra sententia adstipulatores desiderat. Certè oi LXX. & qui ex eodem fonte hausere Aristæas, & Polyhistor, Jobi genus quamquam ex Elavo arcessant, sedem tamen, seu *Ausitidem*, collocarunt suprâ ἐπὶ τοῖς ὀρέοις τῆς Ἰδουμαίας ἢ Ἀραβίας. Adeò Ausitidem ad Arabiam pertinere constabat. Et quam illi Arabiam intellexerint, docent quæ repetuntur in eadem Versione, planè sub finem, habenturque ex *Mss. Codd.* tum Bibliothecæ Bodleianæ, tum Regiæ Parisiensis, ubi jam *Ἀυσίτιδα* ponunt ἐπὶ τῷ ὀρέῳ τῆς Ἐυφράτης. Ergo Desertam intellexere, quæ hinc Euphrate alluitur, illinc Idumææ contermina est. Hinc quoque iidem Interpretes, duxisse Jobum uxorem *Ἀραβίαν*, suæ sanè gentis. Jobum eundem constanter suæ genti vendicarunt jam olim Arabes, quem *نوح بن يعقوب* Prophetam, & *صديق* Justum, vocant, in qui-

bus etiam Jobi monumentum ostentatur. Sed & Magistri apud R. Abraam Zacuth, in Genealogiâ Molis; *והיה איב שוכן בערב"ה* & *habitat Jobus in Arabiâ*. Sic Origenes, aut quicumque sub hujus nomine latet Commentator Jobi, hunc disertè *Arabem* pronunciat, librumque ejus scriptum primò Arabum seu Syrorum Linguâ, quas confundere videtur. Chryostomus quoque, in *Catenâ Græcâ*, *Γέγονε τοῖσι μὲν ἐξ Ἀραβίας ὁ μακάριος*. Idem Hom. mil. v. ad *Antiochenos*, refert profectos fuisse in Arabiam non paucos, spectandi gratiâ, ac deosculandi eam terram, quæ Jobi vitam, certamina, crucem, quovis auro pretiosiores, suscepisset. Venerabilis Beda, in Operibus Hieronymi, etiam Job. Alcuinus, & Latini alii, quos secuti Comestor, Lyranus, similes, planè Ausitidem Jobi ab *Utzo Nachoris* filio, à quo descenderit, non ab *Aramæo* aut *Idumæo*, appellatam fuisse censent. Viderunt idem nostra ætate, ac pro Arabiâ pronunciarunt, Job. Gerh. Vossius de *Origine Idololatriæ*, Hugo Grotius in *Annotationibus*, Sam. Bochartus in *Phaleg*, Georgius Hornius in *Arcâ Noæ*, ubi de Eber posteris, Johan. Henr. Hottingerus in *Thef. Philolog.* &c. Quandoque etiam suspicantur id ipsum Doctissimi Interpretes, sed dubii ut plurimum ac suspensi, nec libratis satis rationum momentis. In his Vatablus, Clarius, Bellarminus de Script. Eccles. Drufius in Notis, qui etiam ex *ὄρε* suspicatur factam *ὄρεαν* vel *ὄρεαν Arabiæ*, in quam Nestorius relegatus legitur apud *Zonaram*. Idem uberiore in *Jobum Comment.* ad Cap. 1. 3. negat *Utz* esse *Idumæam*, & pro Arabiâ Desertâ pronunciat. *Idumæa in Austro erat, non in Oriente. Undè perperam nonnulli sedem Jobi putant fuisse Idumæam.* Imò eorum multi qui terram Hus interpretati *Trachonitidem*, hanc non in Syriâ aut *Palæstinâ*, sed in *Arabîâ Desertâ* posuere, propè *Batanæos* aut *Saccæos*, hinc *Trachonitas* vocant *Arabes*, uti Arias Montanus, Gemma Frisus, Jodocus Gistelius, alii. Adeò altas radices egit traditio de Jobo Arabe, & quidem in sterili Arabia, Syriæ & Mesopotamiæ conterminâ. Quamquam longiùs versùs Orientem ad Euphratem federit Jobus: Vulgoque *Trachonitis* censeatur pars *Palæstinæ*, quæ cessit dimidiæ Tribui *Manassis*, indè à Mari *Tiberiadis*, versùs *Aram Damasci*, in quâ etiam, latiùs descriptâ, ager saltusque *Bafan*. Hactenus de Jobi sede eo prolixius, quod hæc circumstantia suprâ omnes notabilis, & ex qua facilius de cæteris judicium erit.

CAPUT V.

De Jobi Personâ, idemne cum Jobabo?

BREVIARIUM.

Job creditus Jobab. Idemque Rex Edom. Turba ferè univèrsa Veterum. Recentiorum. Rei accuratius examen. Falsitas demonstrata. Origo erroris. Errores varii ex affinitate nominum. Exempla. Diversitas ἔστιν Ἰὼβ & Ἰὼב. Exceptiones discussæ. De transpositione & permutatione litterarum. De contractione nominum. Jobo an priùs esset nomen Jobab? Confutatum. De mutatione nominum. Causæ in Scripturâ. Extrâ Scripturam variæ. Exempla Sacra. Profana. Horum nihil quadrare in Jobum. Absurda alia Tornielli, Saliani, Sequacium. De lacinia τῆς LXX. vulgò. Causa ista errandi Veteribus. Neotericis. Tota expensa. Minimè esse τῆς LXX. Ut in contextum Jobi irrepsit? Additamenta id genus spuria. Speciatim

in Jobo. Exceptio dubia. Lacinia hujus falsa, contradictoria. Unde ista desumpta? Origo ostensa. Apocryphorum ampla næssis. De lacinia antiquitate. De Verbone Theodosionis. Expressam esse ex LXX. De Arabica Translatione. De Aristaa. Quam hic fidem mereatur? Argumenta alia diversitas inser Jobum & Jobabum. Circumstantia: Etatis, Sedis, Dignitatis. Nec si Rex fuisset Jobus, eo ipso Jobab. Commenta de Jobo innumera. Recensita quedam. Patrum auctoritates expensa. Error istorum unde? Credulitas. Avaritiam innamora. Origeni, Chryostomo, falso inscripta. Patres retorti, & oppositi. Etiam Hebraei, & Orientales. Et Scriptores Pontificii. Conclusio Disquisitionis.

I. Cognitâ Jobi patriâ, seu habitationis sede, proximum fuerit ut in ejus personam, dignitatem, genus, proavos, paulo quàm factum est hactenus diligentius inquiramus. Antè omnia verò expendenda venit constans traditio Veterum, recentiorum plerisque credulâ mente suscepta, cujus meminimus Cap. II. §. VII. Jobusne scilicet ipsissima fuerit persona Jobabi, de quo Genes. xxxvi. 33. In pronepotibus itaque Esavi, magnorum soboles Regum, imò Rex ipse in Idumæâ gente,

Cujus se toties submisit ad oscula supplex

Principum, Nobiliumque turba, sed ex summo fastigio dignitatis præceps actus in extremas angustias.

II. Ita quidem censuit chorus Patrum propemodum universus, neque Patres solum, sed Judæi, Muhammedani, Christiani, Neoterici plerique, antè citati loco memorato. Aded ut communiter de Jobo ordiantur sermonem, Job sive Jobab, aut Jobab sive Job, & ita quoque Abulensis, Commentario in Genesim, ac novissimè, mirâ confidentiâ, Philippus Labbeus, de Scripturis Eccles. Nobis verò indubium est, sanctissimum virum neque eundem fuisse cum Jobabo illo Idumæo, neque Regio diademate cinctum, aut arbitrum imperio in amplissimo Regno. Quorum utrumque, quo præfidentius asserunt, & quo Jobi illa ac Jobabi confusio antiquior est, & frequentior, & auctoritate potior, eo sollicitè magis decretoriis jugulamur argumentis.

III. Primò, ut imposuit Nominum affinitas quædam, sic errorem arguit eorundem Nominum diversitas longè maxima. Alterum in Textu sacro est יֹבָב, alterum יֹבָב, diversitate magnâ in radicalibus literis, pronunciatione, terminatione, ac significatione vocum. Et quamvis Græci atque Latini, factâ in fine apocope, priora eodem modo cum scribant tum effèrant, ut videre est in Ιωβάβ Ιωβ, Jobab Job, non tamen ita Hebræi, quibus postremum est bisyllabum Job, vel Hiob. Pari ergo errore hæc sunt permutata nomina, quo pridem ista apud Ethnicos, etiam apud Ecclesiasticos Scriptores, Chrestus & Christus, Idei & Judæi, Semon & Simon, Moses & Musens, Amram & Abram, posterius apud ipsùm Epiphanium. Sic in Geographicis confusi quandoque Sinenses & Siamenses, Armeni & Minei, Syri & Arii Indorum, Sabai & Tjobai, Themaite & Themanite, Ammonita & Maonita, Basanita & Baranai, sexcenti alii. Imò in hac ipsâ Jobi Historiâ peccatum fuisse pari imprudentiâ, & ignorantia, in Nominum propriorum mira confusione, mox observamus. Adde diversissimam originationem utriusque nominis, hinc etiam emphasim, siquidem יֹבָב sit ex יָבָב vel יָבָב, ut antè visum; יֹבָב seu ex יָבָב in Pibel, significatu vociferandi, jubilandi, seu ex Arabum ياب ياب quod est Desertum, seu ex radice simili hodiè inusitatâ. Hinc & Jobi nomen

Saracenis, Arabibus familiare, non perindè illud Jobabi; ex Jobo orti Jobitæ seu Ajoubitæ, ex Jobabo Gen. x. 29. Jobabitæ, aliàs Jobaritæ, ad Mare Indicum, monente etiam Cl. Bocharto.

IV. Secundò, non sufficit excepisse, ut excipiunt Doctissimi Viri, Veterum quorundam ductu prævio: 1. Frequentem esse apud Hebræos Literarum permutationem, cumprimis in Syrâ, Chaldæâ, Arabicâ, Dialectis. 2. Nomina etiam propria sæpè contrahi, refectione seu in initio, seu in medio, seu in fine factâ, compluribus in Oriente exemplis, nuper certè apud celeberrimum Bochartum infinitis. 3. Sic quoque fortunâ mutatâ, solita fuisse ab antiquo mutari nomina, Abrahami, Saræ, Nahomi, Pauli, similibus exemplis; Ergo nihil mirum esse, si idem qui florentibus rebus Jobab diceretur, postmodum, rebus afflictis, dictus fuerit Job, nomine immutato. Hæc illi, & prolixè post Augustinum, Torniellum, aliosque, Joh. Gerhardus, in Exegeti, de Script. S. ne à Luthero suo discederet. Sed nimis quàm ista infirma videbuntur.

1. Aliud longè est, transponi quandoque literas per μετέθεσιν, vel ἀναγερματισμὸν (Hebræi vocant הַיְרִיבֵי conjunctionem literarum novam) frequentissimis apud Hebræos & Orientales exemplis, & suprà in originatione vocis יֹבָב; aliud demi litteras radicales, & novas addi, demi à fine ב radiale, & addi radicale נ à principio, cum simili inflexione, siquidem ex יֹבָב factum fuerit יֹבָב. Sic aliud permutari litteras vulgò homogeneas, sono affines, aut ejusdem organi, v. gr. נ & ע, ה & ח, ב & פ vel ד, ש & ט, ט & צ, alias quædam, & quas Hebræi vocant quiescentes, Arabes debiles, ut Eliph, Waw, Fe; aliud permutari heterogeneas, quales sunt ב & נ, totamque aded mutari vocem.

2. Damus sanè contrahi quandoque voces, ac concisiores reddi, & quædam aut facilitatis ergo, syllabâ unâ aut pluribus elisis, dùm v. gr. ex Jeshochuah sit Jeshu, ex Baal Bel, ex Aram Ram, ex Togarma Arma, undè fortassis Armenii, &c. Hic verò similis contractio nulla, dùm ex Jobab sit Job, illinc demptâ à fine, hinc additâ ab initio syllabâ, totidem utrobique literis. Adde in contractionibus id genus, efferri aliàs vocem integram, undè est deinceps contractio manifesta; hic autem legimus nusquam nisi יֹבָב, sive in totâ Historiâ, sive apud Ezechielem, & Orientales, ac Veteres omnes.

3. Si Jobo rebus prosperis fuit nomen Jobab, quidni hoc nomine venit in Historiæ principio, quando describitur Viri status antè calamitatem, isque longè florentissimus? Dicent forte ex Epiphanio, confirmantibus Petavio, Torniello, Salliano, mutatum fuisse illi nomen ὀλίγω χρόνον πρὸ τῆς ἐπιφανίως αὐτοῦ πένταρον, jam paulò antè immisissam calamitatem. Sed verò undè id habuit Epiphanius? quibus indicis? quibus auctoribus? quâ tum mutationis causâ? Nam ne istud quidem Græci Interpretes dixere, qui simpliciter πρῶτον ὀνομάζετο Ιωβάβ ἀντὶ ἀποκατεκληθεῖν Ἰὼβ. Et quàm parùm valeat in talibus auctoritas Epiphanii, docent errores hujus historici ὀρεὶ λόγος.

4. Quinimò Textus, disertissimis verbis: Vir erat Jobi nomine, quum adhuc esset Orientalium maximus. Et aliquoties nomen idem repetitum, antè casum luctuosum. Falsum igitur factam mutationem nominis, aut Job demum appellatum, post fortunam mutatam. Melius Isidorus, dictum constanter Jobum, etiam antè calamitates, quas nominis Etymologia præfiguraverit, scilicet! Idem vult Sixtus Senensis sortitum fuisse id nominis indè à nativitate, Bibliothecæ Libro octavo. Et apud Origenem legitur ad calcem Commentarii in Jobum, Προῦπήρχει ἡ αὐτοῦ ὄνομα Ιωβ, non Ιωβάβ, ni lectionem castigent.

Orig. Lib. VII. Cap. VI. Har. 2.

In Cap. XXXIV. Tom. I. Tom. I. in Jobo.

5. Etsi quandoque *mutata* in Scripturis nomina leguntur, uti leguntur perlapè, primò expressa est ubique mutationis ratio, & causa, v. gr. in nominibus Abrahami, Saræ, Iiraclis, Josuæ, Jediaz, Petri, Boanerges, &c. Suntque ea nomina aut *σημαντικά* eorum quæ per illos, aut circa illos operatus est Deus; aut *μνημονώδεια* tùm beneficiorum Dei, tùm officii ipsorum; aut *παιδωδύκεια*, ut cum veteri nomine hominem veterem abjicerent; aut denique *ἐνεργητικά*, ut redderentur tales, quales Deus appellari præcepit. Deinde habet ea ut plurimum mutatio auctorem Deum ipsum, vel viros *θεοπρόβους*, & posterius quidem, *Num.* xiii. 26. *Jerem.* xx. 3. hinc gravis & digna memoratu. Quod enim Nahomi seite *Maram* appellari voluit *Ruth.* i. 20. haud fuit nova impositio nominis. Neutrum vero est hoc in exemplo, ubi nec legimus quicquam de *mutato* seu divinitus seu humanitus nomine, nec de causâ simili factæ mutationis, haud tacituro Spiritu S. Sic multi sanè leguntur *πολυώνυμοι*, sed *πολυωνυμία* illis passim adscriptâ, & frequenter applicatâ eidem subiecto.

6. Præterquam causa dari nequit, cur idem ille *יוב* diceretur *ad afflictis* rebus, non autem *latis* & prosperis. *Iob* enim, ex superioribus *ετυμια*, est quasi suorum amor, desiderium, aut quasi osor vitorum, hinc & improborum odium, quod sanè fuit noster antè probationem. *Dolentiu* verò significatum, vel ululantis, ante obelo confiximus. Nec tristis alia aut lugubris occurrit vocis significatio. Et eo in casu retinere veriùs debuit nomen *יוב*, immittâ calamitate, quod ex *יוב* est nomen *vociferantis*, & ut reddunt illi, ululantis; aut ex Arabico, nomen hominis *deserti*, seu positi in deserto, qualis verè fuit afflictus hinc *derelictus* *Iobus*.

7. Si verò mutatio facta ante calamitatem fuit, quo jam auctore? quâ etiam de causâ? Nec ex omnibus *mutatorum* aliâs *Nominum* causis, quæ sunt frequentissimæ apud Veteres, quadrabit ulla. An fortè ideo mutatum nomen, quod fuerit *Iobus* auctus dignitate, hinc ex *Jobab* dictus *Iob*? Sanè sic ex *Eiðtherâ* *Hadasia*, ex *Codomanno* *Darius*, ex *Fabio* *Alexander*, hodieque in Oriente *Pertæ*, *Sinæ*, *Indi*, *Jappones*, in *Africâ* *Æthiopes*, post regnum adeptum, nomen commutantes. Itâ *Rex Ormi* ex *Babu* dictus *Muhammad*, apud *P. della Valle* in *Itin.* Atqui nomen prius *Jobab* regium fuit, & Regis in *Idumæâ* gente; nec dignitate sed opibus auctum legimus *Iobum*. An quod è *linguâ* aut *dialecto* in aliam sit hæc facta commutatio? Ut quando ex *Saulo* *Paulus*, ex *Jesus* *Iâson*, ex *Tarphon* *τερφων*, sic *Bocharto* ex *Utz* *Gauta*, ex *Iob* *Jopas*, &c. Atqui ut mittamus alia, nec *Syri*, nec *Chaldæi*, nec *Arabes*, ex *יוב* faciunt *יוב*, nec ea est inflexionis ratio ex linguarum istarum genio. An quod, pro antiquâ *Hebraeorum* & *Orientalium* consuetudine, de quâ *Thalmuticæ* passim, in *signum penitentia* adoptarit aliquando nomen aliud, scil. *Iobi* illud, priori nomine abjecto? Hoc verò factum deinceps fuisset in statu calamitoso, vel in descriptione solemnis poenitentia, *Job.* xli. i. 6. Nec defuisset nomen magis emphaticum, & significativum poenitentis animi. An quod, ex eorundem *Orientalium* usu, (de quo inter cæteros *Buxtorfius*, in exemplo *R. Nathanis*) dum *Iobi* morbus magis incretceret, hoc sibi nominis imposuerit? Ergo ante morbi illius incrementa nondum dicendus fuit *Iob*, nec tacuisset sacer *Textus* eam circumstantiam, vel rationem hujus mutationis. An quod more iisdem familiari, de quo in

Part. IV. C. xxv.

Præf. Lex. Chald.

Cap. III.

Halichob *Olam*, illustrante *Joh. l'Empereur*, inclyti alicujus *Magistri* nomen in *Discipulorum* postmodum fuerit translaturum, undè ex *Jobab* dictus alio

nomine *Iob*? An quod *adaptione*, in aliam fortè familiam transiit, & illustriorem? quomodo *Cicero de Legibus*, *Quasi in familiam Patriciam venerit, amicitis nomen obscurum.* An quod factus hic noster ex servo *libertus*, & manumissus, undè etiam oriebatur mutatio nominis, apud *Alexandrum* ab *Alex*? quomodo & *unicum* nomen nota fuit servitutis apud *Romanos*, ex Auctoribus passim. An quod esset in *Jobabi* illo *ignominiosum* quid, ut in nomine *Os porci*, aut in illo *Lupicina*, quo postremo ante vocatam fuisse *Justini* Imperat. *Augustam*, post-*Euphemiam* dictam, auctor est *Procopius* in *Λευδοτ.*? Prout apud *Aristænetum* in *Epistolis*, edente *Jo-Epist.* siâ *Mercero*, quæ ex *Scenicâ* fuerat *Conjux facta*, xxi. *μετήλαχε τὴν προσηγορίαν*, seu *μετέκλιθηεν ἑαυτήν.* An quod subiverit aliquando aliorum *jugum*, prout *Eljakimo*, & *Mattania*, à *Pharaone* & *Nebucadnezare* victoribus, nomina immutantur, 2 *Reg.* xxxiii. xxiv.? Prout etiam captivis *Judæis* *Chaldaica* & *Babylonica* *Dan.* i. aut *Persis* subactis *Macedonica* imposita nomina, apud *Q. Curtium*. An *Hist. Lib.* quod mutatum illi fuerit cum *ætate* nomen, prout *hodieque* *Jappones* solent, *infantibus* infantilia nomina, *viris* virilia, *senibus* senilia tribuentes, apud *Carronem* in *Jappon. Histor.*? Quod & de *Abyssis* *Cap. vii.* nis alii referunt, & de *Chinensibus* recentiores, *Leg. Chin.* menstrua his esse nomina, & totiens mutanda *quo-* *Part. II.* tiens conditio externa mutatur. Sed aliena esse *C. IV.* ista omnia à *Iobo* nostro nemo non videt. *Nugæ* ergò sunt, quicquid de mutato *Iobi* nomine harriolantur, & talium

—stultus est labor ineptiarum.

Ac plura de *Nominum* mutatione si voles, ad *ex Veteribus* *Philonis* hac de re *Tractatum*.

V. Tertio pari jure confunduntur nomina *Iob* & *Jobab*, quo in hac eadem *Historiâ* nomina *Bildad*, *Tsophar*, *Eliphaz*, *Elihu*, cum nominibus diversissimis. Factum autem id ipsum à sententiæ hujusce patronis, *Torniello*, *Saliano*, aliis, quin & ab ipsis *Veteribus*. Ita suspicantur *Bildad* eundem esse cum *Bedad*, vel *Badad*, *Gen.* xxxvi. 35. Sic *Tsophar* eundem esse cum *Tsepho*, *Gen.* xxxvi. 11. aut quod mirè magis, cum *Schobal*, *Genes.* xxxvi. 23. Ita *Eliphazum* *Themanitem* eundem cum *Eliphazo* illo à quo *Theman*, *Esavi* filio, *Gen.* xxxvi. 10. 15. Quemadmodum & *Elihu* eundem videri cum *Bileamo*, ex antiquâ traditione *Hebraeorum*. Quomodo etiam *oi LXX.* in appendice ad *Iobum*, confundunt *Belab* *Idumæum*, *Gen.* xxxvi. 32. cum *Balak*, *Num.* xxi. 45. Et supra fuerunt qui confunderent *Job* *Isacharis*, cum *Iob* nostro, item *Jobab* & *Hobab*, ut monuimus *Cap. II.* Propinant autem talia *Viri Docti*, tùm ut priores amici *Iobi* censentur quoque fuisse *Idumæi*, ex *Esavo* prognati, tum ne mira sit ea diversitas nominis in *Iobo*, quæ in aliis quoque observetur. Quæ tamen si conjecturæ licent, quid tandem harriolari non licebit? Verùm de nominibus ac genere *Amicorum* *Iobi* deinceps.

VI. Quarto, errorem prodit origo sententiæ, ex unâ laciniâ *Versioni* vulgò *Septuaginta-Virali* ad calcem *Iobi* adscritâ. Sic habent verba ex *Editione Regiâ* *Patricii Junii*, & *Codice* omnium antiquissimo: *Γέγραπται πάλιν ἀνασήσαδθ αὐτὸν μετ' ὧν ἀνίστησιν ὁ κύριος. ἔτ' ἐρμηνεύεται ἐν τῷ Συμεωνί βίβλῳ. Ἐν μὲν γὰρ κατοικῶν τῇ Αὐσίτιδι, ἐν τοῖς ὄρεσις Ἰδουμαίας ἢ Ἀραβίας. Πρῶτ' ἤρχον ἢ αὐτῶ ἔνομα Ἰωβᾶβ. Δωδὸν ἢ γυναικῶν Ἀραβίας ἤσαν ἢ ὧν ὄνομα Ἐννῶν. Ἡ δ' αὐτὸς πατὴρ μὲν Ζαρέ τ' ὧν Ἡσαῦ υἱὸς, Μητρὸς ἢ Βασίρας, ὡς εἶναι αὐτὸν πέμπτον γόνυ Ἀραβίας. Καὶ ἔτος οἱ βασιλεῖς οἱ βασιλεύσαντες ἐν Ἐδῶμ, ἦς αὐτὸς ἤρξεν χάρας. Πρῶτ' Βαλακ ὁ ἔσπεφῶρ, ἢ ὄνομα τῇ πόλει αὐτῆ Δενκαλά. Μετ' ἢ Βαλακ, ἢ Ἰωβᾶβ, ὁ παλαιμὸς Ἰωβ.*

166. Scriptum est ipsum versus resurrexerunt cum quibus resuscitatus Dominus. Hic interpretatione redditur ex libro Syriaco: In terra quidem Ausiide habitans, in finibus Idumæa & Arabia: Ante autem erat illi nomen Jobab. Et cum accepisset uxorem Arabissam, generas filium cui nomen Ennon. Erat autem ipse ex patre quidem Zare, filius filiorum Esau; matre vero Bosfora, ita ut quintus sit ab Abrahamo. Et hi sunt Reges qui regnaverunt in Edom, cui etiam ipsa regiō imperavit. Primus Balak filius Sapphar, & nomen civitatis ejus fuit Dennaba. Post Balak uxorem, Jobab, qui vocatur Job. Nec alio ex fonte habuisse eadem illa videntur, Pseudo-Aristæas, Pseudo-Philo, Polyhistor, Theodotion, Origenes, reliqui quæ veteres quæ recentes Scriptores. Ut mirari libeat non incelebrem Interpretem Marollium, nuperis suis ad Gregorium Turonensem Notis, exultantem istud de Jobo tanquam eodem cum Jobabo, singulare quidpiam esse in isto Gregorio, obscurumque undè istud habuerit. Quod dum legerem vix rium continui.

Lib. I. Cap. VIII.

In Annal. Undè Tornellus & qui cum eo faciunt, Divino ista affert à LXX. Interpretibus addita esse Textui; habuisse id vel ex antiquissima traditione; vel ex probato auctore Syriaco; hinc unanimi Veterum suffragio eadem comprobari, & quæ id genus alia. Quæ quoque sint habenda loco & pretio paucis disquirendum est.

1. Supponitur τὸ ἀμφιβατήριον, esse hanc laciniam germanæ Versionis LXX. adornatæ sub Ptolomæo Philadelpho. Nam primò vertisse hos Pentateuchum solum, seu Libros Legis, probarunt Viri summi, etiam ex confessione Aristææ, Josephi, Philonis, Thalmudistarum, Hieronymi. Dein ulterius Versionem produxerint! adhuc sub judice lis est, ejusne quicquam remanserit, communi (ut Viris doctis creditum) fato cum Bibliothecâ totâ Philadelphæ, à Cæsaris milite incensâ, flammis absumptæ. Imò & illam ipsam, quæ deinceps adornata sub Philometore, Hellenistarum operâ, & in Cleopatraz Bibliothecâ reposita fuit, quæque in prioris locum & nomen successerat, perisse simul cum Tetraplis & Hexaplis Origenis, sola Κοινή supervivente, variè interpolatâ & corruptâ, varietateque jam olim editâ secundum exemplaria Hesychii Ægyptii, Luciani Martyris, & Eusebii ac Pamphili, docuerunt Viri non obsecæ naris. De quibus operosè nuper, post Scaligeros, Vaverios, Salmasios, Chameros, celeberrima in Britannia & Belgio nomina, in primis cujus summa apud nos esse auctoritas debet, Jacobus Usserius Armachanus, in Syntagmate de Vers. LXX. Cujus etiam, impetiti à Briano Waltono in App. Bibl. etiam ab Henrico Valesio Dissertat. de Versione LXX. Interpr. vindicavit in Britannorum Gente sententiam Robertus Baillius, Opere Chronolog.

Proleg. IX.

Lib. 2.

2. Quicquid verò Viris celeberrimis largiamur, superesse etiamnum hodie eam Versionem quæ pridem audiit τὸ ἑβραϊκόν, (de quo litem nolimus cuicquam intentare) supponitur rursùm in hac causa, laciniam eam ab illis ipsis Interpretibus fuisse adpositam. Tacemus non ejusdem fuisse auctoritatis, vel fatente ingeniosissimo Vossio, translationem Jobi, & Librorum reliquorum, quæ Pentateuchi. Sed quicumque tandem fuerint Jobi Interpretes, contulerunt illi intra interpretationis metas. Genealogiam atterere, hoc ab Interpretum officio ac studio alienum fuit, ni fortè prævisissent audaci additamento Syri. Quid si igitur hausta illa deinceps ex personato Aristæa, fabularum complurium propola, aut ex Esau-Genealogiâ, (confusis nominibus Job & Jobab) fuerint primum Versionis Græcæ seu margini, seu sibi adscripta, ab Hellenistarum aliquo, post & in contextum ipsum admittenda continuâ serie? Equidem glossemata innumera, primum notata in Marginibus MM.

SS. deinceps irrepsisse in Textum Græcum, docet luculentis exemplis, post Flaminium Nobilium suis passim Notis in Edition. Romanam, Usserius noster dicto Syntagmate. Pridemque de hoc additamento sic judicavit. Veterum aliquos docet Polychronius in Proleg. Collectionis Nicetæ: Καὶ λοιπὸν ἕτεροι τῷ χρόνῳ οἷς ὑφ' ἡμῶν βιβλίοις εἰρηγόσθη τὰ ἀπὸ γεγραμμένα, seu γολογοσθέντα. Et sic deinceps alii adscripta ista margini, per modum scholii, in ipsum libri contextum assumpservunt. Et clamat res ipsa, neque glossarum id genus admissarum in Jobi contextum Græcum, secuturis mox exemplis, finis ullus esse videtur. Hugo Grotius in fine Annot. in Jobum: Quæ hic sequuntur in Græcis Codicibus, parum certa sunt fidei. Pridem Lyranus: Hæc additio & confirmatio, ab aliquibus minus expertis in Historiis & Genealogiis Hebraeorum, apposta sunt, propter quod de ipsis non est curandum. Bellarminus, de Script. Eccles. Sed ea Appendix non videtur de Textu LXX. sed ab aliquo addita.

Cap. VIII.

3. Eiusdem omnimò est additamentum istud commatis cum additamentis id genus sine fine in Versione Græca, sive in hac ipsâ Historia Jobi, sive in Libris aliis. Origenes Epistolâ respons. ad J. Africanum, ex Oxoniensi Biblioth. dein vulgatâ à Cl. Wetstenio, postquam laciniæ hujus, non sine obelo, meminisset: Καὶ ἄλλα ἢ μυρία ὄραμα ἐν τῷ ἰωβ, ἢ καὶ ἄλλοι, ἢ ἐπὶ πλείον, ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀναγογῶσι, ἢ ἐν τοῖς ἀπὸ Ἰουδαίου. Et alia quidem innumera reperimus in Jobo additamenta, in nostris exemplaribus, modo breviora, modo prolaxiora, quæ in Judæorum illis, p. 225. Ex gr. Capite 11. post vers. 8. addita in Codd. Græcis, etiam in Regio Patricii, prolaxa oratio Uxoris ad Jobum, σίχαις integris decem; Μέχρη τῶν κατεργασθέντων λέγων, ἰδὲ ἀναμνήσθη χρόνον ἐπιμύρον, προσεχόμενον τῷ ἰωβίδα τὸ σπυριλάς με, & quæ ibi sequuntur. Eodem Capite, Amicorum Jobi expressa est dignitas Regia, Ἐλιφάζ ὁ Θαυμαστὴν βασιλεὺς, & sic de reliquis. Sic Capite 1. ad vers. 7. ubi legitur oblata à Jobo holocausta, additur, obtulisse μέγαν ἕνα σὺν ἀμαρτίαις τῶν ψυχῶν αὐτῶν. Eodem, ad vers. 12. post verba, Dominus abstulit, addunt, ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν ἕτοι καὶ ἔσθλητο. Nec finem esse exemplorum monet ibidem Origenes, uti in principio & sine, sic ἀπὸ μέσου ὅλα ἔ ἰωβ, per totum medium Jobum, tam eorum quæ redundarent supra Codices Hebræos, quam quæ deficerent in Codd. Græcis. Et facilis cuique est collatio utrorumque Codicum, ac discrepantiarum animadversio. Jam extrâ Jobum, notæ additiones spurizæ ad Danielelem, ad Estheræ Historiam, infinitæ aliz, notatæ pridem obelis Origenis, & in dictâ Epist. ad Africanum, etiam conquerente de illis B. Hieronymo. Quæ additamenta omnia studiosè passim à Doctis collecta, nec pauca à Vener. Usserio, Libro citato. Nec latent nos qui excipiant, haudquaquam censenda esse additamenta, quæ in Hebræis fortè exemplaribus hodie desiderantur; discrepantiam illam oriri ex diversitate Codicum atque Editionum; existisse olim editiones Hebræas veteres hodiernis copiosiores, ad quas Versionem adornarint suam oi LXX. Hinc Doctissimus Vossius, libro de Translatione LXX.

Cap. XX.

Interpr. ad locum Jobi xxx. 4. Adparet Codicem Hebraicum quo usi sunt isti Interpretes; interiorum fuisse olim utquo nunc sit. Per me sanè dicto loco sensum Hebraicum reddiderint longè feliciter Græci, quem tamen in Græco hodierno contextu mirè corruptum esse, fatetur Vir magnus. Vix tamen mihi persuasero Græcum Jobi codicem interiorum illi censerî Hebraico, quoad superiora additamenta. Apertius enim est quam ut monuisse operæ pretium sit, totidem illa fuisse glossemata, quibus textum Hebraicum amplificaverunt Hellenistæ. Nec refert sive ab Interpretibus ipsis, sive à posterioribus fiat profecta.

sta. Exempli causa, concisior videbatur in Hebraico fonte *oratio* illa iniquissimæ uxoris, hinc reddenda prolixâ cum *oratio*. Dicebatur Jobus obtulisse pro suis victimas, illi distinctius *quales*, & quem in *finem*: Amici Jobi expressi, non dignitas, illi *regiam* interpretati: *Amici* Jobi ii solummodo designati quos post restitutionem exegit, illi & annos supputato quos *ante* & in ipsâ calamitate exegerat, in summam colligendos. Quâ hæc & alia ad genus *fide*, suis deinceps intelligitur locis.

4. At vero suo se prodit indicio, suisque erroribus, Auctor controversiæ Appendicis. Insistimus brevissimè singulis: Dicit primo, *scriptum esse, quod Jobus iterum resurrecturus sit, cum illis quos Dominus suscitabit*. Quod refert Suidas, ad resurrectionem Jobi *anti cum Christo, in primum certaminum*. Unde foret lacinia hominis Christiani, de eâ resurrectione explicantis Oraculum *Job. xix. 25*. Sed relata verius ista ad resurrectionem ultimam, & addita perquam otiosè, à sciolo quopiam, Judæo Hellenistâ, idque ex verbis ipsi Jobi; *Cap. xix.* factura contra doctrinam Sadducæorum. Porro interpretantur ex *Syriaco* Codice, *Jobo ante certamen fuisse nomen Jobab*: Contra textus authenticus, fuisse illi nomen *Job*, ante ipsam calamitatem, in florentissimo statu. Addit, *Jobum ex Arabisâ conjugem genuisse Filium, cui nomen Emon*: Atqui filios genuit septem, imò quatuordecim, nullo in Textu nominato, aut anteposito reliquis, nominibus haud facile divinandis, quicquid nugati sint pro more Judæi. Si etiam uxor Jobi *Arabisâ*, quæ Chaldæo, & Pseudo-Philoni est *Dina*, cujus tamen Philonis auctoritas etiam hic obtenditur? Pergit Appendix, *Fuisse Jobum patre Zarâ, matre Bossora*: Atqui *Zara* nusquam Jobi pater, sed *Jobabi*, *Gen. xxxvi. 33.* neque *Bosra* seu *Bossora*, nomen fuit uxoris *Zaræ*, sed Civitatis in confiniis Moabitidis, de quâ Capite præcedenti, manifestissimo errore. Porro Appendix, *Jobum regnasse in terrâ Edom*: Quæ tamen Regia in Jobo Majestas mox à nobis convellitur, quemadmodum supra terra *Utz* à terra *Edom* fuit prolixius distincta. Ibidem, *primum Idumæorum Regem fuisse Balak, filium Beor*: Atqui non is fuit *Balak* בללק, sed *Belah* בלה, *Gen. xxxvi. 32.* undè confusa rursus distinctissima nomina; *Balak* etiam filius non *Beor* sed *Tsippor*, nec *Idumæorum* Rex sed *Moabitærum*, minus Rex *primus* in illâ gente, ut qui *Mosis* demum ætate regnavit, *Num. xxii. 4. 5.* Ex ne alius *Balak* à *Moabitâ* intellectus putaretur, Codex omnium antiquissimus *Patricii* legit, *Βαλακ ὁ ἑσπεριος, Balak filius Sephor*. Sequuntur ibidem, *Amicorum cum Genealogia, tum dignitas Regia*; de quorum fide infra constabit. Tandem in eodem Codice, & apud *Origenem* in fine *Comment.* partim repetuntur eadem illa, partim adduntur quædam de *Themane*, filio *Eliphazi*, de *Ausitide sitâ ad Euphratem*, de *Zarâ in filia Orientis*, quæ produnt tum glossatorem *Hellenistam*, tum confusionem *Genealogiarum*, & addendi ac corrumperendi licentiam. Certè

nota fraus, nota est manus,

& Auctoris quidem *Hebraicè* nescii, ut plerique *Ἐβραϊστῶν*. De quorum sive in *Hebraicis* imperitiâ, sive in fingendo audaciâ, *Scaliger*, *Salm.* alii.

5. Gratis igitur, *Divino afflatu* talia inspirata fuisse Interpretibus. Quæ si inspirari debuere, quidni potius *Authentico* Scriptori, *Historiam* primò consignanti? Quidni in ipso *Historiæ* contextu, ubi genuinus istis locus? Cur non paucissimis in libri *Exordio* *Hebræus* scriptor; *Virum fuisse Jobabi nomine filium Zaræ, in nepotibus Esavi, regnantem in terra Edom, cui postmodum nomen Job*, &c? Saltem, inquirunt, reddita fuere ista ab Interpretibus ex *Sy-*

riaco Codice, fortè *authentico*! Videndum igitur ex quo Codice? An ex ipsis *Jobi* aut *Amicorum Commentariis*, quos *Syrorum* Linguâ personatus *Origenes* scriptos fuisse retulit, dein à *Mose* in *Hebræum* versos? Hoc si fuisset, quidni eadem à *Mose* simul cum reliquis translata? quidni in ipso *Historiæ* contextu posita? aut cur ista à *Jobo* vel *Amicis* ad calcem relata, lacinia in modum? An ex auctore alio *Syro* *θεοπρόβλεπτος*, quisquis ille fuerit, aut ex *Codice* *authentico*, in quo ista pridem lecta? *Somnia!* nec in *Hebræis* Codicibus, quæ soli *authentici*, *Hebræis* utpote consignati, tale quid lectum unquam fuisse ex *Aquilâ*, *Symmacho*, *Origenes*, *Chaldæo*, *Syro* antiquiore; *Thalmudistis*, ac silentio *Hebræorum*, satis liquet, & ex ipsius ingenio *Appendicis*. Ergo ex interpolatore *Apocrypho*, ex *Judæo*, seu ut volunt *Syro* (quales pridem *Libris* sacris fabulas attextuisse, *Hottingerus* aliique observarunt) seu potius *Hellenistâ*, quem admodum ignorantia *Hebræorum* arguit, qui affinitate nominum, *Jobi* & *Jobabi*, deceptus, hujus *Genealogiam* ex *Mose* descripsit, ac de suo alia finxit, illustrandæ scilicet *Jobi* *historiæ*, ex quibus glossa primùm nata, seu scholium ad *Textum* *Jobi*, mox continuâ serie annexum contextui, pro *Hellenistarum* ingenio. Nec inferacia commentorum id genus fuisse ea tempora, docent tum *additamentorum* myriades in *Græcâ* *Versione*; tum *Scriptorum Apocryphorum*, sub nominibus *Salomonis*, *Danielis*, *Baruci*, *Esdrae*, *Estheræ*, *Tobiae*, *Enochi*, *Aristææ*, *Josephi*, *Philonis*, &c. amplissima messis, de quibus prolixissimè alii.

6. Neque addit quicquam roboris, habita fuisse eadem illa in *germanâ* *Editione*, quam usurpavit *Origenes*, sic in *Versione* *Theodotionis*, in *Arabica*, in *Aristææ* (sub *Ptolomæo* *Philadelpho*) de *Jobo* *Historiâ*, ex quâ excerpit sua *Polyhistor* apud *Eusebium*. Enim verò, quantum ad exemplar *Origenis*, id demum colligitur, laciniam antiquiorem fuisse *Cleopatraz* *Reginæ* temporibus, in cujus *Bibliothecâ* reposita fuit ea *Versio*, quæ deinceps *Origeni* usurpata est, post priorem (ut volunt alii) bello *Pompejano* incensam. Et in eadem illa *Editione* *Origenis*, quantumvis puriori, quot jam *apocrypha* additamenta in *libris* *Estheræ*, *Danielis*, *Jobi*, aliis passim, quæ tum in *Epist. ad Africanum* negat *Origenes* extitisse apud *Hebræos*, hinc nec apud *Aquilam*, *Symmachum*, tum ipse in *Hexaplo* obelis suis notaverat? Ut taceam rejicientem illa haud longè post *Hieronimum*, tantquam à *veritate* *Hebraicâ* aliena. *Theodotionem* quod attinet, suam illi in vertendo laudem non invidemus, quam lege post *Origenis*, *Hieronimi*, *Veterumque* *judicia*, apud *Clariss.* merito suo *Huëtium* *Libro de Claris Interpr.* Sed doctis notum, instituisse *Theodotionem* pede presso vestigiis *LXX.* Interpretum, sub finem seculi *xi.* à *Christo* nato, quo tempore hæc pridem erat lacinia appensa. Undè *Origenes* vocat utramque *Versionem*, *ισοδυναμῶν τῶ ἀληθείας*, dictâ *Epistolâ*, cujus *Fragmentum* *Græcum* editum est à *Patricio*, antè *Textum* *Jobi* *σι-*

χηρῆ. *Epiphanius* de *Theodotione*: *τὰ πλείω τοῖς ἐβραϊστικῶν δύο συναδόντως ἐξέδωκε*, Ut plurimum concinit cum *LXXII.* *Hieronimus* de eodem: *Cum*

LXX. in pluribus concordasse. Neque etiam dubium, quin ex iisdem *Græcis* illata ea sint in *Versionem* *Arabiam*, uti alia plurima, recentiore eandem, longeque inferiore auctoritate, ad *Syrum* aliàs exemplar, in plerisque expressam. Utque ex *Græcâ* *Versione* pridem adornatæ aliæ fuerint, vel in totum vel ex parte, etiam *Syriaca* altera, *Arabica*, *Æthiopica*, *Latina*, ex *Apparatu* *Waltoniano*, *Huëtio* de *Claris* *Interpretibus*, *Hottingero* nostro, & hos antè, ex *Andrea* *Masio*, *Aria* *Montano*,

Libro de Ponder. & Mens.

tano, aliis, est intelligere. Superest *Aristæus*, qui in suis de Jobo, Libro *Ἐπι Ἰδαίων*, haud plus fidei meretur, quàm in Libro altero *Ἐπι τῆς ἐπιπέλειας ἔφ' Ἰδαίων νόμου*. Quanquam non nescimus diversum sentire hoc de postremo Virum non è multis, dissertatione de LXX. Interpr. Sed veniam dabit si moti fictionum evidentia, erramus cum Lud. Vives, Jos. Scaligero, Joh. Wouwerio, Gerh. Joh. Vossio, Claudio Salmasio, Dan. Heinsio, Henr. Valesio, Petro Dan. Huëtio, & quibus non eruditorum? Ex vel *γνήσιος* ille Aristæus fuit, vel personatus, & ætate illi inferior, quavis anterior Philone & Josepho τῷ Ἀρχαιολόγῳ. Si personatus, tantum illi fidei debetur, quantum mendaci Hellenistæ, fraudis non unius architecto: Si *γνήσιος*, liberali jam concessione, undè habuit ista homo Ethnicus, XII. & amplius sæculis Jobo posterior, Hebraicæ etiam veritati (ut visum) adversantia? Sed ex collatione eorum quæ refert ex Aristæâ Eusebius, & quæ habet lacinia Græcæ Versionis, patet traditionis utriusque origo eadem, quocunque primùm obstetricante, seu inter *Hellenistas*, seu inter *Syros*, fabularum id genus pridem textores. Et hæc de fabulæ Jobaticæ origine. Quare

— juvet integros accedere fontes
Atque haurire.

VII. Quinta jam demonstratio petitur ex variis circumstantiis, quæ Jobum & Jobabum diversissimos arguunt. Inter illas est circumstantia *ætatis*. Fuit Jobab *secundus* ex octo Regibus, qui antè Mosem in Edom regnarunt, *Gen. xxxvi. 31*. Ut sic mors Jobabi longo intervallo, minimùm certè toto sæculo, Mosi legislationem præcesserit. Jam voluit Græci vixisse Jobum annos cxxl. vel cxxlviii. qui si Jobab fuit, ejus nativitas præcesserit hæc ratione nativitatem Esavi, aut ferè coinciderit, à quo tamen Esavo Jobab demùm quartus fuit, pronepos nempe ex Zarâ. Adde circumstantiam aliam *loci*. Jobabi sedes fuit *Botzra*, in confiniis Idumææ & Moabitidis, *Gen. xxxvi. 33*. Jobi sedes fuit *terra Vtz*, in Arabiæ Desertæ partibus, ex superiori disquisitione. Nec causa fuit cur in narratione historicâ, nomen posterius præferretur priori, si pro eadem sede supponerent. Accedit diversa utriusque Viri *descriptio*. Jobab inducitur ut *Rex Edom*, & totiùs quidem regionis, Rex solus & universalis *Gen. xxxvi. 31. 32. 33*. Jobus non modò ut privatus, *Vir quidam*, de quo statim, sed & cujus possessiones intrâ *terram Vtz*; quæ terra si fuisset in Regno Edom, nonnisi hujus particula esse potuit, nuncupata ab Utzo Horæo, in posteris Schir. Cum primis verò memoratur Jobab in Regibus impiis, nullo à reliquis indicio discriminatus, *Gen. xxxvi. 31. & seq.* cujus etiam prædecessor, secundùm Hellenistas, fuit Balak Rex Idololatra. At Jobi nostri religio, fides, pietas, illustrior fuit, quàm ut cum cæteris nullo discrimine componeretur. Quà etiam hic fuit ut pietate sic longævitate, si Regium in amplissimâ gente imperium accessisset, omninò Divinum inter Idumæos cultum haud instituisset modò, sed & conservasset, propagasset, ejusque apparuisset saltem deinceps vestigia.

VIII. Sexta demonstratio est, ex *Regiâ* speciatim *dignitate*, quæ in Jobabo, Idumæorum Regum catalogo inserto, non item in Jobo conspicua fuit. Quod cum animadverium jam olim fuisset, placuit Jobum quoque *Regibus* adscribere. Quàm verò id precariò factum fuerit, illatis in Textum glossæ, & quæstis fabulæ coloribus, sequenti Capite demonstramus. Imò verò fuerit Jobus per liberalem concessionem, *Regio* axiomate illustris,

an protinùs Rex in Edom? An eo ipso Jobab, pronepos Esavi? Imò utrumque, quicquid sit de priori, revincitur apertæ falsitatis. *Terram Vtz* haud esse posse Idumæam, suprà visum injictis argumentis. Quibus & istud accedit; plures fuisse deinceps in Urz Reges, in Arabibus nempe, *Jerem. xxv. 20. 24.* in *Edom* nonnisi Regem unum ex locis *Gen. xxxvi. 32. Num. xx. 14. Jud. xi. 17.* Hinc si Jobus Rex fuit, fortè is Civitatis unius Regulus, cujus ipse meminit *Job. xxix. 7.* pro more eorum temporum; quomodò & Amici singuli finguntur Reges in urbibus *Theman, Saucha, Naamath*, ex adversâ hypothesi. Ast Regiam in Jobabo Idumæo dignitatem, nec iis limitibus arctatam, neque aliis in terrâ Edom communem fuisse & promiscuam, ex Mose constat. Adde circumstantias benè multas, quibus Jobum à Jobabo Rege distingui, apodicticè ostensum.

IX. Septima observatio est quòd si Judaicis id genus commentis credimus, uti Hellenistarum, Aristææ, Philonis, Orientalium, pari jam fide & religione fabulæ de Jobo innumeræ suscipiendæ fuerint. His enim nec modus est, nec finis, prout nata fingere & nugari Judæorum ingenia. Juvenalis:

Qualicumque volunt Judæi somnia vendunt.

Exempli gratiâ, modò ex his, modò ex illis intelligas: Fuisse Jobo matrem *Bosoram*, vel *Bassaram*; Uxorem illi *Dinam*, aliis *filiam* Ephraimi; Filios genuisse his quæ recensent *Nominibus*, & quæ diversimodè quoque recensent; Jacuisse Jobum in *sterquilinio*, extrâ portas Civitatis, idque *septennio* toto; *Primâ* die corpus ejus variolis veluti foedatum, *secundâ* accessisse tumorem, *terciâ* invaluisse eundem, *quartâ* nigricasse, *quintâ* impletum aquâ, *sex-tâ* purulentum evasisse, *septimâ* irreplisse vermes; Missum restitutionis tempore ad Jobum *Gabrielem*, qui præscriptâ frigidâ, & vino, & sirupo, & apertâ miræ virtutis scaturigine, redderet sanitatem; *Anno vite* pariter, ut oves, boves, camelos, fuisse eidem *duplicatos*; Attigisse Jobum annum ætatis cxxlviii. & quæ apocrypha alia memorasse piget, ex Interpretibus Græcis, Theodotione, Pseudo-Philone, Chaldæo, Syris, Arabibus, & in his speciatim Kessæo, Excerptis MSS. ex *Vitis Patrum*.

X. Postremò, nec vehementer movet, in hac certè causâ, quæ obtenditur Veterum auctoritas Patrum, uti Origenis, Africani, Eusebii, Athanasii, Epiphani, Chrysostomi, Ambrosii, Augustini, Gregorii, &c. quos, & multo plures, pro Jobabo citat Tornielus *Loc. cit.* Et ne temeritatis postulemur, age libremus harum auctoritatum momenta.

1. Imposuit quàm manifestissimè Versio Græcâ, & Pseudo-Aristæas, etiam Nominum *Job & Jobab*, apud Græcos & Latinos, similitudo. Plerique enim istorum Patrum Hebraicæ Literaturæ fuere nescii, Origene fortè excepto, deinceps Hieronymo. Sed erroris illa fundamenta, Græcæ scil. lacinia auctoritatem, ut & convenientiam doctorum Nominum, penitus antè destruximus.

2. Pari commentum hocce credulitate adoptarunt, quâ alia plurima. In his sunt v. gr. Historiæ apocryphæ non paucæ, extrâ Canonem Hebræorum, à multis habitæ in authenticis: Sic Aristææ illa de Græcâ Interpretatione, à LXXII. Viris summatim cum pompâ, nec sine insigni miraculo, adornatâ; sed quæ explosa pridem Hieronymo, dein Vivis, Scaligeris, Casaubonis, Wou-Prol. in weriis, Vossii, Salmasii, Heinsii, Usserii, &c. Penat. Doctis propemodum omnibus, atque ingenuis: Sic Pseudo-Sibyllina, aut Hermetis atque Hydaspis illa,

illa, quæ præbarunt ut genuina, & *θεϊκὴν δόξαν*, Justinus, Athenagoras, Theophilus Antioch. Clemens Alex. Tertullianus, Lactantius, Constantinus M. Eusebius, Optatus, Hieronymus, Augustinus, & quis non Veterum? Nec *ἀνισορησίας* omnes, & stupendam credulitatem Clementis Alexandrini, Eusebii, Epiphani, Patrum aliorum, recensere hujus loci est, de quibus passim Jos. Scaliger, Isaac. Casaubonus, Henric. Valeſius, Viri alii Docti, multisque David Blondellus, Tractatu Gallico *de Sibyllis*.

3. Quæ citantur ex *Origene*, nempe ex *Comment. in Jobum*, absit ut Origenis esse censentur! Nec nostris tantum habita in supposititiis, sed & Erasmo, Sixto, Possentino, Bellarmino, Baronio, & nuper Phil. Labbeo, maximè Petro Dan. Huëtio, viro de re literaria indies præclare merenti, in *Origenian.* suis. Hujusque Pseudo-Origenis de Jobo, de Amicis, de Scriptore Libri, de occasione scriptiōnis, fabulas suis locis notamus. Sic Chrysostomi nomen falsò præferre *Homilias in Jobi* priora, ipse Sixtus Senensis observavit, in nostris Rivetus, alii. Ambrosius verò, Athanasius, Augustinus, non tam urgent Jobum esse Jobabum, quam monent ex gente *Idumæa* genus duxisse, *ibi ortum, ibi mortuum*, ut habet Augustinus, de Civitate Dei. Posterius autem multi statuere, qui prius nullo modo. Eusebius de *Præp. Evang.* refert modò ea quæ Alex. Polyhistor ex Aristæa iumpſit, narrat quæ Ethnicis de rebus sacris memorata, calculum haud adjicit suum. Gregorius verò semet implicat, illinc Jobum confundens cum Jobabo, hinc vixisse eundem censens dudum post Moſem, sub Epochâ Judicum, ut infra notamus.

4. Imò verò Patribus Patres opponimus, nec illos infimi ordinis. Origenem τὸν γνήσιον haud multum tribuisse istis Græcorum additamentis, obelisque ubique signatis, supra diximus. Et de additamento hoc nostro, *Epist. ad African.* Οὐ κείται ἄλλο τοῖς ἑβραίοις, διότι οὐδὲ τὸ τῷ Ἀκύλῳ. Et Aquilam atque Symmachum, secutos in hoc ipso esse τὸ ἑβραϊκὸν βιβλίον, monuit quoque Olympiodorus in Collectione Nicææ. Et Polychronius ibidem, Genealogiam Jobi, quæ in fine habetur, à multis fuisse disunctam tradit; *παρομοιωμένη γὰρ τὴν ἐν τῷ τέλει γενεαλογίαν, ὡς μὴ ἐμφερομένην τῷ ἑβραϊκῷ*. Hieronymus verò, cujus unius suffragium potius est cunctis reliquis, negavit cum doctissimis Hebræorum, Jobum vel *Jobabum* fuisse, vel etiam gente *Idumæum*, ut pluribus idem *Traditionibus in Gen.* & in *Epist.* Quem Hieronymum secuti ex Latinis Isidorus Hispalensis, Libro de Vita & Obitu Patr. Beda (ut creditur) Commentario in Jobi 1. Alcuinus & Rupertus, Commentario in *Genes.* xxii. & xxxvi. alii. Neque verò censerī debet esse Hieronymi *Argumentum Jobi*, post duas ejusdem Præfationes, in quo fuisse dicitur Jobus *quintus ab Abrahamo, ex posteris Esavi*.

5. Ut nata est sententia Patrum ex Judaica traditione, sic Magistris Hebræorum non paucis longè aliter visum. Primò enim Hieronymus sua de Jobo tradit, tanquam ex mente & traditione *Hebræorum*. Dein ut iverint in alia omnia istorum plurimi Jobum statuentes Moſi aut æqualem, aut inferiorem tempore, prolixè constat ex Tractatu *Baba Bathra, Cap. 1.* ubi variantes de Jobo Hebræorum opiniones recensentur. Chaldaeus Paraphraſtes eandem de Jobabo fabulam nescivit, quem in *Armeniâ*, non in *Idumæâ* collocavit, etiam posteriorem fecit miraculis Deserti. Nec in Syro Interprete hujus vestigium traditionis adparet. Aben-Ezra non infimæ inter ipsos notæ, clarus seculo xii. florente adhuc Scholâ Tiberiensī, suo in *Gen. xxxvi.* Commentario, ri-

det istos Jobabitas, negatque eos *sapientum traditionibus nisi*. Ipse quoque coævus Majemonides, intellectâ vanitate, nec Jobum esse Jobabum, maluit *ἰπέχην*, imò illis accedere qui parabolica esse omnia suspicarentur, loco antè citato ex *More Nev.*

6. Tandem ne dicamus secus sentientes in Theologis nostris, Calvinos, Merceros, Willetos, Paræos, Rivetos, Diodatos, Anglos, Belgasque Annotatores, &c. palàm quoque errorem eum Patrum arguere doctissimi Pontificiorum. Et Lyranus quidem, post Magistrum Historiæ Scholasticæ, multis & prolixis verbis, quæ describere nihil necesse est. Silet quoque fabulam Thomas, *De Commentario* haud contemnendo in Jobum. Perstringit verò eam Bellarminus, quo creditur Roma Pontificia

— nil habuisse Viro præclarus in se,
Nec sanctum magis.

Ipse etiam Sixtus Senensis, haud obscurè Græcæ Biblioth. Lib. 2, Appendicis, ex quâ error profluxit, auctoritatem elevat; Joboque à *nativitate* id nomen Ijob hæſſe monet, non præcessisse aliud Jobabi. Nec desunt suffragatores alii in eodem grege, quibus fuit naſus & judicium subactius, nuperque Joh. Columbus, Theologus Societatis, in *Commentario Biblico.*

XI. Ratum igitur deinceps fore auguramur, fixum immotumque, apud æquos rerum arbitros, Jobum non fuisse illum Jobabum. Non certè magis quàm v. gr. *Belah*, hujus decessor, *Gen. xxxvi. 32.* fuit vel Balak Moabita, vel Balaam ille, de quibus *Num. xxi. 1.* aut quàm Moſes fuit Musæus Græcorum Vates, *Simon Magus* Semon ille Deus Sabinorum, *Josippus* Gorjonidis Josephus Matthiæ, & quæ sunt errorum id genus sine fine exempla. Imò ne quidem Jobum ex *Esavi* lumbis prognatum, secuturâ Dissertatione palàm facimus. Superioris verò prolixitatem ejus, quam destruximus, sententiæ antiquitati atque auctoritati Lector condonabit.

CAPUT VI.

De Dignitate Jobi.

BREVIARIUM.

Appendix Superioris Dissertationis. Regiane in Jobo dignitas? Affirmans sententia. Fundamenta ejusdem. Expensa singula. Silentium Scriptoris. Circumstantia nequaquam omittenda. Illatio in Textum Græcum. Regis nomen quandoque improprium. Jobi facultates quales? Ut idem maximus Orientalium. Ut describatur Capite xxix. Auctoritas Jobi qua fuerit? Ut idem Judex, Magistratus. Quo sensu cubaturus cum Regibus? Explicata & illustrata singula. Amici Jobi an Reges? Fabula explosa. Illata rursus in Textum. Private sortis indicia. Locus Tobie apocryphus. De Amicis Jobi alias plura.

I. Supervacua videri possit disquisitio de Jobi dignitate, postquam demonstratum diversissimum eum fuisse à Jobabo Rege. Verumtamen si ulterius constet ne *Regem* quidem fuisse Jobum, quantumvis inter suos dignitate & opulentia insignem, nullus superesse dubitationi locus videbitur. Quanquam hocce posterius creditum sit benè multis, & ex Jobo ipso assertum atque roboratum. Multum autem profectò interest hominem inter privatum & Regem, illum Familix, hunc Regno

De Script. Eccl. Tom. II. Lib. III. in Append.

Biblioth. Lib. IV.

Lib. XVII. Cap. XLVII. Lib. IX.

In Proem.

In Cap. I. Job. De Script. Eccl. in Jobo.

Biblioth. Lib. 2,

Tom. I. in Genes. xxxvi. 33.

no imperitantem, Concivem illum, hunc Dominum, & talem qui, sublimi in folio, de pace ac bello decerneret, de subditorum vitâ & fortunâ pro arbitrio statueret.

II. *Rex* igitur Jobus veterum ac recentiorum plerisque habitus. Undè in contextu Historiæ ipsius, Capite secundo, lectum ex quibusdam Codd. Græcis, *Nudus super finem sedet, qui paulo ante Rex*. Eodem relata Jobi verba *Cap. III. 13. 14. cubaturum sese fuisse cum Regibus*, in monumento scilicet Regio, si pridem concessisset fati. De Regiâ etiam potentiâ ac dignitate interpretati sunt Jobi divitias, *Job. 1. 2.* & potentiâ inter Orientales, *Job. 1. 3.* Ad eandem retulerunt habitum illi honorem, *Job. XXIX. 7. 9.* & gestatum *Diadema*, *Ibid. 14.* & liberatum pauperem, afflictum, *Ibid. 12.* & descriptam auctoritatem qualis est Regis in exercitu, *Ibid. 25.* Imò in Regum quoque censum relati tres Amici Jobi, undè *ei LXX.* in ipso contextu *Cap. 11. Ελιφάτ ὁ Θαυμαῖων βασιλεὺς, Βαλδὰδ Σαυχαίων τύραννος, ἢ Σωφάρ ὁ Μιναιῶν βασιλεὺς.* Confirmant Viri Docti ex Libro Tobie, qui Jobi amicos *Reges* appellat, *Cap. 11. 15.* Talesque hos fuisse omninò contendunt Pineda Commentario in Jobum, Salmero in Historiâ Magorum, Torniiellus in Annalibus, & quotquot de Jobo Rege consentiunt. *Ἄρχαφα* omnia, imò *ἀντίρχαφα*, asserenda tamen dato priori absurdo, ut fabula fabulam trahit. Prout etiam sequior ætas ex Magis & Astrologis totidem Reges constituit. Nos suam Jobo, suam Amicis dignitatem tribuimus, Regium fastigium negamus.

III. Primò, altissimum est de hâc Jobi dignitate silentium, in historicâ Viri descriptione, Capitibus *I. II. XLII.* Imò ut privatus ubique comparet, Uxor ejus ut privata, Amici ut privati. Pari facilitate quâ meminit Scriptor opulentia, magnitudinis, fortunæ totius, meminisse potuit imò debuit Regii axiomatis, circumstantiæ supra omnes illustris, nec taceri solita. Sic igitur orfus Historiam esset: *Rex fuit in terra Edom, cui ante nomen Jobab, &c.* Quo magis fuisset hic quoque Regibus in exemplum, ut raræ in Deum pietatis, sic & nutantis fortunæ, ac quàm

Εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπρὰί τύχαι,

etiam in supremo rerum humanarum fastigio. Quod si in profanâ historiâ observati, qui ex Consulibus Rhetores, ex Senatoribus Professores apud Plinium, sic factus ille ex Croeso Irus, alter ex Tyranno Ludimagister, tertius ex Macedonum Principe Lignarius, alii ex Regibus & Imperatoribus facti ephippia, mancipia, scabella pedum, ignominia spectacula, & illustria documenta quod fit

Reges in ipsos imperium Jovis,

nihil equidem causæ fuit cur tacerent sacra Volumina, plurimum autem cur referrent Jobum ex Rege mendicum, ex folio ipso ad finem dejectum. Siquidem hanc dignitatis Regiæ prærogativam in malè habitis Regibus, quales in Sacris memorantur non pauci, singulari semper studio Scriptura expressit.

IV. Secundò, illatio in Codices Græcos, modò allegatos, nimis quàm est manifesta. Enim verò ut ista contrâ Hebræorum Codicum fidem, ut nec in Syrà, nec in Chaldaicâ, nec in Arabicâ Paraphrasi conspicua, sic nec in probatis exemplaribus Græcis, Complutensî, Romano, Regiis Oxoniensî aut Parisiensî. Et per se liquet, fuisse id marginalem notam, in textum deinceps illatam; cujus seu imprudentiæ, seu temeritatis ex-

Tom. II.

empla congestit Usserius noster, qualia cum primis in Venetâ anni 1518. & in Germanicis Editionibus. Imò sunt ea verba authentica, *nudus super finem qui paulo ante Rex*, haud obscurum *Regis* nomen ibi usurpari non in sensu literalî & historico, quod monitum oportuit sub initium Historiæ, sed improprio & metaphórico, ob fastigium honoris, & *regias* propemodum opes, quibus paulo ante cumulatus, momento verò exutus fuit. Quæ est perquam locutio familiaris, prout dictum aliàs, *Regum æquant opes animis*; *Reges qui possidere metus*; *Reges qui sibi dominantur*, aut quibus omnia ex voto succedunt.

V. Tertio, evidens quoque est *παρεργυλῶν* locorum in Jobo: Quæ sanè Viri dignitatem, opes, auctoritatem, sapientiam, reverentiam, beneficentiam in egenos, alia extollunt, *regiam* dignitatem nusquam adscribunt. Quantæ opes Abrahami, Jacobi, Labanis, Esavi, aliorum, neque Regum tamen? Et quales divitiæ Jobi? *Oves, boves, camelis, asina, famulitium*, quæ sunt hominis privati, non Regiæ potentiæ, æstimandæ ex latitudine imperii, & numero ac divitiis subditorum. Utque intelligeretur Viri fortuna, solum jam Regium nomen, Sceptum Regium, omnia complexum, & quo nihil majus terris Fata donavere, Scriptori sacro sufficiebat.

VI. Quarto, dicitur sanè *maximus Orientalium*, nempe *ditissimus*, supra amicorum, consanguineorum, & reliquorum sortem qui ex Kethurâ, Nachore, vel etiam Ismaële geniti, plagas Orientales occupant. Hebræus, *גדול מכל בני קדם*, *magnus præ omnibus filiis Orientis*, vel *inter omnes*; quod non de totius Orientis Regibus, sed eorum tractuum dictum est incolis, popularibus, privatae sortis hominibus. Chaldæus *רב בנכסין* *potens opibus*, supra omnes. Vulgatus simpliciter, *magnus inter Orientales*. *LXX. ὁ γῆνης τῶν ἡλῆς ἀνατολῶν*, *nobilis inter illos Orientis*. Castalio, *Locupletissimus Orientalium*. Thomas ad locum, *maximus*, id est, *honoratus, famosus*. Coccejus noster ad eundem: *Magnus, hoc est, dives & illustris*; & sic Hebræi solent. Quomodo hodieque Gallis *potentissimus* diceretur, v. gr. totâ Galliâ, toto Belgio, homo privatus, in exhaustarum supra reliquos opum. Apud Senecam ille;

*Solutus onere Regio, Regni bonis
Fructus.*

VIII. Quintò, neque feliciùs redduntur illa Jobi de seipso, Capite *XXIX.* Ubi describitur sanè status Jobi florentissimus, haud tamen *Regium*. Imò status hominis privati, abundantis oleo, butyro, servis, ejusdemque in summâ apud omnes, seu primores civitatis, seu ordinem omnem & plebem, ob virtutem, justitiam, æquitatem, beneficentiam, existimatione atque auctoritate. Nec *diademate*, sed *justitiâ*, instar diadematis, instar tiaræ, aut infulæ, redimitus fuisse dicitur. Neque ab officio æqui *Judicis*, aut *Magistratus*, quale sanè Jobus in suos, & inter contribules, & cum pluribus exercuit, ad Regium axioma argumentari licet. Hinc sedens idem ad *portam* Civitatis, vel in *foro*, Judicum ac seniorum more, *versu 7.* Quin *Genes. xxxvi.* Idumæorum ipsi *Duces à Regibus* non semel distinguuntur. Sic Patriarcharum, *φυλάρχων*, Primogenitorum auctoritas maxima, non tamen Regia. Sic familiæ, *πατριῶν, συγγένειαι*, quæ ex eodem itipite, in unam seu gentem seu civitatem collectæ, parebant *Capitibus familiarum*, Hebræis *משפחות*. Et tale inter suos Caput fuisse videtur Jobus, seu ex *Vtzo*, Nachoris primogenito, *Gen. XXI. 21.* seu ex Kethuræorum aliquo, *Gen. xxv. 2.*

D

pro-

prognatus. Et quot jam ab antiquo civitates, societates, quibus suum πολιτεια, suus magistratus, non sui ubique Reges? Et hic mos plerorumque in hunc diem Arabum, & Scenitarum, qui non Regibus sed tamen certis Capitibus parent. Ità haud Rex ex eo colligitur Jobus, quòd illi tribuatur id ipsum

— quod Reges habent
Magnificum & ingens, nulla quod rapias dies
Prodesse miseris.

Fit autem illud prolixè eodem Capite. Quemadmodum nec se Regem fuisse dicit, versu 25. sed instar Regis, & quidem in ordine ad afflictos, quibus solamen fuerit & juvamen. Planè ut est militibus præsentia Regis vel Imperatoris, hinc ex æquo amatus & cultus. Stipatus etiam Jobus miserorum confluxu, ut Reges ministrorum illo, aut Duces militum. Et latissimi usus vox מלך, pro belli duce, ut Cap. xv. 24. & passim. Prout etiam vox ראש Capitis, quale se describit Jobus in eodem versu, ad primatum ordinis & confessus ab eodem refertur, undè Hebræis ראש השנה, & ראשי Capita familiarum, Seniores, Judices, Præsides. Tandem sermo Jobi totus est allegoricus cum perpetuà hyperbole, convenienter intelligendus, nec κατὰ λέξιν pleraque, sed κατὰ διάνοιαν, de quo pluribus Commentatores.

VIII. Sextò, quod adfertur ex Capite III. 13. 14. obdormivissim cum Regibus & Consiliariis terra, &c. planè leve est & ficulneum. Nec aliud vult afflictissimus Jobus quàm, si primà luce fuisset extinctus, haud se futurum jam alio in statu, quàm in quo ipsi sunt Reges, Principes,

— tot quondam populis terrisque superbi
Regnatores.

Fruiturum se scilicet dulcissimo somno, pari cum Regibus ac Principibus sorte, quando mors בית חי מועד לכל חי Cap. xxx. 23. Neque enim Jobus Rex natus, hinc neque Rex mori potuit statim à natiuitate. Statum ergò mortuorum respicit, tanquàm statum quietis, tranquillitatis, communem etiam terrarum Dominis, quando hanc

— habent & Numina Legem.

Nec verò defuere, qui Regiam eandem dignitatem colligerent ex donis Jobo restituto oblati, in symbolum servitutis & obedientiæ, Capite XLII. 11. Sed alia omnia respexisse eas donationes, & oblationes pecudum, prolixius infra docemus, ubi de Restitutione Jobi.

IX. Septimò, fuit sanè par ferè dignitas Jobi & Amicorum, aguntque hi ut cum æquali, non ut superiori. Reges autem fuisse deridiculum somnari. Describit Textus nonnisi ut privatos, addito cujusque genere, aut loco habitationis, non in subditos imperio; undè orti, non quibus imperarent, & quidem jure Regio. Nec Bildad Suchites magis est Rex Suchitarum, quàm Elihu Buzites Rex Buzitarum, aut Bethuel Aramæus Rex Syriorum, aut Urias Chittæus Rex Chittæorum. Si etiam hi Reges, & quidem Idumæi, ut vulgò censent, quot eo tempore in Idumæis Reges? Quum tamen nonnisi singulos regnasse tunc successivè in Idumæorum gente, constet ex Genes. xxxvi. 32. & seq. uti adhuc Rex unus tempore Moïsi, Numer. xx. 14. Ipsi Hellenistæ, in superiori Appendice, habent Jobabum (qui ipsis est Ijob) fuisse alterum, in eà gente, successivà dignitate Regem. Qui igitur simul cum eo, v. gr. Eliphaz fuit Rex Themanensium, quæ fuit ipsa quoque sedes Regni Edom? Undè qui Jobabo in

regno successit Themanites dicitur, Gen. xxxvi. 24. Equidem

Nec regna socium ferre nec tædæ sciam.

Sed fortè hi tres fuere Jobi Vassalli, Reguli, qui homagium illi præstarent? Hæc & alia comminisci impunè licet. Adde Elihu nihilo cæteris dignitate inferiorem videri, quanquàm inferior ætate fuerit. Quare ejusdem ista Græcæ Versionis fidei sunt atque auctoritatis, cujus fuere superiora. In Tobie autem contextu Græco, Hebræico Munsteri, & Syriaco, nihil hujusmodi legimus, Scriptoris aliàs cum primis apocryphi, de quo Raynoldus noster, instar omnium. Verum de Amicis Jobi, eorumque conditione, aliàs singulari Dissertatione.

CAPUT VII.

De Jobi Genere & Familiâ.

BREVIARIUM.

Momentum Disquisitionis. Jobus an genere Canaanus? An ex Aramo Semi? Qui sic sentiam. Rationes oppositæ. An Idumæus ex Esauo? Sic plerosque. Etiam Orientales. Sententia expensa. Fundamenta ejus falsa. Rationes negantes variæ. Traditionis Orientalium vanitas. Varietas. An Jobus Israëlita? Sententia rejecta, & quare? Dæc aliæ probabiliores. Jobum qui ex Nachore derivarint. Veteres. Receniores. Salliani audax assertum. Bellarmini ratio invalida. Validiores aliæ. Utzum Nachoris dedisse nomen Terra Utz. Buz frater Utzi. Item Chesed, à quo Chasdim in Jobo. Sedes Nachoris vicina illi Jobi. Mesopotamia cum Arabiâ Desertâ cognatio. Situs Charanis. Error Geographorum. Bochartus & alii notati. Situs Ur Chaldaeorum. Halepo Urbs. Circa eam errores. Est Chalibon Ptolomæi. Salliani instansia de Nachore. Enervata. Nachoris fides. Reliquia in ejus familiâ. Qui Jobum ex Kethurâ deducant. Viri Docti laudati. Ex eâ fuisse Suchitem. Raptores item Sabæos. Situs quis Medaneorum. Madianitarum. Dedaneorum. Omnes in parte Orientali Arabia. Josephus notatus. Troglodyta Arabes. Arabum origo. Jobi fides ex institutione Abrahami. Argumentum aliud ab inductione. Optio posteriorum relicta. Conclusio.

I. Succedunt ergo Herois nostri genus & proavi, de quibus non minus quàm de Melchizedeci illis litigatum est. Interestque omninò cognoscere, an idem Abrahamo fatus, secuturus

— magni facta Genitoris,

an stipite quocunque alio? Nùm in Foedere genitus, an extra Foedus? Avitane Viro virtus, prout

Generosa in ortus semina exurgunt suos,

an verò propria, ut Majores suos virtute vince-ret, Gratia potius quàm Naturæ beneficio?

II. Fuere equidem qui Jobum ex Canaanæorum gente oriundum, atque adeò ex Chami nepotibus fuisse arbitrarentur, ut Magistrorum quidam. Quam verò iidem precariò ex loco Num. xiv. 9. hoc ipsum collegerint, scilicet recessisse à Cananæis umbraculum, vel præsidium, id est, excessisse Jobum temporali morte, nemo non videt. Et quamvis è Scholâ Melchizedeci, Cananæorum Reguli, in impiâ aliàs Gente, podiisse censerî posset, interim Utz non in Cananæâ sitam, neque Amicorum ullum Cananæum fuisse, ex superiori jam Dissertatione liquet. Præterquàm tam est evidens aliundè ortum traxisse, quàm obscurissimum, à quibus Cananæorum.

Dux-

Duxerunt alii fuisse sanè Jobum ex *Semi* posteritate, sed per *Aramum* cui filius Utz; *Gen.* x. 23. à quo Jobus, nisi Utz ipsemet Jobus. Ità post Hieronymum in Traditionibus Hebraicis, I-fidorum, Bedam, alios, Præstantissimi nuper In-

terpretes, in quibus Franciscus Junius, Andreas Willetus, & ut mittamus alios, Brianus quoque Waltonus, ad calcem Operis Polyglotti Londinensis: *Hus filius Aram? Is juxta Josephum atque Hieronymum, Trachonitidis & Damasci conditor fuit. Hujusce regionis fit mentio, Jobi. 1.* Sed frustra hæc Viri docti. 1. Supponunt ab Utzo Aramæo, non alio, Aufitidem vel Aufanitidem Jobi accepisse nomen. Atqui tres Utz cognomines fuere, nec *Aufitidis* sic in Syrià appellatæ est vel in Scripturâ, vel in Exoticis, vestigium. 2. Demonstratum satis superque est, terram Utz non in Syrià aut Damascenâ aut Apamenâ, sed in Arabiâ Desertâ, & confiniis Mesopotamiæ, quærendam esse. 3. Una hæc ratio, scil. habitationis Jobi in terrâ Utz, aliquot post Utzum Semi Nepotem seculis, ut infra constabit, haud facit fidem hujusce originis. Quemadmodum, v. gr. nec Bethuel aut Laban censendi ex *Aramo*, quia iidem Aramæi habitatione, *Gen.* xxv. 20. Ita Kessæus Arabs in Vitis Patrum, *Jobum* facit *Syrum* quidem, ex Semo pariter genitum, sed per *Arphaxadum*, hinc *Abrahamum*:

ايوب ابن ارمص ابن عويد ابن العيص
 Jobus, filius Aumæsi, filii Aubadi, filii Esavi, filii Isacii, filii Abrahami, Amici Dei. 4. Cùm aliæ circumstantiæ, ut patefceret modò, tum expressum genus Amicorum Jobi, conjunctorum huic viciniâ & cognatione, diversum illud ab Aramæorum genere (uti aliàs demonstramus) arcessere aliundè jubent Jobi natales.

IV. Sed verò ex *Esavo* ducendum esse Jobi genus, tanquam Gente Idumæi, statuit turba ferè tota Scriptorum. Primò quidem omnes illi quotquot Jobum in Jobabum suprâ transformarunt. Deindè etiam plurimi qui Jobabum illum nescivè-re, in Judæis & Christianis, nihilominus Jobum pronunciantes Esavi traducem. Sic Arabs & Orientales communiter in Arbore Genealogica Muhammedis, apud Clariss. Hottingerum in Historiâ Orientali. Sic quotquot terram Utz suprâ interpretati sunt Idumæam, ab Esavi posteris occupatam. Undè Sixtus Senensis: *De stirpe Jobi*, quòd nempè Idumæus fuerit, *Veteres aut nihil discere aut parum.* Gisbertus Voëtius, *Disput. de Gentilismo: Quamvis autem certò definitur nequeat cujus familia fuerit Jobus, maxime tamen probabile est illum fuisse ex posteris Esau.* Vener. Schotanus ad *Sulpic. Sever.* *Haud dubitari video de Jobi genere quòd sit ex Edom: undè & Esavi Genealogiam ibidem Vir doctissimus disposuit.* Phil. Codurcus initio Commentationis in Jobum: *Esse ex posteris Edom colligi potest ex regione in quâ habitavit.*

V. Nos, pace summorum Virorum, non id dubium modo censemus, sed & à vero alienum, volumusque

argumenta fidem dictis contradere nostris.

Primò, *probabilitas* omnis nititur affirmantium ferè numero & auctoritate: Ast verò plerorumque πρῶτον ψεῦδος est, Jobum esse *Jobabum*, aliorum autem, terram Utz esse *Idumæam*. Quo gemino fundamento subruto, ipsa patitur structura ruinam. Prius autem ita factum à nobis esse confidimus, Capitibus III. & v. ut superesse vix scrupulus possit. Multis etiam non tam κατηγορηματικῶς assertum fuit, Jobum esse gente Idumæam, quàm σοφιστικῶς esse vel Idumæum vel Arabem, & in his fuere

Drufius, Bellarminus, Interpretes varii, quos inter Angli Annotatores. Deinde auctoritatibus opponuntur auctoritates, nec defuisse olim hodieque Viros omni exceptione majores, qui Jobi genus aliundè quàm ab Esavo derivarent, visum antè ex parte, jubent id ipsum argumenta ea omnia, quibus confecimus Jobi sedem fuisse in Arabiâ Desertâ, toto *Capite III.* terramque Utz ab alio, quàm ab Utzo Horæo, fuisse denominatam. Accedit, quòd si fuisset Jobus ex Esavo, omnino inter recensitos Esavi posteros *Gen.* xxxvi. fuisset tam illustri Viri, inter suos principis & φυλάρχου, Mose etiam (ut constabit) anterioris, facta memoria, pro ejus more & consuetudine Scriptoris. Ad hæc, si habent Orientalium Genealogiæ locum, Jobum referentes ad *Esavum*, suis istæ mendaciis suâque se vanitate produnt. Alii v. gr. faciunt filium Zaræ, nepotem Rehuëlis, ut suprâ. Alii filium *عاموز Amuz*, nepotem Zaræ, & sic Batri-cides Alex. Alii filium Aumez, filii Aubad, filii Esavi, ut ex Kessæo MS. Arabe modò dictum est. Alii immediatè filium Esavi, ut Auctor Genealogiæ Muhammedis, apud Clariss. Hottingerum. Ut taceam Genealogiarum id genus totiusque Historiæ Muhammedicæ, & Patriarchicæ, mendacissimas tabulas, nullo veri vestigio. Sed & ipsa viri virtus, in Deum pietas, religio, in suum Redemptorem fides, eademque à teneris unguiculis, & primâ (ut passim colligitur) ætate, haud obscure docet in Scholâ pietatis educatum, nutritum faustis sub penetralibus, non in impiâ Edomitarum gente, inculcatamque illi fuisse suorum decessorum fidem atque pietatem.

Doctrina sed vim promovet insitam.

Reliquæ cultus pectora roborant.

Nisi unus fortè Eliphaz Themanites arguat in Esavi posteris pietatis semina; sed idem Jobo longè inferior fide & cognitione, *Job.* XLII. 7. 1. idemque fortean Jobi exemplo, & interiore cum eo consuetudine, cùm doctior tum melior, *Job.* IV. 3. 4. Hinc & amici reliqui, saltem Bildad & Elihu, extrâ Esavi posteritatem constituti intelliguntur. Denique, probabilitatem originis alterius quàm Edomiticæ, secutura mox rationum atque auctoritatum momenta in majori luce collocabunt.

VI. Non jam illos moramur qui Jobum *Israëlitam* credidè-re, ex Jacobi posteritate. In iis sanè Judæorum quidam, memorati in Tractatu *Babæ Bathra*, & qui in Christianis veteribus Jobum *sub Lege* vixisse statuerunt, ut in *Proæmio Cat. Gr.* in Jobum, aut qui eundem cum *Job* filio Isacharis permutarunt. Aberrantes illi omnes vehementer circa *Sedem* Jobi, quæ non Ægyptus, non terra Canaanis, uti circa *atatem*, circa *nomen*, & circumstantias alias, suis uti locis demonstratur. Si etiam Jobus ex Jacobi posteritate, meminisset (ut par est) Fœderis cum majoribus *Abrahamo*, *Isaaco*, *Jacobo*, initi, & totiens confirmati, quod facit nusquam. Domestica quoque habuisset exempla, nec sibi transmittenda silentio, probatæ & exercitæ pietatis, tandemque victricis, recentibus tum in Jacobo & Josepho documentis.

VII. Quare superest sententia gemina, utraque reliquis omnibus probabilior. Quarum altera Jobum ex *Nachore* arcessit fratre Abrahami, cui filii Utz, Buz, Chesed, &c. *Gen.* XXII. 21. 22. Altera eundem derivat ex *Abrahamo* ipso, nec tamen prognatum vel ex Sarâ, vel ex Agare, sed ex *Kethura*, cujus filii & nepotes recensentur *Gen.* xxv. 2. 3. Utraque opinio, prior maxime, auctores habuit in Hebræis & Christianis non obscuri nominis. Quanquàm horum plerisque sola ferè suspicio, & tradentium quorundam auctoritas, suffecisse videatur,

Notis ad
 Genes. x.
 23. &
 Job. i. 1.
 Hexapl.
 in Gen.
 xxxvi.
 Quest.
 xiv.
 In Expli-
 car. No-
 min.

Lib. I.
 Cap. III.
 Biblior.
 Lib. VIII.

Ann. p.
 89.
 Hist. O.
 Lib. I.
 Cap. III.

tur; rei accuratiore indagine nobis hodieque relicta.

Com-
ment. in
Gen.
xxii. &
in Job. i.
Com-
ment. in
Job. i.
Tradit.
Hebr. in
Gen.
xxii.

VIII. Ex familiâ Nachoris, filii Tharæ, derivasse Jobum Hebræos non paucos docet Aben-Ezra, haud vehementer ipse alienus. R. Schelomoh, saltem ab Utzo Nachoris appellatam censet Usitidem Jobi. Sed verò Hieronymus eam est sententiam amplexus, tanquam Hebræis doctioribus approbatam; *Contrà Hebræi asserunt de Nachor esse stirpe generatum.* Ex iisdem tradidit hoc ipsum Philo *Ἰσχυροποιῶν*, in memoratis antè *Antiq. Bibl.* In Christianis ita idem Hieronymus, dicto loco; *Primogenitus Nachor fratris Abraham, de Melchâ uxore ejus, filia Haran, natus est Hus, de cujus stirpe Job descendit, sicut scriptum est in exordio Volcanius ejus: Vir fuit in terrâ Hus, &c. Malè igitur quidam existimant Job de genere esse Esau.* Repetit eadem alibi, in Epistolarum aliquâ; & præceptorî Hieronymo accessit Philippus Presbyter, illius auditor, Commentario in Jobum; item Isidorus Hispalensis, Alcuinus, Rupertus, & si qui alii in recentioribus Latinis. Subscribunt Petrus Comestor, Lyranus, Oleaster, Bellarminus, Vatablus, cum primis doctissimus Vives ad Augustinum de Civitate Dei, ubi loco *Aram fratris Abrahami, lege Nachor; vel certè Haran, cujus Utz non filius sed Nepos ex Milcâ.* In nostris Joh. Mercerus, hanc inter omnes sententiam maximè probabilem vocat; ne dicamus Joh. Henr. Alstedium, similes. Gerh. Joh. Vossius de Origine Idololatr. *Job unus è Nachoris, vel Esau posteris.* Jacobus Ziglerus in Descript. Palæstinae: *Job genere Syrus non Idumæus fuit, & stirpem duxit à Nachor, fratre Abrahæ.* Undè imperitè admodum Jacobus Salianus, hanc sententiam obscuros habere auctores, propugnatores neminem, probabiliter ferè nullam. At Viri nominati, quotquot anteriores Saliano, haud certè obscuri videntur; & si non Hieronymi, aliorumque Veterum, Bellarmini saltem tangi reverentiâ debuit, cujus Purpurati sunt ipsissima hæc verba; *Sed ex sententiâ Hebræorum, & S. Hieronymi, in Quest. Hebr. Job non descendit ab Esau, sed à Nachor fratre Abrahæ, & fuit tertius à Nachor fratre Abrahæ, &c. Mox, mihi sententia Hieronymi semper visa est probabilior.*

Lib.
xviii.
Cap.
xlii.
Præfat.
in Job.

DeScript.
Ecclef.
Vet. Test.

IX. Et certè probabilitatis considerari perpendique rationes debent. Non illa quidem ferè unica Bellarmini, aliorumque, petita ab *etate Jobi*, qui scilicet *vixit annos cclxviii. secundum Isidorum*, hinc omninò proximus fuerit *Abrahami* temporibus, *filius* adeò *Utz*, nepos Nachoris. Aliis assensum extorquere rationibus oportuit, quam peræquè dubiâ & incertâ. Nam neque eam ætatem attigisse Jobum, aut nos credimus, aut illi demonstrant; Neque si idem ex Utzo Nachoris, necesse est illius præcisè filium, hujus nepotem extitisse. Nempe rationes aliæ suppetunt, numero paucæ, ast pondere graves.

1. Nil certius quam terram Utz, Jobi sedem, ab Utzo Nachoris primogenito, & familiæ principe, fuisse denominatam. Quod iisdem testibus iisdemque firmatur documentis, quibus (haud fanè perfunctoriè) demonstravimus esse Ausitidem Arabiæ, non Syriam, non Palæstinam, non Idu-mæam. Undè consequitur Jobum, virum in eâ terrâ primarium, eodem Utzo satum fuisse, non quidem immediatè (recentior enim est Jobus Jacobo) sed unâ aut alterâ generatione mediis.

2. Constat etiam ex eodem Nachore genitum esse Buz, fratrem Utzi *Gen. xxi. 21.* à quo sanè seu terra seu civitas Buz appellationem accepit, ex quâ Elihu Buzites, *Job. xxxii.* Hic igitur Jobo & vicinatis & sanguinis, ut patet, vinculo conjunctus, idemque Arabiæ Deserti incola, ut

monitum jam antè, & latiùs infra, ubi de Amicis *Cap. iv. N. 11.*

3. Ex eodem Nachore, Milchâ conjuge, natus itidem *Chesed*, *Gen. xxi. 22.* à quo omninò illi *Chasdim* de quibus *Job. i. 17.* Jobo similiter vicini, ut visum supra. Quanquam hi pro regionis conditione, & gentis ingenio, ac Satanæ impulsu, proni ad prædam *cognataque bella.*

4. Planum quoque est Usitidem à Jobo habitam vicinam fuisse pristinæ Nachoris sedi, seu Charani urbi Australis Mesopotamiæ, *Genes. xxv. 10. xxviii. 10.* Primò enim Mesopotamia, quæ Euphrate alluitur, Austrum & Orientem versus, contigua est Arabiæ Deserti, solo dividente fluvio. Adeò quidem ut Civitates sint (qualis hodieque *Ana* vel *Anna*, in amplissimis & celeberrimis ejus tractûs) quarum pars cis fluvium *Mesopotamia* censetur. Hinc etiam communis illis lingua, religio, mores; eadem soli conditio plani & sterilis, in vastissimas solitudines extensi, herbis iisdem ac stirpibus, strati, & incommodis iisdem obnoxii; eodem quoque Emir, seu Arabum Principe, latè in Mesopotamiâ dominante. Quo factum ut Mesopotamiæ pars Australis à Xenophonte, Plinio, Strabone, aliis, Arabiæ Deserti accensita fuerit. Jam verò *Charan*, Nachoris sedes (*Xaev* Josepho, *Charan*, uti Stephano, Ptolomæo, Sozomeno, *Χαρίαν* in *Actis*, *Aram* Hieronymo, *Carra*, si modo urbs eadem, Romanis Crassianæ cladis scriptoribus, *כרן* apud Geographum Nubiensem, *dicta & Ναχὴ τοῖς LXX. Genes. xxiv. 10.* à conditore & habitatore Nachor) sita omninò fuit in eâ Mesopotamiæ parte, quæ Chaborâ fluvio alluitur, inter Euphratem & Alcorum. Etenim ex Sacris intelligitur, positam fuisse Charanem in itinere quod è Chaldæâ in Chanaanem ducit, *Gen. xi. 31.* Quo fit ut omninò Australior fuerit, versus Arabiam Desertam, & Syriam Palmyrenam, seu Aram Tfoba. Via enim ex Ur Chaldæorum in Palæstinam tendit ab Oriente in Occidentem, præterquam ubi ad vitanda Arabiæ avia, deflexum est Boream versus, per Australiorem Mesopotamiam, quæ Chaldææ Borealis est. Iterum Palæstinae respectu, Charanis regio *Orientalis* fuisse dicitur, *Gen. xxi. 1.* hinc omninò in Mesopotamiâ Meridionali, quæ Scenitidem Arabiam respicit, ex stylo Scripturæ, & inspectione Tabularum. Etenim Borealiores partes Syriæ utriusque, & Assyriæ regio, non *Orientalis*, sed *Septentrionis* nomine veniunt. Undè illorum error colligitur qui Charanem longè collocant versus Septentrionem, & Armeniæ montes, ad 36. aut 37. gr. latitudinis, confunduntque cum *Edeffâ*, aut cum *Orfa*, ut R. Benjamin, Petrus Apianus, Jacobus Ziglerus, Josephus Moletius, alii. Et quæ ibi *Carra* signantur, versus Assyrios, undè *Assyria Carras* dixit Lucanus, uti in Libro Tobiae collocantur inter Ninivem & Raghès, omninò diversas fuisse à *Charane* Nachoris & Abrahami necesse est. Istos interim secutus est Clarissimus Bochartus, & hunc Georgius Hornius, qui Charras Nachoris similiter ponunt in Mesopotamiâ Boreali, ad ipsos Chaboræ fontes, ultra 36. grad. latitudinis, inducti etymo Arabico vocis *Padan*. Quod si fuerit, conciliari hæc, cum superiori Scripturæ Sacræ, descriptio nequit. Vidensque id ipsum Bochartus, *Ur Chaldæorum* ex quâ profectus Tharah, Phal. facit *Uram* Amamiani, ad montana Armeniæ, in Assyriæ finibus, longiùs certè à Chaldæâ, Septentrionem versus. Quanquam hoc invitâ Scripturâ, & omnium Interpretum ac Chorographorum turba. Hi enim *Ur* ponunt in Babyloniâ sive Chaldæâ, seu jam *Orcha* fuerit, seu *Ovein* Eupolemi apud Eusebium, seu alia quæ nomen mutaverit. Doctissimus autem Isaacus Vossius *Ur* eandem putat

Lib. 1.
Arabiar.
Hist.
Lib. v.
Cap.
xxiv.
Geogr.
Lib. xvi.

Vid. supra
Cap.
iv. N. vii.

Lib. 11.
Cap. vi.

tat quæ *Chebar* vel *Chobar* ubi Chaboras fluvius Euphrati miscetur. Quod si fuerit, stat quoque sententia nostra, Tharam inde in Canaanem profecturum, non sine absurditate censi posse tantoperè versùs Boream ascendisse. Sed & idem Bochartus, & cum antè doctissimi Geographi, falluntur circa loca alia ejusdem tractûs. Exempli gratiâ, urbem hodiè *Alepo*, per quam è Syriâ in Mesopotamiam, & Babyloniam tendi solet, malè statuunt esse Hierapolim Syriæ Cyreticæ, vel Beroëam, vel Antiochiam. Cùm sit hæc Australior, veriusque *Chalibon* Ptolomæi, hinc tota Regio *Chalibonitis*; Prout Urbs eadem est *חלב* *Chaleb* Benjaminis & Arabibus, hinc *Chalepo*, vel *Halepo*, à quâ ferè incipiunt Arabum solitudines Orientem atque Austrum versùs, ex eodem Tudelesi, Guil. Postello, Leonh. Rauwolfio, Petro della Valle, Itinerariographis id genus. Undè Jac. Ziglerus ad Ptolomæum, urbem *Alepo* facit cum nonnullis aliis *Epiphaniam* Veterum, in Syriâ Cafiotide, haud longè ab Emesâ, intrâ trigésimum quartum & quintum gradum latit. Quanquam remotior Epiphania sit ab Euphrate, Occidentem versùs, à quo Euphrate *Chalepo* vix bidui itinere distat. *Charan* igitur Mesopotamiæ sita fuit inter Babyloniam, & eam Syriæ partem quæ ducebat in Palæstinam, hinc magis ad meridiem, haud longè ab Euphrate, juxta Chaldæum ipsum. Confirmat Geographus Nubiensis, cui *Harran* Australior est civitate Aleppo, circâ 35. gradum latit. Borealis. Hinc Arias Montanus in eo tractu, propius ad Babyloniam, signavit *Padan* urbem, quæ verius regio fuit in quâ *Charan* Urbs Nachoris. Nec tamèn ista contigua fuit Palæstinæ, ut vult Adrichomius in *Theatro Terra S.* utpote quæ in Mesopotamiâ; contigua verius Arabiæ Desertæ, prout hæc Septentrionem versùs ad Euphratem protensa est, in quâ Jobi sedem collocavimus. Imò Charanem, Abrahami jam ætate, à *Sabais* Arabibus habitatum fuisse tradunt Orientales, & ex Kessæo Muhammedano Clar. Hottingerus in *Hist. Orient.*

Ad Gen.
xxiv. 10.Cap.
viii.

5. Hinc etiam frustra est Jacobus Salius, negans terram *Hus* à filio Nachoris appellatam, eò quòd *Nachor* nunquam emigravit è Mesopotamiâ. Scilicet! mortuus esto Nachor pater Utzi Charane; hæserit ibi unus aut alter filiorum, in quibus Bethuel pater Rebecæ, Genes. xxiv. 16. illudne obstabit quo minùs vicinas & conterminas sedes filii reliqui, Utz, Buz, Chesed Kemuel, occuparint? Colligendum pariter fuerit nec *Chaldæos* sive Chaldæos à Chesed, nec *Busitas* & *Avoritid* & *χέρπας* à Buz, nec *Syrorum* seu Aramæorum partem ab *Aram*, Nachoris filiis & nepote, Gen. xxi. 21. 22. fuisse denominatam, siquidem hæc regiones extrâ eum tractum Mesopotamiæ sitæ fuerunt. Atque ita negat Salius, quod dicta Nomina, quòd veteres Interpretes, & Geographi principes docent. Et si isti fides est, filii & nepotes eâ ætate non excesserè limites habitationis patrum, nec extrâ hanc terris nomina dedère. Præterquam idem ignoravit situm Charanis Mesopotamiæ, & Ausitidis nostræ, quarum ex superioribus proximitas constat.

6. Hæc tandem origine intelligitur, undè semina illa pietatis & veræ Religionis in Jobo? Nempe Abrahami & Nachoris præceptionibus, quas suis reliquere, à teneris imbuto, archissimo semper inter familiam utramque nexu, vel ex correspondentiâ mutuâ, Genes. xxi. 20. & contractis dein matrimoniis, uti Isaaci cum Rebecâ nepte Nachoris, Jacobi cum Leâ & Rachele, ex Labane fratre Rebecæ. Et quanquam Nachor primitum effèet Idololatra quum in Chaldæis ageret, Jos. xxiv. 2. certè in viam revocatum fuisse, seu ad fidem Veri Numinis, hinc è Chaldæâ in Mesopotamiam, id est, *Padan Aram*, translatum, sive cum Tharâ

patre, sive deinceps suafu Abrahami, ex dictis liquet, & Genes. xxiv. 10. xxxi. 50. 53. Reliquis sane in ejus familiâ Idololatriæ quibuscunque vestigiis, & peccante dein Labane non tam in *objecto* cultûs, quam in *modo* ejusdem. Hinc in Nachoris posteris ex *Buzo* secundo genito, fuere *Baracheel*, hujusque filius *Elibu*, Job. xxxi. 2. illis ipsis nominibus arguentibus fuisse verum Deum Israël, cùm hisce tum parentibus ipsorum, cultum.

X. Non autem alii defuerunt quæ Jobum ex Abrahamo ipso derivarent, in lineâ directâ. Nempe ut ex aliquo filiorum *Kethura* genitus fuisse censatur, qui plagam magis *Orientali* occupasset. In quâ sententiâ Veteres quidem pauci comparent, at in recentioribus Viri non infimi subsellii. Hos inter doctissimus Pentateuchi Commentator, & in Hebræorum ac Thalmudistarum scriptis versatissimus, Annot. Henricus Ainsworth. Suffragatur summus in eâ ad Gen. gente Theologus Andreas Willetus, *Hexaplâ* in Cap. Gen. Chronologus item ac Theologus eximius, xxv. 6. Hugo Broughtonus in *Harm. Scripturar.* Accessisse Cap. xxv. suo calculo Jacobum Ufferium Armachanum, Virum incomparabilem, testantur postrema in Genesim *Annotata*, ejus curâ cum aliis in V. Testam. Ann. M. Londini impressa, Anno 1655. in quibus ista ad 2430. Gen. xxv. 6. *Jobus apparetur descendit ex Kethura.* Et 2440. communiter adprobata hæc sententia Britannicæ Theologis atque Interpretibus. Cui etiam suffragati Theologi in Belgio celeberrimi, ut in iis Antonius Walæus, agens de Libro Jobi; sed ipsum ex Abrahami per *Kethurath* posteris fuisse, verisimilius est. Neque plures fortè suffragatores desiderantur.

Lo code
Scripti
Sacra.

XI. Rationes, quibus hæc sententia doctis sese atque ingenuis commendet, dari possunt sequentes.

1. Quod ex eadem Kethurâ ortus fuerit alter Amicorum & Cognatorum Jobi (*Fræres* certè vocat) Bildad *Sachites*, Arabiæ idem incola, indubie ex *Suacho*, vel *Sucho*, Abrahamo genito, Genes. xxv. 2. Ita Buzites à Buzo, Themanites à Themanis, Madianita à Madiane. Saltem hinc colligitur æstimari posse Jobi genus æquè ex Kethurâ, atque ex Esavo, aut ex Nachore, à quibus Amici alii prognati. Et *Suacham*, *Sacham*, *Saccaam* regionem collocant, cum Ptolomæo, Geographi omnes, in eâ Arabiæ parte quæ Borealis est, à quâ Usitidem Jobi haud longè abfuisse satis est demonstratum.

2. Quod eadem Kethurâ satus, ex Joctane, *Seba* vel *Scheba*, Genes. xxv. 3. à quo Sabæi illi prædatores, Job. i. 15. Quorum Sabæorum sedem, Cap. iv. situm, proximitatem ad terram Utz, abundè su- N. v. & c. præ deduximus. Ut non alienum sit ex sedium viciniâ, & communi regione, colligere communitatem sanguinis & originis.

3. Quod ex eadem concubinâ Abrahami prognati *Medan*, *Madian*, *Dedan*, alii, quorum pleorumque sedes fuere aut conterminæ illi Jobi, aut certè non adeò remotæ. Hinc rectè Arias Chanaan. Cap. iii. Montanus; hos Kethuræos omnes occupasse *deserta loca, inter se devisa, sita inter Moabitas, Ammonitas, ad Occidentem, & Chaldæos ad Orientem, indè ab Aram Naharaim*, seu Mesopotamiâ. Sic *Madianita*, celeberrima gens, fuere Ismaëlitis permixti, hinc promiscua Madianitarum, & Ismaëlitarum nomina, Genes. xxxvii. 25. 28. Jud. viii. 24. Uti nomina Madianitarum & Saracenorum passim sunt synonyma, apud Bochartum, Scaligerum, alios, & qui in Hebræo Madianitæ, Chaldæo sunt d. i. *סרקין* vel *סרקא* *Saraceni*. Primoque Madianitæ in *Orientali* plagâ Desertæ Arabiæ sedisse videntur, quomodo Saraceni supra dicti quasi *Orientalis*, & Balaam ad Euphratem fuit ex Madianitis,

Cap. III.
23.

nitit, *Numer. xxii. 45.* hique Orientalibus accensiti, *Jud. vi. 3.* Dein vero sedes protendere suas ad Mare Rubrum usque, ubi & civitas Madian in Deserto Saracenorum, versus Austrum & Occidentem. Proximi sunt *Medanei*, iidemque cum Madianitis confusi, *Gen. xxxvii. 28. 36.* uti Hagareni & Medanitate sociantur in Libro Baruch. Hagareni porro iidem qui Agræi Ptolomæo, consentiente Bocharto, in Arabiæ Deserti interiori parte, juxta Bathanos vel Bathanos. Succedunt *Dedanæi*, ex Dedan fratre Sebae, Kethuræ nepote ex Jokshan, iidemque in Deserta Arabiâ, in confiniis Syriæ Palmyrenæ, haud remoti etiam ab extremis sedibus Idumæorum, *Jerem. xlix. 8.* Hinc Dedan & Thema, quorum hic ex Ismaele, *Gen. xxv. 14.* disertè in Arabibus recensentur *Jer. xxv. 23. 24.* ut alibi *Dedanæi Arabes* dicti, *Esai. xxi. 13.* Utque Dedan & Seba fratres fuere, sic haud dissimilæ sedes utriusque. Nec obest eorum opinio, imo favet, qui *Dedan* regionem eandem faciunt cum Palmyrenâ, & Arias Montanus in suo *Phaleg*, & ex Dedan derivant *Adada* in regione Euphratis, quo ipso contermina intelligitur Arabiæ Deserti. Conterat Lector quæ de Jobi sede prolixè disseruimus, & intelliget ex communi horum Tractu, quàm sit vero proxima communis horum omnium origo, communis stipes.

4. Quod disertis verbis Kethuræ dicuntur ablegati in *Orientem*, & plagam *Orientelem* occupasse, *Genes. xxv. 6.* Planè ut Jobus sediisse in Oriente, fuisseque inter Orientales hodie florentissimus. Undè nullum dubium est quin, quemadmodum ex *Ismaele*, cujus primogenitus *Nebajoth*, sunt orti Nabathæi, & vicinæ gentes Saracenæ, magis ad Meridiem & Occidentem in Arabiâ Petràâ, & Felice; ità ex *Kethurâ* orti sint reliqui Arabum qui magis versus Euphratem & Mesopotamiam, ac Babyloniam, atque adèò ad *Orientem*. Hosque ipsos *Orientales* ac *filiis Orientis* perpetuò dici, disertè monet Bened. Arias, agens de Filiis Kethuræ, in Libro *Canaan*. Quamvis successu temporis, horum quoque sedes fuerint dilatatae, ut de Madianitis dictum. Nec moveat quemquam Josephi *Ἀρχαιολόγος* auctoritas, cui Kethuræ incoluisse dicuntur *τὴν Τρωγλοδύτην*, & partem Arabiæ Felicis. Ut enim in istiusmodi originibus; haud temerè sit credendum Josepho, luculentis exemplis Bochartus noster ostendit. Et ita non in *Orientem*, sed longè versus Meridiem isti concessissent, in Æthiopiam usque. Quanquam *Troglodyta*, quandoque sunt *Ἐρεμῶν* seu *Ἀρηβῶν*, item *Σααριθῶν*, item *Σκλιθῶν*, observantibus ex Strabone aliisque, Ortelio, Bocharto, Salmasio in *Plinianis Exercit.* Sed loquuntur superiora.

5. Quod Jobi sede in Arabiâ posita, aut in adjacente Mesopotamiâ, reliquum esse videatur, ut si non ex Nachore, certè ex Kethurâ, vel ex Ismaele, generationis lege descenderit. Notum enim est, & extrâ controversiæ aleam positum, Arabiæ Deserti & adjacentes Populos, in Scripturâ memoratos, & ab Idumæis, Moabitibus, Ammonitis distinctos, profectos esse ab *Ismaele*, aut *Kethurâ*, quosdam ex *Nachore*, undè communi nomine *Arabes* dicti, quod & Onkelos observavit. Prout etiam communi omnes stipite orti, Abrahamo nempe, aut Tharâ, si Nachoritas involvimus. Atqui Jobum ex impiâ Ismaelitarum propagine profectum esse nemo somniavit, uti nec ex eadem fuit in nominatis Amicis ullus. Undè superest, vel ex habitationis Orientalis indicio, ut ex aliquo in filiis *Kethuræ* prognatum existiment, qui Nachorem progenitorem nolunt.

6. Quod jam eo minorem stuporem exprimat illa in Jobo agnitio veri Numinis, sublimium my-

steriorum (ut infra docemus) fides, religio sacrificiorum, pietatis studium, salutis propriæ & alienæ sollicitudo. Ut qui nempe natus *Abrahamo* seu Avo, seu proavo, cujus viri in suis imbuendis eâ virtute, quæ compendium reliquarum est, cura & vigilantia, atque adèò in tradendis fidei, ac pietatis præceptis, atque ad posteros suos post se transmittendis, ab ipso Deo specialissimè commendatur, spirituque prophetico declaratur, *Gen. xviii. 19.* Ut dubium non sit quin dimissurus à se Kethurâ natos *Genes. xxv. 6.* in extremo senio, post tot favoris Divini experimenta, *credentium Patrum* partes impleverit. Nec jam ad immediatam Jobi inspirationem recurrendum est, quem immediatè primùm legimus edoctum sub finem calamitatis, *Job. xlii. 5.*

7. Quòd denique, sententiis omnibus collatis, nulla iis rationum ponderibus peræquè trahat ad assensum. Priorem nisi quis fortè excipiat, satis huic affinem. Et quando non ex *Esavo* ortum esse invicta probarunt argumenta, ac præjudiciorum vanitas; non etiam ex *Chami*, aut *Canaanis* posteritate; non ex *Israëlitis*, seu ex Jacobo; non ex remoto illo *Aramo*, cui filius Utz, Syrorum vulgò Damascenorum patre, *Genes. x. 23.* non ex impio *Ismaele*, patre Nabathæorum; non certè ex *Ammonitarum*, ac *Moabitarum* profligatâ sobole; reliquum omninò fuerit, ut vel ex *Uizo* Nachoris, vel certè ex *Abrahamo* per Kethuram, perque seu Joctanem, seu Suachum, seu alium fratrum, profectum esse arbitremur. *Ὅτι περὶ ἐδὲ δέξαι.*

XI. Ex sententiis postremis duabus utra sit eligenda, arduum esset definire. Suis utraque præsidii, suâ probabilitate fulta. *Nec fas est scire omnia*, dixit ille, aut sic in dubiis pronunciare, ut feras omne punctum, & (quod olim in Senatu factum) acclametur, *Ommes, Ommes;*

Pro studiis hominum semper diversa probantur.

Sufficit nobis rem omnium calculo obscurissimam, non indiligenter pervestigatam utcunque expedivisse; neque fanè, si perpendantur superiora, videbor *ἀπίρητος* & *μανθόσαος*, aut planè scrinia aliena compilasse. Saltem nemo deinceps cordatus ista de Jobo, seu inter *ἀποεσ*, seu inter *μυθῶδη* retulerit, qui hæc nostra attentius pensitarit. Cæterum non

Tuta est judicio littera nostra suo.

CAPUT VIII.

De Ætate Jobi falsò creditâ.

BREVIARIUM.

Obscuritas ætatis Jobi. Causa ejusdem. Variantium sententiarum tres Classes. Prima statuens Mosi inferiorem. An vixerit Jobus sub Epocha Judicium? Auctores Hebræi. Christiani. Rationes perpenſæ. Locus Job. xxii. 12. Alius Job. xv. 18. 19. Non hic de Israëlitis, nec de terrâ Canaanis sermonem esse. Mens Jobi declarata. Loca alia Job. xii. 21. xxviii. 28. An ex Mose, aut Davide descripta? Castalionis ratio infirmata. Jobum non vixisse ad normam Legis scriptæ. Moses qui meminere Regum in Israele? Gregorii M. ratio infirma. An Jobus coævus Davidi, aut Salomoni? Qui sic senserint? Rationum ineptia. Alia opposita. An idem tempore exilii Babylonicis? Ratio absurda. An tempore Abassueri? Argumentum ludicrum. Classis altera, statuens Jobum Mosi contemporaneum. Auctores Veteres. Recentes. Lucas Burgen sis

Lib. I.
Cap. XVI.

Paraphr.
ad Genes.
xiv.

gensis, Hugo Grotius, Job. Diodati Argumenta varia. Primum in Grotium retortum. Invalidas reliquorum. Locus Job. XXI. 29. Παρεργωμένα Βυργensis. Alier Job. XXXIV. 19. 20. An allusio ad Pharaonem, & primogenitos Egypti? Chaldaei, Grotii, Diodati, paraphrasis rejecta. Gravior difficultas ex loco Job. XXVI. 12. Qui interpretantur de diviso Mari Erythrao, & percusso Egyptio. Glossa expensa. Secus Hellenistas. Symmachum. Chaldaum. Syrum & Arabem. Hi ut legisse videntur. Oppositi etiam Hebraei. Et Latini. Et Augustinus. Et Versiones ferè omnes recentes. Dicitam Glossam non permittere nexum. Non verba. De voce יָרָן. De altera יָרָן. Ut hac non sit Egyptus. Grotii Ellipsis. Si Rahab nomen proprium, alios respici. Rahabeni Arabia Deserta. Ptolomeus. Nubiensis. Rationes alia glossematis rejecti. Conclusio, Jobum fuisse his anteriorem.

I. Aliquatenus progressi fumus, nec per tritos calles, sed obicuros plerumque & ignotos. Postquam verò de sanctissimi Viri cum habitatione & sede, tum genere & familiâ, constare videtur, porro in aetatem & synchronismum pari diligentia inquirendum est. Ubi rursùm dubia omnia, incerta, suspensa, nec tam véφ & μαετύρον, quam véφ & ἀνιλεγορτων. Cujus quidem diffensionis & obscuritatis causa assignari possunt: Silentium Spiritus S. de tempore quo vixerit Jobus; Dubii ejusdem parentes atque majores; Historiæ antiquitas, quæ omnia vel obliterare solet vel obscurare; Traditionis veræ & extrâ aleam dubitationis positæ defectus; Supposititia de Jobo multa ac suspectæ fidei, ex parte in antecessis visa; & si quæ affines causæ plures.

II. Variantes paginatæque, de Jobi ætate, sententias referunt Thalmudistæ, memorato Tractatu. Majemonides in quatuor easdem classes dispescit: Quidam ajunt illum vixisse temporibus Patriarcharum, alii Mosis, alii Davidis tempore, alii denique ipsum ex sapientibus Babylonis fuisse autumant. Commodius pleniusque ad tres classes, suis rursùm membris distinctas, revocamus: 1. Ut alii Jobum vixisse probatumque fuisse censeant, ante Egressum Israëlitarum ex Ægypto, Mose ea ratione anteriorem. 2. Alii post Egressum, & circa tempora peregrinationis in Deserto, Mosis sc. ούρησων. 3. Alii denique post Mosem, sub Judicibus, aut etiam sequiori ætate.

III. De singulis sigillatim dispiciendum, initio à postremâ classe factò, ut quæ id statuit, quod minimè omniam probabile, & à verâ longè ratione repulsam est. Suntque classis hujus Scriptores, seu sententiæ posterioris patronis, in multiplici differentia: 1. Quidam enim Jobum vixisse tempore Judicum, post Legem latam. 2. Alii, coævum Davidi, aut etiam Salomoni, Judæ & Israël Regibus. 3. Alii unum fuisse ex iis, qui Babylonem transportati, tempore Captivitatis. 4. Alii, floruisse tempore Abasuri Regis, de quo in Esthera Historiâ.

IV. Ad Judicum tempora Jobum retulerunt, in Thalmudistis R. Eliezer & R. Juchanan, memorati in dicto Tractatu. Accedit Chaldaus Jobi Paraphrastes, qui non semel Jobum inducit referentem miracula Ægypti, & Deserti, ut pridem illustria, unde omninò posterior fuerit Jobus. In Christianis pridem hæc sententiæ accessit Gregorius M. initio Moralium. Nequaquam ergo existisse ante Legem cognoscitur, qui Israeliticorum Judicum tempora fuisse signatur. Idem paucos alios sensisse, nempè quod vixerit Jobus post Legem latam, constat ex Chrysofostomo & Polychrono. Nec videtur abulisse Fr. Baco Verulamius, qui, in Historiâ Vita

& Mortis, exhibens historica serie longævitatis exempla, Jobum post Mosem & Josuam collocat, sub Epochâ Judicum. Castalio in Jobum: Vixisse quidem multo tempore post Mosem videtur, ex capite xv. ubi, tanquam de re jam olim factâ, mentio fieri videtur Israëlitarum adductorum in Canaanem, &c. Rationes lententiæ, quibuscumque tandem probatæ, sequentes reperio, singulas planè leves & insulas.

V. Prima his ratio est, à corruptissimis Jobi temporibus, ex loco Job. XXVII. 12. למה זה הכלל, quare jam vanitate vanescitis? Planè sic vanitati immerfa, & in scelus quodvis effusa fuisse tempora Judicum, Jud. II. 10. &c. Digna hæc scilicet Chrysippeo acumine! Atqui istic Jobus non de vanitate sui seculi in thesi, sed de inani Amicorum ratiocinio in hypothesi. Quasi etiam impræbi & vanissimi homines unquam defuerint, nec pejora Judicibus tempora successerint, sub impiis Regibus, Achazo & Manasse in Judâ, Achabo reliquisque in Israël! Sed fuerint, Israëlitarum respectu, corruptissima Judicum tempora, quid hoc ad Jobum & Amicos, agentes alibi terrarum, deque iis conquestos, inter quos ipsi versabantur?

VI. Altera ipsis probatio est, ex loco Job. xv. 18. 19. Quod sapientes renunciarum, neque celarum à Patribus suis, scilicet accepta: Quibus solis data est terra, neque transit peregrinus per medium illorum. Quibus Eliphaz verbis creditus innuere, per sapientes, Israëlitas qui talia filiis suis ex præscripto tradidissent; per terram illis solis datam, Cananæam sic ἐξόχως appellatam, non admissis in hæreditatem exteris. Paulum aliter Raschi, ut tamen referat ultima ad terram Canaanis, ejusque possessionem, etiam à tribubus Jehudæ & Rubenis, illiusque eversionem ad regnum. Speciosè quidem, at evidentissimâ παρεργωμένα. Agit Eliphaz de fatali improborum exitio, constantissimâ omnium antecedentium seculorum experientiâ comprobato, de quo nempe retulerint sapientes, & sapientum Patres: Ubi Syrus & Arabs loco מאבותם à patribus suis, habent à diebus suis מימים. Horum verò sapientum, sic testantium, auctoritatem à rerum usu atque administratione commendat, ut etiam alibi: Quodque ipsis ob sapientiam data sit terra, regenda nempe & administranda, seu quod regendis populis, subditis, præfuerint, magno sapientiæ apud Veteres argumento. Prout non ex sapientiâ, sed ex magnitudine & ex formâ, detulisse imperium Æthiopes, tradidit Aristoteles. Vult etiam tales eâ beatos divinitus felicitate, eo justitiæ ac virtutis præmio, ut non fuerint Tyrannorum imperio, non Peregrinorum seu hostium vastationibus obnoxii. Hinc & testimonium eorum pervenisse ad se usque magis incorruptum. Ita ferè doctissimi quique Interpretes, Calvinus, Mercerus, Diodati, &c. post Veteres ad I. in Catenâ Græc. Patr. Nec certè Cananæa fuit ea terra, ab hostium scilicet incursionibus, & peregrinorum transitu immunis; imò perpetuis illa, antè & post ingressum Israëlitarum, bellis vexata, præterquam aureo Salomonis seculo. Variam verborum constructionem videtis apud Interpretes, sed sensu eodem.

VII. Tertia nonnullorum ratio, certè Castalio nis, petitur ex sententiis quibusdam Jobi ex Mose, imò etiam ex Davide, in speciem descriptis. Ità sententiam Cap. XXVII. 28. יראתי ארתי היא וסור מרע בנרה sumptam videri ex Dens. IV. 6. aut ex Psalmo CXI. 10. Sic alteram quæ legitur Cap. XII. 21. שותף בון על נרבים ad verbum translata esse ex Psal. CVII. 40. Undè colligatur Jobi sermones posteriores fuisse non Mosaicis modò, sed etiam Davidicis. At nondum rem confecit his argumentis Castalio. 1. Quantum ad sententiam priorem, videlicet, Timor Domini est sapientia,

Baba Bath. Cap. I. Mor. Nev. P. III. Cap. XXII.

Paraphr. Cap. VII. 12. XII. 6. XV. 29. &c. Mor. in Job.

In Proem. Caten. Patr. in Job.

Job. VI. 12.

Politic. Lib. IV.

Cap. X.

— loto candidior puella cygno,

seu quicquid unquam fuit puellarum formâ præstantium, vixerint Abassueri ætate, id est, vel Darii Hytaspis, vel (ut Scaliger) Xerxis! Atqui & puellæ, eâ gratiâ ac venustate, conquistæ fuere Davidis tempore, 1. Reg. 1. 3. Quidni ergo ad Davidis tempora Jobum nostrum referunt? Sic habet sententiarum, de Jobi ætate, classis prima.

XIII. Succedit altera Interpretum acies, Jobum circa latæ Legis & Israeliticæ peregrinationis tempora vixisse, probatumque fuisse, opinantium. Hos inter ex Judæis & Thalmudistis nonnulli, in memorato aliquoties Tractatu, & in loco citato ex Majemonide. Quibus accedunt R. Salomo in Jobum, & haud obscure quandoque Chaldæus. In Veteribus, Hieronymus haud longè ab hac abiisse sententiâ videri possit, dum Elihu eundem cum Bileamo fuisse tradidit, cui adstipulantur Beda, Lyrannus, alii. Julianus Halicarnassicus apud Nicetam. Πάλω ἢ ἐπὶ πολὺ ἀπὸ τῶν λέγοντων τοῖς χρόνοις Μωυσῆος τε καὶ Ἰωβ, ὁ μὲν ἐστὶν ἐν τῷ Αἰγύπτῳ, ὁ δὲ ἐν τῷ Περσῶν. Lucas Burgenis itatuit similiter Jobum vixisse post egressum Populi ex Ægypto, adhuc in Deserto peregrinantis: Hugo Grotius. Comigit, ut mea est conjectura, agentibus in deserto Hebræis. Joh. Diodati; Le temps de laquelle Histoire semble se rapporter à celui du voyage des enfans d'Israël par le Desert, après la délivrance d'Egypte.

XIV. Argumenta quibus Viri illi inducti, ut hunc Synchronismum statuerent (mittimus nugatorium illud Rabinorum ex Job. XIX. 23. in dicto Tract. Thalmudico, quod explodit Mercerus) sunt potissimum sequentia. 1. Vitam Jobi ad 200. annos productam, Legis scriptæ mentionem nullam, alia antiquiorum temporum vestigia, iis convenire temporibus; & ita magnus Grotius. 2. Elihu eundem videri cum Bileamo, si Hieronymo & Hebræis fides, undè omninò Jobus Mosi ἀρχαῖος fuerit, senior licet. 3. Mosè esse ab Abrahamo sextum; hoc modo; Isaac, Jacob, Levi, Caath, Amram, Moses: Jobum omninò quintum, mediis Isaac, Esau, Rehucl, Zara, à quo Jobus; sic præfatus Julianus Halicarnass. 4. Cum primis vero, mentionem esse à Jobo injectam transitus per Mare rubrum, & stragis Ægyptiorum. Probant primùm ex Jobo xxvi. 12. הַיָּם נִכְחָו רַגְלֵי מַיִם vi sua scidit mare, nempe Erythræum, famâ miraculi mox ad exterâs Gentes sparsâ; וּבְתוֹכָם מַחְץ רַב וּבְרִיחַ מַחְץ רַב & prudentiâ suâ percussit Babab, id est, Ægyptum, quò nomine Ægyptus alibi, Psalm. LXXXVII. 4. LXXXIX. II. Esai. LI. 9. Aut si mavis; percussit superbum, Pharaonem nempe, subaudiendo שׂוֹן ex linguæ idiotismo, planè ut David Psal. cxxxvi. 15. Et hæc placuit interpretatio inter Judæos R. Salomoni, quantum ad verba posteriora; inter nostros Viris magnis, Hugoni Grotio, & Joh. Diodati. Phil. Codurcus: Videtur esse allusio ad exitum ex Ægypto. Clar. Coccejus: D. Diodati hunc versum explicat de ductu Israël per mare, quod si scitum est, acta hæc sunt post exitum Israelitarum ex Ægypto. 5. Accedere locum Job. XXI. 29. quò jubet Jobus interrogare quemlibet de viatoribus, seu transseuntibus per viam, id est, Israëlitis peregrinantibus in Deserto, & sic Lucas Burgenis. 6. Inducere etiam in hanc sententiâ verba, Job. xxxiv. 19. 20. Deum non accipere personam Principum; momento extingui, etiam mediâ nocte, &c. Quæ (inquit H. Grotius) optime referas ad Judicia Dei in Pharaonem qui Israelitas oppresserat, & verba (aufert violentum) intelligenda de Angelis.

XV. Nobis verò, fuisse Jobum Mosè haud paulo antiquiorem, cum alia multa persuadent, tum rationum infirmitas, quibus hunc adstruunt Synchronismum, quæque veriùs sententiæ nostræ pa-

Tom. II.

trocinantur. Prima certè, (quæ Grotii est) petita à Jobi longævitate, à vitâ ad ducentos annos productâ, etiam ab alto silentio latæ Legis, & antiquiorum ubique temporum vestigiis, arguit omninò id ipsum quod sentimus. Neque hinc confici potest; Mosè præcisè tempore existisse Jobum; ni circumstantiæ aliæ cogant. Secunda ratio, obscurum per longè obscurius probare nititur. Imò quid commune aut affine Elihu cum Bileamo? Ipse Hieronymus Jobum statuit tertium à Nachor, ex Utz filio ejusdem primogenito, qui etiam Nachor fuit major natu Abrahamo. Idem quoque Eliphazum Job. 11. 11. vult fuisse ipsissimum filium Esavi, ut monemus infra. Longè ergo isti antiquiores Bileamo, vel Hieronymo judice. Sed de Bileamo fabulam suo loco conficimus. Tertia, quæ est Veterum quorundam, primò supponit τὸ ἀμφισβητήριον, Jobum fuisse Jobabum filium Zaræ. Quod ita destruximus, ut adstructurus deinceps sit nemo. Deinde si istud daremus, sententiâ id veriùs nostram firmat; æqualitatem Mosè & Jobi jugulat. 1. Quia Jobab sic fuerit totâ generatione anterior Mosè, quinetiam ex conjuge Elavi Balmath, Genes. xxxvi. 10. pridem ab Esavo sibi sociatâ, antè genitum à Jacobo Levi ex quo fuit Mosès, collatis locis Genes. xxvii. 34. xxix. 34. 2. Quia Jobab secundus fuit in octo Regibus Idumæis, qui omnes antè Mosè ejusque principatum imperasse dicuntur, Genes. xxxvi. 3. De quo modò diximus, ad sententiâ Grego-
Supr. 5.
rii Magni. ix.

XVI. Quarta probatio ex Job. xxvi. 12. habere aliquid ponderis videtur, sed videtur tantùm. Persuasissimum siquidem nobis; nec de miraculo divisi maris Erythraei, nec de percussione Pharaonis sermonem esse. 1. Eo modo reddidit Veterum seu Hebræorum, seu Orientalium, seu Christianorum nemo. OI LXX. ἰσχυρὸν μὲν κατέπαυσεν τὸ ὄραλον, ἠπιστήμη δὲ ἐσώσεν τὸ κῆρ. Fortitudine sedavit mare, scientiâ autem stravit cete. Symmachus, ἠπιστήμη συνέλαβεν ἀλαζονείαν, scientiâ arrogantiam frangit, scil. maris elati ac sævientis. Arabs & Syrus, Pra fortitudine suâ increpat (lege non رجع, sed رجع significatu increpandi vers. 11.) mare, & in sapientia sua vivificat multos, ubi iterum legerunt רב מחיה loco & רב מחץ R. Levi Ben-Gerson reddit, גח הים quiescit mare, ne recurreret supra terram. R. Salomo interpretatur de aquis congregatis & divisis ab aridâ, Genes. 1. Ità Hieronymus: In fortitudine repente maria congregata sunt, & prudentia ejus percussit superbum. Apud Augustinum: Prudentia ejus vulneratus est cetus, juxta Hellenistas. Targum τὸ רב reddidit גבריִים fortes seu Gigantes, quò sensu vox eadem vers. 5. & Genes. xi. 20. & alibi: Qui tamen Paraphrastes loca alia Jobi ad stragem Ægyptiorum retulit, ut supra observatum. 2. Hinc constat, planè alio retulisse hæc verba Interpretes: LXX. quidem, accedentibus Græcis Patribus, referunt ad compresos Divinâ virtute sævientes Oceani fluctus, & maximos etiam Cetos sublatos; aut allegoricè, φεῖς τὸν ἀσέβητον τοῖς ποσὶ τῶν πιστῶν κατακατηθέντα. Communiter Hebræi & Orientales ad increpitum aut sedatum mare, & percussos Gigantes. Hieronymus, cum Hebræis quibusdam, & Latinis passim, ad congregationem aquarum in suos alveos, & percussione superbi, Diaboli nempe, Cælo ob superbiam ejecti. 3. Porro in alia etiam omnia eunt Interpret. recentiores. Pagninus: Potentiâ ejus quiescit mare, & intelligentia sua percussit elationem ejus. Tigurini: Sua potentia scindit mare, & intelligentia sua compefcit ejus ferociam. Vatablus in Notis: quiescit mare, item, sedat elationem, id est, mare commotum. Geneva: transfigit fluctus elatos. Calvinus: Il appaise l'orgueil par son intelligence. Arias M. percussit superbiam. Lutherus contrâ, de commoti fluctibus &
E mari

Baba. Barhr. Suprà 5. 11.

In Proem. Cat. Gr.

Comment. in Genes. xlii. Præfat. in Job. In Argument. Jobi.

Præfat. in Job.

mari se attollente, ad ejus virtutem sapientiamque. Ita quoque Mercerus, *findit mare*, id est, conturbat & concitat fluctibus, contra *percutit*, id est, compescit & domat robur seu elationem maris. Junius; *virtute sua dirupit mare*, seu divisit maria, fluentia, &c. ut conspiceretur arida, *Genes. 1. 9.* & *intelligentia sua discedit pelagus*, vel *superbam* aquarum congeriem. Angli Annotatores, ad posteriora verba, *he smiteth thorow the proud*, id est, *transfigit superbium* scilicet mare, ne possit se attollere. Nec ferè aliter Belgæ, & Germani, in obviis Notis.

4. Interpretamentum superius nec series contextus, nec verba ipsa facile admittunt. Non *series* contextus: Petit siquidem Jobus, in antecedentibus, argumenta divinæ tum *potentia* tum *sapientia*, ab operibus Creationis & Conservationis universi. v. gr. Terræ suspensæ, densatarum atque adstrictarum nubium, cœli expansi, maris aquarumque intra alveos coercitarum, concussarum cœli virtutum, aut concussorum montium terræ motibus. Quæ omnia sunt providentiæ ordinariæ & generalis effecta, utique omnibus conspicua, uti illud *de mari*, *vers. 12.* & quæ immediatè excipiunt, *vers. 13.* Sed neque admittunt *verba* textus: *Vi sua* רגע *fidit* mare, fluctus nempe in eo excitando, undè apparent veluti rimæ, hiatus, uti *Esa. 11. 15.* aut ex opposito *fregit* mare, compescuit, vel etiam *sedavit*. Quum autem sermo est de miraculo divisi maris, utitur Scriptura vocibus בקק *Exod. xiv. 21.* & גור *Psal. cxxxvi. 13.* LXX. τὸ רגע reddunt passim per ἀγαπῶν, ὀλέθρῳ, ἐξαιρήν, ταπεινῶν, ἀναπαύσαι, καὶ ἀπαύσαι, plane diverso sensu ab illo divisi in Ægypto maris. Sic הרגיע in Hiph. est *sedavit*, *quiescere fecit*, הרגע in Pass. *sedatum*, *quietum esse*, undè מרגוע *requies*. Mox sequitur: כחך רהב *percutit*, vel *fregit superbium*; subaudit Grotius שׂא *virum* (Pharaonem nempe) coactè, & nulla coactione verborum. *Superbia* etiam in aliis, quàm in Pharaone divinitus depressa. Quanto simplicius, interpretari *de tumido* seu impetuoso *mari*, de quo sermo est, metaphorâ familiari, in Jobo ipso, *Cap. xxxviii. 11.* At, inquiunt, *Rahab* est quandoque *Ægyptus*, ut hodieque *Rib* pars Ægypti (aliàs *Delta*) à pyri formâ, quod est Ægyptiis *ῖε* vel *ῖε*, ut pluribus Bochartus. Esto semel atque iterum hoc significatu, certè ut plurimum vox est appellativa, in significatu proprio, usitato, respondetque illi hoc loco מַי *mare*, de cujus *elatis* fluctibus Jobus, nec aliter hîc Interpretes omnes quàm appellativè. Idem quoque Bochartus, *Sunt qui eodem referant Jobi verba Cap. xxvi. 12.* In his R. Salomo, qui de Ægyptiis vult agi Dei virtute contritis, tum cum Israëlita ex Ægypto excefferunt. Sed videtur ibi רהב appellativè sumi, pro elatione maris, quia *Job vetustior est Moysè*. In eandem sententiam ad hunc locum Joh. Drusius, Mercerus, & sagaciores. Nec sanè documentum ullum extat, fuisse Jobi jam ætate, aut etiam Moysis, notam Ægyptum sub nomine רהב.

5. Aut רהב, de cujus percussione Jobus, nomen proprium est, aut appellativum: Si posterius, cadit glossema, nec retringit vox generalissima potest, sine absurditate, ad Pharaonem aut Ægyptum; si prius, non Ægyptus sola hoc nomine insignita. Nam & *Rahabita* vel *Rahabeni* populi Arabiæ Desertæ apud Ptolomæum: τὰ ἢ ἄρα τῶν διδάμονα Ἀραβίαν Ἀραβίται, μεθ' ἑς Πααβηνοί. Mox, τὰ ἢ ἄρα τῶν Βαβυλωνίαν, ἴσθ' μὲν τοῖς Καυχαβηνοῖς, Αἰσίται, ἴσθ' ἢ τὸς Πααβηνοῖς Μασανοί. Undè patet *Aistat*, sive *Austat*, in quibus sedit Jobus, & *Rahabenos* vicinos fuisse populos: de quorum etiam *Rahabitarum* plagâ, seu percussione, meminit ni fallor alicubi *Alkoranus*. Sic *Rahabat* apud Geographum Nubiensem, regio est ad Euphratem, pro-

xima regioni *Utz*, quam putat Bochartus esse eandem cum *Rehoboth*, *Genes. xxxvi. 37.* Et quidni in his populis, *Jobo* vicinis, Deus tum potentia sapientiaque ediderit argumenta, ad quæ Jobus respexerit? Fatente sanè Grotio, *qua hic veterum historiariam attinguntur, antiquiorum esse temporum*. Quamquam ad ista recurrere nihil necesse est. Certè רהב pro *superbia*, *strosia*, in *Jobo* aliàs, *Cap. ix. 13.* sed & in *Proverbiis* & *Psalms* passim.

6. Si hæc foret sententia verborum, *de fisso mari Erythrao*, & *percussio Pharaone*, sequeretur id miraculum haud paulo antè patratum fuisse. Ratio est, quia memoratur inter vulgata exempla, & notissima Providentiæ effecta, nullo à reliquis discrimine, nullo indicio tanquam rei noviter gestæ. Hinc Jobus longè recentior fuerit reputandus. Adde, si hujus miraculi, quidni & cæterorum facta similiter mentio est, quæ in Ægypto præcessere, quorumque mox dimanavit ad Gentes exteras celeberrima fama, vel ex *Diodoro*, *Strabone*, *Apulejo*, *Plinio*, *Justino*, aliis? Cur latæ Legis, mox à *percussio Pharaone*, tot divinæ sapientia, potentia, Majestatis argumentis venerandæ? cur agentium in Deserto Hebræorum, tot inter signa atque prodigia, volucris famâ mox aliò deferente, vestigia in Jobo nulla? Ergo nimis quàm levis probatio est ex verbis, quæ hunc quidem sensum parum commodè, diversissimos alios commodissime & simplicissime recipiunt.

XVII. Probatio quinta, quæ est *Lucæ Burgensis*, fallit non uno modo. Loquitur Jobus in præterito, הלא שאלתם *annunquam interrogavistis?* Ut diu præcessisse eam peregrinationem necesse sit, agentibus in Canaane Israëlitis, si eò verba respiciunt. Loquitur etiam indefinitè de *viatoribus* עברי רך planumque eâ phrasi intelligi vel *viatores* quoscunque, quoscunque *obvios*, *transseantes*, qui ista non ignorent; vel viros qui valent experientia & usu rerum, quales esse solent qui *peregrinantur*. Quæstio etiam est de impiorum statu prospero, ex *versu 28.* cui sanè decidendæ nihil necesse fuit provocare ad testimonium Israëlitarum in Deserto.

XVIII. Ultima, quæ rursus est *Hugonis Grotii*, quin & *Johannis Diodati*, speciem quandam habet, robur non item. Primò docet *Elihu*, *Deum non accipere personam Principum*, Imperantium; Scilicet non respicere qualitates id genus, potentiam, dignitatem, opulentiam, seu in judicio suo, ut hoc nomine absolvat, seu extra judicium, ut gratiam faciat, ut munificum se exhibeat, Principi quia princeps est: Rationem addit, quia illæ ipsæ qualitates à Deo sunt, constituente Principem & ministrum, divitem & pauperem, nobilem & tenuem. Nihil adhuc ista præcisè ad Pharaonem. 2. Pergit *Elihu*; *omnes momento mori*, & *mediâ nocte*: Nempe utrumque genus, Principes & tenues, esse conditionis fluxæ, caducæ, extingui *mediâ nocte*, derepentè, inexpectatò, in profundissimâ quiete, dum minimè cogitant, dum securi agunt, tranquilli, soluti curis metuque. Sic *mediâ nocte* adventus furis, sponsi, destructoris. LXX. κενὰ αὐτοῖς δὸσθήσεται, τὸ κενεθῆναι ἢ δειδῆναι ἀνδρὸς, sensu expresse, non verbis. Nulla hic rursus necessitas retringendi ista ad historiam de cæsis primogenitis, *Exod. xii. 29.* Targum sanè æquè refert ad cladem *Sodomitarum*, atque ad *Ægyptiorum* illam, per modum exempli, & paraphrastice. Et quidni pariter reflexisse dicatur *Elihu* ad internecionem exercitus *Sennacheribi*. 3. Addit, *conturbari* seu commoveri *populum*, & *transire* seu extingui; Ubique indefinitè, de quocunque populo, etiam numeroso, etiam potente, vallis, mœnibus, præsidiis cincto: Quin & *fortem* quemcunque, robustum, validum, *removeri sine manu*, id est, sine vi magnâ, aut magno molimine, faciente sci-

Verf. 7.
8. 9. 10.
11.

Phaleg.
Lib. 1.
Cap. xv.
& Lib.
iv. Cap.
xxiv.
Phal.
Lib. iv.
C. xxiv.

scilicet Deo. *רָמוּעַ* *remouem*, id est, remouentur, impersonaliter, formâ Hebræis, Chaldæis, Hellenisticis familiari, ut nihil necesse sit subaudire *Angelos*, quod facit Grotius. Hinc nulla necessitas referendi ista ad Pharaonem.

XIX. Imò verò quicquid daremus allusionem quandam esse, in superioribus locis, ad cladem Ægyptiorum, nondum confecta res est, Jobum vel Elihu vixisse post ea tempora. De scriptore Historiæ id colligetur, non de Personis descriptis. Potuit ille sic referre substantiam dictorum Jobi, & Elihu, ut amplificaverit quandoque Prophetico ductu, hinc quæ illi quoad summam rei, hic expresserit iis verbis quæ & exempla continerent. Et hanc quandoque ipsi Paraphrastæ (Chaldæus certè sexcenties) & Translatores, sibi libertatem vendicarunt. Phil. Codurcus: *Venire id in mentem Prophetæ hæc scribentis potuit, sed Jobo non quadrarent.* Fuisse enim scriptorem Hebræum, Jobo longè inferiori, suo loco docebitur.

Not. ad
Cap.
LVI. 12.

CAPUT IX.

De Verâ Ætate Jobi, & Synchronismo Historiæ.

BREVIARIUM.

Classis tertia Interpretum, & sanior. Jobum esse antiquiorem Mose. Accessus Auctoris. Demonstratio. Tradentium auctoritas. Probare id ipsum familias Jobi, & Amicorum. Facultates. Sacrificia. Exceptio diluta. Indicia alia antiquitatis. Silentium rerum post gestarum. Idololatria genus Jobi ætate. Modus revelationum. Vita longæva. Rationes alia. Leuioræ quadam. Non esse causam & ἐπέχθη. An verò Jobus coævus Abrahamo? Sic Orientales ferè. Recenriores alii. Fundamenta. Eadem rejecta. An coævus Jacobo? Qui sic sentiant. Hypotheses falsa. Uxorem Jobi non fuisse Dinam. Somnium Magistrorum. Error Hieronymi. Argumenta quæ Jobum postponere iubent Jacobo. Verus Synchronismus historia. Tempus à morte Josephi ad Exitum. Consensus virorum principum. Temeritas signantium annum natiuitatis. Etiam mortis. Hypotheses horum precaria. Secutura Disquisitio de annis Jobi.

I. **E**Xcipit tertia sententiarum classis, statuens, & verissimè quidem, Jobum nostrum *Mose*, seu *Lege latâ*, esse vetustiorum. Quanquam hæc rursus itum fit in diversa. Quidam enim Jobum fecere *ἀβραάμ* *Abrahamo* & *Isaaco*, majorem Jacobo & *Esauo*: Alii *Jacobo* contemporaneum & æqualem: Alii, natum circà *ingressum* Israëlitarum in Ægyptum, mortuum circà *egressum* eorundem, & ita Judæi communiter: Alii, saltem longè esse vetustiorum *Mose*, ex vitâ ad 248. annos protractâ, tamen multo inferiorum *Esauo*, ex cujus idem propagine: Alii, tentatum eundem circà tempus *Israheliticæ seruitutis* in Ægypto, fortassis antè natum Mosè, aut circà id tempus; ut Liber Jobi ordine temporis *Genesim* consequatur, præcedat *Exodum*. Dabimus nostram ad singula *ἑξήκοντα* eamque succinctam.

II. In genere quidem definimus, ratumque esse volumus, Jobi tempora, tum antè calamitatem, tum in ipsâ calamitate exacta, omninò esse *Mosâicis*, seu exitu Israëlitarum & latâ *Lege* vetustiora. De quo si cuiquam, post superiora discussâ, super sit scrupulus, age discutiamus;

• *Si vacat, & placidi rationem admittitis.*

Principio, credere id ipsum iubet constantissima

Traditio Veterum, cum Hebræorum tum Christianorum. Quicumque sit de Jobi sede, familiâ, dignitate, aliisque dissensus, in hoc ferè summa consensus est, esse Jobum *antiquiorem Mose*. In primæ siquidem classis auctoribus sunt Magistri & pauci & obscuri, & in quibus

nugarum veteres reliquia,

ut dixit Aufonius: Patrum verò nulli præter Gregorium, & Græcos quosdam Anonymos in *Catenâ*. Nec Lutherus sic ad Salomonis ætatem Jobum relegavit, ut non alibi secus & scripserit & senserit, in iisdem quoque *Sermonibus Conuuo*. ubi ait, Salomonem scripsisse Historiam Jobi, sed ut *antiquissimam & tralatitiam*. In secundâ classè, suffragatores pauci, imò sibi met adversi, qualis certè Hieronymus, qui Jobum aliàs nepotem Nachoris, & Eliphazum ipsissimum filium Esavi, ex Hebræorum traditione, designavit. Sic & Hugo Grotius, falsus ipsemet omnia spirare *antiquiora tempora*, nullamque *hic usquam Legis, nisi per manus tradita, mentionem fieri*. In tertiâ autem, cui accessimus, consistunt acie Versiones omnes ac Paraphrases antiquæ; Chronica omnia Hebræorum, Arabum, Orientalium; Patres omnes Ecclesiæ utriusque, & in iis Origenes ὁ γνήσιος, etiam Cyprianus, ut videre est *Epist. LXXV.* quæ Firmiliano adscribitur; Theologorum præterea & Commentatorum seu *in Jobum*, seu *in Genesim*, tota agmina; Chronologorum chorus omnis, quotquot Jobi meminerunt; denique Eruitorum superiori & nostrâ ætate principes, Lud. Vives, Desid. Erasmus, Polydorus Vergilius, Petrus Galatinus, Sixtus Senensis, Seb. Munterus, Josephus Scaliger, Dionysius Petavius, Jac. Usserius, Gerh. Joh. Vossius, Samuel Bochartus, aliique, quos recensere longum foret, quorumque & supra quandoque, & deinceps, signavimus loca. Ut omninò superflua videri posset sequens nostra demonstratio, nisi præter negantes quosdam essent quoque *ἐπέχοντες* alii, & in his Calvinus noster, Bucholzerus, Interpretes non pauci.

III. Porro evincit id ipsum *Genus & familia* cum Jobi tum Amicorum. Hos enim, partim ex Nachore, fratre Abrahamæ, partim ex Esauo ortum duxisse, & quidem non adeò remotis stipitibus, aut multis post generationibus, prolixissimè ostensum, cum primis Capitibus *IV. VII. & infra*, ubi de Amicis Jobi. Atque adeò expressâ in Textu ipso, fusque à nobis illustrata Personarum, Gentium, Locorum, Sediumque nomina, educatio ipsâ fidesque, Jobi maximè, istud abundè confirmant. Antiquiorum enim temporum ubique sunt certissima documenta.

IV. Non obscurum quoque indicium ex *facultatibus* Jobi *Cap. I. 3.* quæ partem maximam constabant ex pecudibus, camelis, boum jugis, asinis, & famulatio multo. Planè ut æstimari facultates eorum temporum solitæ ex re pecuariâ, ita Abrahami illæ, Lothi, Isaaci, Labanis, Esavi, Jacobi, passim in Historiâ *Genesios*. Undè *ovæ* Hebræis *עֲשָׂתָרוֹת* quasi ex quibus Domini *ditescerem*. Quanquam hoc minùs apodicticum videatur, siquidem hæc deinceps quoque & communiter Scenitarum Arabum, aliorumque in iis *Orientis* partibus, divitiæ fuerint; cujusmodi & possessiones Nabalis, *1. Sam. xxv. 2.* filiorum Judæ, *1 Chron. iv. 39.* Rubenitarum, *1 Chron. v. 9.* Hagarenorum, *1 Chron. v. 21.* ipsius Saulis, *1 Reg. xxi. 7.* Davidis, *1 Chron. xxviii. 29. 30. 31. &c.* Saltem in hac circumstantiâ nihil quod non eam antiquitatem perbellè referat. Et quo antiquiores sunt, in profanis Scripturibus, quibus eximæ opes adscriptæ, hoc magis à re pecuariâ

E 2

com-

Diod Sic. I. II. Cap. v. Æneid. VII. 485. commendati; unde βασιλικὰ κτήνη regia, armenta de Nini illis, apud Diodorum, & apud Virgilium, — Tyrrensque pater cui Regia parent Armenia;

Ut fileam infinita id genus.

Lev. I. 3. xvii. 3. 4. 8. 9. Levit. I. 15. VII. 8. Levit. I. & seq.

V. Evidentiùs id ipsum arguunt Jobi sacrificia, planè eblata ad Patriarchicum sacrificandi morem ac ritum; Nempe sacra faciente Jobo ipso, tanquam familie principe, privatae in habitationis loco, nullà lege, seu voluntarià devotione, expiandis delictis liberorum, Job. I. 5. his ergò ista temporibus, quibus sacrificiorum usus nec ad certum locum, puta ostium Tabernaculi, nec ad sacrorum ministros Sacerdotes, hosque ex tribu Levi, nec ad certos ritus in Levitico descriptos, divinà lege restrictus fuit. Et holocaustorum usum, qualia obtulit Jobus, familiarem fuisse antè Legem, administris Patribusfamilias, docent exempla Noachi, Genes. VII. 11. 20. Abrahami, Genes. XXII. 2. Mosis & Isaacitarum in Ægypto, Exod. X. 25. Jethronis, Exod. XVIII. 12. Quomodo & antiquissimos Idolatras ἰλοκαυτήσαντες boves, pecudes, equos, homines quoque, constat. Nec excipi debet, haud obnoxios fuisse latè per Mosè Legi, qui extrà terram Israël agerent. Imò verò lex generalis, obligans sacrificaturos quoscunque, etiam peregrinos, advenas, Levit. XVII. 8. ut nullo alio in loco accepta essent Deo sacrificia, Deut. XII. 5. 6. Nisi dixeris fortè specialissimos casus, dispensante singulariter Deo, ut in Manoes, Jud. XII. Eliæ, I Reg. XVIII. Samuelis, I Sam. VII. X. XVI. exemplis. Hinc etiam undique, post dispersam gentem, ex remotissimis oris confluebant sacrificaturi Hierosolymam, ad locum sacrificiorum. Et suberant rationes mysticæ, Tabernaculo tum Christum, Hebr. IX. 11. in quo solo acceptæ preces, tum Ecclesiam ac spiritualem Hierosolymam, Esai. LXII. 6. repræsentante, in quâ solà Deus colitur. Hoc etiam inter alia discrimine à profanis Gentium sacrificiis, quæ ubivis promiscuè oblata, Divinitus constituto, Deut. XII. 3. 4. 5. Et consequentiam hanc ex Scripturâ S. pro antiquitate Jobi, necessariam fecit contra Perronium Dan. Tilenus.

VI. Accedit constans silentium, toto Libro, seu miraculorum patratorum in Ægypto; seu educti indè Populi potente dextrâ; seu absorpti Pharaonis merisque profundo; seu Divinâ virtute conservati, cibati, potati Israël, longo annorum decursu; seu ejusdem vindicem Dei manum ob flagitia plus semel experti, uti quandoque clementiam; seu promulgatæ mox ab Exitu Legis tremendum in modum; seu specialium in eâ constitutionum, rituum; ceremoniarum, sapientissimis institutis. Atqui non illustrioribus exemplis, iisdemque in recenti positus memoriâ, roborare sua dicta vel Jobus vel Amici potuere, occupati in uno iustitiæ, vindictæ, potentia, sapientia, clementiaque Divinæ argumento. Quo magis ad Historiam Creationis, Diluvii, aliasque antiquiores, nondum scriptas licet, haud obicere aliquoties isti respiciunt. Et frustra huc trahi loca ex Jobo, Cap. XXI. 29. XXVI. 12. XXXIV. 12. 19. 20. docuimus Capite superiori. Ne jam quemquam moveant superiora Chaldaei interpretamenta inferentis totiens in textum, nec intrà Translatoris lineas consistentes.

VII. Inter alia quoque documenta Antiquitatis, non malè retulerunt Viri docti, antiquissimum Idolatria genus, cujus ferè solius cum detestatione meminit Jobus. Fuit is Solis & Lune cultus, manu ori admotâ, per modum osculi, primævo ritu adorandi, Job. XXXI. 26. 27. A quo deflexum postmodum fuit ad reliquorum siderum, ignis, elementorum, symbolorum, simulachrorum, heroùm, &c.

cultum. De quo pluribus post Veteres, Diodorum, Philonem, Eusebium, Augustinum, &c. Seldenus de Diis Syris, Vossius de Origine Idol. Herbertus de Religione Gentil. & nos ad Historiam Vet. Test. Ep. II. III. Qualis Solis Lunæque cultus, uti fuit vetustissimorum Chaldaeorum, Phœnicum, Syrorum, Sabæorum, ita indubiè Scenitarum (quos inter Jobus) Arabum. Imò reliqua in hunc usque diem superstitionis apud hosce vestigia, speciatim in Anna amplissimâ Arabiæ civitate ad Euphratem, ubi esse qui unum Solem adorant, testis est dignissimus Petrus de la Valle, in Itinerario. Adde idem testatos de Arabibus esse, Coelum Rhodiginum in Antiquis Lætionibus, & nominatos Vossium, Herbertum, etiam Hottingerum, Bochartum, Rossium, &c. nec plures referre necesse est. Unde, latè deinceps per Mosè Legem, severissimè interdixit eum cultum Supremus Legislator, Deut. IV. 19. LVII. 3. Atque ex hoc ipso Jobi nostri antiquitatem intellexere Viri summi, & in iis Gerh. Vossius in fuxæ eruditionis Opere, de Theologiâ Gentili.

VIII. Suppeditat quinetiam Antiquitatis argumentum, divinarum in Jobo revelationum cum frequentia, tum modis. Sic meminit Eliphaz, Job. IV. 12. & seq. Dei se alloquentis nocte concubiâ, & vigilantem trementemque compellantis vivâ voce. Sic Elihu, Job. XXXII. 15. & seq. Deum suos communiter affari per somnia, visiones, iis seu instruentis, seu humiliandis, seu periculi admonendis, liberandisque. Sic Job. XXXVII. & seq. Dei illa ad Jobum, diu satis probatum, oratio, quæ errantem reducit, ignorantem instruit, labantem erigit, antea solâ traditione Majorum, nunc primùm ipsâ Dei voce, vias Domini edoctum, Job. XLII. 5. Sic Job. XLII. 7. similis compellatio Eliphazi, & cum delicti, tum officii admonitio. Ubique Verbum ἀγγελον, visiones, somnia, signa vel auribus, vel oculis, vel utriusque objecta. Planè ea Divinarum revelationum, ac Divinæ institutionis, ratio fuit antè Verbum ἔλεγον, & Legem scriptam. Exempla in Genesi frequentissima, in personis Adami, Noachi, Abrahami, Abimelechi, Isaaci, Jacobi, Labanis. Dein parciora à Mosè excessu & Lege scriptâ. Ut merito hinc de Jobi ætate faciendum iudicium esse pronunciarint Viri Magni, & præter subacti iudicii Interpretes, passim Theologi, quos inter Joh. Rainoldus, Henricus Altingius, alii benè multi. Adde Descriptionis modum vetustissimum in Jobo reperiri, dum Sermones suos vellet in Libro exsculpi, ceratis aut plumbeis tabulis, vel in petrâ incidi, stylo ferreo, Job. XIX. 24.

IX. Nec malè huc trahitur ætas Jobi, longè superà eum terminum provecta, qui Mosè tempore statutus mortalibus fuit. Siquidem à tempore suæ restitutionis, post exactam vitæ haud contemnendam partem, annos insuper CXL. vixisse memoratur. Quo posito, vitam ad annos ducentos, haud multo minùs, protraxerit, ne cum plerisque Veterum ulterius extendamus. Atqui antiquissimi Patriarcharum, iidemque senio confecti, longè brevioris ævi fuerunt. Abraham denatus anno ætatis CLXXV. Isaacus anno ætatis CLXXX. Jacobus anno CXLVII. Josephus anno CX. Levi omnium fratrum maxime longævus anno CXXXVII. Sic Mosè anno CXX. Josua CX. subducti humanis rebus. Et deinceps seculum terminus vitæ remotissimus fuit, imò plerisque annus octogessimus, ex Psalmo XC. Mosi, pro vitâ populi intercedenti Num. XIV. constantissimè adscripto. Et hoc argumento motus fuit ipse Hugo Grotius, ut Jobum Mosi saltem coævum arbitraretur: Vita quoque ad ducentos annos producta às temporibus convenit. Imò convenit non tam Mosi quam Patriarcharum temporibus. Et viderunt eruditi

Part. II. Cap. IX.

Theat. Orient. I. Cap. I. Phal. Lib. II. Cap. XXXVI. De Relig. M. Div. II. Lib. II. Cap. III.

De Lib. Apocr. Præl. CXC.

Theol. Hist. Lib. II.

diti ac cordati omnes, hoc uno ferè arguentes Viri antiquitatem. Quanquam *excipi* nonnulla possunt, tum de ipsis annis Jobi haud satis certis, tum de longævis & Macrobiis inferiorum temporum. Quæ nos ubi de annis vitæ Jobi, quantum satis est, expediemus.

X. Minus jam stringens ratio foret, petita à tempore *scriptæ* Historiæ, per Mosem nempe, si non ante Mosem; aut à *stylis* majestate, & perpetuis locutionibus allegoricis: Quorum prius magis adhuc dubium & incertum, posterius gentem verius, in quâ vixit Jobus, quàm ætatem præcisè, arguere videntur. Urgentius forte argumentum fuerit, ex eo quod Jobus nunquam inclamat Deum *Abrahami, Isaci, & Jacobi*, uti demùm à Mosis tempore inclamari cœpit, *Exod. 111. 6.* Sed antiquitatis fidem abundè faciunt quæ vel diximus singula; quantò magis conjuncta? Imò conjecturarum, pro Jobo juniore, quàm monstravimus, apertissima vanitas, fat demonstrationis pro antiquitate fuit. Sed iis etiam scribimus, qui *ætatem* Jobi habuere in numeris Platonis: Ipse Calvinus, *divinari eam non posse*; scilicet

— occultum dubiumque manebit
Quod latet!

Sed & alii sunt qui præjudicia mordicè tenent, *ὡς αἰεὶ λεπρῶς περιστέχεται*, & caligant in mediâ luce.

XI. Quàm verò perspicuum est, Jobi passiones præcessisse Mosaica tempora, tam videtur obscurum, quis illis synchronismus præcisè respondeat. Jobum certè faciunt *Abrahamo* æqualem multi Orientalium. Imò *Abulfarajus*, fuisse autè *Abrahami*, temporibus *Nachor Paris Thare*. Citatque auctorem ejus sententiæ *Arudham Cananæum*. His autem rationibus nixi fuisse videntur. 1. Quòd Jobus illis ortus sit ex *Utzo Arami filio*, Semi nepote, à quo Semo Abraham decimus fuerit. 2. Quòd arguat idipsum vita ultrà ducentos annos producta. 3. Quòd terra *Utz*, sub *Esavo* acceperit nomen *Edom*, unde Jobus (cujus sedi adhuc pristinum erat nomen) *Esavi* tempora præcesserit: *Georgius Hornius*; *Probabile Jobum antè natum Isaac & Jacob vixisse: quia terra Utz demùm ab Esavo Edom dicta.* Dixerant autè idipsum *Laurentius Fabricius*, alii, quanquam minus ex vero. *Prima* ratio supponit eos Jobi natales, eam originem, sedemque, quales pluribus destruximus. Nec si Jobus ex Semi nepote *Utzo*, in *Ustide Syriæ*, eo ipso cœvus fuerit *Abrahamo*. *Alter* haud magis concludit, & longior v. gr. *Maaci* vita fuit quàm *Abrahami*; Jobi etiam illa speciali benedictione fuit prorogata, de quâ nos fuscè infra. *Tertia* supponit *terram Utz* fuisse *Idumæam*, quod idem ille *Clariff. Hornius* alibi contexit, interpretatus *Arabiam Desertam*, in *Aræâ Noë*. Imò hoc ipso quòd *Idumæa* ab *Edomo* constanter nomen sortita est, patet *terram Utz*, in quâ Jobus, aliam fuisse ab *Idumæâ*, ut supra demonstratum. Sed verò ex *Abrahami* si non *lumbis*, saltem scholâ, prodiisse Jobum, nuper ostensum.

XII. Qui *Jacobo* Jobum nostrum censent *ὁμήλιχα*, Viri multi sunt & graves. Et ita *Hebræi* plerique; *Job in diebus Jacobi*. Undè etiam cum *Chaldeo* Jobi *Paraphraste*, *Job. 11. 9.* & *Philone* illo aliquoties memorato, statuunt Jobi conjugem fuisse *Dinam*. Accedunt qui Jobum fecere nepotem *Nachoris*, ex *Utzo* ejus primogenito, secundùm *Hieronimum*, & *Pseudo-Philonem*, atque ita sentit quoque *Bellarminus*. Sic *Polydorus Vergilius* Jobum ordine recenset antè *Josephum*, & descensum in *Ægyptum*. Sic *Christ. Adrichomius* in *Theatro Terræ S.* statuens vixisse Jobum circa novissima *Jacobi* in *Ægypto*: Sic qui *Job* cum *Job* filio *Is-*

acharis Gen. XLVI. 13. errore antè observato, confuderunt. Sic *Henr. Altingius*; *In Arabibus Jobus ætate Jacobi, aut saltem filiorum ejus floruit.*

XIII. Nec valdè abessent à vero, nisi unum aut alterum vehementer intercederet. 1. Illud de *Dinâ* Judaicum omninò commentum est, gentis quæ

mentem pasta *Chimaris*.

Planè ut idem *Philo*, Jobum ex eâ genuisse *xiv. filios & vi. filias*; *Filiorum* nomina antè percussione fuisse *Eliphaz, Ermoe, Diasa, Philtas, Piffar, Zellud, Thelon*; *Filiarum* nomina *Mern, Litar, Zeli*; Eadem planè fuisse nomina liberorum novissimorum, quicquid diversissima ab istis legantur *Filiarum* illa, *Job. XLII.* Et quæ id genus nugæ nugacissimæ. Adde rationem apodicticam (scilicet!) *Tractatu Bava Bathr.* uxorem Jobi *stultitia* argui, *Job. 11. 10.* planè ut *Dina Genes. xxxiv. 7.* quæ *stultitiam fecit in Israël.* Argute! certè non tacuisset eam affinitatem, *Jacobum* inter & *Jobum* contractam, *Moses*. Nec potuit *Jobus* duxisse *Dinam* conjugem, & mortuus demùm esse anno egressus *Populi* ex *Ægypto*, ut *Hebræi* iidem sentiunt. Pari ratione *Arabes*, in his *Keslaus* de *Vitis Patrum*, uxorem Jobi, cui nomen fuerit *Rahma*, faciunt *Ægyptiam* *بنى افرام* *filiam Ephraim, filii Josephi.* Hinc *Jobum* illi ambiendæ gratiâ concessisse in *Ægyptum*, multis opibus & pretiosis instructum, inde eam sibi sociatam domum ducturus, ex qua genuerit *xii. filios & x. filias.* Melius *oi LXX.* *Jobi* uxorem fecere *sceminam Arabissim*, & *conterranæam* ipsi *Jobo*. *Impietas* etiam *sceminæ* & *morositas*, præter locum habitationis, aliam à *Jacobi* filiâ ostendunt; quanquam communiter *Tragico*

φιλόστονον χρέμα θηλεῖον ἐφου,

dixit *Sophocles φιλοάλυσον*, ad *comiserationem* natum, non certè uxor *Jobi*. 2. Intercedit quòd posito *Jobum* esse ex *Utzo Nachoris*, ut non improbabile ipsi duximus, haud conficitur fuisse præcisè *filium Utzi*; imò quidni nepos, etiam pronepos, de *illius stirpe*, ut habet idem *Hieronimus*? Et in eâ terrâ quæ, ab avo aut proavo fundatore, *Ustidis* habuisset appellationem. Si etiam nepos *Nachoris*, cur tacitus *Scriptori* sacro, qui *nepotes* ex *Kethurâ*, aliosque ignobiliores refert? 3. Intercedit quòd in *Amicis Jobi* *Eliphaz Themanites*, demùm tertius vel quartus fuerit ab *Esavo*; *Themanites* enim quasi ex *Themane*, vel *filius Themanis*, qui *Theman* filius prioris *Eliphazi*, nepos *Esavi*, *Gen. xxxvi. 10. 11.* Atqui idem ille *Themanites senior* fuit in eo *Amicorum choro*, undè & primæ illi delatæ, & professus idem, esse inter suos qui essent grandioris ævi ipso *patre Jobi*, *Job. xv. 10.* Quo fit, ut *Jobus* non unâ generatione *Jacobo* inferior fuerit, invictò ferè argumento. 4. Obstat tandem, quòd si *Jobus* incidisset in *Jacobi* & *Esavi* tempora, ejus facta fuisset aliqua mentio in *Geneos Historiâ*. Etsi enim res *Abrahami*, *Isaci*, *Jacobi*, complecti modò videatur, ad quos facta *ἡ ἐπαγγελία*, & ex quibus futurus *Christus μετὰ σαράκκα*, de *Jobo* tamen memorandi non una occasio fuit. Primò extrâ *Ecclesiæ* fines memorati *Melchizedek*, *Nachor*, *Ismaël*, *Esavus*, &c. horum etiam conjugia, affinitates, liberi, nepotes. Dein, si *Jobus* eorum temporum fuit, necesse est vel *Abrahami* ex *Kethurâ*, vel *Nachoris* fuisse nepotem, ut ex superioribus liquet; hinc occasio sufficiens in horum *Genealogiâ* *Jobum* indicandi. Flagitabat etiam idipsum *Viri* eminentes fides, pietas, constantia, casus memorabilis. Cum primis verò *Jacobi* ad *Labanem*, vel à *Labane* profectio, occasio-

Theol. Hist. Lib. 11.

Hist. Dynast. p. 13

Hist. Philop. Lib. v. Cap. ix. Partitio-num Cod. Hebr. Cap. xxx.

D. Inv. Rec. Lib. vi. Cap. i.

nem suppeditat. Quam enim vicina Jobi sedes Euphrati & Mesopotamiæ fuerit, ipsi adeo Labani, in antecessis visum. Adhæc ille Jacobo quam proximè sanguine junctus, si ex Abrahamo; uxoribus verò, si ex *Viz* Nachoris; fratre Bethuelis, quorum alterutrum necesse est. Præterea Vir jam antè calamitatem *maximus*, seu clarissimus atque opulentissimus *Orientalium*. Quod si ergò occursus Abrahami & Melchizedeci, Jacobi & Esavi, similes; si etiam Jacobi itinera, suis cum circumstantiis, magno studio descripta; qui sit verisimile, similis vel occursus, vel alloqui, non fuisse facturum mentionem Auctorem Genesios?

XIV. Ergò, ne longiores simus, id unum superest, ut Jobi tempora incidant in Epocham *servitutis in Ægypto*. Id est, cum priora illa, quibus audiebat *Orientalium* maximus, tum *tristia* & calamitosa. Neque enim vel posteriorem *isodw* Jobum, vel anteriorem *isodw* fuisse, certissimis indiciis visum. Atque adeo rectissimè judicarunt, qui *Historiam Jobi* mediam quandam esse inter res Libro *Genesios*, & *Exodi* illo memoratas, id est, inter Josephi novissima, & educationem Populi, pronunciarunt. Quod spatium, ex communi consensione, fuit annorum circiter *CXL*. vel *CXLV*. à descensu in Ægyptum ad exitum, definitur vel annis *CCX*. ut communiter, vel *CCXV*. ut Petavio, Calvisio, aliis. A quibus subtrahendi anni *Josephi* *LXX*. quos Patri supervixit, *Genes. L. 26*. Quamquam non nescimus Viros magnos qui hoc spatium ampliore pomercio describant, & in iis Vossiorum laudatissima nomina. Quod si fuerit, magis eo sententia nostra juvabitur, nec opportunior dari Synchronismus poterit. Non etiam huic intervallo ulla circumstantiarum repugnat, non Generis, non Longævitas, non Amicorum Jobi, &c. Et planè sic sensere de *Synchronismo* Historiæ, non plerique modò Hebræorum, Orientalium, Patrum Ecclesiæ utriusque, sed Chronologorum accuratissimi quique, uti etiam Theologorum atque Interpretum. Imò illi quoque qui Jobum nec Jobabum, nec Esavi nepotem censuere, ut in nostris Jac. Usserius Armachanus, Hugo Broughtonius, David Pareus, Fr. Junius, Robertus Bailius, Viri id genus insignes.

Annal. V. T. ad A. M. 2369. Chronol. Script. ad A. M. 1390. Procem. Advers. Bibl. in. Job. Not. in Job. 1. Operis Chronol. Part. 1. Cap. III.

XV. At temeritatis illi postulatur, qui præcisè annum cum *nativitatis* Jobi, tum *mortis* definire sustinent. In eo sunt numero Hebræi primùm, natum scilicet Jobum ipsissimo anno *ingressus* Jacobi, mortuum anno *egressus* Israëlitarum. Sic Thalmudistæ in *Bav. Babrà*, in *Fuchasin*, in *Olam Rabba*, &c. ubi de Jobo. Nec hypotheseos fundamentum aliud quam duplicatos fuisse Jobo restituito, ut camelos, boves, &c. sic annos vitæ; Undè quia vixit à restitutione annos *CXL*. sequi antè vixisse annos *LXX*. quæ summa collecta efficiat annos *CCX*. seu ipsissimum illud tempus quod effluxit à descensu ad ascensum ex Ægypto. Verum enim verò supponuntur, tum illa præcisè duplicatio annorum infra notata, tum horum præcisè terminus in anno ipsissimo Ascensus; quæ sunt somnia Judaica.

— *Quantum Judæus apella
Audet in historiâ!*

Accedunt Chronologi maximè Pontificii, Tornielus, Saliahus, Genebrardus, Petavio, Phil. Labbeus, similes, signantes pariter annum *nati* ac *denati* Jobi, ex Hebræis plerique, sed pari quoque temeritate. Neque enim vel Jobus fuit ille, quem supponunt, *Jobab*, vel hujus, utut ab Esavo *quarti*, sciri annus natalis potest, vel ea fuit extensio annorum Jobi quam plerique ex Græcis & Isido-

ro somniant. De quâ nos ex professò Capite *XI*.
Kai ikava ebade tauta.

CAPUT X.

De Tempore & Duratione Passionum Jobi.

BREVIARIUM.

Tractandorum series. Ratio questii inii passionum Jobi. Sententia Hebræorum. Passum Jobum anno LXX. Alii anno LXIII. Hebræos qui secuti in Pontificiis? Alii anno LXXXV. Græcos hi ut Coddices secuti. Hypothesis omnium, de duplicatis annis Jobi. Qui passum anno L. Arabes passum jam senem. Disquisitio de præcisâ duplicatione annorum. Fabula explosa. Sententia Auctoris. Hand malio tum majorem Jobum quinquagenario. Argumenta ex Textu varia. Petavio laudatus. De duratione passionum Jobi. Unde Hebræi, passum menses XII. Qui consentiant. Qui annos VII. Qui aliter. Epitaphis Auctoris. Jobi mala diversa. Enumerata, etiam ex Arabibus. Hinc diversa duratio. Qua longius sustinuerit? Qua secus. Diuturnitas probationis demonstrata. Nec illa unius anni. Sed neque septennii. Origo hujus calculi. Εποχη que hic in-

I. **I**ntellecta *Mundi* ætate quæ Jobum seu florentem, seu prostratum, seu restitutum aspexit, obscura deinceps alia declaranda. Et hoc quidem Capite anquirendum esse ex ordine videtur, tum quo *ætatis* anno tentari Jobus probarique cœperit? tum *quandiu* exercuerint patientissimum Virum gravissimæ calamitates? De modo & gradibus restitutionis postea.

II. Jobum certè intrâ brevissimi spatii angustias tot fuisse malis oppressum, imminente agenteque undequaque Satanâ, docet textus *Cap. 1. 11*. At quo præcisè anno ætatis non dicit, uti nec quo anno *uxorem* duxerit, quem fuisse ætatis *XXX*. communiter tradunt; Et Kessæus Arabs; *quum* hic *XXX*. annorum ætatem attingisset, conjugium expetiit. Parumque fortè interesset, ni cruce figerent anni à passione & restitutione *centum & quadraginta* Jobo exacti, undè longævitas excrescit supra modum. Communiter Hebræi, & in Patribus plurimi, Jobum passum fuisse censent anno ætatis illius *LXX*. Ratio est à duplicatis vitæ annis post restitutionem, qui si fuere secundum Codd. Hebræos *CXL*. reliquum sit ut illorum partem antè dimidiam, seu annos *LXX*. impleverit. Alii terminatas quidem volunt perpeffiones Jobi anno vitæ ejusdem *LXX*. sed primùm inchoatas anno *LXIII*. ad septennium scilicet extensas. In his, qui Hebræorum calculo de annis Jobi accedunt, sunt Tornielus, Pineda, A Lapide, id genus non pauci. Sed verò alii, secuti Codd. Græcos, eandem tamen de duplicatis annis hypotheseos, statuere Jobum passum esse anno ætatis *LXXXV*. Siquidem habent Græci Interpretes vixisse *μὲ τὴν πληγῶν ἔτη εκατὸν ἑβδομήκοντα*, annos post plagam *centum & septuaginta*, id est, bis *LXXXV*. Sic in Veteribus Olympiodorus, in Catepâ: *Εἰ γὰρ πάντῃ διωλῆ μὲ τὴν πείραν λαμβάνει, δῆλον ὅτι ἢ τὰ ἔτη. Ἐζῆσε ἡ φησι μὲ τὴν πληγῶν ἔτη εκατὸν ἑβδομήκοντα, ὡν τὸ ἡμῖσις ὀγδοήκοντα πέντε. Σὶ enim duplicata omnia post probationem accepit, omnino etiam & annos. Vixit verò, inquit textus, post plagam annos *CLXX*. quorum dimidium sunt *LXXXV*. In eandem sententiam Suidas, Jobo post calamitatem *χρόνον ζωῆς διπλασιαζόμενον, tempus vitæ duplicatum*; & sic Scholastici communiter, ac Pontificii Com-*

Part. 1.

mentatores, & quotquot ex Chronologis secuti calculum Græcorum. Petavius tamen, suis nasutior, vult Jobum permissum fuisse Satanæ anno jam vitæ L. in *Ration. Temporum*. Alii fortè aliter; certè Arabes Jobum tradunt passum omninò *senem*, undè apud Kessæum in *Vitis MSS.* vocatur paulo antè restitutionem *بان الله senex vel annosus Dei.*

III. Antè omnia illud, de præcisâ *duplicatione annorum* post restitutionem, uti Boum, Pecudum, Camelorum, undè factâ dimidiatione constare possint anni priores Jobi, expendendum esse videtur. Nobis sanè commentum habetur Judæorum, nec tale quicquam in contextu sacro legimus. *Duplicatio* siquidem ad solas facultates restricta est, *Job. XLII. 11.* Tum etiam duplo iis auctus Jobus fuit quorum jacturam fecerat, aut annorum jactura haud fuit ejus generis. Dein bona recuperari cum fœnore possunt, non autem anni præteriti. Neque idem annos antè exactos perdiderat, quos optime suis in Deum, in proximum officiis collocaverat. Porro si ex eo quod omnia Jobo duplicata idem colligis de Annis, quidni & de Uxore? de Liberis? de Ædificiis? de Amicis? Ut tamen *ἐν πλάτῃ* posterius vitæ tempus prius duplo superaverit, imò plusquam duplo, haud sanè intercedimus. Quin neque duplicationem illi statuunt, qui passum censent anno LXX. & additos à passione annos (secundùm Codd. Græcos) CLXX.

IV. Id tamen dici cum asseveratione potest, conjectum fuisse Jobum in id malorum barathrum, in maximo vigore ætatis, atque ut par est circa annum ætatis *quingagesimum*, aut fortè nonnihilo ultra. Primò enim jam tùm exstitit decem liberorum pater, ex unâ conjuge, *Job. I. 2.* Quod sanè vel quadragenario accidere potuit, Abrahami ipsis majoribus uti Nachore, Serugo, Rehu, Pelego, gignentibus anno ætatis circiter xxx. siquidem Hebræos sequimur. Verùm quia grandiores jam tùm Liberi, ut ex anniversariis convivii patet; item ex verbis Bildadi *Cap. VIII. 4.* in iisque fuere adulti jam & majorenes, haud certè infra annum L. fuisse videtur Pater. Secundò, eam minimùm ætatem indicant opes aggregatæ Immenstæ; parta jam olim existimatio; spectata virtus; senilis prudentia; rerum usus atque administratio, singula ex Historiâ perspicua. Tertio, haud tamen multo majorem fuisse *quingagenario* colligitur, 1. Ex sufficienti ad illa omnia quam dicimus ætate. 2. Ex verbis Eliphazi, *Cap. xv. 9. 10.* opinionem sapientiæ Jobi retudentis ab ætate, asserentisque esse inter illos qui profectiores essent ipso patre Jobi. 3. Ex dicto Bildadi, *Cap. VIII. 9.* quo ad suam & Jobi ætatem reflectere videtur, ut nondùm satis provectam, nec sufficientis experientiæ. 4. Ex non uno loco in quibus Jobus, floruisse se summâ felicitate juvenem, & in robore ætatis, *Cap. XXIX. 2. 4.* & passim. 5. Tandem ex numerosis annis quos idem vixit post lætam catastrophem, scilicet *cxl.* ut sic additis annis L. & si quid ultra exegisset, annum ætatis excesserit *centesimum & nonagesimum*, quæ tamen iis temporibus communiùs fuit nonnisi annorum *cx.* vel *cxx.* Viditque hoc Dionysius Petavius, atque in eo à Græcis & à suis recessit.

V. Alter scrupulus est de *duratione dolorum* ac perpeffionum Jobi. Hebræi constanter, colluctatum fuisse suis cum malis Jobum *mensis xli.* seu *annum* unum integrum. Paremq; isti durationem faciunt, ut vitæ Jobi cum habitatione Israëlitarum in Ægypto, sic plagarum Jobi cum plagis Ægyptiorum. Has autem fuisse *mensium xli.* tradunt in *Seder Olam*, & sæpe aliàs. Ex iisdem statuit Petavius, perfunctum suis calamitatibus Jobum *anno uno*. Ita quoque omnes illi sentiunt qui volunt

Cap. 1. 3.
IV. 2. 2.
XII. 12.
XXIX. 4.
& seq.
XXXI.
6. 7.

Cap. 3.

passum esse Jobum anno ætatis LXX. scilicet incunte, & vixisse post restitutionem annos CLXX. undè fuerint anni vitæ *ccxl.* ut habent Codd. Græci. Ast Veteres plerique extendunt plagas ad annos totos VII. Chrysostomus, Olympiodorus, Isidorus, Suidas, reliqui. Idem ex recentioribus faciunt Torniellus, Salianus, Genebrardus, complures alii:

Septem illum totas perhibent ex ordine aristas Flevisse.

Gregorius verò Turonensis Jobum liberatum refert anno suæ ætatis LXXXIX. Undè, ni numerus mendosus (uti videtur) passus esset minimum annos *decem*, qui in annis vitæ Jobi non censentur; hos enim Gregorius iste putat in universum *ccxlix.* & post *plagam* sublatam *clxx.* ut antè *plagam* remaneant anni nonnisi *Lxxviii.* Alii tandem, intervallo temporis non præcisè definito, modò calamitatem longiùs extendunt, modò breviorè gyro contrahunt, suspensè omnes in re perquam dubiâ.

VI. Nobis sic licebit *ἰπιεῖν*. In antecessum distingui volumus diversissima Viri mala. Bernardus ad tria revocat, verborum injurias, damna rerum, læsionem corporis, quibus ut triplici ariete pulsata fuerit Viri virtus. Ad quatuor verò genera communiter referunt Interpretes, ut passus sit Jobus *περὶ τὰ ἀρχόντα, περὶ τέκνα, περὶ δόξαν, ἢ περὶ σῶμα*, circa *facultates* egestate, circa *liberos* orbitate, circa *famam* contemptu, ignominia, circa *corpus* fœdo ac pernicioso ulcere. Addit Chrysostomus uxoris insultus, amicorum contumelias, famulorum sputa, tecti privationem, ut esset domo ejecto pro habitaculo sterquilinum: Alii præterea Dæmonis tentationes internas, mentis perplexitatem, animi terrorem, ex *Cap. VII. 14.* Imò apud Kessæum in *Vitis Patrum* Arabicis, ex M. S. Bibliothecæ Hottingerianæ, nunc etiam cum Goliano Exemplari collato, (quod possidet modò auditorum nostrorum decus, futurus brevi Literati Orbis, Adrian. Reelandius, cui

Ingenium cælestè suis velocius annis Surgit)

habes verba quibus Diabolus sollicitavit Jobum ad *Idololatriam*: *فاما الله السما فهو الله واما الاله الارض فهو انا فعبدتم اله السما ولم تعبدوني ففعلت بكم وسلبت اموالكم واولادكم وعبيدكم ومواشبيكم وهي كلها عندي* *Deus quidem est caelorum Deus, ego autem Terra Deus sum, Quidni autem me aequè colitis, ac Deum caelestem, quem ego pro lubitu vobiscum agam, & rapiam opes vestras & liberos & servos & pecora, quæ in mea potestate sunt omnia.* Tum ea verba quibus sollicitanti Diabolo cum detestatione respondit:

فقال ايوب انالله وانا الهه راجعون ويحك يا رحمة اذك ليس مع الله الاله وان اخر الذي اماته الله لا يقدر احد علي احبائه فببر الله تعالي

Respondit Job, Utrique nos Dei sumus, & certè ad eum reverentur. Et dixit, O Rahmah! Ego non habeo cum Deo Deum alium. Et si quemquam occiderit Deus, non valebit ullus pro vitâ ejus, nisi Deus altissimus. Chrysostomus uno verbo, sustinuisse Jobum *τὰ οὐκ ἐπιβλητὰς θανάτων, totius mundi calamitates.*

VII. Jam pro diversitate malorum diversa etiam putanda est singulorum fuisse duratio. Primum omnium, sic quoque longissimum, fuit privatio *facultatum*, & orbitas *liberorum*. Nam demùm à sanitate plenissimè restitutâ, tùm opibus colligendis, tùm liberis procreandis operam dedit.

Hist. Franc. Lib. I. C. VIII.

Serm. II. in Conv. Pauli.

His que quâ non eâ antè vel copiâ vel felicitate potiri rursùm potuit, nisi cum aliquâ annorum successione. *Hænos* etiam & existimatio, post sanatum jam ulcus, non reddita illi simul & semel, sed successu temporis, præcesseruntque conciliatio cum amicis, *Job. XLII. 9. 10.* solatia consanguineorum, *vers. 11.* novum bonorum incrementum, successivis auctibus, *vers. 10. 12. 13.* Atque ita tandem habitus illi idem qui ante honos, & fama restituta, atque etiam in majus aucta. Neque etiam *Amicorum*, quales legimus, insultus paris fuere cum cæteris malis durationis. Haud enim coeperunt in ipso malorum exordio, nec nisi ex famâ infandæ calamitatis, re secunda invicem per nuncios communicatâ, ac certo tempore indicto, ad Jobum accesserunt. Patetque ex colloquiis, ac locis Historiæ propemodùm innumeris, Jobum jam tum diutissimè passum, quum acerbius ita disceptarent. Sic quoque *Uxor* acerbiores voces, emissæ fuere in Jobum penè corrosum ex ulcere, & extrâ spem sanationis positum, undè solam superesse mortem, *Cap. 11. 9.* Hinc Græci, vulgò *oi LXX. χρόνος ἢ πόλις προέβηκός*, multo jam tempore exacto, εἶπεν τῷ ἰωβ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, dixit *Jobo uxor ejus*, &c.

VIII. Id vero indubium est, quòd longa omninò fuerit & diuturna Viri probatio, cum primis egestas, ignominia, morbus. Colligitur primò ex probationis fine, ut quantò diuturniora mala, tantò esset Jobi patientia illustrior; tum ex locis Historiæ benè multis. Verbi gratiâ, quando objicit Eliphaz, sexies & septies afflictos liberari, si hi sceleris puri, at Jobum non ita liberari, sed pertinaciter affligi, *Cap. v. 19.* Sic illa ipsa suspicio de Jobo alastore & flagitioso, orta cum primis fuit ex diuturnitate malorum. Sic frequentes afflicti querimonix, ferre sese mala diutius non posse, ut cujus caro non esset chalybea, nec vires rupis instar, *Cap. vi. 11. 12.* Decollasse spem deinceps omnem restitutionis, *Cap. vii. 6.* Sat sibi dierum, mensium malorum, *Cap. vii. 3. xxix. 2.* ut alibi, *dies, menses*, pro annis, *Cap. xiv. 5.* Ocyus sese liberandum fore, si antè obitum extremaque funera, *Cap. x. 20. 21. xvi. 22. xvii. 1. 13. xix. 10. 20.* Poneret Deus tandem aliquandò limites ac terminum calamitati, *Cap. xiv. 13.* Pridem sese hominem semissem, omnium etiam puerorum fabulam, ludibrium, probrum;

*Heu me per Urbes, nam pudet tanti mali,
Fabula quanta fui!*

ut idem pluribus *Cap. xix. 13. & seq. xxx. 1. & passim.*

IX. Definire tamen seu annos, seu menses afflictissimi statûs, otiosum esse judicamus. Certè ex dictis non *unius* modò *anni* calamitas fuit, quicquid Hebræi tradant. Neque tamen *septennium* toto videtur corrosus foedo ulcere,

*— cui nihil ultra
Nervos atque cutim,*

aut jacuisse citrà solatium ac subsidium suorum, de quo *Cap. xlii. 11.* Ipse Torniiellus istud de septenni spatio fatetur valdè dubium atque incertum, in *Annal.* ad annum 2399. 2406. Anni etiam à restitutione *cxl.* contrahere illud spatium jubent, inchoandi hi quidem à remoto ulcere, & sanitate restituta, & collationibus suorum in viri solatium. Quin origo hujus *septennis* spatii ex falsis hypothesibus arcellenda est. Nempè ex corrupto Græcæ Translationis calculo de annis Vitæ Jobi, *ccxlviii.* Item ex hypothesi de annis post plagam *clxx.* de que horum parte dimidiâ ante plagam impletâ, scilicet, annis *lxxxv.* Qui antè & post calamitatem anni si

coacerventur, exurgunt anni *cclv.* hinc qui Græcos secuti, finxere idcirco adscribi Jobo annos tantum *ccxlviii.* ut mysticè intelligerentur anni perfectionum; septem scilicet, qui de annis *cclv.* detrahuntur, tanquàm anni non *vite* sed *morsis.* Ad Olympiodorum in postrema Jobi, similes. Sed nos de annis vitæ Jobi infra. An verò extrema illa fortè triennio, an quadriennio, plus minufve sustinuerit, divinandum aliis relinquitur. Finire tu,

*— nisi doctis
Debas ludibrium, cave.*

CAPUT XI.

De Modo & Gradibus Restitutionis Jobi.

BREVIARIUM.

*Causa disquisitionis, quo modo, quibus gradibus Jobus restitutus. Declaratio. Arabum fabula. Dubia quedam. De officio fratrum & consanguineorum Jobi. Cap. XLII. 11. An demum à restitutione ad eum accesserint? T'ερεολογία Scriptoris. Probata. Solandi ratio Veterum. Munera oblata, an gratulationis ritus? An verò collatio subsidialis? Media Jobo ad novas opes. Viri Docti notati. Disquisitio de voce *ששק*, ad *Job. XLII. 11. Qui nummum interpretati. Sic recentiores plerisque. Eadem Grotii, Bocharti, &c. assertio. Pluribus confutata. Nummi Veterum ut signarentur. non nummum sed pecudem eâ voce designari. Prolixa demonstratio. Versiones antiquæ. Recentes Quædam. Usus vocis proprius. Dicitur R. Akiba. Expensura. Confessiones ingenuæ Bocharti. Kesitah non obolupta fuisse. Sed nec nummum aureum. Non minime. Viri summi inanis conjectura. An *און* pro *און* apud Hellenistas? Confutatum. Locus *Genes. xxxi. 7.* vindicatus. Aes olim appensum, non signatum. Demonstratur. Ovis signum an Kesitah impressum? Divitiæ Veterum quales? Permutationis usus. Non dum desisse Jacobi avo. Bocharti precaria voces. Minus Jobo oblatum duplex. Res ejus pecuniaria ut instauranda? Auri olim qui usus? *ששק* an necessario de agnâ feminâ? Argumentum viri magni discussum. Nomina feminina apud Hebræos, Chaldaeos, Arabes, significationis communis. De Etymo vocis. Originationes incerta. Bocharti illa pluribus rejecta. Alia opposita. Eiusdem confessio. An ex *ששק* factum per errorem *ששק*? Conjectura vanitas. De loco *Act. vii. 16.* Bocharti ad eum voces. Prolixum examen. Stephanum non expressisse vocem *ששק*. Respexisse ad emptionem Abrahami. Viri magni notati. Vis non una illata Textui, & Historiæ. Non posse designari agrum Jacobi. An Abraham supponat pro suo nepote? Josephus contra Bochartum vindicatus. Cur eis *ששק*. Difficultas in verbis *ששק* & *ששק*. Lectio verborum genuina. Constructio facilis. Mendum si subsit, ubi istud? Hæusii hiatus audacior. Pretium ovium etiam esse pretium argenti. Cavillum ex Plauto retortum. Viri docti in consensum vocati.**

I. Historiam Jobi restituti his absolvit Scriptor facer: Et accepit Dominus faciem Jobi. Deinde Job. restituit Dominus, vel convertit, captivitatem Jobi, *XLII. 9. 10. &c.* quum orasset pro amicis suis; & addidit Dominus quicquid fuerat Jobi, usque ad duplum. Et venerunt ad ipsum omnes fratres ejus, vel cognati, & sorores ejus, & qui ante ipsi familiares fuerant, ac comederunt eum eo panem in domo ejus, & condolentes illi consolati sunt

non cum super omni malo quod Dominus ei fecerat obviare. Ac dederunt ei quisque Kesitab unam, & monile aureum unum. Et Dominus benedixit novissimis Jobi magis quàm initio ejus, adeò ut fuerint illi quatuordecim mille oves, & cameli sexies mille, & mille paria boum, milleque asini. Fuerunt etiam ei septem filii, & tres filia. Neque verò in hac descriptione sic sunt omnia expedita, ut non hæreant scrupuli, nec supersint variæ difficultates.

II. Hunc igitur restitutionis modum, hos gradus clarissimè antè omnia colligimus. Et primò quidem, finitâ Jobum inter & Amicos disceptatione, diversis omnino vicibus reassumptâ, ut res ipsa & contextus docent, reversi haud dubiè Amici ad suos, ut colligitur ex Capite XLII. 8. 9. quando redire ad Jobum divinitus admonentur. Hinc neque testes fuisse illos constat divini ad Jobum solum alloquii, descripti Capite XXXVIII. I. XL. I. Exceptit hunc discessum Amicorum aliquo post intervallo, haud sanè longo, tum Jobi increpatio ob minùs sanum de Deo, ac de seipso judicium,

Αἰ ἢ φρενῶν ταραχῆν παρέπλαξεν ἔ σοφόν,

tum effectus ejusdem, dùm agnito errore supercilium ponit Jobus, deprecatur, poenitentiam agit in cilicio & cinere, ut pluribus Cap. XLII. 2. 3. 4. 5. 6. Quo facto ad restitutionem omnia spectarunt, finemque probationis, successivè tamen, licet immediatè omnia Textus connectat.

III. Modum porrò sic describunt Orientales, ut Kessaus in Excerptis Arabicis MSS. nobiscum communicatis: Nempè missum esse ad Jobum Angelum Gabrielem qui prædixit ei restitutionem omnimodam, dein modus restitutionis describitur:

فلما كان من غد ذلك اليوم وكان يوم الجمعة عند نروال الشمس نزل جبرائيل عليه السلام وقال السلام عليك يا ايوب فقال وعليك السلام ورحمة الله وبركاته من انت يرحمك الله فاني اسمع نعمة حسنة واجد راحة طيبة ولراي صورة جملة فقال له انا جبرائيل رسول رب العالمين اليك ابشرك بفرح الله ورحمته ورضوانه مغفرته فقد شفاك الله وقد وهب لك اهلك ومالك واولادك ومثلهم معهم رحمة لمن مضى وعبرة لاهل البلاء قال فبكا ايوب من شدة الفرح وقال الحمد لله الذي لاله الا هو دوا المن والطول والعزة والكبريا ان لم يشمت بي عدوي ابليس واتماعه

Die autem sequenti, qui dies erat Veneris, Sole vergente ad occasum, descendit caelitus Gabriel, (super quem fit pax) & dixit: Pax Tibi sit, Jobe. Cui ille respondit: Et Tibi pax sit & misericordia & benedictio divina, quisquis sis, cui propitius sit Deus, audire enim mihi videor laetam gratiam, & invenisse beneficentiam bonam, & formam videre elegantem. Respondit, Ego sum Gabriel, Angelus Domini seculorum, & laetum Tibi nuncium fero, quem Deus gaudio, & misericordia, & favore, & peccatorum

Tom. II.

remissione profectus est. Hoc autem die Te liberat Deus, & reddis Tibi populo Tuo, & Opibus, & Liberis, constituis Te exemplum hominum tentatorum. Exclamavit Jobus inter lacrymas, quas nimia laetitia ipsi expressit: Laus sit Deo, prater quem non est ullus Deus alius, qui medetur infirmis & beneficentia; potentia & excellentia sua me servavit, ne gauderent meo malo Iblis (Diabolus) & ipsius affecta. Post quæ sequitur ipsa restitutio Jobi: Dixit & Gabriel,

يا ايوب قم * بادن الله فهض ايوب قايما * ال. بادن
جبرائيل فقال له جبرائيل لرقص
برجلك هاء مغتسلا بارديو شراب فركن
ايوب برجله اليميني واذا بعين ماء قد نبعت
من تحت قدميه اشد بياضا من اللبن
واحلا من العسل وانكا من الكانور

فشرب منها شربن وما تبغ دودة في جسده

O Job surge, senex Dei! Et surrexit Job erectus supra pedes suos, dixitque ei Gabriel, salta pedibus tuis, refocilla te lavacro frigido, & vino: Tum Job stetit firmus pede suo dextro, & recepit vires à fonte aquae, postquam scaturivit aqua antè illum valido quasi torrente, candidior lacte, dulciorque melle, ac fragrantior, acriorisque odoris quàm rosa, & bibit ex eà haustum, unde vermis non invaluit amplius corpus ejus. Hæc illi pro more. Certe coepit restitutio à convalescentiâ Jobi, animi primùm illâ, tum corporis, hacque omnino miraculosâ, intra brevissimi spatii terminos, dum

— maximus agro
Auxiliator adest, & festinantia sistens
Fata.

Interea dùm hic noster convalescit, divinâ simul voce admonentur Amici, suæ in Deum & Jobum iniquitatis, jubenturque Jobum iteratò accedere, & placare ibi Dominum sacrificiis, atque intercessione Jobi. Quibus peractis redière cum Amico in gratiam, lætiora jam omnia divinitus expectante, ut eodem Cap. commate 9.

Opportuna meis oritur lux crastina votis:

Continuò exceperunt gratulantium de redditâ sanitate & spe meliorum, fratrum, sororum, cognatorum, amicorum omnium acclamationes & vota, nec vota tantùm, sed & munera à quibus res ejus familiaris sensim cresceret & augetur; quod &, faciente Deo, brevi noster expertus est. Eodem denique tempore familiæ procreandæ rursùm operam dedit, unde filii filiaque, de quibus seorsum infra.

IV. Sed verò scrupulus non unus suboritur, tollendi cum ad lucem historiæ, tum ad intelligentiam Textus. Enimverò dubium primò est, an demùm à Jobi restitutione omnes illi ad Virum accesserint, & gratulaturi quidem, ut defuissent iidem in ipsâ Viri calamitate, nec jacentem invisissent, quatuor Amicis exceptis? Quorum prius ex serie verborum statuere plerique Interpretes. Dubium secundò, an munera illa fuerint modò redintegratæ amicitia pignus, & ritus quidam gratulantium, an verò collationes in egestatis remedium, & instaurationem Oeconomiae Jobi? Denique obscurum, an voce קשיטה vers. 11.

F

fig-

significetur *nummus* à singulis oblati, an verò *ovis* vel pecus in rem pecuariam planè antè collap-
sam? De singulis pauca.

V. Primam difficultatem sic quidem expeditur. Haud sanè fieri nobis verisimile, planè defuisse Jobo fratrum, sororum, propinquorum solatia, in extremà illà calamitate. Et gratulationis posteriori officio pudor intercessisset summus, si nullum præcessisset *συμπαιθείας*. Quare vix dubium esse potest, quin priora illa *versus* 11. sint ibi per *ὕπερολογίαν* familiarem inserta, postquam nempe prolixissimè essent descripta, quæ Spiritus S. totà narratione intenderat. Igitur ad consolationis ac *συμπαιθείας* debitum, ante restitutionem, spectant ex parte verba, *Et venerunt ad eum omnes fratres ejus*, &c. Nam 1. probabilitas nulla est, intermissum planè id genus officii fuisse erga virum tantum, tantis in malis, quamvis facilè largiamur, successu calamitosi temporis, derelictum à plerisque fuisse, ut innuere ipsemet videtur *Cap. XIX. XXX.* Nec tamen necesse est ut accesserint omnes simul & conjunctim, imò successivè, modò hi, modò illi, pro singulorum affectu. 2. Sunt expressissima verba advenisse *ἡ παρκαλῆσαι ἡ ὑποκρίσασθαι*, ut solarentur & inviserent. In Hebræo sunt voces *נָחַם* & *נָחַם*, illæ ipsæ quibus describitur finis adventus trium Amicorum, *Cap. II. 11.* Hinc Syrus & Arabs hoc loco, *Contristati erant de ipso*. Chaldaeus *לִי לִי וְנִי וְנִי* & *com- moti sunt super eo*. Vulgatus, *moverunt caput super eo*, qui certè non gratulantium (ut imperitè nonnulli volunt) sed condolentium ac stupentium gestus, qualiter & Chaldaeus exprimit stuporem trium Amicorum *Cap. II. 11.* 3. Quum accessisse dicuntur, erat adhuc tum recens fama malorum immislorum divinitus, ut colligitur ex Textu Græco: *Ἡδυσάβιες ἢ πάντες οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ἢ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ πάντα τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ, ἦλθον*, &c. Planè ut habent iidem Interpretes in descriptione adventus trium Amicorum, *Cap. II. 11.* 4. Illud de *pane* vel cibo *cum eo sum- to*, omninò ad consolationis, non gratulationis officium spectavit. Non quidem cum Jobo epulati in ipso malorum exordio, sed tamen antequam esset eluctatus. Nam ita solebant Veteres epulari cum adhiectis, solandis iis & testandæ *συμπαιθείας*, quò spectant loca *Jerem. XVI. 7.* & *Ezech. XXIV. 17.* Nec enim tum *separationis* lex lata ob immunditiam erat; neque extrà domum hæsisse putandus Jobus in *sterquilinio*, aut civitate ejectus, ut vulgò creditum Veteribus, qui hinc mysterium Christi extrà portam passi *Hebr. XIII.* erutum voluerunt. 5. Verbum *נָחַם* reddendum potiùs, *venerunt autem*, quàm *tunc venerunt*. Nihilque frequentius esse hoc usu conjunctionis *Vau*, ex Grammaticis constat. Sic *וַיִּשְׁמְעוּ אֹזְנוֹתָי אֶת-קוֹל דְּבָרָיו*, loco parallelo, *Cap. II. 11.* Undè reliquum est, ut uno *versu* combinaverit Scriptor officia diversis temporibus præstita, primò quidem *ἡ συμπαιθείαν*, postcà *ἡ συγκαίριόντων*, non insuetà Scriptoribus sacris brevitate.

VI. Quod alteram spectat difficultatem, omnino pronuntiamus *munera* illa fuisse in subsidium egentis, & solatium quaecunque amissorum. Tum sanè oblata hæc certatim ab Amicis, quum propitiato Numine & ulcere amoto, restitutionis spes proxima affulgeret. Hinc partim *aurum* collatum, partim *pecudes*, quæ mox, prosperante Domino, excreverunt in novas opes, sic successu temporis cumulatas, ut *novissima* Jobi, id est, vitæ periodus ultimà, altero tanto aucta cernerentur. Quare id de *restitutione dupli*, accipiendum est de restitutione mediata & successivà, cujus primus gradus in largitionibus propinquorum fuit, ultimus in forte du-

plicatà, sed duplicatà demùm post complurium annorum decursum atque intervallum. Sic fuisse illi mox dicuntur *septem filiis & tres filiæ*, *vers. 13.* generatione successivà, annis pluribus à restitutione exactis. Neque hæc tanta bonorum incrementa, & suprà fidem, vel præter exemplum fuere, ut in allegatis *Cap. I.* vel præter rationem, ex pecudum mirè foeticantium ingenio. Quare Amicorum illà & consanguineorum dona ejus fuere generis, cujus apud Atticos *συμπογῶν, φρογῶν, ἔρανοι, ἔρα- νισμός, τὰ ἐκ σωδ(φρογῶν δῶρα*, aut etiam *φιλοτιμία*, & apud Latinos *collationes, oblationes, elemosyna, subsidia, auxilia, supplementa, largitiones, erogationes, stips collatitia*, &c. de quibus Critici. Et de *Re Donativa* universà spondit novissimè Commentarium Val. Chimentellius J. C. Pisanus clarissimus. Parcant ergò Doctissimi Interpretes, qui supponunt hæc fuisse dona nonnisi *salvationis* ritum, & *amicitiæ*, aut *observantiæ* arrham, qualia Principibus offerri consueta, Jobumque sine his fuisse jam antè duplicatis opibus, Deo faciente miraculosè, adauctum. Certè quàm fuerat Jobus ad egestatem redactus, docent ejusdem voces, *Job. I. 21.* Et si vel maximè aliquid de supellectile remansisset, subsidio tamen opus fuit, ut gradus fieret ad tantam restitutionem, quin opus collatione *pecudum*, unde post greges duplicarentur.

VII. Sed tertia difficultas Interpretes, Commentatores, ac Philologos pridem exercuit. Tribus demùm in locis vox occurrit, nempe *Genes. XXXIII. 19.* *Jos. XXIV. 32.* & *Job. XLII. 11.* Ac plerique quidem recentiores de *nummo*, fortè agno seu pecude *signato*, vocem interpretati. In Hebræis ita R. Aquiba vel Akiba, D. Kimchi, Levi ben-Gerson, Raschi, Mardocheus, sequaces. In Christianis Interpretibus de *nummo* similiter Arias Montanus in Jobo, Lutherus, Calvinus, Vatablus, Junius, Diodati, Belgæ, Angli. In Philologis, atque Orientalis Literaturæ principibus Viris, accedunt eidem Interpretamento Masius in *Jos.* Munsterus in *Job.* Walerus Tractatu de *Numis Hebr.* Drusius in *Miscellan.* Sixtinus Amama in *Gensurâ Vers. Vulg.* Buxtorfius in *Lex. Talmud.* Edwardus Brerewood tractatu de *Numis Orient.* Hottingerus Libello de *Numis Orient.* Waltonus De Ponin apparatu Biblico, & plures alii. Ipse quoque derib. & Hugo Grotius, ad locum: *Nummum intellige ovis Mensuris.* Sed omnium instar esto Vir de re literariâ meritissimus Samuel Bochartus, postremo Opere de *Animalib. S. Script.* *Mihi tamen* (inquit *Part. I. Lib. II. C. XLII.* ille) est *persuasissimum*, *וְשֵׁן* Hebræis nec ovem fuisse, nec agnum, sed aliquod nummi genus: quod pluribus demonstrandum aggreditur.

VIII. Neque jam aut de fidei capite, aut de rei quâdam summâ controvertitur. Haud etiam negamus pertinaciùs accipi hoc sensu vocem posse, *Genes. XXXIII. 19.* siquidem eo loci Stephanus respexerit in verbis *τιμὴς ἀργυρίου*, *Act. VII. 16.* Multò minùs dissimulatum imus familiarem metonymiam, quâ nummi signatarum *figurarum* nominibus veniunt, ut Græcorum Nummi dicti *πῶλοι, χελῶνες, βῆς, λύκοι, κῆραι*, &c. & Latinorum *pecunia* à signatâ pecude. Sic nummi olim dicti ex gr. *rates*, vel *ratius, victoriatum, sagittarium*, &c. à representatis figuris; & sic in Europæorum ferè omnibus gentibus ac linguis nummi plerique. Quin & illud indubium, Græcorum Latinorumque æs antiquissimum, horum certè inde à Servio Rege, fuisse *animalium* figuris signatum, ut plurimum quadrupedum, ovis, bovis, lupi, leonis, leporis, similibus; ut sunt hodieque thaleri urfûs, leonibus, equis, aquilis, a-

rei-

rietibus, &c. insigniti. Licet postmodum sub Romanis Imperatoribus nefas fuerit, ipsis etiam fœderatis Regibus, aureos nummos figurare aliâ imagine quàm Principis, ut est aliis observatum. Non ergo id controversatur, an nummus aut *ove* signari, aut à signo ovis impresso appellari potuerit קשיטה, quod istorum plerique contendunt, nec improbat Bochartus. Verum id jam quæritur, utrum in Jobo nostro munus illud amicorum Jobi, seu קשיטה *Kesitah* à singulis oblata, fuerint totidem *nummi*, an totidem *oves* vel *agni*? Nec parum id ad lucem historię facit. Quorum nos postremum, cum bonâ tantorum Virorum veniâ, verò propius esse arbitramur, imò indubiæ veritatis.

IX. Et primò quidem ita ubique reddunt Versiones quotquot ferè sunt antiquissimæ, & probatissimæ, *ovem* nempe vel *agnum* fœminam. Planè sic Orientales omnes, Onkelos, Chaldæus Interpretes Jobi, Syrus, Arabs uterque, Persa in opere Londinensi, Versio Pentateuchi Samaritana. Quamvis Jonathan & Targum Hierosolymit. interpretati sint in Genesi non חורפה *agnum*, sed מרגלית *margaritus*, gemmas; haud tamen nummum, nempe à קשוח, quod est *mundus muliebris*, & קשוח *ornare*. Græci similiter, *oi* LXX. in Jobo ἀμνάδα μίαν, in Genesi ἐκατὸν ἀμνῶν, vel secundum alios Codd. ἀμνάδων, prout hæ voces promiscuæ Gen. xxxi. 7. 41. & passim; frustra Steucho Eugubino, aliisque legentibus ἐκατὸν μνῶν, de quâ lectione statim. Nec aliter Aquila, Symmachus, Theodotion, quàm *oi* ἐκατόμηνον. Vulgatus itidem *ovem unam*, alibi *agnos*, Eugubino rursùm ut in Græco, sic in Latino Textu emendante pari temeritate, & legente *nummos*. Præterquàm de *pecude* quoque vel *agnâ* interpretari vocem recentiores, Pagninus, Oleaster, Arias Montanus in Genesi & Josua, Vatablus in Notis ad Versionem Tigurinam, vetus Versio Germanica, Anglicana Henr. Ainsworth, aliæ. Genevates verò, Mercerus, Piscator, Coccejus, datâ optione vel *nummum* reddi patiuntur, vel *ovem* aut *agnum*. Phil. Codurcus, *Nos censemus utrumque significare*. Castalio obscurissimè, & retentâ voce originali, reddidit *questitas*. Quid multis? Fatetur Vir summus non aliter reddi ab ullo veteriorum Interpretum. Idemque in Præfatione Operis de Animalibus: *Veteres Interpretes sibi consentiunt novis præfero, & ab his raro recedo, nisi magna causa subsit. Proinde cum Veterum Versiones defendi possunt, nullum lapidem non moveo, ut eorum interpretamenta asseram*. Mirum ergo hoc diffentire in loco, ubi nulla suspicio est *pravâ lectione* deceptos eos Interpretes, aut si *voce ambigua*, altera quoque *ovis* vel *agni* significatio largienda fuerit.

X. Secundò, esse hanc *ovis* vel *agni* propriam & nativam significationem plerique dissentientes largiuntur, alteram verò de *nummo* impropriam & metonymicam. Waserus loco citato, vocem קשיטה reddi per חורפה Chaldæis & Arabibus; sic & Syris reddi per *agnum*, tenellam *pecudem*, observat Clariss. Hottingerus in Lexico Harmonico. Aben-Ezra non ignobilis Commentator, ad locum Jobi: *קשיטה היא כנשה קטנה Kesitah est pecus parva seu agnus*. Nec verosimile vocis usum proprium non intellexisse Orientales antiquos. Undè excoGITATUS à recentioribus *nummus* est, quanquàm precario, qui esset *agno* vel *ove* signatus, hinc à figurâ impressâ sic dictus. Tantùm *ovis* significatio extrâ controversiam habita fuit. Imò hanc *propriam* esse diserte Hottingerus de *Numis Orient*. Primusque revocare hanc in dubium sustinet Bochartus, variis conquisitis rationibus & auctoritatibus, quas mox singulas non perfunctoriè expendimus. Illa

verò de *nummo*, unius R. Akibæ, in Gemarâ subnixâ est traditione, referentis, quum per Africam vel Arabiam iter faceret, audivisse se quod *מעה* *obolus* vocaretur ab incolis קשיטה *Kesitah*. Ad hunc jam Akibam provocant uno ore secus à nobis sentientes, & vehementer Bochartus. Quum tamen 1. nusquam neget Akiba priorem *ovis* significatum, probatum Interpretibus se antiquioribus, imò supponat impressam nummum *pecudem*. 2. Akiba potiores sint vetustissimi Interpretes Græci, Hebraicè utique doctissimi, Interpretes Chaldæi, Arabes, Syrus, Hieronymus ab Hebræis edoctus, Aben-Ezra ipse in Arabibus natus. 3. Fieri potuerit, ut Akibæ ætate *nummus* sic forte iis in locis diceretur seu ab impressâ *pecude*, seu voce homonymâ, ut nihil derogeretur priori ac veteri interpretamento. 4. Quod interim mirum est, ipse improbet Bochartus eum apud Akibam significatum; *Hebræi* (inquit) *summo consensu מעה* *expomunt, quod videtur ridiculum, quia Hebræorum obolus vix valuit assen nostræ monetæ*. Quare ab usu vocis antiquo & proprio non abeundum sine necessitate est, qualis hic nulla; quicquid sit de loco Act. vii. 16. qui unus recentiores ad hanc interpretationem induxisse videtur.

XI. Tertio, accedit rei absurditas, si hoc in loco *Kesitah* interpretamur *nummum*. Nec enim pluris valuisse hunc quàm *מעה* vel *גרה* Hebræorum, seu *obolum* diserte Akiba, Hebræi posteriores, Waserus, & omnes alii. Fuisset ergo non nisi pars sicli τετραδράχμιο *vigesima*, seu *quinta* pars drachmæ, Germanis vix duo *cruciati*, Belgis *stifens*, Gallis *assis* unus. Undè conficitur, Jobi amicos singulos in rei angustiæ subsidium & incrementum, contulisse viro tanto unicum *obolum* seu *assen*. Sic Jacobus emisit agrum *centum Kesitah*; id est, *centisse*, pretio sanè vilissimo. Longè utrumque absurdissimum! Utque de primo tantùm dicamus, quid obsecro! tam vile munusculum illi juvando, aut rebus illius instaurandis, qui paulò antè fuerat *Orientalium* omnium *maximus*? Rectè jam Bochartus dicto loco, *fuisset contumelia genus*. Quæ etiam proportio inter hujusmodi *obolum* & *monile aureum*, quod priori dono adjunctum legitur? Ad ista quid Viri Docti? Fingit Waserus, Jobo *muneribus opus non fuisse*, & jam tùm *fuisse illi duplum restitutum, xiv. millia ovium, vi. millia Camelorum*: Scilicet, momento ista creata fuerant Jobo restituendo, aut ab aliis in Jobum divinitus translata, quocunque modo! Et *obolum* offerre sustinissent tantarum opum, plusquàm regiarum, possessori? Imò initium restitutionis in hac stipe Amicorum fuit, & series docet, Rursus fingunt, donum hocce oblatum Jobo ut *Regi*, ut *Principi*, observantiæ & subjectionis pignus, hinc non *munus* à Jobo respectum, sed *animum* offerentium. Clarius: *simul cum hoc Symbolo veram servitutem atque obedientiam promittentes*. Credo equidem, nec vana fides! Tanti Principis non jam de plebe subditos, sed consanguineos, fratres, sorores, *obolum* eidem exhibuisse honorarii locò? Nihil verò tale Textus, nec de Jobo Rege, nec de honorario Regi oblato, sed contulisse singulos in *solatium* diutiùs afflicti, unde mox auctæ Viri *opes*, vers. 11. 12. Fingunt ergo alii fuisse *monetam auream*, inani pariter commento. Nempe sine teste, sine indicio ullo; haud tacituro Spiritu Sancto, quemadmodum *aureum* in altero dono diserte expressit. Neque *aurei* ullum usum novisse olim Arabes, extrâ torques, armillas, similia ornamenta, pridem est doctis notatum. Quod & de Moluccanis, aliisque in Oriente populis, recentiores observarunt. Quin *Kesitah* reddi volunt per ἀργύρεον *argentum*, Stephano scilicet interprete Act. vii. 16.

Berech, Rabba Sect. LXXIX.

Ad Loc.

Ibid. Col. 437. XII. Quartò, nec felicior Clariff. Bocharti conjectura esse videtur. Subolfacit ille Kesitas fuisse totidem minas, pendentes singulas argenti duas libras cum semisse; sic centum Kesitarum pondus fuisse dicit librarum argenti quingentarum, novo errore. Argumentum Viri magni est, ex Græcâ Versione, in quâ ἀμνῶν videatur factum ex μνῶν. Sic Genes. xxxi. 7. legi δέκα ἀμνῶν, pro μνῶν, teste Hieronymo. Et hæc eum antè Steuchi Eugubini observatio fuit. Gratis omnia!

mibi quidem, hercle, non fit verisimile.

Primò, in aliud jam extremum dilabitur, & cui obolus parùm videbatur, placent jam dua argenti libra cum semisse. Sic ingens sanè pretium fuit, quo agrum μῆρα redemit Jacob, minimum sex mille siclis tetradrachmis; quum alterum emisset Abraham argenteis quadringentis. Et fecisset rectius Vir Doctus, si minam pro siclo intellexisset, ut Chaldæus quandoque eam vocem usurpat. Secundò de minis oblati nihil in Textu, ne Græco quidem. Constantissimè omnes Codices ἀμνάδα μῆρα, ubi locum non habet lectio Eugubini. Sic in Genesi, ἀμνῶν explicatur per ἀμνάδων. Hinc quotquot translulere ex Græcis, agnos vel oves reddiderunt. Nec in variantibus Lectionibus mendum tale unquam observatum. Tandem, nihilo verius est, Gen. xxxi. 7. ἀμνῶν positum pro μνῶν, quicquid senserit Hieronymus. Repetitur enim eodem Capite versu 41. ubi est δέκα ἀμνάδων, abest ergò suspicio de additâ ab initio literulâ. Nec magis mina quàm agni exprimunt vocem Hebræam מני. Sed plana mens est Græcorum Interpretum. Jacobo erat de ovibus sermo, vel agnis quos illi subtraxerat Laban, mercedis loco debitos, Genes. xxx. 32. Hanc mercedem decies sibi interversam quiratur, δέκα ἀεθμοῖς reddidit Aquila, δέκα ἀεθμοῖς Symmachus. Pro eo substituunt Græci δέκα ἀμνῶν, decem agnis, pro decem temporibus quibus oves quas pascebat Jacob pepererant. Totidem nempe temporibus animadvertens Laban, foetus tales esse natos, quales Jacobo cedere oportuit ex pacto, pactum fraude mutavit, genero futurum foetum expectare iussit. Et sic decem agnos dixerunt, quomodo decem messes, decem vindemia, decem arista, pro totidem temporibus; & ita accuratissimè Augustinus, quem unum opponimus Hieronymo. Reliquum est igitur, ex superioribus, ut si מנישק nummus fuit, haud alium fuisse constet quàm ex relatione R. Akibæ, Gerah, obolum, vel assem, qui nummus vilior, quàm ut Jobo oblatum fuisse credatur, seu honorarii ergò, seu collationis subsidialis.

Quæst. in Genes. xcv. Tom. IV.

Tom. III. Lib. II. Disp. IV. Cap. xxvi.

XIII. Quintò, Jobi ætate signatis jam tùm mammi (figurâ putâ ovis, pecudis, animantium) usos fuisse Chaldæos vel Arabes, dicere est quàm probare facilius. Non quòd placeat ratio Joh. Baptistæ Villalpandi, pro quâ pluribus certat in Apparatu Urbis ac Templi, quasi signare nummos Animalium figuris, habituri fuissent Patriarchæ pro specie Idololatriæ. Quum vel somniet Hebræi, Tract. Rabba, cusum nummum ab Abrahamo cum figurâ senis & vetula. Verùm, quia nonnisi de ære appenso iis temporibus constat, signato neuti quàm. Quomodo hodieque, inde ab ultimâ memoriâ, in Æthiopiâ, Chinâ, Japoniâ, Guinæâ Africae, variisque locis Orientis, ex solo pondere pecunia æstimatur, rudis illa & informis. Hinc שקל siclus à pondere, & propriè pondus, hinc numisma certi ponderis, utut ἀσημον. Imò omnia Orientalium veterum & Hebræorum numismata, ex solo pondere æstimata, etiam minutissima, ut assarium, gerah, maah, reliqua, ne dicam minas, vel talents. Sic Abraham appendit siclos argenti, Genes. xx. 14. xxxi. 14. 15. 16. signi impressi nullo indicio. Et

quotquot percussis leguntur sicli, omnes constat Motse esse posteriores, vel ex figuris impressis. Hinc oi LXX. & Symmachus disertè habeant, præter singulas oves, donatum fuisse Jobo nummum τέλεγε δαρχμον, sed ἀσημον non signatum, seu ἀχρηστικόν, ἀτύπωτον, ἀντίκονισον. Ac si quæ deinceps numismata inter Hebræos signata, nulla Animalium signis, sed vasorum, plantarum, arborum, ut Urnæ, Balsami, Palmæ, Virgæ frondescentis, &c. Ad hæc nummus hic pecude signatus, restringitur ad valorem oboli ערע vel ערר, hinc perexiguus idem si argenteus, vel etiam aureus, & angustior quàm ut rudi tùm opere impressam ovem habuerit. Maah utique & Gerah nummus tam minutulus fuit, ut vix observaretur, pendens modò hordei xvi. grana. Tandem qui as signatum comminiscuntur Patriarcharum ætate, haud alio nituntur argumento, quàm desumpto ex uno illo loco, Genes. xxxiii. 29. ubi Kesitas supponunt agnis vel ovibus percussas, quod est ipsum τὸ κενόμυρον. Nec alia tamen probatio affertur in nuperis Excerptis Waltonianis, variis ex Auctoribus collectis, Londinensi in Apparatu, de Ponderibus, Monet. & Mens.

XIV. Sextò, notum insuper est, earum Gentium, eorumque temporum, speciatim Jobi nostri, opes & facultates constituisse potissimum in re pecuariâ & armentariâ, hinc in multo famulitio, de cætero in supellectile, monilibus, annulis, decoramentis id genus. Quæ in hunc usque diem divitiæ sunt multarum per Orientem & Africam gentium, quæ pecuniam nesciunt. Unde hi in Arabibus stipem collaturi, offerunt singuli cum ovem, tùm monile aureum. Quomodo antiquissima emptio nis ac venditionis ratio fuit in permutatione rerum, potius quàm in solutione nummorum. Quod enim Clariff. Bochartus, Jacobi ævo, & multò ante desisse res rebus permutari, pace summi Viri à vero alienum est. Argenti sanè jam tùm usus vel ex locis, Gen. xvii. 12. 13. xxiii. 16. xxxvii. 28. sed & rerum permutationi locus, ipso adhuc Jacobi ævo, pecudum cum primis, ut Gen. xlvii. 16. 17. & altero loco, Genes. xxxiii. 19. ex mente omnium Veterum, margaritas etiam, seu ornamenti genus, non nummos reddente Uzielide, & Hierosolymitano. Eademque recepta rerum cum rebus permutatio apud vetustiores Græcos, Latinos, Scythas, Germanos, hodieque apud Arabes, Æthiopes, Indos, Afros plurimos, Americanos, Insulanos, Barbaras Gentes. De quâ permutandi ratione, maximè pecudum & quadrupedum, quarum & primis nummis figura impressa est, Viri alii Docti commentati sunt. Sed quicquid de illâ fuerit, nihil hoc ad locum Jobi, ubi non emptio legitur, non permutatio, sed donatio, munus, initauratione Jobi cœconomia.

XV. Hinc septimò argumentum luce clarius pro interpretatione nostro. Supponimus, quod jam ex dictis hquet, fuisse hanc collationem in subsidium spoliati suis facultatibus Jobi. Hæ autem, sicut Arabum illæ à primâ memoriâ, præcipuè consistebant in pecudibus, præter famulitium, & supellectilem, & agros. Quin mox Jobum auctum fuisse xlv. mille ovibus, docet Textus. Undè quia oves ditant Dominos suos עשתרת דיצא, à עשר distescere, secundum Talmudicos. Cum primis hoc minutum pecus in infinitum sobolescit, hinc mox opes accrescunt, ut vel in Jacobi exemplo. Quare Talmudici, Tract. Cholin. שיתער יעשוק בנהמה קרקו qui vult distescere, occupetur circa pecus minutum. Sed & oves Latinis opes dicuntur, undè opilio, opulentus, Meursio, aliis. Ergò rei pecuariæ redintegrandæ, adeoque Jobi rebus, donat quisque ovem vel agnum feminam; undè brevissimo tempore insignis multiplicatio, hinc acquisitio bonni, camelo-

runt,

num, permutationis beneficio, Longè itaque magis usui, peculio instaurando, ovis quàm exiguus numulus. Accedit conjunctam huic Amicorum dono auream inauram, nempe ne aurum deesset, utque de aliis quoque sibi Jobus prospiceret. Hebræus **נזם** monile vel armillam vel inauram auream. Symmachus **Ἀρπίνον ἀσημον**, Aquila & Theodotion **ἐνώτιον χρυσόν**, at ei LXX. ut suprâ, **τετεγιδεσθαι μὸν χρυσὸ ἀσημῶν**, vel **χρυσὸν ἀσημων**, ut legunt Complutensis & Polychronius. Quare posterius hocce donum ad rem nummariam spectavit, non prius. Et convenientiori respondet isti muneri proportionem ovis vel pecus, quàm vilissimus obolus, quem sociatum fuisse armillæ aureæ absurdissimum videtur.

XVI. Verum instat summus Bochartus, & absurditatem nobis quoque impingit: Nempe si **קשית** intelligatur de pecude, non agnum fuisse, sed agnam, quod (inquit) ducet feminina terminatio: Unde (addit ille) sequeretur Jacobum non nisi agnas dedisse, & Jobum ab amicis solum recepisse feminas, absque ullo mare, quod ridiculum ceniet. Tantum verò abest ut Viri Magni ratio stringat, ut etiam superiora nostra confirmet. Esto! Agnam feminam quisque contulerit, quid hinc monstri? Fœminæ ad procreationem natæ, quâ Jobo cumprimis opus. Aries unus gregem ducit, unus ovibus quàm multis sufficit, animal suprâ modum libidinosum, hinc **איה** Hebræis à forsitudine. Undè oblati Jobo ovibus facile prospici de mare potuit. Sic memorantur ovium millia, Job. I. 3. XLII. 12. nullâ mentione maris, à potiori. Sed nec terminatio fœmininam necessariò significationem infert. Nomen speciei magis quàm sexus, commune maribus & fœminis. Sic Ovirum & Gregum pleraque nomina, **כבש**, **איה**, **אזן**, quædam & terminationis fœmininæ **כבשה**, **איה**, **אזנה**, significationis tamen communis sunt. Hinc v. g. **אזנה** agnus subrumus, seu mas seu fœmina, in plurali formam masculinam habet **אזנים**. Sic **קשית** formâ masculinâ de ovibus. Et quot voces aliæ apud Hebræos, Chaldæos, Arabes, (ne dicam Græcos, Latinos,) terminationis fœmininæ, aut masculinæ, significationis non item? He finali in fœmininis faciente tum ad emphasim, non verò ad distinctionem generis. Hujus exempla videtis complura apud ipsum Bochartum, in eodem Opere de Animalibus. Ut omninò sui oblitus esse videatur, dùm à femininâ terminatione nunc petit necessarium argumentum. Quia ex singulari numero **קשית** **מארה**, Genes. XXXI. 19. intelligitur ferè nomen speciei, aliàs plurale expressum videretur **מארה קשית**.

XVII. Leviora sunt quæ porrò urget Bochartus. Nempe, cum de ovibus vel agnis fermo est, semper adhiberi voces **כבש**, **כבשה**, **איה**, similes, nunquam voce **קשית**. Nec ullum in vicinis locis hujus vocis vestigium esse: Undè valde verisimili conjecturâ se colligere, nunquam ab Orientis populis eâ notatione usurpatam. Hæc ille. Et primo quidem negat usum vocis contra Veteres omnes, Hebraicè utique non indoctos, quales ei LXX. Chaldæus Onkelos, Aquila, Symmachus, Theodotion, Syrus, Arabs, Samaritanus, Hieronymus, & novissimus Aben-Ezra. Undè hi **קשית** ovem vel agnum esse somniarunt? Quod nec Hebraizantium ullus nostrâ ætate negare sustinuit non Dreyfus, Buxtorfius, Waserus, Waltonus, Hottingerus, &c. suprâ nominati. Quanquàm hi vocem & de ove, & de immo ove signato, interpretentur. Deinde negat id ipsum Bochartus planè levissimo argumento: scilicet, obscurum esse vocis hujusce vestigium in vicinis linguis, rationem etiam significationis obscuram. Esto! Quasi verò omnium apud Hebræos, Chaldæos, Syros, vocum aut significationum clari

ratio certissima possit. Notæ innumerae quarum etyma obscura, vel certè coacta, erudita magis quàm solida. Nec omnium quæ designant animantia, ipse Bochartus rationes affert, minùs tales quas omnibus probet. Sic **קשית** vel **קש** de ove fatetur originationis obscuræ; porrò **קשית** quid sit nescimus. Sic voces **קשית**, **קשית**, de ovibus, sunt Etymologiæ incertæ. Nec Hebræorum voces omnes originari semper ex harmonicis Linguis possunt, quicquid tentaverit præ reliquis Vir summus. Hinc sufficit usus vocis, tot auctoritatibus comprobatus. Verùm hinc serra reciprocanda est. Quæ certâ ratione, quove in vicinis linguis vestigio, fit ut **קשית** pro nummo, vel **מארה** supponat apud Virum doctum? Hic jam sagaciter conjectat. Et conjectura quidem de **מארה**, ex versione Græcâ, antè discussa fuit. Accedit ejusdem alia, ab Etymo vocis. Nempe **קשית** formatum ex Chaldæorum **קש** quod sonat veritatem, Hebræis **קש**. Attributum hoc non infrequenter esse ponderum, ut **מארה** veritatis, id est, justa. Sic **קשית** dictam esse monetam quæ habet justum pondus, aut etiam monetam sinceram & ἀκρίδηλον, ut opponeretur adulterine, quam Hebræi vocant **קש** **מארה** monetam falsitatis. Hinc generale probe moneta attributum ad certam speciem translatum, quæ ideo dicta **קשית**, quod maxime esset sincera, & ex auro, vel argenteo purissimo conflata, vel quod in eâ pondus rigide & exactè observaretur: Quæ nonnullis ibidem exemplis illustrat. Doctissimè omnia, ut solet, an accuratè, videamus. Primò, originationes id genus illustrent magis quàm probant, estque ista recentium Hebræorum, ut observationem R. Akibæ firmarent tali Etymo. Undè fatetur Lyræus de nummo intelligere demùm Hebræos modernos. Secundò, vanitas originationis vel inde liquet, quod sic **מארה** in **מארה** commutetur, puncto è sinistro cornu, in dextrum translato. **קשית** sanè veritas est, at vox nostra est **קשית**. Quare errorem attribuit Bochartus Masorethis, qui nullâ (ut puto, inquit) necessitate adducti, punctum è **מארה** è dextero cornu transtulerunt in sinistrum. Sed id ipsum gratis. Et quid non tandem confici poterit, si de punctatione in hunc modum pro arbitrio statuerimus? Rectè ergò addidit, si liceret per Masorathas. Tertio, **קשית** **קשית** in sacris ad monetam vel nummos relatum nusquam legimus. Nec vehementer justum pondus spectatum in numulo unius oboli, qualem esse **קשית** consentiunt Hebræi & Philologi recentiores. Absurdum ergò hunc exiguum nummum, unam hanc speciem tam inusitatam, venisse hac appellatione, à justo pondere. Hinc factum dicit Bochartus, **קשית** de causâ, quæ nos lateat. Ergò incertum per incertius confirmatur. Quòd verò fingit fuisse monetam ex auro vel argenteo purissimo conflata, hinc non exigui valoris, de suo habet, sine auctoritate ullâ, imò & suprâ confutatum est. Tandem, æquè **קשית** à Chaldæorum **קש** derivari potest, quod ornatum notat, quàm à **קש** quod veritatem; quin prior originatione Jonathani & Hierosolymitano Paraphrastis placuit, reddentibus margaritam. Nec deessent significata alia, ex quibus quidvis ex **קשית** conficiemus, si conjecturis res agitur. Quomodo **קש** Chaldæis est jaculari, item **קש** radix vel frutex gratissimi odoris, aliàs Costus, quo delictatas fuisse oves dici similiter possit. Nihil ergò hæctenus Vir ille quod sit ejus ponderis, ut Versiones antiquas omnes evertat.

XVIII. Postrema ejus conjectura talis est, cui se non multum fidere profitetur. Et jure merito quidem. Quærit, undè factum ut oves vel agnos reddiderint Veteres? Suspiciatur jam in loco Genes. XXXIII. 19. scriptum fuisse **בן קשית** (loco & **במארה קשית**) duobus kaph se mutuo sequentibus. Hinc aliter kaph suppresso vocem **קשית** mutatam esse in **קשית** vel

Lib. II. C. XLIII. sub fin.

Part. I. Lib. II. Cap. IV. Part. II. Lib. II. Cap. XVII.

vel **שיתא**, quæ ovem dicit. Sed quicquid sit de loco *Genes. xxxiii.* quid jam dicet de loco hocce nostro, *Job. xlii. ii?* An & hic mendum irrepit, & lectum **שיתא** pro **קשיטה**? Nam oves vel agnos, omnes pariter Jobi Interpretes reddiderunt. Præterquam prioris mendi in Codicibus antiquis, quos usurparunt Hellenistæ, Chaldæi, Syri, Samaritani, ut legerint **שיתא**, vestigium nullum adpareat. Et nihil tale Masorethæ. Nec una sic mutatio accidisset voci, sed plurium literarum. Imò verò **קשיטה** constanter lectum, tribus in locis, quod interpretati sunt cum Chaldæo **הורפא**, vel ut Abenezra **קנשה קננה** *pecudem parvam*. Interim nasi critici verè laudem meruit Vir summus.

XIX. Porrò nihil obest causæ nostræ locus *Actor. vii. 16.* Stephani scilicet interpretatio, qui **שיתא** *centum Kesitah Gen. xxxiii. 19.* reddere videtur per *τιμὴν ἀργυρίου* pretium argenti. Undè *Kesitas* fuisse numi vel monetae speciem, nisi (inquit Bochartus) aureas vel argenteas Mandrabuli agnas intelligas, aut oves quas in crumenam dicit se condidisse Strabon in *Planti Truculentio*, id est, ovium à patre venditarum pretium, xx. minus. Et certè unus hic locus Christianis Interpretibus persuasit **שיתא** fuisse argentum, vel monetam argenteam. Ego verò Stephanum expressisse eam vocem, aut respexisse emptionem à Jacobo factam nego. Ac sapiusculè mirari subiit, statuisse utrumque Viros Doctos, vi cùm Textui illatà tum historici.

1. Difertè Stephanus, ὁ ὠνήσατο Ἀβραάμ, de monumento quod emit Abraham, nempe *Gen. xxi. 11. 15. 16.* Nec aliter ulli unquam Codices, ut quæ diversa hic introducitur lectio, dispunctà voce Ἀβραάμ, nitatur Massi, Bezae, similibus, merà conjecturà. His tamen accedit Bochartus, scriptum fuisse simpliciter ὁ ὠνήσατο, scilicet Jacobus, nomen verò Ἀβραάμ à sciolo primùm positum in margine, deinceps irrepisse in Textum. Sed quo documento? quibus testibus? quo vestigio in Codicibus antiquis, aut Patrum priscis monumentis? Quemadmodum hujusmodi documentis facillè constat irrepisse, verbi gratià, vocem *Καὶνὰν*, in contextum Lucæ, *Cap. iiii. 36.* Atque hinc factum, ut retentà voce Ἀβραάμ, existimarent alii Avum supponere pro suo Nepote, quomodò David pro Roboamo, Roboam pro Abià, David pro Christo. Quum tamen Jacobum perpetuò expresserit Stephanus, quotiens illi sermo de singularibus actibus Jacobi. Nec sufficiens ulla ratio insolitæ permutationis nominum, & confusarum emptionum, in stylo historico, apud Judæos errorem indè impacturos Stephano. Dispar etiam exemplorum allegatorum ratio est, ut liquebit loca collaturis. Hinc legendum alii quidem censuerunt ὁ ἔβραάμ, scil. ἐβραον, Jacob nempe, & ita Capellus; alii non minùs coactè & planè ellipticè τῷ Ἀβραάμ, in casu obliquo, ut Ludov. de Dieu, scilicet emptum hunc agrum Abrahamo, tanquam partem hæreditatis illi promissæ; alii verò conjectarunt de utroque agro sermonem esse, ut Pererius, Junius, sequaces. Tam visà est temeraria dispunctio illa vocis Ἀβραάμ.

2. Si dispungatur nomen Ἀβραάμ, legaturque simpliciter, ὁ ὠνήσατο, fuerit oratio Stephani planè hiulca & obscura. Nec Jacobus, de quo priore versu, subjectum est vel immediatum, vel unicum. De pluribus sermo est, Jacobo & Patribus, qui dicuntur *πληθυντικῶς* mortui, translati, positi in monumento; tum sequitur, quod emit, ubi repetendum fuit Jacob, si de emptione Jacobi.

3. Adde, meminisse Stephanum ἔ μνήματι. sepulchri, quod emit Abraham. Et sanè de sepulchro empto historia extat *Genes. xxi. 11.* in quod mox Sarae reliquæ illatæ: de sepulchro autem empto *Gen. xxxiii. 19.* nulla mentio. Imò verò emptus

tum ager à Jacobo, non sepultura sed habitationis ergò.

4. Convenit emptioni Abrahamicæ illud *τιμὴς ἀργυρίου*, quando tum indefinitè de pretio argenti expressa mentio *Gen. xxi. 11. 9. 13. 16.* tum definitè de 400. siclis argenteis, *vers. 15.* Contrà argenti nulla mentio *Gen. xxxiii. 19.* nec de argento intellexerant ei LXX. quorum insitit plerumque Versioni Lucas, neque vetustissimi quotquot sunt Paraphrastæ. Nec satis est gratis supposituisse, quod desinissent tum res rebus permutari, de quo in antecessis.

5. De monumento etiam sermo, in quod illatus Jacob Patriarcha, illati & Patres seu filii Jacobi, translatione factà ex Ægypto. Atqui de Jacobo exertim Moses, translatus in Terram Canaan, & positum in sepulchro quod emerat Abraham *Genes. L. 13.* Hebrone scil. in quo & sepultus Abraham, & Itaacus, & Sara, *Genes. xlix. 29.* Sed & de Jacobi filiis, uno Joespho excepto, exertim Ἀρχαιολόγος, *Lib. 11. Cap. iv. sub finem.* Τελειώσι ἡ αὐτῶν ἡ οὐδὲ ἀδελφοί, ζήσαντες ἐδάμναον ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου. ἡ τέτρωτο μὲν τὰ σώματα κομισαίτες μὴ χερόν αὐτῶν οὐδὲ σπογγοῖς ἡ οὐ παῖδες, ἐθαψαν ἐν Χεβρώνι. Moriuntur ejus & fratres vitâ feliciter in Ægypto transactâ. Et horum quidem corpora aliquo post tempore transferentes filii & nepotes, sepeliverunt Hebrone. Quod enim Clariss. Bo-

chartus ex Hebraeis recentioribus, & commentis Cabbalisticis in vocibus **ארבא** Arbah, & **ישראל** 435.

errorem adscribit Joespho, qui Hebronem scripserit pro agro Sichemitarum, infirmum esse videtur. Nam *Jos. xiv. 15.*

& causâ alia in contextu Josuæ, cur Hebron olim dicta esset **קרית ארבע**, & illud ipsum de sepultis inibi Adamo & Eva fabulam Judaicam arguit, & quicquid vel Orientales, vel Eugefippus, vel Tudelensis, vel Cippi Hebraici de Patrum monumentis referant, pleraque vel incerta esse vel commentitia res ipsa docet. Nec semel imposuerunt, in hujusmodi traditionibus, Judæorum magistri Hieronymo. Rectè ergò, post Joesphum, Stephanus de Jacobo & Patribus, nec efferre aliter potuit, ἐτέθησαν ἐν τῷ μνήματι, ὁ ὠνήσατο Ἀβραάμ τιμὴς ἀργυρίου.

6. Non igitur Jacob, non Patres, sed unus Joesphus sepultus memoratur Sichemi, in agro quem emit Jacob, *Jos. xxiv. 32.* & ratione quidem peculiari, quia hic cesserat Joespho ex donatione Jacobi, *Gen. xlvii. 22.* Unde si quæ hic putanda ellipsis, aut si quid excidit ex verbis Textûs, omnino supplendum in verbis postremis, ἔτεθον τὸ ἔμμορ ἔμμορ, præter illud filiorum Emmor, in quo scilicet sepultus Joesphus. Et de facili est, ut inscitia librarii articulus τὸ exciderit, ob concursum articuli alterius in τῷ ἔμμορ. Quin hæc ellipsi nihil frequentius esse in contextu Græco Novi Testamenti tyrones didicerunt. Videantur quæ subnotarunt alii ad loca *Matth. i. 11. xxvii. 9. Actor. vii. 14.* &c. Quanquam articulum τὸ expressum à Lucâ fuisse indubium sit. Nec tamen placet, quod Pererio, Villalpando, Fr. Junio, aliis, Jacobum intelligi positum in priore monumento, filios in posteriore, quum & Jacobus & filii dicantur positi in sepulchro Abrahami, præter illud filiorum Emmor, in quod unus Joesphus illatus videtur.

7. Nec obstat quod dicuntur translati εἰς Συχήμεν in Sichem, quia immediate translatos in Hebron nulloquam Scriptura S. Ergò in Sichem prius terræ Canaan, ubi erant filii Hemor ab antiquo amici, federati, ubi Israëlitis possessio hæreditaria, indeque in Hebron & speluncam Abrahamicam, medios inter Hettæos, Gentem impiam & alienam, Sichemitarum ope & ductu facta translatio est. Hinc rursus constructio facilis, & solutio expedita, si ἔτεθον τῷ ἔμμορ ἔμμορ referatur non ad proximum ὠνήσατο, sed ad antecedens ἐτέθησαν, quod viderunt alii. Nihilque necesse fuit, ad scopum Stephani, ut exprime-

1 Reg. xii. 16.
1 Reg. xv. 6.
Jerem. xxxix. 9.
&c.

meretur à quibus *emisset* Abraham monumentum, sed potius à quibus Patres, antè occupatam terram, *positi* essent in illo monumento. Nisi prior solutio magis placeat, ut *ἡ* τὸ sit *exceptivum*, *prætor illud* quod emptum à filiis Hemor. Quæ utraque conciliandi ratio simplex, plana, exurgens nativâ quâdam facilitate, nec inferens in Textum, neque dispungens, ut reliquæ omnes.

8. Quod si mendosus fuerit Contextus, quocunque tandem casu, nullo aut Stephani errore aut Lucæ, planum est nihil saltem mendii subesse in verbis, ὁ ἀνήσαλο Ἀβραάμ τιμῆς ἀργυρίου. Quando de illo ipso sermo est monumento, quod *emit Abraham*, in quo sepultus *Jacob*, in quo *Patres*, filii nempe undecim Jacobi, præter ipsum Abrahamum & Isaacum. Undè necessariò colligetur, ut consulsâ pridem à librariis utraque emptione, memoriæ insigni lapsu, *filiis Hemoris* expressi fuerint loco *Hebronis Hettai*: sic fortè *Sichem* loco ἢ *Hebron*, vel *Canaan*. Quidni igitur æquè sic liceret emendare? καὶ μετέθεσαν εἰς Χαναάν, vel Χεβρών (nisi malis retinere *Συχέμ*, quo primùm translati, hinc Hebronem) ἢ ἐτέθησαν ἐν τῷ μνήματι, ὁ ἀνήσαλο Ἀβραάμ τιμῆς ἀργυρίου ἢ ἡν Χετ, pro quo substituta vox *Ἐμμὸρ*. Et quum fortè addidisset nonnemo ad marginem ἢ *Ἐφρών*, ut explicatiùs redderet à quo emptus esset ager *in filiis Chet*, scilicet ab *Ephrone*, pari rursùm errore pro ἢ *Ἐφρών* substitutum ἢ *Συχέμ*. Coactiùs enim dixisset Stephanus, *Ἐμμὸρ ἢ Συχέμ*, ut designaret *patrem Sichemi*, unico fortè haud absimili exemplo *Luc. xxiv. 10.* sed præter morem Hebraizantium. Quanquàm sic emendandi necessitas nulla, si legatur modò *ἡ* τὸ ἡν *Ἐμμὸρ*, ut est modò observatum.

9. Nec minùs mutationis aut vis inferunt, qui primò dispungunt vocem Ἀβραάμ, secundò subaudiunt illam *λαϊκῶς*, tertio contrà historiæ veritatem extendunt hoc modo ad *Jacobi & filiorum* sepulturam, quod verum est de solâ illâ *Josephi*, qui unus sepultus est in agro *Sichemitico*. Nam *Josephi fratres* istic sepultos Scriptura non dicit, imò positos fuissè in Abrahamico monumento cùm disertè *Josephus Historicus*, tùm res ipsa testantur, siquidem verisimilius sepultos cum *Patre & majoribus*, in monumento ad id destinato, in speluncâ spatiofâ, quàm in agro *Sichemitico*, in quo solius *Josephi* cineres post Terram occupatam ideò reconditi, quia peculiaris hæc ejus hæreditas fuit, ex *Gen. xlviii. Josue xxiv. 32.* & ex *Josepho*.

10. Tandem demus *Viris magnis*, sed liberaliùs quàm par est, agrum respici quem emit *Jacob centum Kesitis*, ergone aut *Kesita* sunt *nummi argentei*, aut certè *oves argenteæ*, vel *aureæ*, quia reddidit *Stephanus τιμῆς ἀργυρίου*? Taceo jam conjecturam doctissimi *Heinsii*, qui supplendum censet (ex *Versione ἢ LXX.* quam secutus fuerit *Stephanus*) τὸ ἑκατὸν ἀμνῶν post Verbum ἀνήσαλο, additis exegeticè verbis *τιμῆς ἀργυρίου*, pretio ad argentum reducto. Qui sanè hiatus fingi facillè potest, probari non item. Neque verò id fingere necesse est. Fuerint pretium agri *Sichemitici* (uti sanè fuerunt) *centum oves*, quibus abundabat *Jacob*, quarum & studiosi *Sichemitæ*, *Genes. xxxiv. 23.* quibusque res emi aut permutari eâ ætate, usque in locis, non infuetum, ergone absurdè *Stephanus* reddiderit *τιμῆς ἀργυρίου*? At vero oppositè sic redditum ego quidem sentio. Nam vera emptio fuit, & quæ *oves* datæ sunt, fuere loco *pretii*. Omne autem *pretium* vel argentum est, vel argento æquipollens, & reduci ad argentum solet. Sic *centum oves* adæquatæ certo *argentorum* numero, quibus tùm vènire illæ potuissent. Quamvis igitur *ovibus centum* ager ille comparatus fuerit, nihil obstat quo minùs diceret *Stephanus ἐκ πλάτῃ*, & te expressâ, comparatum *pretio argen-*

ti. Quidni dixit aliàs *ἑκατὸν ἀργυρίου*, si *Kesita* interpretari voluit *argenteos*? Sic pecuarius vel lanio, qui hodieque decem bobus, aut centum ovibus, rem acquireret, diceret sibi multo argento, aut magno pretio, coactare. Sic *Strabax* ille apud *Plautum* pro eodem habet *oves*, & *pretium* ovium, vel argentum ex ovibus, undè se illas condidisse in *crumenam*: Pecunia ad hanc collo in crumenâ obligata de- In Tru-
fero. Nec exemplis opus in re omnium clarissimâ. culc
Et quia hic *pretio argenti*, igitur quod argento æquivaluit. Hactenus rationum & argumentorum satis. A& v.

11. Sed neque auctoritate hæc sententia deficit. Vidimus *Versiones & Paraphrasés* omnes antiquas, & novissimas quasdam. Sic in *Veteribus*, *Pseudo-Origenes*, *Hieronymus*, *Beda*, *Olympiodorus*, quorum posterior censet *agnos* ad *Jobum* delatos, *ἡ* τὸν *δυναστεύσαν* fortè ad *convivium*, sed ἀσὸχος. In Ad hunc Scholasticis *Commentatoribus* omnium insitar fuerit loc. Aquinas, qui vult occurrisse *Amicos & Consanguineos* *Jobi duplici jactura*, tùm *animalium* in *Campis* oblati *ovibus*, tùm *supellectilibus* in *Domo* oblata *inauri*, vel *armillâ*. In *Hebræis* *Aben-Ezram Chaldaeo*, *Syro*, *Hellenistis* accedentem intelleximus, Nec aliter *Tostatus Abulensis*, *Pagninus*, *Vatablus*, *Ben. Pererius*, *Dav. Pareus*, & ne numero certem, *Joh. Bapt. Villalpandus*, qui est *Hugoni* Ad Grotio, *Vir admirabilis diligentia*, *Linguarum Latine, Græcæ, Hebræicæ, Chaldaicæ peritissimus*. Hunc Cap. xl. Ezech. vide in Apparatu Urbis ac Templi, ubi ex numorum Tom. censu τὸ πρῶτον jure dispungit. Sed & novissimè *Edmundus Castellus* in *Lexico Heptaglotto*, Lib. II. in quod post superiora jam à me scripta fortè incidi: Disp. IV. Cap. xxv. *Recentiores tantum Numum exponunt, quia A& v. 17. ager pretio argenti dicitur emi, repono, igitur non ipso argento. Etiam de aliâ emptione ibi agitur.*

CAPUT XII.

De Curriculum annorum Jobi.

BREVIARIUM.

Questionis ratio duplex. Sententiarum classes. Verba textus Jobi XLII. 16. Ut variè lecta. Versionum collatio. Anni cxi. an de toto vita curriculum? Rationes negantes. Generationum in Sacris intervalla. Qui annos Jobi vitæ extendant. Calculus Græcorum expensus. Ejusdem ἀνίστατο. Qui vixisse annos cxxl. Hypotheses itidem falsæ. Qui annos cxxvii. Qui annos vite Jobi commensurari habitationi in Ægypto. Computum Judaorum. Fundamenta illius. Eversa. Calculus Petavii. Jobum accessisse ad annos cc. Demonstratum. Dubia quadam discussa. De *Macrobii* infra *Mosem*. De ætate *Phineæ Pontificis*. An longè excesserit annos ccc? *Scaligeri*, *Seldeni*, aliorum assertiones. Prolixè confutata. *Synchronismus Historiæ*, *Jud. xix. xx. Τετρολογία* in libro *Judicium*. *Causa*. *Argumenta varia*, & *invieta*. *Exempla vitæ longævitas*. *Dubia illa aut fabulosa*. *Regionum quarundam prerogativa*. *Error alius Scaligeri de annis Sara*. *Magistrorum de Phineâ commenta*. *Verum tempus bellis Benjaminitici*. *Josephus*, alii laudati. *Scaligeri inconstantia*. *Affectus*. *Modus vite Jobi an planè extraordinarius*? *Terminus vite ætate Mosi*. *Non fuisse annos lxx. vel lxxx. Psalmus xc. declaratus. Mosi tamen adscriptus.*

I. Specialem huic dubio, nempe de extensione vite Jobi, seu de annorum numero quos in vivis exegit, dissertationem debuimus duplici nomine. 1. Ob miram Interpretum, si usquam aliàs, dissonantiam. 2. Quia hinc quoque judicium est de

Antiq. Lib. II. Cap. IV. in fin.

de mundi ætate, quâ vitalem duxit spiritum patientissimus mortalium. Ad duas porro classes sententias omnes contrahimus, quarum aliæ recedunt à Codicibus Hebræis, aliæ lectionem Hebraici Codicis supponunt.

II. In hocce quidem, exprimuntur modò illi anni, qui exceperunt restitutionem, non qui casum præcesserunt, scilicet **מאה וארבעים** *centum & quadraginta*, Job. XLII. 16. Hebræum Codicem exprimunt quoque Syrus, Aquila, Symmachus, Græcus Complutensis, & Vulgatus Latinus. At *ol* LXX. vulgò, vixisse Jobum post plagam *ἐτη ἑκατόν ἑβδομήκοντα* *annos centum & septuaginta*; quam lectionem sequuntur Græci scriptores Athanasius, Chrysostomus, Olympiodorus, Suidas, alii. Arabs à Syro & Græcis diversus habet, vixisse Jobum post id temporis annos CXLVI. Neque sat fuit Græcis recessisse in eo à nostris fontibus, quinimò addidit in super, omnes annos vitæ Jobi fuisse *ἐτη Δακρύσια τεσσαράκοντα*, *ducentos quadraginta*, vel secundùm Codices alios, *Δακρύσια τεσσαράκοντα ὀκτώ*, *ducentos & quadraginta octo*, ut etiam habet Codex omnium antiquissimus editus à Patricio Junio. Quæ tamen nec sunt in Complutensi Codice, nec in Versionibus reliquis, Hebræum secutis textum, quæque si authentica forent, hæc nihil opus esset disquisitione.

III. Hinc pro variâ lectione ac diversitate Versionum, pro variâ etiam hypothesi, de annis antè calamitatem exactis, deque iisdem à calamitate præcisè duplicatis, aut non duplicatis, itum quoque fuit in diversa. Illorum ante omnes alios sententiam obelo configimus, qui annos CXL. Hebraicæ lectionis, interpretati sunt, non de annis vitæ felicioris à restitutione, sed de annis Jobi simpliciter, ac toto vitæ curriculo. Errorem arguunt haud pauca. 1. Vis aperta infertur Textui, in quo est vixisse Jobum annos totidem **מאת וארבעים** *post ea* scilicet quæ de restitutione memorantur. Et hic stylus est Scripturæ Sacræ in vitis Patriarcharum, aliorumque quos refert, designare annos quos transegerunt v. gr. *post* genitos filios, *post* hæc & illa gesta. 2. Pugnat idem cum additâ historiâ, nempè vidisse *post* hæc Jobum *quartam* generationem. Etenim de Josepho, exempli causâ, nato annos CX. dicitur, vidisse cum *tertiâ* generationem, Gen. L. 23. nec vulgari fortè exemplo. Deme jam ex Jobi annis CXL. annos inimum L. vitæ prioris, aliquot item annos statûs calamitosi priusquam de novo gigneret, intrâ eos annos qui supererunt haud solitæ, eâ ætate, *quatuor* generationes arctari. Nam verbi gratiâ, ab Abrahamo ad Mosem nonnisi *sex* generationes supputantur, & fluxere tamen à nato Ilaaco ad natum Mosem anni inimum CCCXX. Sic tempus moræ in Ægypto, quod nonnisi *trium* generationum intelligitur, non uno exemplo, fuit annorum CCX. vel CCV. Sic Nehemias, Historiæ suæ Cap. XII. numerat à Josuâ summo Pontifice, tempore edicti à Cyro facti *Esdra*. II. 2. ad suam ætatem *quinque* generationes, inter quas generationes quinque intercesserit totum tempus Monarchiæ Persicæ, id est, ultrâ annos CC. Sic tempore Herodoti tres *genera* dictæ constituere seculum, singulæ annorum XXXIII. Quandoque Patriarchicis temporibus fuere singulæ annorum C. quandoque LXX. aut LX. L. XL. vix infra XXX. plerumque supra, imprimis ubi successivæ in familiâ aliquâ generationes attenduntur. Pessimeque intellexisse locum I *Chron.* VII. 20. & seq. quotquot putarunt Ephraimum vidisse *octavam* à se generationem, alibi docetur. 3. Sic etiam nihil singulare admodum fuisset in longævitate Jobi, eâ quidem mundi ætate, eoque in Orientis tractu; quum tamen Viri patientiam, & *menses malos*, rarâ longævitate, hinc signanter notatâ Scriptori sacro, com-

Verf. 16.

penfare voluerit Deus Opt. Max. 4. Adde, pugnare id ipsum cum Versionibus quibuscunque, omniumque consensione Interpretum, ac Chronologorum, Veterum recentiorumque, seu in Hebræis seu in Christianis, qui ad postremam ista periodum retulerunt. 4. Ex falsâ quinetiam id hypothese assertum, quasi aliàs fuisset in longævitate Jobi quidquam inauditum, vel portentosum, de quo pluribus modò.

IV. In aliud ivere extremum, qui annos eosdem CXL. putarunt non ab inchoatâ Jobi restitutione, sed à completâ eadem post multiplicationem bonorum, generationem liberorum, atque alia quæ *versibus* 12. 13. 14. 15. referuntur. Ita J. Bolducus Commentar. ad locum, & quoque Genebrardus ad An. M. 2660. *Et vixit Jobus annos CXL. nempè post quàm genuit*: Planè ut idem Genebrardus, eodem loco, annos Amrami centum triginta & septem, Exod. VI. 20. inchoari vult non à nativitate ejusdem, sed à tempore geniti Aaronis & Mosi. Cujus vanitas assertionis vel ex sequentibus patet. 1. Ex aperto nexu ac scopo verborum: Nempè describuntur initio Capitis antecedanea restitutionis Jobi, dein restitutio ipsa *versu* 10. tum modus restitutionis *versibus* sequent. ac tandem omne tempus quod à restitutione exegit. 2. Ex rei absurditate, quoad factam duplicationem immensarum opum antè inchoatos hos annos CXL. etiam quoad liberos decem antè horum annorum exordium non genitos modò, sed & educatos ad eam ætatem, quâ & fama eorundem regione totâ percrebuerat, & hæreditatem jam sortiti à patre fuerant, ut præcedit *vers.* 15. 3. Ex vitâ Jobi sic mirum in modum prorogatâ. Putant enim annos antè calamitatem *septuaginta*, annos item calamitatis vulgò *septem*; adde jam tempus illud omne quo modo dicta contigere, scilicet reditus facultatum, liberorum, tandem annos supra ista CXL. & fiet longævitas supra hominum fidem. 4. Denique ex vanis id genus assertionibus Genebrardi: Verbi gratiâ de annis CXXXVII. Amrami post genitos filios; de annis moræ in Ægypto CCCCXXX. de quatuor generationibus scilicet à Levi, Caatzi, Amrami, Aaronis & Mosi, exæquantibus spatium annorum CCCCLXXX. & si quibus nominibus aliis Chronologorum principibus, quod factum non infrequenter, vapulavit.

V. Terminum vitæ Jobi omnium deinceps longissimum figunt Græci, & qui horum calculis putant. Ex istorum enim hypothese vixerit Jobus annos CCLV. & ultrâ. Olympiodorus in Catenâ: τὸ ἴ πᾶν Δακρύσια πενήκοντα πέντε, *In universum autem anni ducenti quinquaginta & quinque*. Nempè fuere anni à restitutione, secundùm Codd. Græcos *centum & septuaginta*; undè, factâ dimidiatione, fluxere anni antè calamitatem *octoginta quinque*, quibus si addas totos annos *septem* ἐφ' ὅτι παρέχετο τὴν πληγὴν, fiet summa annorum CCLXII. Sed, inquires, numerant modò Codices Græci annos vitæ in universum CCXLVII. Ita est, sicque rem expediunt Interpretes: Primò, *septem* annos calamitatis *μη καταλέγεσθαι* *ἄφ' ὅτι τὴν ἐκ τῆς πάσης οἰονεὶ νέκρωσιν*, id est, haberi ob perpeffiones in annis *mortis*, non *vita*; deinde, ex reliquis CCLV. rursùm detrahi *septem*, *ἵνα μυστικῶς τὸ ἐν τῇ πληγῇ χρόνον νοήσωμεν*, *ut mysticè tempus perpeffionis intelligamus*. Sed precariò ista nimis. Quare plerique maluerunt vitam Jobi universam circumscribere annis illis CCXLVII. suppositis nempè antè plagas annis completis LXX. post plagas annis CLXX. in plagis annis totis VI. Sic citati Codices *¶* LXX. & secuti eum calculum, in vetustioribus quidem Isidorus de *Vitâ & Morte Parr.* Cap. XIV. dein Joh. de Mandevil in Itinerario suo, & in recentioribus Bellarminus de *Scriptor. Ecclesiast.* ac Græcentizantes alii innumeri, quidam jam antè memorati.

VI. Quam

Cap. XIV.
Cap. LV.
De Script.
V. T. in
Jobo.

VI. Quàm verò omnes illi nitantur tenui tibici-
 ne, abeantque à veri specie, res ipsa docet. 1. Sup-
 ponuntur gratis anni præcisè LXX. aut etiam LXXXV.
 antè immisam plagam exacti, ex capite de dupli-
 catis annis post plagam, qui fuere centum quadra-
 ginta, secundùm Hebræos Codd. vel CLXX. se-
 cundùm Græcos. 2. Supponuntur itidem anni
 integri septem plagæ continuatæ, de quibus Capite
 superiori; seu includantur illi in annis Græcorum
 CCXLVII. seu, ex Olympodoro, insuper nume-
 reatur. 3. Frustrà quoque leguntur anni à restitu-
 tione CLXX. contrà fidem textus Hebraici, Syri-
 aci, Græci Complut. Latini, & quotquot ex He-
 bræis reddiderunt. 4. Anni quinetiam illi secun-
 dùm Græcos CCXLVII. Jobo in vivis transacti, pa-
 ri sunt habendi loco quo lacinia tota appensa Tex-
 tui, de quâ prolixè dictum est in antecedentibus.
 Præterquam nec eâ ætate, id est, proximè antè
 Mosaica tempora, portento caruisset ætas similis;
 neque enim aliter dicitur de Jobo, quàm de Abra-
 hamo, Isâaco, mortuum senem & saturum dierum.

VII. Contraxere alii nonnihil annos Jobi, tri-
 buentes nonnisi annos CCXL. Et ita Codices quidam
 Græci Versionis septuaginta-Viralis, quos sequuntur,
 in Veteribus, vulgò Athanasius, in modernis Sixtus
 Senensis, alii. Nihilo hi firmiori nixi fundamen-
 to. Illinc enim supponunt ex Hebræis passum præ-
 cisè Jobum anno ætatis LXX. (quæ media pars est
 annorum CXL. Hebraicæ lectionis, Job. XLII. 16.)
 hinc fingunt ex Græcis, vixisse post passionem an-
 nos CLXX. unde fiunt anni CCXL. Prius verò non ita
 certum, posterius pugnans cum Hebraicis fontibus.
 Quin si anni CLXX. plagas exceperunt, tum ex hy-
 pothesi de duplicatis annis, præcesserint plagas an-
 ni LXXXV. Deinde, sic nullum aut exiguum tem-
 pus relinquatur statui calamitoso, & durationi pla-
 garum. Præter incommoda jam suprâ indica-
 ta, & manifestam horum calculorum inter se pu-
 gnam.

VIII. Proximi his sunt qui Jobo tribuunt annos
 CCXX. aut CCXVII. Joh. Drusius, suis ad Sulpicium
 notis, Jobum ait vitam produxisse ad annum XX. su-
 præ ducentiesimum. Nempe supponit totidem annos
 moræ Israëlitarum in Ægypto, tum commensu-
 rationem annorum Jobi. Torniellus in Annalibus,
 & qui rem cum eo concipiunt, addunt XVII. su-
 præ CC. Nempe, passum Jobum anno ætatis LXXI.
 seu completo LXX. tum additos à passione annos,
 secundùm Codd. Hebræos, & Latinum, CXL. qui
 numeri combinati efficiunt annos CCX. tandem in-
 terferendos annos totos VII. plagæ continuatæ, un-
 de exurgunt anni CCXVII. Quæ sententia in hoc
 uno recedit ab Hebræorum illâ, tum quod volunt
 hi passum Jobum anno LXX. inchoante, Torniellus
 anno inchoante LXXI. tum quod annum modò uni-
 cum deputent isti passionibus Jobi, Torniellus an-
 nos septem, undè septennium illud suprâ calculum He-
 bræorum, de quo passionum septennio suprâ di-
 ctum fuit.

IX. Igitur expendendum venit Judaicum com-
 putum de annis vitæ Jobi ducentis & decem. Ita
 Seder-Olam Rabba, Talmudistæ in Tract. Bava-
 Batra, & constanter ferè Hebræi. Accedunt iis
 Pineda, Cornel. à Lapide, alii longè multi. Ra-
 tionem Judaicam deprehendimus triplicem, & ex
 rationibus asserti vanitatem. Prima est, quod Jobo
 addiderit Deus omnia duplicia, undè si vixit post
 calamitatem annos CXL. necesse sit antea vixisse par-
 tem mediam, annos scilicet LXX. Altera ratio est,
 pari intervallo describi vitam Jobi quo tempus ha-
 bitationis Israëliticæ in Ægypto, quod ex commu-
 ni ferè consensione est annorum CCX. ut natus sit
 Jobus ipso anno descensus, mortuus ipso anno ascen-
 sus. Quamvis Pineda, à Lapide, alii, quotquot pu-
 Tom. II.

tant annos peregrinationis CCXV. mortuum censent
 Jobum annis V. antè Exitum; Mosis anno LXXV.
 Tertia denique ratio est, illa R. Salomonis ex loco
 Num. XIV. 9. סר צלם מעליום, recessit umbracu-
 lum eorum ab ipsis, id est, Cananæis, quod inter-
 pretatur de excessu Jobi: qui fuisset paulo antè ea-
 rum gentium velut umbraculum, suâ virtute, pietate,
 sed qui recessisset suo è vivis excessu, circa tempus
 egressus ex Ægypto. Inania quidem ista, & talium

— valeant mendacia vatum.

X. Primum de annis duplo seu altero tantò, non
 plus minusve, adauctis, vanissimum esse commen-
 tum ostendimus. Alterum, de adæquatione seu Cap. x.
 commensuratione vitæ Jobi & habitationis in Æ-
 gypto, pari temeritate assertum, ratione nullâ de-
 monstratum est. Vixque Jobum natum videri, quo
 tempore Jacob Ægyptum adiit, vel ex ætate Eli-
 phazi, Esavi ex Themane pronepotis, Jobo autem
 majoris, suprâ visum. Certè annus natiuitatis Jobi
 definiri nonnisi ab audacibus ingeniis potuit, hinc
 neque annus mortis. Neque ulla Jobi, agentis in
 extremâ Arabiâ, ad Israëlitas in Ægypto habitan-
 tes relatio est. Tertium, auctorem suum prodit,
 seu ineptientem Judæum. Quasi verò aut Jobus
 in Cananæis vixerit, aut aliud fuerit earum gentium
 umbraculum quàm Dei χρηστότης, ἀνοχή, μακροθυμία.
 Unde mirari subit propinasse has fabulas viros emun-
 ctissimæ naris. Dixit Romanus ille; ut quisque Græ-
 cè scit ita est nequissimus: dicendum pariter; ut quis-
 que ex Magistro sapit, ita est nugacissimus.

XI. Hæc cum probè intelligeret Chronologus
 non è multis Dionys. Petavius, statuit Jobum mor-
 tuum anno ætatis suæ CLXXXIX. quum permissus
 fuisset Satanæ anno vitæ L. In quo nihil notamus
 præterquam, 1. præcisam illam definitionem anni
 quo tentari cœperit, scilicet quinquagesimi. 2. arcta-
 tas perpeffiones omnes Jobi intrâ anni unum angu-
 stias. Hinc factum ut Vir summus Hugo Grotius,
 & qui alii acrioris iudicii, indefinitè pronuntiârunt,
 ad ducentos annos, paucis fortè exceptis, proten-
 sam fuisse vitam Jobi. Et his calculum nostrum ad-
 jicimus. Quod annorum intervallum evidentissi-
 mè colligitur, cum ex ætate quâ confictari cœ-
 pit, haud multo tum major quinquagenario, tum
 ex additis annis à restitutione centum & quadragin-
 ta, aliquot item annis statûs calamitosi. Quæ sin-
 gula satis superque ex superioribus constant. Et
 sic intelliguntur 1. Insignis Dei benedictio, suprâ
 ordinarium vitæ modum, quem tum statuerat Pro-
 videntia mortalibus, factâ collatione annorum Jobi
 cum annis Jacobi, Josephi, Mosis, Josuæ, &c.
 2. Ætas mundi quâ censerî debet Jobus, qui adeò
 quàm proximus fuit Patriarcharum temporibus.
 Quanquàm ejus ultima cum Mosis prioribus coin-
 cidisse videantur, de quo suprâ Capite IX. disquisi-
 tum est.

XII. Sed vixerit Jobus annos haud multum in-
 frâ ducentos, hæret scrupulus, num inde Jobi ætas
 & synchronismus Historiæ, qualem antè posuimus,
 rectè colligatur? Rationes dubitandi dari sequen-
 tes possunt. 1. Quod non defuerint, etiam à Mo-
 sis temporibus, μακροβιωτάτοι, seu longævitatatis sin-
 gularia & stupenda quædam exempla. Ita Phineas,
 Eleazari Filio, superstiti ut videtur à tempore Sam-
 sonis, in Historiâ belli ob pellicem excitati, tribuit
 Josephus Scaliger, in Elencho utriusque Orat. Pa-
 reanz, annos plusquam CCCL. Abulensis numerat
 annos CCCLXXV. alii quoque plures. Joh. Seldenus,
 de Successione in Pontificatu, omninò vult secun-
 dum vulgarem temporum rationem, Phineam ad-
 Lib. I.
 Cap. II.
 huc Pontificem fuisse CCC. aut circiter à morte Eleaza-
 ri annis. Nec abudunt Arias Montanus, Pertus
 Martyr, alii multi, cum plerisque Rabbiorum.

G

Sic

Cap. v.

Synopf.
 Cap.
 XVII.
 Bibl.
 Lib. I.

Ad An.
 M. 2406.

Cap. III.

Comm.
 in Job.
 XLII.
 Comm.
 in Gen.
 XXXVI.

Sic idem Jos. Scaliger, eodem in loco, extremam eam ætatem adscribit quoque *Sara filia Aser*, nepti Jacobi, quæ cum eo in Ægyptum descendit, *Genes. XLVI. 17.* vixeritque adhuc *ultimis temporibus mora in Deserto*, ex loco *Num. XXVI. 46.* Ne dicamus, verbi gratiâ, Tobiam Seniore, quem vixisse ferunt annos *CLVIII. Tob. XIV. 15.* aut Jehojadam Pontificem, qui explevit annum *CXXX. 2 Chron. XXIV. 15.* aut illos à tempore Captivitatis, qui anno *VI. Darii Nothi*, quo (ex hypothefi Scaligeri) Templum absolutum, superarant annum ætatis *CXXV.* aut innumeros ad genus, in omni historiâ, & in vivacioribus Gentibus, portentosa longævitas. *II.* Quod Jobo adaucti fuerint dies vitæ, longè supra communem sortem & ordinarium modum, exemplo planè singulari, ut hinc colligi mundi ætas nequeat. *III.* Quod non videantur anni *octoginta*, fuisse extrema linea Mosis ætate, ut vulgò creditur ex *Pf. XC.* Mofi adscripto; undè, quidquid sit de inscriptione, hic Psalmus non Mosis, sed Davidis potius, aut alterius cujuscunque esse videatur. Quæ fuerint *exceptionum* vice ad argumentum pro ætate Jobi superius allatum.

Cap. IX.

XIII. Verùm enim verò neque ista tanti sunt ut nostram, de Jobi antiquitate, illationem vehementer infirmet. Et quantum ad *vivacium ac longævorum*, post Mosaicam ætatem, data modò exempla, antè omnia certa ab incertis, vera quoque à commentitiis fecerenda. Multa equidem sunt, in hoc genere longævitas, scripta aut credita præter veri speciem, nec indubiis testibus. Hujusmodi fabulæ, de Dandone quodam Illyrico attingente annum *quingentesimum*; de Arganthonio Tartessorum Rege, apud Herodotum, de Nestore, de Johanne Armigero Caroli M. de Indo quodam Bengalensi apud Maffeuum & Lopez, de Americanis nonnullis apud Besannirum in Histor. Floridae, de Chinesibus variis in horum Annalibus, de nonnullis Persis, Saracenis, in eorundem Historiis, &c. superantibus (scilicet!) annum *trecentessimum* ætatis. Quæ affirmantium fide, facile intelligi potest, adversâ communi experientia. Nec multò certiora quæ supponit Scaliger v. gr. de superflite *Zorobabele* sub Dario Notho, invitis non *Beroaldinis* modò, sed *Petavio*, & doctissimis Chronologorum. Sic quæ idem de ætate *Tobia senioris*, ex Scriptore Apocrypho, cujus mendacia & fabulas operose *Rainoldus* notter perstringit. Ast verò falsissima sunt, quæ tuetur Scaliger de *Phinea Pontificis*, vel *Sara filia Aser*, portentosa ætate, quibus annos minimùm *CCL.* tribuit.

XIV. Neque pro *Phinea* illa vivacitate facit vel locus Judicum, vel *Josephi Scaligeri*, *Seldeni*, aut *Magistrorum* auctoritas. Quod dubium quando jam incidit, & retrò Eruditos exercuit, deciditque Scaliger (pro more) *ἀρχοντικῶς ἢ ἱερασιακῶς*, ita quoque ad illius discussionem observamus sequentia.

1. Supponitur gratis, Historiam Levitæ, (in quâ de *Phinea* superflite) & belli ob pellicem exorti, *Jud. XIX. & XX.* recenseri historicâ temporum serie. Imò tempus nullum expressum aut definitum, quemadmodum nec in alterâ historiâ *Micæ & Danitarum*, *Judic. XVII. & XVIII.* præterquam *nunc non fuisse Regem in Israël.* Nec à narrationis ordine ad ordinem temporis valere argumentum, reclamant supra omnes alios *Scaliger*, & hujusmodi *ὑστερῶν πρῶτων* Scripturarum totis plaustris congerit, in eodem *Elencho Chronologico: Scripturarum*: (inquit ille) *τὰ ὑστερῶν πρῶτων μινιμῶς nos movere debent, quia quo ordine quid referatur, modo confert veritas, aut nihili aut parum interest.*

2. Quæ ratio est *ὑστερολογίας* in præcedente Historiâ *Micæ*, *Cap. XVII. XVIII.* eadem & in sequen-

te esse videtur. Illa verò cum aliundè satis intelligitur, tum vel ex eo quod acciderit vivo *Jonathane*, filio *Gersomi*, *Judic. XVII. 30.* hinc nepote *Mosis*, *Exod. II. 22.* si audimus præstantissimos Interpretes. Undè si hi superflites post *Samsonis* tempora, vel *Gersom* vel *Jonathan* fuere itidem majores *trecentis* annis. Præterquam eo tempore *Tribus Danica* nondum fuit in possessionem missa suæ fortis *Judic. XVII. 1.* quod arguit tempus à *Josua* proximum, quo quæsitit sibi sedes, *Jos. XIX. 40.* *Dan* urbe (cui antè nomen *Lais* vel *Leshem*) tum expugnata, collato eo *Josua* loco cum altero, *Jud. XVII. 7. 27. 29.* Ut taceamus *Idololatriæ* primordia in *Micâ & Danitis*, undè priora & meliora *Judicum* tempora intelliguntur.

3. Accedit *ὑστερολογίας* causa non obscura; dum Scriptor persecutus primò est res sub *Judicibus* continuâ serie gestas, heroica nempè *Judicum* facinora, tum verò seorsim memorabiles historias, comprehensas quinque ultimis Capitibus ad calcem adjectis, non gestas sub ullo *Judice*, sed tempore *ἀναρχίας*, quum *nullus in Israël* seu *Rex* seu *Judex* *Jud. XVII. 6.* imperaret, ut de tribus historiis notanter dicitur. *XVII. 6.* Quod maximè quadrat in illud tempus quod vel *Jo. XVIII. 1.* *suæ*, vel certè *Othonieli* mortem excepit, longo *sa. XII. 1.* *tis* interregno. Et obvia sunt profanarum histori- *XII. 25.* *rum* exempla, in quibus hæc *Methodus* conspicua, ut referantur ad calcem, aut seorsim à reliquis, res non connexæ cum prioribus, vel non definiti temporis.

4. Sed præstò sint argumenta, in illâ ipsâ *Levitæ* historiâ, manifestæ *ὑστερολογίας*. Describitur enim *Jebus* civitas, postmodum dicta *Hierosolyma*, ut tota adhuc tum à *Jebusæis* possessa, ut cui nomen tum non aliud quàm *Jebus*, hinc civitas *extraneorum*, in quâ *non essent Israëlita*, *Cap. XIX. 10. 11. 12.* Quæ descriptio quadrat temporibus *Josua*, aut huic proximis, ex *Jos. XV. 8. XVIII. 28.* necdum scilicet expugnata eâ Urbe alterâ sui parte, ut factum à tribu *Judâ*, mox à *Josua* excessu, *Jud. I. 1. 7. 8.* A quo tempore habitantur sanè eò loci *Israëlita*. Et hæc ratio fuit cur non diverteret in eâ civitate *Levita*, cujus occasione bellum *Benjaminiticum* natum, quod nulli tum in eâ fratres, soli autem agerent *extranei*. Quo factum ut (sole quamvis occiduo) ulterius proficisceretur *Guibham* aut *Ramam* usque, in tribu *Benjamin*, undè hæc postmodum *lachrymæ*.

5. Arguit idem illa ipsa *Israëlitarum* contra *Benjaminitas* expeditio, de quâ *Cap. XX.* Constabat nempe *Israëlitarum* exercitus ex *quadringentis* armatorum *millibus*, *Benjaminitarum* ille ex *viginti sex* *millibus*. Quæ ex proeliantium multitudine facile colligitur non in eas angustias redactum tum fuisse *Israëlem*, ut subiret duræ servitutis jugum sub *Philistæis*, neque paucis *millibus* par esset, quemadmodum sub *Samstone* accidit. Undè rursus conficitur, accidisse rem florente *Israële*, haud ita dudum à *Terræ* distributione, atque à *Josua* principatu. Nec pro *400000.* legendum esse *40000.* ut quidam voluere, docet consensus omnium *Codicum*, *Hebraicis*; *Chaldaicis*, *Syriacis*, *Arabibus*, *Græcorum*, *Vulgati*: docet itidem proportio armatorum in unâ tribu *Benjamin*. Adde nondum videri defecisse eo tempore *Israëlitas* ad cultum *Idololatriæ*, sed servasse *Domino*, hinc ab iis consulto in dubiis, *Cap. XX. 18. 23. 26. 28.* Planè ut mox à *Josua* temporibus idem legimus factitatum, *Jos. XXIV. 31. Judic. I. 1. 11. 7.* *Idololatriâ* deinceps succedente, *Jud. II. 10. 12.* cujus primordia in *Micâ*, *Jud. XVII. & Danitis*, *Jud. XIX. 30. 31.* fuisse videntur.

6. Cum primis illa ipsa *Phinea* ut superflitis, quin & antè *Jonathans*, mentio, abhorret à postremis temporibus *Judicum*, & ætate *Heli*. Sic enim necesse

cessè fuerit fingere homines eâ quidem ætate, quâ intrâ seculum vita coërcebatur, ingressos *quartum* seculum, imò potissimam hujus partem emensos. Quod, ni ad fabulas recurat Scaliger, absurditatem sapit. Nota sanè exempla Senecionum, omni propemodùm ætate, & in variis gentibus, qui superato seculo marcescentem vitam protraxere, hi xx. illi xxx. etiam l. annos. Noti terrarum tractus, quos videlicet aut maria circumdant, aut habitati montes extollunt, aut salubrior aura perflat, in quibus non infrequens sesqui centuriam impleffe. Septentrionales, Britannos, Irlandos, Italos, Afros, Americanos, Indos quosdam, &c. leges apud Plinium, Antig. Caristium, Levinum Lemnium, Olaus, Buchananum, Baconem, Marmolium, Maffium, Lopezium, alios earum descriptores Gentium. Britannjæ & Irlandjæ novissima in harum *Naturali Historiâ* habes. Nuper in Rhætijæ montanis Pastor Reformatus functus adhuc est sacro ministerio, nec fractis viribus, anno ætatis suæ cxviii. fortè etiam nunc superstes. Quin, si fides relationi nuperæ cujusdam Almeidæ Lusitani, in regno Guianæ Americano, vivitur ordinariè ad annos *ducentos*, apud Monconium in *Itinerario*. Id genus tacemus alia, quæ quanquam mira, si tamen vera, longè abeunt à mensurâ cccl. aut ccclxx. annorum, quos Phineæ tribuerunt.

Part. 1.

Anim. Euf. DCCCLXI.

7. Sed ipse rei absurditatem profiteatur Scaliger. Certè in *Animadversionibus* ad Eusebium negat Phineas, summum Sacerdotem, fuisse eundem cum Phineas, de quo *1 Chron. ix. 19.* vel hâc ratione, quod *prodigiola fuisse* & *ἀπίστου longævitas*. Atqui sic nonnisi xl. fortè annis, ut monet quoque loco citato, Johannes Seldenus, prorogata fuisset Phineæ vita, si fuit idem superstes à Samsonis excessu. Et qui absque prodigio vixit annos plusquam cccl. ut supra Scaliger, quidni vixerit annos cccxc? Alibi Prolegomenis de *Emendat. Temporum*, negat idem, *Nehemiam* qui muros Urbis instauravit esse eundem cum Nehemiâ illo, *Esdr. ii. 2.* qui cum Josuâ Sacerdote, post edictum Cyri, venit Hierosolymam, hoc scilicet indicio: Quod aliâ vidisset *generationes quinque*, vixissetque ad tempora *Alexandri M.* id est, fuisset *ducentenario* major. Si autem Phineas superavit annos cccl. ad tempora usque Heli Sacerdotis, ex hypothesi Scaligeri, quidni hic patiat ut Nehemias superâsse censeatur annos cc? Hoc verò si difficilius creditur, uti sanè est, quanto magis prius illud de Phineâ?

Pag. XLIII.

8. Quin in eodem *Elencho Chronolog.* eodemque in loco ubi Phineæ meminit, errat similem errorem de ætate Sara filij Aferi. Hanc vult, pari auctoritate, superstitem extremis temporibus Peregrinationis in Deserto. Colligit hoc ex recensione quæ extat *Numer. xxvi. 46.* Quum tamen ne *γενε* istic de Sarâ tùm superstitite. Neque ibi aliud quam recensio familiarum in Tribu Afer, secundùm sua capita, Aferi nempe filios & nepotes, quâ occasione repetit Moses, *Afero fuisse quoque filiam nomine Sara.* Ast tùm in vivis fuisse, annis minimum à tempore ingressus in Ægyptum (quo jam memoratur Sara *Gen. xlvi. 17.*) ducentis & quinquaginta, haud dixit Moses. Planè ut eadem Sara alibi quoque recensita, *1 Chron. vii. 30.* nec tamen eo superstes. Undè talia multa minùs præmeditata animosè excidisse Scaligero constat. Cum primis non pauca in dicto *Elencho*, adversus Dav. Paræum Theologum summum, ex ἀμυγία quâdam & vehementiore affectu, Scaligero expressa, quæ sedato & composito haud scripturus fuisse videtur. Vir sanè in Literati orbis miraculis, sed qui

— cum magnis virtutibus adfert.
Grande supercilium.

Et ferè, quod cecinit Itolorum nonnemo,

— Il vago Atlante
Anzi lui non pareffe un picciol colle.

Parciore certè nimis æstimator Eruditorum sui temporis (præterquam unius Casauboni) in quos sæpè

— quidvis harum rerum conjicit
quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipex, asinus, plumbens.

9. Quare hujus origo asserti nugacibus Magistris debetur. Quos si audimus & alia de Phineâ memorant haud melioris notæ. Hujusmodi sunt: Phineam Sacerdotio fuisse exauctoratum, illique Heli successorem datum; Eundem esse cum eo Phineâ qui præfuit Janitoribus tempore Samuelis, longè adhuc vivaciorem, *1 Chron. ix. 20.* Imò fuisse ipsissimum deinceps Eliam per μελεμύχουσαν quandam; & quæ id genus commenta. Loca ex Rabinis, & Hieronymo in *Traditionibus*, habes apud Trad. in Scaligerum in *Animadv. Eusebian.* & Seldenum de Lib. Reg. *Successione*, loco citato. Quanquam nec Magistri omnes sic sensere, neque Hebræi vetustiores. Imò Historiam Levitæ & Belli Benjaminitici contigisse haud longè post Josuæ excessum, disertè Josephus *Jos. Αρχαιολογ.* Sic & Seder Olam Rabba, seu Chronicum majus Hebræorum. Et ex Orientalibus Said. Batricides, tradens post mortem Josuæ, *Phineam filium Eleazari fuisse Sacerdotem annis xxv.* Tacemus recentiores seu Chronologos seu Interpretes, in Pontificiis & Reformatis castris, qui *ὑπερολογίαν* probè intellexerunt. Et discessit à Scaligero suo Sethus Calvisius qui Phineæ tribuit annos cl. factumque refert ad *Ehudi* Judicis tempora post Josuam toto & amplius seculo, seriùs fortè quam par est, ex superioribus.

XV. Quæ verò certiora, à Mosaicis temporibus, habentur exempla vivacitatis, vix ulla sint, quanquam rarissima, quæ excedant sesqui-seculum. Heli ipse senio confectus vixit annos nonnisi xcvi. ut *centenariis* jam tùm essent in maximè longævis. Vixque acti deinceps per Romanos census ætatum, aut Historiæ nostrorum temporum, quibus aliqua debetur fides, assurgunt ultrâ annos cl. humanæ vitæ. Quæ hunc modum excedunt, fidem hoc ipso dubiam faciunt. Nos autem Jobo adscribere cogimur annos ferè cc. minùs absurdos creditur eâ ætate, quâ in alterum seculum vita communissimè trahebatur. Sed neque sola Viri longævitas arguit synchronismum Historiæ, verùm sociata eadem argumentis invictis, de quibus actum *Capite ix.* Ut itâ circumstantiæ omnes pari concentu clament Jobi nostri antiquitatem. Haftenùs de Macrobiis infra ætatem Mosis.

XVI. Reliqua quæ in præjudicium illius antiquitatis, stante Viri eâ longævitate, objecta sunt §. xii. faciliùs dissolvuntur. Jobi ætas (inquiunt) planè fuit extraordinaria, supra modum reliquarum sui temporis, undè non necessariò hinc anterior Mose. In promptu solutio est. 1. Colligi anteriorem Mose, non ex solâ ætate, sed ex hujus circumstantiæ collatione cum cæteris omnibus. 2. Si Jobus inferioris ævi fuit, non jam *extraordinaria*, sed planè prodigio similis fuisset ea vivacitas, ex antè observatis. Imò verò protensa fuit Viri ætas ultrâ ea claustra quibus vita jam antè Mosem coërcebatur. Et superavit nihilominùs statutum vitæ modum à tempore Abrahami, Isaac, Jacobi, quorum ille annum clxx. non excessit, Jobo nobis ducentenario, hinc *extraordinaria* etiam tùm longævitas. 3. Quanquam nec in Textu quidpiam est, quod dicat prodigium aut monstrum ætatis. Phrasis ordinaria, usurpata etiam de reliquis, *Jobum mortuum senem & saturnum dierum*, *Job. xlii. 17.*

G 2

Ita

Ita ergo *πανόσιος*, ut sine prodigio, sine miraculo, quo magis in eâ Arabum gente, quæ in vacillimis semper habita fuit.

XVII. Ultimum quod excepere, non fuisse Mosis ætate extremam lineam annum vitæ *octogessimum*, nec Mosis esse sed alterius, longè recentioris, *Psalterium* xc. nihil quidem obest causæ nostræ. 1. Grati subtrahitur *Mosi* scriptori, certè ad minimum auctori, illud Canticum quod *Mosi* constantissimè adscribunt Codices omnes, omnes Versiones, Paraphrasès, Interpretes, uno fortè aut altero cum *Aben-Ezrà* & *B. Augustino* exceptis. Et eantorem alium hoc *Mosis* nomine, qui viveret Davidis tempore comminisci cum *Aben-Ezrà*, frigidum omninò est. Prius tamen, de angustioribus istic terminis humanæ vitæ, quàm ferrent Mosis tempora, facillè damus. Neque respexisse videtur *Moses* ad terminum vitæ in communi, sed in particulari *Israëliitarum* in *Deserto*, quorum dies tum accisi supremi animadversione *Judicis*, & accelerata mors est frequenti rebellione, adeo ut ex *egressis Egypto* solus *Josua* & *Caleb* in *Canaanè* supervixerint. Aliàs sanè annum vitæ *LXXX*. *Moses* ipse totis octo lustris excessit. Superarunt eundem communissimè ejus ætatis, ac deinceps ejus temperantiæ viri, seculo majores aut certè proximi, *Josua*, *Caleb*, *Phineas*, *Heli*, alii sine numero. Ut non par sit *Mosem* descripsisse extremo hoc pomèrio vitæ spatium, aut posuisse hos limites *humane* sortis. 3. Quicquid verò, *Mosis* tempore, extrâ specialem quem respexit casum, annorum *centuriam* frequentè implerent, non tamen accessere ad annos vitæ *Jobi*, neque tum leguntur *ducentenariis*. Assurgendum ergo altius fuerit, ad *Patriarchicam* vel proximam huic ætatem, neque hic *Character* antiquitatis temerè sollicitandus.

CAPUT XIII.

De Fide & Theologiâ Jobi.

BREVARIUM.

Theologorum quedam lites intempestive. *Usus hujus* disquisitionis. *De Jobi fide* qua certa. *Qua* dubia. *Non fuisse Gentilem*. *Veteres* notati. *Auctor* nuperus. *Fides Jobi* undè nata. *Sacrificia* non ex jure natura. *Capita alia* in *Jobo* ex revelatione. *Doctrina* de Peccato Originis. *De Justificatione* Peccatoris. *Ex Jobo* utraque illustrata. *Idem an Trinitatem intellexerit?* *De fide in Messiam* Redemptorem. *Locus Jobi* XIX. *expensus*. *Mercerus*, *Grotius*, alii notati. *Referrè* omninò ad venturum Redemptorem. *Præfatio Jobi*. *Illustrata*. *Modus scribendi Veterum*. *Vox* *Goël*. *Ejus* *emphasis*, ipsi *Chaldeo*, *Magistris*, *Græcis*, *Theodozium*. *Hic de Goële* *ἐνδοξω*. *Prælixæ* demonstratio. *oī LXX*. *declarati*. *Quo sensu* *Jobus*, *tum vivere*. *Es staturum supra* *pulverem*. *Verba Hebræa* non uno modo declarata. *Πῶς* *adverbialiter*. *Grotii* *paraphrasis*. *Conferata*. *Goël* *videndus* *oculis Carnis*. *Exceptiones* *quinque*. *Discussa* *singula*. *Grotiana* *iterum* *rejecta*. *Non respexisse* *Jobum* *apparitionem* *Dei* *Job. xxxviii. i.* *Rationes* *invictæ*. *Quo sensu* *se visurum*, *non* *alium*. *Lux* *versui* *28*. *Novum* *indè* *argumentum*. *Resurrectionem* *carnis* *fuisse* *expectatam* *Jobo*. *Argumenta* *varia* *instita*. *Textus* *illustratus*. *Quid* *Chaldeo* *pellis* *inflata?* *Desperasse* *Jobum* *de* *sanitate*. *Spes* *illi* *postior*. *Exceptiones* *diluta*. *Argumenta* *alia* *assumpta*. *Paraphrasis* *verborum*. *Grotii* *inanis* *objectio*. *Judei* *recentiores* *cur* *locum* *aliò* *trahant?* *Non* *nos* *ab* *Hebræo* *discedere*.

Bened. Mætrorum, *Grotium*, &c. *Moderata* *con-*
cluso.

I. PRIUSquam à *Jobo* nostro discedimus, defleat xuri ad *Amicos* illius & *Pesteros*, paucula de viri *Fide* & *Theologiâ*, circumstantiarum omnium primâ & potissimâ, monenda esse videntur. Equidem otiosum ferè hodie est, Peccato primitus admissio, multa disceptare de statu *Imocentiæ*, antequam

Gens humana rueret per vetitum nefas.

Vix etiam, in clarissimâ hac *Euangelii* luce, sollicitos nos magnoperè esse oporteret de modo consolationis *Patrum* sub *Legis* umbris, & sufficeret sobriis mentibus omninò fuisse illis aliquam, pro eorum conditione temporum, eminè conspicatis τὰς *πρασείας*, *Hebr. xi. 13*. Undè ingenuimus non semel, nec sine aliquo indignationis sensu, ituffè esse in gravissimas super eò argumento contentiones, ab iis quos curæ propiores tangunt, hodiernâ dum temporis fides periclitatur. Neque tamen hanc reprehensionem illi incurrant, qui in illustrandis *Veteris Instrumenti* *Oraculis* operam subindè navant, iis maxime, quibus tanquam radiantibus gemmis distinctum reperitur, prout *αἰσθησῶν* *ἀσπῶν* *ἀσπῶν*. In quorum centu merito collocamus *Jobi* cum alias multas, tum decantatissimas voces, quibus *Vir* ille læcinatum tot doloribus pectus veluti sinâ visissimo oleo perfudit, præfatus momentum dicendorum, *Jobi* *xix.*

Verf. 25.

II. Quâ equidem *Jobus* fortitudine scienti fortunæ submisit animum, verè *τετραγύω*, aut *χαλκίλειος*, frangi tot casibus nescius, quâ fuerit in *Conditorum* rerum omnium *Deum* pietate, in *Providentem* fiducia, quo verborum eloquio *Dei* & *Naturæ* admiranda expresserit, ex *Textu* *Sacro* abundè liquet. Num verò agentis in reprobâ *Arabum* gentè, extrâ *Israëliticæ* *Ecclesiæ* fines, ante *Legis* umbras & *Mosaica* scripta, altius fides iverit; num *Euangelicæ* is quoque veritates intellexerit; num venturi *Redemptoris* seu *Necessitatem*, seu *Personam*, seu *Officium*, seu *Beneficia* apprehenderit, erectus spè *Vitæ* melioris, & *restitutionis* *Corporum*; prides anquisitum est.

26.27.28.

III. Gentilem fuisse *Jobum*, uti *Amicos* quoque, unum adeo è *septem*, qui in *Gentilibus* prophetarunt, *Hebræi* senserunt. Sic naturalè modò *Religionem*, qualis degenerum *Noachidarum* fuit, solùm naturalis usum luminis, *Jobo* adscribunt nonnulli *Patrum*. *Chrysostronus*, fecisse *φύσι τὰ ἔθνη*, τῆ *οὐδὲν* *ἐννοεῖν* *χρῶνται*, *naturâ* *quæ* *sunt* *Legis*, *nullo* *instituentè*, in *Proemio* *Cætæ* *Patrum*. Idem, *gratiam* *atque* *precessisse*, quia scilicet antè *Legem* vixerit. Ita ferè de *Jobo* ut *Gentili*, *Gregorius* *M.* in *Moralibus* suis ad *Jobum*. *Auctor* nuperus *Tractatûs* *Theologico-Politicæ*: *Hoc* *tamen* *con-*
jectio *Jobum* *Gentilem* *aliquem* *fuisse* *virum*, *et* *antimo* *constantissimi*, &c. Quin huic *Gratiæ* ac *Revelationis* defectui *Jobi* impatientiam, murmura, illorum plurimi tribuerunt. Non attendentes illi sanè 1. *Pari* *Jobum* *justitiæ* *laudè* cum *Noachè* & *Eliâ* celebrari, *Ezech. xiv. 14*. parique modo describi *Job. i. i. xlii. 7*. quo passim sanctissimi quique, in quibus fuit illustris *Divina* *Gratia*, & excellens fides. 2. *Legem* *scriptam* sic *precessisse* *atque* *Abrahamum*, & *Patriarchas* reliquos, nec eo tamen caruisse *Verbo* *revelato*, aut *divinâ* *Gratiâ*. 3. *Prodiisse* *Jobum* ex *scholâ* *Abrahami*, nec illi institutionem defuisse, ac traditionem *Patrum*, ut prolixius *suprà* demonstratum est. 4. *Nec* ex *Naturæ* lumine, sed ex *traditione* *Majorum*, & *Verbo* *ἀρχαῖον*, omninò habuisse *Jobum* ea *Capita* quæ mox recensebimus. Talia enim sunt quæ nescit è

Pag. 130.

ψυχο-

ψυχὴς ἀσάρκῃ, quæque caro & sanguis non re-
velarunt. Et fuit sanè antè Legem scriptam via
triplex propagandæ Fidei, Dei revelationes exter-
næ & apparitiones, Spiritus S. inspiratio interna,
& Traditiones Patriarcharum. Nec horum quic-
quam Jobo nostro defuit.

IV. Indubium igitur ex illorum numero fuisse
Jobum & Amicos, qui, extrà familiam Israël, Deum
summum ritè coluerunt. Huc referri debet
cultus per sacrificia, quorum sanè rectum usum in-
tellexit Jobus, offerens procul dubio fide, ut de A-
bèle enuciavit Apostolus, Hebr. xi. 4. Sic legun-
tur sacrificia Amicorum, divinitus cum imperata
iura approbata, Job. xlii. 8. 9. Quæ duo, Dei
videlicet mandatum, & promissio, sunt basis fidei,
ex quibus demùm nascitur πληροφροσία, ἐπιδόσεις ἢ
ἐπιφορμῶν, παρηγορία, θάρσος, καύχησις, θεο-
λαβεία. καὶ τὴν εὐρίαν. Nec ex jure natura fluxisse
primævum usum Sacrificiorum, determinatam hanc
cultus speciem, oblationem scilicet rei brutæ, de-
structionem victimæ, transpositionem pœnæ in eam-
dem, substitutionem tam vilis rei, cum divinæ ac-
ceptionis fiducia, (quæ tamen Dei cum ἀνταρξίαν,
tùm vindicem justitiam in speciem lædunt) Theo-
logi aliàs demonstrarunt. Sed accedunt fidei Ca-
pita quam Jobus professus est, minimè sanè ex ra-
tionis dictamine.

V. Obvia primò sunt quæ idem ille de Creatio-
ne Universi, specialissimâ Dei Providentiâ, ejus-
dem ultrice Justitiâ, Misericordiâ, Sanctitate, Per-
fectionibus reliquis, de Angelorum item ministe-
rio, hinc indè tradit. Quibus gemina in Genti-
lium præcâ Theologiâ meritò desideres. Cum pri-
mò verò nativam hominis corruptionem, aliàs Pe-
ccatum Originis, non habuit ex Gentilismo Jobus.
Multa sanè Gentiles de mentium humanarum igno-
rantia, infirmitate, cottidianis lapsibus. Quò spe-
ctant illa quæ ex Sopatre, Diodoro, Thucydide,
Senecâ, Procopio, observavit cum aliis in hanc
rem Hugo Grotius. Nihil autem illi de corruptio-
ne universali, deque mali origine, & reatu in quo
homo nasceretur. Quo tamen etiam nomine Jo-
bus noster ingemuit; τίς τίς ἄνθρωπος ὁ ἄδικος
(sisteret; efficeret, reperiret) hominem pu-
rum, ex impuro scil. homine, vel semine genitum?
item genitum ex muliere, & eo ipso genitum mor-
talem, miserum, vers. 1. ad corruptam gignentis
imaginem, Gen. v. 3. in dolore mulieris parientis,
eoque ob peccatum, Gen. iii. 16. in peccato ipso
conceptum, Ps. li. 7. carnem ex carne, Job. i. 1.
6. ? Quam nativam corruptionem, & reatum illi
adherentem, nec ignorabat Eliphaz, τίς ἄνθρωπος
ὁ ἄδικος, τίς ἄνθρωπος ὁ ἄδικος, siquidem homo ad
criminationem natus est, ad
miseriam, quia natus ἐσθδίκῃ, & iræ filius, &
sub maledictione; Job. v. 7. quia natus ex muliere,
hinc destitutus puritate, hinc sub regno peccati,
mortis Job. xv. 14. Quibus gemina sunt illa Bil-
dadi, Job. xxv. 4. τίς ἄνθρωπος ὁ ἄδικος, τίς ἄνθρωπος ὁ ἄδικος
Quid
justus esset homo mortalis cum Deo, vel coram Deo,
apud Deum, τίς ἄνθρωπος ὁ ἄδικος, τίς ἄνθρωπος ὁ ἄδικος
quid mun-
dus esset natus muliere, id est, natus in peccato, in
reatu, ex illo homine per quem introit peccatum,
hinc mors, condemnatio, Rom. v. 12. 14. 16. &c.
En Gentilium scilicet hominum voces! quas nul-
lum officiarum genus obscurare aut trahere in sen-
sum alienum valet.

VI. Nec obscurior est in Jobi sermonibus do-
ctrina revelata de Justificationis hominis peccatoris
coram Deo, ex merâ Gratiâ, nullo Operum no-
strorum merito. Imò verò toties eadem repetita
& inculcata, ut vix alia sit in Jobicis illustrior.
Job. ix. 2. Hinc passim afflictissimus Jobus, non justificari homi-
nem ἄδικον cum Deo, seu coram Deo, Ps. cxlii. 2.
aliàs à Deo, Job. iv. 17. id est, cum Deo congressum

in judicio, Job. x. 2. xiv. 3. Si nempe attendat
Deus hominis opera, & exigit ad præscriptum Le-
gis. Idem, non responsurum hominem Deo interro-
ganti, judicanti, nequidem ad unum ex mille arti-
culis, gravaminibus, ubique scilicet os ejus iri ob-
turatorum, faciem confusam, conscientiam convi-
ctam. Idem, nullum hominum posse peccatum efficerè
eum qui natus impurus, solum id Deum posse, ex
gratiâ, nec absque ἐνδίκῃ ἢ δικαιοσύνης, Job. xiv.
4. Marc. ii. 7. Rom. iii. 24. 25. Quò & spectant
loca Job. iv. 17. xv. 14. xxv. 4. Et quæ inspergit
hinc indè Jobus de suâ in Deum fiduciâ, certitu-
dine remissionis, salutis, sensu divinæ gratiæ, fi-
de Redemptoris, Job. vi. 10. ix. 35. x. 12. xlii.
16. xix. 25. &c. Quo de postremo capite statim
pluribus.

VII. Personarum verò idemne in Divinis seu Tri-
nitatem seu Pluralitatem intellexerit, dubium magis
esse possit. Probant quandoque, sed obscurius,
Veteres ex Cap. xxvii. 3. Recentiores etiam pleriq-
ue ex Cap. xxxiii. 4. ubi persona Spir. S. concu-
rentis ad creationem Hominis, uti ad creationem
Universi, Gen. i. 2. distinctius memoratur. Refe-
runtur huc & verba Jobi, Cap. xxxvi. 13. In Spiritum
vel cum Spiritu Manum ejus ornasse calum, & formasse
serpentem. Quo posteriore in loco Manus Dei creditur
Dei Filius, & Spiritus Dei tertia Personarum, quæ
indivisim operatae sint. Sed quicquid sit de sensu
locorum, & probatione indè sumptâ, id sanè ex-
trâ controversiam esse volumus, haud aliter sensisse
Jobum de Deo, quam sensisse Patriarchæ. Præter-
quam enim Abrahamicis præceptionibus imbutum
eum diximus, nec alium Jobi sermones locum me-
ruerint quam qui Canonicis datus, certum præte-
rèa est iisdem Deum Nominibus, Proprietatibus,
Operationibus, Effectis Jobo describi, quibus id
Mose & Prophetis. Idemque est apud Jobum Spi-
ritus Dei, Spiritus Altissimi, qui apud istos; idem
omnino Goel quem Jacob professus est Genes. xlviii.
16. xlix. 10. idemque El, Elohim, Jehovah, Schad-
dai, &c. quem Patriarchæ venerati.

VIII. Anceps magis videtur fides venturi Re-
demptoris, aut etiam Resurrectionis Corporum. De
quâ reddidère gravissimi Interpretes locum πολυ-
θεύτητον, Job. xix. 25. 26. 27. post τὸν LXX. La-
tinum, Veteres alios. Quanquam ea verba inter-
pretati sint alii de Deo Jobi Liberatore, & Victo-
re hostium, deque proximâ Jobi restitutione, &
Visione Dei descriptâ Cap. xlii. ut præter Ma-
gistros, item Eugubinum, Ochinum, Enjedinum,
similes, Mercerus quoque; Drusus, Grotius, &
alii nostratum. Nobis abire hic locus intactus ne-
quit, ex cujus unius luce de fide Jobi judicium esse
potest. Sicque in priorum Interpretum classem
concedimus, ut posteriores sinamus abundare suo
sensu, arbitrio Lectoribus facto. Quare omninò
ita videtur: Expressisse hoc Jobum loco fidei suæ
ac spei summam, composito æstu animi sui, cum
intensis doloribus, tum intempestivis Amicorum fo-
dicationibus graviter concussi; atque revocatâ ad
animum consolatione duplici, ex fiduciâ cum pro-
missi Redemptoris, tum Resurrectionis novissimâ die.
Quasi dixisset, se ab injustis Amicorum suorum
criminationibus provocare ad Tribunal aliud, ad
Goel suum seu Redemptorem, qui nihîl obstante
calamitate quâ premebatur, nihil obstantibus ho-
minum præjudiciis, innocentiae suæ esset tandem
futurus adfector ac Vindex, in novissimâ illâ die,
quinimò & assertor felicitatis suæ, per gloriosam
resurrectionem sui Corporis, & introductionem
ad beatam Visionem Dei. Utriusque verò inter-
pretamenti, tum quoad fidem Redemptoris, tum
quoad Resurrectionis. illam, fundamenta paucis subji-
cienda.

De Jure
B. L. II.
C. XL.

Job. xiv.
1. 4.

Job. ix. 2.

IX. Antè omnia non de nihilo est magnifica Jobi præfatio, *versibus* 23. & 24. O *siquis jam daret ut scriberentur sermones mei, si quis daret ut in libro exculperentur!* Utinàm stylo ferreo, atque plumbo, in rupe incidereutur, aut celte sculpanur in silicea, in perpetuum! Undè duo colligimus, primo dicturum fuisse Jobum de re planè admirandà, & dignà fide seculorum; deinceps quoque, de re piis omnibus in commune utili, quæque ad sempiternam Ecclesiæ bonorumque omnium consolationem faceret. Optat igitur ut publica hæc suæ fidei ac spei professio, ad perpetuam rei memoriam, communemque utilitatem, in Ecclesiâ extet, consignata duraturis monumentis. Hinc scribi vult, partim in fiduciæ suæ documentum, partim in exemplum, & bonum Ecclesiæ totius; & scribi sermones suos, non illos modò quos jam habuerat, sed præprimis quos subjecturus erat, gravem illam videlicet & patheticam confessionem, *Scio quod Goël meus vivit, &c.* Imò hanc non scribi modò vult, sed scribi כספר in libro, ut sententiæ memorabiles, & aliàs genealogiæ, visiones, vaticinia, relata in Libros, nempè ob rei momentum, & ad longiorem conservacionem: Quinetiam vult sermones istos insculpi, incidi, ut solitæ Leges, Statuta, Decreta publica, ad instructionem & observantiam perpetuam, hinc ול eis μαρτύριον in testimonium, seu etiam eis τὸν αἰῶνα in æternum, planè ut *Esai.* xxx. 8. Hinc sculpi eodem stylo ferreo, celte, γλυφίω, quàm durissimo instrumento, in materiâ etiam quæ ætatem ferret, non cerâ, membranâ, papyro, tabulâ aliquâ ligneâ, sed in rupe, saxo, vel in laminâ plumbeâ, aut certè plumbo characteribus in rupe incisis infuso. Nam Veteres scripsisse constat, aut impressibile sua, non in cereis tantùm tabulis, membranis, e-bore, papyro, philyrâ, scirpo, abiete, buxo, materiâ simili, sed in plumbo, ut scripsere Romani Acta publica, in ære, in saxo quoque, marmore, lapideis vel tabulis vel columnis, ad perennitatem; quanquam

Esai.
xxx. 8.
Jerem.
xxx. 2.

— monumenta fatiscunt,
Mors etiam saxi nominibusque venit.

Ast. verò si Jobi sermones fuere de re tantùm privatâ, de re etiam mox futurâ, scil. restitutione valetudinis, & proximâ manifestatione innocentie suæ, absurdum penè hoc votum fuit, ut scilicet incisi isti plumbo, saxo, marmori, transmitterentur ad omnes æres.

X. Porro *Messiam* respici, promissum Jobi Majoribus *Redemptorem*, multa docent. Et primò vox אלהי, quæ notat hujusmodi Redemptorem, 1. qui sanguinis & naturæ cognatione nobis conjunctus esset, 2. cujus esset jus redimendi, vindicandi à captivitate, servitute. 3. qui pretio interposito, seu mediante λύτρω, redemptionem eam perageret. Is enim propriè Goël in Vet. Instrumento, qui vindex rei vel personæ jure propinquitatis, *Levit.* xxv. 25. & frequenter. Siquidem fratris, aut proximi agnati erat redimere propinqui sui aut res, aut personam captivam, item mortem ejus ulcisci, item conjugem ἀτεκνον ducere. Undè per μετάληψιν אלהי Goël vocari cœpit propinquus, cognatus, penes quem esset jus vindicandi, ut *I Reg.* xvi. 11. אלהי Chaldeo sunt קרובי קרובי, & τοῖς LXX. promiscua sunt ἀρχισυγγενὲς & συγγενὲς. Et hinc ratiocinium Apostoli, *Hebr.* 11. 11. & seq. nostrum ἀδελφὸν debuisse esse ἀδελφὸν fratrem, ἐξ ἐνός seu ejusdem originis, naturæ, conditionis, μετέχοντα παρὰ πλῆθους σαρκὸς ἢ αἱμάτων. Rectè igitur hoc loco Theodotion, אלהי ὁ ἀρχισυγγενὲς μου, propinquus meus. Imò abstractum אלהי quandoque ipsam propinquitatem notat, תלמי אלהים. Et quia אלהי omnis mediante lytro, hinc אלהי frequenter est λυτροῦν,

ἀνλυτροῦν, אלהי λυτροῦν, אלהי λυτροῦν, & ipsa λύτρωσις, ut pluribus Theologi. Quod λύτρον aliàs dicitur כפר, פדיון, פדיון, כסף, etiam in Goële nostro אלהי, אלהי, אלהי, *Esai.* LIII. 5. 10. &c. Quæ ut in Mesiam quadrent, verè vindicem Tzizonis, Israël, populi sui, seu fratrum suorum, redimere se ex captivitate nescientium, & quidem pretio sanguinis, *Esai.* LIII. 5. 10. *Zach.* ix. 11. nemo non videt. Hinc sanguis ejus λυτρον, ἀνλυτρον, τιμὴ, τιμὴν αἵμα, αἷμα τῆς ἀφθικῆς, eis ἀγοράσιν, ἀπολυτρώσιν, etiam τῆς ἀφθικῆς ἀφθικῆς ἀφθικῆς, *Hebr.* ix. 15. Hinc Elihu apud Jobum, agens de animæ redemptione, dicit Deum invenisse λυτρον, כפר, כפר, quomodò Christus αἰώνιον λύτρωσιν ἀφθικῆς, *Hebr.* ix. 12. Et sanè de Mesia quoque vocem אלהי interpretantur aliàs Magistri, ut inter cæteros Aben-Ezra ad *Esai.* LIX. 20. Nec mirum Jobo fuisse cognitum illum Goël, qui cognitus Jacobo sub eodem nomine, *Genes.* XLVIII. 16. quem etiam Jacob vocat ibidem אלהי, qui & יונה, qui ipsi apparuerat in Bethel, cum quo luctatus fuerat, quem dùm viderat, viderat Deum facie ad faciem, *Gen.* XXVIII. 12. XXXI. 3. 12. 13. XXXII. 30. 32. XXXV. 1. cui adscribit potestatem se pascendi, benedicendi, liberandi ab omni malo, à quo salutem expectat, & coram quo ambularent Patres sui. Neque alium אלהי intelligi sexcentis in locis Vet. Instrumenti, cum primis Davidi *Psal.* LXXIV. 2. CXIX. 154. *Esai.* XLI. 14. XLVI. 6. XLVII. 4. XLIX. 7. LII. 3. LXIII. 16. &c. nostri aliàs demonstrant. Et quamquam non inficiamur vocem quandoque reddi posse generalitèr, ut אלהי gaal sit liberare simpliciter, quomodò & vox פדה פדוה, interim ut plurimum, & in sensu primo ac proprio, vocem utramque designare eam liberationem quæ fit pretio interposito, constat sexcentis ex locis in Mose & Prophetis, & ex Davide *Psal.* XLIX. 9. Undè est generalior ille significatus nonnisi secundarius & improprius, neque à proprio recedendum sine gravi necessitate. Præterquàm ubi illæ voces adhibentur designandæ redemptioni aut liberationi temporali Israëliticæ Ecclesiæ, meminisse oportuit fundamentum illius fuisse redemptionem per Mesiam, & expiationem peccatorum, facientibus aliàs peccatis eorum divortium inter se & Deum, Deique intercludentibus beneficia. Neque à vi vocis omninò recesserunt oī LXX. reddentes ὁ ἐκλύει με μέλιων qui me exolvendo liberatus est, seu in libertatem asserturus mediante solutione, quomodò aliàs ἐκλύει Græcis est ἐλευθερῶν, quod de Christo frequenter. Et frustra Drusus pro ἐκλύει substituit ἐρύει quod sit incolamem prestare. Sed accedunt hujusmodi in Jobo prædicata, ut in Deum ἀσάρκον minimè, in Mesiam ἐνσάρκον apprimè quadrent.

XI. Atque alterum hoc præsidium esto hujus interpretamenti, circumstantia omnes Textus, quæ Mesiam haud obscure indignant. Prima est, Jobi fiducia, & certa scientia, hinc solemnis confessio, quod Goël suus vivat, ה' אלהי ירעה. Notior res equidem de Deo Creatore, quam ut in eam confessionem erumperet Jobus, tantâ cum emphasi, & præmissò voto ut hæc sua fides commendaretur seræ posteritati. At vivere eum Vindicem, qui propinquus noster, qui futurus ex mortuo vivus, *Apos.* I. 18. qui surgeret aut staret super pulvere, novissimo die, qui auctor esset Jobo vitæ immortalis, etiam post corrosionem corporis, qui denique oculis carnis videri posset, id demùm Jobi fiducia, & confessione, & scriptione ac commendatione utriusque, dignissimum fuit. Nec ut viventem eum modò intuetur, sed ut vivificantem mortuos, novissimis temporibus, ut ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς principem vitæ, *Act.* III. 15. Et eximiam

Job.
XXXIV. 24.

Job. v. 21.
29. VI.
44. 55. 57.
XIV. 19.

miam hanc cognitioni, opponit Amicorum criminationi, quasi omnem de Deo, & promissionibus Dei, fidem ejurasset.

XII. Excipit altera circumstantia, descriptio sui *Goël* à functione externâ, ab officio judiciario, **וְאֶחָדָן עַל עַפְרָ יָקוּם** & quod *postremus surget* vel *stabit super pulverem*. Nec enim de alio subjecto intelligi hoc enunciatum debet quàm de proximo, & immediato, de *Redemptore* suo. Hinc in tertiâ persona, & cum copulâ **וְיָקוּם**, quicquid *Vulgatus* in primâ, *surrocturus sum*. Non etiam ad *Jobi corpus* trahenda verba, cujus nulla præcessit mentio, & de cujus resurrectione agit in sequentibus, illatâ ex functione istâ *Redemptoris*. Minus trahenda ad omnes *homines*, qui *constituti sunt in pulvere*, quod nec cum verbis, nec cum antecedentibus convenit, nec cum *Jobi* intento, de eo quod se spectaret, quod ad consolationem suam faceret, interlocuti. Jam verò quocunque modo reddantur verba, de *Goël* accepta, patet talem intelligi qui foret *evangelus*. **וְאַחֲרָיו** & *ultimus, postremus, postremus victor, vivens, superstes, postquam mors omnes reliquos absorpserit; quin potius adverbialiter, ultimo, postremo, fatente Grotio sic fonare Hebræa*. Id est, ultimis temporibus, prout *Theodotion* reddidit **ἐσχάτων**, *Latinus novissimo die, Syrus & in consummatione*. Novissimum autem tempus dici solet vel illud *Novi Testam.* **ὅσσοι καιροί, ἐξάρται ἡμέραι, ἐσχάτοι χρόνοι**, vel illud *Resurrectionis ultimæ, proprie tempus* **אַחֲרַיִת הַיָּמִים**, *Sequitur* **וְיָקוּם** *surget*, ut *Amos*. vii. 2. & passim, vel *resurget*, hinc *Theodotion ἀναστήσεται*, vel *stabit*, vel secundum *Syrum & Arabem appariturus* est: Et construitur cum **עַל עַפְרָ** *super pulverem*, ut habet quoque *Chaldæus*, *Græci* **ἐπι γῆς**, *Theodotion ἐπι χυμῶν*, *Syrus super terram*, seu jam locum intelligamus *judicii ultimi, seu objectum* circa quod operabitur *Goël*, ut *pulvis* metonymicè sint *homines in pulverem redacti, & ex pulvere suscitandi*. Quæ vix aliò trahi possunt, quàm ad *postremum adventum, in quo reverà stabit supra pulverem, descensione in inferiores partes, & pulverem suâ virtute suscitabit*. Nec enim illa, secundum quosdam, de *resurrectione Christi ipsius ex pulvere*, ut qui non in pulverem redigendus fuit, nec dicitur **עַל עַפְרָ** sed **עַל עַפְרָ**, nec ulla præcessit mentio casus aut mortis *Goël*, undè dicatur *resurrecturus*. Speciosè quidem *Grotius*, post *Mercerum*, & nonnullos alios, intelligi de Deo victore adversariorum *Jobi*, qui scilicet *postremo stabit in campo*, quod (inquit) *victoris est*. Sed attendendum fuit *Grotio*. 1. Non de *Deo* simpliciter, sed de *Goël* sermonem esse, emphasi vocis ante explicatâ? 2. Agi de eo quod futurum **אַחֲרָיו** postremis temporibus, non quod futurum propediem. 3. **עַפְרָ** nusquam esse *campum*, aut locum certaminis, sed *pulverem* ubique, undè gratis redditum *stabit in campo*, more victorum, nec ita *Versionum* ulla. 4. Potuisse Deum *stare ultimum in campo* æquè adversus *Jobum*, ut *victorem Jobi, & retorioni* fuisset locus, ac cavillis *Amicorum*. 5. Non innui *Jobo* fiduciam *divinæ* victoriæ, quæ semper *indubia, sed victoriæ suæ, saltem in extremitate* temporum, in adventu sui *Goël*, & *visione ejusdem beatificâ*. 6. Ipsum etiam *Goël* nostrum *constitutum tandem super pulverem*, ut *super hostem prostratum, subjectum pedibus ejus*, quando **ἐσχάτος ἐχθρὸς καὶ ἑχθρῆται ὁ θάνατος**, 1 *Cor.* xv. 20. Quin & **וְיָקוּם עַל עַפְרָ** nonnullis est *surget contra pulverem, pulverem scilicet, mortem, ac sepulchrum* debellaturus.

XIII. Accedit, de tali *Redemptore* sermonem esse qui *videri* posset *oculis carnis, & carne Jobi*, quod *emphaticè* repetitum. Et *carnem* præmisit, ne loqui videretur de oculis mentis, aut de visione

spirituali, vel *symbolicâ*; ut etiam *veritatem corporis suscitandi* denotaret. At verò *Dei* **ὁρατός**, *naturæ cum spiritualis tum infinitæ, talis visio corporalis nulla datur*. Undè nec *desuere Interpretes*, qui verba illa *in carne meâ*, referrent non ad *subjectum videns, sed ad objectum visum, ad Deum ἐνσαρκωτον in carne humanâ tum conspicuum*. Quanquàm sic interpretari nihil necesse est. Sed excipi non pauca posse videntur. 1. Illud *Videbo Deum*, idem esse quod *propitium experiar*, & ita *Hugo Grotius*. 2. *Videbo de carne meâ*, id est, in hac vitâ, in hac carne, cujus *fiduciarum complementum* sit *Job*. xlii. 5. *Oculus meus vidit te*. 3. *Deum* reverà apparuisse *Jobo* in *visione* quæ describitur *ultimis Capitibus*, quando huic ex *turbine* respondit, *Cap.* xxxviii. 4. Sed & frequenter *Deum* *conspexit sanctis, & Dei visionem sanctis expectatam*, in quâ etiam *spem omnem suam collocat David*, *Pf.* xvi. 5. Agi etiam de *visione Jobo propriâ & peculiari, hinc se visurum, non alium*, haudquaquam igitur de *visione fidelibus communi, in novissimo die*. Et hæc *speciosè* excipi in *contrarium* possunt.

XIV. Sed *abjectis præjudiciis* perpendat *Leetor* sequentia. 1. *Gratis hæc Dei visio* restringitur *Hug. Grotio* ad *experimentum Divini favoris, aut Divinæ propitiationis*. *Videre Deum*, id est, *propitium experiri, vix semel atque iterum leges, nec ferè sine appositione aliquâ, quomodò videre faciem, amoenitatem Dei, Job*. xxxiii. 26. *Pf.* xxvii. 4. Quin aliis *phrasibus* utitur *Jobus*, ut *experiri benignitatem, visitationem, manum Dei, &c.* Et æquè dicantur *videre Deum* qui *experiantur Dei justitiam, vindictam, ut visari* sunt qui *transixerunt, Apoc.* i. 7. Undè & sic *Vatablus* post quosdam *Magistrorum, in carne meâ video iudicium Dei & severitatem*. *Dei* etiam *visio* in hac vitâ vix alia legitur quàm aut *externa* eaque *symbolica, ænigmatica, aut interna* eaque aut *vera, aut eccliarica*, illa vel per *lumen naturæ, ut Deus videtur in operibus, vel per lumen Gratia, hinc fides per visionem* descripta. 2. Nec dixit *similiter Jobus videbo Deum, sed de carne meâ, an igitur propitium experiar in carne meâ? Sic videbunt oculi mei, an oculi propitium experientur? Propitiatio animam, conscientiam spectat; sed & propitiatio omnis est in Redemptore, in Goël, qui solus כּוֹפֵר, ἱλασμός, ἱλαστήριον, καὶ ἑλεος, ut docuit ipse adversus *Crellium Grotius*. 3. De tali etiam *visione sermo* quæ fieret post *corrosionem, contritionem, vel consumptionem* sui corporis, seu post *redactionem in pulverem, ex quo Jobus iterum exortandus, ut Dan.* xii. 2. & quidem in *ultimâ die, remotissimo adhuc tempore: Ergò de visione alterius vitæ, quæ objectum suæ fidei, quæ planè admiranda, qualis est illa quæ obtinget homini postquam actum videtur de homine. Deus autem propitiatur in hac vitâ, non in alterâ, ante mortem, non post mortem*. 4. Adde, in eâ *visione* *constituere Jobum supremam suam felicitatem, quomodò passim cœlestis beatitudo, status justorum consummatorum, spei nostræ ac desideriorum summa, unâ Dei visione* describitur in *Sacris*. 5. *Frustrâ etiam illi, videbo de carne meâ, id est, in hac vitâ. Quasi verò in resurrectione non videndus sit Goël de hac carne. Et videre de carne suâ Jobo est per ἑξῆς ἰδὲν videre oculis carnis, hinc videbunt oculi mei, caro mea, ego ipse. Unde מִבְּשָׂרִי æquè est in carne, & cum carne. Quin & carni corrose, consumptionis, opponit carnem gloriosam, qualis futura est in Resurrectione. 6. Quo minus etiam respexerit Jobus ad visionem de quâ Job. xxxviii. 1. xlii. 5. multa intercedunt. Primò enim visio illa planè fuit *insperata, nec prævisa Jobo, hic autem de visio-***

Esa.
xliv. 6.

Annot.
ad l.

Psalm. xvi.
ii. xvii.
15. Matt.
v. 8.
1 Cor.
xiii. 12.
1 Joh.
iii. 2.
Hebr.
xii. 14.

visione agit, cujus ipsi certa fiducia constabat: Dein; visio hic vera, non symbolica, Dei tum visibilis seu visibili formâ apparituri, non audibilis tantum, ut quando *ex turbine* vocem emisit: Nec enim speciem aliquam sui exhibuisse legitur, *Job. xxxviii. 1.* nec Jobus verbis illis *Cap. xlii. 5.* innuit visionem *ocularem* seu corpoream, sed *mentalem*, notitiam Dei longè clariorem, accuratiorum, quam habuisset ante, post immediatam Dei instructionem, revelationem: Quin visus tunc Deus Jobo in sublimi, *in turbine*, hic autem videndum à se suum Goël, quum staret *super pulvere*: Visio etiam illa percellens fuit, increpans, ostendens jus Dei absolutum in sua, hæc talis in quâ Jobus solatium omne suum, omnem suam felicitatem reponit: Illa paulò post Jobo exhibita, hæc exhibenda *postremo*, post *corrosionem* suæ *cutis*, ut pluribus intrâ. - 7. Deus sanè non infrequenter visus sanctis, visione seu mentali, seu oculari in specie assumptâ, apparitionibus extraordinariis, inexpectatis; sed Jobus hic de tali visione, quam sibi exhibendam certò *sciebat*, & exhibendam *novissimè*, post *corrosum* corpus, nec *symbolicè* sed *proprie*, quando videret suum Goël *oculis suis*, *in carne suâ*, non sine maximâ emphasi.

XV. Quod addit Jobus, עיני ראי *oculi mei videbunt*, vel (in præterito) jam *viderunt*, scil. in spiritu, in fide, ut Abraham, *Job. viii. 56.* ולא נר & *non alius*, haudquaquam negat fore hanc visionem bonis aliis communem. Multa enim sunt beneficia communia quæ pii sibi adplicant peculiari ratione, hinc communia ex se, specialia quoad modum adplicandi. Sic גאלי *Redemptor meus*, quanquam non Jobi solius. Adde, *non alius* scil. pro me, aut meo loco, nitor fide meâ non alienâ: Vel *non alius* videbit, scilicet pro se solo, in sensu exclusivo: Rursus *non alius*, scil. oculus, aliud corpus, alia caro, sed, hi ipsi oculi, hoc ipsum corpus, hæc caro: Vel etiam, *non alius*, scil. peregrinus, alienus à fide, à fœdere, à pietate Jobi, prout dicuntur *Dii alii*, seu Dii peregrini, alieni, oppositi vero Deo; sic עבודה זרה *culms alienus*, peregrinus, profanus; & alibi Sodomitæ scortati *πίσω σαρκός ἐτέρας* post *aliam carnem*, id est, carnem vetitam, alienam. Et quantum ad apparitionem in fine Historiæ Jobi, non illa obtigit soli Jobo, sed & Eliphazo, pariter increpito divinitus, *Job. xlii. 7.*

XVI. Tandem hanc suæ assertionis, redemptionis, suæ etiam felicitatis fiduciam, innuit haud obscure Jobus sequentibus verbis: כלו בליותי *consumuntur* vel *consumpti sunt renes mei in sinu meo*. Nempè præ magnitudine desiderii, & ardore illius expectationis. Chaldaeus similiter, שלימו בליותי בעובי *consumpti sunt renes mei in sinu meo*. Latinus: *reposita est hac spes mea in sinu meo*. Græci πάντῃ δὲ μοι συντετέλεσθαι ἐν κόλπῳ. *Renes in Sacris sedes affectuum, desideriorum, undè & בליות* quod in illis veluti perficiantur desideria. כלו *consumuntur*, eleganti παρανομασία, & prout *Zelus* seu ardens desiderium dicitur alibi אכל *comedere*, absumere; *Pf. lxi. 10.* Virgilius: *Est mollis flamma medullas*. Sic & Latinis *ardere, consumi, contabescere, confici*, præ desiderio, cupiditate. Addit *in sinu meo*, novo affectûs indicio, ut ostenderet quam arctè hanc spem complecteretur animo suo, & quanto eam haberet in precio. In sinu enim arctius complectimur quæ chara, quæ preciosa. Hac autem affectûs vehementiâ feruntur pii, nonnisi in spiritualia, & coelestia. Sic pridem Jacob *Gen. xlix. 18.* sic Abraham *Job. viii. 56.* sic passim David *Pf. lxxxiv. 3. cxix. 81. &c.* Sed neque alio spectant proximè sequentia illa Jobi *versu 28.* *Dicatis jam (spero) quid persequimur il-*

Jud. O
vers. 7.

lum? Post hanc fiduciæ meæ significationem adducor in eam spem fore, ut æquius ac moderatius de me sentiat, & desinat laceßere. Si quidem *sermo* ille *meus in me radicem* habet, non ex ore illa fluunt sed ex corde, est in me illa fides *radicata*, *Matth. xiii. 21. Col. ii. 7.* hæc corde credo, *Rom. x. 9. 10.* est hic sermo ἐμφύλιος *infirmus* in animo meo, *Jac. i. 21.* undè & mihi fiducia loquendi, *Job. ix. 35.*

XVII. Rursus haud respici Jobo restitutionem suæ sanitatis in hac vitâ, instaurationem in meliorem statum, quin potius tempus *Resurrectionis* & instaurationis ultimæ, fidem faciunt non pauca. Argumenta in ipso Textu insita summatim ista colligimus.

1. Primum est ab ἀλληλεχία verborum cum antecedentibus, & occasione Jobici effati. Videbatur Jobus Deo invisus & exosus, ἀποδύμιος factus, hinc gravissimis contusus & castigatus plagis. Actum erat ex sententiâ Amicorum, non modò de fortunâ, sed & de salute Jobi, ut de corpore sic de anima, ut in hac vitâ sic in alterâ, *lumine* ejus in perpetuum *extincto*, ut impiorum solet. Quò fecit cumprimis oratio Bildadi toto *Cap. xviii.* spem illi præcidens omnem seu instaurationis proximæ, seu novissimæ. Et videntur jam eâ atate philosophati, quasi impii annihilentur, resurgant nunquam. Quibus falsissimis præjudiciis, cum in *thesi* tum in *hypothesi*, opponit Jobus fiduciam suam de gloriolâ resurrectione, etiam post exesum putredine corpus; & hanc fiduciam suam perpetuis vult consignari monumentis, quia de re futura novissimò, multis post seculis, ut ex præcedentibus liquet.

2. Secundo, de tali instauratione loquitur Jobus, quæ objectum scientiæ suæ, id est, *fidei*, ידעתי *scio*, ut aliàs Paulus οἶδα *scio* cui crediderim, *2 Tim. i. 12.* Atqui non fertur certa fides nisi in bona *spiritualia*, quia nonnisi in bona promissâ, & ideò credita quia promissâ; restitutionis autem *temporalis* Jobi promissio nulla. Præterea tantum abest ut hanc sibi certò polliceretur, aut esset objectum fiduciæ suæ, ut contrâ omnem de ea fiduciam, spem omnem abjecisset. Hinc frequentissimæ voces, *non visurum se iterum bonum, abire se undè non reversurum* esset,

— undè nunquam
Cum semel venit potuit reverti.

Horatius:

Non Torquate genus, non te facundia, non te
Restituet pietas.

Lib. iv.
Od. vii.

Hinc perpetuò Jobus, nihil manere se amplius quam *mortem, putredinem, vermes, foveam, sepulchrum*, in quo solo illi futura *requies*, ad quod anhelet votis ac *desideris*, &c.

Optatus hic portus arumnis adest,

in quo μόχθος ἢ πρὸς γίνεται apud Sophoclem. Ità passim afflictissimus Jobus *undecim* illis, quos legimus, sermonibus, indè à *Cap. iiii.* ad *xxxii.* Imò hoc ipso *Cap. xix. vers. 10.* clamat *se undequaque destructum, sibi abeundum, spem suam avulsam ut arboris radicitus avulsæ, quæ*

Nullâ jam poterit vivere fronde.

Abfit igitur ut *sciret*, ut speraret, ut quam certissime crederet ocyus sese restituendum, quem omnia vetabant *spes inchoare longas*, præterquam vitæ melioris.

3. Ter-

3. Tertio, de ea restitutione sermo, quæ fieret non modo *novissime*, ut visum, sed etiam post *corrosionem* suæ cutis, vel *pellis*, adeoque post mortem suam. Hebræa sonant: *ואחר עורי נקפו ואני*. *Et postquam pellem meam exciderint, hanc, vel hoc ipsum, tempore corpus, vel ut Grotius hoc, nempe arvinam qua sub pelle est. Ubi τὸ σῶμα impersonaliter usurpatum ex usu linguæ, formâ activâ, sed sensu passivo, & significatu excidendi, confodiendi, comerendi, consumendi, vel destringendi.* Syrus & Arabs reddunt significatu *circumdandi*, quum *circumdederim* scil. vermes. Latinus, *et rursus circumdabo pelle mea*. Sic Græci paraphrastice, *ἀναστήσει τὸ δέμα μὲ vel μὲ τὸ σῶμα*, de resurrectione utrobique. Chaldæus, *פתפא* quum inflata fuerit pelles mea, quod aliis est *rupta*, aliis aliud, verius pelles emortua, separata à suâ carne, suis visceribus, *distenta* seu impleta aromantibus, ac similibus quibus condiebantur cadavera. Addit *ערי תהיה* erit hoc, nihilominus subsistet hoc corpus meum, & de carne hac videbo aliquando Deum. Et loquitur Jobus absolute, *postquam consumpserint*, non (ut vult post Mercerum Grotius) ex hypothesi quâdam, *etiamsi consumerent*. Quæ non aliò quàm ad ultimam Corporum intaurationem referri possunt. Reddidit & Chaldæus *ערי* per *משכתי* pellem meam, sic dictam à *משך* protendere, expandere, ut quæ tota super corpus expansa est.

4. Quarto, de hujusmodi etiam restitutione Jobus, quæ illi obtingeret, quando *stabit* aut *veniet* *Goël super pulverem*. Futurum id autem in ultimo Messæ adventu, ex antè declaratis, & ex parallelis locis, *Dan. vii. Math. xxv. i Theff. iv.* Nec ad restitutionem temporalem Jobi, ad convalescentiam, opus erat illâ Dei statione, illo adventu. Ex alto quidem legitur increpitus Jobus, *Cap. xxxviii. i. at vidisse Deum stantem supra pulverem non legitur.* Quin polliceri sibi Jobum beneficium cum aliis commune, inter quos & ipse esset habiturus locum, docet *Vau* connexivum in *אני*, *Et ego, Ego quoque.* Si autem de restitutione sanitatis, fuisset hæc ipsi quodammodo peculiaris, nec habuisset locum connexiva particula.

5. Denique, opponit Jobus *presenti miseria* suæ statum *future felicitatis*, consumptioni carnis animationem ejusdem, morti resurrectionem, certamini triumphum æternum. Sola resurrectio miseriam omnem abolebit, & beatificæ visionis compotes reddet. Tum corpus corruptibile, mortale, infirmum, ignominiosum, resurget incorruptibile, immortale, validum, gloriosum, ut alibi Paulus. Et frustra excipient, loqui Jobum de *restitutione* ejus boni quod antè habuit, adeoque sanitatis ac prosperitatis prioris. Equidem *restitutionem* sperat, sed boni majoris, boni indubii, boni promissi, beatioris vitæ, & sanitatis æternum duraturæ, in ultimâ die, per Goël suum, seu Vindicem ac Redemptorem. Aliàs sanitatis temporalis restitutio nimis quàm erat incerta, ad quam etiam nec Goële opus, nec pretio, solâ Dei potentiâ, solo nutu. Neque (quod ajunt) hanc se *restitutionem visurum* dicit, dum in carne istâ versaretur; sed se *visurum Deum*, in carne *post consumptionem* tandem restituta, & illum Deum qui suus Goël, qui supra pulverem consurgeret.

XVIII. Quid opus est multis? Nihil nostro glossate illatum in textum, quicquid Mercerus pronuntiavit, innata omnia. Et quid mirum spes Jobi fuisse in eum *Redemptorem* erectas, qui summa consolationis, summa desideriorum in iis qui Jobum præcesserant? Quid absolum si loquitur Jobus de eo *Redemptore* qui pridem contritus erat caput Serpentis, in quo Noach factus hæres justitiæ & *חיינו*, qui promissus Abrahamo & semini ejus; cujus salu-

Tom. II.

tem expectaverat Jacob, & prædixerat adventum; propter quem solum accepta Deo sacrificia *fide* offerenda; quem videre gellierant tot Patres, Reges, Prophetæ; & in quo uno omnes Dei promissiones *etiam & amen*, veræ; constantes, certo adimplendæ? Quid mirum etiam *Resurrectionis* meminisse, cuius totiens Prophetæ meminerunt, quâ se erexit in afflictionibus David *Psal. xvii. 15. xlix. 16.* quam præstare posse omnipotentem Deum crediderat Abraham, *Hebr. xi. 19.* quæque adeò genuinæ Abrahami posteritati constanter credita?

XIX. Planeque (liceat enim *ἄρα φερέτω*) in his videtur Jobus erupisse voces: *Quamvis, o Amici! nullâ mei miseratione tangamini, habearque vobis Deo exosum caput, prostratum severissimâ illius manu, spe omni humanâ mihi misero præcisâ, haud tamen animum despondeo. Quin me ipsum erigo certâ fiduciâ, & tantâ quidem, ut hujus testes voces optem consignari duraturis in ævum monumentis, nec fragili alicui materiæ incidi, sed tali quam non delebit ætas, in exemplum & solatium piæ posteritatis. Utinam hæc aliquando intelligat, me utut miserrimum, corpore ulceribus & fistulis pænè perforato, fatiscentem sub gravissimæ tentationis onere, Deique castigatricem manum expertum, haud tamen spem omnem ac fiduciam abjicere, sed certissimâ fide ferri in Redemptorem meum, meo quoque exhibendum suo tempore beneficio! Et quidem in Redemptorem talem qui & jam vivit, & in æternum victurus est; qui in plenitudine temporum, pretio interposito, suos in libertatem asseret; imò in novissimo die, quando erunt redacti omnes in pulverem, consistet super eodem pulvere, omnium Judex, bonorumque æternus Stator ac Vindex. Et quamvis conclamata omnia videantur, corpusculo jam hocce meo computrescente, lactor tamen spe certâ fore, ut, postquam & pellem meam, & quicquid est hujus corporis, vermes absumpserint, instaretur rursus hæc carnis meæ compages, & in eâ Deum meum videam, his Vindicem meum oculis non aliis cernam, quantumvis jam fermè extinctis, in perpetuum gaudium meum. Neque modò hac me fiduciâ in gravissimis ærumnis erectum sentio, sed & ardentissimis desiderii, & ex intimis meadullis feror in beata illa tempora,*

— quum corpora nostra

Sponte sua poterunt in cæli templa volare,

Lucret.

ut præ magnitudine desiderii pænè *conficiantur venes mei*: Nisi malis, quamvis jam veluti *deficiant intima mea*, & fatiscant sub Dei potentissimâ manu.

XX. Parum verò ad rem facit quod urget Grotius, hæc verba *Judæos nunquam ad resurrectionem retulisse.* Tacemus quæ in hanc rem ex Magistris profert Galatinus, de Arcanis Libro III. Nec urge-
mus Chaldæum Paraphrastem eò quoque videri re-
spexisse, ex superiore nostrâ interpretatione, quod
etiam omninò (quamvis nonnihil aliter) censuit Cla-
riss. Coccejus, Commentario ad locum. Saltem me-
minisse debuit Grotius retulisse ad resurrectionem
Hellenistas, Judæos utique, & omnium antiquissi-
mos. Nec mirum torsisse aliò verpas recentiores,
Christianis temporibus, quia hæc *Resurrectionis* fides
implicita cum illâ *Redemptoris*, hujusque *adventus*,
in *novissimâ die*. Hinc data illis opera ut nec de Mes-
sæ, nec de Resurrectione interpretarentur locum.
Quin & Jobum in Gentilibus habuerunt, ut est su-
prâ observatum, quorum resurrectionem facere vel-
lent ambiguam. Par etiam ratio Judæicorum glossè-
matum ad Oracula alia Vet. Testam. quæ ipsi Gro-
tius sunt Evangelica, ut *Genes. iii. 15. xlix. 10.*
Deut. xviii. 15. &c. obnoxia tamen cavillis & cor-
ruptelis Judæorum. Quin ex *Græcis* Interpretibus,
τοῖς ἰεδομῆτον, Judæorum recentium cavillationes

Cap. xix.
& xviii.

Pag. 276.

H

non

non semel refellit Vir ille magnus, uti ad locum *Genes. XLIX. 10.* & aliàs. Et vel *resurrectionem* Jobo creditam censet, vel fecus: Si posterius, utique nec Patriarchis, ex quorum scholâ prodiit Vir pius, utique is mortalium miserimus, *1 Cor. xv. 19.* Si prius, non illi solatium majus, cute propemodum excisa, & putredini proximâ, quàm à beatâ resurrectione. Sic, aut *Messias* expectatus illâ ætate, aut nullus; si prius, ex consensione, quidni censeatur esse hic *Goel*, hic vindex, propinquus, constiturus ultimò supra pulverem? Sed, inquit, *multum ab Hebræo disceditur, ut notatum Mercero.* Hoc vero fuit Merceri τὸ κελνώμων. Hebræo institimus pede presso, nec Versionum quædam discrepantia sensum diversum inducit. Imò coguntur ab Hebræo discedere Mercerus, Grotius, sequaces, quibus v. gr. מוֹלֵךְ nihil minùs est quàm ἀρχαῖος, ἀπλήρωτος, ut esse aliàs solet; quibus τὸ עַל עַל קוֹם est *stabit in campo*, in acie; quibus alterum נָפַח נְפִישׁוֹ est *etiam si consumerent*, item פָּרַח פְּרִיחֵי עֵצִים *propitium experiar*, &c. Nec tamen hic unus locus palàm facit Jobi nostri fiduciam, tot documentis aliis illustrem, ut est evictum suprâ. Sed neque si diversa interpretatio aliis placeat, hæresim cuiquam hoc nomine impingimus, discriminare docti errorem *historicum* aut *exegeticum*, à *dogmatico*, atque *Theologico*.

CAPUT XIV.

De Quatuor Amicis Jobi.

BREVIARIUM.

Amicorum in Jobum iniquitas. Historica hic modo attenda. De eorundem personis, genere, habitatione, fide. Rationes disquisitionis. Eliphaz Themanites. Quotus ab Esavo? Pronepotem fuisse demonstratur. Σωφάν quis apud τὸς LXX? Tzade in Σίγνα Grecis mutatum. Ætas Eliphazi. Sedes ejusdem. Opiniones erronee notata. De situ Theman suprâ. Bildad Suchites. Quotus a Snacho? Hujus pater & avus apud Hellenistas. Sedes, Arabia Deserta. Subita, Sauchite, Sauchai, Saccai. Chabor vel Chaboras. Arabia & Mesopotamie convenientia. Bildad non Ægyptius. Non Palestinus. Non Idumæus. Non ex Suetâ urbe. Tzophar Nahamathites. An Naamath ex Timnah per metathesin? An idem cum Tzepho? An Sobal? Sententiarum absurda. An Νομαῖοι, Νομαθαῖοι, vel ἐν τῷ Νομάδων. Nomades qui? Mercerus alii notati. An Naamath urbs Trachonitidis, vel Idumæe? An ex Naamath Cananæe? Error Tremellii, & aliorum. Tzophar qui Μινναῖοι Hellenistas? Hi Μινναῖοι quales populi? An Μιννί; Ἀρμενί; Μινοῖτα; aut Μινναῖοι Felicis Arabia? Intelligi Μινοῖτα, Arabes Scenitas. Hebræorum מִינְיָוּ. Unde sic verterint οἱ LXX? Ἐπίκειρος Auctoris. Tzophar Arabs. Regioni unde nomen? Quartus Elihu Buzites. Idemne cum Bileamo? Qui sic senserint. Fabula multis explosa. Origo illius. Genus Elihu ostensum. Familia Ramæa qualis? Ram pro Aram. Sedes Elihu Jobo vicina. Errores Stephani De Urbib. varii. Amicorum Jobi dignitas. Religio. Hypotheses eorundem. Commenta quedam rejecta.

I. **R**ecte olim Poëta,
*Cirando fieri quedam majora videmus
 Vulnera, qua melius non tetigisse fuit.*
 Facit hujus rei fidem præfens Historia, in quâ trias Amicorum, quæ lœtura vulnus accesserat, auget id ipsum in majus, & plus satis æstuantem Jobi animum intempeltivis fodicationibus ulterius accendit. Non procaciter insultant misero, prout aliàs
 φίλοι πάντες κηρύχους ἐπεγελᾶν,
 sed tamen injustis criminationibus, ut devotum at-

que invisum Deo caput, persequuntur. Nempe ex calamitate flagitia suspicati, ex tristibus turpia, ex passionibus reatum; illorum judicio *exim a:ta probat*, sententiam ferunt ex infelici rerum eventu, quod usu venire *plerisque hominum* pridem indignatus est Polybius, notante & Procopio, *de Bello Goth.* Οὐτὼ τοῖς ἀνθρώποις ἐκπέφυκε, πρὸς τὰ πεπραγμένων τὰς ἀποβάσεις αἰεὶ τῷ γνώμῃ ὑβρίζειν. Atque ita addunt afflictionem plus satis afflicto, læsum corpore, fortunis, animo, lædunt infamiâ, quo iniquitatis genere nullum atrocius, quemadmodum rectè Tragicus, Οὐ δίκαιον ἔτε τὰς κακὰς μάτῃν χρεστὲς νομίζειν, ἔτε τὰς χρεστὲς κακὰς. Equidem promenda sunt liberè, premdenda minimè quæ è re amicorum esse censemus,

Lib. II. Histor. Lib. II. Cap. xxiv.

Soph.

Φίλον πρὸς ἄνδρα καὶ λέγειν ἐλευθέρως,
 Μομφὰς δὲ ἐχ' ὑπὸ πλάγχθοις ἔχειν,

Eurip.

ut ille in Euripidis Alceste, sed tamen sine præjudiciis, magis sine verborum contumeliis, quibus ne hostem, nedum amicum, minimè omnium concussium acerbissimis doloribus peccus irritare aut læcessere fas est.

II. Quoniam igitur ea quæ inter Jobum & Amicos transacta sunt, Libri totius paginam utramque faciunt, & ex disquisitione de Amicorum eorundem Conditione, Genere, Habitatione, lucem fœneratur Historia Jobi, in huac eam locum rejecimus, nec usu otiosam, neque fastidiosam prolixitate. Quo circiter tempore, quove fine ad Jobum accesserint, jam suprâ indicatum. Quos cum Jobo sermones habuerint, quo ordine, quâ hypothesi singulorum, Textus docet, & ad eum Interpretes. Ubi nempe tria Eliphazi ad Jobum responsa, Bildadi totidem, Tzopharis duo, & Elihu orationes quatuor continuâ serie. Nos historicis demùm circumstantiis insistimus, in *Eliphazi* primùm, tùm *Bildadi*, dein *Tzopharis*, tandem & *Elihu*, compendio inquisituri sedes, natales, proavos, alia.

III. Primus ut ordine recensiois, & orationum ad Jobum, ita ut par est ordine ætatis & experientia, undè & omnium nomine Dei censuram excepit, *Job. XLII. 7.* fuit *Eliphaz* cognomento *Themanites*. Ex nomine utroque de genere & origine judicium esto. Neque dubium quin oriundus ex *Esavo* fuerit, seu *Edomo*, cui filius primogenitus *Eliphaz*, *Eliphazo* huic filius *Theman*, *Genes. xxxvi. 4. 10. 11. 15.* undè *Theman* in Scripturâ pro *Edom* non semel supponit. Ex his combinatum nostro nomen fuit *Eliphazi Themanite*. Dubium verò quotus fuerit ab *Esavo*, an filius *Esavi* primogenitus, *Eliphaz* senior, ut voluit Hieronymus in *Tradit.* imo ut videntur velle οἱ LXX. in quorum Appendice legunt nonnulli, Ἡλιφᾶς ὁ υἱὸς βεχὼρ τῷ υἱὸν Ἡσαῦ, id est, πρωτότοκος, primogenitus, ex בכור *bechor* Hebræorum? An potius *Esavi* nepos, ex *Eliphazo*, ipse dux *Theman*, quemadmodum velle videntur alii? An pronepos ejusdem, filius *Theman*, nepos *Eliphazi* majoris? An verò alius quispiam, quomodò in Versione Theodotionis legitur, Ἡλιφᾶς ὁ υἱὸς Ἰωσαφᾶς, & in Codicibus Versionis τῷ LXX. υἱὸς Σωφάν?

Ad Gen. xxii.

IV. Quântum ad *Eliphazi* genus & generationis gradum ἑπίκειρος nostra est: Hunc *Eliphazum* videri omninò fuisse pronepotem *Esavi*, ab *Abrahamo* generationis ordine sextum. Nec dixisse satis est, probant evidentissimæ rationes, 1. Prima est à nomine ejusdem desumpta. *Eliphaz* nomen fuit ab avo acceptum, *Themanites*, nomen patronymicum, seu qui filius *Themanis*. Solent namque filii denominari à Patribus, non Patres à filiis. Undè error Hieronymi aliorumque, qui *Eliphazum* sic dictum voluerè, quòd genuisset *Themanem*, *Genes. xxxvi. 10. 15.* Sanè perab-

fur-

furdè. Nec multùm à nobis abeunt *oi LXX.* qui in probatissimis Codicibus legunt *ὁς Σωφάν*, (pro quo alii in margine legendum putarunt *Βεχὼρ*, *primogenitus*, addito *icws fortè*) qui Sophan vel Sepho frater Themanis fuit, filius Eliphazi senioris. 2. Secunda petitur à *temporis* circumstantiâ. Sic enim perbellè quadrant quæ suprâ de ætate Jobi demonstrata sunt, atque ita inciderat Eliphazi provector ætas in tempus calamitatis Jobi, & Ægyptiacæ servitutis. Duxit enim Esavus matrem Eliphazi senioris, eandem quæ memoratur *Genes. xxxvi. 4.* anno ætatis suæ *quadragesimo*, *Genes. xxvi. 34.* Hinc ad ingressum Jacobi in Ægyptum fuere anni *xc.* ad mortem Josephi (qui supervixit annos septuaginta) fuere anni *clx.* Ergo Eliphaz pronepos, tertiâ factis generatione, fuerit hoc modo jam grandævus, post sublatum Josephum, fortè *octogenarius*, aut etiam major, ut merito ipsi primæ tribuantur, videaturque designare ætatem suam, *Job. xv. 10.* *Etiam est canis inter nos, grandior quam pater tuus ætate.* 3. Tertia succedit ab incommodis variis, si idem statuatur aut *filium* Esavi, aut etiam *abnepos*, vel *trinepos*. Si enim filius ipse, & primogenitus quidem, genitus Esavo anno hujus *xl.* vel *xli.* fuisset jam *nonagenarius* sub tempus *sicods*, atque ita Jobus coævus *Jacobo*, quod antè revictum est falsi. Si etiam abnepos idem, vel trinepos, & simul canis ac grandævus quo tempore probatus Jobus, coincidet hujus historia cum Mosâicis temporibus, redibuntque difficultates de quibus *Cap. viii. 4.* Quarta est ab auctoritate & consensione Veterum recentiorumque, qui rem probè pensitarunt. Ita quotquot Jobum censuere pronepotem Esavi ex Zarâ, id est Jobabum, haud ægrè admittunt ut Eliphaz Themanites eodem sit ab Esavo gradu & ordine. Nec aliter sentiunt qui historię eundem nobiscum synchronismum statuerunt. Eodem est gradu ab Esavo in Appendice Versionis Græcæ, ubi filius dicitur *ὁ Σωφάν*, vel *Ζωφάν*, id est, *Τζεφθο*, *Genes. xxxv. 11. 15.* fratris Themanis, ut visum: Solent enim Græci Hebræorum *Tzade* per *σίζμα* efferre, ut in *Σωφάρ*, *Σεδεβίας*, *Σαδάν*, similibus. Lectio verò in Versione Theodotionis, ubi dicitur filius *Josaphasi*, omninò mendosa est, quemadmodum corrupta pleraque, in hac Jobi & Amicorum Genealogiâ, ad calcem Græcorum Codicum.

V. Ut nomen Eliphazi genus arguit, sic cognomen *Themanita* habitationis *sedem*, vel *patriam*. *Themanites* enim, ut ratione paterni generis, ex Themanenatus, sic ratione sedis, ex Themanensi regione. *Theman* porro fuit urbs Orientalior *Idumææ*, in confiniis Arabiæ Desertiæ, ut pluribus suprâ. Hinc *oi LXX.* interpretantur *Ιδουμαίαν*, id est, partem *Idumææ*, ita quoque Hieronymus, & plerique. *Θαυριαν* Olympiodoro est, sanè perabsurdè, *πόλις τῆς Ἰουδαίας πρὸς τὸ Σίνα*, in Catenâ Græcâ. Nec enim *Judæa* confundi debet cum *Idumæâ*, neque circâ montem *Sina* frequentes incolæ fuerunt, minùs urbs *Theman*. Quanquàm *Theman* supponat nonnunquàm pro totâ regione *Idumææ*, & in hac latius extensâ mons *Sinai* collocetur, *Deut. xxxiii. 2.* *Judic. v. 4.* Galatinus Libro de *Arcanis*, *Theman* dicit esse *Insulam in sinu Arabico, ut multis placet*. Imperitè, nec talem *Insulam* Geographi norunt, qui plures in eo Sinu insigniores notant, & inter illos *Ptolemæus*, Tab. Sextâ *Asiæ*, è regione *Felicis Arabiæ*. Nec feliciores qui *Theman* designant in *Trans-Jordanicâ*, seu *Trachonitide*, ubi & *Hus* regionem sitam fuisse somniant, de quo fusiùs *Cap. 111.* Indubium igitur quærendam eam Urbem esse in confiniis *Scenitidis* & *Moabitidis*, quâ hæ regiones cum *Idumæâ* verius *Orientem* cohærebant. Quanquàm & fieri po-

§. xiv. & seq.

Cap. iv. Num. xiv.

Ad Job.

Lib. I. Cap. vii.

tuit ut hic Eliphaz extrâ patriam sedem paulo magis ad Orientem concefferit, & propiùs ad terram *Utz*, hinc *Jobi* viciniior.

VI. Alter *Anicorum Jobi*, qui accesserunt *ὁμοθυμαδὸν & οὐνοεξέμενοι*, fuit *Bildad* cognomento *Suchites*, vel *Schubites*. Hellenistæ legunt *Βαλδάδ*, Codices quidam corruptè *Βάλδας*. Addunt verò in Appendice, *Theodotion* quidem, *ὁς Ἀβελιῶν & Χαβὼρ*, *LXX.* verò, *ὁς Ἀμμὼν & Χαβάρ*, & *Σαυχίτε* *Τυεγνυς*, vitiosè alii, *Αύχίτε*. Quicquid hujus sit, ex *Suchite* cognomento *Viri* antè omnia *genus* intelligimus. Is *יִשׁוּחַ* nempe ex familia *יִשׁוּחַ* *Schuach*, *Josepho & Sodus*, qui unus ex filiis *Abrahami* natis ex *Kethurâ*, *Gen. xxv. 2.* Non confundendus idem cum *יִשׁוּחַ* *Schuab* *Cananæo*, de quo *Gen. xxxvi. 1. 2.* Porro *Bildadus* ita ex *Suachò* oriundus, tanquàm familiæ principe, cujus posterì *Suchite*, ut fortè esset quartâ aut quintâ ab eo generatione, pro circumstantiâ ætatis *Jobi* antè demonstratæ. Nisi censeatur hic *Bildad* fuisse tùm valdè grandævus, contra quàm videtur ex *Job. viii. 9.* aut censeantur vel ipse vel genitores fuisse *ὀψέγοναι* aut *τηλύγελοι*. Certè secundum *Græcos* fuerit pronepos *Suachi*, patre *Ammonè*, avo *Chobartè*, proavo *Saicho* vel *Suacho*. Hinc etiam cognationis vinculum inter *Jobum* & *Bildadum* intelligitur, seu *Jobus* ex *Kethurâ* filius, seu ex *Nachorè* patruo *Suachi* oriundus fuerit, ut fusiùs antè. Nam ludibrium debent qui *Bildad* confundunt cum *Baldad*, patre *Hadad* quarti *Idumæorum Regis*, de quo *Gen. xxxvi. 35.* ut faciunt *Torniellus*, aliique.

VII. Dehinc intelligitur quoque *Bildadi* hujus natale solum. Nempe fuit hoc *Arabia Deserta*, quæ & ipsa *Jobi* sedes. Arguunt id ipsum sequentia: 1. Cognomen *Patronymicum Suchites*: Ita dictum tùm ratione originis suæ, tùm ratione patrii soli, ut *Ismaëlita*, *Moabita*, *Themanites*, similia. *Suchite* autem iidem qui *Sauchite*, *Sauchai*, *Saccai*, quorum regio *Saccaa*, incolæ *Arabiæ Desertiæ*, vicini *Agubenis*, *Agravis*, *Aufitis*, &c. Ità apud *Ptolemæum*, & accuratiores omnes *Geographos*, in nuperâ etiam *Tabulâ insertâ Apparatus Biblico Editionis Waltonianæ*. 2. Sedes aliæ filiorum *Abrahami* ex *Kethurâ*, quæ omnes in *Arabia Desertiâ*, vel certè illius confiniiis. Sic *Madianis* illa & *Madianitarum*, *Medanis*, *Jochtanis*, *Seba*, *Cap. iv. Dedanis*, de quorum habitatione dictum suprâ fuit. & *vii.* Hinc *Eruditi omnes Arabum* originem tùm ad *Ismaëlem* retulerunt, tùm ad *Kethurâ* natos. 3. Genealogia illa ipsa quam exhibent vulgò *oi LXX.* & *Theodotion*. *Suachi* enim filium, avum *Bildadi* faciunt *Chobar* vel *Chobor*, voce *Arabibus* familiari, quâ *Venerem* *Deam* suam nuncupasse, illique feriam sextam consecrassè observat *Jos. Scaliger*, ubi agit de anno Arabico. Hinc fluvius *Mesopotamiæ* *χολδός*, vel *χολδός*, quin & *χολδάρης*, *χολδός*, etiam *χολδάρης* in *Euphratem* influens, cum *Civitate* cognomine, apud *Ptolemæum*, *Strabonem*, *Ammianum*, *Nubiensem*. De quo tùm fluvio tùm oppido videtis *Scaligerum* de *Emendat. Temp.* in anno *Capti Jechonias*, Fullerum in *Miscellan. & Chorographos passim*. Jam verò *Arabiæ Desertiæ* partem nobiliorem allud *Euphrate*, esseque *Mesopotamiæ* conterminam, ut hujus pars *Australis* etiam *Arabiæ* nomine veniat, antè observatum est. Quemadmodum & *Nachoris* filios ex *Mesopotamiâ* in proximam *Arabiam* delatos, dictum suprâ *Capite vii.* Et de *Arabibus Mesopotamiæ* incolis, *Euphratis* accolis, pluribus *Salmasius Exerc. in Solinum*, & *Itinerariographi*. 4. Arguunt istud etiam *Bildadi* & *fociorum* frequentes *Arabismi*, pag. 483, sublimiâ item *philosophemata*, sedes quoque vicinæ illi *Jobi* in *Scenitide Arabiâ*, & quæ plura observavimus, ubi nos de sede *Jobi*. Nec desunt qui consentiant *Doctissimi Interpretes*, ut in his est *Hugo Grotius*. Annòt. ad *Haud* etiam longè absunt *Veteres*, certè *Olympiodorus*.

De E. Temp. Lib. II.

Lib. v. Lib. iv. Cap. 11.

Tom. 1. pag. 483.

Annòt. ad Job. 11.

rus in Catenâ *Suacham* facit πόλις Μωαβιτῶν urbem *Moabitarum*, hinc conterminam *Themanitis*, & *Scenitis Arabibus*.

Lib. x. Cap. vii.

VIII. Longius abit Galatinus qui precario, ut ferè solet, in Opere de *Arcanis*: *Credibile est*, inquit, *Suach esse Aegypti superioris partem*. Sic nugatus Eugesippus *Suetam* ponens in *Terrâ Hus*, hanc in Syria *Damascenâ*, quæ illi est eadem cum *Terrâ Edom*. Nec felicius *Brocardus*, *Adrichomius*, *Torniellus*, *Arias Mont.* *Tiriinus*, *Cotovicus*, alii multi, & recentiores *Tabulæ Chorographiæ Bibliis* insertæ, etiam *Operi Londinensi*, hujus *Bildadi* & sociorum sedes collocant in *Palæstinâ*, *in montem Galaad, trans fluvium Jordanis*, ex falsâ hypothesi fuisse has in *Terrâ Hus*, hanc autem in dicto *Tractu*. Hinc illis *Suchites* dictus à *Suetâ* urbe, aliâs *Suete*, ibi designatâ, quæ olim, juxta *Appianum*, *Ortelium*, *Masium*, alios, fuit *Capitolias* *Syriæ Cavæ*. Sed commentum de situ terræ *Hus*, antè destruximus. *Suchitem* etiam non à *Suetâ* urbe, sed à *Suacho* *Abrahami* sic dictum, ex præcedentibus liquet. Pari errore *Viri* quidam docti confundunt *Scuab* cum *Scunamitide* regione, quæ fuit in *Tribu Issachâris*, decepti affinitate quâdam in principio vocum. Sic illorum error intelligitur, (est autem plerorumque) qui *Bildadam* fecerunt *Idumæum*, opinione talem quoque fuisse *Jobum*, prolixè in superioribus confutatâ. Denique errant, qui pro *Bildad* legunt *Baldas*, quasi βαλδαῖος, ex βαλδός *Phœnicia* Civitate, de quâ *Stephanus de Urbibus*: βαλδός πόλις Φοινίκης, ὁ πολίτης βαλδαῖος.

IX. Tertius ordine nuncupatur in Hebræo textu צופר הנעמתי *Tzophar Naamathites*. Et hic omnium obscurissimus est, ratione cum generis tum sedis. Hinc conjecturæ variæ, pleræque inanes, & traditiones incertæ. *Hariolati* non pauci fuisse eundem genere *Idumæum*, & quidem ex *Thimnâ* in posteris *Esavi*, *Genes. xxxvi. 40.* Nec alieni sunt *Tremellius*, *Junius*, *Interpretes* alii. *Fundamentum* omne est in affinitate quâdam vocum *Naamath* & *Thimnah*, transpositis literis per μέταθεσιν. Sed 1. plusquam metathesis fuerit, dum ex תמנה fit נעמתי, insolito planè exemplo, & additione *Ain* radicalis. 2. Audaces id genus conjecturas tam facile est conjectare, quam aditruere difficile, resque incertas reddunt illæ longè incertiores. Et habent id genus transpositiones locum in vocibus è linguâ unâ in aliam translatis, propter μεταθεσιν, minimè in eadem linguâ voce unâ in alterius locum, sine causâ ullâ, substitutâ, quod hic factum fuisset. Aliâs sanè *Criticis* suas in originandis vocibus transpositiones permittimus, ut quando *Aegyptiorum Nomus* fit illis ex *Syrorum Mono*, *Kikla* ex *Kikal*, *Amorgos* insula ex *Argamam*, *Bostra* ex *Bostra*, *Truphon* ex *Tarphon*, *Mestrem* ex *Misraim*, sexcenta id genus.

Annal. An. 2319. num. 13.

X. Nihilo minùs audaces qui *Tzophar* eundem pronunciarunt cum *Tzepho* filio *Eliphazi*, aut quod magis mirère, eundem cum *Schobal*, *Gen. xxxvi. 11. 13.* Posterius, quod non improbavit *Torniellus*, inducturus facilem mutationem nominum, suâ se absurditate prodit. Prius, quod veteribus & recentioribus nonnullis placuit, nihilo sanius est. Primò diversissima sunt nomina צופר & צופר scriptione, terminatione, etymo, significatu, neque causâ ulla substitutionis hujus in locum illius. Dein, repugnant ætas, aliæque circumstantiæ; sicque *Tzophar*, in *Amicorum triade* postremæ, fuisset vel patruus *Eliphazi* senioris, vel ejusdem pater, si locum habet *Appendix Græca*: Ηλιφάξ υἱός Σωφάν, filius *Zophan*, id est, *Tzepho*, ut visum. Unde præponi debuisset hic *Tzophar*, ratione tum dignitatis tum ætatis, ut qui fuisset centenario major, *Eliphazo* tunc ex antè dictis circiter octoge-

nario. Nulla etiam similis relatio patruï ad nepotem, aut patris ad filium ex *Textu* liquet.

XI. Finxere alii *Tzopharem* fuisse ἐκ τῶν Νομαδίων vel Νομαθαίων, voce hac formatâ ex Hebræo נאמאθ נאמאθ, & substituentâ in *Versione Græcâ* loco *Minaίων* quibus imperasse dicitur. Ita *Joh. Mercerus* *Commentario* ad locum, nec alienus nuper *Christ. Schöranus*, in *Bibliothecâ* suâ. Conjectura omnino sagax, nec indocta, solida neutiquam. Siquidem 1. constantissima ea lectio est omnium *Codicum Græcorum*, qui habent *Minaίων* vel *Μιναιών*, de quâ lectione statim. 2. Videri quidem possint *Νομαθαῖοι* vel *Ναμαθαῖοι* idem omnino quæ *Νααμαθῖται*, magnâ affinitate vocum; at quales isti *Νομαθαῖοι*, in quâ *Orientis* parte siti, quibus veterum *Geographorum* memorati, id vero inprimis docendum fuit. Ni rursus confundant *Ναμαθαῖοι* cum *Ναβαθαῖοι* *Arabia* *Petrææ*, ut error errorem parit. 3. Quos hic *Νομαῖοι* vocat *Mercerus*, intelligit *populos* aut *strictè* sic dictos, quales *Thraciæ* aut *Scythiæ* quidam, apud *Stephanum*, item gens *Libyæ* hoc dicta nomine; aut sic dictos laxiori appellatione, qui aliâs *Νομάδες*, celebratissimi apud *Geographos*. Ex prioribus oriundum *Tzopharem* nemo somniaverit. Qui verò *Nomades* dicti, *Arabia* *Desertæ* incolæ, & *Euphratis* accolæ, aliâs *Scenitæ*, *Saraceni*, apud *Plinium*, *Strabonem*, minime appellati sunt ex Hebræo נאמאθ. Vocum misra diversitas est; illi etiam *Græcis* ita nuncupati *Græco* etymo, νομάδες quasi vagantes hinc inde πρὸς τὰς νομάς ἀπὸ πᾶντοῦ, seu ut reddit *alicubi Salmasius*, *pabulationibus vagabundis errantes*. *Arabibus* autem dicti *أهل الرحا*, quasi tentoria ex pilis caprinis habentes vaga. Et hujusmodi *νομάδες* non in *Arabia* tantum aut *Mesopotamiâ*, sed & in *Aegypto*, *Æthiopiâ*, *Parthiâ*, *Scythiâ* ubi *νομάδες* διαζίταν. Alterius ergo planè originis vox *Naamathites*, de quâ nunc ἀμφισβητεῖται.

Tom. 1. Part. ult.

XII. *Abulensis* in *Prologum* *Hieronymi*, post *Eugesippum* *Libro de Distantiis Locor. Terra S.* statuit *Naamath* vel *Naaman* oppidum in *Idumæâ*, unde factum sit *Naamathites*. Hinc *Tzopharem* *Idumæum* fuisse plerique cum *Veterum* tum *Neotericorum* scripsere. Ita tamen ut tractum illum signent in *Trachonitide*, seu *trans-Jordanicâ* regione, haud longè à *Damasco* *Syriæ*, ubi in plerisque recentioribus mappis comparet urbs *Naamath*, apud *Adrichomium*, *Mercatorem*, *Ariam Montanum*, *Cotovicum*, & in *Tabulis* plerisque *Chorographicis* *Terræ S.* etiam quæ inserta *Operi Londinensi*. Per nos sanè *Idumæus* fuerit hic *Tzophar*, ut *Eliphaz* *Themanites*, in ipsam *Arabiam* *Desertam* protensâ quondam *Idumæâ*. At oppidum *Idumææ* hoc nomine neque in *Sacris*, neque in veteribus & probatis *Geographis* deprehendimus. Et si in *Trachonitide* quâ *Damasco* contermina est, hoc ipso non in *Australiore* *Idumæâ*. Oppidum etgò à recentioribus confictum, tanquam vicinum *Theman* & *Suetâ* urbibus, in regione *Hus*, *trans Jordanem* scilicet, ne quid commento deesset. Et si conjectare licuit urbem hoc nomine, pari imò potiori jure designanda fuit in *Arabia* *Deserta*, vel *Australiore* *Mesopotamiâ*, aut viciniorè his *Tractu*, ex situ *Terræ* *Utz*, seu *Ausitidis*.

Cap. vii. Tom. 1.

XIII. Galatinus, ut ferè solet, rursum nugatus, *Naama*, inquit, *terra Judææ* quam *promissionis* appellam. Dixisset modò, *Naama* urbs *Canaanis*, vel *Palæstinæ*, quæ post cessit *Tribui* *Judææ*, in *Terræ* *distributione*, *Jos. xv. 41.* Et hinc oriundum fuisse *Tzopharem* *Tremellius*, aliique *Interpretes* vulgò censent. Στοχαστικὸς quidem illi, sed planè ἀσολῶς, ἢ τῆ πάση ὁδῷ ἀμαρτάνοντες. Nam 1. Utut convenient nomina, & נאמאθ factum videatur ex נעמתי, non tamen illic utrobique locus idem. Sex-

Lib. x. Cap. vii.

cca-

centa diversissimarum Urbium, Regionum, Locorum exempla, quae planè iisdem nominibus veniunt. Sic plures fuere Uz, Saba, Madia, Dedan, &c. in locis tamen diffitis, neque *ὁμωνόμοιο* id genus in sacrâ & profanâ Geographiâ finis est. 2. Statuendus est Tzophar aut ex impiâ *Cananæorum* gente, aut *Israëlica* vel *Judaica*, quæcum prius Tzopharis fides, pietas, cognatio, & necessitudo cum Jobo, posterus ætas quâ vixit, antè distributionem Terræ, haudquaquam admittant. 3. Remotissimus etiam urbis illius *Naamah* situs à Deserta Arabia, & confinibus Australis Mésopotamiæ, ubi sedisse Jobum, Bildadum, nec longe inde Eliphazum, antè demonstratum est. 4. Paucissimis quoque hæc conjectura placuit, præferentibus aliis doctrinæ de Tzopharis natali solo ignorantiam, ut etiam in *Notis* suis Joh. Diodati.

XIV. Superest tamen interpretatio vel traditio potius Hellenistarum. Hi ubique, & in contextu Jobi, & in Appendice, Tzopharem faciunt *Μινναίων*, & *Μινναίων βασιλεία*, *Μινναίων*, *regem Μινναίων*. Nec de locutione moveri controversiâ sine temeritate potest, nisi fortè legat *Μινναίων*, vel *Μινναίων* aut *Μινναίων*. Dubium verò est tùm qui sint illi *Μινναί*, tùm quo jure Tzophar *Naamahites* sit Græcis *Μινναί*. Utrumque paucis expediendum. Sanè legimus *Μινναί*, gentis nomen, in *ἑβραϊστικῶς*, *Jerem.* LI. 27. nâ hæc trahatur locus *Mich.* VI. 12. Et Chaldaeus quidem *Armenos* reddidit, ut mixtam gentem ex *Arans* & *Μινναί*, vel tanquam *Μινναί* apud Hellenistas, quemadmodum, & diversissimè à gente Asiaticâ *Μινναίων* in Bersi fragmentis, & ab his qui *Μινναίων* apud Stephanum. Sunt etiam *Μινναίων*, *Μινναί* vel *Μινναί*, apud *Βασίλειον*, *Dionysium Periegetem*, *Strabonem*, *Plinium*, *Ptolomæum*, Arabiæ Felicis populi, ad extremam ejus Arabiæ partem & mare Erythraeum, *ἰθὺς ἀφ' ἑλίου*. *Eustathius Thessalonicensis* in *Dionysium Periegetem*, Editionis Regiæ: *Τετάρτων ἰθὺν μεγίστην κατοικούντων τῆς ἀραβίας, ἢ ἐπὶ τῆς ἡμῶν ἡμῶν ἡμῶν ἡμῶν. Ex quatuor maximis Gentibus, quæ Arabiam incolunt, una in eis est Μινναίων ἡμῶν, ad Mare Erythraeum.* Sed neque hos *Μινναί* designarunt Hellenistæ, disjunctos magna intercedine locorum ab *Eliphazi*, *Bildadi*, & *Jobi* sedibus. Nec etiam tantæ Genti hic Tzophar imperasse videtur ex eorundem Interpretum mente, quibus est Tzophar *Μινναίων βασιλεὺς Rex Μινναίων*.

Page 137

1 Paral. IV. 41. 2 Paral. XX. 1. XXXI. 7. &c.

Part. I. Lib. II. Cap. XXI.

XV. *Μινναί* ergò innuunt Græci Interpretes quorum iisdem aliis & frequenter meminerunt. Respondent Hebrææ voci *Μινναί* *Meonim* vel *Μεωνίται*, quæ sumitur quandoque appellativè pro *habitatione*, quandoque propriè pro *Gente* quadam hujus nominis. Gens verò ista, ex circumstantiis locorum, vicina fuit *Ammonitis*, *Moabitis*, *Hamalectitis*, gens adeò Arabiæ Desertæ, seu *Scenitidis*, consentientibus non modò præstantissimis Interpretibus, & in his Joh. Diodati ad 2 *Paral.* XXXI. 7. sed & Viro summo *Samuele Bôcharto*, in *Geogr.* S. Addimus Commentatorem in *Jobum* sub nomine *Origenis*, qui suo tempore *Μινναί*, *Themanitas*, *Aufim*, *Euchæos*, (voluit *Sachæos*, *Sacæos*), uno nomine *Arabes* dictos fuisse refert. Hebræi verò *Μινναί* hocce confundunt cum ipsis *Ammonitis*, quos sic per *ἀναρχομινναίται* dictos volunt, ut ex *ἡμῶν* sit factum *ἡμῶν*. Ita *Olympiodorus* in *Catenâ Gr.* *Μινναί* ἢ οἱ *Ἀμμωνίται*, quoniam mox suscipitur esse *ἐπίσης τῶν τῶν Ἀμμωνίταις*, sed his vicinos. Atque ita secundum Hellenistas Tzophar fuit *Arabo Scenita*, vel certè *Ammonita*, aut utrisque quam proximus, quatenus *Μινναί*. Undè verò, inquit aliquis, *Naamahites* Græcis Interpretibus

est *Μινναί*? Origo interpretationis videtur ista: Nempè vocem *ἡμῶν*, in textu originali, acceperunt transpositis literis pro *ἡμῶν*, & hoc ex *ἡμῶν*, id est, *Μινναί*, *Judic.* X. 12. Quod & vidit alicubi sagacissimus *Bochartus*, & firmari exemplis posset similia transpositionum. Nisi ex traditione habuisse dicantur Hellenistæ, uti alia multa in hac Genealogiâ *Amicorum Jobi*, *Eliphazi* scil. & *Bildadi*.

XVI. *Ἐπίθετον* tandem nostra ita habet. 1. *Μινναίων* eam regionem designatam à LXX. Interpretibus, seu jam in Arabia Deserta, seu in confinibus, ut visum, convenire præ omnibus aliis cum *Historiâ*, & iis quæ de *Jobi* & *Amicorum* reliquorum sedibus dicta sunt in antecessis. 2. Metathesin illam vel *ἀναρχομινναίταις*, in vocibus *Naamah* & *Naamah* longe tolerabiliorem esse, quam in vocibus *Naamah* & *Thimnab* ex mente *Junii* & aliorum. Quamquam ex *ἡμῶν* formandum fuisset *ἡμῶν* potius quam *ἡμῶν* *Naamah*. Undè traditio accessisse videtur de his sedibus *Amicorum*, quæ interpretationem suggestit totis LXX. 3. Inter *Ammonitas*, conterminos Arabiæ Desertæ, familiare quoque fuisse nomen *Naamah*, vel ex nomine conjugis *Salomonis*, matris *Rehoboami*, *Ammonitidis* gente, 1 *Reg.* XIV. 21. 31. Hinc proclive est suspicari idem fuisse quoque, in illis Orientis partibus, nomen loci, idemque convenientissimum, ab amoenitate regionis in quâ situs, prout *ἡμῶν* Hebræis, Chaldaeis, Arabibus, *pulchritudinem* seu *amoenitatem* designat. 4. Nihil necesse esse ut præcisè constet situs seu urbis seu tractus *Naamah*, satis constat in *ἡμῶν* vicinum fuisse eorum locum *Astis*, *Sachis*, *Themanitis*, seu jam ab *Esavi*, seu à *Keturæ*, seu à *Nachoris* posteris occupatum. Jobum enim hic Tzophar cum sociis convenit, ut *Ammon*, ut *fratrem*, convenire etiam illi *ἡμῶν*, *ἡμῶν*, communicatis consiliis, undè non tantâ locorum intercedine divisi fuere. Certè non fictitium nomen esse, ut quidam somniant, sed verissimum loci vel regionis, docent superiora.

XVII. Excipit tandem *Elibu* cognomento *Buzites*, qui *Jobum* seorsim à reliquis invisisse, hosque etiam prævertisse eo visitationis officio videtur. Auditor is totius controversiæ, & auditor hæctenus reverentiâ cæterorum, quibus longè fuit ætate hinc & auctoritate inferior, *Job.* XXXII. 2. 4. 7. Neque tamen inferior vel prudentiâ, vel æquitate, vel pietate in verum Deum, ut liquet ex quatuor ejusdem orationibus à *Cap.* XXXII. ad XXXVIII.

Spektare noli summe juvenis qui loquor, Viri sed utrum verba prudentis loquor.

Rectè apud *Platonem* ille: *Εἰ δὲ νεώτερος ὁ διδόντων ἐστίν, εἰδέν μοι μέλλοις, εἰ μὴ σὺν ἡμῶν σὺν ἡμῶν, nihil mihi curæ est, modò sapiens,*

Ante annos animamque gerens, curasque viriles.

Quod isti *Elibu* apprimè convenit, qui ut primas partes modestiæ habuit ita & sapientiæ, loquente sic *Augustino*. Describitur idem à patriâ vel gente *Buzites*, ex familiâ *Rameh*, patre *Barachabe*, *Cap.* in *Re.* XXXI. 2. 6. & quanto describitur *ἄριστος*, tract. tanto constat evidentiùs cum *Historiæ* veritas, tùm quæ de Viro illo cognoscere est operæ pretium.

XVIII. *Elibu* nomen est usitatissimum Hebræis, quo frequentes in *Scripturâ* viri appellantur. Et dubium primò annon hic binominis fuerit, alio deinceps nomine dictus *Bileam*, de quo in *Numeris*. Ratio dubitandi est ex veteri traditione Hebræorum, ex quibus ita *Hieronymus*: *Ex hujus (Buzi) genere est Balaam ille Divinus, ad Hebræi tradunt, qui in Libro Job dicitur Elibu, primum*

Trad. in Genef. XXI.

Vir sanctus & Propheta Dei, postea per inobedientiam & desiderium munerum Divini vocabulo nuncupatur. Idem quoque habet Commentator in Genes. ad Caput XXII. sub nomine Eucherii Lugdunensis, uti & venerabilis Beda Comment. in Job. sub nomine Hieronymi, & Lyranus Annotat. in Job. I. atque ex his alii. Contendunt nempe hunc Elihu fuisse ipsissimum Bileamum, accersitum à Moabitarum Rege, vaticinantem de Christo, ac contemporaneum Mosi, Numer. XXII. & sequent. Hinc Beda, Elihu qui est Balaam, secundum doctissimos Scripturarios. Quà tamen traditione nulla est vanior, & pellucet undique mendacii evidentia.

XIX. Primò, nihil est affinitatis in nominibus, neque quoad voces ipsas, neque quoad significationem vocum: **אֱלִיָּהוּ** quasi *Deus meus ipse*, nomen verò alterum **בִּלְעָם** quasi *destructio eorum*, seu *absorptio populi*, pessimo scilicet atque exitiosissimo consilio. Nec *Bileamo* fuisse nomen aliud prius (scilicet *Elihu*) dicitur meliore fundamento, quam supra *Jobo* fuisse nomen prius *Jobab*, imò hic convenientia major. Secundò, magna inter utrumque distantia est, ratione ætatis quâ vixere, & synchronismi. Elihu enim coævus Jobo, hinc toto minimum seculo, quo tempore hos sermones habuit, anterior **ἡ ἐξόδω**, ex iis quæ antè disertavimus: Bileamus autem clarus inter suos sub finem Peregrinationis in Deserto. Imò, ex ipsius mente Hieronymi, Eliphaz Themanites fuit filius Esavi, & Jobus noster tertius à Nachore fratre Abrahami, ex Utzo Nachoris primogenito; quo fiet ut tribus minimum seculis anteverterint isti tempus Bileami, atque adeò Elihu **ἐπιλείξ** longè sit Bileamo antiquior. Tertio, nec minor diversitas inter genus utriusque & originem: Alter enim *Buzites*, patre *Baracheele*, ex familiâ Nachoris, alter verò patre *Behor* vel *Bosor*, ex profapiâ fortè Kethuræorum, in Pethor civitate Mesopotamiæ, juxtà Euphratem, quæ est Pacoria Ptolomæi. Quarto, diversissimi iidem quoque professione, fide, moribus. Elihu vir sanctus, animum sanâ doctrinâ, pietate, & charitate perfusus: Bileam homo nequam, doctrinâ & factis impius, *ὀφθαλμοὺς* optans non *ὀψωνίας*: Ille in Scripturis laudatus, hic damnatus non semel, in utriusque Instrumenti Libris: Bileam hariolus, divinator, magister artis impiæ, quando

Geogr. Lib. v. Cap. XVIII.

Mich. VI. 2. 2 Petr. II. 15. Jud. II. Apoc. II. 14.

Cap. I. Rudim. Hebraic. Lib. II.

Prudens futuri temporis exitum Caliginosâ nocte premit Deus;

Elihu minimè talis, quem *Prophetam* fuisse habet ex Hebræis Hieronymus, sed tacet Historia Jobi. Mutationis verò ex probo in reprobum, ex Elihu in Bileamum, neque vestigium est, neque probabilitas ulla. Denique, assertionis haud fundamentum aliud præterquàm in *traditione Hebræorum*, affirmante Hieron. quos de Jobo & Amicis tradidisse pro more Hyberas nœnias, visum aliquoties, & confirmabunt sequentia. Imò nec nisi paucorum id Hebræorum fuit, in alia omnia euntibus illorum Paraphrastis, Chronologis, Thalmudistis, quorum hi in septem Præphetis Gentilibus *Bileamum* & *Elihu* distinctè recensent, in *Bava Bathra*, & aliàs. Sic de Bileami fraude, impietate, multa tradunt Orientales, Arabes, quæ alienissima sunt ab Elihu nostro. Pridemque observavit Capnio, Judæos in talibus sæpè volentes imposuisse Hieronymo. Exemplum alibi **ὄλας ἀμαξίας**.

XX. Sed de Elihu ferè sunt clarissima omnia. Gente & origine fuit *Buzites*, adeoque in posteris *Buzi* filii Nachoris, & fratris Utzi, Genes. XXII. 21. Undè idem ex cognatione Jobi, nec amicus modò sed confanguineus. Patre etiam fuit *Baracheele*, viro pio vel ex nomine quod est *Benedictio Dei*; idem quoque in posteris Nachor, ex familiâ

Heberi, undè Hebraica patris & filii nomina. Familia porrò fuit *Ramaa*, de quâ vanissima somniant quandoque Interpretes. Ex horum sunt numero qui *Ram* contractum volunt ex *Abraham*, hinc Elihu Irælitam fuisse, & in iis pridem Vener. Beda Comm. ad loc. Quod tamen neque diversitas nominum **רַמ** & **רַמְבַּם**, neque origo ex *Buzo* Nachoris, nec habitationis locus, ut taceamus alia, admittunt. In pari errore versati qui derivarunt ex *Aram* pronepote Judæ, *Ruth*. IV. 19. per patrem *Baracheelem*, undè sit *Ram* contractè, & ita Polychronius, alii- Procem. Caten. Gr. que Commentatores. Quo ipso Elihu non *Buzites* fuerit, sed *Judaus*, distitit etiam mirum in modum habitationis loco ab Ausitide sede Jobi, tempore quoque longè inferior Jobo, ut qui fuisset demum *quintâ* vel *sextâ* à Judâ generatione. Omnino igitur Elihu ita fuit ex *Buzi* propagine, ut avus illi fuisse videatur **רַמ** *Ram* nomine, pater *Baracheelus*, familiæ suæ caput, hinc distinctè expressum. Nisi aliis placeat, descendisse Elihu ex *Aram* filio Kemuelis, nepote Nachoris, *Buzo* Arami illius patruo, Genes. XXII. 22. Atque ita dictus fuerit *Buzites* ratione sedis, *Ramens* vel *Aramens* ratione generationis. Vel etiam *Buzites* idem Elihu & sede & origine, sed ex familiâ *Ram*, id est, ut Græci habent, **ἐκ τῆς συγγένειας** ex cognatione Rami, seu Arami, illustri familiæ capitis, quæ solus ex nepotibus Nachoris dicto loco Genesios memoratur. Nec intercedit legi in textu Jobi *Ram*, non autem *Aram*, quæ diversa videantur. Nam & aliàs *Ram* pro *Aram*, & qui priori appellatione venit, i *Chron.* II. 9. posteriori nuncupatur *Marb.* I. 3. Familiaris Orientalibus, Hebræis sc. Chaldæis, Syris, Arabibus, uti Græcis & Latinis, apud Gerh. Job. Vossium Tract. de Literarum Permut. illa prima syllabæ demptio, aut literæ *Aleph* initialis omisio, quemadmodum **Ἰ** *Jod*, & *Ain*, & *He* literarum initialium, pluribus apud Criticos, & nominatim apud Bochartum exemplis, in Libro *Canaan*, & Lib. II. Cap. XIII. & XV. frequentibus in Opere de *Animad. Script.* Optio posteriorum penes Lectores esto.

XXI. Ex dictis, de hujus Elihu patriâ seu habitatione facile est judicare. Fuit illa nempe vel *Arabia Deserta*, circâ Euphratem, vel *Mesopotamia* pars Australior isti contermina. Rationes sunt non obscuræ: 1. Genus Elihu ex *Buzo*, fratre *Utzi*, à quo terra *Utz* nomen habuit, seu *Ausitis*, Jobi patria. Hæc verò, ut probatum, fuit Deserta Arabia, nec longè à se invicem abfuere fratris utriusque sedes, hinc neque posterorum illæ. 2. Accedit, quod par fratrum *Utz* & *Buz* geniti fuerint *Nachori*, cujus sedes fuit in Australi Mesopotamia, Gen. XXXIV. 10. contiguâ Arabiæ Desertæ, dividente Euphrate, ut pluribus supra. 3. Sed & *Buz* relatum disertissimè legimus inter Arabiæ Duces, *Jer.* XXV. 23, 24. Et *oi LXX.* in contextu Jobi, *Buz* faciunt civitatem **τῆς Αὐσιτίδος** *χώρας*, eo ipso Arabiæ Desertæ. Et sanè *Ausitis* regio sortita est appellationem à fratre *Buzi* natu maximo, ut hujus quoque sedem includere potuerit. Et hic obiter observandus error Stephani, qui **Αὐσιτας**, habitatores certè **τῆς Αὐσιτίδος**, facit *Ægyptios*, sic dictos ab urbe **Αὐσις**, quæ sit **πόλις Αἰγύπτου**. Quomodo idem Stephanus, v. gr. **Κασάβαλαν** Ciliciæ oppid. facit **Φοινίκης**. **Αδρύμνης** Africae Byzac. emporium, facit **πόλιν Λιβύας**. **Αιλιθός** & **Αιλιώτης** derivat ab **Αίλιω** quæ *Hierosolyta*, quum plures fuerunt *Elia*, & **Αίλιω** in Arabiâ Fel. apud Ptolom. Sic **Γάλα**, undè **Γαλιλῆος**, facit Civitatem Galiliæ; quæ Judææ fuit, & eadem cum **Γάλαα**, ac sexcenta id genus Stephani **παροσέματῶ**. Voluit ille **Οἰσιτας** ab urbe **Οἰσις**, quos confundit cum *Ausitis*; quanquam & **Οἰσις** civitas sterilis Arabiæ est apud Zonaram, in quam relegavit Nestorium Theodosius. Sed & ab eodem *Buz* videtur

Comm. ad loc.

Procem. Caten. Gr.

Lib. II. Cap. XIII. & XV.

Tom. II. in Theod. Jun. p. 42. Ed. Reg. Par.

Lib. xviii. Chanaan. Cap. iv. Geogr. Lib. iv. Cap. v.

Busan vel *Busan* Castellum appellatum apud Ammanum, situm haud longè à Singaris Mesopotamiæ, & ab Euphrate fluvio. Et nos antè Arias Montanus, *Buz* urbem proximam dixit sedibus *Thema* & *Dedan*, in Desertâ Arabiâ, unde *Buzita* dicti qui postea *Essita* ab aliis appellati sunt: Et hos *Essitai* in Tabulâ Chorograph. ponit idem Arias in medio Arabiæ Desertæ propè Agræos & Nabathæos, quibus sunt ad Occidentem Amalekitæ, ad Septentrionem Bathanæi, Saccæi, Cauchabeni, in eadem Scenitide Arabiæ, omnes filii Orientis, *Jerem.* XLIX. 28. Diversi ab his fuere qui *Buzes* apud Ptolomæum, Africæ Septentrionalis in Marmaricâ populi.

XXII. Et hæc de quatuor Amicorum Jobi origine, familiis, sedibus, ætate, obscurissima hætenus, ac veluti per nebulam visa. Duo superesse videntur, primùm dignitas ac conditio singulorum, dein religio & fides. Sed de dignitate actum supra est, *Cap. vi.* & quæstio discussa an Jobi Amici Reges, & quo jure tres priores *Tvegyvus* & *Basilias* nuncuparint *oi LXX.* Id verò ex superioribus indubium, viros fuisse ut genere, sapientiâ, amicitia, & cognatione cum Jobo, sic etiam auctoritate inter suos eminentes, primarios fortè Civitatum aut Locorum quæ incolerent, Jobo haud admodum inferiores. Gratis tamen illi vel Reges habiti, vel etiam *Duces*, quin descripti ut viri privati tacitâ in Textu Hebræo, Chaldæo, Syro, atque etiam Orientalibus, dignitate. Frustrâ quoque trium illorum *famulus* vel *afecta* habitus fuit postremus omnium Elihu, ætate sanè inferior, hinc dicendi ordine, at non splendore generis, non proximitate cum Jobo, non educationis & sapientiæ laude. De religione & fide singulorum res etiam non obscura ex dictis. Omnino illi, æquè ac Jobus, extrâ Ecclesiæ visibilis sedem, & familiam Israël. Nec tamen *Gentiles* eo sensu quo Idololatræ, qui sine Deo & sine fide. Imò veri Dei cognitione imbuti, ac progressi ultrâ corruptæ rationis dictamen, *ὡς τὴν ἀδίδακτον γνώμην.* Nempè ex Abrahami scholâ omnes, à quo fidei & pietatis semina (quanquam haud altas radices actura) diffusa in ipsas etiam Nachoris, Kethuræ, Esavi, familias, ut antè observatum est. Et quicquid errarint in *hypothesi* circâ personam Jobi, ac conditionem illius internam, in *thesi* etiam circâ causas immislarum à Deo calamitatum, & probationum finem, longè interim sublimiora philosophatos esse de Deo, ejusque Naturâ, Attributis, Operibus, Judiciis, Voluntate; quinetiam de *Homine*, ejusque nativâ corruptione, in Deum officiis, fide promissionum, peccatorum respicientiâ, agnitione miseræ, &c. quàm quæ in sequioris Gentilitatis scriptis legas, cuius *ἀνακελευσὶς* abundè liquet. Sed & horum documenta quædam produximus in antecessis. Nec verisimile est ignorasse simpliciter eos Viros mysterium seu *Redemptionis*, seu *Resurrectionis*, quæ Jobus tantâ cum fiducia professus est. Gerras jam non Siculas sed Judaicas, passim apud Chaldæum & Orientales, v. gr. de prodigiis quibus impulsus hi Amici ad visendum Jobum; de fortuito eorum concursu; de *ἀσιλῶ* toto septiduo; & quæ id genus alia, suis auctoribus relinquimus.

Cap. xlii. Num. v. xl. x.

CAPUT XV.

De Liberis & Posteris Jobi, speciatim de Filiabus tribus.

BREVIARIUM.

Liberi posteriores Jobi. An ex priori conjuge? Error Tertulliani de orbitate Jobi. Is unde? Pamelii & Rigaltii conjectura rejecta. Cur liberi non duplicati? Rationes variae. Patrum mysteria. Filii Jobi. Nomina Fabulosa. Cur tacita? Filiarum nomina cur expressa? Jobi inter posteros fama. *Jobita Arabes.* Hoc nomine qui gloriati. An ex Jobo oriundi. Errores ex nomine Job. De Filiabus Jobi. *Jemima* unde sic dicta? *Jemamah Arabibus* quid? Falsa originationes notata. Terra *Jemama.* Nomen illi à *Jemimâ.* Illustratum. *Diana Persica Gentilium.* Communia quædam huic cum *Jemimâ.* *Ketziah* vel *Cassia.* Unde sic, & quare? *Mos Arabum* circâ Nomina. *Cassia* apud Veteres pretium. Origo vocis. *Amomum* unde? Rationes nominis falsa. *Mons Casius.* Talis in Arabiâ. Montes à Personis inclitis appellati. *Cassia Jobi an Cassiopea?* *Fabula lux.* *Keren-happuch.* Interpretamenta nominis varia. Latini, Chaldaei, Greci, Magistrorum quorundam illa expensa. *Vox ἦς* quid proprie? *Κέρας Ἀμαλθείας* apud τὸς LXX. *Fabula Græcorum.* Locus ex *Palephato.* *Hesychius emendatus.* Cornu copia illustratum. In quibus *Numis* & quare? Cur sic reddiderint *oi LXX?* *Waltonus* notatus. De cornu multa *Gentiles* ex Scripturis. *Fabula non unius origo.* *Jobi* quædam adscripta *Herculi.* *Verboratio* hujus Nominis, *Keren-happuch.* *Ἠπίκευς* Auctoris. *Κέρας* pro vase. Pro poculo, & quare? *ἦς* quid hoc loco? De trium harum Virginum formâ. *Moribus.* Successione in bona paterna. *Qua jura filias excluderint?* *Qua contra.* *Misra* consuetudines. *Arabum* ab antiquo mores.

I. Extinctam acerbissimo casu familiam Jobi universam natos nataque, instaurari voluit Deus Opt. Max. totidem procreatione liberorum, in statu restitutionis, *Job. XLII. 13.* Quos an ex priori conjuge susceperit, an ex aliâ superinductâ, nosse parum interest. Si prior Xanti fuit, atque

— animo corrupta superbo
Plus aloës quàm mellis habens,

fecisse videtur ad Jobi felicitatem, plenamque restitutionem, redire potuisse ad secunda vota, malâ cruce sublatâ. Si verò credimus posuisse etiam modum suis affectibus foeminam, virumque in magnâ fortunâ respexisse, redituram ad se cum prioris fortunæ reditu, ut sæpè

— medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid,

par est quoque credere eadem matre liberos posteriores natos. Vixit enim adhuc in mediâ viri calamitate, nec ulla novifœderis mentio, neque absonum quid est *viginti* liberorum mater, est etiam

— metuens alterius tori

seu novi vinculi conjugale foedus. Mirum verò est undè habuerit Tertullianus filios Jobo non fuisse restitutos, patrem iterum non vocatum, hinc sustinuisse voluntariam orbitatem; *Et si filios quoque restitui voluisset, pater iterum vocaretur.* Sed maluit in illo die reddi sibi. *Tantum gaudii, securus de Domi-*

Lib. de Patient. Cap. xiv.

no, distulit; sustinuit tam voluntariam orbitatem, ne sine aliqua patientiâ viveret. Pamelii quidem conjectura est, in exemplaribus Libri Job, quæ viderat Tertullianus, desideratum fuisse quod de filiis septem & filiabus tribus ei restitutis legitur in Hebræo, Chaldaicis, Græcis & Latinis exemplaribus. Sed mutilationis talis vestigium nullum adparet, nec ulli Codices noti, eo cum defectu. Quare videtur Tertullianus postrema illa, Job. XLII. 13. 14. *Jobo fuisse septem filios, & tres filias*, interpretatus esse de prioribus illis, sublatis inopinâ morte, nec restitutis, quanquam cætera omnia fuissent duplicata. Quasi dixisset Textus; *fuere autem Jobo septem filii, &c.* Si enim probè intellexit Tertullianus, genitos Jobo filios septem à restitutione, ut vult Rigaltius, non simpliciter negasset Jobo restitutos fuisse filios, & dictum fuisse iterum patrem, nec simpliciter tribuere illi potuit orbitatem. Sed manifestior est hic error Tertulliani, & unius quidem in totâ Antiquitate, quam ut revinci mercatur.

II. Non duplicata proles, uti boum, camelorum, pecudum, quæri ratio anxie quandoque solet. Planissima autem res est. Primo, uxor eadem vix tot liberis parturiendis suffecisset, cessante quoque puerperio toto tempore calamitatis. Deinde vix numerosior proles vel ad parentum felicitatem, vel ad incrementum posteritatis desiderabatur, neque semper in liberorum numero, sed qualitate & virtute, felicitas patrum consistit. Accedit, si duplo auctus fuisset numerus liberorum, eo ipso vix opes Jobi videri potuisse duplicatas, tot in partes dividendas, ut non amplior quam antè reditura fuisset ad singulos hæreditas. Denique nec aliena est ratio Hebræorum, quæ & Philippi Presbyteri, Gregorii, Bedæ, Veterum aliorum, ac recentiorum, idcirco non adaugendam duplo posteritatem Jobi, quod liberi priores meliori sui parte remanerent, & apud Deum vivere censerentur. Quinimò hoc sensu, scilicet ζώντων ἢ παραπλήθιον, recepit liberos duplicatos. Sed *mysteria*, in eo filiorum filiarumque numero, Patres adinvenère. Nempè septem filios adumbrasse spiritum septiformem; sic tres filias figurasse plenitudinem Legis, Prophetarum, & Evangelii in Christo Servatore; repræsentasse eandem triplicem Jobi fortitudinem, qualis eluxit in divitiis, in paupertate & in redintegratione ejusdem: Ita in ditatione Jobi novorum filiorum accessione, prioribus amissis, exhibitam figuram Christi ditati in Gentibus, post amissos priores filios, Judæos nempè: Nec mysteriis caruere, secundum eisdem, nomina filiarum expressâ in Textu, de quibus statim. Talia passim apud Eucherium, Bedam, Polychronium, Olympiodorum, & sequioris ævi Interpretes.

III. Filios Jobi quod attinet, pressit Scriptura alto silentio eorum seu nomina, seu historiam. Neque transmittere ista ad posteritatem necesse fuit. Satis erat Jobo restituto genitos esse filios alios, ex his nepotes, ut quarta generationi supervixerit, Job. XLII. 6. Et proculdubio crevit solatium patris ex filiorum virtute, uti ex filiarum formâ, calidissimis Jobi precibus, cœlitus exauditis, ne peccarent priorum fratrum exemplo, prout ῥῆσα αἱ ἢ νεῶν ψυχῶν εἰς ἡδονὰς ἐξολιοθάνουσαι ἀπὸ ἢ πικρίας καλῶν μετοχθόντων. Hinc in Codice Græco omnium vetustissimo, edente Patricio, non tantum laudantur Filia, sed & Filii. Οὐχ' ἀρέθησαν ἢ τὰς ἰωὲ θυγατέρας, ἢ τὰς ἡδὲς αὐτῆς, βελτίους αὐτῶν ἢ πῶ πῶ (melius ἐν τῇ vel ἢ ἢ) ἢ ἢ ἢ ἢ. Non invenire licuit juxta filias Jobi, & filios ejus, meliores eis in eâ quæ sub cælo est. Nec sanè vel Jobus factus fuisset votorum compos, si degenerassent nati, deflexissentque à semitâ pietatis, vel hos juvissent paternæ opes, in immensum auctæ, si non expressissent paternam virtutem atque pietatem: Ταῦτα ἢ μόνον ψυχῆς ἰδία

ἢ ἀναφαίρετα δὲ ἢ ἢ ἢ. Absurdi verò illi fuerunt, qui Historiæ Sacræ defectum suppleturi, finxere Nomina quibus hi VII. filii fuerint distincti, & in iis Philo ἢ ἢ ἢ. Nomina (inquit) filiorum, Eliphaz, Ermoe, Diasar, Philias, Pissar, Zellud, Thelon, eademque fuisse dicit antè & post calamitatem. Nugæ, & plusquam Muhammedi-ca somnia! Tacuit autem nomina Spiritus S. I. Quia nihil in iis videtur fuisse quod ad utilitatem Ecclesiæ faceret. 2. Quia ut filios sic nepotes memorat ad quartam generationem, hinc proluxa fuisset texenda genealogia, à scopo aliena. 3. Quia satis aliunde suis circumstantiis distincta fuit Historia ad faciendam fidem. Contrâ Filiarum nomina prodita sunt memoriæ: 1. Quia cumprimis emphatica illa, & significativa formæ, ac qualitatum, quæ in iis commendantur. 2. Quia incluta fuere eadem nomina, celebrata posteris, historiis, fabulis, ut mox docebimus. 3. Quia suffecere illa ad majorem Historiæ fidem, factumque id tribus verbis, nullâ jam serie genealogicâ desideratâ. 4. Quia mox transituræ fuere singulæ in maritorum nomen, proprium amissuræ, hinc ut extaret hujus memoria, consignandum tabulis.

IV. Neque dubium quin diffusissima fuerit posteritas Jobi, cernentis, se vivo, septem natorum complures natos, ex his pronepotes, etiam abnepotes, in quartâ generatione. Quo factum ut pariter sese diffuderit, iveritque ad seram posteritatem, in eo Orientis tractu, Viri nomen, virtus, plagæ, constantia, restitutio mirabilis. Hinc vulgatissima aliquot seculis Historia fuit, fabularum tandem accessione, quarum feracissimus Oriens, inter Syros, Chaldaeos, Arabes, aucta ac locupletata, ut solent magni cumprimis casus. Adeo ut in ipsis Paganorum ac Græcorum fabulis quædam Historiæ hujusce vestigia deprehendas, ut mox observamus. Hinc etiam factum ut Jobi nomen inter Arabes & Saracenos perpetuum fuerit, nec nisi principibus quibusdam familiis commune, velut hoc stipite ortis. Et pari ratione gloriati Arabes hoc nomine, qui se Jobitas dixerunt, quâ Samaritani dici amarunt Jacobita, Æthiopes Israëlita, olim Chienfes familiæ Οἰμηδαί, Atticæ quædam Eumolpida, Corinthiacæ Bacchiades, sic Macedones ab Hercule, alii suam à magnis nominibus ducturi originem. Itâ ex Jobitis fuit Saladinus ille vel Zelach-Eddinus (id est, instaurator Religionis) Orientis quondam terror, Jobi filius, ut Elmacinus refert, ipsemet quoque ἢ ἢ Ajoub, seu Jobus nuncupatus, quasi ex familiâ Jobitarum: Et itâ in Nummo Arabico ejusdem Saladini, cujus copiam Heidelbergæ fecerat Clariss. Hottingero Vir & rerum usu, & multiplici doctrinâ, & suâ non minùs quam avorum virtute inclytus Joachimus Camerarius, cujus instructissima Bibliotheca

Quæque Viri docto veteres cepere novique Pectore, lecturis inspicienda patent.

Atque ut Nummorum sic Cipporum frequentes inscriptiones id Jobi nomen præferunt. Undè factum ut errore nominis, Jobi nostri monumentum & Constantinopoli, ubi Jobum quendam Turcæ magnoperè venerantur, & in Palæstinâ, & in Syriâ, & in Arabiâ ostentatum fuerit, sepultis istic haud dubiè quibus Jobi nomen hæserat. Neque tamen credendi ex Jobi posteris quotquot hoc nomine in eâ gente distingui voluerunt. Non certè magis quam credendi, verbi gratiâ, ex Homeri posteris quotquot se Οἰμηδαί vocabant in Chio Insulâ, apud Strabonem; aut ex Salomonis vel illustrium Israëlitarum posteris, quotquot se hodieque in Æthiopicis tales jactant, seque Israëlitas vocant, tanquam ex Salomone per Maguedam Reginam Sabæ; aut

Lib. XIV.

ex

ex Illustribus Israëlitis qui cum eâ in Æthiopiam venerint, propagatos; apud Joh. Ludolfum in Ver- sione Confessionis Claudii Æthiopum Regis, ador- natâ anno 1658.

V. Nec plura nos de masculâ Jobi progenie, quæ sint historicæ fidei. De Filiabus Jobi dicen- dum eo prolixius, quo de his plura textus facer. Ex tribus, majori natu nomen inditum ימימה Iemimah, secundæ קציע קציע Ketziab, tertiæ קרן הפוך Kerenbappuch. Additum de singulis. 1. Non in- ventas esse in totâ terrâ, id est orbe toto, aut po- tius toto eo tractu, foeminas quæ formæ elegantia certarent cum filiabus Jobi. 2. Sortitas esse, pa- ternâ dispositione, hereditatem suos inter fratres, seu juxta cum fratribus, Job. XLII. 14. 15. Un- dè alia filiabus hisce fuere propria, alia commu- nia, de quibus nos sigillatim & paucis.

VI. Primogenitæ nomen fuit ימימה, à plurali ימים cum ה paragogico, sic dicta quasi diurna, vel diei instar. Hinc LXX. reddidit Hmēgan, Latinus Diem. Et simplicius id quàm quod vult Aben-Ezra, reddens annuam vel in annuum, signifi- catu ימים in loco Levit. xxv. 29. ימים תהיה לו anno pleno esto redemptio ejus. Nisi cui pla- ceret Arabica origo & significatio, quasi dicta יממה, id est, turris, columba, Iod loco Aleph, in formâ Hebraicâ, mediâ in voce substituto. Sed prius Paraphrastes Chaldæus, & Interpretes ferè omnes probare juberit, ipsaque ratio nominis quàm evidentissima. Non equidem eo sensu, quo dixe- runt Veteres diarium, herbam ἐφήμερον, ἡμεροκόλ- λυδα, lilium arundinaceum vel agreite, quod uno die floret, mox

Aret, & exiguâ viâ calore jacet.

Sic πάντες ἐφάμεροι apud Pindarum, diarii, ut Quem fors dierum cunq̄ue dabit, lucro Apponit.

Quamquàm in eum ferè sensum Iemima hujus no- men interpretatus sit R. Abraham Ben-Peritfol, quasi innuisset Jobus, mutari in dies rerum cursum, seu quotidianam esse rerum vicissitudinem. Quin potius id nominis sortita est, cum respectu ad for- mam corporis, quasi lucida, formosa, diei instar, & ita Chaldæus, ימימה שופרה נכמה quod esset pulchritudo ejus sicut dies, ut Galli dicerent belle comme le jour. Ni sic dictam velis cum respectu ad patris felicitatem, restitutionem, quasi nata diu- rno tempore, patre emerso velut ex profundâ mi- seriâ nocte, & tenebris calamitatis Job. XIX. 8. cuique jam dies gratior illuxisset, sive διήμερία ut dicunt Græci. Et posterius probat Hugo Gro- tius, nempe ex Veteribus, uti Olympiodoro in Casenâ: Ημέραν ἐκάλεσαν, ἡμέρας αὐτῶ φωνήν ἐπι- λαμβάνουσιν, Diem vocavit, quoniam dies illi serena il- luxerat. Corruptè legas apud Aquilam Νέμημα, apud Symmachum Ἰμμο, utrobique pro Ἰέμημα.

VII. Porrò de hac Iemimâ gemina nobis con- jectura est, salvo utraque suffragio Eruditorum. Prima est, ab hujus nomine videri appellatam ter- ram Iemama vel Iamama, sitam in Arabiâ, aliis Petræâ, aliis Felice (sed hujus parte magis Sep- tentrionali & quâ Arabiam Desertam spectat) hinc Arabum incurSIONIBUS maximè expositam, ut ob- servat Geographus Arabs. Addit idem, patere viam per desertâ à Iamamâ ad Bosram in extremâ Idumæâ. Et perindè est, seu statuas hanc ipsam Jobi filiam nomen dedisse regioni, matrimonio his in oris innexam, seu veriùs dedisse aliam hoc no- mine, deinceps inter Arabes inclyto, quo ad istius exemplum illustres deinceps Arabum foeminae ap-

pellatæ. Certè idem Author Geographiæ Nu- bensis, dictam omninò vult terram Iemama ab an- tiquissimâ Reginâ, cui nomen fuerit Iemama; so- lemneque iis temporibus, istisque in locis, impe-

Tom. II.

rasse foeminas, ut de Æthiopibus, Saracenis, Sa- bæis, Scythis, &c. observatum. Civilis Discipli- næ scriptoribus. Nec instari debet, diversa esse Iemima & Iemama, quando tyronibus notum, esse omnino idem utrumque nomen, & diem Chaldæis, Syris, dici ימימה Iemama, facilemque istis, uti & Arabibus, imo Græcis, esse transitum ξ in α, quo magis Iod medium in Iemima non radicale est sed fervile. Iemamitus verò cur Clariss. Bochartus cum Sabais confundat, arcessatque à conditore Sebâ, fi- lio Chûsi, nullo certo indicio liquet.

VIII. Altera jam conjectura est, habere cum hac Iemimâ (toeminâ, & paternâ virtute, & formæ venustate, & amplissimâ hæreditate, haud dubiè in Oriente celebratissimâ) multum affinitatis quan- dam ex Dianis Gentilium. Primò nomen utrobi- que planè idem est, & Græcis dicta Ημέρα, quæ Hebræis, Syris, Arabibus, יממה. Hesyechius, Ημέρα, Ἀρτέμιδος ἑπιβάλοι. Quin Latinorum Dia- na à die convenientissimè deducitur. Dein nec se- des aliena est, nam & Dianam Persicam, & Æthio- picam finxere, & quæ vagaretur circum Euphratem, id est, veriùs Arabica quàm Persica. Agrestem fe- cerunt quoque, montium & nemorum custodem, id est, quæ in Arabiâ Desertâ, quam incultam cre- diderunt, sedem habuerit suam. Formæ præstan- tiâ eadem Diana inclyta legitur; multis in sui a- morem raptis, undè Ημέρας & Εὐκλέας nomen, quod Iemima convenit. Utque illa semper Virgo mansisse dicitur, sic fortè innupta hæc Iemima; saltem in statu virginitatis fuit formæ gloriâ in to- tâ terrâ illustris. Quanquàm nec detuerunt aliæ quibus adaptatum hoc Diana nomen, uti innume- ræ Veneres; undè tam diversa Mythologi.

IX. Secundogenitæ nomen fuit קציע קציע, indu- biè ab aromate ejus nominis, sic quoque Arabibus appellato. Hinc Græcis κασία vel καοσία, Latini Casia vel Cassia, aromatica scilicet vel odora- ta fistulari seu siliquâ purgatrice, aliàs Cassiâ Ægy- ptiacâ vel Indicâ, (Veteribus juxta cum foliis fen- næ, theæ, variis lignis, radicibus, corticibus, fructibus, odoriferis, ut ambrâ, moscho, &c. præ- stantissimi in re medicâ usûs, quæ vel novus Or- bis vel extremus Oriens postremâ hac ætate sup- peditarunt, ignotâ) omninò distinguenda. Aro- ma quamproximè accedens ad cinnamomum, hinc Græcis ἰσοκίνναμον, diversum longè à cassiâ herbâ odoratâ, quam Salmasius Latinis dictam voluit à cassis rusticorum, juxta quas fereretur. Planè etiam vox ἀρωμαίων ἀρωμαίων ex Arabicâ voce لولب Ha- mata, & κιννάμωμον εἰσαρωμαίων ex Phoenicium קנפ efformata, apud eundem Salmasium, Bo- chartum, Golium. Haud igitur obscura ratio no- minis huic Jobi filia à nativitate inditi, quasi preciosa & fragranti ut Cassia, tum ratione formæ; tum ratione paterni amoris ac desiderii. Et jam olim familiare Arabibus fuit, servis suis, clientibus, libe- ris, & quotquot apud eos in gratiâ, indere à floribus, aromatis, plantis odoratis nomina. Sic ياقوت Fakus celebre inter Arabes nomen, à quo & appellatum Scripturæ Arabicæ genus elegantius, ita dictum ab hyacintho qui Fakus Arabibus: sic رابان Raban; nomen itidem proprium in eâ gente, à Riban, quod est planta odorata. Infinita id genus. Cassiâ verò, præ aromatibus reliquis, in summo apud Ve- teres pretio fait, de quâ prolixè Salmasius in Soli- num. Hinc inter aromata, quibus fragrans fuit spon- sa Salomonis, legimus quoque קציע קציע, Psalmi. XLV. 9. Nec Felix Arabia, ἡ ἀρωμαλοφόρος, ma- gis commendatur Veteribus, Græcis & Latinis, quàm à Cassia odore;

Exercit. in Solin. pag. 405.

Tom. II.

ὄσμυ καλόμοισ Η Καοίης.

Ma-

Maluere tamen Græci Patres, sic dictam fuisse hanc secundogenitam, quod Jobus jam esset ἐν δυνάμει τινὶ καὶ ἀπολαύσει τῶν ἀγαθῶν, boni jam apud omnes odoris, in plenâ fruitione bonorum. Sed prius simplicius, & cum ratione in textu additâ convenientius, probatum & Chaldæo paraphrastæ. Grotius verò vult, id nomen oppositum putredini & foetori de quibus antea conquestus Jobus. Frigidè porro ἀληγορίζω R. Abraham, uti antè ad nomen Jemimæ, sic dictam fuisse ἀπὸ τῆς ὑψιπύτης ἀβραστ, quod Deus corpora hominum ob peccata abradat. Quanquam ipsū aromatis nomen inde deductum videatur, quod ἀβραδάω cortex, vel cortice suo frutex denudetur.

X. Ut à Jemimâ non incongruè dictam censuimus Iemamam regionem Arabiæ, sic à Casiâ vel Casiâ nomen fortè fuit monti Casio vel Casio, celebratissimo in Orientali Geographiâ. Hic enim mons Arabiæ, quâ deserta est & sterilis, apud Herodotum, Plinium, Melam, Solinum, Dionem, Ammianum, Suidam. Solinus; Scenita Arabes, nobiles monte Casio. Suidas; Κάσιον ὄρος παρὰ τὴν Εὐφράτην. A quo fluvio nec longè admodum abfuit Jobi sedes, quâ iste Arabiam præterfluit. Nisi hic sit mons Casius Mesopotamiæ, ut quidam legunt apud Ptolomæum, in Codicibus plerisque dictus Masius. Quem verò priores montem faciunt Arabiæ, hunc Ptolomæus, Strabo, Stephanus, faciunt ὄρος Αἰγύπτου vel πρὸς Αἰγύπτου, nempe in confiniis Arabiæ Petrææ. Alius quoque fuit mons Casius Syriæ, propè Antiochiam, ubi ἡ Καισιώτις regio, à quo Jupiter Casius, Ζεὺς Κάσιος, in numis Veterum, & in inscriptione donariorum Trajani factâ ab Adriano,

Ζωὶ τὰ δὲ Αἰνείδης Κάσιον Τεργιάνος ἀγάλμα, Κάσιον ἀνδρώπων κοίτην Ἀθανάτων ἀνδρῶ.

Et hunc ferè cum Casio Arabiæ confundunt scriptores, ipse Suidas; quod & multis Veterum accidisse monet Clariss. Vossius Observat. ad Melam. Undecunque jam sit dictus Antiochenus ille, quem vult Bochartus Syris vocatum ὄρος Casi vel Casi, quasi terminalem, certè Arabicum Casium ab hac Casiâ vel Cassiâ non incommodè putamus appellatum. Nam ut Regionibus, Urbibus, sic quoque Montibus hæssisse nomina à Viris Fœminisve inclitis, notius est quàm ut pluribus demonstratur: v. g. Monti Sehir nomen à Sehir Duce Gen. xxxvi. 20. monti Masio à Mas in Semi posteris Genes. x. 23. monti Gilhad à Gilhado in nepotibus Josephi Num. xxvi. 29. 30. monti Hebron ab Hebrone in posteris Levi Num. 111. 19. &c. Sic terram Iemama à pristinâ Reginâ ita nuncupatam fuisse, visum ex Geographo Nubiensi. Sic à filiâ Ephraimi nomen Urbis inditum legimus 1 Chron. vii. 24. Nec exemplorum finis ullus foret, ex Geographiâ utrâque. Et Casiam hanc fuisse in fœminis illustrem, ejus natales, nomen, forma, hæreditas loquuntur. Absurdè Stephanus Casium Ægyptium dicit κληθῆναι ἀπὸ τῆς κυκλάδος νήσου, Κάσιος, vel ἀπὸ Κάσιος τῆς Κλειομάχης, à quo posteriori Græculos insulam aliquam nuncupasse, unam in Cycladibus Ægæi maris, facillè largimur. Audacior fortè conjectura foret, si ex hac Cassiâ natam diceremus Κασιόπιω vel Κασιόπιον, in fabulis Græcorum, remoti scilicet in Æthiopiâ (quidni Arabiâ) Regis filiam, supra mulieres omnes suæ ætatis formæ gloriâ superbientem, de formâ cum Nereidibus certantem, & quæ alia non aliena sunt ab hac Cassiâ, à formâ cum sororibus suis commendatâ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἰσομῆν.

XI. Postremæ filiarum nomen fuit קרן קרן Kerem-happuch. Reddiderunt οἱ LXX. Κέρας Ἀμαλθείας, malè alicubi apud Suidam, Ἀμαλθείον. Aquila corruptè & barbare, καυνοφύθη. Latinus

cornu sibi, quod quid sit nescire se fatetur Phil. Commodus. Chaldæus, multi splendoris instar Smaragdi. ad loc., Latinum quod attinet, est illi sibiū fuci species, quo fœminæ oculos cumprimis fucare consuetæ. Hoc sensu vox קרן Jer. iv. 30. & 2 Reg. ix. 30. de Jezabele fucante oculos sibiō. Sic קרן Kimchio est fucus niger קרן קרן, id est sibiū. Στίβιον Hesychio κρῶμα μετὰ γαλλικὸν μέλας, antimoniū recentiores dixerunt. Quo sensu sic dicta fuerit Cornu veluti refertum sibiō; aut κατ' ἀντίφρασιν, quasi minimè fucata, formosior nativâ pulchritudinè quàm quæ sunt copioso sibiō decoratæ,

— tanti est querendi cura decoris.

Grotius reddit quidem abundantiam sibi, sed sensu alio, & cum קרן ad Jobi statum præcedentem. Nempe sibiō oculos pulchriores reddi, hinc id nominis oppositum fuisse stueti quo intumuerunt Jobi oculi Job. xvi. 16. Atque ita vult, tria hæc nomina fuisse totidem monumenta, Jobo & familiaræ ejus, transitus ex summâ miseriâ ad summam felicitatem. Nec repugnarem, nisi primò coactior hæc videretur ratio nominum, tùm alia in textu expressâ esset causa προσωνυμίας, sc. virginum decor, ut dictæ sint fausto omine quod reipsa fuere. Qualium ominosorum nominum, etiam in fœminis, uti in Evâ, Sarâ, Agare, Rachele, Nahomi, Annâ, Mariâ, &c. finis in Scripturâ nullus, & in Exoticis dictæ Pulcheria, Euphemia, Eudoxia, Placidia, similes, nomine & omine tales. Quin potius filiis prioribus natu inditurus fuisse videtur Jobus hujusmodi nomina, quæ ad statum priorem reflecterent. Longitūs iterum abit R. Abraham, cui Kerem-happuch est cornu conversionis, ut He sit radicale, quasi קרן קרן conversum nempe cornu, vel קרן ex formâ Chaldaicâ קרן, ut significaretur facilis mutatio è fortunâ prosperâ in adversam, & vicissim ex adversâ in prosperam.

XII. Chaldæus autem vocem utramque, ex quibus factum nomen est, aliter accepisse videtur. Refert enim ad virginis gloriâ, splendorem, instar Smaragdi, קרן ergò illi est splendor, gloria, quo sensu vox apud eundem usurpetur in Jobo Cap. xvi. 15. uti alias à Paraphrastis passim. קרן verò fuit illi hoc in loco lapis preciosus, quem Interpretes alibi reddunt ἀνθρακας carbunculum Esai. liv. 11. Sic קרן Græcis λίθοι πολυτελής 1 Chron. xxix. 2. Et perbellè quadrat hæc nominis significatio in virginem splendens, ut carbunculus, vel smaragdus, vel gemma quæcunque alia. Obstant tamen huic interpretamento, viris quanquam ingeniosissimis laudato. 1. Vox קרן quæ ut in sensu proprio cornu est, hinc vas corneum, sic in metaphorico, ex usu Scripturæ, non tam fulgorem, quàm robur, potentiam, dignitatem, ισχύς, κέρτος, ἀξίαν, δυνάμιν, ubique notat; hinc insigne potestatis Regiæ, prout robur omne animantium, taurorum, in cornibus. Sic dicto Jobi loco οἱ LXX. vertunt κέρας vim, robur, Syrus caput meum, alii dignitatem, Job. xvi. 15. 2. Vox קרן, quæ precario trahitur ad formæ radios instar carbunculi, vel smaragdi, aliis rubini. Vestigium hujusce significationis nullum, nec in radice Hebræâ, nec in Orientalibus reliquis. Et confudisse videntur vocem cum קרן Exod. xxviii. 28. Quod si קרן de lapide, certè fuerit is nigri coloris, instar sibi, & marmoris veritatis species. Undè vox aut sibiū designat, in primo significato, quod ad decorem & ornatum facit; aut in significato metonymico non tam hanc vel illam gemmam, quàm in genere decus, ornamentum, pretium rei, aut certè splendorem. Undè non sola dicitur de lapide aliquo pretioso, sed juncta cum voce קרן, in locis allegatis.

XIII. Mira videri possit Græcorum interpretatio, nempe τὸ Κέρας Ἀμαλθείας, quod nomen ex fa-

Geogr. Lib. v. Cap. xviii:

Cap. x:

fabulis Græcorum promptum. Quam cur doctissimus nuper Commentator prætulit Latinæ versio- ni, haud satis capio. Fabulam de *Amalthea cornu* variè referunt Veteres, in descriptione Bacchi, Herculis, Acheloi. Quandoque illis est nomen *regio- nis* feracissimæ omnium fructuum, sic dictæ à Re- ginâ loci Amalthea, quam illi regioni præfecerat Ammon Rex Lybiæ, ad montes Ceraunios, in præmium amoris. Quandoque est cornu *Capra* nu- tricis Jovis, beneficio Amaltheæ Nymphæ, cui fortè ad arborem confracto hanc Jupiter facultatem indiderat, ut illud habens rerum omnium copiâ diffunderet, caprâ ipsâ sideribus adscriptâ;

Sidera nutricem, nutricis fertile cornu

Fecit, quod Domina nunc quoque nomen habet.

Quandoque est Veteribus abundantia rerum om- nium iis concessa qui capræ Amaltheæ, relatæ in- ter astra, supplicarent, ut est apud Hesychium. Quandoque sic vocant cornu capræ alterius, dictæ Amaltheæ, quo terram ista effodiens ingentem thesaurum pastoris suo aperuit, undè hic derepentè ex pauperrimo fortunatissimus. Aliàs fabulantur, fuisse cornu Acheloo *Ταυρομόρφου* ab Hercule de- tractum, & à Naiadibus florum fructuumque co- piâ repletum apud Ovidium. Tandem perhibent, fuisse cornu quoddam formosissimæ foemine, Amaltheæ nomine, in Ætoliâ aut in Thespiis, in quo ejus essent reconditæ & coacervatæ opes, undè comparari omnia possent, aut præ- ditum eâ virtute ut illud habenti omnia spontè provenirent. Et tale cornu modo à Mercurio tra- ditum Herculi abacturo boves Gerionis; modò isti foemine ab Jolao, peregrinationis Herculis socio, subductum, atque hinc ab Hercule circumlatum. Posterius ità Palæphatus, *περὶ τῆς κέρατος τῆς Ἀμαλθ. φασὶν εἶναι Ἡρακλῆος τὸ ἐφορεῖται πάντοτε ἐξ ἑὸς ἐξήλειο αὐ- τῷ ὅσα ἐβύλατο. Ἡ δὲ ἀλήθεια ἕως. Ἡρακλῆος ἀποδη- μῶν εἰς Βοιωτίαν, καὶ Γολαίος εἰς Ἀδελφίδας, κατέλυε ἐν Θεσπιάς ἐν τινὶ πανδοχείῳ, ἐν ᾧ ἦν τις γυνὴ καλεσμέ- νη Ἀμαλθήα, ἡραία καὶ καλή. Ὁ δὲ Ἡρακλῆος ἠδόμενος αὐτῇ πλείονα χρόνον ἐξενίστατο. Γολαῖος δὲ βαρύνων φέρων, ἔπινοε πῶς ἐμπολέμῳ τῆς Ἀμαλθείας ἐν κέρατι κηρύττω ἀ- νελεῖσθαι, ἐξ ἧς ἐμπολῆς εἴτι ἤθελεν ἀνεῖτο τῷ Ἡρακλεῖ;* & quæ ibidem plura: His ex fabulis natum *cornu Amaltheæ*, pro cornu abundantiae, cornu copiae, cornu fertili, seu affluentia rerum omnium ad fel- licem vitæ statum. Græci dicunt *τὴν τῆς ἀγαθῶν ἀ- φθονίαν, ἢ ἀπαραίτητον*. Horatius:

Jam fides et pax et honor pudorque;

Priscus et neglecta redire virtus,

Audet, apparetque beata plenus

Copia cornu.

Hesychius: *Ἀμαλθείας κέρατος, ἀπὸ τῶν πάντων ἄπυτο- χάνων, ἐπιδήσθαι οἱ διχομόνοι τῇ ἐρεσνίᾳ αὐτῶν πάντων ἐπι- τυχεύουσιν*. Sic enim corrige. Undè *Ἀμαλθῶν*, idem quod *πληθῶν*, *πλεῖζον* apud Hesychium, & qui hunc descripsit Phavorinum; nonnunquam & *τρεφῶν*, ab Amaltheâ nutrice Jovis. Poëta:

Hic ubi Amalthea vita est mihi divite cornu.

Plutarcho hinc dictum *τὸ πλεῖστα κέρατος*, *Libro de For- tuna Roman*. Aliis dictum continere *τὴν Πανταγερμίαν*, rerum omnium semina, seu terræ dona omnia. Nec aliundè in Numis infinitis Veterum *Cornu oprie* symbolum est Felicitatis, Abundantiæ, Æterni- tatis, Libertatis, Liberalitatis, Hilaritatis, An- nonæ, Concordiæ, Securitatæ, Pacis, Justitiæ; ob rerum omnium ubertatem his annexam, aut ex hisce proluentem. Sic in Numis Julii Cæsaris, Augusti, aliorum Principum, per quos vel felici- tas, aut tranquillitas, ac serenitas Reipubl. reddi- ta, *Cornu copia* in manu alterâ repræsentatum cer- nitur. Idem quoque in imaginibus Cereris, Vir- ginis Astricæ, Fortunæ, Providentiæ, ob causas eadem. Sic in annulis sæpè idem *Amalthea cornu*

expressum. Hinc etiam *Hircus* hieroglyphicum fecunditatis fuit, tanquam animal cornutum. Sed de Cornibus & Cornutis pollicitus accuratam Differ- tationem est Frater noster, in victuro opere de Nu- mismatibus Antiquorum. Nec pluribus opus, ut constet de Græcæ Translationis mente; in quâ *Cornu Amalthea* nomen est abundantiae ac felicitatis.

XIV. Quid igitur? Hæccine mens Hellenista- rum, fuisse Virgini ipsissimum nomen *Ἀμαλθείας*, aut hanc esse *Amaltheam* Gentilibus celebratam, aut respexisse ad fabulam Jobum, in hac filia nomenclatione? Certè Suidas, *cornu* omisso, vocat *Ἀμαλθείαν* simpliciter: *Ἀλλὰ Ἡμέρας τε, καὶ Κασίας, καὶ Ἀμαλθείας, πρὸς ἀνομιάν λαμβάνουσιν*. Quæ *Ἀμαλ- θῶν* Græcis modò Capræ, modò Virginis nomen est, propter *ἀμαλακίαν*; *ἀπὸ τῆς μὴ μαλακασεῖσθαι, ταπεινῶσθαι*. Idem & Sybillæ nomen quæ libros ad Tarquinium detulit. Hinc Tibullus;

Quicquid Amalthea, quicquid Marpesia dixit.

In apparatu Waltoniano ad Biblia Polyglotta, Ex- plicatione Idiotismorum Hebr. & Græc. *Scriptores Sædri subinde per τὴν μὴν citant fabulas Gentilium*. At- que inter prolata exempla citari dicuntur *Job. xlit. Cornu Amalthea*; *Job. xxi. 33. Glarea Cocytii*. Nos verò talia citari à Scriptore Sacro, aut ad talia re- spici, quantum ad textum originale & authen- ticum, pernegamus. Sanè fabulis istis vetustior longè est historia Jobi. Nec verba originalia id sonant, putà vel Amaltheam, vel Cocytum internale- lem fluvium. Respexere veriùs ad fabulam recen- tiores Interpretes, ad posteriorem Latinus, ad priorem Hellenistæ, quorum ætate in proverbium abierat *κέρατος Ἀμαλθείας*, pro *Cornu abundantia*, & symbolo *felicitatis*. Sensum ergò attenderunt & *Ke- renhappuch*; ut frequentissimè solent, non præcisè utramque vocem. Putarunt etiam, hinc deinceps natam esse illam fabulam (uti natae sunt pleræque ex Historiis sacris antiquioribus) de *cornu Virginis*, & virginis quidem *ὡραίας καὶ καλῆς*, illustri patrè na- tæ, ejusdemque divitis, fortunatæ, cui ad felici- tatem nil deesset, cum aliis Græcorum & μυθολο- γῶν additamentis.

XV. Neque hoc postremum abest à veri spe- cie: seu singulare nomen tertiæ hujus Virginis at- tendimus; seu eximiam formam, seu parentis felicitatem, opulentiam, seu diffusam ad vicinas gen- tes, Phœnices; Ægyptios, Virginum famam, seu Gentilium alia multa de *cornu*, quæ ex Scripturis derivata. Sic *Bacchus bicornis* ex Mosis radiis cornuum instar, undè Moses cornutus apud Judæos Veteres, & cum Baccho collatus apud Gerh. Vossium de Origine Idolatr. Bochartum de Colo- niis Phœnic. Pariter *Legislatores Cornuti*, ut Charon- das, alii in Numis antiquorum, ad Mosis Legisla- toris exemplum, quæ pluribus Frater meus illustra- bit. Sicut *Deo* & *Messia* passim in Scripturâ *S. cornu* adscriptum, regni & potentiae symbolum, ita Gentilium quoque Diis, Jovi, Hammoni, Pani, Junoni, &c. item Heroibus, Herculi, Alexandro M. quorum posterior *Corniger*, *Cornutus*; etiam Ara- rabibus & Orientalibus. Undè *cornu* modò Divi- nitatis, modò Imperii, Regni, Potentiæ, Robo- ris, hieroglyphicum fuit, quo in sacris nihil usita- tius. Talia innumera Græcos ex Phœnicibus ha- buisse, hos ex traditione & famâ sacrorum, aut phrasiologiis sacris, pridem Seldenis, Vossii, Bo- chartis, aliis demonstratum est. Imò ut hæc de *cornu* virginis fabula implicita est cum fabulis de Hercule, ita certum, esse singularia quædam in *Jobi* Historiâ, quæ Mythologi fabuloso Herculi tri- buerunt. Tacemus labores exanthatos Jobo, cui cum serpente antiquo, nec unâ hydrâ, decertandum fuit. Non urgemus animi fortunæque in Jobo magnitudinem; hinc *maximo Orientalium*. Non

multis hujus promptitudinem *πρὸς ἀλεξιμανίαν*, & juvamen aliorum, de quâ inprimis *Job. xxix. & xxx.* collatione institutâ, describimus. Ast verò quid convenientius, quàm quod Scriptura de Jobo, & quod fabula *πρὸς Ἡρακλείου ψάρας, νόου*, seu Herculanâ *scabie* & Herculano morbo, cui nullâ hominum ope succurri poterat? Itâ quod habet fabula *πρὸς τὴν ἡρομλίαν δῆγματος Ἡρακλεῖ ὑπὸ τῷ ὄφει*, de Herculis morfu à serpente; quemadmodum & *πρὸς τὴν ἰάσκειν*, de miraculosâ ejusdem sanatione. Quin *μανίαν* quendam exprobrare Jobo Amici videbantur, à cujus suspicione tandem liberatus, uti Hercules *πρὸς τὴν μανίαν ἐλαβεοεζόμενος*. Omnia perquam simillima, ut vix sit convenientior fabulæ origo. Sed hæcenus de interpretamento Græcorum.

XVI. Excipit tandem *ἐπιπέσεις* nostra, de ratione & significatione hujus nominis *Keren happuch*. Paucis ita habet. Primò quidem vox *קרן* accipi hic metaphoricè potuit pro vase, quoniam *cornu* pro vase *cornuo* frequentius. Utebantur enim iis Veteres, seu oleo, seu unguento, seu stibio, seu similibus pretiosis asservandis. Undè etiam *cornu* pro poculo, *κέρας*, id est, *ποτήριον, ἐκπομα, κέρας συμποσιακόν*. Quoniam veteres bibebant è boum cornibus, Reges ipsi & Principes, ornatis iis auro, argento, ut Philippus solitus *κέρατι πρὸς πίνειν*, hinc *κεράσαι* vinum aquâ diluere, & *κρατῆρες* tanquam *κερατῆρες*, observante multis Athenæo. Quin & fuisse poculi genus quod vocarent *κέρας ἀμαλθείας*, procul dubio à capacitate, (undè Pannoniorum Regibus tam ampla *κέρατα*, seu pocula ex boum cornibus, ut tres quatuorve congios caperent,) idem Athenæus, & ex eo Eustathius, in Fragmento quod primùm produxit Isaacus Casaubonus, doctissimis in Athenæum observatis. Porro, ut ad rem redeamus, non insuetum, homines, vel etiam hominum corpora, conferrî cum *vasis*, receptaculis, ipsi Paulo Apostolo *Rom. ix. 21. 22. 23. 2 Corinth. iv. 7. 1 Thess. iv. 4.* & sæpè alias. Sic in Vet. Instrumento *vasa* violentiæ, indignationis, fragrantæ, obviis locis. Secundò, arbitramur dictam fuisse hanc Virginem *קרן* seu *וַיְהִי קַרְנָה*, id est, *elegans, καλλιχρῆν*, veluti *stibio* refertum aut decoratum, prout *קרן* *stibium* notat, vel *χρῶμα*: vel etiam vas *pretiosum*, ornatum, splendidum, fulgens nitore eximio, quatenus *קרן* notat *ornamentum, decus*, vel rem *πολύτιμον*, undè suprâ *קרן* *קרן* *לִבּוֹי פּוֹלֻטֵי לַעֲיִם*, ex *1 Chron. xxix. 2.* Et postremum simplicius videtur, prout alias Gentium Apostolus dicitur *κεῖθεν ἐκλογῆς Αἰθ. ix. 15. vas electum*, eximium, præstantissimum; & Sponsi Sponsæque decus in Cantico, simili *vasis myrrhati*, præter metaphoras alias, describitur. *Mysteria* autem Patrum, in his ipsis nominibus quæsitâ, ex Olympiodoro, Bedâ, Commentatoribus aliis, ut ab instituto nostro aliena, & parùm solida, ultrò dissimulamus.

XVII. Hucusque de nominibus discretivis Filiarum Jobi; quæ si Chinenfi in orbe fuissent procreatæ, solo ordine nativitatæ, nullo autem proprio nomine, pro hujus Gentis consuetudine, venissent distinguendæ. Sic igitur habuere quæ propria singularum. Communis autem illis fuit primò formæ præstantia, descripta tum *absolutè*, tum *comparatè* ad foeminas ejus vel regionis vel ætatis. Nempe

μορφὰ θηλυτέρησι πέλει καλὸν, ἀνέρι δὲ ἀλκὰ,
apud Bionem. Anacreon naturam dedisse his *κέρατα*, istis *ὄπλα*, aliis τὸ *πέταρον*, τὸ *νέερον*, &c. sed

ἀνδράσι τὸ φρόνημα,
γυναιξὶ δὲ τὸ κάλλος.

Lib. v.

Manilius:

Illis cura sui cultus, frontisque decora

Semper erit.

Adeò laus pulchritudinis foeminarum propria est, quæ quidem sola anceps bonum mortalibus, flos Adonidis, Jonæ ricinus, breve spoliolum, suavis fallacia, ast verè bonum & *εὐσεβικόν* demùm, quando oris venustati respondet mentis illa, estque

— *Pectus mitis ore,*

aut certè

Par animo quoque forma suo respondet in illâ,

Es genus & facies, ingeniumque simul.

Neque dubium quin tres hæc veluti *χαρῖτες* utroque nomine punctum omne tulerint, dederitque illis

— *Cum facie mores Natura pudicos.*

Hinc *οἱ LXX.* non fuisse foeminas alias *ἐν τῇ ἑσπέρῳ ἔρανόν*, *sub celo*, *βελίους* meliores (non dixere *καλλίους*) ut simul complecterentur τὸ *κάλλος* ἢ τὴν *ψυχὴν*. Undè si eadem illis mater cujus impotentiam legitimus *Job. 11. 11.* videntur sapuisse paterno magis exemplo, paternisque monitis; neque id perpetuum quod Juvenalis,

Sat. vii.

Scilicet expectas ut tradat mater honestos

Aut alios mores quàm quos habet?

XVIII. Communis secundò eidem fuit *hereditas inter fratres*, seu æqualis sortitio cum fratribus, *ἀμα τοῖς ἀδελφοῖς, ἐξ ἰσότητος*. Hebræorum jure, ubi esset mascula proles, jus successionis ad solos filios restrictum fuit, ex *Num. xxvii. 8.* Filiabus alimenta ex patrimonio debebantur, item donatio nuptiarum tempore præstanda. Adeò quidem ut filiis defunctis, si nepotes existerent, succederent hi quoque in hæreditatem jure *Repræsentationis*. Ratio, quia filiarum habitæ quodammodo extraneæ, *ἀλλότριον κτήμα* apud Plutarchum in Solone, non transmittentes nomen paternum ad posteros, transcurrentesque in familiam alienam, maritorum scilicet. Quod jus Hebræis sacrum atque inviolatum in hunc usque diem fuit. Hinc & plurimæ præter Hebræos fuere Gentes, quæ filiabus negarunt jus successionis, etiam ex mente Platonis, & Cætonis Censorii, undè *Lex Voconia Romanorum*, anno V. C. *DLXXXIV.* Quò refer vetera Francorum, Ripuariorum, Saxonum, Longobardorum, & hodierna Gallorum, Anglorum, Itolorum, &c. instituta, ne ad Barbarorum illa descendamus. Sic conventiones innumeræ in familiis illustribus, quibus filiarum non succedunt sed dotantur, uti *Lege Salicâ*. Hodieque inter Barbaras gentes, ut in Jappaniâ aliisque locis Orientis, filiarum omnino partem nullam habent in familiâ eriscundâ; imò Jappanicæ nec dotis loco quicquam adferunt maritis, ne exprobrare his dotem possint, apud Caronem in *Descript. Jappaniæ*. Quâ de exclusione

Cap. xii.

foeminei sexûs pluribus *Jureconsultorum* filii, quotquot de *Successionum* juribus commentati, speciatim *Joh. Corasius* in *Senatus-Consult. Curia Tholosanæ*, *Paganinus Gaudentius* de *Foeminis exclusis*, *Joh. Seldenus* de *Successione*, ferè in ipso initio, *Le Maître* *Causidicorum* in *Galliâ* *decus*, *Causâ xxxvii.* &c. & *Politici* passim. Secus tamen aliarum, & antiquissimarum quidem ac moralissimarum Gentium, legibus obtinuit, ut nempe *filia* pari ferè *successionis* jure gauderent. Itâ jure *xii.* *Tabularum*, jure *Civili Justinianæo*, juribus plerorumque certè populorum, cum primis etiam *Saracenorum* atque *Arabum* moribus, quos & sanxit *Muhammedes* in *Alkoran*, ut filius cum filiâ *Surat. xv* unicâ divideret hæreditatem. Videtur ergò idem sub initio obtinuisse iis in locis in quibus à Jobi ætate, quem Arabiam incoluisse demonstratum est, & in quâ peræquè imperasse ac successisse foeminas, ab antiquissimis retrò temporibus, pro confesso est. Et sanè *filia* æquè sunt in liberorum censu, æquè *τέκνα*, æquè sub notione Hebræâ *בנות*, adeoque habentes jus *κληρονομίας*, ex *regulâ Pauli Rom. vii. 17.* Vide-

deturque id conveniens cum naturali jure, ut ex æquo liberi adeant ex æquo hæreditatem. A quo jam aliena est Americanorum quorundam praxis, apud Hugon. Linschoten, Petr. Martyrem, Georg. Hornium, alios, quin & Malabarorum illa, ac plerorumque per Orientalem Indiam populorum, (obfervante etiam Petro della Valle, Itinerarii sui Parte VI.) quã non liberi succedunt in parentam bona, non in regnum, imperium, sed ex *fororibus* nati. Quomodo apud Siamenses jus successione in imperium non filii est, sed *fratris* majoris natu, apud Jodocum Schouten, in *Descriptione Regni Siam*. Quin sub absoluto Turcarum, Maldiviorum, Barbarorum dominatu, non filii filiaevæ magnatum, sed *Principis* adit an invadit hæreditatem. Mosaica verò constitutio, de filiorum successione, filiabus exclusis, non juris naturalis fuit, sed civilis, sapientissimis quidem ac singularibus de causis. Et hujus intuitu factum est, ut scriptor Historiæ Jobi æqualis istius distributionis inter filios filiasque exertim meminerit. Siquidem, quicumque ille tandem, Hebræus fuit, ut infra pluribus, Mose posterior, latã jam, quo hæc scriberet tempore, de successione *masculorum* lege, à quã quia diversum fuit Jobi factum, Lege istã utpotè antierius, in aliã etiam gente quã Hebræã, hinc facti hujus specialis illi mentio. Et hæc de Filiabus Jobi.

CAPUT XVI.

De Scriptore Historiæ Jobi, & Tempore scriptiõnis.

BREVIARIUM.

Rei obscuritas. Viri Magni ἐπιχρηστές. Gregorii M. laudata voces. Sententiarum de Scriptore tres classes. Hæc iterum subdividuntur. Institutum Auctoris. An Moses scriptor? Sententia patroni. Origeni falso inscripti Commentarii. Dubium de Hieronymo. Veteres alii. Recentiores. Hi iterum abeuntes in diversa. Fundamenta sententia de Mose scriptore. Octo enumerata. Expensa singula. Origo sententia ab Hebrais. Horum de Jobo Fabula. Rationes insulsa. Plurimos Judæorum uliter sensisse. Non id colligi ex antiquitate historia. Non scriptis Mosaicis unquam annumeratum Jobum. Non hoc exemplo solatum Mosem esse Israëlitas. An in osio Madianitico historiam eam scripserit? Falso supposita. Jobum tamen non inaudissem Mosi. Styli diversitas inter Mosem & Jobum. Vtiosa quorundam inductio. Scribi potuisse Historiam diu post Mosem. Quod & factum multum probatur. Argumenta hujus rei septem. Locutiones in Jobo qua recensentem Scriptorem arguunt. Alia quedam. Qui Jobo vel Amicis Librum tribuerunt. Suffragantes in Veteribus. In modernis. Viri magni citati. Επιχρηστικός Auctoris. Librum Jobi, qualis in Canone, non à Jobo conscriptum. Ratio quorundam vana. Fortiores alia. Scriptor Hebræus fuit. Unde historiam habuerit? Retulisse eam Jobum, vel Amicorum aliquem in adversaria. Multis demonstratum. Arabismi in Jobo. Jobi votum ut sua scriberentur. Multa sciri non potuisse nisi à presentibus. Scribendarum momentum, Scriptores de rebm suis. Sacri, profani. Jobus an sit ἀντεπαλῆς; Objectio Juliani Halicarnassæi. Discussa. Scriptores laudum suarum. Haud talem Jobum. Certiora ab incertis distincta. Ista que in hac questione. Qui Librum scriptum volunt à Salomone. Qui post. Grotius notatus. Saltem scriptum videri circa tempus David, vel Salomonis. Rationes. Libri in Canone Mærici. Nil tamen certi definitum. Alia quedam queri solita. Ratio metri in Jobo. Idiomatum in eo diversitas undè? Dicta Jobi & Amicorum ut authentica?

I. Hactenus de Jobicæ Historiæ circumstantiis, quarum sunt in contextu sacro quædam seu indicia seu vestigia. Historici verò seu *Scriptoris*, & *Temporis* quo hic Liber natus est, planè sunt nulla. Undè placuit Viris magnis referre id in reum obscurissimarum censum, circa quas tutissimum ἐπιχρηστικός. Grotius; *scriptor ignoratur*. Scaliger in nuperis Excerptis; *On ne sçait qui a écrit ce livre là*. Επιχρηστικός id genus, post Calvinum nostrum, sine numero. Et sanè quæstio hæc in minùs momentosis, censente jam olim Gregorio M. quando de libri seu *auctore* principe, Spiritu S. seu *auctoritate* Canonicã convenit. *Quis hac scripserit, sunt verba Gregorii, valde supervacue queritur, cum iam autor libri Spiritus S. fideliter credatur. Ipse igitur scripsit, qui hac scribenda distavit, &c.* Nec unum hic est in Canonicis libris Testamenti Vet. quorum scriptores obscuro, ut sunt plerorumque librorum Historicorum illi. Neque auctoritas ab amanuensibus pendet, sed à testimonio ipso Scripturarum; Librorumque materiã, stylo, antiquitate, relatione in Canonem, criteriis aliis ἀδελφικός. Et quantum de scriptore controversatur, tantum convenit de auctoritate, Judæos inter & Christianos.

II. Sententias omnes de Scriptore hujusce libri ad tres ferè revocamus: aliis scriptum esse censentibus à *Mose*, aliis *ante Mosem* à Jobo ipso vel Amicis, aliis verò *post Mosem*. Ex his rursus alii à *Salomone*, alii à nonneminè *Prophetarum* post tempora Salomonis, alii denique circa tempus *Capivitatis Babylonis*, scriptum voluerunt. Itã quoad descriptionis modum, illi *Arabicis*, isti *Syriacis*, hi *Hebraicis* literis consignatum esse; illi *metricè*, hi sine ratione metri; illi ab uno eodemque Scriptore, hi à *diversis*, quantum ad priora & posteriora Historiæ. Nec variantium opinionum in talibus finis. Nobis vix licet ire per singulas, properantibus ad hujus velificationis finem, quo magis in hunc Scriptorem diligentius quã in circumstantias alias inquisivisse videntur Viri docti, post Pseudo-Origenem in veteribus, in modernis Sixtum Senensem, alios.

III. Ab iis ordiri placet, qui *Mosem* pronunciant Scriptorem libri. Et alii quidem, *conscripsisse* primum omnium eam Historiam, acceptam seu ex Arabum traditione, seu ex divino afflatu; alii, *translulisse* ex Syriaco aut Arabico sermone in Hebræum, in usum suæ Gentis. Rursus alii, scripsisse Mosem in *Ægypto*, alii in *Madianitico* exilio, alii in *Deserto* peregrinantibus Israëlitis. Descriptionis verò finem fuisse, ut solaretur Israëlitas in maximã calamitate, tam illustri cum perpeffionum tum liberationis exemplo. Et in hac opinantium classe fuere ab antiquo Magistri Hebræorum, teste etiam Abenezra *Comment.* ad vocem אֱלִיפַז הַתִּימְנִי, & sunt in Job. ii. in eã plerique hodiè, omnium instar Manasseh Ben-Israel *de Resurr. Mortuor.* In Christianis Veteribus itã sensit Author *Commentarii in Jobum* Origenis nomine, quem Joachimus Perionius Latine edidit, ubi in *Prologo* Mosem scriptorem affirmat. In alio autem *Commentario* tribus Libris distincto, qui præfert idem Origenis nomen, Mosem non scriptorem quidem sed Interpretem libri prolixè statuit. Quod geminum opus posterius esse Origene, scriptum Arrianis temporibus, cum alii docuerunt, tum nuper doctissimus Huëtius in *Origenianis*. Idem de Mose scriptore sensisse videri posset Hieronymus, dum in recensione librorum Vet. Tellam. *Jobum* immediatè annectit quinque Libris *Mosis*. Nec a-
 Lib. i. in
 Job.
 Lib. III.
 in Appen.
 Epist. ad
 Paulin.
 CIII.

Proem.
Catea. in
Job.

sem Librum conscripisse ad exhortandum Israëllem. In eandem sententiam Julianus Halicarnassæus, & plerique Veterum qui rei meminerunt. Sed & ita recentiorum plerique, tot victi autoritatibus, Abulensis, Torniiellus, Salianus, Bellarminus, Mercerus, Bolducus, & turba ferè tota Interpretum, quorum omnium Commentarios inspicere piget. Quibus accedit nuper Petrus Daniel Huëtius, in Gallia Literatæ ornamentis, tum Libro de *Claris Interpret.* tum in *Append. ad Origeniana*, ubi de Libris Origeni falso adscriptis. Adi & Sixtum Senensem, ubi de Authoribus Librorum Vet. Test.

De Cl.
Interpr.
pag. 104.
Bibl.
Lib. 1.

IV. Rationes, quibus tot homines inducti ut Mosem Jobicæ Historiæ sive Scriptorem sive Interpretem statuerent, videntur esse sequentes. 1. Constans traditio Hebræorum, apud quos vulgatum illud משה כתב ספרו ופרשת בלעם, *Moses scripsit Librum suum, & sectionem Bileami, & Jobum.* 2. Antiquitas & autoritas Libri, hinc Scriptoris, undè hic Moses esse videatur, quo in Scriptoribus Sacris & Ecclesiasticis nullus antiquior sit. 3. Libri argumentum, scil. patientiæ exemplum insigne, uti liberationis, quo appositè Moses populum gravissimâ servitute afflictum voluerit cum instructum ad patientiam, tum erectum spe liberationis similis. 4. Otium Mosis in Madianitico exilio, in quo historiam Jobi, celeberrimi in eâ gente, imò tenentis inter vicinos Idumæos principatum, acceperit, hinc scripto per otium consignaverit. 5. Synchronismus historiæ Jobi, & secessus Mosaici in terrâ Madian. Tum adhuc vixisse Jobum, & floruisse summâ felicitate, post superatam calamitatem; undè rei tam admirabilis, tamque recentis, convenientior nullus scriptor quàm Moses. 6. Jethronis, foci Mosis, viri sapientiæ & autoritate inter Arabes eminentis, plenissima de omnibus informatio, undè hic Generum omninò de rebus ad eam historiam pertinentibus certiore fecerit. 7. Characteris & styli, in historiæ cum primis exordio & fine, magna conformitas cum Mosaico; undè Polychronius, *ὡς ἔκ ἀπὸ τῆς χαρακτῆρος ἐστὶν ἐπιβαλεῖν, quod & ex characteribus colligere licet,* nempè Mosem authorem esse. 8. Denique rei convenientia & verisimilitudo. Quum non *Jobus* ipse Librum scripserit, Arabs utpote vel Idumæus, undè non author fuerit libri Hebræi, & Canonici, quales etiam antè Mosem nulli conscripti; quum etiam haud scripta videatur multis sæculis post rei eventum; ergò convenientissimè à *Mose* consignata.

V. Vidimus receptissimæ sententiæ, inter veteres & modernos, Hebræos & Christianos, fundamenta atque præsidia. Neque in re obscurissimâ sumus nos tam projectæ temeritatis, ut videri velimus oculatioribus tot tantisque testibus;

Χαλεπὸν ᾧ ἐμακάριον ἕνα πολλῶν.

Sed tamen quod res est profitendum, nec fidem imperare dictas autoritates, nec facere rationes.

I. Origo omnis hujus sententiæ ferè est à traditione Hebræorum, ad quam & provocari solet. Ex istis Pseudo-Origenes & reliqui habuerunt. At verò ex superioribus constat, nihil ferè sani Magistrorum de Jobo & Amicis tradidisse. Sic Jobum fuisse Jobabum, habitasse in Palæstinâ, ex Esavo prognatum, fuisse Prophetam Gentilem, & unum ex septem, Dinam conjugem habuisse, natum anno ingressus in Ægyptum, denatum anno ipso egressus, passum menses XII. Elihu fuisse Bileamum, sexcenta alia ad fabulas ablegata. Ut quo habendæ sint traditiones id genus loco vel indè constet. Ne referam *ἁγιάδοξας* haud absimiles de Scriptoribus aliis obscuris Veteris Testam. quibus Magistri vel inscitiam vel audaciam prodiderunt. Adde rationes dignas suis authoribus; verbi gratiâ, dixit

Jobus, *ὁ utinam sermones mei* ויחוקו, *at Moses appellatur* משה דע. xxxiii. 21. Alia id genus habes in *Babâ-Babrá*, loco cit. verè Judaicas nugas.

2. Ad hæc, neque omnes neque antiquissimi Hebræorum sic senserunt. Certè o. LXX. aut quicumque ad calcem Jobi laciniam assuerunt, Historiam Syriacis primùm literis conscriptam fuisse referunt, Mosem haud tacituri interpretem si talem credidissent. Jam non pauci Judæorum, dicto *Tractatu*, Historiam accidisse censent, modò Israëlitis in Deserto agentibus, modò temporibus Judicum, modò etiam ævo recentiore. Ipse Chaldæus Jobi *Paraphrastes* in horum classe est, ut visum *Cap. VIII.* Alium igitur à Mose scriptorem isti omnes crediderunt. Et doctiss. in Magistris Aben-Ezra, postquam monuit sapientes dicere *quod Moses scripsit librum Jobi*, subjungit sibi videri, *כי הוא ספר משה*, *quod Liber hic translatus sit* (nempè ex Arabico sermone) *undè sit difficilis explicatu.* At sic translatum esse à Mose non dicit, quod etiam putasset infra Mosis dignitatem, primitus autem ab eo conscriptum negat. Quin si hæc constans fuisset sententia Judæorum, Jobum aliter disposuissent in Canone, & vel attenuissent Mosaicis Libris, vel certè præposuissent Historicis aliis, Davidicis, Salomonicis, cum ob autoritatem Mosis, tum ob vetustatem, & Libri, & narratæ Historiæ.

3. Nec sola hæcce seu Libri seu Historiæ *antiquitas* facit pro Mose scriptore. Æquè enim hinc colligas scriptorem Jobum ipsum, aut Elihu, aut Amicorum quemquam. Ità etiam Historia antiqua est, ità vulgata pridem in Oriente, fortean ibi aservata Arabicis aut Syriacis tabulis, ut post Mosaica demùm tempora Hebræicis literis mandari, & in Canonem referri potuerit. Quo fit, ut Moses omninò *primus* remaneat in Scriptoribus Canonicis, quicquid de scriptione Jobi statuatur.

4. Permirum sanè, si Moses Libri scriptor fuit, nunquam citatum eundem fuisse ut *Mosis*, nunquam accensum Mosaicis Libris, nunquam Pentateucho adnexum, neque hujus rei apparere vestigia. Nam *Librorum Mosis* appellatione solam Legem, solum Pentateuchum intelligi, pro confessò est. Et quem librum tradidisset Mosis Josuæ & Senioribus, ac toti Israël, quæ fuit Viri autoritas, ejus haud tacita traditio, haud obscurus author, haud dubia quandoque fuisset historica veritas. Quinimò si Job scriptus à Mose fuit, (quod ajunt,) vel in *Ægypto*, vel in *Madianitico* exilio, primum locum, certè secundum, ordine temporis, meruit in Mosaicis scriptis, qui tamen Psalmis, aliisque Hagiographis, postponi consuevit.

5. Quod inquit de Libri *argumento*, apposito instruendis solandisque Israëlitis, in media calamitate, levior sanè conjectura est. Ex primis id ità scripsit personatus suprâ Origenes. Solatum sic Deum esse, vel Mosem, populi calamitatem, tacet Mosis Historia. Quin alia erant & potiora quæ Israëlitas erigerent; Dei foedus cum Abrahamo, Isaaco, Jacobo; prædictio servitutis; promissio liberationis; miraculosa erga Patres suos providentia; beneficentia in obstetrices; postmodum Mosis vocatio, legatio, ad populum voces, portenta; alia id genus. Et vel erexisset sic populum Moses antè Legationem, vel à tempore Legationis. Non videtur prius, nulla tum viri autoritate, agentis etiam inter Madianitas in pastorali vitæ genere. Sed neque posterius vero simile, ut qui haberet aliundè gentiles undè suos erigeret atque animaret. Adde, orationem illam Mosis ad populum, quâ Jobi exemplum ob oculos statuit, Lib. 6. in & quam habet Pseudo-Origenes, prodere fabulam, Job. ab otiosis pridem Judæis confictam.

Comm.
in Cap.
II. vers.
11.

6. Sup-

6. Supponitur pari securitate reliqua ferè omnia. Nempè vacasse Mosem scriptioni in otio Madianitico, & quidem scriptioni huic, aut, si placeat, Libri Genesios, à Jethrone cum disciplinas alias tum historiam Jobi edoctum esse, floruisse tum Jobum in vicinis Idumæis, imò in iisdem regnasse; & quæ alia passim apud Interpretes legas, tam in affirmando securos, quam in persuadendo infelices. Hoc verò est *νομίσαντες*, & narrare somnia. Non equidem inficias imus; novissima Jobi fortean incidisse in Mosi illa tempora, ut qui annos cxi. supervixerit calamitati: hinc tamen minimè conficitur, Jethroni historiam totam, omnemque sermonum seriem, uti descripta est, fuisse perceptam; aut Mosem ab hoc edoctum historias, disciplinas; aut tum incubuisse in id scriptionis genus, ut non alia essent quæ Mosem occuparent. Præterquam remotior indè Jobus versus Euphratem egit, si tamen superstes; nec Idumæus, nec Rex Idumæorum, qui sanè vicini Madianitis, ut prolixissimè in superioribus. Undè etiam quotquot fuere subactioris iudicii Interpretes, assensum si non negarunt, vehementer tamen in talibus suspendunt. Quanquam facilè damus de Jobo inaudire potuisse Jethronem, & hunc quoque in Kethuræorum filiis, inaudivisse & Mosem, seu in Ægypto, seu in Arabico secessu. Percrebuerat enim Oriente toto, & ad pios cūprimis spectabat varia tanti Viri fortuna, & catastrophe mirabilis.

7. Tantum verò abest, ut *character* Jobi seu orationis genus cum Mosæico conveniat, ut differant toto genere. Nec fortior ratio induxit magna Nomina, ut negarent Mosem scriptorem. Præter enim priora Libri, & ultima, quæ concepta stylo simplici & plano, & qualis in Historicis Libris Samuelis, Regum, &c. reliqua nil commune habent cum oratione Mosi, multa cum Poëticis Libris Davidis & Salomonis, plurima cum Arabico & exotico dicendi genere, sublimi, arduo, denso sententiis, schematis, similibus, allusionibus, singulari etiam vocibus & phrasibus benè multis. Si urgeant, diversitatis causam exindè esse quod sermones Jobi & Amicorum fuere Arabici, hinc fideliter transferendi, id verò non magis Mosem quam alium quemvis in Hebræis translatores arguet.

8. Frustrà etiam urgent, nec à Jobo conscriptam esse Historiam, Arabe utpotè vel Idumæo, adeoque extraneo, hinc nec Libri Hebræi & Canonici authore; neque etiam à viro alio Prophetico videri mandatam literis, *multis* scilicet post rem gestam *saeculis*. Sic enim à Jobo vel Amicis potuit consignari Arabicis tabulis, ut hæc postmodum oratione Hebræa donatæ sint à viro divinitus ad istud impulsio, in usum Ecclesiæ totius. Neque post Mosem defuerunt in Hebræis Viri graves, & *θεολογῶντες*; qui tam celebri Historiâ Canonem auferent. Imò demum post Mosæicos Libros, longo satis intervallo, auctus est Canon, tum frequentibus Historiis, tum Prophetiis scriptis. Nec lapsus fortè aliquot sæculorum inde à Jobi calamitate & restitutione historiam obliteravit, vulgatissimam in Orientis iis partibus; non idem lapsus tabulas invertit, quæ rem totam complexæ; non denique obstitit, quò minus, Spiritu Sancto duce, res quam fidelissimè narraretur. Quot præcesserant sæculis Patriarcharum Historiæ, aliaque in *Originum* libro, antequam scriptis mandarentur? Quid si etiam *Jobæ*, *Judicum*, *Ruthæ*, &c. Historiæ non uno sæculo (ut quidem ex textu videtur) post rerum eventum Canonicis literis consignatæ sint?

VI. Sed & alia sunt, quæ verius persuadeant, conscriptam esse post Mosem excessum Hebræicam Jobi Historiam, quocumque tandem scriptore. Non equidem ut vult Gregorius M. quod Jobus sit re-

centior Mose, hinc nec descriptus Mosi. Verum Præfat. ex indicis aliis colligere idipsum licet. ad Moral.

1. Primò, si scripsit Historiam Moses, aut antè vocationem, aut post eam scripsisse censendus est. Non prius, ob Canonicam Libri auctoritatem, quæ & supponit auctoritatem scriptoris, & Propheticum afflatum; vix etiam posterius, quia tum fuere alia quæ Moses perageret, seu in Ægypto; antè educationem Populi, seu in Deserto, ubi solius Legis & Historiæ totius conscribendæ cura illi fuit. Et scriptæ tum *Genesios* ratio diversa, ob seriem Historiæ, à primâ Ecclesiæ origine, & rebus Abrahami, Isaaci, Jacobi, ad servitutem usque populi, & liberationem; Mosi ministerio. Imò de Genesi per Mosem scriptâ dubitari posset, nisi prohiberent Historiæ argumentum, series, stylus, Judæorum summa ab ævo consensio, Evangelicæ & Apostolicæ literæ, ac perpetua Libri inscriptio, tanquam in Mosæicis primi.

2. Secundò, indubium est, nullum fuisse Hebræum scriptorem Mose antiquiorem; si igitur Hebræus Jobi liber, qualis in Canone Hebræorum, vix Mosi est, ex dictis & ulterius dicendis, necesse est ut post Mosem Canonem accesserit. Quando, aut à quo Prophetarum, mox disquiretur.

3. Tertio, vix alia ratio est, cur jam olim in Librorum Test. Vet. serie Jobi ille postpositus sit Libris Ruthæ, Davidis, Salomonis, magno intervallo relictus à Libris Mosi, quam quod recentior istis creditus fuerit. Quin dum Christus omnes Libros Instrumenti Veteris complectitur *Legem Mosi, Prophetas, & Psalmis*, seu Hagiographis, certum est Jobum seu Legi seu scriptis Mosi non accenseri. Luc. xxiv. 44.

4. Quarto, tenentibus Palæstinam Hebræis videtur demum copia Jobicæ Historiæ commodum facta. Supponimus enim (quod mox demonstrandum) descripsisse rem totam, uti gesta est, linguâ patriâ, vel Jobum vel ex Amicis aliquem. Neque dubium, quin magno illa studio à posteris Jobi, in Orientali Arabiâ, asservata sint. Igitur factum videtur, ut frequentibus postea Israëlitarum in Orientem expeditionibus, vel etiam Salomonis curâ, aut Viri alicujus prophetici suasu, monumenta celeberrimæ & in vulgus notæ Historiæ Hebræis cesserint, donanda impulsore Spiritu Sancto cum veste Hebræâ, tum Canonicâ auctoritate, juxtâ cum Historiis aliis Testam. Veteris.

5. Quintò, negari nequit multas esse in Jobo nostro locutiones Hebræas, quibus similes nullas in Mose, plurimas in Psalmis, Proverbiis, Prophetiis scriptis, reperias. V. gr. Voces *חור* vel *חור* pro *arumnâ*, calamitate, Job. vi. i. *חור* si- gnificatu *augendi*, *multiplicandi*, Chaldaicæ radicis, Job. viii. 7. *חור* *avertunt sese*, vel inclinant, Job. vi. 18. *חור* *enunciatio*, *חור* *indicavit*, Chaldaici usûs, Job. xiii. 17. & passim; *חור* *splendor*, ex Chaldaico *חור* Job. iii. 3. &c. & quæ sunt id genus in Jobo frequentes. Adde loquendi formulæ integras, proprias magis sequentis ætatis Scriptoris. V. gr. verba Job. xv. 27. collata cum illis Ps. xvii. 10. Sic Job. xv. 35. cum Esai. lix. 4. Rursum Job. xxi. 5. cum Mich. vii. 16. Iterum Job. xxxi. 21. cum Esai. x. 32. Ulterius Job. xxxiv. 14. cum Psalm. civ. 29. Porro Job. xxxviii. 10. cum Prov. viii. 29. &c. Neque talium finis, quorum partem aliquam observarunt quoque doctissimi Interpretes, & in iis Hugo Grotius, suis *Annot.* ad Jobum. Præter voces non paucas quæ *ἀπαξ λέγουται* in Jobo, usurpandæ forte aliis, si fuissent Mosi, primo omnium in Scriptoribus sacris.

6. Sextò, nec leve quoque argumentum scriptæ Historiæ in Terrâ Canaanis, post distributionem illius, quod dicantur *בני קדם* *filiis Orientis*, Ara- bes

Vid.
Cap. IV.
p. 115.
116. &
seqq.

bes nempe, cum respectu ad Palæstinæ situm. Planè ut in eadem agens Abraham, Kethuræos misisse dicitur in *Oriente*. Nec firmare exemplis hunc ad Canaanem respectum necesse est, ubique in Scripturâ obviis, de quo & suprâ. Undè quum in Mosè Scriptorem propenderet Vir Clariss. Joh. Coccejus, sic interim ille ad præfata verba: *Quod Orientales dicuntur, idque respectu Terræ S. id argumento est, hunc Librum non in Arabia, vel alibi extra terram Israël, scriptum esse.* Viderunt eum antè Præstantissimi interpretes; quanquam nec negamus Mosè ad situm Terræ promissæ quandoque respexisse.

7. Denique, ne plura ruspemur, expressa illa mentio divisæ ex æquo *hereditatis* inter filias Jobi, juxtâ cum *fratribus* Job. XLII. 15. Hebræum scriptorem arguere videtur. Nempe scribentem post latam Legem de *filiorum* hæreditate, exclusivè ad filias, *Numer.* XXVII. 8. constanter Hebræos inter observatam. Nam inter Arabes id nihil novi, pro ejus gentis consuetudine, de quâ *Capite* superiori diximus. Et hæc quidem vulgatæ opinioni, de Mosè commentato Historiam Jobi, strictim opponenda fuere. Quam si qui noluerint abjicere, haud invidibimus profectò.

VII. Excipit illorum sententia, qui à *Jobo* ipso, vel certè ab aliquo *Amicorum* Jobi, profectum esse hoc scriptum arbitrati. Et alii quidem, eo quo habemus modo, eo caractere, Arabismis, Syriasmis, Chaldaïsmis permixto; alii Arabicè, vel etiam Syriacè primùm conceptum, dein seu à Mosè, seu ab alio quocunque translatum. Posterius Pseudo-Origenes ille Commentario in *Job.* & prolixè. *Lib. I.*

Jobo etiam adscribit opus Gregorius M. in Præfatione ad *Moral.* Suidas quoque negat narrari calamitates ἀλλοτρίους, sed proprias, ipsius Scriptoris. Contrâ multis Julianus Halicarnassæus, vel idcirco negans Jobum scriptorem, quod *οὐκ ἔστιν οὐρανίου*

παιδείᾳ, non esset vir ille propriarum laudum præco. Præfat. in Caten. Lib. II. Orig. Cap. VI.

Isidorus Librum tribuit amicis Jobi, Historiæ testibus, sapientibus, literatis, & notæ sanctitatis. Sixtus Senensis: *Scriptis Job præsentem Librum circa Annum Mundi 2030.* Dominicus Brixienis Præfat. in *Moralia* Gregorii: *Sanctus Job exemplar patientiæ Librum edidit, &c.* Neque pauci recentiorum concessere in sententiam eandem, nec infima illi notæ, imò quotquot statuere Librum Arabicè primùm conscriptum fuisse, quales Arabicæ Literaturæ nuperi φωνήρες. Hottingerus, Waltonus, Bochartus. Quorum hic *de Animal. Script. Liber Jobi Arabem habet auctorem, aut saltem Arabes collocatores. Jobum enim & Amicos ejus Arabes fuisse nemo nescit, &c.* In eandem mentem laudatus suprâ Petr. Daniel Huërius, Gallix literatæ decus, eleganti Dissertatione de *Clariss. Interpret.* Nec alia Merceri sententia fuit, neque etiam Aben-Ezræ *translationem* asserentis; ne jam coacervemus testes id genus, aut Interpretes ὁμοψήφους.

Part. I.
Lib. II.
Cap. VIII.

VIII. Ἐπίκειται nostra paucissimis sic habet. Primò quidem Librum Jobi, qualis extat in Canone, Hebraïco idiomate descriptum, omninò non habere auctorem nec Jobum, nec Amicorum ullum. Non equidem, ut alii ratiocinantur, quod eo decederet Canonica Libri authoritati, si scriptus censeretur ab homine Arabe, & extraneo. Enimverò non pendet illa à gente scriptoris, sed à spiritu quo scriptus est. Non calamus sed calamum ducens, non amanuensis sed author, non qui scripsit sed qui scribenda dictavit, attendi debet. Et ejus fuit Jobus fidei ac sanctitatis, ut hoc omninò instrumento uti potuerit Spiritus S. Nusquam hic sese vel genti vel generi alligavit, in divinissimis motibus suis. Fuere & in ipsius Gentilibus Prophetæ & Sacerdotes Dei altissimi, & Typi Christi planè eximii. Nec minùs sese Deus revelavit Jobo, quàm multis Patriarcharum. Præterquam Jobus & ipse

ex familiâ Heberi, imò ex Abrahâmi illâ, ut visum *Cap. VII.* Verùm obstant alia, quo minùs liber Jobi qualem legimus tribuatur vel ipsi Jobo, vel cuiquam Amicorum. Huc faciunt rationes superiores, quibus post Mosè commissum fuisse Judicæ Ecclesiæ ostendimus. Tum indubiæ veritatis est, Mosè primùm esse & antiquissimum in Canonice scriptoribus. Ad hæc scriptorem Hebræum arguunt, oratio Hebraïca, Hebraïsmus purus in prioribus & postremo *Cap.* rythmus Hebraïcus quo omnium consensione totus decurrit, mos Hebræorum vocandi Arabiam *Oriente*, & Arabes *filios Orientium*, & quæ alia suprâ attigimus. Secundò, nulli tamen dubitamus, quin natus sit Liber Canonice ex ipsis vel Jobi vel Amicorum Adversariis, qui rem totam, certè quoad substantiam, suâ linguâ, id est, Arabicâ vel Syriacâ veteri descripsere, asservato diutissimè, ut par est, eo monumento, donec faciente Providentiâ Hebraïco sermone illa redderentur, Canonem sacrum auctura.

IX. Rationes hujus quàm evidentissimæ sunt. 1. Quia hic liber totus scatet Arabismis, Syriasmis, quandoque & Chaldaïsmis, tum quoad voces innumeras, tum quoad loquendi modos. De quibus post testimonium Hieronymi, post illud Pseudo-Origenis, quin *Appendicis* ad versionem Jobi Septuaginta-Viralem, videri possunt Waltonus in *Apparatu* Londin. Hottingerus in *Thef. Philolog.* & in *Smeqmate Orientali.* ad hæc Bochartus in *Opere* utroque *Phaleg.* & *de Animal.* Pocokius in *Notis Miscellan.* Huërius de *Clariss. Interpret.* alii plurimi, post Mercerum ipsum, Aben-Ezram, vetustiores. Quamquam non nescimus dissentire recentiores quosdam Interpretes, qui Hebraïsmos ferè ubique vellent, quos fateantur necesse est sæpissimè inusitatos, de Arabismis minùs fortasse periti Judices. Certè de his unanimi consensione pronunciant, quotquot admissi ad hujus linguæ penetrabilia. Neque horum causa alia dari potest, nisi quod sermones Jobi & Amicorum fuere Arabici, & Arabicè primùm descripti, undè in translatione Hebræâ, numeris quoque adstrictâ, retinere passim Arabicas seu voces seu phrasas necesse fuit. Quorum indicem accuratum promiserat aliquando laudatus sæpiùs Bochartus, sed morte interceptus, dignus cui Musæ parentarent, canerentque lugubri carmine, quali

— *sub densis ramorum concinnis umbris
Daulias, assumpti fata gemens Ityli.*

2. Probat idem Jobi ardentissimum votum ut sua scriberemur in libro. Nec merebantur modò isti sermones *Cap. XIX.* sed quicumque illos vel præcesserunt vel exceperunt, Dei ipsius è turbine voces, & læta rerum catastrophe. Passim esse Jobum, vel Amicos, vel prudentem Elihu, perire ista omnia, nec consignari duraturis tabulis, credibile non est.

3. Sed verò undè constare potuerunt habiti inter illos sermones, dicta illa omnia Jobi & Amicorum, dictorum ordo, series tota, quin ipsa cogitata, interni animorum motus, nisi ex illorum relatione qui vel auctores vel testes singulorum fuerunt? Jobo ipso nemo meliùs, nemo feliciùs potuit referre in commentarium. Nec necesse est recurrere ad immediatam inspirationem horum omnium, factam scilicet vel Mosi, vel etiam multis post sæculis viro Prophetico; quum & aliæ Historiæ sacræ vel ex prioribus adversariis, monumentis, vel ex testium relatione, adornatæ sint, uti de suâ testatus est Lucas *Act. I.*

4. Accedit, Jobo restituto, sat fuisse illi ad scribendum otii, & dubio procul volvisse eum animo non semel, sua cum certamina, tum cum Amicis colloquia, prout redire solemus in præterita, & cum voluptate recordari eorum malorum ex quibus feliciter sumus eluctati, Seneca:

Que

*Qua fuit durum pati, meminisse dulce est,
Redit memoria tenuis per vestigium.*

Quo magis divina fuere omnia, probatio Jobi, constantia, increpatio, restitutio.

5. Sed & solemne fuit, omni propemodum ætate, Viris magnis describere vitas suas, certè res in iis memorabiliores, saltem referre has in diaria & adversaria, cùm in memoriæ suæ subsidium; tum ad instructionem suorum. Neque unquam dubitamus, quin res Patriarcharum, quas Moses in Originibus digessit, ab illis ipsis viris relatæ sint in aliquas tabulas, privato ductu, ad usum posteritatis. Sic res suas Moses scripto complexus est; sic & Josua, sic Judices, sic Samuel, &c. quanquam in eos Libros, qui horum posteriorum nomen præferunt, fortè post eorum fata digestæ. Nec alienum foret cogitare, res Davidis à Davide ipso fuisset conscriptas, quales leguntur cumprimis in altero Samuelis. Tacemus res *Ἰσθὲν*, qui suas ipsi res, vitas, historias conscribere integris Libris, non Poëtæ modò, Philosophi, Politici, sed Duces, Principes, Imperatores, in his Cæsares, Augusti, Antonini, Hadriani, &c. Quales de rebus propriis Commentarii nostrâ ætate uberrimi in dies prodeunt.

6. Porro infirma est ratio Juliani Halicarnassæi, non videri Jobum laudes proprias ebuccinasse. Nam primò perindè nobis est, si quis malit vel *Ἐλιφάζου*, vel *Ἐλίβη*, vel alium Amicorum, scribendam operam implese. Deindè, dubium videri possit, num magis laudes suas prædicet Jobus, quam nævos, infirmitates, murmura, quorum & divinitus coarguitur. In quas eruperit gemebundus voces minimè tacet, sed nec iniquitatem dictorum, castigationem Numinis, & poenitentiam suam. Nec infrequenter David innocentiam suam verbis deprædicat. Ac longè minùs culpandus Jobus, rem uti tum gesta est committens fidei tabulis, ad instructionem posteritatis, quam qui laudes suas ex professo scripsit, & de quibus verum illud Marci Tullii, *O Dis quam inepti, quam se ipsi amantes sine rivali!* Quanquam nec modicus sui laudator Tullius, nec intacti hæc labe Rutili, Scauri, Horatii, Ovidii, Plinii, Arriani, ac infiniti propemodum Scriptores; non sapientiæ cæterâ laude insignes, Themistocles, Scipiones, Catones, & maximi quique; ac nostro sæculo (quod absque invidiâ dictum sit) Scaligeri, Salmastii, Balsacii, &c.

*Ille ego sum Scorpæ clamosi gloria Circi,
Plausus, Roma, tui, deliciaque breves.*

X. Hactenus certiora à magis incertis discrevimus. Certum, nobis equidem, Librum Canonicum Jobi non natum Mose scriptore. Certum, post Mosè relatum eum in Hebræorum Canonem. Certum, ab Hebræo homine concinnatum, habitâ etiam ratione metri. Certum, eodem tempore conscripta (quicquid nugatus sit R. Levi Ben-Gerson) tum *verba Jobi* ad Caput xxxii. usque, tum reliqua ad finem Libri. Certum, ab auctore *Θεοπνεύτω*, quicquid Junilius Africanus, Fanaticus nonnulli, & vani homines secus senserint. Certum simul est, Libri materiam, sermones Jobi & Amicorum, Historiæ omnes circumstantias, proditas fuisse memoriæ ab istorum aliquo, relatas saltem in domesticas tabulas, quoad substantiam rerum, linguâ illis patriâ, seu jam oratione ligatâ, seu (ut verosimilius) solutâ, undè deinceps Scriptori sacro materia fuit suppeditata, quam formâ Hebræicâ vestiret.

XI. Ast quo præcisè tempore sacè hic foetus in Ecclesiâ Hebræorum natus sit? quo obstetricante seu amanuensi? tum antè Salomonem, num *serius?* id verò divinare perquam est difficile. Salomoni acceptum tulisse videntur pridem Nazianzenus, deinceps Lutherus, & si qui alii. Ab aliquo

Prophetarum conscriptum sensere alii apud Gregorium M. Hugo Grotius contèdit, diu satis post Salomonem scriptum, ex cujus libris, ut & Davidicis, prompta sint quædam loquendi genera, quæ alibi non reperias, sed tamen scriptum esse antè Ezechielem, ob locum *Ezech. xiv. 14.* qui omninò ad Historiam reflectit. Addit Grotius scopum fuisse Scriptori, ut *posteros Esavi à Babylonicis transportatos tam illustri exemplo confirmaret ad retinendum unius Dei cultum, vitam sanctam, & patienter ferenda adversa.* Rectè quidem ille Librum antè *Ezechielis* tempora jam in Canone extitisse. At scopum illum propositum fuisse Scriptori, gratis dicit. Nec in gratiam *posterorum Esavi*, sed *Israëliticæ Ecclesiæ*, in quâ verus Dei cultus, hic conscriptus Liber est. Certè nobis probabilius est, circâ *Davidis* vel *Salomonis* tempora hunc Librum adornatum. Hinc & idem ferè scribendi genus, quod in Davidicis & Salomonicis scriptis, colloquuntium Arabismos & idiotismos si excipias. Huc faciunt quæ paulo antè hoc ipso Capite in hanc rem annotata. Vixque dubium est, quin hac ætate in formam aliquam Sacer Codex excreverit, at textis ad Mosaica scripta, præter Davidica & Salomonica, Historicis Libris, certè Judicum, Ruthæ, Samuelis, ut pluribus aliis. Undè vulgò *quinque* tantum in Veteri Instrumento *βίβλοι σιχηρα*, seu Libri metrici, *Jobus, Psalmi, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum*, quos *πεντάβιβλον* dixit Damascenus de *Orth. Fide*. In quorum recensione *Jobum* ponunt primo loco Gregorius Nazianzenus in *Carminib.* Amphilocheus in *Jambis* ad Seleucum, Damascenus *loco cit.* & Versiones: Masorethæ autem postponunt Psalmis; & Proverbiis Salomonis. Quanquam & metro; præter illos, fluunt quoque *Threni* Jeremiæ. A quo autem Prophetarum digestus in eam formam fuerit Jobi Liber; hic Lectorem suspensum relinquere; quam temerè quicquam ulterius definire, malumus.

XII. Cætera, quæ disquiri solent, loci hujusce non sunt. Venit in disquisitionem v. gr. quæ sit *metrorum* ratio in Historiâ Jobi? Quam definit quidem Hieronymus, statuens versus Hexametros; Dactylo & Spondæo currentes, & ita post eum alii; Mercerus contra & doctissimi Hebræorum non satis se intelligere professi sunt. Quomodo nec de Plautinis numeris reddi quandoque ratio potest. Sed de metri Hebræici ratione adi ex veteribus Philonem, Josephum, Origenem, Eusebium, Hieronymum. Sic quæritur quandoque; undè LXX. Interpretibus, & Arabi Paraphrastæ; Jobi Liber dictus sit è *Syrinco* sermone translatus; & ita quoque Pseudo-Origeni; qui verius redditus ex Arabico? Confuderunt illi nempe, ut videtur, *Syriasmum veterem*, cum Arabum dialecto. Sic sciscitati alii, undè diversa in Jobo *idiomata*, seu linguarum genera? Quod dubio procul ortum ex diversitate Personarum loquentium; & discrimine historicæ narrationis, in principio & fine, à sermonibus ipsis Collocutorum. Nam & in Plauto alius modò *Persicè*, modò *Panicè* alius; loquens inducitur. Sic pluribus in Scholis tractatur, quatenus Jobi & Amicorum dicta sint authentica? De quibus extant varia Theologorum judicia, distinguuntium non malè inter authentiam *historia*, & *norma*; inter errores quoad applicationem in *hypothesi*, & propositionem in *thesi*; inter assertiones quarum nomine reprehensi, & illas quæ *ἢ τῶ ἀναλογίαν ἢ πίστεως*; inter ea quæ suggestit caro, affectus humanus; & quæ suggestit fides, revelatio. Nec difficile est; posteriora ista secernere, imò necesse est, vel in ipsis quandoque Davidicis & Salomonicis scriptis. *Ἀλλὰ ἡ τῶτο τῆτο λέγουσιν ἔστι.* Deo Opt. Max. sit laus in sæcula.

Præfati in Job.

Num. 45

Lib. IV. Cap. XVII.

Orat. ad Julian. Sermon. Convival. Part. II.

Tom. II.

K

LIBRI

LIBRI HUIUS PRIMI DEDICATIO.

CELSISSIMO PRINCIPI,

HENRICO CASIMIRO,

Nassoviæ Principi, Comiti Cattimeliboci, Viandæ, Dietziæ, Spiegelbergæ, Baroni Liesfeldiæ, &c. Frisiæ Occidentalis, Groningæ, Omlandiæ, Drentiæ Governatori, ac Militiæ Supremo Duci, Ordinis Teutonici Ditionis Ultrajectensis Coadjutori, ac Colonelo, &c.

UT ET

ILLUSTRIBUS AC PRÆPOTENTIBUS

ORDINUM FRISIÆ
DEPUTATIS NOVE MVIRIS,

DENIQUE

Natalibus & Dignitate Amplissimis

ACADEMIÆ FRISIÆ

CURATORIBUS,

FRID. SPANHEMIUS FIL.

Felicitatem Sempiternam.

Ubi ego quantisque nominibus ALBERTINÆ Matri, de qua ambigunt Heroicis an Christianis Virtutibus major, saculi ornamentum ac exemplum dici debent, obnoxius sum, HENRICE PRINCEPS, quot & quantis Vestra cum auctoritati tum voluntati, PATRES CONSCRIPTI, testis est Frisia universa, testis nuper Heidelbergæ, quum mandatis Vestris instructus eximius Theologus Nicolaus Arnaldus, mediâ ad me brumâ, concretis aquis, ac difficillimis itineribus, per cana montium juga, properasset. Tanti vero beneficii memoria ut egressa angusto limite per alia etiam ora sese diffunderet, non tam meâ, quod lenioris esset animi, quam publicitatis, quod pietatis, interesse credidi. Quod enim conversa iam videntur in me unum seu Vestrum omnium desideria, ut Academiæ rei, seu Principis Matri, ut studiis quoque tum præfessum, PRINCEPS OPTIME, non fecis laus quadam ingenii, aut doctrina quam essem supra alios affectus quadam fama, sed insita animi Vestris persuasio, eum me Theologum esse qualem tempera vestra flagitabant. Intelligebatis, PATRES CONSCRIPTI, quam arctâ conjunctione ac necessitudine Regionis ac Religionis concordia tenerentur. Obversabatur tristi recordatione, quid in Frisiâ etiam Vestra, specie cujusdam in prophetando libertatis, obtentu veritatis, profectus, patris sine Theologorum studia, & noventium ingenia. Intuebamini in hujusmodi Theologum, qui se & thesauri suo novâ præmeret, ut præmeret quacunque litigiosa, neque vetera subverteret. Parique ferebamini in eum Doctorem affectu, qui illinc respicere Majestatem, nec interdicitis cum eâ facile contendere didicisset, hinc à recepto doctrinæ genere, ac consuetudine communis in Ecclesiâ sensus, nullus abhorreret, non Paulo, non Cephe, non recentissimis Nominibus sese manciparet, neque, nimium sui vel amator vel admirator, ea demum proferre gestiret, quæ abdita aut recondita hucusque eviderentur. Quod si impune curvis Theologo licuerit, nescio quid animus grande præfagit malum, respicit. certe prudens quisque cum animo suo, unquamne defutura sint hujusmodi ingenia, quæ Veritatem se invenisse, aut clavam Prophetiarum, nihil non aruendo è sacris fontibus, ut feret cujusque indoles, sibi altisque persuadent. Atque ita, desinet libertas in docendi scribendique licentiam, receptis Formulæ sensim decedet omnis auctoritas omnisque reverentia, confusa evadent Doctorum labia, non intelliguntur amplius aliter dicitur, sicque Babylone nuper relicta reedificabitur mediâ in Sione Babel. Et, si redderemur humanis rebus quos nuper suspexit Reformatus Orbis, Belgiumque Vestrum tenerrimè complexum est, multorum opinor suffragiis, (ut jam distracti cœpère partium studia,) prohiberentur illi aditu sacrarum dignitatum. Apage tamen contumeliam, quasi hoc ipso imercodamus ulteriori ex Scripturis profectus, socordia quodam veluti patrocinio? Quod qui suspicantur, ingemnantibus illud plus ultra, nescio an spacia antecessorum omnes decurrerint, an doctrinam illam omnem pridem exhauserint, lucemque jam omnem mutuari sint quam suis lucubrationibus intulere Stella ista prima magnitudinis. Sed & hinc assumari omnis profectus debet, si quotquot ejus opinione ducuntur cum sunt fructum suarum cogitationum consecuti, ut majori quam factum est ante tum charitate ferveant, (nimis enim laudatur & alget,) tum pietate eminent, tum felicitate eorum qui nos circumstant Adversariorum latebras excutiant, strophas aperiant, consilia ludificent, frangantque tandem pertinaciam, callidiorum suarum evidentiâ. Saltem successu aliquo comprobaretur, fuisse pretium opera, posthabere, eo in Decessorum rationem supercilio, fraterna conjunctionis (que altimum Christi morientis depositum) præsentissimum discrimen, hisque demum cogitatu promoveri regnum Christi, hu dextris defendi causam Orthodoxam, cadere adversam potuisse. Sed neque nos, qui de alienis studiis modeste & sentire & loqui didicimus, cum tamen videretis velut inquit ἐνός Ἀγχαμυαλῶ, seu oberrare semper eadem chordâ, aut herere in eodem luto, nihil ut meditando proficiamus, cum alia forte, tum hæcæ opella in quâ fere totus versatus sum in obscuritate rerum, palam faciem bonis & ingenium. Et fortasse politius aliquid perfectiusque proficisci à me ipso potuisset, si otio juxta ac studio abundassem. Tu interea, Florentissime annis, ingenio, fortuna, PRINCEPS, Heroium sanguis, in ortu tuos cotidie exurgens; ad omnem virentem & gloriam, ALBERTINA simulantem, adolescens,

taliter rudimentum tanto sub nomine debes,

litte

literarium hocce ne aspernator munusculum. Et Vos, SPLENDIDISSIMI PROCERES, plerique honorum ac rerum gestarum gloria, multi avitis nominibus, nonnulli legationum momenti (nunc etiam Illustri HARENIO Vestro Regiam pro salute Reipubl. obtente) omnes integritatis, sapientia, prudentiaque laude Inclyti, grati hoc animi monumentum ne factum temerarium reputate, eodemque esse animo in Ecclesiam, in Sacra, addam in me meosque, pergitote. Qui si nuper morari visus sum Vestri expectationem desiderii, mihi passus quam Vobis desui statuentibus, singulari erga me munificentia, id laborum premium quale vix alibi requiram, spem autem cogitationum mearum rerum domesticarum statu tunc intercipiente. Deus Opt. Max. à Frisâ Gentè, à Fœderatâ Reipubl. à Cervicibus Vestris.

— bellum lachrymosum, & miseram famem,
Pestemque

Quicquid minatur inimicum Sidus, nostrâ motus prece æternum averruncet? Scripsi Lugd. Batav. Non. Dec. Greg. A. Æræ Vulg. c10 10 CLXXI.

EJUSDEM PRÆFATIO.

LECTORIS.



Ridem est quod Vir in Belgio Fœderato non obscuri nominis, cum de variis inter nos familiaribus ageretur, fortèque de Scriptoribus Sacris, obscuris illis & dubiis, sermo institutus esset, author magnopere fuit de his nonnihil ut in publicum commentaret. Fidem protinus obstrinxi, prout

juvenilis ardor impetu primo furit,

nec ita multo post tempore præmissi instituti illius partem quandam, Exercitationes de *Aubore Epistola ad Hebraeos*, Londini postea, me inconscio, recudendas. Sed verò urgere Viri graves, ut *Jobi* cumprimis Historiam ab horum suspicionibus, illorum contumeliis vindicarem, resque omnium consensione obscurissimas pro virili expedirem, non Scriptorem modò, sed & facti veritatem, locum, tempus, & quicquid hætenus *τὸς ἰερεὺς ἐποφθῆς* exercuit. Quæ autem juvenili operâ congesterat, mox adplicare ad alia animum jussus, etiam nunc blattæ depaſcerent, aut mures arroderent, ni nostras dum chartas, fervente Syrio, antè triennium relegerem, hæ quoque oculos meos subiissent. Undè memor præteritorum, nec habere *πρόμισσα* regressum, fidem exindè sæpius, & à variis, & publicè sollicitam, præstandam esse tandem aliquando censui. Recognovi igitur tumultuariâ operâ quicquid olim ab immaturâ & ætate & eruditione profectum fuerat, commissumque amanuensium primò, post tyothetarum Genevensium fidei, exire in publicum jussi:

— *Vitavi denique culpam
Non laudem merui.*

Cæterùm ad primæ Editionis conspectum totus animo cohorrui, adeò visa est monstrum horrendum, informis, cui ademptum decus omne incuriâ utrorumque. Et notum in vulgus, ac longo nimis usu comprobatum, qualia sint eorum Librorum fata quæ procul authoribus typis describuntur. Quare de alterâ Editione ut cogitarem, quæ saltem nativâ formâ fœtum illum meum repræsentaret, rei æquitas postulabat. Adolevit iste interea, tertiâ propemodum sui parte grandior factus, secundis ut curis accidit. Tu, LECTOR, qualiacunque hæc sunt censèbis pro arbitrio, & si æquus es æquiùs interpretaberis, certè ignosces,

si spe sunt, ut sunt, inferiora tua.

Oedipo passim vel Apolline fuisset opus, multa Interpretibus intacta, plura iis non visa, plurima in Platonicis numeris habita, ubique *διὰ ἰωλοῖ γυνῶμαι*. Quod si in nonum aut decimum annum ista præserimus, cave credas factum eo fine ob quem premi tamdiu duratura pœmata voluit Flaccus, dum

*Membranis intas positis delere licebit
Quod non edideris.*

Nempè aliæ nos tum temporis curæ, & graviores, ab his & similibus distraxerant. Brevitatis etiam potius quàm prolixitatis laudem affectavimus, secuti quò duceret materia, non quò invitaret. Videas sæpè, quòd dixit ille, *λέγων μὴ ποτὶ μὲς, νῦν δὲ σαλαγγόν*. Neque infrequens est nostrâ ætate Chrysippum imitari, qui integros aliorum Tractatus scriptis insereret suis. A quo scribendi genere animus noster nimis quàm abhorruit semper. Ut illos mittam qui, ad Tiberii & Caligulæ quoddam exemplum, præscribentium aliorum Simulachris Titulos suos, plagiaris accesserunt. Tentavimus certè quod pari diligentia nemo, undè erratis veniam petimus.

CELEBRIUM QUORUNDAM VIRORUM

Desideria hujus Historiæ.

GEORGIUS HORNIVS *Histor. Philos. Libro v. Cap. ix. ubi de Arabum Philosophiâ.* Sed de *Jobi* origine, sede, totaque historiâ ex professò ager Frid. Spanhemius junior.

JOH. HENR. HEIDEGGERUS *Disput. publ. Heidelbergensi, ubi quadam ex Arabicâ literaturâ.* Non multa de *Jobo*, &c. Si Aristæus fidem mereretur is Esavi filius fuerit, habitaveritque in Arabiæ finibus. Quâ de re, *ἰώντες ὁ Θεὸς ἐπιλέπη*, peculiari Tractatù pensiculatius agere constituit. Rev. & Excell. D. Spanhemius, Præceptor, &c. Quem omninò speramus sui promissi diem propediem nobis repræsentaturum.

MR. CHARLES PATIN *en sa I. Relation Historique à S. A. le Duc de Wirtemberg, parlant de quelques Scavans d'Allemagne, p. 77.* Monsieur Spanheim Doct. & Prof. en Theologie, &c. Vous verrez dans peu son Livre, ou il prétend prouver que ce que nous sçavons de *Job* est une Histoire & non pas une Parabole.

EZECHIEL SPANHEMIUS *de Præst. & Usu Numismatum Antiq. Dissert. v. pag. 371.* Cur vero hoc nomen *Κερας Αμαλθειας* tertiæ è renatis *Jobo* filiabus tribuerint LXX. Interpretes, pro quo *Keren-Flappuc* habet textus authenticus, Fratri meo in Historiâ *Jobi* disquirendum relinquimus.

APPENDIX SEU DE VOTO JEPHTÆ,

Filiam suam immolantis,

DIATRIBA HEIDELBERGENSIS.

BREVARIUM.

Tractationis occasio & Controversia status. Eius utrinque difficultas. Dissensus & sententia Authoris de facta Filia immolatione. Primum Argumentum ex forma & verbis Voti trimembre. Exceptio ad hoc triplex. Prima de Vau disjunctivo multis modis enervatur. Altera de voce וַיִּיְמִינֵהוּ similiter diluitur. Tertia de sensu Legi Lev. xxvii. 29. excutitur. Exceptiones ad illam Legem septem nova proponuntur. Responsio una generalis ad eas, & altera specialis ad primam exceptionem de sensu prepositionis וַיִּיְמִינֵהוּ. Responsio specialis ad alteram de וַיִּיְמִינֵהוּ usuali. Responsio ad tertiam, de hominibus à Deo devotis. Responsio ad quartam, de humano vita & necis jure. Responsio ad quintam, de re sanctissima Jehova. Responsio ad sextam, de redemptione primogeniti. Alterum Argumentum principale ex Objecto Voti trimembre. Responsio ad exceptionem, de non legitimis sed interdictis humanis victimis, sextuplex. Vovendo peccasse Jephtham variè monstratur, & adversus tres objectiones defenditur. Tertium Argumentum principale, ex adimplerione Voti urgetur. Triplex ad hoc exceptio. Prima exceptio, de facto secundum votum, diluitur trifariam. Altera, de non cognitione viri, perinde. Tertia, de non permissuris immolationem Sacerdotibus cum populo, septem modis refellitur. Quartum Argumentum principale, ex consequentibus executionis Voti, proponitur. Idem tribus modis urgetur. Exceptiones ad id tres. Iste pariter diluuntur pluribus modis. Quintum Argumentum, ex annuo luctu, variè urgetur & illustratur. Idem valetè ostenditur, si וַיִּיְמִינֵהוּ sit celebrare. In ea voce significativè donandi rejicitur. Duplex Exceptio proponitur, & prior ex constructione per וַיִּיְמִינֵהוּ solvitur. Posterior, ex notione confabulandi, in verbo וַיִּיְמִינֵהוּ, multis modis infirmatur. De loco Jud. v. 11. in quo eadem videtur esse vox, disseritur. Sextum Argumentum ex Patris ad conspectam Filiam conseruatione. Exceptionem, de uterique, non valere multis modis docetur. Septimum Argumentum, ex negatâ Voti retractatione urgetur, & Exceptio enervatur. Octavum Argumentum, ex bimembris defenda virginitatis, urgetur quatuor modis. Triplex exceptio proponitur & refellitur. Nonum Argumentum ex incommodis sententia opposita de civili morte filia per virginitatem perpetuam, qua ἀρεσάθη, ἀνὴρ ἀρεσάθη, & ἀλόγη. Nihil huc facere votum Naziraorum aut reclusas virgines in Libro Maccabeorum, ostenditur. Argumentum decimum ex Veterum consensu petitur. Auctoritas additur Patrum. Item Papistarum & Reformatorum, dum Judæi & Christiani pauci recentiores tantum dissentiunt. Ultimo facti μίμησις in Fabulis gentilibus, maxime de Iphigenia, adducitur. De rei facta typica ratione ejusque permissa finibus disseritur.



SATISFACTURI Ornatissimi Respondentis desiderii, in argumento non quaesito, sed fortè oblato, non necessario quidem, illustri tamen & retrò agitato, precamur in limine veniam scholasticæ brevitatis; etiam qualicumque à magnis nominibus dissensus, quando dissentire hic incolumi licet amicitia. Varia

autem de hoc Jephthæ voto cum subinde agitentur, verbi gratia, quale fuerit voti genus? an vovendo peccarit? an votum à se nuncupatum implendo? an ἀνδραποδισίαν primò intenderit? Nos id in præsentia disquirimus, ex quo judicium de cæteris fiet: An Jephthæ ductus voti religione, unicam quam habuit filiam immolavit?

II. In utramvis sanè partem sive negantem sive affirmantem inclinamus, trabs in omnibus, & vel cum Scyllâ vel cum Charybdi ferè luctandum. Si enim immolasse dicimus, immane factum asserimus, divinæ, ut videtur legi Deut. xii. 31. sanctitati Jephthæ Hebr. xi. 32. Spiritus S. in ipso motibus Jud. xi. 29. praxi Israelitarum, ipsi aded naturæ, rationi, humanitati adversum. Si contra non immolasse, Oedipo jam opus, qui textum nobis sacrum, innatâ facilitate, expediat, in quo votum holocausti Jud. xi. 31. & indefinitum illud, de primo quocunque objecto immolando vers. 31. & ejusdem voti omnimoda adimpletio vers. 39. & si quæ istius generis circumstantiæ plures sanè perquam evidentes.

III. Hinc in affirmantem propendent alii, in negantem plures, ἰνέχουσι nonnulli. Affirmantium denuò alii factum excusant, damnant alii. Præterea quidam fecisse Jephtham ex legis ignorantia, quidam legis cognitæ necessariâ religione. Sed horum quicquid tandem sit, nos quoque pro affirmante sententiâ dimicamus: adducti argumentis partim auctoritativis, partim ratiocinativis, partim insitis in ipso textu, partim aliunde assumptis.

IV. Primum quo pugnamus argumentum petitur ex formâ & verbis voti Jud. xi. 31. והיה ליהוה & erit Jehova, והעליתיהוה עלה & offeram illud in holocaustum. Ubi I. Erit Jehova, i.e. res sanctissima, per modum devotionis, interdicti, de quo consecrationis genere, ad homines ipsos personasque extendendo, lata lex Levit. xxvii. 28. II. Ex consuetudine Hebræorum, membrum posterius est prioris exegeticum & restrictivum: sive sit Vau connexivum, & offeram holocausto, sive rationale, idcirco, quapropter offeram, sive declarativum & ampliativum, præterea, insuper, amplius offeram, qui particulæ usus est perpetuus & promiscuus. III. Adeoque fuit votum sanguinis, sive devotio ad mortem, ad sacrificium, eaque absoluta & illimitata, nec ad mortem civilem fortè, sed naturalem & cum destructione conjunctam; votum itaque non redemptionis sive astringentis, sed destructionis potius & interdicti, de quo Levit. xxvii. 29.

V. Ad quæ excipi potest. I. Vau esse hoc loco disjunctivum, reddens propositionem alternativam: Erit Domino sc. sacrum, aut offeram sc. si sacrificari aptum fuerit. II. Fuisse votum וַיִּיְמִינֵהוּ Jud. xi. 30. non וַיִּיְמִינֵהוּ, id est votum simplex, non votum anathematis, adeoque votum redemptionis, non necessariæ destructionis. III. Dato, fuisse וַיִּיְמִינֵהוּ, legem illam Levit. xxvii. 29. de re devotâ morte afficiendâ, intelligi posse de morte civili & metaphoricâ, non necessariò de morte naturali & propriâ, in quantum ad homines devotos, aut devota inanimata. Aut si de morte propriâ, dici non nisi in ordine ad bestias ab homine devovendas. Junius; Omnis bestia devota, qua devovetur ab homine, non redimitur, omninò morte afficitur.

VI. Pri-

VI. Primam Exceptionem quod attinet, responde-
mus I. *κατὰ ἀναθήματα*, dato usu particulae hoc in lo-
co *disiunctivo*, esse nihilominus exceptionem insufficien-
tem. Latius siquidem patebat materia *anathematis*,
morte mulctandi, quam *holocausti* & sacrificii. Devo-
veri anathemate poterant *immunda*, sacrificari non nisi
munda debebant animalia. Hinc, nescius Jephtha quid
sibi reduci esset occursum primo, devovet illud om-
ne. 1. Per modum *interdicti* morte affiendi, quacun-
que tandem esset victima, sive munda sive immunda;
2. Aut per modum *sacrificii*, si foret res munda, &
apta sacrificio. Ita nihil præjudicatur sententiæ no-
stræ. II. *κατ' ἀναθήματα*, *disiunctio* hoc loco supponitur non
probatur. Gratis primus finxit *Moses Kimchi*, ex eo
caeteri. At *conjunctionem* potius arguit 1. Ordinarius
particulae usus inter Hebræos. 2. Quotquot sunt re-
ceptæ & antiquæ versiones, *Chaldaei* Jonathanis, *Syræ*,
Arabica, *Græca* τῶν LXX. ne de recentioribus dicam.
Vulgatum, omisso priore membro, meminit oblationis
soliis; *Eam holocaustum offeram Domino*. 3. Verba nimis
generalia, erit *Jehova*, necessariò explicanda, detra-
randa, determinanda, ad certum consecrationis mo-
dum, qualis sequitur, *et offeram, videlicet offeram*,
&c. 4. Quod esse *Jehova* & offerri *holocausto* habent sic
ut genus & species, indeterminatum & determinatum,
non distributum & distributum, sive ut res & modus
rei: atque adeò non habet ibi locum *disiunctio*, non ma-
gis quam in istis, v. g. colam Deum, *aut* cum invo-
cabo, morti tradetur, *aut* affigetur cruci, nascetur ani-
mal, *aut* nascetur homo &c. 5. Quod res *offerenda ho-*
locausto non minus futura erat *Deo sacra*, unde malè dis-
junguntur, erit Deo sacrum, *aut* offeram holocausto:
verius ergò conjungenda ista *ἱεραγῶνας*. 6. Quod dis-
iunctio illa nititur *falsi hypotbesibus*, infra sigillatim e-
vertendis. Nec ullæ disiunctivi sensus necessitas est,
ut sæpè in locis aliis. Absque quâ surrogari non de-
buit usus omninò rarior, in locum usus communissimi
& ordinarii.

VII. Secunda Exceptio I. Principium petit, non
fuisse votum *interdicti* & *anathematis*. Contrarium ovin-
cunt voti causa impulsiva, forma, executio, circum-
stantiæ denique omnes. Neque vox *וְנָתַתְּ* versu 30. *spe-*
cifica est sed *generica*, nec illi *וְנָתַתְּ* contradistingui-
tur, sed subordinatur; notatque in genere votum, non
in specie votum simplex. Exemplum istius acceptionis
genericæ passim obvia. Certè *Numb. XXI. 2.* *וְנָתַתְּ* de
voto anathematis, & alibi. Quâ ratione vox *ἱερὸς* &
ἀγῶνας Interpretibus Græcis, quæ τῶν *ἱερῶν* respondeat.
Chaldaeus ad hunc locum emphaticè, *וְנָתַתְּ וְנָתַתְּ* *ju-*
ra vis juramentum. II. Pari ratione falsum, ullam fuisse
mentem Jephthæ de *redimendo*. Imò intentio non *redi-*
pendi satis expressa, tum in absolutis illis voti verbis,
tum in protestatione Jephthæ, versu 35. Non ergò *re-*
demptionis votum intendit ille, sed *devotionis* & *anathe-*
matis.

VIII. Tertia Exceptio nihilo majoris momenti est. I.
Supponitur falsum, legem de *morte affiendi* re devoti
Levit. XXVII. 29. de civili morte in quantum ad *homi-*
nes devotum intelligendam esse. Sic cadit emphasis
verborum *וְנָתַתְּ מוֹת*, *morte morietur*. Quod, ni falli-
mur, suspicam de morte civili & metaphoricâ. II. Aliud
omne chereu morte affiendum, ut habet textus
Hebræus, aliud *omne bestium*, ut habet Junius. Prius
etiam ad homines extendi, docet versu 28. *omnis rei*
devota ex hominibus, aut bestis, &c. Et severâ ad mor-
tem interdicto devovebantur homines, duplici modo:
tum per modum *voti extraordinarii*, qualis exemplum,
Numb. XXI. 2. 3. tum per modum *sententiæ judicariæ* *Exod.*
XXII. 20. Sic devoveri illos potuisse, in quos erat jus
& potestas, uti servos & servas, testantur *Majestoni-*
des ad *Tractat. עֲבָדֵי* sive de *Estimationibus* *Cap. VIIII.*
Sect. 13. *Salomon Jarchi* Commentario ad locum il-
lum *Levitici*, & communiter Hebræi, quantum ad
servos *Cananzos*. Et fortè in horum aliquem intenti

fuit mens *votentis* Jephthæ, nolentis tamen deinceps
retractare, ratione voti *absoluti* & *irrevocabili*. III. Ut
ut de jure promiscuam istiusmodi devotionem non pro-
barit Spiritus S. nisi in ordine ad nefanda & execranda
capita, loquitur tamen lex *de falso*: si accideret *ex ho-*
minibus aliquem eo modo *devoveri*, quisquis tandem fo-
ret, ut omninò morte mulctaretur. Lex ita non *impe-*
rativa, sed *robisiva* potius, & *punitiva* talis temerita-
tis. Sicque licentiam votorum istiusmodi, ut alibi di-
vortiorum, compescuit Deus. Lex item, ut cæteræ
omnes de votis, *positiva* & *ceremonialis*, fortè (ut aliis
videtur) typica & figurativa Christi, ad mortem de-
vovendi, tanquam *וְנָתַתְּ חַרְדָּה*, *Gal. III. 13.* IV.
Sic etiam religionem sui Nominis, & præstiti sibi eo
in casu juramenti, sacram & intemeratam Deus esse
justit. Quando erat *Chereu*; devotio absoluta, solemnis,
& cum execratione. V. Quicquid sit planissima sent
verba Legis. 1. Votum *וְנָתַתְּ* opponens voto *redem-*
pitionis, estimationis. 2. Materiam illius extendentis et-
iam ad *hominem* devotos, non quoscunque, sed qui sub
alterius potestate 3. Jubeatis ut *omne chereu*, ex homi-
nibus aut bestis, *morte afficeretur*. 4. Altam silentis u-
tilium consecrandi devotos homines *modum*, quum ta-
men explicandum fuit, quid de illis futurum esset. 5.
Sed nec alibi uspiam relinquens vestigia specialis ali-
cujus consecrationis, devotorum per *וְנָתַתְּ* hominum,
diversissima enim illa *Levitarum*, aut *Naziræorum*,
aut *Nethinæorum*.

IX. Hinc frustra quis ulterius excipiat. I. *Levit.*
XXVII. 29. *וְנָתַתְּ מוֹת*, non reddendum, quod de
votum *ab homine*, vel *ex hominibus*, sed *præter hominem*,
ut *וְנָתַתְּ* particula sic ibi exceptiva, quemadmodum *Gen.*
III. 6. II. Homines istis devotos spectare ad *וְנָתַתְּ*
usuale, seu *donativum*, non *destructivum*. III. Possè etiam
locum accipi de hominibus ab ipso Deo devotis, de
execrandis capitibus. IV. Non obtinuisse sub Lege
jus vitæ & necis in personas omnes subjectas, puta in
liberos, vel in uxores, vel in subditos innocentes &
quod ex hac Lege sequeretur, si omnis persona devo-
ta ab eo qui haberet in eam potestatem debuisset in-
terfici. V. Expressè Legem fore tales homines de-
votos *rem sanctissimam Jehova*, id est, qui interserent
sacerdotibus, ut *Nethinæi* sive *Gibeonitæ*. VI. Om-
ne primogenitum ex hominibus debuisset redimi, secun-
dum Legem *Numb. XVIII. 15.* VII. Deum damnasse
necem innocentis, nec approbasse vota quæ contra vel
pietatem, vel justitiam, vel charitatem essent.

X. Hæc inquam & alia id genus facile est excipere,
sed & facile dissolvere. In genere quidem. Resp.
Quicquid in his roboris fuerit, parum certè inesse ad
negandum factum hocce Jephthæ. Nitimur non Lege
illâ *Levitici*, sed cum primis facti Historiâ, voto ir-
revocabili, executione, circumstantiis singulis. Et
potiora nobis argumenta *similia* & propria huic Histo-
riæ, quam *ἱεραγῶνας* & aliunde assumpta. Quo magis
facti questio tota est, & extraordinarii planè, non ju-
ris. In specie; ad I. Resp. Falsissimum, *וְנָתַתְּ* particu-
lam esse exceptivam, *præter*. Contrâ. 1. Nunquam hic
particula usus est apud Hebræos. 2. Nullus unquam
in hoc loco Interpretum. 3. Eodem sensu particula
versu 29. quo versu 28. ex omnibus, *ex* hominibus aut
bestis, *ex* agris. 4. Sic non *omne chereu* morte affien-
dum fuisset, ut dicitur, sed *aliquod chereu*, bestie non
homines. 5. Sic devoti homines per chereu potuis-
sent *redimi*, siquidem excipiantur à regulâ, quæ est
omne chereu ne redimitor. 6. Planum *וְנָתַתְּ מוֹת*, red-
dendum sive efficienter, quod devotum *ab homine*, sive
materialiter *ex hominibus*, quo posteriori sensu non pau-
cæ Versiones. 7. Falsum, loco altero *Gen. III. 6.*
וְנָתַתְּ esse *exceptionem*, imò vel *comparativum* (magis quam)
vel *memoriale* (ex) usu ordinario.

XI. Ad II. Resp. Peti rursus *principium*. Est ibi
וְנָתַתְּ votum interdicti quodcunque, seu devotio abso-
luta, eaque vel *hominum*, vel *reum* quæ interserunt ho-
mini,

mini, five *animata* hæc five *inanimata*, illæ rursus vel *munda* vel *immunda*, istæ vel *mobiles* vel *immobiles*. Ex his sanè alia ad **קרבן** *usuale*, alia ad *destructivum* spectabant: ad usuale, si res devota nec homo foret nec bestia, & talis quæ cedere in usum posset Sacerdotum, aut Tabernaculi *Num. xviii. 14.* ut agri, possessiones, aurum, argentum, id genus alia; ad destructivum vero, si homines aut bestia devoverentur *Lev. xxvii. 29.* cum discrimine tamen bestiarum quæ *sacrificari*, ab iis quæ simpliciter *destrui* aptæ. Quandò vero **קרבן** omne dicitur sacerdotum fore, intellige non tantum ratione *usûs*, si res usualis, sed & ratione *judicii* de tali voto.

XII. Ad III. Resp. I. *κατὰ συγχώρησιν*, posito non dato, nihilominus Jephthæ votum referendum analogicè ad **קרבן**. I. Non enim votum *redemptionis* fuit, ut professus ipse Jephtha. Sed neque votum *Naxiocratus*, cum quo nihil hocce commune habet. Ergò votum **קרבן**, seu absolutæ devotionis ad mortem, five hominis five bestia egredientis primùm è foribus. 2. Nonne potuit Jephtha malè hanc intellexisse legem? ut v. g. quæ *permissiva* fuit, putarit *approbativam*; aut quæ de execrandis capitibus tantum, extenderit ad quævis quæ sub alterius potestate. II. *κατ' ἀγνοιαν*, intercedit omninò textus. Disertè enim I. De eo quod devoverit *quis Jehova. vers. 28.* adeoque de activâ devotione ab homine. 2. Ex omnibus *que sunt sui*, hominibus, bestiis, agris, non restrictè ad hostes Dei, & publica *κατάδεμα* τα, de quibus lata alibi leges. 3. Adeoque de **קרבן** non *strictius* sumpto, pro execrando anathemate, ut *Exod. xxii. 20. Deut. vii. 2.* & passim de Cananæis, Amalekitis, Idololâtris; sed *latius*, pro re absolute devotâ, citrà redemptionem, ut etiam accipitur vox *Num. xviii. 14.* Imò **קרבן** propriè est ab usu communi segregare, ac consecrare Deo. Hinc quid de talibus fieri hominibus oporteret, exponendum fuit, quemadmodum de agris expositum. 4. Hinc Græci non reddidèrè hic, ut alibi, *ἀνάθημα* & *ἀναθηματιζέιν*, quod in malam ferè partem, sed *ἀνάθημα*, & *ἀναθέμι*, id est, *ἀφορίζέιν*, *χωρίζέιν*, *σέπασθαι* per absolutam Deo consecrationem. Tale verò *ἀνάθημα* ex hominibus morte hoc loco afficiendum dicitur. Quanquam alicubi Illustris Salmasius vult semper legi *ἀνάθημα* non *ἀνάθημα*, quoties vox Hebræa est **קרבן**, sed ita ut prius propriè notet non *ἐπίθετον maledictum*, sed *ἀποιώνητον*, *ἀφορμαμένον*, voto constrictum atque innodatum caput. *Plin. Exercit. p. 1089.*

XIII. Ad IV. Resp. I. Neque nos asserere, fuisse promiscuum tum jus vitæ & necis, five parentum in liberos, five dominorum in servos, minùs maritorum in uxores. Unde loquitur lex. I. Non de nece promiscuâ, sed de sacrâ fortè subjeutorum capitum devotione, cujus iudicium esset penes Sacerdotes. 2. De facto Israëlitarum, non de jure, planè ut dicitur de repudiante uxorem *Deut. xxiv. 1.* 3. De facto hac lege. coercendo, cohibendo, puniendo, ne temerè in ejusmodi execrationes vel patres vel heri erumperent. II. Fallax igitur consequentia, ab hac lege de interdicto morte afficiendo, ad jus promiscuum vitæ & necis. Nec cadebant devota eo modo capita, & ut plurimum devota temerariè, vi *patria* aut *hereditaria* potestatis, sed vi hujusce *sanctionis*, quam sancire potuit summus vitæ dominus atque arbiter Deus.

XIV. Ad V. Resp. I. Imò expressè Lex, tales homines devotos *morte morituros*, unde retorsio legis *κατὰ τὸ βίαιον*. II. *Res sanctissima* in genere dicitur omne *cherem. vers. 28.* tum explicatur *vers. 29.* quid de re illâ sanctissimâ futurum, si homo foret aut bestia, nempe **מות יומת**. III. *τὸ ἐν ἀρχῇ*, inservituros fuisse sacerdotibus homines sic devotos, quod & hic & alibi *ἀγχαφον*, & sine exemplo ullo, imò *ἀνίγχαφον*, quando hoc loco morti destinantur. IV. Elenchus parium inter *Nethinæas* vel *Gibeonitas* & homines sic devotos per **קרבן**, de illis servientibus legimus, non de istis. Nec dici po-

test sine absurditate, hosce *Nethinæis* accensitos fuisse, extraneis illis, Cananæis, vilissimis servitiis mancipatis.

XV. Ad VI. Resp. I. *Ἐξαγάγον* illud de redimendis primogenitis. Hic verò est lex de non redimendo, *ne redimitor, morte afficiat*. II. Redimenda dicuntur primogenita, oppositè ad munda animantia quæ nullâ ratione redimi poterant *Num. xv. 11. 17. Levit. xxvii. 9.* salvâ etiam lege speciali de non redimendo, qualis ista. III. Satis nobis est, Jephtham beneficio ejus de *redemptione* legis neque usum esse, neque uti se posse intellexisse.

XVI. Ad VII. Resp. I. Damna sanè Deum necem innocentis; sed & præcepisse mortem devotorum sibi absolutè & cum execratione capitum. II. Nec temerè devovens immunis à culpâ fuit, non certè in foro *interno* & *poli*. III. Non jus lex ista respicit, sed factum, frændandum ipsâ hac lege, ut alibi licentiam divortiorum coercuit Deus. IV. Alia ratio votorum moraliter *prohibitorum*, alia voti civiliter & ceremonialiter *permissi*, singularibus de causis, ipsâque voti executione puniendi. V. Distinguendum inter vota quibus promissum *scelus*, & quibus promissum *damnum*. Damnosum hoc ipsum erat, volebatque Deus sic coerceri patres, & heros, ut ostensum.

XVII. Alterum esto Argumentum, ex *objecto* seu materiâ ejusdem voti Jephthæ nuncupati. *Es eris quodcumque egrediens egredietur è foribus domus meæ in occursum mihi, &c.* Sic enim ad verbum Hebræa sonant. Nisi reddamus personaliter, *quicumque egrediens &c.* Sanè ita Vulgatus, *quicumque primus fuerit egressus*. Græci, *ὁ ἐκπορευόμενος ὅς ἐν ἐξίτηθι*. Personale pronomem etiam Syrus, etiam Arabs habent. Nec legitur in Hebræo **כל אשר יצא**, sed **אשר יצא**. Ex sic quotquot ex Veteribus hæc reddidèrè verba, cum Augustino & Hieronymo. Unde I. Manifestè colligitur, vel hoc votum fuisse *indefinitum*, de quacunque victima offerendâ, adeoque etiam humanâ; vel fuisse *votum personale*, de devovendâ persona sibi primùm obviandâ. Quo posteriori sensu, intenderit non tantum in genere *θυσίας*, sed in specie *ἀνθρωποθυσίας*. II. Idem confirmari videtur ex verbis **אשר יצא**, *egredietur in occursum mihi*. Quibus non tantum *materialis* obviatio, sed & *formalis* denotatur, scilicet itio in occursum. Non autem bestia dicuntur *ire alicui obviatam*, *ἐξελθὲν οἰς ἀπάντησιν*. Nunquam etiam nisi de hominibus Hebræa phrasis usurpatur in sacris. Quanquam *equus* dicitur **אשר יצא לקראת** *Job. xxxix. 24.* sed ratione fessoris & simul cum fessore. Et repetitur versu 34. de filiâ Jephthæ Patri *egrediente in occursum*. III. Ne urgeamus verba, *è foribus domus meæ*, quibus innuere profectò videtur, ex domesticis aut hospitibus primum quemque, non canem fortè vel felem, vel asinum, vel equum, &c. egredi sæpè solitos foribus.

XVIII. Nec quisquam excipiat, hominem non fuisse *materiam* legitimam *holocausti*, imò verò interdictam lege *Deut. xii. 31.* Deum *φιλόψυχον* esse, hostem *ἀνθρωποθυσίας*, quæ nefanda erant Phœnicum, Pœnorum, Celtarum, Barbarorum sacra. Facilis jam & parata Responsio est. I. *Objectum* hujusce voti non præter historiam fingi, sed ex textu sacro disci, intelligi. Nihil in textum illatum, innatum omne. Præter sunt verba ipsius Jephthæ; rationes adeò instituti reddiderit Jephtha. Unde *quid* voverit, non *quomodo bene*, queritur. II. Nihil mirum, pro *extraordinario* beneficio *extraordinariam* victimam sibi duxisse offerendam. Magnum quid cælitus expectat, etiam magnum & charissimum quid vovet. Pro tot *hostibus*, quos traditurus erat Deus in manum suam, vovet se traditurum Deo primum quemque ex *domesticis*, per modum quasi *holocausti*, & sacrificii Eucharistici. Tantamne illè victoriam stipulatus à Deo Opt. Max. solenni ritu. fuisset, devotione forte *hirci*, vel *capra*, vel *domestici* istius modi animalis è foribus primùm prodituri? Quid si potius vel

vel casis, velfelis, vel asinus, immunda certè & vilis bestia, domo tua fuisset egressura? III. Nihil etiam adeò illis temporibus novum & inauditum humana vici-
tina. Ad internecionem debebant integras gentes, ut tot victimas Deo devotas. Etiam cruentum votum Israëlita: solenniter vovent, pari spe victoriam Num. xxx. 2. Haud longè ab simili ratione victoriâ potiturus Saul devovit anathemate ex suis primum quemque &c. I. Sam. xiv. 24. Accessit lex illa, de devovente ex hominibus aliquem sine potestate Levit. xxvii. 28. utcumque permissum si non imperativum, utcumque tolerans si non probans, facile adeò trahenda in abusum. Exemplo etiam Abrahami, non tuti quidem, at certè decepti esse potuerunt: ut putarent istiusmodi hostias in casibus extraordinariis Deo non usque adeò esse exosas. Quin inter sacrificia pro peccato, ut zeli singularis arguentium, reponant aliquando, dare primogenitum suum Mich. vi. 7. Addit Hieronymus Comment. ad loc. Tom. V. Sicut Rex Moab fecisse describitur (haud ab simili exemplo I. Reg. iii. 27.) & Jephthæ pro temeritate voti offerens filiam. Attendenda etiam illa ignorantia temporis, eademque fere barbara, & cruenta, & multis modis corrupta, ut docent Judicium gesta. Denique attendendus Jephthæ, Dux ipse, ferocior miles, humano adhuc tum cruore respertus, in ultimum profecturus hostem, & victoriæ adeò insignis, quæ tantam hostibus cladem, securitatem Israël, Ecclesiæ pacem, sibi gloriam erat paritura, majorem in modum cupidus. Ne devotionum istiusmodi exempla, in cultiorum Gentium Ducibus dicam, Codris, Decius, Leonidis, Alexandris, Idomeneis, &c. unde & revolvenda familiaris Romanis. IV. Nec necesse est, vovisse holocaustum propriè dictum, sed quasi holocaustum; nec legale illud, sed extraordinarium; sic dictum in quantum fuit victima destruenda, soli etiam Deo cessura. Unde minister videtur fuisse ipse Jephthæ, non præfecti sacrificiis legalibus Sacerdotes, ut frustra hic alii vitiligent. Et holocausti vox latiore aliquoties admittit significatum. Igitur offeram holocausto, fuerit, devovebo Deo, immolabo, destrua, ut rem sanctissimam. V. Sed neque materia holocausti erant animalia immunda. Nihilominus vovet holocausto offerendam primum quodque è foribus proditurum. Abusus igitur Jephthæ vel vocis vel certè usu holocausti. VI. Non etiam obstat locus ille Deuteronomii, de filiis & filiabus non per ignem tradendis. Hæc enim Deo religiosè devovenda erat victima, non idololatricè Molochæ. Nec cultus hic ordinarius, sed extraordinarium votum. Nec de filiâ offerendâ tum cogitavit quicquam Jephthæ. Præterea alia quæstio juris, alia facti, nec quæritur quid vovere debuerit, sed quid actu voverit, præcepti sanè, temerarius, & inconsultus nimium.

XIX. Ad quætionem ergò, an peccavit Jephthæ, istiusmodi nuncupando votum? Respondemus affirmando. 1. In quantum ad materiam devotionis laxam nimis, & indefinitam. Votum ut non cæcū, sic nec indefinitum esse debet. Potuit egredi foribus animal immundum, & Deo execrandum. 2. In quantum ad modum devotionis, impetu quodam, & gloriæ potius cupidine, quam zelo religionis. 3. Ab eventu, vi talis voti offerre post humanum & ingratum Deo sanguinem eductus. Haud ab simili modo, temerariâ scilicet devotione, peccavit Saul I. Sam. xiv. 24. Hinc postmodum lugubres illæ voces, illi planctus. Hinc temeritatis poena, ipsa filia: morte, ut rectè Veteres. Vovix enim Jephthæ, non quæ Judæ heroicis motibus impulsus, sed quæ homo; non tam instinctu Spiritus, quam motu imprudentis. Frustrâ urgetur I. Spiritus ille Dei super Jephthæ Jud. xi. 29. Nempe illo actus quo tempore victoriæ de hoste repertavit, non quo tempore vovit, aut quæ vovit reduplicativè. Et fuerit afflatus ille indefinitus quoad habitum, non certè quoad actum; etiamque à Samsonè Spiritus recessisse legitur Jud. xv. 20. Sed Spiritus non sanctificationis intelligitur, verum

fortitudinis. Chaldæus illo loco, רוח גבורתא spiritus fortitudinis. Rectè definit Majemonides in Doctore suo Part. II. Cap. XLV. Cum qui auxilio divino ita instructus est, ut eo moveatur & animetur ad magnum aliquod factum perpetrandum. Post; nec quidem quodvis, verum in specie ad oppressos juvandos, &c. II. Nihilò felicius urgetur, per illud votum impetrasse victoriam, Primò enim laborat consequentia; & exceptit temerarium istiusmodi votum similis victoriæ in Saule I. Sam. xiv. 31. Simile quid in Mose, Gedeone, Samsonè, Davide, Israëlitis, peccatis sæpè gravioribus implicitis & conquinatis, at de hoste triumphantibus. Supponitur etiam, subsecutam esse victoriam pro merito operantis, non pro gratiâ largientis, votumque se habere ut causam, non ut antecedens potius. Spectavit præterea Deus non tam materiale voti quam formale ipsum, intentionem Jephthæ, minime malam, Deoque non sacrificium placuit, sed animus offerentis, ut bene in hæc rem Hieronymus ad Caput VII. Hierem. Tom. IV. III. Denique frustra excipitur, non expressè damnari voti temeritatem. Ut Scriptura non discrete damnat, sic non profecto laudat. Et votum narrat, quæ ratione alibi incestum Lothi, ebrietatem Noachi, Judæ cum nuru congressum, Patriarcharum polygamiâ, &c. Sed Jephthæ (inquiunt) sanctorum Catalogo adscribit Hebr. xi. 32. Quid tum? Nonne eadem serie cum Samsonè concubinario & meretriciis amoribus polluto? cum Gedeone Ephod conficiente ac Deum tentante? cum Davide adulterii & homicidii reo? Nonne & Israëlitarum mare transeuntium, & aliorum fidem prædicat Apostolus; quorum fœdi lapsus, & navi insignes, & infirmitates multæ? Ut mirari subeat, tam leves rationes movisse magna virorum nomina, & ex Philologis El. Schedium de Diis Germanis, Syng. II. Cap. xxxi. alios.

XX. Tertium succedit Argumentum, ex adimplerione voti, his sc. verbis expressa; Et fecit illi secundum votum suum quod voverat vers. 41. Adductus ipse tum lege generali, de reddendis Deo votis Num. xxx. 30. tum speciali, de reddendo voto interdicti Levit. xxvii. 28. Atqui votum, quod voverat, fuit vel definitum & personale obsequio voverat; vel certè indefinitum & generale cujuscunque Divitias. Ergo si voto respondit executio, immolatam fuisse primò sibi occurrentem filiam necesse est. De primò occurrente monasterio includendo, aut Deo simili ratione consecrando; nulla in voto mentio. Nullatenus id vel ex verbis voti, vel ex vovendi istiusmodi consuetudine intelligitur. Multò minus ex voti executione; fecit illi secundum votum. Quibus ad præcedens votum, & priora Jephthæ voventis verba amandamur. Certè aliâ Spiritus S. ne esset suspensa posteritas, neque immane filia: sacrificium crederet, paulò clariùs consecrandi alteram illam rationem expressisset.

XXI. Excipi solet I. Non dici Jephthæ obtulisse sive mactasse filiam, verum fecisse illi secundum votum, Horum autem verborum sensum patere longè latids. II. Addi illorum exegesis verbis sequentibus; Et ipsa non cognovit virum. Junius; Nam ipsa non novit virum. Quibus scilicet denotetur consecrationis ratio, ad perpetuam nempe virginitatem & statum vitæ solitariam. III. Inter votum & executionem medios intercessisse menses binos. Interea non passuros fuisse cruentam executionem, vel Sacerdotes, quorum erat Legem interpretari, vel populum, quæ ratione in casu simili Jonathanis prohibuit necem I. Samuel. xiv.

XXII. Prima Exceptio frigida omnino est, & elumbis. I. Equipollent, mactavit eam, vel fecit ei secundum votum. Siquidem victimam voverat immolandam, ut supra demonstratum. Ergo faciundo secundum votum, immolavit. Hocque tacite in isto continetur, ut necessaria voti repetitio non fuerit. II. Plerumque hic stylus est Scripturæ Sacræ, fecit ita, fecit sicut Deus præcepit, &c. Pariter, fecit secundum votum. Ad attemperandam hæc ratione, vitandæ otiosæ repetitioni, re-
voca-

vocatur. Imprimis atrociora facta generalioribus tantum verbis sæpius exprimuntur, per *επιφωτισμὸν*. Et verborum parca in talibus recensendis Scriptura esse perpetuò solet III. κατὰ τὸ βίαιον retorquemus. Si enim non mactavit filiam Pater, sed carceri vel monasterio conclusam voluit, monere Historia debuit expressius. Nec sat fuit dixisse, *fecit ei secundum votum*. Perquam enim obscure id ex voto colligitur. Longè obscurius ex consuetudine illorum temporum. Et plus jam in voti executione fuisset, quam quidem in antecedente voto continetur. Quando istuc nihil de votivo cælibatu, de vitâ solitariâ, de ædibus in eum finem extruendis, &c.

XXIII. Altera similiter non uno modo laborat Exceptio. I. Supponitur non probatur, verba illa *וְיָדָהּ לָאֵלֹהִים*, esse *declarativa* immediatè præcedentium: vel τὸ *Vau* hic esse rationale, secundum translationem Junii: vel coherere cum prioribus, ut verborum serie, sic sensûs nexu. II. Imò verò est manifesta *παρερμηνεία*, & elenchus *compositionis*. Siquidem referuntur ad proximè sequentia, & adducuntur ut causa impulsiva illius coitionis annuæ *Virginum* & statuti in Israël: *Et ipsa, sive ipsa autem, non cognoverat virum; hinc statutum in Israël &c.* Præterea acerbitas casus sic tacitè à Spiritu S. expressa; cecidit & quidem *Virgo*. Ostenditur etiam constantia in virginitate, ad extrema usque fata. Confirmatur quoque quod dictum in antecessis, petiisse tempus *deslanda, ut mori, sic virginitati*: jam additur omninò eam immolatam fuisse *virginem*, & viro intactam, uti dictum fuerat. III. Aliud, tùm non cognovisse virum, aliud obstrinxisse se *voto perpetui cælibatus*. Illud statum vitæ *præstitum*, hoc futurum notat. Prius etiam *actum* dicit, non *votum*, vel *statum* planè solitarium. Sic non sequitur ab *actu* spiritualis castrationis *Matth. xix. 12.* venditionis bonorum *Matth. xix. 21.* & similibus, quæ urgent subinde Pontificii, ad *votum* vel *statum Monasticum*.

XXIV. Ultima Exceptio speciem habet, sed speciem tantum. I. Peccatur falsâ hypothesi, quasi fuerit votum *redemptionis*. Imò fuit *devotio* ad mortem, eaque absoluta, & sine conditione ullâ, vel tacitâ, vel expressâ. Votum itaque *cherem* & *interdicti*, cujus nulla redemptio *Levit. xxvii. 29.* Unde Sacerdotes damnare votum debuerunt, non pari facilitate voti suadere redemptionem. Ad minimum non potuerunt in istiusmodi casu non dubii esse, & ancipites consilii. II. Vel tale fuit votum quod redimi potuit, vel non fuit. Si *primum*, redit quæstio, cur perpetuæ isti virginitati & incarcerationi non intercesserint Sacerdotes? Cur non suaserint filiam redimere *scilicet decem Levit. xxvii. 5.* Si fuit status tam acerbis, ut hinc in Patre consternatio, in filiâ bimestris luctus, in Israël annui conventus, annua lamentatio. Quo magis ingrata Deo coacta *virginitas*, nec rata hæc esse posset absque puellæ consensione. Si *posterius*, malè redemptionis fuissent auctores, *Lege* suprâ repugnante. III. Dato etiam, de jure non fuisse immolandam, nec potuisse non exosum esse Deo istiusmodi holocaustum, peccasse adèò Jephtham in executione voti: nihilominus religione solennis juramenti, pertinacissimus homo *fecit secundum votum*. Sicque intellexit, sic credidit, sic professus est, *non posse se retractare*, quod *ore aperto* & solenni ritu Deo deo verat, ut *vers. 35.* Putavit igitur se religione obstrinxi, cui religioni posthabuit delicias suas, filiam unigenitam, spem atque amorem suum. Præferendum censuit officium in Deum amoris in filiam, primam tabulam secundæ; nec ullus tùm *Propheta* in Israël, quem consuleret Jephtha. Hinc illi ibidem planctus, animi illa in fortissimo aliâs Duce dejectio. IV. Præterea, ne de corruptissimis temporibus dicam, quid si Sacerdotes consilere detrectarunt? Quid si monentes nimiam religione posthabuerunt? Saltem prius antiquissimis Judæis traditum. Chaldæus; *Non consuluit Phineam Sacerdotem, & si consulisset, redemisset eam pecuniâ.* Quan-

quam posterius gratis & frustra Chaldæus. Neque *decem scilorum* oblatio, quibus illa fuisset ex *Lege* redimenda, proportionata satis magnitudini victoriæ, & præcedentis voti solennitati. V. Populum istiusmodi sacrificio obstiturum fuisse, eadem ratione supponitur: sive quia non ausus populus, metu fractionis voti; sive quia non potuit, dum fortior Jephtha, & animo constantior, & propositi tenacior; sive quia noluit, facile illam sibi victimam pro tantâ victoriâ perire passus. VI. Dispar ratio impeditæ necis in personâ Jonathanis I. *Sam. xiv. 45.* Trahebatur ad mortem ut reus, qui innocuus, quem à tanto excusabat ignorantia, *versu 28.* Trahebatur etiam invitus, & contra quam filia Jephthæ, reluctabundus, *an moriturus sum? vers. 44.* Causa etiam singularis addita intercessionis populi, sc. victoria Jonathanis, & res fortiter illâ ipsâ die gestæ, *an moreretur qui comparavit salutem hanc in Israël? vers. 46.* VII. κατὰ τὸ βίαιον. Aut redimi potuit filia Jephthæ secundum Legem, aut non potuit. Si prius, cur non redemit? Cur non consuluit Sacerdotes? Dicendumque pariter, vel ignorasse consulendos, vel noluisse, & detrectasse Sacerdotes. Si posterius, nihil mirum mactasse & devovisse secundum votum.

XXV. Pugnatum hætenus triplici argumento, *Formâ* voti, *Materia*, *Executione*. Nec sive Instantiarum sive Exceptionum ullam, quæ modò speciem habeat, negleximus. *Quartum* Argumentum ex iis continuâ serie arcessitur, quæ voti executionem sunt consecuta. Et quidem illicò ex verbis expressis *vers. 29.* *וְיָדָהּ לָאֵלֹהִים בְּיָשָׁרָא* *Et fuit statutum in Israël.* Arabs; *Et facta est prodigium inter filias Israël.* Sed prius cum originali convenientius. Sive statutum intelligatur, de annuo conventu, & annuâ parentatione *Virginum vers. 40.* sive, quæ est additio Jonathanis Paraphrastæ, *ut non ascenderet faceret vir filium suum, aut filiam suam in holocaustum, sicut fecit Jephtha Gilbadam.*

XXVI. Quicquid sit. I. Gravissima profectò *statuti* illius causa esse debuit. Absque quâ in Israël statutum exoriri non erat moris. Et requisita jam supremi Senatus deliberatio, sanctio, promulgatio. Quare argumento fuit, magnum quid & singulare circa *Virginem* contigisse. II. *Mactatio* Virginis fuit causa sufficiens, & gravis, & publica. Pro parente illa quasi, & pro patriâ ceciderat. Filia quin etiam Ducis & Principis Israëlitarum. Et annua parentalia decerni *edictis* ac *Senatus consultis*, nihil novam. Cavendum etiam erat tali constitutione, ne istiusmodi vota tragica, funesta, patriæ & familiis infesta, recurrerent. Unde *וְיָדָהּ* statutum perpetuum. III. Virginis contra *cælibatam* causâ levis & insufficientis fuit. Non ex illâ proles desiderabatur ad successionem in principatu. Non jam publicum Reipublicæ totius, sed privatum familiæ unius detrimentum. Nec absurditate caret, Virgines solemnibus *constitutione*, & solemnibus *ritu*, puellæ unius quottannis deplorasse cælibatum & virginitatem.

XXVII. Nec excipiendum. I. *וְיָדָהּ* non tam notare hoc loco legem & constitutionem, quam *ritum* & *consuetudinem*. II. Rationem illius in sequentibus non fuisse *lamentationem*, sed *consabulationem* annuam cum Virgine. III. Possè etiam verba hæc referri ad *præcedentia*, hac ratione; ex eo quod filia Jephthæ, post impletum in eâ patris votum, virum non cognovit, *inolevisse* hanc *consuetudinem*, ut Virgines, quæ Deo per votum consecrarentur, virum pariter non cognoscerent, ad finem usque innuptæ.

XXVIII. Ad *Primum* Resp. Peccari fallaciâ *δὲ ἔν τῳ ἀρχῆ αὐτίκως, ἢ παρερμηνείας.* Falsum τὸ *וְיָדָהּ* esse simpliciter ritum & consuetudinem. Est sanè *ritus*, sed *edicto* sancitus, sed *lege* imperatus, sed *constitutione* introductus. Patet, tum ex etymo vocis, tum ex usu ejusdem perpetuo. Græcis Interpretibus vertitur *ὑπόσταμα, νόμος, ἐπιτομή, νόμιμον, σύστασις, κείμενα.* Hoc autem in loco vertunt, *ἰσχυρὴ εἰς ὑπόσταμα ἐν Ἱσραὴλ.* Hæc redeunt antiquissimæ Versiones omnes in Bibliis Regiis. Ad

Ad *Secundum* Resp. I. Pari ratione falsum illud esse de confabulatione annuâ Virginum. Imò verò annum fuisse lessum, lamentationem annuam, sequenti argumento pluribus demonstramus. II. Confabulatio etiam alia cum Virgine, alia de Virgine. III. Consuetudo hic quoque permanens, sive constitutio perpetua in Israël, qualis esse non potuit confabulatio cum Virgine. Ad *Tertium* Resp. I. Meram rursus esse *petitionem principii*. Imò si referantur verba ad antecedentia, nulla cohesio, nullus nexus: *Et ipsa non cognovit virum; & fuit fassatum in Israël*. II. Diserte sive statutum, sive consuetudo, ut par erat, declaratur proximè & immediatè, nempe de *convectu annuo* Virginum Israël. III. Supponitur gratis, quod post impletionem voti paterni obstricta fuerit perpetuo cælibatu. De quo nihil in voto, cui ad amissim respondit executio. Et supra glossema explosum, ac pluribus infrà. IV. *Consuetudo* nobis in Israël ex privato ingenio fingitur, nulla similis ex textu, ex locis aliis, ex scriptis Hebræorum demonstratur. V. Supponitur etiam nuda consuetudo, non quæ statuto introducta; & talis quidem, quæ contraria planè eorum temporum legibus, moribus, praxi, ut per votum consecrarentur virgines, ne nuberent & procrearent. VI. Absurdum etiam, tam lugubrem casum, tot Patris filiarumque lachrymis deplorandum, traxisse ad imitationem solemnem Israëlitas. Imò si quod inde statutum, si quæ consuetudo emanavit, fuit ad rei non imitationem, sed fugam, tristi ejus & annuâ recordatione.

XXIX. *Quintum* ergò suppeditat nobis argumentum *versus* 40. Filias Israël coivisse quotannis, לתנות לבת יפתח, ad plangendum filiam Jephthæ, sive ad lamentandum super filiâ Jephthæ. Atque ita ad plangendum mortuam, & tristi fato in ipso virginitatis flore interemptam. Interpretationem probant. I. Antiquæ quotquot sunt Versiones. Targum לתנות לבת יפתח, ad lamentandum &c. Syrus *ولدت وبنحو*, ut sternerent lugerentque. Arabs *ولدت وبنحو* lamentabantur ac lugerant. Græci, *θρηνην την θυγατέρα*. Vulgatus, *plangent filiam Jephthæ*. II. Versiones etiam pleræque recentiores, unâ forte aut alterâ exceptis. Sic *Vasabius*, sic translatio *Genevensium Gallica*, sic *Anglica*, sic *Germanica Lutheri*, sic *Italica & Gallica Joh. Diodati &c.* III. Non incommoda obscuræ aliâs vocis origo, ab infueto לתנות, hinc לתנות draco; significatu ejulandi, & lugubri ac flebili voce plangendi. *Miche Cap. 1. 8. faciam planctum sicut dracones*, לתנות. *Jobi xxx. 29. frater factus sum draconibus*, לתנות, nempe ratione planctus & ejulatus. Plura de draconum lamentis rerum naturalium scriptores. LXX reddiderunt aliquando κάκωσιν, afflictionem *Psalms. XLIV. 20. nonnunquam σείρηνα, δειθα, σπυθόν*, ut videtur, à voce, cantu, garritu. IV. Forma non infueta, utut anomala, quâ defectiva *Ajin* imitantur in infinitivo *quiescentia Lamed*. Sic לתנות gratiam factæ, radicis לתנות, *Psam. LXXVII. 11. Sic לתנות desolare*, radicis לתנות, *Exech. xxxvi. 3. Pari omninò ratione formari potuit לתנות à geminato לתנות*. V. Incertæ originationes aliâs vocis obsoletæ, & ἐν τῷ σπυθῶν λεγομένην. Imò ἀπαξ λεγομένη, si sequimur *Maforethas*, & interpretes Græcos, altero illo loco *Judicium Cap. v. 11. Cujus aded etyma alia & significata non minùs verti in controversiam possunt*. VI. Evincit idem antecedentium nexus. Quando ibi lugubria omnia, tum voti executio, tum quæ illam proximè antecessere. Et cujus *moritura statum* virgineum *vers. 37. illius jam demortua casum & absentiam lugent filiarum Israël*. VII. Etiam vestigia illius consuetudinis, quotannis parentatione quâdam recolendi memoriam Virginis. Certè *Epiphanius* contra *Melchisedecianos Heresi LV. In Sebastia autem, quondam Samaria appellatâ, filiam Jephthæ Deificaverunt, & in ejus honorem quotannis festivitatem celebrant*. Derivant & hac nonnulli origine τὰ θεγια εἰς Ἀδωνί, *Adonia sacrificia*; sed nostro judicio nimis quàm coactè, nec sine multiplici elencho patium. VIII. Accedunt

Tom. II.

gemini *parentaliorum* ritus, antiquitùs usurpati. *Lucianus, ὡς τὸ Συρίας Θεῶ. Εἰς μνήμην ἔπαθε, τύπον τῆς ἐκάστου ἕτερος, καὶ θρηνησί, ἢ σφίσι μεγάλα πένθεα ἀνατίν χόρην ἵσεται*. *Plutarchus in Arato; ἢ θύσαν αὐτῶ θυσίαν οἱ Σικυόνιοι, τὴν μὲν ἢ τὴν πόλιν ἀπήλαξε τῆς τυραννίδος*. *Comicus; ἠνίκ' ἀν πενθῶμεν τὸν μένον ἢ τὸν Σαρπεδόνα*. De *Laurentiâ annuâ parentatione Romanis celebratâ* *Macrobius Lib. 1. Saturnal. Exempla hujuscemodi luctus anniversarii alibi plura*. De *Moscovitis, Turcis, aliisque Orientalium populis, mortuos ad sepulchra plangere solitis, notum*. Sed & *Judæorum ac Christianorum veterum haud absimilis ritus*. IX. Sic constat ratio *statuti* illius in Israël. Quum istiusmodi iusta, & parentalia, & funebres ludii, apud Græcos & Romanos, edicto Principum & Magistratum fancirentur. Simile hîc edictum, de lugendâ annuo ritu constantissimâ simul atque infelicissimâ Virgine.

XXX. Quod si ne hæ quidem rationes latifaciant, nec probeur interpretatio, res nihilominùs salva. Placebit versio altera, לתנות ad celebrandum, sive efferendum laudibus filiam Jephthæ. Ratione scilicet pietatis, obedientiæ, constantiæ, & fortissimi in Virgine animi. Nec gratis interpretamentum propinamus. I. Idem omninò significatus Arabicæ vocis לתנות, laudare, celebrare. Respondet Hebræorum לתנות, unde infinitivus formæ Pihel לתנות, intenso & aucto significatu. II. Familiare obsoletarum inter Hebræos vocum ex affinibus linguis restituere significatum Arabica huc quantum conferat, demonstrarunt *οἱ Φωσῆες*. Consentiant sanè doctissimi non tantum Christianorum, sed & Hebræorum. *Cl. Waltonus Præfat. novissimi Operis Regii; Hebraica vocabula que semel tantum in V. T. occurrunt, ex consuetudine Arabici sermonis exponenda esse statuit Aben Esra*. Plura ex professo summus *Hottingerus noster Sinægm. Orient. Cap. VII. III. In specie pro restituenda hac voce consentiunt Lud. Cappellus Diatribâ singul. Ludov. de Dieu Annotat. ad locum, & memoratus modò conjunctissimus Collega Thef. Philol. lib. 1. Cap. III. Sect. III. Respaxerunt ad exoletum Hebræorum verbum לתנות, quod etiamnum Arabibus, laudavit, commendavit*. IV. Sic planus & apertus itidem sensus, & cum priori ferè coincidens. Sic iusta nec inusitata convemêns ratio, memoria nempe Virginis annuâ recordatione celebranda.

XXXI. Non defuere, qui hanc nostram hypothesin, admissio tertio significatu, inconcussam arbitrati. Nempe prout לתנות formâ Kal est donare sive mercede conducere. Hanc verò significationem adaptari posse ad donativa lugubria & paracletica. Verùm illi profectò causam prodere mihi videntur. I. Supponitur לתנות idem quandoque esse cum לתנות. Atqui significatus longè arctioris est, nec donare est, sed mercede conducere. Imò nec de mercede quâvis, sed ferè tantum turpi, inhonestâ, meretriciâ. Unde לתנות, interprete *Kimchio, לתנות זונה, מידומא פורנה*. II. Obscurè admodum, coactè, & ellipticè. לתנות לתנות ad donandum filiam, nempe terris exemptam, donativis lugubribus &c. III. *Donativa* istiusmodi superstitionem admixtam habent, suntque Ethnicæ & profanæ originis. Græcis κτήρια, ἐραγίσματα, θυσίαι, χοαὶ εἰς τιμὴν τοῖς καλοκαρδίοις ἐπιφερόμεναι. VI. Hinc etiam utcumque præsidium Pontificiæ superstitioni, incensis aliisque donativis defunctorum memoriam veneranti.

XXXII. Excipiunt, qui à nostrâ discedunt hypothesi. I. Constructionem non admittere significatum lugendi vel celebrandi. Nec dicendum fuisse לתנות, sed לתנות filiam, vel לתנות super filiâ. II. Verbum לתנות reddendum longè alio significatu, scilicet ad confabulandum cum filiâ, sive ut *Pagninus, ad alloquendum filiam*. Confirmant ex loco parallelo *Judic. v. 11. לתנות צדקתם narrent justitias, vel confabulentur de justitiis*. Utraque autem Exceptio, pace magnorum virorum, jejuna, infirma, evanida. Et prior quidem causæ desperatæ argumentum est. Nam I. Constructionem eandem servat *Chaldæus, adhibet etiam*

L

voce

voce *plangendi* sive *lamentandi*, לאלאה לברה. II. Promiscuè nonnunquam usurpari particulas, pueri norunt. *Genes.* xxvi. 7. ל pro על in לאשתו &c. 2 *Sam.* iii. 30. ל pro את accusativi notâ, in לאבנר &c. Vicissim את & על separabilia pro inseparabili ל frequentissimè. Exempla istius Enallages multa apud Kimchium, Drusium, Buxtorfium, Grammaticos. IV. Meritò retorquemus & invertimus. Siquidem ipsimet reddunt, *ad confabulandum cum filiâ*; ergo את לבת pro את לבת five עם נרת. Nisi malint, *ad narrandum filia*; dativo quidem servato, sensu tamen imperfecto, nec quadrante fati.

XXXIII. Altera similiter Exceptio infirma multis modis. I. Dato illo *confabulandi* significatu, stat nihilominus sententia. Convenire ad colloquium solitas filias Israël, לבת יפתה, *de filiâ Jephthæ*, vel *super filiâ Jephthæ*. Ut hæc colloquii illius fuerit materia, argumentum. Sicque eodem cum cæteris redibit interpretamentis hoc posterius. Atque ita לבת pro את לבת, ut supra; pari jure quo ipsi reddunt *cum filiâ*. Nisi ל pleonasmò non infrequenti redundet; & quâ ratione altero illo loco, יתנו צדקות *confabulentur de justitiis*, eadem isto, לתנות לבת *ad confabulandum de filiâ*. II. Sed & frustra hujus necessitas interpretationis asseritur. Primus author *Kimchi*; aliter *Jonaban*, aliter *Veteres* omnes. Nec minorem hi merentur fidem in translatione vocis exoletæ, & significationis ambiguae, ac rariùs usurpatæ. Præter rationes & auctoritates alias, quibus priora adstruximus & munivimus significata. III. Falsissima insuper *hypothesis*, de Virgine seclusâ, in loco solitario, extra humanum omne consortium, cui hypothesi hoc inædificatum est interpretamentum. Quam non ex formâ voti, non ex voti executione, non ex illorum temporum moribus, non ex facris, non Hebræorum monumentis, aut ullo istiusmodi documento, colligi demonstramus. IV. Hac etiam positâ interpretatione, incommoda multa & absurda sequi necesse est. Sic enim duratio illius ritûs non ultra vitam Virginis se extenderit, præter emphasin verborum, & fuit statutum in Israël. Sic causa minùs gravis solennis constitutionis, *confabulatio cum Virgine*. Solatium etiam perexiguum miseræ Virgini, semel in anno non tam erigi sodalium, quàm obrui ista nympharum totius Israël præsentia. Nec grata jam confabulatio, sed importuna confusio, infandum apta renovare dolorem. Potiusque ad *solandum*, quàm ad *confabulandum*, convenisse Israël filia dicerentur. Ne addamus hoc officii genus viros graves aut matronas quàm virgines & puellas decuisse longè magis.

XXXIV. Nec admodum obstat locus ille *Judicum* Cap. v. 11. Imò causam juvat. I. Esto ibi in voce נתן *narrandi* vel *confabulandi* significatus, ergò ne & hoc necessariò in loco? Quidni verbum fuerit, ut Hebræorum innumera, πολλοσημον? Quot ἀπαξ λεγόμενα modò ratione vocis, modò ratione certi sensus? Certè ad hunc locum Masora minor, ל, id est, *non extat amplius* hac formâ & sensu. Quo ipso diversam utriusque loci rationem esse docent Masorethæ. II. Reddunt priori loco doctissimi Interpretes, & postulat sensus, נתן צדקות, *narrant justitias*, Chaldæus יודין *confitebuntur*, vel *celebrabunt*. At ne ille quidem quadrat hoc posteriori loco significatus 1. Quia sensus *imperfectus*, לתנות לבת, *ad narrandum*, vel *prædicandum* filia Jephthæ. 2. Sensus etiam *alienus*, quum ibi de gratâ recordatione, & lætis vocibus, hic de tristi & lugubri confabulatione sermo. III. Concessâ etiam, invitis Masorethis, rotque Interpretibus, eadem utrobique vocis acceptione, hoc ipsum εἰ τὸ βίαιον retorquemus. Utrobique obtinebit significatus *celebrandi*, *commendandi*. Utrobique formæ *Pihel*, radicis תנה, idem cum Arabum تنى. Ibi *celebrabunt justitias Domini*, conformiter ad scopum, & ad Targum: hic ad *celebrandum filiam Jephthæ*, uti expositum Thefi vi. IV. Dubitabunt etiam illi de punctatione priori loco *Judic.* v. 11. qui recen-

tem putant, & Versionum varietatem attendunt. Consonas quod spectat, peræquè legi potest נתן, radicis נתן, significationis *dandi*, *reddendi*. Et ita omninò legerunt LXX. δῶκε(ι) δίκαιοῦ(ν)τω. Ita antiquissimus interpres Syrus, נתן *repentem*, *dabunt*. Et quadrat sensus, redduntque illi Deo justitiam, qui prædicant, qui confitentur. Planaque res foret, si loco itatus constructi צדקות יהוה *justitias Domini*, legere fas esset, צדקות יהוה *justitias Domini*, nempe *reddent*.

XXXV. Sextum principale Argumentum assurgit jam ad textûs circumstantias alias. Observatu dignissima illa *vers.* 35. Ubi partim *actio*, partim *verba*, partim *affectus* redeuntis domum Jephthæ, & natæ occursum intelligentis. Actio quidem *lacerationis vestis*: verba, flebilis & lugubris oratio, quin potiùs ejulatus, *Ab, ab filia mea* &c. Affectus conturbationis, pavoris, dejectionis animi, *deprimendo depressisti me* &c. Ex his non immeritò colligimus, præcessisse votum *absolutum*, idque *destructionis* sive *maledictionis*. I. Quia votum *conditionatum* non potuit esse causa tanti doloris. Occurrerit vel maximè filia, erat annexa voto conditio. Nempe *immolandum*, si objectum immolatum; *consecrandum*, si objectum humanum. Jam autem simplex filia consecratio pia erat & honorifica. Certè non proportionata causa tali (quem descripsimus) *effectui*. Et eò acerbior ille dolor, eò consternatio gravior, quò in heroè summo, & fortissimo Duce, & milite imperterritito. II. Contrà, votum *absolutum*, illudque *destructionis*, adeoque filia jamjam immolanda, à Patre ipso, ex imprudenti voto, eoque irrevocabili, & filia illius charissimæ conspectus, unicæ quidem, gratulabundæ obviantis, nihil tale cogitantis, causa nimis quàm sufficiens acerbissimi doloris. Hic jam *luctus monumenta manebunt semper*. Præsto ratio invicta σοφῶν naturalis & mentiri nescia: præsto sunt exempla etiam fortissimorum Ducum, qui hoc uno casu prostrati: similis in Jacobo consternatio, & laceratio vestis, ad putativam Josephi necem &c. *Gen.* xxxvii. 34.

XXXVI. Neque hic quorundam deest Exceptio, dolorem illum ex ἀρεσκίας metu conceptum, quod spe sobolis excidisse se intellexerit. I. Dicitur, minime probatur. Et præponderant longè rationes, quæ doloris causam in proximâ filia nece constituunt. II. Falsa est hypothesis, præcessisse tale votum consecrationis ad *virginitatem perpetuam*; cujus illicò ad filia conspectum memor Jephthæ fuerit. III. Simile nullum exemplum tantæ consternationis, ex solo metu orbitatis. Minùs in Heroè istiusmodi, & in casu simili, ubi nullum probrum, nulla mortis necessitas. Non etiam hic jactura prolis *mascula*, paternum nomen & hæreditatem transmissuræ ad posteros; verùm *puella*, mox in alienam familiam & potestatem, conjugii lege, transituræ. IV. Supponitur quin etiam, ejus fuisse ætatis & conditionis Jephthæ, quâ spes omnis suscipiendæ prolis decollarit. Imò verò, (quâ illum fuisse fiduciâ & sanctitate censent,) Abrahami, Jobi, aliorumque motus antecessorum exemplo, in eam spem erigi debuit fore, ut Deus piam filia consecrationem novæ sobolis conceptione pensaret. V. Opponuntur præterea quæ in hoc casu componenda. Potissima sanè causa doloris, jactura filia, & imminens fati necessitas. At dolorem augere potuit ἀρεσκία, & jactura sobolis. Tandem fuerit fortissimus Abraham, fuerint aliquando ferrei & immoti Saules, Mesæ, Manlii, Epaminondæ, Herodes, Constantini, &c. filiorum fundere parati sanguinem: diversissimus hic casus, dum Jephthæ se ex Patre carnificem intelligit, filia unicæ, perdilectæ, innocentissimæ, ex inconsulto voto, culpâ propriâ, non præviso casu; ipso per se infirmiore sexu commiserationem excitare apto.

XXXVII. Septimum sequitur Argumentum ex parte in antecessis illustratum: *Aperi os meum ad Dominum*, ולת אונר לשוב, & δυνήσομαι ὑποστρέψαι, *non potero repetere, retrahere*, *vers.* 35. Hinc liquidò constat I. Fuisse

se votum expressum, solemne, stipulatorium quasi momentosissimæ victoriæ, & publicæ pacis ac tranquillitatis. II. Votum illimitatum, & absolutum ab exceptione, aut secundâ intentione de redimendo. *Aperui os meum*. III. Votum personale, non reale tantum de primo quoque bruto offerendo. IV. Votum irrevocabile, & irremissibiliter obligatorium, saltem ex professione & mente Jephthæ; non potero retractare. V. Atque ita votum *דבר*, contradistinctum voto simplici, & secundum æstimationem pecuniis redimendo. Nec excipi debet, fuisse irrevocabile, ratione consecrationis, non ratione mactationis. 1. Quia precarium illud omne, de promissâ simili consecratione, per modum statûs voti & solitarii. 2. Quia falsum, uti mox latius demonstrandum. 3. Quia manifestè respicit Jephtha ad legem de voto interdicti non revocando, *ne redimitor, omnino morte afficitur Levit. xxvii. 29.* 4. Etiam acerbitas casûs his verbis expressa, & causâ sævi doloris, & miseri ejulatus; *moritura es filia, non potero retractare!* 5. Nulla denique lex de voto perpetui cælibatûs non retractando; imprimis à patre citrà consensum filiæ nuncupato, absque quo ratum esse non poterat; & votum omne personale seu de personâ devovendâ, vel ad votum redemptionis *Levit. xxvii. 2.* &c. vel ad votum interdicti *Levit. xxvii. 28.* evidentissimè refertur.

XXXVIII. *Obituum* Argumentum ex petitione illâ filiæ derivatur *vers. 37.* Nempe ut duo menses sibi concedantur deflendæ virginitati; *ואכבה על בתולי ודאשבו virginitatem meam.* Hinc non immeritò colligitur, mactandam fuisse virginem. I. Quia phrasis non incommodè intelligi potest, de deflendâ adolescentiâ. Hinc *virgo*, pro adolescente & juvenulâ. Sic anni virginitatis, pro annis adolescentiæ. II. Arabs Interpres utrumque expressit, *ploratum virginitatem & adolescentiam.* Josephus *ἔρχαιολόγῳ Antiq. Lib. v. C. ix. Ἐ δὲ Σοφελωῆσαι πῶς νεότης.* Utrumque ergò causâ luctûs, quod juvenis, eademque virgo, innupta, ἀπεργαμῶς, sine prole, ad mortem destinaretur. Utrumque malum triste & damnosum. III. Aliàs si simpliciter consecranda Deo fuisset, & obstringenda voto perpetuæ virginitatis; sat jam temporis illi deflendæ deinceps, sive quum secludenda fuit, sive jam seclusâ ipsâ. Certè non malè Clarissimus Cappellus; *Antequam verò clauderetur, docuit eam potius cum amicis puellis spatio duorum aliorum mensium vitam agere lætam & jucundam, siquidem postea lugendi tempus plus satis longum illi supererat.* IV. Excipit hæc petitio immediatè Patris illa verba, *aperui os meum, non potero retractare.* Ex his & totâ actione ac mirâ conturbatione Patris, destinari se ad mortem intelligere facillimè potuit. At includendam se esse monasterio, cælibatûs voto obstringendam, hominum societati renunciandum, intelligere ex iisdem verbis non potuit. Ad prius ergò, non ad posterius, hæc petitio filiæ respexit. V. Status ille perpetuæ virginitatis, quo fuisset consecranda, minimè certè probrosus Virgini. Imò cessisset ad laudem gloriamque virginis, tantum abest ut ad dedecus & ignominiam. Gratulationis materia, se Deo singulari ratione consecrandam fore, à civili & humano ad divinum propemodum ac cæleste vitæ genus translata. Male ergò ex imaginario probri qualiscunque metu bimestrem illum luctum præstantissimi derivarunt Interpretes.

XXXIX. Excipiunt illi. I. *Sterilitatem* probrosam sub V. T. fuisse *Genes. xxx. 23.* &c. hinc causam luctûs. II. Si moriendum fuit Virgini, non jam *virginitatem*, sed fatalem *vita terminum* fuisse lucturam. III. Mortem pariter futuram illi fuisse gloriosam, ut flendi justam non habuerit causam. Ad *Primam* Exceptionem reponimus I. *Peccari ignorantie elenchi.* Aliud sterilitas, infœcunditas in fœminis; aliud virginitas & cælibatus; posterior hic locum habet, non prior. II. *Falacia etiam* admittitur *non causa.* Probrosa illis temporibus sterilitas singularibus de causis, quæ huc non spectant. Arguebat enim naturale aliquod vitium; spe-

cies etiam pœnæ & maledictionis in conjugibus; sic etiam sine primario conjugii excidebant, qui est procreatio sobolis; viris etiam credebantur minus acceptæ steriles; hinc zelotypia illa in Rachele; Annâ, &c. III. Dato etiam, virginum respectu non probro caruisse cælibatum, deformitatis sæpè, contemptûs, deficientis dotis, &c. argumentum: alia longè ratio hujusce casûs, & quotquot jam causæ cælibatus in Virgine, totidem honorificæ & decoræ, salus nempe publica; spontanea obedientia, reverentia Patris, amor patriæ, pium votum, &c. Ad *Alteram* verò Exceptionem dicimus I. Supponi gratis, vitæ potiùs deploratâram fuisse jacturam. De Iphigeniâ id sanè Poëtæ fingunt,

Μήμει Σοπλέτης, ἡδὲ ᾧ τὸ φῶς βλέπειν.

At de nostrâ colligi contrarium potest. Statim enim ac Patris votum intellexit; lubenti & obsequente animo subire omnia paratam se esse profiteretur *vers. 36:* Qualis Polyxena illa, hostilem ad tumulum jussâ mori, ingeminans, *ἐῦσα θνήσκω.* II. Opponuntur quint etiam subordinata. Lugere *virginitatem* erat illi lugere mortem, ob virginitatem, ob adolescentiam, cumprimis ob conditionem illam mortis duram & acerbam; sc. decedere sine prole, & sine solatio relictî seminis.

Felicis nuptæ! moriar nisi nubere dulce est.

Et utrumque luxisse, supra ostensum. Ut nihil hac sit elumbius exceptione. Ad *Tertiam* Exceptionem. Resp. I. *καὶ συγχώρησεν*, & eo ipso factum ut non reluctabunda, imò facilis, ceciderit. II. Gloriosa mors; at tristis tamen & acerba, cumprimis eâ ætate, coque in statu. Et naturæ ac sexûs infirmitati has lachrymas debuit.

XL. *Notum* petitur jam Argumentum, ex sententiæ oppositæ incommodis. Censent enim, Jephtham civili morte multasse filiam; virginem Deo consecrassè perpetuam; habuisseque, loco eum in finem constructo, æternum reclusam ac segregatam. Atqui I. *ἀρχαῖον* illud omne, nullumque rei vestigium vel in hac *Historiâ*, vel in *Legè* universâ. Non in præsentî sanè *Historiâ*: innuerent enim vel *voti* verba, vel *executio* ejusdem, vel *circumstantia* aliæ textus. At non voti illa verba, *erit Jehova*: quæ, præterquam additâ mox *ἐπεξηγήσας* declarantur, nusquam in Sacris de consecratione per modum perpetui cælibatus. Non etiam narratio executionis, *fecit illi secundum votum*: quæ nos ad ipsum votum, illiusque clarissimam descriptionem; revocant. Non denique textûs *circumstantia* aliæ: imò fictitium illud votum virginitatis illis omnibus everti; *καὶ ἔκαστα* demonstratum. Sed neque rei vestigia ulla, in toto contextu Veteris Testamenti. De simili voto virginitatis altissimum ubique silentium. *Præceptum* in *Legè* nullum, nullum itidem *exemplum*. Nusquam vel *puellas* nuncupasse ipsas, vel à *parentibus* pro se nuncupatum implese. Nihil etiam tale *ἔρχαιολόγῳ* Josephus, nihil commentarii Rabbiorum, Phariseorum ante & Essenorum alienissima instituta. II. *ἀνύχαφος* idem, non tantum ratione *ἰωῖς*: secundum quod nefas erat vovere rem nullâ ratione suæ potestatis, aut *λαqueum* injicere conscientis I *Cor. vii. 35.* aut voto impedire propagationem magni tum promissam beneficii loco *Exod. xx. 11. 26. Dent. vii. 14.* sed, quod potissimum hæc facit, ratione *facti*. Pugnant enim id cum ipsâ hac *Historiâ* & *circumstantiis* omnibus, scil. pateterni ejulatus, luctûs virginei, statuti in Israël exorti, lamentationis annuæ, &c. uti quidem nos demonstrasse confidimus. III. *ἀλογον*, nec uno nomine absurdum. Vel enim vovens Jephtha, primum quemque sibi occurrentem *futurum Domini*, talem consecrationem intendit; vel non intendit. Si posterius, fuisset aliquid in executione; quod non in antecedente voto, contra *Historiam*: si prius, certè *virginis* filiæ incidisset facilius aliqua cogitatio; præterea æquè facile ex illo domesticorum aut hospitem numero; maritata, vel vidua, vel corrupta, ex maribus vel uxoratus; vel pollutus, ob-

viare primum reduci Jephthæ potuit. Ergo ne & hi obstringendi voto perpetui cælibatus? an pariter secludendi? aut rem admodum gratam & tantâ victoriâ dignam polliceri se Jephthæ censuit? Præterea, an filiam votum virginittatis, ultrò & alacri animo præstandum, lugere oportuit? An etiam reclusa virgo tuta satis esse potuit totâ vitâ ab omni periculo pollutionis? An reclusa sola, ministrante nemine, aut fortè cum aliis sortis ejusdem sociis? Ut taceam non minorem improbabilitatem facti, ut credamus miseram Virginem, illâ ætate, à Patre, à sodalibus, ab ædibus maternis, ab omni mortalium consuetudine avulsam, in æternum carcerem missam, aditu omni inaccesso, novo exemplo, re nunquam auditâ in populo Dei. IV. Falsâ idem & unicâ hac hypothesi nixum, quasi magis novum magisque inauditum fuerit votum immolationis; quasi à tali facinore abhorruerit fides Jephthæ quàm maximè; quasi excusanda nobis, & benignioribus interpretamentis mollienda Patrum atrociora facta: non attentâ evidentia Historiæ, conditione illorum temporum, Sanctorum gravissimis nævis, haud dissimilibus exemplis, &c. Imò si oppositæ sententiæ attenduntur argumenta, meræ sunt principii petitiones; exceptiones autem mera effugia.

XLII. Præter Exceptiones jam antè explosas, frustra urgebunt, non novum fuisse sub V. T. genus consecrationis. Exemplo scilicet *Naziræorum* utriusque sexûs, de quibus *Num.* vi. aut etiam *reclusarum virginum*, & *παρθένων καὶ κλεισῶν* 2 *Maccab.* iii. 19. Sed primò, Naziræorum, à communi se separantium consuetudine, institutum quod spectat. I. Votum debuit esse in adultis *voluntarium*, personæ semetipsam *separantis*, non ab alio *separanda*, *Numer.* vi. 2. Samsonè, Samuele, Baptistâ exceptis, separatis inde ab utero, & ad id sensum educandis. Unde nec *Samson* perfectus fuisse Naziræus Hebræis quidem traditur, *quod non ipse voverit, sed Angelus eum separavit ab immundis*, *Majemon. Tractat. de Naziræis* Cap. iii. II. Neque *separatio* etiam illa fuit omnimoda & absoluta, verum uti constat ex lege, & Hebræi constantissimè docent, *separatio à pollutione, tonsurâ, fructu vitis*. Et à pollutione cumprimis *super mortuis* *Num.* vi. 6. 7. figurâ abstinentiæ ab operibus mortuis. III. Non etiam votum *virginitatis* legitur annexum Naziratu. Nequidem Naziratu *perpetuo*, Samsonis & Samuelis gemino exemplo. Nullaque in honesto conjugio cum Naziræorum sanctitate pugnans pollutio. Et hoc voto res nostræ potestatis, non extra eandem potestatem, qualis casta & sancta virginitas, vovebantur. IV. Non etiam *generice* hoc votum concipiendum fuit, sed *specificè* voveri debuit votum *separationis, Naziræatis*, de excludendo vino, sicerâ, novaculâ, &c. *Num.* vi. 2. *Judic.* xiii. 5. 1 *Sap.* i. 11. *Luc.* i. 15. V. Denique quæ Moses de Nazireatu præscripsit, spectant maximè votum *temporarium*, certis ritibus *terminandum*, *Numer.* vi. 6. 13. Quamquam *perpetuum* Nazireatus in Samsonè, Samuele, consecratis *ἐν ὄρει καὶ καὶ*. Ut ex his omnibus elenchus parium & Jephthæi voti τὸ ἀνόμοιον clarissimè constat. Quod attinet alterum illud, de *reclusis virginibus* ex secundo *Maccabæorum*. I. Dato, fuisse moniales, at alia jam tempora, & institutum hoc posterius, ignotum Mosi & Prophetis. II. Sed & idem quàm falsissimum; nec alie *reclusa* illæ *virgines*, quàm virgines castæ & intactæ, quæ non exibant de parentum domibus, sed continebantur in virginalibus cellis, *θαλαμῶν*, *φυλακῶν ἐν παρθενίῳ*, & eo ipso ab impudicis discernebantur. Ut merito hoc nomine & eruditè vapularit Baronius maximo *Casambono* Exercitatione I. Cap. xxiii.

XLII. Decimum nobis erit Argumentum, à consensu omnium Veterum, sive qui *ante*, sive qui *post* Christum vixere; sive *Judaorum*, sive *Christianorum*. De priorum mente nobis constat I. Ex *Interpretibus Græcis*, sive translatio ad Ptolomæi Philadelphii, sive ad Euer-

getis, tempora referatur. II. Ex *Interprete Syro*, cujus maxima creditur esse antiquitas, ut Salomoni coævum fuisse receptissima sit Chaldæorum Syrorumque traditio. III. Ex *Paraphrasi Jonathani Uzzielis*, discipuli Hillelis, Christo anterioris, cujus aliquoties meminimus supra. IV. Ex *Fl. Josepho*, Apollolis coævno, *Ἀρχαιολ.* Lib. V. Cap. ix. Ipsum enim votum Jephthæ fuisse dicitur, & *θύσασθαι, ἢ τεραργήσθαι*. Obedientiam deinde filie sic exponit, *ὅτι ἀηδῶς ὅτι νίκη ἔπατος ἢ ἐλευθερία ἢ πολιτῶν τεθηξομένη*. Petitionem verò filie reddit, & *ἀποθελῶναι τὴν νεότητά*, quod idem illi ac *stere virginittatem*. Denique executionem voti hoc pacto describit; *θύσας τὴν παῖδα ὠλοκαύτωσεν, ἕτε νόμιμον, ἕτε κεχαρισμένῳ θυσίαν ὀπιτελῶν*. V. Ex *Thalmuticis Scriptoribus*, quotquot se commendant vetustate; quorum sententiam refert *Sal. Jarchi* Comment. in Paralip. etiam *Abarbenel* Comment. in librum Judic. præter nostros qui eos citarunt Scriptores. Ut constantem atque indubitatam hanc fuisse inter Judæos veteres traditionem, vel hinc clarissimè constet, & confirmet Hieronymus Lib. I. contra Jovinianum. Quamquam admiscuerint nonnulla dubiæ & incertæ fidei, v. g. Jephtham præter consilium suorum noluisse adire Phineam; hunc etiam noluisse adire Jephtham & voto eum suo exolvere; hinc recessisse à Phineâ præsentiam Numinis &c. Loca ipsa ex Patricide & Jarchi adduxit Seldenus de Success. in Pontif. Cap. II.

XLIII. Accedunt Patres omnes, sive Græci, sive Latini, apud quos historiæ mentio. *Justinus Martyr*, sive potius Author *Quæst. & Responson. tributarum* Justino *Quæst.* xcix. ubi hoc argumentum ex professo tractat. *Tertullianus* *Poëmat.* Lib. III. contra Marcion. *Tom.* iv. edit. *Pamelii*. *Origenes* *Homil.* in *Num.* xxiv. *Tom.* i. *Asbanasius* in *Synopsi S. Script.* *Chrysostronus* *Homil.* X. in *Epist. ad Rom.* *Gregor. Nazianzenus* *Orat.* de *Maccabæis* *Quæst.* xvi. *Eusebius Emisenus* *Homil.* II. in *Natali Virginum*, *Ambrosius* de *Virginitt.* Lib. III. & de *Offic.* Lib. III. Cap. xii. *Hieronymus* Lib. II. *Commentarior.* in *Hierem.* Cap. vii. & *Commentario* in *Mich.* Cap. vi. & Lib. I. *advers. Joviniani.* *Augustinus* *Quæst.* XLIX. in librum *Judic.* item de *Civitate Dei* Lib. I. Cap. xxi. *Theodoretus* *Quæst.* xxx. & ultimâ in *Librum Judicum*, *Sulpicius Severus* *Sacræ Hist.* Lib. I. Quibus adde *Procopium*, *Gregorium*, *Isidorum*, *Bedam*, *Rupertum*, *Anselmum*, alios, quorum omnium reponere testimonia, non hujus loci. Addimus *Patricidem Alexandrinum*, qui in *Histor. Ecclesiast.* testatur, non *immolasse* tantum Jephtham, sed & *festum celebrasse eâ die, quod festum Luctus nuncupavit*. Præter vetustissimas *Versiones*, Christianis temporibus consecras, quæ huc omnes redeunt.

XLIV. Ejusdem quoque sententiæ vulgò Scholastici ad iv. *Sentent. Dist.* xxxviii. post *Petrum Comestorem*, & *Thomam Aquinatem*. Accedunt Doctissimi Pontificiorum, *Abulensis*, *Salianus*, *Torniellus*, *Corn. à Lapide*, *Lorinus*, *Cajetanus*, *Ribera*, *Palacius*, *Serrarius*, *Menochius*, *Genebrardus*, *Suarez*, *Lessius*, *Asorinus*, *Tirinus*, *Becanus*, *Tena*, & quotquot iterè sive *Casuitæ* sive *Commentatores* inter eos sunt. Quorum eo dignius observatione testimonium, quod luculentum aliàs pro monialibus suis habituri hoc loco essent argumentum. Tacent interim *Baronius*, *Bellarminus*, *Becanus*, alii. Imò dum ille reclusarum inter Judæos virginum undique corradit exempla, *Appar.* in *Annales Num.* liii. v. g. *Josaba* Regis Joram filie 2. *Chronic.* xxii. 11. *Mulierum* ad ostium tabernaculi coeuntium *Exod.* xxxviii. 9. & ejusdem farine exempla alia, à filia Jephthæ interim abstinuit. Ex *Reformatis Theologis* idem nobiscum sentiunt *Lutherus*, *Calvinus*, *Melanchion*, *Bullingerus*, *Hier. Zanchius*, *Petr. Martyr. Andr. Willæus. Dav. Pareus*, *Joh. Diadati*, *Ludov. Cappellus*, *Joh. Meffrezatus*, *Jac. Usserus*, &c. Addimus Philologorum Principes *Joh. Seldenum* de *Success. in Pontificatu Hebræorum* loc. cit. & *Gerard. Vossius* in *addendis* ad Lib.

Lib. I. de Origin. Idolatr. Ut Augustana Confessio- nis Theologos, & recentiora nomina transeamus silen- tio. Ex opposita autem sententiæ patronis vexillum ferè primi exere Kimbri, Moses & David &c. quan- quam repetere aliis à Magistris aliis videatur in Com- mentario suo Abarbenel. Hos secuti duces ex Judæis Ben Gerson, Abarbenel, ne habeant in eo Christiani ty- pum Servatoris, observante Genebrardo; ex Pontifi- ciis Lyrannus, Paquianus, Arias Montanus, Eshius, &c. ex Reformatis Tremellius, Junius, Piscator, Hyperius, Pel- licanus, Jac. Cappellus, Lud. de Dieu, Sixt. Amama, &c. atque etiam maximæ nobis ac penè aliàs sacræ authoritatis Annotatores Belgæ. In hanc quoque An- glicorum plerique Theologi & Commentatores sententiam concessere. Ut inter protesticos ista ferè prævaluerit, at ignota antiquitati, παρθενογενεσις non ἐμδοντο, ma- gis spectans quid juris quàm quid facti, & supponens magis quàm probans.

XLV. Tandem neque negligendam arbitramur facti hujus μύθηον quandam in fabulis Ethnicorum. Scilicet in illa de Iphigeniâ à Patre Agamemnone similiter cæ- sa, hac omninò origine, ut videtur, arcessendâ. Ex primis observavit Ludovicus Vives, notis ad Libros de Civitate Dei Lib. I. Cap. xxi. Post hunc eruditi alii, & in his promptuarium illud omnis eruditionis, Gerar- dus Vossius de Orig. Idol. Lib. I. Cap. xxiii. Equidem I. Extrâ aleam controversæ, illustriores priorum tem- porum historias, sacras quidem & Biblicas, Ethnicor- um expressas fuisse Theologiâ, fabulis, monumentis. Has inter, status innocentie, hortus Hedenis, lapsus primi hominis, Cainitarum impietas, prima artium inventa, universale Diluvium, Noachus orbis utriusque testis, tres Filii orbem dividentes, Babylonii turrim moliti, Abraham filium sacrificans, Moses miraculis clarus, Josua Cananæas gentes subigens, coelo lapideum grandine exorans, Samson fortitudine insignis, Jo- nas à cete absorptus &c. Adumbrata hæc omnia Gen- tilibus, sive fabulosâ sive historicâ imitatione, Viri sum- mi docuerunt. Pari ratione, ex memorabili facto Jeph- ta natum apud Poetas illud Agamemnonis videtur. II. Speciatim convenit temporis ratio. Agamemnona, & belli Trojani exordia, sub Jephthâ, collocat Eusebius Chronic. poster. dccxxx. Eusebium secuti accuratissi- mi alii Chronologi. Jam siquidem fabula est, quæ con- venientior illius origo commentis? Fabulam autem esse, Poëtica fictio, Poëtarumque dissidia, etiam somnia ostendunt. III. Conveniunt affinitate quadam ipsa no- mina, observantibus viris maximis. Ut ex ἰφίγενια- tum sit ἰφίς, & quia Jephthæ genita, hinc ἰφίγενια, quando etiam Princeps filia, hinc ἰφίγενια. *Virginis aram Iphianassa turparunt sanguine.* IV. Convenit et- iam totius narrationis contextus, ut in plerisque omnia

similia. Utrouque occurrit Virgo, utraque Ducis & Principis filia, utraque unica & imprimis dilecta, u- traque devota in sacrificium, & quidem à mæsto Pa- tre, victoriæ etiam impetrandæ, utraque Patri obe- diens, mori parata, utraque lugens adolecentiam, u- traque per montes & sylvas, post cognitum Patris vô- tum, vagata, &c. Quas circumstantias non profectò contemnendas, & si non penitus satisfacere, vehemen- ter certe illustrare arbitramur. Nec iis tamèn, quod supponunt alii, ut principali argumento insistimus.

XLVI. Non nescimus, magnos Theologos typum Christi, Filii unigeniti, à Patre ad mortem devoti, col- locare in hoc facto luculentum. Et sane pia & elegans σύγκρισις institui inter utrumque potest. Ut tamen viti probationis ullam habeat nolumus, qui *hystoriam* à Spi- ritu S. consignatam, non tacitum ab eo *mysterium* ur- genus. Nonnulla etiam solidè, multa coactè & præ- ter scopum Spiritus S. urgeri censemus. Nec deerit multiplex elenchus parium, in devotâ victimâ sequioris sexûs, à Patre maximè invito, aliâ omnia voto inten- dente, non experte reatus, non propitiante etiam illâ victimâ, &c. Præterquam non facilè in dõgmaticis allegorica sectamur, nisi ubi præbet se Scriptura ducem, & res ipsa postulat. Tres causas alias permitti divinitus hujuscæ facinoris memorat *Bevanus* Jesuita in suâ Analo- giâ. 1. Ut fides Jephthæ & religio ergà Deum magis in- claresceret. 2. Ut etiam pietas filix, & magnitudo ani- mi in sexu femineo. 3. Ut discamus vota etiam imple- re difficillima. Sed alii omninò *finis* penes Deum esse potuerunt, nec necesse est scrutari singulos, & Historiæ sufficiat evidentiâ. Certe habere nos voluit Deus in- firmitatis in hoc, ut sanctissimis aliis vris, insigne e- xemplum, temerarii voti ipsâ executione pœnam; bo- nitatis sive documentum, non tam votum quam voven- tis intentionem spectantis; & si qui alii hinc sive theo- reticè, sive practici usus, eadem facilitate exurgunt.

ANNEXA DE VOTIS.

- I. **V**ota nuncupare ut Christiano homini licet, sic sepe expedit.
- II. Persona votens esse debet sui juris, aut expectare con- sensum illius sub cujus est potestate.
- III. Objectum voti nuncupandi, & reddendi solus Deus, non Sancti, nec creatura ulla.
- IV. Materia voti esse possunt res etiam præceptæ, & ne- cessariæ.
- V. Non autem res illicitæ, & impossibiles, sive impossi- bilitate naturæ, sive impossibilitate facti, sive impossi- bilitate juris.
- VI. Finis votorum esse potest, juxta Theologos, vel ἰσχυρὸς ἐπιτολὴς, vel ἰλασμοὶς, vel ἐρεσφουλακτικὸς, vel ὀσμηνικός.

FRIDERICI SPANHEMII
MISCELLANEORUM

A D

SACRAM ANTIQUITATEM

E T

ECCLESIAE HISTORIAM

PERTINENTIUM

LIBER SECUNDUS.

QUI EST DE

AUCTORE EPISTOLAE

AD HEBRÆOS.

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,

FLORENTISSIMAE

LEIDENSIUM

REIPUBLICAE

QUATUORVIRIS COSS.

QUIQUE EORUM

A CONSILIIS ET SECRETIS.



NON patrociniū quæro, non charisticum emendico, non gratiam aucupor vestram, **AMPLISSIMI PROCERES**. Quorum illud ab innocuo argumento; istud à genio & fortunâ etiam meâ; hoc ab eo quo me tot retrò annis complexi estis favore, quodammodò abhorret. Quod res est dicam, & omnes intelligent. Vobis non omninò ingratae meae erga Vos mentis, aliis Vestrae erga me beneficentiae rationes, constare publicè volui. Non jam de manibus loquar, conjunctissimi pridem Vobis Parentis nostri. Non de propensissimâ quondam Vestra in eum voluntate, & singulari planè, ac tot illustribus probatâ documentis. Non de imenso illo, quod apud Vos, Vestrosque optimos Cives, reliquit sui & relinquit cottidie, desiderio. Animum tristissima hæc jam exulcerat acerbatque nimium recordatio. De me paucissimis expediam, **VIRI AMPLISSIMI**, & tribus quidem verbis. Agentem apud Vos quot mactum esse voluistis obæratumque beneficiis? Quo me affectu, charitatibus penè orbem omnibus, in tutelam vestram recipere? Quâ sæpè prosequi, si non juvare, munificentia? Quâ & privatim, atque etiam in Amplissimo confesſu Vestro, excipere humanitate, cum primis abiturientem, & gratias agentem? Imò & jungere dextras, ac paterno ferè amplexu dimittere. Hæc sanè ita comparata, **MAGNIFICI PROCERES**, ut non potuerim non aliquid saltem, quantulumcunque est, reponere. Faterique ex illâ, quæ in agro pridem Vestro concepta, & à Vobis velut irrigata fuit, semente, quicquid jam est frugis totum deberi Vobis. Quanquam nec aliis hanc invidetis, quum domi sit uberrima eruditionis omnis ac literaturæ messis. Quum tam ampla & opima inde spolia cottidie Literatus orbis reportet univèrsus. Hæc tamen non planè ignobili è loco ad Vos advolare cogitate. Sed ex florentissimo pridem, jam etiam reflorescente Athenæo, non uno autem vinculo cum Vestro & olim & hodie conjuncto. Atque ita eadem, quâ tenuiora quondam mea, hanc qualemcunque etiam disquisitionem manu capeffitote. Valet, **AMPLISSIMI VIRI**, Vobis, Reipublicæ, Academæ, Familiisque Vestris. Dabam Heidelbergæ, Kallend. Septembr. Anno Æræ Christianæ clj lxxviii.

AMPLISSIMARUM VESTR. DIGNIT.

Devotissimus cultor.

FRIDERICUS SPANHEMIUS.

PRÆ-

P R Æ F A T I O.



Est temporum nostrorum ratio, ut quicquid elucubratur, non in lectores, sed censors incidat & Aristarchos. Quorum ego, si aequi sunt, nihil est quod censoriam virgulam reformidem: si iniqui, est quod negligam, & susque deque habeam. Hi quidem, juvenilem prodeundi in publicum nobis affingent impetiginem. Aut nostrum admordebunt argumentum, ut vel singulare nimis, vel necessarium minus. Priores autem, ut curam eruditionis suppellectilem aetati condonabunt, sic institutum probaturos esse confidimus. Intelligent non indignam fuisse causam publico patrocinio: nec planè operam luisse nos, in restituendâ Authori suo gravissimâ Epistolarum omnium. Non clam erunt, quæ sive frangenda supererant aliorum tela, sive discutienda aliorum dubia. Neque fugiet, per autorem obliquè peti Epistola auctoritatem. Et quid desiderari poterit in hoc argemento, qui hæc nostra legerit assequetur. Excusserat dubio procul celeberrimus & desideratissimus quondam tot nominibus Parens, suis Geneva ad Epistolam Prolegomenis. Sed nobis, quod sanctè nec sine animi quadam ægritudine fatemur, non visis, non inter ea, quæ supersunt, spolia & fragmenta hæcenus deprehensis. Neque etiam Prolegomenum illorum ratio & modus pleniorum rei patitur disquisitionem. Nusquam autem vagamur, aut digredimur, sed hoc agimus, atque intra septa consistimus. Ut autem hæc Exercitationes idem, cum minutis quibusdam nostris, factum experiantur, securos nos esse jubet causa sive justitia sive innocentia. Vix enim prodierant nostræ, de Articulis pridem in Belgio controversis, pagella, quàm ecce in Belgio nonnemo (ater an albus, certè homo Pelagianus) triennio toto in trivialibus suis mihi reponendis desudavit. Vix lucem nostræ, de Fidei Fundamentalibus, aspexerat dissertatio, quàm ecce famosus idemque ineptissimus in vicinâ Irenomachus infestis passim armis adortus est. Dabit autem uterque, suo tempore, temerariis pœnas incæpti. Si enim tantum nobis putant ab re nostrâ esse otii, ut gravioribus posthabitis vapulare continuo debeant, ne illi nimis audentes sunt, & nugæ profectò suas non intelligunt..... Interim his fructe, quisquis es Lector, & Vale.

P A R S P R I M A.

CAPUT I.

B R E V I A R I U M.

Controversia de variis libris Canonicis. De Epistola ad Hebræos. A quibus rejecta & quare. Argumenta pro illius auctoritate. Potissimum ab Authore θεολόγος. Variis creditus. Paulo vindicatur. Methodus Authoris.



Qui Scripturarum auctoritatem aperte ac veluti de plastro sugillandam suscepere, in duas semper abiere classes. Vel enim omnes eam ac secundum se totam, quales Ethnici, Profani, Sceptici, & scelerata Celsorum, Julianorum, ac sequacium cohortis, vel μελικῶς ac secundum varias sui partes rejecerunt. Et Veteris quidem Testamenti, Legis & Prophetarum, adversarios se professi Simoniani, Basilidiani, Marcionite, Manichei, Artemonite, Bogomiles, & generaliori appellatione Antinomi seu Anomei. Novum explodit hodieque

*Exiliis vagus huc illuc fluctantibus errans
Judæus.*

Libros utriusque Instrumenti singulos, sive Historicos, sive Propheticos, sive Dogmaticos, adorti varii, ut vix ullus protervorum hominum tela & scommata declinarit. Ex Paganis, Daniele imprimis Porphyrius; ex Judæis, Jobum, Ecclesiastem, Proverbia, Talmudistarum quidam; ex Hæreticis in Christianâ Ecclesiâ benè multi, alii alios repudiavere Canonicos. Legem Moïsi traduxisse fertur Ptolomeus ille, Valentini Æonum infelicissimi parentis progenies; Prophetas Theodoros Mopsuestenus, post mortem etiam cum Origene Adamantio anathematizatus in Concilio Constantino-politano II. seu Oecumenico V; Psalms Gnostici & Nicolaita; Salomonis monumenta ex veteribus, imò recentioribus è Socini potissimum scholâ, varii; Evangelia solo Matthæo excepto Ebion, solo Marco Cerinthus, solo Lucâ Marcion, solo Johanne Valentinus, Acta Apostolorum Cerinthus, Cerdo, Manes, Paulinas & Catholicas Epistolas, ipsam denique Apocalypsim sacram, è Novi Testamenti Canone expunxere passim cum iidem tum alii. Quin ne Patrum nonnullos excipimus, non Melitonem, non Origenem, non Athanasium, non Nazianzenum, non Eusebium, non Amphiloebium, non paucos alios, quibus controversa fuit aliquando quorundam Canonicorum auctoritas, aliâ quamvis ab hæreticis mode-

ratione, alio fine atque instituto. Hinc distinctio Eusebiana in scripta alia ἀμιχρόματα, alia ἀναμφίλεκτα, ἐνδιαθήκη, καθολικά, ἢ ὁμολογούμενα. Notati illi omnepassim Eusebio libris ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας, Irenæo adversus Marcionem, Epiphano in Panario, Philastro de Hæresibus, Hieronymo in Catalogo Script. Eccles. Augustino contra adversarios Legis & Prophetarum, & ex recentioribus imprimis Bellarmino Tom. I. Controv. Lib. I. C. V. Quamquam hic invidiosus Lutheri circa Libros Jobi & Ecclesiastis, imò optimis Albigensibus, sceleratæ cum Antinomis conspirationis atque consensus notam inusserit.

II. Vix tamen usque adèd disceptatum, ac de auctoritate nobilissimæ illius Epistolæ quæ inscribitur ad Hebræos. Scilicet ab iis constantissimè damnata, quorum semper dogmatibus adversa fuit. Repudiavit Marcion, cum primis ex odio Vet. Testamenti, indignatus typos cum antitypis, umbras cum corpore, figuras cum expressiori rerum imagine, vaticinia cum complemento, Vetus Testamentum cum Novo, quàm accuratissime hæc in Epistola conferri. Eadem fuit iniquitate Ebion, Legis & ceremoniarum præpostero quam zelo. Eadem Arris, Antitrinitarii alii, ob assertam in eâ luculenter ac vindicatam Divinitatem Filii Dei, illius τὸ ὁμοούσιον ἢ συναϊδιον. Accessere Latini nonnulli Veteres, cum Afri, tum imprimis Romanis, ad Hieronymi ferè usque tempora, maximè quia Novato & Novatianis de lapsis non recipiendis in gratiam favere videbatur Epistola; quo de argumentis acerrimæ Novatum inter ac Novatianum Presbyteros, horumque adversarios Cornelium ac Cyprianum, illum Romanæ hunc Carthagini Episcopos, medio tertio sæculo contentiones. Quamquam Baronius id ægre admodum de Romanâ ferat Ecclesiâ, quâsi unquam Epistolam ad Hebræos à Paulinis & Canonicis segregavit, & crasse satis calumniam vocet Eusebii, Hieronymo facilius admittam, Annalium Tom. I. ad A. C. LX. Num. LXXI. De quo nos postmodum fusiùs Capite VIII. Hodieque multis modis injuriæ in hanc Epistolam & contumeliosi Socinianorum quidam, cautius quamquam, suo more, & occultius, eodem nempe cum Marcionitis & Arianis impulsu, & sat criminis Authori Epistolæ, cum divinitatem Christi, tum eximium Veteris Testamenti sub Novo usum, & essentiæ utriusque consensus demonstrasse. Cajetanus Cardinalis Epistolam pariter dispungendam temerè censuit. Lutherus sive Veterum Latinorum auctoritate sive alio, ut videtur, motus

tus argumento, secus de hac Epistolâ, ut de Catholicis quibusdam aliis, aliquando sensit; adèo vir penè divinus & dotibus suprâ humanam sortem instructus hîc, ut in aliis, humani nihil à se alienum ostendit.

III. Magnum sanè divinæ & immotæ originis argumentum, quò majores ad subvertendam eam & validiores impetus fecit hostis ille humani generis. Et quemadmodum vix pars ulla Canonis tot iniqua hominum judicia experta est, ita vix ulla Canonicis notis illustrior, magisque cœlestem spirans originem. Sive attendimus doctrinæ genus excelsum, de Christi Divinitate, Incarnatione, Sacerdotio, figuris quæ sive in Aarone, sive Melchisedeco, sive typis legalibus ac ceremoniis præcesserant, quæque sublimius quid sonant humanâ sapientia; sive expendimus sanctissima vitæ instituta, ac morum præcepta; sive majorem omni exceptione cum Scripturis utriusque Fœderis consensum, in *historicis* frustra nonnullis impetum; sive dicendi genus arduum & sublime, & humano majus eloquio, in ipso jam limine assurgens; sive efficaciam & ἐνεργίαν in piorum animis, hîc ut alibi sese exerentem, & certissimum loquentis Dei argumentum; sive, ut mittam alia, *antiquitatem* Epistolæ, jam prima Apostolorum ætate exarata, primitus in Ecclesia receptæ, auctore etiam viro Apostolico, & quod demonstrandum suscipimus, *Paulo*.

IV. Prioribus ergo *περιηγήσις* alibi expensis, posterius subjicimus disquisitioni; & si de *Auctore* conveniret, de *Auctoritate* vix scrupulus reliquus esse poterit. Sic enim esto argumentum. Quæ Epistola virum θεοπρόδωτον, certe *Paulum*, habet auctorem, sacram illam ac Canonicam esse necesse fuêrit: sed talis est hæc ad *Hebræos* Epistola. De nexu antecedentis non laboramus. Fateor, viros θεοπρόδωτους scribere alia potuisse reduplicativè quatenus & in quantum tales, alia etiam quâ homines. Huc facit protrita distinctio *Augustini* de Civit. Dei Lib. xviii. Cap. xxxviii. ubi, de veterum scriptis agens non receptis in Canonem, inquit, illos ipsos, quibus ea qua in auctoritate religionis esse debentem Spiritus S. revelavit, scripsisse alia, sicut homines alia sicut *Propheta*; alia *historicâ diligentia*; alia *inspiratone divinâ*; alia quæ *ipsis* tribuenda, alia *Deo per ipsos* loquenti; alia quæ pertinerent ad *ubertatem cognitionis*, alia vero ad *auctoritatem religionis*. Istius modi esse potuere libri *Historici* in Veteri Instrumento aliquoties memorati, neque tamen *Canonis* inserti, auctoribus licet viris *Propheticis*, nec tam ad institutionem Ecclesiæ, quàm ad civilem usum consignati, neque ut divini essent & *Canonici*, sed facti potius & *annales politici*. Huc referenda quæ adscribuntur *Salomoni* viro θεοπρόδωτῳ I Reg. iv. 32. 33. neque illicò Canonica, i. e. cum in finem sive scripta sive enunciata, ut in Canonem referrentur, & usui essent Ecclesiæ *Universali* omnium temporum. At longè aliter comparatum est cum *Epistolâ* *Novi Testamenti*, quæ ad Ecclesiam directa, quæ in illius usum consignata, quæ facit ad *auctoritatem religionis*, quæ ejusdem cum *Canonicis* aliis *Epistolis* argumenti, quæ eodem cum aliis tempore & fine scripto mandata, quæque ἀπὸ χρόνων ἀρχαίων *Canone* donata: si præterea constet, viro *Apostolico*, imò *Paulo* auctore, exaratam, de *Canonicâ* illius auctoritate nemo cordatus littem intenderit.

V. Estque hæc de *Auctore Epistolæ ad Hebræos* controversia illustris, olim hodieque *Theologis* agitata, etiamnum indecisa, & dignus, quanquam alio vindice, nodus. Sic autem discutiendum venit atque expendendum hoc argumentum, ut ad ornatum & elegantiam orationis plurimum, ad causæ momentum ac methodi ἀκρίβειαν vix quicquam desiderari possit. Sententias omnes ad duas classes revocamus, ut alii *Paulo* *Apostolo* vindicarent *Epistolam*, derogarint alii. Posteriores deinde abiêre in diversa, & transcripsere alii auctori *sacro* & debitâ ad scribendum auctoritate instructo, sive is

Barnabus fuerit, sive *Lucas*, sive *Apollo*, sive *Marcus*, sive quisquis alius *Apostolorum* socius: alii auctori *Ecclesiastico*, puta *Clementi Romano*, cujus jam olim celebris ad *Corinthiorum* Ecclesiam schismate laborantem *Epistola*, vel juxta quosdam ipsi *Tertulliano*, si vera refert *Sixtus Senensis* *Biblioth.* Lib. vii. Cap. viii. alii denique, qui erroris & νοθείας hanc postularunt *Epistolam*, homini *Hæretico* & male feriato, puta *Novato*, aut alii ejusdem furturis.

VI. Nos, salvis magnorum hodieque virorum judiciis, illis accedimus, & cum iis facimus, qui *Paulum* auctorem pronunciarunt. Quod pluribus demonstrandum aggredimur, & quàm factum hæctenus fusiùs & accuratius, cum sententiam nostram vario tibicine fulciendo, tum argumenta, atque instantias omnium quotquot aliter hoc senserunt in argumento, diluendo. Tribus partibus rem totam complexuri, quarum prima *auctoritates*, altera *rationes* pro *Paulo* militantes, tertia *objectiones* vestiget & expendat. *Auctoritates* aliæ fuerint *testimonii divini*, aliæ *humani*, sive *publici*, sive *privati*, sive *veterum*, sive *recentiorum*, sive *Græcorum*, sive *Latinorum*. Prius quidem *testimonii* genus αὐτόπιστον & δευτερον, posterius ἄπιστον ἢ συναγορίζμενον ὡς ἐξ ἐνδόξων, utrumque in hac controversia potissimum expendendum.

CAPUT II.

BREVARIUM.

Primum Argumentum ἀτεχνον. Locus 2 Petri III. 15. Scribit Petrus Hebræis. Demonstratur. Ad eisdem Paulum. Occurritur VIII. Exceptionibus. Loci varii passim illustrati. Occasionaliter de Paulinis Epistolis vulgò interversis.

I. **P**rimum argumentum ἀτεχνον *testimonii divini* suppeditant illicò hæc *Petri* verba 2 *Pet.* III. 15. Καθὼς ἡ ὀ αγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος ἔγραψεν ὑμῖν. Nempe sermonem dirigit suum *Petrus ad Hebræos*, ad quos juxta cum priori transmissâ hæc posterior *Epistola*. His ipsis *Hebræis Paulum* scripsisse dicit, juxta datam illi sapientiam divinam sanè ac humanum omne fastigium supergressam. Quare vel exciderit *Paulina* illa ad *Hebræos* & interversa fuerit, quod affirmare proclive, probare operosum; vel hanc ipsam, de cujus auctore controvertitur, innuerit *Petrus* ac designarit.

II. Itaque in eo imprimis vis tota probationis consistit, compellari à *Petro Hebræos*, iisque posteriorem hanc inscriptam. Patet id vel ex *Capite* ejusdem tertio, sub initium. ταῦτῳ ἤδη, αγαπητοί, δευτέρον ὑμῖν γράψω Ἰεροσολῶν, ἐν αἷς διεγείρω &c. *Iisdem* ergò data hæc *Epistola* cum priori. Hinc δευτέρον, hinc pariter *Catholica*, ut ex titulo & inscriptione, hinc pariter etiam argumenti, ut ex collatione liquet. Quare assurgendum ad ἐπιχειρητικὴν *Epistolæ* prioris, quæ habet ἐκλεκτοῖς, περιεπιδήμοις, Ἀσσυροῦ Πόντου, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας, ἢ Βιθυλίας. *Judæos* sive *Hebræos* intelligi constat sanè. I. Quod περιεπιδήμοις illos dicit, seu παροίκους, ξένους, ἀποσθενῆς, ἀποφύλους, advenas, peregrinos inter gentes: quod in *Judæos* patriis sedibus motos & extrâ *Judææ* pomeria alibi terrarum victitantes, perbellè quadrat. II. *Dispersos* eisdem, Ἀσσυροῦ Πόντου, Γαλατίας &c. Quod intellige de Ἀσσυροῦ, sive *Affricâ* decem tribuum, sive *Babylonicâ* reliquarum, sive *Antiochenâ*, furente *Epiphane* ac sæviente in *Judæorum* gentem, sive, ut alii, *Claudiana* *Act.* xviii. 1. dum *Judæos* assidue tumultuantes *Româ* *Claudius* expulit; quanquam verius de generaliori dispersione tribuum, non novissimâ illa ac quorundam *Romæ* agentium. *Cl. Salmasius* dispersionem intelligit non coactam, sed voluntariam, non exulum sed colonorum, partem generalis illius dispersionis quâ *Judæi* per totum orbem dispersi inter gentes agitabant, de *Hellenist.* Quæst. v. III. Ex *Facob* idem intelligimus, cujus inscriptio gemina, τοῖς ἐν τῇ διασπορῇ, i. e. ut ipse addit exegeticè, ταῖς δάδεκα φυ-

φυλαίς, Judæorum nempe tribubus, per varias Orientis partes, utique Minoris Asiæ provincias, dispersis. IV. Lucem hic sceneratur Historia *Actor.* II. ubi ex illis ipsis locis, Cappadociâ, Ponto, Asiâ &c. recensentur Judæi conversi ad Christianam fidem, & Petri imprimis oratione affecti, ad quos in provinciis jam agentes suis firmandos & erigendos iteratò scripsisse videtur omninò Apostolus. V. Accedit, *Petro* commissam fuisse Judæorum curam, seu Apostolatam *circumcisionis Gal.* II. 8. 9. Et quidem, si fides *Crysolomò* ad locum, non tam ultroneâ Petri optione, quam provincias distribuentem Christo, τὸς μὲν Ἰουδαίους ἐπέτρειψε τῷ Πέτρῳ, τοῖς δὲ ἔθνεσι τὸν Παῦλον ἐπέστειλεν ὁ Θεός. Adeoque juxta demandati rationem muneris, Petri fuit Judæos imprimis quâ voce quâ scripto erudire, erigere, hortari. Nec moramur *Baronius*, Petrum, Christi exemplo, non minus Gentium quàm Judæorum Apostolum fuisse, gratis, suo sane more, contendentem. VI. *Judæos* Petro compelli liquet, variorum inductione locorum utriusque Epistolæ. Sanè dum redemptos illos dicit ὁ πατὴρ ἡμῶν ἀνατροπῆς πατρῶς δόξης, à vanis traditionibus majorum 1. *Pet.* I. 18. dum vocat eosdem βασιλεῖον ἰσραήλ, ἕν ὃν ἅγιον, 1. *Pet.* II. 9. planè ut *Exod.* XIX. 6. וְאַתָּם תְּהִיוּ לִי מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים, dum etiam alludit passim ad typos, vaticinia, historias, exempla Veteris Testamenti, ut quæ familiaria Judæis, & efficacissima longè iis in Christiana fide obsirmandis.

III. Atque hætenus docent tot rationum momenta luce meridiana clarius, scripsisse Petrum *Hebræis* gente, *Judæis* antea religione. Quod si concessum fuerit, reliquum est, si vera Petri verba, idem de Paulo affirmemus. Multa tamen ad primum hoc & validissimum quidem argumentum excipi posse videntur, nec uno illud modo enervari. *Primo* ἀγενήτως, negando Petrum *Hebræis* scripsisse, & rationibus rationes opponendo. *Secundo* συγχωρητικῶς & per concessionem, scripsisse, non sequi Paulinam ad eisdem datam Epistolam 2. *Pet.* III. 15. hanc ipsam necessariò designari quæ in controversiam venit.

IV. Exceptiones primæ classis sunt. *Primo*, non *Judæos* tantum sed & electos ex *Gentibus* pariter variè dispersos fuisse sæviente persecutione, & pristinis sedibus pulsos, sive etiam facile pellendos, verè παρεπίδημοις, quosque Petrus hoc soletur Epistolio; adeoque frustra *dispersorum* & *peregrinorum* nomine Judæos solos hoc loco intelligi. Respondemus I. Probationem esse *insufficientem*, potiores longè rationes superius expositas quæ pro Judæis militent, ut pleniori demonstratione opus non sit. Cum primis id intelligimus ex parallelo *Jacobi* loco. Et ad eisdem scripsisse Apostolum utrumque, cum ex *inscriptione*, tum ex affinitate sive *argumenti* sive *muneris*, utriusque Judæorum Apostolatu commisso, liquidò constat. *Διασπορά* etiam sic Judæorum propria, ut *Joh.* VII. 35. *διασπορὰ Ἑλλήνων*, non de *Græcorum* & *Gentium* dispersione, sed *Judæorum inter Græcos*, sit accipienda. *Ἑλλήνων* verò nomine etiam *Asiani* venire, & *Galatae*, & *Pontici*, & quotquot græca illis temporibus usurpabant. Quin dum vocatur *διασπορὰ Πόντου, Γαλατίας* &c. hæc ipsa *disperio* per Minoris Asiæ tractum *χρῆσι* dicit ad dispersiones alias per varias orbis partes, Syriam, Babyloniam, Persidem, Ægyptum, & remotissima etiam Orientis loca, in quæ Judæos inde à temporibus Assyriacis avectos ac translatos in confessio est. II. Supponitur gratis, fideles ex *Gentibus*, vel *παρεπίδημοις* potuisse dici, vel *dispersione* quâdam huc illuc per omnes illas Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, provincias, Evangelii causâ fuisse disjectos. At qui *παρεπίδημοι*, qui agebant inter gentes, & patrias sedes occupabant? Qui dispersionem passi, qui nonnisi recens admodum Christianæ fidei initiati esse poterant, qui gravissimâ certe in Christianos persecutione ex aliis sedibus huc delati esse debuissent? Qualis ante decimum Neronis annum, Petro jam sanè

Tom. II.

fini proximo, Christianis tum etiam suppliciiis magis quàm exilio afflictis, nulla memoratur. *Παρεπίδημοις* alias pios omnes dixeris, sed *metaphoricè* & *improprie*, in ordine ad *mundum* in quo hospites *Hebr.* XI. 13. 1. *Pet.* II. 11. Tales verò hic dicti Petro *proprie*, certè in ordine ad *Pontum, Galatiam*, & regiones circumjacentes, adeoque soli Judæi. Qui & *exulum* ac *παρεπίδημων* nomen ut peculium quoddam suum adoptare solent. Illi verò Gentilium, qui sive Judaicæ sive Christianæ Ecclesiæ inserti, *προσηλυτοι* vocati, non *παρεπίδημοι* affini quanquam vocis significatu.

V. *Altera* Exceptio esto: aperte satis vocatos ex *gentibus* designari prioris Epistolæ *Cap.* II. 10. dum dicit antè fuisse illos *non populum*, jam verò Dei *populum* factos; quod *Hosæ* de Gentium vocatione oraculum *Os.* II. 23. pariter ad *Gentes* traducitur Paulo *Rom.* IX. 25. Respondemus I. *συγχωρητικῶς*, hoc *Hosæ* vaticinium ad *Gentes* etiam trahi, docente Apostolo ad Romanos, quatenus & illæ reverà fuerant aliquando *עַמּוּלָא וְלֹא תַחַתָּה*, jam verò luce Evangelii collustratæ, sunt ὁ λαὸς Θεοῦ, ἢ οἱ ἐλεθθέντες. II. *ἀγενήτως*, de illis vel *solis* vel ex *primariâ intentione* loqui Prophetam, quod falsum. Imò verò *directè* & *primariò* de Judæis agit, dispergendis per orbem terrarum, ob perfidiam & ignaviam rejiciendis, castigandis, postmodum verò in gratiam recipiendis, & denuò cooptandis in fœdus. Patet ex *ἀλληλουχίᾳ* contextus & *Cap.* I. 10. Factum id autem eorundem vocatione ad Christi fidem. Rectè itaque Petrus cum Judæis agens, ex tenebris Pharizæorum dogmatum in admirabilem illam lucem translatis, hujusce oraculi complementum in illis ostendit. Paulus verò nonnisi *indirectè* & per *accommodationem* quandam hoc trahit ad vocationem Gentium, & aliquoties illo ipso *Capite* IX. *Rom.* usq. venit Apostolo ut præter *literalem* etiam *mysticam* eruat sensum ex Prophetarum vaticiniis: quæ in Scholis *oraçula composita*, geminâ impletione illustrata, quale & apud *Hosæam* illud, *ἐκ Ἀγύπτου vocavi filium meum* *Cap.* XI. I. in Christo & *Israëlitis*, τὸ πρῶτον ἢ τῷ τρωθέντι, adimpletum. III. Imò verò per *retorsionem* κατὰ τὸ βίαιον, eò ipso Petrus scribit *Judæis* dispersis, τῷ λείμματι κατ' ἐκλογὴν χάριτος *Rom.* XI. 5. quando de illis *primò* vaticinatus *Hosæas*, convertendis scilicet & in *populum* Dei allegendis; & hinc pro nobis exurgit argumentum. IV. *Damus*, *Judæos* suam ante conversionem Dei fuisse *populum*, nempe secundum *carnem*, non secundum *spiritum*, ut ipse distinguit Apostolus; quoad *externam* aggregationem & cooptationem in fœdus, non quoad *infitionem internam* & spiritualement adoptionem, æstimationem & opinionem etiam *propriâ*, non ex mente & æstimatione *Dei*; adeoque secundum *dici*, non secundum *esse*. Posteriori hoc sensu erant reverà *non populus*, & quadrat illud Pauli *Rom.* IX. 6. ἢ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ. Ubi triplicem facit *Israëlem* seu *populum*, vel secundum *carnem* tantum, vel secundum *spiritum* tantum, vel secundum *carnem* & *spiritum* simul, quales conversi Judæorum.

VI. *Tertiò* instant nonnulli ex loco 1. *Pet.* I. 10. Ibi de gratiâ in *Gentes* effusâ, & à Prophetis prænunciata, sermocinari Petrum, adeoque & scribere ad *Gentes*, *ὡς ἡς σωτηρίας ἐξεζήτησαν, ἢ ἐξηρεύθησαν προσφῆται, οἱ ὡς εἰς ἡμᾶς χάριτος προσφητεύσαντες*. Atqui I. *Falsum*, loqui Apostolum de gratiâ *speciali* in *Gentes*, aut eorundem *vocatione*, quod ab ejus scopo & antecedentium ac consequentium nexu est alienum. II. Loquitur itaque de gratiâ *fidei* & *salutis* in Christo exhibitâ, & per Christum collatâ, adeoque *communi* conversis omnibus, tum Gentilium, tum Judæorum. III. *Falsa hypothesis*, hanc gratiam non fuisse vere in Judæos effusam, nec ad Judæos conversos posse dirigi sermonem Petri, quod est ipsum τὸ ἐν ἀρχῇ. IV. *Vaticinia* etiam, ad quæ respicit Apostolus, non sunt alia quàm de Christi in carne exhibitione, de manifestatione ejusdem conspicuâ, de adimplenda promissione erga fideles posteriorum

M

tem-

temporum, quo privilegio gaudere illos ostendit, ut ex ἀλληλεγγύῃ patet versibus 11. 12.

VII. Quarto excipitur, competere *Gentibus*, non *Hebrais*, quæ habet Petrus 1 *Pet.* iv. 3. de præterito vitæ tempore in lasciviis, cupiditatibus, vinolentiis, comessationibus, comotationibus, nefariis simulachrorum cultibus, ad libidinem Gentium exacto. Hinc non ad Hebræos sed conversos ex Gentibus scriptitasse Petrum. Speciosè satis, solidè nequaquam. Neque enim I. Οἱ κατηργαζόμενοι τὸ θέλημα τῶν ἰβνῶν, seu iisdem se cum Gentibus flagitiis & sceleribus polluentes, eorum imitantes affectus & propudiosas libidines, illicò gentes sunt. Tales certè ingenio & moribus, non genere illicò & sanguine; tales vitâ, non nomine & professione; tales imitativè, non originaliter; practicè, non theoreticè. De prioribus sermo tantùm Apostolo. Ita flagitiosam illam Israëlitarum Davidem insectantium turbam vocat ipse *Gentes* *Psal.* lxx. 6. Alibi eisdem dicit *peregrinos*, *exterios*, *Psal.* lxxv. 5. Hoc sensu Judæi *Ductores Sodoma* & *populus Gomorra* *Esai.* i. 10. Ita profanis authoribus λεσβιάζον, Κορινθιάζειν, Συβαρῆζον &c. Massiliensem esse, aut Cyprium, aut Lydium &c. est mollitiem illarum Gentium ac luxuriam æmulari. II. Retorqueri locus non uno modo potest. Eo ipso Petrus hic *Judæos* distinguit à *Gentibus*, quando ad harum se vixisse mores, ad harum ingenium & libidinem, instar Gentium, disertè satis affirmat. Quin se Petrus illis accenset, ἀρετὸς γὰρ ἡμῶν, *sufficiens nobis* &c. saltem juxtà ple- rorumque codicum fidem, aliter quamvis *Syrus* & *Vulgatus* Interpres. Itaque vel pariter Gentilis fuerit Petrus, vel omninò etiam Judæis quadrant, quæ de antea- cto vitæ tempore reconset. Nisi fortè excipias, per ἀνακοίνωσιν, rhetorum sæpè more, (sed duriorè; si de Gentibus sermo,) sese illis adjunxisse Petrum. III. Peccatur etiam *falsâ hypothesis*, quasi flagitia illa omnia & inquinamenta, ἀσέλγεια, ἐπιθυμία, οἰνοφλυγία, πόμοι, πότοι, ἢ ἀθέμιτοι εἰδωλολατρίαι, nonnisi Ethnicorum esse potuerint. Quidni & Judæos, flagitiosissimos aliquando mortalium, permixtos Gentibus, ad varium jam superstitionum genus prolapsos, contagio quodam inquinaverint? Nec quempiam moveat vox εἰδωλολατρίαι, à quo flagitii genere Judæi posteriores vehementer semper abhorruere. Quid si *generalim* notet superstitionem quamvis, & inanem omnem cultum, in quem Judæi tum variè prolapsi? Quid si *participatam* Idololatriam intelligat, ut Judæorum multi, agentes medios inter Idololatrias, illis vel conniverent sæpè, vel conviverent, vel arctius adhærent. Quid si ad *defectiones* & apostasias Judæorum reflectat, quales præteritis temporibus, sæviente Antiochorum, Ptolomæorum &c. in Judæos persecutione, longe plurimæ? Quid si *metaphoricè* vitia alia notet & scelera, quibus vel dæmonem vel creaturas colimus impensius, quomodo vox alibi usurpatur? *Syrus*; ἡμεῖς ἰουδαῖοι ἐν κύλινθον δαίμονος.

VIII. Exceptiones secundæ classis palmaris esse possunt. *Primò*, concessio Petrum dedisse ad *Judæos* literas, per Minoris Asiæ provincias dispersos, omninò etiam Paulum ad eisdem scriptitasse, non in hac ipsâ quæ inscribitur ad *Hebræos*, sed in suis ad *Galatas*, *Ephesios*, *Colossenses*, Asiæ Minoris incolas, Epistolis. Adeoque nihil necesse esse priorem denotari. Frustrâ tamen vocari hæc in subsidium ostendimus. I. Quia Epistola ad *Galatas* data ad solam Galatarum Ecclesiam; Petrus verò meminit Paulinæ Epistolæ etiam ad Cappadociæ, Ponti, Bithyniæ, Asiæ, spectantis Ecclesias, καθὼς ἐγράψεν ὑμῖν, non τισὶν ἐξ ὑμῶν. II. Quia *Galatas*, ad quos Paulus, Gentiles erant sanguine & origine, quondam nescientes Deum & servientes τοῖς μὴ φύσει θεοῖς *Gal.* iv. 8. Cum Hebræis verò rem esse Petro, & concessum, & in antecessis demonstratum. III. Quia diversum longè argumentum Petrinæ Epistolæ & Epistolæ ad *Galatas*; & quæ Petrus de fiducia, perseverantiâ, iudicio ultimo, apostatarum interitu &c. certè divus ille Gentium Apostolus alibi longè fusiùs & lu-

culentiùs; imò verò in Epistolâ ad *Hebræos* maximè, cuius affinitatem argumenti cum Petrinâ ostendemus infra. IV. Eadem ratione patet, non Epistolam ad *Ephesios*, non ad *Colossenses*, Petro designari; partim quod ad eos data, qui ex Gentilismo, non Judaismo, ad fidem Christianam adducti, ut ex utriusque contextu intelligimus; partim quod nonnisi duabus scripturæ sint Ecclesiis, *Ephesine* & *Colossensi*, Petrus verò de Epistolâ ad omnes Minoris Asiæ cœtus, & quidem ex *Hebrais* collectos, agit; partim quod de his ipsis, de quibus Petrus, Paulus alias disertius longè ac prolixius disseruerit.

IX. *Secundò* urgeri potest, Petrum loco memorato reflectere ad Epistolam quandam Ecclesiis Minoris Asiæ transmissam; illam verò, de cuius authore instituta quæstio, videri datam ad illos Hebræorum, qui Hierosolymis, qui in Palæstinâ, quos sæpè Paulus τὰς ἐκκλησίας τῆς Ἰουδαίας, τὰς ἕσας ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, *Gal.* i. 22. 1 *Thess.* ii. 14. &c. Hos propriè *Hebræos*, priores *Hellenistas* nuncupatos, & in hac sententiâ esse doctissimos Interpretes. Quin dum author Epistolæ ad eos se venturum pollicetur *Hebr.* xiii. 23. verosimillimum esse, eodem illos egisse in loco nec per tot provincias fuisse divisos. Atqui primò, peccatur *falsâ hypothesis*, Epistolam ad Hebræos illos spectasse tantùm, qui Hierosolymis, aut certè in Palæstinâ. Imò verò & ad *Palæstinas* & ad alias extrâ Palæstinam Ecclesias directam esse colligimus. I. Ex *inscriptione*, πρὸς Ἑβραῖους, *indefinitè*, nec limitato loco, adeoque communis illa fuerit Hebræorum genti. II. Ex *Hebræorum* appellatione, quales erant quotquot sive Heberi, sive Abrahæ posterii, etiam extrâ Judææ fines alibi terrarum agentes. Nec hac se nomenclatione excidere ullâ ratione passi essent. Nec minus dicti Hebræi, qui hodieque præcùt à Palæstinæ finibus, quique vix aliâ se appellatione insignire solent. Ipse Paulus patriâ quanquam Cilix, civitate Romanus, nihilominus se *Hebræum* dicit aliquoties, *Hebræum ex Hebrais* 1 *Cor.* xi. 22. *Phil.* iii. 5. Adeoque solos *Palæstinos*, distinctè à Judæis aliis per provincias dispersos, *Hebræos* dictos, gratis viri magni affirmarunt. Quare verò Paulus *Hebrais* potius quam *Judæis* inscripserit, ratio gemina. I. Quia commune nomen fuit totius gentis II. Quia *Judæi* dicebantur, qui tales non tantùm *genus* sed & *religione*, unde *Ἰουδαίον*, *Ἰουδαϊσμός*, ut pluribus Illustris *Salmasius* de Hellenist. Quæst. v. At Epistola fidelibus & Christianis ex illâ gente inscripta. III. Idem colligimus ex *occasione* Epistolæ, quæ communis Judæis omnibus conversis ad Christi fidem, scripta nempe iis, partim in doctrinâ de Messîâ & adimpletione legis confirmandis, partim afflictis temporibus ac sæviente gentilium suorum rabie erigendis solandisque, cui non in Judæâ tantùm, ut supponitur, sed alibi etiam locorum obnoxii. IV. Ex subjecto Epistolæ *Jacobi* & *Petri*; & verosimile illos ipsos esse Hebræos ad quos Jacobus & Petrus ex parte scripsere, & ad quos Epistolam aliam à Paulo transmissam, hic in posteriori suâ monet. Nihil jam ego de *Chrysofomo*, Hebræos *Hispanos* interpretante Homil. in Matt. lxxvi. quod postmodum Paulum eisdem visendi gratiâ in Hispanias, juxtâ cum quibusdam Veterum, profectum putet, atque ita quadrare illud *Hebr.* xiii. 23. Quamquam & idem alibi *Palæstinos* intelligit Præfat. in Epist. πῦρ ἢ ἕσιν ἐπέσπυλλον; ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσθ' Ἰεροσολύμοις ἢ Παλαστίνῃ. V. Quia nihil obstant rationes allatæ. Non, quod alibi memorentur aliquoties Ecclesiæ in Palæstina collectæ; quum non minùs frequens sit in Actis & Paulinis mentio Ecclesiarum collectarum ex Judæis, per Syriæ, aut Minoris Asiæ tractum. Non etiam, quod *Hellenista* nuncuparentur qui extrâ Palæstinam dispersi Judæi; quasi verò hoc fuerit ἀραρεσινδὸν illorum nomen, quod nomen verius dialecti, omniumque adeò ἠλλυροζίνων, quasi nec iidem *Hebræi* ratione originis qui alias *Hellenista* ratione idiomatis, & Græci quo utebantur sermonis; quasi etiam *Hebræorum* nomen nonnisi Palæstinis

finis inditum fuerit, quod falsum esse demonstravimus; imò verò *Hellenistas* apud Lucam nec Judæos esse, nec Hebræos, sed *profelytos*, gente extraneos, religione Judæos, idem *Salmasius* de *Hellenist.* p. 233. Non denique, quod author Epistolæ Hebræos illos erigit spe sui conspectus & alloqui; quando *indefinitè* loquitur, non *universali*ter, visurum se illos seu illorum quosdam, non visurum *omnes*, & illos fortè ad quos primò & immediatè transmissa Epistola, cum aliis deinceps Hebræis communicanda. Respondemus *secundò* per *συζητήσιον*, dato, Hebræos illos *Hierosolymitanos* fuisse & *Palæstinos*, (ut ex Veteribus *Chrysostronus*, *Theodoros*, *Ambrosius*, *Theophylactus*, initio Commentariorum in Epistolam,) nihil obstat quo minùs Petrus eandem illam Epistolam innuerit. Sic directè & primò ad illos data, ut *secundariò* ad Hebræos alios spectarit, & cum iis communicanda fuerit à fratribus Palæstinis, quando communia illis omnia, nomen, genus, causa, fides, *affectiones*. Atque utrumque statuerunt doctissimi Interpretes, nec minùs stat sententia.

X. Tertiò excipiet aliquis, posse istiusmodi Epistolam, de quâ Petrus, idem cum multis aliis subisse factum; qualis credita Pauli ad *Laodicensis*, & ad *Corinthios Tertiâ*, & quæ intercidisse complures diserte *Calvinus*, *Beza*, aliique viri magni affirmarunt ad locum *1. Cor. v. 9.* Nos vero I. Eadem id facilitate negamus, quâ affirmatur, & talem excidisse Epistolam dici potest, non probari, meminit nemo Veterum, nullo vel conjicere licet indicio, & *καταφαντὸς ὁ ἐλεγχος*. II. Imò verò *Canonicarum* ullam sive injuriâ temporum, sive quovis alio fato interversam, inficiamur. Non nescimus ita sentire, de quibusdam *Canonicis* sublatis, *Orthodoxorum Theologos*, *Calvinum*, *Bezam*, *Muscolum*, *Witakerum*, *Wilhelmum*, *Parcum*, *Mascovinum*, alios; ut nihil de *Socinianis* & *Pontificiis*, *Scapletonem* certè & quosdam alios si excipias. Frustrâ tamen illos esse, nos alibi ex professio & fusiùs. III. Dato tamen, at à *judicâ* quarundam Epistolarum ad *judicam* Paulinæ ad Hebræos nulla consequentia, si non alia præsto sint argumenta. Imprimis quando superflunt quæ ad eisdem Hebræos aliæ à viris *Θεοπνεύσις* exarata. IV. Quæ verò in specie de Epistolâ ad *Laodicensis*, & ad *Corinthios Tertiâ*, ut obiter huic occurramus instantiæ, nihilo certiora. Priori sententiæ occasionem præbuit locus *Col. iv. 16.* καὶ τὴν ἐν λαοδικείᾳ ἵνα ὑμεῖς ἀναγνῶτε. *Vulgatus*; *Et eam quæ Laodicensium est.* Hinc existimarunt alii, missam à Paulo Epistolâ ad *Laodicensis*; hinc jam olim talis Epistola circumlata, teste *Hieronymo* in *Cat. Script. Eccles.* & *Philastrio* *Hær. xc.* quamvis non recepta in *Canonem*; hinc *Sixtus Senensis* *Bibl. Lib. II.* in Paulo, & *Faber Scapuleus* exhibent Epistolæ illius argumentum; hinc *Bellarminus*, nondum edito *Recognitionum* *Libro*, *Lib. IV.* de *Verbo Dei* *Cap. IV.* à *Canone* excidisse illam censet; hinc à nonnullis *Novi Testamenti* *codicibus* eadem aliquando inserta. Atqui I. *συγχωρηταῖς*, dato, Epistolam illam memoratam *Sixto* & *Scapuleus*, & quæ habetur hodieque ad *Laodicensis*, eandem esse cum veteri illa Paulo tributa, ergò extat etiamnum, ergò neutiquam interversa, ergò illius hodieque saltem non vestigia & *rudera*, qualia alterius illius Paulinæ ad Hebræos, quæ intercepta dicitur, sunt nulla. II. Vel eadem fuerit cum antiqua illa, de qua *Hieronymus*, *Philastrius*, *Epiphanius*, vel diversa. Si prius, supposita jam pridem habita, & ab omnibus explosa, eodem *Hieronymo* teste, & ejusdem cum Epistolis Pauli ad *Senecam*, & *Christi* ad *Abgarum*, & Epistolâ *Barnabæ*, & his id genus quilibet, quibus secundo jam sæculo relictus *Christianus* orbis, commatis. Si posterius, ut rectius affirmat *Baronius* ad *A. C. LX.* inconsultò verò nec re pensitata negat quidam *Morus* de *Causâ Dei* *part. II. Quæst. I.* recentior illa fuerit, nec minùs postulanda *veritas*. III. Sed peccatum evidentissimâ *παραρρητικῆ* loci *Coloss. iv. 16.* & hinc origo fraudis. Legerunt in *Græca* contextu *τὴν Λαοδικείαν*. Hinc *Vulgatus*, eam

quæ *Laodicensium* est, quod secus interpretati, quæ ad *Laodicensis* scripta. Nescii dici Epistolam *Laodicensium*, quæ ab iis profecta, ab iis consignata, prout dicimus Epistolam *Pauli*, *Petri*, Epistolam *Tullii*, *Plinii* &c. Adeoque designatur Epistola non *ἐν Λαοδικείᾳ*, vel *πρὸς Λαοδικείας* quomodo legerunt nulli codices, sed *ἐκ Λαοδικείας*, ut plerique habent, scripta *Laodiceâ*, istic loci, ab ipsis *Laodicensis*, ut videtur ad Paulum, quamque legi voluerit à *Colossensibus* vicinis, & in quâ erant forte quæ *Colossenses* ipsos concernerent. Atque ita legit vetustissimus *Interpres* *Λαοδικεῖαν*; & hæc fuit sententia *Chrysostroni*, aliorumque ex Veteribus in Epistolam ad *Coloss. IV.* Placeret *Theophylacti* sententia, per *τὴν ἐκ Λαοδικείας* interpretantis *primam ad Timotheum*, ab ipso Paulo *Laodiceâ Phrygiæ Pacatianæ* perscriptam, ut habet subscriptio, quæque illa ipsa *Laodicea* vicina *Colossis Phrygiæ* majoris oppido, in qua quidem Epistola nonnulla affinis cum hac ad *Colossenses* argumenti: nisi nutaret sæpe subscriptionum illarum fides, nisi etiam hoc loco *emphaticè* & *apertè* innueret Epistolam *Laodicensium* Ecclesiam quoquo modo spectantem, nisi denique, cum hæc scriberet Paulus ad *Colossenses*, de facie se & his & *Laodicensis* ignotum profiteretur *Cap. II. 1.* V. Dato, non concessio agi de Epistolâ, non *subjectivè* & *originaliter* scripta à *Laodicensibus*, sed *objectivè* & *terminativè* ad *Laodicensis*, ne sic quidem evincitur fuisse Pauli, nec constat ex textu, & vel *Luca* *Euangelistæ*, ut monet *Philastrius* libro de *Hæresibus*, vel alius cujuscumque esse potuit. VI. Dato etiam, *Paulinam* illam fuisse ad *Laodicensis*, supponitur denuò eandem hodie interceptam, & à *Canone* sublatam. Sane *Marcion* dici voluit Epistolam ad *Laodicensis*; quæ nobis ad *Ephesios*, ut *Tertullianus* contra *Marcion* *Lib. V. Cap. XVII.* Hic contra ad *Ephesios*, quæ perperam existimabatur *Laodicensium*, & hoc ipsum occasionem forte præbuit ex parte novam ad *Laodicensis* parturiendi. Sed de his alibi suo loco. Quod attinet *Tertiam ad Corinthios*, huic sententiæ locum fecere verba *1. Cor. v. 9.* ἐξαπαθεῖτε ἐν τῇ ἐπιστολῇ, μή συναμίγητε πόρνοις, quæ de priori quâdam Epistolâ interpretati, imprimis recentiorum longè plurimi. *Gratis* tamen, neque aliam ab hac ipsâ *primâ* Epistola denotari constat. I. Ex *phrasè* Apostoli, ἐν τῇ ἐπιστολῇ, i. e. ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ, prout *Coloss. IV. 16.* ἡ ἐπιστολῇ, i. e. αὐτῇ ἡ ἐπιστολῇ, *Syrus* *ἰσὺς* *ἰσὺς*. II. Ex *serie* contextus & antecedentium nexu. *Corinthios* se monuisse dicit, μή συναμίγητε πόρνοις. Scilicet jamjam proferri & communione arceri jusserat hominem incestis pollutum nuptiis, quem πόρνον sive πορνείας reum dixerat *vers. I.* ejusdem Capituli. Prout vox generalius etiam *μοιχεύειν* *Matth. V. 32.* & quamvis ἀνόσιον συναμίγειν, ac illicitos adeoque etiam incestos concubitus notat. III. Ex *versu* *II.* hujus Capituli, οὐδὲ ἡ ἐξαπαθεῖτε μή συναμίγητε, ergò hoc ipsum jamjam scripserat, eodem hoc Epistolio. IV. Ex consensu veterum, imprimis *Græcorum Patrum*, *Chrysostroni*, *Theodorici*, *Oecumenii*, *Theophylacti*, aliorum. V. Ex silentio etiam *Antiquitatis* de *Tertiâ* hac ad *Corinthiorum Ecclesiam* Epistolâ, de quâ ne apex in antiquissimis monumentis, de qua etiam ne *quid* quantum nobis constat, *Baronius*. Ergo frustra harum Epistolarum exemplo, *Paulinam* etiam ad Hebræos perire potuisse dicebatur, ὅπερ ἐστὶ δόξα.

XI. Denique, si urgeant, posse *indirectè* ad *Ecclesias* *Hebræorum*, per minoris *Asiæ* regiones distributas, spectare *Paulinas* alias, hodieque ab interitu vindicatas, toti sanè dicatas *Ecclesiæ*, neque *Petrum* necessitate quâdam Epistolam aliquam innuere speciatim *Hebræis* illis inscriptam, quam verò hoc sit *clumbe* & *ficulneum* docebunt totidem *Petri* verba. I. Quia dixisset alias, ut scripsit *Paulus*, *indefinitè*, non, ut scripsit vobis, *δευλικῶς* & cum *emphasi*. II. Quia eandem Epistolam omninò distinguit ab aliis omnibus, *ὡς ἂν ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς* &c. III. Quia respicit ad *Paulinarum* aliquam, ubi specialitè hoc ipsum argumentum,

& disertè Paulus exequitur, quod fieri cum primis in Epistolâ ad Hebræos, sequens docebit argumentum. IV. Quia confunditur *sine* scriptio cum *objecto*, & aliud scripsisse *in usum* totius Ecclesiæ, adeoque & particularium omnium Ecclesiarum, aliud scripsisse *illis* ipsi Ecclesiis; aliud scripsisse alicui *immediate* & *directè*, ut sonant verba Apostoli, aliud verò *mediate* tantum & *indirectè*. Prout Epistolæ ad Romanos, Corinthios, &c. in Hebræorum illorum ut Christianorum omnium usum scriptæ dici poterant, non verò scriptæ *illis*, à Paulo ad illos datæ, immediate scilicet & directè. Atque hæcenus Primum Argumentum ἀπεχρον, pressum idcirco à nobis fusiùs & accuratius excussum, quod vim illius longè maximam eruditi vel neglexerint, vel nondum satis in aprico collocarint. Unum adhuc & alterum fortè argumentum suppeditabunt quæ porro Petrus subjungit; futuri tamen sumus in urgendis iis minùs operosi, & ad alias exinde argumentorum classes progressuri.

CAPUT III.

BREVARIUM.

Secundum Argumentum à testimonio Petri. Affinitas argumenti inter Petri posteriorem & Epistolam ad Hebræos. Sigillatim expenditur. Occurritur Exceptionibus. Conferuntur & illustrantur nobiliora quadam loca utriusque Epistolæ.

I. Hæcenus Primum Argumentum inartificiale ex loco 2 Pet. III. 15. quo Petrus cum Hebræis agens testabatur, Epistolam ad eosdem à Paulo fuisse perscriptam. Hoc argumento fusiùs excussio, & ab omnibus undequaque exceptionibus vindicato, protinus Alterum succedit, ex eodem quidem loco: dum Petrus affirmat, in illâ suâ Paulum Epistolâ eodem, quo ipse, scripsisse de argumento. Καθὼς ἡ ὀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος ἔγραψεν ὑμῖν &c. λαλῶν περὶ τούτων. Sumimus autem pro confessis, quæ in superioribus tantum non demonstrata; & Petro rem esse cum Hebræis, & meminisse Paulinæ ad eosdem Hebræos datæ, & vix aliam esse posse quàm quæ dubia hodie & controversa. Quo jacto veluti fundamento & totius causæ fulcro, anquirendum porro an eidem Epistolæ quadrent quæ Petrus subjungit. Et quidem primo, an aliqua intercedat affinitas Argumenti inter Petri posteriorem & nostram ad Hebræos, hæcque de iisdem omnî Petrinâ præscripserit? Quod si probatum fuerit, & evidenter atque apertè demonstratum, res sanè confecta, & nodus omnis solutus esse videbitur.

II. Verba sunt Petri; καθὼς, sicut Paulus scripsit vobis, λαλῶν περὶ τούτων, de istâ agens, quemadmodum & in Epistolarum reliquis. Ergo respicit primo ad hortationem immediate præcedentem, superiorum summam quandam & ἀνακεφαλαιώσιν, hisce verbis expressam; Διὸ, ἀγαπητοί, ταῦτα προσδοκῶντες, ἐπεδάσατε ἀσπιλοι καὶ ἀμωμήτοι ἀντὶ ἐνεσθῆναι ἐν εἰρήνῃ. Καὶ τὴν τῆ Κυρίου ἡμῶν μαρτυρίαν σωτηρίαν ἡγήσθε, καθὼς &c. Ubi geminum potissimum ἄρχειν membrum. I. Studeant sanctimoniam, servent quantum pote vitæ modum *in-culpata*. II. Constantè expectent diem illum Domini, & patientiam Dei in illo prorogando sibi *salvamento* arbitrentur. Quæ quidem *παράνοσις* in Epistolâ Paulinâ duplici ratione expressâ esse potuit, vel ῥητῶς vel ἀναλόγως, vel κατὰ τὴν λέξιν vel κατὰ τὴν διάνοιαν, vel κατὰ τὸ ῥαῖμμα vel κατὰ τὸ πῆγμα. Posteriori saltem sensu exhiberi docebit σύγκρισις & ἀντοψία.

III. Primum membrum hortationis, dent scil. fideles operam vitæ sanctæ & defæcatæ, interea dum adventat extrema illa dies, persequitur Author Epistolæ ad Hebræos Cap. x. jam inde à versu 19. & sequentibus. Ubi I. Eadem *hortatio*, & quos Petrus vult esse ἀσπιλοι καὶ ἀμωμήτους, Paulus eosdem Hebræos esse ἀληθινὸς seu καθαρὸς τῆ καρδίας, præterea ἕρποντιζομένους τοῖς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρῆς, i. e. ἀμωμήτους, ἀσπιλοι, ab omni

labe & maculâ defæcatis; meminisse tandem se λαλοῦντας τὸ σῶμα ὑδάτι καθαρῷ, seu καθαρῶν, adeoque ad puritatem & innocentiam obstringi, vers. 22. 23. Quæ ipsa cum alibi passim, tum Cap. XII. & XIII. specialius & prolixius exequitur. II. Idem utriusque *scopus*, Hebræos roborare in fide & pietate, à seductione lapsu & mundi inquinamento præstare immunes. III. Eadem *motus*, non tardaturum Dominum, & propinquare illius adventum, nec aliter quàm pro ipsorum salute prorogari, Hebr. x. 25. 37. 2 Pet. III. 9. 10. 11. 12. 13. Posterior verò membrum Petrinæ hortationis, scil. constantè novissimam illam diem expectent, nec morari Deum sed ipsorum & electorum omnium bono patientiâ nonnihil uti arbitrentur, exponit idem author Epist. ad Hebræos Cap. x. 36. 37. & Cap. VI. 12. &c. Utrouque I. Eadem commonestatio ad *προσδοσίαν*, sive ὑπομονὴν, sive μαρτυρίαν, & quidem circa adventum Domini non ita protrahendum. II. Idem etiam *scopus*, Hebræos erigere spe retributionis & beati illius adventus, eorumque animos contra diffidentiam defectionemque præmunire. Quæ si ita habeant, nostra stabit assertio.

IV. Nonnulla tamen excipi posse videntur. I. Aliis planè esse utriusque scriptoris verba, phrasia aliam. Scopum etiam quadantenus diversum; Petri quidem suos obfirmare contra *πλάνας*, ἱμπεριώσας, & contemptores novissimorum temporum; nostræ verò *Ἀναβολῆς* Epistolæ, Hebræos erigere & solari medios inter afflictionum ignes, & componere impatientes & diffidentes animos. II. Luculentius Paulum & expressius alibi urgere utrumque hortationis membrum, imprimis ἵνα ἀσπιλοι, ἀμωμήτοι, ἀνεγκλήτοι, ἀνεπιλήτοι, ἀκαταμίαι, ἀγίοι, καθαρὸς τῆ καρδίας, τῆ συνειδήσεως &c. III. Illa etiam Petri verba, τὴν μαρτυρίαν ἢ τοῦ σωτηρίου ἡγήσθε, & quæ habet vers. 9. hujusmodi capitis, respicere ad locum Rom. II. 4. ubi pariter περὶ τοῦ ἢ τοῦ μαρτυρίου, & hanc ἀγῆ εἰς μέγαναι.

V. Ad Primam respondemus Instantiam. I. Peccari *falsâ hypothesis*, quasi hæc totidem verbis à Paulo perscripta esse debuerint. Quod nec intendit Petrus nec affirmat. Agit de identitate rei non *verborum*, de convenientia *argumenti* non *phrasæ*, *matæria* adeo non *formæ*. Constat I. Ex verbis, καθὼς ἔγραψεν. Atqui sexcentis in locis Novi Testamenti, το καθὼς ῥαφί, καθὼς γέγραπται, respicit id quod scriptum alibi *diagnostice* & quoad *sensum* tantum. II. Ex verbis, λαλῶν περὶ τούτων, i. e. eodem de argumento, quod non idem ac si dixisset, λαλῶν ὑμῖν, vel λαλῶν τούτοις. III. Ex eo, quod hæc ipsa in omnibus Paulinis scripta esse memorat. Atqui frustra totidem verbis in iisdem reperiri arbitreris. IV. Quia de convenientia scriptiois ex identitate *matæria* & *scopi*, non *verborum*, judicandum. V. Quia Petrus id *scriptum* dicit simpliciter, non *quomodo* scriptum, & quibus verbis; rem affirmat, non modum rei. Diversimode autem rem eandem exprimi quid vetat? Respondemus II. Peccari *elencho oppositorum* & *diversionis*, dum opponitur & dividitur *scopus* utriusque scriptoris, qui reverà non disjungi sed conjungi, subordinari debet non coordinari, ut ex ante dictis liquet. Et muniantur Hebræi ab utroque adversus seductionem, impatientiam, diffidentiam.

VI. Secundam quod attinet Instantiam. I. Peccatur paralogismo ἀγνοίας ἐλέγχου; nec negamus, eadem in aliis Pauli Epistolis, & si verba spectamus, fortè expressius repeti; imò affirmat Petrus, ὅτι ἡ ἐν πάσαις ἐπιστολαῖς. Sufficit itaque, nihil horum in alterâ illâ ad Hebræos prætermisum, eademque clarè & distinctè, ἰμφύτως non *παρεσβασίως* contineri. II. *Supponitur falsè*, in aliis epistolis contineri luculentius, quia fortè majore verborum quorundam affinitas; at non certè disertius, non evidentius, ut ex collatione superius institutâ. III. *Falsâ* etiam est *hypothesis*, alibi non tantum *eodem* affirmari, sed *ad eosdem* Hebræos, eodem *sine* & *scopo*, quod hic imprimis attendendum. IV. Quia nonnulla

à Petro in hac sua posteriori inserta, muniendis itidem contra defectionem Hebræis, ut jamjam demonstrandum fuerit, quæ nullibi Paulus præterquam in Epistola ad Hebræos.

VII. Tertia Exceptio petit ipsum τὸ ἐν ἀρχῇ: nempe hæc Petrum verbis, τὴν μακροθυμίαν ἢ θεῶ σωτηρίαν ἠγάπησθε, & vers. 9. μακροθυμίαι εἰς ἡμᾶς, μὴ βυλόμηνος ἴνας ἀπολείδῃ, ἀλλὰ πάσης εἰς μέλνοιον χωρῆσαι, reflectere ad locum Rom. 11. 4. Non nescimus, sentire ita Interpretes varios, cum primis Veteres. Frustrâ tamen illos esse demonstramus. I. Quia Petrus respicit ad Epistolium à Paulo Hebræis inscriptum; Epistola verò ad Romanos scripta Ecclesie maxima parte ex Gentilibus constituta; & si quidam in illâ Judæi, alii fuere ab iis qui Petro compellantur. II. Quia illo ipso loco Rom. 11. 4. conveniuntur Gemiles formaliter tales, homines impii & flagitiosi, quos ad spretæ illius providentiæ tribunal citat Apostolus. Constat ex nexu secundi & primi Capitis, ac serie orationis. Cum Judæis vero demum infra Paulus congressurus. At Petro res cum Christianis, cum fidelibus, quos vocat ἀγαπητοὶ postremo hoc capite versu 1. & 8. quibusque tribuit ἀλλοθεν ἀγάπην, ut jam antè observatum Theologis. III. Paulus agit de μακροθυμίᾳ seu longanimitate Dei erga reprobos, in eorum flagitiis & sceleribus tolerandis; Petrus de μακροθυμίᾳ Dei seu patientiâ circa Ecclesiam, circa electos, (αἰς ἡμᾶς, vel ὑμᾶς, ut Vulgatus,) in differendo nonnihil suo adventu, & promissionibus adimplendis, usque dum respuerint omnes. IV. Illius scopus, arguere Gentiles ἀνομιαν ἁμαρτίας & ἀνομιολογίας; hujus fideles ad patientem expectationem ultimorum temporum excitare. V. Ille, Gentiles Dei longanimitate & tolerantia invitari, provocari ad saniora mentem & resipiscentiam; hic, fideles qualemque Dei moram ac dilationem adventus debere patienter sperare, in electorum bonum salutemque interpretari, dum iis omnibus resipiscentiæ spatium tempusque concedit. VI. Ille vocem μετανοίας luctus (vel singente supeto quodam Apologisa. . . .) pro resipiscentiâ externâ & morali, per abruptum scelerum ac facinorum filium, qualis in Ethaicis, ex solo divinæ longanimitatis sensu, in statu destituito, exiri potuit; hic stridens, pro resipiscentiâ internâ & salutari, in electis omnibus, Dominicum ante adventum, promovenda. Adeoque nemo non intelligit, diversissimam hæc loci utriusque rationem, affinitatem longè maximam Petrum inter & Authorem Epistolæ ad Hebræos, ubi identitas & Argumenti & Scopii & Personarum quas uterque compellat.

VIII. Sed Petrus ita primò hortationem immediatè antecedentem respicit, ut sciamus etiam alia quæ hac in Epistola præcesserant, quæque itidem à Paulo Hebræos accepisse refert. Intelligimus ex verbis, καλῶν τε καὶ τίμων, indefinite de hisce agens, de hac meâ doctrinâ, de causâ hac totâ vobis jam à me expositâ. Et sanè gemina non pauca & similis argumenti notare licet in utraque Epistola. Et quæ Petrus jam inde ab exordio, de beneficiis Dei in Christo, de fructibus hinc oriundis, speciatim de constantiâ & perseverantiâ in fide & vocatione, Paulus ex professo tradit Hebræis Capitis III. VI. X. XI. XII. XIII. & toto passim Epistolio. Verùm enim verò, ne in ipso limine fastidium prolixitate excitemus, unum instar omnium fuerit, quod habet uterque de periculo manente lapsos & deficientes ab agnita semel veritate, 2. Pet. II. v. 20. 31. 22. Heb. VI. 4. 5. 6. 7. 8. X. 26. 27. 28. 29. 30. 31. Summa hic sanè & singularis quædam doctrinæ conformitas, imò tanta in argumento difficili & intricato, ut nusquam major, utque dubium controversumque esse non possit, quin Petrus hæc ipsa loca in memoriam revocare Hebræis, suamque hoc firmare doctrinam auctoramento, constitutum habuerit.

IX. Utrobique I. Idem ferè verborum nexu. Paulus Heb. X. in antecessis egerat de quibusdam Apostatis,

qui sensum se subducendo à publicis Christianorum cœtibus à Christo deficiebant, fidemque Christianam ejurabant. Petrus itidem, de Apostatis qui inescari se ac seduci temerè & incautè patiebantur. II. Idem utrobique subjectum, & quibus Petrus tribuit ἐπίγνωσιν τῆς Κρατῆς, ἐπίγνωσιν τῆς οὐδὲ τῆς δικαιοσύνης, Paulus ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας Heb. X. & φωτισμὸν Heb. VI. cognitionem saltem theoreticam, convictivam; illuminationem partialem, inchoatam, secundum alios sacramentalem, seu baptismalem. Quos Petrus dicit etiam ἀποφυγόντες τὰ υἰδίσματα τῆς κόσμου, si non ex affectu interno, saltem externa professione, si non verâ conversione, putantur saltem & apparenti; Paulo Heb. X. dicuntur ἀγιασθῆναι ἐν τῷ αἵματι τῆς διουθενίας, sanctificati pariter externe & comparative, seu segregati ab infidelibus, & à mundi inquinamentis; sanctificati sacramentaliter, per aquam baptismi, representativam sanguinis Novi Fœderis, extrinsecus abluti; sanctificati etiam inchoate, quoad aliqualem cordis motum & communia charismata Spiritus S. Eidem Heb. VI. dicuntur γενοσάμενοι τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουθενίας, gustu sanè oris magis quàm cordis, labiorum quàm animi, theoretico magis quàm pratico; ἢ μέτοχοι γενηθέντες τῷ πνεύματι ἁγίῳ, participatione quâdam communi, temporariâ, initiali, qualis & in Saule, Juda, Simone Mago; ἢ καλὸν γενοσάμενοι θεῶ ῥῆμα; δυναμεις τε μέλλοντες αἰῶνα, scilicet cognitione quâdam theoreticâ affectu, & quàm salutâris sit Euangelii doctrina, & quàm eminent gloria futuri sæculi. III. Utrobique ejusdem criminis, sceleratæ defectionis, & totalis apostasiæ rei supponuntur. Petrus; si iidem illi, qui effugerunt mundi inquinamenta, τῶν πάλιν ἐμπλακέντες ἠτάνται, iidem se rursus implicari, & à male feratis hominibus perverti sinant ac superari. Paulus Heb. X. si post acceptam cognitionem veritatis &c. ἐκούσως ἀμαρτανόμενοι, scdo nos defectionis voluntariæ crimine obstringamus, Filium Dei conculemus &c. Idem Heb. VI. illi qui semel illuminati &c. ἀπαπεισθέντες si προλαμβάνου, si in peccata sua & apostasiam totalem & voluntariam recidunt. IV. Utrobique eadem illis pœna, idem exitium denunciatur. Petrus; γεγονέναι αυτοῖς τὰ ἐργατὰ χείρονά τῶν πρώτων, κρείττονι αυτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι &c. illis fuisse satius nunquàm nosse viam veritatis, dum isti ignorantia accessit defectio, contumacia, rebellio. Similiter Paulus Heb. X. ἐκ ἐνὶ πνεύματι ἀμαρτιῶν ἀπολείπειδῃ θύσαν, non hostiam, non sacrificium esse reliquum, nec in Christo, quæ hostia nihil contumacibus, nihil ineredulis, nihil impenitentibus profit, nec extra Christum; adeoque ubi notâ hostia; ibi nec expiatio, ubi non expiatio, ibi reatus, ubi reatus, ibi ira, ubi ira, ibi horrenda expectatio iudicii, &c. Idem Heb. VI. ἀδύνατον πάλιν ἀνακινῆσαι εἰς μετανοίαν, impossibile esse & ipsismet renovare sese per pœnitentiam, & Doctoribus eisdem renovare, imò impossibile Deo, per justitiam tantæ ultricem contumaciæ, quâ Christum εἰσὶν ἀνασταυρώσαντες, denuò velut cruci & ignominia sibi seu in perniciem suam exponunt; adeoque ut Petrus, conditionem eorum ultimam priori esse deteriorem. V. Utrobique hæc doctrina subjecto simili, per ὑπόμνησιν τῆς ἀσθενείας, illustratur; Petro, simili canis ad vomitum, & suis lotæ ad volutabrum redeuntis; Paulo, terræ quæ post effusos imbres nihil nisi spinas profert & tribulos, & exustioni tandem destinatur. VI. Utrobique scopus idem, & uterque intendit Apostolus, Hebræorum præcavere apostasiam, gliscentem jam & multorum animos occupantem 2. Pet. II. 14. Heb. X. 25. 26. Heb. VI. 6.

X. Hæc pressius, ut intelligatur non sine causâ Petrum ad testem Paulum in eodem & singulari quidem argumento, & ad ejusdem tenoris loca provocasse. Nec quis excipiat, Petrum ad ea reflectere, de quibus in omnibus reliquis Paulinis, ὡς ἢ ἐν πάσαις ἐπιστολαῖς, καλῶν τε καὶ τίμων; nusquam tamen in illis extare gemina cum locis supra discussis, quare aliò respexisse. Atqui I. Loquitur ἀορίστως & indefinite, Paulum de hisce, aliquibus nempe aut plerisque hujusce E-

pistolæ capitibus, etiam in omnibus sparsim ac distributim Epistolis, tradere ac disputare. II. τὸ ἐν ἄρχῃ, non exponi in Paulinis aliis hanc de apostatarum exitio atque interitu doctrinam, *implicite* sanè, *materialiter*, & quoad doctrinæ fundamentum. Quamquam etiam in Epistola ad Hebræos *explicite*, *formaliter*, & quoad eundem cum Petro doctrinæ modum, iisdem etiam Hebræis, eademque scopi affinitate & methodi.

CAPUT IV.
BREVARIUM.

Tertium Argumentum ex eodem Petro. Sapientia Paulina. Maxime conspicua in Epistolâ ad Hebræos. Demonstratur. Diluuntur Exceptiones. Non notari Petro Epistolam ad Galatas.

I. **T**ertium succedit Argumentum, expediendum paucis. Ex Petri itidem verbis, scripsisse Hebræis Paulum, non illo tantum de argumento, sed κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ σοφίαν. Quid planius? Vult, Paulinam illam ad Hebræos spirare ubique sapientiam, coelestem certè ac reconditam. Quod si & hoc quoque nostra se probet indicio, si in illâ undique affulgeant divinæ sapientiæ radii, si referat Paulinum illum ac sublimem genium, si non repugnet scriptam dici juxta concessas Paulo eximie sapientiæ dotes, sat causæ fuerit cur hanc ipsam innui Petro arbitremur. Imprimis ex *hypothese* superius assertis, & post tot alia de hac Petri mente documenta, eademque clarissima. Imò verò Petrus *emphaticè*, de *singulari* quadam sapientiâ, de *eximio* quodam *gradu* cognitionis, in hac speciatim Epistola elucescente.

II. Nihil sanè detractum volumus Epistolarum reliquis, nihil sapientiæ per immortalia illa diffusæ monumenta. Ubique Paulus altum sapit, ubique sublimis fertur, ubique se Paulum prodit. Meritò ὁ σοφώτατος, ὁ πάνσοφος, ὁ θεοπίσιος, communiori elogio, Græcis Patribus. Hic verò ἐξόχως ἢ ἐξαιρετικῶς, & eminenti quadam ratione, constatque. I. Ex sententiarum expressionumque conspicua ubique majestate. II. Ex sublimitate rerum mysteriorumque fastigio, quo jam penetrat εἰς τὸ ἐσώτερον τῆ καταποτάσματος. Hebr. vi. 19. & in tertium quasi cœlum raptus, testis est functionum Christi, illiusque æterni sacerdotii. III. Ex stupenda illa ψι ratiociniorum, in conferendis typis & rebus typis illis expressis, Lege & Evangelio, Christo & Mose, sacerdotio Melchisedeciano & Aaronitico, Fœdere veteri & novo, sanctuario mundano & cœlesti, sacrificiis legalibus & Christi sacrificio; in omnibus hisce explicandis, diffundendis, illustrandis, applicandis ad usus theoreticos & practicos. IV. Ex Interpretum omnium ore, ac unanimi veterum recentiorumque consensu, de sublimi Epistolæ argumento.

III. Excipiat aliquis, hæc Petri verba notare Epistolam ad Galatas, in qua Paulus disertè profitetur, scribere se secundum datam sibi cœlitus sapientiam δι δόμνα καλύψεως ἰν ἣ ἡμεῖς Gal. 1. 12. Petro hic verò etiam rem ex parte esse cum Galatis. Respondemus I. τὸ ἐν ἄρχῃ, hanc designari Epistolam; & quia, ut antè ostensum, scripta uni Galatarum Ecclesiæ, & scripta Gentibus non Hebræis, & aliis planè argumenti, de modo nempè nostra justificationis coram Deo. II. Illatio omninò inconsequens. Paulus juxta Petrum scripsit Hebræis *sapientissimâ* omninò ratione; Paulus in sua ad Galatas monet se edoctum divinitus, non *ordinariè* & *mediatè* ab hominibus, sed *extraordinariè* ac *immediatè* à Christo; ergo Epistola illa ad Hebræos non alia fuerit ab eâ, quæ est ad Galatas. Quasi verò Petrus non tam sublimitatem rerum, quam verba illa de modo revelationis, attendat. Quasi sola ad Galatas hoc nomine scripta dici debeat ἢ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ σοφίαν. Quasi Paulus in hac tantum, non in aliis etiam ad Romanos, Corinthios, Thessalonicenses &c. Epistolis, à divinâ

illâ & immediatâ origine doctrinam derivet suam. III. Est *elenchus* à dicto secundum quid. Nec Paulus simpliciter scripsisse dicitur Petro secundum datam sibi sapientiam, sed scripsisse Hebræis; neque Galatis tantum, sed Cappadocibus, sed Bythyniis, sed Ponticis, sed Asiaticis, & quidem de tali argumento, quale Petrus exequitur, non quale Paulus ad Galatas. Secundò excipi possent, quæ contrâ Epistolæ auctoritatem motæ partim ἀντιλογία, partim ἀντιστοιχία, partim ἀίρεσις, tantum abest ut Paulinam illa sapientiam redoleat. Nisi res nobis cum iis, qui *auborem*, non verò *auboritatem* Epistolæ in dubium vocant; nisi etiam inanissima hæc tela olim hodieque in contorquentium capita Theologi retorquissent, de quibus aliquid in parte ἀνασκευαστικῶς.

CAPUT V.
BREVARIUM.

Quartum Argumentum à testimonio divino. Paulinam & duçύοντα. Respicit Petrus Epistolam ad Hebræos. Probatur. Difficultates illius sigillatim excussa. De interitu Apostatarum. De Melchisedeco. Non expediunt se Interpretes. Sententiarum omnium nodi. De Christi sacerdotio &c. De ἐναντιοπαθεῖ quibusdam. Contorsere omnia ἀμαθῶς ἢ ἀσέβητοι. Occurritur exceptioni. Ratio producta ex Petrino loco dispensationis.

I. **U**ltimum tandem exurgit Argumentum, & à quo plurimum mutuatur sententia nostra roboris, ex verbis ejusdem Petri Cap. III. 16. ἐν οἷς ἐστὶ δύσνόητα, ἃ οἱ ἀμαθῶς ἢ ἀσέβητοι τρεβλάου. Quibus indigitari ex parte nostram ad Hebræos ostendimus. I. Quia dicit, ἐν οἷς, non ἐν αἷς, & respicit non ad Paulinas Epistolas, sed ad Paulina dogmata, nec omnia sed quædam, & quidem illa ipsa de quibus Hebræis tradidisse refert. II. Quia illa arguit difficultatis, mysterii, esse δύσνόητα, δύσκαληπτα, δύσεμύνητα: atqui cætera omnia præ Epistolâ ad Hebræos lux mera. III. Quia obnoxia illa dicit strophis, cavillis, falsisque interpretamentis, qualia hæc omni ævo comprimis; nec Petrus *historici* tantum quid tum fieret, sed & *prophetici*, quid postmodum etiam contingeret. IV. Quia congruunt authoris verba Hebr. v. 11. multa sibi esse δύσεμύνητα, & narratu difficilia, talia cum ex parte rerum, tum ex parte Hebræorum, ex parte cum *objecti* tum etiam *subjecti*.

II. Sed constabit vis argumenti inductione exemplorum in *actu exercitio*; & ad oculum demonstrandum, quænam sint illa δύσνόητα, quæ crucem figant, quæque imperiti & malè sani contorqueant. Et quidem primò notari possunt illa de apostatarum interitu Hebr. vi. 7. Quæ quidem adeò perplexa. I. Ut *Latini* veteres Epistolam hæc ferè nomine expungendam è Canoniarum censu, & nodum hunc secundum hæc ratione, censuerint. II. Ut *Novati* & *Novatiani* spem omnem, si non *salutis*, saltem *venia* in foro externo Ecclesiæ, post Baptismum in peccata prolapsis interdixerint. III. Ut *Clinici* Baptismum nonnisi ἐν κλίματι & animam agentes suscipere, quibus dum se Patres opponunt, urgent necessitatem Sacramenti *absolutam* & *mediæ*. IV. Ut *Pelagii* nepotes *apostasia* sanctorum totalem finalemque propugnarint. V. Ut iidem Christi mortem *universalem* etiam pro impiis & apostatis ex utroque loco defenderint. VI. Ut *Romanenses* hinc etiam suum *Penitentia* Sacramentum & *Satisfactiones*, plukquam Chrysippeo acumine, eruerint, probarintque. VII. Ut quotquot fuere Interpretes mirum in modum desudarint in gemini hujusce loci cum ἐξηγήσει, tum ἐκδικήσει.

III. Secundò inter illa reponimus, quæ habet author de *Melchisedeco*, ejusque personâ & sacerdotio. Nec sanè toto Veteri aut Novo Testamento perplexius quicquam & intricatius. Et hæc in hanc rem *Hieronymum* ad Euagr. Epistol. cxxvi. quæ extat Operum To-

no III. Si has electionis stupet ad mysterium & de quo disputat ineffabile confiteatur, quantum magis nos vermicali & culicis solam debemus scientiam infipientia confiteri. In quamvis enim partem sese vertant Interpretes, vix sese expediunt, δὸς δὲ τῶν πατρῶν τίτυκται. I. Nec solvabant nodum qui olim *Melchisedeciani*, mugantes Melchisedecum *Sēm* fuisse *δύναμιν*, Christo majorem, si fides *Epiphanius* Hæres. LV. Lib. II. Tom. I. Mirifica sanè *Virius*, quæ & alia à Deo, & Deo major, & humanà forma, dignitate regià, sacerdotali officio, personalibus aliis insignis. II. Nec rem expediebant, si ve *Hierax* apud eundem *Epiphanium* Hæres. LV. & LXVII. si ve *ἀνόνουμ* ille apud *Hieronymum* Ep. ad Euagr. Melchisedecum in *Spiritu Sancto* transformantes. Atqui repugnabat Spiritum S. vel fuisse incarnatum, vel egisse sacerdotem, vel imperasse *Salemi*, vel ditatum muneribus, vel Christum expressisse ordine sacerdotii; nec fas erat in re tam arduà extra Scripturas sapere. III. Nec felicius *Origenes* Homil. I. in Genes. & post eum *Dionysius Angelum* fecere ex Melchisedeco. Quod erat ἀρχαῖος & ἀντίχριστος, quando illi tribuit *Moses* & humanam dignitatem, & humanum officium & humanas actiones, & sacerdos omnis esse debuit ex hominibus *Hebr. v. 1.* IV. Non etiam rem satis acu tetigere, qui putarunt fuisse ipsissimum Filium Dei, Abrahamo visum habitu regio & sacerdotali, decimas accipientem, illi benedicentem, benedictione non tam *operativa* quam *collativa*, incarnationi præludentem, Regem *Zedek* & *Salem* nominibus appellatum, non proprium, in quem adeò apprimè quadret tota illa oratio *Hebr. vii.* Hæc quidem sententia latuisse videtur *Hieronymum* Epistolâ illâ ad Euagrium. Sed reposuit novissimè & in eâ multus prolixusque est *Doctiss. Cumanus* Lib. III. de Repub. *Hebr. Cap. III.* imò tacitus in eam propendet illud Theologorum ducus *Patris Molinani* de Præcogn. Futur. Lib. IV. Cap. XI. XIV. XV. Sed quantis illa urgetur incommodis? Obsecro! an idem fuerit τύπος & τυπώσις, figura & figuratus, & quidem secundum idem, puta sacerdotium? An Christus dicatur secundum ordinem Christi, & Davidi Pf. cx. Tu es sacerdas secundum ordinem Melchisedec, i. e. ordinem tuum? Involvisset ne hoc mysterium Apostolus alto silentio? Qui etiam non legitur Abrahamo Dei Filius adoratus, ut Angelus *Gen. xviii.* Qui non *Jehovah*, ut ille, dictus? Qui ut Rex peregrinus, ut Sacerdos Dei altissimi, historicè descriptus? Qui etiam Christus suam ante *ἐνανθρώπησιν* fuerit Sacerdos Dei altissimi, & verus quidem Sacerdos, sine quo concidit & historia & ratio typi? Qui fuerit Rex *Salem*, seu τῆς Σολύμα πόλεως? ut *Josephus* Lib. I. Antiq. Cap. XI. Si etiam appellativa hæc nomina, cur non dictus *רַב שָׁלֵם* & *רַב שְׁלֵם*, imò verò *Melchizedek*, ut *Adonizedek*, *Adonibezek*? Cur Rex *Salem*, ut Rex *Sedom*, vocibus ad nominum priorum formam inflexis? An verò quia Apostolus ostendit in his nominibus aliquid typici & significativi, nec sine omine illis fuisse insignitum, eò minùs propria sunt? Ut taceam laborare falsâ hypothesi, quasi non aliâ ratione cum *Mose* conciliari possit Apostolus, quod ut molestum neutiquam sanè desperatum. V. Neque difficultatem exhauriunt, qui Melchisedecum eundem cum *Semo* fuisse contendunt, quales olim *Samarita*, *Epiphanius* teste Hæres. LV. quales *Hebrai*, *Hieronymi* tempore Ep. ad Euagr. quales *Talmudista* passim, *Targum Hieros.* & *Rabbinorum* hodieque doctissimi; quales etiam ex Theologis si ve Orthodoxis si ve Pontificiis longe plurimi. Risit olim sententiam, & vexavit *Epiphanium*. Et quanquam infirma sit illius ratio, & vitiosus calculus, à nato *Semo* ad occursum Melchisedeci, modò annos MCCCXX, modò DCXXXVII. præter Codicum *Hebræorum* fidem, ingenti *μεταχρονισμῶ*, supputantis, aliis illi difficultatibus implicantur. Tum quia hæc sententia ex *Hebræorum* lacunis hausta, qui & alia incerta de Melchisedeco; tum quia ut alium à *Semo* silitum eum nobis sagacissimi *Judæorum Josephus*

ac *Philo*; tum quia nec reticisset *Moses*, nec *Apostolus* fusior aliàs in describendo Melchisedeco; imò verò quia hic negat Melchisedecum idem cum *Levitis* duxisse à majoribus genus *Hebr. vii. 6.* quia cum nominibus planè aliis anteponit Abrahamo, quàm ratione juris illius paterni, & avitæ potestatis; quia facit ἀπάτορος, ἀμήτορος, ἀγενεαλόγητον; cum *Semus* nulla ratione fuerit talis, nec τὸ εἶναι, nec τὸ φαίνεσθαι, ipse γενεαλογούμενος; quia etiam *Cananea* cujus Melchisedek regulus, non *Semo*, sed *Chemo* ejusque posteris cessit, ex *Historicorum* omnium fide; nec in *Semo* sed demùm in *peroisibus* adimpleri debuit oraculum *Gen. ix. 27. Eris Canaan servus ejus*; quia etiam Abraham *Cananæam* petiit, ut regionem exteram, remotam ab omni cognatione suâ & patriis sedibus, cessuram demùm posteris, minimè sanè proavo ex parte subjectam, ne referam illud *Saida* aliorumquè ex *Veteribus*, de Melchisedeco cælibe, nec conjugato, quod alienum est à *Semo*. VI. Nequè fidem merentur Arabes, *Elmaticus*, & *Patricides*, 1502 μῶς citati πολυῖσος nostro *Hortingero*, Collegæ Celebrerrimo, in novissimo *Smeermato Orientali*, Melchisedecum statuentes Pelegi filium. Quom & iisdem cum *Semais* urgeantur incommodis; & commentum prodant annexæ fabulæ de *Noachi Testamento*, in quo de clam condendo *Adami* corpore, de ratione sacerdotii à Melchisedeco obeundi, de sacrificiis ex solo pane & vino &c. omnia Siculis vaniora gerris. VII. Adeoque id unum supererit, ut Melchisedek statuatur *Salemensium* Regulus (si ve urbs illa *Hierosolymsa*; ut *Josephus*, si ve alia illa *Joh. III. 27.* ut *Hieronymus*) & quidem *justus*, pius, cultor Numinis; ad *Abimelechi*, *Jobi*, aliorumquè inter Gentes exemplum ipse sacrorum minister, hocquè nomine benedicens & decimans; imago quin etiam & typus æterni illius, ἀδαδύχου, ἡ μὴ ἀθετουμένον, sacerdotii. Sed necdum sublata omnis difficultas, & jam demùm constant *Paulina* illa *δυσνόητα*. Hoc demùm opus, hic labor, docere, qui idem ille Regulus, obviam factus Abrahamo, dicatur *Hebr. vii. 2. 3. &c. βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἡ εἰρήνης*, qui ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος; qui μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων μήτε ζωῆς τέλος; qui ἀφωμοιωμένος τῷ ἡὼ τῷ θεῷ; qui ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές; qui κρείττω & major. Abrahamo credentium Patre! qui μαρτυροῦμενος ὅτι ζῆ; qui in eo ut in *Messia* poni videatur δύναμις ζωῆς ἀκαταλύτου, &c? Et quanquam dici possit, efferrî de Melchisedeco alia *historicè*, alia *mysticè*; quædam affirmari de typo, quæ convenient *antityπο*; dici quædam non absolute, sed limitatè, non positivè, sed negativè, & τὴν λόγον ἀληθείας, ἀλλὰ τὴν λόγον ἰσορίας, ἀλλὰ τὸ μὴ γενεαλογεῖσθαι, μὴ ἐπωνομάσθαι, non factâ mentione vel patris, vel matris, vel genealogiæ, vel mortis, prout moris aliàs scriptori *Genesios*: quanquam hæc appositè, nec sine vel ratione vel autoritate vel exemplo, tutius sanè tenuitatem nostram profiteri, & agnoscere quàm sit nobis curta supellex, quàmque inibi lateant etiamnum reconditi sapientiæ & cognitionis thesauri. Optimè *Josephus Scaliger*, imitandam in talibus *Judæorum* modestiam, qui ubi in nodum vindice dignum inciderunt, hoc modo defunguntur, *Et liae solvet.*

IV. Tertio inter illa *δυσνόητα* ἢ *σπεκλάμενα* observare licet, quæ Scriptor exinde tradit de Christi Pontificatu & Sacerdotio; de functione ejusdem in cœlesti sacrario; de multiplici Legis defectu; de Veteris antiquatione Fœderis; de oppositione inter Veteris & Novi *ἐπαγγελίας*, *λατρυρίας*, *συναγῆς*, *προσφοραῖς*; de nondum patefactâ sub illo ad sacrarium viâ &c. Capitibus potissimum VII. VIII. IX. X. Hæc sanè istius modi, si ve res spectemus si ve verba, si ve doctrina si ve orationis genus excelsum & arduum, ut cum *ex se*, tum *ex accidenti*, hæreticorum nempe protervia, difficultatem pepererint semper maximam. Hinc οἱ ἐν πελαγοῦς *Petri* dubio procul tempore indignari, & dicam scribere *Paulo*, nec ferre legis in speciem contemptum. Hinc

Anomacorum illa colluvies legem arguere, criminari, usum omnem proscribere. Hinc sæpe *Patres* in Epistolâ enarrandâ, vel parciores, vel certe minùs felices. Hinc hodieque *Sociniani* variis ex locis propugnare discrimen essentiale utriusque fœderis; de Christi disputare Sacerdotio, ut mere figurato, analogiâ quâdam cum Levitico, ut in cœlis deinùm obeundo, ut vix à Regno distincto, nisi in quantum ibi principium *imperans*, hic *exequens* &c. Hinc *Pontificii* latebras hinc inde sacrificio suo missatico, aliisque id genus hypothesebus salvandis, sectari anxie; ne refricem aliorum ulcera.

V. Quartò accenseri iisdem possunt, quæ *evangelicæ*, & in speciem aliena à Veteri Testamento, passim exhibentur. V. g. ubi *Cap. 1.* ad *generationem* Christi trahit locum *Psal. 11. 7.* qui tamen vel de *adoptione* David ipsius, vel certe de *resurrectione* Christi, teste *Paulo Act. XIII. 33.* aut *constitutione in Pontificem Hebr. v. 5.* videatur intelligendus. Ubi hoc ipso Capite & sequenti loca quædam alia è veteri instrumento, Psalmis imprimis, cum citantur, tum applicantur, quæ videri possent non usque adeò cum verbis aut mente scriptoris consona. Ubi *Cap. 19. 4.* præter fidem historię, urnam & virgam Aharonis in arca Fœderis repositam, quemadmodum *vers. 19.* præter Moysi verba *Exod. XXIV. 8.* non populum tantum, sed & *librum*, & quidem cum *aqua, lana coccinea & hyssopo conspersum* memorat. Ut præteream quæ istius generis & *Judeis* fidem Epistolæ derogandi, & *Samosatenianis* ogganniendi, & *profanis* cavillandi, & multis, ipsi *Cajetano*, Epistolæ auctoritatem vertendi in controversiam, *ερεβλοῖς* sane omnibus, *Petro* teste, *ἡ ἀμαθία*, occasionem præbuere.

VI. Sed de his plus satis conciliandæ argumento nostro fidei. Nec excipiat aliquis, non minùs *δυσνόητο* in Paulinis aliis, de *Prædestinatione*, de *Anticristo*, de *Novissimis Temporibus* &c. contineri, quare infirmam esse vim argumenti. Fateor, Veteres de obscuritate Epistolæ ad *Romanos* aliquando conquestos. Fusiùs *Origenes* initio Commentariorum in Epistolam. Alii de perplexitate Epistolæ ad *Ephesios*. Unde Epistola illa *Ambrosii* ad *Irenæum*, quæ est xxxvii. Lib. v. Epist. At verò I. Non negamus esse etiam alibi quædam obscura & perplexa, ad quæ *Petrus* pariter respexerit; sed negamus eò respexisse *exclusivè* ad Epistolam ad *Hebræos*, vel respexisse *principaliter*, quod falsum esse probavimus supra. II. Supponitur gratis, imò pernegatur, eundem esse difficultatis gradum & modum in Paulinarum ullâ, qui in Epistolâ ad *Hebræos*; imò verò hujus nonnulla, *comparatè* præ cæteris, sunt quædam quasi Sibyllæ folia, & sacre Sphingis ænigmata, eminenter *δυσνόητο*, quanquam nec simpliciter, nec suâ naturâ talia, nec æqualiter omnibus, pro gradu luminis & mensurâ gratiæ. Denique si quis nolit, *necessaria* esse & *apodictica* hæc argumenta, per nos sane licuerit. Hactenus metam nostram fuerimus affecuti, si datum ea pressius quàm factum antè urgere, liberare ab exceptionibus variis & instantiis, foenerare subinde lucem dubiis quibusdam & obscuris, demonstrare suum illis inesse pondus idque maximum, explere fortè animum lectoris æqui & attentis, & viam sternere ad pleniorum fusiorumque, & quâ his ipsis lux major affluat, *ἀπόδειξι* deinceps instituendam.

CAPUT VI.

BREVARIUM.

Transitur ad Testimonium Veterum. Et primò Græca Antiquitatis. Universa Paulo Epistolam adscribit. Triginta & amplius Græcorum testimonia. Singula juxta seriem temporum & ætatum. Varia expenduntur, illustrantur. Hieronymi de Græcorum omnium consensu assertio. Exceptiones I. Cameronis discussæ, & enervatæ.

I. A testimonio divino ad humanum ex methodi nostræ instituto progredimur. Nosseque operæ

pretium, quid in hac causâ, *historica* sanè & *facti*, vel omnes, vel plerique, vel potiores auctoritate ac fide tradiderint. Imprimis convenit *πᾶσι τοῖς παλαιοῖς λόγοις* & τοῖς πῶ πρώτῳ ἢ Ἀποστόλων *Ἐπιτολῶν κατὰ τὴν φωνήν*. Adeoque replicanda Veterum monumenta, & explorandum, Paulone Epistolam acceptam tulerint? eumne Authorem prædicarint? qui omninò, qui secus? quæ cum Græcæ, tum Latinæ Ecclesiæ, juxta temporum ac sæculorum seriem, sententia fuerit? Prævivere ex parte *Baronii* ad A. C. LX. *Bellarminus* L. 1. de Verbo Dei C. XVII. ex nostris Commentatores varii. Neque tamen actum agimus, dum & auctoritates innumeræ prætermittæ, aliæ vel non expressæ satis, vel non excusæ, vel non eo, quo debuit, ordine digestæ. Hæc igitur molestia superanda, & dispiciendum; quid Græci senserint, quid Latini, quid denique *recentiores*; quæ *privata* singulorum, quæ aliquando *publica* Synodorum sententia, observatâ Scriptorum ætate & serie. Ex ipsismet verò fontibus, ipsis Patrum verbis, mens illorum indaganda, ne tam testimoniis credamus, ut olim *Hadrianus* ad Rufium Præconsulem, quam ipsis testibus auditis & examinatis.

II. In primâ ergò acie Græcos collocamus, qui communi suffragio *Paulo* adscribere Epistolam. *Justinus Philosophus*, qui & *Martyr*, celebratus sub Antonino Pio A. C. CL. nusquam sanè apertè Epistolam citat expresso Pauli nomine. At citat aliquoties eadem cum Paulinis aliis serie, ut ejusdem sanè auctoris. V. g. Libro *Ἐρωτήσεων ἡ Ἀποκρίσεων* ad Quæst. LXXI. tria citat loca conjunctim ex *Paulo*, tacito nomine, *Hebr. 1. 2. ἐπ' ἐσχάτων ἢ ἡμερῶν τῶν ἐλαλήσεν* &c. *1 Cor. x. 11. εἰς ἕς τὰ τέλη ἢ αἰῶνων κατήντησεν*. *Gal. IV. 4. ὅτι ἡ ἤλθε τὸ πλήρωμα ἢ χρόνου*. Quod si ipse hic liber controversus sit multis atque irreptitus, alibi etiam à *Justino* ex eadem Epistolâ citantur, quanquam *implicitè*, nec notato auctore, sed quod *Justino* familiare.

III. *Irenæus*, proximus ætati Apostolorum, Lugdunensis Episcopus, Polycarpi discipulus, *Justino* ferè æqualis, certè huic citatus Libro illo *Quæst. & Resp. Quæst. cxv.* passim Epistolam ad *Hebræos* ut *Canonicam* in subsidium vocat, auctore quanquam, suo sanè more, tacito. Ita Libro II. adversus Hæret. Cap. xv. citat verba *Hebr. 1. 3. faciens omnia verbo virtutis sue*. Lib. IV. Cap. XXI. adducit locum *Hebr. VIII. 8. 9. Ecce disponam Testamentum novum* &c. Lib. V. Cap. v. ex loco *Hebr. XI. 5. Quoniam quidem Enoch placens Deo, in quo placuit corpore translatus est*. Præterea *Eusebium Hist. Eccles. Lib. v. Cap. xxv.* ubi de scriptis *Irenæi*, meminisse dicit exertim, in scripto quodam variarum disquisitionum, *ἢ πρὸς Ἐβραῖους Ἐπιστολῆς, ἢ τὰ ἴνα ἐξ αὐτῆς ἠεθέρηται*. Excipiunt tamen potest illud *Stephani Tritheita*, apud *Photium in Biblioth. Cod. CCXXXII. ἰπλόλυτο ἢ ἐλελυται* πῶ πρὸς Ἐβραῖους Ἐπιστολῶν Παύλου ὅτι ἐκεῖνοι ἔνοι φασί. *Hippolytus & Irenæus Epistolam Pauli ad Hebræos illius esse negant.* Quâ verò fide id de *Irenæo* asserat *Tritheita*, docent alia ejusdem plura fabulosa, inepta, falsa; ut *Photius* illum etiam *ἀσεβείας ἢ ἀνομιείας* infimulet. Fortè quia *Hippolytus* (de quo infra) fertur *Irenæi* discipulus, apud *Photium* Cod. cxxi. Hinc à Magistro putavit hausisse *Hippolytum* suam, de alio quodam à *Paulo* Epistolæ scriptore, sententiam.

IV. *Clemens Alexandrinus*, *ερωμαῖος* dictus, clarus secundo adhuc sæculo, in *Stromatum* potissimum libris, utitur aliquoties Epistolæ testimoniis, sub nomine *Pauli*, & *divini Apostoli*. In libris *ὑποπλάσεων* apud *Eusebium* Hist. Eccles. Lib. VI. Cap. XIV. πῶ πρὸς Ἐβραῖους ἢ Ἐπιστολῶν Παύλου μὴ εἶναι φασί, γεγραφοῦν ἢ Ἐβραῖοις, Ἐβραϊκῆ φωνῆ, ἀπὸ τῆς Φιλομήως αὐτῶν μετεφωτισθέντων, ἐκδέναι τοῖς Ἑβραίοις. Epistolam verò ad *Hebræos* Pauli esse dixit; scriptam verò *Hebræis patrio sermone*, & à *Lucâ* summo studio translata, ut traderet Græcis. Addit *Clemens*, eodem loco, causas suppressi à *Paulo* nominis atque Apostolicæ dignitatis. Atque id jam antiquitus traditum refert, & creditum decessoribus. Citatur etiam ipse

ipse hic *Clementis* locus apud *Theodoretum* & *Oecumenium*, in *Argumento Epistola ad Hebræos*; Τίς ἡ τρέψα σὺν ἔθηκε τῷ ἰδίῳ ὀνομασίῳ Ἑβραίοις γραφῶν, κλήμης ἐν ταῖς ὑποτυπώσεσιν, λέγων ἕτως, &c. Quā verò ratione non apposuit nomen ad *Hebræos* scribens, optime *Clemens Alexandrinus* in libris ὑποτυπώσεων. Sive verò Græcè sive Hebraicè Paulum scripsisse dixerit *Clemens*, (de quo nos infra problemate,) hæcenus sanè de auctore contentit.

V. *Origenes*, *Clementis* discipulus & successor in Cathedralâ Catechetica, secundus post Apostolos Magister habitus, *Homil.* ix. in *Exod.* ex. recensione *Genebrardi*; *Præcipue tamen Apostolus Paulus de intelligentiâ tabernaculi quadam nobis prodit scientiâ excelsurâ indicia, dicit namque ad Hebræos scribens*, citatque locum *Hebr.* ix. 2. Sic passim in Commentariis, & περὶ ἀρχῶν *Lib.* i. *Cap.* ii. ex eadem Epistolâ quadam profert sub nomine *Apostoli Pauli*. In Fragmento *Origenis* περὶ ἀρχῶν, apud *Rufinum* *Tom.* ix. Operum *Hieronymi*; Unde sufficere existimo uno hoc *Pauli* testimonio debere nos uti, ex Epistolâ quam ad *Hebræos* scribit, in quâ ita ait &c. Sed idem fufius apud *Eusebium* *Hist. Eccles.* *Lib.* vi. *Cap.* xix. vel xi. Εγὼ ἡ ἀποφαινομένη εἶποιμι ἂν, ὅτι τὰ μὴ νοητά εἰς Ἄποστόλου εἰς, ἢ ἡ φερεται ἢ ἡ συνθεσις ἀπομνημονεύσαντος τινος τὰ Ἀποστολικὰ, ἢ ὡσαύτε ἡολογραφησῆναι τὰ εἰρημνία ὑπὸ ἡ διδασκάλου. Ego verò constanter dixero, sensus esse *Pauli*, probatur verò & constructionem verborum aliterius cuiusdam, conciones *Apostoli* in commentariis redigentis, & dictata *Magistri* describentis. Subjungit; Εἰ τις ἂν ἐκκλησία ἐχθ ταύτῳ τῷ Ἐπιστολῷ, ὡς *Paulus* αὐτῇ ἰδοικεῖται, ἢ ἴπτι τῆτω. Οὐ γὰρ εἰκὴ οἱ ἀρχαῖοι ἄνδρες *Paulus* αὐτῷ ἀφ᾽ ἑδεδωκασι. Si qua verò *Ecclesia* eam habet *Epistolam*, probet eam ut *Pauli*, vel hac ratione: Non enim temere *Veteres* eam *Pauli* esse tradiderunt. Addit tandem; τίς ἡ ὁ γράψας τῷ Ἐπιστολῷ, τὸ μὴ ἀληθές θεὸς οἶδεν. Ἡ ἡ εἰς ἡμῶς φθάσασα ἰσορία, ὑπὸ τινων μὴ λεγόντων ὅτι *Κλήμης* ὁ γονόμην Ἐπίσκοπος Ῥωμαίων ἐγραψε τῷ Ἐπιστολῷ, ὑπὸ ἴνων ἡ ὅτι *Lucas* &c. At qui scripserit *Epistolam*, certe *Deus* novit. Nos verò accepimus a quibusdam, *Clementem Romanorum Episcopum* scripsisse *Epistolam*, ab aliis *Lucam* &c. Ex quibus intelligimus, *Origenem* tum quidem materialiter & quoad res scriptas *Paulo* transcripsisse *Epistolam*, formaliter & quoad scriptionem uni ex *Apostolorum* discipulis. Interim tamen citat ubique ut *Paulinam*, pro *Paulinâ* haberi jubet, idque ἀπὸ ἀρχαίων ἀνδρῶν, adeoque jam à primâ *Apostolorum* ætate, traditum memorat.

VI. *Patres Concilii Laodiceni* (celebrati *Laodiceæ Phrygiæ Pacatianæ*, juxta *Baronium* decennio antè *Concilio Nicæno Oecumenico* i. de quo nos in *Ecll. Hist.* ad *Sec.* iv. *Cap.* xi.) nobilissimo illo *Canone* *LIV.* sive ultimo, inter τὰ κανονικὰ τῆς καίνης ἀσθῆνης, imò iuratur *Paulinas*, recensent *Epistolam* ad *Hebræos*. Ἐπιστολαὶ *Paulus* δεκαθίσατες, πρὸς Ῥωμαίους μία, πρὸς Κορινθίους &c. πρὸς Ἑβραίους μία. *Epistola Pauli* quatuordecim; ad *Romanos* una, ad *Corinthios* dua &c. ad *Hebræos* una. Cujus quidem *Concilii* *Canones* sanciti ac confirmati in *Concilio Oecumenico* VI. sive *Constantinopolitano* III. sub *Constantino Pogonato*, ut patet ex eisdem *Concilii* *Canone* Secundo.

VII. *Eusebius Casariensis Episcopus*, *Pamphili* cognomento, *Constantini Magni* temporibus illustris, quid de scriptore *Epistolæ* ad *Hebræos* censuerit, prodit *Hist. Ecclesiast.* *Lib.* iii. *Cap.* iii. τῆ ἡ *Paulus* προδῆλοι ἢ σαφῆς αἱ δεκαθίσατες (ἰπιστολαί.) *Pauli* verò testata & nota *Epistola* sunt quatuordecim. Eodem *Libro* *Cap.* xxxii. ubi agens de *Epistolâ* *Clementis Romani* ad *Corinthiorum Ecclesiam*, ἐν ἡ, inquit, τῆ πρὸς Ἑβραίους ποικίλα νοημάτῳ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ἡδὴ ἡ ἢ αὐτολεξεί ρητοῖς τινιν ἐξ αὐτῆς χρησάμενος, σαφῆσατο παρεῖναι, ὅτι μὴ νείον ὑπαίχεσθαι τὸ συγγραμμά. In quâ (sc. *Clementis* *Epistolâ*) dum sensus *Paulinus* ex *Epistolâ* ad *Hebræos* interserit, aliquando etiam eisdem *omnino* verbis utitur, aperitissime declarans antiquitatem scripti. Pergit; ὅτιν ἐικότως εἶδοξεν αὐτὸ, τοῖς λοιποῖς ἔγχα ἀλεχθῶσαι γραμμάσι; ἡ Ἀποστόλου. Unde merito *reli-*
Tom. II.

quis *Apostoli* scriptis annumerata videtur. Tandem; Ἑβραίοις γὰρ διὰ τῆς παλαιῆς γλώττης ἐγγραφῆς ἀμιληκότες ἡ *Paulus*, οἱ μὴ τῆς *Εὐαγγελιστῶν* *Lucam*, οἱ ἡ τῆς *Κλήμης* τῆτον αὐτὸν, ἐμμελεῖσαι λέγουσι τῷ γραφῶν, ὃ ἢ μᾶλλον εἶναι ἀν ἀληθές &c. Cum enim *Paulus* scripsisset *Hebræis* patrio sermone, alii quidem *Lucam Evangelistam*, alii *Clementem illum ipsum*, *Epistola* *Interpretem* dicunt. Quod etiam omnino est verisimilium &c. Atque constantissimam hanc fuisse *Eusebii*, *Arrianorum* aliâs partibus addictioris, sententiam, monet *Theodoretus* *Præfat. Comment.* in *Epist.* ad *Hebr.* Nam etiam *Eusebius divinisimi Pauli* hanc esse *Epistolam* confessus est, & veteres omnes hanc de ea sententiam habuisse asseruit. Idem *Gobartus* apud *Photium* *Cod.* ccxxxii. εὐθέσις ἢ πολὺς ἀμ. τῆ θεοφάρον παλιέρον ὀμιλλοῦ τὰς ἀμ. οὐσαρθεμῆσι ταύτῳ ἰπιστολαίς, sc. ἡ *Paulus*. *Eusebius* & multa *Veterum Patrum* iuxta hanc *Epistolam Paulinâ* alii accensent.

VIII. *Alexander*, *Episcopus Alexandriæ*, quique primus *Arrium Presbyterum* exauctoravit, *Epistolâ* ad *σολυλεύγους*, paulo ante *Nicænam Synodum* datâ, quæ extat apud *Socratem* *Histor.* *Eccles.* *Lib.* i. *Cap.* iii. citat *Epistolam* ad *Hebræos*, sub nomine *Pauli Apostoli*. Ἀλλὰ ὡς Ἀπόστολος, Ἰησὺς Χριστὸς χθές ἢ σήμερον ὁ αὐτὸς ἢ εἰς τὸς αἰῶνας. Sed sicut *Apostolus*, *Jesus Christus* heri & hodie idem ipse. Qui locus est ad *Hebr.* xiii. 8.

IX. *Patres Concilii Nicæni Oecumenici* I. coacti anno *Christiano* cccxxv. dicuntur *Hieronymo* *Præfat.* cxi. in *Juditham* *Tomo* iii. *Scripturarum Canonicarum numerum computasse*. Quod si verum est, extrâ omnem controversiam fuerit, *Epistolam* ad *Hebræos* *Paulinis* annumeratam. Quando ea tum communis *Orientalium* sententia, & ex *Nicænis* *Patribus Athanasius*, publicâ *Constantis* autoritate *Scripturæ* *Synopsin* texens, *Paulinarum* *Catalogo* *Epist.* ad *Hebræos* inseruit. Non recessurus sanè à *Nicænorum* mente atque decreto. Quando etiam horum fuit tueri eandem ac vindicare adversus *Arrianorum* insultus, *Paulo* *Epistolam* derogantium. Ita etiam *Baronius* ad *Annum* *Christi* *LX.* *Num.* *XLIX.* Sic *Autor* *Commentariorum* in *Damascenum* *Lib.* iv. *Cap.* xviii. Quomodo in *sacrosanctâ Nicænâ Synodo* *Ecclesia* *universa* eam recepit, tanquam ab *Apostolo* *Paulo* scriptam, ipsamque talem haberi debere sanxit ac decrevit.

X. *Athanasius*, *Archiepiscopus Alexandrinus*, tot *Arrianorum* telis sub *Constantino* & *Successoribus* impetitus, in *Synopsi* *Script.* *S.* *Lib.* viii. *Tom.* ii. *Epistolam* ad *Hebræos* ex *Paulinis* decimam facit, ibidemque statuit causam exaratæ *Epistolæ*; γραφῆς πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, γραφεῖ λοιπὸν ἢ πᾶσι τοῖς ἐκ πῆστομῆς πισθίσασιν Ἑβραίοις &c. postquam scripsisset *Gentibus* omnibus, tandem ex omnibus iis scribit ex *circumcisione* *Hebræis* qui crediderant &c. Alibi *Dialogo* I. de *S. Trinitate*, ad instantiam *Anomœi*, urgentis *Pauli* *Epistolam* ad *Hebræos* σὺν ἐκκλησιαστικῶν, (i. e. *δοκρυπτῶν*, de quibus vocibus e-rudite *Scaliger* *Animadvers.* *Euteb.* ad *A.* *MDLXXXIV.*) in hæc verba respondet; Ἀφ' ἡ καθηγγέλη τὸ *Εὐαγγέλιον* *Χριστῶ*, *Paulus* εἶναι πεπισθῆναι ἢ *Ἐπιστολῆ*, ἢ μετ' αὐτῆς εἰσιν ἰπιστολαί ἰδ αἱ πᾶσαι τῆ *Paulus*. A quo annunciari cœpium *Evangelium* *Christi*, *Pauli* credita fuit hac *Epistola*, cum quâ sunt *Pauli* *Epistola* in *universum* quatuordecim. Ibidem; ὅτι δὲ αὐτῆ εἰσιν ἡ ἰπιστολῆ, φανερόν ἐστι ἢ ἀπὸ τῆ τέ-λας τῆς *Ἐπιστολῆς*, μέμνηται γὰρ ἢ *τιμοθέως*, λέγων &c. Quod verò *Pauli* sit hac *Epistola*, vel ex fine ejusdem liquet, meminist enim *Timothei*, dicens &c. Ita causam reddit ibidem *Athanasius* prætermitti nominis *Paulini*, à præconcepto *Judæorum* odio. Ita frequentissimè ex eadem tanquam *Pauli* petit argumenta adversus *Arianos*, imprimis in *Orationibus* *Tomo* i. Operum.

XI. *Ephraem*, natus *Edesiæ* *Syrorum*, *Ecclesiæ* ejusdem *Diaconus*, alius ab illo de quo *Phorinus* *Biblioth.* p. 774. dicitur *Nyseno* ὁ νοητὸς τῆς *Εκκλησίας* *Εὐφράτης*, ἢ *πολυφρε* τῆ *θεῆ* ἀμπελ, ὁ καλὸς ἢ πιστὸς εἰκονόμος τῆς *χάριτος*, φέγγ τῆ *βίβ* ἢ τῆς *θεωρίας*, εἰς πᾶσαν τὴν γλῶσσαν ἐλάμψαν &c. clarus sub *Juliano*, *Epistolam* *Paulo* perpetuò tribuit, & citat frequentius tribus quos habemus
N

bemus operum Tomis. Modo *Paulum*, modò *Apostolum* ἰξόχως vocat, v. g. citaturus locum *Hebr.* iv. 12. *Idemque alio in loco Paulus, Vivus sermo Dei.*

XII. *Didymus Alexandrinus*, præceptor Hieronymi, familiaris Athanasio, captus oculis, sed oculos habens sponse de *Cantico Cantico*, inquit Hieronymus, Libro de Spir. S. in fine Tomi vi. Operum Hieronymi; *Paulus in Epistolâ quam ad Hebræos scribit &c.* Unde & *Apostolus in Epistolâ quam ad Hebræos scripsit, &c.*

XIII. *Cyrillus, Hierosolymorum* Episcopus, Præses Constantinopolitani I. Oecumenici, mortuus sub Theodosio, Catechesi iv. catalogum contexens Canonicorum utriusque Testamenti, speciatim τῆς καινῆς Διαθήκης: Πάυλος, inquit, Ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες, *Pauli Epistola quatuordecim.*

XIV. *Gregorius, Nyssa* in Cappadociâ Episcopus, Basilii frater natu maximus, sub Valente Ariano civitate pulsus, Eunomii adversarius, pro Paulo autore similiter pronunciat, Epistolam sub hoc nomine frequentissime citat, ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὁ Παῦλος Ἐβραίου Ἰπιδέμων, ὁ Ἀπόστολος &c.

XV. *Basilus, Cæsariensis* Cappadociæ Episcopus, vir ἐπιλογιμώτατος, coævus Athanasio, florens sub Valente, Epistolâ ad Gregorium fratrem Episcopum Nyssenum, quæ est *XLIII.* Tom. III. agens περὶ Διαφορῆς ἰσίας καὶ ἰσποσύσεως, & de sensu loci *Hebr.* i. 3. quo Christus dicitur ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χάρακτης &c. vocat hoc ipsum τὴν ἑξ ἁποστόλων γραφὴν, *scripturam Apostolicam*, & ἁποστολικὸν λόγον, *dictum Apostolicum*; citatque ut alias ejusdem Apostoli voces, locum *Colos.* ii. 15. Sic alibi varia ex Epistolâ ad Hebræos ut Paulinâ in medium profert, imprimis operum Tomo i. & ii.

XVI. *Gregorius, Episcopus Nazianzenus*, proximus Basilio ob arctiorem cum eo necessitudinem, clarus sub Valentiniano & Theodosio, Carminibus περὶ τῆς γνησίον βιβλίον τῆς θεοπνεύτου γραφῆς, post enumeratos Evangeliorum libros, & Actus Apostolicos, subjungit; *Δεκα ἡ Παύλος τέσσαρες τῆς Ἐπιστολαί, Pauli verò Epistola quatuordecim.* Multus etiam est in citandâ Epistolâ, implicitè quanquam, & suppresso plerumque, Oratorum & Poëtarum sæpe more, scripserit Authoris nomine.

XVII. *Amphilochius*, Iconii Lycaoniæ Episcopus, prioribus σύγχρονος & pari cum iis loco habitus Hieronymo, Carminibus ad *Seleucum* de legendis scripturæ libris, post enumeratas Paulinas alias;

Due ad Timotheum, ad Titum & Philemona

Ad singulos una, & ad Hebræos itidem.

Qua verò ad Hebræos, notha esse dicitur

Plerisque, sed malè; nam germana gratia est.

XVIII. *Epiphanius*, Contantix Cypri Episcopus, itidem sub Valentiniano Valente & Gratiano Principibus clarus, magnis Chrysostomum inimicitis, Origenis verò manes implacabili odio persecutus, in *Panario* Hæc. XLII. contra *Marcionitas* ubi de ordine Epistolæ Pauli ad Philemonem. *Apud ipsum* (nempe Marcionem) *habetur nona, apud Apostolum verò ultima est. Verum in quibusdam exemplaribus decima tertia est, ante eam que ad Hebræos scripta est, locata. Alia verò exemplaria habent eam que ad Hebræos scripta est decimam, ante duas ad Timotheum, & ad Titum, & ad Philemonem.* Hæref. LV. contra Melchisedecianos; *Ceterum de ipso Melchizedec dicunt, quod sit sine Patre, sine matre, sine prosapia, ex Epistolâ Pauli ad Hebræos id ipsum comprobare volentes.* Ibidem; *Spiritualiter non intelligentes ea que à sancto Apostolo in Epistolâ ad Hebræos dicta sunt.* Eundem Paulum Epistolæ authorem facit Hæref. LXVII. Hieracitarum, & Hæref. LXIX. contra Ἀρριόμανάντας, *asserentes ipsam Pauli non esse;* & alibi passim. Imò verò talem creditum jam olim ab ipsis hæreticis, profligatissimâ fane *Ebionitarum* familiâ, haud obscurè notat Hæc. xxx. contra Ebionæos; Paulum enim hi traducebant, quasi ex quodam in Hebræos odio ob negatam sibi filiam sacerdotis scripserit contra Legem & ceremonias, quod etiam de Epistolâ ad Hebræos videtur accipiendum. Imò ne ipse

Marcion, si fides *Epiphanius* Hæc. XLII. Epistolam reject, ut non Pauli, sed ut cum Paulinis quibusdam aliis adulteratam; *Item prima & secunda ad Timotheum, & ad Titum, & ejus que est ad Hebræos, qua feruntur apud ipsum, velut que non plena sint, sed adulterata.*

XIX. *Theophilus*, Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus; socius Epiphanius in causâ Origenis contra Chrysostomum, quique cum Hieronymo commutavit literas, Epistolâ Paschali primâ; *Paulo eadem nobiscum predicante, Jesum Christus veri, & hodie &c.* *Hebr.* XIII. 8. Epistolâ tertiâ sub nomine *Pauli Apostoli* citat locum *Hebr.* XIII. 7. ὡς ἀναβαρύντες τὴν ἔκθεσιν τῆς ἀναστροφῆς.

XX. *Johannes*, Episcopus Constantinopolitanus, *Chrysostomi* elogio insignitus, Eudoxiæ impotentiâ, Epiphanius & Theophili injuriis ad extremum lacessitus, commentatus est in Epistolam ad Hebræos ut Paulinam, Paulo perpetuò vendicat, & in Præfatione fusiùs disquirat, qui Gentium quum esset Apostolus ad Hebræos scripserit. *Commentariorum in N. T.* Tomo vi. inter alia; *πῶς οὐκ ἂν ἐπέσειε τούτοις, ὡς ἐν τῷ ἀνάθεμα ἡμεῶν ἤθελε, ἄλλ' ἔτετο ἰλεγε, γινώσκετε τὸ ἀδελφὸν Τιμοθέον &c.* *Quomodo non ad eos scripserit pro quibus & anathema fieri aliquando voluit; idcirco dixit, cognoscite fratrem Timotheum &c.*

XXI. In Actis Concilii Ephesini, instituti Anno Domini ccccxxxi. sub auspiciis Theodosii Junioris, *Parte I.* quæ est Tomo. II. *Concil. General.* inter Paulinas recensetur Epistola ad Hebræos, ex quâ eadem cum Epistolis aliis serie confirmantur articuli, 1. ὅτι θεὸς ὁ χριστός, ἰνώσει &c. 2. ὅτι ζωὴ καὶ ζωοποιὸς ὁ χριστός, καὶ ὅτι ὁ χριστὸς θάνατος τῷ κόσμῳ σῶτηρ &c.

XXII. *Proclus*, Episcopus Cyzici, Homiliâ eis τὴν ἐνανδραπένησιν ἑκείνῃ, habitâ contra Nestorium, ante Concilium Ephesinum; *πῶς αὐτὸς ἀπᾶντῃ ἢ ἀμῆντῃ ἢ τῷ Παύλῳ, Quomodo ipse sine patre, sine matre, secundum Paulum?* innuens locum ad Hebræos Cap. vii. 3.

XXIII. *Isidorus Pelusiota*, Chrysostomi discipulus, clarus temporibus Concilii Ephesini, sub Theodosio juniore, Libro i. Epistolarum Epist. xciv. in locum *Hebr.* iv. 13. ἡ γυνὴ καὶ τελεωχρησμένη τῷ πολυφρονί γέγραπται Παύλῳ, *ut scriptum est sapientissimo Paulo.* Libro II. Epist. LVIII. citaturus locum *Hebr.* i. 3. de Christo effulgentia gloriæ &c. caractere Personæ Patris; *ταῦτα ἐνοήσας ὁ θεοπέσιτος Παῦλος, καὶ ὡς ἐνδὸς γενόμενος. Hac animadvertens divinus ille Paulus, & quasi numine afflatus &c.* Sic alibi passim.

XXIV. *Cyrillus*, Episcopus Alexandrinus, Præses Concilii Ephesini, Epistolam ad Hebræos ubique Paulo transcribit. Ita *Theodoro* de Sancta Trinit. λόγῳ κ. citat locum *Hebr.* ix. 24. his verbis, ὁ Παῦλος ἠπέσπελλον φησὶν, *Paulus in Epistolâ scribens dicit.* Sic locum adducturus *Hebr.* i. 1. 2. 3. Παῦλος Ἐβραίου Διαλεγόμενος, καὶ μὴ πολλῆς κάρρησις, &c. *Paulus ad Hebræos differens, & multa quidem cum dicendi libertate.* Alibi, *γνωσόμεθα Παύλου λέγοντος, Paulum dicentem audiamus, & subjungit locum Hebr. II. 1.* Ita Assertionem xxxv. ὁ Παῦλος, ζῶν ἢ ὁ λόγος ἢ θεὸς, καὶ ἐνεργὸς &c. *Paulus, Vivens enim est sermo Dei & efficax Hebr. IV. 12.* Plura passim in *Dialogis.*

XXV. *Theodoretus*, Episcopus Cyri, cum Cyrillo aliquando commissus, præfens in utroque Oecumenico Ephesino & Chalcedonensi, in Argumento Epistolæ ad Hebræos quod Commentario in eandem Epistolam præfixit, ex Latinâ recensione Coloniensi taxatis primam Arianis ob Epistolæ contemptum hæc subjungit; *Ex quo literarum Apostolicarum fuerunt Ecclesia participes, ex illo etiam Epistola ad Hebræos utilitatem percipiunt.* Addit causas, tum rejectæ ab hæreticis Epistolæ, tum taciti à Paulo nominis & Apostolatus, ut qui Gentium non Hebræorum esset Apostolus. Idem *Theodoretus* alio Argumento, si modò Theodoretus est, quod extat apud *Oecumenium* Comment. in hanc Epistolam, solvit pluribus quæstionem, ἵνα ἐνεκεν, Ἀπόστολος ὑπάρχων ὁ Παῦλος πρὸς τὴν ἑθνη, Ἐβραίου ἠπέσπελον; *Unde Paulus, Gentium sanè Apostolus, ad Hebræos scribat?*

XXVI. *Es-*

XXVI. Eulogius, Archiepiscopus Alexandrinus, florens sub Martiano Imperatore, medio quinto sæculo, ut ex Photii Bibliothecâ in Excerptis Eulogianis Cod. ccxxx. Lib. II. contra Novatianos, apud eundem Photium Cod. ccxxx. respondens objectioni Novatianorum ex loco Hebr. vi. 4. x. 24. Προφίρουν οὐ δὲ τὸν Νουάτιον τὸ Ἀποστολικὸν ῥηθὲν, τὸ φάσκον, τὰς ἀπαξ φησὶν ἔχειν &c. Proferunt Novatiani dictum Apostoli, docens, Impossibile &c. De eodem loco; φησὶν ὁ Θεοπέσιος παῦλος, dicit dicitur Paulus; οὕτως οὖν ἀφίησι τὴν τοιαύτην στοιχειώδη διδασκαλίαν ὁ Παῦλος, καὶ ὅτι τὴν τελευταίαν ἐρχεται, sic ergo omittit elementarem illam doctrinam Paulum, & ad perfectionem venit. Sic alia citaturus loca ex eodem Epistolio, λέγει ὁ Ἀπόστολος, ὡς αὐτὸς ὁ Ἀπόστολος φησὶ.

XXVII. Jobius Monachus, Primasio, Cassiodoro; aliisque Latinæ Ecclesiæ scriptoribus σύγγραφοι, Commentario cui titulum fecit, οἰκονομικῆς προνομιᾶς, sive de Redemptionis mysterio, Libro IX. καὶ τὸ ἅγιον παῦλον, ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας καὶ ζωῆς, καὶ ἐκείνη χειροποιῆσα ἅγια εἰσῆλθεν &c. Nam secundum Beatum Paulum, &c. adducitque loca Hebr. x. 24. ix. 24. vi. 20: Videatur Photii Biblioth. Cod. ccxxii. p. 651. editionis Pauli Stephani.

XXVIII. Johannes Damascenus, Monachus & Prefbyter, juxta quosdam Theodosio Magister Epistolarum, revera aliquot sæculis junior, & Leonis demum Isauri temporibus clarus octavo sæculo, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα Lib. IV. Cap. xviii. recensens Novi Testamenti Libros, Epistolam hanc reliquis Paulinis accenset; Παῦλος Ἀπόστολος Ἐπιστολῶν δεκατέσσαρες, Pauli Apostoli Epistola quatuordecim. Passim citat, sub nomine Pauli, & Apostoli.

XXIX. Theodorus, cognomento Studites, clarus sub Constantino Copronymo & successoribus sub finem octavi & initia noni sæculi, familiaris Nicephoro Patriarchæ, in Sermonibus Catecheticis aliquoties profert loca Epistolæ, sub nomine Apostoli.

XXX. Nicephorus, Patriarcha Constantinopolitanus, author τῆς χρονολογίας, idem aliis cum Nicephoro illo Iconolatrâ fede Patriarchali pulso sub Leone Armenio, scriptore ἱστορικῆς συντομῆς, aliis merito nonnihil junior, in illâ suâ Chronographiâ, à Scaligero insertâ Chronico Eusebiano, refert inter scripta N. T. τὰ ἐκκλησιαστικὰ βιβλία, καὶ κακωνομιᾶς, παῦλος ἐπιστολὰς id. Pauli Epistolas quatuordecim.

XXXI. Photius, Patriarcha itidem Constantinopol. clarus medio nono seculo sub Michaële III. & Basilio Imperatoribus, cum Nicolao Papa mutua vibrans anathemata, quid de authore Epistolæ ad Hebræos sentiat, prodit aliquoties in μεμεβηλω. Imprimis Codice XLVIII. & cxxi. ubi de Caio & Hippolyto Epistolam Paulo negantibus; quod ut novum & à veritate alienum memorat, refertque id inter alia τὴν ἀκριβοῦς λεπτομέρεια.

XXXII. Oecumenius, posterioris quidem sed nec adeo certæ ætatis, Commentario in Epist. ad Hebræos passim eam Paulo adscribit. Imprimis in triplici ἐπιτομῆς seu argumento Epistolæ in limine præfixo. Quorum primum depromptum ex Athanasio in Synopsis; alterum inscriptum Theodoro, de quo supra; tertium pluribus & urgentissimis rationibus evincit esse Paulinam. Et quidem primò respondet objectionibus, quæ petuntur à diversitate styli; aut à nomine non præfixo: secundo θεληῶς Pauli esse Epistolam probat, μαρτυρεῖται ὅτι καὶ ἐν τοῖς ἐξῆς ἡ Ἐπιστολὴ ὑπογράφεται Παύλου, 1. τῷ γράφον, ὅτι καὶ τοῖς δεσμοῖς με συνεπαθήσατε, 2. καὶ ἐκ τῆς λέγειν, πλείστορον εὐχεσθε, ἵνα ἔρχομαι ὑποκαταστάθῃ ὑμῖν, 3. καὶ ἐκ τῆς λέγειν, γινώσκετε τὸ ἀδελφὸν ἡμῶν Τιμόθεον ὑπολειψόμενον &c. Ubi triplici argumento ex ipsâ Epistolâ mutuato probari dicit, quod sit Pauli. 1. dum scribit, παρὰ τοῦ δεσμοῦ μου ἐκπέμπω τὸν ἀδελφόν μου Τιμόθεον; 2. dum dicit, Ὁρατε ἀπλῆς, καὶ ἐὰν οὐκ ἔσται ἡμεῖς ἔσται ὑμῖν ὁμοῦς; 3. dum dicit, στείλατε τὸν ἀδελφόν μου Τιμόθεον ὑμῖν, ὅτι ἐκείνός ἐστιν ἀδελφός μου καὶ ἡμεῖς ὁμοῦς ἔσμεν. Ibidem; Πολυλά τὸ ἐκ τῆς ἀποστολῆς ἡμῖν αὐτῶν τυγχάνειν ἐπιστολῶν, ὡς ἐκ τῆς ἀποστολῆς αὐτῆς ἀκριβοῦς διδασκῆ. Multa etiam alia præ-

ferunt facium illum esse Epistolam, ut & lectio ipsa sequens docebit.

XXXIII. Theophylactus, Archiepiscopus Bulgariæ, undecimo jam sæculo, Græcorum Patrum novissimus; Commentario in Epistolam acerrimum se receptæ sententiæ defensorem profitetur. In Præfatione, postquam Paulum Hebræis invisum fuisse monuit, imò nec quidem gratiâ valuisse apud conversos Hebræorum, annectit rationes quæ ipsum nihilominus ad scribendum impulerunt, easdem sanè cum rationibus Chrysostomi, & aliorum; ὡς αὐτὸς ἐκ τῆς ἐπιτομῆς βαπτίζων, ἐκείνους ὅμοιους, ἕτοιμα & ἑσθλαῖς ἐκ πειρασίας (alii ἐκ πειρασίου) ἐπιστάται. Σφόδρα αὐτῶν ἐκείνους, ὑπὲρ ὧν ἀνδραγαθὸν ἐκείνους ἔκρυψε. Quomodo non incumberet illi munus baptizandi, baptizabat tamen, sic & Hebræis ex abundanti charitate scribit. Summo opere sane de illis sollicitus, pro quibus & anathema fieri exortavit. Subjungit tempus exarata Epistolæ, facitque saltem vetustiorum posteriori ad Timotheum.

XXXIV. Tandem subnectimus Græcorum Codicum plerorumque & antiquissimorum fidem. Quorum constantis inscriptio est; τὸ ἅγιον παῦλος, vel παῦλος ἡ Ἀποστολὴ, ἢ πρὸς ἑβραῖους ἐπιστολή. Beza sub initium annotationum; Ita scriptum invenimus in omnibus nostris Codicibus, uno tantum excepto, in quo duntaxat scriptum erat, πρὸς ἑβραῖους. Idem codices R. Stephano in recensione suâ N. T. usurpati. Cujus quanquam inscriptionis originem non ab ipso Paulo derivemus, & antiqua fuerit, & Græcorum in eo consensus argumentum. Syrus simpliciter, Ἐπιστολὴ ἡμῶν ἑβραῖοις. Sed inscriptionis illa ratio communis aliis Epistolis quoad Syrum Interpretem, neque Pauli nomen hic tacitum magis, quàm in inscriptione Epistolæ ad Galatas, Ephesios, &c.

XXXV. Atque ita perpetuâ serie intelligimus, quanti Orientalis Ecclesiæ, jam inde à primis temporibus, Epistolam fecerit; ut Paulo transcripserit; ut eidem constantissimè vindicârit; ut controversias de illius sive Authore sive Autoritate in Hæreticorum rejecerit pertinaciam; ut traditionem de scriptore Paulo inde ab Apostolorum filiis derivârit; ut denique nullus ex magna illa turba Patrum scus vel scripserit vel sententiam ferit, quantum ex illorum scriptis assequimur. Unde Hieronymus Epist. cxxix. ad Dardanum. Illud nostrum dicendum est, hanc Epistolam, que inscribitur ad Hebræos, non solum ab Ecclesiis Orientis, sed ab omnibus retro Ecclesiis, & Græci sermonis scriptoribus, quasi Pauli Apostoli suscipi. Ad quem locum Erasmus, pertinacissimus alias oppositæ sententiæ vindex, ne ausus quidem hiscere.

XXXVI. Ausus id tamen J. Camero, qui Græcorum in eo consensum gemina exceptione sollicitandum censuit. Prima est; consensum illum non esse universum, dubitasse enim Eusebium, an sit Pauli, & in eam rem citare Clementem Alexandrinum. Sic ille Quæst. II. in Epist. ad Hebræos. Quæ sanè miramur excidisse Cameronii I. Dubitasse ipsum Eusebium, ne licuit quidem suspicari. Nec sinunt, quæ ex Eusebio supra §. vi. adduximus in medium, quæ item ex Theodoro, & Gobaro; II. Citasse in eam rem Clementem Alexandrinum, somniavit Vir eruditus. Sanè de Clementis τῶν γραμμάτων scriptis agens, sistit eum pro Paulo authore sentientem. Hujusque eum sententiæ vindicem atque assertorem facit eximium. Neque tamen ut sibi, aut Clementis decessoribus, aut Græco ulli scriptori dubiæ & controversæ. III. Fortè ad locum illum Eusebii respexit Vir cætera Doctissimus, quo Epistolam ad Hebræos refert inter ἀντιλεγόμενας γραφὰς Hist. Eccles. Lib. VI. Cap. XI. Attendens sanè non suam, non ullius Græci, sed Latinorum quorundam, ac Romanæ praxin Ecclesiæ, notatam illi antè Lib. III. Cap. III.

XXXVII. Altera Cameronii exceptio est; Primum omnium, qui Epistolam Paulo Apostolo adscribit, fuisse Clementem Alexandrinum. Sed rationes quibus impulsus fuit, ut eam Paulo attribueret, vanas esse & frivolâs, ejusque te-

stimonium non debere esse magni momenti. Imò verò vana, & frivola, nullius adeò momenti Cameronis assertio. Neque hæc jam ex tripode, quin potius ex plaustrò. I. *Clemente antiquiores, Irenæus, Justinus,* quorum jam antè exploravimus mentem, ut nihil jam de Arcopagitâ. Antiquior toto sæculo *Clemens Romanus,* quem mox adstipulantem intelligemus. II. Nec dubium quin si plura ad feram hanc posteritatem, vel *Dionysii,* vel *Polycarpi,* vel *Ignatii,* vel *Justini,* vel primorum Orientalis Ecclesiæ Antistitum promanassent monumenta, his solis testibus ac iudicibus hoc quicquid est controversiæ decisum foret. III. Quin ipse *Clemens* apud *Eusebium* Lib. vi. Cap. xi. vel xiv. à majoribus hæc sua accessit; ἤδη δὲ οἱ ὁ μακάριος ἔλεγε πρεσβύτερος &c. *jam verò sicut beatus quidam presbyter dicebat,* nempe quâ de causâ non se *Paulus* Hebræorum inscripserit Apostolum. Sic *Origenes,* *Clementi* proximus, *Paulum* authorem traditum, ὡπὸ τῶν ἀρχαίων ἀνδρῶν. Sic *Athanasium,* ἀπὸ τῆς Εὐαγγελίου κατήχησται. Sic *Hieronymus,* ab omnibus *Græci sermonis scriptoribus.* IV. Rationes, quibus impulsus, ne eam *Paulo* attribueret, *Clemens* nullas profert. Tantùm abest ut vana sint & frivola. Habet sanè quâdam nec contemnendas, cur Epistolam *Hebraicè* scriptam credat, cur etiam *Pauli Apostoli* nomen prætermisum. At *Paulum* ipsum esse auctorem, quocumque tandem idiomate scripserit, non tam probat quàm supponit. V. *Clementis* testimonium non debere esse magni momenti, in quibusdam fateor. Quando aut *Legem* per se *Judæis,* aut *Philosophiam* Ethnicis salutarem facit; quando *Paulum* ad *Sybillarum* & *Hydaspis* provocantem oracula suoque calculo comprobantem introducit; quando nimia quadam facilitate ὑπόκριμα & ψευδοπερίγραφα varia, verè ἀνθεκτικὰ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, nobis obtrufit; quando magno ipsi in pretio *Euangelia* *Ægyptiorum* & *Hebræorum,* *Conciones Petri* & *Pauli,* *Traditiones Matthiæ,* *Epistola Barnabæ,* &c. At nullius esse momenti in aliis, v. g. quando de Epistolâ ad *Hebræos* cum *Græca* omni antiquitate; quando de *Catholicâ* *Judæ,* &c. benè sentit, gratis & frustra *Cameron.* VI. Denique, quâ hic asseruit fide, ante *Hieronymum* *Latinorum* neminem affirmasse eam esse *Pauli Apostoli,* eadem neminem *Græcorum* ante *Clementem.* Prius enim, quod ex *Erasmo* & paucis aliis *Camero* dicerat, jam jam imus destructum.

CAPUT VII.

B R E V I A R I U M.

Latinorum testimonia. Causa accuratioris indaginis. Qui Paulo Epistolam tribuere. Citantur inde à Clemente Romano, ad ætatem Scholasticorum. Sexaginta ferè Scriptores pro Paulo adducti. Series temporum in citatione observata. Subinde quedam vel notata vel illustrata.

I. **D**E *Græcis* hætenus. Superest *Latinorum* Patrum de hac lite sententia. Eò accuratius seposito partium studio exploranda, quod diversum sentire visi ab *Ecclesijs* *Orientis.* De *Romanâ* Ecclesia *Eusebium* *Hist. Libr. iii. Cap. iii.* Ὅτι γὰρ μὴ ἴδως ἡβελήκασι τὴν πρὸς τὸν Ἑβραῖον, πρὸς τὸν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν, ὅς μὴ Πάυλος ἦσαν αὐτῶν, ἀντιλήγεσθαι φησὶν οὐ δίκαιον αἰγνοεῖν. Quòd verò quidam Epistola ad *Hebræos* derogarint, dicentes eidem ab *Ecclesiâ* *Romanâ,* tanquam que *Pauli* non sit, contradici, in obscurò relinquere minimè consentaneum est. *Hieronymus* *Catalogo* *Script. Ecclesiast. in* *Caiso,* *Romanæ* urbis *Episcopo,* *Epistolas* quoque *Pauli* *tredecim* tantùm enumerans, *decimam* *quartam,* que fertur ad *Hebræos,* dicit non ejus esse. Sed & apud *Romanos* usque hodie, quasi *Pauli* *Apostoli* non habetur. Simile quid habet *Epist. cxxix.* ad *Dardanum;* Quòd si eam *Latinorum* consuetudo non recipit inter *Scripturas* *Canonicas,* nec *Græcorum* quidem *Ecclesiâ* *Apocalypsim* *Johannis* &c. Idem de *Latinis* alii, ut videbitur infra, tradidèrc. Agedùm ergò, primò per singulas *Latinorum* Patrum ætates mentem illorum in-

dagemus, citatis perpetua serie inde à *Clemente Romano* ad ætatem *Scholasticorum,* qui *Paulinam* creditè. Deinceps mortæ ex *Eusebio* & *Hieronymo* instantiæ, alia quamvis à *Baronio* fide, occurrunt.

II. *Clemens Romanus,* *Apostolis* coævus, de quo secundùm *Hieronymum* *Paulus* ad *Philippenses* *Cap. iv. 3:* in Epistolâ quam ad *Corinthios* ex personâ *Romanæ* *Ecclesiæ* scripsisse fertur, quàmque *Eusebium* ἀνωμαλογημένω πρὸς πᾶσιν *Hist. Lib. iii. Cap. xxxii.* Epistolam ad *Hebræos* aliquoties citat, & quoad sensum, & quoad verba. Ita *Eusebium* loco superiori capite allegato §. vii. Ita *Hieronymus* in *Clemente:* Sed & multis de eadem Epistolâ non solum sensibus, sed juxta verborum quoque ordinem abutitur. Jam sanè, si Epistola *Clemente* anterior, si *Clementi* citata, si in *Canonicis* eidem habitata, cui nisi *Paulo* ex *Apostolorum* choro tribuenda? De *Clemente* idem affirmat *Gobarnus* apud *Photium* *Cod. ccxxii. Κλήμης μὲντοι ἔλυσε τὸν ἔλεγον &c. ταῖς ἀρχαῖς (Παύλου) ὑναριθμησὶ ταύτων Ἐπιστολαῖς.* De *Clemente Romano* sermonem esse, constat ex verbis annexis; ἡ φασὶν αὐτῶν ἐκ τῆς Ἑβραϊδος μετέφρασαι τὸ εἰρημένον Κλήμειντα, & dicunt ab eodem *Clemente* ex *Hebræo* sermone in *Græcum* fuisse translata. Quòd *Clementi Romano* à *Veteribus* tributum. Huc faciunt omnia illa *Clementis Alexandrini,* *Origenis,* *Eusebii,* aliorum testimonia, de *Clemente* Epistolæ, non scriptore sed *Interprete.* Quo ipso inter *Paulinâ* à *Clemente* innuunt fuisse exceptam. Ex quâ etiam translationis famâ, nata opinio de *Clemente* ipso auctore Epistolæ. Quòd si illorum obtineret sententia, qui *Lxxxv.* *Canones* *Apostolicos* à *Clemente* collectos arbitrantur, (*Gelasio* pridem, *Gratiano,* & *Trullanâ* *Synodo* reluctantis,) sanè *Canone* *Lxxxv.* inter libros *N. T.* recensentur *Παύλου* *Ἐπιστολαὶ* *δεκατέσσαρες, Pauli* *Epistola* *quatuordecim.* Quanquam nec hic *Canon* genuinus est cordationibus ex *Pontificiis;* ob expunctam *Apocalypsim;* admittas verò *Clementis* *Epistolas,* & *viii.* *Constitutionum* *Libros.*

III. Quæ secundo sæculo fuerit sententia *Latinorum,* haud sanè ex illius ævi scriptis intelligimus. Vix enim eorum genuini quicquam & sinceri ad nos transmiffum. Si fortè *Minucium* unum excipias, quem tamen *Tertulliano* postponit *Hieronymus,* & ex eo *Trithemius* de *Script. Eccles.* Cujusque nec argumentum, nec genus dicendi, de Epistolâ nos certiores reddere patiebatur. Non magis quàm de illius mente circa *Universalitatem* *miseriçordiæ,* *redemptionis,* & *vocationis,* quam ex *Minucio* ineptissimus *Rhapsodus* probare nupet lepidè satagebat. Certum tamen, hoc sæculo moveri inter *Latinos* quosdam coeptam ipsam hanc de *Authore* *Epistolæ* controversiam. De quo dicendum infra fuerit fusiùs & distinctiùs.

IV. Nihil obstat tamen, quò minùs sanctissimi *Latinæ* *Patres* *Ecclesiæ,* paucissimis demptis, perpetua ferie ab antiquissimis temporibus *Paulo* Epistolam transcriptum iverint. *Cyprianus,* *Episcopus* *Carthaginensis,* secundus *Latinorum* *Patrum,* magnus *Tertulliani* nominis æstimator, martyrio sublatus tertio nonnihil inclinante sæculo, Epistolam ad *Hebræos* ut *Paulinam* citat *Libro* de *Cardinal.* *Operibus* *Christi* ad *Cornelium.* Quòd licet opus *Possavinus* & *Erasmus* *Cypriano* affectum censent, refert sanè in plurimis genium *Cypriani,* & pervetustum esse in confesso est. Pariter inter opera *Cypriani,* & sub ejus nomine, habetur *Expositio* in *Symbolum* *Apostolorum,* (*Ruffino* aliàs adscripta,) cujus *Articul. 36.* inter *Novi* *Testamenti* *Libros* recensentur *Pauli* *Apostoli* *Epistola* *quatuordecim.* Quòd excipitur, nuspiam usurpari Epistolam *Cypriano* in scriptis confessis & ἀδυσώτοις, infra notamus.

V. *Arnobius,* *Presbyter* *Philosophus* & *Rhetor,* quarto ineunte sæculo in *Africâ* celebratus, *Commentario* in *Psalum* *crv.* (si modo *Arnobii* est, ex *Trithemii,* *Erasmi,* aliorumque etiam mente,) citaturus *Caput* *vi.* *Epistolæ* ad *Hebræos;* *Paulus* *clamat,* *Hebræus* *ex* *Hebræis.* *Libris* *vero* *vii.* adversus *Gentes* *Epistolæ* nullus. me-

meminit. Nec mirum; rationibus pugnas non auctoritate, Platonem verius quam Paulum objectans, proprio Gentiles gladio, rariùs alieno scripturarum jugulans, Justinum, Minucium, Tertullianum antecessores in simili imitatus argumento. Ut non procedat negativa illa quorundam ab Epistola non citata ad rejectam argumentatio.

VI. *Lactantius Firmianus*, discipulus Arnobii, florens sub Diocletiano & Constantino, & de quo *Trithemius* de Script. Eccles. in arte dicendi post *Ciceronem* facile obtinuisse principatum, pari cum cæteris incedit passu. Paulum Epistolæ auctorem, nec affirmat, nec negat. Totus in Gentilibus confutandis, & principis ipsis Christianæ religionis vindicandis, occupatus. Ratione ergo usus, & argumentis, & Poëtarum, Philosophorum, Sibyllarum, *Trifægisti*, auctoritate, Paulum æquiquam. Hinc ipse *Lactantius* Divinarum Inst. Lib. v. Cap. iv. Gentiles non scriptura testimoniis, quam illi utique vident, fectam, communitiam putant, sed argumentis & ratione esse refellendos. Hinc ob eam in profanarum religionum errore subvertendo dexteritatem *Apollinaris* Ep. III. ad *Claudianum*. Instruit ut *Hieronymus*, ad *Paulum* ut *Augustinus*, de *Paulo* ut *Lactantius*. Prophetas tamen nonnunquam ob eventum vaticiniorum adhibet in causæ subsidium. Interim Epistolam ad Hebræos adscripsit *Paulo*, vel ex omnium serè Latinorum, quotquot etiam ex *Africa*, post *Lactantium* scripsere consensu colligimus.

VII. *Certe Martus Valentinus Afer*, clarus sub Constantio & Constantino etiam Juliano Principibus, de quo *Hieronymus* in Script. Eccles. adversus *Arrium* Libro I. Idcirco adiecit *Paulus*, quousque peris omnes inimicos scabellum pedum; qui locus extat *Hebr. x. 13*. Alibi Libro II. *Ipsam substantiam dicit Paulus ad Hebræos, Hebr. 1. 3*.

VIII. *Optatus* idem *Afer*, *Milevitanus*, in Numidia Episcopus, æqualis *Victorino*, Libro VI. adversus *Parmentianum* Donatistam citat pariter locum *Paulinum* ad *Hebr. viii. 10*. de novo *Federe* pangendo post illos dies, &c. Non quidem expressis *Pauli Apostoli* nomine, ut affirmat *Baronius*, sed eo haud obscure notato.

IX. *Hilarius*, Episcopus *Pictaviensis*, Latine Eloquentiæ *Rhodanus*, clarus sub Constantio, mortuus *Valentiniano* & *Valente* regnantibus, Lib. IV. de *Trinitate*; *Falsuram* autem, per id quod *Paulus* ad *Hebræos* dicitur, Tanto melior factus est *Angelis* &c. *Hebr. 1. 4*. *Arianæ* idem ille hæreseos profligator acerrimus, atque ad eam Epistolæ vindex.

X. *Gregorius* *Baisicus*, Hispaniarum Episcopus, sub *Valentiniano* & *Valente* Imperatoribus, Libro de *Fide* Epistolam inducit ut *Paulinam*; Alibi docet *Apostolum* de *Filio Dei* esse scriptum, Et adorent enim omnes *Angeli* &c. *Hebr. 1. 6*. Quin & ipse à partibus Catholicorum contra *Arianos* stetit fertur, apud *Eusebium* *Chronicorum* Lib. poster. in *Valentiniano* & *Valente*. Torsit ergo in *Arianos* egregia, quæ Epistola suppeditat, argumenta.

XI. *Synodus Romana* sub *Damaso* Episcopo Romano, adversus hæresim *Apollinaris*, *Timothei*, & sectatorum, indicta A. C. cccLXXIII. *Valentiniani* x. (ut *Baronius* ad eundem annum Tom. IV. *Annal. Eccles.*) sancivit numerum *Canonicorum*, & *Paulini* Epistolæ accensuit unam ad *Hebræos*. Cujus licet *Synodi Acta* penitus interciderint, hinc inde ex fragmentis nonnulla restituta. De hoc *Canone* alibi *Baronius* ad A. C. LX. Num. LXXI. item ad A. C. cccv. Num. LXXIII.

XII. *Fausinus*, Presbyter *Romanus*, clarus sub *Valentiniano* & *Theodosio*, Libro de *Fide* contra *Arianos* ad *Faccillam* Cap. IV. adducturus locum *Hebr. 1. 5*. Ad quem *Angelorum* dicitur &c. utitur his verbis, *Paulus* *Apostolus* ait in Epistola sua. Ita locis passim aliis Epistolam sub *Pauli Apostoli* nomine citat.

XIII. *Ambrosius*, *Mediolanensis* Episcopus, magni & excelsi vir animi, natus sub *Constantino* *Magno*, denatus sub *Theodosio*, quarto nondum expirante sæ-

culo scripsisse fertur *Commentarium* in Epistolam ad *Hebræos*, quam vocat *Beati Pauli Apostoli*. In *Proemio* verò sic loquitur; Quia ratione quove consilio scripsit *Beatus Paulus* genti sua populo *Hebræorum*, ipsius verba deprehenditur. Timuit enim, ne superatis tentationibus ad infidelitatem relaberentur. Ibidem exponit causas suppressi nominis, & odii *Judæorum* in *Paulum*; Quare autem *Apostolus* morem suum peculiarem scribendi ac phrasin non servaverit, vel nominis sui vel *Apostolatus* dignitatem subintravit, conspicuum est &c. Nec clam nobis est, quid de hoc *Commentario*, ut additio, plerique eruditorum consulant. Inter eos, *Clar. Rivetus* *Crit. Sacr. Lib. III. Cap. XIX.* *Erasmus* subscribens, & *David Blondellus* de *Episcopis* & *Presbyt. Sect. II.* Testimonio *XXI.* qui ex *Christophoro* & *Hieronymo* compaginatam *farraginem* vocat. Quod etiam si vel maxime largiamur, & *Commentarios* illos vel *Remigii*, vel *Anselmi*, vel alius cujusdam esse arbitremur; atqui idem *Ambrosius* ubique Epistolam usurpat ut *Pauli*. Imò ferè totam sparsim quinque Operum *Tomis* interpretatur. De *Ambrosio* ipse *Erasmus* in Cap. XIII. *Epist. ad Hebr.* *Ambrosius* licet in hanc unam non ediderit *Commentarios*, tamen ejus testimonio non infrequenter usitur, & videtur eam *Paulo* tribuere.

XIV. *Philastrius*, Episcopus *Brixienis*, æqualis *Ambrosio*, Libro de *Hæresibus* *Hæres. XII.* specialem hæresin constituit eorum, qui Epistolam ad *Hebræos* *Pauli* esse inficiantur. Sunt alii quoque, qui Epistolam *Pauli* ad *Hebræos* non asserunt esse ipsius, sed dicunt aut *Barnaba* esse *Apostoli*, aut *Clementis* de *urbe Romæ* Episcopi. Rationes tres potissimum adducit, quarum prima est, quia *Hebræos* scripsit, sermone *plausibili*; altera quia *Christum* factum dicit; tertia quia favere videtur *Novatianis*.

XV. *Hieronymus* Presbyter, natus sub *Constantio*, florens sub *Theodosio*, denatus sub *Honorio* extremam senectute, *Paulum* Epistolæ auctorem non uno loco pronunciat. Libro de *Scriptoribus Ecclesiasticis* in *Paulo*, reddens causas variantium circa Epistolæ scriptorem sententiarum; Vel certe quia *Paulus* scribebat ad *Hebræos*, & propter invidiam sui apud eos nomen *italum* in principio salutationis amputaverit. Scripsit autem ut *Hebræus* *Hebræis* *Hebræicè*, &c. & hanc causam esse, quod à cæteris *Pauli* Epistolis discrepare videatur. Alibi Epistolam *CXXIX.* ad *Dardanium*, postquam varia ex Epistola ad *Hebræos* protulisset in medium, obiter movet controversiam de *Auctore* & *Autoritate* Epistolæ; & posthabitam quorundam *Latinorum* consuetudine Cap. I. opponit *Græcorum omnium* & *Ecclesiarum Orientis* de *Paulo* scriptore consensum; monet, dubia itidem exorta in *Græcorum* Ecclesiis de *Apocalypsi* *Johannis*; moxque subjungit, nos tamen utraque suscipimus, nequaquam hujus temporis consuetudinem sed veterum scriptorum auctoritatem sequentes, qui plerumque utriusque abusu testimonio, &c. Epistolam *CXXVI.* ad *Euagrium*, agens de *Melchisedeco*; Præterea plenum esse tractatum in Epistola ad *Hebræos*, quam omnes *Græci* recipiunt, & nonnulli *Latinorum*. Ibidem sæpius; Affirmat *Apostolum*, *Apostolum* in Epistola sua ad *Hebræos*. Alibi *Commentar. in Esaiam* Lib. III. Cap. VIII. *Ceterum beatus Apostolus* in Epistola qua ad *Hebræos* scribitur &c. *Commentarior. Libro IX. in Ezech. Cap. XXVIII.* Et *Paulus* *Apostolus* loquitur, (si quis tamen ad *Hebræos* Epistolam suscipit,) *Accessistis ad Sion* montem &c. *Comment. in Matt. ad Caput XXVI. Tomo VI. Lib. IV.* Nam & *Paulus* in Epistola sua, licet de ea multi *Latinorum* dubitent, qua scribitur ad *Hebræos*. *Comment. in Epist. ad Ephel. Cap. II.* Nescio quid tale & in alia Epistola (si quis tamen eam recipit) *Paulus* subindicat dicens &c. *Comment. in Epist. ad Titum* Cap. II. Relege ad *Hebræos* Epistolam *Pauli Apostoli*, sive cujuscumque alterius eam esse putas. *Comment. in Epist. ad Galat. Cap. I.* exponit rationes, ob quas non se *Apostolum* hic, ut alios, inscripserit. Libro de *Nomin. Hebræicis*, Epistolam ad *Hebræos* ordine inter *Paulinas* recenset, & præponit Epistolam ad *Timotheum* &c.

XVI. *Gaudensius*, Episcopus *Brixienis*, successor

Philastrii, cum Ambrosio itidem florens, de Manducatione Agni Paschal. Sermone II. *Lumbarum ratio qua sit, significat Apostolus ad Hebraeos, Adhuc (inquit) in lumbis Patris erat Levi. Hebr. vii. 10.* Sermone XIII. sub initium; *Quoniam vetus lex, ut ait Apostolus, umbra erat futurorum bonorum, Hebr. x. 1.*

XVII. *Ruffinus* Monachus, & Aquilejensis Ecclesiae Presbyter, qui & in Hieronymum scripsit *Inuestigantium libros*, in Symbolo ad Laurentium Episcopum Tomo IX. Oper. Hieronymi Epist. XIX. *Credo igitur primo omnium ponitur, sicut Paulus Apostolus ad Hebraeos scribens dicit, Credere oportet accedentem &c. Hebr. xi. 6.* Infra; *Idem Apostolus iterum ad Hebraeos scribens dicit, Quia per ipsum secula instituit &c. Hebr. i. 3.* Tandem enumeraturus Novi ac Veteris Testamenti volumina; *Novi vero quatuor Evangelia, Actus Apostolorum quos describit Lucas, Pauli Apostoli Epistola quatuordecim.*

XVIII. *Augustinus* Afer, Hipponensis Episcopus, sacrae decus omne antiquitatis, calculo idem suo comprobavit. De Doctrina Christiana Lib. II. Cap. VIII. Tomo III. *διδασκων*, agens de Libris Canonicis eorumque numero; *Novi Testamenti terminatur auctoritas, quatuor Libris Evangelii &c. quatuordecim Epistolis Pauli Apostoli, ad Romanos &c. ad Hebraeos.* De Civitate Dei Lib. XVI. Cap. XXII. agens de Melchisedeco; *De quo in Epistola qua inscribitur ad Hebraeos, quam plures Apostoli Pauli esse dicunt, quidam vero negant, multa & magna conscripta sunt. Ad quae verba Ludovicus Vives, Hieronymus, Origenes, Augustinus, & alii Veterum de hoc ambigunt. Ante aetatem Hieronymi à Latinis ea Epistola recepta non erat inter sacras. De hac re multis & doctis verbis disputat Erasmus noster &c.* Mirà sanè in affirmando temeritate. De Hieronymo, de Origene, de Graecis omnibus videmus. De Latinis ante Hieronymi tempora infra accuratius disquirimus. Quà etiam fide Erasmus in hac quaestione versatus sit, sup docemus loco. Quod verò ambigisse putet magnum Augustinum, in eo τὴν ἀναμφισβήτην ἀμαρτίαν. Ambigitne, qui supra in definiendo Canone quatuordecim Pauli dicit Epistolas, eam quae est ad Hebraeos complexus? Et quidem in scripto, non agonistico, non bomilico, sed dogmatice, ubi jam docet instruit & animi sensa sui cautius & libratius promit? Qui in amplà illà operum segete toties Epistolam ut Pauli usurpat Apostoli? Qui illo ipso loco de Civitate Dei, plurimum testimonio Paulo vindicari docet, & de cætero, ad quorundam Latinorum consuetudinem, minimè sanè suam, respicit?

XIX. *Synodus Carthaginensis Tertia*, cui & Augustinus interfuit, celebrata A. C. CCCXCVII. Arcadii & Honorii Imperatorum III. Ejus Capitulum XLVII. inter Canonicas Scripturas, legendas in Ecclesià, recensentur *Pauli Apostoli Epistola XIII. ejusdem ad Hebraeos una.* Quamquam juxta alios hic Canon fuerit XXIV. Concilii Carthaginensis, habiti Consulatu Honorii XII. Theodosii VIII. Papà Zozimo; juxta *Baronium* alterius Concilii instituti sub Bonifacio Papà, de quo Annal. Tomo I. ad A. C. CCCXCIX. Num. XCV.

XX. *Paulinus*, Episcopus Nolanus, *ὀρχηστὴρ* Augustino & Hieronymo, vir summæ existimationis, in eandem cum cæteris sententiam de Paulo Epistolæ scriptore concessit. Fidem faciunt, quæ illius hodieque supersunt, in quibus Epistolam aliquoties citat ut *Pauli Apostoli.* Consuli possunt *Paulini Nolani Epistola*, nobis sanè impræsentiarum non ad manus; & *Baronium* ad A. C. LX. num. L.

XXI. *Innocentius*, Romanus Episcopus, quinto ineunte sæculo, de quo meminit Hieronymus, Epistolà III. ad Exuperium Episcopum Tolosanum, texens Canonicorum Librorum seriem, sub finem Epistolæ recenset *Pauli Epistolas quatuordecim.* *Decretalem* quanquam non dixerimus Epistolam cum *Baronio* ad A. C. CCCCV. Num. LXIII. minus habendam in Scripturis Canonicis, ut impiè *Gratianus* Dist. XIX. Capit. in *Canonicis scripturis.*

XXII. *Idacius Clarus*, Lemice Hispaniarum Episcopus, florens sub Theodosio, A. C. cccc. de quo *Isidorus* libro de Viris Illustribus, & *Sulpicius* Lib. II. Hist. Sacrae, adversus Varimadum Arrianum; *Paulus Apostolus ad Hebraeos, In eo enim quo passus est ille qui tentatus est &c.* Alibi; *Paulo Apostolo attestante, multis partibus & multis modis olim locutus &c.* Alia id genus loca sub nomine *Pauli Apostoli* habentur apud eundem allegata.

XXIII. *Bachiarus*, qui tempore Augustini vixisse fertur, de quo *Gennadius* Illustrium virorum Catalogo inserto Tomo IX. Oper. Hieronymi, Epistolà ad Januarium de recipiendis lapsis; *Respondissim Tivi secundum Apostolicam sententiam, qua loquitur ad Hebraeos; qui Abrahæ lumbis latens Levi, decimas à Melchisedeco accepit & dedit.*

XXIV. *Sedulius*, Scotus & Presbyter, clarus sub Theodosio A. C. circiter cccxxx. (si fides *Trithemio*,) Comment. in Epistolam Pauli ad Hebraeos; si modo Sedulii est; *Quoniam apud Hebraeorum Ecclesiam destructa legis falsà suspitione habebatur, voluit tacito nomine de figuris Legis & veritate Christi reddere rationem, ne odio nominis fronte prælati, utilitatem concluderet lectionis.* Quae verba esse reperio quæ occurrunt in *Primasio* Præfat. in Epistolas Pauli. Sed idem *Sedulius*, in Opere Paschali, Epistolam Paulo vindicat aliquoties.

XXV. *Johannes Casianus*, Chrysolotomi auditor, Dionisius Constantinopolitanus, Massiliensis postea Presbyter & Monachus, cum Prospero commissus. de Incarnat. Lib. VII. *Ergo & Paulus memitur de Christo dicens, sine matre, sine genealogiâ. Interrogo te, de quo locis velis dixisse Paulum?*

XXVI. *Cerealis*, Episcopus Africanus, clarus quinto etiam sæculo, Libro contra Maximianum Arianum citat loca *Hebr. i. & ii.* de Christo *splendere gloria, &c. modicum minore Angelis, hac formula; Apostolus Paulus ad Hebraeos de ipso dicit.*

XXVII. *Faustus*, ex Abbate creatus Episcopus Rhegiensis, A. C. (ut quidam) cccclxxii. Pelagianæ tandem hæreseos notatus, Libro de Gratiâ Dei, postmodum à Fulgentio & Aleimo Episcopis confutato, Lib. I. Cap. VII. citat ex Epist. ad Hebr. Cap. XI. §. 6. sub nomine *Pauli Apostoli.* Idem etiam alibi.

XXVIII. *Victor*, Uticensis Episcopus, *ὀρχηστὴρ* in Fidei ratione ad Hunericum Regem Wandalor. *Apostolus de eodem Filio dicit, Qui cum sit splendor gloria & figura substantiæ ejus. Hebr. i. 3.*

XXIX. *Ruricus*, Episcopus, æqualis Fausto, & Sardonio Apollinari, Lib. II. Epistolarum Epist. ad Verum; *Us, sicut dicit Apostolus, multis variè multisque modis nos erudit verbis, instruet disciplinis, provocaret beneficiis, in-formaret exemplis &c.*

XXX. *Gelasius*, Episcopus Romanus, sub finem v. sæculi, congregato Romæ Concilio, recensuit Canonicos V. & N. Testamenti, ut & libros omnes Ecclesiasticos. Hic ergo *Decreto de Libris Canon.* Paulinis Epistolis accenset eam quæ est ad Hebraeos. Sic de libris in Ecclesiasticis officiis per anni circulum legi solitis; *In pasche tres lectiones de Apostolo, uti ait in Epistola ad Hebraeos &c. In Sabbatho sancto tres de Apostolo, ut in Epistola ad Hebraeos, ubi ait, Christus assistens. Penitens &c.* De his *Gratianus* dist. XV. Capit. *Sancta Romana Ecclesia, §. Cæterum qui libri.*

XXXI. *Alcimus Avitus*, Viennensis Galliarum Episcopus, clarus sub Zenone & Anastasio Principibus, in Catalogo Script. Canonicorum, heroico carmine, ubi devenit ad scripta Paulina,

Bis septena pii quod spargit Epistola Pauli.

XXXII. *Vigilius*, Episcopus Tridentinus, Gelasio, Fulgentio, Avito contemporaneus, sub Anastasio Imperatore, Lib. II. contra Eutychem adducit locuta *Hebr. II. 7. Fecisti cum modicum minorem Angelis, his verbis; Paulo ita ad Hebraeos loquente.* Alibi Disputat. de Christo & Trinitate; *Paulus Apostolus de Filio ad Hebraeos scribens Hebr. i. 3. Aliis sæpe locis idem.*

XXXIII. *Fa-*

XXXIII. *Facundus*, Afer, Hermianensis Episcopus, clarus sub *Justiniano* Imperatore, pro defens. trium Capitul. ex editione *Sirmundi* Lib. XII. Cap. I. *Ex idem cum audiamus Apostolum; inter alios justos Samson quoque laudantem, atque dicentem &c. Hebr. XI. 32. Ibidem Cap. III. Sic etiam cum Paulus, Petri coapostolus, Christianis omnibus legitur dicens, Obedite praeceptis vestris &c. Hebr. XIII. 17.*

XXXIV. *Ferrandus*, Afer, Carthagenensis Ecclesiae Diaconus, *ὠνυχρον* Fulgentio, ad quem hodieque extat Ferrandi Epistolum, Epistolâ ad Severum; *De quo Paulus ad Hebraeos scribens ita ait, Jesus Christus veri & bodie &c. Hebr. XIII. 6.*

XXXV. *Casarius*, Arelatenfis Archiepiscopus, prioribus ferè æqualis *Tribemio*, aliàs collocatus in annum *DCLXX*. Homiliâ XVIII. hortatoriâ ad Fratres; *Non audisti Apostolum dicentem, per multas tribulationes oportet &c. Hebr. XIII.*

XXXV. *M. Aurelius Cassiodorus*, Vir Senatorii Ordinis, clarus sub initia sexti sæculi, quique eruditionis omnis suo tempore principatum gessit, Libr. Divinar. Lect. Cap. XII. de divisione Script. secundum Hieronymum; *Huius etiam adjecti sunt Novi Testamenti libri XXVII. sc. XIV. Paulinis computatis. Ibid. Cap. XIII. de divis. Script. secundum Augustinum; In Epistolis Apostolorum, i. e. Pauli Apostoli, ad Romanos una, ad Corinthios due, & in eadem tandem serie, ad Hebraeos una. Cap. XIV. de divis. S. secundum LXX; Epistola Pauli, ad Romanos una, ad Corinthios dua, ad Galatas una, ad Philippenses una, ad Colossenses una, ad Hebraeos una &c. Idem Cassiodorus passim ad Epistolam provocat ut Pauli Apostoli, & sub illius nomine aliquoties citat Libro de Amicitia & aliis.*

XXXVII. *Primasius*, Episcopus Africanus, Cassiodoro memoratus Divin. Lect. IX. Augustini non discipulus quidem, ut *Sixtus*, sed sectator, & junior toto sæculo, Præfat. in Epist. Pauli Biblioth. Patr. Parte II. *Decem sum* (sc. Epistolæ Pauli ad Ecclesias) *cum ad que dicitur ad Hebraeos. Et postmodum illos aggreditur confutandos, qui Epistolam Pauli esse negant; si propterea Pauli non erit, quia ejus nomen non habet, nec alicujus erit, quia nullius nomine titulatur. Quod si absurdum est, ipsius magis credenda est, qua tanto doctrinae suae fulget eloquio &c. Præfat. in hanc ipsam ad Hebraeos, causas reddit varias taciti tum nominis, tum Apostolatus; de quibus nos Parte Ultimâ. Quanquam non Primasii, sed Haymonis hic creditur esse Commentarius.*

XXXVIII. *Junilius*, Episcopus Africanus, familiaris Primasio, de quo itidem meminit Cassiodorus Libro Divin. Lect. de partibus divinæ Legis ad Primasium Lib. I. Cap. VI. inter Paulinas recenset Epistolam ad Hebraeos.

XXXIX. *Eudamius* sive *Ennodius*, Episcopus Ticinensis, clarus sub Anastasio, sexto itidem ineunte sæculo, Opusculo II. *Apostolo aequo Paulo proclamante, Obedite duobus vestris Hebr. XIII.*

XL. *Johannes Laurentius*, florens itidem sub Anastasio, responsione ad Hormisdam Papam citat locum *Hebr. XI. de Fide Enochii & Noë, sub nomine Pauli Apostoli. Idem in Dialogis varia profert ex Cap. I. & II. Epistolæ, eodem Pauli expresso nomine.*

XLI. *Gregorius Magnus*, Episcopus Romanus, antecessor (medio Sabiniano) Bonifacii III. Occumerici. I. ex Monacho & Diacono Papa factus A. C. DXC. suis passim Commentariis & Homiliis Paulum Epistolæ auctorem facit. Ut illius tempore nulla hac de re inter Latinos videatur fuisse controversia.

XLII. *Isidorus Junior*, Episcopus Hispalensis, discipulus ut ipse ait Gregorii Magni, non uno in loco Epistolam ad Hebraeos Paulo vindicat. Quo etiam nomine citatur Annalium Scriptori ad A. LX. Num. LIV. In hanc etiam Epistolam, ut Paulinam, commentatus est. Quanquam sanè Libro de Ecclesiasticis Officiis, inserto Bibliothecæ Patrum Lib. I. Cap. IX. *Paulum Aposto-*

lum suum scripsit Epistolas, ex quibus novem septem Ecclesiis destinavit, reliquis discipulis. Ad Hebraeos autem Epistola plerisque Latinis ejus fuisse incerta est, propter dissonantiam sermonis. Si modò hæc sunt Isidori, quum illo ipso loco plurima superstitionem sapiant posteriorum temporum. Sed fuerint, nihil affirmat, quod non ante ipsum Hieronymum, ac iisdem penè verbis. In eo hallucinatus, quod plerisque Latinis communem hanc facit de incerto scriptore tententiam, quod falsum esse infra demonstrandum.

XLIII. *Eligius*, Noviomensis Episcopus, mortuus A. C. DCLXV. juxta Sigbertum in Chronico, Homil. IV. de Cœnâ Domini; *Unde Apostolus, nihil dimisit non subjestum ei. Hebr. II. 7. Homil. VI. De his estis, Fratres, sicut ait Apostolus, quibus lac opus sit, non solidum cibum. Idem alibi.*

XLIV. *Beda*, ille Venerabilis Anglo Saxo, clarus sub initia octavi sæculi, Monachus Benedictinus, magnæ vir autoritatis, idem de Epistolâ cum reliquis censuit. Patet ex illius passim operibus, & quos edidit in Paulinas omnes Commentariis.

XLV. *Bonifacius Primus*, Archiepiscopus Moguntinus, *ὀμιλιξ* Joh. Damasceno, Martyrio extinctus A. C. DCCCLIV. Epistolâ Secundâ, *Recordare Apostolica sententia*, & mox adducit locum *Hebr. XII. 6.*

XLVI. *Paulinus*, Aquileiensis Episcopus, clarus sub Carolo Magno, Nestorianæ hæresios profligator, in Sacrosyllabo, & Libris contra Felicem, Pauli nomine aliquoties Epistolam citat. Sic Lib. I. adducturus locum *Hebr. II. 14. Sic Libro II. itidem locum Hebr. I. 4. Apostolus in Epistolâ ad Hebraeos &c.*

XLVII. *Haymo*, ex Monacho Halberstadenfis in Saxoniam Episcopus, membrum Synodi Moguntinæ in Gotteschalchum congregatæ, medio ferè nono sæculo, quid de Epistola statuerit, suo prodidit in eam Commentario, ubi Paulinis annumerat, & Paulo vindicat, comportatis argumentis, iisdem quæ suprâ in *Primasio*.

XLVIII. *Rabanus Maurus*, Archiepiscopus Moguntinus, Gotteschalchi adversarius, oralis manducationis & corporalis præsentia cum Johanne Erigena acerrimus impugator, de Institut. Cleric. Lib. II. Cap. LIV. *Hos* (sc. Evangeliorum & Actorum libros) *quatuordecim Pauli Apostoli Epistola sequuntur. Annectuntur tamen illa ipsa verba, quæ suprâ notavimus in Hispalensi; Ad Hebraeos Epistola plerisque Latinis ejus esse incerta est, propter dissonantiam sermonis.*

XLIX. *Hincmarus*, Archiepiscopus Rhemensis, primum Monachus S. Dionysii, medio nono sæculo illustris, in Gotteschalchum iniquissimus, Opusculo LV. ad Hincmarum Laudunensem Episcopum; *Sancta quippe Ecclesia, quam beatus Paulus Apostolus manentem civitatem & adificationem &c. Sic alibi sapius eandem Paulo adscribit Epistolam.*

L. *Remigius*, Lugdunensis Ecclesiae Episcopus, prioribus *ὠνυχρον*, favens causæ Gotteschalchi, commentatus est in hanc Epistolam, ut & reliquas Paulinas, suntque illi ipsi Commentarii *Remigio Rhemensi*, duobus sæculis vetustiori, perperam adscripti à Bap. Vilalpando. Hic cum Haymone, reliquisque Commentatoribus, de authore Paulo scribit, & sentit.

LI. *Lupus Servatus*, Presbyter, itidem coævus, doctrinæ etiam Augustinianæ de particulari gratiâ doctissimus vindex, (perperam inter Gratia Universalis assertores à *Joh. Dalaeo* relatus,) Libro de Tribus Quæst. operâ celeberrimi *Riveti* paucos ante annos recuso, suppeditante me ex desideratissimi Parentis Bibliothecâ exemplar, Quæst. III. citatis aliis ex Paulo locis; *Item in Epistolâ qua inscribitur ad Hebraeos. Idem Epistolâ ad Carolum Regem; Johannes Constantinopolitanus Episcopus, cum exponeret illud Apostoli, qualiter gratiâ Dei pro omnibus gustaverit mortem Hebr. II. 20.*

LII. *Lupus*, Abbas Ferrariensis, clarus itidem sub Carolo Calvo, & *ὀμιλιξ*, Epist. XXXII. *Nec experiatum quod*

quod ait Apostolum, *Horrendum est incidere &c. Hebr. x. 91.*

LIII. *Flavaldus*, vel *Flodoardus*, Rhemensis, qui decimo sæculo Rhemensis Ecclesiæ Historiam adornavit, ejusdem Historiæ Lib. III. Unde *terribiliter Paulus admonet, Pacem sectamini cum omnibus, Hebr. XII. 14.*

LIV. *Drogo*, ex Abbate Ostiensis Episcopus, undecimo jam sæculo, *conspicua virtutis & eruditionis*, Libro de Creatione & Redempt. primi hominis citat locum *Hebr. XI. 36. De quibus Apostolus loquitur sic &c.*

LV. Sed ad ea jam deventum tempora, quæ sibi vendicat sequior Scholasticorum ætas. Quamquam ex *Anselmo*, *Bernardo*, *Hugone S. Victoris* &c. quædam Latinorum Patrum velut appendice, geminæ pro Paulo Epistolæ scriptore autoritates proferri possent in medium. Prout hic *Δερρίδλω* in Catalogo Librorum N. T. Cap. VIII. Speculi Ecclesiæ, Epistolis Paulinis annumerat illam ad *Hebræos*. Sed de recentiorum mente haud ita laboramus. Adedque hæc de Veterum, quos usurpare quidem licuit, testimoniis hæctenus. Nec defuissent plura, si forulos omnes excutere, & numero certare animus fuisset. Verum enim verò hoc imprimis superest, ut de illis constet, qui Epistolæ sive *authorem* sive *authoritatem* ex Latinis fecere dubiam. Utque motam supra ex *Eusebio* & *Hieronymo* difficultatem, & instantias quasdam alias, expediemus.

CAPUT VIII.

BREVIARIUM.

Exceptiones de ancipiti Latinorum mente. Loca ex Eusebio, Hieronymo, Augustino, Philastrio, Isidoro, Rabano. De Caio, de Tertulliano, de Hippolyto, de Cypriano, de Hieronymo. De Commentatoribus in tredecim tantum Epistolas. Cardin. Baronii mala fides. Eiusdem in Eusebium & Hieronymum iniquitas. Rei accuratius examen. Tempus mota hujus inter Latinos controversia. Occasiones varie ostensa. Ante Hieronymum Epistola Pauli habita. Assertionis Erasmi, Ludov. Vivis, Rhenani, Cameronis, &c. confutata. Instantia omnes alia excussa. Qui ex Latinis in Epistolam commentati.

I. **E**Sto ergò gravis illa nec contemnenda Exceptio; frustra ut communem Latinorum sententiam obrudi, quæ diutissimè prioribus etiam sæculis, sive in Romana sive Africana Ecclesia, controversa. Imò verò sententiam eam potiore, quæ ad *Eusebium* usque & *Hieronymum* inter Latinos viguit. Talem autem esse, quæ *Paulum* Epistolæ authorem negat. Quod cum testimoniis variis, tum exemplis, firmari posse videtur.

II. Testimoniis, primò quidem *Eusebii* loco antè citato ex Hist. Eccles. Lib. III. Cap. III. quosdam Epistolæ ad *Hebræos* derogare, dicentes, *eidem ab Ecclesiâ Romanâ, tanquam quæ Pauli non sit, contradici*. Idem *Eusebius* Hist. Lib. VI. Cap. XIV. vel *κ. ε' πει & εις δευτερον τῶν Ρωμαίων τισιν οὐ νομίζεται τῷ Ἀποστόλῳ τυγχάνειν*, sc. ἢ πρὸς Ἑβραίους. Nam illa, (sc. ad *Hebræos*), in hunc usque diem apud quosdam Romanos non existimatur esse *Apostoli*. Secundò accedit testimonium *Hieronymi* Catal. Script. Eccles. in *Caio*, & Epistola cxxix. ad *Dardanum*, utrumque superiori Capite positum. Pariter Catal. Script. in *Paulo*: *Epistola autem, quæ fertur ad Hebræos, non ejus esse creditur, sed vel Barnabæ*. Imò quotiescunque sagacissimus Patrum Epistolæ meminit, toties ferè *παρενόητως* interferit; si quis tamen eam suscipit; licet de ea multi Latinorum dubitent; à plerisque extra locum ponitur; licet eam Latinorum consuetudo non recipit. Tertio etiam testis est *Augustinus* de Civit. Dei Lib. XVI. Cap. XXII. *Plures Apostoli Pauli esse dicunt, quidam verò negant*. Etiam *Philastrius* Hæg. XLI. *Sunt alii quoque, qui Epistolam ad Hebræos non asserunt esse ipsius*. Etiam *Isidorus Hispalensis* de Eccles. Offic. Lib. I. Cap. XI. *plerisque Latinis ejus fuisse incerta est*. Eadem *Rabanus* de Instit. Clericali Lib. II. Cap. LIV. & ex his alii.

III. Atque hinc nata illa quorundam affectio: *ante aetatem Hieronymi à Latinis eam Epistolam non receptam fuisse inter sacras*. Sic *Erasmus* sub finem Annotationum in Epist. ad *Hebræos*. Sic etiam *Ludovicus Vives* ad locum *Augustini* de Civit. Dei Lib. XVI. Cap. XXII. Sic *Cajetanus* Cardinalis, alique horum victi autoritate. Inter quos audacior *Camero* Quæst. II. in Epist. ad *Hebr.* *Ante tempora Hieronymi nemo unquam in Ecclesiâ Romanâ affirmavit, eam esse Pauli Apostoli*.

IV. Accedunt exempla vetustiorum in Latina Ecclesia, magnæque in illa autoritatis, qui de Epistolæ authore secus opinati. *Tertullianus* Afer, vulgò primus Latinorum Patrum, florens anno à Christo nato CC. Libro v. contra *Marcionem*, probaturus nullum alium Deum ab *Apostolo* circumlatum, ex ipsis mihi Epistolis *Pauli*, illius quæ est ad *Hebræos* nullus meminit. Hinc *Beatus Rhenanus* in argumento Libri; *Porro quod omnibus Epistolis excussis, (præter eos quæ sunt ad Titum & Timotheum, quæ rejiciebat Marcion) illius quæ ad Hebræos infribitur non est facta mentio, satis declarat, eâ aetate Paulo non fuisse tributam*. Sed & idem *Tertullianus* Libro de Pudic. Cap. XX. Epistolam tribuit *Barnabæ*, *Pauli* socio. Unde *B. Hieronymus* in *Paulo*; *Sed creditur, vel Barnabæ juxta Tertullianum &c.*

V. *Caio*, Presbyter *Romanæ* Ecclesiæ, sub *Victore* & *Zephyrino* Episcopis, *Antonino* Romanis imperante, Disputatione adversus *Proclum* *Montani* studiosum, *Epistolas Pauli tredecim tantum enumerans, decimam quartam quæ fertur ad Hebræos dicit non ejus esse*. Ita *Hieronymus* Catal. Script. Eccles. in *Caio*. Idem *Eusebius* de *Caio* Hist. Eccles. Lib. VI. Cap. XIV. τῷ ἱερῷ Ἀποστόλῳ δεκατριῶν μόνον ἑπιστολῶν μνημονεύει, τὴν πρὸς Ἑβραίους μὴ συναριθμῆσας ταῖς λοιπαῖς. Idem etiam *Phocius* in Biblioth. Codice XLVIII. de *Caio* Presbytero; *Καὶ τῷ Πρόκλῳ ἢ σπουδαῖῳ Μοιζανῷ, σπουδαῖος διάλεξις συντελεγέναι, ἐν ἣ τρεῖς & δέκα μόνας ἑπιστολάς ἀριθμῶται Παύλου, σὺν ἰσχυρίων τὴν πρὸς Ἑβραίους*.

VI. *Hippolytus* Martyr, *Clementis Alexandrini* vel juxta *Phocium* *Irenæi* discipulus, primùm *Arabiz* *Metropolitanus*, *Portuensis* exinde Episcopus Ecclesiæ, quamquam hic diversus *Vossio*, apud *Phocium* Cod. CXXI. in Libello contra hæreses dicitur Epistolam ad *Hebræos* à *Paulinis* expunxisse. Δίγει ἢ ἄλλα τέ τινα ἀκριβοῦς λεγόμενα, & ὅτι ἡ πρὸς Ἑβραίους ἑπιστολὴ σὺν τῷ Ἀποστόλῳ Παύλῳ. Refert autem cum alia non omnino proba, eam Epistolam ad *Hebræos* non esse *Pauli Apostoli*. Idem de *Hippolyto* affirmat apud eundem *Phocium* Cod. CCXXII. *Serphanus* hæreticus; *Ὅτι Ἰππόλυτος τὴν πρὸς Ἑβραίους ἑπιστολὴν Παύλου σὺν ἑαίνῃ εἶναι φησί*.

VII. *Cyprianus* ut ejusdem sententiæ patronus objicitur. Ratio, quia nusquam, in scriptis sanè genuinis & confessis, Epistolam legitur usurpasse. Et eo nomine *Arnobius* & *Lactantius* Afri in eundem à nonnullis censum referuntur. Ipse *Clariss. Pareus* *Procemio* in Epist. ad *Hebr.* *Hæc sententia videtur fuisse veterum Latinorum Africanorum, Tertulliani, Cypriani, Lactantii, Arnobii, qui nunquam citarunt ut Apostolicam*. Forte ex *Bellarmino* Tom. I. Controv. de Verbo Dei Lib. I. Cap. XVII. *Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Arnobius, hæc Epistolam non videntur agnoscere, nec enim eam unquam citant*.

VIII. Sed & *Hieronymo* videtur nutasse sententia, & hujus etiam se tuetur *Erasmi* autoritate. Sanè *Comment.* in *Amosi* Caput VIII. dubius de Authore pronunciat: *Quod, quicumque est ille qui ad Hebræos scripsit Epistolam, differens ait*. Alibi septem tantum *Pauli* ad Ecclesias recenset Epistolas, exclusivè ad Ecclesiam *Hebræorum*. Catalog. script. in *Paulo*; *Scripsit autem novem ad septem Ecclesias Epistolas, ad Romanos unam, &c.* *Comment.* in *Zachar.* Cap. VIII. circa finem; *Quæ igitur septem ibi mulieres appellantur, i. e. Ecclesia, (quarum numerus & in Paulo Apostolo continetur, ad septem enim scribit Ecclesias, ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessaloni-*

cen-

cenfes.) Epistola ad Paulinum de Libris Divinæ Scripturæ est ciii. Operum Tom. iii. Paulus Apostolus ad septem scribit Ecclesiis, octava enim ad Hebræos a plerisque extra locum ponitur.

IX. Cassiodorus Divin. Lect. Cap. viii. mentionem facit gemini in Paulum Commentarii, utriusque in tres tantum Epistolas, seclusâ illa ad Hebræos. Prior hodieque visitur in Operibus Hieronymi, Pelagio hæresiarchæ adscriptus. Alter Hilario Diacono, coætaneo Pictaviensî, restitutus. De quo Blondellus Apol. pro sentent. Hieronym. Sect. ii. Germanum Romana Ecclesiæ alumnum arguit, quod enarratis præcedentibus omnibus Pauli Epistolis, ab eâ quam ad Hebræos Româ dedit Apostolus adeo manum abstinuit, ut vix semel ejusdem meminisse dignatus sit. Imò quorundam asseritio est, Latinitatem neminem in hanc Epistolam scripsisse Commentarios, ante Anselmum Cantuariensem.

X. Nodum hunc scriptor Annalium Ecclesiasticorum ut expediat, utque notam illam malè definiti Canonis, & rejectæ nobilissimæ Epistolarum omnium, à Romana abstergat Ecclesiâ, hac incedit ille viâ. Primò, subdolè varia & testimonia & documenta de dubiâ Latinitate mente subterfugit, & sicco pede transit, à folius Eusebii fide pendere hoc totum innuens. Secundò simpliciter & compendio quodam id omne negat de Latinis, sive veteribus, sive recentioribus, fuisse inter eos qui in germanis Pauli Epistolis non habuerint illam quæ est ad Hebræos. Vixque eo delabitur, ut Cajum unum ex Catholica excipiat antiquitate, ad Annum C. lx. Num. lv. Tertiò in Eusebium ut fraudis omnis authorem stomachatur, quique incauto imposuerit Hieronymo: Satis superque esse existimantes quæ diximus, ad repellendam de Epistola ad Hebræos ab Eusebio illatam calumniam in Romanam Ecclesiâ, quam sanctus Hieronymus (rogatâ veniâ dixerim, invidius enim nolensque licet, pro veritate ad eî obviandum adducor,) facile nimis, quod miramur, admisit.

XI. In quo & fidem Cardinalis desideramus, & candorem & judicium. Quid? De controversiâ illâ Eusebii aliquoties, ut sui temporis, ut notâ, ut in Romana tum etiam Ecclesiâ agitâtâ; idem sexcenties Hieronymus ipse Latinus; idem Augustinus, alii; præsto sunt exempla; rationes etiam adiunt & causæ motæ controversiæ. Et tamen, si Baronio credimus, Latinitatem nemo, ne per somnium, Epistolæ vel authorem vel auctoritatem traxit in dubium? Nec ante nec post Concilii Nicæni tempora? Constantissimè à Romanis & Catholicis omnibus Pauli habita? Calumnia fuerit Eusebii, & error Hieronymi? Hæccine est fides purpurati? hocine nodum solvere, an implicare & ludibrium debere sententiæ adversæ patronis?

XII. Nos verò & rem totam illustramus, & quid de Latinis in hac causâ sentiendum, quid de tempore motæ inter Latinos controversiæ, causis, authoribus, quid denique de vi exceptionis supra positæ, declaramus paucis. Primò itaque negamus, de Epistola inter Latinos fuisse controversum primis duobus sæculis, vel certè ante inclinationem secundi. Imò verò Pauli ereditam illâ ætate, conjectamus. I. Ex communi tum Græcorum & Ecclesiarum omnium per Orientem, de canonicâ Epistolæ auctoritate, impo. authore Paulo, consensu, supra fusiis demonstrato. II. Ex sententiâ & suffragio Clementis Romanorum Episcopi, quem & citasse Epistolam, & habuisse in Paulinis, & ejus creditum interpretem, ante quidem intelleximus. III. Quia primum de Epistolæ auctoritate, exinde authore, inter Latinos dubium videtur demùm exortum, post Marcionis in Italiam adventum, & disseminatas hæreses, ac nefaria dogmata. Quanquam enim ante Marcionem Eubion in Pauli scripta omnia, ut qui à Lege defecisset, in Oriente grassatus; Marcion sanè in Occidente primus de Paulinis quibusdam cautius & occultius dubia Latinis infillavit. Speciatim in Epistolam ad Hebræos, ut interpolatam & adulterinam, suis nempe somniis ad-

Tom. II.

versam, impurissimum os calumnias evomit. Testatur supra Cap. vi. Epiphanius Hær. xli. Etiam Hieronymus Proœmio in Epist. ad Titum Tomo vi. Ut enim de cæteris Epistolis taceam, de quibus quicquid contrarium suo dogmati viderant eraserunt, nonnullas integras repudiandas crediderunt, ad Timotheum videlicet utramque, ad Hebræos & ad Titum. Ita Tertullianus Lib. v. contra Marcionem Pauli Epistolas dicit illi mutilatas etiam de numero, & interpolatas. Notum præterea, quantas secta Romæ, (in quâ egit Marcion,) & in Italia, postmodum in Oriente, radices egerit, monente Epiphano, quæ sumplerit incrementa, ut etiam martyres aluerit in sinu suo. Contigere hæc secundo labente & vergente sæculo. Atque ab hinc demùm natam sanè arbitramur, inter quosdam Latinorum, de Epistola illiusque scriptore controversiam. Accedentibus argumentis, cum à Ilyli diversitate, tum ab occultatione nominis, η τῷ ἀνεπιγράψῃ τῶ ἐπιστολῆς. Succedentibus postmodum etiam aliis, ut videndum fuerit, dubitandi causis tertio & quarto sæculo. IV. Eo propius conjectura ad verum accedit, quod ex Ecclesiasticis inter Romanos scriptoribus primus ille Cajus Romanæ Ecclesiæ Presbyter, tertio ineunte sæculo, Epistolam à Paulinarum reliquis segregasse memoretur. Hinc id Eusebius & ex eo cætesi, ut rem dignam observatu, quæque alios in eundem postmodum errorem induxerit, traditum posteris voluere. Imò verò nova occasione Cajum in eam putem sententiam pertractum. Res ipsi fuerat cum Proclo Montanista, Scripturarum numerum adaugente, σωτάριον καὶ κωνὸς γραφάς. In eadem ergo illa cum Proclo ἀλέξει, ex ἀμελείᾳ, (ut videtur) τῶ ἀβολῆς, accidit ut Canonorum contra librorum numerum amputarit. Quod illa occasione factum colligimus ex Eusebio Hist. Lib. vi. Cap. xiv. & Photio loco ante citato §. iv. V. Quæcunque & Eusebius & Hieronymus de ancipiti Latinitate mente testati, spectant illa ipsa quibus vixit aut proxima tempora. Sanè de Epistola jam inde à Latinæ Ecclesiæ incunabulis rejecta aut controversa meminere nulli; ut patebit loca collaturis. Quod si esset, non id jam in Cajo Romano, ut quid in eo homine tum singulare, idem Eusebius & Hieronymus subnotassent.

XIII. Secundò, damus controversiam illam recruduisse inter Latinos Novatiani temporibus, tertio sæculo media jam sui parte lapsa. Atque hæc altera esto occasio, & periodus, spretæ aut adductæ in controversiam Epistolæ. Nec affirmasse tantum suffecerit. I. Constat, Novatianæ hæreseos præsidium omne fuisse in hac Epistola repositum. Quum enim Novatus & Novatianus (si tamen hi distinguendi, reclamante Scaligero Animadv. Euseb. mccccxviii. qui non Novatum dictum sed Novatianum, sectatores Novatiananos appellandos censet,) lapsis, sive libellatici ii essent, sive sacrificati, spem omnem ἐπιχειρίας ἢ ἐλέως, ut refert Epiphanius Hær. lxx. sive ut mollius Socrates Lib. i. Hist. Cap. x. τῆς κοινῆς τῶ θεῶν μυστηρίων ἢ τῶ ἀφείλου τῶ τῶ ἱερῶν, contra Romanæ praxin Ecclesiæ, interdicerent, errori suo doctrinam Apostolicam obtenderunt. Occasione quidem Decianæ persecutionis nonnullorumque apostasiæ, reverà ex quodam in Cornelium penitentes Apostatas recipientem invidiæ & indignationis sensu. Et quidem unam Epistolam ad Hebræos in causæ suæ patrocinium adhibere, & geminum illum locum Hebr. vi. & x. Testis est Epiphanius Hær. lxx. contra Catharos; Σφίμαι δὲ αὐτῶν τὸ ρητὸν ὅτι ἀποστολῆ, ἀδιδωλὸν ὃ τὸ ἀπαξ φηλομένον &c. Sed ut ait ipse ἀδιδωλὸν ἀποστολῆ, fieri non potest &c. Manet idem Eulogius Alexandrinus Lib. ii. contra Novatian. Προφίτην οἱ ἀπὸ Ναυατῆ τοῦ Ἀποστολικῶν ρητῶν, τὸ φασκόν τὸ ἀπαξ φηλομένον &c. Hebr. vi. 4. Eodem Libro; Προφῆτον μόνον ἀπὸ τοῦ Ναυαθῆ τοῦ, ἰκασίως ὃ ἡμῶν ἀμαρτανῶν &c. Hebr. x. 26. Sic quotquot ferè ex Veteribus, sive Græcis sive Latinis, in hanc postmodum Epistolam commentati, & cum Novatianis congressi, hæc

O

sem-

semper verba ab hæresi Novatiana vindicarunt. Sic *Ambrosius* Lib. II. de Pœnit. Cap. II. instituta contra Novatianos disputatione, verba illa *Hebr.* VI. de non iterando baptismo, minimè sanè de via ad pœnitentiam lapsis præcludenda, interpretatur. Et res ipsa docet, nihil in speciem faventius dogmati Novatiano, nihil urgentius fuisse hoc argumento; qui non possunt renovari per pœnitentiam, illi non sunt in Ecclesiam recipiendi, sed tales, teste Apostolo, semel illuminati & postmodum lapsi &c. II. Constat, nodum hunc illicò plerisque Latinorum visum fuisse Gordium & ἀλωτον. Hinc qui solvere non valebant secuerunt, & cum de Epistolæ autoritate tum authore litem excitarunt. Adstipulatur *Philastrius* Hær. XLI. qui inter causas subtractæ Paulo Epistolæ hanc refert, quod *faveret Novatiani*. Eo magis, quod nonnullis Latinorum, inde à Caio, aut Marcionis temporibus, fuisset jam ante suspecta. Accessit quod latè serperent contagia Novatiani dogmatis, & sub initia exortæ hæreseos Græcorum illud glossèma, dictum Apostoli ut plurimum interpretantium de φωτισμῷ & ἀνακαινώσει sacramentali & Baptismo non renovando, vel nondùm scirent, vel ut jejunum nec tutum satis Schismaticorum telis excipientibus repudiarent. Nam fuere in Romana & Occidentali Ecclesia, post Novatianos illos fluctus excitatos, *Hilarios* ante & *Ambrosios* &c. oppidò pauci, alicujus nominis & eruditionis scriptores, qui ex illis sese angustiis & difficultatibus valeret expedire. Postmodùm verò, inde ab *Hilario*, & *Ambrosio*, & *Augustino*, doctissimi Latinorum interpretamentum illud de Baptismo adoptare, quam Epistolæ repudium mittere, maluerunt.

XIV. Tertio, damus pariter de Epistola inter Latinos controversum quarto sæculo & *Arrianis* temporibus, novâ scilicet hæsitandi occasione ab hæreticis oblatâ. Urgebant, Christi τὸ ἐμοούσιον ἢ συναϊδιον everti non uno Epistolæ loco. V. g. Capite I. versu 3. dum dicitur *χαεγκλητῆ τῷ πατρὶ ὡς ἑῶν, ἢ ἀπαύρασμα τῷ δόξης αὐτῆ*. Hinc colligere *Arriani*, Filium esse quid participatum, & essentiatum, & Patre minus; habere se ad Patrem, ut radius ad solem, ut imago ad rem expressam imagine, ut originatum ad originans, adeoque essentiâ ipsâ à Patre esse distinctum. Cum primis urgere illi ex voce *γενόμενον* Cap. I. 4. Christum *factitium* esse Deum, creatum, ὅτι τῷ πῶτε ὄντι οὐκ ἔστι. Idem inferre iidem ex loco *Hebr.* III. 2. *πῶτε ὄντι τῷ ποιητῆρι αὐτῶν*, teste *Epiphonio* Hær. LXIX. *Arriomanitas*; *Nimirum ex eo quod dictum est, fidelem existentem ei qui fecit ipsum, creaturam falso inferentes*. Hac ergò occasione factum, & ad declinanda *Arrianorum* tela & molestiam interpretationis, ut ex Latinis *quidam*, antecessorum moti exemplo, Epistolam obelo configerent, & Pauli esse inficiarentur. Atque hæc etiam *Philastrius* Hær. XLI. qui tribus potissimum causis expositis, ob quas Epistolam non assererent esse Pauli, alteram hæc innuit, *quia Christum factum dicit*; simulque confutans monet, *corpore non divinitate factum*. Hinc *Hilarius*, disertissimus Latinorum, vindicandam sibi esse duxit hæc phrasin Apostoli Lib. IV. de Trinit. Hinc præstitere idem alii; cum primis Græci Patres, qui hæc plerique verba à fœdo purgarunt interpretamento. Et quâ ratione Christus sit *χαεγκλητῆ τῷ πατρὶ ὡς ἑῶν, ἢ ἀπαύρασμα τῷ δόξης*, ex professo *Basilius*, luculentâ ad *Nyssenum* Fratrem Epistola, quæ est XLIII. Tom. II. Ut non immeritò tertia hæc constituitur nobis periodus, de novo & ex accidente quodam interpolatæ hujuscæ controversiæ.

XV. Quartò itaque, supponi dicimus gratis, factum Epistolæ vitio, quod importunitate hæreticorum. Non quod soli hi de Epistola ejusque Authore secus sint opinati, ut putat *Faber Stapulensis* in Cap. II. Epistolæ, sed quod aliis secus opinandi præbuerint ansam. Quod & *Caio* Presbytero hac primùm in controversia accidisse, antè vidimus. Pari ratione, ut de *Apocalypsi* controversum in Græcorum Ecclesiis, quod *Chilastrius* in

speciem errori patrocinaretur. Ut de Epistolâ *Jacobi*, quod in Paulinam de Justificatione doctrinam impingere videretur. Planè ut eadem origine derivandi pericèpè errores, Patribus & Catholicis occasione hæreseos adoptati. Verbi gratia, dogma de rebaptizandis hæreticis, ex æmulatione *Cataphrygum* & *Novatianorum* in Orientalibus & Africanis sancitum Ecclesiis. Dogma de absoluta Baptismi necessitate, Augustini tempore, ortum cum à *Clinicio* tum à *Pelagianis*, negantibus in remissionem peccatorum baptizari infantes. Illud Veterum plerorumque, de sanctis in Paradisum post resurrectionem corporum reducendis, probatum imprimis ob *Gnosticos*, Paradisum terrestrem in Archangelum, sacramque Historiam in fabulas transmigrantes. Ut alia istiusmodi Præteream, alibi observanda.

XVI. Quintò, *πῶτον ὡς ἑῶν* est, ante Hieronymum à nemine Latinorum eam Epistolam inter Paulinas & sacras receptam. Quod falsum esse constat. I. Ex iis, quæ de prima controversiæ origine paulo antè à nobis disputata. II. Ex testimoniis suprâ ex *Eusebio*, *Hieronymo*, &c. quæ nunquam universaliter de Latinis omnibus, benè indefinitè de Latinis, & particulariter de quibusdam, aut multis, aut plerisque Latinorum, agunt. III. Inductione exemplorum, puta *Clementis Romani*, postmodùm *Hilarii*, *Victorini*, *Optati*, *Gregorii Boetici*, *Damasi*, *Faustini*, *Ambrosii*, *Philastrii*, *Gaudensii*, *Ruffini*, *Paulini*, *Augustini* &c. qui omnes & Latinorum primipili, & *Hieronymo* vel anteriores vel certè æquales, quorumque constans de Epistola sententia suprâ explorata. IV. Etiam ex suffrago *Concilii Nicæni*, quod præter Latinorum omnium fuisse mentem, verisimile non sit. V. Quia suprâ memoratos Patres quarti quidem sæculi primos hanc sententiam de scriptore Paulo fecisse suam, & recessisse à majorum omnium consuetudine, primosque Epistolam recepisse in Canonem, nullis eorum verbis colligimus. VI. Quoniam *Philastrius*, dum secus sentientes hæreticis accenset, minimè sanè id de Latinis omnibus, indè ab Apostolorum ætate ad suam usque, intellexit. Florere autem ipse etiam nonnihil ante Hieronymum cœpit. Quis ipse *Hieronymus* disertè Epist. ad Dardanum vocat *hujus temporis consuetudinem*; potiorēque sibi esse dicit *Veterum Scriptorum auctoritatem*. VII. Quia hoc quicquid controversiæ fuit haud obscure referendum esse patet ad eos Latinorum, qui inde à Marcione; aut Caio; aut Novatiano, ad Hieronymi usque tempora de Epistolâ disceptarunt. Nec omnes, sed quotquot iis moti argumentis, & occasionibus impulsī, de quibus antè. Inde verò ab Hieronymo Latinos communiter habuisse eam in Paulinis, tum ex publicâ Synodorum, tum privatâ singulorum auctoritate, intelleximus serie perpetuâ.

XVII. Sexto, inconficiens est argumentum; Latini ante Hieronymum de Epistolæ scriptore dubitarunt, ergò non est Pauli. *Ἀνακρίθων*, vel *Hieronymus* iudice ad Dardanum: *Quod si eam Latinorum consuetudo non recipit, nec Græcorum quidem Ecclesia Apocalypsin Johannis eadem libertate suscipiunt, & tamen nos utraque suscipimus*. Quorundamne sententia Latinorum fuerit norma veritatis? Quotiescunque Latini Veteres cœpitare & abire in devia, ipsa Concilia, ipsi Romanorum Episcopi? Annon dubitatum etiam Hieronymi tempore de *Marci* ultimo, de Catholicis *Jacobi*, *Juda*, posterioribus *Petri*, *Johannis*? Ergò ne non iis auctoribus illicò hæc conscripta? Quid si verò cum *Hieronymo* quibusdam Latinorum opponamus *omnes Orientis Ecclesias, & Græci sermonis scriptores*? Quid si Latinos omnes, quotquot alicujus nominis inde ab ætate Hieronymi? Quidni liceat retorquere argumentum? quæ sententiâ paucis olim in Occidentali & Africanâ Ecclesiâ suspecta, ab omnibus verò Græcis, Latinis omnibus, quotquot inde ab Hieronymo florere (ne altius jam assurgam) constantissimè recepta, illa saltem auctoritate potior; sed talis illa de *Paulo* Epistolæ scriptore.

XVIII. Septi-

XVIII. Septimò, ad ipsa sigillatim exempla dubitantium ex Latinis, respondemus. I. De *Tertulliano*, non pluris faciendam illius auctoritatem, quam privati hominis, in gravissimos etiam errores prolapsi. De quo iudicia, apud *Pamelium*, *Rhenanum*, *Erasmum*, *Baronium*, alios. Scripta etiam illius duùm generum, approbata quædam, reprobata alia. Hæc inter de *Pudicitia* Liber, quo *Barnabam* Epistolæ authorem prodit. *Rhenani* verò illatio infirma, ex eo quod Libro contra *Marcionem* V. cæteris Epistolis excussis illius quæ est ad Hebræos nullus meminit *Tertullianus*, sequi eâ atate non tributam fuisse *Paulo*. Atqui constat, *Tertullianum* ex folis argumentari Epistolis, quæ *Marcioni* probarentur, eodem etiam ordine collocatis. Imò Epistolam ad *Ephesios* cum *Marcione* vocat ad *Laodiceos*. Ergone secutus consuetudinem totius Ecclesiæ? Nihilne etiam *Tertullianus* vel scripserit, vel senserit, nisi ex omnium ore atque consensu? Quando imprimis de *Canonicis* variis non idem omnium fuisse iudicium apud *Veteres*, in confesso est. II. De *Casio* & *Hippolyto* res caret difficultate. Privati fuere, & privato nomine dispunxere Epistolam. Imò verò quando id de utroque *Veteres* traditum voluere, satis ostendunt à communi illos recessisse usu. Qua verò occasione *Casius* *Pauli* scripta mutilavit, diximus supra. De *Hippolyto* *Photius*, habuisse ἀλλὰ τί τινὰ ἀπερθεῖας λεγόμενα. Et historica quædam illius παραρρηματῶν, si modò idem est, observat *Scaliger* Animadv. Euseb. ad A. mccccxv. III. De *Cypriano* res obscurior. A non citatione scrupulus omnis. Et hoc ipsum suspicionem injiciat, concessisse in *Tertulliani Magistri* (ut sæpè aliàs) sententiam. Quam ob dogma *Novatianum* deinceps facilius admisit. Ob illam etiam suam de *rebaptizandis* hypothesin, quam *Veteres* omnes everti voluere loco *Hebr. vi. 4.* Tamen nec aperte uspiam rejicit Epistolam, nec citationes desunt, suspectæ quanquam & ex *dubio* *Cypriani*. IV. De *Arnobio* & *Lactantio* iudicium nonnullorum præcept & præposterum. Quod, uti de *Augustino*, & *Ambrosio*, & *Origene*, & *Eusebio*, in antecessis demonstratum. V. De *Hieronymo*, in persona illum sua dubitasse, ut contendit *Roterodamus*, falsum. Sexcentis in locis *Paulo* tribuit, imò id assertum it ac vindicatum. Formulas *dubias* *Hieronymi* Epistolam citaturi qui expenderit, satis intelliget, ex *Latinorum* quorundam mente loqui non suâ, concedendo verius quam affirmando, κατὰ συγχωρησιν, non κατὰ δόξαν, adeoque nonnisi ex nonnullorum tum hypothesi, & distinguere Epistolas *Pauli* non controversas ab eâ quæ quibusdam & prioris & illius etiam ætatis in *Romanâ* Ecclesiâ controversa. VI. De *Commentatoribus* in *tredecim* tantum Epistolas non admodum laboramus. Duplici potissimum de causâ à commentatione illâ abstinere. Primò ob rei difficultatem, secundò ob aliorum dubia de Epistolæ ἀδελφείᾳ. Illo autem ipsissimo loco de prætermittâ eâ queritur *Cassiodorus* *Divin. Lect. Cap. viii.* Neminem verò *Latinorum* ante *Anselmum* in Epistolam esse commentatum, pernegamus. Largiri quanquam possemus sine dispendio, modo aliunde nobis de *Latinorum* mente clarissimè constet. Sanè circumlati in eam *Commentarii* sub nominibus *Ambrosii*, *Primasii*, *Sedulii*, *Remigii*, *Isidori*, *Beda*, *Haimonis*. Quos ut interpolatos variè, & sive incitiâ sive proterviâ quadam coniusos nonnunquam & permixtos damus, at confictos omnes neutiquam. Quo magis horum temporibus recepta fuit opinio de *scriptore* *Paulo*. Sic *Haimonis*, *Remigii*, altero & amplius sæculo *Anselmo* vetustiorum, genuinos esse factus, non diffidentur eruditi. De *Ambrosio* *Cassiodorus* *Divin. Lect. Cap. viii. codicem Epistolarum omnium S. Pauli reliquisse suavissimâ expositione completum*. Si vera *Cassiodorus*, ergo & Epistolæ ad *Hebræos*, quando eam in *Paulinarum* censum, & hic & *Ambrosius* constantissimè retulere. Quamvis de *hodierni* *codicis* *Ambrosiani* origine meritò ambigatur.

CAPUT IX.

BREVARIUM.

Testimonia recentiorum. Quæ *Paulo* tribuunt ex *Scholasticis* & *Pontificiis*. Qui ex *Lutheranis*. Qui ex *Reformatis*. Magna nomina citata. Qui secus sentiant. De *Calvino*. De *Confessione Gallicana*. De *Theologis* quibusdam aliis. De *Novatoribus*, *Socinianis*, *Anabaptistis*.

I. Οὐ καλὸν πάντα λόγον ποτὶ τέχνην φοιτῆν, μηδέ τι πάντ' ἀλλὰ χρέος ἰσχύει μὲν. Scilicet non aliorum semper iudicio atque auctoritate pendendum. Et exploratâ diligentius *Veterum* *Græcorum* & *Latinorum* mente, de recentiorum iudicio liceret nobis esse securis. Imprimis quando post *Veteres* hic sensere. Fuerit tamen pretium operæ, & illorum hic consensum annexere, & potiorum calculo *Paulo* Epistolam denuò ire transcriptum. Molestiam interim citationis declinaturi illorum omnium, quorum obvia de hac re sententia. Nomina plerumque subnotasse, & suo quæque ordine locasse contenti.

II. Ex *Scholasticis* & *Pontificiis* ferè omnes *Pauli* Epistolam credidère. Jam inde à *Gratiano*, & *Lombardo*, & *Thomâ* *Commentatore* Epistolæ. Adeò ut *Baronius* ad A. C. LX. Num. LIV. Atque (ut uno verbo dicam) quotquot postea existierunt *rerum Ecclesiasticarum Catholicis tractatores*, eadem de Epistolâ ad *Hebræos* pari consensione firmanunt: exceptis tamen quibusdam *Novatoribus*, quos vel ingens temeritas arguit, vel hæresis infamat atque condemnat. Ita *Bellarminus* dubia de Authore *Paulo* hæreticis potissimum impingit, sive *veteribus* sive *novis*, quo nomine *Protestantes* imprimis notat, Lib. i. de Verb. Dei Cap. xvii. Duosque tantum excipit è suis, *Erasmum* & *Cajetanum*: quorum illum *Faber Stapulensis* in Cap. ii. Epistolæ, & *Marianus* suis in *Hieronymum* notis, hunc ipse *Bellarminus*, eo nomine perstringunt. Addi debet magni ex *Pontificiis* nominis *Ludovicus Vives*, qui incertum esse authorem putat, suis in *Augustinum* de Civit. Dei *Commentariis* Lib. x. Cap. v. & Lib. xvi. Cap. xxii. *Esimus* *Prolegomenis* in *Epist. subiectum* totius Epistolæ & ordinem à *Paulo* subministratum dicit, compositionem alterius esse cuius operâ *Paulus* utendum putavit. Quæ haurit ex *Eusebio*, sententiam *Origenis* declaraturus, quæque scrupulosius distinguere nihil necesse est. Reliqui nihil tergiversantur, & præter supra memoratos pro *Paulo* faciunt, *Lyranus*, *Carthusianus*, *Ribera*, *Catharinus*, *Lindanus*, *Sixtus*, *Possevinus*, *A Lapide*, *Tostatus* &c. quotquot denique sive Epistolam *Commentariis* illustrarunt, sive controversiam attigerunt. Sed præterto est *Canon Tridentinorum*, qui *Sess. iv. Decreto* i. in *Catalogo* *librorum* N. T. *Quatuordecim* *Epistola beati Pauli Apostoli*, scilicet ad *Romanos* &c. ad *Hebræos*.

III. Ex *Lutheranis* à *Luthero* ipso discessere, & *Paulum* statuere authorem, præter *Flaccium*, *Chytraum*, *Palladium*, *Gesnerum*, *Gerardum*, *Horneium*, *Calixtum*, plerique hodie recentiorum. *Chemnitius* *Exam. Concil. Trident. Parte i. de Scriptis* & *Epistolis* *Apostol.* hanc penultimam *Paulinarum* facit, dubius licet nonnihil. *Confessio Saxonica*, superiore sæculo in *Wittebergenſi* *Synodo* conscripta, *Paulo* eandem tribuit *Artic. xv. Cum dicit Paulus ad Hebræos, sese obiulit* &c. Quod verò aliter senserint *Lutheranorum* varii; quod *Augustana*, quod *Wirtembergica* *Confessio*, Epistolam ad *Hebræos* simpliciter nec authore designato citent; sacra ipsis *Lutheri* ferè unius auctoritate effectum. Quâ si standum, de Epistolâ *Jacobi*, deque *Apocalypſi*, nec de authoribus tantum, sed *canonicâ* auctoritate, controversandum fuerit. Ne refrigem illud *Lutheri* in *Sermon. Convival. titulo* de *Vet. & Nov. Test.* quodque objectum à *Bellarmino*, authorem *Ecclesiasticis* sibi *videri* *oculis* & *calcaribus* *desitutum*, equitare tantum in *soccis*. Sed sive *Lutheri*, sive *Brentii*, sive *Hunnii*, sive *Magdeburgensium*, sive *Osiandri*, communes cum aliis objectio-

nes & instantiæ suo loco expendendæ venient.

IV. Ex Reformatis Paulo Epistolam adscribunt; *Confessio Helvetica*, quæ illam passim *Pauli Apostoli* nomine citat Artic. xi. xvi. &c. *Confessio Belgica*, cujus Articulo iv. recentetur canon scripturarum, & in his quatuordecim *Epistola S. Pauli, quæ sunt ad Romanos, &c. ad Hebræos; Confessio Polonica*, sive *Czengerina*, perbrevis aliàs, Responsione ad calumniam adversar. *Spiritus quoque sancto cum Patre & Filio, Apostolus Hebr. iii. & iv; Confessio Bohemica* Artic. iv. & sequentibus, *Paulus etiam ad Hebræos, Paulus Hebræis scribens; Genevenses*, qui in certâ Bibliorum editione, juxta Græcorum codicum fidem, præfixere titulum, *Epistre de S. Paul aux Hebreux; Angli* pariter in sacro Codice, *The Epistle of Paul the Apostle to the Hebrews*, & Annotat. *Biblicis publicâ Anglicanæ Synodi* autoritate adornatis, *Annotations on the Epistle of Paul the Apostle to the Hebrews; Chamierus* de Canone Fidei Lib. iv. Cap. ii. sententiam Orthodoxorum enarraturus, *Novi Testamenti Libros numeramus viginti septem &c. quatuordecim Epistolas Pauli*. Speciatim pro Paulo Epistolæ scriptore pronunciarunt, ex Germanis Theologis, *Bullingerus, Musculus, Hyperius, Polanus, Zanchius, Ursinus, Tossanus, Piscator, Pareus, Kekeremannus, &c.* ex Gallis, *Beza, Sadeel, Junius, Mercerus, Chamierus, Morneau, Molinaus, Jac. Cappellus, Rivetus, Diodati, Mestrez. itius &c.* ex Anglis, *Perkinsus, Rainoldus, Willetus, Rollocus, Forbessus &c.* ex Belgis, *Gomarus, Walanus, de Dieu, &c.* ut paucis, quotquot ferè per Belgium Theologi, quos inter novissimè *Joh. Hoornbeek* Vir Clarissimus Append. ad i. Controvers. Socinian. Recentiores autem omnes per Europam Reformatam Theologos consultò prætermittimus.

V. Subscripsere Viri alii maximi, & eruditionis omnis principes. *Isaacus Casaubonus* Exercit. xvi. contra Baron. Num. cXLVII. Sic enim & Paulum, qui tot locis Apostolum Gentium se appellat, etiam ergà Judæos, quoties data est occasio, vim muneris sui extendisse, & in eorum synagogis studiosè Christum prædicasse, & ad eosdem etiam illam divinam Epistolam scripsisse. *Claudius Salmasius* Commentar. de Hellenisticâ Quæst. v. Eadem de causâ Paulus, cum ad fideles Judæos scriberet, non inscripsit Epistolam suam *προς Ιουδαίους, sed προς Εβραίους*. Idem Quæst. vi. Sic Epistola Pauli ad Hebræos &c. Idem Funere Ling. Hellenist. p. 38. 39. καὶ ἀπὸ τῆς ἑβραϊκῆς & τῆς ἑλληνικῆς agit de causis suppressi Pauli nominis. *Daniel Heinsius* Exercitat. ad Epistolam Pauli ad Hebræos, notatis de auctore & autoritate Veterum disensionibus, huic disertè inscribit. *Jacobus Usserus* Annal. Part. ii. A. C. 64. Circa idem tempus Epistolam ad Hebræos Paulus scripsit, *Timotheo* jam soluto &c. *Petrus Cunaus* de Republ. Hebræor. Lib. iii. Cap. iii. Ex illis petitum est, quicquid sublimi oratione dissertavit Apostolus in eâ Epistolâ, quam ad Hebræos scripsit. Item; *Melchisedeci sacerdotium à Divo Paulo* perpetuum atque infinitum constitui. Addimus Ecclesiasticæ antiquitatis promicondum *Dav. Blondellum* Præfat. in Apolog. pro sentent. Hieronymi; quo anno Lxi. Paulus Epistolas ad Philippenses & Hebræos in vinculis scripsit. Et V. Cl. *Johannem Pearsonium*, qui in Annalibus Paulinis ad Annum Æræ Vulg. LXIII. & Neronis ix. scripsit; Cumque jam per biennium in domo conductâ verbum Dei libere prædicasset, Roma exiit & in Italiam supra dictam secessit, ubi expectans *Timotheum* scripsit Epistolam ad Hebræos.

VI. Excipit ex nostris *Bellarminus* primò *Calvinus*, de auctore dubitantem gemino Institutionum loco. Nec diffitemur, & expressius idem argumento in Epist. Ego ut Paulum agnoscam auctorem, adduci nequeo. Ipsa docendi ratio & stylus alium quàm Paulum esse satis testantur. Circa finem Commentarii ad Caput XIII. 23. Verisimile est, Lucam, vel Clementem esse auctorem Epistolæ, &c. Per nos sanè ita senserit Theologorum maximus. Suo finit ille quemque judicio frui, nec in ipsius verba jurare quemquam voluit. Privatæ sententia illius discretionis est, non publicæ autoritatis. Aliud etiam

loqui καὶ ἡγορευτός, & per modum assertionis, aliud δόξαστός ἢ σοχαστός, ut hoc loco Calvinus, & per modum obscuræ cujusdam conjecturæ. Nec Calvinus rationes stringere, & doctissimus pridem intellexit *Beza*, & nos suo loco intelligemus. Adèd allucinari quandoque licuit & sanctissimis viris, nec maculis carent splendidissima sidera. Quanquam nec hæc in eminentissimo Theologo macula est, divinitatem aliàs Epistolæ magnificè, ut solet, deprædicante: Ego verò eam inter Apostolicas sine controversiâ amplector, nec dubito quin artificio Satana factum fuit, ut illi auctoritatem quidam detrabere. Nullus enim ex sacris libris de Christi sacerdotio tam luculenter &c. Argum. in Epistol. Imò Authorem perpetuò vocat Apostolum, ἐξόχος ἢ ἀποστολικός. Et auctoritatem ipsum inter & Paulum prodit Comment. in Caput XIII. 13. Et hunc similiter docendi ordinem tenere Paulus solet, ut fidelibus ostendat, quibus in rebus Deus exerceri eos velit, dum à frivolis ceremoniis eos abducere studet.

VII. Secundò excipit *Bellarminus* Confessionem Gallicanam, cujus Articulo iii. à Paulinis se jungitur Epistola ad Hebræos, ut auctoris incerti. Ita sanè est. At causa minimè hæc fuit, quasi dubitarint, quotquot id scripti genus primùm probavere. Operam in Confessione eâ concinnandâ egregiam navavit *Antonius Sadeel*, pro Paulo auctore tamen sentiens. Primus omnium *Beza* in Colloquio Possiacensi Ecclesiarum nomine exhibuit Galliarum Regi; atqui fatetur idem ille, vix aliud quàm Paulum auctorem esse potuisse. Nec alia plerorumque per Galliam Theologorum opinio. Quod ergo ad Confessionum aliarum exemplum non pronunciarit de auctore Gallicana, factum sive ob reverentiam Calvinus, sive ob Veterum quorundam scrupulos, sive ob Paulini nominis in limine absentiam.

VIII. Atque hoc accidit potissimùm nomine, ut doctissimi alii ex nostris Viri Epistolam, non designato Paulo, frequenter usurparint. Citare hoc modi solitis Epistola ad Hebræos; scriptor Epist. ad Hebræos; Apostolus. Quod de auctore non idem omnes statuisse animadvertent. Ex Philologis video *Drusium, Seldenum, Grotium, & si qui alii*. Ex Theologis, *Arctium, Marloratum, Whitakerum, Martyrem, & perpaucos* ex Orthodoxis. *Joh. Camero* pro Barnabâ auctore palàm pugnat Quæst. ii. in Epist. ad Hebr. Vir ut acutissimi ingenii, & diffusæ eruditionis, sic novitatis & opinionum, quæ à vulgo Theologorum discederent, plus nimium studiosus. Exempla habet Clariss. *Molinaus* in vitâ Cameronis. Novissimus Commentator Anglus, ἀνώμωτος, cæterà doctissimus; *Moderni & quorum probabilior sententia* adscribunt Epistolam alicui Evangelistæ, aut viro Apostolico. Si de paucissimis modernorum, non repugnemus. Si de potissimis, gratis, nec explorata satis illorum mente. An verò sententia illa probabilior, ipsam est τὸ νεώτερον, ἢ τὸ ἀμφοτέρωθεν. Addi heic possunt verba *Joseph Scaligeri* in Excerptis ad vocem Hellenistæ; *Hellenista mendacissimi fuerunt, & omnes ne gra quidem in lingua Hebræica callebant, ut Auctor Epistolæ ad Hebræos, qui non est Paulus, sed quidam Hellenista &c.* Item *Joachimi Camerari*; *Constat Græcorum plerosque hanc ut à Paulo Apostolo scriptam enarrasse, cum multa sint quibus hoc in dubium vocari posse videatur &c. Sed consilium nostrum non est ista in presentia exquirere.* Quæ verba laudans *Erasmus Schmidius* perinde declarat; de auctore hujus Epistolæ nolo anxius esse, si non Paulus Apostolus vel alius. Nec dissimiliter admodum *Tanaquillus Faber* Lib. ii. Epist. xiv. Epistola ad Hebræos quis auctor fuerit, nihil attinet querere, & adhuc frustra quaestum est.

IX. Minimè verò hic audiendi; qui ex *Socinianis & Novatoribus* Epistolæ sive auctorem sive auctoritatem subinde sollicitant. Adfuit & causæ compendium suæ, & novaturiendi libido. Sollicitarunt nonnumquam pari temeritate & Canonicos alios. Æquior hic tamen *Socinus* de auctoritate Script. Cap. i. & iv. qui de Paulo auctore pronunciat veluti dubius, & opinionem hanc vulgò receptam profitetur. Hinc inter eos positus à

Gerardo Proleg. in Epist. qui Pauli esse agnoscunt. Sic Jonas Schlichtingius Prol. in hanc Epist. ex Pauli officinâ, & saltem illum instinetu ac spiritu profectam dicit. Accedunt Anabaptista, qui sæpè ex Paulo ad Hebræos in controversiis, de Veteris abrogatione Testamenti, de Enthusiasmo, de lapsis excommunicandis, de cælo

non referando ante extremum diem, argumentari solent. Sed illorum omnium, qui à nobis discedunt, auctoritas quantum infra auctoritates supra positas, sive numerum sive pondus attendimus, subsidat, facillè omnes assequuntur.

P A R S S E C U N D A.

CAPUT I.

BREVIARIUM.

A Testimonii transitur ad Rationes. Futilis quadam ratio rejecta. Prima, ex parte materialium. Confertur Epistola cum reliquis Paulinis. Affinitas demonstratur. Eadem de Christo encomia. Eadem oracula V. T. applicandi ratio. Citations eadem. Exempla eadem inculcata. Loca planè gemina. Congruentia alia varia in dogmaticis, & paranteticis. Cameronis Exceptio eversa. Alia Exceptio confutata.

I. **E**stivè Hilarius Prologo in Psalmos Tobiam & Judith reliquis iccirco Canonicis accenset, ut horum numerus Græcorum & Latinorum litteris quæ viginti quatuor respondeat. Liceret fortè, ad sanctissimi viri exemplum, pro Paulo scriptore Epistolæ ex bisseptenario Paulinarum numero ut perfecto & mystico argumentari; de quo vide Andream Willetum in Procemio Epist. ad Romanos. Eaque sive ex sacris sive ex prophanis congerere, quæ argumentum illustrarent. Ut ex opposito extrâ Paulinarum locum posuere Epistolam alii, quod remaneant septem, ad quas scripserit Paulus, Ecclesia. Sed minimè vacat ludere in re maximè seria. Et ea nobis præstò sunt argumenta, quæ stringant, quæque tò ἐπέχειν procul esse jubeant. Insita quidem, neque jam ex aliorum fide, dubia sæpè aut non explorata, sed nativis ex notis indiciisque ut plurimum sumpta.

II. Primum fuerit ex parte materialium, sententiarumque, quas passim author insperit, quæque Paulum primâ fronte referunt. Neque de generali illo consensu, & quoad doctrinæ substantiam, qualis inter omnes scriptores sacros, sed planè singulari, & quoad doctrinæ similem modum. Ut accidit, scriptorem eundem repone subinde eadem, & suis se prodere notis. Quod Paulo cum primis familiare, & authorem arguit pagina quæque suum. Occumenius; αὐτῷ τυγχάνειν ἐπιστολῆν, ἢ ἀνάγνωσις αὐτῆ διδάσκει. Nec quaeremus nodum in scirpo, neque animus est anxius & scrupulosus singula ἐξονχίζειν, & congruentiæ umbras omnes sectari. Sat fuerit, ex indiciis quibusdam magè perspicuis, dignoscere ὅτι τὸ πατὴρ τὸ παῖδιον.

III. Quod licet vel ex fronte perspicere, & observari in limine possunt coacervata illa de Christo elogia Hebr. i. vers. 2. 3. In quibus sigillatim animadvertere est, & phrasin Paulinam, & genium, & ordinem eundem omnino, quem aliàs servavit Apostolus. Primum omnium elogium est Hæreditas: ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων. Paulina sententia Rom. viii. 17. Συγκληρονόμοι τῶ χριστῷ; ut quod ille inde ab omni æternitate, jure proprio, & naturæ quadam lege, nos jure alieno, εἰσποίησαι, & gratiæ beneficio. Alterum est Creationis opus: Δι' ἡμῶν τὸν αἰῶνα ἐποίησεν. Paulus Coloss. i. 16. τὰ πάντα δι' αὐτῆ ἡμῶν εἰς αὐτὸν ἐκτίσθη. Sive enim αἰῶνας ex Hebræorum idiotismo dixerit, sive τὰ πάντα, ὁρατὰ τε ἢ ἀόρατα; sive etiam τὸ ποιῆσαι, sive τὸ κτίσαι usurparit; obvius est vobis usus promiscuus. Tertium est Imago Patris: ὅς ὡν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, ἢ χαρῆς τῆς ὑποστάσεως αὐτῆ. Planè tum priori illo ad Colossenses loco, tum 2. Corinth. iv. 4. ὅς ἐστὶν εἰκὼν τῆς δόξης ἢ ἀόρατου. Nec aliud effulgere in Christo splendorem Patris ac majestatem, aliud imaginem.

Æquipollent etiam hoc in loco χαρῆς, εἰκὼν, ὁμοίωμα. Et quidem utrobique usurpant substantivum ὄν, ἐστίν, ut Græci notarunt Patres, ἐμφατικῶς ἢ ἀπελθῶς, ὅτι οὐ πρὸς φάτον ἔχει τὸ εἶναι ἀπαύγασμα, εἰκὼνα, ἀλλὰ ἐξ αἰδίου, αἰὲ ὄν. Quartum est Christi Providentia: Φέρον τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆ δυνάμεως αὐτῆ. Idem eodem illo ad Colossenses loco; τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκέν Cap. i. v. 17. Nec diversa, ἐν αὐτῷ συνίσταναι, vel δι' αὐτῆ φέρεσθαι. Aliàs συνέχεσθαι, περιάγεσθαι, πηδαλιωχεῖσθαι, κυβερνᾶσθαι, ut sequiores Græci. Quintum est per Christum Redemptio: Δι' ἐαυτῆ καθαρισμὸν ποιήσάμεν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Eadem serie Coloss. i. 14. ἐν ᾧ ἔχωμεν πλὴν ὀσπυρίων, πλὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν. Promiscua autem hæc Paulo, & familiaria, ἐν ᾧ & δι' ἡμῶν; item καθαρισμός, ἀπολύτρωσις, ἄφεσις. Occumenius cum vetustioribus locum ad Hebræos interpretatur de purgatione factâ ἐν τῷ βαπτισματι. Et sic affinis est locus Pauli Ephes. v. 26. ἐαυτὸν παρέδωκεν, καθαρῶς τῷ λατρῷ ὑδάτου. Ultimum Sessio Christi ad dextram: Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆ μεγαλοσύνης, ἐν ὑψηλοῖς. Totidem verbis Paulus Ephes. i. 21. ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτῆ ἐν τοῖς ἰσπουρνίοις. Idem alibi encomium Rom. viii. 34. Coloss. iii. 1. Quis jam non ex ungue leonem intelligat, & quis nisi hospes non audiat Pauli vocem?

IV. Secundò loco elucescit Paulinus ille genius in Oraculorum Prophetiæ applicatione quadam ad Christum mysticâ & singulari. Et quæ in Authore nostro stupent alii religiosè, carpunt alii blasphemè, minùs appositè trahi ad rem Christianam nonnulla Veteris effata Testamenti, idem alibi in Paulo iidem. Sic quæ de Davide dicta videri possunt Psalmo ii. de Salomone 2 Samuelis vii. de Jehovah Psalmo xcvii. de humano genere universo Psalmo viii. Author Epistolæ ad Hebræos ad Christum transfert Capitibus i. & ii. Atqui in speciem planè hoc à locorum mente & à literâ videtur alienum. At verò id Paulo familiare, pro sublimi illâ quâ fuit instructus sapientiâ. Plura id genus exempla suppeditant Epistolæ ad Romanos, Corinthios, Galatas. Verbi gratiâ, quando quod de Jacobi prærogativâ in speciem externâ Genes. xxv. 23. ad electionis & reprobationis mysterium refert Apostolus Rom. ix. 12. quod de posteris Jacobi & Esavi Malach. i. 3. ad personas ipsas Patriarcharum Rom. ix. 13. quod de bove triturante non capistrando Deuter. xxv. 4. ad Pastores Evangelii i. Corinth. ix. 9. quod de Manna & Petrâ & nube & per mare transitu sacra Mosis Historia, ad Christum ejusque perceptionem sacramentalem i. Corinth. x. 1. 2. 3. 4. quod Moses individualiter de Isaaco, aut collectivè ut videtur de Abrahamæ femine, Paulus anonomasticè ad Christum Galat. iii. 16. quod idem de Sarâ & Agare, Paulus ad Fœdus utriusque Testamenti Galat. iv. 14. Sexcenta ferè istiusmodi à Paulino illo spiritu profecta.

V. Tertiò non in ἀναγωγῇ tantum illâ Paulum inter & scriptorem Epistolæ convenit, sed & in locorum eorundem atque oraculorum citatione frequenti. Sequens docebit ὑποτύπωσις. Psaltis illum locum, Filius meus es, hodie genui te, bis hac in Epistolâ de Christo expositum Capitibus i. & v. Paulus similiter de eodem Christo interpretatur Actor. xiii. 32. Nec obstat hic ad resurrectionem Christi trahi, quod istic ad illius cum filiationem, tum sacerdotium. Sufficit eidem subjecto applicari, prout ex resurrectione illius & honore sacerdotali Christi filiatio æterna sequebatur. Veteres autem

tem de *εὐαγγελικήσει*, quando illis vox *hodie* *χρονικήν ἐπιφοίτησιν* denotabat. Ita locus ille *Habacucis* Cap. II. 4. *ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται*, ad fidem justificantem ejusque fructum trahitur, ut scriptori ad *Hebraeos* Cap. X. 38. sic Paulo ad *Romanos* Cap. I. 17. & *Galatas* Cap. III. 11. Quanquam Propheta in speciem non de Euangelicâ illâ virtute, sed legali verius, integritate, conitantiâ, nec de salute, sed liberatione ex Babylonis servitute. Sic Pfaltis illè locus de Sessione ad dextram *Psalms*. cx. 1. de glorioso Christi regno exponitur, citaturque ut *Hebr.* I. 13. & X. 13. sic etiam I. *Corinth.* xv. 25. Pariter *Jeremia* vaticinium, de peccatis sub novo Fœdere tollendis, citatum auctori Epistolæ *Capitibus* VIII. & X. Paulo itidem allegatur ad *Romanos* Cap. XI. 27. Sic tentati Dei illud flagitium, Israëlitis pridem impatum, in Christum admissum dicitur, quemadmodum *Hebr.* III. 9. ita I. *Corinth.* X. 9. Addimus illud de vindictâ Deo propria *Deuter.* xxxii. 35. totidem prolatum verbis in Epistola ad *Hebraeos* Cap. X. 30. & in ea quæ est ad *Romanos* Cap. XII. 19. Etiam locus ille, *ἐν ἱσαΐκῃ κληθήσεται σοὶ σπέρμα* *Genes.* xxii. 9. legitur allegatus, cum ad *Romanos* Cap. IX. 7. tum *Hebraeos* Cap. XI. 18. Exempla id genus alia, appositiflima fanè in rem nostram, sed cum lectoris tædio & nausea reponenda, conscio studio præterimus.

VI. Quarto mirè auctor noster luxuriat in urgendis Patriarcharum exemplis, *Abrahami* cum primis, hujus fide inculcanda, & promissione gratiæ facta illius in femine. Patet Epistolæ Cap. VI. 13. 14. 15. Cap. XI. 8. 9. 10. &c. Quæ quàm apprimè quadrent, cum iis quæ habet Paulus in sua ad *Romanos* Cap. IV. 17. &c. haud prolixè opus est ostendere. I. Utrobique prædicatur *fides* Abraham, digna omni admiratione & omni præconio. II. Fundamentum illius in *promissione* Dei certâ & immotâ, *ὅτι πιστός, ἢ δυνατός ὁ ἐπαγγελίαµενος* *Hebr.* VI. 13. XI. 11. *Rom.* IV. 21. III. Objectum ejusdem fidei, Dei potentia in *Sara* partu & numerosissimo *femine* exerenda, & *benedictio* hinc exoritura, *Rom.* IV. 17. 18. *Hebr.* VI. 14. XI. 12. IV. Miraculum fidei à rei difficultate, quæ præter veri speciem omnem, Abrahamo & Sarâ jam *emortuis* & ad generationem naturali lege ob ætatem ineptis; utrobique usus auctor voce *νεκρωµένος*, *νεκρώσεως*, *Rom.* IV. 19. *Hebr.* XI. 11. 12. V. Argumentatio Abrahami à majori, posse etiam Deum *ἐγείρειν ἐκ νεκρῶν*, vel *ζωοποιεῖν τὸς νεκροὺς*, *Rom.* IV. 17. *Hebr.* XI. 19. VI. Fructus fidei & promissionis complementum *Rom.* IV. 22. *Hebr.* XI. 11. 12. &c. Ut non ovum ovo similis deprehendatur.

VII. Quinto singularis quædam conformitas intercedit inter geminum illum locum *Hebr.* IX. 15. *ὅπως θανάτου γενοµένος, εἰς δόξασιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ θυσίᾳ παρὰ τῶν ἁγίων* &c. & *Rom.* III. 25. *Ἀφ' ἧς τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἀμαρτημάτων* &c. Utrunque I. De Christi morte, & sanguine. II. De fine ejusdem fructuque, *ιλασµῶ*, *δόξασιν*. III. De latitudine ejusdem fructus, dum sese extendit ad *προγεγονότα ἀμαρτήματα*, sive *τὰς ἐπὶ τῇ πρώτῃ θυσίᾳ παρὰ τῶν ἁγίων*. Ostenditur peccata nulla utroque sub Fœdere præter quàm solo intuitu mortis, sanguinis, redemptionis Christi, fuisse deleta. Nec ad præsentia tantum restringendam, sed præterita, sed futura. Ubi denuò *οἰκείον ἢ ἢ ἰδιωκὸν* Pauli.

VIII. Sextò character itidem Pauli elulescit *Hebr.* II. *vers.* 2. *εἰ ᾧ δὲ ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος ἐγένετο βέβαιος*. Hæc de Lege per *Angelos* promulgatâ, in Sinai monte. Parallelus omninò locus *Galat.* III. 19. *ὁ νόμος ἀφ' ἡµερῶν δι' ἀγγέλων*, *Lex ordinata*, promulgata, per *Angelos*. Pauli hæc doctrina, causas instrumentales in traditione Legis cum *Angelis* tum *Mosem* commemorantis. Nec simile quid in scriptis Apostolicis, præterquam *Actor.* VII. 53. *Ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς Ἀσσυρίαν ἀγγέλων*, phrasi diversâ nonnihil.

IX. Denique congruentiæ istius generis innumeræ, sive in *dogmaticis*, sive in *paraneticis*, *ἢ ᾧ αὐτὸν τρόπον ὃ παιδείας*. Dijudicet æquus lector quæ vel digito

monstramus, horumque affinitatem expendat. I. De Christo supra *Angelos* & creaturas omnes evecto *Hebr.* II. 7. 8. collatione institutâ cum *Ephes.* II. 21. *Phil.* II. 9. II. De peccatis Christi sanguine purgandis, eluendis *Hebr.* I. 3. IX. 14. &c. factâ collatione cum locis *Rom.* III. 25. *Ephes.* I. 7. *Coloss.* II. 17. III. De legalium ac ceremoniarum umbris, fuisse *σκιά τῶν µελλόντων*, totidem verbis *Hebr.* VIII. 5. X. 1. & *Coloss.* II. 17. IV. De promissionibus factis Abrahamo, quemadmodum *Hebr.* VII. 6. ita Epistolâ ad *Gal.* III. 16. 18. V. De morte Christo victâ & triumphatâ *Hebr.* II. 14. ita etiam I. *Cor.* XV. 54. VI. De redemptionis objecto, quod *τῶν πολλῶν multorum* nomine venit, universali syncategoremate limitato *Hebr.* IX. 28. ita *Rom.* V. 19. VII. De fidei illâ *πληροφορία*, collatis locis cum *Hebr.* VI. 11. X. 22. tum *Rom.* XIV. 5. I *Thess.* I. 5. VIII. De firmitate ac constantiâ in fide inconcussâ, itidem locis expensis *Hebr.* III. 6. 14. & *Coloss.* I. 23. IX. De cavendis novitatibus & *εἰσροδιδυσκαλίαις* *Hebr.* XIII. 9. conferendo cum *Ephes.* IV. 14. *Coloss.* II. 7. X. De habendis in pretio ductoribus & imitandis, quod monitum ut *Hebr.* XIII. 7. 17. sic *Philipp.* II. 29. I *Thess.* V. 12. 13. XI. De precibus pro iisdem Deo nuncupandis *Hebr.* XIII. 18. etiam *Rom.* XV. 30. 2. *Corinth.* I. 11. XII. De fiduciali & libero ad Deum accessu *ἢ παρήσιας*, quod expressum *Hebr.* IV. 16. & *Ephes.* II. 18. III. 12. XIII. De pace cum omnibus sectandâ, ut *Hebr.* XII. 14. sic *Roman.* XIII. 18. XIV. De sacrificio laudis, & spiritualibus victimis, iisque *δραῖσις*, Deo faciendis offerendisque *Hebr.* XII. 15. 16. *Rom.* XIII. 1. 2. Atque hæc de materiæ affinitate nobis observasse suffecerit. Quanquam convenientiæ hæc ferè pars minima est, & affinia alia subsequentiū mox Capitum, ordinis ac distinctionis ergò, paginam utramque facient. Ex dictis tamen liquidò constat, haud immeritò ab affinitate *Argumenti*, & doctrinæ quædam similitudine, pro Paulo scriptore licere ratiocinari.

X. Quod interim non placuit *Cameroni*, qui in hæc verba Quæst. II. in Epist. ad Hebræos. *Ajunt ergo quædam reperiri in hac Epistolâ, quæ in aliis Pauli scriptis ferè eadem habentur. Quid tum postea? Sane in duobus Capitibus prioribus, Epistola Petri prioris, plura reperias quæ sunt eadem, quæ dixit Apostolus Paulus, quàm in totâ hac Epistolâ. Ergone ideò Paulina etiam est? Ego verò respondeo. I. Nostri vim argumenti vel non perspectam satis fuisse Cameroni, vel non fideliter expressam. Cruda fanè foret illa ratiocinatio; reperiantur quædam in hac Epistolâ, quæ in aliis, ergò Pauli est. At non quædam, sed longè plurima, & planè singularia, nec eadem ferè, sed omninò. Quod si fortè hæctenus minùs demonstratum, nos eâ quâ debuimus fide, & accuratione, ut in tabellâ quædam exhibendum esse duximus. II. Supponitur falso plura reperiri gemina cum Paulinis aliis in *duobus prioribus Petri Capitibus*, quàm in totâ ad Hebræos Epistolâ. Hic verò opus non rationis, sed sensuum oculorumque judicio. Et præter *Cameronem* id vidit & observavit nemo. Ut in exordii formâ, & summâ rerum, consensum Petri cum Paulo non eamus inficias. Quàm verò illud sit jejenum, præter collationem antè institutam, docebunt sequentia. III. Hoc etiam dato, laborat nihilominus consequentia, & admittitur *elenchus parium*. Priorem Petri Pauli non esse constat vel ex inscriptione, sed Petri. Et quanquam hujus auctor latitaret, defunt rationes aliæ præter affinitatem quandam argumenti, cur Pauli crederetur. Contrâ, de Epistolæ ad Hebræos parente res in obscuro est; rectè ergò ex fœtus illius lineamentis patrem conjectamus. Imprimis tot aliis conjectandi imò certò pronuntiandi rationibus adducti atque impulsivi, prætermisiss Cameroni ac diffimulatis.*

XI. Excipient fortassis alii, per retorsionis quendam modum. Quæ Epistola continet talia, quorum vestigium in Paulinis nullum, minimè ea Pauli esse videtur. Atqui istiusmodi, quæ habet auctor de *Melchi-*

chifedec, quæ de Christi sacerdotia, quæ de totali pi-
 rum defectu & apostasia, planè nova & singularia.
 Sed in promptu solutio est. I. Negando consequen-
 tiam. Neque enim necesse fuit ubique eadem repeti.
 Imò verò πολυμερῶς ἢ πολυτρόπως promenda, illustran-
 da, firmanda fuere Euangelii mysteria. Sic multa in
 Epistolâ ad Romanos, (ut de solâ hac dicam,) Capiti-
 bus imprimis VII. IX. XI. quæ non alibi Paulus. II. Fal-
 sum, quoad substantiam rei nova planè exhiberi in il-
 lâ ad Hebræos. Imò eadem planè de Christi personâ,
 officio, beneficiis, & modo ea nobis per fidem appli-
 candi, quæ ubique Paulus. Diversus quamvis in non-
 nullis doctrinæ modus, conferendo diligentius typos
 cum antitypis, & legalem cum Euangelicâ œcono-
 miam. Nihil etiam novi, temporariis, & apostatis, &
 in Spiritum Sanctum blasphemis, interitum & exitium
 denunciari. III. Si hic quædam singularia, singulares
 etiam fuere Apostolo urgendi illa & illustrandi ratio-
 nes. Res ipsi cum Hebræis Christianis, sectantibus ad-
 huc dum umbras, εἰς ἡσάκι τῷ νόμῳ ἐ ταῖς σιναῖς, (ma-
 le in meo Codice καίαις) ut est apud Athanasium, nec
 dediscantibus Ἰουδαῖς. Quid ergo mirum, Legis in
 Evangelio complementum, & respectum illum mu-
 tum, & obversam Legis ad Christum faciem, indu-
 ctione quâdam, pressis nobilioribus quibusdam typis
 atque figuris, talibus ostendere Apostolum ac demon-
 strare? Quemadmodum idem cum Gemilibus agens,
 non jam eos ex Veteri Testamento, sed ex propriis il-
 lorum principiis, arguit convincitque. Non ignorari
 etiam debet, Melchisedecum, ejusque sacerdotium, ce-
 lebratissimum fuisse inter Judæos, de quo Thalmudista
 varia, imo habitum Messie typum, ut in Bereschith
 Rabba ad Cap. XIV. Genes. ut Isaac ben Arama ad Cap.
 XLVII. Genes. ut Moses Haderfan ad Cap. XVI. Numer. &
 si qui plures. Ut nihil mirum, in eo urgendo iisdem
 & declarando accuratorem fuisse Apostolum.

CAPUT II.

BREVIARIUM.

*Ratio Altera pro Paulo scriptore. Conformitas phrasæ cum
 Paulinâ. Illustratur exemplis variis. Propria sapientie
 uni Paulo. Cameronis insipientia notata. De stylo Epi-
 stola plura, in Parte anastasiastica.*

I. EX pluribus avem, ex voce psittacum, habet ver-
 bum vetus. Ita ex phrasi, dictione, expressioni-
 bus variis; Epistolæ authorem. Et quemadmodum
 ante materiam ipsam ac doctrinam, ita jam formam ἢ τὴν
 τῶν λέξεων attendendum esse judicamus. Occur-
 rent sanè phrasæ, & familiares Paulo, & singulares
 ferè, ac veluti χαρακτηρισμὰ ἰδιώματῶ. Neque una for-
 tè aut altera, anxius conquisita, sed ὅλη τῷ θυλάκι,
 & pleno modio. Præter eas, quæ vel superiori Capite
 observari jam potuere, vel sequentibus reservamus.

II. Principio notanda nobis videtur phrasis Hebr. I. I.
 quâ dicitur Deus λαλήσας ἐν τοῖς προφήταις; item ἐλά-
 λησεν ἐν ἡμῖν. Similis illa 2 Corinth. XIII. 3. ἢ ἐν ἡμῖν λα-
 λήσῃ χειρῶ. Utrobique τὸ λαλῆν ἐν, pro λαλῆν διὰ,
 ex usu Hebræorum. Nequicquam Cl. Gerardo propriam
 significationem particulæ ἐν hoc loco retinente.

III. Capite I. versu 3. τῶ ῥήματι τῷ δυνάμει, & si
 quibus aliis in locis Epistolæ, Hebraismus idem occur-
 rit. Usitatissimus Paulo; σῶμα τῷ δόξῃ, σῶμα τῷ ταπῆ-
 νάτει, πνεῦμα τῷ ἀγιάσει, λόγῳ τῷ σοφίᾳ &c.

IV. Capite II. versu 14. κοινοῦνκε σαρκὸς ἐ αἵματος;
 σαρκίς ἢ σαρκίνης, i. e. naturæ cum infirmitatibus col-
 luctantis. Phrasis Paulina Galat. I. 16. οὐ προσκαθενέμιον
 σαρκὶ ἐ αἵματι. Ephes. VI. 12. ἢ πάλῃ πρὸς αἷμα ἐ σαρκά.

V. Capite II. versu 11. τὸ ἀγιάζειν. de justificationis &
 redemptionis beneficio; ὃ τε γὰρ ἀγιάζειν ἢ οἱ ἀγιοποιεῖ-
 νοι ἐξ ἑνὸς πάλῃ. Similis locus Ephes. V. 26. ἐαυτὸν παρέ-
 δωκεν ὑπὲρ αὐτῆς, ἵνα αὐτῷ ἀγιάξῃ.

VI. Capite III. versu 1. καλέσας ἰσραηλῆς ῥετοχοῖ.

Phrasis Apostoli Philip. III. 14. τῷ ἀνο κλήσει ἢ Θεῷ. 2
 Timoth. I. 9. καλέσαντος κλήσει ἀγία.

VII. Capite III. versu 6. τὸ κἀνὴμα τῷ ἐλπίδος. Pau-
 lus Roman. V. 2. κἀνὴμα ἐπὶ ἐλπίδι.

VIII. Capite V. versu 14. τελείως vocat Apostolus;
 oppositè ad ἡπίως, ratione cognitionis; & τελειότητῃ. Cap.
 VI. I. comparatè de perfectiori cognitionis gradu. Sa-
 pientissimè Paulus eo sensu usurpat vocem. 1 Corinth. II. 6.
 σοφίαν λαλῶμεν ἐν τοῖς τελείοις. Philipp. III. 15. ὅσοι οὖν
 τέλει, ἕτο φρονῶμεν. Ad cognitionis gradum eximium
 pariter refert 1 Corinth. XIII. 9. Ephes. IV. 13.

IX. Capite V. versu 13. prima vocat Christianæ fidei
 rudimenta, τὸ γάλα, χρεία, inquit, ἐχούτες γάλακτος;
 & opponit τῷ σερραῶν τροφήν. Similiter 1 Corinth. III. 2.
 γάλα ἡμῶς ἐπόησα, & opponit itidem τὸ βρῆμα.

X. Capite VI. versu 11. τῷ πληροφείαν τῷ ἐλπίδος.
 Cap. X. versu 22. ἐν πληροφείας πίσεως. Soli Paulo vox
 aliquoties usurpata Coloss. II. 2. πληροφεία τῷ σωείσεως.
 1 Thess. I. 5. πληροφεία πολλῇ &c.

XI. Capite VII. versu 18. τὸ ἀδθενῆς τῷ ἐνὸλῃτῃ, ἢ ἀνώφε-
 λῆς. Paulus Roman. VIII. 3. τὸ ἀδύναιον ἢ νόμος, ἐν ᾧ ἠδέν-
 νῃ. Galat. IV. 9. τὰ ἀσθενῆ σιχηία, de Legis rudimen-
 tis.

XII. Capite VIII. δ. IX. 15. & alibi passim Christum
 vocat τὸν Μεσίτῳ, Mediatorem, internuncium. Soli
 Paulo expressum elogium. Gal. 3. 19. 20. ἐν χειρὶ μεσί-
 τῃ; ὃ ἢ μεσίτης. 1 Timoth. II. 5. εἰς μεσίτης, Χριστὸς Ἰη-
 σῦς.

XIII. Capite X. versu 1. σιαν ἐχῶν ὁ νόμος. Item
 Cap. VIII. 5. σιαν τῷ ἐπουρανίαν. Pauli iterum phrasis Co-
 loss. II. 17. ἢ εἰς σιαν τῷ μελλόντων.

XIV. Capite X. versu 22. conscientia puritatem ef-
 fert per σαρκισμόν, καθαρισμόν, ἱρραρισμένοι ὡς καρδίας
 ἀπὸ συνηδύσεως πονηρῆς. Familiare Paulo 2 Corinth. VII.
 I. καθαρῶμεν ἐαυτῶς ἀπὸ πάλῃς μολισμῆ σαρκός. Alibi
 sæpè.

XV. Capite X. versu 23. Cap. XI. versu 11. πισὸς ὁ
 ἐπαγγελάμενος. Perpetuum illud Paulo sexcentis in
 locis, & ferè proprium; Deum ut πισὸν vocet, ratione
 promissionum; πισὸς ἢ ὁ Θεός, πισὸς δὲ εἰν ὁ Κύριος &c.

XVI. Capite X. versu 33. ὀνειδιμοῖς τε ἢ θλίψεσιν
 θεατεζόμενοι. Pauli phrasis 1 Corinth. IV. 9. ὅλη θείαροσ
 ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ.

XVII. Capite X. versu 36. vocat ἐπαγγελίαν, obje-
 ctivè & terminativè, vitam æternam, statum gloriae.
 Planè Galat. III. 22. ἵνα ἡ ἐπαγγελία δοθῇ τοῖς πισθῶσι.

XVIII. Capite X. versu 39. εἰς ἀελοποιήσιν ψυχῆς. Eo-
 dem sensu Paulus 1 Thess. V. 9. εἰς ἀελοποιήσιν σωτηρίας.
 2 Thess. II. 14. εἰς ἀελοποιήσιν δόξης.

XIX. Capite XII. versu 1. vitam Christianam confert
 Apostolus cum iis qui currunt in stadio; τρέχωμεν τῷ
 ἀελοποιήσιν ἡμῶν ἀγῶνα. Similitudo Paulina 1 Corinth.
 IX. 24. & sequent. τρέχειτε ἵνα κἀπλάθητε, ἐγὼ ἢ τοῖνῳ
 οὐτῶ τρέχω. Ibidem usus voce ἀγωνίζεσθαι, quæ respon-
 det voci ἀγῶνῳ.

XX. Capite XIII. versu 9. διδασκαῖς ποιήσας μὴ ἀε-
 φέρεσθε. Planè sic Apostolus Ephes. IV. 14. ἀεφερόμε-
 νοι παντὶ ἀνέμῳ τῷ διδασκαλίας.

XXI. Capite XIII. versu 10. utitur phrasi ἢ φαγεῖν ἐκ
 θυσιασθῆς, vesci ex altari; i. e. victimâ. Idem omninò
 1 Corinth. IX. 13. τῷ θυσιασθῆς συμμερίζεσθαι, eodem si-
 gnificatu. Item 1 Cor. X. 18. κοινωνεσθαι ἢ θυσιασθῆς.

XXII. Capite XIII. versu 15. 16. ibi preces confert
 cum sacrificio Deo offerendo, & quidem grato accepto-
 que; ἀναφέρωμεν θυσίαν, τοιαύταις ἢ θυσίαις εὐαρεσῆται ὁ
 Θεός. Nihil convenientius Roman. XII. 1. ἀερεσῆσαι τὸ
 σῶμα. θυσίαν ζῶσαν, διάρροσον. Philipp. IV. 18. δεξά-
 μενος θυσίαν δικτῶν, διάρροσον τῷ Θεῷ.

XXIII. Capite XIII. versu 20. observari potest illud de
 Deo epithetum, ὁ Θεός τῷ εἰρήνης. Solenne Paulo, &
 proprium quidem. Rom. XV. 33. ὁ ἢ Θεός τῷ εἰρήνης. Ita
 Rom. XVI. 20. 2. Corinth. XIII. 11. Philipp. IV. 9. 1. Thess.
 sal. V. 23.

XXIV. Ex his sanè & istiusmodi pluribus sive sim-
 pli-

plicibus five complexis vocibus abunde patet styli quædam, phrasiologia, & genii, singularis conformitas. Plura investiget, cui plus concessum otii. Et hoc *rationis genus magnum pondus habere debet*, ipso teste *Camerono*. Neque id attendisse mihi videntur satis, qui ad ravim usque & nauream styli *diversitatem* urgent. Quam ut palam faceret *Camerono*, geminum profert exemplum, loco aliquoties notato. I. *Nuspiam in Epistolis Paulinis, vocem illam aiwves, eo sensu reperiri*. II. *Nunquam dicturum fuisse Paulum, μήποτε καθ' ἑμῶν*. Bona verba! Una aut altera vocula, fortè alibi non expressa, præponderabit superioribus omnibus documentis? Unde etiam habuit *Camerono*, abhorre ab his vocibus Pauli genium? Sed de his, aliisque quæ de *stylo* objiciuntur, fufius in *ἀνασκευῆ* suo loco instituendâ.

CAPUT III.

BREVARIUM.

Ratio Tertia pro Paulo. Clausa Epistola eadem cum Paulinis. Votum idem. Salutatio eadem. Signaculum idem. Cameronis Exceptiones diluuntur. Σημείον διακριτικὸν Paulinarum quale.

I. Succedit ab Epistolæ ultimis, scilicet *claudendi* modo, pro Paulo scriptore argumentatio. Scorsim urgenda, quando ponderosa est, & apodictica ferè. Tribus ut plurimum Paulus clausam Epistolæ absolvit, *voto, salutatione, signaculo*. Quàm bellè quadret nostræ clausa Epistolæ, quivis ex sequentibus arbitretur.

II. Ad finem Author properaturus incipit à *voto*, cuius hæc forma: *Ὁ ὃ Θεὸς τῆ εἰρήνης καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ &c.* subjunctâ *δοξολογία*, *διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Hebr. XIII. 20. 21.* Simili, inquam, & *voto & δοξολογία* Paulus colophonem imponere solet Epistolis. Sic priori ad *Thessalonicenses*; *αὐτὸς ὃ Θεὸς τῆ εἰρήνης ἀγαθὰς ὑμᾶς ὀλοτελεῖς &c.* I *Thess. v. 22.* Sic posteriori Epistolâ; *αὐτὸς ὃ Θεὸς τῆς εἰρήνης δώη ὑμῖν &c.* 2 *Thess. III. 16.* Similis clausa Epistolæ ad Romanos, cum *voto* de confirmandis iis per illius Euangelium &c. eadem *δοξολογία* terminando *Rom. XVI. 25. 27.* Idem in Epistolâ ad Philippenes, ubi præmissa *voto* de adimplendâ in Philippenibus gratiâ simili *δοξολογία* claudit *Philipp. IV. 19. 20.* Quibus solus *Petrus* affine quid habet, Epistolâ priori.

III. Subjungit Author *salutationem*, Paulo ubique ferè solitam ulurpari. *ἀσπασθε τὰς ἡγμένους ὑμῶν, καὶ πάντας τὰς ἀγίους. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Hebr. XIII. 24.* Quo, & fratrum nomine salutatur quos compellat, & suo salutem nunciari aliis jubet. Mutuum hoc salutationis officium perpetuum in Paulinis. Conferantur Epistolæ ad *Romanos, Corinthios, Philippenes, Colossenses, Thessalonicenses &c.* Nec fuit, quod instaret *Camerono*, alios etiam *salutationibus Epistolas suas claudere*. Neque hic salutationem simpliciter, sed formam spectamus ac modum. Fideles etiam, quos salutatur, Paulino more vocat *τὰς ἀγίους*.

IV. Tandem *signaculo* appposito terminatur Epistola. Quod si Pauli esse evicerimus, vix superest dubitationi locus. Pauli signaculum quale sit, ipse docet 2 *Thess. III. 17.* *Ὁ ἀσπασμός, τῆ ἐμῆ χειρὸς Παύλου, ὃ ἐστὶ σημεῖον ἐν πάσῃ θηπισολῇ; οὕτως γράφω, ἢ χάρις τῆ χειρὸς ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν, ἀμήν.* Quibus duo monet. I. Eâ formulâ claudere se Epistolas *omnes*. II. Illarum hoc esse *proprium*, & distinctivum à reliquis, *ὡς τὸ μὴ μεταποιεῖσθαι*. Atqui ipsissima illa verba, eodem etiam ordine ac loco, *Hebr. XIII. 25.* *ἢ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν, ἀμήν.* Et reverâ nuspiam alibi *Canonicis* in Epistolis eadem omninò forma. *Petrus & Johannes* ad morem *Hebræorum* precantur *pacem*. *Tertullianus* advers. *Marcion. Lib. v. de primâ ad Corinth.* *Nam & hodie Judæi in pacis nomine appellant, & retrò in scripturis sic salutabant.* Paulus vero *gratiam*, *τῷ ἐστὶ, τῷ ἀφείν τῶν αἰ-*

μαρτιῶν, καὶ τῷ καθαρίν. In omnibus ad unam Epistolâ signaculi loco, *ἢ χάρις μετὰ ὑμῶν, vel μετὰ πάντων ὑμῶν.*

V. Instat doctissimus *Camerono*, σημεῖον illud *διακριτικὸν Paulinarum* consistere in eo, quod *propriâ manu salutationes scribat. Et hoc demum velle pro signo haberi, in omnibus suis Epistolis.* Id autem non factum in hac ipsâ, adeoque nec Pauli esse Epistolam. Atqui I. Supponit gratis, *signi omnem hanc fuisse rationem, quod salutationes suâ ipsius manu scriberet.* Expendenti locum illum ad *Thessalonicenses*, de Pauli *signaculo*, occurrunt duo; primò ratione *formæ*, ipsâ Pauli Apostoli manu scribi solitum; deinde ratione *materiæ*, constituisse his verbis, *sic, inquit, scribo, ἢ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν.* Quod ipsum τὸν ἀσπασμὸν vocat, coronidis loco subungi à se ubique consuetum. Male ergò Vir eruditus *sigillis* rationem in eo solo constituit, quod saluaret *idioχειας*. Non attendens salutationis illius modum, & ipsâ illa verba subnecti Paulo solita. II. Supponit etiam, *non fecisse* hoc Authorem, ut manu propriâ subscriperit. Quod non precario tantum, sed & falsò, dici arbitramur. Viditne *αὐτόγραφον Camerono*, ut tam audacter pronunciarit? Quidni Paulus consueta illa verba, *ἰδίᾳ τῆ χειρὸς* exararit? Cur, si latitare voluit, non aliâ usus ille claudendi formâ? Cur meminit *Timothei*, cur sui adventus, cur aliarum quæ authorem circumstantiarum proderent? Eò magis, quod quia nomen Epistolæ in fronte non expressum, hac saltem ratione constare de authore *Hebræis* debuit. III. Sed dato, non fuisse *αὐτόγραφον* illud *idioχειον*: quo modo Paulus ἐν τῇ *θηπισολῇ* à communi usu & consueta exordiendi ratione recesserat, eadem ἐν τῇ *αὐτογραφῇ* recessisse dici poterit. Fueritque hoc σημεῖον *idioχειον* ita commune Pauli *omnibus* Epistolis, ordinariè à se missis ad *Ecclesias*, ut excipi possit Epistola planè singularis, & ad eos data, quibus ne quidem *nomen* nec *Apostolatum* expresserat. Quamquam ne hoc quidem statuere necesse est.

CAPUT IV.

BREVARIUM.

Quarta Ratio pro Paulo Scriptore. Coaccervantur circumstantiæ varia. Quod meminit Author vinculorum. Exceptio Cameronis. Quod meminit afflictionum Hebræorum. Quod conscientia sua & conversationis. Quod precium pro se fundendarum. Quod ex Italiâ salutes. Quod se venturum promittat. Singula declarantur. Tempus scriptæ Epistola accuratius notatum.

I. Imprimis verò huc facit Argumentum à *circumstantiis* Epistolæ variis, quæ Paulum Scriptorem produnt. Quæque, quò expenduntur magis, eò assensum pertinacius extorquent. Sunt autem illæ in hac Epistolâ non unius generis, quæ scriptionis authorem, etiam tempus, & locum sic indignant, ut seriò dubitasse eruditos vix adduci possim ut credam.

II. Prima esto circumstantia *vinculorum* illa mentio *Capit. X. versu 34.* *καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς με συνεπαθήσατε.* Constat enim, soli Paulo, & ferè semper, venisse hoc usu. Et quas omnes ex *Italiâ* transmisit Epistolas, vinculorum suorum mentione quasi distinxit. Sic in illâ ad *Ephesios* vocat se iteratò τὸν δεσμὸν *Eph. III. 1. IV. 1.* etiam *πρεσβευόντα ἐν αἰλύσῃ Ephes. VI. 20.* Sic ad *Philippenes* quater meminit τῶν δεσμῶν. Sic ad *Colossenses* *μνησθὲς* *μονοῦτέ με τῶν δεσμῶν Coloss. IV. 18.* Sic posteriori ad *Timotheum*, *κακοπαθῶ μέγας δεσμῶν 2 Tim. II. 9.* Pariter ad *Philemonem* bis repetit, *ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, versu 10. 13.* Denique in illâ quæ est ad *Galatas*, si non *δεσμῶν*, saltè *σιγματῶν* mentionem ibidem facit *Gal. VI. 17.* Tantique hoc visum est Veteribus argumentum, ut veluti in arce collocarint. *Oscurum* ex aliis; *μαρτυρεῖται ὃ ἐν τοῖς ἐξῆς ἡ θηπισολῇ ὑπάρχουσα Παύλου, τῷ γράφειν, ὅτι καὶ δεσμοῖς με συνεπαθήσατε.* Nec urgeri debent *Syri, Arabi, & Vulgati* versiones Interpretis, qui laugerunt τοῖς δεσμοῖς συνεπαθήσατε, *vincula compassi estis.*

Fit

Fit enim præter codicum Græcorum fidem; præter rationem constructionis, sequente *μη* particulâ: præter usum etiam Apostoli, vincula aliâs sæpe sua commemorantis.

III. Excipit suo more doctissimus *Camero*; *Nemone* potuit esse in vinculis præter Apostolum Paulum? aut in vinculis per Epistolam Ecclesiam admonere, hortari, atque consolari? Primò à potuisse ad esse infirma consequentia. Demonstrandum, quidnam aliis ille, & quibus hoc indicis conproberetur. Secundò, potuisse esse in vinculis, imò reaptè fuisse illis temporibus præter Paulum alios, equidem largimur. De *Timotheo* victo legimus hæc in Epistolâ, de *Aristarcho* in illâ ad Colossenses, de *Petri* & *Jacobi* vinculis in Actorum libro &c. Hos verò transmisisse Epistolam, somniavit nemo. Tertio, probandum id fuit Cameroni de *Barnabâ*, quem Epistolæ suspicatur authorem. De cujus sive in Italiâ vinculis, sive Epistolâ, nihil quicquam constat. Ut neque de *Lucâ*, aut *Clemente*, aut *Apollo*, quorum esse Epistolam, assertum fuit aliis. Tandem, *Paula* convenire omnium optimè, quivis videt. Cujus constant ex sacris vincula; quorum perpetua ipsi & familiaris mentio; qui septem in vinculis Epistolâs conscripsit; & ex Italiâ quidem, in quam trajecisse legimus Apostolum Actor. xxvii. 1. 6. Nisi fortè de vinculis Pauli *Hierosolymis* injectis sermo Actor. xxi. quæ Hebræis maxime innotuerant. Non fuit ergò quod Venerabilis *Beza* affirmaret; argumento admodum infirmo nisi, qui ex hoc loco Pauli esse Epistolam colligunt.

IV. Altera circumstantia peti potest, non jam à *συμπάθει* illa Hebræorum de Paulinis vinculis, sed à *κακοπαθεί* eorundem, *ἐνδουμῶς*, *θλίψεσι*, *ἀεργυῆ* & *ὑπαρχόντων*, quæ cum gaudio Hebræi sustinuerant *Capite* &c. versu. 32. 33. 34. Earundem enim in Hebræis illis perfectionum alibi meminit idem Paulus. Dum Thessalonicenses, contribulium rabie, & motâ in ipsos persecutione, imitatores factos dicit *Ecclesiârum que sunt in Judæâ* 1 Thess. ii. 14. Atque ita Epistola ad Hebræos ad Palestinas tantùm data fuerit Ecclesiâs, vel serpsit eadem persecutio postmodum latius ad Judæos quaquaversum. Vidit & hoc ipsum *Theodoretus*, qui Argumento in Epist. ad Hebræos de iisdem afflictionibus sermonem esse docet, citato loco illo ad Thessalonicenses. Idem alii ex Interpretibus. Et quanquam sola hæc fortè circumstantia non sufficeret, at aliis junctam contemnendam minimè esse censemus. Imprimis si Paulinum morem perpendimus, quo & afflictiones singulis suas revocare in memoriam solet, & suavissimo solationum lenire balsamo.

V. Tertia circumstantia est Authoris illa suæ *συνειδήσεως* & *ἀναστροφῆς*, sanctæ quidem & inculpatæ, recordatio. Quâ verè se Paulum ostendit Hebr. xiii. 18. *πεποιθαμένῳ γὰρ ὅτι καλῶ συνείδησιν ἔχομεν, ὅτι πάντες καλῶς θέλοντες ἀναστρέφεται.* Primò quidem is mos est Pauli singularis. Ita 2 Corinth. I. 12. & *συνειδήσεως ἐν ἀπλότηι καὶ εὐκλειῳ, & ἀναστροφῆς* suæ, testimonium ostentat. Ita Actor. xxiii. 1. *πάντη συνείδησει ἀγαθῇ πεποιθίμενοι τῷ Θεῷ.* Præterea Pauli singularis quædam ratio conscientiæ suæ hoc in loco in testem adhibendæ. Audiebat apud Judæos, quasi *διδάσκων δόξασαν* & νόμῳ. Hinc Judæorum in illum invidia, exacerbatio, contumeliæ. Purgat se ergò hunc in modum, & ad conscientiam provocat, *Ὁσμενίον* paraphraste; *ἀναποσάσαν ἔνομη κηρύσσον, καθὼς ἴπτε διαβάλλον, ἀδικῶν ἔργων, ἡμεῶν καὶ τῶν σκιάς ἐπὶ τὸ πνέμα καὶ τῶν ἀληθῶν μελέτων.* Sic etiam *Theodoretus* Commentario ad locum; *Malè audiebat apud eos, ut qui legi contraria prædicaret. En ergò docet se nullâ aliâ causâ id facere, quàm ut pareat verbo divino.* Quapropter etiam conscientiam vocat in testimonium. Videri & *Chrysostomus* potest ad ipsum hunc locum.

VI. Quarta circumstantia nobis ea est, quâ Apostolus Hebræorum preces in subsidium vocat *Capite* xiii. versu. 17. 19. *προσέχθητε πρὸς ἡμῶν, ἀελοτέρως ἢ ἑσκαλῶν* Tom. II.

τῶτο ποιῆσαι. Paulo nihil usitatus, quàm implorare fidelium ad quos scribit preces, & calidiora ad Deum vota, iisdem etiam omninò verbis. Ad *Romanos* xv. 30. *ἑσκαλῶν ἢ ὑμῶν συναγαγίνασθαί μοι ἐν τῷ προσέχθητε πρὸς ἡμῶν.* Ad *Colossenses* iv. 3. *προσέχθητε πρὸς ἡμῶν.* Primâ ad *Thessalonicenses* v. 25. *προσέχθητε πρὸς ἡμῶν.* Secundâ ad *Thessalonicenses* iii. 1. *προσέχθητε πρὸς ἡμῶν.* Ad *Ephesios* vi. 18. *προσέχθητε πρὸς ἡμῶν.* Quin spectari hoc loco debet materia ex parte illarum precum, sc. *ἵνα ἴνα ἀποκατασταθῶ ὑμῶν* Hebr. xiii. 19. Ita planè Paulus ad *Philemonem* versu. 22. *ἐλπίζω γὰρ ὅτι διὰ τῶν προσέχθητε ὑμῶν χαλεπήσομαι ὑμῶν.* Hinc etiam Græci Patres pro Paulo argumentati, *ἐν τῷ λέγειν, πελοσότερον ὄχρασε ἵνα ἔχον* &c. Quin etiam eadem ferie, & preces illorum efflagitat, & rationem à conscientia suæ integritate subnectit, quæque hoc officii genus mereretur. Patet, *προσέχθητε πρὸς ἡμῶν, πεποιθαμένῳ γὰρ ὅτι καλῶ συνείδησιν ἔχομεν.* Idem verborum ordo 2 *Corinth.* I. 11. 12. *συνουπογγέντων ἢ ὑμῶν πρὸς ἡμῶν τῇ θεῷ &c. ἢ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὐτῇ ἐσιν, τὸ μαρτύριον τῶν συνειδήσεως &c.*

VII. Quinta circumstantia est à loco unde data Epistola. *Ἀσπάζομαι ὑμῶν οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας.* Ergò ex Italiâ scripsit, unde salutatur. Quid magis in Paulum quadret? In Italiâ certè profectum docet Historia *Lucæ* Act. xxvii. In Italiâ vincitum fuisse constat. Ex Italiâ plures dedisse literas, ad Philipenses, Colossenses, Ephesios, Philemonem, extrâ aleam controversiæ. Similiter data hæc sive Româ in vinculis, sive ex alio quodam Italiâ loco. Sive nondum solutus esset Paulus, sed solutionem & ἀποκαταστασιν sperans, quemadmodum & in illâ ad *Philemonem*: sive jam dimissus, & fractis prioribus vinculis, sui quodammodo factus juris. Quod post biennium illud liberâ in custodia Romæ exactum videtur contigisse. Fuorit sanè & in Italiâ *Lucas*, fuerit & *Clemens*, etiam *Marcus*, etiam *Barnabas*, quem *Mediolanensis* fundatorem Ecclesiæ tradiderunt. At fuisse istic in vinculis, scripsisse illinc ad Ecclesiâs, pari cum Paulo valuisse apud has autoritate, ut mittam aliâ, quorum certa de Paulo ex sacris fides, in obscuro est.

VIII. Sexta nobis circumstantia est, quod fideles Hebræos in eam spem erigat Apostolus, ut brevi illius bearentur aspectu Hebr. xiii. 22. *Μετ' ἧς (Τιμοθέου) ἐάν ἔρχον ἔρχεται, ὄψομαι ὑμῶν.* I. Solenne Paulo id suis pollicitari, sive solandis iis, sive confirmandis, sive coercendis. *Ὁσμενίον*; *τῶν ἰδίων αὐτοῖς (ὡς ἐστὶν ποδῶν) παροῦσιαν ἐπαγγέλλεται.* II. Quadrat etiam sacra cum Historia Actor. xxviii. 30. Biennio enim illo transacto in vinculis, redditus sibi suisque fuit Paulus, ut spectum facere sui potuerit aspectus & adventus. Indequè in Hispanias alij, alij in Asiam, & Orientem, migrasse eum prodiderunt. III. Hinc etiam patet scriptæ Epistolæ tempus. Certo certius eodem ferè cum Epistolis ad *Philipenses* & ad *Philemonem* tempore exarata. Ubi ipsissima illa restitutionis suæ & παροῦσιαν pollicitatio *Philip.* I. 26. *Philem.* 22. Prout, quæ *Philippensium* fuerat erga Paulum sollicitudo, contestantium *συγκοινωνίαν* τῇ αὐτῇ *θλίψει* *Phil.* IV. 14. eadem fuerat & *Hebræorum*, probantium *συμπάθειαν* τοῖς αὐτῷ δούμοις Hebr. x. 34. Prout etiam, quem ad *Philipenses* ablegarat *Timotheum* *Phil.* II. 19. brevi reducem sibi fore pollicebatur, adeoque & comitem itineris ad *Hebræos* instituenti *Hebr.* xiii. 23. Scripta ergò ad *Hebræos* Epistola non nihil post illam ad *Philipenses*, prioribus Pauli vinculis vel solutis vel jamjam solvendis. Adeoque biennio illo, quo liberâ in custodia Romæ detentus, vel expleto vel mox explendo. Ut de suo ad *Philipenses* & *Philemonem* & *Hebræos* adventu certius jam quid pronunciare potuerit. Consentiant *Baronius* ad annum Christi Lx. *Blondellus* Præfat. in Apolog. pro Hieron. *Usserius* Annalium Parte II. sub finem, & si qui ad hoc accedunt, post *Theodoretum* & *Chrysostomum*. Præcisius quod annum attinet datæ Epistolæ, *Baronio* est Nativitatis P Christi

Christi LX. Passionis xxvi. Conversionis Pauli xxiv. e-
jusdem in Urbem adventus ii. ante martyrium annis
fere ix. *Blondello* rejicitur hujus & alterius ad Philip-
penses scriptio in annum Christi LXI. Quanquam idem
sibi contradicit eadem Apolog. pag. 30. *Usserio* refer-
tur ad finem anni Chr. LXIV. vix annis ante Pauli necem
iii. Juxtà *Scaligeri* calculum earundem Epistolarum
scriptio rejicienda in annum Christi LVIII. Passionis
xxv. Neronis iv. ante primam in Christianos persecu-
tionem annis v. siquidem hic erat annus septimus adventus
Pauli in urbem, ut idem *Animadv. Euseb.* MMLXXXIV.

CAPUT V.

BREVARIUM.

*Quinta Ratio, à factâ mentione Timothei. Rationis momen-
tum. Sex inde pro Paulo conclusiones. Prima Exceptio,
probata Cameroni. Altera Exceptio ipsius Calvini. Ter-
tia quorundam Exceptio. Baronius de pluribus Timotheis
notatus.*

I. Omnium dignissima observatione est *Timothei* facta
mentio Authori Epistolæ. Γινώσκετε τὸ ἀδελφὸν
Τιμόθεον ἀπολελυμένον, μετ' ἑ ἐν Ἰαχίον ἐρχήσῃ &c. *Capit-
te XIII. versu 23.* Suadere alia possunt, hoc sanè persua-
det. Vidit jam olim *Athanasius* de Trinit. Dialogo i.
Ὅτι ἡ αὐτῆ ἐστὶν ἡ Ἐπιστολή, φανερόν ἐστι, καὶ ἀπὸ τῆ τέλους τῆ
Ἐπιστολῆς, μέμνηται γὰρ καὶ Τιμόθεον, λέγων. *Quod Pauli
sit Epistola, vel ex fine manifestum est, meminit enim Timo-
thei, dicens &c.* Et hoc postmodum argumento im-
pulsu cordatissimi quique ad assensum. Atque de Epi-
stolæ authore vel ex hoc loco judicium faciendum esse
censuere.

II. Variè id enim ex verbis illis colligitur. I. Vel
ex solâ *Timothei* recordatione, qualis Paulo Apostolo
consueta. Meminit conjunctissimi sibi illius Pamphili
in Epistolis omnibus, solâ exceptâ ea quæ est ad Galatas,
& ad Titum. Imò meminit solus Paulus, non Petrus,
non Jacobus, non Johannes, non Judas. II. Ex *Fratri*
illa appellatione. Nonnunquam τέκνον, ut juniorem ac
discipulum, Paulo dictum fatemur, imprimis ubi ipsi
ad *Timotheum* sermo. At quotiescunque de *Timotheo* ad
alios, toties ἀδελφόν, & σωεργόν vocat. 2 *Corinth.* i. i.
Τιμόθεο ὁ ἀδελφός. *Coloss.* i. i. Τιμόθεο ὁ ἀδελφός. I
Thessal. iii. 2. Τιμόθεον τὸ ἀδελφόν. *Philem.* i. Τιμόθεο ὁ
ἀδελφός. *Roman.* xvi. 21. Τιμόθεο ὁ σωεργός μῆ. III. Ex
eo, quod Pauli hic comes ferè individuus, Paulo asso-
ciatus & familiaris, cum Paulo itinera instituire solitus,
(ut hoc etiam loco μετ' ἑ ὁμοίως ἡμῶς) Pauli unius gratia
hinc illinc sæpè digressus, & conjunctim cum Paulo
Ecclesiâs compellens varias, ut ex inscriptionibus Epi-
stolæ ad *Ephesios*, *Colossenses*, *Thessalonicenses*, *Philemo-
nem*, ad *Corinthios* posterioris, liquet. IV. Quod ἀπο-
λελυμένον eum & solum captivitate monet. Iisdem
ergò cum Paulo compedibus Romæ adstrictus antea.
Ut qui Pauli audiret, sive discipulus, sive minister, sive
socius. Hinc prædicatum illud, ὁ δέσμιος, de utroque
& Paulo & *Timotheo* conjunctim intelligi potest *Phile-
lem.* i. Παῦλος ὁ δέσμιος καὶ Τιμόθεος. Hinc eodem o-
tiam tempore in libertatem videntur asserti, dum Pau-
lus mox subsecuturum se & hic & in illa ad Philippen-
ses profiteretur. V. Quod per *Timotheum* missa legatur E-
pistola, si fides subscriptioni; Πρὸς Ἐβραίους ἀπὸ τῆ Ἰα-
χίας διὰ Τιμόθεον. Quanquam ideo hæc suspecta est, quod
præter Syri silentium Interpretis, tum absens dicatur
fuisse *Timotheus*; quodque hujus solutionem Hebræis
nunciat *Cap. XIII. 23.* Sed aliò faltem missus à Paulo
colligitur. Aberat enim, & expectabatur Paulo, ἐν
Ἰαχίον ἐρχήσῃ &c. Utique huic ablegatus, & uti par
est, in Macedoniam ad *Philippenses*, ut non longè ante-
hac eisdem spe lactarat *Philipp.* ii. 19. Atqui uni Paulo
ministrare solitus *Timotheus*, ab uno Paulo mitti &
ablegari frequentius. Sic missus ab eo in Macedoniam
Act. xix. 22. *Corinthum* i *Cor.* iv. 17. *Thessalonicam*
i *Thess.* iii. 2. Nec aliis ministrasse legitur ipse Aposto-

lorum socius, *Ephesiorum* jam Episcopus, singulari
ratione Paulo obnoxius, nec iisdem cum aliis necessitu-
dinibus junctus. *Author* secundi in Epistol. Argumenti
apud *Oecumenium*: Οὐδεὶς γὰρ, οἶμαι, ἀπέλυεν εἰς δια-
κονίαν Τιμόθεον, εἰ μὴ ὁ Παῦλος. *Nemo opinor dimisit ad
ministerium Timotheum nisi Paulus.* VI. Eò magis, quod
si alius à Paulo Epistolam adornasse censeatur, factum
id fuerit Paulo terris exempto. *Calvinus* circa finem
Commentarii; *Hæc omnia vel Luca vel Clementi post Pau-
li mortem accidere potuerunt.* Atqui tum vincitum iteratò
in Italiâ fuisse *Timotheum*, huc illuc vel à Lucâ vel à
Clemente missatum, post Paulum rediisse in Italiam,
ex Italiâ ad Hebræos, & si quæ alia sequi necesse est,
dici queunt, non probari.

III. Ad quæ tria excipi posse videntur. Primò, po-
tuisse esse *Timotheum* aliis præter Paulum familiarem. Ita
Cameronus *Quæst.* ii. in Epist. ad Hebræos: *verbi gratiâ,*
inquit, *Barnaba*, quem Paulus diu habuit comitem peregrina-
tionum suarum. Nos verò I. Ut *Timotheo* omni cum
aliis familiaritate velimus fuisse interdictum, absit! Quod
nec assertum nobis, nec controversum. II. Dicimus,
comparatè nemini tam fuisse quàm Paulo familiarem,
tam addictum, ὃ μὴ ἀνομολογῆται. III. Neque hoc tan-
tùm, sed Paulo cum primis solitum memorari *Timo-
theum*, socium peregrinationum adjungi, ad varios
mitti, fratrem nuncupari, & si quæ alia diximus ex-
pendenda. IV. Quod ille de *Barnabâ* suo, dilutum
est, præterquam falsa nixum hypothese. Paulo in iti-
nere Antiocheno & Hierosolymitano adscitum comi-
tem, discimus ex sacris. At in Italiam cum eo navi-
gasse, aut Romæ adfuisse Paulo, aut contraxisse in eâ
peregrinatione singularem cum *Timotheo* necessitudi-
nem, ut unius *Timothei*, datis ex Italia ad Hebræos
litteris, voluerit recordari, quis præter *Cameronem*?
Ne hæc quidem repererit in *Actis Barnabæ*, aut *Recog-
nitionibus Clementis*, aut *Alexandro Barnabæ* encomia-
ta, scriptis fabulosis & apocryphis.

IV. Instant alii, non hæc *Pauli* esse verba vel inde
inferri, quod *Timotheus fratris* veniat appellatione,
Paulo quidem filium vocari consuetum. *Calvinus* in
hunc locum: *Gæterium si hic est Timotheus, nobilis illo
Pauli comes, (quod ego libenter recipio,) verisimile est Lu-
cam vel Clementem esse authorem. Paulus quidem Filium
magis vocare solet.* Frigidiusculè, pace tanti viri. Va-
nitate effugii nemo non videt. I. *Filium* Paulo vocari,
dicitur vel καθόλου, vel ἐν μέρει. Prius falsum esse
docuimus suprâ, aliquot exemplis. Posterius, ut nempe
aliquoties *filium*, licet sæpè etiam *frater*, concludendi
vim nullam habet. II. *Negamus, filium* unquam
Paulo nuncupatum, quoties injecta ipsi *Timothei* ad
alios mentio. Ita perpetuò *fratrem*, aliquando *σωεργόν*
dixit. Constat inductione quadam ex *Actis* & *Pauli-
nisi*, nec fugere id *Calvinum* aliosque potuit. III. *Ac
filii* nomine compellari, quoties ad *Timotheum* ipsi
verba facit Apostolus, ultrò largimur. Sic in utrius-
que inscriptione Epistolæ, Τιμόθεον τὸ ἀγαπητὸ τέκνον.
Quando jam *Timotheum* instruit, hortatur, agit cum
discipulo, & juniore, & tot sibi nominibus obstricto,
familiarius.

V. Denique urgent alii, nihil necesse esse, de prio-
re *Timotheo* verba intelligi, plures potuisse esse illa æ-
tate cognomines. I. Ita sanè est, *Timotheos* potuisse esse
plures. At reipsâ fuisse, coævus Apostolis, Apostolorum
socios, nec ex sacris, nec ex Ecclesiasticis scri-
ptoribus discimus. Ut gratis affirmarit *Baronius* ad A.
C. cix. Num. lvi. conciliandæ *Pseudo-Dionysio de Di-
vinis Nominibus ad Timotheum* authoritati. Uniusque
meminit ille *Timothei*, Pudentis Senatoris filii, ex A-
ctis apocryphis Pudentianæ & Praxedis. II. Adeoque
de alio *Timotheo* sermonem esse Apostolo, dicitur qui-
dem, probatur nequaquam. Imò puduit illius effugii
Erasmus, *Calvinum*, *Cameronem*, pertinacissimos alias
sententiæ nobis oppositæ assertores. III. Contrà ve-
rò, esse ipsissimum *Timotheum* Evangelistam, Ephesio-
rum

rum præfectum Ecclesiæ, circumstantiæ omnes hæc-
nũs docuere. Ut recalitrare & soli tenebras offunde-
re cæteri videantur. Atque id tandem colligimus,
coæcervatas hæc circumstantias, si non apodicticas, a-
podeicticæ certè esse proximas.

CAPUT VI.

BREVIARIUM.

Sexta Ratio, à scopo totius Epistolæ. Qui est, docere abro-
gatam Legem & Ceremonias. Proprium Pauli. Demon-
stratur. Occurritur Exceptioni. Scriptam Epistolam ante
nobis excidium. Etiam Paulo superstitie. Septima Ra-
tio, ab Epistola metodo. Paulinam esse ostenditur. Ea-
dem cum Epistolis ad Romanos, Ephesios, Galatas &c.
Octava Ratio, à Pauli ergà Judæos sollicitudine. Con-
firmatur. Argumentum fuit Athanasii, Chrysostomi,
Ambrosii, Pelusiotæ &c. Obviatur Exceptioni. Quo-
modo Paulus Apostolus Genium. Judæos etiam do-
cuisse.

I. **L**iceat & ab Epistolæ totius scopo & argumento ra-
tiocinari. In quantum id unum Authori consti-
tutum sedit, ut Legis τὸ ἀσθενὲς ἔ ἀνωφελες, cere-
moniarum inanes umbras, figurarum complementum, Mo-
saici antiquationem cultus, ἡ τὸ ἀρχαϊκῆς λειτουργίας
μετάθεσις, palàm Hebræis faceret. Quod præclare de-
ducit Athanasius suâ in Synopsi. Quo etiam nomine
Cerinthianis & Ebionitis cum Paulinis reliquis invisâ fuit
Epistola, ut colligimus ex Epiphaniò Hær. xxx. contra
Ebionzos.

II. Jam sanè Paulo id quodammodò fuisse proprium,
ut Synagogæ sepeliendæ, & Judaizantibus in viam re-
vocandis, acrius incumberet, pro confesso est. Do-
cent Pauli Epistolæ aliæ, maximè ad Galatas & Colos-
senses. Docet Athanasii Historia, in quâ Paulo expro-
bratur idem aliquoties. Act. xxi. 21. Κατηχήθησαν πα-
ρὰ αὐτοῦ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν ἀπὸ Μωσέως, τὴν καὶ τὸ ἔθνη
πάντες Ἰουδαίους. Ibidem v. 28. Ἔτις ἐστὶν ὁ ἀνθρώπος ὁ καὶ
ἔ νόμος καὶ ἔ τόπος τῆς πάντας πανταχῶς διδασκαλίας. Unde
Chrysostomus Præfat. in Epist. ad Hebræos; πολλὰ ζητήσεις
αὐτῶ πολλοὺς ἐγένοντο παρὰ τῆς. Inde Judæi & Pseudo-
Apostoli vocare eum Tarsensem, & Gracum, & aposto-
licam Legem, ut Irenæus Lib. I. adversus Hæres. Cap. xxvi.
& Epiphanius Hær. xxx. Meritò ergo, hoc se indicio
prodidisse Apostolum in hac nostrâ ad Hebræos, arbi-
tratur. Et quoniam traducebatur invidiosius, hinc e-
tiam in probando, diducendo, ratiocinando, fusior,
vehementior, accuratior. In Argumento Epistolæ
quod est apud Occumenium; Ἐπειδὴ κατηχηθέντες ὑπῆρχον
οἱ ἐξ Ἰουδαίων, ὡς ἀποστολικὴ διδασκαλία Παύλου, εἰκότως ἔ
γινώσκοντες χάριν τῆς συμφωνίας, ἐβροχίοντες ὑπερέδει. Quo-
niam audieram ex Judæis, quasi defectionem à Legge doceret
Paulus, meritò ut consensus prædicationis ostendat, ad He-
bræos scribit.

III. Neque Exceptioni locus est, quasi Pauli ex
scholâ & discipulorum aliquo proficisci potuerit Epi-
stola. I. Quia affirmare, quàm demonstrare facilius.
II. Quia referre ingenium Pauli, sublimem illam sa-
pientiam, docendi modum, dictionem, perpetuam
methodum, ne dicam auctoritatem, vehementiam, o-
rationis illud flumen, ne etiam reponam circumstantias
omnes suprâ Capitibus III. IV. V. in antecessis ostensum.
III. Quia nata hæc Epistola stante Templo & Leviti-
co Sacerdotio, ὄντων τῶν ἱερῶν, τῶν προσφερόντων καὶ τῶ νό-
μον τὰ δῶρα Hebr. VIII. 4. Neque aliàs necesse fuerat
declamare in sacrificiorum usum, & praxin sacerdotii,
penitens eo Templi & Urbis & Reipub. everfione subla-
to. Neque maximè omnium prægnans argumentum
Judæis confundendis, & coërcendis Pseudo-Apostolis,
ab ipsâ jacturâ cultus & Hierosolymitanæ sedis, resti-
tutionis spe nullâ ampliùs affulgente, prætermisisset.
Ut taceam, quæ de scriptionis tempore, quæ de Epi-
stolâ Petro Apostolo memoratâ, etiam Clementi, ad Ec-
clesiam Corinthiorum intrâ A. C. LXVIII. & LXVI.

(ut David Blondellus pro sententiâ Hieronymi Sæct. II.
Testim. I.) literas exaranti, superiùs disputata. Atqui
nullus eo tempore ex Pauli discipulis ejus fuisse videtur
in Ecclesiâ auctoritatis; Paulo ipso adhuc; uti par est,
superfite, & scribendi hanc in se provinciam suscipien-
te. Nam & qui Paulum scriptorem negant; post hu-
jus demùm fata scriptam, fateri necesse habent. Quo-
modo Clementis illa itidem data, jam dudum in calum-
niosis Apostolorum principibus. Et quanquam supersti-
tibus iis historiam Lucas suam chartis commiserit, alia
ratio Epistola, Apostolicâ auctoritate, ad omnes He-
bræorum Ecclesias, edocendis iis; confirmandis, re-
ducendis in viam, conscriptæ. Paulum autem nondum
concessisse tum fati, constare potest; quod triennio
antè everfas Hierosolymas Neronis, anno XIII. demùm
è medio sublatus. Quanquam Scaliger cum quibusdam
recentioribus conjiciat in ipsissimum annum persecu-
tionis primæ, qui Neronis fuit nonus vel decimus,
Christi LXIII. vel LXIV. Indè verò à Pauli excessu res
Judæorum labascere, in peius ruere, turbari, miseri-
ma summis, imminensque exitium genti prænunciari.

IV. Excipit notatum aliis argumentum, ex parte
methodi & ordinis, in Epistolâ observati. Duabus si
quidem partibus absolvitur, alterâ διδασκαλικῆ, sive
doctrinali & theoreticâ, alterâ ἠθικῆ, προεργητικῆ,
πρακτικῆ, sive morali & practicâ. Prior doctrinalis,
de Christi Personâ, Capitibus I. II. III. IV. de Christi
sacerdotali Officio & Beneficiis, Capitibus V. VI. VII.
VIII. IX. ex parte etiam X. de Fide & percipiendi mo-
do, Capitibus X. XI. Posterior hortatoria; ad Christia-
nas virtutes, tolerantiam, constantiam in adversis, fan-
ctimoniam, pacem, charitatem, συμπάθειαν &c. Ca-
pitibus ultimis. Attextâ familiari & epistolari Clau-
sulâ, de quâ in antecessum fusiùs Cap. III.

V. Usitatior fuisse hanc sanctissimo Apostolo me-
thodum, haud prolixè demonstrandum. Ut nempe
præmissis fidei dogmatis, munitis iis & illustratis, sub-
jungat vitæ morumque præcepta. Illustre suppeditat
exemplum, quæ habetur ad Romanos, iisdem omni-
nò partibus distincta. Similiter illa ad Ephesios, quæ
etiam ad Galatas & Colossenses. Didacticis & dogmati-
cis ὑποθέσει & moralia perpetuò attextuntur. Quando
Canonicæ reliquæ Jacobi, Petri, Johannis; in genere
parænetico & hortatorio ferè consistunt. Vel promif-
cuè theoretica practicis, moralia doctrinalibus permif-
cent. De quo analytici Commentatores. Quanquam
Pauli methodum ad imitationem trahere potuisse alios,
quis forte excipiat. At hoc ut statuamus, quæ ratio,
quæ necessitas cogit? Et quamvis seorsim si expendat-
tur, aut in prima collocetur acie hoc argumentum,
videri possit fallax, nec nisi in genere probabiliū: at
superioribus junctum, attextum, collatumque, respon-
dere ad amissim cæteris, pondusque habere suum, lar-
giri necesse fuerit.

VI. Denique, nec negligenda illa ratio, quæ à Pau-
li zelo & sollicitudine derivatur. Quo sanè ille fuerit in
Judæorum gentem affectu, quas verfarit ille sub pecto-
re curas, saluti earum promovendæ, passim edocemur.
Nuspian apertiùs, quàm dum damno etiam suo, &
exitio, & anathematis pœnâ, redemptam conversionem
eorundem voluit Rom. IX. 3. In Gentis ergò suæ scri-
psisse gratiam, quidni vel hinc colligamus? Qua fuit
imprimis in scribendo illè diligentia & acuratione.
Quando Ecclesias omnes alias tam studiosè per literas
salutavit. Quando etiam Pauli Apostoli temporibus
Hebræorum Ecclesiæ variè vel premerentur 1 Theff.
II. 14. 15. vel ad defectionem ad ceremonias umbras-
que à zelotis sollicitarentur Act. XV. XXI. Ipse autem
Romæ abesset Paulus in vinculis, multis terrarum spa-
tibus & tanta locorum intercapedine disjunctus. Scri-
psisse ergò dicamus, sive in conversorum jam gratiam,
illis de Euangeli naturâ & Legis usu planiùs erudien-
dis, sive non conversorum, arguendis iis, si quando in il-
lorum manus scriptum incideret, ac convincendis.

VII. Atque hoc Argumentum plerisque ex vetustissimis Patribus urgentius visum fuit. *Athanasius* Synopsi S. Script. Lib. vii. γράφας πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, γράφει λοιπὸν ἢ πᾶσι τοῖς ἐκ περιουσίας πιστεύουσιν Ἑβραίοις. Postquam scripserat omnibus Gentibus, scribit de caetero etiam omnibus ex circumcisione credentibus &c. *Chrysostomus* Præfat. in Ep. πῶς οὐκ ἂν ἐπέσειε τοῦτοισι, ὑπὲρ ὧν ἢ ἀνάθεμα γένοιτο ἢ βλασφ. quomodo non ad illos scripserat pro quibus ἀνάθεμα fieri voluit. *Isidorus Pelusiota* Epistolarum Lib. i. Epist. cccvii. Ὁ Θεὸς ὑπὲρ Ἰσραηλίων γενέσθαι ἀνάθεμα, τί οὐκ ἂν ὑπέσειε ἢ ἰδοῦσιν, ἵνα τύχοιεν σωτηρίας ἐπινοοί. Qui pro Israelitis anathema fieri voluit, quid ille non sustinuit, vel fecit, ut saluti fierent compotes? Consentiant *Theodoretus*, *Oecumenius*, *Theophylactus*, & qui hominum araverē vitulā. *Ambrosius* (aut quisquis ille est) Proœmio in Epist. similiter Paulum scripsisse dicit, ex sollicitudine quadam singulari ergā Hebræos, ne superari tentationibus ad infidelitatem relaberentur.

VIII. Nec initari velim, *Gentium*, non Hebræorum, fuisse *Apostolum*. Ad illos scripsisse ex officio, ad hos non nisi præter rationem muneris. Primò, *Gentium* quoties dicitur *Apostolus*, à potiori sit denominatio. Scilicet principaliter & ut plurimum ministerio illius dicato Gentibus, minimè exclusivè ad Hebræos. Nam abjecisse omnem Judæorum curam, aut nefas fuisse Paulo extendere ad eos sui exercitium muneris, allucinetur quicumque putat. Scrupulum eximit ipse Paulus *Rom.* xi. 14. 15. Ἐγὼ ἰθὺν Ἀπόστολος τῆς διακονίας μὴ δοξάζω. Εἰ πως ἀγαθὸν ἔργον μὴ τῆς σαρκός, ἢ σώσω ἑαυτὸν ἐξ αὐτῶν. Alibi curam vendicat sibi omnium *Ecclesiasticorum* 2 *Corinth.* xi. 28. Alibi factum se *Judeum* *Judaï*, ut *Judeos* lucrifaceret 1 *Corinth.* ix. 20. *Tertullianus* initio fere *Libri* iv. contra *Marcionem*; *Dexterus* miscuere, & exinde officia predicandi destinaverunt, ut illi in *Judeos*, *Paulus* in *Judeos* & *nationes*. Deinde, quā ratione vivā voce & verbi præconio *Judeos* erudit, atque in *Synagogis* prædicavit, eadem scripsisse putandus est. Prius enim contat ex sacris, & inde à tractu *Hierosolymitano* ad *Illyricum* sese *Pauli* exporrexerat prædicatio *Rom.* xv. 19. Tandem, quemadmodum non missus erat ad baptizandum baptizabat tamen 1 *Cor.* i. 17. ita *Gentium* quam non Hebræorum *Apostolus*, hos tamen sive voce sive scripto sibi quoque excitandos esse censuit. Præclare *Theodoretus*; τινὲς ἔνεκεν, ἰθὺν Ἀπόστολος ὑπερέχων ὁ Παῦλος, Ἑβραίοις ἡπιστάς. Φαμὲν ὡσαύτως βαπτίζεν οὐκ ἡπιστάς, ἐκ περιουσίας ἑβάπτισεν, οὕτως Ἑβραίοις ἡπιστάς, πρὸς τὸ ἔθνη Ἀπόστολος. Dicimus, quod ut non injunctum ipsi fuit baptizare, ex abundantia tamen baptizavit, ita & ad *Hebræos* scribit, *Gentium* alias *Apostolus*. Simile quid *Chrysostomus*, etiam *Theophylactus*, sub initium *Commentariorum*. Ut rationum momentis superpondium quoddam à consensu antiquitatis accedat.

CAPUT VII.

BREVARIUM.

Nona Ratio ab inductione. Nulli quàm *Paulo* tributa verisimilius. Qui *Lucam* esse voluerunt. *Origo sententia.* Incommoda varia. *Rationes nulla.* Qui *Clementi Romano* adscribere. *Assertionis pariter origo.* *Falsitas variè demonstrata.* *Erasmii rationes frivola.* An *Hieronymus* subindicavit, *Epistolam* esse *Clementis*?

I. Quod superest ad plenariam sententiæ nostræ assertionem, paucis exequemur. Jam enim & excrevit disputatio, & vix eorum quicquam intactum hæcenus, quæ sive ex antiquitate sive ex ipsis *Epistolæ* visceribus pro *Paulo* scriptore adduci potuere. Agmen claudet, in tertia quasi constitutum acie, hoc argumentum; quod scilicet nulli quàm *Paulo* verisimilius tributa hucusque *Epistola*. Si enim *authoritas* cum *authoritate*, *ratio* cum *ratione* ponderetur, quæcunque vel pro *Clemente*, vel pro *Lucâ*, vel pro *Barnabâ* &c. scriptoribus, ab aliis asserta, ad superiorum lucem eva-

nescere necesse fuerit. Imò verò gravioribus illi longè premuntur incommodis, ne absurditatibus dicam.

II. *Lucam* scriptorem *Epistolæ* creditum, author est apud *Eusebium Origenes* Hist. Lib. vi. Cap. xix. Ἐπὶ Ἰβαν ἢ ὁ Λυκάς, ὁ γράφας τὸ Εὐαγγέλιον ἢ τὸς Πραξίς. Etiam *Hieronymus* Catalogo Script. in *Paulo*; Creditur vel *Lucæ Evangelista* juxta quosdam. Nec ablutere videtur *Calvinus* Comment. in Caput xiii. Epist. qui verisimile arbitratur, vel *Lucam*, vel *Clementem* *Epistolæ* esse authorem. Quàm verò hoc sit alienum, & commentitium, & ab omni veri specie abhorrens, paucis edocendum.

III. Primò, quia de *Lucæ* *Epistolâ* aliquâ canonicâ neque ex sacris neque *Ecclesiasticis* constat monumentis. Unus *Philastrius*, transcriptam ei quæ dicebatur ad *Laodicenses*, diversissimam ab hac nostra *Hæc.* xc. Nec *Lucæ* meminit idem *Philastrius*, agens de hujus *Epistolæ* falsò creditis authoribus *Hæref.* xli. Nec id aliunde *Hieronymus*, quàm ex *Eusebio*, in quodam id *Origenis* scripto traditum memorante. Secundò manifesta hujusce origo traditionis. Jam antè *Origenem* creditus *Lucas* *Epistolæ* interpret & translator. *Clementis Alexandrini* disertè; ἢ Λυκῶν αὐτὴν μεθερμηνεύσαντο, ἐκδύναται τοῖς Ἑβραίοις. Ex translationis ergò famâ orta de *scriptione* ipsa suspicio. Nec nisi de *scriptione* secundaria, & per translationis modum, *Origenis* verba accipienda esse putem. Quomodo de *Euangelio Marci* *Tertullianus* contra *Marcionem* L. iv. Et *Marcum* quod edidit, *Petri asserimus*, cujus interpret *Marcum*.

IV. Tertio, ne *Lucæ* quidem fuit simili *Epistola* convenire *Hebræorum Ecclesiæ*. *Apostolicæ* id fuit *authoritatis* & *prærogativæ*. Et à *solis Apostolis* profectæ, quas *canonicas* habemus hodieque. Nec eadem, ut monebamus, conscribendæ *Historiæ*, quæ *Epistola* ratio fuit. Ad illam *πληροφορία* τῆς *πραγματικῆς*, & *internus* *Spiritus S.* ductus & afflatus, ad hanc etiam *authoritas* externa, & *Apostolica*, & *Ecclesiæ universalis* cura, requisita. Ubi jam plures imò omnes *Ecclesiæ* de gravissimis ac sublimioribus *mysteriis* erudiri, redargui, instrui, excitari. At *Lucæ* non nisi *Apostolorum discipulus*, & tanto posterior, quanto posterioris *Apostoli* *sectator*, ut *Tertullianus*, pro *Lucâ* etiam scripturus, adversus *Antitheses Marcionis* Lib. iv. Imò hujus *Historiam* idem non nisi *Pauli* *authoritate* receptam: Nam & *Lucæ* digestum *Paulo* adscribere solent, capita *Magistrorum* videri, quæ *discipuli* promulgarunt. Quarto, saltem non eâ poluit *Lucas* *authoritate* apud *Hebræos*. Ipse non *Hebræus* *Veteribus*, sed *profelytus*, & *Gentilis* origine, cujusque adeò in *legem* & *sacerdotium* tulissent iniquius *declamationes*. Nec hunc inter & *Hebræorum Ecclesiæ* familiariorem intercessisse necessitudinem discimus ex *Sacris*. Imò *Paulo* extincto inter *Achaïos* & *Thebanos* versatum *Lucam*, ibique *martyrio* consummatum, communis traditio est.

V. Præterea *stylus* *Epistolæ* à *ditione* & *phrasi* *Lucæ* magis *Græcanicâ* longissimè recedit. Quum illa *Hebraïsmis* sive *Syriasmis* icateat longè pluribus, & nescio quid sublimius subinde & à *Magistro* ipso profectum spiret. *Erasmus* sub finem *Annotation.* Ne *Lucas* quidem ipse in *Actis Apostolicis* parum abest ab hujus *Epistolæ* *eloquentiâ*. Quanquam *Clementis Alexandrini* apud *Eusebium* Lib. vi. Cap. xi. vel xiv. ἢ αὐτὸν χροῖται δεικνύσθαι ἢ τῶν ἰερηνείων ταύτης τε τῆς ἡπιστάς ἢ τῆς *πραξίς*. Quin *ratio* nulla, (nisi fortè quia *Pauli* *discipulus*), nulla in *Epistolâ* *circumstantia*; quæ vel in *speciem* pro *Lucâ* magis, quàm quovis alio illorum temporum, allegari possit. Ne dicam, contrarias plerasque esse *circumstantias*, antè memoratas. Quod *Calvinus*, loco antè citato, cum qui scribit *liberum* fuisse ac *sua potestatis*; etiam si largiremur, non à *Paulo*, ut visum fuit, alienum, expirante biennio *captivitatis*. Neque id *Lucæ* magis, quàm *Marco*, aut cuivis alii tum *libero* & *sua potestatis*, competit.

VI. Nihilò feliciter ex *Clementis Romani* officinâ profec-

sectam alii voluere. Quod nonnullis creditum fuisse, testatur, præter *Origenem* & *Hieronymum* iisdem locis, etiam *Philastrius* Hæc. xli. Dicunt alii aut *Barnabam* esse Apostolum, aut *Clementem* de urbe Romæ Episcopum. Subscribit *Erasmus* ad Caput xiii. Epist. Ceterum admodum probabile est, quod subindicavit *divus Hieronymus* in Catalogo Scriptor. Illustr. *Clementem Romanum Pontificem à Petro quartum auctorem hujus Epistolæ fuisse.*

VII. Age, & figmentum conficiamus invictis argumentis. Primum, quia origo itidem omnis haud obicere ex translatione Epistolæ. Quam à *Clemente* factam, traditam inde ab antiquissimis temporibus fuit, ut constat ex *Eusebio* Lib. iii. Cap. xxxii. De primaria autem descriptione *Clementi* adscripta nihil *Eusebius*, quamquam monendi ibidem locus, ubi de scriptis *Clementi* suppositis. Etiam ex affinitate quadam dictionis cum Epistola *Clementis* ad Corinthios Ecclesiam orta suspicio. *Eusebius*: *ὁν ὁμοίον τὸ φερόμεν ἡρώδης, τὴν τε τὸ κλημέντι ἐπιστολῶν, καὶ τὴν πρὸς Ἑβραῖους δόξα δὲ εἶναι.* Hinc, inquam, omnis illa de *Clemente* auctore fama, huic uni innixa fundamento. Infirmum illud quidem à dictionis quadam similitudine. Quasi verò *Clemens*, longè post datam ad Hebræos Epistolam Corinthios compellaturus, non potuerit sibi hanc proponere imitandam? Aut Epistolæ illius fuisse ipsemet Græcus Interpretis? In eo præterea omnis affinitas, quod suam *Clemens* variis alterius Epistolæ *semenitis* & *dictis*, quæ ad institutum suum facerent, exornavit. De cætero, omnino discrepat stylus, & ut Græca magis est phras *Clementis*, sic illa Epistolæ ad Hebræos magis mixta, & Hebræam reddens sæpissimè eloquentiam.

VIII. Secundò, verba sunt *Eusebii*, τὸ πρὸς Ἑβραῖους ποτὶ τὸν ἡρώδη, ἡδὴ ὃ ἀντοκεῖται καὶ ἡ ἡρώδη τινά. Jugulam petit, quod hanc *Clemens* suæ Epistolæ aliquoties intonat, usurpet, causæ suæ obsecrat. Planè ut *Polycarpus* & *Ignatius* Scripturæ phrasas, & enunciata, ad anapæstem sive elegantiam sive *ἑλεγχίαν* intertexere suis Epistolis solent. Sed ille longè plura, testibus *Eusebio* & *Hieronymo*, ut Epistolæ ad Hebræos colligat uterque inde antiquitatem. Ipse *Camero*, pro vano haberi debere quod *Clementi* tribuatur, quoniam ipse *Clemens* meminit istius Epistolæ, ut scripti quod à majoribus accepisset.

IX. Deinde quid *Clementi*, Romano homini & alienigenæ, cum Hebræis? Unde illi tanta apud Hebræos gratia, autoritas, etiam familiaritas, qualem Author ostendit? Illis jam temporibus, ante urbis excidium, quibus recens adhuc fuit Apostolorum discipulus, neque dum Romanæ præfectus Ecclesiæ, nominis à *Petro* tertius, vel secundum *Hieronymum*, quartus. Neque etiam Romanus, aut Gentilis, sed Hebræum fuisse auctorem scripti, constare potest. Sive ex dictionis caractere, sive ex argumento, è penetrabilibus Hebræorum ut plurimum prompto, quodque fuit hominis legalibus innutriti. Tum etiam, ut haberet pòndus disputatio, ejusque aliquis fructus extaret; in hominibus suæ gentis æmulis, nec laturis extraneum in eorum irrepere sacra, aut cultum omnem Legis ire antiquatum.

X. Præterea sperat auctor Epistolæ; restituendum se Hebræis Cap. xiii. 19. Ergò agebat in Italia captivus, aut ad breve tempus, & aliò res illum suæ, ad Hebræos nempe, avocabant. Quin hos inter antè versatum fuisse necesse est, siquidem illis debuerit *δοξα* & *ἡδὴ*. Quod qui de *Clemente* Romano, & inter Romanos ministrante, dici possit, alii viderint. Quo imprimis argumento *Beharminus* sententiam *Erasmi* traducit tanquam ineptam.

XI. Tandem *Clemens* nonnisi *Ecclesiasticis* Scriptoribus accensendus esse videtur. Eiusdem cum *Ignatio* Antiochenæ, *Polycarpo* Smyrnenfis, *Dionysio* Atheniensis, Ecclesiarum Episcopis, aliisque Apostolorum filiis, ordinis. Nam *ἑδὸν* & *ἡδὴ* fuisse præ omnibus aliis, & ejus autoritatis, quæ Canonem Epistolæ Apostolicæ &

verè divinâ locupletaret, quamdiu non aliunde edocemur, pernegamus. Alias recipienda in Canonem fuerit pari ratione, quæ illius est ad Corinthios. Et jam verè Apostolus ille fuerit, cui præter Romanæ Ecclesiæ, etiam Corinthiorum, etiam Hebræorum omnium, adeoque universalis Ecclesiarum cura incumberebat. Quòd quàm absurdum, omnes intelligunt, licet *Apostolum* eum vocet *Clemens Alexandr.* Strom. Lib. iv. Hac etiam ratione concidit divina & canonica Epistolæ autoritas. Siquidem fuerit scriptoris Ecclesiastici tantum, de ejus divina autoritate non constat. Cujus Epistolæ aliæ referri non meruere in Canonem. Quæque ejusdem sanè generis cum *Ignatii* ad Philadelphios, aut Ephesios, vel *Polycarpi* ad Philippenses, Epistolis.

XII. Pudet *Erasmi* rationes apponere, nedum confutare. Prima ipsius est, quod *Clemens* meminit *Pauli*. Atqui meminit idem *Caji*, & *Aristarchi*, & *Onesimi*, & sexcentorum istiusmodi, ut in fide aut ministerii labore constantium. Præterquam incertum, de quo *Clemente* dixerit in illa sua ad Philippenses. Nuliusque *Clementis* istius meminerit, scribens ad Romanos, & salutem omnibus qui alicujus essent in Romana Ecclesia nominis sigillatim impertiens. Altera *Erasmi* ratio, quod *Clemens* *Timothei* quoque mentionem faciat. An ut recens soluti vinculis? ut comitis sui, & itinerum socii? ut ministrantis, & aliò à se amandati? & si quæ alia in hac circumstantia observanda esse diximus Capite v. Sed his etiam paribus, cur hinc *Clementis* potius quam *Pauli* Epistolam esse colligamus? Nam & hic *Timothei* mentionem facit, nec semel, sed aliquoties, & huic quam *Clementi* addictiorem fuisse *Timotheum*, diffitebitur nemo. Denique *Hieronymi* venditat nobis *Erasmus* autoritatem, in Catalogo virorum Illustr. ubi de *Clemente*. Id ipsum nempe subindicasse & suspicatum esse, sagacissimum illum Patrum. Itane? quod ex innumeris penè locis, supra citatis ex *Hieronymo*, ne semel quidem subolfacere licuit. Ille qui in ipso illo Catalogo *Pauli* historiam texens, aliorum de *Luca* & *Barnaba* & *Clemente* auctoribus sententiâ memoratâ, suam tandem sic subjungit; *Vel certe quia Paulus scribebat ad Hebræos &c. Scripsit autem ut Hebræus Hebrais Hebraicè, id est, suo eloquio disertissime; & hanc causam esse quod à cæteris Pauli Epistolis discrepare videatur.* Unde verò *Erasmi* hoc de *Hieronymo* judicium? Quod scilicet de *Clementis* ad Ecclesiam Corinthiorum agens Epistolâ, dixit grandem in eâ esse similitudinem cum Epistolâ ad Hebræos. Sed nihil aliud voluit *Hieronymus*, quàm vel hujus ad Hebræos fuisse *Clementem* interpretem, vel etiam multis (ut exponit) de eadem Epistolâ sensibus juxta verborum quoque ordinem abusum. Quo ipso satis indicat, *Clemente* anteriorem esse Epistolam, & alius à *Clemente* auctoris. Sed de his plus satis.

CAPUT VIII.

BREVIARIUM.

Qui Epistolam *Barnabæ* adscripsere. Nulla rei esse vestigia. Non in sacris, non in antiquitate. Non meminit *Clemens Alex.* nec *Origenes*. De Epistolâ *Barnabæ*. De aliis *Barnabæ* afflicis, & fabulosis. De circumstantiis quibusdam Epistolæ, alienis à *Barnabâ*. De *Barnabæ* Apostolo. An verè de Apostolorum choro? De *Barnabæ* Judaizante. De *Pauli* præ *Barnabæ* eloquentia. Ab uno *Tertulliano* omnis traditio. *Cameronis* instantia tres. An *Tertullianus* ex sententia Romanorum hoc tradiderit? An *Barnabas* creditus *Jupiter*, ob oris adeoque & styli maiestatem? An incitatore fuerit quam *Paulus* animo?

I. Progredimur in eodem ab inductione argumento. Et *Clemente* ac *Lucâ* eliminatis, sequitur de *Barnabâ* disquisitio. Scriptorem hunc esse Epistolæ ad Hebræos, primus fuit auctor *Tertullianus* Lib. de Pudicitia Cap. xx. Exat & *Barnabæ* titulus ad Hebræos, adeò satis autoritati viri, ut quem *Paulus* juxta se constituerit in abstinentia tenere; an ego solus & *Barnabas* non habemus

potestatem operandi? & utique receptior apud Ecclesias Epistola Barnabæ illo apocrypho pastore moechorum. Hinc de Tertulliano hoc ipsum tradidit Hieronymus Catal. Script. in Paulo. Et Epistolâ ad Dardanum, quæ est cxxix. Licet plerique eam vel Barnabæ vel Clementis esse arbitrentur, & nihil interesse cuius sit. Accedit Philastrius Hæc. xli. Sed dicunt aut Barnabæ esse Apostoli, aut Clementis &c. Ex recentioribus sententiam recoxit Job. Camero Quæst. II. in Epist. ad Hebræos. Libenter mihi persuaserim, eam Barnabæ adscribi debere.

II. Imò verò nonnisi singularitatis quodam studio id probatum Cameroni, & quicquid hinc de Barnabâ, inter apocrypha relegandum esse constabit. Pindarus; *Καί πῦρ ἢ βροτῶν φέρει, ὑπερὶ τῆ ἀληθείας λόγον, ἐξαπατῶν ἡ μῦθος.* Principio, vestigia rei nulla sacrâ in Historiâ. Et Barnabam quicquam mandasse literis, nullo vel probabili indicio conjectare inde licet. Quum de Pauli Epistolis, etiam aliquâ ad Hebræos, vel ex Petro antè constitit. Et quæ Ecclesiasticis nonnullis scriptoribus credita fuit Barnabæ esse Epistola, fœtus vel genuinus fuit vel suppositivus. Si posterius, manet assertio, nihil videri scripsisse Barnabam; si prius, cur inter apocryphas Scripturas habita? teste Hieronymo Catal. Script. in Barnabâ. Cur non relata in Canonem æquè ac Epistola ad Hebræos? Imprimis quando & illa faceret ad adificationem Ecclesiæ, ut idem Hieronymus.

III. Secundò, quæ Barnabæ tributa Veteribus, diversissimi fuit ab eâ quæ est ad Hebræos argumenti. Patet ex iis, quæ inde Veterum inserta monumentis, Clementis scilicet, Origenis, Hieronymi. Ille verbi gratiâ Lib. II. Stromatum ex Latinâ editione; *Merito ergò Barnabæ Apostolus, ex quâ, inquit, parte, studui paulatim ad vos mittere, ut cum fide vestrâ perfectam etiam habeatis cognitionem &c.* Alibi eodem Libro; *Mysticè profectò Barnabæ. Deus qui est universi mundi Dominus, inquit, dat etiam nobis sapientiam & intelligentiam, scientiam, cognitionem justificationum ejus, & tolerantiam.* Quæ sanè in Epistolâ ad Hebræos comparent nusquam. Imò ab hac ipsâ, ut quam Pauli crederet, perpetuò Clementi discriminatur. Similiter Hieronymus Libro de Locis & Nominibus Hebraicis distinguit Epistolam Pauli ad Hebræos, & quæ Barnabæ; & in hæc nomina *Adami, Evæ, Manassés &c.* quæ in istâ nequaquam. Atqui, quod attendendum antè omnia, unius tantum Epistolæ, authore Barnabâ, meminere Veteres. Duas pluresve scripsisse, dicitur præter ejusdem Clem. Alexandrini, Origenis, Eusebii, Hieronymi, & totius antiquitatis fidem. Quod tamen necesse fuerit, si alterius illius ad Hebræos author esse existimetur.

IV. Tertiò, si Barnabæ nostra hæc fuit, saltem ejus fuisse credita est primæ antiquitati, miramur silentium Clementis Alexandrini, etiam Origenis. Quorum uterque (ut visum priori Parte) de Epistolâ ad Hebræos, deque creditis ejusdem vel Authoribus, vel Interpretibus, ex professo tradidit. Lucæ quidem & Clementis mentio, Barnabæ nulla. Primus Hieronymus id ex Tertulliano illo loco scriptum reliquit, & Tertulliano fortè paucissimi deinceps ex Latinis accessere. Adeoque conjectare licet, inauditum quid fuisse utrique Alexandrino scriptori, nequedum natam & eductam è causis suis, quò scriberent tempore, sententiam. Scripsit enim Clemens Alexandrinus secundâ adhuc ætate, aliquandiu antè Tertullianum. Origenes Adamantium scribere & inclarescere tertio statim ineunte sæculo, natus A. C. clxxxv. Istud autem (in quo de Barnabâ ad Hebræos) Tertullianum opus de Pudicitia est ex posterioribus illius Afri, & in Montani dudum familiam recepti, decrepita jam ætate, quâ fuisse eum disertè Hieronymus in vitâ Tertulliani. Saltem necesse fuerit, nulli Græcorum aut nulli alicujus notæ in Christianâ Ecclesiâ fuisse id de Barnabâ, Clementis & Origenis illâ ætate, adoptatum. Similiter Eusebius Libro III. Historiæ, agens aliquoties de Epistolâ ad Hebræos, ejusque scriptore, Barnabæ nihil quicquam meminit.

V. Quartò, de Barnabâ apocrypha innumera & fabulosa, quorumque nulla fides, tradita fuisse nesciri non debet. Taceo illam Epistolam, magno iidem Patribus in pretio habitam. Reverà in eundem censum cum Epistolis Abgari ad Christum, Christi ad Abgarum, Maria ad Ignatium, Pauli vel Luca ad Laodicenos, Seneca ad Paulum, Pauli ad Senecam, Lentuli ad Tiberium de forma Christi, Pilati ad eundem de morte Domini, &c. referendam. Cusum præterea Evangelium Barnabæ, aut si mavis, Acta Barnabæ, nugacissimæ & dudum explosæ paginæ. Memoratus idem Barnabas venisse Romam, ibique ex primis jecisse Christianæ fidei fundamenta, & Clementem convertisse, secumque inde abduxisse, &c. Ne quæ dicam alia, si non palam conficta, dubia sanè & incerta, apud rerum Ecclesiasticarum Scriptores. Suntque pervertustæ illæ fabulæ pleræque jam secundo sæculo, nugatum istiusmodi & fraudum feracissimo, verè hoc sensu *μυθικῶς ἠρωικῶς*, creditæ & pervulgatæ. Neque tamen in illâ commentorum de Barnabæ segete quicquam de scriptione ad Hebræos. Et hinc saltem certi nihil de eodem Barnabæ, præterquam ex Sacris, affirmari posse patet.

VI. Quintò, à Barnabâ circumstantiâ Epistolæ variaz notatæ suprâ alienæ esse videntur. Nam in Italiâ fuisse, minus ex Italiâ compellasse Hebræorum Ecclesias, minimè constat ex Sacris. Et quum in Epistolis Paulinis Româ transmissis, Timothei, Marci, Aristarchi, Luca, Epaphrodisii, aliorumque injiciatur mentio, nunquam tamen Barnabæ. Quanquam in Liguria prædicasse, & Mediolanensem erexisse Ecclesiam, quorundam traditio sit. Sic de Barnabæ vinculis Italicis, qua de Paulinis ratione, res in obscuro latet. Sic Marci idem Barnabas verius quam Timothei meminisset, qui Barnabæ ἀνεψιός familiaris cum primis & itinerum comes, qui Barnabæ à Paulo diviso & in Cyprum naviganti adhæsit individuus Act. xv. 39. quique *μῦλον ἕσθῃ* inter utrumque ejusdem societatem nolente deferere Barnabæ fuit. Contrâ quàm bellè, quàm appositè, quàm congruenter in Paulum circumstantiæ omnes quadrent, antè demonstratum.

VII. Sextò, fuisse Apostolici muneris & potestatis scribere ad plures Ecclesias Epistolam, eamque canonicæ universalis & perpetuæ autoritatis, suprâ monebamus. Jam ergò de Barnabâ inquirendum, an Apostolus, ejusdemque cum Paulo reliquisque ordinis? Sanè ita nuncupatur Act. xiv. 13. *ἀκούσαντες οἱ Ἀπόστολοι Βαρνάβην ἢ Παῦλον.* Hoc elogio Clementis τῷ σεραματέῳ etiam Hieronymo, etiam Philastrio, & plerisque ex antiquis in Paulum Commentatoribus, insignitur. Hinc Symbolum Apostolicum in xiv. aliquando articulos distributum, qui xiv. responderent Apostolis. Isaacus Casaubonus Exercit. xiv. Sect. ix. agens de Apostolorum dignitate & numero; *Matthias, Paulus, Barnabas, postea in illum divinum chorum sunt cooptati.* Nihilominus, ejusdem cum primariis & principibus Apostolis fuisse classis & ordinis Barnabam, putamus esse falsissimum. Nec immediata legitur illius ad Apostolatam, prima Apostolici muneris prærogativa, vocatio. Quomodo de Paulo in Actis Cap. ix. & ad Galatas Cap. i. Etiam de Matthias, forte, id est divinâ voce, in augustum illud collegium cooptato. Non etiam universalitas muneris, *προσασία πάσης τῆς οἰκουμένης*, commissa Barnabæ. Benè divinitus Gentium ministerio destinatus Act. xiii. 2. Pauloque sed dudum Apostolo, jam antè (ut Calvinus) *Apostolatu per annos complures functo*, adlectus ad Gentes socius. Non etiam extraordinario se illi & oculari testimonio, ut Apostolis, probasse Christum legimus. Non, ut Apostoli, insignem fuisse miraculis, & soli Paulo, quanquam adesset Barnabas, tribuuntur illa Act. xiii. 9. 10. xiv. 10. 11. Præterea distinguitur non semel ab Apostolis, v. g. quando pecunias ad pedes Apostolorum deposuisse Act. iv. 38. vel Saulo ad Apostolos dux fuisse perhibetur Act. ix. 27. Nunquam ferè etiam Barnabas, semper Paulus fecisse legitur verba,

ba, unâ cum essent. Sic Pauli ad Elymam, ad Antiochenos, ad Lytrensens, Barnabâ adstante, orationes *Act. xiii. xiv.* Quin etiam omnes Apostoli, paris inter sese ἀξίας, ἐξουσίας, ἀρχαίαις ἰσότηται. Longè tamen Paulo inferior Barnabas; ille autoritate, charismatis, functione, omnibus major. Quod verò attinet Veteres, dum Provincias inter Apostolos ad orbis curam univèrsi partiuntur, & *Thoma* Parthiam aut Indiam, *Andrea* Scythiam Europæam, *Matthia* interiorem Æthiopiam, *Juda* Ægyptum &c. assignant, Barnabam in ea distributione prætereunt. Quin τοῖς ἑβδομήκοντα, septuaginta discipulis, expresse *Clemens* Lib. II. Strom. *Eusebium* Hist. Eccles. Lib. I. Cap. XII. *Epiphanius* Hæres. xx. contra Herodianos, annumerant. Quod verò dicatur *Apostolus*, sit ratione suæ ad Gentes legationis, Paulo ipse associatus Apostolo. Voceque nonnihil laxiori, & nominis significatione longius extensa, ut etiam *Calvinus* ad locum. Quomodo *Ἰησοῦς ἐν Ἀποστόλοις* *Junias* & *Andronicus* Rom. xvi. 7. Quem admodum Ἀπόστολοι Ἐκκλησιῶν *Titus* alique fratres & cooperarii Pauli 2 *Corinth. viii. 23.* Prout etiam Veteres promiscuè *Titum*, *Apollo*, *Sosthenem*, LXX. discipulos, &c. *Apostolos* vocant. Quâ de nomenclatione fusiùs *Salmasius*, *Casaubonus*, *Montacutus*, *Blondellus*, *Forbesius*, & si qui alii de Ecclesiastica præclarè meriti antiquitate.

VIII. Septimò, hinc constat Pauli verius fuisse quàm Barnabæ salutare hac Epistola Hebræorum Ecclesias. Siquidem illi quâ Apostolo, ac præconi univèrsali, & harum cura fuit. Quas ille pro concione totiens, in Judæa, in Asia, in Europa, Hierosolymis, Antiochiæ, Iconii, Thessalonicæ, Ephesi, &c. officii ratione docuerat. Quas in ore, quas in corde perpetuò gestabat. Quarum plurimas vel erexerat, vel confirmarat. Apud quas majoris longe auctoritatis Pauli quàm Barnabæ nomen, ipso fatente *Cameronè*. Imprimis quando necesse fuerit Barnabam scripsisse vivo Paulo, si scripsit, & illum huic fuisse superstitem juxta cum obscurissimis ignoretur.

IX. Octavò, hoc etiam nomine Barnabæ adscribitur Epistola inconvenientiùs; quòd ille à *Judaizantium* mollitiè minimè abhorruisse videatur. Quâ & ipse de causa taxatur Paulo, scribenti ad Galatas. Etiam postquam divina voce fuisset ad Gentium ministerium ordinatus. Et post Hierosolymitanam illam Synodum quæ *Actorum* xv. ut doctissimi Interpretes. Adeoque non multis profectò annis ante conscriptam Epistolam ad Hebræos. A quâ sive mollitiè, sive errore, Deus bonè! quantum Scriptor noster abfuit? An verisimile fuerit eundem illum esse Barnabam, tanta jam vehementia, tanta dicendi copia & libertate, in ceremonias & Judaizantes omnes invecum; qui paucos antè annos quadam ignavia & præpostera simulatione Christianam libertatem prodiderat? Contrà, quid accommodatiùs Paulo? jam inde à principio tam acriter tamque constanter, quâ voce quâ calamo, pro eadem libertate adversus ceremoniarum usum decertanti.

X. Nonò, neque hæc negligi ratio debet, ab Epistolæ singulari & eximia eloquentia. Cùm Barnabas in Actis ferè καθὼν πρόσωπον fuerit. Et dicendi partes Paulo perpetuò reliquerit, qui etiam ἡγούμενος τῷ λόγῳ *Act. xiv. 12.* Ut Paulus verè *Aaron* fuerit, ipsis Lytrensibus *Mercurius*, interpres ille Deorum. Hinc nemo non colliget, eloquii majestate, & robore dictionis, & vi ratiociniorum Paulum longè superasse Barnabam. Atque ita illi quàm huic verius tribui Epistolarum omnium, styli majestate ac sublimitate dictionis, maximè illustrem. Nam ut scripsere, sic verisimiliter, locuti viri Dei; nì dicatur fortè de Barnaba quod de *Pericle* aliquo, aut *Demosthene*, etiam *Augusto*, scripsisse & dixisse præmeditatè, quàm extempore, longè difertiùs & elegantius.

XI. Denique, ut finem faciam, ab uno *Tertulliano* omnis traditio. Et quidem à vesano Montani spiritu jam dementato. Ex obscuris etiam Afri illius verbis,

quique dum per *Epistolam Barnabæ* ἐξέχως notat illam ad Hebræos, recedit à tota, ut visum, antiquitate. Et si quæ huc aliæ conjecturæ faciunt, leviores ex profectò, quàm ut tot invictis pro Paulo argumentis exæquari, nedum anteponi posse videantur. Ut pigeat congregari cum *Cameronè* ulterius, qui pro Barnaba sic disputat, ut causam prodatur. Prima illius ratio est, ab ea de qua diximus *Tertulliani* autoritate. Non citaturum fuisse Epistolam sub nomine Barnabæ, nisi putasset Romanos in eadem sententia fuisse, quos ex eâ Epistolâ revincere conabatur.

XII. Sed infirma admodum illatio *Cameronis*. I. Quia hæreticorum jam partibus addictior *Tertullianus*, illorum potius quàm Ecclesiæ placita & traditiones sectabatur. *Hieronymus* in Helvid. De *Tertulliano* quidem nihil amplius dico, quàm Ecclesia hominem non fuisse. II. Quoniam communis hæc sententia Romanorum aliis constaret saltem documentis. Meminissent, ut dictum modò, *Clemens*, *Origenes*, postmodum *Eusebium*. III. Sed & *Hieronymus* opinionem illam de Barnaba scriptore non Romanæ Ecclesiæ, sed unius *Tertulliani* facit Catalog. in Paulo. Argumento sanè, singularem illam, non communem, fuisse Ecclesiæ totius. IV. Quod si illo jam tempore fuerit inter Romanos de Authore controversum, verisimiliùs est *Clementi* Romano adhæsisse, quàm Barnabæ. Saltem divisas fuisse sententias, ut patet, nec idem sensisse omnes. Quo ipso liberiùs Barnabam suum propinare potuit *Montani* ille fatelles. V. Adeoque damus non illibentes, potuisse jam tum dubia de Authore inter Romanos, sive à *Marcione*, sive ab illo *Caio*, esse disseminata. Nec omnes existimasse eam Pauli esse Apostoli. Et sic cadit instantia *Cameronis*; Si *Romani*, inquit, existimassent eam ab Apostolo Paulo fuisse conscriptam, ille qui ex Epistolâ conciliare voluit summam doctrinæ suæ auctoritatem, titulum non immutasset. VI. Non attendit Vir aliàs minimè obesæ naris, *Tertullianum* opponere hoc loco Epistolam *Pastoris moechorum*, i. e. *Hermæ*, apocrypho scriptori. Scilicet illius Epistolæ prævalere auctoritatem, receptiorem eam esse apud Ecclesias, inter ipsos Romanos, (quocunque tandem authore,) libro illo *Pastoris* nomine trito & evulgato. Etiam receptiorem sub *Barnabæ* titulo, (sive jam ex sua, sive aliorum sui temporis loquatur hypothesi,) qui utique esset *Hermæ* dignior. VII. Quicquid tandem largiamur *Cameroni*, nihil evincit. Supponamus, loqui *Tertullianum* ex recepta Romanorum multis opinione, cõne Epistola *Barnabæ* est? Atqui ex Romanis alii *Luca*; alii *Clementis* esse contendebant. Cur illorum, quàm horum autoritas potior? Atqui Græci omnes, & longè vetustiores, Paulo vindicant. Atqui iidem Romani errori renunciarunt, inde à *Nicæno* *Oecuménico*, certè inde ab *Hilario*, *Ambrosio*, *Hieronymo*. Et quorundam hæresin vocat *Philastrius*, circiter annis oct. post ætatem *Tertulliani*. Nec necesse profectò est, vera fuisse omnia quæcunque tum Romani credidère.

XIII. Ratio altera *Cameronis* citiùs risum (detur venia verbo) quam assensum extorqueat. Barnabam, inquit, fuisse eo vultu & oris habitu, quem sublimitas illa styli maximè decere videatur. Probat antecedens, quod *Lycaones*, pro *Mercurio* Paulum, pro *Jove* verò Barnabam acceperunt. Non lepidè minùs, quàm cæterò quin acutè. Sed facile intellexit Vir doctus, ab externa quadam specie vultus ad stylium fallacem nimis esse consequentiam. Ut de *Tiberio Suetonio*, fuisse adducto vultu & superbo, sermone nullo, aut rarissimo, coque tardissimo. Prætereà, responderit oris majestati oratio Barnabæ, procedit ex merè particularibus argumentatio. Nec Pauli minùs gravis, sublimis minùs oratio. Quod verò de *Jove* & *Mercurio* subnectit, nititur fallacia non causa, adeoque *Philosopho* teste, ἀσυνλόγιστον. Causa enim omnis illius discriminis à *Lytrensibus* instituti fuit Pauli oratio, silentium verò Barnabæ. Hinc creditus ille nuncius alterius & interpres, ἐκαστὴ Παύλου ἢ ἐν ἡγούμενος τῷ λόγῳ *Act. xiv. 11.* Atque ita Paulus *Mercurium*,

curiam, Barnabas Jupiter, & hinc nascitur conclusio Cameronianæ opposita, fuisse Paulum præ Barnaba ea in dicendo majestate, eo eloquio, quod sublimitas illa styli maximè decere videatur.

XIV. Addit tandem, Barnabam videri paulò incitatiores fuisse animo, quàm Paulum. Hoc autem unde? Quia hinc natus ille paroxysmus qui narratur Act. xv. 39. Quid si liberaliùs demus omnia Cameroni, eòne conficietur Epistolam Barnabæ adscribi debere? Quia fortè Barnabas ad iram & contentionem propior? Quid commune hic cum gravi illa Epistolæ, partim masculè docemis, partim suavissimè solamis & erigentis, majestate? Sed antecedens, quantum quidem ex Sacris assequimur, videtur esse falsum. Pauli animus ille concitator ubique conspicuus. Sic Petro in os resistit, Ananiam acriùs increpat, Corinthios, Galatas, vehementer redarguit. Pauli acta omnia, dicta & scripta loquuntur, quæ alicubi Hieronymo sunt tonitrua, fulmina, rugitus leonis. Contrà describitur Barnabas ut vir bonus Act. xi. 24. ad solatia & charitatis officia mirum in modum pronus. Παροξυσμὸν autem illum quod atinet, Paulum inter & Barnabam, primus ille huic restitisse legitur. Nec exacerbatio aut excandescencia in Barnaba quam Paulo dicitur fuisse vehementior. Ut mirari subeat, non puduisse ingeniosissimum Cameronem istam vitilitigationem; & pueriles conjecturas propinare ausum eruditus, gratas ei quia novas, — sordet quicquid spectavimus olim.

CAPUT IX.

BREVARIUM.

Qui Apollo Epistola authorem conjectarunt. Propius ferè ad verum accedam. Apollo illius descriptio. Falsum tamen, esse authorem. Multis demonstratur. De Marco Evangelista. Ineptè author assertus. De Tertulliano fabula. Claudisur disputatio.

I. Sed moræ pertæsi longioris, ad finem properamus. Eadem porro inductione, nec Apollo nec quemquam alium concinnasse hoc scripti genus, probaturi. Eò minus operosè, quod probabiliter minùs reliqui hi scriptores asserti. Non opus hic τυνδαείδαις πολυμήθευ. Quanquam Lutherus pro Apollo scriptore sensisse aliquando videatur. Ita enim ad Caput XLVIII. Genesios vers. 20. Author Epistola ad Hebræos quisquis est, sive Paulus, sive, ut ego arbitror, Apollo, eruditissimè &c. Sic Beza comparate huic veriùs quàm reliquis Epistolam adscribi posse censet: Nisi fortassis Apollus illam scripsisse existimari possit, cujus & eruditio & eloquentia, omni maxima pietate conjuncta, tantoperè commendatur. Et qui speciatim Judæos dicitur coarguisse.

II. Non est autem quod in hoc excutiendo immeremur. Reverà, si præter Paulum quisquam alius scriptor existimandus foret, neque vestigia deessent apud Veteres, ille imprimis nobis Apollo probaretur. Hebræus fuit, magnæque inter conversos Judæorum estimationis. Præterea vir eloquens, & ad persuadendum natus, cuique eo potissimum nomine Corinthii illi præ Paulo adhærent, ut in prima ad Corinthios. Etiam potens in scripturis, & ex Test. Veteris oraculis vincens efficacissime Judæorum pertinaciam. Deinde fervens spiritu, in docendo vehemens & masculus, in arguendo intrepidus, in omnibus sollicitus, & accuratus, quæ illius μεγαπροχαρία est Act. xviii. Sed neque hoc fatis, nec indicia illa sufficiunt & lineamenta, ut illi hunc sortem adjudicemus.

III. Vel hæ rationes obstant. I. Quia talem scripsisse Epistolam dicitur præter fidem utriusque historię, Sacræ & Ecclesiasticæ. Græcorum nemo, nemo Latinorum, id vel tradidisse posteritati, vel scripsisse legitur. Inaudiissent nonnihil vetustissimi illi Patrum, qui cæteroquin de Lucâ, de Clemente, de Barnabâ, meminere. Neque Apollo inter Ecclesiasticos scriptores relatus fuit Hieronymo. II. Neque etiam universalis fuit & primarius Apostolus, illo quanquam nomine nonnunquam veniat Scriptoris. Non immediatè si-

ve vocatus sive edoctus à Domino. Apostolorum imò Priscillæ & Aquilæ discipulus Act. xviii. 26. Non orbis etiam universi, non Hebræorum omnium præfectus Ecclesiis, sed Achaiis & Corinthiis, ut Act. xviii. & 1 Cor. i. ii. iii. Hinc Corinthus illi veteres Provinciarum diribitores assignarunt. Adeoque non ea instructus autoritate, qui pari cum Apostolis passu Orbem universum edoceret. Nam, ut Tertullianus adverf. Marcion. Lib. v. ad omnes Apostoli scripsere, dum ad quosdam. III. Sed neque in eum quadrant circumstantiæ Epistolæ variæ, v. g. illo tempore Romæ fuisse; aut adstrictum vinculis; aut restituendum Hebræis, Hierosolymitanis imprimis; cum nonnisi inter Corinthios & Græcos legatur esse versatus. Et hos potiùs absens, ut discipulos suæque pridem institutioni suffectos, quàm Palæstinos, aut in communi Hebræos, compellasset. IV. Porro quæcunque de illius, sive facundia, sive eruditione, sive pietate, memorantur, concludunt nihil. Sunt enim illa ἐκ τῶν ἐν μέγῃ, neque Apollo in his inferior fuit Paulus, si non major. Nec minus Paulus cum Judæis, imò Judaizantibus res fuit. Nec minus in Scripturis potens, & ex Mose & Prophetis Judæos redarguens. Adeoque ex aliis primò circumstantiis & indiciis argumentandum foret, quæ Apollo quàm Paulo magis aut alii cuivis convenirent. Et exinde demùm possent illius sive eloquentia, sive eximiae aliæ dotes urgeri. V. Et ut paucis absolvamus, Lutheri (nisi qui alii suffragantur) hæc quædam sententia singularis. Nec tam sententia, quàm levis conjectura, quamque in Epist. Præfatione minimè reponendam duxit. Beza primas tribuit Paulo, nec nisi secundariò &c. comparatè ad Lucam, aut Clementem, pro Apollo eodem pronunciavit.

IV. Multò minùs putandus est author Epistolæ Marcionis, quod legere nos aliquando meminimus. Qua tamen autoritate, aut quo rationis fundamento, non legimus. Primò enim Marcion nonnisi Apostolorum filius & discipulus. Petri speciatim Apostoli, quum veriùs ex Pauli Schola Epistolam intelligamus esse profectam. Ipsi deinde Petro Magistro, majorisque inter Hebræos autoritatis, potiùs adscribenda foret. Quo magis ipsum Marci Evangelium, Petri creditum fuit. Quando etiam Petro adhuc superstite scripsisse dicendus est Marcus, martyrio ante Apostolorum coryphæos sublatum, Neronis anno viii. Christi LXII. juxta Baronium LXIV. Imo hanc ad Hebræos misisset Epistolam ante Pauli pleraque alias, ad quarum tamen, si non author ipse Paulus, scripta imitationem. Nam in Ægypto, & Alexandriæ, inde ab anno Claudii III. sedem fixisse Marcum, Eusebium Chronic. Lib. II. in Claudio. Hinc eodem anno, antequam Roma mitteretur Alexandriam, scripsisse Evangelium referunt. Postmodum autem Africa excessisse, concessisse in Italiam, ibidem fuisse vinculum; scripsisse inde ad Ecclesias Hebræorum &c. fabulæ sunt, & quæ nemo somniavit. Ut taceam styli illud & orationis immensum Marcum inter & scriptorem Epistolæ discrimen.

V. Sed absurditatem longè omnem superat, quod tradidit Sixtus Senensis Biblioth. Lib. VII. Cap. VIII. tribuere quosdam Tertulliano. Quo commento post homines natos nullum insulsus, impudentius nullum. Illos Epistolæ cothurnos aptari Tertulliano? Quem ante Justinum, Irenæum, Clemens uterque, Epistolam usurparunt totiens; qui Barnabæ ipsemet adscripserunt; qui Timotheo totâ ætate posterior, qui libro de Hæres. notat Theodotium, verba illa Epistolæ, amator, amator, ageneologismus, cujus neque initium, neque finis, contorquentem; ne jam de phrasi Tertulliani diversâ toto cælo, ac Latini quidem eâ, & Africanâ, aliisque pro Epistolæ antiquitate dicam argumentis. Atque ita quod institueramus primùm, plenissimè executos nos esse arbitramur. Omnibusque tandem æstimatis, autoritatibus omnibus expensis, rationibus libratis, instantiis excussis, exceptionibus everfis, id unum superest, Pauli Epistolam ut esse credamus, — credamque nepotes.

P A R S T E R T I A.

CAPUT I.

B R E V I A R I U M.

Transitio ad Partem ἀναστροφικῆν. Objectiones multa ante occupata. Alia auctorem, alia etiam auctoritatem ferunt. Alia Veterum, alia ferè recentiorum. De stylo Epistola ad Hebræos. Qui illius à Paulo usfere discrimen. In quo discrimen constitutum. Vis objectionis qualis. De variatione styli. Exempla in Sacris. Speciatim in Paulo. Variandi quas habuerit causas. Pauli sermonem non fuisse ἰδιωτικόν. Non solum Phrasin in hac Epistola attendendam. Falsum etiam, differre toto genere à reliquis. Occurritur Instantis cum aliorum, tum Cameronis. De voce αἰώνος. De phrasi μὴ ποτὲ ἁρρινωμῶν.

I. **R**otissimam viæ partem emensi, proximè dissertationis nostræ metam assequemur. Magnâ enim parte laboris defuncti fumus in antecessis. Dumque in κατὰ τοὺς ἰδιωτικὴν exceptiones ad nostra diluimus argumenta, & insistimus omnibus effugiis, accidit ut ἀναστροφικῆς partem non contemnendam occupaverimus. Sic quicquid objicitur de *Latinorum* Veterum dissensu, de antiquioribus *Græcis*, de tardiùs receptâ Epistolâ, prolixè priori Parte & quàm fieri potuit accuratè pertractatum. Pariter quod alii de argumenti & methodi nonnullâ diversitate; quod de Paulo Gentium non Hebræorum Apostolo; quod de clausâ Epistolæ & sigillo ἰδιοχάριον Paulinarum; quod de Lucâ auctore, vel Clemente Romano, vel Barnabâ, vel Apollo &c. posteriori Parte, pleniùs exequabamur. De stylo etiam & caractere dictionis annotavimus non pauca Parte II. Cap. II. Et si quæ alia, quæ molestâ repetitione non egent. Nec solùm brevior sed facilior tantò hæc Pars evasura est, quantò in adstruendo plus situm operis & molestiæ, quàm quidem in destruendo.

II. Objectiones contrâ Paulum auctorem non sunt unius generis. Aliæ enim auctorem tantùm, aliæ etiam Epistolæ auctoritatem sollicitant. Quædam præterea ipsâ se vetustate veluti commendant, aliæ à recentioribus contortæ magis, aut etiam excogitatæ. Quæ contrâ scriptorem Paulum simpliciter (illæ sâ Epistolæ auctoritate,) à Veteribus objecta, tria potissimùm esse deprehendimus. Primò enim styli maximam quandam urgent diversitatem: secundò inscriptionis & Paulini nominis defectum: denique scriptorem semet discipulis accensere Apostolorum. Omnium instar esto *Autor* argumenti præfixi Comment. Oecumenii. Ἡ ὁμοῦς Ἐβραϊκῆς Ἐπιστολῆ δοκεῖ μὴ εἶναι Παύλου, ἀλλὰ τὸν χαρῆντιον, καὶ τὸ μὴ προγράφειν ὡς ἐν ἀπάσαις ταῖς ἀλλοδαφαῖς Ἐπιστολαῖς, καὶ τὸ λέγειν, πῶς ἡμεῖς ἐκφενεζώμεθα τηλικαύτης ἀμελήσαντες συντηρίας, ἥτις ἀρχὴν λαβῆσα λαλεῖσθαι ὑπὸ τῆς Κυρίας, διὰ τῶ ἀκασάντων εἰς ἡμᾶς ἐθεβαίωθη. Hisce tribus recentiores, præter ea quæ antè fusiùs attigimus, contrâ Paulum auctorem addunt illud ex *Capite* VI. I. 2. de *Catecheticâ* & initialis doctrinæ rudimentis post Pauli (ut videtur) ætatem sic digestis.

III De hoc objectionum genere dicendum impræsentiarum. Primam illi hastam jaciunt in Epistolæ stylo, quem à Paulino mirum quantum recedere arbitrantur. Fuitque jam olim inter dubitandi causas prima. Nam *Clemens Alexandrinus*, citato aliquoties loco, Lucam quàm Paulo convenientiorem esse dictionem putat. *Origenes*, cum alibi, tum imprimis apud *Eusebium* Hist. Lib. VI. Cap. XIX. vel xē, hæc habet: Ὁ ἰδιωτικὸς ἢ λέξις ἢ ὁμοῦς Ἐβραϊκῆς Ἐπιστολῆς ἀποδοτικῆς εἶναι τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικόν ἢ Ἀποστόλου, ὁμολογήσαντες ἑαυτὸν ἰδιωτικὸν εἶναι τὸν λόγον, τὸ ἐστὶν ἐν τῇ φράσει. Ἀλλὰ εἰς ἡ ἐπιστολῆ συνθεσὶς ἢ λέξις ἰδιωτικῆρα. πῶς ὁ ἔπιγράμηντο.

Tom. II.

καίεν φράσεων ἀφ' ὧν ὁμολογήσαν ἂν. Orationis characterem Epistola qua inscribitur ad Hebræos, non habere eandem simplicitatem sermonis Paulini. Quum fateatur se esse eundem in dicendo, i. e. formâ dictionis. Ipsam enim Epistolam, dictionis compositione, magis accedere ad elegantiam Græci sermonis; & falsum esse omnem, qui orationis differentias scis dignoscere. Sensit idem *Eusebium*, qui suprâ Hist. Lib. III. Cap. XXXII. phrasin esse illi *Clementis* cum primis affinem dixit. *Hieronymus* hoc uno nomine non credi Epistolam esse Pauli, propter styli sermonisque dissonantiam. Itidem *Philastrius*, nempe quia videtur sermone nimium plausible. Unius ferè illius difficultatis, quæ Latinos priores ad dissensum induxerit, meminere pariter *Isidorus* in *Ecclef. Offic.* Lib. I. Cap. IX. *Rabanus* de *Instit. Cleric.* Lib. II. Cap. LRV. Hinc quotquot Veterum pro Paulo pronunciarunt, sive ex Græcis sive Latinis Patribus, ferè obviarunt eidem difficultati. Ex posterioribus nodum hunc plusquam Gordium facit *Erasmus* sub finem Annotat. Restat jam argumentum illud quo non aliud certius, stylus ipse & orationis character, qui nihil habet affinitatis cum phrasi Paulinâ. Accedit & ipse *Calvinus* Argum. in *Epist. Magdeburgens.* Cent. I. Lib. II. Cap. IV. quotquot denique (ne faciam longiùs) in hac de Authore controversiâ à nobis discessere.

IV. Summa est objectionis, Epistolam ad Hebræos elegantiam, ornatu, copiâ dictionis, aliquot parafangis superare omnes Paulinas. Paulum magis ἐβραϊζεν; contrâ ἰδιωτικῆν magis & ad Græcorum idiotismum nostrum accedere auctorem. Illum rudiorem fuisse sermone, & stylo magis ad simplicitatem comparato; hunc jam induere cothurnos, & magis assurgere. Paulum plus spirare lenitatis; Scriptorem Epistolæ plus longè gravitatis, quique ferè ubique tonet atque fulguret. Denique hunc iis nonnunquam usum esse vocibus atque phrasibus, quæ minimè sapiunt τὸ ἦθος Pauli: geminumque profert exemplum *Cameron*, I. à voce αἰώνος, mundum significante, II. ab illa phrasi, μὴ ποτὲ ἁρρινωμῶν. Ex his omnibus constatur argumentum. Qui stylus, qui dictionis character, toto genere ab eo diversus est, quem Paulus usurpare consuevit in omnibus Epistolis, alius cujusdam Scriptoris is esse videtur: talis autem qui sonat in tota ferè Epistola, talemque esse tota antiquitas agnovit.

V. Speciem habet argumentum, soliditatis si ad vivum reseretur nihil. Cuique adeò plenissimè ut satisfiat, respondemus non uno modo. Primò quidem, in genere propositionem esse inconsequentem, nec necessariæ veritatis. Quâ ex styli nonnulla diversitate scriptoris infertur diversitas. Si fortè modo æquabilis modò magnifica, modò simplex modò ornatior, modò humilis modò sublimior, modò lenis modò gravior, modò pressa magis modò copiosior exurgat oratio. Variat enim ea multifariam, tum pro subjecti diversitate argumenti, quod vel tenue magis, vel gravius ac sublimius; tum pro variis scribentis affectibus, & animi motibus, modò demulcentis, modò indignantis, modo in lætis, modo tristibus constituti, modo vehementiùs, modo leviùs affecti; tum prout quis vel negligentius scribit, vel elaboratiùs, aut vel solutus curis vel implicitus; tum pro personis, quibus cum res est, quæque vel flecti faciles, vel tenaciores, vel pares, aut familiaritatis junctæ aliquo vinculo, vel alius & superioris à nostra fortis, vel propensius in nos, vel iniquiùs affectæ. Sic alius longè character *Ἐπιστολικῆς*, alius *ρητορικῆς*, alius *διδασκαλικῆς*, alius *ισορικῆς*, ab eodem sæpe etiam auctore profectus. Et diversissimam hanc dictionis faciem iidem Scriptores sacri (ne de profanis jam aut Ecclesiasticis dicam,) exhibent aliquoties. Quam dissimilis sui *Moses*? v. g. *Genesios* I. aut

Q

Den-

Deuteronomii xxxii. collatis cum reliquo passim contextu. Annon *dis* *ἄφ' πασῶν* distat *Jeremias* in Thronis à semetipso in Vaticiniorum libro? Annon diversissimus *Johannes*, in Euangelio, Epistolis, & Apocalypsi? quo hanc nomine alteri illi Johanni adscribebat *Dionysius Alexandrinus*.

VI. Secundò, de *Paula* in specis, nec hunc semper sibi esse similem reliquis in Epistolis. Consentiant enim omnes eruditi, Epistolam *ad Ephesios* sublimitate styli, & copià dictionis, supra ceteras assurgere. Et tribus potissimum de causis, ut sapientissimè nostro iudicio *Theodoretus*: primò, ὅτι πολλὴ σπουδὴ κέρχεται πρὸς αὐτὰς χάριτας; deinde, ὅτι τὰ βαρύτερα τῶν νοημάτων αὐτοῖς ἐπισείδει; tandem, quod scribat *πνευματικὸς ἢ τὸ ἕψαλλε*. Ex has ipsas putamus esse causas discrepantiæ illius omnis in Epistola *ad Hebræos*. I. Quod Paulus majore jam studio & accuratiore iisdem scripserit. Ut sublimi illo eloquio sapientia sublimitatem suæ hominibus iniquis de se sententiis inter cetera exponeret. II. Quod Epistolæ argumentum ferè diversum à reliquis esset. Magis etiam arduam ac sublime, ubi de Christi persona supra Angelos, supra Moysen, supra creaturas omnes eversa; ubi abstrusissima redemptionis nostræ mysteria, collata jam cum illis figurarum umbrarumque involucris; ubi historia Christi in oculis agentis, sacerdotio æterno defungentis, solio majestatis insidentis, è cælo opitulantis, suos Patri æterno sacrificio propitiantis &c. Qui sanè Paulus quasi intra velum consistebat, altissima cælorum penetrabat, omnem illum terrestriis sacerdotii, & sanctuarii mundani, & Mosaiici cultus, quantumvis splendidum depresserat apparatus; quid mirum, si solito jam gravius, si disertius, si magnificentius dicit? III. Quando etiam Paulo cum iis negotium, qui in Scripturis exercitati; qui instructiores in iis, cæteris omnibus Paulo antè salutatis Gentibus; quibus inde eloqui illa majestas & sublimitas familiaris; qui ceremoniis etiam suis, & traditivæ majorum, pertinacius & quasi mordicus adhærescebant.

VII. Tertio, peccatur falsâ hypothesi, Paulum fuisse idiotam, aut sermonem ejus ubique *ἰδιωτικόν*. Quod ut de reliquis damus libentius Apostolis, de Paulo pernegamus. Testantur ejus passim scripta, & eximia eruditio, & probata totiens eloquentia. Quam ille sæpè animosè, quam graviter, quam masculè dicit? *Paulum quotiescunque lego*, (inquit *Hieronymus* ad *Pammachiam* Epist. l. Tom. II.) *videor mihi non verba, sed audire tonitrua. Legite Epistolas ejus, sed maxime ad Romanos, ad Galatas, & ad Ephesios &c.* Ipsi Pauli obtretractores, *Augustino* teste de *Doctr. Christ.* Lib. IV. Cap. VII. Epistolas illius *graves & fortes esse confessi sunt*. Unde hic nihil tam habuisset in votis, quam, ut Romanam in flore, Christum in carne, sic & cernere *Paulum in ore*. Quod autem de semet ipso Paulus ad *Corinthios*, deque non affectatis verborum flosculis & verneribus, est *ἀπεροδιόντων*. Rudem fuisse se sermone dicit, *συνκαθ' ἑαυτῶν ποτὶ τὴν φύσιν, ἰακίως ποτὶ ἀναγκάτως, συνακλινῶς ποτὶ ἀπλῶς*, & comparatè ad fucatos illos & blandiloquos Philosophos ac Pseudo-Apostolos. Minimè ergò dubium, quin potuerit etiam Apostolorum maximus *magnum loqui, nitique coluerno*. Atque, etiam si ad id genium Apostoli & indolem minùs fuisse à natura comparatam largiremur, ne sic quidem valeret consequentia. Non enim à se profecta, sed à Spiritu Sancto dictata, mandavere literis. Nec verba minùs, quam res sanctissimis Dei hominibus inspiratæ. Nec authores fuere, sed amanuenses. Et varius pro occasionum & circumstantiarum varietate esse potuit Spiritus ille ductus & affatus. Prout stylus & character *Prophetarum* non semper pro cujusque fuisse ingenio existimandus est.

VIII. Quarto, perperam ex solâ dictione de Authore judicatur. Quando *sensus & materia* Pauli esse constat, Quando ubique se prodit *Paulinus* ille genius,

in ratiocinando, in citandis applicandisque V. T. oraculis, item in methodo, in docendi, claudendi, figuandique modo. Illi etiam uni favent circumstantiæ omnes loci, temporis, personarum, & si quæ alia notanda esse diximus. Ut excepto nonnullo orationis discrimine, cætera omnia Pauli esse, jam olim luculenter professus sit *Origenes* apud *Euseb.* Lib. VI. Cap. XIX. Quidni illa omnia præponderent qualicumque styli diversitati? Quidni hinc colligamus, Apostolum data opera scribendi rationem immutasse nonnihil? Sic enim malim, quàm (quod doctissimi alii viri) ut nomen, sic stylum *arte dissimulasse*. Imprimis tot gravissimis immutandi causis paulò antè expositis. Cum etiam assignetur nullus Paulina illa ætate, cui convenientius forma dictionis adscribebatur. Non Lucas, non Clemens, non Barnabas, ut prolixius ostensum.

IX. Quintò, τὸ πρῶτον ψεύθεῖσθαι est in assumptione, stylum *totò genere* esse diversum. Quod imprimis negandum esse arbitramur. Innumeris antè patuit exemplis, & voces, & phrasas, & *omniatones* integras, unius sapientissimè Pauli esse proprias. Expendantur quæ supra Parte II. Capitibus I. II. III. IV. Nec deessent plura, apponere si vacaret. V. g. Cap. VI. IO. *ἰπιλαθέσθε τὸ ἔργον ὑμῶν ἢ τὸ ἔργον τῆς ἀγάπης*. Planè sic I *Thess.* I. 3. *μνημονεύοντες ὑμῶν τὸ ἔργον ἢ τὸ ἔργον τῆς ἀγάπης*. Iterum eodem Capite VI. *Ἀγαπήσατε τοὺς ἀγίους, ἢ ἀγαπήσατε*. Idem omninò *Rom.* XV. 25. *Ἀγαπήσατε τοὺς ἀγίους*. I *Cor.* XVI. 15. *εἰς διακονίαν τοῖς ἀγίοις*. Præterea Epistolæ Cap. II. 4. *πρόδοματ' ἁγίου μορφοματ'.* Nihil usitatus Paulo, quàm singulis τὸ πνεῦμα μαρτυρεῖν, *διακονῶν* I *Cor.* XII. 11. &c. Ita Capite XII. 1. *τὴν ἀπειθείαν ἀμαρτίαν, ποτὶ Paulo usurpata Tit.* III. 9. *μάχας εὐερίσασα*. Sed istiusmodi plenos modios jam antè exhibuimus. Itaque hoc unum dici potest, gradu quodam gravitatis, & majestatis, distare ab Epistolis cæteris. Quæ discriminis ratio, præcipuè ab argumento, & majore jam studio Apostoli, arcessenda. Unde etiam, ubi à sublimiori illâ materiâ ad practica sub finem & moralia descendit, propius ad consuetam scribendi rationem accedit.

X. Quod instant, phrasin nonnihil esse quàm vulgò in Paulinis *ἰδιωτικῆς*, levissimum est. Paulam enim Græcè fuisse eloquentem, nec Græcæ vernitatis nescium, quis neget? Ipse in Græciâ natus, & inter Græcos toties conversatus. Imò *Græcam linguam* *ἀγαθὴν* aut magis familiarem habuisse, quàm *Hebraicam* vel *Syriacam*, non meis sed magni *Salmasii* dicam verbis de *Hellenist.* Part. I. Quæst. VI. Quid ergò hic insolens, de industria Paulum voluisse copiam & elegantiam Græcæ sermonis magis imitari? Et valeret demum exceptio, si instar reliquorum ex Apostolis nescivisset nisi Hebræorum aut Syrorum phrasas verbis Græcis induere, aut Græca ad Hebræi sermonis formam inflectere. Præterea quot *Hebraismi* passim ubique dispersi? Plerique etiam Paulo minime insolentes? Sive voces spectamus, *αἰῶνες, μεγαλοσύνη, σαββατισμός, σάρκα, μάχασασι, δισομοσ,* &c. Sive constructionis modum, *πρὸς τὸς ἀγγέλους, πρὸς τὸν, εἰς ἡμᾶς ἰσοβίαθη, ἐπ' αὐτῆς νενομόθη, παρῶκεν εἰς τὴν γλῶσσαν, ὁμολογῶντες τὰ ἀνεκτὰ αὐτῶν, διαρεσῶν ὁ Θεός, ῥῆμα τῆς δυναμείας, ὁ λόγος τῆς ἀποκάλυψης, καὶ ὁμοίωται* &c. Sive demique *ellipses, ομολογῶντες, ἵπποδοχας*, &c. Hebræis cumprimis usitatas.

XI. Instantia altera *Camertonii* nullius omninò momenti est. Primò, de voce *αἰῶνες*, quæ occurrit Cap. I. 3. XI. 3. Scilicet in Paulinis semper *tempora*, nunquam *mundum*, ut hoc in loco, denotare. Atqui I. Per *συνχώρησιν* dato, nos uni huic voci opponimus quamplures alias, Paulo soli usurpatas, atque frequentius nostro Authori adhibitæ. II. *καὶ ἀρνησιν*, negamus insuetam esse Paulo Apostolo, hoc etiam significatu, vocem. Vel uni huic loco insistimus I *Timoth.* I. 17. *βασιλεὺς τῶν αἰώνων*. Quid obstat, quo minùs *mundi Regem*, sive *Dominum* interpretemur? Quo magis hoc sensu Hebræi, *מלך העולם*, vel *מלך עולם*, *Dominus*

mundi. Arabes usitatus *رب العالمين* κύριος τῶν αἰώνων, qui terras, mare, sidera movet. Ne urgeam illud 1 Cor. II. 7. *ὅτι τῶν αἰώνων*, quod minimè hanc significationem respuit, ut sit *πρὸ καθολῆς κόσμου*. III. Constat saltem, vocis *ἔθνος* & *ἔθνη* geminum esse usum apud Hebræos, ut & *mundum* notet & *saeculum*, & ipsa mundi corpora & periodum corporum. Promiscuam acceptio- nem ne ipse *Camero* diffitetur. Quod cum ita sit, ni- hil mirum utroque sensu adhiberi Apostolo, ut alibi tempora, hic *mundum* designet. IV. Hinc etiam patet *ἔθνη* in ipso in limine scriptorem, nec adeò Græcam sectari eloquentiam. *Damus* enim, non quidem in *Pauli- nis*, sed in Græcorum monumentis, nunquam eo sensu vocem illam reperiri, quo in hac Epistola. Etymologus, *αἰών*, ἡ ζωὴ τῶν ἀνθρώπων, ὁ τῶν χιλιῶν ἐτῶν χρόνος. *Hesychius*; αἰών, ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων, ὁ τῆς ζωῆς χρόνος. *Euripidi*, monente eodem, αἰών, ἡ ψυχὴ. *Hippocrati*, αἰών, ὁ νοσήσας χρόνος. *Alvares* autem *πληθυσιακῶς*, *בְּלִשְׁכָּתוֹ*, vix apud Græcos Scriptores. Vox in Chri- stianâ Ecclesiâ post Valentini portenta nimium nota. Nihilo opportunius alterum illud quod *Camero* pro- fert exemplum, nunquam sc. dicturum fuisse *Paulum*, *μὴ ποτε ἔσθην* *Hebr.* II. 1. Egregie! An quia nova Scriptoris sacris metaphora est? Atqui eadem illa perquam familiaris. 2 *Sam.* XIV. 14. futuri velut aqua diffuentes. *Psal.* LVIII. 8. liquefiant sicut aqua. Christus in Euangelio de utribus perruptis & vino effuso five dis- fluente *Math.* IX. 17. An quia vox magis ad Græcam accedit elegantiam? Sed & ipsi *LXX.* (notante etiam *Camero*) eodem modo vertunt *Proverb.* III. 21. *ὡς μέλι ἔσθην*. An quia ad istiusmodi metaphoris abhorret *Pauli* genius? Imò in iis ferè totus est; hinc *Paulo* do- ctrinæ ventò agitari, currere, certare, stare, cadere, plantare, rigare, parturire &c. Hinc similia illa à va- riis testaceis, figulo, domo, fundamentò, theatrò, fermento, lacte, sigillo, arrhâ, aliisque penè sine nu- mero.

CAPUT II.

BREVIARIUM.

Aliorum ad objectionem eandem solutiones. Qui non nisi ma- teriam Paulo tribuere. Scylum vero Pauli amanuensi. Re- sponsionis falsitas, & periculum. Qui phrasin volunt ex Hebræo translata. Ita Veterum & recentiorum plerique. Solutionis insufficiensia. Non videri Epistolam Hebraicè esse scriptam. Salmasius notat. Traditionis origo. Fundamenta illius eversa. Falsa Veterum hypotheses. Cur ad Hebræos Græcè scripserit? An Paulus Græcè disertus? Argumentationes quedam alie. De Epistola idiotismi Græci. De voce Διαθήκη. Barai atque Erasmi Exceptiones. De versione τῶν LXX. usurpatâ. De aliis quibusdam. Bellarmini & aliorum insinuas diluuntur.

His solutionibus quæ decisionem omnino faciunt neglectis, Veteres, plerique etiam recentiorum, respondendum aliter censere. Scilicet posse fieri, ut *Stylus* non sit *Pauli*, *Paulum* tamen habeat *Epistola* au- thorem. Hi denuo in diversas classes abeunt. Volunt que alii, non ipsum *Paulum* scripsisse, sed materiam scribendi alibi de suo suppeditasse. Atque ita verba, dictionem, stylum, notarii esse & amanuensis; doctri- nam, sententias, argumentum ipsius *Pauli*. Alii vero & potissimi, *Paulum* *Hebraicè* & patrio sermone scrip- sisse *Hebræis*, quæ postmodum *Græco* interpres vesti- verit. Hinc redolere magis *Epistolam* stylum phrasin- que *Interpretis*. Hi denuo de interpretationis modo diversum sentire videntur. Aliique, *Interpretem* dili- genter ac fideliter in translatione fuisse versatum. Alii, *Paulina* expoluisse eum nonnihil, & proprio quasi or- nasse, atque ordinasse sermone, ut loquitur *Hieronymus*.

II. Priorum antesignanus fuit *Origenes*, ipsissimo quem antè adduximus loco, *Parte* I. *Cap.* VI. *Origeni*

accessere nonnulli recentiorum. *Esim* in *Prolegom.* *Cap.* II. *Subiectum* sive materia totius *Epistolæ*, simul & ordo, fuit à *Paulo* subministratus, sed compositio & ornatus est cuiusdam aliterius &c. Similiter *Bellarminus*, ex du- bus jam solutionibus memoratis, hanc cum simpliciore- rum expeditorem esse putat *Lib.* I. *Cap.* XVII. Ex nostris placuisse eadem videtur *Hyperio*, doctissimo *Commen- tatori*, qui in *Prolegom.* ad *Epistolam*; quod *Paulum* uti solima sit amanuensis seu notarius, & sensum potius dicta- re, quàm orationem & verba contexere. Itaque, cum non semper eodem amanuense seu notario uti potuerit, nihil mirum, si aliqua styli dissimilitudo in quibusdam *Epistolis* inveniantur. Hæc ille.

III. Nodum verò tantum abest ut expediant, ut contra longè implicent magis imprudentes. I. Peccant falsissimâ hypothesis, quasi *Epistolæ* ὁ χαρακτήρ ἢ ἡ λέξις à *Paulo* Apostolo abhorreat. Quod revicimus ita ac re- fiximus, ut vix sit exceptioni locus. II. Affirmatur idem gratis, & nullo fundamento, nullâ sufficienti tra- ditione. Haufit enim à se, non à majoribus, *Origenes*, & privata quedam fuit audacissimi Patrum conjectura. Motâ enim rei difficultate subjungit, *ἐγὼ ἢ ἀποφανά- μην εἰποιμι*, *ἀν*, ego verò declaraturus, dixero &c. For- mula hominis in re dubiâ conjecturam suam aperientis. III. Petitur τὸ ἐν ἀρχῇ, *Paulum* suis in *Epistolis* soli- tum dictare sensus, non verba. Quod *Hyperio*, præstan- tissimo Theologo, nobiscum aliàs de Authore sententi- ti, excidisse miramur. Sic enim vocibus sua authori- tas, suum pondus, sua quedam perit ἐπέχθη. Sic nul- libi *Pauli* oratio est, sed quorundam fortè amanuen- sium. Quum ne quidem ipse ille *Tertius Rom.* XVI. 22. tam scripserit *Epistolam*, quàm juxtâ *Syrum* *Interpre- tem* descripserit. IV. Si *Paulus* dictavit, dubio pro- cul etiam verba. Non enim res dictaverit sine verbis. Hæc ergò accuratissimè notarius exceperit, & credibi- lius *Pauli* expressisse voces, quàm novas de suo finxisse. V. Absurdum, & propè ad impietatem accedit, quod habet *Bellarminus*, scribam hujusce *Epistolæ* magis dis- sertum fuisse, quàm ipse qui scribâ *Paulus* utebatur. Ce- do nobis illum amanuensem, tanto Apostolo, & inter omnes Scriptores Sacros eloquentiæ laude conspicuo disertorem. VI. Vel θεόπνευτος Scriba ille fuit, vel inferioris ordinis & authoritatis. Si posterius, quan- tum *Epistolæ* detrahatur? Quàm eloquii illa majestas deprimitur, infra illa omnia quæ ipsumet Sacri amanuenses in chartas retulere? Si prius, quis ille quæso? *Lucam* enim fuisse, nec probari ulla ratione potest, nec ipsa styli ratio suadet. De *Clemente* fabula est supra re- jecta, nec ille unquam θεόπνευτος. Et sic fingitur Spiritum Sanctum partitum esse operas, illi materias, huic voces suggerendo. VII. Multum omninò inter- erat in tanti momenti *Epistolâ*, ut à primario ipso A- postolo totius orationis contextus adornaretur. In ver- bis enim, & in scriptionis modo, quantum efficacit? quantum roboris? Unde & ipsemet scripsisse *Author* videri voluit, & in primâ de se personâ, iisdem etiam quibus aliàs *Paulus* verbis, in *Epistolâ* loquitur aliquoties.

IV. Atque hinc accidit, ut recentiorum pars maxi- ma, Veteres imitata, discrimen omne ab interpretatione derivarit, & ad istam, ut sacram anchoram, in hac controversiâ confugerit. Nemini debere esse mirum, si *Paulus* aliter *Hebraicè* quàm *Græcè* scripsit. Si etiam *Interpreti*, (quisquis fuit ille *Deorum*,) suus in verten- do fuit genius singularis. Propendit in hanc senten- tiam tota ferè antiquitas. *Clemens Alexandrinus* *Lucæ*, *Eusebium* *Clementi*, interpretationis hæcè tribuere par- tes. *Hieronymus* favet eidem *Clementi*, & de *Paulo*, *Eloquenter* scripsisse in *Hebræo*, ut eadem eloquentius verten- tur in *Græcum*. Subscribit *Theodoretus* *Argum.* *Epis- tolæ*; ἐγραψε ἢ τῆς Ἑβραίων φωνῆ, ἢ φασὶ μετεφωλεῖ- σαι τὴν κλημῆν. Accedunt *Chrysostomus*, *Occatenius*, *Theo- phylactus*, *Ambrosius*, *Primasius*, *Hanno*, & quotquot Veterum in *Epistolas* scripsere, quorum longum foret

reponere verba. Certatim huc confluunt neoterici scriptores. *Baronius* solo hoc responso egregiè se defunctum arbitratur ad A. C. LX. Num. XLV. Nec improbat *Bellarminus* citato loco de Verbo Dei Lib. I. Cap. XVII. Prolixè *Ribera* Proem. in Epist. Et ne de ple-riusque Pontificiorum dicam, suffragio solutionem suomuniunt *Zanchinus* Tract. de Script. S. Tomo VIII. *Hyperius* Prolegom. in Epist. *Tossanus* similiter in Proemio, aliique bene multi, quos vel consulere vel allegare piget. Sed minimè præteriri debet Illustris *Salmasius* de Hellenisticâ Parte I. Sic Epistola Pauli ad Hebræos Hebraico, id est sermone tunc in Syria usitato, scripta fuit, & ab alio versa, quem quidam Clementem fuisse volumus, alii alium.

V. Certum omninò est, si Veterum stamus auctoritate, & antiquitatis referamus archiva, ut loquitur *Tertullianus*, scripsisse Hebraicè Paulum. Modò, quod illi tradidère, cæco quodam suscipiamus assensu. Et illorum fortè reverentiâ præstaret *ἰπέχαν*, remque in medio relinquere. Licebit interim nobis, quod jam antè gravissimis viris, vertere idipsum modestius in controversiam. Et rationibus ostendere variis, iisque solidis, & invictis, minimè tollendo scrupulo appositam esse solutionem. Primò, quia certum & indubitatum, Græcâ nonnunquam elegantia, & dictionis sæpè copiâ recedere ab Hebræorum Syrorumque idiotismo Epistolam. Nec characterem esse *ἑρμηνευτικόν*, quo de verbo ad verbum dicitur facta translatio. Neque in eo aberrabat *Origenes*, esse Epistolam *συνθεσὶς τῆς λαλιᾶς ἐπισημασμένης*. Exempla proferre nihil attinet, contextus quando loquitur universus. Jam autem, docente alibi ipso *Salmasio*, hoc interest discriminis inter libros sacros Græcè scriptos & translatos, quod in Græcè scriptis purior Græcus, in translatis ubique τῆ ἑρμηνείᾳ ἐβραϊζῶν. Quod variè idem probat, atque illustrat. Et antè *Salmasium* observavit jam olim *Hieronymus*, & res ipsa loquitur. Fatetur idem ille solo translationis nomine, Matthæi Evangelium, Epistolas Petri, Jacobi, Johannis, longè frequentioribus scaterè Syriacismis, quàm Epistolas Pauli. Quo ipso suo se gladio confodit *Vir Illustris*, illamque ad Hebræos ex translatarum numero vult exemptam. Siquidem hæc non solum non frequentiores admittit Syriacismos, quàm Pauli reliquæ, sed rariores parcioresque. Stylusque nihil minus sit quàm *ἑρμηνευτικός*, sive ubique τῆ ἑρμηνείᾳ ἐβραϊζῶν.

VI. Secundò observandum, ab uno ferè *Clemente Alexandrino* omnem illam manare traditionem. Nam quod ille de *Lucâ* interprete, postmodum alii de *Clemente* dixere. Et ut illius fundamentum omne orat a finitas quædam phrasæ cum Actis Apostolorum; ita horum, cum Epistolâ *Clementis*. Hinc quod *Στρωματίτης* ille de translatione, à quo non admodum aberat sententia *Origenis*, postmodum *Eusebius*; quod *Eusebius*, deinceps ut ferè consuevit *Hieronymus*; quod *Clementis*, *Origenes*, *Eusebius*, *Hieronymus*, reliqui Græcorum Latinorumque. Imprimis, quum urgerent alii illam ityli diversitatem, neque solutio compendiosior occurreret. Unde quotquot postmodum Epistolam ex Hebræo versam esse contenderunt, soliti nonnisi à *Clemente Alexandrino*, vel *Eusebio*, vel *Origene*, ut *Baronius* inter cæteros & *Bellarminus*, sententiam arcessere suam.

VII. Tertio, ne reponam τῆ *Στρωματίτης* nimiam sæpè sive in fingendo sive in affirmando facilitatem, cujusque alibi dedimus exempla, ratio illius pro *Lucâ* interprete levissima fuit. Scilicet, idem esse orationis filium, τὸ αὐτὸν χεῖρτα καὶ τὴν ἑρμηνείαν, Epistolæ & Historiæ à *Lucâ* contextæ. Primò enim falsa hæc fuit hypothesis. *Lucæ* oratio longè facilior, simplicior, *ἰδιωτικώτερα*, quanquam *Hieronymo* sacularem redolens eloquentiam ad Cap. VI. *Esaiæ*. Diffusa minùs, minùs asurgens, nihilque illius habens sublimitatis. Locutionibus etiam nonnunquam Romanis distincta, nec eadem ratione, qua sæpè nostra, Hebraizans. Prodet sese il-

licò magnitudo discriminis, initium Actorum cum Epistolæ limine conferenti. Deinde, per concessionem dato, illa ipsa affinitas orationis obstat interpretatio nra. Non potest enim non differre toto genere dicitio Græca Græcè docti hominis, ab ea dictione quæ ex Hebræo aut Syro fideliter expressa est. Quæ differentia cum nulla ratione intercedat inter Græcum *Lucæ* & Epistolæ contextum, eo ipso translationis suspicio evanescit. Idem de *Clementis* translatione dici debet. Non enim alio vel *Eusebio*, vel *Hieronymo*, vel *Occumenio* &c. nisi fundamento, nisi quod ad Hebræos Epistola τὰς αἰεὶ τὴν χαρακτῆρα. Atqui *Clemens* sua Græcè conceperat, stylo etiam diffuso & eleganti, ut hodieque intelligimus. Cui si affinis & perquam similis nostræ character Epistolæ, qui illa ex Hebræo ad verbum translata esse possit?

VIII. Quarto, fuit & alia *Clementis Alex. Eusebii, Hieronymi*, aliorumque ratio: quod data esset Epistola Hebræis, & quidem ab Hebræo. Ergò scripsisse Hebræicè, τῆ πατριᾷ γλώττῃ. Hanc enim perpetuò rationem annectunt, ut locis supra ex iisdem allegatis. Sed fellit illa sanctissimos viros. I. Quia spectabat Epistola fideles omnes Hebræorum, non Hierosolymitanos, non Palæstinos solos. Saltem cum aliis fuisse à Palæstinis communicandam, demonstratum. Data enim in communi πρὸς Ἑβραίους, quo veniebat nomine dispersa illa natio, opposita ad τὰ ἔθνη. Quemadmodum in religionis negotio Ἰουδαῖοι, opposita ad Ἑθνῖκους, ut prolixè Hellenisticariorum nostri ævi flagellum. Jam verò agentibus extrâ Palæstinæ limites Hebræis nativa plerumque & usitior lingua fuit Græca. Qua totus Orientis loquebatur, ut monet *Hieronymus* Proemio sui in Epist. ad Galatas Commentarii Tomo VI. id est ipsam extrâ Græciam Syri, Ægyptii, Asiæ minoris populi, imò Persæ & Indi. Ab eo tempore, quo Alexander Macedo, Seleucidæ, & Ptolomæi, latè fuerant in Oriente dominati. II. Ne ipsi Palæstini Græcè tum erant nescii, imprimis qui alicujus notæ. Quod patet tum ex *Josepho* Historico, Hierosolymorum sacerdote; tum ex iis Græcè qui scripserunt Apostolis; quin ex inscriptione ipsâ Pilati Græca. Etiam ex communiori usu linguæ illis temporibus, & innumera Judæorum quotannis Hierosolymas ex Græciâ & Oriente frequentantium turba. III. Utut Hebræis inscripta, communis tamen esse debuit omnibus Gentibus, & illius usus ad Græcorum tum etiam Ecclesias extendi. Et in Canonem cum reliquis referendam esse intelligebat Apostolus. IV. Ad Hebræos etiam Petrus, etiam Jacobus, etiam Johannes scripserunt. Græcè tamen, quando Hebræicè extitisse unquam Epistolas minimè constat. Quicquid *Salmasius* de versione sentiat in Commentario de Hellenistica. V. Si idem Hebræicè, quoniam ad Hebræos, pari ratione inferri debet, Latine scripsisse aliàs Paulum, quia ad Romanos. Patrius enim hic non minus sermo Romanis, quàm Hebræis Hebræus. Quum autem & istos & omnes alios Paulus Græco, id est, sub idiomate, eoque notissimo & communi orbi unitero, convenerit, nihil mirum si eodem Hebræorum Ecclesias. Quod enim attinet illam ad Romanos, exploramus *Glossatorem Gratiani* Dist. IX. Cap. Ut Veterum Totius enim Novum Testamentum scriptum est Græcè, præter Evangelium Matthæi, & Epistolam Pauli ad Romanos, quæ est Latine scripta.

IX. Quinto, peccarunt etiam illi Veteres falsa alia hypothesis, scilicet Paulum Hebræicè quàm Græcè fuisse eloquentiorem. Quod patet ex *Hieronymo* in Paulis Scripserat Hebræis Hebræicè, i. e. suo eloquio discretissimè. Alibi passim imperitiam Græci sermonis, & sollicitos, ipsi impingit. *Primasius* Præfat. in Epistolas, Non est sanè mirum, si discretior sit in proprio, id est in Hebræo, quam in peregrino, id est in Græco sermone. Ita ex Epistolæ eloquentia Hebræicè scriptam fuisse à Paulo judicant. Contrà, miserè in eo allucinati, & patrius sive proprius Pauli sermo fuit Græcus. Patria ipsi Græcia,

cia, siquidem Tarso Cilicum oriundus. Et præterquam Cihices cum plerisque Asianis usurparent Græca, sua singuli dialecto; etiam *Turfanse*, monente *Strabone*, Geogr. Lib. xvi. humanioribus literis & cultioribus studiis Athenienses & Alexandrinos æmulabantur. Quibus quantum imbutus esset Paulus, & in Græcâ lectio- ne versatus, docent vel illa ex Epimenide, Arato, Me- nandro. Ne reponamus quæ de Pauli sermone superio- ri Capite disterebamus. Ut in stuporem ferè rapiat, quod asseruit aliquando *Hieronymus*, Paulum Tito In- terprete in Græcâ linguâ usum, ad aptius explicanda fidei mysteria. Et quod *Chrysostomus* Homil. iv. in 2 ad Timoth. eundem Paulum Græcè fuisse ante conversio- nem ignarum.

IX. Sexto, scripsisset Paulus linguâ vel purè He- braicâ vel Syriacâ & mixtâ illorum temporum. Non videtur prius, quia non erat amplius in usu populi, & dodam scorias admiserat, Chaldaicos ac peregrinos i- diotismos. Obtinebat extrâ codices sacros Syriacâ no- va, quæ & Christi Domini fuit. Unde & quod He- braicè à Mathæo contextum dixere Evangelium, de Syro-Chaldaicâ dialecto juxtâ *Hieronymum* interpretan- dum. Sed nec videtur posterius. Non enim Hebræis omnibus Syriacâ illa dialectus nota. Non sanè (nisi fortè paucis) qui extrâ Palæstinam avitas sedes in Græ- cia, Asia, aut Ægypto obtinebant. Et suis in Scho- lis non Syriacam sed Hebraicam ad intelligentiam sacri textus edocebantur. Imò inter ipsos Palæstinos variaz erant dialecti, Syra, Galilæa, Samaritana, Hieroso- lymitana. Quod autem *Illust. Salmasius* Syrorum Lin- guam Hebræis dispersis communiter fuisse notam, ex eo quod quotannis proficiscerentur Hierosolymas, non stringit. Nam & multi non migrabant; alii etiam ad breve tempus, nec nisi solemnitatum gratiâ; suo oratio inter sese quique idiomate, aut communi omni- bus Græco, uti poterant.

X. Septimo, qui sit ut Veterum nemo de textu He- bræo testatus sit? Ut nemini vel lectum, vel etiam o- culis sciamus usurpatum? Ubi latitavit ille thesaurus, non visus toti antiquitati? An verisimile fideles He- bræorum, in sacris asservendis tam religiofos tamque sol- licitos, facillè adeo hunc sibi exoident passos? Non plu- res descriptis fuisse codices? Non inter Hebræos variè fuisse distractos? Aut jacturæ istius fuisse nullam in pri- mitiva Ecclesia memoriam? Quæ enim hodie sive Sy- riacè leguntur sive Hebraicè, edente *Ambrosio*, ex Græco translata esse constat. Probabilis longè de *Matthæo* credebant Veteres, Hebraicè Evangelium con- cinnasse suum. Prostabat enim, & usurpabatur jam antiquitatis, nec ea plerorumque erat industria, & pe- ritia lingue, ut eo ad Græcos codices exactio discrin- men deprehenderent, vel fraudem si quæ esset subole- rent.

XI. Octavo, de Matthæi Evangelio quod objicitur diversa res est. An verè an falsò Hebraicè illum scrip- sisse putarit Antiquitas, non disputamus. Sed posito, traditioni nihil subesse fraudis, aut animæ in credendo facilitatis, dispar. Epistolæ nostræ ratio. Nam longe plures, etiam veritiores inde à *Papâ & Irenæo*; istud de *Matthæo* prodium reliquerat. Præterea in Judæâ, imò Hierosolymis conscriptum Evangelium, referente in sua Synopsi *Ambrosio*, ibidemque Ecclesiæ commis- sum. De Matthæo etiam dici posset, nascivisse Græ- ca, saltè minus fuisse in scribendo expeditum. Nec abhorret illius phrasî à characteribus *Hebraicis* & trans- lato. Horum nihil nec de Paulo nec de Epistola ad Hebræos affirmari potest. Adeoque ex traditionis de Matthæi Evangelio veritate (supposita jam ea & con- cessa) alterius illius, de Hebraicè scripta Epistola, cer- tando inferri nequit.

XII. Nonò, decretorium ferè argumentum est à Græcorum idiotismis, hac in Epistola passim conspi- cis. Pauca hæc de multis. Author Capite v. versu 8. elegantem adhibet *παρομοίωσιν*. Scil. *ἐπὶ τῷ*

ἐπαθὸ, qualem Hebraismus non ferebat. Græci contra mirè sibi in talibus placent; *Ἀμφιβολίῃ ὑμετέροις πάλιν. Μωυσιθεῖα μᾶλλον ἢ μιμηθεῖα* &c. Passim utitur meta- phoris, & phrasîologiis à Græcis mutuatis. Sic *θεῖα- τελεθεῖα, τελεχῶν ἢ ἀγῶνα, ὄγκον ἀποθέσει, ἀδελφίῃ πα- θημάτων*, &c. Sed antè omnia notanda vox *διαθήκη* & *διαθήκη*, testamenti, & testandi significatu Capite ix. 16. 17. Calvinus; *hac una ratio sani iudicii hominibus suffi- ciet ad probandum quod dixi, Græco sermone scriptam fuisse Epistolam*. Optimo sanè jure. Neque enim *תורה* Hebræorum unquam ultrâ *pacti & fœderis* extenditur si- gnificationem. Non *Onkelos*, non *Jonathan*, non He- bræi, de Testamento unquam interpretati. Quin *Rab- bins*, animadverso idiotismo, ex Græcâ formarunt vo- cem *קריית*. Ex opposito, *διαθήκη* & *διαθήκη* sensû Apostoli apud Græcos frequentius. Apud *Suidam*, *δια- θέκη διαθήκη, condere testamentum. Διαθήκη*, pro *δια- θέκη χάριτος, scribere testamentum*. Vel *διαθήκη*, *δια- θέκη πνεύματος, facere testamentum*. Sic *διαθήκη* & *τελεθῆναι*, *τελεθῆναι*, *testamentum defuncti*. Sic *διαθήκη* *ἐπιθυμία, testandi cupiditas*. Sic *διαθήκη* & *ἐπιθυμία, testari, disponere de suis*. Galli, *disposer de ses biens*. Hinc *διαθήκη*, ut pro testa- mento, sic pro *hereditate qua ex testamento obvenit*, apud *Budeum*. Glossaria omnia Græcorum revolvere non est nostri instituti. Et hinc saltem liquet vis argumenti à Græcorum illo idiotismo.

XIII. Excipiunt, eos inter ex decessoribus nostris summus Theologus *D. Pareus*, Græcos interpretes si- militer usos voce *διαθήκη*. Et tamen eâ expressisse *תורה* Hebræorum. Adeoque non firmiter satis ex eâ voce colligi, non esse Epistolam ex Hebræo translata- m. Imò verò infirma admodum ista consequentia est. Si- quidem Græcis interpretibus *διαθήκη* idem est quod *συνθήκη, pactum, fœdus, conventio*. Et voce utraqûe promiscuè, Hebræam *תורה* reddidit. Prout *διαθήκη* etiam Græcis pro *pacto* usurpatur, idem sæpe quod *συνθήκη, επαγγελία, συναμομία*. Ergò Apostolus, ut ad hanc sæpius alludit significationem, sic speciatim ad priorem illam, quâ pollebat ipse in docendo aũ- thoritate. Ad quam non respexisse putem *Lxx*. Inter- pretes.

XIV. Nihilò gravior *Erasmus* Exceptio est, hinc non videri Epistolam esse Pauli; siquidem Author temerè transeat à *pacto*, de quo in Lege sermo; ad *Testamen- tum*. Hinc *apparere Epistolam scriptam ab eo qui Hebraicè scripsit*; Annot. ad locum. Sed I. Falsa est hypo- thesis, nusquam hoc sensu vocem apud Paulum occur- rere. Non observavit ille parallelum locum *Gal. iij. 17. ἀδελφοὶ κενοποιήθη διαθήκη υἱοῦ ἀδοτέου, ἢ διαθήκη Γαβριέλ*. Scilicet, *hominis confirmatum morte testamen- tum, neminem rescindere, nec illi superaddere*. *Pactum* etiam confirmatum consensu mutuo rescindi & mutari potest. Nec *pactum* unius dicitur hominis; sed plu- rimum inter se paciscentium. Unde & *Syrus*, animad- versa Græcæ vocis proprietate, retinuit *ἡθήκη*. Et Græci omnino vocant *διαθήκη κενοποιήθη*, vel etiam *ἀνομήν*, *testamentum ratum, aut irritum*. II. Retorque- mus ergò, & illa ipsa vocis acceptione Paulus sese pro- dit. Nec ista ratiocinatio alius quam Pauli esse potuit. In qua si erratum, non jam *auctorem* sed *auctoritatem* *Erasmus* revocat in dubium. III. Absit utiam, ut lin- guæ sanctæ id factum fuerit *ignorantia*. Quam abibi idem Author, ubi reddit *Hieremiæ ratiocinatio*, & *תורה* pro *fœdere & conventionis* usurpat vocem. Hoc ergò poluit, reverè illud *Dei fœdus*, quod tale est ra- tione foris fœderalis, & mediationis inter partes dis- stas, etiam induere formam *testamenti*. Quatenus lar- gitio est hereditatis, ratâ morte & sanguine Christi la- gentis. Et jam alludit ad alterum illum vocis *διαθήκη* inter Græcos significatum, vocemque in omnem quasi partem versat & rapit. Ut stet immodum no- strum hoc argumentum.

XV. Decimo, Græce scripsisse Paulam meritò & inde colligunt eruditi, quod loca omnia Testamēni

Veteris Author non ex Hebræis fontibus, sed Græcis codicibus citet. Qua de causa quidam olim Epistolæ contradicebant, quod ad Hebræos scribens Paulus, utatur testimoniis que in Hebræis voluminibus non habentur, ut Hieronymus ad Cap. vi. Elia: Tomo iv. Et quidem in locis momentosis, in quibus Interpretes à literâ Hebræâ longissimè recedunt. Jam autem si Hebræicè scripsit Paulus ad Hebræos, an ille relicto Hebræico textu & originali quidem Græcum & translatum usurparit? Quid absurdius dici potest & præposterè magis? Utrumque tamen tuetur apertè *Baronius*. An verò, quod contendit *Bellarminus*, Paulus quidem ex Hebræo fonte testimonia protulerit, sed Græcus interpres postmodum verterit, prout LXX? Rectius jam & optimè *Baronius*, neminem puto talia præsumpsisse, ad A. C. LX. Num. XLVI. Ita sanè est. Quis credat Interpretem tantum sibi arrogasse licentiæ? In iis ubi Græca mire ab Hebræis discrepabant? In tantâ locorum segete, quibus tota scaret Epistola? Et quod factum alibi fatetur *Salmasius* Quæst. vi. de Hellenist. ut, quæ Apostoli ex Hebræo textu depromplerant, Græcè ad verbum reddiderint Interpretes, & hinc oriatu nonnunquam illa discrepantia à translationibus Græcis, idem fieri ab Interprete hoc loco debuit & potuit. Sed exceptionem patitur nullam, quod aliquoties Author versionem illam Græcam ad scopum suum accommodat. Adeoque & à primario auctore, illa ipsa versio adhibita fuit. V. g. Cap. xi. 7. ἡγάρισας αὐτὸν βραχὺ τι παρ' ἀγέλης. Quas ex LXX. desumptas Interpretibus voces Apostolus imprimis urget, de Christi humilitatione ad brevis tempus, infra Angelorum sortem. Alludit ad vocem ἡγάρισας, ad particulam βραχὺ τι, ad illud παρ' ἀγέλης. Sic Cap. ix. ad vocem διαθήκης, quâ LXX. apud *Jeremiam* reddiderant vocabulum ברית. Sic Cap. x. 5. illa verba εἶμα κατηρήσαυ μοι, quæ in versione Græca longius abeunt à verbis Psaltis, omninò appositissima erant ad institutum Apostoli. Quibus denotaretur obedientia Messie incarnati, ad præparatio corporis ad obsequium crucis, & redemptionem humani generis. Ad eò hæc perspicua & aperta, ut *Bellarmini* aliorumque stuporem stupere satis non possimus. Nemini ergò accidat mirum, scriberent ad Hebræos Apostolum Græcorum uti versione. Siquidem I. Græco scriberet, idiomate. II. Græcæ versionis lucetæ sæpius inferret. III. Ad scopum illa suum esset quam accommodata. IV. Res ipsa cum Hebræis ἡγάρισας maximâ ex parte esset. V. Magno apud hos translatio esset in pretio, atque etiam usu. VI. Ipsi Hebræi illorum temporum scriptores, *Josephus*, *Philo*, pariter usurpant. VII. Verbis etiam illa translatio, minime ignota, ab Hebræis codicibus discederet. VIII. Mos etiam Pauli esset Apostoli suis passim in Epistolis eadem uti. Patet vel ex Epistolis ad *Romanos*, *Galatas*, in quibus quod ipsi disputat sæpè Judæis.

XVI. Undecimò, nec inepta, ut videtur, *Bellarmino* illa ratio est, quæ quo imprimis fuit *Gajetani*, ex Capite vii. versu 2. quod sc. Author Hebræam vocem Melchizedek, & Meloch Salem interpretatur Græce. Πρώτον μὲν βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἰσχυρὸς ἔστι βασιλεὺς εὐλογίας. Omnino sunt hæc verba ipsius scriptoris, voces alterius lingue eâ qua scribebat interpretantis. Quomodo alibi idem Paulus, ἀβραάμ ὁ πατὴρ, Johannes, Ἰακώβου, ἀλφειῶν, διδάσκαλοι, Ματθαίου, Ἐμμανουὴλ, ἀδελφὸν ἡμῶν &c. ἡλίου, ἡλιου καὶ σελουχου, τῶν ἑσπερίων &c. Nisi enim hæc sint primarii scriptoris, laxanda jam fibula Interpreti, qui interpretationem illam sibi usurparit, & de suo integras voces & sententias textui authentico inserit. Et quid si illæ ἐν τῇ ἐρμηνείᾳ forte esset allucinatus? Hic verò excipiant *Bellarminio*, *Ribera*, alii, hanc ipsam interpretationem extitisse in textu Hebræico, Apostolum nomen proprium Πρωτὸς βασιλεὺς reddidisse per Πρωτὸς βασιλεὺς sic ὁ βασιλεὺς interpretatum esse ὁ βασιλεὺς βασιλεὺς. Quem admodum si quis Græce dicat, Δωροδοτῆς, ὁ ἐστὶ δῶρον ὄντων, pariter Latine, *homicidium* quod est hominis cadens,

aut *legifer* quod est legem ferens. Atque ita nihil de suo adjecisse Græcum Apostoli interpretem. Nos verò respondemus. I. Supponi gratis, illas voces Melchizedek, & Melech Salem, tali indignis interpretatione. Sic enim vox per se ipsam reddebatur, nec id erat ἐρμηνείαν, sed ἑρμηνείαν, ἡ ἀρχολογία. Sunt eadem voces, est eadem vocum significatio, nec alia poterat vel excogitari. Et sat fuerat Apostolo dixisse, ἡμεῖς ἡμεῖς Πρωτὸς βασιλεὺς, πρώτον μὲν βασιλεὺς δικαιοσύνης, ὁ βασιλεὺς τῶν εὐλογίας. II. Similia illa sunt dissimilia, imitatio accedit in vocibus major, etymologia etiam non nihil remotior, nec ita obvia. Præterea & illas ipsas voces Græcas & Latinas, Δωροδοτῆς, *Legifer* &c. qui hominibus Græcis & Latinis exponeret, nec ille sibi exciperetur, & se propinaret deridendum. Denique pondus huic addunt argumento, quæ jam superius illustrata.

XVII. Duodecimò, siquidem Veterum potissimum traditione hæc nititur opinio, neque negligi istud debet. Scilicet plerisque non tam loqui opinatiui aut assertivi, quam quidem narratiui & historici. Non tam quid ipsemet sentirent, quam quod vetustiores scriptum reliquissent. Nam præter *Clementem*, *Eusebium*, & *Hieronymum*, de quibus diximus supra, & paucissimos alios, ceteri ad ipsorum fidem haud obscure provocant. *Theodoretus*, & *Philostratus* (ὁ καλεῖται Ἐπιφάνης, nempe dicitur *Eusebius* *Oecumenicus*, ὁ ἕσπερος μεθ' ἡμῶν ὁ καλεῖται Ἰππολύτος). *Ambrosius*, (nisi quis alius sit,) *Sunt qui ajunt Paulum hanc Epistolam propria lingua scripsisse & misisse*. *Stephanus* apud *Photium* Cod. CCXXXII. Εὐσεβίου ἡ πολὺς ἀπὸ τῶν παλαιῶν ἡμεῶν, &c. φησὶ ἐν τῷ ἑσπερίῳ μετὰ φησὶ τὸ καλεῖται. Sic videmus plerisque recentiores, fide quasi implicitâ, re non expensa, non à difficultatibus suis liberatâ, assensum præbere suum. Imò & ipse *Salmasius* apertâ hîc se contradictione superius implicabat. Et solitus in istiusmodi plus nimium tribuere *Hieronymo*, aliisque nonnullis Veterum. Imò quod magis est, sui sæpè oblitus, modò affirmat, modò negat. Hîc re nostrâ est, exemplum promere luculentum, & quod vix fidem apud Lectores impetrabit. Quam idem *Paulinum* Scriptorem Epistolæ asseruerit supra aliquoties, & cum Veteribus à *Clemente* aut forte alio, non scriptam contenderit, sed translata, etiam de causis suppressi Paulini nominis, in alio quodam scripto, egerit fufius; in novissimo Opere, illorum quasi necius, iure prudenter omnia revocavit. Nempe *Apparian* ad libros de Primatu Papæ paginâ 19. *Paulus non ad Judæos sed ad Gæcos omnes suas Epistolas scripsit. Nam quæ ad Hebræos inscribitur, Pauli non est; & plerique Veterum in eâ sententia. Nec in eâ Theodoretus commentarios dididit* &c. *Salmasius* hæc esse quis credat? Ut duabus jam quasi infideat tellis, aut suo se stylo confodiat. Sic omnia negat, quasi aliter nec sensisset nec scripsisset unquam. Veterum plerisque assingat, quod Græci omnes, & sine controversia omnes Latini post *Lactantium* scriptores, rejecerunt. *Theodoretus* asseruit nullos in eam dedidisse Commentarios, quos dedit luculentos. Ipse *Theodoretus*, Græcorum omnium nostræ pro Paulo sententiæ acerrimus & judiciosissimus vindex. Adeo, bonus quandoque dormitat *Homerus*, adeo humanum est labi. Ea hæc quidem de nobilissimo Problemate paulò accuratius. Nam quo pugnant alii, *Spiritus* voluisse Libros omnes Græci primarij exire, quando de nonnullis Libris potiori jure controversant principes eruditissimi, levissimum nobis esse videretur.

III. *BREVIARIUM.* Altera Objectio, de Epistolâ ἀνεπίγραφῳ. Objectio hæc quædam. *Levitas*, multis faciemibus. *Solutiones minus solidae.* An Pauli nomen prius fuerit adscriptum? An Paulus retinuerit nomen; reverentia Christi Apostoli? An quia nō Epistola est, sed Liber? Aut quia Latinum Pauli

si nomen, inuisum Hebrais? Solumnes quaedam alia. Singularum patroni. Earundem infirmitas.

I. Excipit Obiectio altera, eaque omnium maximè decantata. Scilicet, ex inscriptionis defectu, & prætermittis τοῦ πρὸ τῆς Ἐπιστολῆς. Quod nec Pauli nomen, nec dignitas Apostolatus, in proœmio legatur expressa. Contrà morem Pauli Apostoli perpetuum, & rationem Epistolarum omnium, in quibus præfigi vel alterutrum vel utrumque solet. Sive quia ferebant Epistolarum leges, sive ut major esset illarum autoritas, sive ut à scriptis quibuscunque sua distingueret Gentium Apostolus. Et perantiqua hæc obiectio est, jam ante *Clementem Alex.* nata, ut colligimus ex *Eusebio Hist. Lib. vi. Cap. xi.* Urgebant eandem *Arriani*, ut videre est apud *Athanasium Dial. i. de Trinitate*, & *Theodoretum Argum. in Epist.* Et quotquot inde sive Græci sive Latini fuere in *Paulum Commentatores*, eidem occurrere ferè omnes obiectio.

II. Ex recentioribus eandem movent *Cajetanus, Erasmus, Calvinus, Magdeburgenses, Grotius, Camero*, & si qui plures detrahare conati vel authori vel authoritati. Quamquam inter eos non pauci, obiectiois ultrò professi levitatem. *Calvinus* illi minimè insitit, sed potiùs rationibus aliis, vel expensis antè, vel infra expendendis. *Erasmus* non diffidet, utcumque dilui à *Hieronymo*, & retundere ipsum adversariis solum. Sic *Censuratores*, causâ hac dubitandi relatâ ex *Nicephoro*, subjiciunt; sed videtur antiquitas graviores habuisse rationes. Viri profectò minimè mucosis naribus, & ut fieri in talibus debet, ingenui.

III. Quo magis miramur, vertisse sese in omnes formas viros graves & eruditos, ut difficultatem expedirent. Quæ, vel ex concessione adversariorum, levior & facilis difflatu. Atque eas etiam adhibuisse solutiones, quæ nodum non solvunt, sæpè certè adstringunt. Quorundam conjectura jam pridem fuit, inscriptionem additam à Paulo, sed postmodum expunctam, sive fraude acciderit, sive bono animo, & gravibus fortè de causis. Facilis annuit doctissimus *Gerardus*, *Verisimile, Pauli nomen prius fuisse adscriptum, postea sublatum.* *Hyperius*; fieri potest ut *interpres, qui primus transfudit, habuerit exemplar in fronte mutilatum* &c. Nec longè abesse haud ita pridem videbatur eruditissimus quidam *Theologus*, nobisque amicissimus, suis ad nos literis. Simplicissima fanè omnium solutionum esset, nisi quædam intercederent. Primò, quia acciderit illa mutatio ipsâ ætate Apostolorum, Codicibus perpauca adhuc descriptis, aut in Christianâ Ecclesiâ distractis. Siquidem universalis hic fuerit codicum omnium defectus, antiquior etiam ætate *Clementis Alexandrini.* Nam hic causas prætermitti nominis enarraturus, non id suis sed *beatij cuiusdam presbyteri* verbis præstitit. Deinde, factum vel dolo malo, vel optimo certè fine. Si prius, quod erat penes Ecclesias Hebræorum ἀπόστολον, aut quæ fidelium manibus terebantur ἀπόστολον, recensque etiam rei memoria, reddebant tum irritam fraudem. Si posterior, recurrit difficultas, quâ de causâ viri pii & Christiani sacratissimum illud nomen expunxerint? Imò sacrilegis manibus, & temerario incepto divinæ exordium Epistolæ mutillarint? Quando ipse Apostolus, quâ erat ille prudentiâ, apponere veritus non fuerat? Prætereâ, non quæstio est simpliciter de nomine expuncto, sed toto illo proœmio, quo & dignitatem suam, & inscriptionem, & salutationem, ad ipsum priusquam descendat argumentum, complecti solet. Et cui bono eradere Pauli nomen, quando tot indicis se manifestabat authorem? Quis etiam nec *Clemens Alexandrinus*, nec Veterum quisquam, id subodorati? Quod urgent de mutationibus circa titulum qui hodie visitur in limine, aut subscriptionem illam ad Epistolæ calcem, elumbe est. Quando non sunt illa de integritate sacri contextus: & talia à librariis pleraque addita jam olim, ab aliis etiam, prout erant judicia, ultrò omissa.

IV. *Hieronymus* hoc modo negavit consequentiam; Si non est Pauli, quia Pauli nomen non habet, ergò nullius est, quia nullius habet nomen. Ita *Primasius* Præfat. in Epistolas Pauli Tomo i. *Bibl. Patrum Parte ii.* Si propterea Pauli non erit, quia ejus non habet nomen, nec alicujus est, quia nullius nomine titulatur. Quod si absurdum est, ipsius magis credenda est, quæ tanto doctrine suæ fulget eloquio. Probat hanc responsonem *Venerabilis Beza*, etiam *Bellarminus*, etiam *Zanchius, Gerardus, Gomarus, Pareus*, iis quibus de Epistolâ disserunt locis. Quamquam magis illa videtur subtilis, quàm accurata. Nec instantiæ deerunt, non eandem Pauli quàm aliorum esse rationem. Hunc perpetuò nomen solitum apponere, de aliis non ita constare. Niti ergò obiectio probata illa Pauli & nota consuetudine. Quod infertur nimis esse absurdum, quàm ut sequatur ex antecedente. Alicujus esse Epistolam, neminem sanæ mentis posse diffiteri. At Pauli esse, omninò, quia ab ejus perpetua consuetudine & scribendi ratione singulari recedit. Atque id potuisset regerere speciosius *Erasmus*, quàm ex adverso affirmativo hoc Syllogismo sic arguari. Si ideo quisque liber hujus aut illius credi debet, quod ejus titulum præferat, igitur & Evangelium Petri Petro tribus debet, & quod præferat Petri nomen. Quasi verò antecedens posuisset *Hieronymus*, aut ex negante illius propositione affirmans altera *Erasmi* sequeretur.

V. Vix etiam satisfacit illud Veterum plerorumque, tacuisse nomen & dignitatem Apostolum humilitatis quodam obtentu. Noluisset se inscribere Hebræorum Apostolum, quod talis esset Christus, quodque hoc eum elogio in eadem Epistola profecutus esset, κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἰδέειν πρεσβύτερον, ἐπεὶ ὁ κύριος Ἀπόστολος ὢν ἐπαντοκράτορος ἀπεστάλη πρὸς Ἑβραίους, διὰ μετεότητος ὁ Παῦλος σὺν ἐγγεφῆ ἑαυτὸν Ἑβραίων Ἀπόστολον. Scilicet, ex modestiâ Paulus non inscribit se Hebræorum Apostolum. Idem *Hieronymus* Tomo vi. in Epistolam ad Galatas ad illa verba, Paulus Apostolus. Præmissâ ibi quæstione de tacito nomine & Apostolatu, concludit tandem, non fuisse congruum, ut ubi Christus Apostolus dicendus erat ibi etiam Paulus Apostolus poneretur. Similiter *Theodoretus*, si modò illius est Argumentum, præmissum *Commentario Oecumenii*: διὰ τὴν πρὸς τὸ κύριον τιμὴν, σὺν ἐγγεφῆ ἑαυτὸν &c. quæ hausit ex *Clemente.* *Ambrosius* (si *Ambrosius* est) non abludit; Sciens quoque horum fastum, suam humilitatem exhibens, officium suum noluit ostentare. Eadem apud *Primasium*, aut quisquis *Primasii* nomine publicavit in Epistolam *Commentarium.* Nec displicet solutio *Bellarmino*, atque quàm plurimis recentiorum. Sed præsto sunt instantiæ non paucæ, & graviores jam difficultates. Nam Christum quod spectat, alio longè sensu vocandus erat Ἀπόστολος. Neque id tantum, sed Ἀρχιερέως, sed distinctivis aliis appellationibus atque attributis. Non etiam exorsurus Epistolam Paulus videtur ad eam vocem, quam fortè in progressu erat inferturus, intendisse mentis aciem. Quidni etiam solum adscripsit nomen, tacito Apostolatu? Aut Apostolum se dixit simpliciter, non Hebræorum Apostolum? Aut servum Jesu Christi, quemadmodum in illâ ad Philippenes? Nec profectò fastus fuisset & superbiæ præscribere nomen, aut demandatum sibi à Christo munus, uti nec humilitatis, premere silentio. Sic debuisset *Camero* enervare vim argumenti, potiùs quàm repone exemplum *Petri*, se inscribentis ad Judæos dispersos, Apostolum. Nam (quod urgebant imprimis illi Veteres,) non dat *Petrus* suis in Epistolis hoc idem Christo nomen.

VI. Nec probatur nobis illa solutio, non tam Epistolam scripsisse Apostolum, quam Dissertationem quandam aut Librum. Atque ita nomen præfigi aliàs solitum Epistolis præscribere hoc loco necesse non fuisse. Quod non displicuit *Gerardo*, & inter causas alias omiffi nominis recenset *Clarissimus Florentbeek* Socinianismi Con-

Confutati Lib. 1. Cap. 1. Appositissimum id sanè foret, nisi in promptu exceptiones essent. Nam ipse Author sub finem usus voce *ἐπιστέλλειν*. *Διὰ βραχίον ἐπέσειλα ὑμῖν* Cap. xiii. 22. Adhibet quoque *Epistolarem* clausam, & similem Paulinis omnibus aliis. Etiam *Epistolarum* in morem alloquitur perpetuò fideles Hebræorum. Compellat passim familiaris, solitis *προσφωνήσεις, ἀγαπητοί, ἀδελφοί* &c. Quin ab ævo *Epistola* titulum & locum in sacro Codice obtinuit. Non alia etiam methodus, quàm reliquarum Pauli, ut superius ostensum. Nec prolixitas major, imò prolixiores Epistolæ ad *Romanos* & ad *Corinthios* prima.

VII. Nec satisfacit, quod alii, ad certum nullum cœtum, certam nullam Ecclesiam, dirigi Epistolam. Hinc pro more non fuisse opus *ἔπεγραψεν*. Quicquid sit, *Epistola* fuit, & præfigi nihilominus potuit nomen Apostoli, tum ad conciliandam illi Apostolicam auctoritatem, tum ad distinguendam à scriptis aliis anonymis. Præterea, *Jacobus* indefinitè scribit *duodecim tribubus*, non definitè ad certum cœtum, præfigit interim nomen. Sed antecedens simpliciter negari potest. Ut ut enim ad plures Ecclesias directa, ad certas tamen, ex Hebræis videlicet collectas. Unde enim *salutationes* illæ in conclusione Epistolæ? Unde pollicitatio illa sui *adventus*? Unde alia illa, quod *compassi* essent suis vinculis, quod eorum *quidam* desererent *πῶς ἐπισυνερχώμεθα*, &c. Ut credatur meritò sic ad Palæstinas data primò Ecclesias, ut communis etiam esset omnibus aliis, ex Hebræis inter Gentes aggregatis.

VIII. Est & alia quorundam ratio non adscripti Paulini nominis, quamque habet *Cornelius à Lapide*. Videlicet quod *Paulus* Romanum esset & Latinum nomen, atque ita Judæis minùs acceptum. Si etiam se inscripisset *Saulum*, ex opposito suspicionem facilè in Gentilium animis potuisset exoriri, ad Judæismum illum esse relapsum. Sanè, *Paulum* Romanum fuisse nomen, faciles damus; quod ob *parvam* staturam Æmiliorum hæsisse genti, author est *Sigonius*. Quanquam *Græca* alii contenderint esse originis, à voce *παῦλα*. Alii cum *Hieronimo*, ab *Hebræorum* *פאולוס*, unde *Hesychius*, *Παῦλος*, *Θαυμασιός*. Sed *Latinum* esto, idcirco invisum fidelibus Hebræorum? Cohorruissent illi ad nomen ipsius ante familiare, & ubi de gravissimis religionis mysteriis erant informandi? Idcirco Paulus missum fecisset non nomen, sed inscriptionem totam? Aut Ecclesiæ Gentilium, si se dixisset *Saulum*, suspicati essent apostasiam in tanto Apostolo? Et quidem ad Judæismum, quem totà Epistolà ex professio ibat subversum? His ergo missis, simpliciter & sine ambagibus subjungimus objectionis solutionem.

CAPUT IV.

BREVARIUM.

Solida confutatio precedentis Argumenti. Epistolarum Johannis prima similiter ἀνεπίγραφος. Reliquæ inscriptas esse Johannis. Præfigendi nomen necessitas nulla Pauli. Non id κειμήλιον Paulinarum. Non eadem Epistola ratio, quæ caterarum. Paulus invisus multis Hebræorum. Declaratur. Consentit universa Antiquitas. Tres Infantia diluuntur. Paulus Gentium, non Hebræorum, Apostolus. Hinc etiam ratio non addita inscriptioni. Confirmatur. Occurritur Exceptioni. Beza, Camero notati. Ratio à metu periculi Hebræorum. Alia, ab exordienti modo. Retorquetur in adversarios argumentum.

I. **N**Empe ita habet tritissimum argumentum; Quæ Epistola Paulinarum in morem non habet Pauli præfixum nomen, non videtur eadem esse Pauli. Sed talis est controversa illa ad Hebræos. Missa *assumptione*, de qua, ut monuimus, dubitatum, sic enervamus *propositionem*. Primò, negari illius non immeritò consequentiam, vel hoc nomine, quod non desint haud absimilia exempla Epistolarum ejusdem Authoris, quarum aliæ admittunt *ἐπιγραφήν, ἀνεπίγραφος* aliæ. In

Sacris occurrunt tres *Canonicæ Johannis* Apostoli. *Posteriores* præscripta, *σὺν τῇ ἐπιγραφῇ, ἢ τῷ ἀσπασμῷ, ἢ ὑπογραφῇ*. In *Priori* desunt omnia, nomen, inscriptio, salutatio. Non tamen hinc quisquam Veterum sive istam sive reliquas conclusit non esse *Johannis*. Quod enim de postremis cum aliis quibusdam dubitare vilis *Eusebium*, *εἴτε τῷ Εὐαγγελιστῇ τυγχάνουσι, εἴτε τῷ ἐτέρῳ ὁμολούμην*, dubitandi alia ratio fuit. Quod scilicet præferrent nomen *Προσβυτέρη*; quodque Johanni Apostolo fuisset Ephesi *cognominis* alius, dictus itidem *Προβυτέρη, Παπιά* referente apud *Eusebium* Lib. iii. Cap. xxxix. Non attento, æquè aut magis convenienter tribui epitheton Apostolorum omnium postremo, *seni grandævo*, verè *Προβυτέρη*, sive *atati* ratione sive *authoritatis*. Quum de cætero & stylus & argumentum & omnia Johanni faverent Apostolo. Igitur id volumus, ut quæ Johannes ratione in aliis nomen præfixit, in *primâ* non præfixit, idem Paulo licuerit. Et quid in eo absurdi, alibi apposuisse nomen, hic non apponere? Et quomodo de Johanne non sollicitè admodum inquirimus, quæ fuerit omisæ inscriptionis ratio, quidni idem jam observamus? Si quidem non leviora hic pro *Paulo* auctore, quàm istic pro *Johanne*, pugnant argumenta.

II. Deinde, peccatur falsâ *hypothesi*, quasi hanc sibi fixerit perpetuam legem Paulus, ut nomen præponeret. Quasi de necessitate quædam debuerit hoc loco *προεγράψεν*. Quod fecit alibi, factum ab eo liberrimè, & pro recepto ut plurimum *more*. Præterea ut & *authoritatem* Epistolis conciliaret, & *auctorem* ipsum esse intelligerent. Jam verò si Paulus in ipso statim limine sui ad Hebræos scripti pro auctore se haberi necesse non judicaret: si aliunde certissimè de auctore & auctoritate Epistolæ constare poterat Hebræis: si in progressu Paulum se indicabat Apostolum, solito sigillo, mentione vinculorum, etiam *Timothei*, *salutatione*, particularibus nonnullis, ablegatione nuncii &c. cessat necessitas inscriptionis. Et sic alibi in more habuit, ut nunquam tamen hanc sibi legem fecerit; ut nunquam Epistolarum suarum *ἀνεπίγραφον* esse monuerit; ut admiserit facillimè exceptionem istiusmodi consuetudo; denique, ut longè sit æquius & opportunius attendere ad *sigillum* Pauli perpetuum & distinctivum, quod competit illi *solis* & *semper*, quàm ad inscriptionem, quæ nec *solius* Pauli est, nec *semper* ejus fuisse necesse est.

III. Præterea, laborat in eo potissimum consequentia, quod, si hic novum quid & singulare, non defuerint etiam rationes illius Paulo *singulares*. Nunquam antea res ipsi immediatè cum *Hebræis*. Hactenus scripserat ad Gentes, & ex Gentilibus maximâ ex parte constitutas Ecclesias. Quid ergò mirum, si jam ad diversissimum hominum genus & variè erga se affectum scripturus à solita scribendi ratione paulum abiret? Quomodo in antecessis ostensum, variare sæpè hac in Epistola & *argumentum*, & *stylum*, iisdem etiam de causis. Licet jam præcisè, distinctè, & in particulari, non assignemus omisæ causam inscriptionis.

IV. Sed & præter sunt causæ, eæque admodum graves, & quas universa probavit antiquitas. Et vel sola hæc cordato cuivis & ingenuo satisfaciet. Nempe inoleverat inter Hebræos personale quoddam in Paulum odium, ejusque nomen. Dudum transfuga multis erat, & apostata, & Judæorum hostis. Invisus aliis, ob illius in ceremonias, circumcissionem, legalia, invecivas. Aliis, quod se totum Gentium ministerio mancipasset, earumque profiteretur se Apostolum, *quæ Judæi ut profanus & impius plerumque abominabantur*, ut *Commentator* qui *Ambrosii* præfert nomen. Ne ergò solitâ inscriptione, & ambitioso in speciem titulo, & nomine plus satis exoso, sive veterem quorundam acrimoniam excitaret, sive infirmiorum animos offenderet, sive attentæ & modestæ læctioni obicem poneret, sive odio nominis fronte prælati, utilitatem excluderet læctionis, fructumque vel in totum vel ex parte inter-

ver-

verteret, maluit ἀπίχθιν, id est, ἀπειχράφως rem ipsam continuo & Apostolicā planè gravitate aggredi. Quantum enim interfit in limine, legentium vel audientium animos sinistra nullā dicentis vel scribentis opinione occupari, quamque prudenter sint tractandæ præjudicatæ mentes, docent rhetores.

V. Atque hic ferè scopus, hæc summa, illius quam gravissimi & antiquissimi Scriptores dederunt solutionis. Memoratu digna *Clementis* apud Eusebium verba Lib. vi. Cap. xi. Μὴ περιγεγραφοῦμαι ἢ (Παῦλῳ Ἀπόστολῳ) εἰκότως. Ἑβραίοις ᾗ ἐπιστέλλων, πρόληψιν εἰληφῶσι κατ' αὐτῶν, καὶ ὑποπίθωσιν αὐτὸν, σωσίως πάνυ σὺν ἐν δόξῃ ἀπέτρεψεν αὐτῶν, τὸ ὄνομα δέος. Idem fuit responsum *B. Athanasii*, ad instantiam Anomœi, quod non præferret Pauli nomen Epistola; causam fuisse dicit, ἵνα μὴ σφελασσοῦντες αὐτὴ τὸ ὄνομα, κλείωσι τὴν ἀκολῶν. Ne scilicet ad invisum nomen accensū, & quasi percussū, aures illi negarent. Probavit præ omnibus aliis hanc missæ inscriptionis causam *Chrysostomus* Præfat. in Epist. Probata eadem *Hieronymo*, *Ambrosio*, *Primasio*, *Sedulio*, *Haimoni*, *Theophylacto*, suis aut illorum nonnunquam nomine inscriptis Commentariis. Ne ad recentiores descendamus, quorum certè plerique (*Illustri Salmasio* ferè invito Funere Ling. Hellen. p. 37. 38.) rationis momentum intellexerunt.

VI. Frustrà instabunt, Paulum declarare se aliquot iudiciis *amborem*; noluisse ergò latere, aut nomen ignorari suum. Quod nec volumus, nec asserimus. Verum enimverò, si non occultare nomen, dissimulare certè non nihil. Si non latere, at latenter quasi & sensim irreperere, & opportunè se manifestare. Post disputationem gravem, dictione sublimem, densam argumentis, rationibus validissimam. Post calumnias tacitè discussas, & absterfam quam illius sive doctrinæ sive innocentiae labem adsperebant alii. Ut etiam patet, nolle se *nominis* sui autoritate, sed sanctitate doctrinæ, cum Mose per omnia consentientis, illorum animos permovere. Unde nonnisi decimo & ultimo Capitibus, productâ jam disputatione, clarissimis sese & apertis prodit ille documentis.

VII. Urgeri solet, scribere Apostolum non *Judæis*, sed *Christianis*, non *convertendis*, sed *convertis* Hebræorum. Quibus erat imprimis charus & notissimus, ut ex variis Epistolæ circumstantiis, non ergò invisus, non exosus. Sed facilis solutio est. I. Acceptissimum fuisse plurimis, nonnullis etiam minùs. In numerosissimâ illâ Hebræorum turbâ, qui sive intrâ Palæstinam sive alibi Christo nomen dederant. Quorumque multi pertinaciùs Judaizantes, & iniquiori jam olim erga ipsum animo, quique tales esse non desierant. II. Multi inter eos in Christianâ fide vacillantes, & apostasiæ proximi, ut colligimus ex vi. & x. Capitibus. Multi infirmiores, nec Christianam satis edocti libertatem, adeoque & secus de Paulo in illo capite sentientes. *Theophylactus*; Οὐδὲ ἔτι πάνυ περιεῖχον αὐτῶν, ὅτι ἔνομιμα ἀπάγοιεν πατερός, καὶ τὴν ἀπειχράφωσιν. Et evidentissimè constat ex Pauli historiâ & *Actor.* XXI. 20. 21. III. Denique ita directè scribit ad fideles Hebræorum, ut indirectè ad omnes. Siquidem & *convertendis* procul omni dubio Epistolam hanc suam utilem esse voluit. Ut constat ex illo Pauli in Judæos omnes zelo, & operosâ illâ disputatione Apostoli, confirmandis aliis, aliis etiam convincendis omninò instituta. Jam autem nomen hic suum obtendere & Apostolatam erat à lectione hos prorsus arcere. Subticere contra & dissimulare, prudentissimi erat artificis, & optima infinuandi sese ratio.

VIII. Est & alia instantia *Cameronis*, sed frigidior neque tanti. Scilicet Paulum præfixisse nomen Epistolæ ad *Romanos*, quum tamen ex Judæis (saltem ex parte) horum constaret Ecclesia. In qua etiam contra Judæos disputat, eorumque rejectionem aperit. Sed admittit *Vir doctissimus elenchum parium*. Quum Romanorum Ecclesiam constituerent maximam sanè par-

Tom. II.

tem Gentiles. Magisque sermo sit Apostolo in sua ad Romanos de *Judæis*, quàm quidem ad *Judæos*. Neque etiam apud hos sic invisum esset Pauli nomen, ut inter Palæstinos & Orientales, quibus innotuerat magis. Quibuscum directè jam congruitur, & immediatè, & cum Hebræis solis; & in odioso ex parte argumento, ac præter praxin hætenus suam.

IX. Verùm, non prætermittenda altera illa ratio Paulini istius instituti. Nempe à functione sui Apostolatus inter Gentes; quodque *Gentium* non *Hebræorum* foret Apostolus. Partim ex composito & amicâ sorte provinciis sic inter Apostolos distributis, ut in *Epist. ad Galatas*; partim speciali vocatione Gentibus destinatus *Actor.* ix. 15. xiii. 2. Quum circumcisionis ministerium & Judæorum cura Petro & Collegis incumberet. Quod præclare deducit *Theodoretus* in Proœmio Comment. in Epist. ad Hebræos. Unde accidit, ut se *Gentium Apostolum* inscribat aliquoties Paulus, attento speciali illo exercitio eoque potissimo sui muneris *Rom.* i. 5. xi. 13. *Gal.* ii. 7. Quo etiam sensu dicit se ἀφωλεσμένον εἰς εὐαγγέλιον &c. *Rom.* i. 1. Unde etiam frequentiores ad Gentiles dedit literas, imò hac exceptâ, omnes. Ergò, (ut redeamus ad institutum) ne præter officii rationem, aut conventionis legem, scribere ad *Hebræos* videretur, omisit ultrò nomen. Ne etiam Apostolos circumcisionis offenderet, aut afficeret æmulationis quodam sensu, falcem immittere visus in illorum messem. Ne præsumptionis quisquam argueret, quasi jam suprâ reliquos sese efferret, & protenderet limites sui *Apostolatus*. Hinc quasi veniam inscriptionis rogare videtur, quando illorum speciatim non erat Apostolus: παρεκλήθη ἢ ὑμῶν, ἀδελφοί, ἀνέχεσθε τὸ λόγον τῆς παρεκλήσεως, καὶ ᾗ διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν *Hebr.* xiii. 22. Duobus nempe se excusat, tum quod sit λόγῳ παρεκλήσεως, non ἐντολῆς. Tum quod *paucis* tantum illos voluerit, quum aliàs potuisset pluribus.

X. Hæc certè ratio prægnans semper visa, & simplicissima olim hodieque. *Clemens Alexandrinus* rationibus aliis attexit; Οὐκ ἐγγράφῃ εὐλόγῳ, διὰ τὸ ἐκ περισίας καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλειν, Ἑθνῶν κήρυκα ὄντῳ καὶ Ἀπόστολον. Sed imprimis celebrari solet ejusdem patronus *Theodoretus*. Nam argumento, quod præmisit Epistolæ, hanc unam urget, & graviter admodum ac prolixè, cujus verba compendii causâ non adducimus. Idem voluit *Primasius*, non meminisse Paulum sui *Apostolatus*, ne videretur quod se vellet præferre Apostolo Petro &c. Idem *Ambrosius*, quia ad eos qui ex circumcisione crediderant, ipse *Gentium Apostolum* non *Hebræorum*. Eadem apud *Oecumenium*, ἀλλοῦ ἢ ἀποστολῆς. Ἀπόστολῳ ᾗ ἑθνῶν κήρυκεν ὁ Παῦλος, ἀλλὰ ἔχῃ Ἑβραίων. Adstipulatur *Thomas*, qui hanc cæteris rationem anteponit Præfatione Commentarii. Et præter innumeros alios *Claudius Salmasius*, qui, ultrò citroque rationibus variis collatis & expensis, hanc tandem cum Theodoro verissimam esse putat, taciti nominis & Apostolatus, Funere Ling. Hellen. p. 38.

XI. Quod cum ita sit, miramur eandem doctissimo *Beza* non ullo argumento sed contemptu solo & supercilio rejectam. Miramur etiam, præstantissimum *Cameronem* ne meminisse quidem, nec excipere hic quicquam esse dignatum. Quum anxius & sollicitus in rationibus aliis confutandis esse videatur. Et sanè hoc unum excipi in speciem posse arbitramur, quod ipsâ veriùs *scriptione*, quàm *præscriptione* nominis, transilierit hoc modo limites sui *Apostolatus*. Quando ergò scribere nihil veritus est, potuisse facillè & apponere nomen. Sed in promptu denuò solutio est. I. Quod præscribendo nomen & dignitatem videbatur id jam affectare ambitiosius. Et facere ex *authoritate*, quod jam quasi ex *accidente* quodam, & *occasione* afflictionum quibus Hebræi premebantur. II. Si dixisset se *Gentium Apostolum*, mirum in modum exacerbasset animos Hebræorum. Si *Hebræorum Apostolum*, involabat in aliorum munus & dignitatem. Si *Apostolum* simpliciter, visus jam fuisset, vi sui *Apostolatus*, adeoque pro imperio

R

rio

rio & autoritate, has sibi arrogare scribendi partes. III. Optima & judiciosissima ratio *Theodoretus* in Argumento Epistolæ; Paulum in suis ad Gentium fideles Epistolis adjecisse nomen & Apostolicam dignitatem, ut *Dorstor* & *Magister* scribens ad discipulos. Hinc non adjecisse in suâ ad Hebræos, quod speciatim nec illorum *Dorstor* esset, nec hi disciplina ipsius traditi.

XII. Et fanè hæ rationes ita comparatæ, ut pluribus opus non sit. Magnus tamen *Beza* post quosdam alios hanc in medium profert, quam unam probat. Scilicet silentio transmisit nomen suum Apostolum, ne majorem invidiam Hebræis crearet, eosque in discrimen adduceret; ne grassantes jam in Christianum nomen & plus satis exacerbatos Hierosolymitanos, odioso adhuc *Pauli* nomine, magis accenderet. Quam causam non additi nominis *Clar. Gomarus* plerisque aliis *varisimiliorem* putat. Nisi fortè regerant alii, potuisse Judæos magis exacerbari ipso Epistolæ argumento, quod cultum ceremoniale funditus evertibat. Adeoque nec sic quidem cautum fatis illorum fuisse securitati. Nec necesse fuisse in rabidos illos incidere Epistolam fidelibus commissam. Et potuisse satis aliunde intelligere Judæos, vel à Paulo, vel ab infensori hoste, esse profectam. Adeoque hæc ratio, ut probari sola nequit, sic potest combinari, & aliis non incommodè jungi, & *secundariis* Apostoli accenseri.

XIII. Liceat etiam auctarii vice & superpondii hoc addere; quod *exordii* illa forma, plane gravis ac sublimis, & velut ex abrupto, *Epistolarem inscriptionem* vix admitteret. Quamvis esset Epistola, non tamen Epistolæ in morem Apostolus exorditur. Verum statim irrumpit, & à gravissimis mysteriis initium facit. Quibus immediatè si prætexatur *inscriptio* Paulo consuetæ, planè diffonabunt, nec cohærebunt. Una Epistola ad *Ephesios* non videtur absimili modo exordiri. Sed præmittitur tamen gratiarum actio, iisdem etiam quibus aliàs Paulus orditur verbis, *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς* &c. Quare autem hoc fuerit Apostoli, scripturi ad Hebræos, institutum, nostrum non est inquirere. Sed res plana est. Affectasse illam in limine gravitatem, atque exordii majestatem, cum ut attentionem ac reverentiam Hebræis majorem instillaret, tum ut eorundem animos ad res magnas, resque gravissimas, & mysteriorum illa quæ dicturus erat arcana præpararet. Ut neglexisse hanc rationem minimè oportuisset Interpretes.

XIV. Sed retorquemus tandem in authores argumentum. Quod illi mirantur in *Paulo* silentium nominis, nos in *Lucâ*, in *Clemente*, in *Barnabâ*. Cur & hi subticuere sive nomen, sive officium? Quæ & hujus *ἀνομιᾶς* causa esse potuit? Nulla certè, quæ ad eorum, quas exposuimus, gravitatem ac momentum accedat. Non enim dici potest, latere voluisse; quando Auctor facit se Hebræis conspicuum. Non etiam, minus fuisse aliis in more positum, præscribere Epistolis nomen. Imò idcirco Paulus solitus *Ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν*, quia erat Epistolici moris. Quod & *Petrus*, & *Jacobus*, & *Johannes*, & *Judas*, suis observarunt in Epistolis. Imò & *Lucas* in utrâque Historia, & *Clemens* scripturus Corinthiis. Quæ ergò justa satis ratio, ejusque cum iis quas habuit Paulus ponderis? Ut non immeritò doctissimus *Beza*: *Ego verò contra ex hoc ipso contenderim; Pauli potius esse quam aliorum cujusquam. Cur enim quisquam aliud nomen suum reliquisset? At Paulo justa causa fuit* &c. Sed de his plus satis, & præter institutum ferè proluxius.

CAPUT V.

BREVIARIUM.

Tertia Objectio, ex verbis Apostoli Hebr. 11. 3. Profiteri se discipulum Apostolorum. Objectiois patroni. Prætermissa quibus. Variè responderur. Verba textus expenduntur. Phrasin eis ἡμᾶς. Quomodo Paulus ἑβραϊσθῆν. Historia, qua habetur in Epistolâ ad Galatas. Quintam

οἱ ἀκούσαντες. Locutio Apostoli rhetorica. Illustratur. Instantia diluitur.

I. **D**Efuncti non infeliciter sumus nobilissimis objectionum omnium. Cæteræ & nobis prolixæ tractationis, & tædiofæ aliis lectionis, molestiam condonabunt. Nisi fortè non indigna videatur examine hæc quorundam Objectio; ex ipsiusmet verbis Apostoli *Capite 11. versu 3. Ἡ τις (συνελευ) ἀρχὴν λαβῶσα λαλοῦντος ἐπὶ τῶν κύριων, ἐπὶ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἑβραϊσθῆν.* Quibus referre se inter discipulos *Apostolorum* videtur Auctor. Profiteri ab iis se edoctum, atque *confirmatum*. Non ipsummet vidisse se vel audivisse, sed ab iis qui viderunt & *audierunt*, accepisse. Adeoque nec Paulum scriptorem esse, nec Apostolorum quemquam. Quorum fuit immediata revelatio; qui testes oculares & auriti simul; qui non ab hominibus, sed à Christo ipso, de omnibus plenissimè instructi; qui Magistri ipsi, non discipuli; aut discipuli Christi, non ullius Apostoli.

II. Non meminere objectionis, quantum constat, vetustissimi Patrum. Benè meminit *Oecumenius* in Præfatione Commentarii, aliique ex posterioribus. Avidè arripuere in causæ suæ subsidium recentiorum multi. Et torsit ex primis *Calvinus* Commentario ad locum: *Ceterum hic locus indicio est, Epistolam non fuisse à Paulo compositam, neque enim tam humiliter loqui solet, ut se tantum faciat ex Apostolorum discipulis.* Videntur sibi hoc argumento bene tuti *Magdeburgensis* Centuriâ 1. Libro 11. Cap. 4. Quibus adstipulati *Laubermanorum* nonnulli Theologi. Recens admodum *Commentator* Anglus, anonymus, satis aliàs accuratus; *Hinc non improbabiler colligitur, Paulum non fuisse auctorem hujus Epistolæ. Numquam enim eximit sese à numero Apostolorum, aut accenset se auctoribus.* Doctissimus *Grotius* similiter *Paulo hanc Epistolam abjudicat, quod hujus scriptor se eis annumeret, qui non à Christo sed ab ejus discipulis notitiam Evangelii accipere, cum contra Paulum sibi auctoritatem inde addat quod hanc notitiam à Christo ipso accepit* &c. Idem etiam urgetur à *Jona Slichtingio* in Proleg. ad Hebr. inter opera *Joh. Crollii*.

III. Fuere tamen pertinacissimi ejusdem sententiæ assertores, qui telum reliquere intactum. Non torquet *Erasmus*, nec suis ad locum *Notis*, nec in *Appendice*; corrasit interim omnibus, quæ causæ in speciem suæ patrocinentur. Non urget *Camero* *Quæst. 11. de auctore Epistolæ*, nec postmodum ubi locum fufius enarrat. Neque tanti profectò esse debuit, ut tot aliis clarissimis argumentis, tot pro Paulo in ipsâ Epistola circumstantiis, evidentioribus longè, prævaleret. Imò si propiùs expendimus, nulla est objectio, nec patroni iis digna. Et damus ambabus manibus, Paulum fuisse *Apostolum*, non *Apostolorum discipulum*, edoctum salutis mysteria immediatè à Christo, non mediatè ab hominibus, nihilque in eo inferiorem Apostolis cæteris. Sed neque id ullâ ratione sollicitat locus, nedum evertit. Manetque, quod alibi affirmat *Gal. 1. 11. 12.* prorsus immotum.

IV. Primò, non contemnenda illorum videtur esse solutio, qui phrasin *eis ἡμᾶς* attendendam monent. Ut sit, *ἡμῶν εἰς ἡμᾶς, usque ad nos*, ad nostra usque tempora. Usitatissima enim est apud Græcos acceptio, cujus exempla penes Grammaticos, & *Franc. Vigerum* de Idiostimis Græcis. Quanquam videtur aliis *Hebraismus* purus, ex Hebræorum *אני*. Qui utut recurrat ferè aliàs in hac Epistolâ, nihil obstat quo minus possit hoc esse *Hellenismus* loco. Quando etiam de doctrinæ salutaris inde à Christo à quo *initium* sumpserit periodo sermo esse videatur. Sed neque in illas conjecti sumus angustias, ut hæc sit *ἡμῶν εἰς ἡμᾶς* & nostrum asyllum.

V. Secundò itaque dicimus, opponi quæ componi omninò possunt, & divelli quæ conjungenda. Sicque Apostolus immediatè potuit à Christo Domino edoceri, & accipere ardua illa mysteria, ut etiam de illis *confirma-*

firmari, βεβαιωθῆναι ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων. Nec tam ipse-
met confirmari, quam doctrina salutis, ἥτις (sc. σωτηρία)
βεβαιώθη. Aliud ergo, didicisse Paulum ab Apostolis,
quod ad Galatas scribens negat, aliud, eadem quæ à
Christo acceperat fuisse ab oculatis testibus confirmata.
Nec Pauli ipsius in particulari, sed in communi totius
Ecclesia gratiâ. Vel si Pauli etiam respectu, non id ex
necessitate factum, sed instar auctarii cuiusdam, & ut
consensum illorum omnium intelligeret, quæ coelitus
& ex revelatione hauserat. Ne reteram quod alii, at-
tendi hîc confirmationem factam Anania ministerio.

VI. Tertio huc facit, quod observarunt doctissimi
Interpretes, quodque non abhorret à vero, respicere
Apostolum ad historiam quam de se ipse refert Galat. I.
18. 19. imprimis Cap. II. 2. In quâ aliquot post con-
versionem annis memorat se ad Apostolos profectum,
& apud eos aliquandiu versatum. Imò contulisse priva-
tum cum principibus Apostolorum, Petro, Jacobo, Jo-
hanne. Et quidem de doctrina Evangelii, quam ha-
ctenus prædicarat. Etiam ne frustra errorisset, ne forte
dissentium cum Apostolis urgere possent alii, & prædi-
cationis ita suæ fructum tollerent. Hoc ergo sensu me-
rito dixerit Apostolus, ἥτις ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων ἐστὶν ἡμεῶν
βεβαιώθη. Nec ista confirmatio pugnabat cum digni-
tate Apostoli. Facta amicâ συμβιβασί, imò etiam mu-
tua & reciproca, ut ex iis quæ de Petro & Paulo nar-
rantur. Nec tam de doctrinæ veritate quàm de con-
sensu, non tam ἐξ ἐξουσίας quàm ἐκ ἀποδείξεως & de
concordantiâ per omnia cum Apostolis.

VII. Quarto, falsissima hypothesis, quasi Apostolus
simpliciter se eximat è numero τῶν ἀκουσάντων. Vocem
accipit non ἀπλῶς, sed κατὰ τὴν. Scilicet de iis qui au-
diverunt in terris, & in statu exinanitionis, Christo non-
dum ad Patrem assumpto. Ità Paulus verissimè se ab
iis distinguere potuit, illæ suis prærogativis. Alias
& ipse ἀκούσας, ipse θεωρήσας, sed miraculosè in cœ-
los raptus, sed cœlesti voce percussus, cœlesti lumine
collustratus. Rectè ergo monet Apostolus, salutarem
illam (cujus aliunde sibi ipse erat conscius) doctrinam,
post Christum exaltatum, ab ejus similiter discipulis,
& comitibus, & auditoribus perpetuis, fuisse deinceps
confirmatam.

VIII. Quinto, demus τῶν ἀκουσάντων appellatione A-
postolos simpliciter, & prærogativam illam Apostolicæ
dignitatis, atque ocularia illa testimonia, designari.
Ne sic quidem nos ferit objectio. Nec enim Paulus, his
necessario verbis, vel se ab Apostolis distinguit, vel in
eundem se cum Hebræis censum refert. Pergit in figu-
râ illâ dictionis, dictâ rhetoribus ἀνακρίνωσις, vel κοι-
νοποιία. Quâ suis se auditoribus accenset, eleganter
quidem & energeticè. Ut quod ab illis, etiam à se-
met exigat, quod illis tribuit, etiam sibi, quod de il-
lis vult dictum, de se pariter per συγκατάθεσιν quandam
& συγκατανομίαν efferat. Ergo nobis confirmata salus, id
est partî nostræ maximæ, vobis, fidelibus, Ecclesiæ.
Quod evidentissimè & luce clariùs constat. I. Quia
hoc ipso versu locutionis istius insigne exemplum, πᾶς
ἡμεῖς ἐκφώδημεθα, τηλικαύτης ἀμελησάντες σωτηρίας; Quo-
modo nos effugiemus, scil. pœnam tantæ salutis negle-
ctæ? Sic initio Capitis, Δεῖ ἡμᾶς προσέχην &c. Μηδένα
παροξυνώμεν. Atqui longissimè aberat Apostolus, (quis-
quis fuerit,) ab istius pœna, aut negligentia, aut diffu-
sionis periculo. De se tamen condescenderet juxta
cum reliquis dictum voluit. Pergit igitur, & eadẽm,
quâ incœperat, ratione dicere debuit, οἱ ἡμεῖς βεβαιώ-
θη. II. Quia frequentior est Authori nostro illius ἀνα-
κρίνωσις usus. Capite VI. 1. οἱ τῶν τελευταίων φερύμεθα.
Capite X. 26. Ἐκείνους ἀμαρτανόσων ἡμῶν &c. Quæ dubio
procul non sibi applicabat divinus Author. III. Quo-
niam id non Authori tantum nostro, sed Paulo est im-
primis familiare. Sic I. Thess. IV. 17. ἡμεῖς οἱ ζῶντες,
quorum illi sermo de novissimorum temporum homini-
bus. Sic I. Cor. X. 8. 9. μὴ πορνείωμεν, μὴ ἐκπλεθίζωμεν
τὸ χεῖμα. Sic durissima illa similis communicationis ra-

tio Tit. III. 3. ἡμεῖς γὰρ ποτε ἐν ἡμεῖς ἀνόητοι, δουλῶντες
ἐπιθυμίας, ἢ ἡδοναῖς &c. Illiusmodi plena plaustra.
IV. Quando etiam parallelus ferè locus huic nostro le-
gitur apud Judam vers. 17. *Memores esse verborum, quæ
predicta sunt, ὑπὸ τῶν ἀποστόλων.* Pariter, ὑπὸ τῶν ἀκουσάν-
των. Quemadmodum enim ita se Judas videtur distin-
guere ab Apostolis, ut illorum pars aliqua tamen esset,
ita & noster Author ab auditoribus Christi & discipulis,
ut interim se inclusum, non exclusum, velit. V. Quia
reverà fuit ipse ἐκ τῶν ἀκουσάντων, qui auditions ab ipso
immediatè Christo acceperat. Adeoque, ut non hîc
se excludit, sic ibi non se aliter quàm rhetorum no-
tissimo illo *communicationis* schemate includit. VI. Quin
causæ erant graves istius loquendi formæ penes Apосто-
lum. *Rhetorica* quidem altera, ut persuaderet efficacius,
ut magis se suaque insinuaret Hebræis. Dum nequæ
quam se effert supra illorum sortem, sed iisdem se legi-
bus, eidem obnoxium conditioni testatur. Quo sche-
mate quàm feliciter uti soleant oratores, & facturi ad
populum verba, pueri norunt. Altera *Theologica*, ab
arctissimâ illâ unione & communionē inter fideles, e-
jusdem membra corporis, ejusdem Magistri discipulos,
ejusdem professores fidei. Hinc quod plerisque com-
patit, faciliè omnibus in communi adscribitur.

IX. Sexto, quod instant, Paulum non ita locutu-
rum fuisse de se *humiliter*, imprimis cum Hebræis, ejus
satis vellicantibus auctoritatē, dilutum est. Contra-
rium enim verum, & ex adverso argumentatur. Sic
loqui Paulum, quia ipsi negotium cum Hebræis. I. Ut
frequentioribus istiusmodi ἀνακρίνωσις probaret se ho-
minibus jam satis ab ipso alienis ingenuum, & mini-
mè fastuosum, & communi cum iis vinculo colliga-
tum. II. Ut hoc in loco suum cum reliquis Apostolis,
speciatim Petro, Jacobo, Johanne, Apostolis Hebræo-
rum, consensum innueret. Quos τῶν ἀκουσάντων nomine
imprimis notat. III. Ut vitaret invidiam sui Apostola-
tus, nec de se multa in limine diceret. Hæc faciunt
illæ ipsæ rationes, ob quas dignitatem antè suam no-
menque profiteri noluit. Et si jam apertè, in ipso ad-
huc exordio, Apostolatuum ostentasset suum, quid opus
fuerat paulò ante opportunè in loco præterire silen-
tio? Vidit hoc Beza noster, sed post Veteres. Hi enim
ita, ἵνα τὸ μὴ σκανδαλίζῃ, ἢ λέγῃ ὅτι ἐαυτὸν ἀνακρίνωσι
ἔχει χεῖμα, καὶ τοὶ ἡμεῖς.

CAPUT VI.

BREVIARIUM.

Quarta aliorum Objectio. De doctrinâ Catechetikâ Hebr. VI.
1. An congruat aetati Pauli? Calvino objectio probata.
Ejus infirmitas. Strictim confutatur. Variè retorquetur.
Calvini contradictoria assertio. Aliæ objectionum classes.
Sed quæ ipsam Epistolam auctoritatem ferunt. Cur in hac
disquisitione prætermittantur. Non esse hujus loci. Con-
clusio Authoris.

I. Hactenus quidem ea omnia, quæ non hodie de-
mum, sed pridem ac Patrum ætate, contra
Paulum auctorem fuere objecta. Præter hæc, difficul-
tatem quandam aliam adversus auctorem eundem à re-
centioribus videmus esse motam. Quod nempe doctri-
næ Catechetica mentionem injiciat Scriptor Cap. VI. 1. 2.
illorumque ordine capitum, quæ catechumeni & novi-
tiii edocebantur. Quæ quidem consuetudo, quæ pra-
xis, videatur Pauli ætate fuisse posterior. Atque ita
non tam divinum illum Apostolum, quàm discipulo-
rum quandam, censi debere Epistolæ scriptorem.
Quæ quidem objectio auctorem tantum petit, salvâ
omnino & illibatâ scripti auctoritate. Primipilus jam
est Calvinus, cujus hæc sunt verba Præfationē in Epi-
stolam: *Præterea quæ de Catechismi consuetudine adducit
Capite VI. Pauli aetati minus congruent.* Idem disertius
Commentario ad locum: *Hic respexit ad usitatum Cate-
chismi formulam. Unde probabilis conjectura sumi potest,
Epistolam hanc non statim ab exordio promulgati Evangelii
scri-*

scriptam esse, sed quum jam aliquam politia rationem in Ecclesiis constitutam haberent. Post eum urserunt alii forte quidam, sed pauciores. Nec illius meminere, sive *Erasmus*, sive *Cajetanus*, sive *Magdeburgenses*, sive *Camero*, sive alii qui cum illis in hac quaestione sentiunt.

II. Omnino levissimam omnium esse difficultatem, doctissimi Viri intellexerunt. Et quidem primo, ponitur quod in *quaestione* est, & affirmat *Calvinus* quod minimè probat. Imò quod ipse dubium esse & anceps non diffitetur, si verba Præfationis attendimus. Scilicet, formam illam catecheticae & elementaris doctrinae minis congruere aetati *Pauli*. Cedo rationem, & vel ex Sacris, vel ex Antiquitate argumentum. Deinde, manifestâ se *contradictione* involvit Virorum maximus. Commentaturus enim ad illum locum Capite vi. hæc habet. *Hic unus locus abundè testatur, hujus ceremonia originem fluxisse ab Apostolis*. Nempe illius ceremoniae, quâ transactâ infantia ad catechesin pueri offerebantur. Postea; *Sciamus ergò à primis auctoribus institutum fuisse &c.*

III. Tertio igitur, falsissima est hypothesis, quæque contradicit ipsi *Paulo*. Nam alibi elementaris illius doctrinae palam meminit; & planè ut in hac Epistola distinguit, inter *lac infantium*, & *cibum adultorum*, eademque planè, quas Author noster, adhibet voces *τελειότης*, *γαλακτὶς*, *βρώματα*, *νηπιον* 1 *Cor.* II. III. Nihil ergò Author noster novi, quod non alibi *Paulus*, præterquam nonnulla capita sigillatim enarret. Quarto, sola *ratio* initialem aliquam obtinuisse illa ætate doctrinam suadet. Fuisse enim tum catechumenos, rudiores, novitios, sacris iniciandos, quis neget? His ergò præscripta quædam fuisse capita, quæ primùm addicerent, quæ rogati responderent, quæ ad ritus sacros admittendi profiterentur, ne *Calvinus* quidem inficiatur.

IV. Quinto, nec desunt in Scripturis Apostolicis ipsæ etiam voces *κατηχήσις*, & *κατηχητής*. Non quidem eo plane quo Ecclesiasticis deinceps scriptoribus sensu, at certè affini, & pro elementari institutione. Locus est *Ath.* XVIII. 25. de *Apollo* nonnisi primis imbuto rudimentis, accuratius postmodum informando; *ὡς κατηχητής* τῶν ὁδῶν κυρίως, μόνον ἐπισύμμενος *Βαπτισμα* *Ἰωάννου*. Proferunt *Gomarus*, *Gerardus*, plures alii, locum *Gal.* VI. 6. *κοινωνεῖτο ὁ κατηχημένος τῷ κατηχηθέντι*. Sed palam est generalius vocem uturpari, ut sit, ὁ διδασκόμενος μεταδίδωτο τῷ διδάσκοντι. In tali autem *catechetica* institutione usos fuisse formulâ, quamvis fortè alia ab Ecclesiasticis formulis, res ipsa docet. Nec incommodè huc trahi posset locus 1 *Cor.* XIV. *πέντε λόγους λαλῆσαι, ἵνα κατηχήσῃ*.

V. Sexto, *βαπτισμῶν διδασχῶν* eruditi interpretantur non malè *doctrinam* tradi solitam *baptizandi*. Sic *διδασχῆ* ἐπιθέσεως *χρησῶν*, *doctrina* quam profiteri tenerentur sacro hoc *ritu* iniciandi. Et sanè omnino ea fuit Apostolorum praxis. *Baptizabant*, imponebant manus, sed præviâ *fidei*, *pœnitentiæ*, *resurrectionis*, *judicii*, (quæ nostro Authori capita recensentur,) *ἐξομολογήσεως*. Etiam de natura horum *rituum* (*βαπτισμῶν*, *ἐπιθέσεως χρησῶν*) circa iniciandos adhiberi tum solitorum, informari primo necesse erat. Nec alia origo praxeos in Christiana Ecclesia perpetuæ, non aliunde derivant vetustissimi Patrum, non aliunde ipse *Calvinus*.

VI. Septimo, ex adverso singula quæ hîc enarrantur capita *Pauli* aetati vel imprimis congruunt. Et hinc Epistolæ etiam antiquitatem arcessimus. Rectè autè nos observavit eruditissimus *Camero*, esse eadem illa quæ *Paulus* pro concione Atheniensibus exposuit *Ath.* XVII. Distinctè ibi videmus enarrari *πίστιν εἰς Θεόν*, *μετένοιαν*, *ἀνέστασιν*, *κρίμα αἰώνιον*. Ut hinc apud maximè rudes exordiri solitos fuisse minimè dubium sit. Quod addit scriptor, de *doctrina baptismatum*, vel notat illa ipsa capita, rogari à baptizandis solita; vel præviâ instructionem illorum rituum, circa eos quibus ritus illi conferebantur. Præterea, ceremonia illa ἐπιθέσεως *χρησῶν* propria fuit istius ætatis. Ea videlicet, qua dona spi-

ritualia in recens initiatos effundebantur *Ath.* VII. XIX. Quam defuisse cum Apostolis, & cum miraculosâ eorundem gratia, eleganter *Calvinus* Lib. IV. Instit. Tandem conitat, post illam ætatem nonnihil aliter digestos fuisse fundamentales articulos. Quod docet hodieque *Symbolum*, *Apostolorum* (si formam spectamus) falsò creditum.

VII. Octavo, etiam posito, ab alio quàm *Paulo* Epistolam esse exaratam, nihilominus *eiusdem esse aetatis* concedendum fuerit. Quod invictis antè evicimus argumentis Parte II. Cap. IV. & VI. Scriptam adeo esse ante excidium Hierosolymitanum, & stante Sacerdotio. Ex quo vicissim colligimus, elementarem illam doctrinam congruere optimè illis temporibus. Verùm hæc fatis, ad retundendam vim argumenti. Plura fortè ex capitum singulorum examine mutuari possent. Sed *Commentatoribus* id relictum volumus, quos inter dignissimum sanè optimus quondam nobisque conjunctissimus *Parens* sibi locum vendicasset, ni fata, & hiulcæ mutilæque paginae, ut plurimum (si characteres spectamus) *αινιγματώδεις*, ac fere hieroglyphicæ, thesaurum tot expetitum votis hæctenus Theologis invidissent.

VIII. Sunt hæc quidem omnes, quas sive Veteres sive recentiores in *authorem* *Paulum* strinxere, objectiones. Nisi jam aliud objectionum genus attendimus, quod ipsam Epistolæ canonicam *authoritatem* & *ἀναμαρτησίαν* vexat. Quarum alia denuò vetustiorum, alia recentioris ævi. Illæ binæ potissimum fuere. I. Quod *favere Novatianorum* impuro dogmati, de lapsis non recipiendis. II. Quod nec ab *Arrianorum* hæresi videretur aliena, & *Christum* factum creatumque hæud obscure doceat, de quibus nos Libro I. Cap. VIII. Hæc jam longè plures, motæ à *Cajetano*, *Erasmio*, *Enjedino*, & qui liberius de Canonicis variis pronunciarunt. I. Peccare authorem in *sacram Historiam*. Dum *virgam* & *urnam* in Arca repositas fuisse dicit, dum *Librum fœderis* sanguine simul cum populo à *Mose* aspersum; dum usum hunc in aspersione, lana coccinea, aqua, & *hysopo*; dum in has eundem erupisse voces, *ἐφοβός εἰμι ἔντρομος*, *Capitibus* IX. & XII. II. *Arietare* in *doctrinam* ab ipsis traditam Apostolis. Quando negat reditum ad *pœnitentiam*, aut *sanctorum perseverantiam*; quando *Esavi* exemplo ipsis etiam *pœnitentibus* spem adimit *venia*; quando de *salvificæ naturæ* fidei aliter ac *Paulus* loquitur *Capitibus* X. XI. XII. III. *Allucinari* in *citatione* & *applicatione* textus sacri. Sive loci illius ex *Psalmo* II. sive alterius 2 *Sam.* VII. sive qui extat *Psalmo* VIII. sive denique *Exod.* XXIV. de *Fœdere* & *pacto Dei*, *Capitibus* *Epistola* I. II. IX.

IX. Sed hæc alterius loci & disquisitionis. In illum *ἐναντιοφανῶν* campum nos diffundere, nec instituti nostri fert ratio, neque etiam temporis. Rem nobis esse cum iis potissimum intelligimus, qui de *authore* non benè sentientes *authoritatem* pari nobiscum veneratione suscipiunt. Quin, dum *Paulo* restituitur Epistola ac vindicatur, nullis jam machinis expugnari illius *αὐθεντία* potest. Prius autem sic præstitum a nobis esse confidimus, & disputationem ita institutam, ut negare assensum sit caligare in luce, ἢ *λαλεῖν πρὸς τὸ ἥλιον*. Denique, ne *Lectores* nesciant, reservamus nobis aliquid in hoc argumento, cum iis suo tempore & loco communicandum. Nempe in nostro de *gravioribus Testamenti Utriusque Contradictoriis* (missis sive levioribus sive quæ fusiùs alii pertractarunt) *Commentario*. Quem aliquoufque produximus, & Auditoribus etiamnum nostris publice prælegimus. Sed nec festinabimus facere publici juris, ne scripturiendi (qui nostrorum morbus est temporum sed nostri nec genii nec ætatis) affricetur nobis *cacoëthes*. Claudimus, dispari licet ratione, magni quondam *Hipponensis* verbis: *Videor mihi debitum adjuvante Domino reddidisse. Quibus parum est, vel quibus nimium est, mihi ignoscant. Quibus autem satis est, non mihi sed Domino, mecum gratias congratulantes agant.*

A P P E N D I X

S E U D E

HISTORIÆ EUANGELICÆ
SCRIPTORIBUS,

Et in specie de

MARCO EUANGELISTA,

Quis Ille, & Ubi scripserit,

EXERCITATIO ACADEMICA.

B R E V I A R I U M.

Quatuor Evangelia ut ab initio recepta. Richardi Simonii hypotheses. Alia Clar. Dodwelli. An factus delectus primum aate Irenai? Hujus jam auro quot apocryphe traditiones? Exemplis plurimis res firmata, ex Papiâ, & præcipue ex Irenao. Etiam ex Clem. Alexandrino. Præter nomina venditata Ignatii, Polycratis, aliorum. An visa IV. Evangelia Clementi Rom. Barnaba, & Viris aliis Apostolicis. Ut citata his cum discrimine à Pseudo-Euangelis. De Evangelio secundum Matth. Ebionæorum. Sola quatuor pro authenticis habita, fure ex Clemente Rom. Polycarpo, Ignatianis VII. Epist. Barnaba, Justino Martyre. Non primam sub Hadriano facta discretio Evangeliorum. Quæ certâ à principio fuerit? Quæ dubia? De Matthæi Evangelio scripto Hebraicè, vel Syriacè. Epistolis Auctoris. Is. Vossius notatus. Marcum, Lucam, Johannem, vidisse Matthæi Evangelium. Quando scripserit Evangelium Lucas? Præcessisse Matthæum, postea Marcum. Johannes cur in vetustissimis Codd. Matthæo subjungatur? Marcus probatur idem fuisse cum socio Barnaba, qui & Johannes. An unus ex LXX. Discipulis? An idem cum Johanne Presbytero? Præcisus annus, quo scripserit, incertus. Marcum non fuisse Epitomatores Matthæi. Non scripserit sub Claudio. Quo sensu Vetores, Marcum fuisse Interpretem Petri. Vel Tuum Pauli. Apostolos nihil opus habuisse Interprete. Baronius prolixè notatus. An Evangelia sint tantum collectanea ex prædicationibus Apostolorum? Simonius confutatur. An Marcus scripserit Roma, & quidem Latine? Quo sensu imitator Petri? Videtur scripserit post Pauli discessum ex Urbe. Non auctor vita Therapeutica in Egypto. Error Eusebii, & Hieronymi. Traditio Veterum, de Marco Evangelistâ. Marcum Græcè scripserit, sed scire Hebraicis. Rei exempla. De postremis verbis Cap. Ultimi.

acceptum; tam supervacuum foret suis Auctoribus August. adferere, vel adstruere illorum auctoritatem, quàm de Doct. est temerarium controvertere. Quamquam Rich. Chrst. Simonius, cujus nihil eruditioni detrahimus, Ipe- L II. c. cioso Critices nomine, id unum sibi negotii datum Crit. du esse credidit, ut Evangeliorum præcipue dubiam fa- N. Test. ceret originem, & auctoritatem convelleret. Hinc C. II. &c. ille modo, collectanea esse ex prædicationibus Apostolicis, nulla habitâ ratione ordinis & temporis; Modò, fuisse à Discipulis collecta, quæ hi ab Apostolis, aut viris Apostolicis, accepissent, undè κατὰ Ματθαῖον secundum Mattheum, non ἔ Ματθαῖος Matthæi ipsius Evangelium &c. Modò nusquam à Veteribus proferti ea ut authentica, vel ab ipsis Apostolis accepta; Modò repetitis veterum Nazaræorum, Gnosticorum, Marcionitarum, Manichæorum commentis, ac cavillis, sic ista in apricum profert, ut miserè diluat, & Lectoribus scrupulum non unum relinquat.

II. Sed & illubentes, nec sine quodam stomacho, legimus nonnulla, in Henrici Dodwelli, Viri suo merito Clarissimi, & πολιτοῦ, Dissertationibus in Irenæum, quæ ut jacent Evangeliorum authenticam ac reverentiam non parum videntur sollicitare. Hinc ille, non aliam habere infallibilitatem Evangelicæ Historiæ scriptores, quàm quod fuerint fidi testes eorum quæ vel viderant vel audiverant, medio tradendi ordinario, nullo interventu alijus afflatûs, aut θεοπνευσίας. Itâ Traditionem, cui innititur fides Librorum Nov. Test. in specie Evangeliorum, non esse firmiorem quàm sit illa Irenai, Patrem cum illis auctoritatem habere Irenæum, Clementem, reliquos, nec minus hos secundi Seculi Patres fuisse infallibiles, in rebus historia & facti; Primum numeri quaternarii meminisse Irenæum, quâsi jam nuper recepti constitutique; Ne unum quidem Evangelistam nomine suo compellatum legi in scriptis Clementis Rom. Barnabæ, Hermæ, Ignatii, Polycarpi; Nec ullam apparere notam, undè colligas minus tribuisse Apocryphis Evangelis, quàm veris; Pari honore laudari Apocrypha, v. g. ab Ignatio Antiocheno, quo & vera; undè pateat, nullum adhuc Evangeliorum delectum fuisse, cum scriberet Ignatius; Sic omnes Nov. Test. Libros, præcipue & Evangelia, pendere ex traditione Seniorum sub Trajano, uti ex testimonio Papiæ, Irenæi, Clementis Alex. &c. de his Senioribus Apostolicis: Et si quæ id genus plura Præstantissimo illi Viro ad Irenæum expressa, forsan animo æquiore quàm verba præ se ferant.

III. Quæ sanè omnem quatuor Evangeliorum auctoritatem, quam habent supra Apocrypha, retundunt

Just. A. p. 11.



QUATUOR quæ dicuntur Evangelia, à καλεῖται Εὐαγγέλια, sive τὰ ἑ ἀποστόλων διαμνημονεύματα, sic propior Apostolis Justinus Mart. Evangelium τετραμορφον quadriforme, quatuor habens columnas, ut neque aut numero

Iren. C. III. 21.

plura sint, aut pauciora, sic emphaticè Irenæus proximus Justino; τὸ τετραεὐαγγέλιον, quod fuisse ab initio, id est, ab Apostolo traditum, & apud Apostolorum Ecclesias Sacro-Sanctum, ut Latinorum anti-

Contra Marc. L. IV. C. V.

quissimus Tertullianus; vel ut Augustinus, quod à primâ usque origine ab omnibus Ecclesiis Catholicis

Oxon. 1689.

Luc. I. I. Joh. XII. 14.

Dodw. Diff. I. in Iren. p. 62.

Ibid. p. 80.

Ibid. p. 70.

Ibid. p. 67. 68.

Ibid. p. 71.

Ibid. p. 75.

dunt in *delectum*, vel *constitutionem*, quæ facta sit post Barnabæ, Clementis Rom. Ignatii, Polycarpi, vel etiam Iustini Martyris ætatem: nempe circa tempora *Irenæi*, vel certè sub *Hadriano*, quando idem *Irenæus* ut putat Vir ille floruerit. Quo tempore jam multa fuere falsò tradita, ac credita etiam Papiis, *Irenæis*, aut *Clementi Alexandr.* in facti questione, quæ Virorum illorum credulitati ac iudicio imposuerunt. Quidni (inquit aliquis Simonius) etiam ea quæ de delectu Euangeliorum retulerunt. Hujus modi sanè fuerunt Papianz traditiones, tanquam *accepta ex Senioribus*; quarum plurimæ, (de factis Apostolicis, de Miraculis, de Prædicationibus Christi, de Judâ proditore, de filibus Philippi *Apostoli*, &c.) ipsi jam Eusebio habita *ξίνα & μολυσμένη*, & de quarum vanitate aut incertitudine prolixè nostra Diatriba, de *Petro* qui nunquam *Roma* fuerit. Dixerit ipse Pearsonus Episcopus, cujus iudicio Vir Doctiss. plurimum tribuit, & merito: Fatetur Eruditiss. Præsul, *Papiam mediocri ingenio, & hæres Millenariorum infædum, Traditioni maxime adhasisse*. Jam ad illa quæ ex Papiâ, ex Polycarpo, *puer quum esset, audire se meminerat* Irenæus, solebat is provocare, Eusebio teste: vixit autem Irenæus usque ad finem II. Seculi, multis Anno CCII. aliis CCVII. sublatus, Cl. Dodwello mortem Irenæi anticipante, An. cxc. Hinc jam illa Irenæi, à Papiâ aliisque Seniorum decepti: Credidit v. gr. Christum docuisse *habentem ætatem senio-rem*, illo intervallo quo declinatur à *quadragesimo*, aut *quinquagesimo anno*, idque omnes Seniores *vestari*, ita tradidisse illis Johannem: Christum regnaturum in tertis annos mille, idque ex *Seniorum traditione*: A duobus Apostolis *Petro & Paulo* Romæ fundatam & constitutam Ecclesiam, ex eadem *traditione*: *Mattheum Hebræorum* Linguâ scripsisse Evangelium, cum *Petro & Paulo* Roma euangelizarent, id est Nerone jam diu ad Imperium admo- to: Romæ *Lino* Episcopatum ab iisdem traditum, cui *Anacletus*, postea *Clemens* successerit, hinc *Euaristum*, contra ordinem successionis in Antiquiss. Codd. Seculi iv. &c. apud Bucherium, Schelstrate, A. Pagi: *Simonem Magum* Romæ à Claudio Cæsare *statuè* ob Magiam *honoratum*: Inscriptionem *Simoni Sancto* vel *Sango*, repertam in Insulâ Tiberinâ, de *Simone Mago* intelligendam, in quo *Iustinum, Irenæum*, aliosque veteres secutus est Eusebius, accusante ipso Dodwello: Johannem Apostolum Ephesi *exisse de balneo*, cum *Cerinthum* intus esse audivisset: Unum tantum Johannem fuisse, Apostolum, & Euangelistam, ut *Johannem Apostolum cum Johanne Presbytero* confudisse videatur Irenæus, ita ipse Dodwellus: Eundem Johannem fuisse auctorem ut *Evangelii*, sic *Apocalypsis*, contra quam, inquit Dodwellus, *summus styli iudex Dionysius Alexandrinus*, qui utrumque Librum *stylo diversissimum* iudicat: Ita, *librum Pastoris* qualis existit tempore Irenæi, & qui C. XXXVII. *Herma* adscriptus, esse *θεόπνευστον*, certè habendum pari loco quo *Scriptura* reliquæ; *Bene* pronunciavit *Scriptura*, qua dicit *Ec.* citato loco ex eo *Pastore*, qui extat hodie *Lib. II. Mandato 1.* sed nonnihil interpolatus: *Marcum*, qua à *Petro* annunciata erant, *prescripta nobis tradidisse* demùm post *Petri & Pauli excessum*; in quo omnes Irenæo merito *adversari*, ait Bar. ad A. *Baronius*. Ipse Dodwellus *Dissert. I.* in Iren. ostensus quanti sint illi hujusmodi traditiones; si quid tamen habeat veri vetus illa de *Marco Alexandr. traditio*. Jam *Clementis Alexandrini* quot sunt errores historici, quot lapsus, etiam in iis quæ de *Christo & Apostolis* tradidit? V. g. Christum annum *integrum* modò *pradicasse*, & passum anno ætatis xxx. completo; Tres Euangelistas, *Matthæum, Marcum, Lucam*, ea duntaxat narrare, quæ *anni unius curriculo* gesta sunt; Christum reverà nec *esuisse*,

nec *fuisset*, usum modo cibo & potu, ne spectrum *Euseb. L. videretur*; Christum & Apostolos, post mortem, *III. C. descendisse ad Inferas*, ut multos suâ predicatione *XXIV. XXX. converterent*, servarent; *Paulum* suis *Sibylla & Hybaspis* lectionem commendasse; Eundem Apostolum fuisse conjugatum, & suam ipsius *οὐζου* conjugem in quâdam *Epistola* appellare non verum; teste Eusebio; ut alia multa præteream. Imò nullum eorum Patrum plus tribuisse *Apocryphis* scriptis, quam quidem *Clementem Alexandr.* in comperto est; hinc commendata illi *Evangelia* secundum *Ægyptios, Hebræos, Petri & Pauli* *κηρύγματα*, Traditiones *Matthæi, Epistola Barnabæ*, alia in vulgus nota. Dixerit Cl. Dodwellus: *Clemens Alexandrinus sine delectu adhibet christianæ generis Apocrypha*. *P. 52.* Tacemus traditionum vanissimarum segetem, passim sub nominibus *Clementis Rom. Ignatii, Polycratis, Polycarpi, Hermæ, Iustini, Hegesippi, Dionysii Corinth. Episcopi, Theophili Antiocheni, Apollinarius, Tatiani &c.* Undè curvis jam liquet, ni alia sit *Evangeliorum* auctoritas, quam quæ nititur auctoritate *Irenæi*, & *traditione Seniorum*, & eorum *infallibilitate*, quam fluxa & incerta sit omnis illa fides *Evangeliorum*. Quo magis vetustiores Irenæo æquè (ita Dodwellus) usi sint *Apocryphis ac veris*, nullâ inter se notâ distinctis; ac pari honore *laudaverim Apocrypha*, ac vera; nullo tùm adhuc *delectu* *Evangeliorum* habito, quo tempore v. gr. scriberet *Irenæus*.

IV. Sed & precariò assertum Viro Docto, ne unum ex quatuor Euangelistis aut nomine suo compellatum, aut aliqua *videlicet* notâ insignitum apparere, in scriptis *Clementis Rom. Barnabæ, Hermæ, Ignatii, Polycarpi &c.* quos ad *πρωτότυπον* *primam* *successionem Apostolorum* pertinere dicit. Certè jam tum visa illis esse *Evangelia*, quæ sub *Matthæi, Marci, Lucæ, quæ & Johannis*, nominibus legebantur, & Græcè quidem ab iis esse usurpata, non equidem Dodwellus inficiatur. Si etiam credidè hęc ab *Apostolis* profecta, *Matthæo* certè (quicquid jam sit de *Lingua* quâ primùm scripsisset) & *Johanne*, cætera ab *Apostolicis* viris, *Marco & Lucâ*; an verisimile est hęc ipsa promiscuè habuisse viros *Apostolicos*, cum *apocryphis* iis *Evangeliiis* vel *Historiis* quæ se prodidissent admodùm nuper, dudum imperante *Traiano*, ut fatetur Dodwellus?

Nam eoufque *Ecclesiam* fuisse *virginis* instar, *καὶ ἄνευ καθαρῶς & ἀδιαφθοῦς*, *Hegesippus* apud Eusebium. An tantùm tribuerint suppositis nominibus *Petri, Andrea, Jacobi Minoris, Philippi, Bartholomæi, Thaddæi*, aut *Apostolorum* in communi, sicut & *Evangeliiis secundum Hebræos, Ægyptios &c.* vel tot rerum commentis, ac tabulosis narrationibus, etiam mutilationibus, pro ingenio vel hypothesebus *Ebionæorum, Nazaræorum, Gnosticorum*, aliorumque qui sub larvâ *Christiani* nominis strenuè imponent, & tantùm non *Judaizarent*? *Nazaræos* certè usos fuisse *Evangelio* quod *secundum Petrum* diceretur, auctor est *Theodoretus* in *Hæreticis Fabulis*. Hinc quod legitur in *Epist. Ignatii Antiocheni ad Smyrnæos* (Ed. Vossianæ p. 3.) dixisse Christum ad circumstantes *Petro* discipulos, *videte ὅτι οὐκ εἶμι δαιμόνιον ὁσώματον*, quod non sum *dæmonium incorporeum*; id *Origenes* *Lib. I. c. 1.* *ὅτι ἄγεχων* dixit extitisse in eo *Libro* qui esset inscriptus *Διδαχὴ Πέτρῳ*. Undè *Ignatio* hęc, & alia id genus, abjudicat *Dallæus* noster. Quamvis *Doctissimus Cestriensis* Episcopus arbitretur, non citari hęc ex *Evangelio*, vel *Petri*, vel *Nazar.* sed ex *traditione ἀρχαίῳ*, ut hęc & alia *Christi dicta in ore vetustissimorum Christianorum fuerint*, qua nec in *Evangeliiis nostris*, nec in aliis ullis unquam scripta. Nec aliundè magis *secunda*, quæ dicitur, *Epistola Clementis Rom. ad Corinthios* suspecta jam olim fuit *vobis*

Euseb. Hist. L. III. C. XXXIX.

Pearl. de Success. R. Pont. P. 33. Euseb. L. III. C. XXXIX. L. V. C. XX.

Iren. L. V. C. XXXIX.

Iren. L. V. C. XXXIX.

Iren. L. III. C. III.

Ibid. C. I. Ib. L. III. C. III.

Dissert. de Success. R. Pont. C. III.

Dissert. I. S. II.

Ibid.

Iren. L. V. C. XXXVII. Euf. Hist. L. V. C. VIII.

Iren. L. III. C. I.

Bar. ad A. XLV. N. XV.

Clemens Alex. Strom. L. I. VI. VII. & C.

Dissert. I. P. 52.

Dissert. I. P. 29.

Euf. Hist. Eccl. L. III. C. XXXII.

Theod. T. IV. de Hæref. L. II. C. II.

Dall. de Libris Supp. L. II. C. XVII.

Vind. Igit. P. II. p. 104.

Differt. I. p. 71.

tare Ecclesia gratiam ac felicitatem. Ipse Dodwellus, nostra Evangelia, & sola, à Justino designari probat, ex verbis Justini, ex locis plurimis ab eo indè depromptis, & ex rarissime immixtis Apocryphis, ut omnino quaternarium numerum accuratissime observant illa Commentaria Apostolorum. Jam si Clemens Romanus, si Polycarpus, si Ignatius Martyr, si Barnabas, si Justinus Philos. quorum alii coevi alii proximi ab Apostolis, habuere nostra Evangelia pro genuinis, veris, authenticis, certè necesse est pro talibus fuisse habita ab ipsa Christianismi origine, vel ut supra Augustinus, ab omnibus Catholicis Ecclesis. Et si demùm circa Irenaei tempora, vel sub Hadriani Imperio, facta fuisset hujusmodi in Ecclesiâ definitio, vel delectus Evangeliorum, scilicet verorum ab apocryphis, sequeretur 1. Ecclesiam hæcenus destitutam fuisse certitudine, circa Canonem suæ fidei, aut veritatem Evangeliorum.

Thef. I.

2. Judicium illud definitivum factum fuisse communi consensu Ecclesiarum, tam in Oriente quàm Occidente; de quo tamen nullæ sunt tabulæ. Nam quæ leguntur in Constitutionibus Apostolicis Libro II. Cap. LVII. de his quatuor Evangelis, falsò aut secundæ huic, aut priori ætati, vel ipsis Apostolis adscribi, convenit inter Eruditos. 3. Non amplius, factò jam delectu, Apocryphis deinceps fuisse locum, quibus tamen v. gr. Clemens Alex. frequenter usus est, & calculum iuum tanquam veris adjecit, ut supra monitum.

Thef. II.

4. Definitionem illam aut discretionem Evangeliorum, vel constitutionem Evangeliorum Codicis, factam esse auctoritate quâdam infallibili, ductu adeò Spiritûs S. Unde Cl. Dodwellus contendit, quosdam tunc fuisse Evangelistas, quorum esset munus proprium, τὸ διαγγεῖλαι κατὰ δὲ νόμον γραφῶν. Item, secundi seculi Patres eadem, quo Apostoli, spiritu afflatis; eadem habuisse spiritûs indicia; eadem Divina illis adfuisse testimonia. Credat ea qui volet. Nec certè persuadebunt, vel Hæreses hæc ætate natæ, & interpolata Evangelia; vel schismata, quale illud inter Orientales Ecclesias & Romanam, inter Polycratem & Victorem, & quidem in quæstione facti de observantiâ Apostolicâ; vel indicia humani spiritûs, & humanæ imbecillitatis, etiam in tradendis vel credendis Apocryphis, & Fabellarum commentis, ut visum supra.

Differt. I. in Iren. p. 72. 84.

VIII. Hinc multa de ipsis illis Evangelis, quæ verè τετραεὐαγγέλιον, tradita fuere, etiam secundo hoc seculo, nec ab Hæreticis solum, quæ omninò sunt secernenda à veris, certis, indubiis. Certa fuere v. gr. quatuor illa esse, undè illud quadriforme Irenæi, & eò alludens Celsus, Evangelia illa esse mutata τετραῖ, τετραχῖ; Sic, eadem ab his Auctoribus esse scripta, id est Matthæo, Marco, Lucâ, Johanne, dicta illa καὶ ματθαίου, καὶ μαρκοῦ &c. non καὶ μαρκαίου, μαρκοῦ &c. (quanquam hæc æquipollean apud Syrum) quod esset εὐαγγέλιον Ἰησοῦ Χριστοῦ, ut disertè Marcus, secundum quod illi digesserant, vel uti per illos scriptum: Sic, Mattheum Apostolum scripsisse omnium primum in gratiam credentium Judæorum; Johannem autem postremò omnium scripsisse; hinc supplevisse (visus probatiffique Evangelis prioribus) quæ in hisce deerant, & quorum ipse memoriam conservasset. Hæc rata apud omnes fuerunt, ut vel ex Clemente Romano, Polycarpo, Ignatio, Barnabâ, Justino Martyre, supra confirmatum. At verò de iisdem Evangelis circumstantiæ quædam dubiæ fuerunt & controversæ, jam secundo & sequentibus seculis; seu defectu Historiæ Apostolicæ, hinc indubitatæ traditionis; seu quod parùm illa ad Historiæ Evangelicæ fidem, aut momentum, attinerent; seu denique astu & pervaciâ quorundam Hæreticorum, quos inter primi Ebionita, tum dicti Nazareni, hinc

Orig. contrâ Celf. L. II. p. 77.

Gnostici, Marcionita, Theodosiani, & si qui alii fuerunt, per quos fabularum & mendaciorum plaustra, quæ bonis aliquando fidem facerent ambiguam. Cujusmodi istud de Matthæi Evangelio, num ab eo scriptum ἐβραϊστί, sermone Hebraico, vel certè linguâ Hierosolymitanâ, id est, Chaldaico Syrove Sermone, ut alicubi Hieronymus; quod Papias, Irenæus, Origenes, & reliqui tradiderunt. Quam sententiam confirmavit obtentus ille Ebionitarum, & qui cum illis conspirarent Nazarenorum, ostentantium sub Matthæi nomine Evangelium Hebraicum, vel Syriacum potius, quod authenticum esse dicerent, & appellatum vulgò fuit κατ' ἐβραϊστί, multis licet partibus interpolatum. Tum enim, id est, Trajano vel Hadriano imperante, Matthæi αὐτόγραφον profectò nullum extabat, ad quod provocari posset: quicquid de Johannis Evangelio Chron. Alexandrinum, τὸ ἰδιόγραφον τῶν εὐαγγελιστῶν ἐν ἐφεσῶν ἐκκλησίᾳ ad sua tempora asservatum memoret, ibidemque adoratum. Sed ubi illud Matthæi Hebraicum latitaverit; à quo fuisset in Græcism primò translatum; quum non aliter quàm Græcè à principio usurparint Apostolici primæ ætatis Viri, Clemens Rom. Polycarpus, Ignatius &c. planè in obscuro latet. Quod enim alii opinati à Jacobo versum, ut Athanasius in Synopsi, vel potius interpretatione declaratum, alii translatum à Johanne Apost. alii à Barnabâ, id hariolando conjectarunt; Papias verò apud Eusebium, Evangelium illud Hebraicum interpretatum esse quemque ut poterat. Quod tamen Hebræis scriptum esse voluere; undè si minus eâ ætate ab iis intellectum, si interpretati ut quisque poterat, si notior fuit Græcorum sermo, patet non fuisse quod Matthæus illud Hebræicè scriberet. Dicit quidem Eusebius, Bartholomæum ad Indas profectum, ibi reliquisse Evangelium Matthæi Hebraicè literis conscriptum, & illud ibidem reperisse Pantænium, postea Scholæ Alexandrinæ præfectum, ad tempora usque Antonini Caracallæ. Sed qui illi Indi; quando illa profectio, Bartholomæi; quale Matthæi Evangelium, & an authenticum; quibus auctoribus ac testibus ista constarent; Eusebius tacet, & (ut alia plurima) refert per τὸ λέγεται, λόγῳ ἰνδοῦ, seruum, fama est &c. & indè sua habuit Hieronymus. Qui etiam de suo, ut alia plurima, insuper addidit, reversum Alexandriam Pantænium, secum retulisse istud Evangelium, quod Hebraicè literis scriptum erat; quod non habet Eusebius. Fortè illud Evangelium fuit, quod secundum Bartholomæum dicebatur, vel XII. Apostolorum, dictum etiam secundum Egyptios; cujus meminit idem Hieronymus Præf. in Matthæum, & quod Hieron. variarum Hæresium origo fuit. Ita quod ille in Casariensi Bibliothecâ suo tempore asservatum fuisse dicit, non id de authentico Matthæi Evangelio, sed quale usurpabant Nazareni, in civitate Bereensi Syriæ; quod & Henr. Valesius ad Eusebium observavit. Vel certè translatio fuit ex Græco; qualiter & Johannis Evangelium, Hebraicè translatum, asservatum fuisse Tiberiade in Judæorum Gazophylaciis, refert Epiphanius. Mirari verò subit, cur Isaac Vossius, qui Græcam Bibliorum Versionem à Christo & Apostolis usurpatam censuit, eisdemque Græcè locutos, alibi sentiat eos, qui Mattheum Græcè scripsisse volunt, omnium Patrum, omniumque Ecclesiarum testimonia conculcare. Nempe ἐξ ἀμπετείας & ἀνολοκῆς expressum hoc Vossio fuit, odio Job. Ligstovis, qui Hebraicè vel Syriacè scriptum hoc Evangelium fuisse pernegarat.

Marc. I. I.

IX. Ita retulerunt, Barnabam Matthæi Evangelium accepisse ab ipso Matthæo, sed scriptum manu Barnabæ, idque repertum sub Zenone Imp. in Cypro Insulâ, in sepulchro Barnabæ, supra pectus ejusdem, apud Theodorum Lectorem in Colletaneis.

Hier. contr. Pelag. I. III. sub init.

Chronic. Pasch. Ed. Canon. P. 5.

Euseb. Hist. L. III. c. ult.

Lib. V. Hist. C. X. Hieron. in Pantæno.

Hieron. Lib. III. contra Pel. T. II.

Notis ad Lib. V. C. X. Hæres. Hæres. xxx. Ebion.

Præf. in App. ad Libros de Job. LXX. Interp.

Etaneis. Quod alii dixere esse Evangelium Marci, quod Constantinopolim delatum sub Zenone, in Palatio repertum fuit, & quotannis legi solitum in feriâ magna ante Paschali, ex Menæo Græcorum a. d. xi. Junii. Idque scriptum post mortem Barnabæ voluit Alexander Monachus in Encomio Barnabæ, apud Surium a. d. xi. Junii. Adeo plera fabulis sunt Menæa Græcorum, & monumenta id genus quinta, sexta &c. ætatis. Ac simile putamus illud de Matthæi Evangelio quod apud Indos reperisse dicitur Pantænus. Rursus quo præcisè anno Matthæus primò, dein Marcus, Lucas, animum ad scribendum adjecerint, non vel ab iisdem traditum, vel certâ fide ad posteros transmissum. Quanquam de eo ferè conveniant, Mattheum scripsisse Evangelium in Judæâ, ante dispersionem Apostolorum, quæ, non certè diu postea, Concilium illud Hierosolymitanum (de quo Act. xv.) excepit. Quâ de re nos in Hist. Ecclesiasticâ, quæ jam sub prælo sudat. Ita in quæ porro loca Matthæus delatus sit, ubi martyrium passus, de eodem alia, quæ passim in Clemente Alex. Pseudo-Dorotheo, Metaphrastâ, Nicephoro legas, qui postremus ad Anthropophagos pervenisse dicit, inter traditionum incerta aut vana reponimus. Rursus certum, Marci, Luca, ut & Johannis Evangelia, eaque integra, fuisse à primordiis apud Apostolorum Ecclesias, & universas quidem; ab initio sua Editionis stare his auctoribus; illis Ecclesiarum Apostolicarum auctoritatem patrocinari; & quæ in hanc rem plura, luculentè contrâ Marcionem Lucæ interpolatorem Tertullianus. Ita cur ea quæ ab uno Evangelistâ essent prætermittenda, puta à Mattheo, quæ nempe Luca primis Capitibus memorantur, à Marco, quæ Bethlehem gesta, unâ cum Genealogiâ Christi, &c. cur eadem ab aliis Evangelistis suppleri voluerit providum Numen, rectè explicuit & declaravit Epiphanius adversus Alogos. Nec dubium, vidisse Johannem Apostolum quæ ante se literis de Christi Historiâ Matthæus, & reliqui, tradidissent. Undè ejus de multis silentium, suppletis ἀναγκαίως κηρύγμασι, necessariis quibusdam, quorum ipse memoriam apud se, & Ecclesias Asianas, conservasset, prædicationibus vel dogmatibus, quæque facerent ad Ebionis & Cerinthi blasphemias arguendas. Sic Lucam non nescivisse quæ saltem essent à Matthæo scripta, certò colligitur ex ipso Exordio Evangelii. Non modò is, πολλὰς ἐπιχρησάσας, multos tenuisse (pio studio, fide optimâ,) ἀναγκάζει in ordinem disponere, quorum plena fides ab Apostolis esset facta; nec enim ad Pseudo-Evangelia, sed pios quorundam conatus respexit: sed prætereâ, tradidisse jam (scripto) τὰς ἀπ' ἀρχῆς αὐτῶντας, ab initio omnium testes ac spectatores, primosque Verbi Evangelici administratos, Matthæum certè, si non etiam Marcum. Hoc fonte, accedente supernâ revelatione, ait se quoque Christi historiam certo ordine & cohærenter scripturum. Et sanè ignorare non potuit, quod (omnium Veterum calculo) jam erat Judæis consignatum à Mattheo Evangelium, sive jam Hebraico, sive Græco sermone, ut de Marci illo nihil dicam. Scripsit enim Lucas post adventum Pauli in Urbem, cui comes perpetuus fuit, id est, Neronis minimum viii. vel ix. Christi lxi. vel lxi. si non postquam Româ, vel postquam à Paulo, discesserat. Jam è Palæstinâ & Hierosolymis profectus is, unâ cum Paulo, Romam fuerat; in Palæstinâ diu versatus, & in Syriâ quoque, Antiochenus ipse, hinc Discipulus & sectator Apostolorum. Quo tempore extitisse jam Matthæi Evangelium, scriptum Judæis Palæstinis, in confesso est. Quare assentiri non possumus Clar. Dodwello, affirmanti, planè alios Evangelicæ Historiæ scriptores à Lucâ visos, à nostris quos habemus Evangelicæ

liis, nempe scriptores Apocryphos. Nec persuadet ratio, quam addit Vir Doctus, à Genealogiâ Domini, quam ita contexuit Lucas, ut certè non viderit Nam Matthæi, cum quâ nihil commune habet. Imò quî altera alteram non destruat, dum Maria genus, quod erat à Matthæo tacitum, à Lucâ suppletum fuit, jam fusè ab aliis, & Parente nostro, demonstratum. Ac visum Lucæ omninò fuisse Evangelium Matthæi, cùm alia probant, tum illa Luc. i. ii. quibus quæ omiſsa à Matthæo prioribus Capitibus distinctius refert; de cætero consentiens in plerisque, nec quoad res tantum, sed & verba, ut rectè Hugo Grotius, & Harmonici scriptores.

X. Hactenus quæ de Evangelicæ Historiæ scriptoribus in genere certius constant. Sed miscuit insuper succedens ætas, in iis quæ facti sunt, vera falsis, certa dubiis vel apocryphis. Hinc de Evangelistis reliquis, qui Mattheum exceperunt, multa fuisse in Traditionum obscuris, vel certè commentis. Ac de Marco Evangelistâ, undè lux ferè reliquis; & de quo controversa non pauca, placet hic paucis commentari. Equidem Marcus in scribendo Evangelio Matthæum excepsisse non abs re creditur. Quanquam an ὁὐδὲς μὲν τὸ ματθαῖον ἰλλῖν post Mattheum, ut habet Epiphanius Hæresi LI. A. Num. 7. logor. æquè dubium sit, ac quod alii scripsisse Marcum Anno ab Ascensione decimo, ut postea. Prius autem, præter unanimum ferè consensum Antiquitatis, & Codicum MSS. fidem, ac Marci cum Matthæo in plerisque consonantiam, suadet illud Irenæi, Lucam adjecisse plurima, & magis necessaria, quæ in utroque Evangelistâ defuissent. Et Libri ejusdem i. Capite, ut quoque citat Eusebius, describens ordinem Evangeliorum, Lucam sectatorem Pauli tertio loco recenset Irenæus. Quanquam aliter Clemens Alexandr. in Libris τῶν πρότυπων, apud Eusebium, περιεγραφοῦν ἐλεγον (scilicet οἱ ἀνέκαθεν πρεσβύτεροι) τὸ εὐαγγέλιον τὸ ἀεὶ ἔχον τὰς ἡραολογίας, dicebant vetultiores Presbyteri, ex Evangeliiis prius scripta esse illa quæ Genealogias Christi continent, Matthæi nempe illud & Lucæ. Sed Seniorum illorum non pauca, quæ ab iis acceperat Clemens, exeunte secundo vel ineunte tertio seculo, inserta libris Hypotyposeon, & excerpta Eusebio, postea Photio, Clementem fefellerunt, detestissimum quandoque Apocryphis, nec semper sibi constantem, vel ex Excerptis Eusebianis. Ac fuisse eos presbiteros discipulos Apostolorum, aut qui ex iis didicissent, aliàs presbiteros, vel ἀντίπλους, precariò dixerint. Sed & nuper Clariss. Dodwellus in Irenæum, Juniores S. Martini ex eo conjectat, quod Lucas eo scripserit Anno Evangelium, τὸ πρῶτον λόγον, quo Ἀβὰ terminavit Apostolorum. Sed hæc scripta constat post expletum biennium, de quo Act. xxviii. 30. imò post reditum Lucæ in Achajam, ut censet Hugo Grotius, & post Pauli excessum, quem nunquam deseruit. Annus qui detestiam illam ὄλλω excepit, fuit Neronis ix. Christi Vulg. lxi. putante ipso Pearsono, & demonstrant rationes nostræ Dissert. de Ærâ Convers. Paulinæ. Si autem rationibus Eusebii, Hieronymi in Catalogo, aliorumque in Veteribus, locus, quibus adstipulantur Usserius, Blondellus, & plerique, excessit Marcus Anno Neronis viii. scripto dudum à se Evangelio. Sed immediatè à discessu Pauli ex Urbe scripsisse Acta sua Lucam, non constat. Licet ibi terminarit Historiam, quoniam ea Ἀβὰ, sicut ipse viderat, composuit, ut Hieronymus de Scriptore in Lucâ. Imò jam vulgata fuisse Pseudo-Evangelia, quo tempore Lucas animum ad scribendum adjecit, ipse Vir Clariss. insert ex verbis Lucæ Luc. i. 1. 2. dum ab ἀντίπλους sua accepisse sese profitetur, non verò Auctores visorum à se Evangelicæ

Sect. i. Cap. viii.

Niceph. Hist. L. ii. C. xli.

C. Marc. L. iv. C. v. &c.

Epiph. Hæz. li. Alog. N. iv. v. vi.

Dissert. i. P. 68. 69.

Dub. Euang. P. i.

Adv. Hæz. L. iii.

C. xiv. Euseb. L. v. C. viii.

Euseb. L. vi. C. xiv.

Phot. Cod. cix.

Diff. i.

definitos eo subsidio. De quo jam supra. Fateor e-
quidem, in vetustissimis nonnullis Euangeliorum
Codd. MSS. qualis est Codex Græco-Latinus quo
usus Beza est, *Johannem* subnecti *Matthæum*, non
Marcum, imò verò & hunc *Luca* postponi, quar-
to inter Euangelistas loco. Cujus Codicis aucto-
ritate inductus Beza, censuit post *Lucam* scripsisse
Marcum. Sed uni Codicis, è Græciâ olim allato,
eidenique Græco-Latino, longè sanè inferiori æ-
tate Irenæo, opponuntur Codd. longè plures, &
vetustissimi quidem, in Bibliothecis Regiâ Chri-
stianiss. Colbertinâ, Mediceâ, aliis, quibus *Matthæo*
subjicitur *Marcus*. Nec profectò *Johanni*
datus est post *Matthæum* locus, habitâ ratione
temporis, sed dignitatis Apostolicæ, & *αὐτοψίας*,
dùm *Marcus* & *Lucas* audirent modò Apostolorum
vel *αὐτοπλῶν* discipuli. Nec ea dispositio facta est
à primis Collectoribus Canonis, sic enim invariata
mansisset, diffundenda per omnes Codices. Igitur
Lucæ *Marcum* postposuere Amanuenses illi, qui-
cunque fuerint, seu ex traditione de quâ modò u-
nus *Clemens Alexandr.* seu veriùs quod *Lucas* pro-
lixior longè *Marco*, ut hic omnium est in scribendo
brevissimus, & *Epitomator* à multis habitus, certè
Augustini ætate, quâ de re infra.

XI. Porrò Euangelista *Marcus*, discipulus *Pe-
tri*, etiam *Interpres* dictus, idemne sit cum *Johan-
ne* cognomento *Marco*, socio & consobrino *Barna-
bæ*, Actorum XII. & XV. qui etiam aliàs *Marcus*
simpliciter appellatur, *Pauli* idem comes, & *σωεγ-
γός* paulo antè hujus martyrium, à multis ambigir-
tur. Affirmavit quidem *Hieronymus*, *Commen-
tario* in *Epist.* ad *Philemonem*, negavit ex non-
nullis Veterum *Cæsar Baronius*, etiam *Hugo Gro-
tius*, & recentiores ferè. Nec sola negandi causa
fuit, quod Euangelista dicatur tantummodò *Mar-
cus*, missò nomine *Johannis*, quod & locum habuit
in *Paulino* illo *Marco*. Præcipua videtur ratio,
quod *Marcus* Euangelista sedisse constanter *Alex-
andriæ*, atque in *Ægypto*, *Lybiâ*, *Pentapoli*
(*Barca* vocant Arabes) prædicasse traderetur, sal-
tem ab Anno *Claudii IX.* juxta *Batricidem*, idem-
que passus Anno *Neronis VIII.* *Ætæ* Vulg. LXII.
vel LXIII. ut *Eusebius* in *Chronico*, *Hieronymus*
in *Vitâ Marci*, *Isidorus* in *Martyrologiò*. Imò
Eutychius in *Originibus Alexandrinis*, passum esse
Marcum Euangelistam Anno *Neronis I.* *Vita Mar-
ci Arabica* edita *Vratislavizæ* Ann. MDCVIII. à *Petro*
Kirstenio, passum Anno *Claudii Cæsaris XIV.*
Anonymus in *Vitâ Marci*, citatus *Seldeno* ad *Eu-
tychii Originès*, passum eundem *Imperante Cajo*;
prouf *Nicephorus*, *Ἡ τὴν Τιβεριῶν Καίσαρος* Euange-
lium annunciasse *Marcum* in *Ægypto*, *Lybiâ* &c.
Unde putarunt, non eundem illum fuisse *Marcum*
qui *Ephesi* *Timotheo* adfuisset, qui adducendus
ab hoc ad *Paulum*, qui superstes ad eò fuerit, quo
tempore scripta est posterior ad *Timotheum*, in
posterioribus *Pauli* vinculis, quod certè non acci-
dit antè *Neronis VIII.* Sed rectè illi sentiunt, qui
omnem istam traditionem de *Marco* *Episc.* *Alexan-
drino*, sub *Tiberio*, vel *Cajo*, vel etiam *Caudio*,
suspectam esse censuerunt; quasi *Ægypto* sic alli-
gatus fuerit, ut non aliò profectus sit. Imò ille
σωεγγός futurus Apostolorum, ut *Barnabæ*, ut *Pe-
tri*, sic *Pauli*; post constitutum (*Alexandriæ*) *A-
nianum* vel *Hananiam*, qui demùm *Eusebio* & *Alex-
andrinis* primus dicitur *Alexandriæ* *Episcopus*, vel
Patriarcha, ut *Eutychio*. Suffragatur nobis *Clariff.*
Dodwellus: *Poterat Marcus, constituto Alexandria*
Episcopo Aniano, aliò Evangelii propagandi causâ
concedere, pro more Apostolorum atque Evangelistarum.
Et certè *Irenæus* disertè; *Marcum*, ea quæ à *Pe-
tro* annunciata erant, per scripta nobis tradidisse, *ἰ-
σχυροῦς ἐξ Ἐξουθενίου, post Petri & Pauli excessum,*

μετὰ τὴν τῶν ἑξοδῶν, ut habet quoque *Eusebius*. *Hist.*
Ruffinus reddidit, post exitum utriusque; *H. Va-*
lesius vertit, post interitum, accusatâ simul teme-
ritate interpolantis verba *Christophorsoni*, sed &
Grotii; nec moratus vel *Fevardentium*, qui ver-
ba illa non expressit, vel *Baronium*, qui omnes mo-
ris adversari *Irenæo*, vel denique *Hug. Grotium*,
qui ad discessionem *Petri* & *Pauli* ex *Urbe Româ* (*Pe-
tri* puta in *Babylonizæ* partes profecti) *Irenæi* ver-
ba retulerunt. Ex quibus apertè satis liquet, ni-
hil esse cur *Marci* plures fingantur, alius Euange-
lista, alius consobrino *Barnabæ*, & alius fortè
Pauli *σωεγγός*, imò cognomento *Aristarchus*, sub-
latâ interpunctione quæ est *Philem.* 23. 24. Quin
veriùs datâ operâ *Spiritus S. Marco*, scripturo
Euangelium, testimonium non unum perhiberi vo-
luit, à *Lucâ* in *Actis* *Apost.* à *Petro* in 1. *Epist.*
& à *Paulo* non semel, tanquam viro verè *Aposto-
lico*. Nec alienum istud ab omni ratione dici de-
buit à *Viro Docto*, in *Vitâ Marci*.

XII. Quod verò habet *Epiphanius* *Her. LI.* quæ
est *Alogorum*, & ex eo *Pseudo-Dorotheus* in *Syn-
opsi* de LXX. *Discipulis*, *Seculi* minimùm *VI.* scrip-
tor, hinc *Nicephorus*, & alii, fuisse *Marcum* u-
num ex iis LXX. qui à *Christo* adlecti fuerunt, ma-
gis dubium, imò falsum. Quicquid jam *Petavius*
ad *Epiphanium*: *Neque verò damnanda est Epiphani*
sententia, dum illum è LXXII. *discipulorum numero*
fuisse narrat. Traditio ex eo nata, quod credere-
tur *Marcus* scripsisse paucis annis ab *Ascensione*,
& *Lucas* eum retulisse inter *τὰς αὐτοπλῆς*. Quin
posterior longè hæc traditio est, illâ *Papianus*
Eusebium *Libro III. Cap. ult.* *Marcum neque audi-
visse Dominum, neque secutum unquam fuisse*, assensus
Hieronymo & aliis. Licet de *Symeone* filio *Cleo-
pæ* *Hegeppus* apud *Eusebium*, eum videri unum
ἑ αὐτοπλῶν ἢ αὐτηκίων & *Κλεῦς*. Undè non à *Christo*
immediatè genitus, non ejus *Discipulus*, non *αὐτό-
μαθῶ* audit *Marcus*, sed *Petri* & *Pauli* *Discipu-
lus*, hinc *filium*, aliis *Interpres*, *φοιτητὴς* vel *ἀκούσ-
θῶ* *Πέτρου*, ut de eo *Clemens Alex.* apud *Euse-
bium*. Ac pari loco habenda est traditio, quo al-
tera de *Lucâ* *Pauli* *ἀκούσθῶ*, eodemque accensito
τοῖς LXX. μαθηταῖς, apud eosdem *Scriptores*. Quem-
admodum & de *Marco* *Euangelistâ* retulerunt *Acta*
Apocrypha MS. Passionis Marci, *B. Marcum jux-
tâ ritum Carnalis sacrificii, Pontificalis apicis Petalum*
in populo gestasse Judæorum; fuisse eum *de stirpe*
Leviticâ, quin ex *Pontifice Aarone* originem duxisset;
quâ de fabella, eadem quæ fertur de *Jacobo Justo*,
alibi dicendi locus fuit. Tacemus *Auctorem Chron.*
Alexandrini, qui ad *A. Christi CIV.* *Trajano* *impe-
rante*, signat martyrium *Marci* *Euangelistæ*, vivi-
comburium passi de 1. *Pharmuthi*, à *Bucolis*, seu
prædonibus qui in *Ægypto*, à loco habitationis, itâ
vocati sunt. Quod & fecit *Dorotheus* in *Synopsi*.
Quæ temporis notatio parùm convenit cum illâ,
passum sub *Nerone*, minùs cum alterâ, fuisse u-
num ex LXX. *Christi* discipulis. Nec defuere qui
hunc *Marcum*, ob *Johannis* alterum cognomen,
putarint eundem cum *Johanne Presbytero* vel *Senio-
re*, quem viderat *Papias*, *Ephesi* sepultum, ac
diversum à *Johanne* *Apostolo*, creditum quoque
auctorem posteriorum *Epistolarum*, & *Apocalypsès*;
ut ex *Dionyfio Alexandrino*, tanquam sagacissimo *Hist.*
Critico; *Eusebius*. In quam sententiam propendit
nuper *Dodwellus*, *Seniorem hunc Johannem, quid si*
Marcum fuisse dicemus? Sed nunquam hic dicitur
Marcus, neque *Petri* discipulus, vel *Pauli* comes,
sed *Johannis* *Apostoli*; idemque *Asianus*, *Ephesi*
sepultus, postpositus *Aristioni* à *Papiâ*, ab eo etiam
visus, à quo multa *audiverit*, atque etiam à *Marco*
Petri *Interprete* omninò distinctus; ut pluribus a-
pud *Eusebium* legere est.

XIII. Quid

XIII. Quidquid ejus sit, constat *Marcum* Verum fuisse verè Apostolicum, in magnâ apud Paulum & Petrum existimatione: dignum adeò fuisse, qui res à Matthæo prolixius enarratas, minùs fervato huic ordine temporis, concisiùs scriberet, dictante veriùs Spiritu S. quam *Petro*, idque in usum Judæorum Alex. idemque in signandis temporibus accuratior. At frustra scripti à Marco Evangelii præcisus annus figitur, qui Eusebio est annus Claudii III. *Æræ* Vulg. XLIII. verè autem XLV. ut hunc signat Baronius, confundens (ut solet) *Æram* utramque. Sic MSS. Codices in Biblioth. Regiâ Colbertinâ signant Annum ab Ascensione *decimum*. Plerique alii annum Claudii IV. *Æræ* Vulg. XLIV. qui illis est ab Ascensione XII. & ita Interpres Arabs Edit. Erpenianæ, Vita Arabica Marci apud Kiristenium, & Volumen aliud Evangeliorum Copticè scriptum, cujus meminit Gastendus in Vita Peireskii, & Seldenus in *Notis* ad Eutyrium. Eutyrius in Originibus Alex. scripsisse *Petrum Apostolum* Evangelium Marci, unâ cum *Marco*, idque tempore *عصر نرون* *Cæsaris Neronis*, seriore jam Epochâ. Chronicon Saxonicon nuperrimè Oxonii editum, *Marcum Evangelistam in Ægypto suum Evangelium scribere* aggressum Anno XLVII. Pari omnes certitudine, & nuper Clariss. Dodwellus, *S. Marcus seu post obitum Petri*, quod dixit Irenæus, *seu non multo antea scripsisse videtur*. Quo etiam factum ut in antiquiss. Codd. MSS. qualis est Cantabrigiensis, Marci Evangelium ultimò collocetur, post illud Lucæ. Nempè tempus scriptio- nis consultò omissum ab Evangelistis fuit, nec scrupulosiùs à veteribus investigatum, seu à primis Christianis, uti nec verus annus Nativitatis Christi, nec Passionis, vel Assumptionis. Unde nihil mirum si hæc in re antiqui Patres magnoperè à se dissenferint, pro diverso ingenio, aut fide tradentium. Concinit Henr. Valesius *Notis* ad Eusebium, *de Sacrorum Evangeliorum scriptione nihil ferè certi haberi, puta quo tempore, & quam ob causam scripta sint*. Hinc prout cujusque tulit hypothesis, hi citiùs isti tardiùs scripta Evangelia tradiderunt.

XIV. In eo consensus est, scripsisse Marcum quum jam extaret Matthæi Evangelium, Marco sanè non ignotum, seu Hebraicum jam illud fuerit seu Græcum. Et rationem adfert H. Grotius; quia spontè *tacuit Marcus* quæ erant à Matthæo tradita, puta de Conceptione ex Spir. S. & Nativitate ex Virgine, ob *Romanos recentes è Paganismo*, qui facile imaginaturi simile quid accidisse cum fabulis de *Alcmena, Ledâ, Danaë, &c.* At verò Matthæi perperam *Epitomator* audiit Marcus. Nempe ob concisiùs scribendi narrandique genus, in plurimis, factâ collatione Marci cum Matthæo; v. gr. in iis quæ de Tentatione Christi refert *Marcus Marc. I. 13.* cum iis quæ Matthæus *Matth. IV.* Nec tamen *contraxisse* propriè Matthæum, multa docent. Primò, initium Historiæ Marci, in quo ne contractè quidem de Christi Genealogiâ, Nativitate, Infantia, quicquam. Deindè, *omissiones* aliæ non paucæ in scripto Marci, quales ex. gr. locorum è Vet. Test. quæ Matthæus produxit *Matth. IV. VIII. XIII.* & deinceps; Parabolarum insignium, quæ leguntur *Matth. XX. XXI. XXV.* Sermonum Christi ad Discipulos, ad Pharizæos, *Matth. V. VI. VII. XVI. XXIII. &c.* Ad hæc *ordinis* frequens in Marco *diversitas*, & circumstantiarum, etiam Nominum, quæ *εὐαγγελιστῆς* pepererunt, & crucem Interpretibus, quâ de re Harmonici scriptores. Tandem in multis Matthæo & prolixior Marcus, ut quæ habentur v. gr. *Marc. I. 40.* de sanatione *leprosi*, quæ *Marc. V. 2.* de accursu dæmoniâci &c. Qui etiam tacita in priore Matthæi Evangelio memorat, ex. gr. historiam *Marc. I. 23.* à Matthæo præ-

termisam & alia *Capitibus I. II. V. IX. XVI.* ut ex collatione liquet. Undè Papias apud Eusebium, nihil eorum prætermisisse Marcum, quæ aliquando audivisset à Petro. Quin nuper Vir Clariss. H. Dodwellus, *Evangelistas à se invicem non visos*, quod tamen conjectare multa prohibent. Nunc verò quod scriptum Euang. Marci tradiderunt A. Christi XLII. Claudii Imp. III. vel IV. ab Ascensione *decimo*, indè ortum omninò est, quod *Roma* scriptum, *antequam Marcus Alexandriam proficisceretur*, ut exertim Baronius, & *Petro* quidem dictante, censuerunt; Petrum verò Romam delatum fuisse A. Claudii II. ipso jam tradente Eusebio in *Chron.* ex sententiâ eo tempore vulgatâ. Quod non modò falsi arguit Chronicon Alexandr. negans divisos à se invicem Apostolos antè Concil. Hierosolymit. *Astor. XV.* sed & diu antè Lactantius Libello de Mortibus Persecut. Hic disertè, *cum jam Nero imperaret Petrum Romam advenisse*; quod amplectitur recentiorum turba in ipsâ Rom. Ecclesiâ, Valesius ad Eusebii Librum II. Cap. VI. Pagius in Criticâ Anti-Baron. ad Annum XLIII. *Æræ* Vulg. Baluzius *Notis* ad Lactant. Papebrochius in Conatu Chronico-Historico ad Catal. Pontificum, plures alii. Quin Eusebius in *Chron.* eodem, Marcum Anno III. *Claudii* Evangelium Alexandriæ annuciare cœpisse. Undè igitur Romæ, eodem Anno, Evangelium à Petro prædicatum aut dictatum exscribens?

XV. Nec his folis absolvuntur quæ de Marci Evangelio falsâ, obtentu auctoritatis quorundam Veterum, habent Baronius & sequaces, & in nuperâ Criticâ Simonius, etiam in Vita Marci Auctores recentis temporis. Ac primò *πλουθύνθη* istud est, Marcum non fuisse nisi *Interpretem Petri*, imò perpetuum *Amanuensem*, ut nuper Clariss. Cave; quorum prius fatetur Irenæus, Papias apud Eusebium, Tertullianus contra Marcionem, Hieronymus non semel, Auctor Synopsèos tributæ Athanasio, & qui plures fuere. Quod ut magis firmarent, dedere & *Interpretem* Paulo, *Titum* nempè, quo vix carere potuerit Apostolus Gentium; cujus adeò Titi absentia *non modicum detrimentum Pauli predicationi attulerit*, ejus verò adventus ingens *solacium & gaudium*. Quò refert Baronius, ex Hiero- Ad nymo ad Hedibiam, verba Pauli 2 *Cor. II. 12. 13.* A. XLV. VII. 13. Sanè istic Hieronymus; Paulum quantunque esset *scientiâ SS. Scripturarum*, & polleret *sermonis diversarumque Linguarum gratiâ*, tamen *divinorum sensuum majestatem digno non potuisse Græci eloquiū explicare sermone*; habuisse ergò *Titum interpretem, sicut & B. Petrus Marcum*. Imò verò, addit Baronius, tanquàm ex Clemente Alexandr. Libro VII. *Strom.* adeò *necessarium* fuisse Petro & Apostolis *Interpretis ministerium*, ut amandato Marco Alexandriam, *Petrus alium fuerit interpretem nactus, nempè Glauciam*. Crederes hæc dixisse Clementem. Atqui eo loco, quem leges pag. 764. disputans contra Edit. subnatas Hæreses, *ὡς τὸς Ἀδριανῆ ἔ βασιλεύς χρο- Παρι- νος, circa tempora Hadriani Imperat.* in iis refert Basilidem, qui *pervenit ad ætatem Ἀντωνίνου ἔ πρεσβυ- τέρου Antonini Senioris*, seu Pii Philosophi. Et hunc Basilidem ait Clemens, *ἐπιγράφεδς Γλαυκίαν διδά- σκαλον, adscripsisse sibi Glauciam Magistrum, ὡς καὶ χροὶν αὐτοὶ τὸ Πέτρος ἑρμηνέα, Petri scilicet interpretem, ut ipsi gloriabantur*. Hoccine est, dixisse Clementem, ex sententiâ suâ, & historicâ veritate, Petrum, amandato Alexandriam Marco, carere non potuisse Interprete, quem nactus tum fuerit Glauciam? Et quidem cum Glauciam, quem Magistrum sibi vendicaret Basilides, ad Antonini Pii ætatem provectum, & quem *Petri Interpretem* fuisse jactabat Hæresiarcha? Ac præter Basilidem, quæ tabulæ Apostolicæ, aut primæ illius ætatis, hunc *Glauciam*

Euseb. L. III. C. XI. Tert. L. IV. C. V.

1 Petr. v.

Tit. I. 4.

Tom. III. Operum.

pag. 57.

Tom. II. Oper. Ath.

A. XLV. N. XXVIII.

Hist. Crit. N. Test. Cap. x. sub finem

ciam Petro *interpretem* adscribunt? Imò qui testes id de Marco tradiderunt, antè Papiam apud Eusebium, hinc Irenæum, & Tertullianum contra Marcionem. Quo jam tempore tot traditiones de Apostolis dubiæ, imo vanissimæ, ut nos pluribus in Diatribâ de Petri in Urbem Romam profectio-

ne. Aliud enim, Marcum Petri *filium* appellari; quod *ἀδελφίδην* gratis reddidit Nicephorus, ex *baptismate filium* Isidorus; aliud, eâ voce innui *Interpretem* sensu Baroniano, vel *amanuensem*. Ut de Tito etiam dixere, quem similiter *filium* Paulus nuncupavit.

XVII. Sed neque mens ea fuit, vel Papiæ, vel Irenæi, qualem affinxit eorum verbis sequens ætas, vel ipse intellexit etiam Hieronymus, responsurus ad Quæstionem XI. Hedibiæ, *vultu sibi ignota*. Nihil illi voluerunt aliud, quàm Marci Evangelium niti pari auctoritate quàm illud Lucæ; narra- seque Historiam quam accepisset Marcus ab eo qui *αὐτόπτης, ἢ ὑπαρέτης ἔ λόγος*, qualis Petrus fuerat, salvâ eâ *πληροφορίᾳ* quæ *ἀναθεν*. Et quemadmodum Marcionitæ Evangelium *Luca*, cui soli infitebant, adscribere solebant *Paulo*, licet à se interpolatum; pari jure, inquit Tertullianus, *Evangelium quod edidit Marcus, Petri affirmari*, cujus ceteri potuit *interpres Marcus*. *Interpres* earundem scilicet rerum, ejusdem Evangelii, quod Petrus vivâ voce Hebræis annunciaverat, sæpiusque confirmaverat, audiente Marco, dùm illi comes in Judæâ & in Ægypto aliquamdiu fuisset; prout *Babylone Ægypti* datam I. Epistolam Petri alias à nobis demonstratum, & post nostra edita adstruendum quoque à Reverendiss. Pearsono in *Postumii*: quum *L. Cappellum, Hierosolymam* figuratè à Petro dictam *Babylonem*. Non profectò quasi *ex ore distantis* Petri excepisset suum Evangelium Marcus; explodente hunc sensum ipso Valesio, *Notis* ad Eusebium.

Quicquid Auctor Synopsæ tributæ Athanasio, *ὑπαγορεύθησαν ὑπὸ Πέτρος*, & quidem *ἐν Ρώμῃ*, vel ut Hieronymus ad Hedibiam, compositum esse *Petro narrante, & Marco scribente*. Omnium minimè, quasi Petrus Græcè nescius, Hebraicè tantùm vel Syriacè doctus, opus habuisset Interprete; adeò ut absente Marco etiam adscivisset quendam Glau- ciam, ut nugatur Baronius. Imò hic quoque, Marcum *functum fuisse munere Interpretis*, in transferendâ ex Hebræo priore *Epistolâ Petri*. Quod & Simonius probat in Historiâ Criticâ, *Petrum & Apostolos non satis gnaros Græci sermonis*, opus habuisse *veris Interpretibus*, qualiter *Marcus interpretis Petri audiit* apud Veteres. Ad quid igitur donum linguarum, Apostolicum Charisma, quo primus eminuit Petrus *Act. II.*? Et ubi Originalia illa Petri, quæ Christianorum nemo unquàm vel usurpavit, vel interversa planxit? Aut fortè Marcus minùs & ipse Hebræus fuit, certè Judæus gente, *ἑβραίων* magis quàm *ἑλλήνων* pariter ac Petrus: Latino licet cognomine *Ἰουκλιθεὶς Μάρκος*, qui alias *Johannes*, ut nos suprâ, veriùs quàm *Mardocheum*, unde factum sit *Marcus*, vanâ Grotii conjecturâ; forte ut ex Jesu Jason, ex Lucillo Lucas, aut ex Malcho Perphyryus, ex Irenæo Pacatus apud Suidam, vel ex Saulo Paulus. Et quidni tandem Petrus Apostolus æquè natus fuit *ἑλλήνων*, ac Marcus ejusdem *filium, vel discipulum*? Quare Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiast. in *Marco*, hunc scripisse Evangelium *juxta quod Petrum referentem audierat*, sæpius commemorantem de Historiâ Christi, quæ postea scripto Evangelio digessit vir *ἑσπερίων*.

XVIII. Nec saniora illa sunt, quicquid scripserit ad Hedibiam Hieronymus, de Paulo Apostolo adeò egente Interprete, ut Titi absentia *non modicum detrimentum adferret ejus prædicationi*. De Paulo,

inquam, Tarsensi educatione, apud quos vernaculus sermo Græcus fuit, imò qui Tarsenses studio literarum, disciplinarum, ἢ ἑ λόγων philologiæ omnis, dicuntur *ὑπερεβηκέναι ἢ Ἀθλίως ἢ Ἀλεξάνδρῳ*, apud Strabonem; & in quibus Athenodori duo, Artemidorus, Diodorus, Diogenes Tragicus, & Grammatici id genus insignes, ac Poætæ benè multi; ut etiam Roma esset *τῶν φιλολόγων μετῆ*, teste eodem Strabone. Adde eò absurdus hæc dicta esse de Paulo, quod *dono linguarum* idem instructissimus fuit, adeoque *ἑμμελῶς γλωσσῶν* professus apud Corinthios, gratis Deo actis, loqui se *omnium Gentium linguis* quæ inter eos versarentur. Nempè Hebræus sermone Hebræis, Græcus Græcis, Romanus Romanis. Undè tot Græcæ Pauli Epistolæ, *μαθόντες πολλὰ χάριμαία*, & versati in lectione Arati, Menandri, Poëtarum id genus; uti & conciones ab eo habitæ sunt ad Corinthios, quos inter diu versatus, ad Gallionem Proconsulem, ad Athenienses, Macedonios, Creteneses, Ephesios, Romanos, quales & Felix, Festus, &c. Et hic opus habuisset Tito, aut simili Interprete? Paulus vernaculo sermone minùs exprimeret potuisset animi sensâ, quàm Titus? Et absque Tito, divinorum sensuum majestatem non potuisset *Græci eloqui explicare sermone*? Aut hæc fortè causa fuit vel impatientiæ in Paulo, pro reditu Titi; vel accepti gaudii ac solatii ex ejusdem adventu *2 Cor. VII. 13.* Imò impatiens Paulus cognoscendi ex Tito statum Corinthiorum, recreatus verò horum literis, & accepto ab iis solatio, ac nuncio per eundem Titum allato; in specie lætus ex Titi gaudio, quem peramanter Corinthii fratres exceperant. Denique cur *Tisim* potius interpres Pauli quàm *Lucas*, qui diutius adhæsit Paulo, *semper Paulo junctus & inseparabilis*, ut Irenæus *Libro III. ex Pauli ultimâ ad Timotheum 2 Tim. IV. 10. 11.* Undè & *Lucas* Interpres habitus Epistolæ ad Hebræos, non Titus, quo jure diximus olim in nostro Tractatu de Auctore Epist. ad Hebræos. Absurdior multo idem Baronius est, qui ut difficultates, quas prævidit, eluderet, (falsus tandem Apostolos *nihilominus Græcam linguam eâ facilitate quâ Hebræam pronunciasse*), aliud commentum excogitavit. Nempè Apostolos, cum Gentibus Evangelium prædicarunt, *non aliis usus esse Linguis quàm quibus Genes illa uterentur*; hinc si adessent *Auditores* qui eum sermonem penitùs ignorarent, aut *si capere difficultia* locuti essent Apostoli, *tunc desiderari visum officium Interpretis, vel Interpretis fuisse eadem explanare*. Quasi verò non ipsi Apostoli accommodarint sese quorumcunque auditorum linguæ, & captui, nec ipsimet *interpretari vel explanare* valuerint *capere difficultia*, dono utroque instructi, & *linguarum, & interpretationis!* Neque vel Papias, vel Irenæus, vel Clemens Alex. vel Tertullianus, ista unquàm somniarunt, ut frustra horum se auctoritate tueatur Annalium scriptor, in specie Clementis Alex. Commentario in *1 Petri*, Latino illo scil. inserto Bibliothecæ Patrum, deperditis Græcis.

XIX. Ambiguum verò est illud Rich. Simonii in Criticâ N. T. *Evangelium Marci* non continere nisi *collectanea ex Prædicationibus Petri*, tumultuario scil. ordine, ut illi memoria suggestit; quod & de reliquis Evangelistis censet. Quâ ratione inscribendum veriùs fuerat Evangelium Marci, *τὸ ἑ Πέτρον Εὐαγγέλιον, Evangelium Petri, vel secundum Petrum*. Quale Euang. *ἑ Πέτρον* magni fiebat, jam secundo seculo, à *Docetis* Hæreticis, de quibus Clemens Alex. & post eum Eusebius, qui nempè Christum *ἐν δοκίμῃ* tantùm seu *opinione* incarnatum & passum crederent, & quorum princeps habitus Julius Cas- sianus, Valentini Discipulus, *ἑξαρχῶ τῶ δοκίμου* apud Clem. Alexandr. imperante adhuc Marco Aurelio.

Geogr. L. XIV.

1 Cor. XIV. 18.

2 Cor. II. 12.

Cap. XIV.

Tom. I. C. X.

L. III. Strom.

relio. Erant isti ἀσκήσαντες τὸ τὸ εὐαγγέλιον, ἀσκήσαντες exercitatione versantes illud Euangelium; unde falsa multa ejus Euangelii coarguit Serapion Episcopus Antiochenus, adversus Marcianum Cassiani sectatorem, ἀπελίγμων τὰ ψευδῆς ἐν αὐτῷ εἰρημῶν, ut disertè Eusebius. Qui Serapion jam sub Commodò floruit, ex Hieronymo, & Prosperi Chronico, aliisque, suppar Melitoni, Pantano, Irenæo. Aliter nominat Serapion, in Fragmentis, τὸ ὄνομα Πέτρος εὐαγγέλιον ἰνσκριπτὸν nomine Petri Euangelium, Eusebius similiter, τὸ π̄ Πέτρον ὀνομασμένον εὐαγγέλιον, Origenes Comment. in Matthæum, τὸ ἐπιγεγραμμένον κατὰ Πέτρον εὐαγγέλιον. Sic Theodoretus in Hæret. Fabul. Lib. II. Cap. II. dicit, Petri Euangelium aliquando nuncupasse illud quo uterentur Nazarenis. Nec idem demùm confictum à Julio Cassiano, siquidem hæc δοκίμων aliis φαντασιώσων Hæresis propugnatores jam habuit Simonem, Basilidem, Valentinum, Marcionem, nata ea jam tempore Johannis, quando negarent Christum ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα I Job. IV. 3. Sic alio nomine dici debuisset hoc Euangelium Marci, si id ex prædicationibus Petri collectum, τὸ κέρυγμα Πέτρος, quùm æquipolleant fatente Simonio, κέρυγμα & εὐαγγέλιον. Undè Liber Apocryphus hoc nomine, memoratus Eusebio, & Clementi Alex. quo jam utebatur Heracleon Valentini γυνέμου familiaris, apud Origenem Comment. Græco in Johannem, qui adeò Liber extabat jam tempore Irenæi, ut rectè Eruditiss. Dodwellus. Vel potiùs, juxtâ Simonii mentem, fuisset hæc inscriptio Euangelii S. Marci, ἐπιδομή π̄ Πέτρον κηρυγμάτων, Epistolis Prædicationum Petri; qualem supposuit Clementi Rom. non Marco, recentior aliquis Impostor, & cujus jam meminit Ruffinus Interpres, & quoque Pseudo-Epistola Clementis ad Jacobum Fratrem Domini: quam ipsam è Græco in Latinum sermonem idem Ruffinus transtulit, ut testatur Præfatio in Libros Recognitionum seu Ἀναγνωρισμῶν, & de quo fusè Blondellus in Pseudo-Isidoro, ad Clementis Epist. I. doctissimâ Censurâ. Sic & Petro fuere tributa alia apud Eusebium, ut Πέτρος περὶ ἐξέτης, Ἀβν̄ Petri, Ἀποκάλυψις, Revelatio Petri, ab hominibus maleferiatis, qui auctoritatem primi Apostolorum obtenderent. Quo autem sensu Irenæus, Papias, Tertullianus, Marcum Euangelistam Petri Interpretem dixerint, suprâ monitum. Factumque præcipuè est in oppositione ad Marcionem & sectatores, qui uni Euangelio Lucæ insistentes, ut restatus jam Irenæus, Luca digestum Pauli appellarent, discipuli Euangelium Magistro tribuerent, ex Tertulliano contrâ Marcionem. Hinc Catholici, Marci Euangelium pari jure Petri affirmari, cujus fuisset interpres Marcum, uti sectator, & filius I Pet. V. 13. Undè anquisitum postea, an Petro dictante, quod jam seculo IV. affirmatum, ex Synopsi Script. S. in Operibus Athanasii; an Petri jussu, ad petitum Romanorum, quod alii; an Petro nec prohibente, μὴ κωλύοντες, nec ut fieret πρόρεψαμῶν, ut Clemens Alex. apud Eusebium; an verò ἰνσκιο Petro, scriptionem aggressus sit, seu vivente Apostolo, quod innuit Clemens, seu mortuo, quod innuunt verba Irenæi. Ac probat Petavius Notis ad Epiphanium, omninò ἰνσκιο Petro scripsisse Marcum Euangelium suum.

XX. Jam verò operæ pretium foret exquirere, an Marcus Euangelium suum in Italiâ & Roma scripsit, ut post Papiam, certè post Clementem Alex. de quibus Eusebius, veterum plurimi, ipse Gregorius Nazianzenus Orat. XXV. Ita in Muhammedanis Historicis Abu Walid Muhammed, citatus Seldeno; in Arabibus Eutychnus Alexandrinus, in recentioribus, præter Baronium ad A. XLV. & sequaces, ipse Samuel Petitus in Variis Lectioni-

bus, & Joh. Seldenus Commentario in Eutychni Eutychni Origines Alexandr. ut mittam alios. Hinc alterum illud, scripsisse (si Diis placet) Latine, Linguâ Romanâ, Occidentali, qualis usus in Urbe Româ; & ita vertit Seldenus illud, subjunctum Marci Euangelio Arabico, بالرومي vel الروميه Romanè, id est Latine. Quod alii vertunt Græcè, alias بالرومي Jonicè, de linguâ quæ tum erat Romana, vel Francorum, ratione Ditionis & Terræ, quam Seld. usitatè Orientales الروم Romaniam, ut Græciam Romanam, quandoque plagam Occidentalem vocant, vel Francorum, quia regio ad Europam spectavit, ad Occidentem, ac sub Imperio Romano fuit, vel sub Novâ Româ. Sed Seldenus disertè dicto loco; Latine autem scripsisse Marcum, testimonia quidem sunt obvia, uti & Euangelium tam Petri quam ejus (Marci) esse dictum. Cujus vanissimæ traditionis non alia origo, quam ex illo Papiæ apud Eusebium, hinc Clementis Alex. etiam Tertulliani, Marcum fuisse Interpretem Petri, uti ἀκόλουθον, & quæ audivisset a Petro memoratâ retinuisse, post scripto mandasse. Hinc, ut crescere traditio solet, creditus Marcus amanuensius fuisse Petri, dictante Petro, vel eo jubente, scripsisse Euangelium, imò esse hoc Euangelium scriptum à Petro, ut disertè Barricides. De quo jam suprâ, quantum satis fuit. Hinc nil Eutychni supererat, quàm ex hypothese principem Apostolorum fundasse principem Ecclesiam, Romanam scilicet, scriptum illud fuisse Roma, & linguâ Latine quidem. Et ita exertim lacinia assuta ad Versionem Syriacam Marci, quod locutus est & annuntiavit Latine in Urbe Româ, Ἀποστόλος ἰνσκιο ἰνσκιο. Hypotheseôs vanitatem fusè expendimus in nostrâ Dissert. Historicâ, An Petrus fuerit Roma. Subrue fulturam, cætera quæ superstructa ruinam patiuntur. Ipse Nazianzenus, qui Marcum in Italiâ prædicasse, & scripsisse censuit, tamen Græcè consignasse Euangelium supposuit. Et ex Latino Marci nomine absurdè inferre istud alii, Latine scripsisse. Chrysostomus verò ne illud quidem probavit, scripsisse Marcum Romæ, aut rogatu Romanorum, sed ἐν Αἰγύπτῳ ἰν Αἰγύπτῳ, ad instantiam Discipulorum, π̄ μαθητῶν παρακαλεσάντων. Itâ Chronicon Vetus, nuper editum Oxoniæ 1692. Marcum in Ægypto scripsisse Euangelium suum, in Matth. A. XLVII. ibidemque defunctum Alexandriæ An. p. 3. T. II. LXIII. Itâ imitatore Petri fuisse Marcum, idem Chrysostomus aliâ Homiliâ, nempe τῇ βραχυλογίᾳ. Et certè Irenæus, ut supra visum, scripsisse Marcum post Petri & Pauli ἔξοδον, sive jam exitum reddas, quæ vox eleganter pro morte, sive excessum, sive etiam ἔξοδον discessum ex urbe Româ. Nam Petrum sub Nerone fuisse Roma, existimatum jam tempore Irenæi; & legimus Paulo adfuisse Marcum, in Romanis vinculis prioribus, quum daret Epist. ad Colossenses, ad Philemonem; post quæ Româ discessit Paulus, & quoque Marcus, Anno Neronis circiter IX. Hinc non absimile vero est, Marcum inde in Asiam concessisse ad Timotheum, postmodum constanter egisse in Ægypto, ubi scripsisse Euangelium Chrysostomus & alii. Itâ Lucam verisimilius scriptioni vacasse, post Pauli ἔξοδον, sive excessum, ultimo Neronis anno, qui Lucas ad extremum usque Paulo individuus comes adhæsit, ut testatur II. ad Timotheum. Nec sic turbatur ordo Euangeliorum, quo Marcus post Matthæum scripsisse censendus est, tum Lucas.

XXI. Porrò Marci itinera & labores in Ægypto, Lybiâ, aliisque Africæ partibus, Metaphrastes & alii repræsentant, ubi vera Apocryphis permixta. Certè Babylone Ægypti fuisse, quum I Epist. Petrus conscriberet, alibi prolixè à nobis demonstratum. At verò Marcum in Ægypto & Alexandriâ auctorem fuisse Βίβλ̄ Θεωρητικῆς ἢ Θεραπευτικῆς, vi-

Hist. L. VI. C. III.

P. 223. Edit. Huertii.

Pag. 60. Dissert. VII. in Iren.

L. III. C. III.

L. IV. C. V.

L. VI. C. XIV.

Hæret. II. Alog.

Euseb. L. II. C. XV. L. III. C. XXXIX. Greg. Naz. T. I. p. 438. Seld. ad

Num. Eutychn. Annal. p. 335. L. Lib. I. C. XII.

P. 154. 161.

xxxv. Thesiv. xv.

Miscell. Sacræ Antiq. Lib. I. 11.

Chryf. Homil. I. in Matth. A. XLVII. ibidemque defunctum Alexandriæ An. p. 3. T. II. LXIII. Ibid. Homil. IV. p. 20.

Col. IV. Phil. 24.

Dissert. de Petro P. IV.

ta contemplativa & therapeutica, de quâ Philo Alex. his se adjunxiffe quos Philo *τοσούτους* nuncupavit, & quidem *Christianos*, jam ex Judaismo converfos, non itâ diu ab Ascensione Domini; eisdemque esse *Therapeutas* Philoni Judæo tantoperè commendatos, nullâ probabilitate assertum. Ita quidem sibi primus persuasit *Eusebius*, post eum *Hieronymus*, qui Philonem scripsisse *Librum de primâ Marci apud Alexandriam Ecclesiâ*, eundemque in nostrorum (Christianorum) laude versatum esse. Accedant *Epiphanius*, Hæresi Nazaræorum, & deinceps *Sozomenus*, *Cassianus*, alique; in Pontificiis Cæsar *Baronius*, sed confutatus à *Valesio* Notis ad *Euseb.* & à *Pagio* in Criticâ *Baronianâ*; in nostris *Thomas Bruno*, Canonicus *Windsor.* speciali *Dissertatione de Therapeutis Alexandrinis*, usque Christianis, quam edidit *Paulus Colomesius*. Nequidem patitur temporis ratio, quum *Philo*, æqualis *Apioni Alexandr.* claro jam sub *Tiberio*, legationem pro suis susceperit ad *Cajum Calig.* sub quo claruit, regnante *Agrippâ*, ut diserte *Photius*. Et sanè *Philonis* tempore novellum & obscurum *Alexandriæ* fuit *Christianorum* nomen, nec *Philoni* usquàm memoratum, uti nec *Marci* uspiam meminit, qui certè tum non fuisset obscurus, ut à quo conversi essent illi *Judæi*, quos tantoperè supicit *Philo*, traducti scilicet à *Marco* ad *Therapeuticæ* vitæ genus. Rectius illi, & inter eos *Photius*, qui vivendi eam normam postea æmulatos, quos *Christiani* *ἀσκητάς* dixere, à perpetuâ *ἀσκήσει* seu *exercitatione* *Christianâ*. Jamque nati illi *Origenis* tempore, opponentis horum *abstinentiam*, scil. *τὸ ἐν ἡμῶν ἀσκητῶν*, & rationem illius *abstinentiæ* ab *animatus*, finem ac fructum, *Pythagoreorum* illi ex fabulâ de *transmigratione* animarum oriundæ. Sed de his aliâs.

Euseb. L. II. C. XVII. Hier. Catal. in Marco, & Philone Jud. Epiph. H. XXI. N. v. Soz. Hist. L. I. C. XII. Vales. in L. II. C. XVII. Pagius ad A. LXII. Caff. de No. 1. Orat. L. II. C. v. Bar. ad A. LXIV. N. XII. &c. Phot. Cod. CIV. CV. Orig. contra Celf. L. v. p. 264.

Bar. T. I. N. XLI.

Ciac. Vi. tra Pont. in Petro.

XXII. Tandem, frivolum est illud *Baronii*, ad Annum *XLV.* *Fersur*, traditione magis quàm *Antiquorum* certo testimonio, ipsum *Marcum* *Euangelium* suum, quod *Roma* *Latine* scripserat, quum *Aquileia* moraretur, missus illuc à *Petro* ad eam erigendam *Ecclesiam*, in *Græcum* transtulisse, ipsumque *Originale*, *Aquileia* diutius asservatum, *Venecias* demùm esse translatum. Pergula *Pictorum*, veri nihil, & ipsemet titubanter, traditione magis hæc ferri, quàm ex ullo certo testimonio. Hinc *Alph. Ciaconius*, & *Veneti* hodieque, asservari authenticum *Marci* in *Thesauro* *Veneto*, & quidem *Latina* linguâ ab eo scriptum, quod ostentari peregrinantibus solet. Nempè folia quædam sunt, formâ in *quarto*, charta *pergamena*, ipsâ vetustate & humiditate exesa, studiose asser-

vata in *pyxide auratâ*, quæ pro *Originali* *Marci* venditantur. At nec vocem *Euangelis*, nec nomen *S. Marci*, nisi divinando, ibi legeris; & *Græcum* eum *Codicem* fuisse probant quædam literæ *majusculæ*, versantibus diligentius observatæ, quæ *Græcæ* sunt, uti vocula *ΚΑΤΑ* utcunque lecta. Et sanè illud de *Marci* *Euangelio* *Veneto* fundatum est in traditione, sive illius *Petri* *Aquilejensis* quem citat *Baronius*, de *Marci* illis in oris *scriptione*, *predicatione*, sive alterâ illâ de *Marci* *Euangelistæ* *Reliquiis*, *Alexandriâ* *Venecias* translatis *Seculo* *IX.* cujus fidem faciant *Tabulæ* *Vaticanæ* & *Traditio* *Venetorum*. Hinc venditatis *S. Marci* *Reliquiis*, & *annulo* quotannis ostendi solito *XXV. Junii*, ipsi quoque *Sedi* *Marci* *Euangelistæ*, ab *Heraclio* *scilicet* donatæ, *patrocinio* denique tantæ *Reip.* *Marco* vendicato, adjungendum fuit ipsum etiam *Euangelium* *Marci*. Qualis sanè vetustissimum exemplar ex *Oriente* advehi potuit; sed quod precariò dicendum fuit *authenticum*, vel ut illi, *Originale* ipsum, tandem etiam *Latinum*. Quasi verò *Judæis* *Alexandrinis*, & aliis ejusdem *Gentis*, in *Ægypto*, *Palæstinâ*, *Asiâ*, & passim *Rom. Imperio* dispersis, ut intelligeretur *Marcus*, idem non *Græcè* sed *Latine* scribere habuerit necesse. Imò verò in *Marco* *ἐπιλωζοντι* puros *Hebraismos* deprehendas; Ut, *μιστε* *eos* *δύο* *δύο*, *justit* *ἀνακλιναι* *πάντας*, *συμπόσια* *συμπόσια*, *facere* *accumbere*, secundum *conviviarum* *classes*; *cur* *Discipuli* *ὑπεπαλάσει* *ambulanti* *secundum* *traditionem* *seniorum*; *ὅς* *ποιήσει* *δύναμιν* *ἐπὶ* *τῷ* *ὀνόματι* *μῆ*, *qui* *faciet* *virtutem* *super* *nominis* *meo*, &c. Sic illud *καθημέρον* *ἐν* *δεξιῶν* *τῆ* *δυνάμεως* *sedentem* à *dextris* *potentia*, ubi *Hebraismus* in voce *δυνάμεως*, pro *Deo* *הַגְּבוּרָה*; non in phrasi *καθημέρου* *ἐν* *δεξιῶν*, quam & *Poetæ* *Græci*, (fortè mutuatam ex *Sacris*) de *Apolline*, & de *Minervâ* *Jovis* *filiâ*, *καθεζομένης* *κατὰ* *δεξιῶν* *ἑ* *Διὸς* *ἑ* *πατρὸς*, ut aliâs observandi locus est. Sic *Marcus* more *Judaico*; erat *ἄρα* *τετῆ*, *ἑκτη*, *ἐνάτη*, *βρα* *tertia*, *sexta*, *nona*, ut nos alibi de *diei* in *IV.* *quadrantes* *distributione*, ex usu quoque *Hebræorum*. Quos sane *Hebraismos* meritò opponas *Latinis* quibuidam vocibus, apud hunc & *Euangelistas* reliquos, sub *Romano* *dominatu*, in *Græcum* inflexis. De *Capite* ultimo *Marci*, certè versibus postremis, à *versu* *IX.* ad finem, desideratis olim in *Græcis* *Exemplar.* *penè* *omnibus*, ut *Hieronymus* ad *Hedibiam*, conciliaturus scilicet agrè cum *Matthæo*, minus hodie controversatur, & vetustissimorum *Græcorum* *Codd.* auctoritate lis ea ferè deciditur.

Marc. VI. 7. 39. VII. 51. IX. 39.

Chronol. S. Part. I. C. XIV.

Hier. Ep. ad Heb. 9. III. T. III.

FRIDERICI SPANHEMII
 MISCELLANEORUM
 A D
 SACRAM ANTIQUITATEM
 E T
 ECCLESIAE HISTORIAM
 PERTINENTIUM
 LIBER TERTIUS.
 QUI CONTINET
 DISSERTATIONES TRES
 D E
 APOSTOLICIS REBUS.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

D. CAROLO LUDOVICO,

D. G. Comiti Palatino ad Rhenum, S. R. J. Archi-Thesaurario &
 ELECTORI, Duci Bavariae &c.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.



Quod luctuosissimo Palatinis Tuis, quorum percussa jacet pectus omnia, Missisque adeo cunctibus infestissimo tempore sustineam hanc opellam, tenuem illam & inconditam, SERENITATI TUAE consecrare, vitio mihi vertent imprudens factum, quoque Te nesciunt, DOMINE. Non modo enim inter acerba curarum, quae Te aliquot abhinc annis sollicitum habuerant, inter cruentas subditorum strages, direptiones urbium, depopulationes agrorum, vicorum incendia, ceterosque impetum incompoti militis, qui in TUAS primum Ditiones ferocissime saevit, idem TIBI vultus, mens eadem fuit, aqua semper rebus in arduis, nullisque frangenda casibus: sed neque intermisisti unquam, ad animi remissionem, levamenque curarum, cum amantioribus, addam & severioribus, Musis, pristinam ac cotidianam consuetudinem. Atque inter ea studia literarum, quibus cum maxime caperis, esse illud prima Antiquitatis, primarumque Christiana rei originum, compertum habui, ex quo in ELECTORALIS TUAE SERENITATIS sacrarium admitti me contigit. Alterum enim res divinas tractandi genus, quod in opinionibus consistit, in pertinaciore studio, aut in praepostero acumine, torsioneque Scripturarum pro cuiusque vel ingenio vel libidine, indignabundus saepe revocare nobis ad animum, tanquam veritati exitiosum, consueveras. Sic enim quae quisque sibi somnia fingit, non infrequenter pro revelatis obrudi, ac pro textu glossas, sic sanum arduis de rebus iudicium improbis ut plurimum affectibus obscurari; sic foveri partium studia, fratrum animos distrabi, scindi in contraria plebes, Scholas in arenam gladiatorum verti, quandoque misceri factionibus Republicam, mundum vero chartis litigiosis atque infacetis impleri. Quod mali haud certe jocularis genus, quae esse Prudentiam soles, quae virtus suam in ELECTORALI TUA SERENITATE veluti arcem extulit, in ortu ipso, ne flammam concipiat, seu in herba opprimendum esse vi majore, jure judicasti semper. Emulatus in hoc Constantini Imperatoris studium, ut primum Arian & Alexandri dissidium erupit, ac postea dum rapacibus flammis altercantium Episcoporum libellos, suffusus his pudore qui ante malevolentiam, prudenti consilio traderet. Ac quantum, DOMINE, pridem consumpsit opera, nihil remittendo vel curarum vel temporis, ut Zenonem Protestantis Germania redderes, & Henoticum admitterent, reducerentque ad concordiam animum, irati Fratres, Ανεφαλοι hoc ipso, quod rei tanta promovenda Caput inter suos desciceret, testis ipsemet aliquantulo fui. Saltem perpetua hinc Palatina cum Academia tum Ecclesia, Tuo sub moderamine, fuere velut balcyonia, quamdiu per hostem externum licuit, nec desino jucundam identidem recordatione redire in praeterita illa lustra, quae tranquillius sub auspiciis Tuis exegi.

exegi. Felicem tunc Heidelbergam, inter pacis juxta & licitarum oia, post redditum TUA Munificentia suum Academia decus, suum literis splendorem, sua doctrina & Doctoribus premia, suam Auditoris frequentiam, honoremque omnem priscum ingenius artibus. Qua sane multorum Principum laus fuit, sed in hoc TUA quadam, & fortassis hodie auius, ex iis qui in excelso vitam agunt, quod ipsemet omnium disciplinarum latifundia vastissima mente complexus sis, nullo magis formidando Magistris quibuscunque examine quam Tuo. Fortunatam quoque Palatinam rem omnem, postquam tricenali bello subversa ac pessundata non surrexit modò, faciente ELECTORALI TUA SERENITATE assiduis ac vigilibus curis, simulque Principis sollicitudinem (quod de Tito Tranquillus) & Parentis affectum praestante, verum & paucorum annorum intervallo diffusum in omnes sui partes vigorem pristinum recuperavit. Non mihi quidem gloriam prima domus usurpare oculis contigerat, at postrema illam, TE Instauratore, & vidi & suspexi. Nec levius esse instaurare quam condere Rempublicam, Politicorum principi verissime observatum. Factum autem illud est, non inter illecebras aut blanda Principatus, sed inter hujus aspera & ingrata, antelucanis assiduisque laboribus, ut non tam Princeps Tuorum, quam Minister viderere. Angusti illi quidem Imperii tui fines, ex quo Avissis Ditionibus ELECTORALEM TUAM SERENITATEM spoliavit temporum iniquitas, sed ut soli fecunditate, ac segetum vitiumque luxurie, sic imperavit cumprimis virtute, animique magnitudine amplissimi, qualiter Spartanorum Imperium supra Persarum illud extulit quondam Agesilaus. Nunc verò postquam tot federatas Vires TU unus invictò animo sustinueras, asserendis DOMUS Augusta juribus, impetum rursus in TUA omnia fecit tuus numerosis phalangibus miles, qui nihil pensi habuit, quam ut tot annorum ac tot vigiliarum operas, Attilano more, ac repentini turbini instar, devastaret. Sed desperandum nihil Tencro Duce, incolumi tanto Moderatore, qui inter maximas tempestates, inter decumanos fluctus calamitatum, navi sua nunquam indormiit, retento firmiter clavo, servatà Regià, defensis Arcibus, hoste non tam copiarum quam consiliorum praesidio haud semel pedem referre jussu. Fiet nempe, DOMINE, quae & vota nostra sunt & auguria, ut perasò deinceps tot bellorum Christianissimo Rege, illachrymato etiam, si modo subirent Regis oculos, tantis erumnis, renascantur cum exoptatissima pace Terris Tuis, solvendis tandem perpetuà formidine, sed TE sospite, Custode rerum CAROLO LUDOVICO, priora illa tempora, ac aurea quadam, qualem vidimus, aui. Fiet ut ex summis malis, ac matorum fortassis opinione citius, emergant Palatina Tempe, ac Campania illa verè Felix, revocatis in agros frugibus, in vites cultura, in praedia colonis, in vicos incolis, in urbes civibus, gregibus in Ecclesias, in Academiam pristino splendore, in Aulam sereniore luce, in bene meritos laborum emolumentis, in vagantem licentiam frenis, in Ordinem denique omnem ac plebem explicità fronte hilarique virtute. Quod ut, propitiis Fatis, quam ocyssimè fiat, egrediatque tandem Palatini fundi calamitas, in rem profectò est nobis omnibus, totique Orbi Reformato: ut adeo in unum concludantur opportunè diem, cum festi clamores quibus, renunciatà Pace, Ditiones TUAE personabunt, tum quaecunque alia faciunt votorum ELECTORALIS TUAE SERENITATIS summam, quae explete CAROLI TUI, Optimi Principis, gaudia, prestare securitatem Palatina Reipubl. Ecclesias Scholasque servare posteritati, spes subditorum adaugere, ac recreare labefactatos tot vulneribus animos, apta nata fuerint. Qua mihi vota non communis modò causa expressit, quae inter se Reformatà cum Republica tum Ecclesia continetur, sed & hereditarius qui me SERENITATI TUAE obligat nexus, fides illi pridem sacramento obstricta, & accepta à me meisque ingentia beneficia, etiam ex quo calum movavi, non equidem animum, ut quicquid propemodum summi muneris omne TUI sit. Sed quamillum est quod SERENISSIMO TUO NOMINI suspendo, ac quam exigua molis atque etiam industria (& pudet & fateor!) quod Sacrum Illi Opusculum esse cupio? Fuit qui τὰ κατὰ κοινῶς, & τὰ κοινὰ κοινῶς nova communi, communia novo dicendi genere tradi preciperes. Ego hic nec admodum nova, qui me pruritus nunquam invasit, nec fortassis etiam, quoad nonnulla saltem, planè obvia, aui familiari oratione singula, prorsusque, ut in talibus accidit, inelaboratà, quamvis non is ego sum, qui ut Suetonius de Tiberio, ex tempore quam à curà praestantior haberi velim. Dicebas ille ad Augustum,

— Sed neque parvum

Carmen Majestas recipit Tua:

Ego ad ELECTORALEM TUAM SERENITATEM, recepturam eam omninò esse parvum hunc Dissertationum Tomum, vel hoc ipso quod memetipsum simul, meaque omnia, devotus offeram, nec Illa nesciat quod

Qui quam potuit dat maxima, gratus abundè est.

Dabam postremi mensis Juliani duodecimà luce, mense dieque SERENITATI TUAE natali, quem ut seri adhuc Nepotes festum agerent, altero annorum Jubilae à TE feliciter exigendo, Deum Opt. Max. supplex venerer.

Lugd. Bat. $\frac{12}{12}$ Dec. A. Christiano
Vulg. cIo Io CLXXVIII.

ELECTORALI TUAE SERENITATI

Devotissimus ac fidelissimus Cliens,

FRIDERICUS SPANHEMIUS F.

DISSER-

DISSERTATIO PRIMA
DE
APOSTOLIS DUODECIM
INSTITUTIS,
ET DE
APOSTOLATU STRICTE DICTO.

BREVARIUM.

Ratio Dissertationis. Ἀπόστολος apud Exoticos de rebus
ipsis. De Personis. Apostoli & Episcopi apud Ashe-
nienses. Apostoli apud Hebræos qui dicti. Christus A-
postolus. Cur Ἀπόστολοι, non Ἄγγελοι. Apostoli aliter
Hebræis. Apostoli Judæorum post Excidium. Patriar-
cha Judæorum. Patriarcha quis in Epistola Hadria-
ni? Patriarcham Judæorum designari probatur. Quo
sensu Apostoli Christo dicti. Apostolorum nomen la-
xius. Jacobus frater Domini quo sensu Apostolus?
Apostolorum nomen quam laxum in N. T. Apostoli
quandoque dicti qui Apostolici. An Apostoli dicti
quatenus Episcopi? Apostolorum nomen quando &
quomodo Episcopis tribui coepit? Usus vocis prima-
rius & eminentior. Apostolorum auctoritas qualis?
Cur Apostoli XII. Considerationes Auctoris septem.
Numerus XII. radix numerorum in Apocalypsi. Se-
narius numerus in Apostolis. Numerus Bestia decla-
ratus. Imitatio numeri hujus duodenarii. Qui ad XII.
Apostolos accesserunt. Apostolatus singularia supra or-
dines reliquos. Primus character Apostolici muneris.
Secundus. Tertius. Auctor Tractatus Theol. Pol. per-
strictus. Apostoli non impeccabiles. Quartus chara-
cter. Idem Auctor expensus. Character quintus. Sex-
tus. Auctor dicti Tractatus Theol. Pol. notatus. Apo-
stoli non Episcopi particulares. An totum Orbem per-
agrari? Character septimus. Quid hic in Apostolis
fuerit singulare. Character Octavus. Nonus. Decimus.
De scribis Barnaba. Character Ultimus.



DE Apostolis disquirimus, quo no-
mine Christianæ Ecclesiæ, post
hujus principem Jesum & ipsum
quoque magnum sui Patris Apo-
stolum, prius nullum est vel an-
tiquius, à quibus adèd profecta
primùm vis fuit Spiritus S. semi-
nata fides, tradita doctrina, dis-

ciplina constituta, sacra descripta, virtutes editæ,
conditæ Ecclesiæ, nationes conversæ, erectum-
que Christi Regnum, ac diffusum Nomen. Quo
magis in tradendâ eorundem appellatione, origine,
numero, prerogativis, occurrunt non pauca, quibus
auctoritas Apostolica vindicatur, Scripturæ decla-
rantur, Antiquitas illustratur, Juniores erudiuntur,
coarguitur cum suis Roma, ac præstigiæ recentio-
rum hominum deteguntur.

II. Principio nomen *Apostolorum* quod attinet,
πολύσημον est illud Ἀποστόλων, ex usu Græcorum, Ju-
daico, Christiano, & hoc iterum vel Sacro seu ἱερῶν
in Novo Test. vel Ecclesiastico in Patrum monu-
mentis. Ac Græcis quidem Scriptoribus *adjectiva*
quandoque vox est, ut πλοῖα Ἀποστόλων, navigia quæ
dimittuntur, aut quæ à Thalassarchâ hinc indè
mittebantur, prout in re navali usitatius hoc no-
men fuit, plerumque autem vox *substantiva*. Rur-
Tom. II.

sus vel de rebus vel de personis usurpata eadem fuit.
De rebus, v. gr. quando Ἀποστολοι sunt αἱ ἤ νεῶν ἐκ-
πομπαί, ipsæ navium emissiones, ut ex Demosthene
Harpocraton observat in voce Ἀποστολαίς, & ex u-
troque Suidas. Et sic Ἀποστολοι idem quod Ἀποστολαί,
apud Hesychium, id est, ἀποπέμψις, πομπαί, re-
stituendâ ea voce loco ἢ Ἀποστολαί, ut mendosè le-
ctum. Sic Ἀποστολον dixere in re nauticâ ἢ ὄλον,
seu jam navigium ipsum ex Hesychio, ἢ πλοῖον, τὸ
πλοῖον, seu partem eam navigii quæ ἐμβολῶν seu
rostrum dicitur, aut quæ μετὰ τὸ ἐμβόλον ἢ προεμ-
βολίδῶν, ut Julius Pollux, pars anterior & supe-
rior quæ ad proram. Sed & ἀποστόλους dixere tri-
butum, δῶρον quod à Judæis mittebatur ad Impe-
ratorem, vel ad Patriarcham; & hujus quoque, ut
infra pluribus, legatos. Jurisconsulti verò, ex
Modestino de Verborum Signific. *Apostolos* vo-
cant τὰς ἐπιστολὰς literas dimissorias, quæ mittuntur
à Judice à quo appellatum ad eum qui appellatus
est, quibusque adèd literis & reus & rei causa di-
mittuntur ad Tribunal superius. Ac tandem, in
Liturgiâ Chrysofomi, ipsa Lectio Epistolæ, post
τὸ Τεσσαγίον, vocatur ὁ ἀπόστολῶν. Καὶ ἡ ἀπόστολα
πληρωθέν, & absolutâ lectione Epistola, quam se-
quitur lectio Euangelii. Videtis in Euchologio
Græcorum.

III. Ast verò communiùs de personis accepta
vox est ἀποστόλος, ac sæpè specialis sensu, ut v. gr.
Ἀπόστολῶν sit ὁ στρατηγὸς ἢ πλὴν πεμπόμενῶν, He-
sychio interprete, strategus vel præfectus, qui cum
classè dimittitur ad navalem expeditionem; vel ὁ
νυμφάγωγῶν, qui à sponso ἀποπέμψεται) sponsæ è do-
mo patris educendæ, apud Phavorinum. At ma-
gis generali sensu dicti Græcis ἀπόστολοι, οἱ πρέσβεις,
πρεσβυτάι, ἀποσεπόμενοι, μεσίται εἰρήνης ἕνεκα, etiam
κῆρυκες, legati, ablegati, mediatores in pacis ne-
gotio, & præcones. Diversa vox est ἀποστολῶν,
apud Harpocratonem & Hesychium, de iis qui
disponunt omnia τοῖς ἀποσεπόμενοις ἐπὶ ὄλων (sic e-
nim corrige in loco Hesychii, ubi vulgò ὁπὶ ὄλων)
ἢ Δὲ θάλασσης. Στόλοι autem sunt hic πλοῖα πολ-
λὰ, naves multæ, seu classis navalis.

IV. Porro alii Atheniensibus dicti ἀπόστολοι, alii
ἐπίσκοποι ἐπίσκοποι. Et hi jam communiùs dicti οἱ πεμ-
πόμενοι εἰς τὰς ὑπηκόας πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ κατ' ἐκ-
ταῖς, qui mittebantur ab Atheniensi Magistratu ad
urbes sibi subjectas, inspecturi singula, Laconibus
dicti ἀρμολοί. Sic & φύλακας vigiles, & κατ' ὁπλίους
speculatores vocarunt hoc nomine ἐπισκόπων. Et quo-
que βασιλείας reges, apud Hesychium, dixere ἐπι-
σκόπους, priorum inspectione ministeriali & subalter-
nâ, posteriorum supremâ & cum magisterio. Quo-
modo & ποιμένες dicti Reges ac Principes, etiam
ἑφοροί, ἐπιστάται, iidemque Christianis temporibus
ἐπίσκοποι ἐκλῆς ἢ ἐκκλησίας, ἐπίσκοποι ἐπίσκοπων, Com-
munes ἐπίσκοποι. Et hinc factum ut Hellenistæ vo-
T ccm

cem ἐπισκόπων traduxerint modò ad inspectionem supremam eorum qui vice Dei præsunt, ut reddunt oi LXX. vocem **לַא** in Jobo, modò ad inspectionem delegatam, hancque seu *Politicam* Præfectorum, Exactorum, qui **מַפְרָדִים**, **גַּנְשִׁים**, seu *Ecclesiasticam*, qualiter Eleazar ἐπισκοπῶ in Numerorum Libro nuncupatus. Ut igitur vox ἐπισκόπος partim ab usu Græcorum, partim ab usu Hellenistarum, translata fuit ad usum Christianum, respondens eadem & voci **γῆ φύλαξ**, *Vigil*, quali Angelus venit Danielis iv. hinc vox Ἀγγέλων in Apocalypsi etiam de Episcopis: ità quoque factum cum voce Ἀποσόλας, familiari Græcis, sed familiari magis Judæis, eo sensu qui ad rem nostram facit, de quo deinceps disquirendum.

V. Malumus igitur originem Christianæ appellationis derivare ab usu Hebræorum, vel ab usu Judaico, quàm ut dicamus respexisse Christum, aut Scriptores Novi Fœd. ad legatos Atheniensium, vel ad legatos seu internuncios Sponsi, τὸς νυμφαγωγῶν, vel ad classium navalium Præfectos. Hebræorum vox gemina est, cui respondet vox ἀποσόλας, altera **מַלְאָךְ**, altera **שָׁלִיחַ** vel **שְׁלִיחַ**. Siquidem **מַלְאָךְ**, tam de Angelis quàm de Prophetis aut Sacerdotibus usurpata vox, propriè dicit ἀπόστολον, πρεσβεία, *missum legatum*, radicis **מַלְאָךְ** quæ adhuc apud Æthiopes & Arabes mittendi significatum retinet. Sic **מַלְאָכֹת** est ἀποστολή *legatio*, quomodò Paulus, δι' ἐ ἐλάβομεν τὴν ἀποστολήν. Arabibus similiter ἀποστολή **مَلَاك** vel **مَلَاكَة**, vel **الوكى**, quomodò **الوكى** **مَلَاكَة**, transpositis literis, ἀπόστολον, legatum, nuncium dicit, aliàs **رسول**, quo nomine Pseudo-Prophetam suum appellat, id est *Apostolum*. Et hinc Christus Jesus, qui totiens **מַלְאָךְ**, etiam ἀπόστολῶ Paulo dicitur, *legatus, missus*, excellenter nempe talis, ratione & mittentis, & missi, & finis missionis. Et ut distingueretur ab Apostolis reliquis, additur ἡ δρχιερεβς, & *Pontifex*, utque discrimen esset à Pontificibus Judæorum, qui & **מַלְאָכִים** missi à Deo, & **כֹּהֲנִים** δρχιερεῖς, apponitur ibidem, ἡ ὁμολογίας ἡμῶν, *conventionis seu pacti nobiscum facti*, vel ὁ ὁμολογῶμεν *quem confitemur* professione, vel ὁ ὁμολογῶμεν *cui assentimur* tanquam πιστῶ δρχιερεῖ, aut *cui ad stipulamur fidem & obsequium*, etiam in quo & per quem ista ad stipulamur Deo in Fœdere gratiæ. Sic **מַלְאָכִים** non infrequenter sunt quivis πρεσβείας, legati publici, qualiter dicti legati Israël, Balak, Moïsis, Davidis, planè ut Paulus & omnes Apostoli πρεσβευόντες Christi nomine.

VI. Et quanquam **מַלְאָכִים** ut plurimum reddantur per Ἀγγέλους, maluit Spiritus S. venire hos Christi legatos nomine ἀποστόλων. 1. Tollendæ ambiguitati quæ est in voce Ἀγγέλων, quali appellari consueverunt administratorii Spiritus. 2. Ut distinguerentur ipsâ appellatione ab Angelo Fœderis, qui Angelus Domini καὶ ἐξοχλῶ. 3. Ut etiam à præcurfore hujus, Baptistâ nempe, qui Ἀγγελῶ Κυρίου, quomodò nuncii Joh. Baptistæ, ἄγγελοι Ἰωάννου apud Lucam nuncupantur. 4. Cum primis ne intelligerentur missi ad breve tempus, ad ferendum modò nuncium, quo sensu ἄγγελοι sunt nuncii hujus vel illius rei, **מַנְדִּי**, uti Christus ἀπέστειλεν ἄγγελους *misit nuncios* qui pararent sibi hospitium; sed intelligerentur missi Legati, qui legantem repræsenterent, & characterem hunc suum perpetuò retinerent. 5. Quia denique vox ἀπόστολῶ respicit auctoritatem & mittentis, & missorum, quæ non omnium fuit, sed paucorum, quos ad id elegit Christus, ἡ δάδεια. Uti vox ἄγγελῶ propriè respicit rem nunciatam vel nunciandam, quo sensu omnes præcones Euangelii sunt ἄγγελοι, δάδεια, δάδεια, ἄγγελοι, seu boni nuncii, veriùs quàm Mercurius ille δάδεια, ἀγαθὸς ἀγγελίας φέρων.

Job. xx. 29.
 Num. iv. 16.
 Dan. iv. 13.
 Hag. i. 13.
 Rom. i. 5.
 Hebr. iii. i.
 Num. xxi. 21.
 xxii. 15.
 &c.
 2 Cor. v. 20.
 Eph. vi. 20.
 Mal. iii. 1. &c.
 Matt. xi. 10.
 Luc. vii. 24.
 Luc. ix. 52.

VII. Sed indubium quoque est, respondere vocem ἀποσόλας voci alteri **שָׁלִיחַ**, quæ *missum* notat, i Reg. & per ἀπόστολον redditur: τοῖς LXX. de Ahia Prophe- xiv. 6. ità divinitus ad Jeroboam uxorem missò, ut **שָׁלִיחַ** Hellenistis communiter est ἀποστέλλειν. Sic **שָׁלִיחַ** familiari apud Hebræos, Chaldæos, Syros usu, dein & Magistros, sunt in genere ἀπόστολοι legati, procuratores, vicarii, ità missi alterius nomine ut ejus personam repræsenterent. Et ità Moïses & Aaron apud Chaldæum vocantur **שָׁלִיחַי** ἀπόστολοι *legati Dei*, וְאֶהְרֹן וְאַהֲרָן שְׁלִיחַי תְּרִין וְאֶהְרֹן & אַהֲרֹן. Sic fuerunt in specie in Synagogâ Hebræorum quos **שָׁלִיחַי** & ἀποσόλας simpliciter appellarent, ut qui à coetu Ecclesiastico mitterentur, dicti **שָׁלִיחַי צְבֹר** vel **שָׁלִיחַי קְהֵל** *nuncios congregatiis*, ἀπόστολοι ἡ ἐκκλησίας. Sic dicti **שָׁלִיחַי תִּשְׁרֵי** *nuncios Tisri*, i.e. Neom eniaz Tisri, cujus x. die erat festum Expiat. Sic qui pecunias deferrent Hierosolymam à Synagogis, aut mandata ad Synagogas, Hellenistis vulgò ἀπόστολοι, quos Philo dixit *ιεροκόμους*, quales & qui vicetimas vel decimas deferrent ad Sacerdotes, Levitas, ἀναπεμπόμενοι seu ἀποστέλλομενοι εἰς τὸ ἱερόν, vel πρὸς τὸς ἱερέας. In specie **שָׁלִיחַי** ἀπόστολοι, qui δίδραχμον seu hemiscilum, tributum Sacrum ex Lege, quotannis Hierosolymas, in Sanctuarium inferendum, exigerent colligerentque, ἡ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες, Jos. Ant. quamdiu fere Templum stetit. Meminit Cicero itiq. pro L. Flacco: *Cum aurum, Judæorum nomine, quocumque ex Italia & ex omnibus vestris Provinciis Hierosolymam exportari soleret, Flacorum sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret.* Sed indulgit Augustus Cæs. Pontifex M. Judæis Asiaticis & Cyrenensibus, speciali Edicto, ut liceret, inter cætera, ἀναπέμπεται εἰς Ἱεροσόλυμα ἡ ἀπιδιδόσθαι αὐτὰ (τὰ χερήματα) τοῖς ἀποδοχέουσιν (ἀποδοχεῖσι) Ἱεροσόλυμων. Mansitque hoc privilegium ad tempora Vespasiani, quando duas illas drachmas iussit Imperator non in Templum sed in Capitolium inferri, Josepho eodem teste.

VIII. Post excidium Templi retenta in Synagogâ est ea vox ἡ ἀποσόλας, & Judæis sic dicti ἐξόχως qui Patriarchæ adessores, procuratores, legati, qui à Patriarchâ deferrebant ἐγκύκλια χερήματα circulares literas ad Synagogas, pecuniis per capita colligendis, speciatim *Auro Coronario*, coronæ scil. Patriarchali ornandæ, quod loco didrachmi sacri exigebant Patriarchæ, in modum annuæ pensionis, tam in Orientis quàm in Occidentis partibus. Uti collegisse hos Apostolos τὰ ἐπιδικάτα decimas, & τὰς ἀπαρχὰς primitias, habet Epiphanius, in Hæresi Ebionæorum. Insuper iisdem id negotii datum, ut Christianis molesti essent, undè Hilarius, aut quisquis ille est sub Ambrosii nomine, Comment. in Epist. ad Galatas, Ad dum testatur Paulus se missum à Christo, censet reflexisse Paulum ad eos etiam *Apostolos*, qui à Patriarchâ miscebantur ad disturbandum Ecclesiæ, quos Pseudo-apostolos vocat. Et hos ipsos Epiphanius, Hæresi illâ adversus Ebionæos, vocat ἀξιοματικὸς ἀνδρας, viros primæ inter Judæos dignitatis, ἡ δὲ Πατριάρχης χλω post Patriarcham, αὐτῶ προσεδρόνιτας ἰψὶ ἄσθεντες, ἀποστέλλομενός μετ' ἑπιστολῶν ab eodem mitti cum literis solitos, quique vocarentur ἀπόστολοι, & minus eorum ἀποστολή. Ac Josephi cujusdam, Apostoli Judæorum, meminit ibidem, conversi in illâ suâ ἀποστολή ad Christianam fidem, & à Constantino Imperat. ad Comitibus dignitatem evecti. Undè & Apostolorum istorum mentio in Codice Theodosiano, Titulo de Judæis, ne dicam apud Hieronymum, aliosque Veterum.

IX. Horumque dignitas ex illâ Patriarchæ Judaici facile æstimatur, quæ tanta fuit ut *Inlustriis, Clarissimis, Aidesimωτάται* titulis, etiam ab Imperatoribus,

Paraph. in Jerem. 11. 1.
 Phil. Leg. ad Caj.
 L. xvi. C. x. Matt. xvii. 24. Cic. Orat. xxiv. ult. trā med. Jos. Ant. L. xvi. C. x.
 D. B. Jud. L. vii. C. lvi.

ribus, ornatur; ut *presideret* Judæorum *universe* Legi, id est, sectæ, religioni, tanquam *ΝΙΣΙΝ* princeps, & *הנהלת שנת* αιχμαλωτάρχης; utque ad imitationem Principis, cui *aurum coronarium* per legatos offerri à Curialibus, à Satrapis, aliisque, consuetum fuit, liceret quoque Patriarchæ Judæorum aurum hujusmodi coronarium per Apostolos suos à popularibus suis emungere, sed sub Theodosio *deferri* iustum ad ærarium Principis, considerata temporis ratione. Multa his de Patriarchis, deque Auro coronario, & operose nimis, Samuel Petitus Variarum Lectio. *Libro* secundo.

X. Nec dubium, quin de hoc Patriarchâ Judæorum, cui sui essent *Apostoli*, intelligendus sit locus in Epistolâ Hadriani Imperatoris ad Servianum Cos. quem refert Flavius Vopiscus in vitâ Saturnini, & quem de Patriarchâ Alexandrino, eodemque Christiano Baronius, Casaubonus, Salmasius, inelyta nomina, redditum voluerunt. Nempe describens Hadrianus, postquam ex Ægypto discesserat, mores in eâ Gente observatos, tam Christianorum, quàm Judæorum, & Samaritanorum, primò quidem ait: *Illi qui Serapim colunt Christiani sunt, & devoti sunt Serapi, qui se Christi Episcopos dicunt.* Scilicet persuasum Hadriano fuerat, seu ab ignavis Christianæ rei, seu ab ignavis & timidioribus Christianis, metu Principis, non hos uni Christo devotos esse, sed & Serapidi, summo pridem inter Ægyptios Numini. Mox addit: *Nemo illis Archisynagogus Judæorum,* (Alexandrum Severum ab Antioch. & Alexandrinis convicii loco *Archisynagogum* appellatum, quod proclivis in ritus Judæicos, *Lampridius*,) *nemo Samaritanus, nemo Christianus Presbyter, non Mathematicus, non Haruspex, non Adeptus.* Voluit Princeps neminem in Ægypto reperiri, cujuscunque tandem vel Gentis, vel Sectæ, vel Professionis, qui non Serapidem coleret. Et *Adeptus* vocat, *αλειπτες*, ut Athletarum Medicos, qui firmarent istorum valetudinem ac robur unguendo, fricando, variè exercendo, hinc dicti Unctorum Magistri, *καδοτίζου, γυμνασται, επιστάται*, (undè elegans allusio Tertulliani Hortatione ad Martyras, tanquam ad Athletas, agoni proximos, *Epistates vester Christus Jesus, qui vos Spiritu unxit, & ad hoc scamma produxit*,) ita quoque qui *ιατρικῶν*, Medicam artem, exercerent, in quâ frequens tùm usus aleiptices. Tandem subjungit Hadrianus: *Ille ipse Patriarcha quum Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum.* Alexandrinus fortè Episcopus etiàm tum Patriarcha nomine inclutus fuit? vel Antiochenus, aut Hierosolymitanus? Ita quidem persuasit ut principibus Viris hic locus, ita plerisque Latinorum, ac pridem Eutychio Alexandrino, & Orientalibus, mos sequioris ævi.

XI. Sed de Judæorum Patriarchâ, qui tùm Illel vel Hillel fuit, assentiente If. Vossio Notis ad Cæcullum p. 29. sermonem esse Hadriano, cum ille ipse locus, tum alia docent. Primò enim Patriarcham designat qui hoc nomine singulariter emineret, quales fuere tum Patriarchæ Tiberienses, quorum & successionem habent Chronologiæ Judæorum, hinc ille ipse sic appellatus Patriarcha. Dein, Patriarcham unicum memorat, Catholicum illum scilicet, qui extra Ægyptum ageret, sed subindè adiret Ægyptum, vicinam Palestinæ, in quâ Judæorum innumerabilis multitudo collecta, hinc *quum Ægyptum venerit.* Ac primitus quidem unus tantum Judæis summus Patriarcha fuit, quem & Catholicum dixere, non electione sed generis Regii successionem ad id fastigium evehctus, postea verò duo, Tiberiensis ac Babylonius, inferiores verò Patriarchæ, his obnoxii, plures. Præterea, qui se quoque *Christi Episcopum* diceret Alexandrinus, quomodò in eum quadrent illa verba, quod ab aliis

cogereur adorare Christum? At de Judæorum Patriarchâ, qui nec Serapidem coleret nec Christum, dici hoc potuit convenientius. Ad hæc, tantum abest ut Hadriani tempore, sub initia ferè secundi sæculi, vel Alexandrinus vel Antiochenus innotescerent *Patriarcha* nomine, (Decretales enim Clementis ad Jacobum, vel Anacleti ad Episcopos Italiæ, non moramur, in quibus & *Primum, Archiepiscoporum, Metropolitanorum* &c. mentio) ut ne Concilii Nicæni, ne Constantinopolitani I. tempore, id Nominis inter Christianos receptum fuerit cum eminentiâ Dignitatis. Dicit quidem Socrates Scholasticus, Patres Constantinopolitanos *κατεράρχας καὶ ἀρχιεπισκοπῶν*, quoad rem nempe & primordia Dignitatis, in iis qui *ἐπὶ τῶν διοικήσεων ἐπισκοπῶν*, nec à Diocesis aliis dependerent, non verò quoad nomen. Sanè meminit & *Patriarcharum* Hieronymus, sed de Montanisticis Patriarchis, quorum fastum retundit. Meminere & Nyssenus ac Nazianzenus, quibus graves & seniores Episcopi appellati quandoque *Patriarcha*, sed sensu improprio, figurato, & cum allusione ad Abrahamum Patriarcham, & ad filios Jacobi, ut addunt illic *ἐξηγητικῶς*, & pridem est Blondello nostro observatum. Factumque est demùm, post annum quadringentesimum, & postquam aboliti essent Patriarchæ Judæorum, vel ex lege Theodosii, ut *Patriarchatum* hæc nomenclatura transfret ad Christianos, & in Oriente primùm, fatente Illustris. de Marcâ, ubi id nominis ex Judæis inclutum fuerat. Quanquam & Occidentis partibus Judæos præfuisse, consimiliter Patriarchas, doctus Peritus censuit, inductus Lege XVII. Codicis Justinian, de Judæis & Cœlicoles: sed restituendum textum esse ex Codice Theodosiano, legendumque *de Occidentalibus partibus*, non de Occidentalibus Patriarchis, jam monuerunt alii. Nec plus tum Christianis dixit *Patriarcha* nomen, quàm illud *Archiepiscopi, Primatus*, aut Episcopi *ἐπὶ τῶν διοικήσεων*, seu *ἐξάρχου διοικήσεως*, aucto deinceps splendore, & restrictâ ad paucos dignitate, supra *Exarchos*, cum *Throni* Patriarchalis eminentiâ, de quibus alibi.

XII. Hæc de *Apostolorum* nomenclaturâ tam ex usu Sacro V. T. quam ex usu Judæorum. Undè nihil mirum videri debet, transmissum hoc nomen ad Christi Servatoris *πρέσβεις*, nuncios, legatos, quos *ἀπέστειλεν, ἐπέμψεν*, sicut Pater ipsum *ἀπέστειλε*, quos qui reciperet Christum reciperet, & quoque *ἀποστέλλαντα αὐτῶν*, quique adeo ut Patrem Filius Patris sui legatus, sic Filium, tanquam hujus quoque legati, representarent. Hoc tamen cum discrimine, quod Patrem Filius exprimeret, non modò ut Angelus, Legatus, *ἀπόστολος*, ratione officii, sed etiam personæ ratione ut Filius, ut *λόγος*, ut *καὶ ἐκείνη ἡ ὑπόστασις*, id est imago ad *ἄχρητον* & ab archetypo expressa, imago perfecta, adæquata, imago substantialis, imago in quâ Deum ut *καὶ ἐκείνην* contemplamur, & hoc modo *ἄλλο* à Patre, non tamen *ἄλλο*. Eratque familiare hoc dictum Hebræorum, *שלוח שר אדם כמותו*, *missus ab homine est sicut ipse mittens*, vices ejus scilicet gerens. Hinc Christus quæ erant *Propheticis* officii, sibi à Patre demandati, (potestatem docendi, remittendi vel retinendi peccata, cœlum aperiendi, claudendi, virtutes edendi, *sedendi* quasi in throno ac *judicandi*, doctrinâ videlicet, verbi ministerio, ac publico testimonio in incredulos, sententiâ in hos condemnationis lata,) commisit Apostolis suis, καὶ ἐξάρχον sic appellatis, verè *διοπερεσβύταις*, & *ιεροπομποῖς*.

XIII. De quorum priusquam dicimus auctoritate, numero, prærogativis, expedienda primùm *ὁμωνυμία* vocis, cum in Scriptis Novi Test. tùm in Ecclesiasticis Patrum monumentis. Est enim

Cod. Th. de Jud. L. ult. & L. XIV.

Baron. ad A. C. cxi. N. II. Casaub. Nor. in Vop. Salm. Nor. in eund. P. 454.

C. III.

Socr. L. V. Hist. C. IX. Hier. Ep. ad Marcell. Tom. II. Gr. Naz. Orat. XX. LXXII. G. Nyss. Orat. in Meler. T. III. De la Prim. P. 533. Cod. Th. de Jud. L. ult. de Concord. Imp. L. I. C. III. Petit. Var. Lect. L. II. C. I. Lege ult. de Jud. & Cœlicol. &c. Can. II. Conc. Constant. I.

Joh. XVII. 18. XX. 21. Matt. X. 40.

Matt. XX. 28.

voX quandoque *strictioris* usus, & eminentioris, de quo statim, quandoque *laxioris*, ut vocentur *Apostoli*, qui non tales cum eminentiæ gradu. Et sic LXX. discipuli, quos Christus ἀπέστειλεν in primâ missione πρὸς ἑσθράτους αὐτῆ, ut scilicet ἑσθράτους, inter Judæos, ad edendas virtutes, missionis jam ejusdem participes cum iis qui οἱ δώδεκα apud Matthæum, reverà *Apostoli* dici potuerunt. Hinc & communiùs hoc nomine veniunt οἱ LXX. apud Græcos Latinosque Patres, οἱ ἰσοδμήκοντα Ἀπόστολοι, *Apostoli septuaginta*, quos inter Barnabam referunt Clemens Alexandrinus, Eusebius, alii, ut & Marcum Epiphanius, imo etiam Lucam, *Apostolos* quandoque iisdem dictos. Ita tamen ut à primariis Apostolis communitè τὰς LXX. distinguant, tanquam inferioris ordinis & gradus. Sic non desunt Viri præstantes qui *Jacobum* fratrem Domini, cognomento Justum, Hierosolymitanæ Ecclesiæ præpositum, censent sic Ἀπόστολον nuncupari in Epist. ad Galatas, & in inscriptione Epistolæ Catholicæ, ut tamen non fuerit unus ex *duodecim*, distinctus scilicet à Jacobo Alphæi, uti etiam à Jacobo Zebedæi, aut unus idem ἢ ἰσοδμήκοντα.

XIV. Et ita post Veterum plurimos, Auctorem Constitutionum, primum hujus sententiæ auctorem, Eusebium, (qui tamen Hist. L. II. C. I. memorat tantum *duos Jacobos*,) Hieronymum, Nyssenum, Epiphanius, Græcos in Menologio, &c. Walo Mellianus, Blondellus, Hammondus, Valefius in Lib. I. Eusebii, sed pace summorum Virorum malè. Neque enim alius is Jacobus à Jacobo Alphæi, qui & *Minor*, prout Scipiones distinguit Roma, Majorum & Minorum. Nec diversi sunt Ἰβητῆ & κλωπῆ, inflexâ nonnihil voce, ut ex κλωπῆ rursum Ioh. XIX. Syrus fecit *Ιακώβω*. In Calendario Coptitarum, II. Octobris, notatur Festum Jacobi *Ιακώβω* ὡς *filii Cleopæ*, ubi manifestè ex Ἰβητῆ factum *Ιακώβω*. Nec est alia Maria uxor Cleopæ, apud Johannem, à Mariâ matre Jacobi Minoris, apud Marcum. Ac tantum abest ut Paulus distinguat hunc Jacobum ab Apostolis, in priore ad Corinthios, contententè istud quoque Valefio, ut manifestè illis accenseat, ὡς *βη Ιακώβω, ἰπειτὸ Ἀποστόλων πάντων*, quod & jubet non semel Epistola ad Galatas, si vera ibi Paulus. Ità quoque idem Jacobus accenseatur disertè τοῖς Ἀποστόλοις, in Synodo congregatis, pari cum Petro jure. Sed ipse Eusebius, ex sententiâ Clementis Alexandrini, sub initium Libri II. hunc esse *Jacobum* tradit, quem Dominus cum Petro & Johanne *προετίμησεν*, Jacobum nempe Justum, in Hierosolymorum deinceps *Episcopum* electum, ut Veteres ex more sui temporis, alterum ex *duobus* Jacobis, & contradistinctum Jacobo τῷ καροτομηθέντι, Filio Zebedæi. Nec tres Jacobos Apostolos novit Clemens, uti nec Scriptura: sed nec Hieronymus adversus Helvidium, prolixè *duos* tantum Jacobos statuens, qui Apostoli fuerint appellati, ac *tertium* explodens, uti explisit Theodoretus in Epist. ad Galatas, & si qui alii Veterum. Neque magis distinguendus Jacobus Alphæi, à Jacobo Cleopæ, quàm v. gr. *Thaddæus* Apostolus à *Judâ* Apostolo, prius ex Syro Ἰβητῆ. Ac gratis Valefius, post Epiphanius & nonnullos veterum, Jacobum hunc fuisse *Josephi filium ex priore matrimonio*, qui exertim Filius Mariæ τῆ κλωπῆ, ex Marco & Johanne. Uti fallitur Doctiss. Hammondus, *latam differentiam inter Alphæum & Cleopam* observans, facillimâ illius in hanc flexione, ut visum modò, & sunt obvia rei exempla. Sed & Simeonem, qui huic in regimine Hierosolymitanæ Ecclesiæ successit, filium fuisse Cleopæ, disertè Eusebius, hoc ipso fratrem Jacobi, dictum aliter Simonem, in Evangelio; uti Cleopam fratrem fuisse Josephi, Hegesippus, & ex eo quoque Epiphanius tradiderunt. Nec aliter

Luc. x. 1. 3.
 Matt. x. 5.
 Epiph. Hæz. LI.
 Alog. Clem.
 Strom. L. II. p. 410.
 Euf. L. I. C. XII.
 Gal. I. 19.
 Marc. xv. 40.
 Ioh. XIX. 25.
 Valef. in L. I. Euf. C. XII.
 I Cor. XV. 7.
 Gal. I. 19. II. 9.
 Act. XV. 6. 22.
 Eufeb. L. II. C. I.
 Hieron. T. II.
 Matt. x. 3.
 Valef. in L. II. C. I.
 Hamm. de Episc. Diff. IV. C. III.
 Euf. Hist. L. III. C. XI.
 Epiph. Hæz. LXXVIII.
 Num. VII

Hieronymus contra Helvidium, pluribus scilicet arguens, matrem Jacobi Minoris fuisse *κωροτομῆς Alphæi*, quæ & *Maria Cleopæ*, ac verissimè quidem. Adstipulatur Doct. Pearsonus Lect. IV. in Acta Num. IV. Sed hæc ἐν παρόδῳ.

XV. Præter Discipulos LXX. videntur esse alii in scriptis Apostolicis, qui dicuntur ἀπόστολοι. Ac si Veteres Interpretes audimus, & quoque Valefium ad Eusebium, Paulus Cap. XV. prioris ad Corinthios hanc nomenclaturam extenderit ad LXX. Discipulos, & *longè plures* ad prædicandum missos, contradistinctos τοῖς δώδεκα, ex collatione *versus* V. & VII. Et Eusebius respiciens ad eum Pauli locum dicit; ὡς τῆς, præter XII. illos, vel etiam præter τὰς LXX. μαθητὰς, κατὰ μίμησιν, ἑορτῶν ad ἴσταν, πλείους οὖν ὑπάρξαντας Ἀποστόλους, *completes aliis extitisse Apostolos*. At non certè ex Pauli sententiâ, dicto in loco. Nempe refert diversas Christi apparitiones, à die resurrectionis, primam factam τοῖς δώδεκα, id est Collegio Discipulorum, quod fuit ἢ δώδεκα, ratione primæ institutionis; alteram quæ Jacobo singulariter obtigit, (undè fabella Veterum, constitutum fuisse Jacobum in eâ apparitione, ab ipso Christo, Hierosolymorum Episcopum) quæcunque tandem illa fuerit; ad postremum, quæ repetita in XII. Apostolorum cœtu, præsentè Thoma, quod est Paulo, εἶτα τοῖς Ἀποστόλοις πάντων. Sed scrupulum quoque movit Pauli alter locus in Epistola ad Romanos, in quo Andronicum & Juniam dixit ὁμοίους ἐν τοῖς Ἀποστόλοις. Quod reddidit, *nobilis in Apostolis*, vel *insignes Apostolos*. Sed rectè Syrus, *ἰσχυρὸν καὶ ἰσοδμήκον* & *nois illi inter Apostolos*, melioris apud eos notæ, undè cum emphasi ἐν τοῖς Ἀποστόλοις, voce *ἰσχυρὸς* sumptâ, id est, ὡς τῆς Ἀποστόλων. Cæterum in aperto est, quod laxiori sensu, & cum appositione, ut loquuntur, seu limitatione quadem, ἀπόστολοι quoque nuncupentur Paulo, qui missi ab ipsis Ecclesiis, legati Ecclesiarum ad principes Apostolos. Hinc ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν, & φιλιππησίων ἀπόστολοι, Lucas, Epaphroditus, alii, contradistincti hoc modo τοῖς Ἀποστόλοις Ἰησοῦ Κριστοῦ.

XVI. Cum primis verò obvium Apostolorum nomen in Patrum monumentis, de iis qui Apostolorum *συναγωγοί, συσσελιώται, μαθηταί, ἀκόλυθοι, σεωκδημοί, ἰσοί*, cooperarii, collegæ, discipuli, comites, focii peregrinationum, filii, huc illuc *missi* à primariis Apostolis ad *robendam Ecclesiam*, ut Auctor Commentar. in Epist. ad Galatas sub Ambrosii nomine. Tales Marcus, Lucas, Timotheus, Titus, Epaphroditus, Philemon, Apollo, Crescens, Trophimus, Clemens Roman. Ignatius &c. frequentius in Ecclesiasticis scriptis, & in Festorum Calendariis, *Apostolorum* nomine insigniti. Et *Silvanus* sonare ἀπόστολον *missum*, cui à mittendo *Missio* nomen *impositum* fuerit, ex Hebræo *שלחיה Scheliab*, observavit Hieronymus. Vocant nempe *Apostolos* quos aliàs ἀποστολικῶς *Apostolicos*, uti quoque Barnabam Clemens Alex. appellat ἢ Ἀποστολικόν, & eundem Tertullianus, cum distinctione ab Apostolis principibus, *comitem Apostolorum*, qui confirmavit *disciplinam Magistrorum*. Extinctis enim Apostolis, vel latè dispersis, par ferè honos habitus τῶν ἀπαρχαῖς Ecclesiæ Apostolicæ, datumque iis *cessu* temporis *Apostolorum* nomen, quos ipsi nec Apostoli *συναγωγῶν* & Collegarum nomine dignantur; quos in laborum societatem cooptarant; quibus Apostolicas manus imposuerant, & ἰδ, inquit Chrysostomus, *μικρὸν τῆτο οἰς ἰγκωμῆς λόγον, non enim hæc laus exigua*, in quibus Ἀποστολικῶς *χαρακτηρῆς Apostolicus character*, qualem sibi tribuit Ignatius in Epigraphe Epistolæ ad Trallesios; quique, ut in eadem Epistola, *ὡς Ἀπόστολοι διατάσσοντο, tanquam Apostoli præciperent Ecclesiis*; vel etiam (ut vult Hieronymus) *qui Dominum viderant, & cum*

Valef. in L. I. Euf. C. XIII.
 I Cor. XV. 5. 7.
 Euf. L. I. C. XII.
 Ioh. XX. 19.
 Ioh. X. 26.
 Rom. XVI. 7.
 I Cor. VIII. 23.
 Phil. II. 25.
 Comm. in Gal. I. init.
 Clem. Alex. Strom. L. II.
 Tertull. de Pudic. C. II.
 Chryf. T. V. Sermon. Ignat. ad Trall. Ed. Voff. P. 47. 49.
 Comm. in Ep. Gal. I. postea

postea predicabant, &c. Hinc beatus Chryostomus, dum Ignatium Antiochenum triplici coronâ redimitum prædicat, Martyrii illâ, Episcopatus, & Apostolatus, indicat quo sensu habeat eundem pro Apostolo, nempe quia ἁπλοῦς ἢ Ἀπόστολος ἢ Ἐπίσκοπος (scil. Episcopatus) ἐνεχόμεθα. Sic dixerunt Apostolos Gallorum, Britannorum, Scotorum, Indorum &c. qui Apostolorum instar primi Ecclesias iis in regionibus fundassent.

XVII. Et hæc verior est appellationis ratio, quam quæ ab Hammond, cætera inexhaustæ doctrinæ viro, urgetur ex Theodoro, nempe Ἀποστόλους primitus dictos, quibus ἐπισκοπικὴ οἰκονομία ἐπιπέσειν συνεκρίθη Episcopalis dispensatio fuit, ut Jacobo Hierosolymis, Timotheo Ephesi, Clementi Romæ, Epaphrodito Philippis &c. Hinc Theodoretus, idcirco Epaphroditum vocari Philippensem Ἀποστόλου, quod eorum Episcopus fuerit, & quod Ἀπόστολος ἀνάμαζον τῆς τοῦ καλυμμένης ἐπισκοπικῆς Ἀποστολῆς νομιμασίας, qui deinceps vocati Episcopi. In quo Theodoretum ab usu proprio vocis Ἀποστόλου, tam quoad Epaphroditum, quam cæteros, qui Ἀποστολοι primâ ætate nuncupati, recessisse putamus. Ἀπόστολοι quæ tales fuere sine certo titulo, itatione, Ecclesiâ, huc illuc mittendi, at sine istis erat Episcopus nemo, undè Canones contra τὴν ἀπλοῦτος χριστονομίαν solὺτὸ ὁρίσασθαι, qualiter erat famosus Mchyras apud Athanasium. Si quæ tribuitur Apostolis ἐπισκοπή, ut in Actis, vox jam presbiterum notat, officium, ministerium, ut ἱερεῖα Hebræorum, certè inspectionem non particularem sed universalem, non Episcopatum sed Apostolatam, aut Episcopatum eminentem, τὴν καθόλου ἐπισκοπικὴν. Et rectè Doctiss. Valesius in Eusebium: Ἰσταντο ὁ Ἐπιφάνιος Ἀποστολὴν ἐν ὁρίσῃ Episcoporum minime nominat. Quanquam largimur hunc vel illum Apostolum, ex accidente quodam ac singulari dispensatione, singularem quoque hujus vel illius Ecclesiæ curam gerere potuisse, in quâ tùm resideret, ut Petrus Antiochenæ, Johannes Ephesiæ, Jacobus Hierosolymitanæ, &c. quo factum ut Episcopi eandem Ecclesiarum deinceps audiverint, sed eminenter, & salvo Apostolatu. Vi enim hujus fuere illi Episcopi, sed οἰκουμενικοὶ, καθολικοὶ, παντῶν ἢ οὐκ ἐκκλησιῶν, omnium Ecclesiarum. Quo sensu Cyprianus, Epistolâ ad Rogatianum, Ἀποστολὸς interpretatur Episcopus, & eorum munus Episcopatum, sed quando, Chryostomo interprete, ἰδίῳ ἰδίῳ ἐπισκοπικῶν ἢ ἂν ὁ Ἀπόστολος μόνον, nullus adhuc οὐκ ἐπισκοπικὸς ἐστὶν Episcopus, sed Ἀποστολὴν solὺτὸν.

XVIII. Rectè tamen dixeris, Episcopus successisse Apostolis, in iis quæ ordinarii muneris, sic, primum deinceps in Ecclesiâ locum, quem antè Apostoli, eisdem occupasse; item, quod singulis Apostolorum, vel collegio Apostolico, id omnibus postea Episcopis conjunctim creditum fuisse, τὴν καθόλου ἐπισκοπικὴν, totius Ecclesiæ curam, seu τὴν οἰκουμενικὴν, ut loquuntur Veteres. Indèque factum, ut sequiori ætate, quartâ, quintâ, & sequentibus, abusu, & καθ' ἰσχυροῦς, Episcopos etiam appellarent Apostolos, juniores Apostolos, Episcopatum Apostolatam, sedes Episcoporum sedes Apostolicas, successorem eorundem ac προεδρίαν Apostolicam. Maximè verò si eminentioris Cathedræ forent Episcopi, ut in Oriente Alexandrinus, Antiochenus, Constantinopol. in Occidente Romanus, Mediolanensis, Trevirensis &c. Vel si eximie præ cæteris essent auctoritatis, quomodo Athanasius dicitur Ἀποστολὸς in Calendario Coptico, apud Seldenum, die 11. Maji, Festum القديس القديس القديس Sancti Athanasii Apostoli. Sic Epiphanius Constantiæ in Cypro Episcopus, in Epistolâ ad cum datâ, ab Acacio, Paulo, & Archimandritis Carchedonis & Berroæ, vocatur ἁπλοῦς.

XIX. Et ista quidem de usu vocis ἀπλοῦτος, vel secundo, deque Apostolâ latius sic dictis, & inferioris ordinis. Certum verò, sic primitus à Christo & à Scriptoribus Sacris appellatos alios, strictiore & eminentiore significato. Et hi sunt qui ὡς Ἀπόστολοι Ἀποστολὴν simpliciter, primarij Apostoli; Comm. ἀλλῶς verò Ἀποστολὴν apud Theodoretum; & ἐξελί- in 1 Tim. ξαστο Ἰησοῦς, quos Jesus singulariter elegit; dicti alijs III. 1. ὡς δίδουκα Ἀπόστολοι, & post discessum Judæ ὡς ἰνδ- Ioh. vi. 70. κα, nacti ἢ κληροῦν τῆς ἀποστολῆς, fortem ἀποστολῆς, Act. 1. 2. ferè ut κληρωτοὶ Athletæ, & κληρωτοὶ Atheniensium Act. 1. Magistratus, sed illi κληρωμένοι divinitus, λαχόντες 25. 26. ἢ τυμὴν, ἢ ψῆφον, sortiti album illum calculum, Divinâ providentiâ. Apostoli jam non ratione missionis prima, particulari, & ad tempus, quæ communis fuit τῶν LXX. ad signa inter Judæos edenda præmissis, tanquam προδρομοῖς Servatoris; sed ratione missionis secunda, universalis, & ad extremum XXVIII. vitæ singulorum; vocandis nempe ad Christum Marc. xvi. Gentibus, fundandæ Ecclesiæ, propagando Euan- Ioh. xviii. gelio, virtute & prædicationis & miraculorum, omnibusque illis constituendis, quæ ad Ecclesiæ regi- Suprà men, disciplinam, ac salutem spectarent. Atque Num. xxi. missi hi à Christo, ut Christus à Patre, ejus Procuratores, Legati, Vicarii, ex jam dictis; quod Clem. ipsum Clemens Romanus intellexit, in suâ ad Co- Ep. p. 34. rinthios: ἐξεπέμφθη ἕν ὁ κληρὸς ἀπὸ Θεοῦ, ἢ ὁ Ἀπόστολος ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Missus est Christus à Deo, & Ἀποστολὴν à Christo. Nec aliter de Apostolis hinc Ignatius, Polycarpus, Justinus, Irenæus, & antiquissimi Patrum. Ac tantundem discriminis, inter primarios illos Apostolos, & reliquos, si componere liceat, quantum olim inter Consules Romanos, Chryf. est hæc comparatio Chryostomi, id est ἢ ἀνωτέρως de Lect. ἁπλοῦς, & τῆς ἐσθητάτας, ὑπάρχους, atque ἁπλοῦς Script. reliquas; vel quantum inter Legatos quorum potestas universalis, & Delegatos qui ad particulare negotium missi, in Jure Romano; aut quantum inter Proconsules, summos in Provinciis Magistratus, & his additos Legatos, Comites, Adseffores, quos quisque Proconsul sibi deligebat, ex Dione, alijs; aut quantum inter Praefectos Prætorio, qui sublimis deinceps præfecturæ apex fuit, & sub his Vicarios, Judices, Rectores, Præsides. Sic Apostoli verè Legati laterales, de latere aut à latere Servatoris missi, prout recentior ætas, indè ab Innocentio IV. Pontifice, distinxit Legatos à latere, & Nuncios ordinarios, inferioris hujus & ordinis &

Ἀπόστολος, ἰωάννης ἐστὶν, ποσειν Ἀποστολὸς, ποσειν Ἰωάννης, & quidem ut χάριν θεῖναι ἐχρησάσθαι Ἀποστολῶν, partem cum Apostolis gratiam divinitus consecutus. Sed & quatuor Apostolorum genera distinxit Augustinus; ad quæsitum; quale nomen sit Apostolus? Ut sint alii à Deo missi, non per hominem; alii à Deo sed per hominem; alii per hominem tantum, qui favore August. Dial. LXV. vulgi in Sacerdotium subrogati sunt; alijs ex se, ut sunt T. IV. Pseudo-Prophetæ. Ac Caroli M. adhuc ætate, ex quæst. Alcuino de Divinis Offic. Metropolitanus quilibet LXIV. vocabantur Apostolici, restringendâ deinceps appellatione ad Romanum Episcopum: Venimus ad Apostolicum, cum suo electo (in Episcopum) deferente secum suggestionem, hoc est Rogatoriam litteram, ut eis conficeret Episcopum. Sed quicquid sit de nominis abusu, quicquid de Apostolici nomenclatione, quicquid de usurpatione Romani, nomen Apostoli καὶ ἐξελίξιον, & ἀπεκλιπῶς, illis principibus Christianæ Ecclesiæ vindicamus. Si verò ad prima tempora respicimus, nusquam sanè Clemens Rom. Ignatius, Polycarpus, Papias, Irenæus, Dionysius Corinthiorum, sibi quæ Episcopi vendicant propriè Apostolorum nomen, iis tùm solis adscriptum, qui verè & propriè Apostoli. Quin apud ipsos Atheniensium Num. 17. ses, alios esse dictos Ἀπόστολους, alios Ἐπισκόπους, distinctis muneribus, supra visum fuit.

XIX. Et ista quidem de usu vocis ἀπλοῦτος, vel secundo, deque Apostolâ latius sic dictis, & inferioris ordinis. Certum verò, sic primitus à Christo & à Scriptoribus Sacris appellatos alios, strictiore & eminentiore significato. Et hi sunt qui ὡς Ἀπόστολοι Ἀποστολὴν simpliciter, primarij Apostoli; Comm. ἀλλῶς verò Ἀποστολὴν apud Theodoretum; & ἐξελί- in 1 Tim. ξαστο Ἰησοῦς, quos Jesus singulariter elegit; dicti alijs III. 1. ὡς δίδουκα Ἀπόστολοι, & post discessum Judæ ὡς ἰνδ- Ioh. vi. 70. κα, nacti ἢ κληροῦν τῆς ἀποστολῆς, fortem ἀποστολῆς, Act. 1. 2. ferè ut κληρωτοὶ Athletæ, & κληρωτοὶ Atheniensium Act. 1. Magistratus, sed illi κληρωμένοι divinitus, λαχόντες 25. 26. ἢ τυμὴν, ἢ ψῆφον, sortiti album illum calculum, Divinâ providentiâ. Apostoli jam non ratione missionis prima, particulari, & ad tempus, quæ communis fuit τῶν LXX. ad signa inter Judæos edenda præmissis, tanquam προδρομοῖς Servatoris; sed ratione missionis secunda, universalis, & ad extremum XXVIII. vitæ singulorum; vocandis nempe ad Christum Marc. xvi. Gentibus, fundandæ Ecclesiæ, propagando Euan- Ioh. xviii. gelio, virtute & prædicationis & miraculorum, omnibusque illis constituendis, quæ ad Ecclesiæ regi- Suprà men, disciplinam, ac salutem spectarent. Atque Num. xxi. missi hi à Christo, ut Christus à Patre, ejus Procuratores, Legati, Vicarii, ex jam dictis; quod Clem. ipsum Clemens Romanus intellexit, in suâ ad Co- Ep. p. 34. rinthios: ἐξεπέμφθη ἕν ὁ κληρὸς ἀπὸ Θεοῦ, ἢ ὁ Ἀπόστολος ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Missus est Christus à Deo, & Ἀποστολὴν à Christo. Nec aliter de Apostolis hinc Ignatius, Polycarpus, Justinus, Irenæus, & antiquissimi Patrum. Ac tantundem discriminis, inter primarios illos Apostolos, & reliquos, si componere liceat, quantum olim inter Consules Romanos, Chryf. est hæc comparatio Chryostomi, id est ἢ ἀνωτέρως de Lect. ἁπλοῦς, & τῆς ἐσθητάτας, ὑπάρχους, atque ἁπλοῦς Script. reliquas; vel quantum inter Legatos quorum potestas universalis, & Delegatos qui ad particulare negotium missi, in Jure Romano; aut quantum inter Proconsules, summos in Provinciis Magistratus, & his additos Legatos, Comites, Adseffores, quos quisque Proconsul sibi deligebat, ex Dione, alijs; aut quantum inter Praefectos Prætorio, qui sublimis deinceps præfecturæ apex fuit, & sub his Vicarios, Judices, Rectores, Præsides. Sic Apostoli verè Legati laterales, de latere aut à latere Servatoris missi, prout recentior ætas, indè ab Innocentio IV. Pontifice, distinxit Legatos à latere, & Nuncios ordinarios, inferioris hujus & ordinis &

XIX. Et ista quidem de usu vocis ἀπλοῦτος, vel secundo, deque Apostolâ latius sic dictis, & inferioris ordinis. Certum verò, sic primitus à Christo & à Scriptoribus Sacris appellatos alios, strictiore & eminentiore significato. Et hi sunt qui ὡς Ἀπόστολοι Ἀποστολὴν simpliciter, primarij Apostoli; Comm. ἀλλῶς verò Ἀποστολὴν apud Theodoretum; & ἐξελί- in 1 Tim. ξαστο Ἰησοῦς, quos Jesus singulariter elegit; dicti alijs III. 1. ὡς δίδουκα Ἀπόστολοι, & post discessum Judæ ὡς ἰνδ- Ioh. vi. 70. κα, nacti ἢ κληροῦν τῆς ἀποστολῆς, fortem ἀποστολῆς, Act. 1. 2. ferè ut κληρωτοὶ Athletæ, & κληρωτοὶ Atheniensium Act. 1. Magistratus, sed illi κληρωμένοι divinitus, λαχόντες 25. 26. ἢ τυμὴν, ἢ ψῆφον, sortiti album illum calculum, Divinâ providentiâ. Apostoli jam non ratione missionis prima, particulari, & ad tempus, quæ communis fuit τῶν LXX. ad signa inter Judæos edenda præmissis, tanquam προδρομοῖς Servatoris; sed ratione missionis secunda, universalis, & ad extremum XXVIII. vitæ singulorum; vocandis nempe ad Christum Marc. xvi. Gentibus, fundandæ Ecclesiæ, propagando Euan- Ioh. xviii. gelio, virtute & prædicationis & miraculorum, omnibusque illis constituendis, quæ ad Ecclesiæ regi- Suprà men, disciplinam, ac salutem spectarent. Atque Num. xxi. missi hi à Christo, ut Christus à Patre, ejus Procuratores, Legati, Vicarii, ex jam dictis; quod Clem. ipsum Clemens Romanus intellexit, in suâ ad Co- Ep. p. 34. rinthios: ἐξεπέμφθη ἕν ὁ κληρὸς ἀπὸ Θεοῦ, ἢ ὁ Ἀπόστολος ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Missus est Christus à Deo, & Ἀποστολὴν à Christo. Nec aliter de Apostolis hinc Ignatius, Polycarpus, Justinus, Irenæus, & antiquissimi Patrum. Ac tantundem discriminis, inter primarios illos Apostolos, & reliquos, si componere liceat, quantum olim inter Consules Romanos, Chryf. est hæc comparatio Chryostomi, id est ἢ ἀνωτέρως de Lect. ἁπλοῦς, & τῆς ἐσθητάτας, ὑπάρχους, atque ἁπλοῦς Script. reliquas; vel quantum inter Legatos quorum potestas universalis, & Delegatos qui ad particulare negotium missi, in Jure Romano; aut quantum inter Proconsules, summos in Provinciis Magistratus, & his additos Legatos, Comites, Adseffores, quos quisque Proconsul sibi deligebat, ex Dione, alijs; aut quantum inter Praefectos Prætorio, qui sublimis deinceps præfecturæ apex fuit, & sub his Vicarios, Judices, Rectores, Præsides. Sic Apostoli verè Legati laterales, de latere aut à latere Servatoris missi, prout recentior ætas, indè ab Innocentio IV. Pontifice, distinxit Legatos à latere, & Nuncios ordinarios, inferioris hujus & ordinis &

XIX. Et ista quidem de usu vocis ἀπλοῦτος, vel secundo, deque Apostolâ latius sic dictis, & inferioris ordinis. Certum verò, sic primitus à Christo & à Scriptoribus Sacris appellatos alios, strictiore & eminentiore significato. Et hi sunt qui ὡς Ἀπόστολοι Ἀποστολὴν simpliciter, primarij Apostoli; Comm. ἀλλῶς verò Ἀποστολὴν apud Theodoretum; & ἐξελί- in 1 Tim. ξαστο Ἰησοῦς, quos Jesus singulariter elegit; dicti alijs III. 1. ὡς δίδουκα Ἀπόστολοι, & post discessum Judæ ὡς ἰνδ- Ioh. vi. 70. κα, nacti ἢ κληροῦν τῆς ἀποστολῆς, fortem ἀποστολῆς, Act. 1. 2. ferè ut κληρωτοὶ Athletæ, & κληρωτοὶ Atheniensium Act. 1. Magistratus, sed illi κληρωμένοι divinitus, λαχόντες 25. 26. ἢ τυμὴν, ἢ ψῆφον, sortiti album illum calculum, Divinâ providentiâ. Apostoli jam non ratione missionis prima, particulari, & ad tempus, quæ communis fuit τῶν LXX. ad signa inter Judæos edenda præmissis, tanquam προδρομοῖς Servatoris; sed ratione missionis secunda, universalis, & ad extremum XXVIII. vitæ singulorum; vocandis nempe ad Christum Marc. xvi. Gentibus, fundandæ Ecclesiæ, propagando Euan- Ioh. xviii. gelio, virtute & prædicationis & miraculorum, omnibusque illis constituendis, quæ ad Ecclesiæ regi- Suprà men, disciplinam, ac salutem spectarent. Atque Num. xxi. missi hi à Christo, ut Christus à Patre, ejus Procuratores, Legati, Vicarii, ex jam dictis; quod Clem. ipsum Clemens Romanus intellexit, in suâ ad Co- Ep. p. 34. rinthios: ἐξεπέμφθη ἕν ὁ κληρὸς ἀπὸ Θεοῦ, ἢ ὁ Ἀπόστολος ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Missus est Christus à Deo, & Ἀποστολὴν à Christo. Nec aliter de Apostolis hinc Ignatius, Polycarpus, Justinus, Irenæus, & antiquissimi Patrum. Ac tantundem discriminis, inter primarios illos Apostolos, & reliquos, si componere liceat, quantum olim inter Consules Romanos, Chryf. est hæc comparatio Chryostomi, id est ἢ ἀνωτέρως de Lect. ἁπλοῦς, & τῆς ἐσθητάτας, ὑπάρχους, atque ἁπλοῦς Script. reliquas; vel quantum inter Legatos quorum potestas universalis, & Delegatos qui ad particulare negotium missi, in Jure Romano; aut quantum inter Proconsules, summos in Provinciis Magistratus, & his additos Legatos, Comites, Adseffores, quos quisque Proconsul sibi deligebat, ex Dione, alijs; aut quantum inter Praefectos Prætorio, qui sublimis deinceps præfecturæ apex fuit, & sub his Vicarios, Judices, Rectores, Præsides. Sic Apostoli verè Legati laterales, de latere aut à latere Servatoris missi, prout recentior ætas, indè ab Innocentio IV. Pontifice, distinxit Legatos à latere, & Nuncios ordinarios, inferioris hujus & ordinis &

XIX. Et ista quidem de usu vocis ἀπλοῦτος, vel secundo, deque Apostolâ latius sic dictis, & inferioris ordinis. Certum verò, sic primitus à Christo & à Scriptoribus Sacris appellatos alios, strictiore & eminentiore significato. Et hi sunt qui ὡς Ἀπόστολοι Ἀποστολὴν simpliciter, primarij Apostoli; Comm. ἀλλῶς verò Ἀποστολὴν apud Theodoretum; & ἐξελί- in 1 Tim. ξαστο Ἰησοῦς, quos Jesus singulariter elegit; dicti alijs III. 1. ὡς δίδουκα Ἀπόστολοι, & post discessum Judæ ὡς ἰνδ- Ioh. vi. 70. κα, nacti ἢ κληροῦν τῆς ἀποστολῆς, fortem ἀποστολῆς, Act. 1. 2. ferè ut κληρωτοὶ Athletæ, & κληρωτοὶ Atheniensium Act. 1. Magistratus, sed illi κληρωμένοι divinitus, λαχόντες 25. 26. ἢ τυμὴν, ἢ ψῆφον, sortiti album illum calculum, Divinâ providentiâ. Apostoli jam non ratione missionis prima, particulari, & ad tempus, quæ communis fuit τῶν LXX. ad signa inter Judæos edenda præmissis, tanquam προδρομοῖς Servatoris; sed ratione missionis secunda, universalis, & ad extremum XXVIII. vitæ singulorum; vocandis nempe ad Christum Marc. xvi. Gentibus, fundandæ Ecclesiæ, propagando Euan- Ioh. xviii. gelio, virtute & prædicationis & miraculorum, omnibusque illis constituendis, quæ ad Ecclesiæ regi- Suprà men, disciplinam, ac salutem spectarent. Atque Num. xxi. missi hi à Christo, ut Christus à Patre, ejus Procuratores, Legati, Vicarii, ex jam dictis; quod Clem. ipsum Clemens Romanus intellexit, in suâ ad Co- Ep. p. 34. rinthios: ἐξεπέμφθη ἕν ὁ κληρὸς ἀπὸ Θεοῦ, ἢ ὁ Ἀπόστολος ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Missus est Christus à Deo, & Ἀποστολὴν à Christo. Nec aliter de Apostolis hinc Ignatius, Polycarpus, Justinus, Irenæus, & antiquissimi Patrum. Ac tantundem discriminis, inter primarios illos Apostolos, & reliquos, si componere liceat, quantum olim inter Consules Romanos, Chryf. est hæc comparatio Chryostomi, id est ἢ ἀνωτέρως de Lect. ἁπλοῦς, & τῆς ἐσθητάτας, ὑπάρχους, atque ἁπλοῦς Script. reliquas; vel quantum inter Legatos quorum potestas universalis, & Delegatos qui ad particulare negotium missi, in Jure Romano; aut quantum inter Proconsules, summos in Provinciis Magistratus, & his additos Legatos, Comites, Adseffores, quos quisque Proconsul sibi deligebat, ex Dione, alijs; aut quantum inter Praefectos Prætorio, qui sublimis deinceps præfecturæ apex fuit, & sub his Vicarios, Judices, Rectores, Præsides. Sic Apostoli verè Legati laterales, de latere aut à latere Servatoris missi, prout recentior ætas, indè ab Innocentio IV. Pontifice, distinxit Legatos à latere, & Nuncios ordinarios, inferioris hujus & ordinis &

XIX. Et ista quidem de usu vocis ἀπλοῦτος, vel secundo, deque Apostolâ latius sic dictis, & inferioris ordinis. Certum verò, sic primitus à Christo & à Scriptoribus Sacris appellatos alios, strictiore & eminentiore significato. Et hi sunt qui ὡς Ἀπόστολοι Ἀποστολὴν simpliciter, primarij Apostoli; Comm. ἀλλῶς verò Ἀποστολὴν apud Theodoretum; & ἐξελί- in 1 Tim. ξαστο Ἰησοῦς, quos Jesus singulariter elegit; dicti alijs III. 1. ὡς δίδουκα Ἀπόστολοι, & post discessum Judæ ὡς ἰνδ- Ioh. vi. 70. κα, nacti ἢ κληροῦν τῆς ἀποστολῆς, fortem ἀποστολῆς, Act. 1. 2. ferè ut κληρωτοὶ Athletæ, & κληρωτοὶ Atheniensium Act. 1. Magistratus, sed illi κληρωμένοι divinitus, λαχόντες 25. 26. ἢ τυμὴν, ἢ ψῆφον, sortiti album illum calculum, Divinâ providentiâ. Apostoli jam non ratione missionis prima, particulari, & ad tempus, quæ communis fuit τῶν LXX. ad signa inter Judæos edenda præmissis, tanquam προδρομοῖς Servatoris; sed ratione missionis secunda, universalis, & ad extremum XXVIII. vitæ singulorum; vocandis nempe ad Christum Marc. xvi. Gentibus, fundandæ Ecclesiæ, propagando Euan- Ioh. xviii. gelio, virtute & prædicationis & miraculorum, omnibusque illis constituendis, quæ ad Ecclesiæ regi- Suprà men, disciplinam, ac salutem spectarent. Atque Num. xxi. missi hi à Christo, ut Christus à Patre, ejus Procuratores, Legati, Vicarii, ex jam dictis; quod Clem. ipsum Clemens Romanus intellexit, in suâ ad Co- Ep. p. 34. rinthios: ἐξεπέμφθη ἕν ὁ κληρὸς ἀπὸ Θεοῦ, ἢ ὁ Ἀπόστολος ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Missus est Christus à Deo, & Ἀποστολὴν à Christo. Nec aliter de Apostolis hinc Ignatius, Polycarpus, Justinus, Irenæus, & antiquissimi Patrum. Ac tantundem discriminis, inter primarios illos Apostolos, & reliquos, si componere liceat, quantum olim inter Consules Romanos, Chryf. est hæc comparatio Chryostomi, id est ἢ ἀνωτέρως de Lect. ἁπλοῦς, & τῆς ἐσθητάτας, ὑπάρχους, atque ἁπλοῦς Script. reliquas; vel quantum inter Legatos quorum potestas universalis, & Delegatos qui ad particulare negotium missi, in Jure Romano; aut quantum inter Proconsules, summos in Provinciis Magistratus, & his additos Legatos, Comites, Adseffores, quos quisque Proconsul sibi deligebat, ex Dione, alijs; aut quantum inter Praefectos Prætorio, qui sublimis deinceps præfecturæ apex fuit, & sub his Vicarios, Judices, Rectores, Præsides. Sic Apostoli verè Legati laterales, de latere aut à latere Servatoris missi, prout recentior ætas, indè ab Innocentio IV. Pontifice, distinxit Legatos à latere, & Nuncios ordinarios, inferioris hujus & ordinis &

XIX. Et ista quidem de usu vocis ἀπλοῦτος, vel secundo, deque Apostolâ latius sic dictis, & inferioris ordinis. Certum verò, sic primitus à Christo & à Scriptoribus Sacris appellatos alios, strictiore & eminentiore significato. Et hi sunt qui ὡς Ἀπόστολοι Ἀποστολὴν simpliciter, primarij Apostoli; Comm. ἀλλῶς verò Ἀποστολὴν apud Theodoretum; & ἐξελί- in 1 Tim. ξαστο Ἰησοῦς, quos Jesus singulariter elegit; dicti alijs III. 1. ὡς δίδουκα Ἀπόστολοι, & post discessum Judæ ὡς ἰνδ- Ioh. vi. 70. κα, nacti ἢ κληροῦν τῆς ἀποστολῆς, fortem ἀποστολῆς, Act. 1. 2. ferè ut κληρωτοὶ Athletæ, & κληρωτοὶ Atheniensium Act. 1. Magistratus, sed illi κληρωμένοι divinitus, λαχόντες 25. 26. ἢ τυμὴν, ἢ ψῆφον, sortiti album illum calculum, Divinâ providentiâ. Apostoli jam non ratione missionis prima, particulari, & ad tempus, quæ communis fuit τῶν LXX. ad signa inter Judæos edenda præmissis, tanquam προδρομοῖς Servatoris; sed ratione missionis secunda, universalis, & ad extremum XXVIII. vitæ singulorum; vocandis nempe ad Christum Marc. xvi. Gentibus, fundandæ Ecclesiæ, propagando Euan- Ioh. xviii. gelio, virtute & prædicationis & miraculorum, omnibusque illis constituendis, quæ ad Ecclesiæ regi- Suprà men, disciplinam, ac salutem spectarent. Atque Num. xxi. missi hi à Christo, ut Christus à Patre, ejus Procuratores, Legati, Vicarii, ex jam dictis; quod Clem. ipsum Clemens Romanus intellexit, in suâ ad Co- Ep. p. 34. rinthios: ἐξεπέμφθη ἕν ὁ κληρὸς ἀπὸ Θεοῦ, ἢ ὁ Ἀπόστολος ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Missus est Christus à Deo, & Ἀποστολὴν à Christo. Nec aliter de Apostolis hinc Ignatius, Polycarpus, Justinus, Irenæus, & antiquissimi Patrum. Ac tantundem discriminis, inter primarios illos Apostolos, & reliquos, si componere liceat, quantum olim inter Consules Romanos, Chryf. est hæc comparatio Chryostomi, id est ἢ ἀνωτέρως de Lect. ἁπλοῦς, & τῆς ἐσθητάτας, ὑπάρχους, atque ἁπλοῦς Script. reliquas; vel quantum inter Legatos quorum potestas universalis, & Delegatos qui ad particulare negotium missi, in Jure Romano; aut quantum inter Proconsules, summos in Provinciis Magistratus, & his additos Legatos, Comites, Adseffores, quos quisque Proconsul sibi deligebat, ex Dione, alijs; aut quantum inter Praefectos Prætorio, qui sublimis deinceps præfecturæ apex fuit, & sub his Vicarios, Judices, Rectores, Præsides. Sic Apostoli verè Legati laterales, de latere aut à latere Servatoris missi, prout recentior ætas, indè ab Innocentio IV. Pontifice, distinxit Legatos à latere, & Nuncios ordinarios, inferioris hujus & ordinis &

XIX. Et ista quidem de usu vocis ἀπλοῦτος, vel secundo, deque Apostolâ latius sic dictis, & inferioris ordinis. Certum verò, sic primitus à Christo & à Scriptoribus Sacris appellatos alios, strictiore & eminentiore significato. Et hi sunt qui ὡς Ἀπόστολοι Ἀποστολὴν simpliciter, primarij Apostoli; Comm. ἀλλῶς verò Ἀποστολὴν apud Theodoretum; & ἐξελί- in 1 Tim. ξαστο Ἰησοῦς, quos Jesus singulariter elegit; dicti alijs III. 1. ὡς δίδουκα Ἀπόστολοι, & post discessum Judæ ὡς ἰνδ- Ioh. vi. 70. κα, nacti ἢ κληροῦν τῆς ἀποστολῆς, fortem ἀποστολῆς, Act. 1. 2. ferè ut κληρωτοὶ Athletæ, & κληρωτοὶ Atheniensium Act. 1. Magistratus, sed illi κληρωμένοι divinitus, λαχόντες 25. 26. ἢ τυμὴν, ἢ ψῆφον, sortiti album illum calculum, Divinâ providentiâ. Apostoli jam non ratione missionis prima, particulari, & ad tempus, quæ communis fuit τῶν LXX. ad signa inter Judæos edenda præmissis, tanquam προδρομοῖς Servatoris; sed ratione missionis secunda, universalis, & ad extremum XXVIII. vitæ singulorum; vocandis nempe ad Christum Marc. xvi. Gentibus, fundandæ Ecclesiæ, propagando Euan- Ioh. xviii. gelio, virtute & prædicationis & miraculorum, omnibusque illis constituendis, quæ ad Ecclesiæ regi- Suprà men, disciplinam, ac salutem spectarent. Atque Num. xxi. missi hi à Christo, ut Christus à Patre, ejus Procuratores, Legati, Vicarii, ex jam dictis; quod Clem. ipsum Clemens Romanus intellexit, in suâ ad Co- Ep. p. 34. rinthios: ἐξεπέμφθη ἕν ὁ κληρὸς ἀπὸ Θεοῦ, ἢ ὁ Ἀπόστολος ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Missus est Christus à Deo, & Ἀποστολὴν à Christo. Nec aliter de Apostolis hinc Ignatius, Polycarpus, Justinus, Irenæus, & antiquissimi Patrum. Ac tantundem discriminis, inter primarios illos Apostolos, & reliquos, si componere liceat, quantum olim inter Consules Romanos, Chryf. est hæc comparatio Chryostomi, id est ἢ ἀνωτέρως de Lect. ἁπλοῦς, & τῆς ἐσθητάτας, ὑπάρχους, atque ἁπλοῦς Script. reliquas; vel quantum inter Legatos quorum potestas universalis, & Delegatos qui ad particulare negotium missi, in Jure Romano; aut quantum inter Proconsules, summos in Provinciis Magistratus, & his additos Legatos, Comites, Adseffores, quos quisque Proconsul sibi deligebat, ex Dione, alijs; aut quantum inter Praefectos Prætorio, qui sublimis deinceps præfecturæ apex fuit, & sub his Vicarios, Judices, Rectores, Præsides. Sic Apostoli verè Legati laterales, de latere aut à latere Servatoris missi, prout recentior ætas, indè ab Innocentio IV. Pontifice, distinxit Legatos à latere, & Nuncios ordinarios, inferioris hujus & ordinis &

Dicto Serm. in Ign. p. 499.

Hammm. de Episc. Diff. IV. C. III. Idem in Ep. Iac. Procem.

Theodor. Comm. in 1 Tim. III. I. & in Phil. I. I.

Ath. Apol. II. Act. 1. 30.

In L. II. C. XII.

2 Cor. XI. 28. Epist. LXV.

Chryf. in Act. VI. 5. 6. Hom. XIV. T. IV.

De Synedr. L. III. C. XV. Præfixa Operi de Hæref. T. I.

August. Dial. LXV. T. IV. LXIV.

Num. 17.

in 1 Tim. III. I.

Ioh. VI. 70.

Act. I. 2.

Act. I. 25. 26.

Marc. XVI.

Ioh. XVIII. XX.

Suprà Num. XXI.

Clem. Ep. p. 34.

Chryf. de Lect.

Script. T. ult.

Epiph. H. xxx. Num. 1.

Apoc. XXI. 14.

De Civ. D. L. xv. C. xx. In Psalm. ciii. Serm. iii. T. VIII.

L. IV. C. XIII.

Mat. ix. 1. 6.

Exod. xv. 27.

Gen. xvii. 20.

Num. i. 4.

Num. xii. 26.

Matt. xxiv. 14.

Ezech. iv. 6.

Luc. i. 33. Gal. vi. 16.

potestatis. Sic sub Judæorum Apostolis, de quibus supra, fuere Archilynagogi, Patriarchæ minores, Hierci, Presbyteri, Azanitzæ apud Epiphani- num, ex *ד'ןן*, quales dicti *nunciis Synagoga*.

XX. Cur verò Christus Jesus, in primâ Apostolorum institutione, Duodecim elegerit, imple- do deinceps per Matthiam vacivo loco, ac manu- rã deinceps appellatione *τ' δώδεκα*, etiam in Apo- calypsi, ubi frequens ad eum numerum allusio, quæ- ri anxie quandoque solet. Nos sanè in iis sumus, qui nec sua negant numeris Sacris mysteria, nec inania captant, Pythagoreorum aut Cabbalistarum in mo- rem. Quorum prius temerarium, postèrius vanif- simum sæpè, ut qui *ἀνεμὸν διπύου θηρῶσι*. Ac sub- tilior quidem Augustini ratio est, à perfectione nu- meri duodenarii, ob *partes septenariis*, id est, ter quaternos, aut quater ternos, in se ductos ac mul- tiplicatos. Vel ob respectum ad *Trinitatem*, & *quatuor* Mundi plagas, ductis sursum in se iis nu- meris. Melius fortasse Tertullianus adversus Mar- cionem; *Hujus numeri figuræ apud Creatorem depre- hendo: Duodecim fontes Elim; & duodecim Gemmas in tunica sacerdotali Aaronis; & duodecim Lapidés ab Je- su de Jordane electos, & in arcana Testamenti conditos.*

XXI. Nempe hîc plana omnia. *Primò* vix du- bium, quin respexerit Christus ad xii. Tribus Israël- lis, seu ad gentem Judæorum ita tributam, ad quam primò missi *οά δώδεκα*, si Matthæo fides est. Nam Christus *προσκλήσαται τὸς δώδεκα*, mandavit ut proficiscerentur *μακρόν*, id est, *πρῶτον*, ad *ovés Israël*. Hinc & judicaturi dicuntur xii. Apostoli xii. Tribus, acculaturi contumaciam. Pariter LXX. Discipulos pro numero LXX. Seniorum elegit Chri- stus, & cum Apostolos duodecim, tum discipulos LXX. luculenter expresserunt xii. fontes aquarum, & LXX. palmæ, mox ab Exitu Israëlitis oblata. *Secundò*, respexit omninò ad xii. filios Jacobi, seu xii. Patriarchas à quibus propagata Ecclesia omnis Testamenti Vet. Sic fuere Ismaéli filii xii. totidem principes numerosissimæ Gentis, augendæ majorem in modum exiguo intervallo temporis. Sic xii. Tribus habuere totidem Phylarchas, *לְבִיָּוּתָא* principes seu capita in domo patrum suorum, seu in quaque Tribu. Ità Christus xii. quasi suæ Ecclesiæ constituit seu principes, à quibus hæc quàm brevissimo tempore in Gentem magnam ex- cresceret, impletura Orbem universum. *Tertiò*, fortassis etiam attendit Christus ad xii. Explorato- res missos in terram Canaanis, ac relatores fructus exactis diebus xl. Ità Apostoli xii. missi primùm à Christo explorandæ Judæorum fidei, obedien- tiæ, spatio annorum xl. quod tempus eorum pœ- nitentiæ concessum, antè excidium Urbis & Tem- pli, dum interea ad Nationes omnes sese Euange- lium diffunderet. Planè ut per dies xl. Christus duodecim se Apostolis videndum exhibuit; ut Deus olim per annos xl. exploravit Tribus xii. in deser- to; totidem annis divino Vati concessis ad portan- dam iniquitatem Judæ, usque ad tempus deporta- tionis. Hinc & Jacobus Apostolus suam inscripsit *ταῖς δώδεκα φυλαῖς*, & Judæis Petrus, cui Judæo- rum Apostolatus creditus. Eo etiam xl. *dierum*, id est annorum, intervallo, usque ad Excidium Gentis, retulerunt Apostoli fructus suæ missionis eximios, cum inter Judæos tum inter Gentiles, exploratorum Mosaicorum ad instar. *Quartò*, signi- ficavit hoc modo Christus Jesus, constituendam à se novam quandam Rempubl. novum Israëlém, no- vum Sacerdotale Regnum, undè duodenarius ille numerus referens Israëlém. Hinc *Israëlis* nomine Ecclesia N. Test. apud Prophetas passim, eadem- que *domus Jacob, Israël Dei*, ex Judæis ac Gentili- bus collecta. Hinc xxiv. *Seniores*, & xxiv. *stroi- ni*, in quarto Apocalypscòs, cum allusione ad Israël-

lem veterem & novum, carnalem & spirituales; & utriusque xii. Capita. Sed & vocatio Gentium hoc numero in specie designata, quæ reducendæ quasi essent ad xii. Tribus, quæ futuræ pars Israël- lis, & de Israël, nempe *τ' πνεύμα*, & *τ' θεῶ*. Quemadmodum & sub xii. *tribubus Israël*, qua- rum futuri judices. Apostoli, comprehendit alibi Christus Ecclesiam universam, etiam tribum Levi, etiam Gentes Israëli aggregandas, objectum Apo- stolici ministerii. *Quintò*, duodenarius ille numerus, ex *quater ternis* conflatus, videtur etiam alludere ad *quater ternam* dispositionem castrorum Israëlitarum, in quibus tres tribus ad Orientem, tres ad Meridiem, tres ad Occidentem, tres ad Septentrionem, singu- læ sub suis vexillis, æquali à Tabernaculo distantia, quod fuit in medio positum. Qualiter portæ xii. Civitatis mysticæ apud Ezechielem, *cujus nomen, ibi Jehovab*, dispositæ leguntur. Et sic à Christo videntur designata 1. Novæ Ecclesiæ pulcherrima facies ex formâ illâ *quadratâ*, qualem & Ezechiel descripsit, ac Johannes in Apocalypsi. 2. Firmitas ejusdem ac soliditas, adversus quam nihil Inferorum portæ prævalerent, interprete Christo. 3. Collec- tio ejusdem ex quatuor mundi plagis, in quas de- stinati Apostoli xii. ut totidem *Angeli*, quorum præcipuo ministerio pateret in eam Civitatem in- troitus. 4. Conditio ejusdem militans, quæ sit tan- quàm spiritualis Exercitus, in deserto hujus mudi, vexillis ab omni parte erectis, cujus in medio Thronus Christi in eâ regnantis, circum verò mu- rus, vallum, cui xii. Apostoli totidem supposuê- re fundamenta, omnes verò unum idemque fun- damentum, Christum Jesum. Addimus *sexto*, sum- mum olim Judæorum Pontificem expressisse illum haud dubiè qui verus Ecclesiæ suæ Pontifex est, præeunte Paulo; sic, vestem quam inducat idem Pontifex, figurasse quodammodo Ecclesiam, *sacram vestem quam induit Christus*, quò & Johannis visio alludit; sic, gemmas xii. intra Pectorale dispositas, quæ *Urim & Thummim* Populo repræsentarent, quæ- que suo fulgore irradiarent vestem, portendisse om- ninò totidem *Apostolos*. Hi enim veluti Gemmæ xii. gestatæ Christi in pectore, charismatis Apo- stolicis radiantes, cum primis luce veritatis, & *integritate* vitæ, virtutibus cum lapidibus illis eximii, ponendi in totidem *fundamenta* Civitatis novæ, seu spiritualis Hierosolymæ. Et ità expressè Scriptu- ra S. in Apocalypscòs Libro. *Septimò*, quis neget Christum cum *Sole* conterri posse, Scripturâ rur- sùm præviâ? Ecclesiam aded N. Test. cum *Zodia- co*, quem Sol medium ac totum perlustrat, perambu- lat, uti Christus ambulat in Candelabrorum me- dio; ità Apostolos xii. cum duodecim signis Stel- latis, quæ *ter quaternis* sunt, pro quatuor punctis Solstitialibus, & Æquinoctialibus, & pro quatuor tempestatibus anni? Et sanè cum *Stellis* xii. radian- tibus in capite Ecclesiæ nascentis, comparantur ii- dem Apostoli, quæ Stellæ adjunctæ ibi *Soli*. justiti- æ, quo hæc tota circumfulit, habentesque infrâ sese *Lunam*, quâ cum Oeconomix prioris Mini- stros rectè conferas. Sub his enim conditio Eccle- siæ varia & mutabilis fuit; sub his *Noemena* obser- vata, & Festa Lunaria; sub his lampades in Ta- bernaculo accensæ; sub his multa adhuc nox igno- rantix, & expectatio diei, lucis; horumque tan- dem omnis *λατρεία* calcanda veluti fuit Apostolo- rum doctrinâ, & lux illa prior pellenda Christi lu- ce. Hinc *sub pedibus* Mulieris Luna.

XXII. Atque hic *duodenarius* numerus, in Apo- stolis à Christo expressus, radix est aliorum nume- rorum qui in Apocalypsi sunt pleni mysteriorum: Quales v. gr. numerus signatorum, qui 144. mil- lia; numerus cubitorum in muro novæ Hierosoly- mæ, qui 144. conflato ex *duodecies duodecim* hoc nume-

Matt. xix. 28

Num. ii. 1. &c.

Ezech. xlviii. 20. 31.

Apoc. xxi. 12.

13. 14.

Apoc. iv. 3. 4.

Tertul. Adv. Marc. l. iv.

C. xiii.

Apoc. i. 13.

13.

Apoc. xxi. 19.

20.

Apoc. ii. 1.

11. 1.

Apoc. xii. 1.

11. 1.

Apoc. vii. 4.

xiv. 1.

numero, qui perfectè quadratus est ex multiplicacione per se ipsum, unde figura novæ Hierosolymæ quadrangularis, æquilatera, & perfecta. Quâ de re adi præ cæteris Fr. Potterum, in numerum Bestiæ ingeniosissimè commentantem. Sed & Senarius numerus, secundùm Arithmeticos, perfectus est, qui sit ex 1. 2. 3. simul junctis, & in perfectis quidem numeris primus est. Hinc trias Euan-gelistarum, dùm repræsentant Apostolos, ut fuê-re à Christo primùm instituti, senario eos ordine describunt, δύο δύο, Petrum & Andream fratres, Jacobum & Johannem fratres, Philippum & Bartholomæum, Thomam & Matthæum, Jacobum Alphæi & Judam Lebbeum fratres, Simonem Ze-lotam, qui Ἰσκαριώτης & Judam Iscariotam, seu jam huic postremo à cinctorio coriario vel scorteo, ἑκτεροῦτον seu à strangulatione, ἑκτεροῦτον vel ἑκτεροῦτον aschbara, per σπληνῆν, quia ἀπέχεσθαι, factum sit nomen Iscariota, seu aliudc. Hinc Be-stia Apocalypica, cui constitutum Christum æmulari, gerere cornua Agni, esse ἀντι τῆς Χειρὸς vice Christi, & mysteria sua obtrudere pro Apostolicâ doctrinâ, designatur quoque per numerum, qui proditur in 666. qui totus currit per senarios, unum, decem, centum, & in senarios dividitur, aut si per 12. dividatur relinquit sex, notando addita-tamento Bestiæ ad ea quæ per Christum constituta. Cujus & sequacium numerus excedit nume-rum sequacium Christi, piorum, signatorum, nam hic per 144. exprimitur, ut ille per 666. Nec pa-rum hinc lucis numeris illis Apocalypicis, de quibus fortè aliàs plenius.

XXIII. Porro ex æmulatione duodenarii Apo-stolorum numeri, factum ut deinceps in Ecclesiâ Alexandrinâ, tradente Eutycho in Originibus, Marcus constituerit Presbyteros XII. qui unum ex se electum Episcopum nominarunt, ut habet Hiero-nymus in Epistolâ ad Euagrium: Patriarcham dicit Eutychius, sed pro more posterioris ævi, inde à Sæculo v. & deinceps. Pariliter, de Cæsariensî Ecclesiâ retulit Pseudo-Clemens in Prædicationi-bus Petri, XII. Episcopos in eâ civitate ordinasse hunc Apostolum, quorum & nomina illic recenset. Itâ quoque, referente Augustino, Libro de Hæresib-us, ubi de Hæresi Manichæorum, ipse Manichæum XII. discipulos habuit ad instar Apostolici numeri, quem numerum bodis Manichæi custodiunt: Nam ex Electis habent XII. quos appellant Magistros, & tertium-deci-mum Principem ipsorum.

XXIV. Quemadmodum verò Collegia primitus instituta, & ad certum numerum restricta, ut Se-rens-virorum, Decem-virorum, & similia, postmo-dum seu deficiente numero, seu aucto illo, addi-tisque uno vel pluribus, retinent tamen veterem appellationem, itâ cum τοῖς δώδεκα res accidit, licet Paulus adscriptus quoque fuerit Apostolico illi choro, & juxtâ plerolque Barnabus. Ac quicquid sit de Barnabâ, sanè bis Ἀπόστολον dixit Lucas, ac combinavit Paulo in missione ad Gentes, ἀφωρισμέ-νον ad hoc divinitus, hinc in κοινονίαν Apostolici ministerii, junctis dextris, à reliquis assumptum. Quanquam Tertulliano non sit Barnabas nisi comes & discipulus Pauli, unus ex LXX. Clementi Alex. Eusebio, Epiphano; idemque inferior multis no-minibus Paulo, in vocationis divinæ modo, cha-rismatis, laboribus, miraculis, universalitate mu-neris, scribingive auctoritate. De Paulo res cer-ta est, nihilo inferiorem fuisse Petro, Jacobo, Jo-hanne, τῶν ἑπτὰ λίαν Ἀποστόλων principibus Apo-stolorum. Nec tamen unus ex XII. ut somniabant illi, quos refutat in Græcis Glycas, Epist. ad Con-stantinum Palæologum. Nihilominus Apostolicis omnibus prærogativis cum cæteris ornatus, imò suprâ cæteros fulgens, quò faciunt quæ in sequenti

Dissertatione, de Conversionis circumstantiis, deque Num. IV. & XXVIII. raptu in tertium Coelum observata. Hinc ille ipse passim κλητὸς Ἀπόστολος, & divinâ quidem voce, nec sine miraculo; nusquam Timotheum, vel Syl-vanum, (etiam dùm conjunctim cum hisce daret Epistolas ad Corinthios, Philippenses, Colossenses &c.) eodem elogio exornans; Apostolus, & ὁ μέ-γας Ἀπόστολος, item ὁ κήρυξ, ὁ τῆς ἐκκλησίας φυτε-γὸς, &c. per excellentiam Veteribus, etiam sine Pauli nomine, ut Philosophus de Aristotele, Poë-ta de Homero vel Virgilio, Orator de Demosthe-ne vel Cicerone. Certè frequenter is, aequè ac Pe-trus, Apostolorum ὁ κορυφαῖος, ὁ ἀρχηγός, ὁ πρῶ-τος, ὁ μέγιστος, ὁ ἡγεμὼν, ἡ κεφαλὴ, ὁ προσώπτης, coryphæum ille, princeps, primus, maximus,dux, ca-put, preses, etiam nulli secundum, ac ne Petro qui-dem, si non major, innumeris Veterum præconiis, Clementis, Ignatii, Irenæi, Tertulliani, Orige-nis, Eusebii, Cyrilli Hieros. Chrysostomi, Ambro-sii, Hieronymi, Augustini, Leonis, ac reliquo-rum omnium, quæ transcribere piget. Sic allu-sione ad τὴν νυμφαγωγίαν, qui Græcis erant Aposto-li sponsi, idem Paulus est Chrysostomo ὁ νυμφαγω-γὸς τῆς Χειρὸς, adductor sponse ad Christum. Quando Chryf. verò hic Apostolus in consortium Apostolici muneris Homil. vocatus assumptusque fuerit, quæ sit Æra Con-xxxiii. versionis, quæ professionis ad Synodum Apostolicam, in Matt. quæ reliquorum itinerum Chronologica ratio, non xx. 20. eadem omnium sententia est, nec facile est in hoc T. V. ἀποφηνάσθαι γνώμην. Atque eò spectat sequens no-stra Disquisitio, ad quam Lectorem mittimus.

XXV. Uti Episcopatum frequenter Veteres vo-cant ἀρχὴν πριματίου in Ecclesiâ, sic Apostolatium Chrysostomus dicit, θεσηγορίαν ἀρχῆς, ἀρχὴς με-Τομ. γίστης, ἀρχῆς τῆς πνευματικωτάτης, ἀρχῆς τῆς αἰῶν, no-viii. men principatus, principatus maximus, spiritualissimi, Sen. supremi. Idem vocat ἀρχὴν τῆς αἰῶν ἀρχῆν, κορυφῶν, &c. κεφαλῶν, ῥίζαν, ἰσχύειν, principatum, fastigium, caput, radicem, fundamentum aliarum in Ecclesiâ di-gnitatum. Hinc ut communia in Apostolis pluri-ma cum Episcopis, Pastoribus, ad successores trans-mittenda; ut hi quoque ποιμένες, διδάσκαλοι, προ-σῴτες, ἡγέμενοι, ἀρχυμέντες, ἡποκοπῆτες, Ἀνάτολες τῆς Χειρὸς, ἰσχυροί, οἰκονόμοι, σωεργοί, συμπρεσβύ-τεροι, Ecclesiæ σύλοι, veritatis ἐδρανώματα, ἐρείσμα-τα, στήριγματα; ut horum etiam ligare, solvere, retinere, remittere peccata, prædicare, docere, baptizare, panem frangere, pascere oves Christi, Ecclesiâ ædificare, regere, imponere aliis manus &c. Sic singularia quædam fuisse in dictis Apo-stolis, suprâ reliquos omnes Ordines, & successores, inter Christianos ferè convenit. Nec jam persona-lia volumus, qualiter ex. gr. in Petro, Paulo, Jo-hanne, Jacobo, sed quæ Apostolorum omnium, nullo discrimine habito.

XXVI. Atque hæ prærogativæ Apostolici mu-neris, ex iis quæ de Apostolorum propriâ appella-tione, auctoritate, numero, deque Pauli vocatio-ne, suprâ disseruimus, intelliguntur abundè satis. Ac prolixè Theologi & Interpretes passim illas ipfas enarrant. Summatim & coronidis loco nos hasce recensemus. Prima nempè fuit, Ἀποστόλων illa ap-pellatio, eo sensu quo soli XII. dicti Apostoli, & cum his Paulus, & quâ appellatione à reliquis Or-dinibus discernuntur. Hi soli Christi Legati, nem-pè immediati, extraordinarii, laterales, ac vicem legantis in omnibus sustinentes. Abusum verò hu-jus θεσηγορίας ad proximos Successores, & ad E-piscopos, extensæ, quibus ἀποστολικῶν πρεσβυτέρων, &c. tribuerunt, vidimus antè.

XXVII. Altera prærogativa Apostolatûs, fuit missio seu vocatio immediata, ab ipso Christo, uti quoque immediata per Christum instructio de iis quæ Christi nomine Orbi propalarent. Nec du-bium

Apoc. XIII. 18. Matt. X. Marc. vi. Luc. vi.

Hieron. Epist. LXXV. Orig. Eccl. A. lex. init.

Ab. XIII. 2-4 XIV. 4-14 Gal. II. 9.

2 Cor. XI. 5. XII. II.

Suprà Num. XII. XIX. I Cor. XII. 28. Eph. IV. 11. Ioh. XIII. 20. XVII. 18. XX. 21. Suprà Num. XVI. XVII.

Ioh. XV. Gal. II. 2.

bium de Discipulis XII. quanquam in primâ missione, sed minus solemnî, & particulari illâ, etiam
 Luc. x. 1. *ol LXX. immediatè fuerint à Christo delegati. De Paulo prolixè nos sequenti Dissertatione, ubi de vocatione ad Apostolatam. De Matthiâ forte, id est Divinâ voce, qualiter in distributione Terræ, in segregatione Hirci, Saulis, Jonæ, Sacerdotum, consecuto τῷ ἀποστολῷ, pluribus Theologi. Nec Patrum suffragia compilare, in re omnium clarissimâ, necesse est. Hinc etiam factum, ut Manichæus, obtendens missionem immediatam, diceret se Apostolum Jesu Christi, qualiter & Muhammedes, eandem asserturus, nuncupavit se رسول الله. Apostolum Dei, quod profiteri character est Muhammedismi. Et ex vocatione immediatâ sequitur alterum, nempe Apostolatam fuisse ἀδιάδοχον, cui propriè, humano suffragio, seu δι' ἀνθρώπων, non successum. Undè Petrus & Paulus non Apostolatam, sed Episcopatum, Lino tradidisse scripsit Irenæus, & post eum cæteri. Quid verò non sibi deinceps arrogavit Româ? Nam & hæc Apostolos elegit, consecravit, in Regna misit, Gentibus utique ad se convertendis, sedique veriùs suæ quàm Christo mancipandis.*

XXVIII. Tertius character Apostolici muneris fuit divinus afflatus, hinc ἀναμαρτήσια, ἀνομισία, καὶ ἄλλα ἀφ' ὧν, in iis quæ, post Spiritum acceptum, credenda faciendave tradiderunt. Nec aliud decuit Christi Legatos, θεοπροβύτους, ducendos eis πᾶσαν ἀλήθειαν, audiendos Christi loco, implendos Spiritu S. locuturos sermone quem hic doceret, conversuros omnes Gentes, Ecclesiam fundaturos ac testimonium accepturos à Deo ipso, signis & prodigiis coelitus patefactis. Quam ἀναμαρτησίαν dùm sollicitat infelix Auctor Tractatus Theologico-Politici, tria largitur, quibus se ipsum conficit. Primum est, *Neminem qui Novum T. legis dubitare posse, Apostolos Prophetas fuisse. Alterum, Apostolos ea ex singulari revelatione habuisse, qua vivâ voce predicaverunt. Tertium, signis sua confirmasse, quæ darentur divinitus. Dum verò, scribentium Apostolorum, & predicantium diversos motus, rationem diversam fingit: dum hariolatur, prædicasse quidem ut Prophetas, scripsisse ut Doctores tantum: dùm inspirationi seu revelationi opponit Apostolorum, Pauli cumprimis, stylum Epistolicum & familiarem, ac loquendi modos καὶ ἀνθρώπων, etiam λογισμὸς seu illationes, ratiocinia, ex T. Vetere, aut ex præmissis, indulgentiam quoque vel consilium in rebus mediis, ut in causâ matrimonii, priorè ad Corinthios: dùm supponit, Apostolos elegisse singulos vias singulares, docuisse ex principiis diversis, superadificasse diversos fundamentis; nam ἀπό τερον θεμέλιον Rom. xv. 20. interpretatur aliud fundamentum ex parte rei seu doctrinæ, non verò alienum ex parte jacentis fundamentum, idem sanè quod ipse jaceret sed jam ab alio positum: dùm censet ἀσύστατον, v. gr. loqui Paulum ex sententiâ suâ, sanè Apostolicâ, & loqui afflante Spiritu S. quæ tamen Paulus, dicto loco ad Corinthios, omninò combinat, & combinant Apostoli, ἔδοξε τῷ ἀγίῳ Πνεύματι ἡ ἡμῶν: In his, ut mollissimè dicam, anceps res est plus-ne ignorantix an impudentix prodat, solâ libidine fortis. Majorque illorum modestia fuit qui, Tertulliano auctore, solebant dicere, Apostolos non omnia scisse; quasi Christus minus instructos misisset.*

XXIX. Itâ verò in docendo ἀναμαρτητοὶ Apostoli, ut non in agendo ἀπίστοι, itâ infallibiles doctrinâ, ut non impeccabiles factis; quicquid hunc quoque Apostolicum characterem Schola Jesuitica decernat. Testentur Paulus in septimo ad Romanos, Petrus & Barnabas, Jacobus, Johannes. Nec cum Apostolis aliter comparatum ac cum Prophe-

Ioh. XIV. 16. 26.
 Ioh. XII. 20.
 Luc. X. 16.
 Act. II. 4. IX. 17.
 Matt. X. 19.
 I Cor. II. 10. 13.
 Matt. XXVII. 19.
 Act. IX. 15.
 Eph. II. 20.
 Apoc. XXI. 14.
 Marc. XVI. 20.
 Hebr. II. 4.
 Tract. Theol. Pol. C. XI. P. 137. 141. 142. &c.
 Rom. VIII. 18.
 I Cor. VII. 40.
 Act. XV. 28.
 Tertull. de Præscr. C. XXI.
 Gal. II. 13. 14.
 Jac. III. 2.
 I Ioh. I. 8.

ticis viris, quales fuere Moses, David, Salomon, Jonas, in prædicando ἀφ' ὧν, non in faciendo ἀναμαρτήτοισι. Omnes enim ἄνθρωποι, & quidem ἄμοιοπαθεῖς cæteris. Petrus ὀρθοδιδάσκων vivâ voce, 15. scriptis, aliquando tamen, dùm se Gentilibus subducit, σὺν ὀρθοποδοῦν. Paulus de Concupiscentiâ præclare tradens, idem tamen exclamans, esse in membris suis νόμον ἀμαρτίας, Cupidineis nec inexpergnabile telus Cor mihi!

Tradidère illi sanè πᾶσαν ἀλήθειαν scribendo, prædicando, at peccare potuerunt ἢ τὴν ἀληθείαν contrâ veritatem, hoc & illud agendo eâ infirmitate quâ vitis sine nemo nascitur. Sol unus nunquam ab Eclipticâ deflectit, sic unus Christus nunquam ab officii aut justitiæ lineâ; Apostoli Planetarum instar, qui factis aberrare quidem à lineâ, nunquam tamen extrâ Zodiaci latitudinem ferri, potuerunt. Et evidens utrobique ratio est, cùm infallibilis doctrinæ, ad ἀβυσθίαν illius, ad securitatem fidei, & fundamen Ecclesiæ; tùm fallibilis vitæ, ad solatium peccantium, & in humanæ infirmitatis exemplum.

XXX. Quartus character qui signavit Apostolos fuit ex priori, summus nempe in doctrinâ omnium Consensus. Adeo ut si quis secus v. gr. à Paulo traderet, hoc ipso habendus esset pro Pseudo-Apostolo, imò pro anathemate. Contrâ Apostolici habitus, qui ab Apostolis edocti, & cum Apostolis per omnia consentientes, quibusque (itâ Tertullianus) adstiterit auctoritas Magistrorum. Quemadmodum & Apostolicum id omne dixere, quod Apostolorum doctrinam exprimeret; & hoc epitheto veniunt Symbolum, Canones, Constitutiones, Doctrina, Successio, Cathedræ, Literæ, Ecclesiæ Apostolicæ &c. passim in monumentis Veterum. Hinc quicquid Johannes Apostolus addiderit ad Matthæum, nihil ille hujus vel impugnavit vel destruxit. Ae frustra Valentinus Johannem solum recipere, Alogiani contrâ unum Johannem respuere; frustra solum Lucam probare Marcion, aut Matthæum solum Ebion, unum Marcum Cerinthus; frustra Evangelistas inter sese committere Faustus Manichæus, Augustino vindice in Libris contrâ Faustum; alii etiam Paulum & Jacobum in Justificationis doctrinâ; abundè hactenùs justificata est Sapientia à filiis suis. Postremo hoc tamen exemplo characterem hunc Apostolicum convellere rursùm nititur Spinosa: Si ipsas Epistolas aliquâ cum attentione percurramus, videbimus Apostolos in ipsâ quidem religione convenire, in fundamentis autem admodum discrepare. Nam Paulus, ut ostenderet salutem à solâ Dei gratiâ pendere &c. Jacobus autem contrâ in suâ Epistolâ &c. Quàm securus in recoquendâ illâ crambe! Jacobus nempe, Concilii Apostolici pars magna, negavit solâ gratiâ J. Christi nos servari? Prætereà contrarii sunt Paulus & Jacobus? At cur distimulat Auctor, loqui Apostolum utrumque, de diversâ fide, vivâ & mortuâ; de justificatione diversâ, coràm Deo & hominibus; de statu diverso, peccati & gratiæ; denique ad diversos, quorum alii nitentes operibus Legis, alii solâ fide sed vanâ, sed mortuâ, sed simili fidei Diabolorum? Denique quid absurdius convenire quidem Apostolos in Religione, at non in fundamento Religionis? Quum tamen in Religione omnium primò spectetur fundamentum, quod unum esse Apostolorum omnium, fundamentalem doctrinam de Christo, ejusque Gratiâ, disertè Paulus, in suis ad Corinthios & ad Ephesios. Igitur de Apostolis verum, quod Hellenistas de Mose & LXX. Senioribus, ἢ ἀπλήκτων Ἰσραὴλ (Χεῖρῶν) ἢ διεφώνησεν εἰς εἶς, Ex electis (Christi) ne unus ab altero dissentit. Quæ verba originem dedisse Fabulæ de LXX. Interpretum nullâ dissensione,

Contrâ Marc. L. IV. C. II.
 Tract. Theol. Pol. C. XL. P. 143.
 Act. XV. II.
 I Cor. III. II.
 Eph. II. 20.
 Exod. XXIV. II.
 I Cor. II. II.

sione, Doctiff. Heinsius tradidit ad Nonnum.

XXXI. Quintus character Apostolici officii fuit ocularis visio, seu oculare testimonium, cumprimis de Christo à morte fuscitato. Hinc Johannis illud, *qua vidimus*; hinc Petrus, se factos *εποπτες* & *εκεινε μεγαλειότητι*; hinc Paulo Christus *ὄφθαις*, & in viâ, & in raptu, ut pluribus alibi. Certè Lucas retulit *audita* magis quàm *visu*, hoc ipso non Apostolus, observante etiam Hieronymo; contra Apostolos innuit idem Lucas nomine *αὐτοπλῆς*. Et æquipollent Petro, eligi in Apostolum Christi, & eligi ex eorum numero qui *μαρτυρες* & *ἀναστάσεως* *αὐτῆς*. Nec aliudè, quam ut auctoritatem quandam Apostolicam sibi conciliarent, vel Ignatius in Epist. ad Smyræos, (secundùm lectionem Usseriani Interpretis, & Hieronymi in Catalogo,) vel Pseudo-Abdias Babylonius, scripsere, se Christum Dominum *in carne vidisse, vidisse oculis suis*; quam non nescio de lectione textus Ignatiani controverti. Nec certè parùm fecit ad auctoritatem testimonii Apostolici, quod non audita modò, sed visa, & visa sæpiùs, & visa singulis, *ὡς πολλοῖς τε κληροῖς*, nec sibi tantùm, sed & pleraque compluribus aliis, testarentur; atque eâ consensione, eâ simplicitate, eâque constantiâ animorum, tot inter discrimina, à quâ fraudis omnis suspicio absuit quàm longissimè.

XXXII. Sextus character & ἀποστολῆς fuit universalitas muneris, missio *eis* & *κόσμον ὅκλει*, *eis πάντες τὰ ἔθνη*, *ἕως ἑσχατῆς τῆς γῆς*, *eis τὰ πέρατα* & *οικουμένης*, *ἐνώπιον ἰθῶν τε ἡ βασιλείων*, æquè ac *ἰθὺν ἡ γῆν*, in quatuor mundi plagas; quâ sol oritur & occidit. Hinc non hujus vel illius Ecclesiæ singularis cura, sed *πασῶν* & *ἐκκλησιῶν*, hinc foundationes Ecclesiarum *ἡ πόλις*, hinc dispersio, itineta, & prædicatio in toto mundo, antè excidium Urbis, hinc etiam *καθολικῆ* cùm Epistolæ, tùm Constitutiones, ab iis qui verè *καθολικοὶ, οἰκουμενικοὶ*, ut abusivè postea tales dicti Exarchi, Primate, Patriarchæ, Romanus Pontifex. Atque adeò fuit Apostolorum vox instar vocis Cælorum; lux eorundem instar solarium; quæ in omnes sese terras diffunderet. Undè qui in omni Gente prædicaturi, omnium Gentium linguas divinitus erant edocendi.

XXXIII. Et hoc Apostolici muneris à Prophetico discrimen nuperus Auctor Tractatus, cui *καὶ ἀντιφρασει* Theologico-Politici nomen, rectè expressit: *Propheta non vocati sunt ut omnibus Nationibus prædicarent & prophetarent: At Apostoli vocati sunt, ut omnibus absolūtè prædicarent, omnesque ad religionem converterent. Quocumque igitur ibant Christi mandatum exequerentur, quibus ipse dixerat: Dabitur vobis in illâ horâ quid loquemini.* Sic Bileamo, sic Cajaphæ, sic Dæmoniis, sic Judæ, sic crucifigentibus Christum, sic actæ spiritu Pythonis sceminae, veritas etiam expressa est. Quatquàm indè concludit mox rem absurdissimam; *Concludimus itaque Apostolos ea tantùm ex singulari revelatione habuisse, qua vivâ voce prædicaverunt, & simul signis confirmarunt; Quæ autem simpliciter, nullis adhibitis tanquàm testibus, signis, scripto vel vivâ voce docuerunt, ea ex cognitione, naturali scilicet, locuti sunt vel scripserunt.* Bella conclusio ex præmissis! Fuerunt Apostoli universales Christi legati, convertendis omnibus Gentibus, daturò illis prætercâ Spiritu quod loquerentur: ergò, non omnia locuti ex revelatione, sed plerumque ex cognitione naturali. Si autem quæras, quodnam cognitionis illius objectum? fatebitur, fuisse sapientiam in mysterio, & res hujusmodi quæ non ad τὸ γνωστὸν, sed ad τὸ πρῶτον necessariò referuntur. Et cognitionem in Apostolis pari absurditate opponit Ille *revelationi*. Abutitur scilicet loco Paulino, ubi *ἀποκαλύψις* ad prophetiam, *γνωστὸς* (spiritualis illa) ad doctrinam, seu

institutionem refertur, utraque ad diversa revelationis objecta, & diversa tùm charismata Spiritus S. Et tamen unum hunc locum ut fundamentum substernit illi assertioni, docuisse Apostolos non ex revelatione, sed ex cognitione naturali, non ut Prophetas, sed ut Doctores privatos. Nec minùs nugatur, dùm ex revelatione tùm demùm prædicasse vult, quum *adhiberentur signa*. Quasi ubi aberant signa, prædicaret aliud *Euangelium*; quasi tùm discederet ab iis Spiritus; quasi Christi Legati esse hoc ipso desinerent; aut quasi signa tunc adhiberentur *πρὸς διάκρισιν* revelatorum à non revelatis, non verò in auditorum gratiam, vel convertendis iis vel arguendis!

XXXIV. Ex universalitate autem Apostolici muneris patet, falli eos magnoperè qui Apostolos in particularium *Episcoporum* ordinem cogunt, aut singulos tanquàm singularibus Ecclesiis affixos repræsentant, Petrum Antiochenæ vel Romanæ, Jacobum Hierosolymitanæ, Ephesinæ Johannem, Hierapolitanæ Philippum, Byzantinæ Andream, & ita de cæteris. Planè ut qui Præfectos Prætorio, aut Vicarios universales, aut Proconsules cum amplissimâ potestate missos, ad unius Civitatis præfecturam, in quâ forte confederunt (puta Antiochiæ, aut Sirmii, aut Thessaloniciæ, aut Corinthi, aut Treverorum,) imprudens restringeret; aut qui Gallorum vel Britannorum Reges, quod ut plurimum in Civitatibus hisce resideant, Lutetiæ aut Londini Reges esse diceret. Ac gratis Vir non nemo eximie doctus contendit singulis Apostolis adscriptas à Christo *ἐπαρχίας* singulas, singulas *διοικήσεις*, quia singuli *Throni* singulis *Apostolis*, in verbis *Ματθαί* XIX. commate XXVIII. vel quia quos Apostoli, totidem in Actis designari videantur *κλήροι, ἀποστολαί, ἐπισκοπαί, τόποι*, I. Capite commate XVII. XX. XXV. Sic igitur dividenda præcisè fuisset Apostolica Ecclesia in XII. Provincias, Dioceses, Episcopatus: sic singulis nonnisi singularum esse debuisset cura, administratio: sic excessissent limites suæ *ἐξουσίας* Paulus, Jacobus, Petrus, generaliori curâ omnium vel Ecclesiarum, vel Judæorum quaquaversùm. Ac suffecisset singulis, si unius & singularis linguæ, ejus scil. Provinciæ ad quam ablegandi erant, fuissent instructi charismate. Imò verò omnes & singuli dicuntur judicaturi XII. *φυλάς Ἰσραὴλ* conjunctim, non divisim, omnibusque & singulis data potestas docendi ubique Gentium, ac proficiscendi in Orbem universum. Una etiam, in Actis, omnium Apostolorum *διακονία* fuit, unâ *ἀποστολή*, unâ *καθόλου ἐπισκοπή*, cujus κληρον pactus est Matthias, *λαβὼν τὸ κληρον τῆς διακονίας ταύτης, ταύτης τῆς ἀποστολῆς*. Nec certè vel Paulum in recensione Ecclesiasticorum Ordinum, vel antiquissimos Patrum, Clementem, Irenæum, Tertullianum, Cyprianum, Eusebium, Chrysostomum, &c. æquiparare Episcopos aut confundere cum primis Apostolis, vel hos censuisse Episcopos propriè strictèque dictos, supra ostensum. Quatquàm qui non ubique omnes esse poterant, in Provincias vel Nationes dividi necesse fuit, quomodò inter Palæstinos & Hierosolymitanos Jacobus, inter Asiaticos Johannes, Petrus in Syriâ, in Ægypto, alii inter Æthiopes seu Indos, inter Europæos alii, hi inter Gentes, illi inter Judæos, seu amicâ forte, seu etiam instinctu Spiritus S. diutius versati fuerint. Ac subtiliter profectò Doctissimus Hammondus conjectat, fuisse primò *τρεῖς δώδεκα* in

Differt. III. de Episc. C. IV. V

Act. 1. 22. 1 Joh. 1. 1. 2 Pet. 1. 16. Dissert. de Paulo N. IV. Procem. in Matth. Luc. 1. 2.

Act. 1. 22. Hier. in Ignat. De vitis Apost. L. VI.

Act. 1. 2.

Marc. XVI. 16. Matt. XVIII. 19. Act. 1. 8. Rom. 1. 18. Act. 11. 15. Matt. VIII. 11. Luc. XIII. 29. Apoc. XXI. 13. 2 Cor. XI. 28. Tit. 1. 5. Matt. XXIV. 14. Rom. XV. 19. Col. 1. 6. 23.

Tract. Theol. Pol. C. XI. p. 140.

Act. XVI. 16. 1b. p. 141. in.

1 Cor. XIV. 6.

C. XI. p. 137.

Act. 1. 17. 25. 1 Cor. XII. 28. Eph. IV. 11.

Num. XVII.

Differt. III. de Episc. C. IV.

Appar. de Prim. p. 16. &c. Vide Dissert. ad Canonem VI. Nic. Can. Ser. dic. IX.

logi passim & Interpretes, & quoque erudita Claudi Salmasius in Apparatu. Ex adverso nã illi absurdi qui particularem Episcopum in Apostolum, Episcopum Urbis in Episcopum Orbis, Romanã Ecclesiã Pastorem in Oecumenicum Pontificem, Metropolitanum in Monarcham, *Coeppiscopum*, qualis etiam ab Occidentalibus in Serdicensi Synodo nuncupatur, in Dominum, in Principem reliquorum, converterunt.

XXXV. Sed neque ex *universalitate* Apostolicæ provinciæ, ex mandato proficiscendi in Orbem universum, ac prædicandi omni creaturæ, collegerunt felicius alii, nullum fuisse Orbis angulum, ne Novi quidem, vel Americani, in quem non concesserint per se aut per suos Apostoli. Inaccessæ his enim & Gentes & Regiones plurimæ, sive ob locorum in ultimã Arcto, vel extremã Australi, distantiam, viarumque avia; sive ob ignorantiam tum ejus Orbis, qui ultra 180. gradus longitudinis, & latitudinis 80, sese porrigeret; sive ob commerciorum cum plerisque defectum; sive ob marium vel montium repagula; sive ob rei nauticæ tum infantiam; sive ob Gentium ipsarum barbariem ac feritatem; sive denique ob Apostolorum conditionem, ac paucitatem, quorum nec ætas, nec vires, nec numerus, tot peregrinationibus sufficiebant. Nec quia Spiritus Dei effundendus fuit in *omnem carnem*; quia in primã Pentecoste Judæi aderant *ex omni Natione*; quia Evangelium Pauli ætate jam annunciatum fuit *omni Creatura*; rectè colligeres, accipienda illa etiam de Pygmæis, Hyperboreis, Australibus, Toupinamboutiis, Insularis innumeris, atque *ἀνθρώπων φύσιν*. Quod verò de illato, per ipsos Apostolos, Evangelio in extremam Indiam, vel in ultimam Hiberniam, aut *nigra litura Thules*, Annales Ecclesiastici memorant, suo jam loco relinquimus.

Joël II. 28. Act. II. 5. Col. I. 23.

Marc. XVI. 16. 20.

Act. II. III. V. VIII. X. XIII. XVI. XIX. XXVIII.

Auctor. Tract. Theol. C. VI. &c. I Joh. III. 2. IX. 30. Hebr. II. 4. Act. XV. 12. 2 Pet. I. 16. Marc. XVI. 20. Exod. VIII. 19.

XXXVI. *Septimus* character Apostolicæ dignitatis fuit donum Miraculorum, virtus mirifica quã instruxit eosdem Christus, in ultimã missione. Non jam per modum *habitus*, aut virtutis *infusa*, seu physicæ seu hyperphysicæ; sed per modum *actus*, & extraordinarii *exercitii*. Hinc loquebantur linguis antè ignotis, eiciebant Dæmonia, veneni vim extinguebant, sanabant ægros, erigebant claudos, illuminabant cæcos, suscitabant mortuos, frequentibus exemplis in Apostolicã historiã, confirmante & suprã Marco. Vocanturque *τίετα prodigia*, ratione effectûs superantis humanum intellectum; *θαύματα* vel *θαυμάσια* ratione modi quo fierent planè admirandi; *δυναμεις* ratione virtutis divinæ quæ eadem efficeret; *σημεία* ratione finis, & usûs, ut quæ essent signa cœlestis doctrinæ, sigilla Verbi Evangelicæ, credentiales literæ Apostolicæ missionis, *ἐπιτηχησμοί*, ut alicubi Chrysostomus, *propugnacula* iisdem in hostes, fulcra quædam & cæmentum ædificandæ Ecclesiæ, ac *μαρτύρια* divinitus addita iis dogmatis, quæ & Auctore ipso abjecta, & prædicatione nova, & rebus paradoxa, & instrumentis contemptibilia viderentur. Nam ex hujusmodi, quæ diximus, miraculis, Deum colligi, & potentiam *naturali* majorem, præter nuperos *θεομάχους*, negavit nemo sanæ mentis, & intellexere non modò Moses, David, Prophetæ, Christus provocans ad miracula ut *testes*; non modò Nicodemus cum suis, Paulus, Barnabas, Petrus, Marcus &c. sed & Ægyptii quondam, & Lycaonii, & Pharizæi, & quicquid vel Gentilium usquam fuit, vel Judæorum, ne Christianos dicam. Et quisquis prodigia non admittit, *magnum est ipse prodigium*; quemadmodum *quisquis adhuc prodigia ut credat inquirat*. Imò si tot conversiones Gentium factæ fuissent Apostolico ministerio, sine miraculis, foret hoc ipsum Miraculorum maximum. Et quic-

quid adscribi multa possint Causis naturalibus, quæ-ctio an possint omnia, quæ tribuuntur Apostolis, ut loqui derepentè tot linguis, suscitare extemplo mortuos, &c. An iis circumstantiis vestita? An quæ, ratione *modi*, facta solo verbo, tactu, nutu, etiam umbrã; ratione *materia*, facta in rebus quas nec ulla naturæ vis æmulari, nec ulla mentis acies concipere potest; ratione *subjecti*, facta ab idiotis, qui nec scientiã Gamaliele, nec Brachmanum disciplinã Apollonii, nec versutiã Simonos, nec magicis artibus Jaones aut Jambres; ratione *objecti*, facta non in hominibus paucis, sed in plurimis, ac innumeris penè; ratione *testium*, facta in publico, & omnium, etiam Sacerdotum, etiam Proconsulum, judicio evidentissima; ratione *effectûs*, adeò & animis salutaria, & miseris opportuna, & Deo gloriosa, tamque assertiva magnalium Dei, quàm destructiva omnis idololatriæ, superstitionis; impietatis, quas adstruere solent *τίετα ψάδες*, præstigiarum, & imposturæ *mandaces*, à *mendacibus*, & ad *mendacium* asserendum natæ? Effugium nunc Theologo-Politicus quærat; *si quid reperitur*, in Mosaicã, vel Evangelicã, vel Apostolicã historiã, quod *apodicticè demonstrari possit legibus natura repugnare, aut ex iis consequi non potuisse, planè credendum est id à sacrilegiis hominibus sacris Letteris adjectum esse*. Quo ipso scriptores factos, Mosem, Prophetas, Evangelistas, Apostolos, sacrilegos fuisse pronunciat. Talia enim sacrarum literarum paginam utramque faciunt. Sic adultera Josephum, sic Davidem Saül, sic Jezabel Eliam, sic Pharizæi Christum, sic servus nequam Dominum suum in Parabolã, postularunt eorum criminum, quæ ipsi turpiter auferant. *τῷ κλέπτῃ δεικνῶν, ὅτι πῶρον δάκρυα*.

Act. XIV. Luc. XI. Aug. de Civ. D. L. XXII. C. VIII. Act. VI. 7. XIII. 12. Loc. cit. P. 77.

XXXVII. Fateor etiam in aliis, præter Apostolos, ut in Discipulis LXX. in Presbyteris apud Jacobum, & quibus concessum *χάρισμα ἰαμάτων*, vel quibus data *ἐνεργήματα δυνάμεων*, conspicuum fuisse hoc donum Miraculorum. Nec largimur tamen Grotio, *cuiuslibet tum credenti vel baptizato concessam istiusmodi vim admirabilem esse*, Paulo negante priori ad Corinthios. Sed in Apostolis quid eminens fuit, indutis suprã reliquos virtute ex alto: hinc & valere plusquam alii dono repentino Linguarum; dono prophetiæ, interpretationis, vel ex Concionibus, Epistolis, Apocalypsi; dono non vulgares modò sanandi morbos, sed & restituenti visum cæcis, vitam mortuis; quin etiam non modò extraordinariis charismatis Spiritûs S. sed & dono eadem *χάρισμα* in alios, quod de Prophetis non legitur, & nec Philippus Diaconus præstare, nec Simon impetrare potuit, manuum impositione conferendi. *τὸ Πνεῦμα δίδου τοῖς βαπτιζομένοις τὸ τὸ δῶρον μόνον ἢ δῶδεκα λῶ, dare baptizatis Spiritum S.* XII. *has Apostolorum prerogativa fuit*. Undè ab ipsis quasi Apostolis, ut fonte quoddam, (Christo velut Oceano) in fideles alios, ut rivulos, vis omnis primæva Spiritûs S. derivata esse videbatur. Eat nunc de rupe Tarpejã Pontifex, & cum Apostolis loquatur linguis, Spiritum S. cœlo visibiliter arcessat, virtutes similes edat, magnalia eadem obsignet, ac venerabimur in eo *Apostolaris apicem!*

I Cor. XII. 9. 10. Annot. in Mar. XVI. 17. I Cor. XII. 29. 30. Act. 1. 8. II. 4. I Cor. XIV. 18. Act. VIII. 12. 14. 17. Chryf. in Act. Hom. XVIII. p. 714.

XXXVIII. *Octavus* Character Apostolicæ functionis fuit vis vorticordia, & divina quædam prædicationis *ἐνεργία*, ut verè de Apostolis diceretur quod de Christo, *Nemo hominum sic locutus est unquam!* Vox illorum fuit instar vocis illius quæ Saulum sic affecit, & immutavit, ut extemplo converteret in Paulum. Verè omnes Boanerges, qui tonitrua loquerentur & fulmina. Verè *lingua* eorum *ignæ*, quæ corda accenderent, animosque desiderio Christi inflammarent. Verè buccinæ Evangelicæ, quæ

quæ clangore suo Hierichuntis moenia, id est Satanæ & mundi, ὄχρημαλα subverterent. Verè hydra in manu nostri Gedeonis, vasa testacea, frangenda quidem, sed quorum in medio faces ardentes, quæ Madianitis, id est hostibus Evangelii, exitiosæ. Verè λόγος ipsorum μάχαιος διςμοσ, vel ῥομφαίας illius inftar, quæ fuit διελευσσημένη τῷ ψυχῷ, trajectura animarum. Incudes illi quidem, qui ferientium ictus reciperent, nec tamen cederent malis; sed & Mallei, qui corda vel frangerent, vel obdurarent. Rem omni perceptione majorem! Christus crucifixus, piaculare nuper admodum caput, proponitur in fidei, in adorationis, in obsequii constantis objectum. Auditur sermo Crucis, & Resurrectionis, ipso doctrinæ genere portentosus, scandalosus Judæis, Græcis insanus, rationi absurdus, naturæ rerum contrarius, Religionibus quibusvis infestus, in Mosem ipsum injurius, ac carni præterea inimicus, patriis ubique legibus difsonus, inveteratis moribus & affectibus adversus, imò in Deum unum & summum, non sine specie, blasphemus. Et ecce, quasi in instanti, hominum myriades sermonem eum admittunt, rapiuntur quaquaversum animi, ardent spiritus, corda liquefcunt, conscientiæ arguuntur, Sacerdotes, Proconsules, Judices, Philosophi fasces submitunt, Sophistæ retunduntur, Oratores obmutescunt, ringuntur Tyranni, Dagon dejicitur, Idola concidunt, silent Oracula, Judæus miserè luit, Græcus & Romanus, Parthus & Indus, Maurus & Æthiops, Dacus & Scythæ, Iberus & Britannus Crucis vexillum erigunt, neque Civitates tantum, sed & viccos etiam atque agros pervagatur, imò implet fides Evangelii. Et quibus, obsecro, ita omnia virium adminiculis? Non Angelorum hîc adsunt exercitus, non Alexandri Duces, non instructæ Cæsarium acies, non Demosthenis suada vel Tullii, non Periclis fulmina, non Muhammedis vel copiarum vel illecebræ, non Opum, Voluptatum, & Dignitatum præmia, non solitæ Impostorum artes, non Christus ipse de Cælo & è sublimi Solio conspicuus. Vis omnis illa à XII. homuncionibus, an Infantibus, profecta, & à Petro piscatore primum, ad cujus voces aliquot statim millia convertuntur, quo loquente illabitur in auditores omnes Spiritus S. & ita de Apostolis reliquis, ac mox de Paulo eum in ordinem coopato. Et omnes illi quidem natalibus abjecti, specie contemptibiles, viribus inermes, literarum rudes, disciplinarum vacui, auctoritate & eloquentiâ nulli. Interea dum fidem Apostolicam amplexis nil sese offert præter exilii calamitates, carcerum tenebras, pedicarum vincula, flagrorum probra, equuleorum cruciatus, corporum lanienas, flammaram ignes, ac suppliciorum genus omne tormentorumque. Et quanquam efficax fuerit majorem in modum Verbum Evangelii, etiam per Apostolicos viros, atque inferioris Ordinis, fatendum tamen quod res est, θεῶν ἢ præcæteris fuisse in Apostolorum prædicatione, ut primâ, ut difficillimâ, ut fundamentali, sic donis locupletiore, efficaciore charismatis, velociore effectis, pervagatâ ὅλων τῶν οἰκουµένων, jam antè τὸ τέλος Reipublicæ Judaicæ.

XXXIX. *Notus character* ἡ κλήρις τῆς ἀποστολῆς fuit Potestas quædam Judicialis & Legislatoria, in spiritali Ecclesiæ regimine, ac salvâ Civili potestate, à Christo iisdem concessa. Undè sessio illa metaphorica super XII. Thronis: & ligandi præceptis, interdictis, pœnis, solvendique ab istorum obligatione, harum vinculo, summa sub Christo ac singulari potestas. Exemplum utriusque in Apostolicis legibus & pœni. Leges condunt Apostoli, jugum rituum tollunt, sanguinem & suffocatum interdicit, adiaphora permittunt, Episcopos con-

stituunt, ordinem ac disciplinam decernunt, modum processûs judiciarii in Ecclesiâ præscribunt. Sed & pœnas sanciunt, ac decreta de iisdem ad Ecclesias mandant, veniunt ἐν ῥάβδῳ, ὡς μάστιγι, ἐν ἐπιθλίβῃ; cum Paulo lenius quandoque tractant contumaces, quandoque ἀφιδῶς & ἀπολόμῳς, & quidem pro modo potestatis à Domino acceptæ; imò diras etiam pœnas infligunt, sed θεηλάτως, potentiâ Jeshu Christi, ad Prophetarum, veluti Moïsis, Eliæ, Elizæi, exemplum. Ità modò Ananiam morte plectunt, modò Elymam luminibus orbant, modò Hymenæum & Alexandrum anathemate obstringunt, modò incestuosum è medio Ecclesiæ tollunt, tradendo Satanæ tortori, ac σκόλοπα carni infigendo, ad salutem Spiritûs. Quo de punitionis genere aliàs. Nec tamen indè colligat Hobbius, fuisse hanc, quam diximus, Apostolorum potestatem eandem quæ Civilis Magistratûs; Ecclesiâ, quatenus familia Christi, rem eandem esse cum Civitate; discrimen Temporalis & Spiritualis Regiminis esse verba inania; alterum ab altero divelli subjectis non posse; & quæ id genus alia. Quum certè Apostolos nihil derogasse juri Cæsareo, nec Civili imperio, exercendo sibi datam à Christo potestatem, in Ecclesiâ constituendâ, sub inimicis Christo Magistratibus, in aperto sit.

XL. *Decimus* nobis character Apostolicæ ἐπιτοχῆς est Potestas scribendi ad Ecclesias plures, vel ad omnes, τοῖς καθόλου πρὸς τοὺς, hujusmodi Epistolæ quæ in Canonem referri mererentur, id est, quæ forent Canonicæ, universales, & perpetuæ in Ecclesiâ auctoritatis. Hinc Paulus ubique Apostolatium præscribit Epistolis, præterquam in illâ ad Hebræos, ob rationes alibi recensitas. Nec aliter Jacobus, Petrus, Judas. Johannes quoque, tum in priori Catholica, quanquam ἀνεπιχράτω, Apostolum se in limine profitetur, ἐπὶ πύλῳ scilicet omnium, adeoque ἐνα τῶν δώδεκα μαρτύρων, tum in Epistolis ad Ecclesias Asianas, characterem hunc suum expressum voluit. Ità Paulus, quæ scripto etiam consignaret Ecclesiis, haberi voluit tanquam κανὼνα regulam; sic suam ad Timotheum, tanquam normam ejus ἀναστροφῆς, totiusque ministerii in Ecclesiâ Christi ab isto obeundi. Hinc quâ potestate scriberet, Apostolicâ nempè, non semel aliàs indicat, ad Corinthios, ad Galatas, & passim. Nec paratio conscribendæ Historiæ Evangelicæ fuit, ab iis etiam consignatæ, qui non Apostoli sed Apostolici, non Magistri sed Discipuli, quales Marcus & Lucas. Quin Marci Evangelium Petro, Lucæ illud Paulo tribuisse Veteres, observatum aliàs. Sed Epistolæ insuper cum imperio præcipiunt, prohibent, permittunt, sanciunt, leges decernunt, & pœnas. Hinc discrimen constituit Ignatius inter Epistolas suas, & Paulina vel Petrina scripta; Non ut Petrus & Paulus præcipio vobis. Illi Apostoli, ἐγὼ ἢ ἐλάχιστος. Hinc Epistolæ Canonicæ lectio, in Sacris Liturgicis, dicta Græcis ὁ ἀπίστολος, Apostolum seu lectio Apostoli, adeò infixum non nisi ab Apostolis esse Epistolas profectas. Ac qui Barnabæ tribuit Epistolam ad Hebræos Tertullianus, (quem Barnabam non Apostolum primi ordinis, sed Apostolicum habuit, & discipulum Apostolorum,) hoc ipso minùs detulisse videtur auctoritati illius Epistolæ, quàm quidem Paulinis quas excussit in suum Adversarium omnes, præter illam ad Hebræos, in Libro Quinto contra Marcionem. Et quæ alia dicta est Catholica Barnabæ, Eusebio in notis, vel quæ dubia essent auctoritatis, habita fuit, Hieronymo etiam inter apocryphas relata esse dicitur, Nicephoro inter eas quibus ἀνήλεγθη. Ac quicquid genuinam eam hodieque, id est auctore Barnabâ, censent Viri docti, tamen quia unus ille è minoribus Apostolis, hinc non verentur & ipsi, & Clementi

Jud. VII. 16.
2 Cor. IV. 7.

Luc. II. 35.

Act. VI. 7.
XIII. 12.
XVII. 34.

Plin. Epist. XVII. L. I.

Pf. VIII. 3.
Act. II. 41.
X. 44.
IV. 4. VI. 7. & c.
Act. IX. 21. XIII. 48. & c.

Matt. XIV. 14.

I Tim. v. 19.
Tit. III. 10.

I Cor. v. 3. IV. 21.
2 Cor. XIII. 2. 10.
I Cor. v. 4.

I Cor. v. 2. 4. 5.

Leviath. C. XXXIX. XLII.

Act. I. 8. 21. 22.
Luc. XXI. 48.

Apoc. I. 1. 2. 4. Gal. VI. 16.

2 Cor. XI. 15.
I Tim. III. 14.

Suprà Num. XXXIX.

Tertull. contra Marc. L. IV. C. II.

Ign. Ep. ad Rom. p. Ed.

Voss. 58. Euchol. Græcor. in Missâ Chryf.

Tertull. de Pudicit. C. XX.

L. III. Hist. C. XXV. Cajal.

Script. in Barn. II. Voss. Notis ad E. pist. Barn.

p. 309. 310

Romano in suâ ad Corinthios, *hallucinationem* tribuere. Pearson Lect. II. p. 43. Epistolam Edit. Voss. *eandem esse quam veteres habuerunt. Iterum; Nemo est qui hanc Epist. Barnaba non tribueris.*

XLI. Superesset nunc tandem de Apostolorum inter sese vel *περσασία*, vel *ισολμία*, disquisitio. Ea enim deinceps fuere tempora, quibus Apostoli reliqui, in ordine ad Petrum, hujus quasi *Cardinales* habitus, iste verò Pontifex Maximus, non primus tantum sed supremus, non *προήγορος* modò sed etiam *προεσως*, non conservus adeò sed Dominus, ex Cephâ *κεφαλῆ*, & alter *post Christum Christus*. Sed enunciatum Cypriani, *fuisse Apostolos ceteros quod fuit Petrus, pari consortio prados & honoris & potestatis*, seu ut loquuntur Græci, *ισόλυμοι ἀπὸ ἀλλήλων*, cum ex Euangelicis & Apostolicis scriptis, tum ex primâ Ecclesiæ Antiquitate, Græcâ Latinâque, sic demonstratum dederunt Orthodoxi Theologi, contra Purpuratorum principes, Bellarminum, Baronium, Perronium, cæterosque, & prolixè Joh. Forbescius in *Instructionibus* suis, ut hic nec spicilegio aut racemationi locus sit, vixque liceat censeri nisi plagiarium, dum *alienâ sumitur arcâ*. De æqualitate etiam Pauli cum Petro dictum à nobis suprâ, & pluribus in Diatribâ de Petri in Urbem profectio. Quanquàm Græcos passim Latinosque Pa-

Allar. de Perp. Conf. L. I. C. II. Cypr. de Unit. Eccl. ferè in init.

Num. XXIV. Sect. II. Num. XXI. XXI.

tres Primatum quendam Petro tribuere sit *ἐξαγωγίον*, dum attendere passim ad prærogativas 1. Senioratûs seu ætatis Petri. 2. *Πρωτοκλησίας* cum Andreadâ seu primæ vocationis ad discipulatum. 3. *Προηγούσεως* seu primæ Confessionis. 4. Primæ promissionis Clavium acceptæ in personâ Ecclesiæ, sed applicandæ mox reliquis. 5. Primæ apertionis Regni Cœlorum Judæis & Gentilibus. 6. Primæ ad eò quasi foundationis, seu primi jacti lapidis ad tantum *Ædificium*. 7. Cognominis *Petri à Petrà* singulariter accepti, ut à Christo Christiani denominamur. 8. Pœnitentiæ Petrinx, in *omnium petram*, firmamentum, solatium positæ. 9. Donorum personalium, qualia fuere *θερμοθυλία* animi fervor, zelus, *παρρησία* & λόγος eloquentia, *θάρα* confidentia, *ἀγάπη* eximia charitas, & si quæ plura. Sed non hoc jam agimus. Garriat nunc suo more Al-
latius, & de Petro ebuccinet! *Auctoritas Petri conf- que progressa est, ut & Apostolos, sibi & aliis Apostolu in Apostolatu pares, solus eligeret, quod unum tantum Christi erat. Αὐτὸς ἴψα.* Quanquàm hoc postremum verissimè dixit, *unum tantum Christi fuisse.* En verò ut sibi aliàs, parum sui suæque causæ memor, sed tamen veritatis, repugnet idem! *Par dignitas &c.*

De Per- pet. Conf. L. I. C. IV. Num. II.

DISSERTATIO SECUNDA

DE

CONVERSIONIS PAULINÆ

EPOCHÆ

Fixa in Epistola ad Galatas,

DEQUE

PAULI HISTORIA ET NOMINE.

BREVIARIUM.

Conversionis Paulina Emblemata. Questionis momentum de tempore Conversionis. Difficultates varia recensite. Tempus idem Conversionis & Vocationis ad Apostolatam. Circumstantia quedam hujus illustrata. Apostoli ut singulariter κήρυκες. Instantia pro seriori vocatione ad Apostolatam. Diluta eadem. Inquiritur in annum Convers. Sententia Veterum de Anno Passionis. Pluribus rejecta. Æra Tiberii an gemina? Lydiati sententia rejecta. An passus Christus XVIII. Tiberii? Ἐπίχειρις Auctoris. De anno Martyrii Stephani sententia varia. Qui in annum à Pass. VII. conjecerint. Sententia Auctoris. Martyrologii Rom. auctoritas quanta, & origo. Stephanum aliquot annis passum ab Ascensione. Libertini in Actis quinam. Prius istud ulterius probatum. Intervallum inter necem Stephani & Convers. Sauli. Annus Conversionis demonstratus. Primum iter Hierosolymitan. quando acciderit. Secundum & tertium iter. Illatio ex precedentibus. Dubiis occurritur. Ac primò de tempore famis sub Claudio. Dubium de seriore Epochâ Synodi. Cappelli solutiones expensa. Vera conciliatio, & Synodi tempus. Res à Paulo post Synodum gesta. Tempus iis assignatum. Continuatio Historia Paulina. Dubium de annis Procuratoris Felicis. Dubium de annis XIV. in 2 ad Corinth. C. XII. Tempus rapti Paulini. Originationes nominis Pauli absurda.

Ut sit Romanum nomen. Rationes hujus nominis assumpti precaria. Ratio prima datur. Ratio secunda. Cretense Pauli iter quando? Ratio tertia. Ratio quarta. Ratio quinta. Singula illustrata. Ratio taciti nominis in Epist. ad Hebr.



SAMSONI iter suum *Thimnatam* Danis promoventi leunculum occurrisse legimus, כפיר אריות, Jud. XIV. 5. in se invasurum, cum terribili rugitu: at simul perdomitum eundem discerptumque Samsonis dextrâ, ac conversum in alveare mellis, refert Historicus sacer. Planè ut Bileamum, diras imprecaturum Israël, sic retuso illius animo inflexit vis major, Angelo vadente illi obviam, ut erumperet in fatidicas voces, bonus jam vates, & διάγγελος. Ἐπίδειγμα in his fanè quoddam eorum, quæ in Apostolorum maximo Christiana vidit ac suscepit Ecclesia, rugiente in hanc primò, devoventeque, mox ad occursum Domini evasuro ex Saulo in Paulum, ex leone in agnum, ac fel amarissimum conversuro in suavissima mella. De Tempore verò cooptati hujus in Apostolatam, deque Anno Conversionis, difficultates quaedam, quæ maximos etiam Chronologos vel distrahunt vel morantur, enodare placet. Ac coronidis loco in rationes inquiremus mutati nominis, abje-

abjecto illo Sauli, ac Pauli altero adoptato, quorum illud Judæis, hoc Romanis familiare fuit.

II. Primum horum quod attinet, quo videlicet anno Paulus conversus vocatusque fuerit, quo à Nativitate, quo à Passione, vel Ascensione Domini, an ab hac primo, an secundo, an tertio, an etiam sexto demùm vel septimo, non est de nihilo ea disquisitionis. Cohæret enim cum illâ de Ærâ Dominicæ Passions, & hinc de tempore Protomartyrii, de anno Concilii Hierosolymitani, de annis quibus Petrus adhuc in Palæstinâ fuit, de Paulinis itineribus ac profectioibus, de scriptis ab eodem Epistolis, deque aliis judicium esse potest. Porro circumspicienti singula occurrunt difficultates, & multæ, & graves, *δυσλύντες ἔχουσι ἀμφιλογίαις.*

III. Primò enim dubium esse possit, I. an tempus & annus idem fuerit Conversionis qui Apostolatûs, an verò hic arcessendus demùm ab ejus vel raptu in tertium cœlum, vel segregatione missioneque ad Gentes? II. Dubius cum primis annus ipse Conversionis, tacitus Lucæ in Actis, ut & annus Stephani martyrio sublato, ex quo postremo judicium esse potuit de tempore Sauli ad Christum perducti. III. Dubium de itineribus Pauli Hierosolymitanis, v. gr. in quem annum iter illud *τριετησίον* à conversione, in primo ad Galatas, incidat, an sub Caligulâ, an sub Claudio? An primum illud iter Hierosolymitanum fuerit, quod videtur Galatis innuere; an secundum, ut statim à baptismo Hierosolymam iverit, quod videtur Lucas innuere, Actorum IX.? Sic an diversum iter illud in quo profectus *ἰσορῆσαι Πέτρον*, ut est in Epist. ad Galatas, & illud in quo eleemosynas Antiochenas seu æs collatitium cum Barnabâ detulit in Judæam, occasione famis sub Claudio? IV. Dubium, in quem annum Claudii inciderit illa famas, an in II. Claudii, ex Dione Cassio, Claudio ipso & Cajo Largo Coss. ut Petavius quoque censet; an in III. vel IV. Claudii, ex Eusebio in Chronico, hinc ex sententiâ Scaligeri aliorumque. V. Controversum etiam tempus Concilii Hierosolymitani, Actorum XV. quod alii in Claudii VI. ut Nic. Vedelius, Lud. Cappellus, recentiores alii, post Chronicon Alexandrinum; alii in Claudii VII. ut quoque Henr. Valesius; alii in N. MMLV. Claudii IX. ut cum Baronio ac Petavio, plerique; alii, seriùs in extrema ferè Claudii, ut nos in Dissertatione de fictâ Petri in urbem Romam profectioe. VI. Dubium, an anni XIV. post quos Paulus Hierosolymam profectus, in secundo ad Gal. sint putandi à Conversione; an à Passione Christi, cum Cappello; an à triennio illo de quo Capite I. ad Gal. commate XVIII. ut Petavius post Hieronymum. Item, an sit eadem profectio Gal. II. I. cum illâ quâ ad Apostolos missus est cum Barnabâ, Concilio tùm indicto, ut est Actorum XV. an verò profectio ab istâ diversa? VII. Dubium de annis qui post Concilium fluxere, usque ad tempus quo Paulus Romam profectus est sub Nerone; & quo anno Neronis? sic v. g. an *biennium* illud *impletum*, Actorum XXIV. de biennio detenti in vinculis Pauli, an de biennio Imperii Neroniani, ut post Baronium, Scaligerum, aliosque, nosset Lightfotius, intelligi debeat? VIII. Novæ difficultates ex calculo Paulino in posteriore ad Corinthios, in quâ meminit *ῥαπτός* sui in tertium cœlum, *πρὸς ἑπτὼν δεκάτους ἔτην ἀπὸ ἀποστολῆς* XIV. Ubi rursùm in trivio hærent Interpres, an anni illi XIV. putandi à conversione Pauli, & à primâ vocatione, à triduo cæcitatatis, ut Lud. Cappellus, post Bedam, Lyranum, & alios, censet; an ab itinere Hierosolymitano, triennio post, quando in mediâ precatioe *ἐξήλωτο ἐν ὀφθαλμοῖς*; an ab alio aliquo raptu? Et quo præcisè anno, quove ordine scripta sit ad Corinthios secunda? Et quâ hic calculus cum altero in Epist.

ad Galatas, aut cum Lucæ Historiâ in gratiam redeat? Et hæc circâ tempus Paulinæ seu Conversionis, seu vocationis ad Apostolatam, qualescunque spinæ sic crucem fixere Chronologis, ut expedire non sit cujusque, neque nostrum sit intrâ has angustias, qui brevi modò *ἐπιπέσει* in sequentibus defungemur, salvo acriore judicio.

IV. Id verò antè omnia in disquisitionis hujus limine supponimus: idem omninò esse tempus *vocationis Paulinæ ad Apostolatam, quod fuit ad Christum*, annum adeò eundem utriusque ac mensem. Siquidem I. Conversio Pauli planè extraordinaria fuit, ratione subjecti conversi, loci, temporis, in ipso furoris æstu, & dùm propè erat ut se perderet, & Ecclesiam Damascenam. Hinc signum, vocari illum ad extraordinarium munus. 2. Miraculosa eadem ratione modi; seu respiciatur *lux* illa cœlitus affulgens, non tantùm circâ Paulum, quod commune fuit sociis, sed & in Paulo, prior terrens, posterior erigens, utraque designans fore eum Ecclesiæ & Gentium splendidissimum lumen. Seu audiatur *vox* ipsa Servatoris, *immediatè* vocantis; vox audita uni Saulo, sociis audientibus sonum non sensum, vocemque Pauli non Christi; vox denique eum appellans qui futurus erat vox Christi, tuba Evangelii, Boanerges Ecclesiæ, *Mercurius* seu nuncius non jam Jovis, sed Jehovah. 3. Sic vocatus à Christo Paulus, ut Christum etiam tunc viderit in viâ, visione oculari, quali se *τοῖς* duodecim manifestarat, unde non de Paulo, sed de sociis dictum, quod *μηδένα ἰθεύσαν.* *Cæcitas* etiam consequens illius visionis fuit, perstrictis oculis fulgore tantæ lucis, ac splendore nimio debilitatis, quomodò ad speculi ardentis, ad multæ nivis, ad solis aspectum, ad faces oculis admotas, aut ad repentinam è tenebris lucem (qualis olim circumfulsit ex Dionysianis parietibus gypso illitis) cæcitas in plurimis successit. 4. Sed & expressè tunc fuere Christo voces, quas pleniùs enarrat alibi ipse Paulus; quibus Dominus, se *προχρησάμενος* constituisse eum in *ministerium* & *testem*, cui se specialius revelaret; ac se *νῦν ἀποπέμψω* jam jam *mittere* eum ad Gentes, unde verè fuit ex eo tempore *Ἀπόστολος*, & *ἁγίος Ἀπόστολος*. 5. Adde illa Christi ad Ananiam; *Σκευὴ ἐκλογῆς μοῖ ἐστὶν ἔργον*, *vas* seu *instrumentum*, ex Hebræorum usu, supremi Figuli manu efformatum, reverà ex se vacuum, sed implendum gratiâ, charismatis, *vas electum*, id est, uti *ἐκλεκτὸν* eximium, exquisitum, insigne, sic electum ad id muneris à Deo, à Christo, quod est alibi *ἀφωρισμένον* *separatum*, atque adeò *ἡγιασμένον*, cum ab æterno in consilio Dei, tùm ab utero matris, tùm in actuali separatione à Synagogâ, & à Pharisaismo. 6. Adde sequentia in verbis vocantis Christi: electum Saulum *ἔβασιλει τὸ ὄνομα* *Χελεβὴ ἐνώπιον ἰθῶν* *ἡ βασιλείων*, *ἡὸν τε ἰσραήλ*, quod est, electum ad Apostolatam & Gentium & Judæorum, ad gravissimum munus, hinc vox *βασιλεία* oneri isti designando. Accedit testimonium dandum *coram Regibus*, Ducibus, quales postea Agrippa, Gallio, Felix, Festus, Nero; prædictio etiam laborum, certaminum, *perfectionum*, quæ Paulum maherent Christi causâ, quæque in visione jam tùm illi Christus *ᾤείδει*, planè ut eadem reliquis Apostolis prædixerat, & Deus vocato Jeremiæ ad Propheticum munus. 7. Tùm etiam Paulus non accepit modò donum Spiritus S. sed eo *ἐπλήθη* *repletus* fuit, pro dignitate muneris, collatis in eum Apostolicis charismatis, puta sapientiæ cœlestis, linguarum, prophetiæ, miraculorum, *ἀναμαρτυρίας*. Nec dubium quin in cæcitatatis illo triduo, transacto *precibus*, *jejuniis*, fuerit de iis, quæ ad id munus attinerent, divinitus edoctus, *ἡ δὲ ἀνθρώπων*, & omninò antè accessum Ananiæ. Hinc & *ἕσθμα* illi precanti oblatum, & jeju-

2 Cor. XII. 2. Act. XIII. 2. Gal. I. 17. 18. Act. IX. 26. Act. XI. 29. 30. Dion. Cass. L. LX. Petrav. T. II. L. XI. C. XII. Euseb. Chron. in IV. Claud. N. MMLV. Vedel. de Episcop. Petri, L. I. C. VI. Cappell. in Hist. Apost. p. 14. 56. Vales. in L. II. Euseb. C. XVIII. Sect. II. Num. XX. Gal. II. I. Cappell. B. p. 56. Act. XIV. 27. Lightf. Comm. in Act. ad A. C. 34. p. 135. 2 Cor. XII. 2. Act. IX. 9. Cappell. Hist. Apost. p. 61. Act. XIII. 17.

Act. XII. 9. xxvi. 13. Ibid. Act. XIV. 12. Act. IX. 7. xxvi. 16. I Cor. IX. 8. Vide Gal. len. de Usu part. L. X. C. III. Act. XXII. 14. xxvi. 16. 17. Act. IX. 15. Rom. I. Gal. I. 15. Act. IX. 15. Matt. X. 19. &c. Jer. I. 10. Act. IX. 17.

jejunio idem initiatus ad tantum ministerium, Mo-
 sis, Eliæ, Christi exemplo, & cæcitas ipsa fuit huic
 rei inserviens. Qui enim Christum oculis modò
 viderat, debuit ab aliarum rerum contemplatione
 averti ad tempus, & huic soli incumbere. Osten-
 sum illi quoque, dùm sodales suos non vidit am-
 pliùs, à priori se sodalitiò segregandum; item,
 cæcis oculis eundem deinceps sibi fore in Christi
 mandata. Significatum præterea, lucem rationis
 corruptæ abnegandam, ut succedat lux gratiæ; &
 nihil videre mundum, quantumvis oculis apertis,
 quales erant Bileami, contrà etiam oculis corporis
 clausis acutissimos esse illos fidei, gratiæ. Intelle-
 xit indè quoque, cæcitate se hæctenùs laborasse,
 squamis veluti ejus menti obductis; & Deum ad
 se respexisse verè cæcum, undè cœlestis illa visio,
 quâ beatur, dùm captus est oculis carnis. Tandem
 didicit exindè, pensare Deum in suis jacturam
 corporalium longè potioribus bonis, accensâ in-
 terea divinâ luce in mente Apostoli, & ejus animo
 inenarrabili lætitiâ perfuso. Quòd verò illo triduo
 raptum volunt in tertium cœlum, ut multis Ludov.
 Cappellus, conversum adèd fuisse xiv. annis antè
 scriptam posteriorem ad Corinthios, infrà, cùm ex
 circumstantiâ temporis, tùm ex aliis, refellimus.

V. Adde, mox à recepto visu, & ab utroque
 baptismo, incubuisse deinceps Saulum exercitio
 muneris, dum palàm in Synagogis κήρυσσε Χριστόν,
 quomodò idem in priore ad Timotheum, se ad id
 positum ut esset κήρυξ ἢ Ἀπόστολος. Et sanè Apo-
 stoli missi εἰς τὸ κηρύσσειν Μαρτ. III. 14. unde Syrus
 formavit vocem ἱεὺς Κορυα, ἱεὺς Κορυα, quæ non
 modò emphaticè Græcam expressit κηρύσσειν, κήρυξ,
 (uti servavit Syrus Græcas ferè voces Εὐαγγέλιον,
 Διαθήκη, πρῶξις, νόμος, μάγος, ἀρχὴν, στρατιώ-
 τής,) sed ità ut in Inscriptionibus Euangeliorum
 eam vocem usurpet de Matthæo & Johanne, qui
 è collegio Apostolorum, non item de Marco & Lu-
 cã. Et verè Apostoli κήρυκες, quales apud Græcos
 dicti Caduceatores, σωτηρίας ἀγγελοι, ἀγαθὰς ἀγγελ-
 λίας φέροντες, etiam Διὸς ἀγγελοι, apud Homerum,
 Iliad. α.

Χαίρετε κήρυκες Διὸς ἀγγελοι, ἡδὲ ἢ ἀνδρῶν.

VI. Intercedere fortassè videbuntur, quominùs
 Saulus, statim à Conversione, credatur fuisse jam
 Apostolus. 1. Instructio Sauli, & ordinatio ejus-
 dem per χειροθεσίαν, Anania ministerio, undè non-
 dùm collata in Saulum gratia Apostolatús, siquidem
 Gal. I. 1. hæc immediata fuit, ἢ σὺν ἀπ' ἀνθρώπων, ἐδὲ δι' ἀν-
 θρώπων. 2. Quod tùm demùm consecutus esse vi-
 deatur eam gratiam, quando raptus fuit in tertium
 Cœlum, in Paradisum, audivitque illic ἀρρητὸν ῥή-
 ματος, qui omninò raptus conversione Paulinâ po-
 sterior annis aliquot fuit, xiv. scil. annis antè po-
 steriorem ad Corinthios exaratam. 3. Quod diu et-
 iam postea, designante Spiritu S. fuerit demùm
 ἀφωσμένον separationis Paulus ad Apostolatatum Gen-
 tium, εἰς ὃ προσκεκλημένον, ad quod tùm vocatus,
 mortuo jam Herode Agrippâ, & confecto itinere
 Hierosolymitano, in quo stipem collatitiam ad Fra-
 tres detulerat.

VII. Sed nequicquam illa quidem. Primum
 enim quod attinet, nihil in textu de instructione
 Pauli per Ananiam, benè de impositis manibus, de
 restitutione visûs, deque baptismo. Nec χειροπι-
 θεσία illa fuit ordinationis, consecrationis ad munus,
 sed confirmationis in eodem, ac symbolum cùm do-
 norum Spiritûs S. quibus tùm impletus, ut Chri-
 stus statim à Baptismo; tùm miraculosæ sanationis,
 redditâ illi usurâ externæ lucis. Alterum supponit
 τὸ ἀμφισβητούμενον, gratiam Apostolatús collatam
 demum fuisse Paulo, quando raptus in tertium cœ-
 lum fuit. Imò prærogativa hæc hominis jam A-
 postoli, jam existentis ἐν Χριστῷ, ac beati visione

hujusmodi, quæ suprâ cæteros eum efferret. Sic
 & visiones ecsticæ Prophetis, Petro, Johanni,
 pridem vocatis, sic transfiguratio & δόξασις Chri-
 sto Servatori, sic raptus corporeus Eliæ, contige-
 runt. Et quæ in raptu illo vidit audivitque Pau-
 lus, non ea fuère quæ præconio suo diffunderet,
 quæ cognoscere ex usu Ecclesiæ foret, inter τὰ συμ-
 φέροντα, sed ἀρρητὸν, ἀπόρητον, quæ spargere in vul-
 gus hominum, aut disseminare vel linguâ vel ca-
 lamo, nec posset nec deberet. Tertium denique,
 confundit separationem ad Apostolatatum, quando
 Christus, illi è cœlo conspicuus, cum προσχερίσασ-
 το, seu ἀφώρσεν, ut esset σκεῦος ἐκλογῆς, & κήρυξ
 in Judæorum omnium ac Gentium conspectu; &
 separationem ad certum illius exercitium, inter Gen-
 tes, eo quidem tempore, socio tùm Barnabâ, pri-
 dem ad istud operis προσκεκλημένον ἢ Σαῦλον.

VIII. Sed potiori nunc insistendum difficultati
 est, quo videlicet anno Saulus conversus vocatus-
 que fuerit, seu relatè ad annos Christi, seu ad an-
 nos Augustorum. Cui difficultati duæ aliæ præ-
 mittendæ. I. De anno Passionis ipsius & Ascensio-
 nis Dominicæ. II. De anno & tempore Martyrii
 Stephani, deque intervallo inter martyrium hocce,
 & conversionem Sauli. Nos compendio de utrâ-
 que quatenùs ad institutum nostrum facit.

IX. Obvium est, antiquissimos Patres conjecif-
 se annum Passionis Christi, in ejusdem xxx. vel
 xxxi. nempe in xv. Tiberii Cæsaris, & in Gem-
 norum Consulatum, Fusii scil. (nonnullis Rufi, Ru-
 fini, sed malè ut ex Fastis Capitolinis, & Tacito
 Lib. v. Ann.) & Rebellii vel Rubellii, antè d. viii.
 Kal. April. seu xv. Martii; quidam antè x. Kal.
 April. post Patres Concilii Cæsariensis. Et horum
 rursus alii, nonnisi annum unum prædicationi Chri-
 sti tribuerunt, ut ex primis Clemens Alexandr. hinc
 Origenes, duobus tantum Paschatis intermediis,
 primo Joh. II. 13. & ultimo emortuali; alii verò
 triennium, ut sic publicum orsus ministerium fuerit
 anno xi. vel xii. Tiberii, ut posterius disertè Ter-
 tullianus. Et expressa de hoc tempore Passionis
 sententia est ipsius quoque Lactantii in Divinis In-
 stitutionibus, Sulpicii Severi in Sacrà Historiâ, Au-
 gustini in Libris de Civitate Dei, Prosperi Aquita-
 nici in Canone Pasch. uti etiam in Catalogo veterè
 Episcoporum Roman. quem Cuspinianus in Fastos
 suos transtulit.

X. Qui insignis Patrum istorum error fuit, quic-
 quid etiam Sam. Petitus, Vossius Pater, alii, eun-
 dem adoptarint. Nec enim annus Tiberii xv. apud
 Lucam cum anno Passionis, sed prædicationis Joh.
 Baptistæ, Præcursoris Christi, combinatur, Caja-
 phâ Pontifice Judæorum. Et quando rectè Septi-
 mius triennium minimùm attribuit τῇ πολιτείᾳ Chri-
 sti, & quadriennium, quanquam non integrum, Eu-
 sebius, respectu habito ad Paschata quatuor, ut &
 Auctor Chronici Alexandrini, consentiente ferè
 Chronologorum atque Interpretum turbâ, seque-
 retur ex dicta hypothese de anno Passionis, Chri-
 stum fuisse anno ætatis xxvi. vel xxvii. Tiberii xi.
 vel xii. manifestatum. Atque ita præcessisset ejus
 ἀνάδειξις illam Baptistæ, Tiberii xv. juxta Lucæ
 calculum, & quoque præcessisset Pontii Pilati in
 Judæâ præfecturam, quam in xii. Tiberii refert
 Josephus Historicus, post annos xi. præfecturæ Jos.
 Valerii Grati, imperante Tiberio. Adde Chri-
 stum ἀρχόμενον sc. ἢ λειτουργίας, & aquâ baptismali
 perfusum, disertè ὡσεὶ ἐπὶ τριακοντα in textu sa-
 cro induci. Plura verò quàm duo Paschata cele-
 brasse in publico Christum, vel ex uno Johanne,
 diligenter ea observante, intellexit ævum omne
 Christianorum, cui ἐορτὴ ἢ Ἰουδαίων Joh. v. 1. non
 est Festum aliud, quàm quod eadem voce designatur

Act. ix. 9. 11. 12.

Num. xiv. 15.

In Hist. Apostol. p. 61.

Act. ix. 10. 1 Tim. 11. 7.

Gal. I. 1.

2 Cor. xvi. 2. 4.

Act. xiii. 2.

Act. ix. 17. 18.

Act. ix. 20.

Act. xiii. 2.

Clem. Alex. L. i. Strom. Orig. L. iv. c. 2. Tertull. contra Marc. L. i. c. xv. & Adv. Jud. C. viii. Lact. L. iv. c. x. in fine. Sulp. L. ii. Aug. de Civ. Dei L. x. c. ult. &c. Prosper. de Promiss. & Præd. L. i. c. vii. &c.

Euseb. L. i. c. i.

Luc. II. 1. 2.

Jos. Antiq. L. xviii. c. iii.

tur *Joh. vi. 4.* & passim apud Matthæum, Marcum, Lucam, quâ de re aliâs. Et ut error erroris ferax est, ita porro à dicto *Geminorum* Consulatu, xv. Tiberii, putant Fasti antiquissimi Pontificum (quos Ægidius Bucherius Operi suo inseruit, & antè Liberii mortem scriptos censet) annos Petri xxv. consummandos ita primo anno Neronis, Nerone scil. Aug. & Antistio vetere Coss. additis supra annos xxv. mense i. diebus ix. Undè etiam Lini (successoris scil.) annos xii. Fasti iisdem numerant, fabulosissimo utique calculo, nec uno commento.

In Can. Victor. p. 269.

Isaac. Voff. Chron. S. C. xvii. C. v.

XI. Scio Viros summos, rei conciliandæ, & Patrum illi calculo adstruendo, constituere *Tiberii Æram geminam*, alteram *triennio* ferè antè obitum Augusti, (Anton. Cappellus vult *quadriennio*, in Dissertat. de Anno Passionis Christi) undè numerarint Syri & Provinciales, alteram à morte Augusti, unde Romani: & sic xv. annum Tiberii habitum in Syriâ, & Provinciis, qui Romæ nonnisi xii. ut reverà, secundum hanc supputationem Romanorum annus Passionis Dominicæ coincidat cum anno xv. Tiberii. Sed nova & precaria est Æra ista Imperii Tiberiani, *triennio* antè Augusti excessum, ususque illius in Syriâ, in Provinciis, hinc apud Lucam, postulatur non probatur. A morte Augusti ducunt initium Tiberiani Imperii Vellejus, Tranquillus, Tacitus, Dio, quanquam in anno Juliano definiendo varient, qui plerisque est lxx. Nec ex eo quod *triennio* circiter antè mortem Aug. Germanico & Fontejo Capitone Coss. (ex Vellejo, & Suetonio) administratio Provinciarum Cæsaris communicata Tiberio fuit, cum Proconsulari potestate, hinc putandi sunt, aut putati fuerunt, anni *ἑνεμνιας* seu Imperii Tiberiani, Ærâ scil. vulgari & usitatâ, ad quam indubiè Lucas respexit.

Vell. Pat. L. ii. C. cxi. Suer. in Tiber. C. xxi.

XII. In extremum aliud ivère, (ut taceam nunc sententiam Irenæi omnibus explosam) qui Passionem Christi conjiciunt in ann. Tiberii xxii. vel xxiii. putando hos à xix. mensis Aug. quod facit Lydiatus, Britannus Chronologus, in Lib. de E-mend. Temp. & altero de Magistratibus Romanor. Hypothesis ejus est, Christum nonnisi *anno tribus cum semisse* post J. Bapt. orsum esse Ministerium suum: Baptistam autem anno Tiberii xv. ex Lucâ, seu inchoato jam anno xvi. Ergò Christum orsum Tiberii anno xix. ut sic Passio in xxii. Principis hujus incidit. Sed precarium illud intervallum est, inter initium prædicationis Baptistæ & Christi. Quod nec ex textu sacro, ubi propius se invicem excipiunt, nec ex ætate utriusque, majore nonnisi sex mensibus Baptistâ, nec ex ullis Fastis ac monumentis, colligitur. Ea etiam fuisse videtur cum Muneris gravitas, tum Personæ auctoritas, ut propius abiuerit à *tricenario* Johannes, quod tempus in Mosaicâ Lege & in Canonibus Christianis definitum, ibi ministraturis Tabernaculo, hic vero Presbyteris. Si verò Lydiato fides, orsus fuisset suum Baptismum Johannes anno ætatis circiter xxvi. impleto.

Iren. L. ii. C. xxxix. xl. De E-mend. p. 171. 176. De sum-mis Mag-istr. ad A. M. 4036.

Num. 17. 3. Conc. Neo Czf. C. lxxx. &c.

XIII. In annum Tiberii octavumdecimum, Coss. Tiberio Aug. v. & L. Ælio Sejano, Olympiad. cii. anno iii. post Eusebium, Epiphanius, Hieronymus, conjicit Passionem Cæsar Baronius, & cum hoc plures alii, ac Lightfootius noster. Petavius autem in Opere de Doctr. Temp. & Animadvers. ad Epiphanius, refert ad annum Tiberii xvii. exeuntem, & Olympiadis ccii. annum ii. Quod verò Phlegon Trallianus, Hadriani Libertus Libro de Olympiad. ex Chronico Latino Hieronymi, solarem eam Eclipsin, quæ accidit Passionis tempore, retulit in annum iv. Olymp. ccii. errorem subesse putavit, & pro *δ.* notâ quaternarii, legendum *δ.* Sed prin-

De Doctr. Temp. L. xii. C. xii. Animad. ad Epip. p. 174.

ceps Chronologorum Josephus Scaliger, juxta Phlegontis calculum, Passionem componit cum anno Tiberii xix. Cyclo Solis xiv. Lunæ xv. Olymp. ccii. anno iv. Domitio Ahenobarbo & A. Vitellio Coss. Atque ita post Scaligerum Doctissimi Chronologi alii, & Wilhelmus Langius de Annis Christi; sed hic gratis cum Scaligero *quinque* Paschata, seu annos integros quatuor publici Ministerii, Christo attribuit. Utque litera Dominicalis fuit eo Cyclo D. sic Kalendæ Aprilis incidit in feriam iv. adeoque feria *sexta* Passionis fuerit Aprilis iii.

Anim. in Euf. p. 185. Vide Pearsh Lect. in Acta, à p. 29. 30.

XIV. Neque hîc, quoad annum traditi in crucem Servatoris, magnoperè intercedimus sententiæ Scaligeri. Nisi rectius fortè Sethus Calvisius, Cappellus uterque, alii non infimæ notæ Chronologi, definiunt annum Tiberii xx. mense Augusto præcedente inchoatum, Cyclo Solis xv. Servio Sulpicio Galbâ, & L. Corn. Syllâ Coss. Supponimus enim antè omnia, Baptistam quidem *ἀνάδειχθέντα* Tiberii xv. Christum verò nonnisi Tiberii xvi. ba-

pizatum si non xvii. inchoato, anno minimum uno & aliquot mensibus lapsis, ab inchoato Johannis ministerio, donec Christus publicè conspicuus fieret. Neque enim anno eodem dicitur Christus baptizatus, quò Johannes ostensus, nec annus Christi *ἀπὸ τριγέσμων* componitur in textu Lucæ cum anno illo ipso xv. Tiberii, quod supponunt Petavius, & reliqui, ac fusè Parens noster in Dubiis Evangelicis discussit. Alterum Lucas versu i. alterum commate xxiii. tradidit. Deinde, haud intervallum minus anni unius decursu, si non majus, debere concipi inter initium prædicationis Johannis, & alterius Christi, res ipsa docet. Prædicaverat enim intereà ille Prodromus, donec Christum digito commonstraret, universo Populo; diffuderat sese fama Johannitici nominis in Judæam omnem; præparaverat jam Christo populum instructum, conversione plurimorum; impleverat *τὸ μέρος τῆς ἐπισημίας* ministerii sui, seu propè erat ut expletet; induxerat jam adèò, opinione sanctitatis, principes Pharizæorum, ut per legatos exquirerent, num is Christus esset? Quæ præcesserant omnia publicum Christi munus, certè antequam eo viso exclamaret Johannes, *Hic est agnus ille Dei*. Undè nec diu postea, certè anno ii. Christi manifestati, com-

Luc. i. i. Dub. Euang. p. 11. Dub. x.

pactus in carcerem Johannes fuit. Nunc decimo-sexto Tiberii à vi. Januar. ut vulgò putant, adde Paschata quatuor, seu triennium cum paucis mensibus, usque ad illum diem, qui Christo luctuosus, nobis auspiciatissimus fuit, curret Tiberii annus xix. qui & Olympiadis cii. *quartus*, antè expressus. Difficile tamen est præcisè definire annum Tiberii, an omninò fuerit xix. an verius labens annus xx.? Primò enim annus xv. Tiberii, quo Johannes manifestatus, nonnisi *ἐν πλάτει* expressus est, silente Spiritu S. horum annorum primordium, à quo scil. mense, an à mense & die emortuali Augusti, an à Nisan sequente, pro more Hebræorum? Secundò, non ita certum, labens ne hic annus xv. Tiberii fuerit, an fortassis expletus, à præcedente Augusto, undè inchoetur annus xvi.? Tertio, incertus mensis quo Johannes *ἀνάδειχθη*, aliis æstivus, autumnalis alius; quemadmodum nec præcisum intervallum constat, inter eam *ἀνάδειξιν* Johannis & Baptismum Servatoris, non illud certè contractus anno uno, si non aliquanto longius. Quarto, baptizatum fuisse Servatorem vi. Januar. traditum quidem Epiphanio, aliisque Veterum: sed & alii Octobri mense, alii Novembri, alii Kalendis Februarii, tinctum censuerunt, qui nec in anno Juliano conveniunt. Quare si in autumno manifestatus Christus, potuit esse Tiberii xvii. modò inchoatus, à proximo Augusto, atque ita Passionis tempus incurret in annum Tiberii xx. *mediâ hebdomadè* anno-

A. B. xiii. 24. 25. Joh. i. 24. 29.

rum

rum expletâ, seu triennio cum dimidio, inchoato à Nativitate anno xxxiv. quem figunt *Laſantius, Victorinus, Beda, Mariana, Parvinius &c.* Sed per nos inceperit Christus Tiberii xvi. paſſus ſit xix. anno Ætatis xxxiii. quod vult *Pearſon, tanquàm veritati maxime conſonum, Leſt. i. p. 30.* Olymp. cii. quarto, Periodi Jul. A. 4745. Juliano lxxviii. Cyclo Sol. xv. &c. Fallit autem Chronologia Baronia, quæ xx. Tiberii componit cum xxxvi. Chriſti, confunditque Æram Veram cum Vulgari aut Dionyſianâ, ac Conſulatus peſſimè notat.

Euf. Hiſt. L. II. C. I.

Ad xxvi. Decemb.

Niceph. L. II. C. III. Glycæ Ann. P. III. Val. in Euf. L. II. C. I. Id. in L. II. C. XVIII.

Differt. de Martyrol. Rom.

XV. Quo ſuppoſito, nunc de intervallo quod medium fluxit à crucifixione Chriſti ad martyrium Stephani. Et hîc ruruſum diviſi ſententiis Interpretes, ac Chronologi. Plurimi enim, ex Martyrologio Rom. Bedâ, Uſuardo, Adone, paſſum eſſe Stephanum anno eodem quo Chriſtus, & quidem xxvi. Decembris, ut Chriſtus xv. Niſan. Hinc Martyrologium, *Stephanum non longè poſt aſcenſionem Domini lapidatum eſſe.* Itâ in Excerptis Chronologicis ex Eufebio, Africano, & aliis, quæ edidit Scaliger cum Eufebii Chronico, definiuntur ab Aſcenſione *meſis octo, minus diebus xi.* Itâ quoque Eufebius, ſtatim ab ordinatione lapidibus obrutum Stephanum, Diaconos verò mox ab electione Matthæi Apoſtoli fuiſſe ordinatos. Hinc alii, obrutum Stephanum jam iii. Nonas Auguſti, ut Chriſtus viii. Kal. Apr. quo die inventio corporis *ἡ περιτομὴ* celebratur, reſutante Baronio in Notis ad Martyrol. Multis in annum demùm à Paſſione *proximum* rejicitur caſus Stephani, ut poſt alios quoque Joh. Lightfootio, & in Tiberii A. xix. ex hypotheſi, paſſum Servatorem Tiberii A. xviii. Georgio Syncello in Chronico fuit annus à Paſſione *tertius*, & Tiberii ultimus. Alii *quadriennium* à Paſſione definiunt, ut fuerit Caligulæ i. & itâ quoque Ludov. Cappellus in Hiſt. Apoſtolicâ. *Quinquennium* interponit Jacobus *Frater*, labentium Caligulæ anno ii. Et ſi qui alii his accedunt.

XVI. Nonniſi verò anno *ſeptimo* à cruce Domini contigiſſe protomartyrium, Claudii Imp. anno i. ſenſerunt olim Euodius & Hippolytus Thebanus, (iſti quanquàm afficta quædam) apud Nicephorum Calliſti, & huic ferè altero ſæculo anteriorem Michælem Glycam. Sed itâ omninò Auctor Chronici Alexandr. *τῷ πρώτῳ ἐτὶ κλαυδίου ὁ ἀγιὸς Στέφανος μαρτυρεῖ*, Anno i. Olymp. ccv. non admodum repugnante Doctiſſ. Valeſio, Notis ſuis in Eufebium. Quanquam à ſe ipſo videatur diſſidere, dum poſteâ Concilium Hieroſolymitanum conjicit in annum Claudii vii. quum tamen anni xiv. inter conversionem Pauli, & Concilium iſtud, medii interceſſerint. Ac fruſtrâ Baronius hariolatur, factum errore Librariorum, ut *anni ſeptem*, pro *ſeptem meſibus*, Euodii & Hippolyti ſententiæ tribuantur. Nec enim animadvertit eum calculum cum Faſtis Siculis, & ſatis cum Hiſtoriâ Lucæ convenire, qui minimè, fateor, cum hypotheſi Baronianâ.

XVII. *Ἐπίκλησις* igitur noſtra paucis itâ habet. I. Gratis martyrium Stephani conjici in annum eundem, aut illi proximum, quo actus eſt in crucem Chriſtus. Neque enim *Martyrologii*, vulgò Romani, auctoritas tanta eſt, ut aſſenſum ſolâ mereatur. Quid de eo Martyrologio, ejuſque origine, auctoribus, erroribus, fabellis ex Ruſino, Pſeudo-Actis Martyrum, aliſque, in ipſo grege Pontificiorum cordatiores ſenſerint, ac nuper ipſe Henr. Valeſius, in vulgus notum. Nec antiquius ullum in Occidente Martyrologium, quàm quod ſuppoſitum Hieronymo, uti ſuppoſita eidem Epistoſta ad Chromatium & Heliodorum, de Paſſionibus Martyrum à ſe ſcriptis, *ſingularumque meſium & dierum Feſti*, meminere licet in Divinis Lectionibus

Caffiodorus. Quod enim de Notariis Rom. Eccleſiæ, in regiones vii. à Clemente Romano diſtributis, conquiendis Actis Martyrum, Baronius cum ſuis ex Pſeudo-Damaſo, eſt à Doctis omnibus expoſum. Primos verò Chriſtianorum, in Palæſtinæ & Orientis illis partibus, incurioſos magis fuiſſe dierum, meſium, quin & annorum, obſervatores, res ipſa docet, extrâ cauſam Paſchalem. Adeo ut nec de die Nativitatis, nec de die Baptiſmi, nec de illo Paſſionis Chriſti, primitus conſenſerint. Donec natæ ſint Commemorationes Martyrum, nata Eccleſiarum pro ſuis Martyribus ſtudia, hinc de iis relationes, Epistolæ, illæ Eccleſiarum, Smyrnenſis, Gallicanæ, Alexandrinæ, Carthaginenſis, &c. quas primus omnium Eufebius Cæſarienſis collegit, cujuſque Collectionis paſſim in Hiſtoriâ meminit. Atque adeo ut dies ducti ad necem Stephani temerè & variè definitus, modò iii. Non. Aug. modò vii. Kalend. Jan. ſic & meſis quoque, & annus ipſe. II. Fruſtrâ etiam id ipſum ex Lucâ obtenditur. Perpenſus enim iis omnibus, quæ medio intervallo inter Aſcenſionem Chriſti & necem Stephani commemorat Lucas, vix illa intrâ anni unius vel alterius ſpatium geſta credideris. Hujusmodi ſunt, exempli cauſâ; Bonorum etiam immobilium, ut ſunt domus, fundi, agri, prædia, vineta, quæ fidelium quiſque hinc inde, ſeu in Judæâ, ſeu extrâ eam (erant enim inter eos & Syri, Cyprii, Aſiatici, Helleniſtæ oppoſiti Hebræis, *Act. vi. i. &c.*) non venditio modò, ſed & perceptio pretii, & hujus in commune diſtributio: Tot millium aggregatio cætui diſcipulorum, etiam ex Levitis, Sacerdotibus, ad ſucceſſiva miracula, & prædicationem Verbi: Judæorum in Apoſtolos & Eccleſiam varia molimina: Ananiæ & Sapphiræ miſerandus caſus: *Fi-* delium, bonorumque, ex ditiorum ſenſim accèſſu & poſſeſſionibus diſtractis, incrementum hujusmodi, ut vii. Diaconi eligerentur, quibus cura eſſet *ἡ βουλὴν*. Nec intercedit illud, *ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις*, *Act. vi. i.* ut Hebræi ſolent, *כִּימֵי הַיָּמִים* dies pro temporibus, vel annis, uſurpare conſueti, quomodò phraſis eadem eſt *Exod. ii. ii.* *Jud. xviii. i.* *Matth. iii. i.* & paſſim, intermediis licet annis pluribus, & hiatu inſigni temporis inter ea quæ prius & quæ deinceps memorantur. Sic Joſepho Hiſtorico laxiùs ſæpè uſurpatum illud, *κατὰ τὸν χρόνον, ὑπὸ τὰς αὐτὰς χρόνους*. Ita nec Stephani adlectionem in Diaconorum ordinem continuò martyrium ejus excepit. Intermedia ejus miracula, ſigna, quæ edebat frequens, hinc fama nominis, tum *συζητήσεις*, & invidia illi tandem conſtata, à conviſtis quidem non converſis tamen, per Synagogas varias diſtributis, inter quas illa quæ dicebatur *Λιβερτιῶν*, id eſt, *ἡ λεγομένην* qui ſic dicebantur. Quod nomen non *ἰθὺς*, ut ſine auctoritate Suidas, & quotquot lectiones de ſuo fabricantur, *8.9.10.* ſed conditionis, & Romanum, retentum hoc ſenſu Syro, ac de Judæis *libertini generis* Tacito uſurpatum, quales plerique qui Romæ trans Tiberim habitabant, *ἀπελευθερωθέντες* ferè omnes apud Philonem, id eſt *libertini*. Ingens enim Judæorum multitudo, ex quo Judæa à Romanis ſubacta, ſervitutis jugum Romæ ſubierat. Quod ſi in textu quid audendum, malleſ legi *Λιβυσιῶν*, non de Libyis Africanis, ſed de Judæis qui Iberiam, Colchidem, ac vicina loca frequenter incolerent, (quomodò à *Gergeſais* trans-Jordanicis *Georgianorum* regionem dictam Hebræi volunt) quibuſque eſſet ſua Hieroſolymis Synagoga. Stephanus de Urbibus; *Λιβυσιῶν, ἰθὺς ἀπελευθερωμένων Κολχῶν*. Nec illud Lucæ, *commate xi. τότε τὸν* ſurrexiſſe accuſatores Stephani, neceſſariò dicit rem immediate geſtam, ut quod ſæpè eſt, *καὶ ταῦτα*, interjecto licet aliquo tempore.

Div. Lect. C. xxxii.

Euf. Hiſt. L. IV. C. xv. L. v. C. i. &c.

Act. II. 45. xv. 4. vi. 7.

Act. vi. 8.9.10. Tac. Ann. II. 85. Phil. Legat. ad Cajum, p. m. 785.

Juchaf. ia 17. 22. Benjam. I. in. p. 73.

XVIII. Ac-

AD. VII. I. XVIII. Accedit, quod minimè sub Tiberio accidisse videatur gravis illa in Christianos persecutio, *Joseph. L. XVIII. C. IV. V.* *Suer. in Tib. XLVI. Tac. Ann. II. 85.* *Tert. A. pol. C. V. Euseb. Chron. & Hist. L. II. C. II. Dig. de Decurion. I. 3. L. I. Tit. II.* *διωγμὸς μέγας*, post necem Stephani, dispergendis hac & illuc discipulis. Quicquid enim Tiberius, *μηδὲς αἰμαλὴ πεφουεργυρῶ*, nec suis parcens, nec amicis, Judæis infestissimus fuerit, quos & omnes Urbe exegit, Josepho, Tranquillo, Tacito testibus, pulsus & Ægyptiorum Sacris Isiacis, Christianis tamen favisse, *comminatum etiam periculum accusatoribus Christianorum, ad annunciata sibi ex Syria Palæstinâ*, è Tertulliano constat, hinc ex Eusebio, & aliis. Frustrâ enim esse, qui per *superstitionem Judaicam*, in loco Corn. Taciti, intelligunt Christianam, quemadmodum & in verbis Ulpiani, notâ lege de Decurionibus, *Eis qui Judaicam superstitionem sequantur*, est jam à Viris Doctis ostensum. *Judeos* quanquam & *Christianos* confusos nonnunquam esse, ac promiscuè Gentilibus habitos, nemini obscurum sit.

AD. VII. 8. XII. 3. XIX. Accedit, Saulum haud ita multo tempore à Stephano sublato suscepisse iter Damascenum. Nec illicò tamen, ut statuunt plerique Veteres, quasi nihil temporis intercesserit inter cædem hujus, & profectioem illius. Imò verò Saulus interea ex *juvene, νεανίᾳ ἔ Σαούλου*, qui Scholis Gamalielis Hierosolymæ interesset, evaserat insignis persecutor, fidelibus ubicunque locorum formidandus, conturbans iis rationes omnes, *λυμανόμηνος, δεσποδίου, Σαδιδῆς εἰς φυλακὰς*, jamque *ἀνὴρ vir*, cujus terribilis fama Samariam & loca omnia pervaserat in quibus Discipuli latitarent. Quanquam Oratio in Petrum & Paulum, *Chrysostomo* tributa in Edit. Savilianâ, T. VI. p. 267. tribuat Saulo quo tempore Stephanus lapidatus annos xxxv. sed gratis. Interea quoque Ecclesia dispersa, Verbum Samariæ, Azoti, Cæsareæ, ac Palæstinâ totâ prædicatum, eaque omnia gesta, quæ *Athorum VII. I.* commemorantur. Ut his annum unum & alterum deputare necesse sit, donec Saulus ex principe Persecutorum princeps Præconum Christi surgeret. Quod non animadverterunt illi Veterum, qui inter Martyrium Stephani & Conversionem Pauli *paucos* modò *dies* intermedios suspicati, certè *dies XI.* in Excerptis Chronol. Scaligeri, imò *id pro certo habuerunt*, ut alicubi Henr. Valesius. Hinc etiam, qui Paulum circa *septimum* à Passione annum conversum haud sine ratione colligebant, de Stephano iidem malè, demùm *anno ab ordinatione sua septimo passum esse*, vel *Claudii primo*, ut Euodius, & Auctor Chronici Alex. Quare id tandem conficimus: passum Stephanum sub Cajo, non sub Tiberio, aliquot ab Ascensione annis, anno quamvis & mense determinationis incertæ, certiore fortasse calculo in anno Conversionis Pauli, quem non anteriorem esse Caji ultimo, auctèter pronunciamus.

AD. VIII. 5. 40. XX. Primò ex dictis constare arbitramur, fluxisse aliquot saltem annos à Passione Christi ad illam Stephani; rursùm anni minimùm unius decursum, si non veriùs *biennii* (quale & Lud. Cappellus post Danæum nostrum, aliosque, statuit) à cæde hujus ad Sauli profectioem Damascenam, supponendum esse. Porro, hujus quoque tempus ex collatione Pauli cum Lucâ, & ex iterum Hierosolymitanorum, quæ describit uterque, circumstantiis, intelligi quodammodo potest. Primum omnium iter fuit de quo Lucas *Ath. IX. 26.* quodque an proximè à baptismo susceptum, ut series historię suadet, an *triennio* demùm post conversionem, ut sit eadem profectio de quâ Paulus *Gal. I. 18.* non sine causâ dubitatum. Posterius tamen videntur suadere verba Apostoli, negantis *se ab eis* illicò communicasse cum hominibus, aut *se ascendisse* Hierosolymam, & quidem ad Apostolos, visurum eosdem, ac collaturum cum iis, *κα-*

Hist. A. post. p. 7. Dan. In vitâ Pauli. *καληθρομένομενον αυτοῖς*, ut dixit Lucas, nisi *μετὰ ἑτη τρία*, post annos tres, seu tertio anno currente, pro usu phraseôs. Et se exindè demum in *Syria & Cilicia* partes profectum refert, quomodo etiam Lucas, Hierosolymitano itinere confectò, delatum eundem fuisse *Tarsum*, *Ciliciæ* metropolin, ubi paulo post quæsitus à Barnabâ fuit, & ductus *Antiochiam*, *Syriæ* totius & Orientis caput. Unde clarissimè liquet, illa Lucas *Ath. IX. 26.* *καληθρομένομενος ἢ ὁ Σαούλος εἰς Ἱερουσαλήμ*, per *αὐραλίην* ibi quandam inferi, non ut immediatè gestum à baptismo Sauli, tacito itinere Arabico, prout Arabia tùm dicta etiam Philadelphena regio, *Ἀραβία τὸ φιλαδέλφειας*, contermina Damascenæ, utraque sub *Antiochæ* dominio. Et sic ferè Baronius, Petavius, Henricus Valesius, Lud. Cappellus, Jac. Usserius, Viri alii principes, Paulum cum Lucâ conciliarunt, & rectè. Jam verò exactum illud *triennium* à Sauli baptismo, si rectè putamus, incidit omninò in *Claudii tertium*. Planum sit ex eo, quod delatus Tarsum *Ciliciæ* Saulus, *μετὰ ἑτη τρία*, salutatâ jam Hierosolymâ, mox quærendus ibi fuit à Barnabâ, adducendus Antiochiam, ubi *annum* unum exegit, indè profecturus altero itinere Hierosolymam, socio Barnabâ, ad stipem collatitiam fratribus Judæis deferendam. Profectio hæc incidit in annum ultimum Herodis Agrippæ, paulo antè hujus excessum, quo tempore hic in *Judæorum* Ecclesiam grassabatur, & Petrus conjectus in *A. M.* vincula fuit. Excessit autem Herodes anno *Claudii IV.* quod *inter omnes convenire*, post Scaligerum & alios, rectè Henricus Valesius ad Eusebium. Undè *optimè concludebant* (sunt Valesii ipsius verba, Val. in sibi postea minimè constantis) Euodius Antiochenus, Hippolytus Thebanus, Auctor Chronici Alex. *triennium* illud à conversione exactum, quando salutatâ Hierosolymâ Tarsum deductus est, coincidere *cum anno Claudii tertio*, anno dein intermedio prædicationis Antiochenæ, usque ad *Claudii IV.* & Herodis ultima, quando missus Hierosolymam Saulus, comite Barnabâ ex dictis. Ac tertium postmodum iter successit, de quo *Ath. XV.* in quo collocutus Paulus cum Apostolis, eodem omninò itinere cum eâ *ascensione* cujus meminit ipse *Cap. II.* ad Galatas, ut ex collatione liquet, quam post Theodoretum, Baronium, alios, in nostris Nic. Vedelius & Lud. Cappellus prolixè instituerunt, nec actum agimus. Et hæc accidit *ἐπιτὴν*, posteaquam cœpit *euangelizare*, post conversionem illam suam, quâ non illustrior Epochâ Paulo, *διὰ* seu *καληθρομένομενον δεκαεσάρον ἐτῶν*, *annis post quatuordecim*. Nullâ enim Codicum, nullâ Versionum fide, Ludov. Cappellus, & Hugo Grotius, pro *δεκαεσάρον* substituunt *τεσσαράρον*, quod sobriæ Critices modum excedit. Inchoatus nempè tum fuit annus à Conversione *XIV.* non impletus tamen, pro usu phraseôs, veluti *διὰ τριῶν ἡμερῶν*, *tertiâ die*, apud Matthæum, de tempore Resurrectionis.

Tom. II.

Gal. I. 21. Ad. IX. 30. XI. 25. **Gal. I. 17. 18. 2 Cor. XI. 32. Baron. ad An. Chr. XXXVI. N. XIIII. Petav. de Doct. L. XI. C. XII. Vales. in Euf. L. II. C. III. Lud. Cap. Hist. Ap. p. 8. Uss. Ann. 4041. Ad. XI. 25. 26. 30. Gal. I. 18. Val. in L. II. C. XVI. Idem in L. II. C. I. Vedel. de Temp. Utriusque Episc. L. I. C. VI. VII. Cap. Hist. Apost. p. 54. 55. Gal. I. 15. 16. 23. II. I. Matth. XVI. 61.**

XXI. Quare subductis calculis, ac suppositis quæ pluribus modò asserta, nempè. 1. Passionem Christi non ante *XIX.* Tiberii contigisse, cui anni *XXII.* cum mensibus ferè *VII.* tribuuntur. 2. Martyrium Stephani similiter non antè Caji Caligulæ principatum, qui annorum ferè *IV.* nec nisi aliquot annis ab Ascensione Domini, accidisse. 3. Inter hocce & conversionem ac baptismum Pauli, biennii circiter intervallum concipi oportere, ex dictis. 4. Anno à baptismo Sauli *tertio* currente ascendisse hunc primùm Hierosolymam, dein post brevem inter Tarsenses moram, & *annis unius* prædicationem Antiochenam, eò rediisse. 5. Reditum illum incidere in *Claudii IV.* Agrippæ ultimum, & Sauli conversu *quadrimum* circiter exactum, ex collatis modò

Niceph. Hist. L. II. C. III. Indiã. XIV. Claudio & Largo Coss.

dò Lucà & Paulo. Id omninò superest, ut Epochâ Conversionis Paulinæ figatur in Caji annum *quartum* seu *ultimum*, Cajo sine Collegâ Conf. & in *septimum* circiter à Passione, Olymp. cciv. annum III. Vix enim ausum extendere ad Claudii I. vel etiam Claudii II. quorum illud Euodio apud Nicephorum, hoc Austori Chronici Alex. traditum; nec patitur intervallum annorum ferè XIV. à Conversione ad Synodum Hierosolymitanam *Æt.* xv.

Suprà Nam. III

XXII. Paulinæ vocationis asserto ità temporì ac demonstrato, saltem *ἐν πλάτῃ*, contrà sententiam receptorem, repugnant nonnulla in speciem, quæ recensimus nuper. Sed species illis tantum est esse possit, quì Paulinum iter alterum, Hierosolymam susceptum *Æt.* xi. ad deferendas eleemosynas, occasione famis sub Claudio, in hujus Imperatoris annum IV. rejiciatur? Ex Dione constare videtur, exortam eandem esse Claudio II. & Largo Coss. Imperatoris Claudii anno II. quod & Baronius, Petavius, aliique multis adstruunt. Undè conficitur, Conversionem Pauli, quæ saltem quadriennio hanc profectioem antecessit, non demum sub Caligulæ extrema sed citius contigisse. Verum stamus hic testimonio Josephi *Ἀρχαιολόγῳ*, referentis ad annum Claudii IV. M. Cluvio Rufo, & Pompejo Silvano Coss. Hierosolymitanam eam famem, tum altero Eusebii in Chronico, hinc Oro-

Dio Cass. L. IX. in Claud. Baron. ad A. XLIV. N. LXII. Petav. L. XI. C. XII. Jos. Antiq. L. XX. C. I. II. Euseb. Chron. ad Claud. IV. Grot. L. VII. C. VI. Scal. ad Euf. p. 190. Lud. Cap. Hist. Apost. p. II. Suet. in Claud. C. XVIII.

sii in Historiar. Libris, ne dicam Jos. Scaligeri, Lud. Cappelli, Henr. Valesii nihil carpentis in suis ad Eusebium, ac sagaciorum aliorum iudicio. Nec fames illa, cujus meminit Dio, ingens illa sanè, pervasisse jam dicitur eo anno, Claudii scil. II. totum Orientem, aut Rom. Imperium, sed grassata esse in Urbe Româ, quò non satis annonæ aliundè advectum fuerat, intutis Tiberis ostiis navibus appellendis, undè consilium Claudii de Portu ibi extruendo. Quamvis mox *assidue sterilitates*, ità Tranquillus, famem eam ad annos aliquot prorogarint, malumque deinceps serpsit *ἐφ' ὅλιω τῷ οικουμένῳ*, hinc in Syriam Palæstinam.

Hist. Apost. p. 55. 56. Grotius in h. l.

C. I. 17. II. I.

C. I. 15. 16. 17. 23.

XXIII. Dubium secundò, quì serior Epochâ Paulinæ conversionis, puta Caligulæ ultimo, conciliari possit cum Epochâ Hierosolymitani Concilii, de quo Lucas *Æt.* xv. Si enim profectus hanc ad Synodum Paulus nonnisi post annos illos XIV. quorum mentio est *Gal.* II. I. ut tenendum omninò est, & prout in id conspirant Interpretes juxtâ & Chronologi, videtur ejus Synodi tempus ferè ad *Neroniana* tempora removeri, novo jam calculo, novisque difficultatibus, ex sequente Pauli Historiâ, implicito. Expedita sanè res foret, si duce Lud. Cappello, viro de his literis præclare merito, annos illos XIV. non à Baptismo Sauli, sed à Passione Christi, vel à Missione Spiritûs S. ac Tiberii anno XX. putaremus. Aut si pro *δεκατεσάρων* legere fas sit *τεσάρων*, ut illud *δύνα* ex præcedente *διὰ* facili lapsu irrepserit. Sed precarium utrumque, assertum quidem non probatum. Nam quoad prius, præcessit nihil in contextu Epistolæ de Passione Christi, aut de primâ Pentecoste, quò respicere potuerit istud *ἔπειτα μὲν ἔτη τέσσαρα*, & rursùm, *ἔπειτα διὰ δεκατεσάρων ἔτων*. Quæ particula *ἔπειτα*, *μετὰ*, *διὰ*, habent respectum ad terminum à quo, seu ad Epocham præcedentem, ibi signatam. Et hæc non alia istic, quàm divinæ ἀποκαλύψεως factæ Paulo, & vocationis immediatæ ad *Apostolatam*, & ad *evangelizandum* eam fidem cujus ipse antea subverfor. Hinc putat annos suarum profectioem Hierosolymam, in quibus scilicet contulisset cum Apostolis, primùm anno à vocatione *decimo-quarto*, tacitâ secundâ profectioem *Æt.* XI. 30. in quâ (ob sævientem Herodem in Ecclesiam, ac speciatim in Apostolos, delatis tum modò à se & à Bar-

nabâ eleëmofynis Antiochenis) nec cum Petro egisset, nec cum principibus Apostolorum. Substituerè verò loco *ἑ δεκατεσάρων* simplex *τεσάρων*, præter omnium omninò Codicum fidem, ac translationum veterum, ejus est fiduciæ quâ idem Cappellus, v. gr. *Luc.* II. I. pro *Κυβελῆς* substituit *Κυβήλης*, vel *Κ. Ούάρι*, & sic passim in Critices Operè. Ad cujus exemplum Tanaquillus Faber Paulum pro ingenio suo subindè emendat, restituit, spongiam inductâ, sed temerè. Ut v. gr. in loco *I Cor.* VIII. IO. pro *οικοδομηθήσεται* inferendo *τὸ ἔδοποιθήσεται*. Sic in altero *Hebr.* XI. 37. pro *ἐκείνησαν* substituendo *ἐπηρεάθησαν*, (satiùs enim vocem omittere cum Syro,) & ità in locis aliis disponendo, transponendo, immutando. *Ἡσυχία τῶν αὐτῶν ἡμερῶν* facit esse ausum! Quæ si Criticis aperta janua fuerit, quid Textu sacro tandem fiet?

XXIV. Nihil istis opus, & salva res est. Supponimus rursùm, quæ sunt ex dictis perspicua. 1. Conversionem Pauli accidisse Caligulæ ultimo, verius quàm Claudii primo. 2. Annum *decimum quartum*, quo profectus idem cum Barnabâ ad conventum Synodalem, numerari ab eadem Epochâ, à quâ *triummum*, seu à quâ tempus primæ profectioem, ut visum *Thess.* præced. & assertum Bedæ, Aquinati, Cajetano, Calvino, Baronio, Vedelio, Hammond, plerisque aliis. 3. Illud *διὰ δεκατεσάρων ἔτων*, non necessario intelligi de XIV. annis impletis, sed de inchoato vel labente *quarto-decimo*, non magis quàm Christus resurrexit *triduo* completo, qui *διὰ τεσσάρων ἡμερῶν*. Ut jam de familiari Scripturæ usu nihil dicam, Chronologis observato, quæ annos nonnunquam *absolutos* ponit pro *inchoatis*. Quo fiet ut incidit Concilium Apostolicum in annum Claudii XII. inchoatum vel labentem, atque ità supervixerit annum & amplius idem Imperator. Hinc quotquot anticipant, in diversissima abeunt, & alii Claudii VI. vel etiam antè, alii VII. alii IX. habitam Synodum esse. Nec isti Epochâ Synodali eorum quicquàm intercedit, quæ deinceps commemorat Lucas in Paulinâ historiâ. Nempe supputatis annis qui omninò fluxere medii, ab eo Concilio ad Pauli iter Hierosolymitanum postremum, quando conjectus in vincula fuit, Felice Præside, aservandus Cæsareæ; hinc addito reliquo temporis, ad adventum usque Pauli in Urbem Romam, sub Nerone; omnia bellè cohærent.

XXV. Rem in pauca contrahimus. Redux à Synodo Paulus, post *dies aliquot* moræ Antiochenæ, mox in Syriam ac Ciliciam concessit; quibus peragratis continuò in Pisidiam, Lycaoniam, Galatiam, Phrygiam, Mysiam penetravit, *διελθὼν* regiones hæc, haud longâ usquam morâ. Hinc solvens Troade per Samothraciam delatus est in Macedoniam, & Neapolim primò, tum Philippos, ubi *dies* non ità multos exegit, mox per Amphipolim & Apolloniam in urbem Thessalonicam Macedoniæ caput, recto itinere, quale & in Itinerario Antonini describitur. Nec Thessalonicæ ultra septimanas paucas hæsisse ex Lucâ constat, seditione Judæorum in eum motâ, postquam *ἔπι σαββατῶ τεσσα* Evangelium multo cum fructu prædicasset. Quâ occasione tandem, salutatâ Berroæâ Macedoniæ, Athenas deductus est, ubi non diu moratum esse idem Lucas, Corinthum profecturum, postquam Berroæâ ad eum accessissent Silas & Timotheus, quos Athenis præstolabatur. Nam quod vult Lud. Cappellus, expectasse Paulum in *Athenarum* urbe reditum alterum Timothei, (quem Thessalonicam ablegarat, ut Paulus ipse profiteretur in priore ad Thessalonic.) pugnat cum historiâ Lucæ, qui Timotheum rediisse ad Paulum tradit, quum hic jam Corinthi ageret, Athenis relictis.

Hist. Jud. Comp. p. 107. Fab. Epist. L. II. Ep. XIV. XVII. XII.

Mart. XXVI. 62.

A. d. xv. 36. 41. XVI. I. 67. 7. 12.

A. d. xv. II. I. XVII. I.

A. d. xvii. I. 10. 15.

A. d. xvii. 15. 16. Cappel. Hist. A. post. p. 18.

I Thess. III. I. 2. 6.

A. d. xviii. 5. Nec

Nec priorem ad Thessalonicenses, minùs alteram, *Abben* scripsit, ut habent perperam *ἑποχῆσαι*, sed Corinthi, postquam Timotheus Corinthum ad se rediisset *Act.* xviii. commate v. cujus reditùs meminit i *Theff.* iii. commate vi. quod Baronius & alii viderunt. Ex quibus colligi potest, indè à Synodo habità ad Pauli in *Corinthiorum* urbem, totius Achaizæ metropolim, adventum, tot regionibus mediis modò pertransitis, nullà uspiam longiore morà, sufficere ad summum *anni unius* intervallum, licet conjectando *sesqui-annum* alii istis itineribus deputarint.

Baron. ad A. l. iii. N. xiii.

Act. xviii. 11.

Act. xviii. 18. 19. 22. 23. xii. 1.

Act. xviii. 24. 27. xii. 1. xviii. 20. 21.

Act. xix. 7.

Act. xii. 22.

Act. ix. 1. 2. 3.

1 Cor. viii. 19.

Act. xx. 3. Rom. iv. 25. 26.

Act. xii. 15. xii. 34.

Act. xviii. 19.

XXVI. Corinthi sedisse *annum unum*, & *sex menses*, testatur Lucas. Indè Epheso in transitu salutata properavit in Palæstinam, venitque Cæsareà, ubi appulerat, Hierosolymam ad Festum, mox reversurus Antiochiam, hinc terrestri itinere, per Galatiam & Phrygiam reversurus Ephesum, totius Asiæ Metrop. & Proconsularem. Quibus itineribus *annum* rursùs *unum* decernunt Chronologi & Interpretes, quanquam ne anno quidem integro opus fuit. Præterquam enim ex Lucà constat, properasse ubique Paulum, interea dum Apollo Ephesi uberius vias Domini edocetur ab Aquilâ & Priscillâ, mox in Achaiam soluturus, accessit fides à Paulo Ephesius obstricta, de præpropere reditu. Solius enim Festi gratiâ Hierosolymam concedebat, quò Epheso solvit, navigatione sæpè brevissimâ, secundo nempè vento, nec salutatis mediis Insulis, Rhodo, Cypro, aliis. At longa jam Ephesi mora, *ἡνίκα ἐν δύο, per annos duos*, quanquam nec completos dicit ibi Lucas, nec cogit vel historia, vel mos Scripturæ, labentes annos persæpè efferentis. ut absolutos. Et hinc i *ad Corinthios* scripsit, non Philippis, ut in vulgaribus *ἑποχῆσαι*, si conferimus Capitis i *Corinth.* xvi. Comma v. viii. xix. An hinc & alias, ut quæ est ad *Galatas*, vel ad *Timum*, &c. non hujus disquisitionis est. Ac tandem, Epheso relicta, (ubi nonnihil adhuc moræ traxerat Paulus, donec Timotheus & Erastus præmissi essent in Macedoniam) in hanc ipsam Provinciam migravit Apostolus, hinc in Achaiam seu *Ἐλλάδα*, ubi *menses tres* exegit, indè Macedonum & Achaïorum Collectas Hierosolymam delaturus, quò dudum cogitabat. Antequàm verò è Macedoniâ Corinthum pergeret, *posteriores ad Corinthios* præmissit, Collectæ maturandæ; uti Corintho *Romanos* salutavit, proximè antè discessum suum in Syriam per Macedoniam, & post corrogatas elemosynas, ut Capite ejus Epistolæ xv. ipse testatur. Undè collectis in summam annis, indè à Synodo Hierosolymit. usque ad id tempus quo Hierosolymis in custodiàm traditus, mox à suo in hanc Urbem adventu, deferendus Cæsaream ad Felicem, quicquid intervallum alii producant, vix *sexennis* fuisse istud deprehenditur. Quod enim *triennium* moræ Ephesinæ statuunt, ex loco *Act.* xx. 31. non animadvertunt, duci *τριετίας* initium à primo Pauli ad Ephesios adventu, non à posteriore; nec nisi de *triennio* indefinitè, affecto non completo, sermonem esse, quod viderunt doctissimi Interpretes. Atque ità ductus tandem est ad Felicem Paulus, Cæsaris nomine Procuratorem, Neronis circiter anno v. labente, cujus anni à xiii. Octobris censentur.

XXVII. Superest non una in speciem difficultas. 1. De *Felice*, cujus in Judæâ Procuratio vix ad vi. Neronis extendi posse videatur; contendente multis Ludovico Cappello, jam ii. Neronis missum illi successorem Festum; Petavius vult anno Neronis 1. 2. De *biennio* Paulinæ captivitatis *adimpleto*, priusquam succederet Festus, undè fiet Neronis annus vii. vel viii. quo demum Romam ductus fuerit Apostolus, ingenti *μὲν ἑρριονισμῷ*. Sed

Capp. Hist. p. 60. Petav. L. xi. C. xi. Act. xlv. 27.

solutio expedita est. Primam difficultatem quod attinet, gratis Cappellus, Felicem remotum anno Neronis ii. Non Josephus, non Tacitus, non Suetonius, non Historicorum ullus jubet. Imò Felicem non susceptum Cumano docet Josephus, nisi post hujus damnationem, quæ incidit in Claudii xii. post designatum Consulem Baream Soranum, cujus meminit Tacitus, antè damnatum flagitiorum Cumanum. Porrò Felicem *multos annos* præfuisse Judæorum Genti, testis est Paulus, in suâ ad Felicem Apologiâ. Dein Pallantis Liberti, Felicis fratris, licet Neronis anno ii. *demoti curâ* re- rum (fuerat à Rationibus Claudio) multam adhuc postea fuisse apud Neronem gratiam, docet idem Josephus in Antiquitatibus, cujus etiam precibus datum Felicem refert, luiturum alias. Nec nisi Neronis anno circiter ix. Pallantem veneno sublatum, adhuc tum è *potissimis Libertorum*, ex Tacito & aliis colligitur, uti sublata Agrippina fuit Neronis vi. Ut non fuerit quod, ob dimotum Rationibus Pallantem, colligeret Cappellus, Felicem fratrem eodem quoque anno, id est Neronis ii. decessisse Festo. Et sanè quo anno Festus Felici successerit, nullo Auctore Rom. Historiæ constat, ut temerè ante vi. vel vii. Neronis remotus censetur Felix. Quanquam scio Eusebium in ii. Neronis id retulisse, Volusio & Cornelio Coss. sed fallaci plus sæpè Eusebiano calculo, fallacibus numeris, vel Scaligero aut Valesio judicibus. Dolendumque in Fastis Siculis, seu Chronico Alex. quod Pauli Conversionem ad ii. Claudii retulit; desiderari Claudii ultima, & Neronis annos xii. priores. Postrema difficultas de *biennio expleto* ità solvitur, ut biennii terminus à quo, reverà non sit Felicis præfectura, quod frustra assertum Petavio, nec principium Neroniani Imperii, ut Baronio, aliisque; sed Pauli accusatio & reatus, mox ab adventu suo in Urbem. Ut etiam illud *διετίας πληρωθείσης*, vel *πληρωμένης*, possit accipi de *biennio* labente, ac prope *explendo*. Quo fiet ut Paulus Neronis anno demum vii. currente Romam deductus sit, passurus Neronis anno xiv. seu ultimo, quem & signat in Chronico suo Eusebius.

XXVIII. Dubium tandem est, annon Æra vocationis Paulinæ, certiori caractere, ducenda sit à tempore sui in Paradisum raptus, *annis* xiv. antè scriptam ii. ad Corinthios, siquidem raptus ille contigisse videatur in *triduo* cæcitatatis, ut pluribus quoque L. Cap. in Hist. Apostolicâ. Et ità quoque nuper Guil. Cave, V. Cl. in vitâ Pauli, Anglicè scriptâ. Sed multa huic sententiæ refragantur. i. Dubius est annus scriptæ Epistolæ, qui Cappello est annus Claudii xiii. Baronio Neronis ii. aliis alius, atque ità dubius adhuc character Conversionis. ii. Demonstratum in superioribus, datam *posteriores ad Corinthios*, aliquot mensibus antè ultimam Pauli in Judæam profectionem, hanc verò ex collatione Lucæ cum Paulo, & ex tempore habitæ Synodi Hierosolymitanæ, vix ante Neronis v. contigisse. Undè si demum annis ante xiv. conversus esset Paulus, accidisset conversio illa *Claudii quarto*, quam Cappellus vidit accidisse *Caji ultimo*, & rectè, modo Cappelli reliqua consonarent. iii. Anno à conversione xiv. inchoato profectus Paulus Hierosolymam ad Synodum, socio Barnabâ, ut pluribus modò ostentum, & consentiunt Viri summi. Plures igitur anni quàm xiv. intercesserunt, à Conversione ad scriptam, diu post Synodum, *secundam ad Corinth.* iv. *Πρώτον ψεύδος* est, *raptum* illum, cujus meminit in istâ Paulus, accidisse in triduo illo jejunii & cæcitatatis, aut esse primam eam *σπικάλυψιν*, de quâ Paulus in suâ ad Galatas. Ità sanè antè Cappellum Lyranus, Aquinas, Interpretes alii. Omnes quidem frustra.

Antiq. L. xx. C. v. de Bello Jud. L. ii. C. xi. Tac. Ann. L. xii. § 54. Id. L. xiii. 14. Act. xlv. 10. Antiq. L. xx. C. vii. Tac. Ann. xiv. 65.

Euseb. Chron. in Ner.

Petav. de Doctr. T. L. xi. C. xi. Baron. ad A. lvi. Num. clviii.

Señ. i. p. 66.

Primò, non convenit tempus illius raptus, à Paulo designatum, ut superiora docent, siquidem anni xiv. indè ab illo triduo jam ferè expirabant, quo tempore profectus ad Synodum fuit, ex Gal. II. 1. invictò sanè in contrarium argumento. Secundò, non tacuisset Lucas similem in tertium cœlum raptum, qui visionem Ananiæ oblatam, & Paulo conspectum *ἐν ὄραματι* Ananiam refert. Tertio, vix hujusmodi raptus obtigerit Saulo nondum baptizato, nondum aggresso suum munus, id est corona antè certamen, præmium antè laborem. Et prærogativa hæc verius fuit Pauli jam Apostoli, vel Prophetarum, & Petri quoque, Johannis, Stephani, &c. exemplis, quibus pridem vocatis visiones cœlitus contigerunt. Quarto, *δοκιμὰς* facta Paulo, & plena institutio, sub initium Apostolatûs, fuit de Evangelii mysteriis, quæ & vivâ voce & scriptis publicaret, in raptu autem illo audivit *ἀρρητὰ ῥήματα*, res hujusmodi quas revelare nefas Paulo, ut nuper quoque monitum. Quintò, etiam citrà raptum illum in Cœlum III. constare vocationem Pauli & institutionem immediatam, in triduo illo transacto precibus, jejunio, avocatione mentis ab omni corporeo objecto, pluribus supra demonstratum est. Et alii revelationis & inspirationis divinæ modi sunt, præter hujusmodi raptum miraculosum, Deo se *πολυμερῶς ἢ πολυτρόπως* Servis olim suis manifestante. Sextò, frequentibus beatum visionibus Apostolum docet Sacra Historia, in viâ Damascenâ, Damasci, Hierosolymis, in Carcere, in Navi. Ut nihil necesse sit præcisè definire, quando & ubi hic raptus acciderit, qui præcessisset posteriorem ad Corinth. annis xiv. *ἔτι δὲ δεκατεσσατέων*.

Act. ix. 10. 12.

Suprà Num. vii

Ibid.

Act. xxii. 17. Num. xx. xxi.

Act. xiii. 9. Hier. Comm. in Ep. ad Philem.

XXIX. Cæterum nihil repugnat nostro calculo, quin tùm accidisse censeamus, quando Hierosolymis, in altero itinere, medias inter preces, *ἐν ῥήματι ἐν ἑσπέρῃ*. Fuit tùm *quadriennium* à conversione exactum, ex suprà demonstratis. Hinc *ἔτι δὲ δεκατεσσατέων, ἀπὸ ἀποστολῆς* xiv. raptum sese dicit, labente scil. anno jam xv. quum ad Corinthios ista scriberet. Igitur anno à Conversione xix. scripta est II. ad Cor. quod cum superiore calculo nostro apprimè convenit. Nam Synodum Hierosolymit. xiii. totis annis exactis posteriorem facimus conversione Pauli; & hinc ad tempus scriptæ postremæ ad Corinthios, putamus annos totos v. intermedios, & menses aliquot, sexto anno currente. Undè expedita esse omnia videntur. Et hæc tènus de tempore & anno Paulinæ vocationis, salvo Doctiorum suffragio, in re cumprimis perplexâ.

XXX. Nunc de Pauli nomine, quod abjecto illo Sauli præscribit suo semper *Apostolatus*, & quo, inde ab ejus ad Gentes profectio, perpetuò venit in Actorum historiâ. Et absurdè quidem Hieronymus censuit Hebraicæ istud originis, quasi *פֶּלֶי Pele*, *פֶּלִי Peli*, *Θαυμασιός*, mirabilis. Nec feliciter alii, quasi *Παυλὸς Pabul*, ab *operando*, seu à labore indefesso; aut quasi *Πι-ἡλὶλ Pi-halil*, quod est *os tibia*, undè ex *תִּבְיָהוּ* Hebræorum sit *αὐλὸς* tibia, hinc *Παῦλ*, tibiae instar vel tubæ Evangelicæ sonum emittens. Pares illorum nugæ qui Græcâ origine hoc quicquid est nominis derivarunt, à *παῦλα* vel *παύλη*, quæ vox sonat *ἀνεσιν, ἀνώπαισιν, ἀπὸ δὲ παύειν*, ut ità per antiphrasin quandam is diceretur qui cessaret nullus à labore:

*Nullum à labore me reclinat otium,
Urget diem nox, & dies noctem.*

XXXI. Romanum igitur indubiè nomen fuit, Romanis familiare, iisque in Græcis Scriptoribus, qui res Romanas tradunt. Et ab his ad Græcos, Asiaticos, Syros, Ægyptios, Afros, transit, apud quos celebres Pauli plures, ut Paulus Ægineta Medicus, Paulus Tyrius, Paulus Ægyptius Lycopoli-

ta, Paulus Thebæus Eremitarum princeps, Paulus Samosatenus, Paulus Cyprius, & qui hujus nominis alii apud Suidam & Historicos. Cumprimis Æmiliz gentis cognomentum fuit, quæ ut Pappos habuit, Lepidos, Barbulos, Jucundos, Probos, Rufos, Scauros, &c. sic & Paulos, Consulatu ac rebus gestis illustres, seu à staturâ corporis parvâ, quasi pusilli, ut vult Sigonius, seu à vitæ genere, quod paulo sumptu rem administrarent, seu aliundè. Certè & à staturâ aut formâ corporis, ut Paulos, sic Magnos, Longos, Crassios, Claudios, Varos, Scauros, Surdinos, Pulchros, Flavios, Fulvios, Rufos, Tuberones, Ænobarbos &c. Romani dixerunt. Quemadmodum & ab animo, moribus, rebus gestis, appellavere alios Magnos, Lepidos, Jucundos, Brutos, Superbos, Probos, Pios, Blandos, Frugi, aliisque id genus cognomentis, quæ in proprii nominis vicem transierunt. Sic & Arabes ut suos *Abgaros*, id est, Magnos, (alii *Abgaros* seu potentes) habuerunt, ità quoque *Afgaros*, id est, Parvos, Paulos, quomodo ex *پارو* Hebræorum fit Arabum *پارو parvulus*.

Pocok. in Hist. Arab.

XXXII. Quicquid verò sit de Pauli appellatione, nunc in rationem assumpti hujus ab Apostolo nominis paucis inquirimus. Nec illi meo iudicio rem acu tetigerunt, qui à conversione *Sergii Pauli*, Hieron. in Cypro tunc *Proconsulis*, (nondum enim Proconsulatus ad sex Regiones ut tempore Constantini restrictus erat, nam & *Bithynia* Proconsulem habuit Plinium, & suos deinceps Proconsules *Palastina*, etiam sub Justiniano *Cappadocia*, *Armenia*; minùs e-
rat ea dignitas Provinciarum *Asiæ*, *Achaizæ* & *Africæ* tùm propria, ut postea in Notitiâ Imper. sub Honorio) id nominis nostro Apostolo inditum voluere, in memoriam tanti Viri subjugati. *Παῦλον* enim dixit Lucas, priusquam vel de excæcato Ely-
mâ, vel de Sergio converso, retulisset. Et nescio an fatis id cum modestiâ Apostoli tanti conveniens, ut Proconsulare nomen sibi deinceps proprium esse vellet, trophæum quasi victoriæ suæ, quemadmodum Victores *Africani*, *Asiatici*, *Isaurii*, *Achaici*, *Vide Cretici*, *Parthici*, *Gothici*, *Vandalici*, *Germanici*, *Alemannici*, *Francici*, &c. appellarentur. Nescio etiam an dixerimus binominem, ut, ex quo Paulus inter *Asianos*, *Græcos*, *Romanos* appellaretur, in *Palæstinâ* tamen & inter Hebræos retinuerit *Sauli* A. xxvi. nomen. Quamquam enim obvia res sit geminum nomen, ex quo tamen Paulus Lucæ dictus fuit, Sauli illud adeò sepultum, ut deinceps nec Lucas in Actis, nec Petrus in Epist. nec ipse Paulus illud unquam usurparint. Tùm illud *Σαῦλ*, ὁ δὲ Παῦλος, ut sunt verba Lucæ, in sensu diviso accipendum esse videtur, qui & Paulus, ab hoc scilicet tempore, Pauli appellatione designatus. Sed neque una hujus appellationis ratio est, ac plures sociari commodè possunt.

Justia. Nov. xxxi.

Vide Aug. Confess. L. VIII. C. IV. Baron. N. XLVI.

Act. xiii. 9.

XXXIII. Primò inficias iverit nemo, Pauli nomen, non significationis quidem sed soni ratione, quam proximè accedere ad illud Sauli. Hoc igitur quum Græcis & Romanis auribus foret insuetum, Pauli verò illud inter eos vulgatum, levi mutatione fiebat ex Saulo Paulus. Sic inflexa, in Græcorum idiotismum, Hebraica id genus nomina, ut ex *Jesuo* Jason, ex *Tarphon* Truphon, ex *Silas* Sylvanus, ex *Simson* Simo, ex *Jiob* Jopas, ex *Moses* Musæus, ex *Chadmel* Camillus, &c. Nec aliter Persarum nomina à Macedoniis fuere mutata vel inflexa, Ægyptiaca vel Coptica à Græcis, Romana à Gothicis, Gothica & Saracenicæ ab Hispanis, Latina ab Italis, & à Bulgaris, atque Illyriis, Turcis, nomina antiqua Græca, Asiatica, Syra, &c. & sic de Gentibus aliis.

XXXIV. Accessit, suum deinceps ministerium exercuisse hunc Apostolum (ex quo missum fuisse 2. 3. ad

ad Gentes memoravit Lucas) in iis potissimum Gen-
tibus quæ essent Coloniae Romanorum, ut in Cy-
pro, Asiâ, Macedonia; Græciâ, Achaia, quæque
vel Græco vel Latino sermone uerentur. Hinc ni-
hil mirum, si Paulum se deinceps passus sit appella-
ri: nam & Παῦλος Græcis familiare nomen, uti ex
Magnus formarunt Μάγνος, ex Pius Πῆσι, ex Ju-
stus Ἰῆσος, ex Augustus Αὐγῆστος, ex Felix Φηλιξ,
& ita de nominibus Romanis reliquis. Et certè diu
Paulus versatus inter Gentes, ex quo comite Barna-
bâ, ad has ipsas profectus est, post aliquam inter
Antiochenos moram, Claudii circiter anno v. Ab
eo sc. tempore peragratae huic Apostolo Cyprus,
Pamphylia, Pisidia, Lycaonia, regiones aliæ, fortè
& Creta, in quâ Titum reliquit τὰ λείποντα διεξέρχου-
σόντα. Salkem Cretenfi itineri non est opportunius
tempus, (de quo dissensus apud Interpretes) quàm
in illo aliquot annorum intervallo, usque ad profe-
ctionem Hierosolymit. tertiam, quando habita Syn-
odus. Nec meminit itineris istius Lucas, ut nec
fortassis aliorum, quia nondùm fuit Pauli comes,
adjungendus demùm à tempore Synodi, hinc ac-
curatior in describendis iis quorum pars aliqua fuit.
Qui igitur inter Judæos fuisset Saulus, quamdiu ver-
satus in Syria, Ciliciæ, Palæstinæ partibus, nihil
mirum si egressus ad Gentes Pauli nomen seu ad-
optavit primus, seu à Gentilibus istis sibi datum re-
tinuit. Factus ita omnibus omnia, per solitam συ-
γκατάθεσιν, ostensurus etiam nullam esse Ἀγρολῶν
Judæi & Græci. Barnaba socii ratio diversa, cujus
nomen non pari facilitate in Romanum flecti po-
tuit, qui etiam magis Judaizans, συνοπαχθεὶς cum
reliquis; ut nec idem Gentium Apostolus ἐξόχως,
pari eminentiæ gradu cum Paulo, si primæ vocati-
onis modum, auctoritatem, labores, charismata,
miracula, aliæque respicimus.

Tit. 1.5.

Act. xv. 2.

Act. xvii. 10.

Gal. ii. 23.

XXXV. Sed & Sauli nomen erat ominosum,
commune Apostolo cum Rege quondam impio,
defectore, reprobato. Saül Rex ex bono malus,
hic noster ex malo bonus, contrario planè eventu.
Sub eodem etiam Sauli nomine persecutus hic fue-
rat Christum, ut Davidem Saül. Hinc & facilius
abjecit, passus se Paulum dici, ob affinitatem no-
minis, prout commutari olim solita nomina Idolo-
latrica, aut turpia, aut ominosa, vitandæ τῆς ἑσπε-
τέρας ὀνόματι βλασφημίας. Nec tamen abjecit illicò
Saulus, occasione inter Gentes nondùm natâ, ne et-
iam vel suos offenderet, vel superstitionis quædam
suspicio oriretur. Nam in declinandis ominibus,
etiam Nominum, infaustis, sub quibus fuissent di-
gnitate inferiores, aut abjectiores fortunâ, aut suc-
cessu rerum infeliciores, (qualiter hodiernus Persa-
rum Rex infaustum nomen Saphi, cum Solimanni il-
lo auspiciore, commutavit) aut nequiores vitâ &
moribus, ne dicam quibus appellati essent sub servi-
li conditione, fuisse cumprimis superstitionis Orien-
tales, in hunc usque diem, quandoque olim Græcos
& Romanos, aliàs observatur.

Tavern. Itin. Perf. L. xv.

2 Cor. x. 10.

Cam. Q. 11. in Ep. ad Hebr.

XXXVI. Fieri etiam potuit, ut Paulus staturâ
corporis minimè procerus esset, hinc & conveniens
illi nomen, Romano more, levi adèò mutatione
factâ. Certè non is præsentia corporis conspicuus
fuit, undè de semetipso, ἡ καρσία ἔσώματι ὀδύνη.
Hinc Barnabas staturâ & specie videtur omni-
nò fuisse præstantior, habitus ita pro Jove inter Ly-
caones; quanquàm inferret malè Camero ex oris
illâ quoque in Barnabâ majestate, auctorem hunc
fuisse Epist. ad Hebræos: Videtur Barnabas paulo in-
cicatore animo fuisse quàm Paulus, & eo etiam oris
habitu & specie, quam sublimitas illa styli maxime
decere videatur. Accedit Nicephorus Callisti, quan-
quàm nugator plus sæpè, in Θεσωπογεγραφία utriuf-

que Apostoli, Petri & Pauli: Οὐ δὲ γε Θεωποιοί. Niceph.
Παῦλος μικρὸς ἰὼ, ἢ σωεσαλιμένον τὸ ἔσώματι μέ- L. 11.
γέθον; Δίους autem Paulus erat staturâ parvus, & cor- C. XXXVII
pore contracto. Accedere potest moralis ratio, siqui-
dem Pauli nomen sonaret quid humile, pusillum,
parvum, hinc eo lubentius admittum huic Apostolo,
quod suæ tenuitatis constanter meminisset, & à quo
statu fuisset ad id fastigiùm gratiæ, ad eum apicem
Apostolicæ dignitatis, erectus. Hinc non tam se
ἐπιθυμῶ desideratum vel desiderabilem, quàm parvum
& abjectum, ἐχὶ ἰκανὸν καλεῖσθαι δόξασθαι, ἐλάττωον
παύλιον, imò ἐκτερωμα quoddam inter cæteros Aposto- 1 Cor. xv.
los, seu ex se informe, repentino partu, extrâ tem- 8. 9.
pus, vi quâdam in lucem extrulus, quem horrerent
primò Discipuli, nec aut vitalem fore inter suos
crederent, aut fratrem illicò agnoscerent. Quo no-
mine nihil de se aut sentire potuit aut efferre humi-
lius & abjectius.

XXXVII. Nihil jam dicam de novis in Scri-
pturâ nominibus, vel ultrò assumptis, vel divinitus
impositis. Seu jam hæc essent μνημονοδικὰ & sig-
nificativa beneficiorum Dei, ut illud Abrahami, Isra-
elis, Iedidje, seu ναθεϊκά vel παιδοδικὰ officii, ut il-
lud Josue, à Mose inditum, illa Petri, & Boanerges,
à Christo; seu ἀθεμυθητικά aut etiam θεοφητικά, ut
nomina illa ipsa; seu Ἀγροελικά & Ἰσραηλικά, de-
nunciativa iudicii divini, ut illud מַגְּוֹר־מִסְּפָבִיב Ma-
gor-Missabis. Hoc certum, novæ conditionis, no-
vi status & melioris, ut plurimum fuisse θεολογικά &
significativa. Sic ad Angelum Pergamenum, da-
bo nomen novum, symbolum adoptionis, transitus in
familiam novam, regenerationis, absolutionis, ac
denique status felicioris, prout novum Hebræis est
quid eximium. Sic apud divinum Vatem, vocabunt
te nomine novo, de novo statu Ecclesiæ & felice, Ef. xxii.
hinc de novâ appellatione. Satis igitur causæ A-
postolo, qui antè Saul Phariseus, blasphemus, per-
secutor, hostis Christiani nominis, cur se novo no-
mine appellari pateretur, ex Judæo Christianus, ex
Phariseo Apostolus, ex blasphemus confessor, ex
persecutore propugnator, ex ministro Sacerdotum
minister veri Pontificis, homo adeoque novus, no-
vum κλίμα, novâ jam hujus hominis luce, novo
domino, novo affectu, novis studiis, novis labori-
bus, novis laborum consortibus. Expectavit tamen
novum Missionis exercitium inter Gentes, ad no-
vum Populum, solemni jam ratione factus Apo-
stolus Gentium, hinc ex Saulo Paulus.

XXXVIII. Et hinc quoque peti ratio debet, ex
Pauli illâ appellatione, perspicua hæc satis, (præter
alias de quibus plenius in Tractatu nostro de Au-
ctore Epist. ad Hebræos) tur scripturus ad Gentem Part. III.
Hebræorum Paulus, nomen Epistolæ præfixerit C. III. 17
nullum. Vel enim Paulum se inscripsisset, vel Saulum.
Noluit posterius: primò, quia pridem illud missum
fecerat, scriptâ Epistolâ post iuum jam in Urbem
adventum; secundo, quia sub Pauli nomine dudum
Ecclesiis innotuerat, quaquaversum celebrato; tan-
dem, quia nata fortè fuisset Gentilibus quibusdam
suspicio, rediisse eum ad Judaismum, ex resumpto
Judaico nomine. Noluit quoque prius, scil. se in-
scribere Paulum: quod Pauli nomen, tanquàm Ro-
manum, Gentile, inter Gentiles assumptum, & qui-
dem in vilipendium quoddam Hebraici nominis,
invisum Hebræis fore cognosceret, nec ad captan-
dam eorum benevolentiam vel attentionem aptum
natum. Quanquàm neque hanc solam rationem
damus, sed cum aliis componendam, quæ in dicto
Tractatu. Neque plura jam de Paulo, de quo &
alibi in nostrâ de Apostolis & Apostolatu diatribâ A-
cademicâ.

Niceph. L. 11. C. XXXVII
1 Cor. xv. 8. 9.
Act. ix. 26.
Num. XIII. 17.
Jer. xx. 3.
Ef. xxii. 2.

Part. III. C. III. 17
Part. III. C. III. 17
Part. III. C. III. 17
Part. III. C. III. 17

DISSERTATIO TERTIA
DE
FICTA PROFECTIONE
PETRI APOSTOLI
IN URBEM ROMAM,
DEQUE NON UNA
TRADITIONIS ORIGINE.



TRADITIONEM de Romanâ Petri Profectione, (nihil jam ego de Romano *Episcopatu*,) prout ista à Veteribus ad nos transmissa est, non indiligenter mihi ac multotiens penitanti, & excutienti primam omnem Antiquitatem, fateor ingenuè, haud dubiam modò, sed & vanissimam esse visam. Quam rem ut expediam pari curâ & brevitate, *quatuor* mihi potissimum occupanda esse censeo. I. Ut Traditionis Præsidia omnia ac fundamenta, auctores scilicet testes, documenta, nullis spontè dissimulatis, præmittam ingenuè. II. Ut opponam rationes dubitandi, ac prætermisissis iis ferè quæ adversus Stapletonum, Bellarminum, Baronium, Perronium, aliosque, hac de re disceptarunt Whitakerus, Sutlivius, Sibrandus, & si qui plures, gravioribus modò insistam, nec iis tacitis quæ nostra infringere, & excipi in contrarium posse, videbuntur. III. Ut non malam quidem sed tamen dubiam ac fluxam, primorum Testium fidem, testimoniorum infirmitatem, ac pugnantes inter se circumstantias, diligentissimo examine exponam publicæ luci. IV. Ut in rei totius originem & tradendi credendique causas, eadem sedulitate inquiram, ex quibus de tradentium auctoritate iudicium erit.

PARS PRIMA.

Quâ Traditionis Auctores proponuntur,
ac Præsidia omnia recensentur.

BREVARIUM.

Institutum Auctoris. Traditionis summa. Primi & Antiquissimi testes. Alii tertii sæculi. Patres dehinc omnes. Græci, Syri, Arabes, idem testati. Circumstantia temporis quo Romam adierit Petrus. Episcopatus ejusdem Romanus. Certamen cum Simone Mago. Martyrium in Urbe Roma. Circumstantia complures alie. Loca qua transiit Petrus. Monumenta Romana hodierna. Petri Roma successores. Roma figuratè Babylon. Consensus fere universalis.

PETRUM igitur Apostolorum principem, relictis Syriæ finibus, adiisse Urbem rerum Dominam, Claudio imperante, fundatamque à se & Paulo inibi Ecclesiam beasse suâ prædicatione, certaminibus, martyrio, ac illustri præsentis monumentis, credidit tradiditque Antiquitas propemodum universa. Primus omnium traditionis parens refertur Eusebio *Papius*, Hierapolitanæ Ecclesiæ Episcopus, auditor Johannis Presbyteri, familiaris Poly-

carpo, qui de Petro eadem tradidisse fertur, quæ post eum *Clemens Alexandrinus* in Libris *Ἐρωτησέων*, ex quibus sua Eusebius: nempe, & Romæ fuisse Petrum, & Ecclesiam eam illustrasse, ibique confecisse Simonem, confirmasse Marci Evangelium, ac priorem Epistolam suam consignasse, *Babylone*, id est, Româ scriptam, socio tum illi Marco. Inter Papiam & Clementem Alexandrinum medius *Irenæus*, sublatus altero exeunte sæculo, rem in hæc verba refert, commentatus de Evangeliorum Scriptoribus: *Matthæum in Hebræis, ipsorum Linguâ, Scripturam edidit Evangelii, cum Petro & Paulo Roma euangelizarent, & fundarent Ecclesiam.* Mox, ubi de Successione Ecclesiarum, Romanam dicit esse *Maximam & Antiquissimam, & omnibus cognitam, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Roma fundatum*, subjungitque, *ad eam, propter potentioris principatus, necesse fuisse omnem convenire Ecclesiam*, seu concurrere quarumvis fideles Ecclesiarum. Et *Irenæo* omnino suppar *Diorysim* Corinthiorum Episcopus, in suâ ad Soterem Romanum Epistolâ, referente Eusebio, tradidit quoque Paulum & Petrum simul Romæ & docuisse & passos esse.

II. Nec diu post *Cajus*, vel *Gajus*, *Ἐκκλησιαστικός ἀνὴρ*, (*Catholicum* reddit *Henr. Valesius*) sub *Victore* & *Zephirino* Episcopis, in suis contra *Proclum* Montanistam, undè multa *Photius*, confirmavit Apostolum utrumque *ἰδρυσάσθαι* fundasse Romanorum Ecclesiam, depositis ibi corporibus suis, relictisque certaminum suorum tropæis. *Cajo* isti æqualis *Tertullianus*, in Libro de Baptismo, disertissimis verbis tradit, *Petrum tinxisse in Tiberi*, quemadmodum *Johannes* in *Jordane*. Alibi in *Scorpiace*, & in Libro de Præscriptione, laudat martyrrium ejusdem *Petri*, ut Romæ consummatum sub *Nerone*, quemadmodum & illud *Pauli*, hinc & *felicem* prædicat Romam, quod illi totam doctrinam *Apostoli* cum sanguine suo profuderunt, ubi *Petrus* passioni *Dominica* adæquat. Nec dudum post *Origenes*, citante eodem Eusebio, ex Tomo III. in *Genesim*, scriptum reliquisse fertur, *Petrum Romæ suffixum cruci, capite deorsum demisso, ex ejusdem voto.* Atque hinc factum, ut jam *Cypriani* ætate, medio tertio sæculo, Romana Ecclesia non modò audiret *Ecclesia principalis*, (id est, interprete ex *Chalcedonensibus* *Rigaltio*, cui tributa essent *τὰ πρεσβεία*, sive τὸ πρῶτον, ἢ ἐξαιρετικῶς τὴν, ut in Urbe principali constituta) verum etiam *Cathedra Petri* vulgò diceretur. Hinc & *Firmilianus* ad *Cyprianum*, si modò *Firmiliani* est Epistola: *Stephanus*

Euseb.
Hist.
Eccl.
L. II.
C. XV.

Iren.
Adv.
Hæc.
L. III.
C. I.

Id. L. III.
C. III.

Euseb. Hist.
L. II.
C. XXV.

Tert. de
Bapt.
C. IV.
Scorpiac.
C. ult.
de Præscr.
C. XXXVI.

Euseb. Hist.
L. III.
C. I.

Can.
Chald.
XXVIII.
Cyp. Epist.
LV.
LXXV.

mus qui per successionem Cathedram Petri habere se pradicat; quo deinceps nomine à Patribus Latinis, & in Conciliis passim, quin à Græcis, Romana Ecclesia insignita est.

III. Tot secundi & tertii sæculi testibus (ut mittam Pseudo Egesippum, citatum in hanc rem Abrah. Ecchellensi, Pseudo-Ignatiana, certè controverfa, aut quæ Clementi, Lino, Marcello, falso tribuuntur, atque id genus Apocrypha) nihil mirum traditioni huic assensos esse in Latinis Patribus Arnobium, Lactantium, Optatum, Ambrosium, Hieronymum, Sulpicium, Augustinum, Prosperum, reliquos. Nec rem in controversiam Græci vocaverunt, post testes Eusebio productos, ipsumque adeò Eusebium, in Historiâ & in Chronico, cui facile accesserunt Athanasius, Chrysofomus, Epiphanius, Cyrillus, Theodoretus, cæteri, ac recentiores Græci, quorum ea res causæ nihil derogaret. Imò Syrus & Arabum, tam Christianorum quàm Muhammedanorum, suffragiis munit traditionem eandem Ecchellensis, ex ipsis Nestorianorum & Jacobitarum Scriptis Liturgicis, quemadmodum Eusebius Batricides, coævus Photio, & in Chronico, & in Originibus Alexandrinis Petri hanc in Urbem profectionem memorat, & crucem quoque sub Nerone.

IV. Accedunt circumstantiæ variæ, quæ Petri eam profectionem, & præsentiam inter Romanos haud faciunt, ut videtur, ambigam. Prima est circumstantia temporis, quo Romam adiit Petrus. Sub Claudio profectum omnes penè tradunt, indè ab Eusebio. Quamquam Batricides in Chronico, & Georgius Elmacinus in Cajo Casare, signent non Claudium, sed *قايوس قيصر* Cajum Casarem, Claudii antecessorem, hinc & anticipent multis annis martyrium Petri. Quomodo etiam antiquissimus Catalogus Pontificum Romanor. quem Cuspinianus in Fastos suos transtulit, & Ægidius Bucherius suis in Paschalem Canonem Commentariis inseruit, Petri mortem consignat Nerone & Vetere Coss. id est Neronis anno I. Et quidem anno II. Claudii, Petrum Romam missum, notat Eusebius in Chronico, & Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiast. ex his recentiores, ac multis Baronius, Petavius, gregales, invito tamen Doctiss. Valesio. De quo nonnihil infra. Circumstantia altera est, Episcopatum Romæ annos complures à Petro administratus, in Chronico Eusebiano, ex versione Hieronymi: *Petrum Apostolum quem primus Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romam mittitur ubi Evangelium prædicans, xxv. annis ejusdem Urbis Episcopus perseverat.* Quod ipsum repetit Hieronymus in Catalogo, & antè Hieronymum Optatus, contra Parmenianum: *Igitur negare non potes, scire te, in Urbe Româ Petri primo Episcopalem Cathedram esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum Caput Petrus, undè & Cephus appellatus est.* Et hinc antè Optatum Cyprianus, in Epistolâ ad Cornelium, Romanam Ecclesiam nuncupaverat *Petri Cathedram*, ac deinceps Hieronymus, Augustinus, Afri, Galli, Latini omnes. Sed & Græcis quoque eadem sedes frequentissimè *ἡ Πέτρῃ καθέδρα, ἡ Ἀποστολικὴ καθέδρα, ἡ Πέτρῃ θρόνῳ, ὁ Ἀποστολικὸς θρόνῳ*; postèrius utrumque apud Sozomenum, in causâ Felicis & Liberii, deinceps etiam apud Balsamonem, & Græcos qui à Latinis discessere. Nisi quod Petro sociant plerumque Paulum, undè *limina Apostolorum*, & *ἡ Ἐκκλησία Πέτρῃ καὶ Παύλῳ* in Epist. Adriani I. ad Constantinum & Irenem, & utriusque Apostoli nomen in Bullis Pontificiis præfixum.

V. Insignis & circumstantia est, certamen Petri cum Simone Mago, quem expugnaturus Petrus Romam concessisse dicitur, magnis itineribus, divitiis ed missus. Nempe quum Romanos suis

præstigiis Simon fascinaret, ac se Deum gereret, Statuam scilicet ac divinos honores ab iis promeritus, ut postèrius ex Justino Martyre ipse etiam Eusebius. Congressionem verò ipsam Petri cum Simone, sublimes in aëra raptus, mox daturus poenas impietatis, adspectantibus Romanis, quin & Nerone, memorant quamvis diversimodè, Auctor Constitutionum, Arnobius, Eusebius, Cyrillus Hierosolymit. Sulpicius Severus, Augustinus, Maximus Taurinensis, Theodoretus, Pelusiotæ, complures alii, quos videtis apud Annalium Scriptorem. Accedunt, in hac de Simonis lapsu ac Petri triumpho narratione, ipsi quoque Orientales, in Præfatione Arabica Concilii Nicæni, & in Officio Petri ac Pauli Syriaco, quo utuntur Nestoriani, & alias idem testati, ac videndi apud Ecchellensem Maronitam. Ne dicamus Pseudo-Egesippum, Marcellum, Metaphrastem, Cedrenum, Nicephorum, similes, hac in re operosos, nec parvis cum Testibus superioribus dignitatis.

VI. Cum primis verò, profudisse Petrum suum in Urbe Româ sanguinem, non minùs ac Paulum, sub extrema Neronis, ad unum ferè omnes, indè ab Irenæo, Dionysio, Cajo, Tertulliano, memoriae prodiderunt. Et alii quidem, eodem cum Paulo die III. Kalend. Jul. anno eodem, cum Hieronymo, quamvis diverso & loco, & genere supplicii, alii eodem quidem die, sed anno vertente. Et ut sententiam posteriorem exagitat Baronius, tanquam *ab Hæretico vulgatum*, ex Concilio Romano sub Damaso, & nuper quoque Carolus Moreau ad Tertullianum, ita in prioris patrocinium nequicquam vocant Cajum, & Dionysium Corinthiorum Episc. & Eusebium in Chronico. Cajus enim tempus supplicii in Eusebio nullum refert; Dionysius, passum Apostolum utrumque *ἔξ ἑ αὐτῶν κείνων, circa idem tempus*; Eusebius verò, *in persecutione Neronianâ Petrum & Paulum gloriose Roma occubuisse*, in Ner. die certè non expresso, ac ne anno quidem. Quam ad Hieronymum accedit Vetustissimus ille Catalogus Pontificum, quem antè Liberii mortem consinnatum vult Ægidius Bucherius: *Passim autem cum Paulo die tertîâ Kal. Julias.* Adde, quod Apostoli utriusque conspicua jam Caji tempore in Urbe ipsâ monumenta, Petri quidem in Vaticano, Pauli ad viam Ostiensem, vetent ferè prioris in Urbem adventum, & in eâ martyrium, vertere in controversiam.

VII. Quid jam Circumstantias alias referam, nullo propemodum sine, rei in speciem testes? Certè si Eusebio & Hieronymo fides, contulit Romæ Philo Judæus cum Petro Apostolo, imperii habenas moderante Claudio. Iisdem testibus adfuit Petro in Urbe principe Marcus, in quâ & Eusebium Petri jussu consignavit, confirmante expressis verbis Epiphano, imò ex ore prædicantis Petri acceptum, ut credidit Athanasius, hinc & Romano idiomate, quia in Romanorum gratiam. Quod postèrius non Latinis modò quibusdam traditum, sed & Græcis nonnullis, & Alexandrinis, ac disertè Eutychieus, scriptum Marci Evangelium in linguâ Romanâ, *في مدينة رومية في Urbe Româ.* Præter Marcum delatos cum Petro fuisse in Italiam Apollinarem, Martialem, Rufum, Pancratium, Marcianum, præficiendos ab eodem Apostolo Ravennatensi, Gallicanæ, Capuanæ, Tauromenichsi, Syracusanæ Ecclesiis; harum Ecclesiarum Acta testari Baronius refert. Itâ Petri itineris socios alios Clementem, Ursinum, Savianum, Euprepium, Ecclesiæ Metensis, Biterricensis, Senonienfis, Veronenfis, tanquam Episcopos suos in hunc diem venerantur.

VIII. Sed & loca designantur quæ peragravit Petrus, priusquam Romam appelleret, variis in

Ecchell. de Orig. Nom. Papæ, C. xv. Ignar. Epist. ad Rom. Trall. Mariam. Clem. Epist. I. ad Jac. Sec. In Vetust. Martyr. Rom. Luc. 1668

P. 269.

Euf. Chr. MCLVIII. Hieron. in Cat. in Simon Petr.

Opt. L. II.

Ep. LV.

Sozom. Hist. L. IV. C. XV. Balf. in Præf. Canon. Carthag. In Actis Syn. Nic. II. Act. II.

Hist. L. II. C. XIII.

Baron. ad A. XXVII. Num. LXV &c.

Ecchell. de Orig. Nom. Papæ, C. XLV.

Hieron. Car. in Paulo. Baron. T. I. ad A. LXX. N. IV. Mor. T. III. P. 409. Euseb. Hist. II. C. XV. Chron. in Ner. Euf. Hist. d. I.

In Victorii Canon. P. 273.

Euseb. L. II. C. XVII. Hieron. in Phil. Epiph. Hæc. Allegor. I. Synop. de Libr. S. Scr. inf. sine.

V. Baron. ad A. XLV. N. XXXVIII. XXXIX. Alph. Ciacon. in Petro, A. LVI. Seld. in Eutychie. Orig. N. 28. &c. Bar. ad A. XLV. N. XXVII.

Asiâ, Sicilia, Calabria, ac ditione Neapolitanâ, fundatis Ecclesiis, Episcopis constitutis, Privilegiis datis, ac sacris peractis. Undè Allatius de Perpetuâ Consensione: *Brundisium, Hydruntum, Tarentum, Regium, Sicilia, Neapolis, hujus professionis & pradicacionis vestigia, non errabunda, sed infallibilia tenent atque inconcussa.* Quæ non ex Simeone tantùm Metaphrastâ, primo Itinerum Petri Scriptore, sæculo minimùm X. legenda apud Surium, sed etiã ex Leone M. Sophronio, Oecumenio, probare nititur Leo. Baronius etiã, ex celebri locorum memoriâ Neapoli, Liburni, Pisis, in quibus Petrus sacrificium incruentum obtulisse fertur.

L. I. C. v. Nud. XI.
Sur. In VIII. Sanct. T. III. Baron. A. XCIV. N. XXVIII.

De Orig. Nom. Pa. pz. L. c. Vide Ma. bill. Iter. Ital.

Baron. ad A. XLV. Num. XI.

Hier. Catal. in Clemente. 1 Pet. v. 13.

Euseb. L. II. C. XV. Hieron. in Marco. Valef. Annot. P. 33.

IX. Nusquàm verò certiore argumento, *etsi omnia alia deessent, demonstrari posse, Petrum Romæ fuisse, ibique Pontificiam exercuisse dignitatem, sustinet* Ecchellensis Maronita, quàm quod ex rei Monumentis, quæ Romæ passim conspiciuntur, ac vestigiis certissimis, deductum est. Hinc loca Romæ ostensa, ubi Petrus hospitio primùm exceptus; ubi deinceps habitavit; ubi docuit, baptizavit; ubi sacra peregit; ubi Dominum obviam habuit; ubi Carcerem Mamertinum subiit; ubi fons è durissimo Saxo erupit ad baptizandos Processum, Martinianum; ubi virgarum flagra sustinuit; ubi à Paulo in viâ Ostiensi divisus fuit, mutuo cum utriusque Apostoli salutationis voto; ubi capite inverso Cruci affixus fuit; ubi corpus ejusdem diu jacuit, in viâ Appiâ ad Catatumbas; ubi denique hoc ipsum tumulo illatum, quâ parte surgit sacra in Vaticano moles, hodieque summâ Religione à confluentibus culta. Hinc & Basilicæ, Templâ, Sacella, Cœmeteria, Columnæ, Saxa, Marmora, Apostoli utriusque Reliquiæ & Capita, id genus publica monumenta, istis in locis erecta, servatis nominibus, quæ res dignissimas omni memoriâ transmitterent ad ferius ævum. Quin & Cathedra lignea, in quâ Petrus sedisse fertur, *dignum plane eximiumque tanta rei monumentum, reconditum hodieque in Basilicâ Petri, esse videtur.*

X. Mittimus quæ tradita de instituto per Petrum Successore, *Lino* juxta Græcos plerisque, & Orientales, & Hieronymum, *Cleto* juxta Epiphanium, adversus *Carpocras*, aut *Clemente* juxta Tertullianum, *Pseudo-Clementem*, & plerisque *Latinorum*, quos *secundum post Petrum Apostolum putare fuisse Clementem*, auctor est ipse Hieronymus. Ac ne in Traditionis hujus origine prædidiisque enarrandis prolixior esse videar, agmen claudat ex Petrinâ Epistolâ sumptum argumentum, omnium, ut videtur, expressissimum. Scriptam enim hanc ipsam Româ, quam figuratè *Babylonem* appellavit, traditum suâ ætate memorat Eusebius, & asserit Hieronymus, ac multis contendit, post Baronium, Bellarminum, Petavium, aliosque, Doctissimus *Valesius* suis ad Eusebium Notis: *Romam Petrus figuratè Babylonem vocavit, vel ob magnitudinem ac potentiam, vel propter impietatem, eo quod Damonum cultui dedita tunc esset Roma, perinde ac Babylon.* Addit rationem aliam, *quod Romani tunc Judæos ditioni suæ subjecissent, ut olim Babylonii.* Addit, *omnium Veterum Patrum testimonio refelli eos, qui Babylonem ipsam, caput Assyriorum, designari contendunt.* Et ita quoque Vir Summus *Hugo Grotius*, & post eum *Hammondus*, suis ad Petri illam salutationem observatis.

XI. Atque hinc factum, ut *Petrinum* illum in Urbem adventum, sociamque cum Paulo operam in fundandâ Romanorum Ecclesiâ, & socios martyrii labores, vel negasse vel vocasse in dubium, atque admovisse machinas arci huic expugnandæ, res delirio propior visa sit *Cochlæis, Cortesius, Bellarminis, Onuphriis, Baronis, Sirletis, Petavii, Perroniis,*

Allatiis, Valesiis, ac novissimè Abrah. Ecchellensi, totique Romanensium choro. Quinimò in Proletantium castris *ἐπίχορτες* non pauci, atque etiam largientes haud gravatè plurimè, imò plerique, tantis auctoritatibus moti. Chamiero certè *non facile vellicandus videtur tantum consensum Patrum;* sed neque *Davidi Blondello,* id perpetuò largienti, *Romanam Ecclesiam à Petro & Paulo fundatam atque instructam fuisse.* Nec inficiati eam Petri inter Romanos præsentiam, *Th. Beza Annot. ad 1 Pet. v. Fr. Junius, Scaliger, Casaubonus, Pet. Molinæus, Petitus, Blondellus, Ufferius, Seldenus, Pearsonus, Fellijs, Dodwellus, G. Cave, Vedelius ipse, & quotquot Ignatianis Epistolis, speciatim illi quæ est ad Romanos, patrocinantur, in quâ Ignatius circa medium, ad Romanorum coetum; Οὐχ ὡς Πέτρος & Παῦλος ἀγχιόροισι ἵπτιν, Non ut Petrus & Paulus præcipio vobis.* Quin *Patricius Junius, Notis ad Clementem, quod Petrus Romæ vitam finierit martyrio, dicit notius esse quàm ut in dubium vocetur.* Similiter *Hammondus vel his duobus testibus rem extra dubium poni, Caji scilicet & Dionysii Corinthiorum fide, Dissertatione v. de Episcopis & Presbyt. Et nuper, licet Ignatianis parum favens, tamen Petrum fuisse Romæ statuisse singulari Dissert. Matthæum Larroquanum, testatur Filius in Pref. ad Parentis sui Adversaria; sed cujus publicationem negavit hoc ipso Filius, quod ipsi constaret, C. Frid. Spanhemium, abhinc decem annis congestisse omnia Veterum testimonia, quibus vulgò hujus assertionis pars affirmativa adstruitur, licet id præstiterit, ut deinceps ea confutaret. En saltè ingenuitati meæ, & bonæ fidei, testimonium à dissentiente perhibetum. Quamquam sanè illi ipsi Viri de Petri Romano Episcopatu, deque annis xxv. isti assignatis, cum Veteribus ac recentioribus contenderint. Et quis tandem foret audaciæ modus, si in postremâ hac periodo temporum fas sit dicere infecta, quod factum esse ubique, semper, & ab omnibus creditum est, quæ Catholicismi nota est apud Vincentium? Et alicubi Tullius: Om-nium gentium consensus, in quacunque re, lex & vox natura putanda est.*

Panstr. T. II. L. XIII. C. IV. De la Primi. p. 14 19. & c.
Edit. Voff. P. 58.
C. I. 59. 10.
Vincent. Lir. Commonit. G. W.

PARS SECUNDA.

Quâ Traditionis, Petrum fuisse Romæ, Vanitas *κατὰ τὸ ἀσινῶς* pluribus ostenditur.

BREVIARIUM.

Quod Petrus Roma fuerit, nihil prodesse causa Pontificia. Sententia negans pridem adstructa. Ratio Prima ex silentio Luca. Occasionis varia in Actis rem memorandi. Necessitas etiam rei. Exceptio ad silentium Luca. Exceptio de Argumento Negativo. Exceptio de Luca narrante res Pauli, non Petri. Ratio Altera à Silentio Pauli in sua ad Romanas. Exceptiones diluta. Baronis Exceptio alia. Ratio Tertia à circumstantiis aliis Epistola ad Romanos. Ratio Quarta à circumstantiis Epistola ad Galatas. Ratio Quinta ex absentia Petri, quum Paulus Roma diversa Epistolas daret. Exceptio rursus infirmata. Ratio Sexta ex Epistola Clementis Rom. ad Corimbios. Exceptioni occurritur. Ratio Septima à Silemio Romana Historia Scriptorum. Ratio Octava ab Inductione. Petrus nec sub Tiberio nec sub Cajo Roma fuit. Neque sub Claudio. Tempus Apostolica Synodi. Obiter de Anno Conversionis Pauli. An Petrus sub Claudio Roma post Synodum? Nec sub Nerone fuisse Romæ Petrum. Exceptiones Baronis, Onuphrii, & c. Prolixè diluuntur. Suppositionis non minus vanitas. Fl. Dextri Chronicon suppositivum.

Arriunt suo more Allatius, Ecchellensis, gregales, causati hanc quorundam assertionem, *Petrinum*

Ecchel. *trum ne Roma fuisse quidem, supremum esse conatum agentis animam Hæreseos, quæ postquam nihil se proficere videret Petri negando primatum, contra apertissimas sacrarum Scripturarum auctoritates, tandem aliud armorum genus, machinam aliam excogitavit; hanc ipsam de qua disquirimus. Adierit sanè Petrus Occidentem, adierit Romanam Ecclesiam, hanc præsentiam suam & prædicatione, quin & martyriis confirmavit, quid tùm postea? Adiit idem Alexandriam, Antiochiam, Babylonem, Urbes alias, & primò quidem, Romanos priusquam salutarer. Hierosolyma eum & præsentem diutissimè vidit, & concionantem prima audivit, ac virtutes edentem suscepit. Fundavit Romanam Ecclesiam Petrus, fundavit & Paulus; & antè Apostolorum utriusque adventum, intulisse in Urbem alios Christi nomen fidemque, vel ex Paulinà ad Romanos liquet. Ne dicam ex narratione de Simone Mago, Petri adventu compescendo, aut ex Clementis, Civis Romani, ad Petrum profectio, de qua in Recognit. & Constitutionum Libris. Sed & fundavit Antiochenam Ecclesiam Petrus, & alias benè multas: nec minùs foundationis Apostolicæ per Asiam, Africam, Europam Ecclesiæ innumeræ. Dicta sit Roma *Cathedra Petri*, ipsa Cypriani ætate, sed & Corinthus, Philippus, Thessalonica, Ephesus, jam antè Tertulliano dictæ, & pari ordine quo Roma, *Ecclesia Apostolica, Cathedra Apostolorum*, undè & honorem *presidentia* illis adscriptum innuit. Sic *Apostolicas sedes* fuisse Ecclesias benè multas, quarum auctoritatem Christiani sequerentur, dixit Augustinus in Libris de Doctrinâ Christ. Et *Cathedra Apostolorum* dictas fuisse *Principales Ecclesias*, ab ipsis scilicet Apostolis constitutas, falsus est ad Tertullianum Rigaltius. Quin diem supremum clausit Romæ Petrus, atqui & Hierosolymis Christus, ac Jacobus uterque; undè inferebant pridem contra Latinos Græci, Hierosolymitanum fore τὸ πρῶτον μέγιστον ἔργον, ὅσον ἐὶ δὲ Χριστὸς τῷ Πέτρῳ, tanto majorem Romano, quanto Christus major fuit Petro, & ita ac disertè Nilus Thessalonicensis, Barlaamus, Macarius Ancyranus, reliqui. Et quid si Petrus Româ ductus fuisset ad supplicium Ostiam, vel Albam, vel Prænestam, vel Spoletum? Quid si in itinere, aut Rhegi, aut Hydrunti, aut Tarenti, aut Beneventi, aut Capuæ, aut etiam ignobiliore loco, fuisset præventus morte, vel martyrio? Nùm hinc Pontificatûs jura locis illis nata dataque credidisset Antiquitas, aut contendere de Primatu hæc ipsa jure potuissent? Denique, ne digrediamur à re quam agimus, ex factò Petri, Simonis occasione, Romam properantis, aut ex factò Neronis ac Persecutorum, quid colligas divini juris, in favorem Romani Antiquitatis? Ex Romanæ Urbis impietate, Babylonem & occidentem Prophetas Hierosolymam æmulatæ, quâ specie arcesas Ecclesiæ Romæ tùm collectæ jura, monarchiam, dominatum? Aut ex datâ qualicunque, ob asservatos principis Apostolorum cineres, prerogativâ, quâ inferas potestatem Monarchicam & Pontificiam, in Apostolicas omnes, & Universalem Ecclesiam? Sed non ista jam intendimus.*

II. Quicquid igitur Papalem successionem, inter argumenta propè infinita, convellat magnoperè ea sententia, quæ Romanam Petri profectioem cumprimis dubiam censet, si non omninò à vero alienam, nullis tamen pressis angustiis, nullâ compulsi necessitate, in eam pedibus ivere Viri summi. Et eos inter Claudius Salmasius, in *Apparatus* ad Libros de Primatu, post Ulricum Velenum, Illyricum, Withakerum, Hospinianum, Sutlivium, Paræum, Sibrandum, & si qui plures. Sed quid Protestantes induco, assensum vel negantes vel certè suspenses? Prævivere his siquidem J. Bapt. Mantuanus, Michaël Cæsenas, Marsilius Patavinus, Joh. Aventinus, Joh. Lelandus, Car. Molinæus, id genus Tom. II.

alii, nec obscuri nominis, dubiâ traditionis fide adducti. Et in horum nos sententiam concedimus, ac præfidenter asserimus, non modò ancipitem videri eam Petri ad Romanos, longis itineribus, profectioem, sed & à veri specie alienam, quod deinceps demonstrandum.

III. Non sine gravi causâ constans rei totius silentium in Luca Historiâ rem fecit multis ambiguam. Nam primò, fuere *rationes* Lucæ oppidò graves memorandi rem adeò momentosam: seu finem itineris attendimus, suscepti ut sedem Pontificiam, totius Christianismi caput, Romæ erigeret, atque æternum stabiliret; seu itineris longitudinem, peragrata sic à Petro Syriâ, Cappadociâ, Galatiâ, Ponto, Bithyniâ, Græciâ, Illyrico, Sicilia; seu res in itinere gestas, Gentes converfas, Provincias salutas, Ecclesias erectas, Patriarchatus fundatos, maximè verò Antiochenum, & Alexandr. seu denique Petrinum comitatum, & majestatem dignam tanto Duce, *obambulante regiones quemadmodum Dux in Exercitu*. Sed nec occasio una Scriptori sacro, rem tantam, tamque scitu Christianis necessariam, mandandi Apostolicis literis. Quàm opportunus locus, ubi Lucas de primo Petri congressu cum Simone Mago, cujus præstigiis ut porro obsisteret Petrus, illustriori longè certamine, Romam concessisse volunt? Quàm meminisset etiam appositè Lucas, ubi de variis Petri profectioibus Samariam, Lyddam, Joppem, Cæsaream, Hierosolymam, ubi adeò Petrum inducit, vi Apostolici muneris, *διερχόμενον* Ἰερουσαλὴμ. Quæ verba Baronius absurdè ad profectioem Antiochenam, sedemque ibi constitutam refert, invitis Onuphrio Panvinio, & postea Guil. Est. in Ep. ad Gal. C. II. Hall. An. C. II. aliis, viris primò Cypriis, & Cyrenæis, tùm Barnabâ & Paulo, meminit is demùm Capite XI. Quidni etiam prodidit memoriæ idem Lucas rem omnium in Petro maximam, ubi alia Petri actitata refert, conversiones per eum factas, miracula edita, vincula illi injecta, & quæ hæc ipsa aliquot post annis exceperunt? Quidni Actorum xv. dùm præsentem eum in Concilio sistit, novissimum ex Urbe (ut volunt) reditum, ac relictam Cathedram, & occasionem præsentia illius Hierosolymitanæ, paucis saltem verbis expressit?

IV. Imò si ita habuere Antiochena illa & Romana Petri actitata, necesse fuit commemorasse Historicum. Quandoquidem illud ipsum tempus, in quod Petri superiora vel acta vel itinera conjicit Lucas, idem est quo Baronius cum suis volunt adiisse Antiochiam Petrum, ibi sedisse annos sex vel septem, hinc Romam molesto, sed antè omnia memorando, itinere translatum, indè ad Concilium Hierosolymam reversurum. Ut taceam profectioes alias, longè infra momentum Petrinarum, eidem Lucæ enarratas, *Philippi* Azotum, Cæsaream, *Saulis* Tarsum, *Discipulorum* in Phœniciam, Cyprum, Antiochiam, *Barnaba* & *Saulis* in varias Syriæ & Asiæ minoris Civitates, promovendo illo ipso tempore Euangelio. Denique & occasio Lucæ fuerat, Petrum in augusto illo Orbis theatro repræsentandi, seu ut præsentem tùm, seu ut fortè absentem, quum eò appelleret Paulus, quum obviam illi fierent Fratres, quum conferret cum primoribus Judæorum Apostolus, Petro interim pertinacissimè tacito. Aut enim aderat Romæ Petrus, omnium princeps, aut non aderat; si prius, taceri non potuit; si posterius, tantæ absentia dicenda causa fuit. Hinc nuper Reverendiss. Pearsonus de *Success. Rom. Episc.* Dissert. 1. p. 64. *Largior per illud biennium, quo Paulus Roma predicasse ex Actis ostenditur, Petrum in eadem Urbe non*

Matt. XIII. 37

Leo All. de Perp. Conf. L. I. C. II. Act. VIII. Act. IX. 31-32. Est. in Ep. ad Gal. C. II. Hall. An. C. II. Act. XI. 19-20-22-25-26. Act. IX. X. XI. XII. Act. VIII. 40. IX. 30. XI. 19. XIII. XIV.

non fuisse. Sed post illud biennium, nihil suadet Petrum Roma non fuisse.

V. Ex quibus nemo non videt, quam frivola sint Baronii ac reliquorum effugia. Excipiunt, non omnia Lucam Historiam suam complecti potuisse; argumentum ab auctoritate negativum esse nullius roboris; Lucam etiam propositum fuisse Pauli acta cumprimis persequi, ut praeceptoris sui, non tam Petri illa. Rogo vero, unde Lucas narravit de Petro, de Discipulis aliis, quandoque minima, obvolverit silentio rei totius Christianae caput? Quid itinera Lyddam, Joppem, Caesarem versus, praeromano & Antiocheno? Quid in reliquis omnibus, modo indicatis, quoad momentum accedat profectio- nis in Urbem principem, tot aditarum Regionum, tot fundatarum Ecclesiarum, tandemque Romanae in caput omnium evectae, in Dominam, in Judicem summum, & quidem in omne aevum, alligata ibi sede Oecumenici Pontificatus? Accedit, caeteris quas diximus de Petro narrationibus, in Actis Apostolicis, Antiochenum illud, dein & Romanum Petri iter omnino subverti, ut latius patebit infra. Accedit & constans Pauli in omnibus suis, seu Romam seu Romam scriptis, de Petro eodem ut inter Romanos versato silentium, non una licet occasione, si non necessitate, memorandi. Adde silentium ipsius Petri in suis, ut & Clementis Romani in sua ad Corinthios; & quotquot prima illa aetate res sub Claudio vel Nerone insigniores, etiam Christianas, literis tradiderunt; quod infra pluribus observamus. Ne dicam Onuphrium, & Halloixium, argumento eodem, a silentio Luca, convellere tempus Antiocheni Episcopatus, Romano longe inferioris; Onuphrio licet hoc nomine a Baronio, sed inique, vapulante. Primusque, decem circiter a Luca saeculis, surgere debuit Metaphrastes, qui Petrini itineris historiam, & quicquid Petrus vel salutavit Urbium, vel Ecclesiarum crexit, scripto consignaret; Nam neminem qui describat invenimus, praeter unum Metaphrasten, ait Annalium Scriptor, de quo verissimum illud Juvenalis, O quantum Graecia mendax, Audeat in historia!

Baron. ad A. XXXI. N. XI.

Baron. ad A. XLVII. N. XXVII.

Mogunt. Res. L. I. C. XLII. N. XXXV.

VI. Haud igitur negativum modo hoc argumentum est, a testimonio scilicet, negato unius Scriptoris, dum alii ejusdem & fidei & auctoritatis rem, de qua quaeritur, affirmativè referunt. Ut si quis negaret facta quae tacet Johannes, habent verò Evangelistae reliqui, & vicissim quae tacent Matthaeus, Marcus, Lucas, habet autem Johannes; quo simili hac in causa usus est absurdè Bellarminus. Hinc verò argumento, licet in speciem negativo, affirmativum aliud a testimonio ἰσχυρόν, certè a testimonio omni fide digno, ejus ferè aetatis, opponi nullum potest, deberet autem. Sic a silentio Lucae, in Historiam Paulinam, Act. XIV. &c. rectè inter caetera fabulae argumenta colligitur, Lucam ignorasse quicquid traditum jam olim Tertulliani aevum, & deinceps, de Theol. Pauli socia, virum deferente, damnatahinc ad Bestias, ad Leones, ad flammam &c. semper illa & triumphante, &c. Vide Exceptiones futilissimas Baronii Novis ad Martyr. 29. Septemb. Praeterquam nixum hoc nostrum est certo & evidenti ratiocinio, nec quia tacet modo Lucas, sed quia tacere nec potuit nec debuit, imò quia hujusmodi de Petro narrat, quae cum itinere Romano conciliari minimè possunt. Dixerit Nicol. Serarius, urgens tacere nec potuisse nec debuisse rem infamem ac probrosam R. E. Johannam Papsam Scriptores coetaneos, aut supares, si quae hujusmodi fuisset; At affirmativa potius auctoritas est sic. Illi tales tantique viri poterant, meritoque debebant momenti tanti rem, quae ipsorum temporibus rebusque quas scribebant cohaerenter contigissent, scribere. Vel igitur officio illi suo functi non sunt, vel res talis nulla tum fuit. Ast sancti officio, dum rem omnium turpissimam & ignominio-

simam Romanae fedi, de qua tum scribere nctas, filuerunt; non sancti officio, dum id tacuerunt, quod est ad Romanae Ecclesiae decus, sic ad necessariam informationem totius Ecclesiae Catholicae, spectaret. Nec insolens haec ipsi Eusebio argumentandi ratio est, quoties Apocrypha respuit, ut nulli eorum commemorata, quos ea ignorasse, aut tacuisse, haud verisimile foret. Sed & quotiens de Romanis Episcopis traduntur minus digna tantam majestatem, quicquid adsint rerum testes, solemne Baronio est a silentio hujus vel illius, aut Scriptoris, aut Concilii, aut Adversarii, negativè argumentari. Ita in causa Marcellini, argumentum ducit a silentio Augustini, Donatistarum, Carthaginensium, & a rei indole, qua non in angulo, sed in medio Urbis, & coram Imperatore facta, ut quod in Urbe commissum esset sciret Orbem. Ita in causa Johannae Papsae, quicquid testium nube obruatur Baronius, & cum eo Onuphrius, Raemondus, Bellarminus, Allatius, Labbeus, caeteri, potissimum tamen illis argumentum est, a silentio Anastasii, Photii, aliorumque, quotquot Marianum Scotum praecesserunt; cui Mariano Radulphum Flaviacensem, idem de Papa formidatè testatum, aetate omnino posteriorem faciunt, in Ranulphum etiam Monachum commutandum, saeculi XIV. Scriptorum, apud Labbeum de Scriptoribus Ecclesiae. Sexcenta id genus exempla mittimus. Sufficiat nobis Halloixius, Societatis Theologus, Antiochenam Petri profectioem, sedemque, ante Synodum Actorum XV. & reditum eam in urbem Pauli & Barnabae, hoc argumento conficiens: Si Sanctus Petrus ante haec tempora fuisset Antiochia, ibique Ecclesiam suadasset, sedemque suam statisset, &c. S. Lucas Capite XI. Actorum, facta proxime Petri mentione, debuisse non tantum de Viris illis Cypris & Cyrenais loqui, sed multo magis de Petro, siquidem tandem ibi fuisset, ut jam tum haberetur Antiochenus Episcopus. Itaque nondum tunc eo venerat, quia scilicet nihil de hac re Lucas.

VII. Lucam verò Paulina praeter caeteris persecutum esse, ex quo se Paulo adjunxit comitem itinerum, atque etiam domesticum, indubia res est. At multus idem in tradendis Petri rebus usque ad Concilium Hierosolymis celebratum, quod aliquot annis excepisse creditur eam Petri in Italiam profectioem, omnium penè affirmantium calculo. Sed in ipsa Pauli Historia, Romam delati demum sub Nerone, causam fuisse Lucae de Petro referendi, modo visum. Redux tum pridem ex Palaestina in Urbem Petrus, ex hypothese Baroniana. Et conveniunt Romae Paulum quotquot Judaei alicujus notae, convocatur etiam a Paulo, ut nondum conversi, sic multo magis illi qui in Fratrum numero, obviam quoque Paulo facti, antea Epistolam a Paulo salutati. Unde negant illorum quidam se accepisse literas, non ἔλαβον, sed ἐλάμβανον, hoc de negotio, cuius se causam ad Caesarem appellasse, & Romam navigasse dixerat. At forte tum absens Petrus, inquit Baronius, in Britanniam & ultimum Occidentem profectus, peragraturus Ecclesias. Et haec scilicet Episcopalis Petri residentia fuit. Nullo praeterea adducto rei testo, nisi uno Metaphrasta; cui dum diffidit ipse Baronius, multis ratiocinatur ab universalis officio Petri, & a facta illi necessitate orbem universum peragrandi, quantis postulatis! Sed jam committitur Metaphrastes cum Actis Marcelli, quae Petrum inducunt cum Judaeis convenientem Romae Paulum, statim ab hujus adventu, & quae edita nuper ex quingentorum annorum MS. a Francisco Maria Florentino.

VIII. Praeter silentium Lucae, stringit omnino illud Pauli, cumprimis in ea quam scripsit ad Romanos. Datam hanc a Paulo esse constat, postquam in Illyricum usque, implendo omnia Evangelio, penetrasset, id est, ultra Macedoniam; postquam

Hist. L. III. C. XIV. XXXVIII. &c.

Baron. ad A. CCCII. N. XCIII. XCIX. Baron. ad A. DCCC LIII. N. LXIV. &c.

T. I. P. 919.

Hall. in vir. 12. T. I. C. II.

A. G. XVI. 10. &c.

A. G. XXXVIII. 15-17.

A. G. XXVIII. 21.

Baron. ad A. Chr. LVIII. N. LI. LIII.

Ad Martyrol. Roman. p. 103. Lucæ 1668.

Rom. xv. 19. A. G. I.

Ad. xx. 3.

corrogata fuissent in Macedonia & Achaia clemo-
 synæ, quas deferret Hierosolymam ad Sanctos, pro-
 ximè adeò ante suum è Græciâ & Achaia discessum,
 undè profectus est in Syriam, mittendus hinc post-
 eâ Romam. Coniicit Epistolam Baronius in An-
 num Christi LVIII. Neronis II. & certè pluribus an-
 nis scripta post Concilium Hierosolymitanum, scrip-
 ta etiam post omnes alias quæ antecesserunt iter Sy-
 riacum, hinc Romanum. Atque, ut colligitur ex
 Pauli morâ in Palæstinâ, biennio ferè in vinculis à
 Felice affervati, scripta fuit biennio & aliquot men-
 sibus antequàm Paulus Romam duceretur, quod vix
 antè Neronis VII. contigisse putamus, ex tempore
 Synodi Hierosolymit. Duo verò ex Paulinâ ad Ro-
 manos conficimus; Primo non fuisse tunc Petrum
 Romæ, quum salutem omnibus impertiens Paulus,
 qui essent ejus σωτηριοί & ἐπισήμοι, atque aliquo in
 Ecclesia eâ loco, etiam ex Judæis, quales Aquila,
 Priscilla, Andronicus, Petri omnium principis me-
 minit omninò nullus. Causam enim prodit Baro-
 nius, dùm non illepidè hariolatur, accidisse ut fami-
 liares alias ad Petrum Paulus eidem Tabellario dederit
 literas, adeò ut non opus esset per alios saluari, & probat
 ex Paulinæ humanitatis officio. Nec feliciùs
 excipiunt alii, haud sequi ex tacito Petri nomine,
 aut intermissâ salutatione. Nullam similiter men-
 tionem factam vel Timothei, vel Johannis, vel Jaco-
 bi, in Epistolis ad Ephesios, & ad Hebræos, quum
 tamen essent in iis Ecclesiis viri primores, & earum
 Episcopi. Dispar verò ratio Viris pridem est Do-
 ctis ostensa. Nec enim vis argumenti simpliciter
 ea est, quod Petri nullus meminit Paulus, sed quod
 cæterorum omnium qui Romæ essent meminit, cum-
 primis σωτηριών, Petri non item, omnium in iis
 dignissimi, ac salutandi primo loco. Ad hæc in
 Epistolis ad Ephesios & ad Hebræos nominatim
 salutat Paulus neminem, defunctus generali saluta-
 tionis voto. Nec Ephesi Timotheum aut Johannem
 tunc fuisse constat, minùs sedisse annos xxv. earum
 Urbium Episcopos, ut Romæ Petrus, ex adversâ
 hypothesi. Præterquàm Epistolam ad Hebræos
 non solis Hierosolymitanis inscriptam fuisse, sed He-
 bræorum genti, in & extrâ Judææ fines, alibi à
 nobis probatum est.

Vide
 Dissert.
 nostr. de
 Temp.
 Convers.
 Pauli.
 Rom.
 XVI.
 Baron. ad
 A. LVIII.
 N. LII.

De Auth.
 Ep. ad
 Hebr.
 P. I. C. II.
 S. IX.
 Baron.
 A. LVIII.
 N. LI.

Ad.
 XVIII. 2.
 Rom. XVI
 3. 4. 5.
 Suet. in
 Claud.
 C. XXV.
 Onuphr.
 Panvin.
 in Fastis.
 Baron. ad
 A. LI.
 N. II.

IX. Ac tandem ipse Baronius, permotus rei evi-
 dentiâ, tatur absentiam Petri, sed Claudii scilicet
 Edicto Româ pulsâ, & ad externas Orbis oras
 prædicando conversi. Quo primùm fuga illa Pe-
 tri, ac desertio tùm Cathedræ tùm Ecclesiæ, me-
 tu Claudianæ inquisitionis, in Urbe in quâ Genti-
 les cum primis convertendi, conversi autem firman-
 di erigendique essent, supponitur præter rei docu-
 mentum, & contrâ Petri fortitudinem, ac boni
 Pastoris officium. Sed demus secessum illum Ba-
 ronius, atqui expiraverat pridem Claudius, juxta
 calculum Baronianum, & juxta nostrum, quo
 tempore suam ad Romanos consignavit Paulus. Et
 si tùm Romæ Judæi plures, quos in eâ Epistolâ &
 compellat & salutat Apostolus, atque à legalium
 vel opinione vel servitute revocat, quidni & Pe-
 trus? Si Aquilæ & Priscillæ, pulsâ antè Claudii
 Edicto, fas fuit redire Romam, quidni & Petro?
 Imò verò convenientissimum id fuit Urbis Pastori,
 post annorum aliquot absentiam, siquidem Edictum
 illud Claudii, Judæos Urbe exigentis, Suetonius
 non ad postremam periodum Imperii, ad Claudii
 vero annum VI. Onuphris, referunt. Et licet Ba-
 ronius rejiciat in annum IX. Claudii, Christi LI.
 tamen septennium jam intercesserat, quum Paulus
 Romanos Epistolâ salutarer, secundùm Baronia-
 num rursus calculum, Anno LVIII. Ut diutina illa
 Petri absentia cum Pastoralis curâ, & sede Roma-
 nâ, omniumque Ecclesiarum ad eam confluxu, ac
 cum Petri ipsius majestate, cui Ministrorum satis

erat, quos in alias Orbis partes delegaret, con-
 ciliari vix posse videatur. Saltem non defuisset suæ
 Ecclesiæ Petrus Epistolari officio, Pauli ad exem-
 plum, ac potiori jure Romanos, suas curas, suam
 ἐπιστοπλῶν, temporum iniquitate à se divisos, ac lo-
 corum intercapedine disjunctos, Epistolâ aliquâ
 crexisset, seu ex Britannia seu aliundè transmit-
 tendâ.

X. Alterum, quod ex Epistolâ ad Romanos conficimus,
 est, Petrum ne antè quidem salutasse
 Romam, nec antè Paulinam hanc intulisse eò Eu-
 angelium, aut fundasse eam Ecclesiam. Indicia
 paucis sequentia damus. Primò enim, dùm mul-
 tus est in laudandâ fide Romanorum, & laudandis
 Operariis per quos strenuè res Christi inter eos
 promotâ esset, tanti certè Fundatoris haud subii-
 set oblivio. Deindè, ne sic vera satis scripsisset
 Paulus, asserens se studio singulari ferri prædicand-
 di Evangelium, ac lustrandi Ecclesias, (quo sanè
 etiam ferebatur ergâ Romanos,) ubi Christus cō-
 ἀντιγγέλη, seu nullo modo, seu non per Apostolos
 ipsos, ac contestatus se fundamento ab Apostolis
 aliis, quorum hoc præprimis erat, posito, super-
 edificare nolle. Tertio, erant in Romanâ Ecclesiâ
 professi Christianam fidem Andronicus & Junius,
 qui ante Paulum γεγονότες ἐν Χριστῷ, id est calculo
 Baroniano, ante annum à Passione II. Tiberii XX.
 reverâ antè Caji Calig. ultimum, quo conversus
 est Paulus. Quo tempore si jam Romam illatum
 fuit Christi nomen, non utique per Petrum, agen-
 tem tùm in Palæstinâ, ac dudum etiam post Ti-
 berium, sub Cajo & Claudio, necdum ejus regio-
 nis fines tùm egressum, ut explanatiùs infra. Et
 favente Christianis Tiberio, comminato periculum
 accusatoribus Christianorum, nihil mirum Romam de-
 latos ex Oriente, qui Evangelii prima fundamenta
 ponerent, in Urbe Orbis compendio. Quin Ro-
 mæ jam collecta Ecclesia fuit ante Simonis Magi
 in eâ præstigias, ex Veterum consensione.

XI. Istud verò intelligitur luculentius ex colla-
 tione Paulinæ ad Galatas, quin ex Petrinis ipsis.
 In quo argumento quia multus est Illustris Salma-
 sius, post eximios Theologos, rem in pauca con-
 traham. Id equidem ἀναμφισβήτητον, Petro com-
 missam fuisse, quacunque tandem ratione, curam
 potissimam Judæorum, & Apostolatam Circumcisio-
 nis, Paulo teste. Certum, pari dextræ conjun-
 ctione sortitum hanc provinciam Petrum, quâ Ja-
 cobus & Johannes, uti ad Gentes alteram Paulus
 & Barnabas. Certum, eam inter Judæos provin-
 ciam sedulo obiisse Petrum, seu coram in Palæsti-
 nâ, Syriâ, ne addam Babyloniam, seu δι ἐπιστολῆς.
 Utamque enim suam Petrum dedisse ad Judæos &
 Ἀσσυροὺς, speciatim ad dispersos inter Gentes A-
 sianas, hinc παραπεδήμους seu παροίκους, suâ primitus
 concione ad Christum adduci cœptos, quemadmo-
 dum & ad Judæos suas Jacobus & Johannes exara-
 runt, vix est qui ambigat. Certum præterea, Ro-
 mæ sub Claudio Cæsare vel paucos fuisse Judæos,
 vel qui tales essent in aperto nullos, ex quo Imperi-
 ali edicto Urbe pulsâ, ut factum antè sub Tibe-
 rio fuerat, faventiorum isti Octavianum Augustum
 experti. Sic in Occidente rariores Judæi, hinc
 ἀσσυροὺς Ἀσσυρίων nulla, bene Ἑλλήνων, seu Ἀσσιανῶν, Joh. VII.
 distinctè ab illâ, βαβυλωνίων, vel Περσῶν. Certum 35.
 insuper, Romanorum Ecclesiam partem maximam
 constituisse ex Græcis & Gentilibus, ut ex Paulinâ
 liquet, in quâ Romanos non semel accenset τὰς
 ἔθνεσσιν, multoique salutat, vel Græcos vel Latinos
 origine, præter ipsum, quod idem docet, Episto-
 læ argumentum. Undè Paulo Romam delato, Ju-
 dæi primores non spontè conveniunt Apostolum,
 sed triduo post evocati, quidam de sectâ Christia-
 nâ non satis edocti, edoceri licet pluribus non in-
 curio-

Rom. I.
 IO. II. 12.
 XVI. 20.
 21. 22.

Rom.
 XVI. 7.

Tertall.
 Apol.
 C. VI.
 Euseb.
 L. II.
 C. II.

Appar.
 ad Lib.
 de Prim.

Gal. II.
 7. 8. 9.

I Petr. I.
 I.
 Ad. II.
 9. 10.

Rom. I.
 13. 14.
 XI. 13.
 XVI.

Ad.
 XVIII.
 17. 22. 24.

curiosi, nonnulli etiam revera convertendi. Quibus ita suppositis, amabo, quis sibi facile persuadeat, Petrum Apostolum, illo ipso tempore quo Paulus & Barnabas vacabant Gentibus, in tantâ Judæorum per Achaiam, Macedoniam, Thraciam, Asiam minorem, Syriam, Babyloniam, Ægyptum, atque Orientem omnem messe, neglectis suis, seu ex composito seu ex divinâ jussione, partibus, adiffese longis itineribus Romam, fixurum ibi sedem, ac Pontificiam Cathedram? Imò non cogitaturum rursus in Orientem Petrum, nisi factum esset casu quodam, Edicto Claudii, hac causâ sublatâ relaturum in Urbem pedem, omnesque deinceps Occidui Orbis partes lustraturum? Quod magis est, ita-ne de Petro retulisset Paulus, tanquam de *Judæorum* Apostolo, atque etiam tanquam de *absente*, in eâ Epistolâ quam Româ dabat, ut omnes quidem Inscriptiones habent; in quâ tamen Urbe sedisset tum Petrus Pontifex, æquè Gentium ac Judæorum Episcopus, imò convertendis in Occidente Gentibus occupator? Seriùs enim datam à Paulo esse Epistolam ad *Galatia* Ecclesias, ac dudum post Concilii Hierosolymitani tempora, & post peragratas illas, atque erectas in Christo, dein seu à Cerintho seu à surgentibus Gnosticis in errorem inductas; adeòque si non Romæ datam, certè haud multo tempore antè Paulinam appellationem consignatam esse, res ipsa docet, & Interpretes ferè consentiunt.

Act. XVIII. 23. Gal. I. 8. 9. &c.

Baron. ad A. LI. N. XXVI. XVIII. XIX. Rom. XV. 8.

Perr. Repl. ad Jac. Gal. VI. 17.

Act. XIII. 2.

XII. Hic verò Baronium si audimus, par ratio fuit Petri quæ Christi; uterque scilicet Summus Gentium ac Judæorum Pastor, uterque præfectus toti Gregi, sed tamen uterque *ministerio Circumcisionis, ut honestissimo omnium titulo, nobilitatus*. Hinc non limitari à quoquam potuisse eam curam quæ pridem à Christo commissa Petro fuerat; licet *procuratio* quædam inter populos divisa, Petro curam Judæorum ultrò suscipiente. Addunt alii, eos inter Perronius, Paulinam ad Galatas longè anteriorem esse illâ ad Romanos, tantum abest ut Româ scripta, aut eadem sint Pauli *σῆματῶς*, quæ *vincula*. Itâ figulus uti vult aptat ollæ ansam. Et Baronianam comparationem quod attinet, inter Christum & Petrum, in hisce fallit. Primò enim de Christo constat, fuisse Pastorem universalem, *ἀρχιεπισκοπῆς*, cui traditum universale Imperium, cui datæ Gentes in Hæreditatem, qui suprâ Apostolorum sortem erectus, ut Dominus, ut Dei Filius, & *θεοῦ υἱὸς*, non perindè de Petro. Secundò, Petrum suscepisse, pro imperio scilicet, motu proprio, & ex plenitudine potestatis, curam Judæorum, tradidisse Gentium illam Paulo, repugnat sacro Textui. Hic enim legitur, utriusque fuisse *concreditum*, & ex æquo, divinâ virgulâ, *οἷα* in ipsis *ἐπισημαίνω*, etiam amicâ distributione junctisque dextris, Evangelium illinc Circumcisionis, hinc Præputii, confirmante divinam ordinationem Lucæ Historiâ. Tertio, jugulat Baronii causam ea Christi & Petri collatio. Ut enim Christus ministerium suum exercuit nonnisi inter Judæos, missus *ad oves perditas Israël*, itâ exercuerit inter eosdem Petrus, maximè post distributas operas, tantum abest ut Romæ, inter Gentiles, totos annos xxv. Episcopatum administrarit. Denique, si Petrus, quâcunque procuratione, aut etiam motu proprio, Judæis potissimum incubuit, undè profectus ad Gentes, potissimam eas inter ministerii partem, posthabitis Judæis, adimplevit? Hoc ipso enim procurationis illius, ac amicæ distributionis, immemor fuit. *Honestiorem* verò fuisse Apostolatam Judæorum, quàm Gentium illum, non dixisset Paulus, nihilo se inferiorem ratus, & ampliorem longè in hocce messem, labores plures, graviora discrimina expertus.

XIII. Tempus autem inscriptæ Galatis Epistolæ quod spectat, parum ad rem facit. Satis, scriptam eam, post divisas inter Apostolos provincias, & post Petri nihilominus institutum Romam versus iter, ad Gentes, atque in extremum Occidentem, relictis in Oriente Judæis, quod *ἀκούσας* est cum Paulinâ narratione. Eodem verò tempore scriptam esse cum Paulinâ ad Romanos, statuit Hugo Grotius, & hæc postrema fuit antè Pauli appellationem. At Romæ consignatam, præter *ἑσπεραφας*, censuit omninò Theodoretus, & cum eo plerique, etiam Claudius Salmasius, & dissidens in hoc à Ludovico fratre Jacobus Cappellus. Gratis verò Hugo Grotius, Tertullianum voluisse, quod scripta fuerit à Paulo adhuc *Neophyto*. Non enim de tempore scriptæ Epistolæ Tertullianus, in primo adversus Marcionem, sed de tempore, quo sunt facta quæ ibi narrat Paulus, *collatio* ejus scilicet cum Apostolis, & *servens reprehensio* adversus Judaismum. Sed familiare istud Grotio est, loca aliò trahere quàm Auctores intenderunt.

Salm. App. p. 19. Jac. Cap. Tab. Chron. Grot. Proem. Epist. ad Gal.

XIV. Verum enim verò non in Epistolâ tantum ad Galatas mentio Petri, ut absentis, & procurationem inter Judæos obeuntis, sed etiam in Paulinis omnibus reliquis, quas Româ dedit, alium ubique de Petro Apostolo silentium est. Et stringit eò magis, quoniam in iisdem Epistolis mentio cæteroquin *Clemens, Luca, Timotheus, Marcus, Aristarchi, Demæ, Epaphra*, aliorum qui secum in opere Domini Romæ versarentur, Petri nulla, omnium certè in *συνεργῶν* primi. Quod verò iis Epistolis, Româ scriptis, accenset Illustris Salmasius illas quoque *ad Thessalonicenses*, lapsu quodam memoriæ factum puto, ut quæ omnium primæ, Corintho datæ. Quinimò in Paulinis iisdem Româ missis quædam sunt Petrinæ præsentis omninò adversantia. Exempli causâ, in Epistolâ ad Colossenses, memorat *tres* modò fratres, qui Romæ essent *ἐκ αἰσθητῶν*, & qui soli adjutores sibi essent, iidemque publici, in opere Ministerii, quos vocat *συνεργῶν ἐκ τῶν βασιλείων τῆς Θείας*. Et hi *Aristarchus, Marcus, Jesus*, nullo tùm ibi Petro. Quod enim de privatis domesticis sermonem Paulo esse volunt, repugnat verbis, & Grotius ipse de *laboris sociis, in Evangelii prædicatione*, rectè interpretatur. Sic in posteriore ad Timotheum, graviter exposulat Paulus, *neminem* sibi fuisse *ἀσπασέντων* in causæ suæ defensione, sed *omnes se dereliquisse*, uno Domino adente & vires & solatium. Undè sanè aut non Romæ tùm Petrus, aut summæ idem ignaviae si non perfidiae reus existimandus. Nam de iis modò *Desertoribus* sermonem esse, qui juvare apud Cæsarem potuissent, in Aulâ Neronis potentibus, frustra excipitur. Imò & de familiaribus sermo, & de omnibus iis quos adesse Paulo, eundemque erigere, solari, juvare animo forti & intrepido oportuit, sed sævitiâ Neronis, ac metu supplicii territos, quicquid fortè *Lucæ* ipsi à ministerio remanserit, hinc tacitus tanquam domesticus.

Epist. ad Phil. Col. Ioff. Ephes. Philem. Hebr. 2 Tim. Salm. App. de Prim. P. 47.

Col. IV. 10. 11.

2 Tim. IV. 16. 17.

XV. Recurrit ad ista superior exceptio, de infirmitate argumenti à testimonio *negativo*. Falsum verò est, *negative* tantum argumentari nos, qui perpetuo & invicto ratiocinio, nec ex tacito tantum Petro, sed ubi taceri nec potuit nec debuit. Ratiocinamur etiam non à particulari fortè, sed ab universali silentio, nullo in contrarium teste, ejus quidem seu ætatis seu auctoritatis. Quòd si Petrus ipse, tacentibus Lucâ & Paulo, in alterutrâ Epistolarum, vel Romæ, vel Cathedræ ibi habitæ, vel circumstantiæ alterius meminisset, quæ speciem aliquam adderet traditioni, infirmarentur utique magnoperè argumenta priora. Nunc verò tantum abest, ut id fecerit Petrus, ut etiam descriptio illa sui tanquam *Apostoli*, tanquam *συνπροσβυτεύου*

1 Pet. I. I. v. 1. 2. 3. 4. 13. 10.

folius Christi ἀχιρομένῳ, cujus esset adeo cum Presbyteris reliquis non κατεκελεύθει, sed παραβρον, διαμορεῖν, quique tūm Babylone veraretur, ut (inquam) ea descriptio Pontificiam illam inter Romanos Cathedram haud obscurè subvertat. Sed de Babylone, undè scripsit Petrus, postea; uti & de frequente ejus, quam comminiscuntur, ab Urbe absentia.

Vide de hoc Pearson, contra Salm. à p. 60. de Success. R. Ep.

Edit. Oxon. 1633. p. 8.

Appar. de Prim. p. 48. 49.

Patric. in Not. ad p. 8.

Ann. xv. 44

XVI. Nec de nihilo est, quod suppeditat argumentum Clementis Romani ad Corinthios Epistola prior, edita primum à Patricio Junio, lacunis hinc inde expletis, ac recusa nuper Reverendiss. Oxoniensis incomparabili studio, quo primam nobis Antiquitatem restituit. Sermo Clementi de Apostolo utroque, Petro & Paulo, utriusque laboribus, etiam martyrio. Sed hoc cum discrimine, quod de Petro paucissimis defungitur; Petrus ἀδελφός ὑμῶν ἐστίν ὁ πῶτος ἔσθ' ἡγεμὸν ἡμῶν, nec locum designans martyrii, nec professiones in Occidentem, nec Romanum Episcopatum, minùs fuisse hunc sibi à Petro antè mortem concreditum. At de Paulo, ut post Petrum sublato, ut laboribus omnium maximo, ut ἐπὶ τὸ ἔργον τῶν ἁγίων ἀδελφῶν ὁμαξίως, comparate ad Hierosolymam, seu Romanam delato, ut totius Orbis Doctore, ut sub Imperatoribus, Nerone videlicet, perpeffo, sermo illi prolixior & ἐπισημωτέρῳ: Undè non immeritò infert à πῶτῳ Salmasius, ignorasse Clementem Petri eam ad πῶτον δόξαν professionem, & peragratiōnem totius Orbis, & adventum non in Italiam modò, sed & in Hispanias, Britannias; imò ignorasse martyrii Petrini locum, ceterasque circumstantias, fortè in Babylonia, ità Vir ille, aut in remotiore Oriente consummato eo Apostolo. Certè illustriora fuissent Romana Petri certamina, & dignius memoratu suppar cruci Christi supplicium, imò gravius inverso corpore, adspectante Romà; prævià etiam Cathedræ consecratione, & designatione Successoris, ac ut volunt ipsius Clementis; quàm ut non inueneret expressius Clemens. Nam & à Petro ipso χειροτονηθέντῳ τῷ κλήματι ὀδύνην ἔσθ' ἔλαβον, tantam πρῶτον refulgentem, præter Latinos veteres, & Codices Anastasii in Petro, tradit quoque Græcus Anonymus ex Oriente à Petzæo Arundelii Com. Sacellano advectus, quem Patricius describit. Et hinc mirari subiit, Patricium eundem, Notis ad Epistol. Clementis, habere Romanum Petri martyrium, sub Nerone, pro re notiori quàm ut in dubium vocetur. Salmasius; Petrum x. anno Claudii mortuum, xi. annos antè Paulum. Gratis, fateor.

XVII. Quod si huic Clementi opponatur vel Ignatius vel Papias, ut Petrinæ inter Romanos præsentia testes, opponentur jam Auctores, non dicam posteriores Clementi, sunt enim qui & Papiam illi supparem faciant, sed cum primis dubiæ vel auctoritatis, vel sententiæ. Ac de utriusque testimonio pluribus infra, ubi nos de primâ Traditionis origine. Nec levis quoque momenti est silentium Romanæ historiæ Scriptorum, Taciti, Suetonii, Dionis, qui res sub Claudio & Nerone in Urbe gestas commentariis suis tradiderunt. Nam de Apostolorum principe, Romæ tūm versato, mentionem injeiendi aliquam, nec causa illis nec occasio defuit. Non equidem Tacito, Christianos sub Nerone inducenti; quorum fuisset tūm Petrus, in Urbe ipsâ, summum post Christum caput, alter Christus, Cathedrâ Romæ stabilitâ, & eâ quidem auctoritate, ut res gravissima, inter equuleos, cruciatus, tormenta, ræceri Neronis ministris minime potuisset. Nec tanti supra Christianos Antilitis, quod magis est haud semel ad Neronem admissi, si Actis Lini, Marcelli, & vetustis Codicibus Anastasi fides est, crucem, corpore inverso, omis-

rus fuisse Historicus videtur. Suetonio verò non occasio tantum semel atque iterum nata faciendi aliquod de Petro verbum, sed & necessitas quædam incubuit, si vera ex Antiquis Baronius cum suis. Retulit sanè Tranquillus Icarum cujusdam infelicem volatum, juxta Neronis suggestum præcipitis, retulit Tiridatem quendam, Magum insignem, in Urbem accitum, & in Principis interiorum necessitudinem admissum; scripsit Christianos suppliciiis sub Nerone affectos, & antea cum Judæis Româ pulfos sub Claudio. Ine jam, amabo vos, Simonem Magorum principem, carissimum, ut ajunt, Neroni, ejusdemque Simonis in publico volatum, tūm Petri cum eo conflictum, ac de ipso victoriam, tandem & Neronis accensam in auctoritatem Simonianæ calamitatis iram, sumptumque de principe omnium Christianorum immane supplicium, silentio dissimulasset. Sed nec omnia ista involvisset pari silentio Dio Historicus, multus idem in Claudii & Neronis rebus enarrandis, ut Plinium alioque taceam. Cum primis si ad Simonis historiam respicimus, & ad circumstantias certaminum, miraculorum, passionis Petri, in splendidissimo Urbis teatro, credulâ mente cum traditas tūm receptas.

XVIII. Tot tantisque sublestæ narrationis documentis accedit argumentum ab inductione, nec sub Tiberio Romæ fuisse Petrum, nec sub Cajo, nec sub Claudio, minùs ab anno hujus ii. nec sub Nerone, quo tempore Paulus Romæ aut commoratus, aut vincus, aut sublatus fuit. Sub Tiberio nemo unquam Petrum Romæ Episcopum induxit, contra fidem Lucæ, nisi quod in Fastis Siculis anno xviii. Tiberii, dicuntur χειροτονηθέντες ἐπίσκοποι, Roma Petrus, Alexandria Marcus, Hierosolymis Jacobus. Nisi etiam locus sit vetustiss. Catalogo Pontificum, de quo supra, qui Romanam Petri sedem statim à Passione arcessit; undè mendis non carere fatetur Aegid. Bacherius Theol. Societatis. Sub Cajo, præter Arabes, neminem scio qui Romam adisset Petrum scripserit. Nec patitur Historia Lucæ, Petrum eo tempore in Samariâ & Judæâ representantis. Vulgata etiam Petri cum Philone Judæo familiaritas non ad primum Philonis in Urbem adventum sub Cajo, sed ad secundum sub Claudio, ab Hieronymo refertur. An sub Caji successore professionem eam instituerit Petrus, paucis disquirendum? Secundo Claudii Imperatoris rem accidisse, primus omnium in Chronico Eusebiano Hieronymus, & in Viris Illustribus, ac Latini propemodum omnes. Eusebius simpliciter, sub Claudio divinâ manu Romam perductum, anno non expresso. Et secundum Claudii cum Anno Christi xliv. componit Baronius, qui verius fuit annus Christi xlii. vel xliii. à Passione circiter ix. quæ accidit Tiberii xix. aut certè ut alii, xx.

XIX. Atqui ex Actis Apostolicis primò indubium est, egisse adhuc in Palæstinâ Petrum anno Claudii iv. qui fuit Herodis Agrippæ Regis ultimus, quo Petrus in carcerem ab Herodè coniectus. Nam Agrippæ ultimum cum iv. Claudii, Eusebius in Chronico, Scaliger, Chronologi omnes combinant, hinc Doctissimus Valesius, convenire inter omnes. Igitur Petrus antè hanc annum Romam proficisci non potuit, ut idem Valesius. Et hæc antè Petri vincula, fuit constanter in Palæstinâ Petrus, reversus Cæsareâ Hierosolymam, Actorum Undecimo, quò Paulus Damasco profectus est ἱσαρησὶ Πίργον, tertio post conversionem anno, haud longè ante hujus Herodiana vincula. Rursum Hierosolymis adhuc Petrus tempore Apostolicæ Synodi, Actorum Decimo Quinto, ad quam & Paulus cum Barnabâ profectus. Nec dubium, ex consensu Theodoretii, aliorumque Veterum, adde Baronii, etiam Valesii, & ex circumstantiis locorum, quin sit illa ipsa Pauli profectio,

Suer. in Ner. L. xii. C. xlii. xvi. xxx.

In Claud. C. xiv. Baron. Ann. lxxviii. N. xiv. & seqq.

L. ix. & in Excerpt. lxx.

In Victor. Can. p. 273. Act. vii. 25. xi. 34. x. 23.

Hier. in Philonæ.

Hist. L. ii. C. xiv.

Act. xii.

H. Vales. Not. ad Euseb. L. ii. C. xvi. Act. ix. 26. xi. 2. Gal. i. 18.

Act. xv.
30.
Gal. II.
2.
Gal. II.
1. 4.
Act. xv.
1. 2. 4.
Gal. II.
3.
11. 1.
1. 18.
Vedel.
Utr. E-
pisc. L. I.
C. XII.
Haunm.
ad I.
Chr.
Alex. in
Claud.
Gal. I.
26. 17. 18.

Not. ad
Euseb.
L. II.
C. I.

Differt.
de temp.
Converf.
Pauli.
Gal. I. 18.
Act. XII.
I.

Val. I.
cit.

Act.
XVIII. II.
XIX. IO.
XX. I. 31.
Rom. xv.
26.
2 Cor. IX.
3. 4. 5.
Gal. II.
II. 12.
Onuphr.
in Falt.
& ad
Platin.

de qua secundo loco in Epist. ad Galatas mentio. Nam & occasio eadem, libertas Euangelii per falsos fratres accisa, servitus legalium commendata, & in specie circumciso; & comites iidem itineris Barnabas & Titus; & *aliqua* eadem, ratio Apostolis reddita de successu Euangelii inter Gentes, & Pauli cum iisdem collocutio, & comprobata ejusdem Pauli inter istas doctrina, & *consequens* eadem quoque, reditus scil. Pauli Antiochiam. Porro accidit is Conventus Synodalis XIV. circiter annis, non tam a prima Pauli profectio, de qua *Cap.* ad Galatas *prior*, quam a Conversione ipsa Pauli, ut recte Vedelius noster, ac Docti recentiores, eos inter Hammondus, ut Baronium ipsum taceam. Quod enim Lud. Cappellus XIV. illos annos putat, non a Conversione Pauli, sed a Passione Christi, ut sic Concilium Hierosolymit. incidat in annum Christi XLV. Claudii VI. quicquid coincidat cum calculo Chronici Alexandrini, pugnat certe cum Epochâ Conversionis, quam signat expressissimè ad Galatas Paulus, & de qua nos speciali Dissertatione, Pauli verbis contra Cappellum vindicatis.

XX. Igitur XIV. annis a Conversione Pauli Petrus Hierosolymis fuit, Concilii Apostolici pars magna. Falluntur verò quotquot Pauli conversionem in I. vel II. vel III. ab Ascensione annum conjiciunt, ut plerisque accidit. Quod præter Cappellum utrumque, & in nostris alios, vidit quoque Henricus Valesius. Nec sola hic Veterum quorundam auctoritas nobis sufficit, aut Chronici Alexandrini rationes, quibus Stephani mors conjicitur in *primum* Claudii, *septimum* a Passione. Testis est in *Actis* Lucas, qui inter Ascensionem & Stephani martyrium gesta varia commemorat, historias Petri & Johannis, Ananiae, Apostolici ministerii, Ecclesiae majorem in modum adactæ, creatorum hinc Diaconorum, & aggregatæ in dies Discipulis turbæ. Ità inter Stephani martyrium & Saulis iter Damascenum media Apostolorum dispersio, Philippi labores Samariae, Azoti, Caesareae, legatio Petri & Johannis, actaque Samaritana. Hæc certè totis *VIII. Capitibus* Lucæ commemorata aliquot annorum spatio gesta videntur, & aliàs a nobis demonstratur. Accedit Pauli ipsius auctoritas, testati se *triennio* a Conversione, vel a profectio in Arabiam, concessisse Hierosolymam. Factum verò id fuit anno circiter antè extrema Herodis Agrippæ, & antè persecutionem Hierosolymitanam, adeoque circa Claudii III. Agrippâ sublato IV. Claudii, ex omnium consensione. Undè invicto argumento conficitur, conversum fuisse Paulum Caligulae circiter ultimo, *septimo* a Passione, quod & Valesio videtur assensum aliquando expressisse. Addantur XIII. anni completi, inchoato *decimo-quarto* a converso Paulo ad Concilium Hierosolymis habitum, superest ut Petrus adhuc in Palæstinâ fuerit, Concilii ejus tempore, Claudii anno XIII. Christi circiter LIII. Nam annos XIII. & menses ferè IX. idem Imperator explevit. Atque ità nondum *sub Claudio* Romæ Petrus.

XXI. Sed demus Baronio, habitam Synodum anno Claudii IX. Ut reverà, antè Claudii extrema habitam, suadere videntur quæ in Actis illam exceperunt, & longior Pauli mora tum Corinthi, tum Ephesi, priusquam in Achaïam & Macedoniam concederet, indè postea reversurus in Syriam, scriptis paulò antè Epistolis ad Romanos, & ad Corinthios posteriore, ne sic quidem a Synodo Romam perductus, sub eodem Claudio, Petrus. Constat enim ex Paulo, a tempore Concilii Petrum moratum fuisse aliquandiu *Antiochia*, ubi non ex ignorantia sententiæ Apostolicæ, sed ex metu Judæorum lapsus est. Antè enim Antiochiam profectum esse Petrum, nuspiam in Actis Lucæ; & vidit Onu-

phrius, fassus primùm ivisse Petrum Antiochiam *habito Concilio*, quod & probavit Halloixius Jesuita, adversus Baronium & *ἀποδείξας*. Ac prolixè hanc rem in nostris exequitur Clariss. Vedelius, Libro utroque de Episcopatu Petri, discussis Baronianis officiis. In annum verò Claudii XII. conjicit post alios Claud. Salmasius concertationem Antiochenam Pauli cum Petro. Si jam Antiochenus Episcopus Petrus, & *septennio* quidem, qui Antiochiâ Romanam delatus sub Claudio? Hinc rursus Panvinius, quanquam gratis. *Petrum Antiochia mansisse septennium usque ad mortem Claudii*, quo ipso causam Pontificiam jugulat, & sic cadunt XXV. anni Romani Episcopatus, cum Antiocheno jam commutati. Ni duas simul Cathedras occupavit Petrus, Romanam & Antiochenam, reclamante ipso Bellarmino. Adde, non tutum Romæ Judæis sub Claudio fuisse, quò Aquila & Priscilla reversi demùm sub Nerone. Et quid Judæorum Apostolus concessisset tantis cum molestiis, totque superatis regionibus, eò loci, undè Judæi pulsî? Quid quod liber Pontificalis Damasi, aut si mavis Anastasii, Petrum Romam *sub Nerone* primùm adeuntem inducit; *Hic Petrus ingressus in Urbem Romam sub Nerone Casare, ibique sedis*. Onuphrius verò, *rediisse Romam, sub initio imperii Neronis*; ac cum eo plerique id ipsum supponunt.

XXII. An igitur sub hoc Claudii successore, uti Paulus, ità quoque Petrus iter Romam instituerit, imò federit Romæ Episcopus, superest ut disquiramus. Ac disertis verbis tradit hoc ipsum Lactantius, Libro de *Mortibus Persæ*. initio ferè: *Cumque Nero jam imperaret, Petrus Romam advenit, & edixit quibusdam que virtute ipsius Dei, datâ sibi ab eo potestate, faciebat, convertit multos ad justitiam, Deoque templum fidele, ac stabile collocavit. Quò re ad Neronem delata, cum animadverteret eo non modò Romæ, sed ubique, magnam multitudinem deficere à cultu Idolorum, &c. primus omnium persecutus Dei servos, Petrum Cruci affixit, & Paulum interfecit.* Huic auctoritati unius Lactantii assurgunt, etiam in Pontificiorum ordine, Stephanus Baluzius Notis ad eundem Lactant. p. 355. *Petrum quidem Romæ Evangelium prædicasse facile concederem, non sub Tiberto Claudio, ut vulgò putant, sed sub Nerone Claudio.* Antonius Pagi in Crit. Baronianâ, ad A. Ch. XLIII. Claudii III. Per. Græco-Rom. 5536. *Denique Lactantius ait, Petrum, cum jam Nero imperaret, Romam advenisse, qua opinio verosimilior videtur. Neque enim, in Chronologiâ Pontificia, Eusebio magna fides habenda, ut infra ostendemus.* Hi sint omnium instar, ne nostrates referam. Hinc nonnemo; Spanhemium probare quidem, non *sub Claudio* fuisse Romæ Petrum, at non probare, quod *sub Nerone* Romam non venerit. Videamus quæ nobis præsidia fuerint, ne quidem *sub Nerone* eam profectioem contigisse. Primò enim si Romam delatus demùm sub Nerone, paucissimi anni supersunt Petrini Episcopatus; ni sub Vespasiano vel Tito velimus sublatum, quo ipso traditionis fundamenta convelluntur. Quanquam Baluzius; *Non longa annorum series, quibus Petrus fuerit Episcopus Romæ, Præmatum illius Ecclesie stabilivit, sed persona Petri, qui Cathedram ibi suam collocavit.* Sed postremum non minùs in quæstione est, nec de *Cathedrà* ibi *collocatâ*, à Petro tanquam *Romæ Episcopo*, & quidem solo, hoc ipso principatum in omnes Ecclesias *Romæ* largiente, verbum habet Lactantius. Deindè si credimus Eutychio Alexandrino, in Ecclesiæ istius *Originibus*, (quem magni aliàs faciunt, præter Arabes, & Guil. Tyrium in Prologo ad Hist. Belli Sacri, etiam Valesius, Ecchellenis, ne dicam, Seldenus, Salmasius; Pocockius, Hottingerus, alii) occisus est Petrus sub extrema Claudii, anno scil. *ante* a Passione Domini XXI. id est annis antè vulgarem

Hall. ad
Vir. Ign.
C. II.
T. I.
Col. 391.

Salon.
App.
P. 47.

D. R.
Pont.
L. II.
C. VI. 5.
Tertio.

Onuphri
I. c.

Eutyth.
Orig.
Alex. p.
XXXVII.
fine.

de

de Petri martyrio sententiam, minimum XIII. vel XIV. coronati secundum alios demum anno a Passione XXXIX. Nec abluat citatus ante Catalogus Pontific. qui Petri mortem conjicit in annum I. Neronis, XXV. annis a Passione Christi, quam idem ad XV. Tiberii refert. Præterea, in Apostolorum martyrio commemorando, vidimus Clementem disjungere Petrum a Paulo, hunc sub Nerone passum referentem, & Romæ quidem, non istum, antea scilicet præmissum. Planè sic vetustissimus Auctor, quem ex Arundelianâ Biblioth. profert Patricius, tradidit, ut ex Justino & Irenæo, Paulum ἐφ' ὅλων ἔτεσι πέντε τοῖς ἀννῶν quinque excepisse martyrio Petrum. Porro sub Nerone, anno ejus omnino IV. vel V. aliis etiam serius, datam esse Paulinam ad Romanos, supra visum est, atque invictis rationibus demonstratum, ne tùm Romæ fuisse Petrum. Sed nec Romæ hunc præsentem, quum Neronis fortè VII. vel secundum Usserium Neronis IK. Chr. LXIII. Paulus in Urbem primùm intulisset pedem, pariter ostensum, quemadmodum nec eo tempore quo Paulus Româ Epistolâ sex posteriores scripsit, ex antè demonstratis. Babylonem autem, undè Petrus, nihil minus quàm Romam esse, facti in Adversariis viri longè doctissimi, & eos inter Petrus de Marca in Concordiâ Imperii & Sacerdotii. Et postquam, Nerone Imperio jam admoto, Romana Ecclesia, ut vel ex Paulinâ ad Romanos constat, inter omnes alias coepisset eminare, cui & præsentiam suam addiderat Paulus, quam & copiosè instruxerat, quia causæ Petro Romam tùm ex Oriente molestissimis itineribus properandi? Undè etiam sunt incerta omnia quæ de Petro sub Nerone memorantur, mortis genus, tempus, successor, triumphus de Simone actus? Uti & illud, quod habet Lactantius L. IV. C. XXI. *Petrum & Paulum Romæ, cum multa alia mira, tum etiam hoc futurum esse dixerant, ut post breve tempus immitteret Regem qui expugnaret Judæos, & Civitates eorum solo aquaret &c.* & cætera omnia quæ sub Vespasiano & Tito contigerunt. Imò verò si Simonis causâ Romam concessurus fuit, ut plerique Veterum, Simon verò sublatus sit sub Claudio, ut ex Eusebio contendit quoque Henr. Valeſius, quid Neronis tempore iter istud aggressum esse Petrum, nullo nobis idoneo teste persuadeamus? Et jam concidit illa causâ profectiois Romanæ Petri, tantâ consensione à veteribus & recentioribus assertâ.

XXIII. Ad superiora potissimum ista excipiuntur. Primò, fuisse sanè Hierosolymis Petrum, tempore Synodi sub Claudio habitæ; sed eò Româ profectum, occasione Edicti Imperatorii, Judæos Urbe expellentis, juxtâ Onuphrium anno VII. Claudii, Baronio anno Claudii IX. Christi LI. Deindè, falsum esse, quod demum à Concilio Hierosolymitano Petrus Antiochiæ septennium sederit, Baronio hic mirè in Onuphrium, ut inaudita hætenus & nova statuentem, invecito. Igitur Petrum edicto Claudii semel Româ porsum, ad externas Urbis oras Evangelii prædicationem convertisse, & in his hætenus laborasse; ut nihil mirum sit fuisse adhuc absentem, quum ad Romanos Paulus scriberet. Itâ nec sub Nerone continuo egisse aut substituisse Romæ Petrum, sed indè rursus quasi per totam Europam profectum, tandem ultimo anno Neronis reversum, ut Onuphrius, vel anno Neronis XII. ut Baronius, *Petro & Paulo tùm diversis orbis partibus Romam se conferentibus, ut colabantem sanè Ecclesiam instaurarent.* Hæc præcipuarum, post superiores, exceptionum summa est.

XXIV. Et primò ista omnia nullo in Antiquis teste; uno Metaphrastâ referente, Petrum Româ recessisse, indè navigaturum Cæthaginem, tùm Alexandriam, Marco hic constituto Episcopo. Rectè autem Baronius, si qua tamen fides adhibenda est illi, sine majorum auctoritate loquenti, & res ipsa lo-

quitur. Quin Marcum non primùm à Claudii Edicto præfectum Alexandrinæ Ecclesiæ fuisse, sed indè ab anno Claudii II. refert Eusebius in Chronico, & quotquot secuti Eusebium; in Chronico autem Alexandrino, indè ab anno Caji Caligulæ III. uti & apud Georgium Syncellum; aut in Græcorum Ritualibus, in Marci Feste, & apud Nicephorum Callisti, jam sub Tiberio prædicasse in Ægypto traditur Marcus, vanissime quidem, ut alibi demonstramus. Secundò, Româ discessisse Petrum ob Claudii edictum titubanter modò Baronius; nisi (inquit) alia aliqua occasio eum indè abduxerit. Et quàm parùm is à grege suo secessus, ad Edictum Principis, Petrum decuerit, monuimus supra. Quam etiam à Petro invidiam amolitur Leo Romanus Sermone I. in Natale Apost. sapius ab Adversariis laudato; *Vincebas materiam formidinis vis amoris; nec asstimabas terrori cedendum; diu horum saluti consulis, quos susceperas diligendas.* Hinc nec aliis in eo grege Baronii assertio placuit. Videntur enim, si demum anno Claudii IX. discessisset Româ Petrus, vix potuisse interesse Concilio Hierosolymitano, juxtâ ipsius Baronii calculum. Hoc enim quatuordecim annis fatetur celebratum à conversione Pauli, quam refert idem in Annum Christi XXXVI. Januarii XXV. Tiberii XX. Inde verò ad Claudii IX. aliquâ jam parte lapsum, intervallum est quindecim & amplius annorum, decimosexto labente. Undè non sibi constat Purpuratus, & hac de re pluribus Nicol. Vedelius libris de Utroque Petri Episcopatu. Hinc etiam Bened. Justinianus Jesuita: *Igitur aliam fortè ob causam Româ discesserat.* Aded omnia Romæ incerta & precaria sunt, ubi ad primas rerum origines, à quibus cætera pendent, assurgitur. Tertio, nec desuere in Veteribus, eos inter Auctor Chronici Alexandrini, scribens sub Heraclio, qui probè intelligerent hæsisse in Palæstinâ Petrum, usque ad Concilium illud Apostolicum, à quo demum Romam profectus sit, nec alieno Valeſio Doctissimo in Notis ad Eusebium. Ut quæ præmittuntur ei Synodo itinera, è Palæstinâ Antiochiam, hinc Romam, Româ rursus in Orientem, indè iterum Romam; quin etiam itinerum occasiones, causæ, nitantur solâ affirmantium fiduciâ. Nec stant firmiore talo quæ, post hos omnes, Papebrochius *Comatibus Chronico-Hist.* in Propylæo sanctorum Maji; *Petrum quidem Romam venisse 2. anno Claudii,* (quæ res Eusebium decepit) *sed prævalente apud Imperatorem gratiâ Simonis Magi, &c. mox rediisse in Syriam, ibique mansisse quoad divino admonitu (si Metaphrastâ credimus) vel suâ propriâ sponte Romam revertit.... Itaque opinari volo sub initium anni 50. Romam advolasse Apostolum, & mense Januario ibidem Cathedralam sibi, & Successoribus suis, constituisse.* Quot precariæ hypothefes? 1. Venisse Petrum Romam anno 2. Claudii, quod antè everſum §. xax. &c. & pluribus à Valeſio, Pagio &c. confutatum est. 2. Prævalente Simonis Magi gratiâ apud Imperatorem, rediisse in Syriam; nullo hujus apud Claudium gratiæ Simonis, aut prævalentiæ, aut Petrini Româ excessus, idoneo teste. 3. Petrum spontè Romam revertisse, vel etiam divinitus admonitum, si fides Metaphrastæ, quæ utique nulla est. 4. Eundem sub initium anni 50. Januario mense, Romam advolasse, ibique constituisse Cathedralam, sibi, & successoribus Romanis Pontificibus. Quæ omnia vanissima deprehenduntur, annus, mensis, iterata advolatio Petrina, constitutio Cathedralæ Episcopatus universalis, successorum designatio. Est annus ille 50. Christi fuit Claudii Imperat. circiter x. quo tempore Petrum, & adhuc postea, in Palæstinâ & Syriâ egisse, vidimus supra, & consentiunt hodiè doctissimi Pontificiorum. XXV. Nec tanti jam est auctoritas Lactantii, qua-

Vide Dissert. nostr. de Convers. Pauli.

Part. II. L. VI. C. I. Rom. I. 8. XV. 29. 24.

Not. in L. II. Euseb. C. XV.

Baron. ad A. LI. N. III.

Ad A. XXXIX. N. XII. &c. Ad LVIII. N. LI.

Onuphr. l. c. Baron. ad A. LXVIII. N. I.

Metaphr. d. 29. Jan.

Bar. ad A. LI. N. III.

In Claud. In Casp. V. Seld. in Eutych. Orig. N. 1. Niceph. L. II. C. XXIII. Num. IX.

Bar. ad A. XXXVI. N. I.

Just. Comm. in Ep. ad Gal. II. 1.

In L. II. C. XVI. P. 34.

9. XXI. &c seq.

1 Pet. 1. 2. 12. 23. &c.

P. II. S. XVI.

De Succ. R. Episc. C. vi.

L. II. Hist.

Euseb. Hist. L. IV. C. K.

qualis nuper editus, sub Nerone Romam advenisse Petrum. Tacemus causas dubitandi superius assertas, nec dubitandi tantum; unde constans silentium Paulinarum, quas Romam scripsit Nerone imperante, seu intra illam *διετησαν* de qua Lucas in Actis Apost. ut sunt Epistolae ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Philemonem, seu in posterioribus vinculis, ut est certe posterior ad Timotheum, & conyenit ferè inter omnes. Dein hic simpliciter, Nerone imperante, anno nullo Neronis expresso; Eusebius verò *εὐχρονος*, sub Claudio, anno pariter tacito; ut & temporis hujus adventus nullum characterem expresserunt Irenaeus, Dionysius Corinth. Cajus Presbyter, reliqui. Hinc alii sub initia Neronis; alii sub extrema Romam delatum. Tùm quæ addit Lactantius, fidem elevant hujus testimonii. Petrum ait, *editis quibusdam miraculis multos convertisse ad justitiam*. Quæ sint illa miracula, tacet cùm hic, tùm reliqui; & planum est respexisse ad fabulas Pseudo-Clementis, Arnobii, & aliorum, de Simone Mago, de hujus terrifico Cane, de infelici Simonis volatu, & si quæ alia jam secundo & tertio Seculo, tùm de Petro, tùm de Apostolis cæteris, admisit credula nimis vetustas. Et per illa miracula, potiùs quam per efficaciam Evangelicæ doctrinæ, & Verbi Divini, ac Spiritûs S. ut aliàs Petrus, dicitur innumeram hominum multitudinem convertisse ad justitiam. Ad hæc, delata hæc de Petro ad Neronem fuisse dicit, antè excitatam ab eo persecutionem in Christianos, & hinc accensum fuisse in servos Dei religione Idolorum. In quo fortè Pseudo-Hegesippum, Orosium, Theodorum Metochitam, Metaphrastem, similes adstipulantes habet, nullum probatæ fidei Historicum, nedum Tacitum, Suetonium, Dionem. Cum Petri etiam adventus, & miraculorum, & factarum per eum conversionum, tantum meminit; nihil de Pauli sub Nerone intra Urbem prædicatione, laboribus, certaminibus, liberatione miraculosa, reditu in Urbem, quam tandem Martyrium excepit? Longè aliter præter Lucam, Clemens Rom. ut visum, & Irenaeus, Eusebius, Epiphanius, qui Paulum non minùs fundatorem Rom. Ecclesiæ, imò Episcopum, ut quoque censet Pearsonus, referunt, & cujus fama, & conversiones factæ, ad domum Caesaris se extenderunt, in cujus Palatio erexisse Ecclesiam, tradit Hieronymus. Sed scripsit Firmianus eâ ætate, quâ jam Romæ unum Petrum, principem scil. Apostolorum, fundatorem, & Episcopum Romani jactitabant; hinc Sulpicius Severus, *Petro ibi Episcopatum gerente*. Eiusdem ferè commatis illa; *Neronem omnium primum persecutum esse Dei servos*. Quanquàm antè persecutionem passi, Stephanus, Jacobus Zebedæi, Petrus ipse, alii Apostolorum *συνεργοί*, vel ex Martyrologiis. Ita quæ de Petro cruce affixo, manifestam originem habent ex Joh. XXI. 19. nec quisquam antè Origenem, teste Eusebio, tradidisse legitur, si excipis Pseudo-Linum. Et hæc quidem, supponendo illa verba esse verè Lactantii, non verò in ejus textum inserta, aut certè interpolata. Si enim Lactantii ætate Romæ constabat, ut constituisse necesse est quo hæc tempore scriberet, sub Nerone demùm Romam advenisse Petrum; mirum est Eusebium, qui posterior nonnihil Lactantio, & Hieronymum, qui hujus Libelli meminit de *Mortibus Persecutorum*, Petrinum adventum ad Claudii tempora retulisse, & quidem ità ut xxv. annos Urbis ejus Episcopus perseverarit? Hinc sanè quæ sit Eusebii & Hieronymi hæc in re auctoritas liquet; vel quàm varia tùm & fluxa fuerit de Petro ea traditio.

XXVI. Eiusdem sunt farinae reliqua. Onuphrio Antiochenum Episcopatum, septemmem quidem, post habitam Synodum, Petro tribuenti, neque nos assurgimus, & per nos vapulet Annalium scriptori. Quanquàm ex falsâ hypothese ratiocinatur Baronius, jam scilicet antea erexisse Antiochiæ Cathedram Petrum, indè ab anno Christi xxxix. Caligulae i. sexennio antè Italicum iter. In cujus suppositionis vanitate demonstrandâ multus est Clariss. Vedelius, & in Jesuitis Petrus Halloixius, nec actum agimus. Supponit pari fide Baronius, Petrum post habitam Synodum Orbem tanquam Vicarium Christi peragrassè, & in constituendâ re Christianâ, cùm in Oriente tùm in Occidente, ità laborasse; ut tempore scriptæ Paulinæ ad Romanos abesse adhuc Româ potuerit. Et quò iverit Petrus, discendum fuerat ex Simeone Metaphrastâ, sæculi x. vel xi. scriptore, cujus pudet quandoque Baronium. In extremo autem Occidente, & inter divisos toto orbe Britannos egisse, idem suspicatur Baronius. Quin sic absens adhuc Româ fuisset Petrus, quum functus dudum esset fati Claudii, sublata aded absentiae causâ, siquidem sub Nerone Epistolam ad Romanos à Paulo consignatam haud diffitetur Cæsar, imò planè constare ait, Notis ad Martyrologium. Et quam variis argumentis constaret haud fuisse Romæ Petrum, quo tempore Paulus diversas Româ Epistolas transmitteret, hinc, novo commento excogitato, fingendus denuò Petrus Urbe egressus, & emensus vasta marium ac terrarum spatia, rediturus circiter ultimo Neronis. Miseram interea Romanorum Ecclesiam, dùm Pastore tanto destituta, & penè lapsa, fatente Baronio, sævientem tyrannum experiretur, grassante in Christianos, ac cumprimis Romæ, persecutione indè ab anno Neronis x. Si verò Baronium testem rogas earum Petri cursitationum, vel supponentem eas audaciùs Perronium, nullum omninò proferunt, nec horum est quicquam apud Veteres, qui sint *ἀξιόπιστοι*. Nondùm enim visum fuit Annalium scriptori Dextri Chronicon, quod sub Flavii Lucii, Præfecti Prætorio (cui Hieronymus suum de Ecclesiasticis Scriptor. Commentarium inscripsit) inclyto nomine, primi venditarunt Theologi duo Societatis, & Commentario auxit Franciscus Bivarius. Hic enim Chronographus ad A. Chr. LXVI. *Hoc eodem anno SS. Apostoli Petrus & Paulus ex longissimis peregrinationibus Romam redierunt*. Sed Chronici illius pellucet quaquaversum fucus. Et eiusdem farinae sunt quæ in eodem Chronico, ex Simeone Metaphr. & nugivendulis, ad A. Christi L. legas. 1. *Petrus ut Christi Vicarius Hispanias adiit*. 2. *Imagines Antiochiæ delatas adfert*, miraculosam scilicet imaginem B. Virginis de *Atocha* (id est *Antiochiâ*) Madriti cultam. 3. *Epanetum Sexisfirmi in Baticâ reliquit Episcopum. Multis eum comitantibus, Marcello Eugenio &c. Hinc ad Africam & Egyptum migrat*. Sed & Anonymus, quem refert Patricius Junius, Notis ad Clementem Rom. habet, Petrum Neronis *δουλοῦ* ad p. 8. *ἔτι anno duodecimo reversum fuisse Romam*. Quum Ep. Clem. tamen idem Auctor Petri martyrium toto quinquennio, *ἰσὶ ὅλοις ἔτεσι πέντε*, antè faciat neci Pauli, sub Nerone usque sublatis. Ut vel hinc prioris asserti vanitas intelligatur. Sed de Petri Britannico, Hispanico, aliisque itineribus, aliàs est dicendi locus.

Qualiacunque volas Roma tibi somnia vendent.
Nobis nunc ad primos traditionis fontes, primos Testes, & ea documenta quæ toti imposuere Antiquitati, pro instituti nostri ratione, pergendum erit.

Ved. de Urr. Ep. L. II. C. X. XI. III. Hall. in Vir. Ign. l. c.

Bar. ad A. LVIII. N. LX.

Jan. 18. de Priscel.

Edit. Bivar. P. 100.

Ad p. 8. Ep. Clem.

PARS TERTIA.

Quâ Traditionis Primi Testes ac Præsidia
potissima diligentius expenduntur
ἀνακευασίως.

BREVARIUM.

Summa tractandorum. Baronii, Allatii, Echellenfis, H. Valesii, generalis probatio. Testes primi & qui præcipue attendendi. De Testimonio ex Epist. Ignatii. De testibus quibusdam Apocryphis. De Justino Mart. & Hegesippo. Primum testimonium Papiæ. Quid in eo desideretur. Auctoritas ejusdem Papiæ quædam. Fabula quædam Papiæ. De Filiabus Philippi Apostoli. Traditio alia de Matthæi Evang. ex Hebræo variè reddita. Papiæ & Clementis Traditio de Evangelio Marci. Marcum Roma scripsisse, ubi Petrus, non dici à Papiæ. Traditionis præterea hujus vanitas ostensa. Marci duo. Evangelista in Egypto, non Roma. Grotii præcaria conjectura ad locum Irenæi. Epiphanius pugnant cum Papiæ. Marcum an Latine scripserit? Quid lingua Romana? Origo tradit. hujus de Marco. Conclusio ex præcedentibus. Clementis Alex. testimonium auctoritatis quædam? Clementis Alex. credulitas, errores historici. De testimonio Irenæi. Tempus quando scripsit Irenæus. Irenæi varia ab Adversariis rejecta. Testimonium Irenæi expensum, & retortum. Ab Irenæo & Patribus recedere Latinos. Incidenter de Paulo à dextris Petri collocato. Romanam Ecclesiam non fundatam à Petro. Testimonium Dionysii Corinthiorum Ep. Auctoritas qualis. Unde traditio illa tempore Dionysii? Caji Romani Testimonium. Infirmatum id ipsum. De Petri sepultura & novissimis. Alia ad Caji testim. observata. Testimonium Tertulliani. Variè evertatum. Credulitatem Tertulliani alia exempla. Unde habuerit illa Tertullianus? Origenis testimonium excussum. Origenis aitate res credita, & novis fabulis aucta.

Confecimus hætenus invictis argumentis, non modò nulla esse vestigia primo sæculo Petrinæ in urbem Romam protectionis, seu in Apostolicis Literis, seu extrâ easdem, sed & omnia protectioni illi esse adversa quàm maximè; factâ scilicet inductione, & officiis exceptionum, verborumque præstigiis, quibus ora sublinunt Onuphrius, Baronius, Perronius, Allatius, recentiores, ipsâ veritatis luce discussis. Nunc referandi primi hujus Traditionis fontes, tempus advertendum, testes audiendi, dicta ponderanda, causæ investigandæ, quibus effectum est, ut hæc primùm opinio irreperet, tum & altas in omnium animis inde à Sæculo II. & III. radices ageret. Ad dub omnia revocamus. I. Ad examen Testim., qui primi eam rem Orbi Christiano propinarunt. II. Ad investigationem Causarum, vel Occasionum, quibus, ut hoc ipsum seu traderent seu crederent, fuere inducti.

II. De rei testibus ita Baronius ad Annum Christi XLIV. Sicut & de ejusdem Petri Romam adventu eadem omnes ferè verum Ecclesiasticarum veteres Scriptores & confirmarunt, & perpetuis monumentis decorarunt; ut Irenæus, Tertullianus, Hippolytus, Cyprianus, Arnobius, Lactantius, Optatus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Severus, Prudentius, Philastrius, Orosius, Proffer, Maximus Taurinensis, Petrus Chrysologus, Avitus, ac ceteri Latinorum, qui de rebus Ecclesiasticis commentarios edidit: ex Græcis verò Papius, Cajus, Dionysius Corinthiorum, Petrus Alexandrinus, Eusebius, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Sozomenus, & ceteri juniores. Ac demique, ne in re toto cælo perspicua laboremus, id ipsum S. S. Oecumenica Synodi, idem etiam Romani Pontif. suis Epistolis, Imperatores suis Edictis &c. Leo Allatius de Perpetuâ Con-

sensione hos inducit testes: Examineur quod de adventu Romam Divi Petri dixerunt Irenæus Lib. III. C. I. Tertullianus de Præscriptionibus; Cyprianus de Unitate Ecclesiæ, & alibi; Arnobius adversus Gentes; Lactantius Lib. IV. Cajus; Dionysius, Petrus Alexandr. apud Eusebium. Quid præterea dixerint Ambrosius, Augustinus, Orosius, Proffer, Philastrius, Maximus, Optatus Milevitanus, Petrus Chrysologus & alii ex Latinis. Ex Græcis Athanasius Apolog. de fugâ suâ, Chrysostomus, Cyrillus Alex. Theodoretus, Sozomenus, Metaphrastes, Xanthopulus. Quos omnes in hoc negotio mentitos fuisse, præter factum manifestum, demonissimum quoque est. Abrahamus Ecchellenfis, Maronita, adversus Joh. Seldeni Origines, præmissis testimoniis Orientalium, quorum vetustissima, si genuina modò, fuerint quartæ demum ætatis, subjungit; His omnibus consonant Patres omnes tam Græci quàm Latini. Mox audiri vult, quos locat ordine præpostero, parumque respondente ætati nonnullorum, Eusebium, Egesippum Historicum, Irenæum, Origenem, Tertullianum, Ignatium Tertulliano majorem, Cyprianum, Lactantium, Aurelium Prudentium, ac permultos alios. Sed omnium instar fuerit Henricus Valesius, eruditione, judicio, candore; καὶ ἄν ἀντάξιον ἔδωκεν, qui in suis ad Eusebium notis hæc habet: Atqui nihil in totâ Historiâ Ecclesiasticâ illustrius, nihil certius atque testatius, quàm adventum Petri Apostoli in urbem Romam. Nam præter Papiam & Clementem Alexandrinum, quorum testimonia hic affert Eusebius, idem scribit Dionysius Corinthiorum Episcopus, in Epistolâ ad Soterem Episcopum Urbis Romæ, Irenæus, Cajus Presbyter in Disputatione adversus Proclum, Origenes in Tomo III. Explanationum in Genesim. Quorum omnium loca, id quod dixi affirmant, sparsim in hoc Opere citata reperiet diligens Lector. Hæc illi, post eos qui de Petri in Urbem adventu ex professo scripsere, quales Johannes Cochlæus, Onuphrius Panvinius, & in Purpuratorum ordine Guil. Sirdetus, Greg. Cortesius, Rob. Bellarminus, Jac. Perronius &c. hoc uno videlicet tuti, suffragio totius Antiquitatis.

III. Quoniam verò usu venit, ut posteriores testes scribant priorum fide, & ipse in hoc argumento Eusebius, & ex eo Valesius, quicquid hujus traditionis est refundant in actores Papiam, Dionysium, Clementem Alex. Cajum, Origenem, ita ad institutum nostrum satis fuerit, primos accessisse fontes, audivisse hos primos rei testes, atque expendisse diligentius eorundem dicta, fidem, auctoritatem, denique vel tradendi vel credendi causas. Et prudenter quidem Doctissimus Valesius testem nullum antiquiorem profert Papiæ Hierapolitano; quem ordine excipiunt seu Irenæus Lugdunensis, seu Dionysius Corinthiorum Episcopus, tum Clement Alexandrinus, & suppar ætate, Cajus Romanus; tandemque Tertullianus, & Origenes. His testibus, qui rem deinceps transmisere ad Cyprianum, Arnobium, Lactantium, Eusebium, reliquos, stat causa universa.

IV. Anteriorem fanè his Ignatium Antiochenum profert quoque Ecchellenfis, ex Epistolâ quam Smyrnâ dedit ad Romanos, in cujus ferè medio hæc leguntur, ex castigatissimis editionibus Usserii & Vossii: Οὐχ ὡς Πέτρος & Παῦλος ἀποστόλοι ἐμὴν ἐκείνοι Ἀπόστολοι Ἰησοῦ, ἐγὼ δὲ ἐλάχις. Non ut Petrus & Paulus præcipio vobis; Illi Apostoli, ego condempnatus, ita Versio vetus. Et hinc quoque conficit Pearsonus de Success. Cap. VII. Petrum non minùs quàm Paulum Romæ Evangelium predicasse. Nec fugit nos haberi hanc inter Ignatianas ferè primam, ex quâ Irenæus excerpisse creditur insignem eam sententiam, quam & refert ex Irenæo Eusebius, & habet Epistola hodierna: Frumentum sum Dei, & per dentes ferarum molor, ut panis Dei panis inveniar. Neque etiam in arenam descendimus adversus Re-

De Prim.
Papæ,
Parte II.
C. XXIV.
per tot.

In L. I.
C. XV.

Iren. I.
C. XXVII.
Euseb.
Hist.
L. III.
C. XXXVI.

T. I.
Annal.
N. XXV.

L. I.
C. II.
N. VII.

Pearf. Vindic. P. I. C. VI. P. II. C. IX.

Dall. de Ep. Ign. C. XVIIII. & XXXIII.

Act. XI. 26. Edit. Voff. P. 150.

Edit. Voff. P. 178.

De Rom. Pont. L. II. C. v. §. postremo.

verendiss. Præfulem, Johannem Pearsonum, pari & acumine & eruditione hanc Epistolam Ignatio vindicantem, ac contendentem multis, sententiam illam priorem decerptam omnino esse ex eâ Epistolâ ab Irenæo, non verò fando tantum acceptam ex dicto quodam Ignatiano, quod inauere videntur verba Irenæi. Quamvis idem Præful concedat aliàs, non illicò ex *Scriptis* allegari dicta bene multa apud Ignatium, Barnabam, Clementem utrumque, postea Origenem, Epiphanium, quæ referunt isti tanquam prolata à Christo, vel ab Apostolis; sed habuisse id genus multa ex traditione; undèarget Patrum istorum voces, *ἔτα φησὶν, ἔτος ἔπον, sic dixit*, planè ut Irenæus, *Quemadmodum quidam e nostris dixit*. Adeò verò cujusvis potius quam Ignatii esse eam Epistolam ad Romanos censuit Joh. Dallæus, post Salmasios, Blondellos, aliosque, ut multa in eâ *juveniliter, leviter, pavidè, inscitè, imprudenter, parumque vel piè vel modeste scripta*, fortiter sustinuerit. Id saltem ex Dallæanâ disquisitione, & ex mutuo illo summorum Virorum conflictu liquet, esse rationes oppidò graves saltem eâ de Epistolâ dubitandi. Hinc pro Petrinâ inter Romanos præsentia Ignatium testem, ut quidem in aliis, nullus adduxit Eusebius, qui Papiam ut omnium primum, hinc Dionysium, Clementem, Cajum. Sed nec Baronius supra, nec Allatius, nec Valefius, ad Ignatium hac in causâ provocant, recensendum tamen primo loco, si genuinus est, seu ob vetulitatem, seu ob necessitudinem cum Petro. Quin idem ille Ignatius est, in cujus genuinis Epistolis censetur pariter illa ad Magnesios, Eusebio quoque memorata & Hieronymo. In hac verò scribitur inter cætera, Antiochiæ primùm acquisivisse discipulos *Christianum* nomen, *Παύλου ἡ Πέτρους Θεμελιῶντων ἡ ἐκκλησίαν*, Petro & Paulo fundantibus eam Ecclesiam. Quod de Petro, Antiochiam seriùs delato, ac dudum post fundatam inibi Ecclesiam, falsissimum esse, ex Actis Apostolicis, quin ex Onuphrio, & Halloixio Jesuitâ, supra demonstratum est. Eisdem Ignatio, pari cum Epistolâ ad Romanos serie, tributa illa quæ est ad Philadelphenses, in quâ Paulus inter eos refertur qui *γάμοις περιωμιλάσασθαι, nuptiis fuere sociati*, invito jam ipso Paulo, ne dicam invitis Baronio, Bellarmino, omnibus. Quod si interpolatæ in his aliisque plurimis Epistolæ istæ censeantur, ibi *Petri* hinc *Pauli* nominibus perperam insertis, quidni & interpolari potuit quæ est ad Romanos, & *Petri* nomen ex natâ deinceps traditione temerè adjici illi Pauli, qui certè Paulus *præcepisset* Romanis, cum scriptâ Epistolâ, tum vivâ institutione. Undè qui *sex* Ignatianis cæteroquin favit Uferius Armachanus, nullas tamen censuit *ἀπαργαζήτους*, & omni ex parte genuinas. Sed demus tandem Ignatii esse superiores ad Romanos voces, quid tum postea? *Non*, inquit ille, *sicut Petrus & Paulus præcipio vobis*; Ergò, inferente Bellarmino, videtur alludere ad passionem Petri & Pauli qua paulo ante Româ contigerat! Itâ Pearsonus de Success. p. 33. quid apertius? Certè Chrysostomus hunc locum respexisse videtur, cum de Româ ait; *Πέτρος ἡ Παῦλος ἐκεῖ ἐθόθησαν*. Bona verba! Respicit ad Apostolicam auctoritatem, quâ præcipere solent Petrus, Paulus, antesignani in hoc ordine, & maxime in Apostolis inelyti, cum primis in Epistolis Θεοπνεύστοις. Hac se instructum, dum ad Romanos scriberet, negat Ignatius, multis partibus inferior Apostolis. Petrum verò præcepisse ipsis speciatim Romanis, aut præcepisse coram, aut inter Romanos passum, nec dixit nec voluit Ignatius. Et pari ratione scripsisse potuit; *non sicut Christus, non sicut Apostoli, præcipio vobis*; quos hinc Romæ fuisse omnes absurdè colligeres. Chrysostomum verò eò respexisse, precarium est, quum nec Ignatius ibi quicquam de Sacrificio vel morte Petri.

V. Antiores quoque Eusebianis testibus, ac coævos Petro, *Marcellum, Linum, Clementem*, non defuere qui in medio sisterent, fidem facturos Petrinæ in Urbe præsentia; illum quidem in Historiâ de Conflictu Petri & Simonis, istum in libro de Passione Petri & Pauli, hunc in Constitutionum ac Recognitionum Libris, & apud Pseudo-Isidorum, Itâ citat Pearson de Success. p. 33. 34. τὸ Κήρυγμα Πέτρους, tanquam non longe post incitum secundæ sæculi scriptum, quia Clemens Al. L. vi. Strom. *Librum sæpe citat*. At in illo opere de Petro traditum, probat ex Lactantio L. iv. C. XXI. qui tamen Libri istius non meminit Lactantius, sed quod *Petri & Pauli prædicatio in memoriam scripta permansit*. Sed produnt veriùs causam fabularum natiæ, & scriptionum ac narrationum apocrypha, quas inter illud κήρυγμα Πέτρους, quod Impostoribus & Hæreticis adscribit ipse Dodwellus circa tempora Irenæi, Dissert. vi. de scriptis Irenæi. Puduit & Baronium, ac quoquoque in Adversariis verecundiùs rem hanc tractarunt. Quin & hypothèsibus Pontificiis sunt adversa in istis non pauca, cum primis in *Pseudo-Clemente*. Ut sunt ex. gr. Clementem à Petro institutum successorem; Romanam Ecclesiam à Barnabâ fundatam; Romæ collectam jam Ecclesiam, quum Simon Magus eam pervertere conaretur, cui oppugnando Petrus in Urbem concesserit; & quæ id genus alia. Ac ipse nuper Franciscus Maria Florentinus, qui *Marcelli*, Simonis primùm dein Petri discipuli, Historiam, ex Passionali vetere, ante quingentos annos descripto, integram exhibuit, continentem scilicet *plura veritati consona, ac non proferens rejiciendam*, falsus tamen est, non asserere se hanc Historiam certissima fidei. Nempè hinc inter alia legas, ut delato in Urbem Paulo Petrum Judæi coram isto accusarint; ut ad Paulum Petrus accesserit; ut dein uxorem Neronis Lybiam, & aliam Agrippæ Præfecti converterit; ut Simon adversus Petrum surrexerit, à suis quidem Deus, à Nerone etiam Dei Filius habitus; ut Apostolum utrumque apud Cæsarem reos peregerit; ut hi coram Cæsare causam dixerint; ut ad literas Pilati, missas ad Claudium Cæsarem, in Christi causâ iidem provocarint; ut varios cum iis sermones Nero miscuerit; ut cum Simone coram Imperatore congressi sint; ut Magus turrim excelsam in Campo Martio, undè in cælum tolleretur ad Patrem, strui postularit; ut annuerit Nero, & die indicto ad spectaculum Romam omnem invitarit; ut tandem Petrus raptum in sublime Simonem, fufis precibus, & adjurato Dæmone, præcipitem dederit, in quatuor partes fractum, undè quatuor filices in rei documentum; ut hinc irâ percitus Nero Apostolum utrumque ad supplicium rapi jufferit; ut eorum corpora custodita sint anno uno & mensibus VII. in loco qui dicitur *Catantumba*, viâ Appiâ, tertio ab Urbe lapide, donec superbis illa tumulis conderentur. Itâ fallacia alia aliam trudit, fabula fabulam, & tanta vecordia innata cuiquam fiet, his ut fidem adhibeat? Sed in Apocryphis habenda esse superiora omnia, hæ tandem præfati Florentini voces testantur: *Perduelles* Ibid. quidam eò vesania devenerunt, ut contra omnem Antiquitatem, comprobantibus hoc ipsum; extra Apocryphos, *Justino, Irenæo, Hegesippo, Eusebio &c. Petrum Romæ unquam fuisse negaverint*. Ergò ad genuinos testes properamus, in quibus ille *Justinum* Martyrem nequicquam accenset nusquam Petrum Romæ inducentem, benè Simonem magum, sed insigni errore. Itâ nec *Hegesippum* ἡ γνήσιον, Irenæo æqualem, (cujus pauca supersunt apud Eusebium fragmenta, fabulosa quædam de Jacobo Apostolo, dubia alia de Judæ nepotibus, nihil verò de Petro Romæ versato) confundendum cum Latino Excelsi Hierosolymitani scriptore; *Pseudo-Egesippo*, (quem

Notis in Indic. Apostol. III. Kal. Jul. in Hist. Marcell.

P. 102.

Euseb. Hist. L. III. C. XXIII. L. XII. C. XX.

filias Virgines; obdormivisse has Hierapoli, à quibus Papias mirabilia quædam accepisset, ut mortuum suâ ætate suscitatum, & Barsabam, de quo Actorum i. lethale poculum sine læsione ebibisse. Atqui rectissimè Valefius, errorem subesse, & confudisse Philippum Evangelistam, cui filix quatuor Virgines, cum Philippo Apostolo. Præterea non Hierapoli sed Cæsareæ Palæstinæ has constanter habitasse Virgines, quarum cubacula ostenderentur ætate Hieronymi, hic ipse auctor est Epistolâ ad Eustochium. Et gratis Baronius, ut nodum expediat, vult utrique Philippo fuisse filias Virgines; Diacono & Apostolo, illas Cæsareæ, has Hierapoli commorantes. Quin supra modum grandævæ hæ fuerint Papiæ ætate, minimum sub Hadriano, ut quæ jam *πεφθιμένη*, quo tempore Paulus Cæsaream appelleret, Hierosolymam indè concessurus, ferè sub initia Neronis. Imò pridem antè obstrictæ illæ fuerant voto Virginitatis, si fides Hieronymo adversus Jovinianum, quin eadem *promissio virginis post crucem Christi*, Baronio interprete. Ne dicam memorata Papiæ miracula, ab his Virginitibus accepta, nescio quid redolere Papiæ credulitatis, verè *fabulis propiora*, iudice ipso Eusebio.

X. Porro huic uni Papiæ debetur ea traditio, quæ *Matthæum Hebraico scripsisse sermone* asseruit, addeute Papiâ, quod *ἡμετέρωθεν αὐτὸ οἰς ἡδυνάτο ἔλασθη, interpretatus est unusquisque illud ut potuit*. Ex Papiâ tradidit Irenæus, ex utroque Origenes, τὸ ἐν ἡμετέροις μῦθοις, prout ex traditione accepit, hinc idem reliqui, Eusebius, Athanasius, Epiphanius, Hieronymus &c. Nunc si Papiæ fides est, quæ obsecro Græci Codicis auctoritas, si Matthæi Hebræa quisque prout potuit interpretatus est? Quis factum ut Hebraicus ille & genuinus Matthæi codex nulli vetustiorum legatur usurpatus, aut qui tantoperè neglectus? Undè nec ad Hebraicam sed ad Græcam veritatem, in hoc quoque Evangelio recensendo, omnia exegerunt Origenes, ac ipse Hieronymus? Undè etiam quæ ex Evangelio κατ' Ἐβραῖος descripsit idem Papias, in eodem Eusebii loco, nempe *ἰσχυρὰν οὐδ' ἰσχυρὸς ὄντι πικρὰς ἀμαρτίας ἀγγελλοῦσθαι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, historiam de muliere qua multorum criminum coram Domino accusata est, nusquam in Græco textu apparent, nusquam reddita à Matthæi Interprete? Diversam enim historiam fuisse à Johannis illâ, ut quæ esset non ex Johanne, sed ex Evangelio secundum Hebræos deprompta, docet Eusebius. Ita quæ passim ex dicto Hebræorum Evangelio referunt Ignatius, Clemens Alex. Origenes, Hieronymus, alii, nunquam certè à Matthæo scripta fuere. Et qui scripsisset Matthæus *Hebræo sermone*, ut voluit ille Papias, cujus ferè perierat usus inter Judæos, vel Syriacæ deinceps ac Hierosolymitanæ dialecto assuetos, vel Græcæ aut Hellenisticæ? Quo magis scriberet in usum hominum vulgarium, hinc vulgari sermone, nec uni modò Genti, imitaturis exemplum Evangelistis reliquis. Sed hac de re pluribus, scriptis Dissertationibus, Gomarus noster, Johannes Lightfotius, Eruditi alii, qui argumentis penè invictis confecerunt vanissimam fuisse hanc traditionem Papiæ. Imposuit isti ergò Evangelium secundum Hebræos, & Nazaræorum de authentico penes se Evangelio obtentus, & Hebraici sermonis ignorantia. Quomodò factum postea est, ut Hieronymus, traditioni nimium tribuens, Hebraicam fortè Versiorem in Cæsariensi Bibliothecâ repositam pro Matthæi authentico faciliùs habuerit. Et pari errore Clementem Alex. Eusebium, Hieronymum, omnem Antiquitatem credidisse Epistolam ad Hebræos Hebraicè primùm conscriptam, est à nobis antè annos propè viginti demonstratum, in juve-*

nili Opere, quod non usque adeò displicuisse Eruditis cum alii testati, tunc nuper Matthæus Polus in Tomo postremo Synopsæ Criticorum.

XI. An veriùs de Marci Evangelio tradiderit nonnulla Papias, consentiens Clementi Alexandr. in eo loco in quo mentio Petri Romæ versati, penes æquos arbitros iudicium erit. Mihi sanè nunquam ego persuasi, quanquam in nostris Sam. Petitus: *Scripsit Marcus Evangelium Romæ, distans Petro*. Primò ajunt Papias & Clemens, Romanos non contentos Petrum audivisse *εἰσάκει* semel, accepisseque doctrinam auditione quam scriptam velent, accessisse ad Marcum *ἀκούων ὄντα τὸ Πέτρου ἀσέκλῳ* vel *comitem Petri*, nec antè virum dimisisse, aut fecisse rogandi finem, quàm hic faceret scripturionis. Deinde, Petrum cognovisse dicunt τὸ πρῶτον, scriptum nempe jam atque editum à Marco Evangelium, *ἀποκαλύψαντος αὐτῷ πνεύματος ἁγίου ἐκ revelatione Spiritus S. Rufus*, ut infra ex eodem Clemente Eusebius, *μήτε κολύσαι μήτε ἀποτρέψαι ἃ ποιοῦντο, quæ prohibuisse rem fieri, neque magnopere ut fieret incitasse*. Tandem Petrum *αὐτῶν τῶν χαρίων εἰς ἡλικίαν τοῖς Ἑκκλησιαστικῶν, αὐθεντικῶν suâ scriptum comprobasse, ut deinceps in Ecclesiis legatur*, vel in usum Ecclesiarum. Hæc illi.

XII. Principio loci illa circumstantia, Marcum tunc Romæ versatum cum Petro, & ad Romanorum factum instantiam esse, ut scriberet Marcus, Clementis Alex. verbis refertur ab Eusebio, non Papiæ illis. Et fortasse aliter rem expressisse Papiam, ipse Valefius observat in Librum vi. Eusebii. Eusebius quidem infra exhibet. Historicus verba ipsa Papiæ de Marco, quem sanè dicit *ἡμετέρωθεν Πέτρου ἰντροπρεπῶς Πέτρου*, & quæ à Petro audiverat, *ὅσα ἡμῶν μνήσκειν quantum memoriâ repetebat*, scripto mandasse, & id unum studuisse ne *in illis mentiretur*. At Romæ scripsisse Marcum, aut Romæ Petro adfuisse, nullus dicit eo in loco Papias, quicquid vulgò supponatur. Subjungit quidem Eusebius in priore loco, post expressum citatumque Papiam: *Porro Marci mentionem fieri ajunt à Petro in 1. Epistolâ, quam Romæ scriptam esse contendunt &c.* Et sanè Rufinus verba ea retulit ad Papiam: *qui hoc dicit*, scilicet Papias, *quod Petrus Marci meminisset*. Sed ingenuè Valefius, ut quandoque solet, verba hæc à prioribus sejungit, tanquam quæ aliorum essent, non verò Papiæ; *quod à Hieronymo*, inquit, *à Nicephoro ante nos fecisse deprehenditur*. Ut omninò non satis constet, an & qui de Petro tradiderit Papias, Romanis eum prædicasse. Sed fecerit quidem ille, implicita ea omnis traditio est illi de descriptione Marci. Hæc autem nescio quid *μυθικώτερον* & Papiæ sonat, certè nobis exigenda perpauca.

XIII. Romani scilicet non contenti semel audivisse Petrum, scripto consignari doctrinam exoptant. Atqui Petrus non ad dies paucos Romanis adfuturus, sed fixurus ibi Cathedram, si traditioni fides. Inducuntur porro Romani exorantes tandem Marcum *ἀκούων* Petri, sed clam ipso Petro, ut doctrinam ab hocce acceptam mandaret literis. Quidni verò Romani id ipsum à Petro contendunt, teste rerum omnium oculato, Christi Apostolo, Pastore suo, & qui scribendi quoque partes implere debuit, imò Romæ, ut volunt, Epistolas consignavit? Cur desiderium saltem suum Petro Romani illi non exponunt? Cur ab eo mandata ad Marcum haud precibus suis extorquent? Cur hunc clanculum fatigant votis? Aut cur hic rem & suscipit & perficit omnem Petro inconsulto, cujus de doctrinâ agebatur, deque iis quæ ad omnem Ecclesiæ ætatem, ac communem Christianorum ædificationem spectarent? Et quâ ratione ea concilies vel cum Athanasii ac Græcorum plerorumque sententiâ, scripsisse Marcum ex ore *disantis Petri*, vel cum illâ Epistolâ sine ph-

Valef. Not. in L. III. C. XXXI.
Hieron. Ep. xxvii. Baron. ad A. LVIII. Num. cxlii.
Ad. xxi. 9.
Adv. Jovin. L. I.
Euseb. L. III. C. XXXIX.
Iren. L. III. C. I.
Orig. T. I. Comm. in Matth. &c.
Loc. cit.
Joh. viii.
Gom. de diff. de Euang. Hebr. Matth. Lightf. in Matth. 1. 23.
De Auth. Ep. ad Hebr. P. III.

Euseb. Hist. L. II. C. XV. Vat. Lect. L. I. C. XII.
L. VI. C. XIV.
Valef. Not. ad L. VI. C. XIV. Euseb. L. III. C. XLII.
Athanas. Synops. in fine. pha-

Epiphan. phanii, scripsisse eundem sed *missum à S. Petro*, ut
 Hzr. LI. ex Comario reddit quoque Baronius? Quamquam
 Num. VI. Petavius Epiphaniï illa verba, *ἔπιπέπετο* Μάρκος τὸ
 Baron. ad *εὐαγγέλιον ἐκείνου*, jubetur Marcus scribere Evangelium,
 A. XLV. referat non ad jubentem Petrum, de quo tamen ibi
 N. XXXI. sentio, sed ad Spiritum S. Aut quid fiet de tradi-
 Petav. tione Alexandrinorum, apud Eutychium in Origi-
 Ani- nibus, Petrum ipsum scripsisse Marci Evangelium, li-
 madr. cet illud attribuerit Marco? *كتب بطرس في مصر*
 p. 88. Eutych. *الحول دون ان يكتب من قس* Scripsit Petrus,
 edit. Seld. *Apostolorum princeps, Evangelium Marci, cum Marco.*
 f. XXXVI. Unde & Petri Evangelium audit jam tempore Ter-
 C. v. talliani in iv. adversus Marcionem. Sed necdum
 fabulæ finis est. Jam scripserat Evangelium suum
 Marcus, jam erat negotium confectum, quum Pe-
 trus id commodum rescivit ex revelatione Spiritus S.
 Næ Marcum plus justo silentii tenacem, mirum
 ni & parietes arcani hujus conscios metuentem, ut
 absque revelatione Spiritus S. ignoraturus fuisset Pe-
 trus tam audax facinus! Quæ verò sequuntur, om-
 nem auctoritatem Scriptori *ἑπιπέπετο* abrogant.
 Quale istud est, Petrum nec prohibuisse edi hoc Evan-
 gelium, nec magnoperè ut ederetur incitasse, quod
 tamen jubente & affante Spiritu S. fuerat digestum,
 Cui accedit, fuisse idem Petri auctoritate comproban-
 dam, ut in Ecclesiis legeretur, quo scilicet pondus ad-
 deretur auctoritati Spiritus S. cujus Marcus amanu-
 ensis tantum. Adde Papiam illud, Marcum di-
 ligenter memoriam suam excussisse, *ne quid falsi affir-
 getet distis* Petri, *ἢ μὴ ψεύσασθαι τι ἐν αὐτοῖς*. Atqui
 securum eum præstabat si non afflatus Spiritus S.
 de quo nihil Papias, nec Clemens, saltem præsen-
 tia Petri, quem consulere & potuit & debuit Mar-
 cus. Quam hæc jam digna traditione Seniorum,
 vel Johannis Apostoli, ex quibus Papias habuisse
 ista putatur, uti ex Papiâ Clemens, & ex utroque
 Hieron. Hieronymus?

XIV. Quod verò Marcum Petri *ἀπόστολον* comi-
 tem dicit Clemens, & post eum Epiphanius, uti
 Petri discipulum & interpretem Papias, Irenæus, cæ-
 teri, nihil equidem intercedimus. Largimur etiam
 faciles, eundem esse posse Marcum Evangelistam
 eum eo Marco quem Petrus, Epistolâ priorè, vol-
 i Pet. v. eat *ἰδοὺ φίλον*, doctrinâ & institutione. Quamquam
 12. 13. non deesset ratio dubitandi, annon hic potius fue-
 rit Marcus ille cognomento, qui & Johannes, qui
 A. XXI. scribenti Petro accessit unâ cum Sylvano vel Sylâ,
 12. 24. proque ideis *Μάρκος* & *Sylas* simul adfuere Apostolis
 III. 43. Antiochiæ, hinc facillè Petri comes Marcus, quem
 &c. Paulus sibi comitem esse voluerat. Et qui Marcus
 A. XV. Evangelista fuisse. *Babylone*, sed ut volunt Romæ,
 37. 39. 40. quum scriberet inde Petrus, qui Marcus exinde à
 primordiis Claudii Imperii in Ægyptum se con-
 tulit, resturus ibi Ecclesias, nec dissentite Baro-
 Baron. ad nio? Hinc & vanitas Papias aut potius Clementis
 A. XLV. narrationis, Romæ scripsisse Marcum Evan-
 N. XV. gelium suum, præsentè ibi Petro. Atqui Eusebius,
 Chro. ejusque interpret Hieronymus in Chronico, tra-
 dunt Marcum anno Claudii II. in Ægypto & Ales-
 Claud. 12. xandria Christum annunciasse. Demonstratum verò
 supra fuit, vel ex consensione Doctiff. Valesii, ne
 Vale. (in) anno quidem Claudii IV. Petrum concedere adhuc
 I. 1. potuisse Romam, imò ne antè Concilium Hierosoly-
 Euseb. mitanum quidem eò fuisse profectum *Apostolis non un-
 C. XVI. te à se invicem disjunctis*, ut ex Chron. Alex. refert quo-
 Sectione que Valesius. Nec ex Ægypto postea Romam ivisse
 priore. Marcum, ut scilicet Petro se adjungeret *ἀπόστολον*,
 (prout deinceps *Acolythi* Episcoporum Romæ & ali-
 bi nati) somniavit quisquam, moraturum in Ægypto
 ad extrema fata. Et subolfecit hanc rem Dionysius
 Petavius, suis Animadversionibus in Epiphanius:
 Neutrurn horum dicit Epiphanius, aut Petri iussu, aut
 In Hzr. Roma scripsisse Marcum. Neutrurn etiam dixit Pa-
 Alog. ad pias in iis quæ citat Eusebius, licet addat Papiam
 Num. v.

εὐεπιπέπετο τῷ Κλεμένει. Hos verò quis con-
 ciliet cum Irenæo, omnium post Papiam antiquis-
 simo, qui disertè Marcum, ea quæ à Petro annun-
 ciata fuerant, præscripta tradidisse seu *ἑξαφως*, post
 Petri & Pauli excessum. Undè igitur Petro vel ju-
 bente, vel dictante, vel comprobante, & Romæ
 quidem? Hic Grotius duo coniectat. Primò in
 Græco Irenæi, *ἢ ἢ ἑξοδον*, non esse post excessum,
 sed post discessum Petri ac Pauli, ex urbe Româ sci-
 licet, profecto Petro in Babyloniam, Paulo in Hi-
 spanias. Secundò, intelligens hoc violentius, &
 orationem sic mirè ellipticam, nec quemquam Ve-
 terum discessum illum Petri ex Urbe memorare,
 & *ἑξοδον* plerumque esse excessum, pro *μετὰ τὴν ἑξο-
 δον* legendum hariolatur, *μετὰ τὴν ἑξοδον* post edi-
 tionem hujus, scil. Evangelii à Matthæo concrypti.
 Atque ita nihil non in contextum Veterum inferri
 poterit. Et primæ vetustatis esse Versionem Irenæi,
 adeò ut Erasmo imposuerit, ut etiam alii tribuerint
 vertenti sua Irenæo, cunctis notum est. Ingenuè
 magis Cæsar Baronius: *Irenæo sanè omnes merito ad-
 versantur*. At cur Clementi Alex. potior habenda
 fides, de tempore & loco referenti, quo scripsit
 Evangelium suum Marcus, quàm vel supra Eusebio,
 vel nunc Irenæo Clemente vetustiori, & Papiæ fe-
 rè æquali? Laudatur Irenæus, si Petrum Romæ fu-
 isse dicat, culpatur, si non Marcum Romæ scrip-
 sisse, comprobante Petro.

XV. Adde contradictionem aliam inter Papiam
 de hoc Marco referentem, & Epiphanius, alios-
 que. Si Papiæ fides, Marcus *ἦτο ἡμερῶν ἡ Κρῆς*,
 ἢτα παρμαλοῦθῆσεν αὐτῷ, neque ipse Dominum audive-
 rat, neque sectatus fuerat unquam. Si Epiphanius cre-
 didimus, fuit *ἐν τῷ ἑβδμήκοντῳ δὲο, ἡμῶν ε LXXII. Di-*
 scipulis, qui Dominum & viderant & audiverant.
 Hinc negat Petavius *damnandam esse sententiam Epi-*
 phanii, *et si dissentiat Papias apud Eusebium*; tam exi-
 gua nunc est Papiæ apud Loyolitam auctoritas, ut
 erat supra apud Baronium. Tandem peræque ve-
 rum, adfuisse Romæ Marcum Apostolorum principi
 Petro, ibique scripsisse, quàm verum istud alterum,
 scripsisse Latinè, quod adstruere ex Veteribus cona-
 tur Baronius, doctioribus invitis, & ipso Hiero-
 nymo. Imò linguam Romanam quâ scripsit Marcus,
 apud Eutychium Alexandrinum, *العرومية* etiam
 ex Arabum usu, ut & Byzantinorum illo, de Græ-
 cæ accipi, monitum Eruditis est, ex quo Constanti-
 nopolis dicta *Novæ Roma*, *Orientalis Roma*, & *Ro-*
 mania nomen quàm latissimè patuit. Nam & Græ-
 cia *Romæ* dicitur, Græci *Ρωμαῖος*, Byzantini Im-
 perat. *Romani*: Sic Historia Græcorum *Romana*, &
 Thracia etiam *Romania* appellantur. Nec dubium
 quin hic error, de scriptione Marci Latinâ, pro-
 fluxerit ex traditione illâ Clementis, ac postea Hie-
 ronymi, expressam eam scriptionem Marco fuisse
 rogatu Romanorum, & in Urbe Româ. Quin e-
 tiam ex eo quod Marcus *Petri interpret* appellatus sit,
 quod illi non ad res ipsas quas à Petro acceperat,
 sed ad Linguam retulerunt, & Latinam interpre-
 tationem, longè absurdissimè.

XVI. Undè igitur superiora vel Clemens Alex.
 vel Papias, vel qui his auctores extiterunt? Undè
 illi, Petrum Romanis prædicasse, aut hos Marcum
 comitem, ut scriberet Petri conciones, impulisse,
 siquidem istorum nihil acciderit? Nihil equidem hic
 hariolis opus. Occasionem dedit Petrinus ille lo-
 cus, ad calcem Epistolæ prioris, ubi & *Ecclesia*,
 qua *Babylone* esset, & *Marci filii sui* meminit. Hinc
 Babylonem quidam interpretati Romam, inducti
 ex Apocalypseòs libro, ac propensi in mysticos sen-
 sus: distinguere nescii inter stylum Epistolicum &
 Propheticum, simplicem illum, hunc *μυστικῶς* om-
 nia adumbrantem. Quo factum ut Marcus etiam
 Romæ Petri socius fuisse crederetur, ibique con-
 scribens

scribens Evangelicam historiam. Et innuit hoc ipsum Eusebius, subjungens immediatè narrationi Papiæ & Clementis: *Porrò Marci mentionem fieri ajunt à Petro in Epistola priore, quam Roma scriptam esse commendavit, idque innuere Petrus, τὴν πόλιν τροπικώτερον βαβυλῶνα προσήκοντα, Romanam figuratè Babylonem appellantem.* Quanquam non Papias, sed veriùs alii ejus ætatis, ità interpretarentur, nec dicat prius Eusebius ut visum modò est. Imò Papias ex adverso ea quæ ab Apostolis *μυστικῶς εἰρημένα* *μυστικῶς* sensu dicta essent, accipiebat ad literam; pro innatà simplicitate. Accessit quod mox Romæ grata ea fuerit interpretatio; superbienti exindè sensum non Paulo tantum fundatore, sed & Petro. Hinc inter Romanos videtur eadem primùm admittà, & pedetentim. Undè Eusebius *φασὶν* *ajunt*, indefinito loquendi genere, Babylonem figuratè in Petro esse Romam. Quod in Romanà Ecclesià receptius fuit ætate Hieronymi, ut ex ejus verbis in *Marco* colligitur, ac deinceps ferè inter Latinos. Tertullianus verò non certè apud Petrum, sed *apud Johannem*, censuit *Babylonem Romanam Urbis figuram portare*, sed Urbis jam *Regno superba*, & *Sanctorum debellatricis*. Quà de re fufius postea.

Suprà N. XII.

Tertull. adv. Jud. C. IX. C. Marcion. L. III. C. XII.

Annotat. in Vitam Papiæ.

XVII. Hactenus Papiæ & Clementis testimonia, quæ omnium prima hanc in rem profert Eusebius, non indiligenter excussimus. Sed & ità Papiam illum ex Eusebio aliisque dedimus, ità traditionum commenta, dictorum imprudentiam, Viri simplicitatem, ac consensum adversæ partis, invito quantum nuper Halloixio, produximus in apricum, ut quid deinceps sentiendum sit de eà traditione cujus fertur ille auctor & parens, quivis intelligat. Et quia *Clementem Alex.* Papiæ adjungit Eusebius, de hujus quoque in aliis, seu fide, seu prudentiâ, verbum addimus, Irenæum postea, Dionysium, Cajum, Tertullianum, Origenem, testes audituri.

XVIII. Ac ipsum primò Clementis hac in re testimonium, emedullatum suprà, vidimus pugnare non uno modo cum ipsâ veri specie, cum rei dignitate, cum Irenæo, Eusebio, Athanasio, Epiphano, ut pluribus nihil opus sit. Deindè, refert illud Eusebius ex eo scripto Clementis, quod ætas intervertit, nec undè habuerit Clemens, an ex Papiâ, an aliundè, docet. Eâ etiam ætate scripsit *κατηχῆσις* ille Magister, id est secundâ exeunte, post Commodi necem, quâ apocryharum & narrationum & scriptorum, fabellarumque de Christo & principibus Apostolorum, plena onania. Hinc tot jam Pseudo-Acta Apostolica, Pseudo-Evangelia, fictæ Traditiones Apostolicæ, Revelationes, Epistolæ, Passiones: hinc commentitia jam tum Apostolorum itinera, gesta, martyria; & afficta innumera Christo, Mariæ, Johanni, Petro, Paulo, Barnabæ, Marco, uti hujus cum Philone Judæo interior consuetudo &c. Et quæ id genus sine fine, ex Clem. Alexandrino, aut Eusebio Historico, perspecta sunt. Neque istud modò verissimum, sed præterea uti Patrum Clementis hoc nemo doctior, nemo sæcularibus Disciplinis instructior, ità nullus in admittendis promiscuè Apocryphis & fabulosis, stupendâ propemodùm credulitate, facilior. Non dicam errasse periculosius neminem in gravissimis doctrinæ capitibus, quod alterius disquisitionis est; sed turpius certè hallucinatus nemo in iis quæ historicæ fidei. Obvia res est & in vulgus eruditorum nota. Ac ut mittam quæ ille absurdissima passim, v. gr. de Mose, de Semiramide, de Salomone, de Regibus passim ac Prophetis Testamenti Vet. contrâ fidem historiarum tradit; quas non ille fabulas, his cerè simillimas, de Christo, de Apostolis, aut viris Apostolicis? Juxtâ eundem Christus nonnisi annum

Clem. Alex. Strom. L. I. L. IV. L. II. L. III. L. VI. L. VII. L. III. &c.

unum prædicavit; Zachæus fuit Matthias publicanorum princeps; scripti idem Matthias auctor, sub Traditionum nomine; Matthæus nullis carnibus in cibum usus; Paulus conjugem habuit; idem scripta Sibyllæ & Hyfaspis commendavit; ad Hebræos Hebraicè scripsit, interprete Lucâ; Petrus Revelationem, Prædicationes, citatis indè locis Clementi, conscripsit; post Marcionem, qui demùm sub Hadriano & Antonino hæresiarcha fuit, Simon Magus audiit Petrum prædicantem; Philippus filias suas viris tradidit; Barnabas Apostolicam Epistolam scripsit; Evangeliiis nostris addenda illa secundùm Ægyptios, Hebræos; & quæ sunt ejus farinae plura. Huic jam Clementi, Petrum à Romanis concionantem auditum, & sociatum ibi Marco, affirmanti, eo quo visum est modo, ex traditione nonnullorum, fundatâ hac etiam in Petrino loco, nullis antè Clementem (nisi fortasse Papiam excipias, aut de quo statim dicemus Irenæum) rei testibus, credat quicumque volet. Negabunt fidem, scio, habebunt certè suspensam, quotquot nostrorum antè seu testium auctoritatem, seu rationum momenta, & quæ de Papiâ modò dicebamus, diligentius expenderit.

XIX. Sed major omni exceptione testis videtur nunc esse Irenæus. Duobus in locis, citatis in primâ hujus Dissertat. parte, meminit Romanæ Ecclesiæ, in quâ *Petrus & Paulus evangelizarint*, quam & *fundarint*, *consituerint*, *instruxerint*, cujusque deinceps administrandæ *Lino Episcopatum tradiderint*. Refert & postremum Eusebius, Historiæ Libro v. ubi de successione Episcoporum. Claruit autem sub Commodò Irenæus, Eleuthero & Victorè Ecclesiæ illius Episcopis, Polycarpi in adolescentiâ auditor, tertius à Justino & Miltiade apud Tertullianum contra Hæreses scriptor, atque *omnium doctrinarum curiosissimus explorator*. Hæc ad Victorii commendationem, doctrinâ utique, pietate, concordie studio, laboribus, scriptis, martyrio tandem, in Christianâ Ecclesiâ deinceps inclyti. De re nunc ipsâ videamus.

Irenæus 13. L. III. C. 1. & III. Euseb. Hist. L. 7. C. v. VI. Tertull. adv. Valentianum C. 7.

XX. Quicquid sit de antiquitate & gravitate Irenæi Scriptoris, tria potissimum advertimus. Primum est, scripsisse eundem superiora, Eleuthero (ut ipsemet prodit) Episcopo, post Romanum inter, ac reditum suum in Gallias, Baronio suffragante. Adedque hæc Irenæus annis circiter cxx. post II. vel III. Claudii, quo Petrum Romanam fundasse Ecclesiam censent. Intermedio tempore quot irreperint in Ecclesiis traditiones frivole, quot quiquilix pro margaritis, & carbonibus pro thesauris habiti, suprà in Papiâ & Clemente est à nobis demonstratum. Ac præcesserant Irenæum in scriptoribus Ecclesiasticis, Clemens Romanus, Hermas, Ignatius, Polycarpus, Papias, Justinus M. Hegesippus, Dionysius Corinthius, Theophilus Antiochenus, Pinytus, Polycrates, Tatianus, Philippus Cretensis, Apollinaris, Melito, Musanus, Modestus, *ἰσὶν* *πᾶσι δὲ ἐπιλυαῖς* & *post hos omnes Irenæus*, inquit Eusebius. Ut jam his & illis expressa, haud pauca fuerint, in iis quæ habemus seu fragmentis seu Scriptis, quæ fidei sublestant, cum alii in Ignatio, Egesippo, Theophilo &c. ostenderunt, tum nos modò in Papiâ, in Polycrate, & Clemente Alex. infra etiam pluribus exemplis in Justino Martyre, & in Dionysio Corinthio, subnotamus. Quid ergò mirum, Irenæum quoque de variis temerè persuasum, seu à Papiâ, ut visum modò fuit ex Eusebio, seu à Justino Martyre Simonem Magum Romæ inducente, seu à Romanis ipsis, quos inter de Petro ea traditio sub Eleuthero & Victore jam invaluerat? Et verò hujus Ecclesiæ traditionis, efferentis jam se ob Urbis dominatum, ac deinceps fundatorem Apostolum utrumque

Baron. ad A. cxxx. N. 7. Euseb. Hist. L. 7. C. 11. Hier. in Catal. Polycrates apud Euseb. L. 7. C. xxxv.

Iren. L. III. C. II. III.

jactantis, plus nimium tribuere Irenæum, ex quâ solâ Hæreticos omnes confunderet, docet ipse ille locus, in quo is de Petro & Paulo fundatoribus, consimiliter ex traditione, meminit. Nec semel Irenæus, ad Papiæ magistri exemplum, provocat ad seniores à quibus hoc & illud traditum *audivisset*, fallaci argumento. Quicquid etiam *audiverit* juvenis Polycarpum, ejus *ἀκροασις* apud Eusebium, absurdè quis inferat, à Polycarpo habuisse hoc ipsam de Petro Romanis prædicante. Imò vidisse modò se Polycarpum dicit, quem & nos vidimus in primâ nostrâ aetate. Nec *ἀκροασις* idem propriè est quod *ἀκροασις* vel *μαθησις*: hinc Julius Pollux *ἀπὸ τῶν Φαύλων ἢ Μενάνδρου ἀκροασις, ἀπὸ τῶν ἀκροατῶν.*

Ibid.

XXI. Alterum quod observamus est, non semper Irenæo haberi ab Adversariis ipsis fidem, facta referenti. Ait libro secundo, Dominum nostrum docuisse, *habentem aetatem seniore*, in quam declinat *à quadragesimo aut quinquagesimo anno*, idque omnes Seniores testari, id ipsam tradidisse eis *Joannem*. Ad quæ Feuardentius: *Irenæus impetu suo Petrus in refellendis Gnosticis, (qui tricenario numero gauderent) in partem contrariam delatus est.* Idem quoque Petavius, Dissertatione de anno & die Dominicæ Passionis, Baronii conjecturam explodens, qui hæc in contextum Irenæi alienâ manu irrepsisse voluit. Tradidit Irenæus ex Papiâ, Matthæum Hebræis *ipsorum lingua scripturam edidisse Evangelii*; quod cum falsitatis relictum supra est, tum & Erasmo (magno quanquam fautori Hieronymi, qui id ipsum ex Irenæo habuit) aliisque Doctis improbatum.

L. II. C. XXXIX. Annot. in L. II. Iren. d. I. Petav. in Hæz. II. Alig. Baron. ad A. XXXIV. Num. CXXXVII. Iren. L. III. C. I.

Iren. ibid.

Retulit idem de Marco, scripsisse post Petri & Pauli excessum, in quo ab Annalium scriptore perstringi ac refutari Irenæum, antè quoque monuimus. Addit ipse ille Martyr, Beatos Apostolos *Lino episcopatum administranda Ecclesia tradidisse, successisse ei Anacleto, post hæc tertio loco ab Apostolicis episcopatum sortitum esse Clementem*, & ex eo Eusebius, alii. Atqui in his contradicunt Irenæo, quotquot Clementem secundum à Petro, ab hoc ipso ordinatum successorem, scripsere; quales sunt *plerique Latinorum*, teste Hieronymo, certè Tertullianus, Pseudo Clemens in Epistolâ & Constitutionibus, Optatus, Augustinus, Pontificale Damasi, Codices Anastasii, in recentioribus Onuphrius, Turrianus, alii. Itâ *Lino* Episcopatum fuisse traditum dicit Irenæus, quem tamen antè Petrum obiisse referunt Pontificale, Sophronius, Metaphrastes, mox autem à Petro, paucis mensibus interjectis, Onuphrius Panvinius in Chronico Pontificum. Rursus, Cleti nullus meminit Irenæus, in successione Episcoporum, ut nec meminisse Optatum, Augustinum, fatetur Annalium scriptor. Ac plerisque Cletum eundem facere cum Anacleto, Dionysius Petavius ad Epiphanium, probante hoc multis Henrico Valesio ad Eusebium. Quid ad hoc Turrianus? *Irenæus erravit dum confudit Anacleto cum Cleto*; consequenter & errarunt plerique Latinorum Veterum. A quibus in hoc etiam discedunt Anastasius, Baronius, Petavius, ac Romanensium plerique, qui Cletum Lino substituunt per annos fere XIII. Anacleto verò & distinguunt, & postponunt Clementi, contra quam facit Irenæus. Sic Catalogus Pontific. antiquissimus, qui in Liberio desinit, Cletum Clementi subjungit, & Cleto Anacleto. Mitto jam Chiliaitarum errorum Irenæo tributum ab Hieronymo; ejusque sententiam de Animabus detentis in loco invisibili ad diem Judicii; atque id genus alia, quæ improbat quoque cum suis Baronius.

Sopra. N. XIV. Iren. L. III. C. III.

Hieron. Catal. in Clem. te.

In vita Lini.

Baron. ad A. LXII. N. XLII. Petav. Animad. ad Hæz. XVIII. Vales. in L. III. Euseb. C. XIII. Turr. in Decret. Ep. Clem. Jac. Apud Egid. Bucher.

XXII. Tertium quod testimonii ex Irenæo sumpti, pro fundatâ à Petro Romanâ Ecclesiâ, vim omnem enervat, est hujus ipsius nutans fides, ne quidem satis consentientis cum hypothesi Pontificiâ.

Petrum inducit ille, ut qui unâ cum Paulo fundavit Romanam Ecclesiam, utroque scilicet Apostolo prima ejus ponente fundamenta, utroque simul illam administrante, ac pari tandem potestate tradente *Lino Episcopatum*. Græca Irenæi sic expressit Eusebius: *Θαμελιώσαντες ἐν τῇ οἰκοδομίᾳ οἱ μακάριοι Ἀπόστολοι τῶν ἐκκλησιῶν, Λίνῳ τῶν ἑπισκοπῶν ἀπεχέρισαν.* Ubi primò non dicit Irenæus, quod assignunt ejus dictis Baronius, Bellarminus, cæteri, fundasse Petrum eam Ecclesiam *primum*, postea sociandum in eâ fundatione Paulo. Nec illud *primum*, vel in contextu Irenæi, vel in Græco Eusebii, quicquid audacter inferat Purpuratus. Secundo ex hypothesi Latinorum Petrus fundavit eandem Ecclesiam solus, indè à II. Claudii, fundatamque primam ac toto orbe inclutam Paulus salutavit Epistolâ, post & vivâ voce intruxit, delatus eò fortè sub Nerone; nec fundavit hic tamen, juxtâ eisdem. Leo Allatius de Perpetuâ Consensione: *Paulus, post annos fere quindecim, Romanam Ecclesiam fundatam exadificatamque comperit*, Petri scilicet studio curaque. Mox; *Fundata itaque Ecclesie extructaque fundator ipse esse non potuit.* Hoccine concinit cum dictis Irenæi? Nec aliter ab Irenæo Dionysius Corinthius, Cajus, Tertullianus, Origenes, Epiphanius, &c. nihil hîc Petro tribuentes, quod non simul Paulo, imò uni quandoque Paulo foundationis eam laudem vindicantes. Epiphanius *Hæz. XXVII. Roma primi Petrus & Paulus, deinde Linus.* Tertio, ex eorundem Latinorum hypothesi, solus Petrus habuit administrandæ illius Ecclesiæ potestatem, solus eam rexit, gubernavit, solus Episcopatum tenuit, nec in hac potestate sociæ Paulo partes, licet suâ prædicatione confirmavit eam ipsam Ecclesiam. Adedque & solus Petri fuit tradere Ecclesiam administrandam successori, & Episcopatum, qui Petri unius esset, conferre, seu in Linum, seu in Clementem, aut si malint Cletum. Quod jam his præsidium est in verbis Irenæi, qui & in fundatione, & in administratione, & in traditione Episcopatus *Lino* factâ, Paulum Petro per omnia exæquat? Et illi magis de *successione* tradentium *veram doctrinam*, de antiquitate hujus & perpetuâ successione, quam de illâ *Presulum*. Vide testimonia à Pearsono allegata, de *Success. C. III.* Nam Hæretici venditabant *successionem*, non tam personarum, quam *Doctrinam suam*, ab Apostolorum Discipulis acceptam. Non præcisè de *Episcopis* quæstio, aut eorum *successione*. Et *Catalogos Rom. Episc. ac Chronica priorum temporum nimis incerta, & sibi ipsis plerumque contraria, ipse Pearson de Succ. Episc. p. 5. Illorum auctoritas* (inquit) *examinanda, discutienda, & ubi opus refellenda.*

Euseb. L. V. C. VI. init.

Bell. de Rom. Pont. L. II. C. II. s. Certe. Rom. I. 8. Allat. de Perp. Conf. L. I. C. V. N. XIII.

All. de Perp. Conf. L. I. C. IV.

De Perp. Conf. L. I. C. III. IV. Ib. C. V. N. XXI.

XXIII. Nec aliter profectò Veteres, quorum plerique in Romanæ Ecclesiæ fundatione, regimine, episcopatu, Paulum Petro vel æqualem faciunt, vel etiam majorem. Et loca ipsamet congeffit Allatius, quo labore libentes superfedemus. Undè in summam sic colligit totius sententiam Antiquitatis: *Et ut rem in pauca conferam: auctoritates Patrum, Conciliorum, & summorum Pontificum, quibus Pontificum Romanorum successio à Petro & Paulo, illisque Romana Ecclesia fundatoribus, agnoscitur; auctoritas in discernendò Petri & Pauli esse asseritur; Dominium, principatus, cura & sollicitudo omnium mundi Ecclesiarum communis Petro & Paulo indicatur; Sedes, Thronus, & alia dignitatis Pontificia munia astruuntur non minus Pauli esse quam Petri, ac decernuntur; Quas res planas, apertas, minimèque dubias ex unâ parte si videam, ex alterâ Ecclesia majestatem Monarchicam considerem, Petro soli debitam, à Christo Petro soli exhibitam, &c. incertum mihi est quid pronunciem.* Hinc subdit; rem se committere *Sacrosanctæ Inquisitioni, & Innocentio X. tùm sedenti.* Et hæc Patrum testimonis habita reverentia est! Nec lepidè minùs alii, quod

quod Paulus collocetur à dextris Petri, in sociatis Imaginibus, putant errore factum, & sculptorum ignorantia: alii, à Græcis pictoribus profectum, in Paulum propensioribus: nonnulli, quod digniores ad lævam collocarentur, sic viri in locis sacris, minùs digni ad dextram, Turcarum hodierno mote: subtiliores, quod Paulus ità Petri latus tegat & claudat, quemadmodum quos *Laterones* vocant; plures, factum Petri modestià ac humilitate, dextram in Ecclesià suà Paulo deferentis, ut solent domi magnates deferre inferioribus: alii, expressum sic officium *dextrationis*, quo dextram Petri sustentabat Paulus, ut Pontificis deinceps Reges & Imperatores, in signum obsequii: Allatius id ex *Eotholarum* Basilicarum dispositione ortum, à Græcis Romam illatà, quibus quod dextrum est, sit Latinis sinistrum; & quæ id genus conjecturæ sunt & multæ & ludicræ, ab hoc loco alienæ.

XXIV. Ut testimonium Irenæi rationibus Pontificiis ac causæ minimè favet, sic in eo fallit, quod Petro quoque *foundationem* Romanæ Ecclesiæ, ut jam tum Romæ, undè recens digressus erat Irenæus, venditatum fuit, primus hic aut ex primis adscribat. Expendat Lector quæ superiori Dissertatione exhibemus documenta, fundatæ pridem in Urbe Ecclesiæ, priusquam eò proficisci potuerit Petrus. Quod si Baronio licuit, adversus traditionem Pseudo-Clementis in Recognitionum Libro, Dorothei in Synopsi, aliorumque, *Barnaba* primam inter Romanos prædicationem tribuentium, ratiocinari ex eo quod ista *Luca Evangelista historia contradicant*, ut quidem arbitratur Annalium Scriptor, arguente & ex Lucâ contrà Barnabam Bellarmino; ne vitio quæso vertant, si adversus Irenæum, ex eodem Lucâ, Paulo, Clemente, & ex rationibus invictis, nos quoque excipimus, ac potiori fortasse jure, quod aliorum fuerit arbitrari. Si fas Leoni Allatio, adversus Irenæum ipsum, & quicquid Veterum est, ob exæquatam Petro Paulum in hac ipsâ fundatione, excipere hunc in modum: *Dicitis Patrum solis in hoc negotio inniti, si aliunde non suppetunt argumenta, est frustra operam perdere, cum licet Patres id dicant id tamen non sit*; quidni ipsa hæc verba in Allatium & suos retorfero, innixos dicto Irenæi, aut Dionysii, ut probent id, quod licet hi dicant tamen ità non est. Et qui prædicasset primus in Urbe Petrus sub Claudio, in quâ jam Tiberius faverat constanter Christiano nomini, ut disertè Tertullianus: & in quam confluebatur undique Orbe toto? Ac permirum fuisset, nullos ex Palæstinâ, Syriâ, Asiâ minore, Achaiâ, Græciâ, Macedoniâ, delatos fuisset Romam Discipulos, propagandi avidos, antè vi. vel vii. Claudii, nec enim Petri Romanum iter antèrius facit Valesius ipse. Et quanta jam quæso fuit ejus Ecclesiæ dignitas & amplitudo, magnam partem ex Gentilibus, sed & ex Judæis, aggregatæ, quo tempore Paulus ad eam ipsam scriberet paucis annis ab excessu Claudii? Quot *οικουµενος* in opere Domini repræsentat in eâ Urbe Apostolus, alto ubique de Petro silentio? Annon & Aquila & Priscilla jam Romæ egerant, pridem antè Edictum Claudii, (imbuti jam tum, ut videtur, Christi aliquâ notitiâ,) undè migrare jussi Corinthum secesserant? Et quicquid sit de Barnabâ, certè qui hunc primum tradidère Romanorum Apostolum in Veteribus, id saltem intellexerunt, habuisse Romanos Ecclesiæ suæ fundatorem primum alium quàm Petrum. Sed & supponit hoc ipsum historia Simonis Magi, si hitoria est, multos reddentis à fide devios, & in sectam suam pellicientis, quo factum sit ut Petrus Ecclesiæ illi confirmandæ Romam properaret. Ità disertè Auctor Constitutionum sub nomine Clementis: Simonem Romam delatum mox divexasse Ecclesiâ, ac mul-

Baron. ad A. LI. N. LII. Bell. de Rom. Pont. L. II. C. II. De Perp. Conf. L. I. C. V. N. XV. Tertull. Apol. C. VI. Suprà citat. Rom. I. 8. 13. 14. XI. 13. &c. Rom. XVI. A. A. XVIII. 2. Const. Apost. L. VI. C. IX. inii.

tos pervertisse. *Γενόμενος δ' ἐν Ρώμῃ, πολὺ τῶν Ἐκκλησιῶν ἔσκυλε, πολλὰς ἀνατρέπων ἐς αὐτῶ ἀπειροῦµενος.* Ex Eusebio autem constat, cenleri Simonem diu antè Romæ fuisse, & promovisse ibi res suas, quam Petrus divinâ Providentiâ, adversus Ecclesiæ illam pestem, eò perduceretur. Et immemor sui Leo Allatius; *Cum verò qua Romæ erat Ecclesiâ, eam præstigiis Simonis Magi, & aliorum improborum hominum machinis, maximo in discrimine esse intellexisset, Petrus Romam quam maximis itineribus properans &c.* Ac De Perp. Conf. L. I. C. II. col. I. E.

XXV. Irenæo æqualis ferè censendus est Dionysius Corinthiorum Episcopus, cujus ex Epistolis excerpta quædam vindicavit ab interitu Eusebius. Nisi quod Dionysius sub Sotere, Irenæus sub successore ejus Eleuthero scripsit. Hic igitur in Epistola ad Romanos datâ, Sotere Episcopo, regnante adhuc M. Aurelio, circâ A. CLXIV. ità de Petro & Paulo testatur: *Ταῦτα ἡ ὑμεῖς ἀπὸ τῶσαντης νεθεσίας, τῶν ἀπὸ Πέτρου ἡ Παύλου φυτειῶν κληθεῖσαν Ρωμαίαν τε ἡ Κορινθίων συνεκρησάτε. Καὶ ἦδ' ἄμφω ἡ εἰς τῶν ἡμετέραν Κορινθίων φυτεύσαντες (leg. φοιτήσαντες) ἡµᾶς ὁμοίως ἐδίδαξαν, ὁμοίως δὲ ἡ εἰς τῶν Ἰταλίων ὁμοῖοι διδάξαντες, ἐμαρτύρησαν ἡ τὸ αὐτὸν καιρὸν. Ἰτα ὅς vos tantâ admonitione vestrà, sementem qua Petri & Pauli satione succreverat, Romanos simul & Corinthios, commiscuistis. Ambo enim illi in urbem nostram Corinthum ingressi, sparsa Evangelica doctrina semine nos insituerunt, & in Italiam simul profecti, cum vos similiter insituisissent, eodem tempore Martyrium pertulerunt.* Hæc ex Dionysio Eusebius, ad calcem Libri secundi.

XXVI. De Dionysii hujus auctoritate nihil dicam, quæ sanè videtur fuisse maxima, pro Viri eloquentiâ & industriâ, ità Hieronymus, ac pro Urbis in quâ sederet dignitate, Corinthum dico totius Græciæ vel Achaiæ, & Proconsularis hujus, seu in majoribus Provinciis, Metropolin, inter *Cathedras Apostolorum* relatam Tertulliano. In iis verò quæ de Petro Pauli socio refert Dionysius, cur major esse debeat ejus auctoritas quàm modò Irenæi, equidem non video. Et ità jam, ut inter Romanos, sic inter Corinthios percubuerât, ac passim in Occidente, Petrum quoque tum Corinthi tum Romæ sparsisse, unâ cum Paulo, Evangelicæ doctrinæ semina. Æmulatio enim in Ecclesiis jam quædam nata, quæ se *Apostolicas* dicerent, seu matricem, originales, sedes Apostolorum, fundatas ab his & voce & scripto, quarum ut erat auctoritas major & *presidentia* illa, sic traditio purior censebatur. Nec dubitare nos sinunt Irenæus, Tertullianus, ac ipse hic locus Eusebii. Hinc quæ non ab uno Apostolo fundationem suam arcesserent, cum primis verò ab iis qui *πρωτοι, ἑξαρχοι, κορυφαῖοι, πρεσβυται, κεφαλαι, σύλοι* in Apostolis habiti, ut passim audiunt Petrus & Paulus, hoc magis inter cæteras caput efferebant. Et quia Petrum sibi Roma vendicabat, æquè ac Paulum, Corinthus hunc quoque Paulo comitem adjecit, non trajecturum in Italiam scilicet, nisi Corinthum Achaiæ urbem principem, ac florentem ibi Ecclesiâ, salutasset. Sed & inde quoque traditio hæc inter Corinthios nata est, quod in iis essent illorum traduces, qui se *Petrinos* olim appellassent, ut *Paulinos* alii, & quod Cephæ meminisset disertè Paulus in Epistola priore. Unde Petrum Corinthi fuisse, & fundasse quoque eam Ecclesiâ, assertum fuit. Supponimus autem fuisse hæc, quæ citat Eusebius, verba verè Dionysii; nec passim hanc ad Romanos Epist. idem, quod reliquæ ejus Epi-

Euseb. Hist. L. II. C. XIV. Euseb. L. IV. C. XLII. Euseb. L. II. C. XIV. Hier. in Dionys. De Præscript. C. XXVI.

Euseb. L. IV. C. XXIII. fin.

Epistolæ, fatum, quas *zizanii complefent ministri quidam Diaboli*, eas *παδιδωγνίσαντες adulterantes*, ἀποθεύσαντες, ἀπὸ τῶν ὁμοίων, *quadam ex illis expungentes, quadam adjicientes.*

Ac. xviii. xix. i Cor. xvi.

XXVII. Sed quid opus est multis? Falsus est non uno modo Dionysius, ut ipse Valesius ad locum cum Eusebii, & fallunt quæ superius expressa. Dicuntur primò Petrus & Paulus ambo simul egisse *Corinthi*, simulque sparsisse ibi semen Evangelicæ doctrinæ. De Paulo & Apollo certum, aliisque Pauli sociis & συνεργοῖς, Silâ, Timotheo, Aquilâ, Priscillâ, Tito, Lucâ: de Petro Apostolo, ut qui Corinthiis, & quidem simul cum Paulo, prædicaverit, nusquam Lucas. Nec *Corinthios* salutavit Petrus, *Epistola* priore, in quâ ad ἀποστόλους βεβαίως; neque Paulus ædificaturus fuit inter Corinthios supra jactum *ab alio* Apostolo *fundamentum* 1 Cor. iii. 10. 2 Cor. x. 16. Non taciturus sanè Lucas, qui cæteros illos memoraret, Petro inferiores, & res Corinthi gestas pluribus describeret. Quod enim Corinthi essent qui se non Pauli tantum vel Apollo, quorum alter plantaverat, rigarat

1 Cor. i. 12-111.6.

Grot. Ann. in 1 Cor. i. 12.

alter, sed & *Cepha* sectatores dicerent, inde factum, quod venissent è Judæâ vel Syriâ alii, qui Petri nomen ac doctrinam obtenderent (annuente ad locum H. Grotio) cum invidiâ Paulini nominis; quemadmodum alii unum Christum, tanquam à se auditum, vel à quo sua accepissent, (qui sanè Corinthi nunquam fuit,) jactitabant. Nec certè Clemens Romanus in eâ quam ad Corinthios dedit, ex nomine Romanæ Ecclesiæ, uspiam meminit Petri ut Corinthiorum Doctoris, qui tamen Pauli, sanè scribentis ad Corinthios de *Cephâ*, nec post Clementem alius, præter unum Dionysium.

N. MMLXXXIV P. 197.

Tacemus *Cepham* alium cognominem Petro tradi à veteribus, Clemente Alex. Eusebio, Dorotheo, Fastis Græcis, qui fuerit ex LXX. Discipulis. Sed & à verò abhorrens est istud alterum, Petrum & Paulum *semel in Italiam profectos*, & *Corintho* quidem, simulque docuisse in Italiâ & Romæ. Ad quam objectionem ingeniosè tamen Pearsonus, *ομοίως* non magis hic simul quam *ομοίως* significare, sed esse ex *Suida* hoc idem quod ἐξ ἐναντίας, σφοδρῶς, θρασυῶς. Repugnat iterum historia Lucæ, qui Paulum inducit Corintho bis redeuntem in Syriam & Palæstinam, quemadmodum in Corintho, antè postremum discessum, ad *Romanos* scripsit. Et ne sic quidem Petrus Romam profectus fuisset sub Claudio. Rectè hoc de Dionysii loco Scaliger ad

Valef. Notæ in Euf. p. 43. 44. Suprà Sect. 11. N. X. XI. &c.

Chronicon Eusebii: *Eodem tempore Petrum cum Paulo Corinthi & in Italiâ docuisse, nemo concedet Dionysio, nisi qui Actis Apostolorum contraria velit.* Neque tam miror à Dionysio dictum, quàm ab Eusebio silentio præteritum. Et vidit Valesius, tacens ad ista Scaligeri, quem alias ubi potest perstringit. Tandem Petrum cum Paulo *eodem tempore in Italiam profectos, Martyrium passos*, & Romæ quidem, traditum sanè tunc & deinceps in Romanâ Ecclesiâ, & affirmat Dionysius, pari quo reliqua fundamento. Hinc fabula nata, Petrum & Paulum uno eodemque die passos, atque etiam anno eodem, quod ex Dionysio probant; nec dixit tamen Dionysius, ut rectè observat Valesius ad hunc locum. Sed neque istud consistere cum iis quæ ex Paulinis Epistolis, ex Clemente Romano, ex Catalogo Pontificum veteri, Eotychio Alexandr. Anonymo apud Patrium Junium, &c. produximus supra, Lector ex allegatis cognoscet.

Euseb. L. II. C. XIV.

XXVIII. Et hætenus quæ urgentiora videri possent, quia *vetustiora*. Subsidit enim infra Dionysii illam, vel Irenæi, auctoritas *Cajii* Romanæ Ecclesiæ Presbyteri, ut deinceps Tertulliani, Origenis, ac posteriorum. Ex *Cajii* quidem vel *Gajii* *διαλέξει*, adversus Proculum Montani sectatorem, Tom. II.

ista refert Eusebius: Εγὼ δὲ τὰ πρόκαια τῶν ἀποστόλων ἔχω δεῖξαι. Εὰν γὰρ θελήσεις ἀπελθεῖν ἐπὶ τὴν Βαλκανίων, ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τῶν Ὀσταν, ἀρῆσεις τὰ πρόκαια τῶν ταύτων ἰδρυσαμένων τῶν Ἐκκλησιῶν. Εγὼ γὰρ Ἀποστόλων τροπὰν ποῦν ὀφείλω. Nam sive in *Vaticanium*, sive ad *Ostiensium viam* pergere libet, *occurrent tibi tropæa illorum qui Ecclesiam illam fundaverunt.* Et hoc est quicquid eâ de re Cajus, scribens tertio sæculo inchoato, Episcopo Urbis Zephyrino, Caracallâ impetrante, quem & Tertulliano ac Origeni postponit Hieronymus. Adeò verò urgens hoc testimonium visum est, ut illi æquipararint, quo v. gr. testantur *Genevates*, *Calvini* apud se reconditos cineres.

XXIX. Nunc verò *Cajii* tempore, id est, initio Sæc. III. de Apostolicis vel constitutionibus, vel itineribus, vel rebus gestis, vel scriptis; aut etiam de eorundem passionibus, martyrio, sepulturâ; quot mendacissimè tradita? Quæ non de Christo, Mariâ, Josepho; de Paulo, Johanne, Jacobo utroque, Andream, Thomâ, Matthiâ, cæteris Apostolis; de Barnabâ, Marco, Lucâ, Philippo, Onesimo, Lino, ac plerisque Apostolicis Viris; fabulosè disseminata, nulloque examine à Christianis quandoque suscepta, maximè si conducerent rebus suis? Vidimus antè ex Papiâ, ex Clemente Alex. ex Irenæo exempla; plura haberi possunt vel ex uno Eusebio, & suppeditabit affatim Annalium scriptor, in Apparatu, & ad Sæcula duo priora, aut si mavis, Valesius ad Eusebium, ad Tertullianum Rigaltius; cordatior alii. At de nullo Apostolorum fabellæ plures, quàm de Petro Apostolo, ex quo suppositum, Romæ & fuisset illum, & martyrio coronatum. Et in his sunt, Reliquiæ Beati Apostoli, in Vaticano collocandæ, ut Scipionis quondam monumento, sic deinceps Petri sepulchro, nobilitando. At quàm incerta de Petrinæ sepulturæ loco fuerint omnia, vel ex Passionibus Lini, ac Pontificali Damasi, aliisque, testetur *Baronius*. Nec aliundè sepultum dixere in Vaticano Petrum, quàm quòd locus ille propè Palatium Neronianum esset, in quo Circus Neronis, & hortus quos crucium flammaramque spectaculo obtulerat Nero, Tacito referente. Ac sensim creverunt circumstantiæ, quæ passionem Petri vel antecessisse, vel comitatæ, vel etiam excepisse dicuntur. Ità primus Origenes, ex relatione Eusebii, tradidit eum *ἀνασκοποποιθέντα ἐν κεφαλῆς, στυχι suffixum, capite deorsum demisso*, & ex Eusebio Hieronymus, cæteri. Ità Pseudo-Linus, Crucifixi corpus sustulisse Marcellum Presbyterum, *aromatibusque conditum magnificentissimè, mors regio, nendum Judaico, tradidisse sepultura.* Ità retulit Clemens Alexandrinus, ex traditione sui temporis; de Petri uxore ad supplicium ductâ, adspiciente & animos faciente marito. Ejus generis circumstantiæ *ὡς ἐκ κόνης*, puta de tempore & die passionis, de socio Paulo, de astitatis, carcere, vinculis, flagris, dictis utriusque Apostoli, viâ quâ ad supplicium ducti; miraculis quæ mortem exceperunt: De quibus fusè *Baronius*, *Ecchellenis* loco antè adducto; *Allatius*; & *gregales*.

Baron. ad A. Cha. LIX. N. XV. XVI. L. XI. Tacit. Ann. xv. 44. Euseb. L. III. C. I. Hieron. Cass. in Petro. Baron. loco cit. Strom. L. VII.

XXX. Et verò quis credat, sævissimis temporibus persecutionum *tropæa* illa, quæ memorat Cajus, reportatæ ab Apostolo utroque victoriæ, cum mansisse illæsa *absque contumeliâ aliquâ*, tum fuisse *clarissima*, ac *summo in honore habita*, & undique ex *remotioribus tum Orientalis quàm Occidentalis Orbis partibus* salutata; ut ad *Cajii* illa verba commentatur *Ad Annalium* scriptor? Credat sanè hodierna Roma, nobis *Cajii* unius non persuaserit auctoritas, imò ex id genus narratis traditionis totius haud obscure vanitas elucescit. Nec in re aliâ impositum fuit credulitati, quàm in hujusmodi monumentis, cippis, sepulchris, columellis, lapidibus, inscriptionibus

Ad A. XIX. N. XXI.

Luc. XI. 44

Euseb. Hist. L. III. C. XXXIX. Hier. Catal. in Joh. Jac. Justo, Matth. Phil. Tito, Luca, &c. T. I. Ad A. Chr. LX. N. LV.

Vide Sect. I. N. II. supra

De Præscr. Hæz. C. XXXII.

Ibid. C. XXXVI.

Hier. L. I. in Jovin.

nibus venditandis. Hinc sepulchra Virginis, ple-
 rorumque Apostolorum, Euangelistarum, Marty-
 rum ævi prioris, imò Prophetarum illa ostensa, ve-
 rè *μνημεία ἀδελφά*, quæ *ἔξωθεν φαίνονται*, intus sanè
 fallunt. Plena exemplorum sunt Itineraria, ut A-
 rabum illa, Judæorum, Orientalium, ità Christiano-
 rum. Quomodò Eusebii ætate & Hieronymi
 celebrata Ephesi utriusque Johannis monumenta,
 Apostoli & Presbyteri; sic Jacobi Justi illud in
 monte Oliveti; in Æthiopiâ Matthiæ; in Cretâ
 Titi; Constantinopoli Lucæ & Andreæ; Hiera-
 poli Philippi & filiarum, & ità de cæteris. Tan-
 dem non est quod Cajo magnoperè tribuat cum
 suis Baronius, quem aliàs erroris arguit, & tradi-
 tionis falsæ de *iredicim* tantùm Epistolis Pauli, dis-
 punctâ illâ quæ esset ad Hebræos. Et quid argu-
 mento illo adversus Proculum Montanistam elum-
 bius, quo ab asservatis Romæ *τοῖς ἱεροῖς σκευώμασι*,
sacris corporibus utriusque Apostoli, tanquàm tropæis
 quibusdam, sententiæ Catholicæ præsidium
 esse voluit Cajo? Quasi verò lapsu seculi
 non discedere potuisset Romanorum Ecclesia à
 simplicitate aut moribus seu primorum fundato-
 rum, seu sanctissimorum martyrum? Nec par pro-
 fectò ratio est Caji, unius, eo quo diximus tem-
 pore, de *Petrino* in Urbe monumento, ac Gene-
 vatum fortè, aut Wittembergensium, Basileensium,
 de *Calvini*, *Lusberi*, *Oecolampadii* depositis apud se
 cineribus, à principio testantium. Imò si egisse
 Viros hosce ac prædicasse in Syriâ, aut in Oriente
 constaret, uti de *Petro* constat, & nuper admo-
 dùm surrexissent in dictis Civitatibus, qui horum
 apud se videri tropæa disseminarent, tot licet in
 contrarjorum militantibus argumentis, esset sanè an-
 cipiti sententiæ locus. Sed quia de Paulo verum,
 fuisse Romæ reliquias illius compositas, faciliùs
 idem de Petro traditum fuit.

XXXI. Excipit *Tertullianus*, cujus aliàs non
 magna Romæ auctoritas est, ubi factum Pontificium
 deprimit. Floruit is sub Severo & Antonino Prin-
 cipibus, Cajo Presbytero & adversario hujus Pro-
 culo *ὀμολογῆ*. Ac quæ ille obvia de Petro, ut qui
in Tiberi tinxerit, qui sub Nerone *cruci adstrictus* Ro-
 mæ fuerit, ac *Dominica* *passioni* ibidem *adequatus*,
 qui Romanum *Clementem* *ordinavit*, reponere hoc in
 loco nihil necesse est, ex Libro de Baptismo, de
 Præscriptionibus, in Scorpiace, & sicubi aliàs.
 Equidem si fessellit traditio Irenæum, Dionysium,
 Clementem Alexandr. Cajum, quid mirum & tra-
 xisse in consensum Tertullianum? Quanquàm nihil
 hic de adventu Petri sub Claudio, nihil de Episco-
 patu ejusdem, nihil de annis xxv. aut de certamine
 cum Simone Mago, aliisque Romæ traditis. Et
 dùm Clementem itatuunt à Petro quartum, me-
 diis Lino ac Cleto, Septimius contra, *Clementem*
à Petro ordinatum, & quidem *sicut Romanorum Eccle-*
sia xeferebat. Ac quod in aliis accidit Tertulliano,
 ut fidem haberet apocryphis, *ταχυπρόως* plus satis,
 idem illi quoque hac in causâ. Hujusmodi est quod
 de Johanne Apostolo memorat, eodem in quo de
 Petro contextu: *Ubi* (scil. Romæ) *Apostolus Johan-*
nes, postquam in oleum igneum demersus nihil passus
est, in Insulam relegatur. Hæc Tertullianus omnium
 primus, quem & rei auctorem dicit alicubi Hiero-
 nymus: Refert autem *Tertullianus*, quod à Nerone
missus Johannes in ferventis olei dolium, purior & ve-
getior exiverit quam intraverit. Scilicet Johannes quo-
 que Romam adiit, & sub Nerone quidem! Dignus
 utique qui Petro & Paulo fundatoribus adderetur,
 quod factum est nunquàm. Ità qui ex ferventis olei
 dolio vegetior exivisset, Româ teste universâ, mi-
 rum exilio deinceps mulctatum. Undè autem ni-
 hil tantæ rei meminerunt vel Papias, vel Polycar-
 pus, vel Irenæus, vel Polycrates, vel Clemens

Alex. qui de Johanne multa, & singularia quando-
 que? Non tacuisset equidem Polycrates, in suâ ad
 Victorem Romanum, id agens ut Johannis auctori-
 tatem extolleret, ejusque Romanis venerationem ex-
 primeret, undè Apostoli ista descriptio: *Ὁ ἐπὶ τὸ εἶδος*
ἔκρυψεν ἀναπεσὼν, ὃς ἐβλήθη ἱεροῖς τὸ πύταλον πεφορε-
ως, ἢ μάστιγι, ἢ διδάσκαλος. Ubi illud, de *petalo* seu
bractea vel *laminâ Pontificali* à Johanne in fronte ge-
 statâ, tam verum est, quàm est de Jacobo Aposto-
 lo, de quo idem narrat Epiphanius; quem & in
Sancta Sanctorum quotannis ingressum Hierosolymis,
 refert idem Epiphanius, ex Egesippo apud Euse-
 bium, ut fabulosa istic alia miram. Nisi hoc vo-
 luit Polycrates, Johannem nihilo inferiorem fuisse
 Victore Episcopo, qui Pontificio se fastu tolleret,
 & insignia Pontificis gestaret. Undè opponit Pon-
 tificem Pontifici, Johannem Victori, illumque de-
 scribit tanquàm *ἱερέα, τὸ πύταλον πεφορηκότα*, quæ
 ad literam malè interpretatur Valesius, *Credibile est*
primos illos Christianorum Pontifices, exemplo Judaico-
rum Pontificum, hoc honoris insignis gestasse. Ità ferè
 Petavius, in Hæresin Antidico-Marianitar. absurdè
 uterque, si quid judicamus. Verùm nec de Johan-
 nis ardente illo balneo quicquam Eusebius, ut ne-
 que Hieronymus in Johanne Apostolo. Et pari loco
 habendum est tam insignis miraculi monumentum,
 quod Romæ apud portam Latinam visitur; pari
 quoque ejus rei memoria pridie *Nonas Maji* cele-
 brata; quo habenda sunt monumenta Petrinæ inter
 Romanos habitationis passionisque, & dies illi con-
 secrati in Romano Martyrologio. Et si de Johanne
 ista fallunt, quidni & de Petro superiora?

XXXII. Neque in his substitit Tertulliani cre-
 dulitas, seu ex traditione *ἀρχαίως*, seu ex apocry-
 phis, qualis postmodùm nata *Prochori* historia de Jo-
 hanne Apostolo, in quâ idem cum præcedente re-
 fertur miraculum. Plura adferri possent humanæ
 fidei exempla. Hujusmodi est quod idem de tem-
 pore Dominicæ passionis, scilicet *Tiberii quinquode-*
cimo anno imperii passum esse Christum, annos habentem
quasi xxx. quum pateretur. In quo etiam Julio Afri-
 cano, Lactantio, aliisque Tertullianus imposuit.
 Inclytum est ejusdem illud, in Apologetico, ex-
 cerptum quoque Eusebio, hinc Orosio, Gregorio
 Turon. Cedreno, Zonaræ, Nicephoro, de facto
 Tiberii. Nempè annunciata sibi è Syriâ Palæstinâ,
que illic veritatem Divinitatis Christi revelarant, detu-
 lisse ad Senatum, cum prærogativâ suffragii sui, ac
 Senatum quidem respuisse, quia non ipse probave-
 rat, Cæsarem in sententiâ mansisse. Addit in eo-
 dem Apologetico Tertullianus: *Ea omnia super Chri-*
sto (tertiâ die sepulchro educto, & circumfusâ dein-
 ceptus nube in cælum erepto) *Pilatus, & ipse jam pro*
suâ conscientiâ Christianus, Cæsari tunc Tiberio nuncia-
vit. Quin Pilatus de Christo ad Cæsarem retulerit,
 confirmante ad Antoninum Justino Martyre, impri-
 mis verò de iis quæ acta se judicæ ac decernente,
 deque sumpti eo de Viro supplicii, Tacito hinc
 memorandi, causis, nulli sanè dubitamus. Ut
 verò exaggerarit quæ *veritatem Divinitatis Christi*,
 à se in crucem traditi, *revelarant*, ut de ejus in cælum
 assumptione scripserit Pontius; ut Tiberius,
circâ Deos & religiones negligentior, Senatum sollici-
 tarit, quo Christus consecraretur in Deum; ut Sena-
 tus, cui tùm una obsequii gloria superesset, præ-
 fractè ac pro imperio respuerit; ut Cæsar in sententiâ
 permanserit, pro adscribendo nempè Christo
 Deorum ordinibus; equidem difficulter sibi Eruditi
 plures persuaserunt. Quo magis nulla sunt horum
 apud Suetonium, Tacitum, Dionem Cassium vesti-
 gia, apud quos etiam adversantur traditioni isti non
 pauca, Tertulliano uno teste, ex quo id ipsum Eu-
 sebius cæterique.

XXXIII. Nec satis est conjectasse cum doctissi-
 mo

Euseb. L. v. C. XXIV. Eriph. Hæz. & LXXVII. Euseb. L. II. C. XXXIII. Valef. in L. v. C. XXIV. Petav. in Hæz. LXXVIII. N. XIV. Hier. in Catal. in Joh. Advers. Jud. C. VIII. Adv. Marc. L. I. C. XV. Apologet. C. v. Euseb. L. II. C. II. Chron. in Tib. XXI &c. Apol. C. XXI. Just. Apol. II. Suet. in Tib. C. LXVIII.

mo Casaubono, notitiam hujus rei pervenisse ad Christianos, per aliquem à Caesarum ministris, qui ad Christum conversus, qua ipse scribita tractans Augustorum comperisset, fidelibus narravit. Utique nec clam ea Romanis, quæ coram Senatu gesta essent, & in Archivis Augustorum descripta, nec clam diligentissimis Scriptoribus esse potuerunt. Undè verò habuerit illa Tertullianus, an ex vulgatis jam Pilati Actis, qualia urgebant *Τεσταρεσκαιδεκαδίται*, apud Epiphanium, (ut non desuere tum Actorum, Epistolarum, Traditionum apocrypha, & proat ipse Tertullianus Pseudo-Sibyllinis fidem habuit,) an aliunde ex traditione, statuere difficilius est. Sed si profutabant tum Acta hujusmodi, sub Pilati nomine, causæ Christianæ opportuna, & undè sua Tertullianus, quod contendit Tanaquillus Faber, vix neglexisset Acta illa studiosissimus talium Eusebius, qui ex unius Tertulliani fide superiora refert. Ad hæc meminisset ipse Tertullianus, & cum primis hoc de fado cum Pilati, tum Tiberii, faventissimo supra omnia reliqua causæ quam agebat, dixisset quod postea; *Consulite Commentarios vestros, illic reperietis.* Subjungit sanè illa verba Septimius, proximè post eam quam diximus narrationem. Sed respicit jam ad persecutionem Neronianam, qui primus in sectam Christianorum, cum maxime Roma orientem, Casariano gladio ferocissimè, de qua Cornelius Tacitus, & Suetonius in Nerone. Nec Scriptores tacere consuevit Tertullianus, si quos habet Ethnicis convincendis. Hujusmodi quoque est illud in tertio adversus Marcionem: *Constat enim, Ethnicis quoque testibus, in Judæa per dies XL. matutinis momentis Civitatem de caelo pependisse, omni maniorum habitu evanescente de profectu diei, seu die proficiente.* Quis hinc Tertulliani credulitatem, ac temerè habitam Chiliastarum somniis fidem, non intelligat? Quam etiam dubia quæ is aliàs de Severo Imperatore, sanato per oleum Christiano ritu, à Proculo Christiano, undè in Christianos Severi favor? Aut quod idem de Antonino Caracallà, lacte Christiano educatum fuisse, quod refert Casaubonus Spartiani historiam, de indignatione septennis Caracallæ, ob collusorem suum puerum, propter Judaicam religionem, gravius verberatum? Sed ne his quidem aut similibus opus est, infirmendis quæ supra de Petro Apostolo Tertullianus.

XXXIV. Superest Origenes, tertii sæculi scriptor, natus sub Commodò, denatus sub Gallo Decii successore, circa Annam Christi CCLII. Adducit hunc quoque testem Eusebius, ex tertio volumine Expositionum in Genesim, quo de testimonio jam supra occupatum est. Nec Petrum inducit Adamantius, nisi ad extremum vitæ Romam delatum, mox suffigendum cruci. *Ὁς ἐ ἐπὶ τῆς ἐν Ρώμῃ ἡρώμενος, ἀνεσπασθησθαι καὶ καὶ ἀλλῆς. Qui ad extremum Romam veniens, cruci suffixus est, & quidem quod antè Origenem nemo, capite inverso.* Nec fortasse satis certa, quæ primus idem in Ecclesiasticis Scriptoribus de Thomà ad Parthos, de Andrea ad Scythas, vel etiam de Bartholomæo in Indiam citeriorem, profectus, si modò Origenis verba retulit istic Eusebius. Qui etiam Origenes aliàs testimonia profert ex Petri Apocalypsi, & Evangelio, & Actis apocryphis; quemadmodum idem, Evangelium Marthæi Hebraicè scriptum, Epistolam ad Hebræos à Clemente vel Lucà ex Pauli sensibus contextam, id genus alia, ex fallaci traditione, memoriæ prodidit. Nec mirum videri debet, tradidisse Origenem de Petro aut de Apostolis dubia. Siquidem de Origene ipso, ejusque itineribus, lapsu, poenitentia, scriptis, dogmatis, sunt obscura multa & ambigua, apud Eusebium, Epiphanium, Ruffinum, Hieronymum, alios. Hinc & lapsus Origenis, traditum Epiphanio, Nemesio, Leontio Byzantio,

Zonaræ, Nicephoro, negant Baronius, Halloixius, Godavius, Valefius; adtruunt è contrà Petavius, Huëtius, Labbeus, plerique. Sic Origenis Romam iter ad Fabianum, sub Principatu Philippi Imperatoris, asserit Baronius; minime verò ferendum dicit Henr. Valefius. Sed hæc, aliaque de Origene, alterius Disquisitionis sunt.

XXXV. Id autem ultrò largimur, receptum hoc communiter fuisse ætate Origenis, quod Petrus Romam salutasset, fudissetque ibi Christo suo sanguinem, nihil hac de re sollicitis deinceps Patribus tertii, quarti, ac sequentium sæculorum. Et hi novis subindè circumstantiis, ut accidit, traditionem auxere, ac ipse inter cæteros Hieronymus, *Loco cit.* in Simone Petro, & in Versione Chronici Eusebiani. Ità quoque *Ashandam, Epiphanius, Palladius* citatus *Pearsono.* Hujusmodi sunt illa auctaria, v. gr. Venisse Romam Petrum anno 11. Claudii Cæsaris; Episcopatum ejus Ecclesiæ administrasse; perseverasse in eo annos xxv. Cathedram ibi suam erexisse; cum Simone Mago Romæ fuisse congressum; insignem de ejus volatu reportasse victoriam; Simone devicto Christum Petro in Portâ Urbis occurrisse, Urbem etiam ingressum, ad quem Petrus, *Domine quò vadis?* Româ deinceps profectum esse in Hispanias, in Britanniam, Petrum; has & illas fundasse hinc inde Ecclesias, Episcopatus; Romam reversum ab itineribus, unâ cum Paulo, sub Neronis extrema, hæc & illa perpetrasse in Urbe miracula; hos & illos ad Christi fidem, vel à Gentilismo vel à Simonis hæresi convertisse; passum eodem cum Paulo Apostolo anno dieque, modo tamen diverso, dum Paulus capite truncatus, Petrus palo affixus inverso corpore. Impudens verò mendacium Juliani apud Cyrillum extat: *Johannem sanè Christum Deum dixisse, cum audiret, (opinor) monumenta quoque Petri & Pauli; clam quidem sed tamen coli, Roma scilicet.* Apagè nugas. Et quæ hujusmodi plura Romæ cæcis oculis, pronisque ad fidem animis, ac pari quâ primam in Urbem è Syriâ profectionem (ut de Episcopatu Antiocheno nihil nunc dicam) credulitate susceperunt. Quò spectant quæ recensuit nuper Abr. Ecchellenfis, antiquissima ac certissima monumenta, scilicet! undè argumentum ab inductione profequitur: *Testatur, inquit, Ecclesia S. Pudensiana, qua antea domus Pudentis patris erat, in vico Patricio posita, ubi primò exceptus hospitio D. Petrus fuit. Testatur Cæmeterium Ostianum, in viâ Salaria, ad tertium lapidem ab Urbe positum, ubi B. Petrus Apostolus baptizabat. Testatur Cæmeterium Vaticanum, ubi multas Popularum turmas decebat, & baptizabat D. Petrus. Testatur Cæmeterium ad Mymphus, in pradio Severæ, &c. ubi D. Petrus habitabat aliquando, & baptizabat. Testatur Ecclesia S. Prisca, D. Petrus ibi habitasse, Priscam Martyrem alioque docuisse & baptizasse; ac Altare inter alia Deo in eâ Ecclesiâ sacrasse. Testatur Tyberis; Sacellum non procul à Portâ Capenâ; Altare lignæ quo Petrus Roma usus est; Cæter Marmorinum, postea carcer S. Petri ad radices Capitoli positus; Fons ille qui è durissimo erupit saxo, ad baptizandos Processum, Martinianum, ac socios; Effigies D. Petri in marmore impressa, ex illusione; Columna in qua alligatus & virgis casus; Casena Petri in Ecclesiâ ad vincula recondita; Adicula in viâ Ostiensi, in qua Paulus à Petro divisus &c. Hæc ille, quæ Veterum nemo, antè nata tot Pseudo-Acta, & Metaphrastis commenta, & superstitiones recentioris ævi. Ex quorum etiam absurditate, parisque fidei cum Adis Lauretitanæ figmento, aut Neapolitanis, Hydruntinis, Siculis, & id genus Petrinæ præsentæ monumentis, *inductio* nascitur opposita illi Maronitæ, esse *μυθώδη* ad unum omnia, veri nihil, omnia ficta. Concludit tandem, tanquam ipsi Eusebii verbis, Abrah. Ecchellenfis: *Ergo superfluum est extrin-**

V. Petav. in Hær. LXIV. N. II. Huët. Origen. L. I. C. IV. & c. Baron. ad A. CXXLVIII. N. III. Valef. in L. VI. Euseb. C. XIV.

Cont. Julian. L. X. init.

Euseb. L. II. C. XXV. Ecchell. de Prim. Papæ. C. XXIII.

Exercit. XVI. N. CLIV.

Epiph. Hær. L. Num. I.

Epist. L. II. Ep. XII.

Apolog. C. V.

L. III. C. XIII.

Ad Scapul. C. IV.

Casub. in Spartiani Ant. C. I.

L. III. Hist. C. I. Suprà N. XXIX.

Hær. LXIV. Origena.

fecit de his testimoniis querere, cum rem gestam infamia & splendidissima eorum (Petri Paulique) monumenta usque in hodiernum diem testentur. Quod tamen non dixit Eusebius, qui hoc unum, testari de supplicio Petri & Pauli utriusque in Urbe monumentum. Πύρρον γὰρ τῆν Ἰσορίαν ἢ Πύρρον ἢ Εὐάδα εἰς δόξο κερτίσασα, ἐπὶ τῶν αὐτῶν νομισματικῶν, ἀποδείξει. Alia etiam huic Eusebii loco inserta fuisse testatur ad eundem Henr. Valefius. Ac nos de sepulchris utriusque Apostoli supra, ubi de Caji testimonio.

PARS QUARTA.

Qua Traditionis totius origo, occasiones, credendi causae excutiuntur.

BREVIARIUM.

Occasio prima ex loco I Petri v. 13. H. Valefii rationes disscusse, pro Romae Babylone. Baronii ratio absurda. Rationes opposita. Trias Exceptionum Baronii & Valefii. Prima, de nullâ successione Episcoporum Babylonis. Secunda Exc. contra Babylone Chaldaicam. Tertia Except. contra Babylone Aegyptiam. De hac Urbe pluribus. Benjaminini locum emendatus. Babylone Aegypti à Petro designatam esse. Occasio secunda, ex traditione de Simone Mago. Justinum Martyrem imprudenter fecerit reliquos. De Simone Mago fabula alia. Circumstantia plurima inter se pugnautes. Origo alia fabula de Simone. Tertia origo tradit. de Petro Romae commemorato. Causa etiam Episcopatus Petro adscripti. Unde xxv. anni? An ex Registro vetere Rom. Ecclesia? Vera origo calculi hujus amorum xxv. ostensa. Itinera alia Petri fabulosa. Confessio ingenua Baronii, & Allatii. Excerptum ex Opere Historico nuper MS. Oxoniensi Joh. Mæla Antiocheni.

Hoc unum igitur tandem superest, coronidis loco, ut primae hujus traditionis, Petrum Romae fuisse aliquando, occasiones, causas, originem, pro methodi nostrae instituto, quam brevissime Lectori perpendendas subjiciamus. Ac prima nobis jam fuerit, quam supra attigimus ex Eusebio, mystica scilicet interpretatio Babylonis apud Petrum, Romae ut videtur primùm nata, Apocalypticæ phraeos obtentu. Hinc duo conficiebant, Romanæ Ecclesiae non ingloria, alterum, praesentiam eam suâ cohonestasse quoque Petrum, Apostolorum principem; alterum verò, scripsisse Romae Marcum, illum scilicet Petri ipsi filium. Et quia rationi huic potissimam insitit Valefius, Notis ad Eusebium, causatus impudentiam illorum quotquot Babylone aliam interpretantur quam Romam, age Valefiana nos verba expendamus, & argumenta.

II. Supponit ante omnia, refelli hocce omnium veterum Patrum testimonio. Atqui primus omnium Eusebius narratione de Marco haec subjungit: Esse qui dicitur, Romam figuratè Babylone appellari. Dicit nempè ceptum Romae, & hinc quaesitus traditioni color. Nec tamen Papae ipsi adscribi eam interpretationem, quicquid vulgò sentiant, Valefio ipso verba haec à prioribus sejungente, supra demonstratum est. Nihil & de Petrinâ hac Babylone in Patribus Clemens Romanus, nihil Ignatius, Justinus Martyr, Irenaeus, Clem. Alexandrinus, Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Lactantius &c. Nam de Tertulliano visum, frustra à Baronio, Grotio, Valefio, hujus interpretationis auctorem quoque dici. Disertè ille, gemino in loco, de Babylone quae apud Johannem est, quoque in Scripto Prophetico, sed Ἀνερωχὺς, Romana Urbis figuram portans, sanctorum debellatrix. Hieronymus verò secundus ab Eusebio est, qui in Marco hoc Petri loci interpretamentum tradit, ex sententiâ suâ. Unde ergo isti, constare rem omnium veterum Patrum testi-

I Pet. v. 13.

Part. II. N. XII.

monio? Imò in Chronico Georgii Syncelli, & in Historiâ Anastasii, dicuntur alii existimasse, Epistolam Petri ab Joppa missam, quod verò esset è Româ missa, id quidem scribere Eusebium, nec alius affurgunt. Pergit Valefius: Sic dictam à Petro Romam, vel ob magnitudinem & potentiam, vel propter impietatem, eo quod Dæmonum cultui dedita tunc esset Roma, perinde ac olim Babylonia. At plures sic fuerit mysticæ Babylones, seu ob magnitudinem Urbium, seu ob impietatem quoque, uti Alexandria, Antiochia, αἱ πρώται, ἐπιφανέσταται, μεγάλαι καὶ τῆν ἀνερωχὺν πόλιν, sed & δευτερευούσασται, ne dicam Ephesum, Corinthus, Athenas; urbes id genus Dæmonum cultui deditissimas. Neque hoc unum respexit Johannes in Apocalypsi, sed cum primis tyrannidem in Ecclesiâ, reductionem viâ scortationis, debilitationem sanctorum, ut expressè Tertullianus, ac denique causam aliquando finidem illi superbæ Babylonis. Quo autem priorem suam scriberet Petrus tempore, i. e. juxta Baronium Claudii III. Christi XLV. certè ad ἀπολύσειν τῶν ἑσπερῶν seu ἡσπέρων, recens à se conversos Judæos, ejusque imprimis oratione permotos in primâ Pentecoste, nulla adhuc Romae in Christianos mota persecutio fuit. Nondùm igitur haec causa nata transferendi in eam Babylonis nomen. Ergo rationem aliam, priori dissidens, subjungit Valefius: Quod scilicet ac Babylonei Judæos in servitutem redegerant, sic Romani tunc Judæos divisioni suae subiecissent. Egregie! Atqui eadem ratio, quae Petro, fuisset quoque Paulo, Romam, undè plures Epistolas misit, appellandi Babylone. Subjecti etiam Romanis Judæi, sed perdidit, sed reprobati divinitus, sed poenas daturi impietatis, impleto tempore quo asserendum ab iis Sceptum, ac Legiflor, moxque implendo Danielem ac Christi in eodem vaticinio. Mittimus Baronii rationem aliam perabsurdam, Petrum Hierosolymis carcere nuper elapsum latitare voluisse, nec percipi ab omnibus ubi aeger. Qui tamen Romam ivisset magno cum comitatu, is enim tradunt, debellaturus in publico Simonem, Cathedram ibi erecturus, tot editurus Miracula, & qui praeterea scriberet ad conversos Judæorum ἐν τῆς παρεούσης δευτέρῃ τῶν πατρῶν ἐπιστολῇ, à quibus adè nihil Petro metuendum. Aut si qui metus hujusmodi tenuisset Petrum, planè fuisset omisurus Urbis nomen, taciturus locum unde scriberet, ac commissurus Sylvano salutationis illud officium, per quem curabat Epistolam. Denique ubi scriptum reperit Baronius, Petrum fugisse Hierosolymis; aut Hierosolymam tum reliquisse; aut continuò Romam prostrasse?

III. Has nunc ratiuncularum officinas, quas nec somnariavit Antiquitas, conferat Lector cum iis quae Petri Babylone Romam esse negant. Cogitet, quid rationis Petro dissimulandi sedem sui deinceps Episcopatus, in Ecclesiâ quae velut in montis quodam vertice, reliquarum omnium oculis esset exposita. Attendat dictionem Petri, simplicem illam, familiarem, Episcopalem, cum primis in calce Epistolae, ubi salutem filius impertit. Ubi similis tropi exemplum, in consimili stylo Epistolari? & quae causa tandem fingi potest? Quod Johannes Romam figuratè in Apocal. designavit, perspicuum est, quia quum Urbis aeternae excidium denunciaret, noluit Christianis periculum creare, sine tropo rem efferendo. Deinde, monasterit Romam dudum postea persecutionibus natis, ac prout futura erat Antichristi sedes, à Johanne in scripto allegorico, & prophetico Spiritu, Babylone esse dictam, superstitutionis & maledictionis elogia; ut cum Septimio loquar. Reputet, non aliam Petro figuratæ locutionis causam esse potuisse, quam erat locutio Romae Paulo, seu inde Epistolas transmittenti. Nomen ipsum Roma, in qua fixurus Cathedram

Anast. Hist. in Corp. Byzant. P. 15.

Baron. ad A. XLV.

Baron. ad N. XVII.

I Pet. v. 13.

Tertull. adverb. Marc. L. III. C. XLII.

Pon-

Pontificiam Petrus, cogitet quanto magis appositum esset Petro, Cathedra illi designandæ, siquidem volent Romam modò dictam quasi *Pavlov robor*, modò quasi *Ἰντ* *sublimitatem*: dixisset Sibylla Erythraea quasi *Ῥύμω*, in quam certatim aliquando conflueret quicquid abominationis & superstitionum. Undè ipse Hieronymus, licet Damaso blandiens, tamen *Profes.* in Libr. de Sp. S. respiciens ignorantiam, invidiam, superbiam, aliaque Romani Cleri vitia, *Romanam meretricem* vocat; uti Johannes, intuitu *persecutionum* in veram Ecclesiam. Perpendat præterea quisque, scriptam Epistolam esse, vel Baronio iudice, aliquot antè Synodum Hierosolymitanam annis, & ut vult Purpuratus anno 1. Claudii, haud longo certè intervallo à conversione Judæorum, descriptâ Actorum II. quos inter qui per *Pontum, Galatiam, Cappadociam, Bithyniam, Asiam* dispersi. Hoc verò tempore Petrum Romæ nec fuisse, nec esse potuisse, docuit superior nostra Disquisitio. Subeat etiam animum, fuisse tum inclytam *Babylonem* geminam, alteram *Ægyptiacam* in Memphiticâ regione, de quâ statim, alteram *Chaldaicam* vel *Assyriacam* ad Euphratem, *Περσικῶ* Stephano, (sed quàm malè dicit *κατακλιθῆναι Σελυκίαν*, *Seleuciam* hac Babylonem vicinâ ad Septentrionem, & cuius incremento sensim Babylon exhausta & obscurata est, undè Urbium earum confusio) cui Babylonem successit *Bagdadum*, à Chabîs ad Tygrin structum, Arabibus *بغداد* *السلم* *Civitas pacis*. Jam quæcunque ex his Babylonem censetur, indubium, fuisse utrobique magnam Judæorum messem, quorum susceperat *ἑρπυλλῶ* Petrus, paucioribus certè Romæ Judæis, imò nullis indè à Claudii edicto. Et disertè Petrus de Marca, Archiepiscopus Parisinus, Romano Petri itinere tacito: *Cum* (inquit) *Petrus destinatus fuisset ad erudiendos Judæos, jamque in Judæâ Evangelium prædicasset, curam suam convertit ad Judæos, tum primæ Dispersionis, seu Babylonicæ, tum secundæ, seu Græcanicæ. Et Babylone Chald. fuisse πλῆθὸς Ἰουδαίων, tempore Pharaonis, & Hyrcani; sed hoc LXX. annis antequam Petrus Antiochiam ivit, rectè monet Doctiss. Pearson. Ut ne minima quidem ratio sit suspicandî, figuratam illam, & Antichristianam, ac fugiendam Ecclesiam *Babylonem*, fuisse scribenti Petro designatam. Tantùm abest ut nulla præter hanc sit alia *Babylon*, de quâ Petrus potuerit dixisse; ut persuasum vellet Annalium Scriptor.*

IV. Tria verò potissimum excipiuntur, cum à Cæsare Baronio, tum ab Henrico Valesio. Primum est, *Ægyptiacam* Babylonem fuisse *obscurum planè locum, non civitatis nec oppidî dignum nomine, sed Castellum à Strabone & aliis nominatum, nec de Ecclesiâ ibi collectâ constare ex Annalibus. Alterum, nec Chaldaicam hanc esse posse Babylonem, siquidem Caji Augusti tempore, ex Josephi fide, Judæi qui agebant in Babylone & apud Assyriôs fuerint expulsi, ac denique trucidati. Tertium denique est, si Petrus Babylone sedit, ostendi oportere successionem Episcoporum, qui Babylonis Ecclesiam post Petrum administrarunt; proferendos esse fastos illius Ecclesiæ, sicut successiones Episcoporum Urbis Romæ, qui post Petrum Apostolum Romana Ecclesiæ præfuerunt, ex Irenæo aliisque proferuntur. Et ità Doctiss. Valesius?*

V. Postremum quidem vix tanti Viri respondet vel candori vel iudicio. Supponit Petrum, ubicunque Epistolam scripserit, hoc ipso *sedisse* istic loci Episcopum, successorem ibidem instituisse, & localem illam successionem debuisse cum illustre esse, tum minimè interruptam. Apage nugas! An Paulus, Petro nihil inferior, sedit illic Episcopus vel Ephesi, vel Philippis, vel Athenis, quia indè Epistolam transmisit? Undè alibi Petrum & Paulum in Episcoporum ordine fuisse negat rectissimè Vir Do-

ctus? Quid si Petrus Babylone haud diu subsisterit, pertransiens illa loca, *διερχόμενος διὰ πάντων*, Act. IX. ut alias in Palæstinâ, seu jam velis loca Babylonis ad Euphratem & Tigrim, seu *Ægypti* illa ad divitis ostia Nili? Et quum *Seleucia* esset vicina Babyloni Chaldaicæ, adeo ut cum hac quandoque confundatur, sed florentior longè, ut & Ctesiphon urbs, aliæque quæ olim sub Seleucienfibus, *Ægyptiacæ* verò quum vicinæ essent tot Urbes inclytæ utriusque Augustanicæ, & *Ægypti*, quis nesciat Episcopales ibi sedes, ac florentes Ecclesias, in Antiquitate illustres? Nec scrupulus ille Valesianus intercessit, quominus plures in Romanâ communionem, de Babylone Assyriæ capite, Petri verba acciperent. Unus omnium instar esto, Parisinus Præsul Petrus de Marca, in dicto opere de Con-

Parte II. cordiâ Imperii & Sacerdotii: *Petrus abiit Alexandriam, quæ Ægypti Metropolis erat, & in quâ habitabant Judæi secunda dispersionis, institutoque illic Episcopo Marco Evangelista, Antiochiam profectus est, atque hinc Babylone, ubi degebat Hereditarius Patriarcha Judæorum prima dispersionis. Eâ in urbe constitutus scripsit primam Canonicam, ut patet ex subscriptione; salutatur vos Ecclesia, quæ Babylone. Tamen enim Veteres existimaverunt D. Petrum vocabulo Babylonis significasse urbem Romam, probabilis est Scabigeri conjectura, qui ex ipsâ Babylone scriptam à Petro præter Epistolam hanc ad Judæos dispersos, qui habitabant in Provinciis, quarum Synagoga pendebat à Patriarcha Babylonicæ. Hæc ille, nihil motus Veterum auctoritate. Ac Doctissimus Grotius, qui in Annotationibus ad Petrum Babylonem omninò vellet esse Romanam, tamen Annotationibus ad Marcum, vult Petrum à Româ in Babylonia partes reversum. Si eò In Pro-reversus, ergò jam antè partes illas salutaverat, & eam ad undè quæro in Babyloniâ, nisi quia Babylone scriptam Epistolam esse, parum sui memor, intelligeret Grotius? Addit rationem aliam Illustris Salmasius, cur nihil certi de morte Petri, Clementis Romani tempore, haberetur: quia nempe *Babylon p. 15. externi Imperii sedes esset, & longissimè à Româ distita, in quâ tum vivebat Clemens; & quod in eâ Urbe Babylonis videatur martyrium passus Petrus, nec ab eâ unquam recessisse, seu ab eo tractu Babyloniæ.**

VI. Alterum quod excipit Baronius, conerâ Chaldaicam illam Babylonem, ex Josepho depromptum est, octavo decimo Antiquitatum. Refert ibi *ἡ ἐρασιολόγος* rem Judæis infestam sub Cajo Cæsare, nempe Babyloniorum in Judæos impetum, interfecto cum suis Anilæo, adeo ut Babylone Seleuciam concedere Judæi cogerentur, hinc Ctesiphontem, postea plerique Nisibim Mesopotamiæ, & in contermina loca. Quid indè Purpuratus? Ergò sub Claudio Caji successore, quando scripta est Petri prior, nulli erant Babylone Judæi? At quid si intereâ remiserant Babyloniorum in Judæos animi? Et Ctesiphon ferè, ubi hodie Bagdadum, nonne proxima fuit Babyloni ad Orientem? Sic nec remotæ admodum Nisibis & Neerda, quæ non omnes quidem, sed *eis τὸ πολὺ*, sese Judæi receperant, teste ibidem Historico, ut facillè Babylonem reverti plures potuerint. Babylone etiam spontè ac propriâ electione Judæi Seleuciam secesserant, quod impares se Babyloniis observarent, *μήτε ἀνεκτὸν ἡγόμενοι τὴ συνουσίαν, non tantum arbitrati cum eis habitare amplius. Dein qui sub Cajo pulsî, sub Claudio redire potuerant. Nec solos Judæos quærebatur Petrus, post Apostolorum dispersionem, ex Actorum Historia. Poterat etiam scripsisse ad Judæos τὴ διασπορῆς quæ in Pontum usque porrigebatur, Babylone tamen ejus dispersionis Metropoli: uti *Jerosolyma* Judæorum in Palæst. habitantium, *Alexandria* habitantium in Ægypto &c. Sed si Baronio credimus, omnes omninò Judæi totâ Babylonia*

Carmia. Sibyll. L. III.

De Concord. Imp. P. II. L. VI. C. I. N. IV.

Apoc. XVIII. 4. Baron. ad A. XLV. N. XVII.

Locis citat.

Vales. ad Euseb. L. III. C. XII.

Parte II. loco cit.

Euang. Marc.

Appar. de Prim. p. 15.

Re. Ant. L. XVII. C. XII. sine.

niâ & Assyriâ fuerant expulsi, & trucidati, ut nullo sub Claudio in tractu illo superessent, quos Petrus ad Christum perduceret. Pellucet in his aliisque fucus, quasi laterna Punica.

VII. Sed esto, Babylonem illam Assyriæ, remotissimam sanè à Palæstinæ finibus, non adiverit Petrus! Ergò Babylon Roma est? Ità, inquit postremo Annalium Scriptor, quia Babylon aliàs nulla legitur, nisi fortè *castellum* in Ægypto, propè Memphim, à Babyloniis olim conditum, sed perobscurum illud, ac ne oppidi quidem nomine dignum, in quo vix D. post Christum annis repertus sit Episcopus aliquis. Scio Babylonem *Phœnicia*, in Batanæa regione, à Geographis quibusdam ex Aëtio Medico memorari, sed obscuriorem hoc nomine. At Babylonem Ægyptiam locum fuisse obscurum! imo ne oppidum quidem! vix Straboni castelli nomine ornatum! Testetur Ptolomæus in iv. Geographiæ:

Citat. Pearl. P. 55. Ptol. L. IV. C. v. Jos. Ant. L. II. C. v. in fin. Geog. L. XVII. Edit. Caf. P. 555.

Καὶ ἐν μεθεσίων Ἀραβίας καὶ Ἀφροδιτοπόλεως Βαβυλῶν, ἔστιν ἐν σινοῖς Ἀραβίας ἡ Ἀφροδιτοπόλις Βαβυλῶν, ἡ ἐν σινοῖς Ἀραβίας ἡ Ἀφροδιτοπόλις Βαβυλῶν, ἡ ἐν σινοῖς Ἀραβίας ἡ Ἀφροδιτοπόλις Βαβυλῶν. Testetur Josephus, viam descripturus quam ingressi Israëlitarum, Ægypto abituri: *Βαβυλῶν ἡ ὕψιστον κλισηταῖον ἐστὶν, καμβύουσι λατρεῖσι φορμῆσι τῶν Αἰγυπτίων, Βαβυλῶν post eo loco condita est, Cambyse Ægyptum devastante, undè & à Persis seu Babyloniis inditum illi nomen est. Testetur Strabo ipse, qui Babylonem, propè Memphim, vocat sanè *φρεσίων ἐρυμνὸν castrum munitionum*, quod nempè unum esset ex propugnaculis ac præsidiis Ægypti, & quod in Babylone esset *Legionum Romanarum una ἡ φρεσίων τῶν Αἰγυπτίων.* Testetur Martialis, qui institutâ stragulorum & tapetum utriusque Babylonis, Memphiticæ & Assyriacæ, operisque textorii & Phrygii comparatione, sic in ultimo Epigrammatum:*

Epigr. L. XVI. cl.

Hac tibi Memphitis tellus dat munera: victa est Pectine Niliaco jam Babyloniis acus.

Hinc & Memphitæ Babylonii dicti, & Babylon è regione Memphis, ad ripam Nili Orientalem & Arabicam. Testetur Itinerarium Antonini, aliis Æthiæ Cosmographia, ubi, in descriptione itineris à Pelusio Memphim, per partem Arabicam, *Babylonia* collocatur, inter *Aphroditem, Scenas Maandras, & Helin* seu Heliopolim. Testetur Notitia Imperii, ubi de Comite rei militaris per Ægyptum: *Legio tertiadecima gemina Babyloniâ*, quam inter Memphim & Pelusium mediam ponit. Testetur Notitia Episcopatum Augustamnicæ Secundæ, inter quos est Babyloniis. Testetur Hieronymus, in Vitâ Hilarionis: illic & meminit distantiæ Urbis à Pelusio, & Episcopi in eâ tum Urbe, qui fuerit *Philo Episcopus, & ipse Confessor.* Et in *Actis* Concilii Chalced. *Cyrrus Babylonis* Episcopus, pridem antè Sozimum illum Episcopum Babylonis, sub Justino juniore, quem Baronius primum omnium inducit, loco citato.

Vide Act. r. Conc. Chalced.

Quemadmodum in Actis Concilii Constantinop. celebrati A. cccclix. contra Simoniacas corruptelas, Gennadio Patriarcha, in *ἑπογραφαῖς*, quas exhibet Lambecius Biblioth. Cæsar. L. VIII. *ὁ δὲ ἐπίσκοπος Βαβυλῶν ὁ ὡς ἐστίν.* Testentur Geographorum omnes Tabulæ, quæ *Babylonem* collocant in Ægypto, ad Nilum, in angulo Deltæ, è regione Memphis veteris, ex alterâ parte fluvii scil. Arabicâ, *Meisram* Arabibus *مصر*, *מצרים* Hebræis: in quâ Benjamin distinguit Synagogam *Syrorum* à Synagogâ *Babyloniorum*, quos & obscuriùs vocat *ירוקין* *Irha-kijn*, an à loco sic dicto, an fortè (quæ conjectura quædam nostra) *ירוקין* *profugos* è Babyloniâ, abolitis paulo antè Scholis Babylonicis Soranâ & Poupeditanâ, ut ex historiâ constat. Meminit & Gregorius Turonensis Hist. Francorum L. I. C. X. qui *Babylonem* Ægypti fuisse illam censet in quâ Josephus struxerit *horrea* condendo frumento Ægypti. Et ad Gregorium Marollius Abbas in Notis; *Hæc urbs est antiquissima, cuius & meminit Ptolemæus, ho-*

Itin. p. 114.

die Mazar vel Mizir Arabibus. Sic Belohius, Observationum suarum L. II. C. xxxviii, observat vetus Cairum, urbem ædificiis olim splendidam, dictam fuisse Babylonem. Cæterum eadem Urbs hodie Cairo, Alcairo (*Alcahira* Arabibus seu victrix) appellatur, quod intellige de Cairo vetere, penè diruto: cui deinceps nova urbs & amplissima (paulo remotiùs à fluvio, ad radicem montis è quo Arx dominatur) sed conjunctis quasi oppidis accessit. Testentur denique recentiores, ut Brocardus, qui *Babyloniam & Cairum* duo oppida esse dicit, sed in unum conjuncta; & diligentissimus locorum explorator Petrus à Valle: *Ut quod verum est fatear, existimo Cairum à principio semper existisse eo loci ubi nunc est novum, & vetus Cairum esse antiquam Babylonem Ægypti, olim coloniam Chaldaeorum, post occupatum hunc ab Ægyptiis tractum, ut Strabo & Diodorus referunt.*

In Descr. Loc. Terræ S.

Itin. Part. I. C. XXI.

VIII. Nec suaderent pauca, hanc potiùs Babylonem innui à Petro, quàm Chaldaicam vel Assyriacam. Tacemus, Petrum *Alexandria* fuisse fateri Salmasium: ergò Antiochiâ non profectus in Chaldæam, sed in Ægyptum. Nam Claudii tempore, quo scripsit Petrus, Chaldaicæ Babylonis præter nomen, magnitudinis, & sparsa domicilia, ac rudera pristinæ magnitudinis, vix superfuisset aliud, ex Strabone, Curtio, Plinio, Pausaniâ, Viris doctis observatum est. Seleucia tùm & Ctesiphon trophæis illius quasi & spoliis in proximo superbiebant. E contra florebat in Ægypto Babylon, dùm sita ex adversâ parte fluvij Memphim de pristino splendore gradu reciderat. Adhæc *vicinior* longè ista Palæstinæ, ut remotissima Babyloni Chaldaica, medium desertis Arabiæ & Mesopotamiæ; quod aegre mentium observari esse quodque Pearsonum de *Success. Episcoporum Rom.* Hinc opportunior illa situ mittendis Epistolis ad Judæos Asiæ vel Græcicæ dispersionis, *Ponti, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithynia.* Epiphanius quidem solus, Petrum *ἄπερ ἐπισκοπεῖσθαι Πόντον τε καὶ Βιθυνίαν.* Innumera bilis etiam in eo Ægypti tractu Judæorum multitudo egit, quorum cura Petro. Sed & *Marcum* Evangelistam, (faciles enim damus hunc esse illum Marcum, de quo Petrus ad calcem Epistolæ,) egisse constanter in Ægypto, indè à II. Claudii ad VIII. Neronis, Veteres uno ore testati sunt, Eutychius Alex. in Originibus, usque ad I. Neronis. Quicquid sit de tempore, de quo non perindè constat, tamen hic Marcus est, qui cum Barnabâ Cyprum navigans, abnuente Paulo hunc Comitem, *Antiochiam ad Petrum* reversus est, hinc in Ægyptum delatus, ut sit verisimile. Ex quibus de Petrinâ illâ Babylone iudicium cuiusvis esse potest. Et hæc tènus occasionum prima crediti adventus Petri in urbem Romam: scilicet ex *Babylone*, in I. Petri, de *Româ* allegoricè, secundâ jam ut videtur ætate, perperam inter Romanos ipsos acceptâ, *ὅπερ ἔδει δεῖξαι.*

Strab. L. xv. Vid. Boch. Phal. L. iv. C. xv. Surit. in Anton. P. 33 & c.

IX. Secunda occasio traditionis fuit traditio de *Simone Mago*, quem jam Justinus Martyr, scribens sub Antonino Pio, retulit Romæ fuisse sub Claudio; Deum se venditasse; talem & à Senatu Populoque Romano fuisse habitum, cultumque divinis honoribus; ac tandem Statuâ cobonestatum in amne Tiberi, inter duos pontes, cum Latinâ hac inscriptione, *Simoni Deo Sancto.* Sic ille non semel, in Apologiâ II. ad Antoninum, & ex Justino Irenæus, Tertullianus, Eusebius. Erat autem ille Simon cui Petrus speciatim inter Samaritanos restiterat, Lucâ teste. Hinc traditione natâ de Simonis inter Romanos præstigiis, quibus seu fideles seu Gentiles fascinasset, mentitus se Deum vel Christum, deducendus erat Romam Petrus, ut altero congressu Simonem comperceret, atque in augustiore Orbis theatro de tanto impollore triumpharet.

Iren. L. I. C. XX. Tertull. Apol. C. XIII. Euseb. L. II. C. XIII. Act. VIII. 20. Hist. L. II. C. XIV. ret.

ret. Et expressus hic Eusebius est, Petrum Romam perductum singulari Dei providentiâ, adversus illam generis humani labem & pestem. Rursùm Hieronymus: *Secundo Claudii anno, ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit.* Et sic Pseudo-Clemens in Constitutionibus, sic Symeon Metaphrastes, citatus in hanc rem Baronio, nihil equidem intercedenti. Ac ipse Valesius: *Cum constes Petrum Claudii temporibus Romam se contulisse, ad Simonis fraudes confutandas.* Quod si verò omne illud de Simone Mago, à Justino primùm, tùm ab aliis traditum, fabulosum esse constiterit, quid fiet de Petri itinere, Simonis causâ Romam suscepto?

X. Ac primò, quicquid sudet Annalium Scriptor in Justini narratione vindicandâ, benè habet errorem optimi Martyris intellexisse eruditissimos quosque, Nic. Rigaltium, Dionysium Petavium, plures alios, ac prolixè nuper Henricum Valesium, etiam Antonium Pagi, in Criticâ Baronio oppositâ. Non Simon Sanctus Romæ cultus, sed Semon Sancus, nec Statuæ inscriptio fuit *Simoni Sancto*, sed *Semoni Sancto, Deo Fidio*, Sabinorum Numini, sancientorum foederum præfidi; in quo Justinum cum populares Samaritani, tùm ignorantia Romani usûs deceperunt. Appellatum certè *Semonem Sancum & Fidium*, ternis nominibus, Curetibus itâ volentibus, refert Ovidius L. iv. Fastorum. Nec dubitare sinit Statua illa ipsa, è ruderibus ævo superiore effossâ in insulâ Tiberinâ inter duos pontes, sub Gregorio XIII. cum dictâ Inscriptione, quam totam exhibet Annalium Scriptor, cum Inscriptione simili alterius Lapidis, reperti in Quirinali. *Semoni Sancto Deo Fidio Sacr. Sex. Pompejus &c. Donum Dedit.* Qui verò *Sancus* à Sabinis, à Romanis *Sanctus* dictus est, *οι Ρωμαίοι Σάγιον καλεῖσι*, Dionysius Halic. L. iv. Idemque fuit ille *Semo Sanctus* vel *Sanctus*, cum Hercule, quem repræsentabat Denarius Romanus; *Deo Fidio Semoni Sancto*; cum Capite Herculis barbaro, cum Leonis exuviis, & Clavâ retrò, apud Fulvium Ursinum.

XI. Sed neque unus hic error Justini Martyris; si enim illi fides est, fuere Christiani Sibyllinorum Carminum Libri, Sibyllæ Babylonicæ seu Cumanæ divinitus inspirati; fuere *Χρυσίανοι* Socrates, Hieraclitus; vertere *οι* LXX. Codicem sacrum divino afflatu, pro se quisque sigillatim, iisdem omninò verbis singuli, nullâ licet inter sese collatione: supererant Justini tempore apud Pharum Ægypti LXX. domuncularum, in quibus reclusi ii quondam Interpretes, vestigia: viderat illa ipsa Justinus, Alexandria quum esset; *ἡ ἀπὸ τε ποδά.* Nec mirum, hallucinatum in vocibus *Semoni & Sancto* vel *Sango*, qui alias confundit *Χρυσόν & Χρησόν, λόγον* rationem & *Λόγον* Verbum, Græcorum vel Latinorum A. quod additum dicit nomini *Abrahami*, cum addito Hebræorum *אברהם*, prout *τὸ ἱεὺ Σατανᾶ* derivat ex Syrorum *σατὰ & νὰς* Hebræorum, sic quidem ille, quorum illud sit *apostata*, hoc *serpens*, Hebræis *שׂרָפָה* *nahafsch*. Alia Justini studio mittimus, à quo uno hic error de Simone in Deos relato, & Statuâ illi Romæ positâ, in reliquos promanavit.

XII. *Ενὸς ἁποκρὸς δὸβιντὸ ἀδὰ ἐπειτα.* Hinc de Romanis Simonis gestis, præstigiis, cane intrantes injussu Domini devorante, accessu ad Neronem, favore in eum Cæsaris, volandi nisu, Petri precibus Dominico die, prævio ejusdem jejunio cum totâ Ecclesiâ, Magi infelici lapsu, excandescentiâ Neronis, supplicio victoris seu interfectoris Apostoli, superstructæ fuerunt narrationes aliæ, apud auctorem Constitutionum Pseudo-Clementem, Pseudo-Marcellum, Arnobium, Epiphanium, Sulpicium, Augustinum, Theodoretum, Philastrium, Pelusiotam, Gregorium Turonensem, Johannem

Antiochenum, Symeonem Metaphr. & quos non? Loca videtis vel apud Annalium Scriptorem in XII. Neronis. Et longam fabularum seriem exhibebit ad calcem hujus Dissertat. *Excerptum ex Opere Historico Johannis Malelæ Antiocheni, quem alii seculo vixisse censent, sub extrema Justiniani, alii seriùs octavo vel nono Sec. Rectè jam Augustinus, Epistolâ ad Consulanum Presbyterum: Fuisse hanc quidem opinionem plurimorum, quamvis perhiberent eam esse falsam plerique Romani.* Et ab eâ fabulâ derivabant in Romanâ Ecclesiâ solenne in hac jejunium Sabbathi, de quo ibidem Augustinus. Nihil certè de certamine illo Petri, deque volatu, Justinus, Irenæus, Tertullianus, Eusebius; quamvis hic potremus, simul cum Petri adventu extinctas illicò fuisse cum Viro ipso ejus præstigias. Nihil etiam hujusmodi, vel sub Claudio vel sub Nerone, Romana historia, nihil Tacitus, Suetonius, Plinius, Dio Cassius, quos rem involvere haud potuisse silentio, demonstratum jam suprâ fuit. Quis jam credat, rem tantam, toto Populo Romano spectante gestam, tum fuisse ignoratam à Romanis, vel dissimulatam? Circumstantiarum etiam pugna perpetua mendacem rei originem prodit. Plerique, & ipse Annalium Scriptor, rem accidisse sub Nerone; ac disertè Johannes Malela Antiochenus, quem nuper edidit Anglia *Historia Chronica* L. x. *Ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ τῆ αὐτῆ Νέρωνος ἀνήλθεν ἐν Ρώμῃ Σίμων ἡς ὀνόματι, διγύπλιος μάγος &c. Ἀρέτας δὲ ὁ ἅγιος Πέτρος, ὁ Ἀπόστολος, ὡς αὐτῆ ἀνέχετο ἐν τῇ Ρώμῃ.* Valesius ex Eusebio, Simonis interitum contigisse principatu *Claudii Augusti*, quod & Symeon Metaphrastes tradidit. Baronius Simonem sub Claudio urbe exactum, rediisse sub Nerone; nihil tale Eusebius, Hieronymus, aut his anteriores. Soli Petro victoria à plerisque adscripta; Petro & Paulo conjunctim à Sulpicio, Prospero, aliis Sulpicius, Simonem voluisse probare se Deum; alii, Christum qui ad Patrem ascenderet. Ille, duobus suffultum dæmoniiis evolasse; Arnobius, curru vectum, & quadrigis igneis. Justinus, Simonem pro Deo habitum & cultum, etiam post fata; reliqui, turpi lapsu & miserabili interitu, Româ adspectante, prodidisse magicas atque impias artes. Illi, Simonem se in Neronis amicitiam insinuasse, probante Baronio; nihil hujusmodi genuina Veterum scripta. Alii exindè derivare Petri & Pauli carcerem, hinc necem, accenso in Simonianæ calamitatis auctores Nerone, & itâ rursùm ex Auctoribus suis Baronius; contrâ Veteres, Neronianæ persecutionis, cujus in fine sublatus Paulus, occasionem assignare diversissimam ex Tacito, vel Suetonio. Alii statim à Simonis lapsu ductos ad supplicium Apostolos; alii intercurrisse *novem mensium* spatium, quo detenti in squalido carcere. Nec hic pugnantium circumstantiarum finis est; quæ tamen *discrepancia in minimis* tantùm censetur Baronio, haud curanda nobis, scilicet!

XIII. Sed & aliam fabulæ totius originem rectè conjectarunt Eruditi, ex Suetonii narratione: de Icaro cujusdam in publico spectaculo infelici volatum, qui prima statim conatu juxta cubiculum vel suggestum *Neronis* decidit, ipsumque cruore respersit. En Simon ille, in quem transformatus hic Icarus fuit, quem etiam Simonem præsentem Nerone volatum affectasse tradiderunt. Et quod Icaro illi malè cessit, ob conatum temerarium, & infelices machinas; à Christianis adscriptum miraculo est, ac precibus Apostolicis, & Petri de Simone insigni victoriæ. Vidit originem hanc rei totius Baronius; Simon iterum Romam petiit, novisque artibus, nempe *Icaro volatu, populum in sui admirationem adducere sibi que conciliare studuit.* Sanè Suetonius tradit à Nerone exhibitum in spectaculis *Icarium volatum.* Quid ex-

Ad A. Chr. LXVIIII. & seq. Aug. Epist. LXXXVI. T. II.

Vid. Sect. II. N. XVII.

Baron: ad A. XLIV. N. LIV. Sulpic. L. II. Baron: ad A. LXVIII. N. XIX. Arnob. L. II.

Ad A. LXVIIII. N. XIV.

Tac. Ann. xv. 44. Suet. in Ner. C. XVI. Baron: ad A. LXVIII. N. XXI. XXXIII. LXIX. N. VII.

Suet. in Ner. C. XII.

Baron: ad A. XLIV. N. LIV.

Hier. Catal. in Petro. Const. L. VI. C. VII. VIII. IX. Baron: ad A. XLIV. N. LI. In L. II. Euseb. II. C. XV.

Rig. ad Tertull. Apolog. Petav. in Hæz. Menand. N. V. Vales. ad Euseb. L. II. C. XIII. Ad A. XLIII. N. 6.

Baron: ad A. XLIV. N. LV. LVI.

Just. Co. lorr. ad Græc. Apoll. II. Dial. cum Tryph.

in D. Loc. rz S. Iria. Pat. C. III. Suet. L. I. C. II. Tert. Apol. C. VIII. Euseb. L. II. C. XIII. A. G. n. Phil. L. II. C. XV. Surt. Anto. P. 321 &c.

pressius? Sed quod Icaro feliciter minùs successerat, vellet Purpuratus attentassè similiter Simonem. Quanto ingenuè magis Valesius: *Certè Icarus ille Simonis interitus quomodo consentire possit cum statu illà Simonis Sancti Dei, equidem non video.* Et Marrolius ad Gregorium Turonensem: *Qui iudicio præ cæteris valent, existimant historia de Simone Mago permixtas esse circumstantias fabulosas bene multas; sunt & alii qui horum nihil admittunt.* Credat Judæus apella, his certè fabularum ineptiis res ineptior nulla est.

XIV. Tertia sociati Paulo Petri in Romanæ Ecclesiæ foundatione causa fuit cristata Episcopi hujus ambitio, *cretatam* dixisset Persius, efferentis se jam superbo vertice, altero à Christo sæculo, supra Episcopos reliquos. Testatur factum Victoris, Ecclesiæ Asianas vicinasque, in re leviori, *ἀποτέμνῃ πρὸς τὸ ἑὸν, καὶ σηλιτὸν ὄντι*, undè & factum ejus retundentes Episcopi, *πληκτικώτερον καθὰ πλοῦτοι καὶ βίολογοι*, ut loquitur Eusebius, *Victorem acerbius perstringentes.* Innuunt & verba Tertulliani Libro de Pudicitia, Zephirini (ut videtur) ridentis supercilium sarcasmo quodam, & ut Perronius agnovit, risu Sardonio: *Pontifex scilicet Maximus, Episcopus Episcoporum edicit; mox, Benedicimus Papa; quibus ambitionem & superbiam objecisse Catholicorum Episcopo monuit quoque Rigaltius.* Factum augebat confluxus ille ex omnibus quaquaversum Ecclesiis ad Romanam, *ob potentiorum principalitatem, Urbis scilicet.* Undè illi *τὰ πρεσβεία, τὰ πρωτεία, τὰ πρηνόμια, primatum* ordinis & honoris, ob Urbis dominantis prærogativam, haud gravatè Ecclesiæ reliquæ concesserunt. Quò fecit additamentum illud Paschasini, in Actis Chalcedonensibus, ad Canonem vi. Concilii Nicæni; *Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum: de quo prolixà nos ipsi Commentatione ad dictum Canonem.* Sed hæc sanctiorem titulum affectans, haud contenta fuit primatum illum deferri Urbis, quæ persecutrix tum esset Christiani nominis, *Civili dignitati.* Ab *Apostolica* igitur successione & institutione, à quâ omnis tum Ecclesiis gloria, derivandum eundem censuit, quod sibi hoc magis honorificum, & rationibus suis accommodatum foret. Id igitur unum supererat, ut Paulo, in Romanæ Ecclesiæ institutione, sed & in consummatione martyrii, socius quoque Petrus adderetur, *primus* omnium Apostolorum, *πρῶτος* in Evangelio, *πρωτόκλητος, προήγορος, ἀρχηγός*, qui primum lapidem in ædificandâ Ecclesiâ posuisset, ob signaturus quoque fidem in Ecclesiarum omnium primâ. Nec præsentia Petri sola sufficiebat; *si enim*, inquit Annalium Scriptor, *præsentia Petri quamlibet Ecclesiam primariam effecisset, tot essent numeranda sedes Patriarchales, quos à Petro fuerunt instituta Ecclesia.* Et sanè jam II. sæculo præsentia illâ ipsâ Petri ac Pauli superbiebant Hierosolyma, Cæsarea, Antiochia; jactabat eandem Corinthus, ut visum supra ex Dionysio Corinthiorum Episcopo; sed & Alexandria, & Babylon; uti Marcum ita Petrum quoque fundatorem prædicabant. Hinc non satis erat Romæ fuisse Petrum, ni & *primatum Romanorum Pontificum* morte suâ fundasset, ut loquitur Allatius, Libro de Perpetuâ Consensione. Imò & in ipso mortis genere *Dominica passioni fuit assimilandus Petrus*, ut Septimius loquitur. Et rationem hanc nostram haud obscurè confirmat Cæsar Baronius: *Sic igitur ad totius mundi principem Civitatem princeps Apostolorum mittitur, & ad primariam Urbem Orbis primus Pastor jure dirigitur.* Quâ de re plura superius diximus, ad testimonium Irenæi. Nec aliundè Petrus *Antiochena* etiam Ecclesiæ audiit fundator cum Paulo primus, imò Episcopus, quàm quod Antiochia esset caput Orientis, & Orientalium sedium maxima, hinc & vendicatura sibi fundatores Apostolorum primos

& maximos, Petrum & Paulum, ut civili titulo sacratior accederet.

XV. Atque hæc ipsissima origo est *Episcopatus* Romani Petro tributi, quem non Eusebius, sed Hieronymus in Chronico Latino expressit, & in Catalogo, atque ad annos xxv. produxit. Hinc Sulpicius Severus, & alii. Quum enim *Apostolatum* sibi arrogare non possent surgentes jam factu quodam Episcopi, inferiores Apostolis in vocationis modo, munere ipso, autoritate, donis & charismatis, coeptum est altero & tertio à Christo sæculo ipsos jam Apostolos in *Episcoporum* ordinem cogere. Atque ita Jacobus Hierosolymitanæ, ita Petrus Antiochenæ, & sic Apostoli sensum reliqui hinc indè singularium Ecclesiarum Episcopi habiti, additis postea & Episcopatus imò Pontificatus insignibus, mitrâ, laminâ aureâ, ut de Jacobo Epiphanius, imò de Johanne Apostolo Polycrates. Pari- ter in Episcopis censendi fuere Marcus Alexandria, Ananias Damasci, Zacchæus Cæsareæ, Nicolaus Samariæ, Silas Corinthi, Barnabas Mediolani, & sic de reliquis in ordine Evangelistarum aut Discipulorum. Quid jam Ecclesiarum principi convenientius, quàm ut deductus Romam ex Oriente Petrus, conjunctim cum Paulo, Apostolorum illa duo capita, Ecclesiæ duo luminaria, administrasse Episcopatum Romanum dicerentur? Et quum duos Episcopos Ecclesiæ consuetudo non admitteret, Paulo instructionis quoque ac fundationis, soli Petro Episcopatus gloria deinceps adscripta, cui soli Claves Regni cælorum commississe Christus, non sine specie, videretur. Indignato vehementer Leone Alatio, *Paulum* quoque à veteribus, nominatim ab Epiphanio Romæ Episcopum appellari. Ne etiam Antiochenus primas in hoc Petri Episcopatu, partem certè sibi honorem tribueret, quod ejus ad breve tempus, (*septennium* postea definitum) fuisset privilegium, Romæ illud ad finem usque Petri Apostoli extendendum fuit, & ætate Hieronymi xxv. annis definitum legimus.

XVI. Porro hujus calculi annorum xxv. quibus Cathedram Romanam & Sacerdotalem tenuisse dicitur Simon Petrus, haud obscura rursùm origo est. Scio equidem in Indiculo veteri Pontificum Romanorum, de quo supra, quique *ante Liberii mortem concinnatus* esse dicitur, putari annos xxv. mensum 1. dies ix. Petrini Episcopatus, hoc modo: Nempè à Consulatu Vinicii & Longini (qui excepit Geminos Coff. Tiberii A. xvi.) post adscensum Domini, ad Consulatam Neronis & Veteri, qui incidit in Neronis annum L. Christi Vulg. lv. quando passus sit Petrus, eodem cum Paulo die, III. Kal. Jul. Nec dubium est ex illâ hypothese, de Passione Christi Geminis Coff. deque Episcopatu Petri mox à Passione inchoando, saltem à primâ Pentecoste; sic confici annos xxv. mensum 1. dies ix. ad notatum tempus Petrinæ mortis. Undè ex hoc Registro veteri, tanquam Romanæ Ecclesiæ illo, originem hujus computi, seu annorum xxv. Petri Episcopatus, subolferunt Viri Magni. Quanquam Steph. Baluzius in Notis ad Lactantii Libellum, tum Antonius Pagi, & recentiores, suspicentur natos hos xxv. annos Episcopatus Petrini, ex eo quod fluxissent totidem anni, qui ad *predicationem omnium Apostolorum* pertinerint, ad principium Neroniani Imperii, & tempus quo Petrus Romam profectus sit. Quæ quidem vana conjectura est, quo magis non tot anni fluxerunt à principio prædicationis Apostolicæ ad primum Neronis, qui concurrat cum Æræ Vulg. A. lx. Igitur prioris computi rationes expendendæ. Equidem 1. Adeò mendis, parachronismis, erroribus circa Consulatam, confusione & omissione aliquot Pontificum, prodit se ille Indiculus, cum primis ad Callistum utque, ut pudeat Bucherium Jesuitam,

Not. in L. Euseb. feb. 11. C. xv. In L. I. Greg. C. xxiv. Sat. v. in fin. Euseb. L. v. C. xxiv. C. I. & XIII. Rig. Not. ad loc. Iren. L. III. C. III. In Actis Conc. Chalc. Aët. xvi. Dissert. de Canon. vi. Conc. Nic. Matt. x. i. Aët. II. Baron. ad A. xxxix. N. xvi. Scët. III. N. xxvi. De Conf. Eccl. O. Perpetuâ Consensione. L. I. C. II. N. VII. Baron. ad A. xlv. N. xxvi. Disq. II. N. xx. &c.

Ad A. I. Claud. & in Car. script. Eccl. Epiph. Hæc. xxx. Nazar. LXXVII. Ant. Vide supra Disq. II. N. xxxi. Vide Al. lat. col. 53 & L. 2. C. II. De Con. Persep. L. I. C. IV. N. XII. Hieron. in Chr. l. c. & Catal. in Petro. Vide Baluz. N. in Lact. P. 355. Regid. Buch. in P. 273.

tam, & omnes Doctos in illo grege, fassos non par-
vam exinde temporum confusionem oriri. Quod pluri-
bus evicimus in Chron. de Papâ Fœmina. 2. Ex anti-
quo errore sanè habet, passum esse Christum Geminii
Coss. Tiberii scilicet xv. de quo nos in præcedente
Dissertat. de Tempore Conversionis Pauli. Ast verò
quod Romanam Petri sedem, & Episcopatum, arcessat
mox ab Ascensione Christi; quod Petri & Pauli mor-
tem conjiciat in 1. Neronis, Nerone & Vetere
Coss. quod inde putet annos Lini, ulque ad Con-
sulum Capitonis & Rufi, Neronis ultimo; quod
Clementem hinc Lino subijciat, contra quam plerique
Latinorum, ut Tertullianus, Auctor Constitution.
Clementis nomine, Optatus &c. quod Clementem, quem
nescivit Irenæus, interponat antè Anacletum; ut
reliqua mittam, in his utique divagationibus & igno-
rantiam summam prodit. 3. Mirum, si illa ex Re-
gistro Romanæ Ecclesiæ, ignorasse imò contradi-
xisse, Irenæum, Tertullianum, Eusebium, Hiero-
nymum, alios, qui de tempore Petri in Urbem
adventus de tempore Passionis, de primis Episcopis
Romæ, aliter longè tradiderunt. 4. Quin super-
iora Catalogi illius auctorem recentiorem in La-
tinis arguunt, qui, post natam pridem de annis xxv.
Episcopatus Petri traditionem, hunc ipsum inchoari
voluit mox ab Ascensione Domini, ne Roma
unquam fuisse sine Pontifice, post sublatum Ponti-
ficem Jesum, crederetur.

XVII. Sed quid opus est multis? Romam pro-
fectum sub Claudio Petrum, dixerat Eusebius, quod
ad primordia Claudii, & ad secundum hujus Impera-
toris relatum est. Nempe ex vitioso calculo, li-
beratum eo anno Petrum Herodianis vinculis, quod
accidit Agrippæ ultimo, Claudii non secundo, sed
quarto. In Græco etiam Eusebii, quem edidit Jo-
sephus Scaliger, legitur Petrus Romam ivisse anno
Christi xl. Τῆς δευτέρας σαββάτου ἐπὶ μ. Πέτρος ὁ
Κορυθαῖος τὸν ἐν Ἀίθιοπία πρώτῳ θεμαλιώτα ἐκ-
κλησίαν, εἰς Ρώμην ἄπει. Quod foret anno Caji
ultimo, ad summum Claudii primo. Quanquam
in his numeris Chronici Eusebiani mendum ne-
mo non intelligit, & alias carpunt Baronius, Bel-
larminus, gregales: quomodo ubi Petrus, in eo-
dem Chronico, viginti quinque annis Antiochia so-
dasse dicitur, secundum Parisiensem Michaëlis Son-
nii, & Basileenses Editiones. Jam à II. Claudii ad
Neronis XIII. vel ultimum, quo ut Paulus Romæ
passus, sic Romanam ex traditione Petrus, interce-
debant anni xxv. variè licet, modò completè, mo-
dò incompletè, ut à Baronio sit aliisque, supputa-
ti. Sed benè est, computum istud ignorasse Eu-
sebium, Chronicum suum Græcè adornantem, cui
hoc de annis xxv. quibus Petrus ejusdem Urbis Episco-
pus perseveravit, de suo inseruit Hieronymus, ut
pluribus Josephus Scaliger ad eum locum; calculum
addente suum Henrico Valesio, secundum quem
etiam Hieronymus Eusebianum Chronicum multis de suo
adjectis interpolavit. Et certè quemadmodum non-
nulli Veterum Epocham hanc Petri in Urbem ad-
ventus anticipant: Arabes sub Cajo; Marcellinus
Comes (observante Scaligero) bivenio ante tempus af-
signatum in Latino Eusebii; antiquissimus Codex apud
Blondellum, & Bucherium, sub Consulatu Vi-
nutii Quartini & Cassii Longini, id est, annis XII.
ante II. Claudii; ita prolixè in superiori nostrâ Dis-
quisitione demonstratum, dudum post II. Claudii
fuisse adhuc in Palæstinâ Petrum, multis id ipsum
confirmante Valesio. Imo & confirmat ipse, vel
invitus, Annalium Scriptor, dum septennium An-
tiocheni Episcopatus præponit annis xxv. Episco-
patus Romani, cujus rei absurditas, & pugna cum
historiâ Lucæ, est Onuphrio, Halloixio, & si qui-
bus aliis Romanensium, visa atque improbata. Ac
subductis calculis, rationeque habitâ temporis quod

Tom. II.

Petrus in Palæstinâ exegit, Concilii Hierosolymita-
ni cui interfuit, Babylonis undè scripsit, Antio-
chenæ Ecclesiæ, cujus septennium illi Episcopatum
tribuunt, traditionis quorundam Veterum, quibus
dicitur passus sub extrema Claudii Petrus, aut Ne-
ronis I. vel etiam annis quinque antè Paulum Aposto-
lum, plurimis anno uno, ut mittam nunc alia ex
Lucâ & Paulo superius deducta, angustum sanè spa-
tium Petri in Urbe præsentia supererit. Nec
annus tantum, & mensis, sed & dies fundatæ à Pe-
tro Cathedræ signandus fuit, Januarii XVIII. Clau-
dii III. ineunte; quem tamen fuisse diem Veneris, &
stationum, seu jejunii hebdomadarii, parum illi fe-
stivitati ac lætis acclamationibus convenientem,
Blondellus noster ex Fastis observavit. Cæterum
fuisse hunc numerum xxv. (qui radix quadrata est,
extracta ex numero Apocalypsicæ DCLXVI. idemque
impariter impar, & infaultus) singulari semper ra-
tione in Romanâ Ecclesiâ conspicuum, est à Fran-
cisco Pottero speciali Tractatu ingeniosissimè osten-
sum. Hinc primitus Tituli xxv. à Marcello insti-
tuti, Presbyteri xxv. Basilicæ seu Templi Baptis-
malia xxv. observante & Valesio, quod cum singu-
li Presbyteri suas regerent Basilicas, quot fuerunt Presby-
teri, totidem Basilicas fuisse dicendum sit. Hinc &
Parœciæ xxv. imò ex Onuphrio Portæ Urbis xxv.
additâ Portâ Triumphali ad xxiv. Portas Plinii. Sic
numerum annorum xxv. qui vulgò sunt anni Petri,
excedere pefas Paparum quemquam.

XVIII. Sed ecce ut fabula fabulam pariat, fœ-
cundæ matres. Non enim satis fuerat, Romam ac-
cessivisse Petrum, ni hinc in mediam Hispaniam,
tandem & in Britanniam, ac ultimum Occidentem,
penetrasse quoque diceretur. Ac prius visum suprâ
ex Chronico sub nomine Flavii Dextri, in quo Petrus
magno stipatus comitatu, imagines Antiochenas,
undè Virgo Madrittana de Atocho, in Hispaniam de-
tulisse perhibetur. Ac Petrus Halloixius, in vitam
Dionysii Areopag. omninò fuisse in Hispaniâ Jaco-
bum, Paulum, ac Petrum, ex Dextro, Metaphra-
ste, & aliis quàm plurimis, pro certo ponit, ut
etiam ex Innocentio facit Annalium Scriptor. Bri-
tanniam verò salutasse Apostolorum principem pro-
bat idem Baronius, ex Metaphraste & aliis: imò
nec salutasse tantum, sed & ibi longo tempore fuisse
moratum; multas gentes non nominatas attraxisse ad
Christi fidem; Ecclesias constituisse; Episcopos & Pres-
byteros & Diaconos ordinasse, Symeon auctor est. Ec-
clesiam verò Westmonasteriensem dedicasse Petrum,
Ailredus Abbas Rivallensis tradit, in vitâ Eduardi
Regis. Multa & de Petro Britannorum Apostolo
Robertus Personius, commentariis de Conversione
Anglorum. Et quid mirum, emensum esse tot
terrarum ac marium spatia Petrum Apostolum? si-
quidem & divisos orbe toto Britannos adierint quo-
que Paulus, Jacobus Zebedæi, Simon Zelotes, Bar-
nabas, Josephus Arimathæensis, alii; quâ de re
prolixè Ufferius in Antiquitatibus Britannicis. Nec
finis his nostris foret, si retexeremus de Apostolicis
peregrinationibus in Galliam quoque, Germaniam,
& in extremos ut Occidentis, sic Orientis, ac Sep-
tentrionis fines, fabellas.

Totidem quot messis aristas

Sylva gerit frondes, ejectas lituus arenas.

Liceat certè nobis claudere hanc de Petro, quate-
nùs Romæ fuisse creditur, Academicam Disquisitionem,
Leonis Allatii verbis: At Patres id ajunt! Pa-
tres non possunt dicere quod non fuit; Item, dictis Pa-
trum solis in hoc negotio inniti, est frustra operam perde-
re. Et præclare aliàs Cæsar Baronius; Profecto ma-
joris esse fidei Acta Apostolorum, à Lucâ conscripta, quâ-
vis auctoritate Majorum, nemo negavit. In quâ nos sen-
tentiâ animitus acquiescimus, qui Luca historiam
in præcedentibus sic excussimus, sicut & Paulina

Bb

scripta,

Hieron.
in Cle-
mente.

Olymp.
cciii.
A. IV.

Scal. A-
nimadv.
in Euseb.
p. 189.
Val. de
vitâ &
scripr.
Euseb.
Eutyck.
Alex. in
Annal.
Georg.
Elmas in
Cajo.
Scal. loc.
cir.
Blond. de
Prim.
C. xxx.
scd. 44.
Bucher.
loco cir.

Anonym.
apud Pa-
tricum
Jun. in
I. Clem.

De Prim.
Eccl. lo-
co cit.
Apoc.
xiii. 18.
Explic.
Numeri
Betzæ
Baron. ad
A. ccccix.
N. IV.
Polyd.
Virg.
L. IV.
C. IX.
Onuphr.
de Titul.
& de Ci-
vit. Rom.

Vide
Scd. IX.
N. xxv.

In Vit.
Dion.
C. XII.
P. 55.

Baron. ad
A. LXI.
N. v.
A. LVIII.
N. LI.
Metaphr.
ad d. 29.
Juu.

Hist.
Anglic.
Script.
Antiq.
p. 385.
Person.
Part. I.
C. I. 5. 10.
Uffer.
Antiq.
Brit. C. r.
xvi. & in
Addend.

De Perp.
Conf.
L. I. C. v.
N. XIV.
XV.
Baron. ad
A. XXXIX.
N. XXII.
Scd. IX.

scripta, & quicquid testium est primo & altero sæculo, ut confidamus facili accessuros nobis esse, quotquot verum didicere & sentire & loqui. In-

Prudent.
C.Symm.
L. I.

*Patris imploranda medalla est,
Ne finat antiquo Romam squallere veterno.*

Excerptum ex Opere Historico, nuper MS. JOANNIS MALFLÆ, seu MALALÆ, Antiocheni; de Petri in Urbem adventu, accessu ad Simonem Magum, & coram gestis ac dictis. Ex interpretatione Edm. Chilmeady.

Temporibus etiam Neronis Romam venit Magus quidam Ægyptius, nomine Simon, qui Præstigiis quibusdam Magicis usus, Christum se esse vendidit. D. Petrus hoc audito Romam contendit, dumque per Antiochiam Magnam iter faceret, contigit Euodium mori, Episcopum & Patriarcham Antiochensem; cuius in locum D. Petrus Apostolus Ignatium surrogavit. Eodem tempore mori etiam contigit Marcum Apostolum, &c.

Petrus autem Apostolus Romam veniens edoctusque, ubi Simon Magus commorabatur, ad eum profectus est. Simon autem, ne iniussu sui Petro vel cuiusvis alii ad se pateret aditus, pro foribus Canem Pastoralem prægrandem catena vincitum habuit: qui, nisi signo à Simone prius dato, advenientibus quibuscunque ingressum prohibebat. Atque hoc omnibus, Magno advenitibus, Miraculum antebac habebatur. Ceterum Petrus, viso Canem illo prægrandi, & efferato; præmonitus etiam ab eis, qui extra fores adstant, non posse illum introire, ut pote in quem canis, nisi contrarium ei Simon significaret, more suo irruens, protinus dilaceraret, intrepide accessit; solutaque catena, Canem ingredi ad Simonem iussit, eique humana voce significare, Petrum, servum Dei altissimi, introire velle. Canis adhuc propere accurrens, Simonem de præstigiis quibusdam Magicis differentem coram omnibus humana voce alloquitur, ei dicens: „Petrus servus Dei Altissimi te conventum „vult. Audientes autem, qui aderant, Canem humana voce loquentem, attoniti dixerunt; Quisnam Petrus iste? aut qualis Petri huius, de quo canis loquitur, vis tanta, qua efficere potuit, ut Canis humana voce locutus nuncium ei ferret? Stupentibus autem ad id, quod à Petro factum fuerat, omnibus, dixit Simon, „ne hoc „vos adeo reddat attonitos: ecce enim ego quoque efficiam, ut Canis humana voce responsum Petro referat. Canis deinde dixit Simon: „Jubeo ut egressus Petro voce humana dicas, Simonem velle eum ingredi. Petrus igitur intravit; & cum Simone Ægyptio congressus, miracula & ipse edidit, morbosque sanavit, Simonem Magum in omnibus superans. Unde Petro plurimam fidem habuerunt, & ab eo baptizati sunt.

Magnus autem Roma erat tumultus in populo, ob Simonem & Petrum inter se de Miraculis edendis certantes. Hoc cognito Agrippa, urbis præfectus, Neroni rem detulit; „Sunt, inquit, in urbe hac imperatri- „ce, qui de Miraculis faciendis inter se certant: quo- „rum alter Christum se esse venditat; alter vero, non „Christum, sed Magum esse eum, dicit: se enim Chri- „sti discipulum fuisse asserit. Jubeat itaque Nero Imperator, coram se adduci Simonem, & Petrum: Pontium

etiam Pilatum è carcere accersit. Hi itaque coram Imperatore sistebantur. Nero autem Simoni, Tunc, inquit, es, quem Christum vocant homines? Imo, respondit ille. Tum Nero Petrum interrogavit: Estne, inquit, hic revera Christus? respondit Petrus; Non est: Ego enim Christi ex Discipulis fui; atque oculis hinc in celos assumptum eum vidi. Tum Nero Pilatum interrogavit; Hicne, inquit, est, quem tu cruci affigendum tradidisti? Pilatus, intentus in eum oculis, Nequaquam, respondit: Comatus enim hic est, atque obesus. De Petro autem eum interrogans Nero; Ast hunc, inquit, Christi discipulum agnovisti? Maxime; respondit Pilatus: in Prætorium enim introductum eum, tanquam Christi affectatorem, cum, de hoc à me interrogatum, omnino negaret, dimisi protinus. Nero itaque utrumque, cum Simonem, Christum sese falso venditantem, cum Petro, qui à Pilato Christi abnegati convictus fuerat, ex palatio ejici iussit.

Deinceps itaque Roma commorati sunt, de Miraculis edendis invicem certantes. Et quidem Simon Magus, Taurum magno in medium adducto, cum ei in aurem aliquid immussisset, expiravit statim Taurus; admirantibus Simonem omnibus. Petrus vero, Deum precatus, Taurum, in vitam revocatum, domino restituit. Petro itaque primas dederunt omnes, dicentes, Mortuum vitam restituere majus esse miraculum. Sed & plurima etiam alia miracula ediderunt, invicem certantes; quæ quidem scripta sunt in Actis Sanctorum Apostolorum. Ceterum Simon Magus, in celos ascensurum se venditans, Petri Apostoli præcibus occubuit. Dixerat enim Petro Simon; Tu dicis, Christum Deum tuum in Celos assumptum fuisse: ecce me quoque in Celos assumptum. Petrus itaque, cum in medio urbis Roma Magicis artibus sublimem eum in aërem efferrè videret, Deum ipse precatus est: & repente Simon, magno cum sonitu in plateam decidens, (interiit.) Reliquia autem ejus, eadem quo decidit loco, recondabantur; qui cancellis lapideis undique septus, exinde Simonium adhuc usque appellatur.

Nero autem Imperator, audito Simonem à Petro interfectum esse, ira commotus, Petrum quoque comprehensum occidi iussit. Petrus autem quamprimum comprehensus esset, successorem in Episcopatu Romano designavit Linum quendam, ex discipulis suis: quem tum quoque, cum prehensus fuit, sectatorem habuit. Erat autem D. Petrus aetate provectior, statura qua mediocrem excederet, recalvafter, crine curto, capite & mento canus, colore pallente, oculis vini colorem referentibus, barbatus, nasutus, junctis superciliis, proclivis, prudens, ad iram pronus, mutabilis, meticulosus, à Spiritu S. loquens, & miracula edens.

Linum vero post S. Petrum, Romane sedis Episcopum, sive Patriarcham fuisse, Eusebius Pamphili in Chronicis suis scriptum reliquit.

Sanctus autem Petrus Apostolus Martyrium passus est, in crucem actus, capite ad terram verso: Præfectum enim juramento adstrinxerat, ne eodem quo Dominus modo crucifigeretur. Factum vero hoc, Aproniano & Capitone Coss.

Pilato quoque iratus Imperator Nero, caput ei amputari iussit; eo quod Dominum Christum, virum inculpatum, & mirificum, Judæis tradidisset. Si enim, inquit, discipulus talia potnerit, quam potens tandem fuerit ipse?

A P P E N D I X
 SEU DE TRADITIS
 ANTIQUISSIMIS
 CONVERSIONIBUS,
 LUCII BRITONUM REGIS,
 JULIÆ MAMÆÆ AUGUSTÆ,
 ET
 PHILIPPI IMP. PATRIS & FILII,
 DISQUISITIO TRIPARTITA.

P A R S P R I M A.

Quæ est de Lucio Britannorum Rege, quem sub Eleuthero Christianismum accepit esse, tradunt ferè omnia Britannorum Chronica.

B R E V I A R I U M.

Generalior Introductio. Narrationis de Lucio summa, Auctores, & dissensus horum de Tempore. Occasio conversionis ejus varie descripta. Item Modus ejus. Pars Britannia in qua Lucius regnavit varie etiam determinata. Eiusdem Extrema perinde. Eadem historia falsitatis arguitur septem modis. Silentium de ea ante Bedam arguetur. Adduntur plurima fabula de Ecclesia Britannica primordiis. Alia conferuntur fabula cum fabricatis nummis. Facta in primis ultima Lucii fabulosa prorsus.



UIT hæc Christianæ Ecclesiæ à primis ferè temporibus fors quædam, ut quæ tot luminibus coruscaret, tot veritatis testibus ac præsidis muniretur, interim sibi illud passâ sit, non jam putidis aut anilibus commentis, & tabellis sine fine, sed & narratis in speciem authenticis, quæ historiæ fidem quandoque apud emunctioris naris Criticos, aut melioris notæ Historicos, merere. Illi quidem, facili & piâ credulitate, fraudem non advertentes; hi amantes quandoque *ὄντι & ψεύδει τιμὴ ἀληθείαν ἐυσημασθῆναι*. Ad utramque, vel alterutram originem, referimus splendorosos illos crucis triumphos, magnifica illa *ἡ Χριστιανικῆς πίστεως τροπαία*, de Augustis *secundi & tertii* Seculi Capitibus, quæ aut plurimis Christianæ Historiæ scriptoribus tradita, aut etiam Virorum primæ notæ suffragio subnixæ. Non jam illorum suspiciones dicimus, qui in Christianis fuisse suspicati, secundo Seculo, v. gr. *Aquilam* Ponticum, *Peregrinum* Philosophum, *Lucianum* Samosatenum, transfugas alios, dehonestamenta veriùs Christiani nominis: vel etiam in Clarorum Virorum choro, *Diogenem* qui de Vitis Philosophorum commentatus est, à patriâ *Laertiâ*, Ciliciæ oppido, cognomento *Laertium*, idque ob phrasas quasdam Christianis non inuetas, ut *ἰλημοσύνην δίδουαι*, in Aristotelis Vita, & si quæ id genus alia. Cujus Christianismo objici potest, quod *Celfo*. Origenes: *ὅτι μάλιστα ἐξέβαλε ἡ κατάλογος* ἡ

*σοφῶν, quod Mosem excluderet à Sapientum ordine, dùm Epicurum, & alios, iis accenseret. Illustriores ad fidem Christianam Conversiones volumus, plurimum etiam testimonio roboratas; de quibus *Ὀπίου* quondam nostram flagitarunt, qui me sui participem amoris faciunt, neque in his *ἀληθῶς ἐχὲν κέρων τι*.*

II. Celebris est in Britannorum Annalibus *Lucius*, in ea gente Regis, altero à Christo nato seculo, cum Coniuge suâ, imò Gente totâ, ad Christianam fidem inductio, & per S. Baptismum, procurante Rom. Episcopo, initiatio. Referunt, diversimodè quancquam, *Beda* in Hist. Anglo-Saxonum, *Pseudo-Damasus* in Vita Eleuth. *Martyrologium Roman.* ad III. Non. Decemb. *Ado* Vienn. in Brev. Chronicorum, *Galfridus* Monumethens. de Gestis Britonum, *Ninnius* in Hist. Britonum, *Rad.* *Dicetus* in Hist. Regum Britanniæ, *Joh. Fordonus* in Scoti-Chronico, & cæteri producti ab *Usserio* Armach. *Usser.* *Henr. Spelmano*, *Edw. Stillingfleetio*, omnium Antiq. C. III. IV. instar. Quales sunt *Antiquitates* vel *Annales* Burtonenses, Landavenses, Lichfeldenses, Wintonienses, Rossenses, Saxonici, Asseriani, aut Ecclesiæ Br. p. 34. Concil. Britannicæ *Joh. Jocelini* &c. De quorum omnium 35. Scriptoribus, & tempore, egregiè dissertat *Prefatio* ad Angliam Sacram. Adde *Chronica* *Mariani* Scoti, *Luitprandi* Ticinens. *Sigeberti*, *Herm. Contracti*, *Abbonis* Floriac. *Florentii* Wigorn. *Guil. & Galfridi* Malmesburiensis, *Henr. de Erfordia*, *Henr. Huntingtonensis*, alia benè multa. Ne recenseam *Matth. Parisium*, & qui hunc in multis descripsit *Matth. Westmonasteriensem*, *B. Platinam*, *Joh. Trithemium*, *Joh. Nauclerum*, *Polyd. Virgilium*, *M. Ant. Sabellicum*, *Petr. de Natalibus*, *Hector. Boethium*, *M. Velferum*, sexcentos alios, quorum scripta in Bibliothecis obvia, multa præterea inedita. Hinc in Christianorum Regum catalogo primus apparet *Lucius*, aut Britannicæ Rex, aut certè in Britannia regnans, conversus ad Fidem *Evangeli* omnium istorum calculo; quamvis de tempore istius Conversionis magnoperè inter se litigent. Antiq. C. III. Undè *xxiii.* sententias variantes numerat *Usserius* Armach. nempe ab Anno *cxxxvii.* *Hadriani* Imp. Ad A. ultimo, ad Ann. *cxc.* imperante *Commodo*, sub quo Chr. clxxxiii. & fidem suscepisse *Lucium* censet *Baronius*. Imò *Ninnius* rem accidisse *Papâ Romano Evaristo*, habet *Ninnius* N. III. Hist. Brit. Ed. Oxon. federit, quancquam annum signet *Domin. Incarn.* p. 103. clxiv. quo *Soter* Roman. Episcopatum tenuit. Un- de

Orig. c. Celf. L. 1. p. 14.

de suspicio sit, *Evaristi* nomen irrepsisse loco *Eleutherii*. Fuere & qui, majori auctoritati conciliandæ, voluerunt hunc *Lucium à Timotheo* Pauli discipulo baptizatum, cujus eruditione ad fidem Christianam esset inductus, ut *Petrus de Natalib.* Episcopus Equilinus, Sec. xv. scriptor, in Catalogo de Sanctorum Vitis, & *Pantaleon* Basileensis in Viris Illustribus Germaniæ; quanquam alij velint *Timotheum* Baronius. Plerorumque tamen consensus est, accidisse rem *Marco Aurelio* & *L. Vero* imperantibus, *Eleutherio* ad Romanum Episcopatum jam adnoto; sive factum fuerit A. CLXIV. ut *Ninnius* sive CLXX. quando *Soteri* successit *Eleutherus*, sive A. CLXXV. ut habent *Annales Lichfeldenses*, vel CLXXVI. quo juxta *Chronicon Eusebii* idem Pontificatum inierit. Qui annus præcessit illum *Persecutionis Gallicanæ*, *Ecclesiarum Lugdunensis & Viennensis*, quæ accidit juxta accuratissimos *Chronologos M. Aurelii xvii.* Christi CLXXVII. quando missus fertur ab iisdem *Irenæo* ad *Eletherum*, juxta *Ferdinandium*, & *Baronium*: sed invito non modo *H. Dodwello*, *Viro Clariss.* qui *Irenæum* ait tunc occupatum in scribendis *Libris* adversus *Hæreses*, sed & *Henr. Valesio*. Qui destinatum quidem *Irenæum* ad literas *Lugdunensium Martyrum* Romam perferendas, sed interveniente *Martyrio Photini* Episcopi, & optato successore *Irenæo*, perferre deinceps non potuisse, ut pluribus ille in *Annotat. ad Eusebium*.

III. Ut tempus diversimodè relatum est, sic & occasio quâ *Lucius* ad fidem adductus fuerit. Quidam factum post *Britanniam* luce *Evangelii* jam ab *Apostolicis* temporibus collustratam, & sollicitatam sæpius *Lucium* ab *Eluano*, qui *Glastoniæ* ageret, seu in *Avaloniæ* solitudinibus, *Christiano* Doctore ac *Magistro*, sed à *Druidis* suis persuasum, animo variè fluctasse. Alii, audita solâ fidei famâ, & *Christianorum* à primâ origine sanctitate, constantiâ, miraculis, ex se ipso inductum, ut *legationem* ad *Eletherium* mitteret. Quidam etiam permovisse imprimis *Miraculum*, quod contigisset sub *M. Aurelio*, Anno Imp. xiv. Christi CLXXIV. in pluvia illâ miraculosâ *Christianorum* precibus impetratâ, quam *Literis* suis significaverit *Marcus* Imp. insertis *Operibus* *Justini* M. de quâ re pluribus nostra *Ecclesiæ* *Historia*. Et ita quidem *Chronica Britannorum* varia, & *Nicolaus Harpsfeldius*, in *Historicâ Ecclesiasticâ Anglicanâ*, qui *Lucius* forte movisse has *Marci* *Literas* scribit. Cui etiam *Imperatori* *Lucium* benevolentia & familiaritate conjunctum fuisse, referunt *Antiquitates Britannicæ*, *Matth. Parkeri* *Cantuariensis* jussu collectæ. Alii, ut ibidem legere est, factum occasione edicti quod à *Romanis* prodesset, de *abolenda Druidum superstitione*, quæ jam antiquitus in *Britannia* viguisset, unde in *Gallias* translata. Et hinc factum ut *Lucius*, ante *Druidum* placitis addictus, de *Religione* & vero *Dei* cultu attentius cogitarit, unde consilium delegandi ad *Eletherium*. Nec desunt *Annales*, quales sunt *Fabii Quæstoris Ethelwerdi*, & si qui alii, in quibus consilium de convertendo *Lucio* Rege ab *Eleuthero* primò profectum, qui per *litteras*, & *munus*, adierit *Insulæ* *Britanniæ* Regem, qui tum *potestate* pollebat, ut ei *Christianismum* persuaderet. *Baronius* addit circumstantias quasdam alias, ut de *Senatoribus* quibusdam *Romanis*, inter alios *Partinace* & *Trebellio*, quos ex *Legatis* *Cæsaris* *Christianos* factos esse acceperat *Lucius*; hinc propensorem factum hunc regem in *Christianam* *Religionem*, misisse ad *Eletherium*. Et hæc refert, tanquam quæ *vetustioribus Monumentis* de *Lucio* *prædita*, quæ summus *Usserius* ostendit, ex *Magdeburgensibus* fuisse à *Baronio* prompta, & ridet hinc *Ant. Pagi*, ad A. Ch. CLXXXI. in *Criticâ* *Baron.* Qui vero *convertum* fuisse hunc Regem sub extrema *Ha-*

driani, vel sub *Antonino Pio*, vel sub *Commodo*, alii alia *comminisci* necesse habuerunt.

IV. Jam *modus* conversionis non unus est apud *Chronographos*. *Beda* quidem, in *Hist. Anglo-Saxonum*, misisse *Lucium* *Epistolam*, in qua *obsecrabat* ut per *eius* *mandatum* *Christianus* *efficeretur*, nulla *legatorum* *mentione*. *Plerique* autem in eo *consentiunt*, *Romam* missos à *Lucio* Rege ad *Eletherium*, qui tum *Romanæ* *Ecclesiæ* *præerat*, *legatos* quos, *Elvanum* *Avalonium*, (quem *Boëtius* *Scotum*, seu *Hibernum* facit) & *Adedwinum*, sive *Edwinum*, seu jam hi fuerint ex *veterbis* in *Britannia* *Christiani*, quorum ille *Librum* scripserit de *Origine Ecclesiæ* *Britannicæ*. seu *idem* in ipsâ *legatione* *Romæ* *primùm* *Baptismo* *initiati*. Non tamen miserit hos ad *Eletherium* *Lucius*, quod hunc crederet esse *universalis* *Ecclesiæ* *Caput*; sed quod *Roma* esset præcipua *Christianismi* *sedes*, ad quam ob *Urbis* *prærogativam* *undique* *Christiani* *confluerent*. Igitur *accesitos* fuisse voluit *Romæ* *Doctores*, *mittendos* ab *Eletherio*, (quamvis jam in *Glastoniensi* *Insulâ* *Avalonia*, sic *Cantabrigiæ*, *Eboraci*, aliisque in locis, *Christians* *Doctores* *celebrant* *Chronica* *Britannorum*) qui *Regem* cum suis de *fide* *Christi* *edocerent*, ac *Sacro* *Baptismo* *tingerent*. Hos missos *Eletherii* *vocant* *rursus* *diversimodè*; communiter *Phaganum* & *Dorwianum*; alii *Fugatum*, vel *Fuganum*, *Fagatum*, *Faganum*, *Fuganum* &c. & *Damianum*, *Davianum*, *Dumanum*, *Dumanum*; *Divianum*, *Divinianum*, *Donatianum* &c. ut *videre* est ex *diversis* *Chronicis*, vel apud *eundem* *Usserium* *Armach.* Qui ubi in *Britanniam* *appulissent*, cum *Legatis* *Lucii*, post *instructum* *Regem*, *eundem* *sacro* *fonte* *abluerint*, *cum* *totâ* *Domo*, *dein* & *Baptismi* *Sacramento* *tingerent* *concurrentes* *undique* *Nationum* *populos*, *deleto* *per* *totam* *ferè* *Insulam* *Paganismo*, ut *diferit* *Galfridus* *Monumethensis* *Archidiaconus*, *celebris* *seculo* *xii.* & in *eandem* *sententiam* *plures* *alii*. *Locum* *etiam* *baptizati* *Lucii* *quidam* *designant*, ut *Chronica* *Britonum* *abbreviata*, in *Urbe* *Trinovantum*, id est *hodie* *Londonensi*. Non desunt *verò* qui *Lucium* *baptizatum* *volunt* à *Timotheo* *Presbytero*, *viro* *sancto*; vel à *Marcello*, qui fuerit *Tun-Usserorum* *Episcopus* ab *anno* *cxci.* ad *annum* *ccxx*; *Antiquitatis* *hæc* *Religiosis* à *Papâ* *submitta*. *Converso* *jam* *Lucio* *Rege*, *Britannos* *suscipiam* *fidem*, *usque* *in* *Diocletiani* *Principis* *tempore*, *inviolatam* *servasse*, *author* *est* *Beda*. *Addunt* *verò* *passim* *Britannorum* *Beda* (id est *Monachorum*) *Chronica*, *mox* *constitutam* *fuisse* *Hierarchiam* *Ecclesiasticam*, id est *Episcopos*, *Archiepiscopos*, *illos* *quidem* *in* *Flaminum* *locum* *qui* *xxv.* *hos* *Archidiaconum*, *quorum* *tres* *sedes* *Londoniæ*, *Eboraci*, & *in* *Urbe* *Legionum*, *quæ* *in* *Glamorgantiâ* *Cambriæ* *seu* *Walliæ*. *Nec* *Britannorum* *tantum* *referunt* *Annales*, sed & *Martinus* *Polonus*, *B. Platina*, *Joh. Nauclerus*, & *alii*, *adscriptis* *suis* *cuique* *Episcopatu* *limitibus*, *de* *quibus* *prolixè* *laudatus* *Usserius* *Antiq. Ecclesiæ* *Brit. Cap. V.* *Fundata* & *Monasteria* *seu* *Abbatias* *incluunt*, ac *Collegia*, *qualia* *s. Petri* *Westmonasteriense*, *J. Martini* *Cantuariense*, *sic* *Glastoniense*, *Bangorensis* *vel* *Banchorensis*, *Wintoniense*, *alia*, *postquam* *Faganus* & *Dorwianus* *Româ* *iteratò* *redissent*, *muniti* *litteris* *seu* *rescripto* *Pontificis* *ad* *Lucium* *Regem*, *variisque* *concessionibus* *Pontificis*, *qui* *dehinc* *totam* *Insulam* *peragrarunt*. *Apographum* *Litterarum*, *in* *quibus* *Lucius* *dicitur* *Victorem* *Dei* *in* *Regno* *predicâto*, *vide* *apud* *Authorem* *Antiq. Britann. & Usser.* *Usserium* *loco* *cit.* *Spelmanus* *in* *Concil. Brit.* *cum* *C. vi.* *Animadvers.* *ad* *eam* *Eleutherii* *Epistolam*, *Guil.* *p. 101.* *Lambardum* *in* *l. ex. chronol.*, &c. *Eadem* *quoque* *inter* *Leges* *Edwardi* *i.* *Confessoris* *relata* *sunt*, *quarum* *authenticum* *asserari* *dicitur* *in* *Bibliothecâ* *fol. 132.* *Cartonianâ*. *Ita* *fertur* *Diploma* *Arthur* *Regis* *in* *fa-*

L. I. C. xxiv. Pant. P. I. p. 116. Baron. ad A. cxlvi. N. II.

Dodw. Diff. in Iren. iv. p. 372. &c.

Annor. in L. v. C. iv.

Balzus Cent. I. N. xxvii. in Eluano.

Secul. xi. col. 660. 661. 662. Harpsf. Hist. C. III. Annor. Brit. p. 4.

L. I. Annal. Usser. Antiq. C. iv.

Usser. Antiq. P. 46. 52. 53. &c.

Beda C. iv. p. 28.

Pag. 54.

Hist. Brit. L. II. C. I.

Usser. P. 53. 59.

Beda L. I. C. iv.

C. vi. p. 101. Spelm. T. I. p. 34.

fol. 132.

Cajus de Antiq. Cantabrig. Acad. L. I. p. 51.

Uffer. de Primord. p. 131. 513.

Advert. Jud. C. VII.

Capit. in L. Vero.

A. 107. C. 107.

Rad. Di. cet. in Anglic. Hist. p. 555.

M. Velf. Aug. L. VI. p. 304.

Rad. Di. ut. p. 555.

favorem Academiae Cantabrigiensi, scriptum anno ab Incarnatione D. XXXI. in Civitate Londinensi; quo Scholares & Doctores Cantabrigia manentes a publicis vestigalibus & operibus onerosis absolvuntur, &c. Sicut Gloriosus Rex Britanniae Lucium docuit, Christianitatem amplectens predicatione Doctorem Cantabrigia. Imo privilegia fuisse Romam per Eleanthum & Medwinum missa ab Eleutherio, in confirmationem Generalis studii Acad. Cantabrigiensi, iudem Scriptoris referunt. Aliis Privilegia Scholis aliis & Ecclesiis concessa notantur, ut tabula fabulam trahit, de quibus scriptum Britannicarum scriptores.

V. Jam ita Lucium quâ in Britannia parte regnavit, deis ubi a conversione diem clausit extremam, non minus hos inter scriptores ligatum est. Nos in sequentibus contrahimus. Fuisse qui hunc Lucium collocarint ultra vallum Antonini Pii, extra Provincias a Romanis subjectas, in *Althania* (hodie Scotia) partibus; quod referunt illud Tertulliani, *Britannorum inaccessa Romanis loca Christo subditis*. Et hoc ipso concedunt ad unum omnia quae *Britannorum Annales* de hoc Rege, hujus conversione, circumstantiis variis, & quae illam exceperunt, memorant. Qui cis Vallum regnasse volunt, seu in citeriore Insulae parte, ut fere omnes, iterum abeunt in diversa. Quidam in ea Britannia parte quae nondum armis Romanorum esset subdita, ut sanè non omnem Britanniam unquam Romani subjugarunt. Sed hi fide testium destituuntur, *Cambriam* licet aut *Walliam* designent, ubi *Bangoria*, *Landavia*, &c. quae tum fuerit Romanis inaccessa. Plurimi igitur in ea parte quae Romanis patebat, ut saepe Regna ab iis *Assiana*, *Dacia*, *Rafinona*, &c. in Hispania, & Nummis, & apud Juliam Capitolinam. *Lucium Verum Regna Regibus, Provinciae vero Comitibus suis, regendus dedisse*. Ita pridem *Prasutagus*, *Itanorum* in Britannia regibus, ubi postea *East-Anglia* sub Saxonum dominatione, *Claudius Imper.* haeredom scripserat, ut scribit *Tacitus*; quemadmodum *Cogidani* haerodibus in eadem Insula, ubi hodie *Suffania*, & qui *Ptolemaeo* dicuntur *Regni*, dignitatem Romani conservarunt. Nec tamen in ea Britannia parte, nisi quâ litoralis est, & ubi *Mellis* Insula, Romani Imp. vestigia ulla deprehendi feruntur. Uti ope Romanam dominationem agnoscit *Elauthi* Epist. in Regno Lucii, nec ipse *Lucius*, qui petierat ad se transmitti *Leges Romanas, & Caesaris*, ut qui solius Dei in Regno *Britannia*, quod totum tenuerit, *vicarius* esset. Quod & *Radulphus Dicetus de Regibus Brit.* & *Chronographi alii*, qui *Secorum Romae Imperatorem regnasse post Lucium*, adeo ut Romani totam pene Insulam sub Nerone amiserint. Tamen non desunt qui sub Romanis gubernasse volunt hunc *Lucium*, fere ut *Herodes* & eius Filii in *Judaea*, *Antiochus* *Asiaticus* in *Syria* *Comagene*; *Ariobarzanes* in *Cappadocia*, & alii. Imo Ditionem assignant, & successorem etiam; ut qui *Lucius* filius fuerit *Coildi*, nepos *Marii*, pronepos *Arviragi*, (quem quidam eundem faciunt cum *Prasutago* *Taciti*, nullo documento) referantibus *Radulpho Diceto*, *Galfrido Monumethensi*, &c. Sed & *Marcus Velferus*, vir sanè de Republ. literaria meritis, eandem *Lucii* genealogiam exhibet; *Hist. Augustanae* quam edidit *Christophorus Arnobius*, idemque nobis domo misit, *Libro vi.* addens, ejus rei dubium nullum esse posse. Hi jam regnasse *Lucium*, & *Patrem*, *Avum*, *Proavum*, in *Britannia* simpliciter, vel etiam in totâ *Insula*, quod habent sanè plurimi *Britannorum Historici*, qui unam tantum *Monarchiam* fuisse vellent, paulo post sub *Severo* in Romanos translata, quem etiam Regem *Britannicum* faciunt

LXXIV. ut *Lucium* *Coildi* filium Regem LXXIII. Sed alii, & recentiores fere, ex *Historia* edocti,

puta *J. Casare*, *Diodoro*, *Strabone*, *Suetonio*, *Hist. Ant.* *Tacito*, *Dione Cassio* &c. *Britannos* non uni *Capiti* vel *Regi* paruisse; adhuc sub *Hadriano*, & *Antonino Pio*, magnam *Britanniae* partem *Romanis* *Provinciis* accessisse, & interjecto *Vallo* vel *Muro* cespitio ab indomitis *Britannis* divisam fuisse, *Regem* aliter expediendam censuerunt. Nempè illi *Regi* *Britannico* locum fuisse in *Provincia* *Romanâ*, pari quâ alibi lege *Reges* alii facti *tributarii*, & *Majestatem* *Rom.* *Imperii* reveriti. Hinc fuisse *Lucium* *amicum* *Romanorum*, eumque, *benevolentia* *Marci Aurelii Antonini*, post *pacatas* *Provincias* *virtute* *Calphurnii Agricola*, qui *adversus* *Britannos* missus fuerat, *Regnum* post *patrem* obtinuisse. At regnasse tantum in aliqua *Insulae* parte, *prudentiores* intelligunt; non commissuris *Romanis* *Regi* *indigenae*, in *Gente* *impatiente* *Romani* *jugi* inde ab *Hadriano*, & ad *rebellandum* nata, ac *toto* *Mari* a se *divisae*, *absolutum* in eam *Imperium*. Hinc alii, *imperitasse* *Lucium* in eâ parte quae *Prasutago* *Regi*, secundum *Tacitum*, *parue-* *rat*, ubi *Itani*, qui postea *East-Angli* sub *Saxonibus*, *incolentes* eam *regionem* quae hodie *Norfolcia*, *Suffolcia*, quibusdam & in eâ *Cantabrigia*. Alii, in *Occidua* *Insulae* parte eundem *verius* regnasse, ubi *Belga* & *Dobuni*, hodie *Somersetia*, *Wiltonia*, *Glocestria*, &c. & quae dicta *Avallonia*, aliâs *Glasonia*, quae *minor* *Sanctorum*, *prima* *Dei* *terna*, &c. *majoribus* appellata; in *memoriam* *conversionis* *Lucii*. Alii demique in *Meridionali* *Britannia*, ubi *Centii*, *Regni*, hodie *Cantium*, *Suffexia*, *Suthrey* vel *Surrey*; *Romanis* *tenentibus* *litora*, ut *Portum* *Ardurni*, *Anderida* &c. & totius *regni* *Metropolim* *Londinium*; & sic *rutis* *sitis* *adversus* *Britanni* *Regis*, quem in *fidem* *accepissent*, quacunque *molitiones*. Et eò *propendere* *videtur* *Reverendiss.* *Stillingfleetus* in *Origin.* *Britannicis.* p. 46.

VI. Imò de hoc *Lucio*, ejusque *novissimis*, *varia* *versum* & *pugnantia* *tradiderunt*. Quidam *defunctum* in *Regia* *dignitate*, sed *obscurum* *quando*, *aut* *quo* in *loco*, *undè* *non* *comparasse* *Regem* *Lucium*, *Joh. Fordonus* in *Scoti-Chronico*. Unus *Scoti-* *fore* *habet* *Galfridus Monumethensis*, cum *absque* *Chron.* *Haereditibus* *diem* *obiisse* *Glocestria*, sive ut alii, *Gla-* *docestria*, in *Dobunorum* *regione*. Saktum, post *Lucium* *fatentur* *Annales* *successisse* *illi* *Britannici* *sanguinis* *neminerit*, *ademptâ* *Britannis*, *publico* & *perpetuo* *Romanorum* *dictato*, *Regia* *dignitate*, ut *Bal-* *laeus* in *Centuriis*. Quod de *extremis* *Lucii* *silentium* *eo* *mirum* *magis* *videatur*, quod *Ecclesiam* *exinde* *Britannicam* *altâ* *pace* *fruitam* *esse* *tradunt*, & *inter* *eos* *Beda* *Anglo-Saxo*, *ad* *persecutionem* *Beda* *usque* *Diocletiani*. Sed *alia* *jâ* *de* *Lucio*, *ejusque* *novissimis*, *ex* *aliis* *audienda* *sunt*. Nempè *ferunt* *hunc* *Regem*, (*ita* *Pantaleon* *de* *Vir.* *Illustribus* *German.)* *sibi* *proposuisse* *plures* *homines* *in* *errore* *perseve-* *ramus* *Christo* *tuerisacrere*; *hinc* *Rhenum* *ascendisse*, *ubi-* *que* *Euangelium* *predicando*; *demum* *in* *Boiariam* *perve-* *nisse*; *perisse* *dein* *Augustam* *Vindelicorum* *celebrem* *Ur-* *beam*; *hinc* *ad* *Rhetos* *profectum*, *ubi* *ad* *Rhetorum* *Cur-* *riam* *pervenit*, *ejus* *tractus* *Metropolim*. Tandem, *S. Lucium* *ab* *ejus* *regionis* *Prefecto* *ex* *suâ* *spelunca* *ad* *arcem* *Marsiolam* *perductum*, *atque* *deinde* *Curia* *Martyrio* *affectum* *fuisse*. Quod de *Lucio* in *Rhaetia* *Epis-* *copo*, & *martyre*, nempè a *Paganis* *lapidato*, in *Urbe* *Curia*, *habet* *Martyrologium* *Rom.* *ad* *iii.* *Decemb.* *dein* *Naucerus*, *Munsterus*, *alii*; & *præ-* *cipuè* *Marcus Velferus*, in *Historia* *Augustana*, *Li-* *bro* *vi.* *Quod* *Britannici* *scriptores* *eum* *in* *pariâ* *sine* *li-* *beris* *decessisse* *affirmant*, *neque* *cum* *Annalibus* *privatis* *no-* *stris*, *neque* *cum* *Tabulis* *Ecclesiae* *Curienfis*, *qua* *non-* *nullis* *publici* *juris* *Auctoribus* *juvantur*, *convenit*. *Hic* *quippè* *relatum*, *Lucium* *relictis* *Regno*, *cujusmodi* *exem-* *pla* *præca* *atq;* *plura* *tulit*; *magna* *terrarum* *spatia* *obvif-* *se,*

J. Capit. in M. Antop. p. 25.

Tac. A. XIV.

Orig. Eccl. Brit. C. 11. p. 46.

Bal. Cent. I. C. 111.

Pantal. de Viris Illustr. p. 116. ad A. 175.

Velf. Aug. Vind. L. vi. p. 304.

se, ut pietatem, quâ ipse imbuit, alios doceret. Eâ occasione in Rhatiam, & Augustam venisse, ubi cum de Religione sermones serenti fidem multi adhiberent, inter quos *Campestris Viri Primarii* nomen hodieque celebratur, cives reliquos odio Christiani nominis adactos, hominem hospitem primò corruis incesisse, lapidum dein jactu petisse, in puteum demum male multatum deturbasse, undè priorum auxilio agrè semianimis extractum, in Alpinam Rhatiam cecesserit, ibique demum occubuisse. Hæc Vir ille, minimè aliàs obefæ naris; qui dein *Lucium* hunc Rhætum *diversum esse à Britannico*, puta aut Cyrenensem de quo in Actis, aut illum de quo Paulus in Epist. ad Romanos, strenuè negat, partim ex intercapedine temporis quæ interjacet, partim ex defectu gravioris antiquiorisque testis.

Ad.
XIII. I.
Rom. XVI.
21.

VII. Postquam compendio, quantum licuit, historiam hujus *Lucii*, Britannorum Regis, ad Christum cum Gente suâ conversi, & omnium pene Britannorum, ac Doctissimorum etiam, calculo firmatam, aperuimus, iniquis nostram subjungere haud operosum fuerit. Nempè, quicquid esse potuerit in illustribus Britannis aliquis, *Lucii* nomine, (quod sanè Romanum nomen est, aut agnomen saltem) qui Christianam fidem amplexus sit, & inter suos propagare studuerit; at nullum certè istiusmodi *Regem* vel *Britannis* tum imperasse, vel hoc modò fuisse conversum, sive ab *Eleuthero*, sive alterius Rom. Episcopi ministerio, cum additis omnibus iisque pugnantibus circumstantiis, contendimus. 1. In tempore designando non annorum aliquot discrimine inter se dissociantur, quod accidere facillimè potuit ex discrepantia circà Annos Christi, Imperatorum, Pontificum; sed toto cœlo à se invicem abeunt, ab anno Ch. *centesimo*, aut circiter, ad *ducentissimum*, ut prolixè ex dictis constat. Nam alii factum vivo adhuc *Timotheo*, alii *Hadrano* imperante, alii *Antonino Pio*, alii & plures *M. Aurelio* Philosopho, alii *Commodo*, alii etiam *Severo* Imperium Rom. administrante. 2. Nec minor pugna in *motivo* Conversionis, & in occasione illius fingendâ, his hanc, illis aliam causam hario-latis, præter testium idoneorum fidem, ne ipso *Baronio* excepto; ut pluribus videre est totâ *Theſi* III. Et quantum ad *miraculum* pluvie Christianorum precibus impetratæ, hinc Edictum *M. Aurelii* in favorem Christianorum, est rem planè incertam & obscuram, qualis *Lucii R.* conversio, probare per aliam dubiis circumstantiis implicitam, & quam posteriorem esse Baptismo *Lucii*, collatione Annorum factâ, tradunt *Beda*, *Ado*, *Galfridus Malmesb.* *Marianus Scotus*, *Ninnius*, *Florent. Wigorniensis*, *Annales Ecclesiæ Wintoniensis*, *Glastoniensis*, *Landavensis* &c. 3. Pugna eadem, si non major, circà modum conversionis, Instrumenta, Pontifices, Legatos, eorundem Nomina &c. ut ex *Theſi* IV. intelligitur. Quin *Fugani* & *Derviani*, Legatorum Pontificis, nulla mentio, apud *Bedam*, *Adonem*, *Monasticum* vetus Anglican. *Johannem Lelandum* de Scriptoribus Angliæ sub *Henrico VIII.* *Chronicon Saxonum* vetus, *Annales* plures, quos secutus *Joh. Capgravius*, & alii. Nempè Seculo XII. *Wilb. Malmesburiensis*, *Galfridus Monumeth.* *Archidiaconus*, dein *Matth. Westmonasteriensis*, hos produxerunt ex mendacissimis Monachorum tabulis, nec negarunt nuper *Celebres Anglorum Antiquarii*. 4. *Eleutherii* Literas ad *Lucium* Regem, ex Synchronismo, Stylo, Argumento (quod non respondet *Lucii* postulato, & quod Romanorum nullam in Britannia dominationem fuisse supponit,) aliisque certissimis indiciis, supposititias esse luculenter demonstravit *Henr. Spelmanus*, *Animadversionibus* ad hanc Epistolam, & assentiuntur *Usserius*, *Stillingfletius* &c.

Usser.
p. 34.

Spelm.
Conc.
Brit.
p. 34-35.
36.

Imò non extitisse usquam Gentium Epistolam, infra mille annos post excessum *Eleutherii*, idem *Spelmanus* docet. Eiusdem farinae est, *Confirmatio*, & *Privilegia Academia Cantabr. Generalis studii*; missa ab eodem *Eleuthero*, apud *Cajum de Antiq. Cantabrigiensis Acad.* Quamquam *Cambricum* jam tum esse potuisse in Britannis Romanorum Coloniam, facile damus, sed obscuram præ *Camuloduno*, & *Eboraco* in Brigantibus, dein civitate *Leviomum* in Britannia Secunda &c. aliisque. 5. Sic *Arthurii* Regis privilegium, concessum eidem Scholæ Cantabrigiensi, Anno (ut ferunt) *DXXXI.* & in eo memorata *Lucii* conversio *predicatione Doctorum Cantabrigia*, se suo prope iudicio prodit, nec ab *Oxonionibus* tantum, sed & ab *Usserio Armachano*, *Henrico Spelmano*, & emunctioris naris Criticis, suppositio-nis arguitur. Et pridem Doctioribus Britannis ob-servatum est, *Charis* in Angliâ primum scribi coe-pisse sub finem seculi VII. primamque omnium esse, quam *Whitredus* Rex Cantuariensis Ecclesiæ concessit Anno *DCXCIV.* Ut *quæcumque aetatem superiorem præ se ferunt, certissime sint commenticia*, observante *Cl. Whartono*. Ità non illa tantum *Arthurii* Regis, sed & *Bullam* quæ adscribitur *Honorio I. Pontifici*, Anno *DCXXIV.* & in quâ dicitur *Eleutherius* privilegia Cantabrigiensibus concessisse, *figmentum* dixit *Usserius Armachanus*. 6. Eiusdem sunt commatis, quæcumque memorantur de institutis sive ab *Lucio*, sive ab *Eleuthero*, per Angliam omnem Episcopatibus *XXV.* & Archiepiscopatibus *III.* qui successerint in locum *Flaminum* & *Archiflaminum*. Quæ *Flaminia* vel *Sacerdotia* fuisse utriusque Sexus apud Romanos, nec *Flaminus* tantum extitisse, sed & *Flaminus* vel *Flaminicus*, ex Inscriptionibus antiquis, liquet. Verum *Drnydas* apud Britannos, hinc Gallos, rei diviniæ ac sacræ præfuisse ex Historiâ constat; qui plures in unâ Civitate, quicunque inter ipsos ordo fuerit. Et commenta hæc de Britannia *Flaminibus* & *Archiflaminibus*, usque ad *Lucium* Regem, figmentis *Monachorum*, & *De An-narratis Galfridi Monumeth. Mart. Poloni, Historiæ Roffensis, Rad. de Diceto*, & id genus aliis, qui commenta commentis cumulant, consentiunt Doctiores Antiquarii, & ipse quoque *Eduardus Wigorniensis*, de Originibus Britannicis. Imò nihil de *Flaminibus*, *Archiflaminibus*, *Matth. Parisius*, *Matth. Westmonasteriensis*, alii, quorum iste productus ab *Henr. Spelmano*, in traditis de *Eleuthero*, A. *CLXXXVII.* Et nota Episcopatum Britannia origo alia, dein Archiepiscopatum, quam ab hac Institutione *Eleutherii*, vel *Lucii*. 7. Imò sic supponitur, *Lucium* toti Britannia imperitasse; Hinc Regnum universum jam tum distributum in *XXV.* Episcopatus, præter *III.* Metropolitanos; ad hæc territoria, possessiones, privilegia amplissima, toto Regno Ecclesiasticis concessa. Quorum illud omnibus Historicis repugnat, qui res Romanas & Britannicas eorum temporum tradiderunt, ac Historiæ nominatim *Hadrani*, *Antoninorum*, *Severi* Imp. Et quidem adscribuntur hæc omnia (præter conversionem Regis ac Gentis totius, & deletionem Paganismi) duobus religiosi viris, *Fagano* & *Derviano*, aut quocumque illi nomine fuerint, qui hæc singula, auctoritate *Romani Pontificis Eleutherii*, toto Regno peregerint.

VIII. Adde silentium de hoc *Lucio*, ejusque conversione, & Gentis Britannicæ, vetustiorum *Beda* scriptorum, qui sane rem aded memorabilem pressuri nequitiam fuissent. Nihil de eâ *Iranem*, qui horum temporum & cœvus *Eleuthero*, memorans Ecclesias jam tum in Orbe Europeo fundatas in *Germania*, in *Hiberis*, in *Celtis*, præter alias in Oriente, *Agypto*, *Libyâ*, & quæ in medio Mundo essent constitutæ. At nullus meminit Ecclesiarum in

L. I. P. 52.

Usser.

Anr.

p. 50. 532.

Stillingf.

Orig.

C. I. R.

p. 69.

Wharr.

Præf. ad

II. T.

Angliæ

Sacr.

Antiq.

Brit.

131. 1158

De An-

tiq. Brit.

L. I. P.

p. 57.

Stil. de

Orig. Be.

p. 96.

in Britannia, nec Lucii Regis; facturus imprimis mentionem, ut quæ in Orbe extremo, & quæ eandem cum Romanâ Ecclesiâ fidem amplexæ fuissent, quod fecit ad Irenæi illo loco institutum. Sic de Lucio Rege, & Gente totâ Britannorum ad fidem perducta, nihil Tertullianus; quamvis Galliarum diversa Nationes, & Britannorum inaccessa Romanus loca, Christo subdita, fuisse scripserit. Quibus indubiè innuit ea Britannicæ loca quæ Romanorum jugum nondum subierant, qualia etiam fuere sub Severo, qui aliàs Britannici cognomen accepit, & Barbaros inibi rebellantes ex parte domuit, ex parte coercuit. Sic, ut alios Historicos præteream, qui de hoc Lucio nihil, aut conversâ sub eo Gente, (ut Eusebium, Hieronymum, Sulp. Severum, Theodoretum, Prosperum Aquit. Orosium, Cassiodorum &c.) fuit inter Britannos scriptores Gildas Albanus, vulgò sapiens, seculi sexti scriptor, qui Britannicæ Historiam, ac Epistolam suorum increpatoriam, etiam de Britannia Excidio scripsit, citatus

Beda L. I. C. XXI.

Bedæ. Qui quum horum temporum meminerit, nihil ille de Lucio, cæterisque monachalibus figmentis, sed hoc tantum: Quæ religio, (sub Tiberio jam propagari cœpta) apud quosdam tamen in regre suscipita fuit, in Britannia scilicet, & alios minus, usque ad persecutionem Diocletiani novennem. Sic nihil in Epistolâ, quam cum Historiâ emaculationem edidit Thomas Gale, vir Clarissimus. Ita in Chronico Saxonico, quod nuper Latinitate donatum est ab Edmundo Gibson Oxoniensi, & quod dicit augustissimum Antiquitatis monumentum, quale frustra apud Gentes vicinas quaesiveris, scriptum Sec. XII. notatur sanè, Anno cXLV. M. Antoninum & Aurelium fratrem regno potitos esse; dein A. CLXXXIX. Severum suscepisse Imperium, & profectum cum Exercitu in Britanniam, magnam hujus Insulae partem pugna subegisse; tum vallo ducto, Eboraci diem obiisse supremum. At quæ de Lucio subjiciuntur, patet huic Chronico alienâ manu inserta esse; nam factâ mentione mortis Severi, & successionis Caracallæ, quæ accidit A. CCXI. tum & mentione præviâ mortis Getæ, immediatè subdit; Hoc anno Eleutherius Roma suscepit Episcopatum, quem xv. annorum spatio gloriose tenuit. Ad eum Lucius Britannorum Rex litteras mittebat &c. Nam si voluit annum quo Severus profectus in Britannias, falsum, Eleutherium tum suscepisse Rom. Episcopatum; qui jam decesserat Victori Anno CLXXXIV. Dein alio sanè loco debuit scripsisse, Hoc anno Eleutherius &c. qui jam antè dixerat, Severum diem obiisse Eboraci. Pellucet fraus Monachorum, circa Antiquitatis monumenta, & questi pridem Usserius, Spelmanus, Seldenus, Stillingfleetus, alii.

IX. Cum primis in tradendis primordiis Ecclesiæ Britannicæ, mirum dictu est quot compositis mendaciis, & confutis fabellis, post submissos Româ Monachos, & fundatas dotatasque Cathedrales Ecclesias, Collegia, Cœmeteria, Monasteria, cum amplissimis privilegiis, à VII. VIII. & sequentibus seculis, imposuerit fraudulentum hominum genus credulæ ac superstitionis posteritati. Non sanè revocamus in dubium, quin primis seculis illata sit lux Evangelii in Britannorum Insulam, ἐπι τὰς καλεµέναις Βρεταννικῆς νήσους, ut expressus nimis est, præter Tertullianum, etiam Eusebius in Libris de Demonst. Evangelicâ. Et Theodoretus Sermone ἐξὶ νόμου, ubi leges Evangelicas, per τὰς ἡμετέρας αἰῶνας, & τὰς τελευτὰς, quaquaversum illatas, recepisse etiam dicit τὰς Βρεταννικῆς, & κίβητος, &c. At verò sacram eam prædicationem v. gr. per Petrum Apostolum, Jacobum Zebdai, Josephum Arimathea, Aristobulum de quo in Epist. ad Romanos, Philippum Apost. & XII. Discipulos ab eo Britanniam missos, ac dicam Barnabam, Pudencem, Claudiam Britannam

Euseb. Αποδ. Ευαγ. L. III. C. VII. Theod. Tomo IV. Serm. IX. p. 610. Rom. XVI. IO.

ejus conjugem, aliosque, de quibus Menologium, Metaphraites, Monachorum Chronica, Annales, Antiquitates &c. debemus posterioris ac Monachalis ævi commentis. Ac consentiunt serè doctiores hodiè Britanni, qui in Britannicas origines diligentius inquisiverunt, Usserius, Spelmanus, ac cæteri ante laudati. Cum primis imposuerunt Glastonienses Antiquitates (Glastenbury in Somersetiâ,) etiam ari insculptæ, à quibus illa traditio de adventu Josephi Arimatheæ & Sociorum in Britanniam, A. Chr. LXIII. prolixè ea referente Guil. Malmesburiensi Usser. Sec. XII. qui aliàs Guil. Monachus, hinc Joh. Capgrave, in Vitâ ejuldem Josephi, à quibus serè ea traditio notissimis scriptis. Sic quæcunque de Lucii Majoribus, puta Rege Arvirago, Mario, Coillo, qui fuerit pater Lucii, tradiderunt Galfridus Monumeth. Matth. Westmonasteriensis, Radulphus Diccetis &c. (tacente tamen nonnihil anteriore Guilielmo Malmesb.) explodit ea novissimè quoque Wigorniensis Episc. in Originibus suis Britannicis, ut alios sileam. Cui tamen commento de Arvirago occasionem dedit ille cujus meminit Juvenalis tempore Domitiani,

Regem aliquem capies, aut de temone Britanno Excidet Arviragus.

Et hunc rursus voluere eundem esse cum Prasutago Rege Icenorum, vel cum Carastaco Rege Silurum in Cambris, Marium filium eundem cum Cogiduno, de quibus Tacitus Annalium Lib. XII. & XIV. Quæ solidè confutat magnus Stillingfleetus, loco citato.

X. Hujusmodi fuere Monachorum commenta, de Conversione Dunaldi I. Scotorum Regis, cum totâ Gente, Anno CCIII. haud diu à tempore quod tribuitur Lucio, & quam referunt Joh. Fordonus, Joh. Major, Thomas Demsterus, alii Historici Scoto-Britanni. Imò quem vulgari disticho expresserunt,

Christi transactis tribus annis atque ducentis, Scotia Catholicam cepit habere fidem.

Quæ ut præter historice fides conficta, à doctioribus reprobantur, & novissimè ab Edw. Stillingfleetio, viro summè Reverendo. Itâ fallax nimis rei documentum sunt, qui producuntur Nummi, tum à Scotis pro Dunaldo, Rege Christiano, & nummus Hectoris Boëtii, in quo Regis Caput ab una parte, & Crucis imago ab alterâ; tum ab Angli, pro Lucio Rege, scil. argenteus unus, aureus alter, de quibus Usserius Armach. & in quibus Crucis Imago, & literæ obscuriores quæ efficerent LUC. Et quidem nullâ in istis mentione aut imagine, vel

Marci Aurelii Antonini, vel Commodi Britann. Augustorum, à quibus teneret principatum Lucius, & quorum reveritus fuisset majestatem, Britannia in Provinciæ formam jam tum redactâ. Quod factum aliàs frequentibus Nummis fuit, in quibus ab unâ parte Imperatoris Imago, vel Nomen, in alterâ Icon Regis in Regnum restituti, vel cæteroquin tributarii, in fidem & clientelam recepti. Sic Nummus Herodii Tetrarchæ, cum Capite Caligule, & inscript. Γαιω Καισ. Γερμ. Σεβ. Num. Herodis Βασιλέως, Chalcidis nempè, cum mentione Claudii Casi & epitheto Φιλοκλαυδι. Sic Num. Agrippæ junioris, cum Imagine Vespasiani, Titi, Domitiani, videndi apud Tristanum, Patinum, Seguinum, Fratrem meum, Rigord Patricium Massil. Sic Polemonis Regis Ponti Nummus, apud Vaillantium, qui restitutus in regnum A. Ch. xxxvii. à Caligula, sub Nerone fabricari Nummum jusfit, cum Inscr. Βασιλεως Πολεμων & in posticâ, cum Capite Neronis laureato. Sic Abgarorum Num. Αβγαρ Βασιλ. cum Imagine M. Aurel. Severi, Anton. Caracallæ, Gordiani Pii, à quibus avitum Abgarorum regnum restitutum fuit, Edessâ tamen exceptâ, quæ sub

Usser. Antiq. C. I. II.

Stillig. Orig. Brit. C. I. p. 30. &c. Juv. Sat. VI.

Orig. Brit. P. 51.

Antiq. Brit. P. 40.

sub Caracallâ colonia Romanorum facta, ut ex inscriptione Nummi antiqui, *μαρ. αυρ. αντωνιν. εδεοσα.* Ita Nummi βασιλεως Ροιμηταλλης, seu Rhœmetalcis Thraciæ Regis, cum Capite *Augusti*, & inscr. *Καισαρ & Σεβαστ.*, apud Seguinum in Numismat. & Patin. Ac plura id genus mittimus. Nec obstare debuit symbolum *Crucis*, prout in Nummis istis addita varia symbola, quandoque anni Regum, honore tamen Imperantibus habito. Igitur posterioris ævi hi Nummi, Monachorum operâ in rei fidem fabricati, siquidem Lucium regem expresserint. Adde hos Nummos, à Doctis, & Rei antiquariæ ac genuinæ studiofis, ignorari. Tandem paris credenda certitudinis, quæcunque illi de Regno *Lucii*, supra *Thesi v.* Quorum alii, possedisse Britanniam cum totam, alto de Romanis silentio, & sic vetustiores; alii partem tantum Britannia: & hi in *Ocridna* parte, ubi *Glastonia*, *Glocestria*; illi in *Orientali* ubi *East-Anglia*, sive *Norfolcia*, *Suffolcia*; alii denique in *Australi* Angliâ, ubi *Cantium*, *Southsexia*, &c. Et hi jam amicum fuisse Cæsaris Romani, in hujus fide & clientelâ, (dum tenerent litorales arces Romani, & Urbem Metropolim, hætenus illi à Britanno Principe tuti) dici sanè potest, sed nullo in genuinâ Antiquitate idoneo teste. Et hæc omnia ex hypothesi, fuisse tum istiusmodi Lucium, quum imperaret M. Aurel. Antoninus; undè inferunt verisimiliter, in hac Insulæ parte regnasse potiùs quàm in aliâ.

XI. Jam hunc ipsum *Lucium*, in Britannis regem, fruiturum altâ pace sub M. Aurelio & Commodo, in construendis Ecclesiis, Episcopatibus instituentis, Scholis fundandis, & propagandâ in amplissimo regno Christianâ religione, fuisse deinceps totum, Chronica Monachorum prolixè referunt. Vulgò xxv. Episcopatus, & tres Metropolitanas sedes, recensent, ab eo institutas, quarum *Legionensis* totius Cambriæ seu Walliæ primatum habuerit; *Giraldus* verò, lx. Episcopatus ac v. Archiepiscopatus, sub Lucio rege, auctoritate *Eleutherii*, constitutos refert. Sed verò personalia hujus *Lucii*, Conjugium, Liberos, Ætatem, ubi & quomodo diem obierit extremum, quanquam *Galfridus Glocestria* accidisse notat, id genus alia, nulli memorant. Hinc fabula altera, eundem *Lucium*, flagrantem amore Christi, & zelo propagandæ religionis, Regno Britannico derelicto, & priore habitu posito, Sceptrum cum Pastoralis pedo commutasse; Regno excessisse; Rhenum ascendisse; tandemque ad Boiaros, Vindelicios, Rhætos pervenisse, & in postremis *Curia* (Chur) hæsisse, illius Ecclesiæ Antistitem, mox Martyrem. Rei Auctores supra vidimus *Thesi vi.* Quasi verò non propiùs hunc Regem attingerent, conversio Britannorum Brigantum, aliorumque Idololatrarum, ita Romanorum quicquid colonias deduxerant, sic *Pictorum*, *Mæatarum*, *Damniorum*, *Caledoniæ gentis*; cum *primis* & *Scotorum* sive *Hibernorum*, & adjacentium Insularum, quibus convertendis *Palladius*, *Patricius*, insignem operam navasse perhibentur! Quasi etiam non fat fuerint quæ ibi curaret *Lucius*, ad fidem cum in Regno suo firmandam, tum ad tot *Barbaras* & *indomitas Gentes*, easque in proximo fitas, propagandam. Hinc alii duos *Lucios* fuisse suspicati, *Britannum* & *Rhætum*; alii ex *Rhæto*, natum alterum in Britannis; & *Lucii* illi, de quibus *Scriptura S.* in subsidium vocati. Sed notæ imposturæ Monachorum, gentis in *Historiæ*, *Chronologiæ*, *Literarum*, ac *Christianæ Religionis* perniciem natæ, quorum in scriptis *infelix solium*, & *steriles dominantur avenæ*. Cæterum superiora neutiquam in præjudicium vel Antiquitatis, vel Hierarchiæ Anglicanæ, dicta velim; ac veniam pro laude peto, si quid fortè imprudenti exciderit, discreturo pretiosum à vili.

Seg.
Num.
Sel. p. 40.
Pat. p. 38.

Uffer.
Antiq.
P. 87. 92.

PARS SECUNDA.

Quæ est de *Julia Mamææ Augustæ* credito temere Christianismo.

BREVARIUM.

De Julia Mamæa ad Christianismum conversa Traditio, ejusque Auctores. Testimonium Eusebii, & Hieronymi, prolixè examinatur. Reliquorum Veterum silentium urgetur in adversum, & recentiorum testimonia inquiruntur. Sex in adversum Argumenta proponuntur. Exceptio Baronii dilatur.

Juliam Mamæam Augustam, quæ in *Namnis* Græcis modò *Μαμμοα*, modò *Μαμμοα* exprimitur, alias *Μαμμοια*, ut apud *Eusebium* & alios, (*Μαμμοια* in *Chronico Alex.* *Μαμμο* apud *Eutyrium Patriarch.*) matrem *Alexandri Severi*, *Christianam* plerique *Historiæ Ecclesiasticæ* *Scriptores* & *Chronographi* statuisse videntur. Producentur ut ab aliis, sic à *Cl. Wetstenio Præfat.* in *Origenis* quædam (quæ primos è *Codd. MSS. Græcè* edidit) v. gr. in *Græc.*, *Eusebius Cæsar.* *G. Syncllus*, *Suidas* in voce *αεχθης*, *Codrenus*, *Zonaras*, *Glycas*, *Nicephorus Callisti*, in *Latinis* verò, *Hieronymus*, *Orosius*, *Beda*, *Freculphus*, *Ado Viennensis*, *Marianus Scotus*, *Urspergensis Abbas*, *Otto Frising.* *Hermannus Contractus*; &c. in *Arabibus* *Georg. Abulfaraius Dynastiâ viii.* *Hub. Goltzius*, in *Iconem M. Aur. Alex.* *Mater ejus Mamæa Antiochiam profecta est, ubi ab Origene in S. S. Christianæ fidei religione probè instructa, Christiana effecta est.* *Isaacus Cataubonus* *Notis ad Lamprid.* *Christi notitiam habuit (Alexander) per matrem, quam Christiana religionis mysteris initiavit, & ab Origene constat informatam.* In eandem disertè sententiam *P. Halloixus Jesuita in Orig.* ac nuper *D. Tillamontius Gallus in Historiâ Imperatorum*; ab eo tempore (quo *Mamæa* *Origenem* accersivit) *patris fuisse Christiana, sive manserit in statu Catechumenorum, Constantini exemplo, sive participis Mysteriorum facta.* Sed pace magnorum Virorum, *Mamæam* neque *Christianam* dici à vetustioribus *Historicis*, neque illi quicquam tribui quòd *Christianismum*, quòd *Spiritum Christi*, quòd *veram fidem*, *charitatem*, *zelum promovendi regnum Servatoris*, *constantiam* denique ac *perseverantiam in fide*, sapiat, omnino contendimus.

II. Primus omnium *Eusebius* est, qui memorans *Philetum* in *Antiochenum Episcopatum* successisse sub imperio *Alexandri Severi*, quo tempore *Mamæa* *Antiochiæ* *Μαμμοια*, hæc refert; nempe *Principem* *sceminam*, famâ *Origeniani nominis* excitam, & cupidam cognoscere experimento aliquo quæ in eo viro esset *scientia rerum divinarum*, (*πῶθεν λαβῆν τὸ ἐν ταῖς θείαις συνίσις αὐτῆς*) quam omnes de illo prædicabant, accersivisse *Origenem* *militari satellitio*, sive *Alexandriâ* ubi *revocatus à Demetrio fuerat*, sive ut alii à *Cæsariensi secessu*. Nec addit quidquam aliud, quàm *Origenem* *commoratum aliquamdiu Antiochiæ*, postquam multa *differuisset quæ facerent ad Domini (Dei & Christi) gloriam*, & *Divinæ doctrinæ virtutem* ac *præstantiam*, ad priorem sedem rediisse. Non dicit *Eusebius*, vel *imbutam fuisse Mamæam fide Christianâ*, vel *in eadem confirmatam*, aut *fidem eam amplectam fuisse*, *persuasam ab Origene*: minùs *Catechumenam* *exinde habitam*, aut *postea Christiano ritu Baptismo tinctam*, vel *initiatam S. S. Mysteriis*, aut *Fidelium cœtibus eandem interfuisse*. Ità nullam deinceps aut cum *Origene* *litteras commutasse*, aut cum *Episcopo Antiocheno*, vel *Christianis Antistitibus*, *consuevisse*. Horum nihil *Historicus*, quamvis sane referre fuisset operæ pretium.

Et

In Alex.
Sev. p. 60.
In Elium
Lampr.
P. 165.
In Orig.
L. I.
C. XIII.
In Alex.
Sev.
Art. I.
T. III.

Et optimus certè interpres Hieronymus, Cataloga in Origene, qui pariter adducitur ut testis conversionis Mamææ Aug. Ad Mamaeam matrem Alexandri Imperatoris, religiosam Fœminam, rogatus venit Antiochiam, & summo honore habitus est. Dicit religiosam fœminam, redditurus verba Eusebii, cui est γυνὴ θεοσεβέστη εἰ καὶ τις αἰδῆ γεγονῆα, ἢ, δὲ λαβὴ τὸ πρόπον. Familiare hoc Augustorum & Augustarum epitheton, ut Εὐσεβείας, Πιῖ & Πια, dicebantur, & sic solitè in Inscript. & Nummis; ut Faustina, Julia Domna, Otacilia, quæ etiam à Pietate cognomen sortitæ. Nec obstat, Eusebium Christianum & Episcopum, vix θεοσεβέστην dicturum Fœminam Gentilium sacris addictam. Usum vocis respexit, ac illi θεοσεβείας, quæ μάλιστ' εὐλαβῆς τὸν πρόπον. Zonaras readens verba Eusebii; μαμαία ἀρετῆς ἢ ἀντιποιμένη, ἢ βίῃ σεμνῇ, virtutis honestaque vita studiosa fuit. Unde Origenis famâ permota accesserit Origenem, à cujus auditione demùm θεοσεβέστη γίγονεν, sc. ad cultum Veri Dei & sanctum vitæ genus translata, ut supponit jam Zonaras; & quidem, ὡς Εὐσεβίῃ ἰσορεῖ, ut Eusebio memoria prodidit. Aded omnis ea traditio ex uno Eusebio, quam tamen dixisset ille θεοσεβέστην (talem certè habitam) ἢ εὐλαβῆ μάλιστ', jam antè accersitum auditumque Origenem. Quo magis Mamæa Syra gente, & educatione, in unius Dei propendebat devotionem, ut de ejus familiâ Lampridius. Ità Plato, in Cratylo, pro synonymis accipit, ἀνδραγαθόν, εὐσεβίῃ, & θεοσεβίῃ. Et in sacris Cornelius adhuc Gentilis & Noachida vocatur εὐσεβῆς ἢ φοβούμενος τὸν Θεόν. Sic dicuntur σεβόμενοι (vel θεοσεβῆς) προσήλυτοι, σεβόμενοι ἔθνη, religiosi vel Deum colentes Profelyti, (Portæ scilicet) & Gentiles. Ità Josephus Antiq. Lib. xx. Poppæam Neronis conjugem, prostitutæ pudicitia fœminam, quod pro Judæis deprecata fuisset, dicit, θεοσεβῆς γὰρ ἦν πρὸς αὐτὴν ἦν. Et religiosam dixit Mamaeam Hieronymus, sensu eodem, id est, σεβομένην ἢ εὐλαβήσαντα, vel ut sæpè apud Latinos, castam, probam, officiosam, integram moribus; aliis etiam sapientissimam, prudentissimamque fœminam. Festus; religiosi sunt; qui faciendâ & vitandâ discernunt. Eo vero magis sic nuncupavit Mamæam Eusebius; quod de rebus divinis & Christianis piâ curiositate inquisivisset, & virum Dei, qualis Origenes, cum honore excepisset, atque dimisisset, forsitan pietatis aculeis in ejus animo relictis, non tamen producturis τὴν κατὰ Θεὸν λύπην, αὐτὴν μετανοοῦσαν εἰς ἰσθμῆσαν. Unde ergà Christianos, æque ac Alexander filius, non malè affecta fuit, quod urget Zonaras; & persévantem eo tempore conquiescisse. Equidem non ad Mamaeam Aug. dedisse postea literas Origenem, ut fecisset certè, siquidem conversa fuisset suo ministerio; non etiam ad Severum Alexandrum; sed ad Philippum Imper. & ad Severam ejus Conjugem, idem Eusebius paulo post refert, de quibus infra. Inter Hippolyti autem scripta, quorum Laterculus Romæ effusus superiori seculo A. 1551. & in Vaticanam Biblioth. illatus, atque à variis deinceps illustratus, memoratur Προλεπτικός πρὸς Σεβηρείαν. Quam Severinam fuisse Alexandri Severi Conjugem, sub quo sanè inprimis inclaruit nomen Hippolyti, inani conjecturâ quidam hariolati sunt, legentes pro Σεβηρείαν verius Σεβηρείαν, quæ à Matito sic nuncupata fuerit, ut Augustæ alix, vel Colonia quæ ab Imperatoribus denominatæ, dicebat Julia, Hadriana, Antoniana, Alexandriana, &c. Sed illud gratis nullo facem præferente Historico, neque Elio Lampridio in Alexandri Severo, neque etiam Nummis qui supersunt; & simpliciter Mammaia dicitur uxor Alexandri, à patre Sulpitia cognom. quidam illi addunt, Sallust. Orbiana. Undè legit Monachus noster, πρὸς Σεβηρείαν, quæ fuerit Uxor

C. Script. Eccl. T. 1. P. 285. Annal. L. II. C. XV. P. 620. Ed. R.

In Anton. He. liog. P. 102. Ad. I. 2. III. 45. IV. 4. Jos. L. II. C. 7.

Hist. L. VI. C. XLVI.

Philippi Arabis, & filia J. Mammaia, novâ conjecturâ, de quâ verbum infra ubi de Philipporum credito Christianismo. Cæterum si Eusebius Mamaeam verè Christianam fuisse opinatus esset, expressius id non modò in Historiâ significasset, sed & in Chronico, hujusque translator Hieronymus. Quo magis J. Mammaia in hoc meminit ad A. ccxxxii. In Mamaam matrem Alexander unice pius, (quæ ipsissima sunt etiam Eutropii) & ob id omnibus amabilis. Ac paulo post ad A. ccxlv. ubi de Philippo Gordiani Successore; Primus omnium ex Romanis Imperatoribus Christianus fuit. Et antè ad A. ccxviii. Abgarus Vtr Sanctum (Christianus scilicet) regnavit Edessa, ne vult Africanus.

Eutr. L. VIII. C. XIV.

III. Porro de Mamae Christianismo altum tacent, præter Eusebium & Hieronymum, vetustiores Historici. Non modò Dio Cassius, Herodianus, Iulius Capitolinus, Eutropius, Zosimus, Lampridius, Aur. Victor, Gentilismo addicti, ubi res Alexandri Severi & Mamae tradiderunt: sed etiam Christianæ Historiæ scriptores, vel Chronographi, Lactantius, Sulpicius Severus, Ruffinus, Prosper Aquitanicus, Auctor Chronici Alexandr. Joh. Malala Antiochenus; ne addam Athanasium, Nazianzenum, Chrysostomum, Ambrosium, Augustinum, Cyrillum, Theodoretum, similes, quibus non una fuit occasio memorandi hujus Augustæ fidem, & Christianæ Ecclesiæ aggregationem. Nam qui Theodoretus meminit in Dialogis Epistolæ Hippolyti πρὸς βασιλίδαν ἰνὰ ad Regimam quandam, precario nimis hæc Mamaea supponeretur fuisse illa Regina; quin videntur desumpta ex Hippolyti προτερεπλικῶ πρὸς Σεβηρείαν, quæcunque illa Severina fuerit. Jam si propius inspicimus qui pro Mamae Christianâ citantur Scriptores, luce meridianâ clarius apparet, omnia ex uno Eusebii loco esse deprompta. Nam plerique iisdem cum Eusebio verbis referunt, nisi epitheto θεοσεβέστης, & colloquio cum Origene Antiochiæ habito. Cætera de suo addunt, quæ non dixit Eusebius. Georg. Syncellus ad tempora Alexandri Mamae; θεοσεβῆς ἂν σφόδρα. A. In- ἀτὴ λέγει) ὀμιλῆσαι ὡς ἐργῆν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀπὸ τῆς βασιλίδος. Jam de suo hæc adjicit; Quod omnibus τῶν χειρῶν διδασκαλοῖς προσέειπε, & quidem ἀπὸ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. Glycas Annal. Parte III. Μαμαία Glyc. Ed. θεοσεβῆς ἦσα τὸν ὡς ἐργῆν ἐξ Ἀντιοχείας ἐκάλει, ὡς τὸ ἢ χειρῶν διδασκαλοῖς μυστήριον. Scilicet πρὸς quom effat, (sanè hoc apte accersitum Origenem) hunc in finem evocasse Antiochiam, ut ab eo de Mystero Christiano edoceret. Nicephorus Historiæ Lib. v. Mamaeam, cum esset θεοσεβῆς μάλλον ἢ μάλιστ' εὐλαβῆς τὸ πρόπον, jam talis habita antè accersitum Origenem, ab eodem excusata ad amorem Christianæ disciplina. Unde illud θεοσεβῆς non necessario respexit fidem in Christum. Suidas paulo aliter, in eundem tamen sensum; Μαμαία εἰς λόγους ἐν Ἀντιοχείᾳ συνῆλθεν ὡς ἐργῆν, ἢ κατὰ αὐτῶν κατηχήθη τὸν λόγον. Mamaia Antiochia venit in colloquium cum Origene, & de religionis doctrinâ ab ipso vivâ voce edocta, vel instructa fuit, vel qualis esset vivâ voce accepit. Absurdissimè Orosius Historiarum Libro VII. Cujus Mamaia Christiana, Origenem Presbyterum audire curavit. An Christiana antequam Origenem audiret? Imò omnes, ab Origene de Christianâ religione, mysteriis, cupidam audire; quo factò, collegerunt ab eo fuisse conversam.

Dial. II. T. IV. Oper. P. 88. &c.

Sync. ad tempora Alexandri Mamae; θεοσεβῆς ἂν σφόδρα. A. In- ἀτὴ λέγει) ὀμιλῆσαι ὡς ἐργῆν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀπὸ τῆς βασιλίδος. P. 358.

Glyc. Ed. R. P. 245.

Nic. Hist. L. V. C. XVII. T. I.

IV. Sed verò Mamaam, quamvis comparatè ad sororem Jul. Soamiam (probrosissimam mulierem, & dignam filio Heliogabalo) sanè castam, & magni animi, prudentiæ, industriæ, fœminam, quæ Filium ad præclara omnia & laudabilia finxerat, interim longè abfuisse à Christianâ indole, Christianisque virtutibus, Historici summâ consensione testantur. Primò supra modum factuosam fuisse, &

Lampr. in Hist. liog.

Lamprid. dominandi avidissimum, testes Historici. Hinc Fi-
 in Al. lio, qui sine fastu & amaritudine animi blandus &
 P. 120. affabilis erga omnes fuit, obiecti nimiam civilitatem
 Mameæ mater. Sic eandem voluisse solum appella-
 ri βασιλισσαν, invidentem hanc θεογονοειδῆς Uxori
 Alexandri, testis Herodianus. Ità reliquisse Filio
 ἡμίμα quoddam seu figuram & nomen Imperii, præter
 Historicos, etiam Julianus in Satyrâ tuâ falsè ex-
 probravit Alexandro Severo; ἡ μὲν δὲ μέγα νίκη,
 Jul. Cz- τηλαμῆτ' ὃν εὖκ αὐτὸς ἤρχετ' ἔσται. O se homi-
 fares, Oper. nō ἀπαρτισσῆναι, qui ad tantam dignitatis fastidium
 P. 313. elatus, tuas res ex animi sui sententiâ non administrasti.
 Ezech. Inde factum, ut Numisma antiquum, in Gazâ Chri-
 Spanh- stianissimi Regis, expresserit simul effigiem Alex-
 ad Julian. andri, & Jul. Mameæ, cum inscr. Mater Augusti;
 P. 99. ut alius apud Tristram Alexandro. sociat Juliam
 Herod. Mameam etiam. Secundò, avaritiæ sordibus fuisse
 L. VI. contaminatam, φιλοχρημάτων seu pecuniæ avidissi-
 Julian. mam, sine modo & fine, ἰδὲ thesaurizantem,
 loc. cit hinc gravem populis; ipso filio Alexandro hoc no-
 mine illi succensente, πῶν ἀγάλλαντ', rursus ex
 Herodiano, Lampridio, Juliano, & aliis intelli-
 gere est; Zosiano matris vitium malè exprobrante
 ipsi Alexandro, quasi totus fuerit ἐν τῇ χρημάτων
 Zosim. ἀιδουῇ, ἢ ἐν τῇ πῆξί τῇ μητρὶ θρηνησῆναι. Undè
 L. I. Mameæ, Syriacâ voce, quibusdam quasi Mameæ
 C. XII. Deæ cultrix, usque adeo ut quatuordecim hereditates
 Herod. ἐξ ἐπιφροσύνης per fraudem supplicaret, quod Christus dixit
 L. V. τὸν μαμωνᾶ τῆς αἰδεύας. Tertio, eandem Domit.
 P. 291. Ulpiano favisse inprimis, quem Magistrum Scrinio-
 Lic. XVI. rum, ut Lampridius, Præfectum postea Prætorio,
 9. ut etiam Zosimus, constituit, & cæpius consiliis in
 gravioribus regebatur, testes sunt iidem Historici.
 Quem insensitissimum Christianis fuisse, immensam
 persecutorem, magna consensus est, usque adeo ut
 priorum Principum nefaria in eos rescripta collegaris,
 Lactant. teste Lactantio, nō doceret quibus patris affici oporteret,
 Div. qui se cultores Dei confisterentur. Atque ut in Ulpianum
 Inst. v. transferret dignitatem Præfecti Prætorio, quam an-
 C. XI. te possederant Flavianus & Chrestus, sub initia Alex-
 Dio andri Imperii, & Militibus id displicere intelli-
 L. LXXX. geret, utrumque conspirans cum Ulpiano interfici
 Zof. L. I. iussit, ex Dione & Zosimo. Quartò, nulla Mameæ
 C. XI. memorantur in Episcopos, in Ecclesias, in Chri-
 stianos, cum primis in pauperes, & afflictos benefi-
 cia, licet Alexander promiscuè pauperibus consuluerit,
 quibus & pecuniâ sine usura dedit. Nulli horum le-
 guntur fuisse interioris admissionis, in illo quatuor-
 decem annorum fastigio, saltè ex quo audiverat
 Origenem, quod initio Imperii Alex. accidisse pu-
 Origenem. tat Celeb. Huetius. Nam quod persecutione absti-
 L. I. nuerit Alexander, permittens Christianos esse, id ha-
 C. II. buit ex elementissimâ indole, non passura opprimi
 N. VI. innocentiam, unde Inscriptio, Equitum Augusti, &
 similes. Deindè commune illi fuit istud cum He-
 liogabalo, Gordiano Pio, Philippo Arabe, Gallie-
 no, Imp. Ità quod Christi imaginem in Larario
 suo habuit, fecit hoc non ex religione in Christum
 ut Deum, sed quod Sanctiorem hunc fuisse existi-
 maret; uti veneratus est Abrahamum, Orpheum,
 Alexandrum M. Achillem, Ciceronem, imò Apel-
 lam, & huiusmodi ceteros, sic enim legendum
 Salmastius putat. Ità hunc Magum æquiparavit Chri-
 sto Servatori, Alexandrum M. omnibus prætulit.
 Addit quidem Lampridius, Christo Templum facere
 voluit, eumque inter Deos recipere; sed hoc ipso Gen-
 tium polytheismo addictus Alexander, & nihil ille
 supra Hadrianum, qui hoc ipsum cogitasse ferebatur,
 teste eodem Historico. Quintò, passâ Mameæ cu-
 di in honorem suum Nummos, cum Inscriptioe
 planè Gentili & Idololatricâ. Huiusmodi illæ, in
 Gazis R. Gall. Medic. & aliis; Julia Mameæ Aug.
 & aversâ parte, Juno Conservatrix, cum patenti,
 bustâ, & Pavone: sic Juno Augusta, cum Sceptro. In

Nummo alio videtur Mameæ sedes, & tres Deæ
 stantes, putatæ nonnullis Isis, Luna, Diana. In
 alio Magnæ Nummo apparet sub imagine
 Cybele Mameæ Deorum; alias sub imagine Dianæ ex-
 presserunt Ephesii Νευκίρα. Sic Alexander Severus,
 in isdem Gazis, videtur cum Inscript. Jovi Conserv-
 vatori, & imagine Jovis stantis, qui dextra fulmen
 tenet. Ità ad exemplum M. A. Philosophi, qui Jul. Ca-
 Faustine Conjugi Sacrodotis Puelas dicaverat, Fausti-
 nianæ appellatas; similiter Mameæ passâ est Alexan-
 drum, in honorem suum, & ejus haud dubiè in-
 ductu, instituere pueros & puellas, qui de nomine
 suo dicerentur Mameæ & Mameæ, referent Lampr.
 Lampridio. Sextò, repugnat etiam Mameæ Chri-
 stianismo, quæ palam professa dicitur, ejusdem P. 134.
 sanctioris & consecratio. Quæ, ut & illa Alexan-
 dri Severi, ex Nummis intelligitur & Inscriptioe,
 Diva Mameæ Aug. Divo Alexandro; ut Divi dici
 consueverant Augusti consecrati, inde à Jul. Cæse-
 re. Quales quidem Nummi cusi non jussu Maxi-
 mini, qui in domum & familiam Alexandri desce-
 vit, sed jussu Senatus Rom. absque quo nemo reci-
 pi poterat in numerum Deorum. Pariter conse-
 crata Jul. Mameæ Mater, quæ extremâ senectute diem
 obierat, Alexandro jam ad Imperium evedto, sub
 quo ἱεραία inter Deos relata est, & Nummi fabri-
 cati, Diva Mameæ Augusta, apud Goltzium & alios.
 Certè Christiana femina, moris Romani & Idolol-
 atrici non ignara, prævertere omni ratione istius-
 modi Idololatriam debuit. Quemadmodum & il-
 lam Alex. Filii, qui quotidie in Larario suo sacra
 faciebat Divis suis, quorum alios anteposuit, alios
 saltè æquavit Christo. Planè ut Marcollina, quæ
 cum impio Carpocrate consuevisse dicitur apud Ire-
 næum, Epiphanius, Augustinum, fertur coluisse
 cum Christo principes Philosophos, Homerum,
 Pythagoram, Platonem, Aristotelem, eorumque
 Imagines promiscuè habuisse. Christus certè abesse
 ab eâ Societate debuit, siquidem Mater verè Chri-
 stiana.
 V. Unde gratis Baronius censet, Mameam po-
 steâ degenerasse, & à pristina illâ optimâ morum insti-
 tutione, ex Christianorum consuetudine comparatâ, desce-
 visse, post collatum Filio Imperium. Hinc demum
 factam avaram, sed & sanguinariam, ut quæ Sulpi-
 cium, Patrem uxoris Alexandri occidi mandaverit,
 teste Herodiano, sed & Flavianum, Chrestum, a-
 lios, ut supra. Verùm illam cum Christianis con-
 suetudinem, antè collatum Filio Imperium, unde
 habuit Baronius? Nam Eusebius & omnes arcessunt
 ab eo tempore, quo Origenem ad se Antiochiam e-
 vocavit, & de Christianorum rebus accepit. Fa-
 ctum autem esse sub initia Principatus Alexandri,
 Huetius & alii contendunt; Pagi verò in Crino-
 Baronio oppositâ, accidisse rem multò seriùs, &
 profectioem eam in Orientem, ubi visus illi Ori-
 genes, refert ad A. Chr. cccxix. quo Alexander
 profectus sit adversus Persas: Tillemontius verò
 Gallus, Novæ ad Alexandr. Severum, prolixè probat
 contra Pagium, Alexandrum non in Orientem
 profectum nisi An. cccxxiii. vel cccxxiv. Ne re-
 feram huc qui prædicantur Martyres sub Alexandro
 A. cccxvi. ut signat Baronius, & Martyrol. a. d. κ.
 Maii, Palmariis Consularem, Simplicium Senato-
 rem, cum Uxoris, Filii, & aliis bene multis,
 faciente scil. Ulpiano, Mameæ ab interioribus
 consiliis. Denique acceleratum Filio excessum fuisse
 avaritiâ Matris, & Mameæ sordibus, nimiquè
 parimoniam ergâ milites, quâ invidiam cunctis Alex-
 andrum reddiderit, observant Historici, & σύγ-
 χροισι Herodianus. Undè ipse Filius matris in extre-
 mis implicatus, dicitur ὡς ἀποπέσειν τὴν ἀντιπάσην ὅτι
 δι' αὐτὴν ταῦτα πάντα, μαγιστρὸς συνεφέτος, ἀνεύχθη
 quod propter istam causa pararet. Hæc de Mameæ
 dicta

Jul. Ca-
 fares,
 Oper.
 P. 313.
 Ezech.
 Spanh-
 ad Julian.
 P. 99.
 Herod.
 L. VI.
 Julian.
 loc. cit

Zosim.
 L. I.
 C. XII.
 Herod.
 L. V.
 P. 291.
 Lic. XVI.
 9.

Lactant.
 Div.
 Inst. v.
 C. XI.

Dio
 L. LXXX.
 Zof. L. I.
 C. XI.

Origenem.
 L. I.
 C. II.
 N. VI.

Lamprid-
 in Alex.
 Sev. 123.
 129.

Jul. Ca-
 pit. in
 M. A.
 P. 33.

in Alex.
 P. 134.

Euseb.
 L. VI.
 C. XXVIII.

Herod.
 L. VI.
 P. 333.

Epiph.
 H. XXVII.
 N. VI.

Ad Ann.
 ccciv.
 N. VI.

Herod.
 L. VI.
 P. 291.

Pagi Cri-
 tic ad
 A. cccxix

Herod.
 L. VI.
 P. 323.
 dicta

dicta sufficient. Gravior autem quæstio de Philippo Arabe, & Coniuge Otaciliâ, & Philippo filio, num Christiani accesserint; quod plerique Veteres & recentiores statuisse videntur. Quâ de re proximè c. v. 0. 17.

PARS TERTIA.

Qua disquiritur, quo jure Philippi Imp. Pater & Filius pro Christianis habeantur.

BREVIARIUM.

Philippi Arabis post Gordianum ad Imperium accessus pessimus. Traditio de ejus Christianismo. Antiquiores ejus Amores & fautores recensentur. Qui e recentioribus eandem amplectantur. Rationes pro eadem sedecim adduntur. Traditio ea ab Auctore non admittitur, nec ab aliis Doctis variis. Argumentum primum ex Historicorum Gentilium silentio, & Christianorum opposita etiam de Constantino sententia. Secundum ex descriptione Philippi minime Christiana. Tertium ex tempore & modo conversionis. Quarto, vis argumenti ex Eusebio, Chrysostoma, Leontio, per horum dissensum ostenditur. Ad Eusebii præcipue testimonia observationes varia. Item ad illud Augustini Chronici Paschalis, & Leontii Antiocheni. Etiam ad Chrysostomi locum. Quinto contra traditionem eam adduntur ipsa Pontii Martyris Acta. Sexto differitur de Nummo Apamensi latine. Speciatim de literis N. O. E. in fronte. Arca impressa lectis. Septimo adversus traditionem opponuntur. Locus secularis celebrati à Philippo. Quos ad superstitionem paganam pertinere probe monstratur. Octava Philippi Paganismus ex Nummis ostenditur. Exceptio de reliquiis Paganismi apud Christianos Imperatores diluitur. Objectioni Baronii ex poësi sacrisque legibus Philippi satisfactio. Præcipua objectio, ex Epistolis Origenis solvitur. Alia etiam objectiones paucis explantur.

Hactenus res Rom. Imperii felicissime processerant, sub auspiciis laudatissimi Principis M. Anton. Gordiani III. cognomento Pii, etiam Junioris, (malè ad Philippum patrem traduxit hæc epitheton Auctor Chronici Alex. φιλίππου τοῦ ἑννιάτης, spectans ad Gordianum, pro quo legendum ἰσὺς) quem Senatus Filium, Populus delicias suas appellabat. Princeps formosus, mansuetus, clemens, beneficus, in literis nobilis, eloquio expeditus, hilaris, gratus in familiaris vitæ consuetudine, omnium denique amor ac desiderium. Qui adjutus consilio & auxilio soceri Mysithæi, Græci natione, Viri eminentis, belli pacisque artibus innutriti, pariter Principum, Prætorio Præfecti, Tutoris Reipubl. ut habet Inscriptio Vetus, Perlas novissime, Provinciis Romanis graves, prostrigauerat ex Syriâ, Osiroë, Mesopotamiâ, Oriente toto, recuperatis Antiochiâ, Carriâ, Nisibi. Jamque præclara omnia & excelsa S. P. Q. R. sibi pollicebatur ab hoc Gordiano, vix annos XXII. nato, impleturo brevi annum Imperii VI. quum ecce, unius hominis perfidiâ, focer primum Gordiani Mysithæus, alter parens Populi Romani, dein etiam Optimus Imperator, execrando flagitio, ac partitio in Principem admisso, in Perlidis finibus, propè Ctesiphontem, tolluntur è medio. Facinus hoc fuit Philippi Arabis, humillimo orti loco, in patre latronum inter Arabes duce, sed evecti à Gordiano Pio, & in Mysithæi, id est Præfecti Prætorio & alterius Parentis, locum suffecti. Quâ non contentus forte, ac societate quadam Imperii, oblitus prioris

fortunæ, mox fruit Principi insidias, ac suam ipsius factum, penuriam nempe annonæ qua premebatur Exercitus, Gordiano imputat; indeque captatâ militum gratiâ, quos inter deditissimi Philippo Arabes, ad summum fastigium adspirare audent. Hinc cum dignitati Domini sui ac Benefactoris, qui Nepos fuit & multis quoque Filium Imperatorum cognominum, tum ejus tandem vitæ, crudelem in modum insidiari, causatus Gordiani adolescentiam. Usque adeo ut deprecantem, etiam cedere Imperio paratum, juberet immitis ac perduellis Philippus, in conspectu suo, nefariè trucidari desideratissimum Principem, mox Divis adscriptum. Hic finis fuit Gordiani III. tot Nummis & Inscriptionibus celebrati, hæc vero Philippi Arabis parricidiali tincti sanguine auspicia, quem impiè obtinuisse Imperium Capitolinus, & quicquid Historicorum est. Accessit veteratoris dolus, quo Senatui persuasit morbo periisse Gordianum, creatum verò se Imperatorem à militibus, petere approbationem Senatus Populique Rom. sublatis interea quos Gordiani cædis confcios esse cognovet. Æra verò Philippici Imperii fuit, Peregrino & Fulvio Æmiliano Coss. Anno Chr. CCXLIV. mense Aprilis exeunte, ut intelligitur ex Gordiani Lego VI. de Collationibus, Cod. Justinianæ: incerto autem anno Ætatis, quem propè quinquagesimum fuisse ex Philippi vultu, Nummis expresso, colligunt ferè Scriptores; Auctor verò Chronici Alex. qui ex lapsu equo cespitante defunctum, fuisse annorum XLV. undè habeat non dicit.

II. Hic jam Philippus est, in cujus Imperium incidit Annus U. C. Millefimus, qui Christianus fuisse magnâ consensus perhibetur, cum Otaciliâ Severâ Coniuge, & Philippo Cæs. Filio. Seu jam in fide Christianâ edocti fuissent ab Origene, seu ab alio; iidemque Baptismo initiati, seu à Babylâ Antiocheno, seu à Fabiano Rom. Episcopo; inducente seu Otaciliâ Severâ matre; ut Baronius, & quoque Monachus noster Collega quondam conjunctissimus, seu Pontio Martyre, ex ejus Actis tandem sive censeatur Philippus Christianus fuisse verè, adoptatâ in Christum fide, sive simulatè ut crimina tegetet, quod censuit Pomponius Lætus in Compendio Historiæ, quæ à Philippo incipit. Rursus alii, Christianum audisse ante vel sub adeptum Imperium, quod plerique, alii, quod multis adstruere conatur Cæs. Baronius, talem effectum sensis, quum jam esset Imperator, refutatâ sententiâ priore in Annalibus Eccles.

III. Saltem testatam à Philippo in Christum fidem, ac Pœnitentiam criminum, juxtâ Canones Discipl. refert ex Veteribus omnium primus Eusebius, qui in Historiâ Eccles. prævit cæteris: τὸν φιλίππου βασιλέως καὶ τοῦ θεοῦ φοβούμενου καὶ ἐκείνου τῆς βασιλείας ἐπισημαίνοντος. &c. Et in Chronico quod translit Hieronymus, ad A. CCXLVI. quæ idem in Catal. Philippus primum omnium ex Rom. Imper. Christianus fuit. Quod referuntur Epistola duæ Origenis, altera ad Philippum Imper. πρὸς αὐτὸν τὴν βασιλείαν, altera πρὸς τὴν τέτη γαμετήν Σεβήρην, Hieronymus, ad matrem ejus, Philippi. Et alio loco adduntur verba Dionysii Alex. ubi sermo de Valeriano, hunc scil. initio principatus, nulli superiorum Principum, nequidem qui dicerentur ἀναφανδὸν (φανερῶς) χριστιανὸν γεγονέναι, cessisse benevolentiam & humanitatem in nostris. Quibus voluisse Philippum, & Alex. Severum, existimatos nonnullis fuisse Christianos, H. Valerius ad Eusebium. Hieronymus in Catal. Scriptorum, ubi is de Origene: Persecutio que adversus Christianos sub Decio consurrexit, eo quod in Religionem Philippi deserviret, quem & interfecit. Chrysostomus Orat. in S. Babylam, πρὸς Ἐθναίαν, refert: βασιλείαν τινὰ ἐπὶ προθύρων τῆς ἡμετέρας, quem describit ut ma-

Chron. Alex. p. 270. Ed. R.

Jul. Cap. in Gord. III. A. VI. in Epit.

Jul. Cap. p. 164.

Olymp. cclvii. A. cclvii. p. Ed. R. 270.

Baron. ad A. cclvii. N. II. Nor. ad Hippol. p. 1106. &c.

Ad A. cclvii. N. III. & seq.

Euseb. Hist. L. VII. & XXXVI. L. VII. C. I.

T. I. Oper. Hieron. T. I. p. 658. Vel T. V. Savil. p. 446. &c.

gna Orbis parti imperantem, (non nominato tamen Imperatore) ejectionem fuisse ex Ecclesia à S. Babylà, ut altero Helià; & quidem ob insignem perfidiam, ac necem filii cujusdam Regis, suæ fidei concrediti, ut infra pluribus. Quod de Philippo, ob Gordiani Pii necem, aditu Ecclesiæ prohibito interpretantur. Certè Leontius Episc. Antiochenus, qui sub Constantio vixit, apud Auctorem Chron. Alex. refert causam necis Babylæ Antiocheni, quæ sub Decio contigit, fuisse, non solum quod Christianus esset, sed etiam quod Imperatoris Philippi conjugem, atque adeò ipsum Philippum, *χριστιανὸς ὄντας* Christianos existentes, ausus esset prohibere ingressu Aedis sacræ, *κατομήσαντο* & *φίλιππου ὅτι πεπραγμένου* à Philippo crimen, nempe interfecti præcipuè Gordiani. Urgent etiam Doctissimi quidam Viri, quæ habentur in fine Dialogi contra Marcionitas, Origeni adscripti; *Οἱ εὐσεβῆς πατριάρχης συναγαγόντων βασιλεῖς, ἃ πάντες ἀρχόντες, quibus aggregantur Reges ac Principes cuncti, qui pie credunt.* Paulus Orosius, vivo adhuc Hieronymo scribens Historiarum Libros, Lib. vii. Hic (Philippus) primus omnium Imperatorum Christianus fuit. Mox; nec dubium est quin Philippus hujus tanta devotionis gratiam & honorem (quæ scilicet annum ab V. C. millesimum celebravit) ad Christum & Ecclesiam reportarit. Et Cap. sequente; In quo se etiam (Decius nempe) ob hoc Philippo interfecisse docuit, ad persequendos interficiendosque Christianos. Vincentius Lirinensis, mortuus circa medium seculi v. in Commonitorio scripto post exortas Hæreses Pelagii, Cœlestii, Nestorii, Sed & Origenis Epistolæ testimonium perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Principum Christianus fuit, Christiani magisterii auctoritate conscripsit. Prosper Aquitan. in Chronico, quod integrum vulgavit Ph. Labbeus, in Novâ Biblioth. Philippus primus omnium ex Rom. Imperatoribus Christianus fuit. Auctor anonymus, editus ab Henr. Valesio, ad calcem Ammiani Marcell. scribens (ut videtur) Justiniani Imp. & Theodorici temporibus, in quibus desinit: Constantinus Imperator primus Christianus, excepto Philippo, qui Christianus admodum, ad hoc tantum constitutus fuisse mihi visus est, ut millesimum Roma annus Christo potius, quam Idolis, dicaretur. Quæ & alia ex Orosio, quem modò adduximus, esse exscripta, prudenter observat in Notis Valesius, & alterum ex altero esse emendandum. Jornandes Ravenn. Episc. qui vixit temporibus Justiniani Imper. scribens de Rebus Geticis, Cap. xvi. Philippus, qui solus ante Constantinum Christianus cum Philippo, id est filio, fuit, cujus & secundo Anno Regni Roma M. annum explevit. Quid multis? Pari fide, ex superiorum scilicet relatione, tradiderunt, Philippum primum Christianorum Principum fuisse, quotquot fuere à seculo vi. Historici, Cassiodorus, Beda, Freculphus Lexov. Isidorus Hispal. Paulus Diac. Ado Vienn. Georg. Syncellus, Cedrenus, Zonaras, Nicephorus Callisti; & in posterioribus Sec. xi. Latinis Chronographis, Marianus Scotus, Siegeburtus Gemblac. Hermannus Contractus, Otto Frising. Guil. Tyrius, M. Polonus, M. Ant. Sabellicus, qui iisdem omnes ex Hieron. Chron. vel Orosio, verbis: Philippus primus omnium ex Romanis Imperatoribus Christianus fuit. Adde Arabes, Eutychium Alex. in Annalibus (non ut Vir Doctiss. in Originibus Alex.) Tomo i. & Abulfarajum in Historiâ Dynastiar. Dyn. vii. ex Versione Pocoçkii. Quorum ille simpliciter, Credidit Philippus in Dominum nostrum Christum; hic etiam addit stetit extra Ecclesiam, in ordine Pœnitentium scilicet, cum illis qui religioni initiabantur.

IV. Hac jam nube testium circumfusi recentiores scriptores, Christianismo Philippi plerique ad stipulati sunt. Inprimis Caf. Baronius, qui illinc

strenuè negat fuisse hunc Christianum, quando Imperium cum scelere invasit, ad A. ccxvi. Num. iii. iv. v. rursus A. ccxlix. Num. ii. sed postea Romæ conversum, Fabiano Pontifice; nixus Actu Passionis quæ Pontii Martyris nomen præferunt, seu potius Valerii in MSS. duobus Bibl. Colbertinæ, qui Pontio fuerit contubernalis, ut Baluzius qui illa Acta vulgavit inter Miscellanea, additis Notis. Salmasius, qui viderat in Bibliotheca P. Puteani, adscribere visus Eutropio, qui Breviarium Rom. Historiæ scripsit, usque ad Flav. Valentem Imp. Sed de his Actis postea, ad quæ provocant ferè Latini hodierni, & ipse in nostris Celeb. Le Moynè, Observationibus ad Hippolytum. Gul. Genebrardus in Opere Chronolog. Philippus Arabs primus Imperat. Christianus, baptizatus simul cum Filio & Severâ conjuge. In Vigiliis Pasche ab Ecclesia repulsus ab Episcopo, nec prius admissus, quam peccatum homicidii (ut videtur) confessus, inter penitentes staret. Addit, ex Sabellico, Bergomeni, &c. gazas Imperatoris tradidisse Fabiano, qui idcirco à Decio Imp. interfici jubeatur. Hub. Goltzius Goltz. in Iconibus Imperatorum Rom. ad Iconem Philippi Icon. Filii; Hi (Pater & Filius) inter omnes Cæsares primi fuere, qui fidem Christianam publicè professi sunt. Postquam enim Christiani affectu fuissent, prædio Paschatis invenerunt ubi ejus diei sacra peragebantur, volueruntque participes S. S. Eucharistiæ cum cæteris fieri. Verum sic recusavit summus Christianorum Pontifex Fabianus, nisi prius cruentum confessi inter Penitentes sese collocassent, quod & libenter fecerunt. Pater fidem Christianam reverè, licet verbis dumtaxat, accepit, Filius autem cum verbis, tum opere suis expressit; Deum quippe plurimum credebatur. Celser. Huetus Originianorum Parte i. arbitratum sane Christianum fuisse Philippum, alias non prodaturum Eusebium temporibus illis proximis, cum utramque eum ad Philippum & Severam scriptam Epist. vidisse confet, & vidisse quoque Vincentium Lirinensem, solenter deprobavit Baronius. Deinde sententiam ita suam declarat: Sic igitur fuit. Christi sacris à Fabiano Papâ initiatum fuisse Philippum, sed occultè, idque clam Ethnicos habuisse, ut quid inde res suo detrimenti caperent, quas pristina Religio operata fama conturbasset. Hinc ab Ethnicis Scriptoribus tacitum illud est, à Christianis celebratum. Quod autem ex Eusebio objici potest, publicè in Ecclesia ab Episcopo (si fuit Babylæ) admissum, precationum participem fuisse factum, postquam cruentum confessus in Penitentium ordinem redactus est, id sane animadvertendum est, ex incerta auditione Eusebium retulisse. Antiochia præterea contigisse ferunt illud, ubi florebat res Christianorum, & quibus tum præerat Episcopus Babylæ. In extremis videlicet Romana ditiorum oru, procul à Romanorum conspectu, quos pro cæteris ejusmodi facinus poterat commovere. Huc accedit, in medio Christianorum cætu, consilio dum paucis Episcopo, Imperatorem facile deliterè potuisse, mutata veste &c. Petrus Halloixius Jesuita, defensurus Christianismum Philippi, conjectat conversum fuisse ab Origene, quem ex eo jam tempore quo Arabiam petiverat, Philippo Imperatori, utpote Arabi & Bosfris nato, fuisse cognitum, suspicatur, non probante Halloixii conjecturam Huetio. H. Valesius Annotatis in Eusebium, hujus narrationem veram historiam censet, & Philippum Imperatorem fuisse, quem Babylæ Episcopus ab Ecclesia repulit, ut Leontius & Chryostomus tradunt. Card. Bona, Liturgicorum Libro i. narrationem Eusebii de Philippo excluso ab aditu Ecclesiæ, ob scelera quæ commiserat, veram esse censet, sive id Roma contigerit, sive Antiochia, ex narratione Leonii, & Chryostomi &c. Steph. Baluzius, qui edidit Acta Pontii Martyris, & Notis illustravit, ad illa quæ de conversione Philippi Imper. & Filii, suasionibus ac sermonibus Pontii, deque eorum Baptismo per Fabianum, nihil plane notat infringendæ rei veritati; imò contendit scriptam hanc Historiam esse

Thefix. & XIII. A. ccllii. p. 270. Ed. du Cange.

Orig. Dial. C. Marc. p. 160. C. xx. xi. T. xv. Bibl. Patr.

F. 343. Ed. Baluz.

Labbe T. i. Bibl. p. 36.

Jorn. p. 48. Ed. dit. Flan. tin.

Eusych. Ann. T. i. p. 388. Abulf. p. 80.

Miscell. L. II. p. 124. Salm. ad Trebell. p. 176. Le Moynè Var. S. T. II. p. 1108. Chronol. L. III. p. 393.

Hub. Goltzius Goltz. Icon. XXXIX. p. 78.

L. r. C. III. N. XIII. p. 19. 20.

Ad Vit. Orig. L. r. C. XVIII.

In Lib. Euf. v. r. p. 128.

Bona Liturg. r. C. XIX. p. m. 278.

Notis ad Acta Martyris Miscell. L. II. p. 493.

Patin. Num. P. 303. 307. Le M. Varia S. Præf. & T. II. p. 1106. &c.

esse à Valerio, Pontii contubernali & Auditorum socio à primâ adolescentiâ. Carolus Patinus in Numismatibus Imperat. ad illa Philippi Patris, Christianum enim fuisse tradit Eusebius, & alii. Ad Numism. Marciae Otaciliae Severæ; Hac Christiana fuisse fertur, & cum Marito ac Filio baptisimato insignita, ob Origene edocta. Joh. Rod. Wettenius, Vir Clariss. Præf. ad Origene quædam, Græcè antea à viro docto, id ex professio agit, ut Philippum Christianum fuisse evincat, cujus Viri mihi longè conjunctissimi momenta amice cum alijs quibusdam librabo. Stephanus le Moyne vir ès ariens, Vir undequaque Doctissimus, in Variis Sacris, cum in Præfatione ad Hippolytum, tum in prolixis Observationibus, non tantum Severam Aug. Philippi conjugem Christianam statuit, & quidem Jul. Mamae exemplo, quæ fuerit Mater vel Avia Severa, ad quam fuerint Origene Epistolæ, sed & Philippum ipsum reverè Christianum fuisse, à ratione & vero non sibi videri alienum. Et inter cætera citat Acta Valeria, aliàs Pontii, quæ referunt, ad Principes Philippo venisse Pontium & Fabianum, & cum sacramenta eis divina demonstrassent, Baptismi gratiam consecutus esse. Nec obesse censet Ludos Seculares sub eo celebratos, vel alias Paganicæ superstitionis in Christianis Principibus reliquias; ut quod Imperatores Christiani dignitate Pontificatus Maximi potiebantur, etiam si fidem Christianam profiterentur. Ità quod ferunt Philippum constituisse inter Catechumendos, non τετελειωμένους, hinc videri Philippum monitum ut Polygamia & Incestus renuntiaret; quod factum credit Vir. Clariss. consilio Severa, quæ Christianis moribus imbuta, Polygamiam & incestuosos toros toto corde horrebat. Erat, ni fallor, filia Julia Mamae, ut modo dixi, soror Alexandri Severi, qui Christianis favēbat. Ac de Philippo filio censet, ex Epit. Victoris, idcirco ἀγλαστον φεσσαν, quia vel à Matre, vel ab Avia, vel ab Origene, vel ab Hippolyto audiverat, Jesum, quem Christiani calcabant & adorabant, oculos in lacrymas quidem non fecerat soluisse, sed nunquam risum vel minimum sibi permisisse. Hæc summa eorum quæ operosius exequitur Collega quondam noster desideratissimus, D. Tillemontius, qui Gallicè Imperatorum Historiam & eruditè scripsit, hanc quæstionem de Philippo, an Christianus Princeps fuerit, pluribus pertractat, Notis suis ad Philippum. Et perpen-

T. III. Part. 3. p. 562. Et Nor. p. 815. 816. &c.

Euseb. L. VII. C. XLX. p. 221. C. XLXII. XLVII.

Var. Sacr. T. II. p. 1106. Idem.

V. His auctoritatibus rationes varice accedunt, quæ pro Philippi Christianismo militant. 1. De Origene constat ex Eusebio, accersitum fuisse in Arabiam, & τὴν εὐχάριστην ἡγούμενος, ab Arabia Duce, quò & concessit, instruendi gratiâ de fide Christianâ, uti alijs in causâ Berylli Bostorum Episcopi, dein carbonum quorundam Arabum, idem iter repetit. Philippus & ipse Arabs fuit, Bostrensis natione, Filius Ducis Arabum, & forsan illius qui conversus Origene ministerio. Saltem ea occasione videtur Otacilia Philippi conjux de Christianâ fide edocta, quæ Maritum, sed & Filium, ad eandem amplectendam induxit. Nisi etiam Hippolytum Arabs censetur in Philippi se Aulam insinuasse, ut Cl. le Moyne opinabatur. Quo magis eadem Severa Augusta censetur pertinuisse ad familiam Jul. Mamae, & fuisse ejus vel Filia, vel Neptis. 2. Non credibile videatur, Eusebium, qui vix annis nonaginta posterior Philippo ipso, & qui libens Constantino Imper. gloriam primi Christiani Principis tribuisset, Philippo Christiano palmam decreturum fuisse, nisi necessitate victum, qui etiam ex innumeris Episto-

lis Origene, quas studiose collegerat, facile de conversione Philippi judicare potuit. 3. Accedunt Acta Pontii Martyris, quæ utut interpolata censeri possint, & seu auctore Valerio Pontii contubernali, seu ut Salmasius putabat, Eutropio, tamen antiqua illa esse, non Baronius tantum censuit, sed & nuper integerrimus Baluzius, qui illa ex MSS. duobus Biblioth. Colbertinæ vulgavit. 4. Nec intercedit, Constantinum primum vulgò habitum in Imperatoribus Christianis, nempe qui palam Christianismum professus sit, dum Philippus clam magis. Etiam primus qui baptisimo tinctus fuerit, qui Idola destruxerit, qui Ecclesiam in libertatem vindicavit. 5. Non etiam obstant Philippi conversioni Ludii Seculares, sub eo habiti. Siquidem potuit ea conversio esse posterior his Ludis, ut Baronius censet, quos exhibuit II. vel III. Imperii anno, in his etiam ita secutus morem Romanorum, qui Ritibus istis alligati essent, ut nec probaverit, nec immolasse Idolis victimas ipsemet usquam dicatur, vel ascendisse in Capitolium, ut observat Orosius, ex hoc alii. Quem admodum Zosimus satis indicat, non fuisse celebratos à Philippo Ludos more majorum, sub initum Libri II. Nec professioni Christianismi, in Christianis Principibus, servata id genus λείψανα Paganismi videntur intercessisse; V. gr. Ἀποθιώσις Constantinii, Titulus Pontificis Maximi, Munera Populo exhibita, Jani Templum clausum, Festum Majus in honorem Veneris permissum, Ludii Gladiatorii vel Ludii seculares ab Honorio repetiti, vi. ejus Consulatu, de quibus Claudianus in Panegyri, Num. 390. &c. & quæ id genus alia quarti adhuc quintive seculi fuere. 6. Imò ad hoc tantum Christianus factus videtur Philippus, ut hujus devotionis gratiam & bonam rem ad Christum referret, & Milleimus Romæ annus Christa patris quam Idolis dicatur, ex Orosio, Freculpho, &c. 7. Invidium pro Philippo Christiano argumentum esse videntur Nummi indubiæ antiquitatis. Quorum unus Baronio profertur, ad A. CXLIX. qui idem ab alijs, in quo nempe M. Jul. Philippus Junior visitur togatus, idemque Virg. Templi aditum demonstrans, mediâ Columnâ inter Imperat. & Templum, in quâ COS. II cum Inscriptione, MILLENIARUM SÆCULUM, Quo (inquit Baronius) voluisse Philippum cum novo Saeculo novam Religionem, id est Christianam, proponere, secundum eam quæ de ipso, jam additio cultus Christianæ Religionis, superius dicta sunt, laudè insulse dici posse videatur. Alter Nummus exhibetur ab Illustri Octav. Falconiero, ad calcem Inscriptionum Athleticarum, ubi de Nummo Apamensi, cujus egyptum ex Museo Magni Etruriz Ducis apposuit. Quem favere Philippo Christiano non tantum Cl. Wettenius censuit, sed & Tillemontius nuper, suspicatus Apamenses sub Principe Christiano, Diluvium Deucalionis voluisse exprimere, modo qui propriè accederet ad doctrinam Christianam. Nempe, ab unâ conspicitur Philippi Imp. Laureati Imago, Ἀυτοῦ Κ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΑΥΓ. ab alterâ & Mulier pectoris tenens in Arcâ sedentes, seu Navigio τὸ ἐργάσιον, aquis innotante, (καὶ ὡς ἰσχυρῶς) Columba verò Arcæ infidens, & altera similis quæ rannosculum unguibus tenet, volitatque supra caput Viri qui antè Arcam representatur, cum Muliere præcedente, dextro utriusque lacerto in ambitum erecto, cum literis istis tribus in fronte apparentibus, ΝΙΣ, & Inscr. ΕΡ Μ. ΑΥΓ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ Β. ΑΡΧΙΕΡ. & παμύνη Qualiter Deucalionem sub Noëmi nomine expressisse Berofum, ac Nic. Damascenum, constat. Nec idem Nomen apparet in Nummo planè gemino eorundem Apamensium, in honorem Septimii Severi, quem exhibet idem Falconierus. Ac tres hujusmodi Nummos æreos & quidem maximos (Medaglioni vocant Itali) vidisse se testatur Falconierus. Cujus dissertationem Romanam inseruit his de Selectis

Idem. Euseb. L. IV. C. XLII. Zof. L. I. C. XVIII. L. II. C. XV. Le Moyne Var. S. p. 1107. Bar. ad A. CCXXXV. N. IV. Falk. Diff. de Num. Apamensi Romæ p. 168. Werst. Præf. 6. Tillem. T. III. Part. I. p. 824. Dissert. De Num. Apian. p. 271.

Seguin. Numismatibus Petrus Seguinus, Decanus S. Germani Antiffiodor. 8. Philippus Filius dictus *αὐγέλας* & *Sacernis*, à risu scilicet temperans. Indubiè acceperat Christum nunquam risisse, flevisse sæpius, si-ve à Severâ Matre, si-ve ab Origene, aut Hippolyto edoctus; atque ita ad mores modestos & graviores maturè compositus. 9. Nec literæ *Origeni* ad Philippum, & Severam ejus Conjugem, (de quibus ut lectis à se Eusebius, Hieronymus, Vincentius Lirin.) aliud continuisse dici possunt, quàm argumentum Christianum, iis in Fide instruendis ac confirmandis. 10. Uti constat sub hoc Imperatore quietem fuisse omnimodam Christianis, quantumvis aliàs sævo, & ad fundendum sanguinem pronò. 11. Quemadmodum ideò *Decius* videtur defecisse primò ab obsequio *Philippi*, quod hic Imperator deseruisset sacra Majorum; dein ad persequendum Christianos fuisse inductus, odio Philipporum, qui illum professi fuissent, quod disertè Hieronymus in Vitâ *Origenis*, *Jornandes*, & alii. 12. Nec dubium, uxorem *Severam* fuisse Christianam, ad quam non modò *Origenes* Epistolam, sed & *Hippolytus* Arabs scripsit *Le Moyn. πρεσβεπιδόν*, ut pluribus Monachis nofer. Quemadmodum Var. Sacr. admodum Deus ministerio Fœderum, etiam P. 1105. Principum, sæpè Viros ad fidem adduxit, obviis in Ecclesiæ Historiâ exemplis. *Metellus* Tegerensis Monachus Sec. XII. in *Quirinal.* quæ edidit *Canius*, ac citat *Tristanus*;

Verticem Regina Deo superbum
Fronte maturâ revolvenda flexis
Principis, cedente Domo Philippi
Sub juga Christi.

13. Sed & *Leges*, à Philippo sancitæ, magnam speciem reddunt Principis Christiani. Quod in animo habuerat Alexander, ut inolitam ac detestabilem Romæ turpitudinem penitus tolleret, *Exoletorum* classes, id *Philippum* postea fecisse, testatur *Lampridius* in *Alexandro*, perfecturo *Constantino*. Sic garrulam procacium ac Satyricorum *Pœtarum* linguam Lege compescuit, quâ & honestorum virorum famam impunè carperent & juventutis animos nequiter inficerent; *Pœta nullâ immunitatis prerogativa juvenatur.* Et multa alia à Philippo piè sanctaque esse statuta, quæ exciderunt, ex iis facile posse intelligi, addit ibidem *Baronius*. 14. Nec ob stare ajunt *Philipporum* Christianismo horum *αποδείων*, à S. P. Q. R. post mortem factam, ex Nummis duobus quorum Inscriptionem exhibet *Goltzius*; quia hæc sine ullæ eorum culpâ, & ex consuetudine Romanorum. Quomodo non imputata *Constantino* M. ejus *αποδείων*, quâ (sic *Eutropius*) inter *Divos* meruit referri. Unde Inscriptiones, *Divo Constantino* Par. *Augg.* Sic *Helena* ista, *Diva Helena Mater*, facientibus *Constantini* filiis, licet Christianis. Sic nihil obstat *Philippi* conversioni, quod *Gordianum* *Divis* adscribi à *Senatu* passus sit, aut ipse *Divum* eum appellavit, pro more Romanis consueto. 15. Sic inter tot *Nummos Philipporum*, quos produxere *Adolphus* *Occo* *Augustanus*, & *Carolus* *Patinus* in *Thesaurò Numismatum*, nulli apparent qui Paganismum redoleant. Imò verò hæc Inscriptio, *Spes Felicitatis Orbis, Felic. Reip.* & id genus aliæ, reverà dignæ fuerunt Christiano Principe, quales Inscript. leguntur attributæ *Constantino*. Quamquam & dentur *Nummi ipsius Constantini*, apud *Tristanum*, & *Patinum*, cum Inscriptionibus *Ethnicis*; ut sunt istæ, *Jovi Conservatori, Herculi Conservatori, Marti Conservatori, Soli invictò Comiti*. 16. *Historia Penitentia Publica* *Philippi*, etiam si dubias quasdam circumstantias habeat, inde sanè videtur orta, quod constaret *Philippum* fuisse Christianum. Hinc, juxta disciplinæ *Canones*, illi primò adscripta *ejectio ex Ecclesiâ*, ut pluribus *Chryostomus* *Orat. in Babylam*, *ἔως τῆς Βαβυλωνίας*. *Ed. Savil. ἐξέκοις πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀναγελάς ἃ ἀποβόλας.* Dein quo-

que *Penitentia*, quæ non adscribenda Principi Gentilium sacris addicto.

VI. Tantum abest ut detraxerimus rationum momentis, quæ pro *Philippis* Christianis militant, ut etiam pondus iis addiderimus & robur. Nec illæ tamen intercedunt, quo minùs in *Josephi Scalligeri* sententiam concedamus, in *Animadv. ad Euseb.* *Ne illi magnam injuriam S. S. Christi cultui faciunt, quò primi hanc latronem Araba, Domini sui Imp. innocensissimi & Reipubl. maxime necessarij interfectorem, Idolorum cultorem, & ex cujus vita nihil tale colligi potest, Christianum ausi sunt dicere.* Fuit eadem *Onuphrii Panvini*, in *Fistorum Opere*, tacentis altum de *Philippi* Christianismo. *Joh. Aventinum* in *Philippo* xxx. Imperatore; *Quidam Christianum fuisse, quidam Christianum cultum simulasse, alii matrem ejus ab Origine audisse mysteria religionis nostræ tradunt; quod verisimilius facit Homini perfidia, maxime quando Laurentium & Ambrosium testemur, Constantinum primum Imperatorem Romanorum fuisse, qui maiestatem unius veri Dei agnovit & coluor.* *Inacius Casaubonus* in *Notis* ad eos Principes qui post *Gordianum* *Pium* imperarunt, postquam de *Osciliâ Severâ*, plerosque autumare religionis *Christiana* sacris imbutum fuisse, addit; hinc *Philippum* uxoris gratiâ equitorem piis, id est Christianis, palàm *Christianum* ab *Eusebio* & aliis multis habitum; se vero assentiri *Zonaræ*, & alios esse Græcis Scriptoribus *Philippos*, *Augustum* & alterum *Præfectum Augustalem*, de quibus postea *David Blondellus* *Ecclesiasticæ Antiq.* quondam *Βίβλιον* *ἱερῆς ἐπιτομῆς*, in *Opere Gallico de Primatû Ecclesiæ* occasione *Penitentia* *Philippo* attributæ, quâ scilicet is se ad pedes *Fabiani Pontificis* abjecisse fertur, prolixè fabulam eam discutit, & explodit. *Sethus Calvisius* in *Opere Histor.* *Dicit ab Eusebio, Cassiodoro, Ad A. C. & aliis, qui tamen ex Eusebio descriperunt, Philippum operam dedisse Christiana religioni, & baptizatum esse. Sed Eusebius hæc hausit, ut ipse dicit, ex Epistolis Origenis ad Philippum, & ejus conjugem Severam, quæ tamen Epist. ficta sunt.* *Tristanus* *Comment. Historico* ad *Nummos* Imperator. quem Gallicè edidit: *Christianismum Philippi non attingo, sic plerique Auctores Veteres, ex quibus recentiores. Qui tamen debent rei testimonium uni Eusebio, & Actis Pontii Martyris; addens, perfidum hunc Aratem de honestatentum verius esse Christiani nominis.* Et ne numero certem, *Ezech. De Usu Spanhemius* illustris in *Orbe literato*, vel eximio *Operum de Præf. Numismatum*; ubi ait, *satis liquere, ex superioribus Philippi Nummis, & solennibus Gemis sacris, Fabulis annumerandum quod de hoc Imperatore ut Christiano Eusebius, & reliqui. Antonius Pagi, in Criticâ Baronio oppositâ, quamvis Cl. Huetii sententia videatur accedere, quam ibi refert, Sacri initiatum Philippum à Fabiano Papâ sed occultè, & clausè Ethnicis, & sub ipsa Imperii iniitiâ, &c. tamen haud obscure negantem propugnat: Quod persuadet, inquit, Ethnicorum Auctorum de novâ ab iis susceptâ religione silentium, & multorum præterea tum Ethnicorum tum Christian. consensus, à quibus primus inter Imperatores Christum professus Constantinus celebratur. Plures attimus, quorum jam vel eruditione, vel auctoritate in *Republ. Literariâ*, nequaquam abripimur.*

VII. Sanè *Philippum* Arabem, si-ve antequàm gereret Imperium, si-ve postquam illi admotus insigni perfidiâ, ac nefario *Gordiani* III. parricidio, *Christianum* nunquam fuisse, neque talem tum audis- se, invictis argumentis demonstratur. Primò, silent illi *Historici*, qui res *Philipporum*, *Deciorum* ve ex professio quondam tradiderunt; hæc quamquam Christianis temporibus magna ex parte tenebris damnatæ, ex odio *Decii*, cujus res *Philippi* illis permistæ, ut notat *Casaubonus*, undè ille hiatus in *Historiâ Augustâ*, à *Gordiano* III. ad *Valerianum*. Certè apud *Aelium* *Spartianum*, *Julium* *Capitolinum*,

Le Moyn. p. 1100.
 Le Moyn. p. 1105.
 Baron, ad A. cxlix. N. II. III.
 Cod. Just. Tit. LII. L. I. De Profess. l. 3.
 Brev. Hist. L. x. C. xv. sub fin.
 Trist. Part. III. Patin. P. 370.
 Chryf. T. v. P. 448.
 Ed. Savil.

Nuon. MCCCIX. Onuph. V. C. A. DCCCCXCVII. &c. Anual. Bojor. L. II. Casaub. Not. Hist. Aug. p. 201.
 De la Prim. de l' Egl. p. 1128. 1129.
 Ad A. C. ccxlv. M. 4195.
 T. II. p. 554.
 De Usu Numism. Dissert. IX. p. 353.
 Ad A. N. VI.

nunt, Aelium Lantpridium, Aurelium Victorem, Eutropium Abbreviatorem, Zosimum scriptorem...

βασιλευς Χριστιανῶν Κωνσταντῖνος, τὸν Πρωτον... Michael Glycas in Annals Parte III. exhibens historiam Philippi; hinc Decii, de il-

Glyc. An. Par. 111. p. 243. Constantinus Ma- nasses in Compendio Chron. de Constantino Imper.

Parif. 1662

L. v. de Falf. Re- lig. C. 1.

Euseb. de Vit. Const. L. II. C. XLVII. XLVIII. XLIX.

Jul. Ca- sar. p. 318. Ed. no- va.

Ambros. T. III. p. 53.

Chr. T. vi. Ed. Savil. p. 627.

Hist. Sacr. L. II.

Niceph. Patr. Ed. R. Par. p. 404. 410. 411. L. XIV. C. XXXIX. p. 526.

Vertical text on the left margin, partially cut off.

Vertical text on the left margin, partially cut off.

Vertical text on the left margin, partially cut off.

Vertical text on the left margin, partially cut off.

Vertical text on the left margin, partially cut off.

Vertical text on the left margin, partially cut off.

fas? Certarunt in Philippo superbia, arrogantia, perfidia, inhumanitas, saevities, ingratitude in benefactorem sine exemplo, parricidio consummata. Et qui latronis filius erat, ingressus est ut

Ad Ann. Latro, regnaturus ut Leo. Hinc Baronius recte
ccxlv. concludit, *magnopere errare qui hoc tempore Christianum fuisse affirmant.* Quod evincit ille ex loco Origenis
N. II. contra Celsum, quod opus scripsit Origenes
III. &c. Euseb. *ὑπὲρ τὰ ἐξήκοντα γέγονεν*, major jam sexagenario, ut
L. VI. disertè Eusebius; adeoque anno minimum Chr.
C. xxvi. diserte Eusebius; adeoque anno minimum Chr.

Orig. C. *πρᾶξιες Imperatores (οἱ οὖν βασιλεύοντες) ad fidem Christianam pertraherentur, fore ut totum tandem*
Cels. Imperium pertraheretur, alii post alium in nostram
L. VII. religionem concedentibus; non respondisse Origenem,
P. 425. ut tum poruit, siquidem Philippus Christianus fuisset, scil. *adesse illud tempus, quo Imperator in eam fidem pertractus erat, nec tamen quod metuebat Celsus, aut Christianis imputabat, id ipsum apparere.* Sed & alia quæ diximus satis arguunt nihil Christiani, imò ne humani quidem, belluina omnia & feroxia, in Philippo fuisse, quo tempore arripuit Imperium. Undè etiam Celeberr. Huetius, *non-dum Christianum fuisse Philippum, cum hac flagitia admisit.* Nec tum de Uxore Christiana, de qua antè Philippi Imperium nihil planè scitur, minùs de Philippo Filio, antè hæc tempora nisi hariolando quisquam somniavit. Ipsi etiam *Acta Pontii*, seu Legenda fabulosissima, narrant Philippum utrumque Romæ jam fuisse Imperat. quum à Pontio conversi, & Baptismo tincti fuere.

Huet. Origin. L. I. P. 20.

IX. Tertio num Christianis accesserit Philippus sub ipsa Imperii initia, etiam antequam Romam concederet, cum ex Perside venit Antiochiam, porò anquirendum. Equidem non stupenda magis fuit conversio Sauli, ex lupo & sanguinario recepti in ovile Christi, quam fuerit illa Philippi, à recens perpetratis tot sceleribus, & rubentis adhuc sanguine sui Principis, Imperatorum duorum traducis, conversi subito ad disciplinam Christi Servatoris. Sed Sauli Doctor ipse Christus, in viâ Damascenâ; hujus verò, antequam se viæ commisisset Romam versus, agentis adhuc in Oriente, ex belluâ deinceps ovis Christi, quis vel Catecheta vel Magister fuit? Quo duce *amplexum Christi doctrinam fertur?* Undè is *postulavit*, recens factus Imperator, *recipi in cæsum Christianorum, & quidem in Urbe Antiochenâ, capite Orientis?* Dicent factum inductu *Conjugis*, ab Origene, quo tempore in Arabiam pervenerat, edoctæ, prout Philippus ipse Arabs, & Bostris natus. Nam alium intervenisse Doctorem, vel Christianum, antequam ex confiniis Persidis in Syriam appelleret, nemo somniavit. Primò de *Conjuge*, illi tum adfuisse Otaciliam, hanc pridem in Christianam, ab Origene edoctam, quis unquam retulit? Et prudenter Huëtius hanc *Halloixii* conjecturam reprobatur; *Quonam (inquit) argumento probari potest, hominem obscuro loco natum, & fortune tenuis, qualis Philippus, in notitiam Origenis venisse, Viri magnis de rebus ad hæc loca missi?* Sed fortè ejus Conjux ibi inciderat in Origenem, vel etiam in Hippolytum Arabem; quæ licet tum adhuc *privata*, cognatione attingebat *Jul. Masam*, & *Jul. Mamaam*, quæ postrema Clarissimo Le Moyne dicitur Severæ mater vel avia? Et *Bostra* Arabiæ Petreæ civitas, & Metropolis, etiam Colonia, aucta & ornata fuerat ab Alexandro Severo; quin ab eo dicta *Alexandriana*, uti eadem à Trajano, per quem subacta fuit Arabia, *Nova Trajana*; quæ & patria fuisse creditur *Philippi* Arabis, ab eo *Philippopolis*

Huet. Origin. P. 20.

appellanda. Ità unius Philippi gratiâ, humili loco nati, dein perfidiâ emergentis, nullâ virtute, minùs Christianâ, à vitiis redempti, fabulæ fabulis cumulantur, ut fides sit iis quæ habuerat *ex incertâ auditione Eusebii*, ità ipse Huëtius. Non capio quî in mentem venerit Celeb. quondam Collegæ meo., ut Uxorem hujus Philippi, quæ Eusebio est *Severa*, in Nummis *Marcia Otacilia Severa Aug.* antè hoc potentiae fastigium ignotam, saltem de quâ nihil Historici, asserat *matrem habuisse vel aviam, Jul. Mamaam*, & fuisse nisi *saltem sororem Alexandri Severi.* Equidem *Jul. Mamaa* genus fuit illustre, cujus mater *Jul. Masa*, soror *Jul. Domnæ* Uxoris Severi, matertera *Balthiani Caracallæ*, avia *Elagabali*, filia *Julii Aviti* Lupi Viri Consularis; quemadmodum *J. Mamaa* nupsit *Marciano*, Viro itidem Consulari, à quo *Alexandrum* suscepit, qui postea *Augustus*, cui etiam filia tribuitur *Theoclia*, nulla certè *Severa*, vel *Otacilia*. Nec *Philippus*, qui pridem nupsit, antè adeptas dignitates, obscuro genere, præterquam inter *Latrones Arabas*, ejus splendoris fuit ut familiaræ tot *Augustorum* infereretur. Cumprimis & *J. Moesam*, & *J. Mamaam*, fuisse superbissimas fœminas, quæ cum magnis virtutibus grandi se supercilio tollerent, notum ex *Historiâ* est, & superiori de *Mamaâ* Dissertat. observatum. Dein alterum errorem observo, qui plerisque Doctis impositus, etiam *Jos. Scaligero*, *Joh. Tristano*, *Car. Patino*, *Steph. le Moyne*. Confundunt illi *Bostram*, celeberrimam *Coloniâ* sub *Alexandro Severo*, *Metropolim Arab. Petreæ*, *Idumææ* in sacris attributam, cujus *Episcopus* fuerat *Beryllus* & quò se contulit *Origenes*, *Gordiano* imperante, cum altera *Bostrâ*, quæ *Philippi* nostri patria fuit. Hæc enim est quæ *Geographis* dicta *Bostra Legio*, prope *Trachonis colles*, ad *Orientem Palæstinæ*. Et ea ipsa fuit quam, arrepto Imperio, *Philippus* instauravit vel condidit potius, ut *Aur. Victor* & *Zonaras*, ac de suo nomine *Philippopolim* nominavit, tum *Coloniâ* ac *Metropoleos* titulo ornavit. Undè *Aurelius Victor* *Philippum* dicit fuisse *Arabem Trachonitem*, & condito apud *Arabiam*, sub exordia Imperii, *Philippopolis oppido*, *Romam* venisse. Et ad hanc referendus *Num. Philippi* Patris, *COL. METROPOLIS BOSTRA*, addito *CEB. σεβάστεια*, ut intelligeretur *Augusti* patria, eaque duplici honore ornata, *Colonia* & *Metropol.* Et aliis Nummis, plus vice simplici, apud *Vaillant*, *Seguinum*, *Goltzium* &c. *ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ ΚΟΛΟΝΙΑ* vel *ΚΟΛΟΝΙΑ*, de *Philippopoli* hac novâ & Arabicâ, in quam hujus *Bostræ* nomen transit, in honorem *Philipporum*; & sub iis tantum cudendi hi Nummi fuerunt. Quamvis postea adhuc *Episcopalis* dicatur sedes in *Arabia*, ut ex subscriptione *Conc. Chalcedonenfis*, ex *Provincia Arabiâ*, *Ormisida Philippopolitanus*. Cur verò hanc dixerit *Cedrenus* *Βόστραν τῆς ἐσθραῆνης*, in qua condiderit *Φιλιππόπολιν*, non aliam rationem invenio, nisi quod *Philippopolin Thraciâ* confuderit (ut alii multi) cum *Arabicâ*. Pari ratione *Dux* ille *Arabum* vel *Præses Arabiæ*, conversus ab Origene, *Augustalem Ægypti*, fingitur nonnullis patens hujus *Philippi*, quia is *Latronum Arabum Dux*, nempe *duxor latronum*, ut disertè *A. Victor* in *Epitome*, quibus utpotè perfidis, nullum apud *Præfectum Cæsaris* patrocinium, nec apud *Demetrium* *Episcopum* fides fuit. Prius autem factum imperante *Caracallâ*, censet in *Origen. Huëtius*. Denique pari jure conversa dicitur *Conjux Philippi Severa*, ab *Hippolyto Portuensi*, quem precario faciunt *Arabem*, *Bostrorum* *Episcopum*, vel *Adena* portûs nobilissimi in *Arabia Felice*; nullo in *Veteribus* præeunte, saltem non *Eusebio*, qui locum *Episcopatus* ignoravit,

Le Moyne Var. Sacra P. 1106. & 1109.

A. Victor de Cæsar. C. XXVIII. Zon. L. XII. C. XIX. T. I.

Conc. T. IV. T. I. In Phil. p. 257. Et Par.

Euseb. L. VI. C. XIX.

Huet. L. I. C. II. N. V.

Euseb. L. VI. C. XXI. Hier. Cat. in Hippol. ravit, nec Hieronymo, ut diserte testantur. Quem etiam sub Caracallâ, Elagabalo, & Alexandro Severo, floruisse certum est, & in Italia ac Romæ vitæ partem exegisse, undè multis Ἐπίσκοπος Ῥώμης, & plerisque Græcis à v. & vi. minimum Seculo, ut fatetur Monachus noster; mortuus (quamvis anno non ità certo) antè Philipporum tempora. Quod si *Martyr* idem fuit, incertâ tamen famâ, non ultrâ Maximini ætatem Episcopis & Antistitibus præcipuè infesti, id est ultrâ A. Ch. cccxxvii. vitam produxisse censendus est. Προλεπτικός Hippolyti πρὸς Σεβήριαν nihil probat, quum conjecturæ conjecturis cumulentur. Ajunt. 1. Legendum esse Σεβήριαν-αυ, pro Σεβήριαν. 2. Αυ esse pro Αὐγύσαν, nullo licet exesâ lit. in Laterculo indicio. 3. Non aliam fuisse Severam, cui aptari possit ille προλεπτικός. Imò Elagabali conjux Severa quoque appellata, & Aquilia Severa; si Severi Imperatoris illa, Donna Severa, Magna Jul. Severa; & magis quadrarent tempora. 4. Supponitur, necessariò hanc Severinam, ad quam Hippolytus, fuisse Augustam; qualis nulla apparet hoc nomine, nec tacituro dignitatis Tit. Protreptici scriptore. 5. Neque probat illud Theodoretis; scripsisse Hippolytum πρὸς βασιλίδας τινὰ ad quandam Reginam: ergò Imperatricem, ergò Uxorem Philippi Marciam Otacil. Severam, ergò superstitè adhuc Hippolyto, quo tempore Philippus imperaret, præter fidem Veterum! Adde βασιλίδας τινὰ dicere aliquam Reginarum, ex pluribus ejus dignitatis fœminis, nec de Augustâ sic locutus fuisset Theodoretus. Verius Uxorem voluerit Abgari Regis, de quo ut sancto Viro Africanus, & Eusebius, Macrino imperante, cujus tempore jam inclaruit Hippolytus. Planè ut Vir Doctissimus, ex eo quod aggregari dicantur Christianæ Ecclesiæ βασιλεῖς reges, in Dialoگو tributo Origeni, infert præcipuè innui Philippos. Dixisset porius, distinctionis ergò, Αὐτοκράτορας, Καίσαρος, τὰς τῶν Ἀρχῶν Διεδίχοντας; jamque observatum Fratri meo, Epistolâ ad Andr. Morellium, βασιλεῖς de Imperatore quidem vulgò à Græcis Scripturibus dici, nusquam tamen eâ voce in Græcis Caesarum Nummis vocari, uno Commodi excepto. Præterquam fatetur Cl. Wetttenius, Origenis ætate Abgaros Reges Christianos fuisse, ex testimonio Eusebii, Hieronymi, qui etiam Magni Reges nuncupantur, & Sancti, præter Principes alios. Quâ de re diximus in novissimâ Ecclesiæ Historiâ, ad Seculum III. Ne jam in disquisitionem veniat Dialogus ille adversus Marcion. num sit verè Origenis? Negantibus ferè omnibus, quotquot sunt non obesarum narium, Criticis, & inter eos Cl. Huëtio, quum in illo Dial. & Tempia & Idola Ethnicorum evetâ fuisse tradat. Sed nihil opus est hac disquisitione.

Th. III. X. Quartò, nec probandi vim magnam habent, quæ suprâ retulimus ex Eusebio, Chrysothomo, Leontio Antiocheno, apud Auctorem Chronici Alexandr. Horum tamen se tuentur auctoritate, ut reliquos taceam, Henr. Valesius Notis ad Eusebium, Clariss. Huëtius suis in Origenianis, Tillemontius in nuperâ Historiâ, & ad eam Notis, nec refragante Ant. Pagi in laudatâ Criticâ. Saltem in occulto & clam Ethnicis evasisse Philippum Christianum, non diu ab occupatâ tyrannide, censent Viri magni. Sub ipsa porrò Imperii sui initia, (sic Huëtius) Christi doctrinam amplexum fuisse Philippum ex eo liquet, quod in coetum Christianorum jam creatus Imperator recipi postulaverit Antiochia, quò non nisi post arreptum vesens imperium sese unquam contulit; nempe antequam Romam adisset. Quod verò clam amplexus fuerit Eadem Christianam, hinc patere, quod aliàs verisimile non sit, tacitos id fuisse scriptores Ethnicos. Rursus, nec multo verisimilius, si Christianus non fuisset, id proditura Eusebio, temporibus illis proximum. Vis tota Tom. II.

hujus argumenti refidet in narratione Eusebianâ: de Philippo Cesare, in postremâ vigiliâ Paschalis, Hist. (paulo post usurpatam tyrannidem) tubituro Christianam, ut particeps fieret τὸ ἑκαθόστας Ecclesiam, sed ab Episcopo prohibitum fuisse, donec ἐξομολογήσῃ tactâ, in Pœnitentium ordine vel loco contulisset: Imperatorem vero libenter obtemperasse, τὸ γνῆσιν ἢ ὠλαθεῖς τὸ πρὸς τὸ θεῖον φόβον διαβέβαιος sincerum ac religiosum affectum timoris Dei ipsis operibus demonstrantem. Quod videtur confirmari ex narratione Leontii Antioch. Episcopi, apud Auctorem Chronici Alex. qui à majoribus τῆς διαδοχῆς haberi dixit, accidisse illud Antiochiæ, ubi Imperatoris Philippi Uxor, atque adeò ipse Philippus, uterque Christianus, à sancto Babylâ, Ecclesiæ ingressu prohibiti referrentur, propter perpetratum à Philippo crimen. Nempe, cum Præfecturam Prætoris gereret, imperante Gordiano, commendatum sibi à Gordiano Filium, mortuo eo ipso Gordiano, interfecisse, ac Imperium arripuisse. Et hanc quoque causam fuisse, cur Decius S. Babylam interfecerit, talia autem in Capita Augusta. Accedat Chrylostomus, in citatâ Oratione in Babylam Antioch. quem eadem ferè narrare, nisi quod Imperatorem non nominat, Henr. Valesius ad Euseb. Disertè enim Os aureum. 1. De Imperatore tum regnante, quem magno animo ejecerit ex Ecclesiâ Babylas Episc. Antiochenus. 2. Idque ob crimen occisi propriâ manu & gladio παιδὸς βασιλικῆς filii Regii, μετρητὴς ἰδὲν ἡδικηκότῃ pueruli nullius facinoris rei, à Patre dati obsidis loco, & quidem contra Legem amicitia, & fidem juramento firmatam: multis exaggerante Chrylostomo illinc atrocitatem hujus delicti, hinc Babylæ illam ἀτασθαλίαν quâ ἐξέβαλε τὸν τὸ πλεῖστον μέρῃ τὸ οἰκουμενὴς ἀπάσης κατέχοντῃ, ut Pastor arcet a caulâ ovem morbidam πρὸς θάνατον ψώρας ἐμπεπλημένον. Factum verò id esse ab Episcopo, ob crimen longè diversum, scilicet polygamiam & incestum; habet Abulfarajus, quod probat Clariss. le Moyné. Quod (inquit) factum crediderim consilio Severa, qua Christianis moribus imbuta, Polygamiam & incestuosos toros toto corde horrebat. En quatuor narrationes diversissimas unius & ejusdem facti, prohibiti scilicet Imperatoris ab Ecclesiæ aditu. Accedat quinta, de quâ paulo inferius, ex Actis Pontii Mart. toto jam calo à reliquis diversa, tempore, loco, personis, & adjunctis circumstantiis. Quo ipso de re totâ facile judicium est, & saltem duo narrata inter se comparant ac conciliant Valesius, Huëtius, Tillemontius, illud Eusebii, & alterum Leontii Antioch. de quo paucis dispiciendum.

XI. Rectè sensit Doctiss. Tristanus, nec abludit Cangius ad Chron. Paschale, fontem omnis hujus traditionis esse unum Eusebium. Quomodo jam suprâ, ubi de J. Mamaâ Augustâ, ex verbis Eusebii Christianam hanc fuisse posteriores concludebant. Observabit Lector sequentia. 1. Eusebium non positivè affirmare, Philippum fuisse Christianum, sed tantum, ἔσθῃ (κατέχῃ λόγῳ) hunc Christianum existentem, se publicæ ἐξομολογήσῃ & μετάνοιᾳ subjecisse. Agnoscit nuperus Tillemontius, alias inclinans in Philippum Christianum, verba Eusebii si nihil positivè dicere, nec satis intelligi, num ipse dubiet de Christianismo Philippi, an tantum de ejus Pœnitentiâ. Refert enim Historicus, suo tempore vulgatam per nonnullos famam, de hujus Imperatoris actâ Pœnitentiâ, consistentis in Vestibulo Ecclesiæ inter μετάνοιᾶς, quo ipso supposuit famam eadem, fuisse Christianum. Deinde Hieronymus affirmantius in Versione Chron. primus omnium ex Romanis Imperatoribus Christianus fuit. Quæ ipsissima verba sequentes dein Chronographi reposuere. Nam quod alibi dixit, Decium Christianos persecutum ex privato odio in Philippum, vel quia religio Philippi ea fuerat, precarium illud est, nec

Euseb. Chron. A. cccxviii. Wetst. Præf. A. 4. Ez. Span. hem. Ep. v. ad Morell. Huët. Orig. L. III. C. ult. N. IX. Th. III. Vales. ad Euseb. p. 128. Huët. Orig. L. I. C. III. N. XII. Tillem. Hist. T. III. p. 816. 817. & c. Pagi, ad A. ccxlvii. N. vi.

Supra Th. III. Th. III. Var. Sac. p. 1109. Dv. VII. p. 80. Oxon. 1683.

Tillem. P. 111. r. 818. Ed. Brux. Hier. in Chron.

nec dixit Eusebius. Neque illud cum Decii prudentiâ, vel Philippi ἀποθώσῃ, vel clandestino ejus Christianismo, qualem volunt, satis convenit; uti nihil in favorem Christianorum fecerat Philippus. 2. Familiare istud est Eusebio, narrare plurima, non quæ ipse certa haberet & indubia, sed quæ ex incertâ traditione, tùm quando ista scriberet, ferebantur. Hinc frequentissimè idem, *ὡς κατέχῃ λόγῳ*, & *διὰδοχῶν*, *ὡς ἡ παραδόσις περιέχῃ*, *λόγῳ*, *ἔχῃ*, *λέγουσι*, *ἔλεγον*, *φασὶ τὸν λόγον*, *ὡς φασὶ*, *φίρεται*, &c. Ut quæ ferrentur non solum de Epistola Christi ad Abgarum, sed & de Judâ qui & Thomas, de Thadæo Apost. uno ex LXX. de colloquio Thadæi cum Agbarò; &c. Sic illud de statuâ æneâ juxtâ domum fœminæ Hæmorrhoiisæ; de Tiberii rescripto ad Senatum, ut *Christus* inter *Deos* referretur; de Simone Mago Romæ prætigias exercente; de Petro Apostolo Romam delato sub Claudio; de Johannis, vel Jacobi, Apostolorum, variis fando acceptis; de Ascetis Ægyptiis vel Therapeutis, Philonis tempore, qui Christiani fuerint, atque à Marci prædicatione conversi; de variis Apostolorum itineribus, ut *Thomas* in Parthiam, *Andrea* in Scythiam &c. de Miraculis per Atturium Panceade gestis; de multis id genus incertis; ex traditione tamen hautis, hinc de quibus *κατέχῃ λόγῳ*, *περιέχῃ ἡ παράδοσις* &c. Sexcenta id genus ex Tradit. apud Socratem, Sozomenum, Theodoretum, Auct. Chronici Alex. Cedrenum, Zonaram, Nicephorum &c. ne & *Ἐξωκένω* dicam. 3. Nullum profert Eusebius rei tantæ ac penè incredibilis *testem*, ut aliàs solet. Firmat enim sua passim, ex relatione v. gr. Justinii, Irenæi, Papiæ, Clementis Alex. Tertulliani, Hegesippi, Dionysii Corinthii, vel Alexandrini, &c. *Ἀπόρηθ' διὰ δύο πειρώσασθαι τὸ λόγον μαρτύρων*, ut quæ refert accidisse in Asiâ, circa Juvenem à *Johanne* commendatum Episcopo cuidam. Imò tacent antè Eusebium Scriptores, quotquot Philippi, aut eorum temporum, meminere. Quin alia omnia de Philippo referunt, & Lactantius anterior Eusebio disertè, Constantinum *primum omnium Romanorum Principum errores Gentilium repudiasset*, ut antè visum. 4. Ipse Huëtius, de hac Eusebii narratione, sive de Philippi Exomologesi & admissione inter Pœnitentes; *Id sanè advertendum est, ex incertâ auditione Eusebium retulisse*, & ex quorundam ità narrantium fide. Hinc non modò illòs tacet qui rem retulissent, sed & circumstantias historicas, ac omninò necessarias faciendæ fidei. V. gr. *ubi hæc res acciderit*, an in Oriente, sive Antiochiæ, sive in vicino loco, an in Italia, & Romæ; *quando factum*, an initio Imperii, an deinceps, ut Baronijs; quo *Episcopo*, quem alii deinceps Babylam, alii Fabianum Romanum dixere; in quo *Pamionium* ordine constiterit, & *quandiu* Imperator absentus ità fuerit. Undè diu postèà additum ad narrationem Eusebii, à scriptoribus *quinti sextive* Seculi, ex gr. *solum* Imperatorem, *tempore præsentis*, *extra Ecclesiam suæ*, *inter Catechumenos*; non ipsum solummodò *Philippum*, sed & *Conjugem* ingressu Ecclesiæ prohibitam; causam etiam exercitiæ Disciplinæ diversimode retulerunt. 5. Sic dum dicit Eusebius *Χριστιανὸν ὄντα*, scilicet Christianis adscriptum, antequam adivit illam *Ecclesiam*, quam volunt fuisse *Antiochenam* ipse Valesius, Huëtius, siquidem vera narrentur; supponeret Historicus Arabem hunc *Christianum* fuisse, quando paulo antè, complicatâ tot sceleribus perfidiâ, Imperatorem suum ac Dominum interfecit, Gordianum Pium. Quod commentum vel cavillum non à Christiano Historico, sed à Gentili potius in probrum Christianæ Religionis, profectum crederes. 6. Zonaras similiter in incertam traditionem refundit. Sanè fuisse Philippum *ὁμιλήσαντα* *πρὸς Χριστιανὸς* *ἐν τῇ* *Antiochia*, & hinc

Euseb. L. I. C. XIII. L. II. C. II. XVI. XVII. L. III. C. I. L. III. C. XXII. L. VII. C. XVII. XVIII. &c.

Euseb. L. III. C. XXIII.

Th. VII.

fabula de Christianismo Philippi. Sed quod *Christi-Zon. T. I. sianam fidem amplexus fuerit*, & *communis cum Christi-L. XI. sianis vota fecerit*, hujus rei auctores quosdam esse, p. 624. Ed. Reg. *quæ inquit*. Addit, confusos videri *Philippum* Niceph. præfectum Ægypti, patrem Eugeniz, cum *Philippo* Hist. L. V. præfecto Prætorio, dein & Augusto. Nicephorus Callisti pariter, rumorem vel famam ità habere: p. 374. *φασὶ ἄμυνε τῶτον πρῶτον ἐν τῇ ἡγεμονικῆς ἀξίως Χριστῶν προσελθεῖν*. Ut nugas egerint, qui illud Eusebianum, *κατέχῃ λόγῳ*, reddiderunt, *vox publica omnium est*, constat *universalis consensu*, vel *inter omnes convenit*; de re hæcenus à nemine antè Eusebium traditâ, imò quæ antè traditis de Philippo, ex omnium consensione, palàm repugnaret. Quod enim volunt idem testatum esse *Dionysium Alex.* locutum de Principibus antè Valerianum, etiam illis qui *Suprà Th. I. X. λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι*. 1. Non magis de Philippo accipienda, quam de optimis antè *Principibus*, *πληθύνουσιν*, qui benevoli fuissent ergà Christianos, qualis præ cæteris Alexander Severus, dein & Gordianus. 2. Hinc *dictos* vel existimatos tales (à nonnullis) *palàm Christianos*; non quod *reipsâ Christiani existierint*, ut bene Valesius, aut sic ipse existimatis Dionysius.

XII. Num verò, quod suprà retulit Auctor Chronici Paschalis, tanquam ex narratione *Leontii Antiocheni*, confirmet istud Eusebianam, verbo dispiciendum. Nihil jam dicimus de *tempore*, quo Auctor ille hæc scripsit, vel potius ex variis centonibus & pannis hoc Opus contraxerit, undè *Χρονολόγος* Notis ad Casaubono dictus; deve hujus Chronici vel laudibus vel *ἁποχρονισμοῖς*, variationibus, insertis quandoque ineptis, fabellis ex Joh. Malalâ Antiocheno, & aliis, de quibus adeantur præcipuè Scaligeri, Petavii, Cangii. 1. Auctor ille totum hoc refert ex unius *Leontii* Episcopi narratione, tempore Constantii, & Aetii Ariani, cui favit Leontius (ut pluribus Philostorgius) *centum* annis à morte Philipporum, ut ex eodem Chron. Alexandrino constat: *Olymp. Κατὰ διαδοχὴν per traditionem* ità se accepisse, ut *ccclviii. Leontius διηγῆσατο τοῖς πρὸ ἡμῶν παραυτίς* *ἰς* *quæ ante* *hoc tempora vixere*. Ergo traditio oralis fuit, solâ narrantium fide subnixa, & quidem ut ferebant illo tempore quo hæc scripsit Chronographus. Planè ut alibi agens de hoc *Leontio* Antiochiæ Episcopo, cui curæ essent *Xenodochia*, narrat fabellam de *tribus religiosi viris*, quos præfecisset τῷ *Ἰεῖνον* *Ἐσπερίῳ*, quorum uni nomen *Eugenio*; tùm de eorum profectioe aliquot ab Urbe Antiochenâ miliaribus, *Ad A. 350. Olymp. cclxxviii. P. 218.* locio itineris *Judeo* quodam; de natâ inter eos disceptatione, *de fide Unigeniti Filii Dei*; tum de reperto in viâ *serpente mortuo*, & oblatione Judæi, se fidem *Christianam* amplexurum, si vorato à *tribus* Christianis serpente illæsi remanerent; quod factum, & Judæum simul conversum. En scriptorem hunc, fabellas intertexere assuetum, fando acceptas. 2. Istud de causâ necis *Babylæ* Episcopi, & quidem faciente *Decio*, ipsâ se absurditate refellit. Indignatus scilicet Decius, qui Tyrannum sustulerat, quod *Babylas* Philippi conjugem, & Philippum ipsum, *ab Aedis sacra ingressu arcere ausus esset*? Ergò jam favens Decius Christianismo Philippi, & Otaciliæ conjugis. Et hunc, palàm ità Christianum, inter *Deos* retulisset, quod non modò Eutropius, sed & Numismata testantur, de Patre & Filio, apud Goltzium in Thes. & alios! Adde nihil tale narraf- Goltz. Thes. col. 107-108. se Eusebium, vel anteriorem alium, de *Babylæ* Antiocheno. Hieronymus, & post eum Orosius, *Decium* odio *Philipporum* persecutum esse Christianos, quasi his rei fuisset quicquam cum Philippis: quos imò Senatus Rom. Gentilis superstitionis tenacissimus, consenserat *Divi* adscribi, solito Consecrationis ritu. 3. Vel *Leontii* istud narratum fuit de re inter Antiochenos testatissimâ, tabulis Ecclesiæ illius

Suprà Th. I. X.

Th. x. Lampr. in Commodo, p. 94.

Chron. Alex. A. 253. Olymp. P. 270. Ed. R.

Ad A. 350. Olymp. cclxxviii. P. 218.

Goltz. Thes. col. 107-108.

lius consignatâ, de quâ nulla esset dubitatio; vel de re, quæ quorundam rumoribus ferebatur. Si prius, non ignorasset certè rem Eusebius, in proximo agens, in vicinâ Syriæ Palæstinâ; nec in Historiâ tacuisset, seu Ecclesiam in quâ itud acciderat, puta Antiochenam, seu Episcopum *Babylam*. Si posterius, ejus hæc historiola generis est, cum infinitis aliis ex vanâ traditione acceptis. 4. Nihil Eusebius de *Conjuge* Philippi, ut etiam *Christianâ*, atque aditu dictæ Ecclesiæ prohibitâ, idque ob Mariti crimen. In cujus communionem venisse Otaciliam, nulla Historia refert. Uti certum, omnes ferè *Nummos* M. Otaciliæ Severæ Aug. qui plures asservantur in Gazis, Græcos & Latinos, habere Paganas Inscriptiones, & respicere ad *πολυθεϊαν*, ac superstitiones Gentilium, *Junonem*, *Cybelem* &c. ut etiam disertè *Tristanus* in *Tom. II.* Commentarii Historici. Utque hæc *Fœmina* Marito & Filio superstit, (nusquam siquidem consecrata legitur, quod factum omninò fuisset, si Philippo vivo obiisset diem extremum, qui & *Gordianum III.* & postea *Marinum* consecravit,) potuit illa ab Origene, post istorum casum, vel alio quocunque, ad Christianam fidem esse inducta. 5. Nec quadrant cum Historiæ fide reliqua, quæ Philippi crimen tangunt. Dicitur enim huic, adhuc *Præfecto Prætorio*, commendatum fuisse à *Gordiano Filium*, quem postea interfecit. De quo nihil Historici; nec vel *Præfectus* tum *Prætorio Philippus*, vel *Gordianus secundus* Filium huic commendavit, vel *Gordianus III.* interfecit à Philippo filius fuit *Gordiani Junioris*, qui in Africâ intra annum, & Imperator dictus, & cum seniore Gord. occisus fuit. Fuit autem hic ex filia nepos senioris Gordiani, ut consentiunt plerique; ac nuper de his *Gisb. Cuperus*, Vir dignitatibus & famâ Illustris, *Diatribâ de Gordianis*. Nec diu antè interfectum à se Gordianum III. vel *Pium*, Philippus *Præfecturam Prætorio* gesserat. 6. Mirum itaque, Eruditissimos, *Valesium*, *Huëtium*, aliosque nixos testimonio Auctoris *Chron. Alex.* hæc cum Eusebianis conferre, atque etiam conciliare sustinuisse. Atque ad eò Conversionem ac Pœnitentiam Philippi retulisse ad ipsa initia Imperii, statim ab admittâ nece Gordiani, antequam Romæ se stitisset. Si urgeas, non ignorare igitur hæc potuisse Gentiles, quæ Antiochiæ in publico accidissent; respondent, hæc gesta in *extremis oris Rom. Imp. procul à Romanorum conspectu*; ac postea *initiatum sacris à Fabiano Philippum occultò*, idque clam *Ethnicos habuisse*. Quod potterius ex Actis Apocryphis Pontii, de quibus verbum infra, desumptum est. Sed benè est, integerrimum in his Pagium ita laudare sagacem Huëtii conjecturam, ut disertè alibi, nec semel, neget Philippum Christianam fidem suscepisse, quando edidit *Ludos Seculares*; seu quando *Annum U. C. millesimum celebravit*, nondum Christianum fuisse; quod factum est anno Imperii III. Christi ccxlvii. ut ipse Pagius.

Dissert. Hyp. Prolog. N. XII. Crit. A. ccxlvii. N. IV. Thef. x

XIII. Superest narratio, quæ habetur in superiori *Orat.* Chrysoptomi de *Babylâ* Antiocheno, *adversus Gentes*. Sed benè est adferri in hanc rem hæsitanter, ab illis ipsis qui Christianismo Philippi favent. Siquidem 1. Chrysoptomus nullum nomen Imperatoris profert, qui ejectus à Babylâ fuerit. 2. Nihil narrat eorum quæ ab Historicis Philippo imputantur. Nihil certè de Gordiano Imper. ejus jussu interfecto, hinc exactâ à Philippo pœnitentiâ; de quâ re Eusebius, & Auctor *Chronici Alex.* 3. Chrysoptomus de Imperatore, qui innocuum puerulum, filium Regis extranei, obsidem datum, contrâ juramenti fidem, propriâ manu occidisset; deinde qui *Babylam*, à quo ejectus fuerat extrâ Ecclesiam, quoque interfecisset. Rex ille planè fuit *Abgarus*, Christianus idem, in amicitiam receptus à Gordia-

no, cui etiam faverat Philippus, Arabs ipse, & qui auxilia submisisset Philippo. Et hujus filium occisum à Decio innuit Chrysoptomus, qui etiam *Abgarorum* regnum extinxit. Hinc Philostorgius, alios id *Numeriano* tribuere, alios *Decio* Imp. quos Philost. cupido incesit Ecclesiam, cum frequentissima esset, L. VII. ingredi. *Metaphrastes*, *Suidas*, *Nicephorus Callisti*, de *Numeriano* itidem. Qui verò hæc Philippo Imperatori (sique Christiano) tribuunt, id nullo auctore firmant, imò ex hoc quoque Philostorgii loco refutantur; quod judicium est magni Jac. Godofredi *Dissert.* in Philost. Ejecerat autem Principem illum *Babylas*, in Phil. non vi armatâ, sed iis armis quæ sunt Ecclesiæ p. 296. propria, magnâ tamen animi fiduciâ. 4. Hinc Eruditiss. *Tillemontius*, favens aliâs (ut dixi) sententiæ *Loco cit.* pro Philippo Christiano, ad locum hunc Chrysoptomi, *Optandum esset ut Chrysoptomus usus esset Tabulis que magis fidem merentur. Sed nihil novum hoc in laudatis à sanctitate & à sacundia Viris, quod & sagacissimis in Historiâ frequenter accidit, falli in factorum circumstantiis.* Ex quo intelligitur, quâ fiduciâ à nonnullis assertum fuerit, docere nos ipsum Chrysoptomum, quod Philippus fuerit Christianus. Quin ipse *Valesius*; *Eadem ferè* (cum Eusebio) *Chrysoptomus* &c. Qui tamen Chrysoptomus supra *Th. VII.* disertè, omnes usque ad *Constantinum Impm. Gentiles fuisse*. Patet etiam, ad narrationem *Eusebii*, alias atque alias circumstantias accessisse, successu temporis, ut accidit traditionibus id genus, quæ hujus certè vanitatem arguunt. Talia sunt illa *Georgii Abulfaraji*, *Malatensis Arabis*, religione Christiani, qui *Seculo XIII.* scripsit *Historiam Dynastiarum*, & diversissimis circumstantiis factum hoc circa Philippum repræsentat, tacitâ tamen *Ecclesiâ* ad quam admitti desideravit Philippus, & nomine *Episcopi*, qui prohibuerit. Nihil ille de parricidio in Gordianum admisso, aliisque sceleribus de quibus *Capitolinus*, & cæteri, sed monitum Philippum ut à *Polygamiâ* & ab *Incestu* abstineret, tanquam *veris*. Addit, *solum Imperatorem, tempore præcum accedentem, extra Ecclesiam stare, cum illis qui religioni initiabantur, id est Catechumenis, neque adhuc de eâ loquerentur, quales scil. dicti ἀρχομήτοι seu audientes.* Quod totum factum immutat, præter fidem Veterum. Et *Cl. Le Moyne*, agens de *Origenis & Hippolyti* Var. *Sa-* literis ad Severam; *Forjan conjugis Philippi Polygamiâ & incestuosas consuetudines improbat.* Et alia p. 1108. plura in his de Philippo patre, Filio, Conjuge, familiâ Imperatoriâ, de *J. Mamaâ*, de Hippolyto, Origene, enunciat Vir in conjectando sagax, per *τὸ Forjan, Forjan, &c.* quæ idoneorum testium præsidio destituta. Hujusmodi, quæ is de Polygamiâ & Incestu Philippi Imper. de ejusdem Ludis *Sacularibus*, de ἀγλασίῃ Filii, de Actis *Valetii*, &c. suis locis indicanda. Certè tantum abest, ut vagæ aut incestæ libidinis accusetur Philippus, quamvis scelerum omnium capax; ut plures sint *Nummi*, qui modò *Philippum* conjunctim cum *Uxore* repræsentant, modò *M. Otaciliam* seorsim, cum *Capitibus adversis* Philipporum, & cum *Inscript. Concordia Angg.* videndi apud *Goltzium*, *Tristanum*, *Patinum*, *Vaillantium*, & alios.

XIV. Quintò, fabulam arguunt, Philippi scilicet Conversionem ad Christum, Baptismum, alia, *Bar. ad A.* Acta illa ipsa quæ dicuntur *Pontii Martyris*, & à *ccxlvii.* *Baronio*, *Baluzio*, *Le Moyne*, *Valerio Pontii con-* *N. IX.* *tubernali*, & *studiorum socio*, à *primâ adolescentiâ,* *ccxlix.* *N. II.* tribuuntur. Ac præter Eusebium, alterum hunc *Steph. le* diximus fontem omnis de Philippo Christiano tradi- *Moyne,* tionis. Hinc sumpsisse *Martyrologia Rom. Ecclesiæ,* *Var. Sac.* *Ussardi* scilicet & *Adonis*; disertè *Annalium Scri-* *p. 1107.* ptor, ne de posterioribus dicam. Sed benè habet, *Baluz.* hæc Acta à Doctioribus in *Rom. Ecclesiâ* ut *Spuria* *Misc.* & *Apocrypha* reprobata. Ac ne *Petavium*, *Vale-* *T. II.* *p. 493* *sium,*

sium, alioſque dicam, laudatus ſuprà Tillemontius, quanquam pro Chriſtianismo Philippi decertans, in *Notis* ad Histor. hujus Imper. *Baronius* conſentis *converſum* fuiſſe Philippum *ante ſolemnia* anni ab U. C. *Milleſimi*: *Quamvis* modus, quo factam hanc *conversionem* refert, ex *Actis S. Pontii*, que nullo modo *defendi* poſſunt, neque *auctoritatem* habent, neque veri *ſimilitudinem*. Et *Baronius* ipſe ſuſpecta habuit ea *Acta*, ſaltem *fraudis* illatæ. *Qua* verò *illic* *opponuntur* de *Jovis* *Templo* *diruto* à *Philippo* *Imp.* *aque* *Fabiano* *Papà*, (adde *conſtrata* *omnia* *ſculptilia*, ut in *ipſis* *Actis* *Num. XIII.*) *ab* *alio* *potius* *fuiſſe* *addita* *putamus*, nam in *aliis* *Pontii* *Actis* *deſiderantur*. Ad quæ *poſtrema* *Baluzius*; *deſiderantur* in *his* *Actis* *qua* *Mombritius* *deſcripſit*, utpotè *qua* *ſunt* *multum* *imperfecta* & *mutila*, ſed *extant* in *omnibus* *antiquis* *Exemplaribus*. *Extant* autem in *illo* *ipſo* *paragrapho*, in quo *narrantur* *Pontii* *adhuc* *adoleſcentuli* *ad* *Fabianum* *Episc.* *verba* *de* *fide* *Imperatorum*, ſuſceptà *pridie* *ejus* *dici*; tùm *gratia* *Deo* & *Chriſto* à *proſtrato* *Fabiano* *hoc* *nomine* *actæ*; tandem *Baptiſmi* *gratia*, altero *ſtatim* *die*, in *Principes* *collata*. *Præceſſit* verò *familiaris* *amicitia* *Philipporum* *cum* *Pontio*; *Colloquium* *hujus* *cum* *Imp.* *habutum*, *occasione* *instantium* *Ludorum* *Sæcularium*, & *ſacrificii* *Diei* *ſuis* *offerendi*; hinc *ſumma* *colloquii*. In quo ſcil. *Pontius* *de* *uno* *Deo* *ſummo*; *de* *creato* *Homine*, in *ſtatu* *ſelicitatis*; *de* *ſeductione* *hujus* *à* *Diabolo*; *de* *miſſione* *Filii* *Dei* *in* *mundum*; *ejuſdem* *Miraculis*; *incredulitate* *Judæorum*; *Crucifixione* *ſub* *Pontio* *Pilato* *Præſide*; *Reſurrectione*, *Aſcenſione* *in* *Cœlum*, & *promiſſione* *Vitæ* *æternæ* *in* *ipſum* *crediduriſſe*. Ad *quam* *Pontii* *prædicationem* *protinùs* *credidiſſe* *Imperatores*, *Dei* *voluntate*, *referuntur*. *Tacemus* *reliqua*; *laxitiam* *quæ* *illi* *Civitati* *hinc* *ſuper-* *venerit*; *dirutum* *Templum* *magnum*, *Jovis* *ſcilicet*, *cum* *Idolis*; *concurſum* *omnis* *populi* *ad* *baptiſmatum* *undam*; & *quæ* *alia* *ſua* *ſe* *futilitate* *produunt*. Et *hæc* *commemorari* *ſufficiat*, ut *Legendam* *intelligas*, *paris* *cum* *reliquis* *originis* & *auctoritatis*, *viii.* *aut* *ix.* *minimum* *ſeculo* *fabricatam*, ſi *non* *ſeriùs*. Et ſi *quæ* *his* *Actis* *fides* *eſſet*, *Philippus* *jam* *Imperator*, *diu* *poſt* *relictum* *Oriente*, & *quidem* *Romæ*, *ipſo* *anno* *U. C.* *milleſimo*, *non* *converſus* *modò* *fuiſſet*, ſed *baptizatus*, & *ad* *ſacramenta* *admiſſus*, *idque* *conſciã* *facti* *Romæ*, *nullã* *verò* *Philippo* *patri* *impoſitã* *Pœnitentiã*. Quo *ipſo* *corruunt*, *quæcun-* *que* *alii* *de* *Philippi* *Chriſtianismo*, *ex* *Eusebio*, *Chryſoſtomo*, *Chronico* *Alex.* *aliisque*, *ſuſpicati* *ſunt*. *Absurda* *plura*, *quibus* *hæc* *Pontii* *Acta* *ſeſe* *produunt*, *vel* *initio* *ſtatim*, *ubi* *v. gr.* *de* *Marco* *Pontii* *patre*, *abſ-* *que* *nomine* *alio*; *de* *Julia* *matre* *prægnante* *fabula* &c. *ſilentio* *transmittimus*. *Miror* *oculatiſſimum* *in* *talibus* *Baluzium*, & *inſinitæ* *lectionis* *Monachium* *noſtrum*, (nam *de* *Baronio* *nihil* *novum*) *his* *glan-* *dibus* *aut* *quiſquiliis* *delectatos*. *Antiquiſſimi* *Codd.* *Biblioth. Colbertina*, *qui* *hæc* *Baluzii* *integra* *ſup-* *peditarunt*, *nihil* *probant*, *quum* *ſint* *Monachalis* *æ-* *vi*, ſi *vel* *maximè* *eſſent* *illa* *decimi* *aut* *undecimi* *ſeculi*. *Quæ* *verò* *ibi*, *de* *permiſſis* *Imperatoribus* *ſpectaculis*, à *Pontio* *Converſore*, *ſolis* *interdictis* *ſa-* *crificiis*; *in* *memoriam* *revocant* *illud* *Aurel. Victo-* *ris*, *adeò* *averſum* *fuiſſe* *ab* *iis* *Philippum* *junio-* *rem*, *ſeveri* & *trifiſis* *animi* *Principem*, *planè* *ἀγέλαρον*, *ut*, *Patrem* *Ludis* *ſecularibus* *petulantius* *caſtriciano*, *vultu* *notaverit* *averſato*. *Hinc* & *Sæurninum* *appella-* *tum* *hunc* *Philippum* *quidam* *voluere*, *apud* *Aur.* *Victorem* *in* *Epitome*. Ac *nollem* *Clariff. Le Moyne*, *Baronium* *imitatum*, *duxiſſe* *indè* *argumentum* *pro* *hujus* *ſaltem* *Philippi* *Chriſtianismo*; *qui* *forſan* *à* *Mure*, *vel* *ab* *Aviã*, *vel* *ab* *Origene*, *vel* *ab* *Hiſp-* *lito* *audiſſerat*, *Jeſum* (*lachrymas* *quidem* *uberrimas*) *nunquam* *riſum* *vel* *minimum* *sibi* *permiſſiſſe*. *Nec* *aliundè* *Goltzius* *ſuprà* *dixit*, *Filius* *quippe* *Donni* *plurimum*

Tillem. Not. p. 816.

Baluz. l.c.p.495.

Biluz. Misc. L. II. p. 133.

Pontii Paſſ. p. 133. Ed. Bal. Epit. A. Viã. in Phil. Jun. Bar. A. cclxix. N. I. Le Moyn. V. Sacra. p. 1110.

metuebat. Atqui *Historicus*, *talem* *fuiſſe* *hunc* *Ado-* *leſcentem* *à* *naturã*, & *à* *quinquenni* *ætatè*, *ut*, *nullo* *proſum* *cujusquam* *commento*, *ad* *videndum* *ſolvi* *po-* *ſuerit*. *Rectè* *Baluzius* *in* *Notis* *ad* *Pontii* *Acta*; *ne-* *que* *quinque* *annorum* *puer* *iſtius* *disciplina* *capax* *eſſe* *po-* *tuit*. *Ac* *per* *nos* *inde* *ſortitus* *ſit* *apud* *Romanos* *Sæurnini* *nomen*. *Sed* *neque* *profecto* *religio* *Chri-* *ſtiana* *hominem* *exuere*, *torvum* *intueri*, *aut* *Chri-* *ſtum*, *nuſquam* *riſiſſe* *traditum*, *hac* *parte* *mimicè* *imitari*, *unquam* *docuit*; *benè* *humilitatem*, *mo-* *deſtiam*, *ſimplicitatem*, *puritatem* *animi*, *gravi-* *tatem* *hilaritate* *temperatam*. *Undè* *illa*, *τῆ* *ἐλπίδι* *χαίροντες*; *χαίρον* *μὲ* *χαίροντων*; *πάντοτε* *χαίροντες*; & *quæ* *id* *genus* *plura* *ſunt*.

XV. *Sextò*, *antequam* *de* *Ludis* *Secularibus* *à* *Phi-* *lippo* *celebratis* *dicimus*, *qui* *deſtruant* *planè* *ejus* *Chriſtianismo*, *deque* *Nummiſ* *eã* *oecaſione* *cuſis*; *nihilò* *certè* *magis* *iſti* *favet*, *quod* *objiciunt* *de* *Nummo* *Apamienſi*, *à* *Viro* *Illuſtri* *Octavio* *Falkoniero*, *ſingulari* *Diſſertatione*, *illuſtrato*: *Imprimis*, *ait* *Cl. Wetſtenius*, *cauſe* *noſtra* *favet* *Nummiſ* *A-* *pam. Roma* *deſcriptis*: *Qui* (ut *à* *Viro* *Magno* *acceperat*) *ab* *unã* *parte* *Philippi* *imaginem* *refert*; *ab* *alterã* *Virum* *in* *Arca* *ſedentem*, & *columbam* *ſuper* *eã* *volitantem*, *cum* *Inſcriptione*, *N. O. E.* *Putat* *quoque* *Tillemontius*, *ex* *antè* *dictis*, *Nomen* *illud* *Chriſtianis* *ſacrum*, *lo-* *co* *Deucalionis*, *appoſitum* *in* *gratiam* *Philippi* *Chri-* *ſtiani*. *Non* *jam* *de* *auctoritate* *illius* *Nummi* *diſ-* *ſertamus*, *cujus* *habeo* *Ectypum* *ab* *ipſo* *Falkoniero* *ex-* *hibutum*, *cum* *eruditã* *Diſſert. Romæ* *impreſſã* *ad* *calcem* *Inſcriptionum* *Athleticarum*. *Ac* *jam* *ſuprà* *dedimus* *Nummi* *hujus* *deſcriptionem*. *Cer-* *tum* *eſt* *ab* *Apamienſi* *eo* *repreſentatum*, *ab* *unã* *parte* *Philippi* *Senioris* *Caput* *Laureatum* *eum* *inſcri-* *ptione* *ſolitã*; *ab* *alterã*, *Diluvium* *Deucalionis*, *ex* *quo* *ſalvus* *evaſit* *cum* *Uxore*, *in* *cymbã* *ſeu* *na-* *vigio*, *Græcis* *ὠκυμένη*, *λάρανα*, *figurã* *quadrilaterã*; *undè* *montem*, *quò* *appulit* *Arca* *Deucalionis*, *ap-* *pellatum* *Λαρυάειον*, *deinde* *Parnaxum*, *in* *Theſſaliã*, *habet* *Stephanus* *de* *Urbibus*, *in* *Παρ.* *Certum* *quo-* *que* *Columbam* *ibi* *deſignari*, *quæ* *diabentium* *aqua-* *rum* *nuncius* *fuit*, *cujus* *quia* *duplicem* *emiffionem* *memorat* *Plutarchus*, *hinc* *Columba* *dux*, *altera* *Plutarch.* *ramuſculum* *unguibus* *tenens*, *Olea* *videlicet*. *Cer-* *tum* *etiam* *figurã* *duas* *in* *Arca* *exprimere* *Deucalio-* *nem* *&* *Pyrrham*; *extrã* *Arca* *eoſdem* *repreſentari*, *ut* *egreſſos* *ex* *Arca*; *quamvis* *Oct. Falkonierus* *vel-* *let*, *ut* *poſt* *tergum* *jaçtantes* *oſſa* *magna* *Parentis*, *ex* *The-* *midis* *Oraculo*. *Inſcriptio* *Pagana* *eſt*, *notans* *cuſum* *hunc* *Nummum*, *M. Aurel. Alexandro* *II.* (*B. ſecun-* *dum*) *Pontifice* *Apamienſium*. *Apamea* *etiam*, *ſive* *Syria* *illa* *fuerit* *ad* *Orontem* *fluvium*, *quod* *exiſtimat* *Fal-* *konierus*, *ſive* *potiùs* *Phrygia* *Combusta* *ad* *Mæandrum* *&* *Marfiam*, *tota* *fuit* *ſuperſtitionibus* *Gentilium* *dedita*. *Undè* & *poſterior* *quoque* *dicta* *τερεῖ*, *ἢ* *δ-* *συλα*, & *σωτερεῖ* *apud* *Strabonem*. & *fabulæ* *Phry-* *gum* *Apamienſium*, *de* *fonte* *in* *proximo*, *in* *Antro* *ſcil.* *ubi* *Apollo* *Marſyæ* *excoriati* *cutem* *ſuf-* *pendiſſet*, *ex* *quo* *fluxerit* *ſanguis* *Marſyæ*, *un-* *dè* *orti* *Satyri*, & *ipſe* *fluvius* *ex* *Antro* *ſcaturiens*, *hinc* *dictus* *Marſyas*. *Eadem* *κισσός* *Arca* *appel-* *lata* *eſt*, *ſive* *à* *ſua* *quem* *exhibuit*; *ſive* *ob* *cele-* *briatatem* *Emporii*, *quæ* *Arca* *quædam* *communis* *totius* *Aſiæ*, & *ubi* *ſæpè* *κοινὸν* *τῶ* *Φρυγίας* *con-* *veniebat*, *ut* *ſecunda* *Urbium* *totius* *Aſiæ*, *poſt* *Ephesum*, *haberetur*. *Nihil* *hactenus* *habet* *hic* *Nummus*, *quod* *non* *Gentilem* *ſuperſtitionem* *re-* *doleat*. *Uti* *alius* *planè* *geminus*, *ab* *iisdem* *Ap-* *amienſibus* *percuſſus*, *in* *honorem* *Septimii* *Severi* *Per-* *ſimacii*, *cujus* *pars* *anterior* *exhibet* *Caput* *Severi* *Lau-* *reatum*; *averſa* *autem* *planè* *ſimilis* *illi* *quæ* *in* *pri-* *ore* *Nummo* *Philippi*, *ubi* *Arca* *quadrata* *aquis* *innat-* *ans*, *figuræ* *eãdem* *Deucalionis* & *Pyrrhæ*, *in* & *extrã* *Arca*, *ſuprà* *eandem* *Columbæ*, & *reliqua*, *ſi*

Rom. XII. 1 Theſ. V. &c.

Theſ. v. Num.

Wetſt. Præf. ad Orig. quæd.

Theſ. eid. v. Apud de Falco, A. 1668. Et in Sel. Num. Seg. Par. 1684.

Theſ. v.

Plutarch. T. II. L. de Solert. Anim. p. 968.

Geogr. L. XII.

si quasdam minutias excipias, quæ fortè cælatori tribuendæ. Adde inscriptionem, *Sub Agonotheta Arte. Magnetum Apamensium*, (Magnetes autem ad Sipyllum montem, ὑπὸ vel ὑπὸ Σιπύλλῳ, vicini fuere Apamensib. Phrygiis) denotando Anno, & Magistratu, in Apamensium Fastis. Sed dubitationem omnem eximunt Nummi alii Græci ejusdem Philippi Imp. Patris & Fil. in Gazis Christianissimi Regis, Christianæ Aug. & aliis, in quibus ab unâ parte ΑΥΤΑΥΓ. Μ. ΙΟΥΛΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΚΑΙ. ab aversâ autem, ΘΕΑΣ ΣΥΡΙΑΣ Ἱεραπολιῶν, cum figurâ *Cybele Leone vectæ*, prout hæc Deorum Mater solet exprimi in Nummis, cum Leon. vel inter duos Leones. Quis Gentilis Idololatriæ non hîc observat omnes notas, pari inscriptione ΘΕΑΣ ΣΥΡΙΑΣ Ἱεραπολιῶν. in Nummis Trajani, Antoninorum, Caracallæ, Jul. Mamææ, Alexandri Severi &c. ? *Dea Syria Hierapolitanorum*, fuit Magna Dea, sive Magna Mater, quam modò *Opim*, *Rheam*, *Cybelem* plerumque dixerunt, modò *Junonem* quæ *Dea Syria* Luciani, cujus magna sacra celebrabantur *Hierapoli* Syriæ *Cirrhæsticæ*, haud procul ab Euphrate, ut *Lucianus* in *Deâ Syria*; & ea Civitas hinc nomen ab his sacris sortita est, quasi Ἱερα πόλις, hodiè putata *Aleppo*, de quo nos in *Geogr. S.* Quemadmodum alia *Hierapolis Phrygiæ* Magnæ fuit, ὑπὸ τῷ Ἱεραῖ ποταμῷ ἔχειν, ut *Stephanus*, a *Thermis* etiam commendata; eademque frequens in Imp. Nummis, Ἱεραπολιῶν Νευκίων, haud longè distans ab *Apameâ*. Prioris autem Templum, simulachra, sacrorum ritus, conventus, sacerdotes, sacrificia Idololatriæ, Oracula quæ per statuas ederentur, Fabulas alias, (undè origo his sacris, quæ *Magna* dicebantur, præsertim à *Deucalionis* temporibus, qui *Templum* hoc consecrasset,) describit prolixè *Lucianus*. Et quidem se illa accepisse ἀξ Ἱεραῖ λόγον ex sacris sermonibus, seu ἡδὲ Ἱεραῖ δαίμων. Posterioris *Hierapoleôs*, quæ prioris colonia fuisse videtur, celebre cum primis erat Templum *Apollinis*, & plures Nummi *Otasilia Sotera*, conjugis *Philippi*, etiam cum *Apollinis* insignibus, hîc cusû fuerunt, ut & à *Magnetensibus* vicinis ad *Sipyllum*; videndâ apud *Tristanum Tam. II.* in *Otasil.* & *Patinum* in *Namism. Philipporum*, ne dicam *Occonem*, & alios. Huc usque *Gentilis* modò *superstitionis* indicia.

XVI. Videndum jam, quid sibi velint hæc tres literæ quæ in fronte *Arçæ* apparent, ΝΩΕ, & num revocent memoriam *Historiæ sacræ Cataclysmi*, aut quicquam pro *Philippi Christianismo* faciant? Primò demus, nihil vitii admîssum à *Nummi* hujus cælatore; & *Apamenses* (sive jam *Syria* censeantur, ut vult *Falkonierus*, sive *Phrygiæ Combustæ*) expressisse eo *Diluvium Deucalionis* & *Pyrriæ*, cum *Cymbâ* vel *Arçâ*, quâ salvi evaserunt, & *Columbâ* primò emissâ, dein cum ramusculo redeunte, (qualiter *Lucianus* describit in *Deâ Syria*, & *Plutarchus*,) additis in fronte *Arçæ* literis, quæ efficiunt ΝΩΕ. Non reponam illorum conjecturam, qui *Απαμίον* legunt *Βυρροφιδόν*, qualiter scriptæ *Solonis* leges, dictæ hinc *ἄζωνες* & *νύχους*, pergendo à dextrâ ad sinistram, *νυρροφιδόν*, hinc illud ΝΩΕ legendum esse à dextris, ut sint ultimæ literæ vocis *Απαμίον*. Sed ita præcederent quatuor tantum literæ, legendæ ordine inverso, ΜΑΠΑ. Certior jam solutio *Falkonieri*, *Deucalionem* ipsum vocatum à *Syris Noë*, seu *Noëmum*; ut plura nomina ex *Judæorum Antiquitatibus* *Phœnices*, *Syros*, *Græcos*, imò *Barbaros*, transtulisse ad suas *Fabulas*, notum est, quod mea *Historia* (quæ modò sub prælo est) luculenter ostendit, ad *Ver. Test. Epoch. II. III. IV.* Equidem *Noëmi* nomen, totaque *Historia Diluvii Noëmici*, ex *Beroso*, *Hieronymo Ægyptio*, *Nicol. Damasceno*, *Abydeno*, evidentè probatur, apud *Josephum*, *Philonem*, *Eusebium*, &

his insistit *Vir Illustriss.* Quemadmodum notissima *C. Apion* fuere *Gentilibus Nomina*, *Japeti*, *Chami*, *Muzraimi*, *Chusi*, *Abrahami*, *Israëlis*, *Jobi*, *Mosis* τῷ θεομοφῶρι, *Semsonis*, *Davidis*, *Salomonis*, &c. quod à *Viris magnis*, *Vossio*, *Seldeno*, *Bocharto*, *Huëtio*, & aliis, fusè occupatum est. Quomodo & *Alexander Sever.* (cui *Archisynagogi* & Ἀρχισυνάγωγος nomen per cavillum attributum) *Abrahami* imaginem in *Lariario* suo habuit, & coluit, teste *Lampridio*. Non ergò *Christianismum* *Philippi* eo ipso indicare hunc *Nummum* patet, qui etiam fabricatus *Alexandro II. Pontif. Apam.* Ut habebant hæc *Civitates* (dictæ Ἱεραῖ ἢ ἄουλοι, à *Templis* famosis, & solennibus *Gentilium* sacris) suos Ἀρχιερεῖς, palàm fit vel ex *Luciano*. Sed hinc solutio alia petenda est. *Apamea* utraque, cum primis *Phrygiæ* illa, aliàs *Κιστιῶς* dicta, ex iis *Civitatibus* fuit, quæ sacra dicebantur. Et *Ephesiorum*, *Pergamenorum*, *Magnetum*, *Hierapolitanorum*, complurium *Urbium* aliarum exemplo, assumebant quandoque *Apamenses* epitheton *Νεωκίων*, quasi *Αδιστι*, vel *Custodes Templorum*, quæ in summâ religione habebantur. Quatenus etiam eæ *Civitates*, *Festorum* ac *Ludorum* solemnium, πανηγύρεις *Græci* dixerunt, quos in honorem *Imperatoris* instituerent, curam gerebant; hinc sæpè in *Nummis* legas de eadem *Civitate*, bis, ter, quater, seu dis, teis, τετραχίς *Νεωκίων*. De quibus adi *Dissertationem Alberti Rubenii de Neocoris*, & passim qui rem *Nummariam* illustrarunt. Igitur scriptum fuisse in *Arçâ* videtur ΝΩΕ. nempe Ἀρχι. Ἀπαμίων Νεωκ. pro quo cælator expressit ΝΩΕ, transpositis *trajectivè* literis, pro ΝΕΩ, & detrita vel omîssâ lit. κ. Sicut in *Numismate* planè gemino *Augustini Chisii*, literas quæ in fronte *Arçæ* penitus detritas fuisse, observat *Vir Illustris*. Et qui diligentius tractarunt *inscriptiones* hujusmodi *Numismatum*, norunt sæpè *transpositas*, vel *omîssas* *supplendive*, *literas*, *syllabas*, imò quandoque *voces* *integras*; sic unam vel plures *literas* vitiosè expressas, aut *confusas*; aut etiam *voces* ob *spatium* mutilatas & *prioribus* tantum *literis* expressas. *Exempla* ὡς ἐν νόμῳ, & inter alios, consule *Fratrem meum*, *Dissert. Secundâ* de *Numismatibus*, gratum *Eruditis* omnibus nomen, ut *Tristanum*, *Patinum*, *Seguinum*, hæc de re testes mittam. Hac autem *Inscript. Νεωκ.* nihil frequentius in *Asiaticis Urbibus*. Planè sic in *Nummo* altero *Severi*, quem exhibet *idem Falkonierus*, ab *isdem Apamensibus* percussio, in quo *figura* *Deucal.* & *Pyrriæ*, eadem *Arçâ*, eadem *Aves*, loco *Vulgatæ Inscript. Επι. Ἀγονοδερ. Ἀρετ. Μαυρογαν. Ἀπαμ.* suspicatur *Vir Eruditus* legendum, *Επι. Ἀγονοδερ. Ἀρετ. Μαυρογαν. Νεωκ. Ἀπαμίων*. Quod verò *Apamei* *Phrygiæ* ad *Mæandrum*, ut & *Hierapolitani*, eadem *sacra* celebrarent cum *Apamensibus* aut *Hieropolitanis* *Syriæ*, nihil novum. Siquidem hæc *Urbes* *Mater sacra* & *religiones Magna Dea Syria* transtulisse videntur, una cum *Nomine*, ad *Asianas* has *Urbes* tanquam *Colonias*; sic & *fabulam* de *Deucalionis* *cataclysmo*. Quorum *Sacrorum* *communione*, inter *Urbes* & *Regiones* diversissimas, pluribus *exemplis* probat *ibidem Falkonierus*. Et *Inter* *Severini* *Num.* *P. 377.* pridem observavit *Frater meus*, *Dissert. de Nummo Smyræorum*, *Magnam* illam *Deam* cultam, ut in *Syriâ*, sic in *Asiaticis Urbibus*, *Apameâ* ad *Mæandrum*, *Magnesîâ*, *Hierapoli*, *Antiochiâ* ad *Mæandr.* *Synnadâ*, *Trallibus*, aliisque. Uti *Phrygiæ* *Urbes* præcipuè *veneratæ* sunt *Majestatem Rom. Imperii*, & *Imperatorum*. Nunc *singularem* *trium Urbium* (videlicet *Apamea* *Phrygiæ*, *Magnesîa* ad *Sipyllum*, & *Hierapoleôs*, & quidem cum *Inscript. Νεωκίων*,) *observantiam*, testatam ergà *Philippos*, *Patrem* & *Filium*, & ergà *M. Otasil. Severam*, testantur *Nummi* plures, vel *Numismata* *majora*,
Dd 3 Meda-

424
 esse hunc Ado-Te
 atæ, ut, mol-
 endum solvi po-
 ontii Acta; ne-
 e capax esse po-
 oud Romanos
 religio Chri-
 eri, aut Chri-
 parte mimice
 itatem, mo-
 nimi, gravi-
 la, τῷ ἐλάτῳ, Ro-
 e χαίρει; & 11.
 &c.
 laribus à Phi-
 t planè ejus
 asione cusû; Te
 objiciunt de Ne
 o Falkonie-
 Imprius,
 Nummus A-
 o acceperat
 alterâ Vm
 voluntatem,
 lemontius,
 crum, lo-Te
 ppi Chri-
 ummi di-
 lkoniero A
 impressâ E
 Ac jam Na
 Cer-Seq
 ab unâ 168,
 a inscri- The
 alionis,
 seu na-
 laterâ;
 is, ap-
 effaliâ,
 n quo-
 aqua-
 onem
 altera P
 Cer- I n.
 calio- A
 ntari, p. p
 vel-
 the-
 um
 m-
 ia
 l-
 n
 t
 Ge
 L. L

Pag. 308.
 Ed. ult.
 Differt.
 Falk.
 p. 195.
 Ed. Rom.
 Joseph.
 Antiq.
 L. J. C. IV.

Medaglione vocant, apud Oconem, Tritanum, Patinum, Sponium, & si quos alios, quos exscribere nihil attinet, utpotè omnium manibus tritos. Ubique cum repræsentatione *Cybeles turrita*, tanquam *Magna Dea*, *Apollinis* cum *Cytharâ*, *Deucalionis* cum *Arcâ*, *Aquilâ*, & *Columbâ*: planè ut in Nummis aliis Severi, Caracallæ, Alexandri, Gordiani, Decii Trajani, &c. videntur apud dictos Scriptor. qui præ cæteris antiqua Numismata pertractarunt, habes easdem *figuras*. Tacemus *Philipporum* Nummos, apud Tritanum alioque, in quibus Pater repræsentatur *Globum*, id est Monarchiam Rom. ab *Apolline* accipiens, undè etiam Ludi dicati *Apollini*, in ejus honorem. Sic in quibus Pater *Jovis*, Filius *Bacchi* imagine venit, quia Bacchus in Arabiâ natus, & ab Arabibus unice cultus cum *Uraniâ*, ut Celsus apud Origenem. Iterùm in Nummo *Nicomediensium*, in honorem *M. Otaciliae Severæ*, exprimuntur *Capita Serapidis, & Isis*, & *Nicomedienses* vocantur *dis Νεωκόποι*, apud Car. Patinum. Ità jam, opinor, lux allata Nummo Philippi, nec deinceps ex hoc ipso cuiquam adhuc hærebit suspicio, *Philippum* designari *Christianum*.

Trist.
T. II.
p. 559.
&c.
Orig. c.
Celf. L. V.
p. 254.

Par. Nu.
mism.
p. 308.

XVII. Septimò, evertitur planè Philippi Christianismus, nondum certè *Christiani*, ut rectè Pagius, etiam *Baronius*, celebribus illis *Ludis Sæcularibus*, quos celebravit A. U. C. millesimo. Seu jam fuerit Imperii annus III. Patre II. Consule, Filio *Cæsare I.* intra ipsum *millesimum* currentem, ætate obortâ pro more, intra quem annum *Filius Augustus* renunciatus fuit, quæ *Pagii* sententia est ad A. CCXLVII. Sive fuerit annus Imperii IV. Urb. C. *millesimus & primus*, Patre III. Filio jam *Augusto II.* Coss. ut *Historici* ferè omnes *Græci & Latini*, & *Inscriptiones Nummorum*, hinc *Onuphrius*, *Scaliger*, *Petavius*, *Norifius*, aliique. Distinguendi autem *Ludi Sæculares* à *Philippo* editi, qui vulgò *noni* censentur, à *Ludis Sæcular.* qui singulis *centenariis* Urbis respondebant, agendi quoque *Messis* tempore, ut *Zosimus*. Et hos primus instituit, occasione morbi grassantis, & placandæ iræ *Numinis*, *Valerius Poplicola*, Anno U. C. CCXLV. Sed postèa repetiti hi *Ludi* propriè *Sæculares*, ex sententiâ XV. *Virorum*, Anno U. C. CCXCVIII. post *secundis* *Ludi* A. ccccviii. annis intermediis cx. seu (ut *Horatius*) *undenis decies annis*, & ità porro *tertiis* anno ccccc xviii. &c. Usque ad *Claudium Cæsarem* qui anticipavit hos *Ludos*, celebratos *quintum* ab *Augusto Cæsare* A. U. C. dccxxxvii. à *Claudio* rursùm A. dccc. qui *Ludi Sexti*, non expectato seculi decursu, tùm à *Domitiano* A. U. C. dcccxli. qui *Ludi Septimi*, cujus inæqualitatis rationes dedimus in *Chronol. Sacrà*. Pari ergò ratione *irregulares* fuère hi *Ludi* sub *Philippo* editi, anno V. C. *Millesimo*, quâ ratione *Ludi Sæcul.* sub *Claudio*, qui vulgò *Sexti*, anticipati anno U. Cond. dccc. de quibus *Tacitus*, *Suetonius*, *Plinius*, *Censorinus*. Prætermisit autem horum *Ludorum* mentionem *Zosimus*, ubi de *Philippis* agit, non profectò quod *Christianos* eos crediderit, aut quod non acti essent *more majorum*, & *lege Pontificum*, de quo statim; sed quod non facti ex primævâ institutione *Ludorum Sæcular.* ad quam revocaverat eos *Domitianus*, & *Severus*, secuti exemplum *Augusti*, ità ut intra hominis *seculum* nec visi fuissent, nec videndi posthac. Idque intendit *Zosimus*, ut accusaret neglectos hosce *Ludos* à *Constantino M.* & *Licinio*, *seculo* jam à *Severi* illis elapso, seu spatio cx. annorum, quo jam *ludos consueto more celebratos oportuit*, id est A. Chr. cccxiii. Quemadmodùm A. *Victor* in suâ de *Cæsaribus* *Historiâ* dolet, annum post mille (quo ediderat *Philippus*) *centesimum excessisse*, *Consule* pariter *Philippo*, (scilicet A. Chr. cccxlviij. U. C. MCI.) *nullis, ut solet, solemnibus*

Part. I.
Chron.
col. 90. 91

Zof. Hist.
L. I.

Zof. L. II.
C. IV. VII

A. Vi.
ctor, de
Cæsar. C.
XVIII.

frequentatum, adeò *indies curam minimam esse Romanæ Urbis*. Igitur *Ludos seculares*, quales *Philippus* instituit, ortos ex *Paganâ Disciplina*, & *vetere Romanorum more*, placandis *Diis*, & *impetrandæ salutis Populo Rom.* fuisse *avulsus* cum professione *Christianismi*, sequentia in *apertâ luce* constituunt.

XVIII. Siquidem I. *Originem* horum *Ludorum* attendimus, qui primùm instituti à *Valerio*, quum morbus gravissimus *Civitatem* invasisset, placandis *Diis*, hinc *facris factis* ad *aram Diis Patris*, & *Proserpinae*, ad locum dictum *Terentium* in *Campo Martio*, ad *Tiberis ripam*, unde dicti *Terentini*, & *Tiberini*, ut ex *Plutarcho*, *Censorino*, *Zosimo*, & aliis liquet. Dein referendi iidem *Ludi* ad impetrandam *conservationem*, *salutem*, & *felicitem* *Pop. Romano*, exacto *seculo*, hinc postèa *Sæculares* dicti; qui celebrarentur in eodem loco, triduanis ac trinoctiis *facris*, atque *sacrificiis* omne genus, immolatis *Jovi*, *Junoni*, *Apollini*, *Latanæ*, *Dianæ*, *Parcis*, *Lucinæ*, *Cereri*, *Disi* & *Proserpinae*; ut prolixè describit *Zosimus Libro II.* Nec tantum ad *ripam fluminis*, ubi constructa *Scena Theatri* in *morem*, & *spectacula exhibita*; sed indè etiam in *Capitolio*, ubi *sacra agitata*, in *Theatro Ludis* faciendis *Apollini* & *Dianæ*, in *Templo Apollinis Palatini*, ubi canebant *Hymnos*, & *Pæanes*, commendandæ eidem *Apollini incolumitati Imperii P. Q. R.* 2. Ipsum nomen *Ludorum Sæcularium* *Gentilis* superstitionis fuit; ut & *Sæcularia Sacra*, *Sæculares Augusti*, qualis *inscriptio* in *Philippi Patris Nummis*, cum *symbolo Leonis*, *Elephantis*, & cum *Cippo* notante *Cos. III.* in *Gazis plurimis*, apud *Oconem*, *Patinum*, *Vaillantum* &c. Undè post *Philippum*, nulli amplius sub *Christianis Principibus*, hoc nomine & *ritu* celebrati. Nam neque sub *Constantino* actos fuisse graviter conquestus *Zosimus*, neque sub *Honorio* celebratos eosdem *Ludos*, qui *Sæculares* dicti aut *habiti* fuerint, ex eodem *Zosimo* L. II. constat, qui *Historiam* scripsit post A. Ch. ccccxxv. C. VII. sub *Theodosio Juniore*, ut etiam *Gerh. J. Vossius*, & *novissimè A. Pagi*, *Prolegomenis* ad *Dissert. Hypat. mu-* Loco cit. & *Dissert. C. X.* *paticas*. Licet A. Ch. cccciv. imperante *Honorio*, editi sint *Ludi Consulares*, vel *Gladiatorii*, qui tùm in *medios* abiverant, omni abolitâ *Idololatriâ*, & *Sacris Sæcularibus* omisissis, ut pluribus hanc rem agit præfatus *Pagi*, in dictâ *Dissertat. Hypat. mu-* Loco cit. & *Dissert. C. X.* *nitus auctoritate Theodoretii*; accedente suffragio *Arn. Pontaci Episc. Vefatensis*, in *Notis* ad *Chron. Eusebii*, & illo *Jac. Godofredi* ad *Cod. Theod. Tit. de Gladiatoribus*. Imò antiquæ superstitioni eradican- Tit. XII. L. I. T. V. dicandæ, prohibuit idem *Honorius*, ne ullæ in *Campo Martio* *casa* seu *suguria collocarentur*, ut videre est in eodem *Codice Theodosiano*. Qui *Camp-* Tit. XIV. L. unic. L. XIV. *pus*, *magnitudine* & *amoenitate* suprâ omnes *mirabilis*, ut *Ludis secularibus*, sic *solemnibus* omnibus *Populi Rom.* destinatus erat, ex *gr. Regibus* & *Magistratibus* creandis, *Comitiis* *centuriatis* habendis, *Ludicris exercitiis* celebrandis, ut in *communi Palæstrâ* & *Gymnasio*. Nec referenda huc est *inscriptio* sub *Constantino M.* *Gloria Novi Sæculi*, quasi ad *secularem solennitatem* sit referenda; quum eadem *inscriptio* occurrat in *Constantino Juniore*, etiam *Gratiano Imp.* ut testis est *oculatus* Spanh. de *Præst. Num.* *Frater meus*; quorum neuter *seculum inchoavit*. Num. *Ne jam ad nomen Ludorum Sæcularium istud ad-* Diff. IX. *dam*, *Christianos* hoc *seculo*, quo *Philippus* im- P. 853. *peravit*, *abhorruisse* vel *ab ipso nomine Ludorum*, ut quod *Idololatricum* esset. *Tertullianus* *Libro de Spectaculis*; *Nilil jam de causâ vocabu-* C. V. *li*, *dum rei causa Idololatria sit*. *Arnobius* *adver-* L. VII. *sus Gentes*; *Ludi quos facitis*, quibus *Floralibus* & *Megalensibus* nomen est, *ceterique omnes alii quos sacros esse voluistis*, (*Apollinæres*, *Cereales*, *Liberales*, *Circencis* &c. *Votivi* etiam, & *Sæculares*)

res) & religionum inter officia deputari, & quæ ibi plura. Nec dubitamus, quin ad novum illud seculum, & servatam Romam, ipsamque Rom. Imperium, inter tot rerum ac temporum discrimina, respexerint superioris Nummi, quibus *Apamenses*, occasione anni secularis, *Septimio* primùm *Severo*, dein *Philippo* nostro, sub imagine Deucalionis & Pyrrhae, e Cataclysmo mirabiliter servatorum, vota sua nuncuparint. 3. Nec locum habent familiares *exceptiunculae*; v. gr. celebratos sanè à Philippo Ludos, sed secuto morem Romanorum, civili instituto, quamvis non ipse approbaret; hos Romæ quidem actos, sed nullis immolatis sacrificiis, facris omisiss; unde nec in *Capitolium* ascendisse usquam dicatur, quò primo statim die, summo mane, antequam in Theatrum convenirent, sacra Jovi Capitolino facturi ascendebant. Imo verò, ut Orosius, postea totidem verbis *Freculphus*, & alii, non dubium esse, quin *Philippus* hujus tanta devotionis gratiam & honorem ad Christum & Ecclesiam retulerit. *Piget* ferè commemorasse. Primò, nullus Historicus, antè *Paulum Orosium*, cum simili restrictione hos Ludos à Philippo editos refert, non *Jul. Capitolinus*, non *Aur. Victor*, non *Zosimus*, non ipse *Hieronimus* in *Ciron*. qui in hæc verba: *Regnantibus Philippis Mille. annus Romana Urbis expletus est. Ob quam solennitatem innumerabiles bestia in Circo magno interjecta, Ludique in Campo Martio Theatrales, tribus diebus & tribus noctibus, populo pervigilante, celebrati. Theatrum Pompeji eà occasione incensum, & Hecatasylum, seu Stadium, quod erat propè idem Theatrum, centenis columnis exornatum. Atlas mons Natali Romana Urbis cucurrit, in Circo nempè, ubi montes etiam & sylvæ currentes missibus Circensibus representati. Et Agon mille annorum actus, seu completus. Hactenus Hieronymus, quæ eadem reponit *Cassiodorus*. Nemo quicquam innovatum, aut infuetum in Philippi Ludis, recepto utique more celebratis. Et seu in *Centenariis* Urbis Natalibus, seu in *Secularibus* Ludis, eadem fuit utrobique Ludorum appellatio, eadem fuere sacra, eadem trinoctia, eadem *Diis Immortalibus* sacrificia oblata, quanquam majori magnificentiâ sub Philippis; qualia describit prolixè *Zosimus*, celebranda juxta *Sybilla* Oraculum, quod ibi refert. Et horum intermissione, *Constantino* & *Licinio III. Coss.* quum rediret *Novum Seculum*, post exactos indè à *Severo* cx. annos, adscribit *Historicus* decrementum *Reipubl. res* collabentes, taciteque ad barbariem redactas. Concinit *Aur. Victor*, qui *Libro de Caesaribus*, in *M. Julio Philippo*, testatur, non tantum *Annus Urbis Millefimus Ludis omnium generum celebrasse*, *Theatralibus*, *Circensibus*, *Terentinis* in *Campo Martio*, per tres dies totidemque noctes; sed etiam *Pontificum Lege hostias fuisse mactatas*, in ripâ *Tiberis* primò, ubi *Aræ* extractæ, postea in *Capitolio*, solenni ritu. Quin *Haruspicum* divinationibus intentum *Philippum*, postquam *suis maris vero faminarum genitalia apparuissent*, addit *Historicus*; Imperatorem hoc portentum benignius interpretatum, *usum virilis scorti removendum honestissime consultasse*. Et *Julius Capitolinus*, in *Vitâ Gordiani III. Philippum omnia*, quæ sub *Gordiano* Romam delata fuerant, *animantia Ludis secularibus vel dedisse, vel occidisse*, inter hæc *Elephantes*, *Leones*, *Tigres*, *Leopardos*, *Hyænas* &c. Iterum, *omnia hæc Philippus exhibuit Secularibus Ludis, & Muneribus, atque Circensibus, cum millefimum ab U. C. annum, in Consulatu suo & Filii sui, celebravit*. Deindè constat, his potissimum solennibus initium vel introitum esse factum à sacrificiis, & immolationibus; à *Jove* principium, quemadmodum *Senatores* in omni *Curia* introitu rem divinam faciebant, exta consulebant, thure & mero suppli-*

cabant, priusquam consideret *Senatus*. Uti omnia post religionem ponenda semper *Civitas Romana* duxit; quæ religio solennibus *Ceremoniis* ex *Pontificum Lege*, *Augurum* observatione, *Vatum* libris ex *prædictio-* *nibus Apollinis*, *Portentorum depulsione* ex *Etruscâ disciplina*, constabat. Hinc postquam ad *Tiberis* ripam, initio statim primæ noctis, *Agni aris* immolati, & victimæ concrematae essent; exindè in *Capitolio* fuere sacrificia oblata, pro perpetuitate *U. Romæ*; undè demùm in *Theatrum*, & *Circum*, ad *Ludos Apollini* & *Dianæ* dicatos, itum fuit, ut disertè *Zosimus*. Adeoque *Philippus* qui *Ludos* exhibuit in *Circo*, & in *Theatro*, prius *Capitolium* ascendisse supponitur, ubi *hostia Pontificum Lege mactata*. Consentit, post *Blondellum* nostrum, *Doctissimus Pagi*, in *Crisca* anti *Baronianâ*, ad *Annum cc Num. v. XLVII.* ubi *Blondellum* etiam in consensum adducit. Et quidem hostiæ immolatae *Jovi*, *Junoni*, *Cybele*, *Apollini*, *Diane*, *Disi* etiam & *Proserpina*, ut visum ex *Zosimo*. *Joh. Tristanus* in *Philipporum Hist.* *Omne genus sacrificiorum oblatum, & Votorum, Profecthoribus Diis, inter quos Cybele Mater Deorum, & quæ ibi plura. Nugas itaque agunt Orosius, & cæteri, qui sine die, sine teste, imò contra fidem Eusebii & Hieronymi, aut Philippum sacra omisisse contendunt, aut hos Ludos Sæculares, omnemque devotionis gratiam, ad Christum & Ecclesiam retulisse. Nisi velint eadem sacra, quæ fiebant in honorem Deorum, Philippum tacitè Christo dicasse, mirâ jam *συμφωνήσας Χριστι & Βελιλι, Dei & Idolorum*. Denique, si vel maximè daremus contra *Historiæ* fidem, nulla tum sacrificia immolasse *Philippum*, satis est exhibuisse omnes *Ludos Terentinos*, in *Campo Martio*, in *Theatro*, in *Circo*, omnia *Speacula* Romanis eo tempore consueta, omniaque complevisse, quæ ad *agonem mille annorum* spectabant, sunt *Hieronimi* verba, ut colligamus *Philippum Christianum* non fuisse. Legatur modò *Tertulliani Liber de Spectaculis*, aut alter de *Idololatriâ* (ne *Cyprianum* vel *Arnobium* dicam) & quæ ad *Christian. Disciplinam* ejus ævi pertinere: quæ *projiciebantur ab Ecclesiâ*, ut dein *Canones Illeberitani*, omnes *aurigæ*, *pantomimi*, & qui *Ludis Circensibus* aut *Theatralibus* delectarentur; magis, qui *Ludos* eos ederet aut procuraret, vel sacrificiis aliisque *Gentilium* sacris auctoritatem commodaret, quod certè fecit *Philippus*. Nihil enim ibi quod non ad *Idololatriam*, ad lasciviam, ad impuritatem, ad sævitiem, imò ad impietatem, ac consortium vitiorum, invitaret, ut ex *Theoph. Antiocheno*, & aliis, nos in *Ecclesia Hist.* Et graphicè describit *Salvianus* *Libris de Gubernatione Dei*; *Speaculorum impuritates sunt, qua unum admodum faciunt & agentium & adspicientium crimen, dum spectantes ea visu atque assensu agunt* &c. Vide reliqua.*

XIX. Octavo, sunt nobis *Nummi*, certissimi *historiæ* testes, ex quibus *Philippi Paganismus* luculenter intelligitur. Quantum ad illos *Oracilia Severæ*, cujus vultum sub imagine *Cybeles* turritæ, *Deorum Matris*, expresserunt, aut *Isidu Dea Aegyptiorum*, ut *Philippum* sub nomine *Serapidis*, disertè *Tristanus*, *Nobilis Gallus*, nec ignobilis testis; *Omnes Nummos M. ΩΤ. ΣΕΤΗΡΑΣ* testari ejus *Paganismus*, & adhæsisse *multitudini Deorum Paganorum, & superstitioni Gentilium*. Speciatim illi quibus hæc *Augusta*, ad *Soæmiæ*, *J. Mameæ*, *Salonicæ*, & aliarum exemplum, inscribitur apud *Oconem* alioque, *Juno Conservatrix*, sine pavone tamen, quia non consecrata, utpote *Marito* superstes. Sic *Inscriptio* illa apud *Gruterum* p. xxix. *Roussæ* reperta, *Matri Deum Marcia Oracilia Aug. D.* planè *Idololatrica*. Ut tamen non intercedam, quo minùs post *Philippi* utriusque interitum ab *Origene*, vel alio quo-

Ad A.
CCCLVII.Zos. L. II
C. v. VI.
VII.

C. XXVII.

P. 164-
165.Val.
Max.
L. I. C. I.
& c.P. II.
P. 57E.2 Cor. VII
15. 16.Can. Il-
leberit.
XL. LXII.Sec. II.
col. 630.
Sec. III.
col. 731.
& c.
Salv.
L. VI.
p. 123.
124.
Ed. Ba-
luz.Loco cit.
Com-
ment.
Histor.

quocunque Episcopo, ad fidem Christianam perdu-
cta esse potuerit. Quantum ad *Philipporum* Nummi-
mata, illa cumprimis, quæ occasione Ludorum
Sæcularium fabricata, ad unum Paganam ea super-
stitionem atque Idololatriam referre, nulla certè
Christianismum indicare, pronunciamus. Primò
enim inscriptio eadem, quæ *Octavio* Ludis sub Seve-
ro celebratis, nec tantum *Seculares Ludi*, sed etiam
Secularia Sacra. Qualem sub Philippis Nummum in
Gaza Ducis Parmensis, cum symbolo *Leonis Gra-*
diensis, & si quibus aliis, asservari monuit me Fri-
dericus Bonetus ὁ μακροεὶρς, desideratissimus mihi
ex sorore nepos, Sereniss. Electoris Brandenb. apud
Britannor. Regem nuper Orator Residens; idemque
rei Nummariæ peritiâ, & Antiquitatis, vel ex le-
gato Electori Cimelio, & ad hoc scriptis, dignus
vitâ longiore. Secundò, idem arguit *Templum*, cum
Figurâ *Jovis*, vel etiam pluribus *Figuris* ornatum,
ac Columnis, coram quo Philippi Pater & Filius ad
Aram sacrificant; aut etiam Figurâ VII. sacra facien-
tes coram Templo pulcherrimo, Gentili ritu, apud
Vaillantium, & Italos passim. Planè ut in Num-
mis *Severi*, qui Ludis sæcularibus cusi, eadem vel
similes Figuræ, sacrificantes ad *Aram*, coram Tem-
plo, conspiciuntur apud eundem Vaillant, Patin-
um, similes. Tertio idem evincunt *Philipporum*
plura Numismata, quæ repræsentant *Animals*, ut
Elephantem, Leonem, Capram Africanam, Hyæ-
nam, Alcem, Hippopotamum, Leopardum, &c.
qualia recenset Capitolinus à Gordiano Romæ aller-
vata, deinde à Philippo in *Circo* exhibita omnia,
Ludis sæcularibus, I. II. III. eorum die, ne quid
ad magnificentiam Ludorum deesset. Sic Nummus
argenteus Philippi, apud Choulum libro de Reli-
gione Romanor. cum *Caprâ Jovis Αἰγίωχῶ* sacrâ, &
Inscriptione, *Jovis Conservatori Augusti*. Quartò,
ille ipse Nummus, quem exhibet Baronius, & pro-
Philippi Cæsaris Junioris Christianismo facere credi-
dit Purpuratus, suprâ *Thesi* v. certissimum nobis est
Gentilismi argumentum. *Columna stans* media inter
Imperatorem & Templum firmitatem Rom. Impe-
rii designavit, in Nummo utroque Patris & Filii.
Templum cujus aditum *virgâ* commonstrat Impera-
tor, fuit illud vel *Jovis* Capitolini ut Statoris & Con-
servatoris Urbis, ac P. R. Vel etiam *Ædes Apollinis*
Palatini, cui custodiam Romani Imp. & Urbis, ut
ejus Propugnatori, cum Novo Sæculo commendat
Princeps; & cui dicati fuere sæculares Ludi, &
Hymni ac Pæanes, per novenos *pueros* prætexta-
tos, totidemque *puellas*, solenniter cantandi Græcâ
Romanaque voce, ut Zosimus, & Romanarum An-
tiquitatum Scriptores. Inscriptio habet MILLIA-
RIUM SÆCULUM, ab Urbe scil. Condita, Phi-
lippo filio II. COS. & quidem ex S. C. Quo certè
non fuerit *proposita cum novo sæculo nova Religio*, ut
voluit Annalium scriptor *insulsiſſimè*; minùs signifi-
catum, Christum esse *Regem sæculorum*, & *Patrem*
æternitatis. Neque etiam simpliciter hic dixit Num-
mus, Philippum accepisse in eo Templo insigne
Consulatus, aut *Sceptrum Imperii*; quod evertit In-
scriptio, dum Patris Nummus inscribitur, SÆCU-
LARES AUG. COS. III. Filii autem, MILLIA-
RIUM SÆCUL. COS. II. Nec hic primus Conſu-
latus Philippi Junioris, aut primus annus Imperii
fuit, imò IV. Imperii Patris, II. Philippi Filii; qui
jam anno præcedente Augustus renunciatus, ut
quoque Pagius ad A. CCXLVII. Denique nequicquam
huc trahuntur Nummi cum Inſcriptione, *Felicitas*
Temporum, *Spes Felicitatis Orbis*. Quibus nihil fre-
quentius in Nummis Imperatorum, in quibus hæc
passim leguntur; *Felicitas Aug. Felicitas Imperii*, *Fel-*
icitas Perpet. Felicitas Æterna, *Felicitas Orbis Terrar.*
Felicitas Reipubl. Salus & Spes Reip. Felicitas Sacuti, *Fel-*
icitas Temporum, *Felicitas Romanorum*, cum Fig. te-

nente dextrâ *Caduceum*, sinistrâ *Cornucopia*, quibus
æterna seu cœlestia, & terrena bona adumbrata.
Et *Spes Felicitatis Orbis*, sub symbolo *Mulieris stolatæ*,
de Philippo patre, postquam hic S. P. Q. R. gra-
tiam sibi conciliaſſet, *Spe* factâ Orbem sub ejus Im-
perio fruiturum omnimodâ Felicitate; tum de Phi-
lippo filio, qui *Spes Felicitatis Orbis*, tanquam Prin-
ceps Juventutis, in primâ ætate constitutus. Co-
ronidis loco, adjicio duos Nummos, quos produxit
Petrus Seguinus, in selectis Numismat. Alterum,
Marini à Philippo consecrati, Gentili ritu, qui post
Romanas ditiones adversus Scythas egregiè defen-
ſas, à militibus occisus fuit, ut Decium eligerent.
Hinc ut Romanorum odium in rebellem novissimè
Decium concitaret, *Marinum* Philippus, ut digni-
ſimum societate Imperii, inter *Deos* retulit; undè
Nummus, ΘΕΩ ΜΑΡΙΝΩ, & ab alterâ parte, ΦΙ-
ΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑΣ, tanquam Philippi nu-
tu signatus, in Urbe à Philippo ipſo conditâ, quæ
etiam Doctiff. Vaillant opinatio est. Alter Nummus
apud Seguinum, secundæ magnitudinis, in quò
Philippus Cæsar ab unâ parte viſitur; ab alterâ tres
Inferorum Furia, scelerum ultrices Deæ, gerentes
Serpentes, Tædas, Flagella, Stimulos, cum Ca-
nibus ad earum pedes. Causam ignorant antiquarii;
nisi fortè *Antiochenſes*, quorum inscribitur Num-
mus, tacitè recentis criminis, in Gordiano admitti,
horrorem expreſſerint, atque *Principem Juventutis*
monitum terribili imagine voluerint, esse Deos *ſce-*
lerum vindices.

XX. Excipient fortè, multa id genus *λεῖψανα*
Paganismi sub Christianis Imperatoribus fuisse reli-
qua, quæ data Moribus & consuetudini Romano-
rum. V. gr. titulus *Pontificis Maximi*, servatus à
Constantino & successoribus ad Gratianum usque;
Ἀποθώσις Constantini M. cujus Anima *quadrigis*
Cœlum rapitur; Inſcriptiones Paganæ, in Nummis
ejuſdem Constantini, *Herculi Conservatori Cæsar. Jovis*
Conservatori Augg. Marti Conservatori, Sols invicto co-
missi, Vota Publica Ægyptiorum, cum *Iside* stante,
ac tenente suo more *ſistrum*, apud Occonem, Tri-
ſtanum, Patinum. Ad quæ ſummatim reponimus,
pro hujus loci angustiis intrâ quas coërcemur. 1.
Sanè *reliquias* Paganismi manſiſſe plurimas, indè à
Constantino M. & aliquot successoribus, quædam
etiam usque ad Theodosium Juniorem. Quales Pa-
ganæ quandoque Inſcriptiones; Vota pro Imperat.
Gentili ritu; Phraſes retentæ ex Paganâ consuetu-
dine; Ludorum Circensium aliorumque, & Ago-
num, festivitates; Majumæ sædum ſpectaculum
exhibitum adhuc sub Arcadio. Sic Eleuſinia sacrâ,
quæ Zosimo *ἀγιώτατῆς μυθήσεως*, permiſſâ à Valenti-
niano; & Auguria, Haruspicina, Hariolorum di-
vinationes, &c. De quibus nos ex profeſſo in *Ec-*
clesiæ Historia, & passim Jacobus Godofredus ad *Cod.*
Theodos. Tit. de Paganis, de Majuma, de Maleficiis,
de Imagin. Imperialibus, &c. Sed data hæc super-
ſtitioni Populorum, invitis sæpè Principibus, dum
eſſet Pagana ut plurimum plebecula, & tenaces a-
viti ritus Gentes plurimæ, quin Idololatriæ dediti
Magistratus, Judices, Conſules, Proconſules,
Provinciarum Præſides, Urbium Regiarum Præfe-
cti, imò Præfecti Prætorio, adhuc sub Valentinia-
no Juniore, ut nos alibi ad *Secl. IV.* Nihil hæc tu-
tando Philippi commentitio Christianismo, cujus
Pagana omnia, omnia Idololatræ, Christiani ve-
ro nihil (ex demonſtratis) præterquam quod Ale-
xandri Sev. & Gordiani exemplo ipſe quidem non
persecutus est. Illorum autem, sub quibus poſteâ
reliquiæ Gentilis superſtitionis, Principum *Christia-*
nismus satis superque, publicis privatisque documen-
tis, apparuit. 2. Ita Titulus *Pontificis Maximi*, quo
Augustus & Impp. cæteri ad ſe tranſtulerunt ſupre-
mam ſacrorum curam, & qui diviſo inter plures
Impe-

Vaill.
Numism.
T. I.
P. 230.
234.

In Gord.
III. sub
fin.

Du
Choul,
de la Re-
lig. p. 56.
57. Ed.
Luzd.
1567.
Ad Ann.
CCXXIX.
N. IV.

Thesi v.
sub fin.

Seguin.
Sel. Imp.
Num.
p. 180. 181
182.
Vaill.
ap Seg-
Num.
P. 418.

Ad Sec.
C. IV. sub
fin.

Imperio penes unum & seniore[m] Aug. mansit, datus quoque legitur *Constantino*, Inscriptionibus legendis apud Gruterum, & Baronium Notis in Martyrol. Aug. xxii. Sed datus à Gentilibus, pro recepto sub prioribus Imp[er]p. more, tanquam insigne Majestatis, & quod ab us cerneretur cum illà individuum; undè adhuc sub Arcadio & Honorio Ser-vius in III. Æneid. Imperatores hodieque dicimus Pontifices. Imò dixerunt adhuc postea, in Dedicatio-nibus suis. Ast verò non ipsosmet usurpasse, aut vendicasse sibi hunc ipsum Titulum, minùs Ponti-ficum more sacra fecisse, pluribus demonstrarunt Viri Magni; in specie Jac. Godofredus Epist. ad Andream Rivetum, De interdicta Christianorum cum Gentilibus communiõne; & A. Pagi in Criticà adversùs Annales Baronianos, ad A. cccxii. quos vide. Ità multa ad Imperatores Christ. Gentili superstitione translata fuerunt, quæ non his imputanda. Ut In-scriptione illa quæ nomen præfert CONSTANTINI, Devoti Nummi Majestatisque ejus; & quam anteriorem esse Constantino, Diocletiano III. & Maximiano Coss. egregiè ostendit Doctissimus Pagi; substituto postea Constantini nomine, L. Aurel. Valer. Constantini loco Maximiani Herc. 3 Αποθεωσις illa Constantini, quam & refert Eutropius, imputari non debet Constantino, sed Paganis ex veteri superstitione. Quemad-modum constat recusasse Constantinum titulos Sa-cratissimi, Divi, imò Pont. Maximi. Sic neque Im-peratoribus Christianis Sec. iv. imputanda Imaginum aut Statuarum Imperialium passim adoratio, & προσκύνησις, de quâ fuit lex Theodosii Jun. lata A. cccc-xxv. abusum illum tollens. Filii nempe Constantini, in honorem Magni Parentis, & Avix Helenæ, passi sunt istiusmodi vel Inscriptiones vel Numisma-ta, ab Ethnicis profecta, pro istorum consuetudi-ne; ita tamen, ut symbolo quadrigæ, aut velatis Capitis, designaretur, eorum beatam Animam Cælo esse receptam. 4. Inscriptiones suprâ allegatæ, ac testatissimæ Nummis indubiæ Antiquitatis, nequaquam patrocinantur Philippi Christianismo. Fuerunt illæ anteriores vel Conversione Constant. m. vel etiam professione Christianæ Relig. post de- victum Maxentium, quod Tritanus, Patinus, Can-gius, & alii, ad eos Nummos docuerunt. Hinc illa, Herculi, Jovi, Marti Conservatori. Aut non tam in honorem illa Constantini, quam Diocletiani, aut Maximiniani, Jovii scilicet & Herculi (hinc Jo-vi & Herculi) à quibus Constantius Chlorus adopta-tus fuerat. Effigiem etiam Marti fuisse illam ip-sius Constantini, Cl. Patinus & post eum Cangius obser-varunt. Inscriptionem frequentem in Num-mis ejusdem Constantini, Soli inuito Comiti, cum Capite radiante instar solis, non habuisse Gentilem significationem, patet vel ex Labaro, quod in iisdem Nummis manu dextrâ tenet; adhæc Solis cursum, victoriarum celeritate, æquasse eo emblemate a-dumbratum fuit. Et hodieque Regem Galliarum Ludovicum xiv. solito Solis radiantis imò fulgurantis symbolo, repræsentari constat. Præterquam ad Solem Orientem Christum. more Christianis fami-liari, undè αὐτὸς ἀνατολὰς ὁρῶντες, de quo nos prolixè aliàs, tacitus respectus esse potuit. 5. Vota Pu-blica quod attinet Alexandrinorum, quibus sperabant nihil in suâ superstitione immutatum iri, forsitan in-ducente Faustâ filiâ Herculi, appositis Imaginibus suorum Deorum, Isis, aut Serapidis; his sanè ad-hæsisse adhuc superstitionibus Ægyptios, ut Gentes quædam alias, probant, multaque tum in Gentibus Idololatricis Constantinum tolerasse, in Christianis-mi primordiis, necessitate quadam adactum. Sed Constantino, in præjudicium Christianæ religionis, quam inprimis à devicto Licinio, A. Ch. cccxiv. palàm professus est, imputari nec possunt, nec de-bent. Nec simile quicquam occurrit in Philippi, fa-

Tom. II.

ctis propriis perfido, crudeli, & ubique Idololatræ, ex antè dictis, nullisque toto curriculo Imperii edi-tis signis fidei, aut vitæ morumque Christianorum. XXI. Quod enim objicit Baronius, Leges quasi-dam à Philippo piè sanctèque statutas esse, undè de cæteris judicium sit, vanissimum est. Duas quidem sanctiones profert, alteram quâ sustulit Exoletorum classis, usum virilis scorti, inolitam Romæ turpi-tudinem; alteram verò, compescendæ garrulæ Poë-tarum linguæ, quâ honestissimorum virorum famam impunè carperent. Quas sanctiones Christianam ma-gnopere redolere pietatem, planè Christiani Principis fuisse opus, magnumque specimen, colligit Purpuratus. Alius etiam, idcirco infensum Poëta Philippum, quod Doctores illi ac propagatores Gentilismi, Christianis autem infesti essent.

O rem ridiculam, Cato, & jocosam
Dignamque auribus & tuo cachinno!

Poëta quod attinet, cave credas eos eliminasse Im-p[er]io Rom. aut cæteroquin durius quod in eos sta-tuisse Philippum. Quod si fecisset vel maximè, non eo magis Christianus fuisse censendus esset, quam Christianismo præluisse Plato, qui ποιητικὴν ἐν δίκῃ ἔπαρεδέρχετο εἰς μέδυσσαν εὐνομεῖσθαι πόλιν, Poëticam De Re-merito haudquam recepit in eam Civitatem, quæ optimis publ. L. x. Legum institutis sit confirmanda. Lex Philippi modo T. II. p. 605. habet, Poëta nullâ immunitatis prærogativâ juvantur; Ed. Serr. Cod. Just. quali immunitate gaudebant Liberalium studiorum Professores. Non juvantur autem tali prærogativâ, de Prof. & quidem quâ Poëta, quia Lex nullam iis attribuit, L. 3. quemadmodum nec iis Calculatoribus qui numeran-di artem docebant, nec Grammaticis, vel Orato-ribus qui non se utiles præberent studentibus. At Poëta Ibid. qui etiam Philosophiæ, eloquentiæ, studiis, & bo-L. 2. 4. nis moribus conferrent, illos à prærogativâ eâ Lex non exclusit; sed otiosos, maledicos, ludentes sa-le mordaci, & qui essent procacis linguæ. Nul-lus profectò ad Religionem Christianam, vel Ethni-cam, quam vetustissimi Poëtarum, qualis Orpheus, Homerus, Hesiodus, aut Sibyllæ, suis carminibus tradidissent, respectus hac Lege fuit. Num fortè Christianus Philippus ob interdictum Sodomix cri-men, usum virilis scorti, & exoletorum vel perdi-torum classes sublatas? Quod monstruosum volupta-tis genus, ne nominandum quidem inter Christia-nos, non moratæ tantum Gentes horruere, sed etiam barbaræ. Et Plato ipse vocat ἀνεχθίαν ἡδονήν quæ sit παρὰ φύσιν, ut etiam Cretensium de Ganymede De Le-gib. L. I. fabulam putet confictam, ut huic flagitio auctora-T. II. mentum esset in ipso Jove. Adèò ut Julianus in Cæ-saribus nonnisi tectis vocibus Trajanum hujus mon-De Cæ-saribus nonnisi tectis vocibus Trajanum hujus mon-De Cæ- strôsæ libidinis postulet, τρεῖς γὰρ hinc per allusio-nem quibusdam dictum. Quid jam nostri dictu-ri de Philippo, si dictam à Julio Cæsare Legem Dig. Lib. Juliam de adulteriis promulgasset; cum Julii Fi- xviii. lio, Legem Papiam Poppeam, adversus cœlibes; Tit. v. cum Tiberio, Leges adversus Magos, Fœneratores; & Libellorum famosorum auctores; cum Domitiano, Leges in adulteros, stupratores Vesta-lium, Eunuchium; cum Hadriano, alias in leno-nes, in ergastula servotum; & libertorum, in lava-cra ubi promiscuè Viri & Fœminæ lavarentur? ne jam Antoninorum, aut Sept. Severi, aut Alexandri saluberrimas Leges referam. Sed A. Victor aliam De Cæ-saribus hujus interdicti à Philippo facti causam refert; nem-pe portentum, quod turbavit haruspices, cum Phi-lippus hostias Pontificum lege mactare jusset. Quod attendens præsens Imperator, nempe fœminarum ge-nitalia in mare apparuisse, ad hæc conspicatus filii similem Ephebum, in loco ubi hi prostituebantur; hanc latæ adversus usum virilis scorti Legis causam & occasionem retert Historicus, sed fructu caritu-ram: quippe conditione loci mutatâ, pejoribus flagitiis contaminatos fuisse.

Ee XXII. Su.

In An. III. Serv. p. 268.

N. XV. XVI. XVII. XVIII.

Ad A. cccxii. N. XIX.

Cod. Theod. T. de Imag.

Trist. T. III. in Con-stant. p. 528. 530. &c. Par. Num. p. 370. Du Can-ge Fam. Byz. p. 16. 18. 20. &c.

Ad A. cccxii. N. II. III.

De Re-merito publ. L. x. T. II. p. 605. Ed. Serr. Cod. Just. de Prof. L. 3.

Ibid. L. 2. 4.

De Le-gib. L. I. T. II. p. 656.

Dig. Lib. xviii. Tit. v.

De Cæ-saribus C. xviii.

Suprà
Thef. III.
& v.

Euseb.
L. VI.
C. XLIX.
XXXI.
XXXVII.
&c.

Ad Ann.
MMCCLX.
p. 234.

T. II.
C. XXV.
L. XI.

XXII. Superest non levis scrupulus, ex Epistolis duabus Origenis, quas eum dedisse ad Philippum ipsum, *πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα*, & ad ejus *Conjugem Severam*, tradunt Eusebius, Hieronymus, & Vincentius Lirinensis. Et has visas lectasque his ipsis audacter quidam asseverant, saltem *extantes* illorum tempore. Verum 1. Ex uno rursùm Eusebio, scripsisse Origenem Epistolam ad *Philippum*, & aliam *πρὸς τὴν γαμετὴν αὐτῆς Severam*, habuere Hieronymus & Vincentius Lirin. Nec visas à se dixit Eusebius, imò *φέρεται φερetur* Origenis Epistola, quod Valesius reddidit per *exstat*; lecutus Hieronymum, *qua Litera usque hodie extant*. Nempè ferebantur extare tales Literæ, quarum tamen nec Eusebius, nec cæteri vel occasionem memorant, vel argumentum, vel tempus; minus excerpta indè quædam habent, ut alias solet Eusebius, etiam ex Epistolis ejusdem Origenis, vel hoc ipso *Capite*, scripsisse ad Fabianum & alios Episcopos, *πρὸς τῆς κατ' αὐτὸν ὀρθοδοξίας*. 2. Imò nec sibi constant, & aliter rem refert Eusebius, aliter Hieronymus. Ille, scripsisse Origenem, ut ad *Philippum*, sic *πρὸς τὴν τῆς γαμετῆς* ad *Uxorem Philippi*; hic verò, ad *Philippum*, *ejusque matrem*, quod & Græca interpretatio expressit, *πρὸς τὴν τῆς μητέρας*. Quo ipso voluit Hieronymus *Philippum filium*, quem tamen ibi, *primum omnium ex Rom. Imperatoribus Christianum fuisse*. Igitur si vera Eusebius, fallit Hieronymus; aut si viderat hic hujusmodi ad *Matrem Philippi* literas, alias fuisse necesse est ab iis quas memorat Eusebius, hoc ipso commentitias. Quare nec verè Scaliger, *Animadu.* in Eusebium; *totidem verbis*, quibus Eusebius, *sed Latinus*, *idem prodis Hieronymus in Catalogo Script. Ecclesiasticorum*. 3. Neque etiam Eusebius, existisse has ad Philippum literas, inter eas quas ipse in proprios Libros digesserat, *ὡς ἂν μηκέτι ἀγρίπτοιοντο*. Hoc tantùm, ex innumeris Epistolis Origenis, quas *πρὸς ἀφόρους ad diversos de diversis* exarasset, *ὁποσας σποράδιον παρὰ ἀφόρους σωθείσας συναγαγεῖν δέδυνται*, quasunque sparsim apud varios *asservatas colligere potuit*, in Libros digessisse, *suprà centum numero*. Inter eas fuisse notabiles ad Imperat. Philippum, ejusque Conjugem Otaciliam Severam, Literas, quarum saltem subjectum vel occasionem sciri intererat, nullus dicit Eusebius. Et sanè *centum Epistola* circiter minima pars fuere, earum quas toto vitæ cursu scribacissimus Origenes, ac *conficientissimus Epistolarum* (itâ Huetius) scripserat. 4. Porro Origenis Adamantii hoc fuisse fatum omnes intelligunt, ut ob Viri auctoritatem, tot scriptis & Libris & Epistolis, ac susceptis laboribus, inclyti, nomen illius sibi falsò deinceps asciverint innumeræ scriptiones, & Epistolæ. Et jam tempore Eusebii, & Hieronymi, & Ruffini, aut Vincentii Lirinensis, nimis quàm multa Origenis nomen mentiebantur. Inter quæ fuerunt illæ quæ dicebantur Epistolæ ad *Philippum*, & ejus vel *Uxorem*, ut Eusebius, vel *Matrem*, ut Hieronymus. Quo tempore, ad conciliandam Disciplinæ Ecclesiasticæ auctoritatem, finire pridem injunctam Imperatori isti Poenitentiam, non unius facinoris reo; quo magis Otacilia Severa, quæ marito ingloria supervixit, ferebatur ad Christum conversa. Hinc ille Christianismus Philippi, illæque Origenis ad eum Epistolæ, *ut nimo fides haberetur*, itâ Scaliger. Petavius de Doctrinâ Temp. *Libro xi.* postquam mentionem fecit *Christiana fidei* Philippo tributæ, & *Epistolarum* Origenis, addit; *De quo merito dubitat Illustrissimus Annalium scriptor* Baronius. In quo Petavius iuam potiùs sen-

tentiam expressit quàm Baronii, nec hic usquam habet, se *de Epistolis illis dubitare*, & quidem *merito*. 5. Sed fuerint illæ Literæ *ἐν γνησίῳ*, scripserit ad *Philippum* Origenes! Quidni ut Christianæ fidei propugnaret innocentiam, & ulterius pacem Ecclesiis à Philippo impetraret, contra delatores, vel maledicos ringentesque hostes Christiani nominis? Quidni apologeticas, vel *παραρηλικὰς* etiam ad fidem, Epistolas susceperit Philippus, quemadmodùm alias Quadrati, Aristidis, Justinii Martyris, Melitonis, Athenagoræ, susceperant Hadrianus, Anton. Pius, M. Aurelius, & L. Verus? 6. Mittimus jam quod à Zonarâ & aliis observatum, probatumque Petavio est loco cit. *deceptos videri complures similitudine nominum*, Philippi nimirum Aug. & Philippi Augustalis, in Ægypto Præfecti, cui tribuitur filia *Eugenia*, eadem & *Martyr*, sub Valeriano vel Gallieno Imp. Ipse verò Præfectus consummatus fuisse dicitur, sub Severo & Antonino *Caracallâ*, de quo Baronius ad Martyrol. XIII. *Sept.*

XXIII. Cætera non merentur examen. V. gr. ex eo quod Christianis *quies* fuit sub *Philippo*, quantumvis sævo & ad sanguinem fundendum prono, hinc colligunt eundem Christianum. Colligant igitur & Christianum fuisse Tiberium, qui *communiatur periculum accusatoribus Christianorum*; aut Commodum, quo imperante *εἰρήνη σὺν θεῷ χάρις τὰς κατ' ὅλης τῆ οἰκουμένης διαλαβῶσα ἐκκλησίας, pax per Dei gratiam cunctis Orbis terrarum Ecclesiis complexa est*. Dein & Christianos dixerit Elagabalum, Alexandrum Sever. Gordianum, postcâ Gallienum, per quos Christiani altâ pace fruiti. Et sævus fuit Philippus, pro ingenio Gentis, & innatâ barbarie, patre latronum duce; cessuris omnibus ejus ambitioni & avaritiæ, prout à *crudelitate nactum Imperium*; non sævus ex superstitione in Deos Gentium, qualiter postcâ Decius. Ita quod quidam hariolati, *Senatum Rom.* idcirco improbasse electionem Philippi, quod *Christianus* esset, cum precarium est, nullius testimonio roboratum, tum adversum Historiæ, & plerorumque hypothesi, eundem antè adeptum Imperium Christianum non fuisse. Imò tergiversatio *Senatum* si quæ fuit, quam tacet Jul. Capitolinus, indè orta, quod ignotus penè Romanis Philippus; quod truci audiret ingenio, & ex perfidâ Arabum gente; denique quod *impiè & non iure Imperium obtinuisse* meritò suspicarentur. Eiusdem commatis est, *Decium* ad defectionem sollicitasse ab obsequio Philipporum, quod hi majorum sacra & religiones abdicassent. Quod dixit nemo; quin in Illyrico proclamatus à militibus Imperator *Q. Trajanus Decius* Philippum adversus se profectum ad urbem *Veronam* devicit, in tumultu militari occidendum; ut hodieque Veronensis habet Inscriptio, apud Baronium, Scaligerum, Gruterum; quam malè signetur *Anno ccliii. Divi Philippi Senioris Verone interfecit*. Auctor verò Chron. Alexandrini refert, ex equo delapsus, *ἐν πάμῃ ἐξ αὐτῆ τῆ Chron. πλάσμα* *τὸ τελευτῶν, Roma ex vulnere mortuum*. Nic. Pacif. Cephorus Patriarcha *Συντόμῳ Χρονολογ. Φίλιππῳ ἐτη 70. p. 270. ζ'. ἐσφάγη ἐν κήποις Τιβεριανῶν, Philippus annis VII. ut supr. occisus in Hortis Tiberianis*. Annos vero non *septem*, Niceph. ut etiam in Historiâ & Chronico Eusebius, & Cas. Chron. siodorus, hinc Baronius, sed *sex* tantùm, neque hos integros, imperavit, sublatus anno *ccxlix.* ut Bar. ad Pagi, vel certè ut Scaliger A. *ccl. Æræ Vulg. Hætenus de Philippis*, quos deinceps neminem albo *Christianorum Principum* Inscripturum esse confidimus, & *ἰδὲ δίκαιον, τὰς κατὰς μάλιστα χρηστὸς νομίζειν.*

Tertull.
Apol.
C. v.

Euseb.
L. v.
C. XXI.

Chron.
Pacif.
Du Can-
cephorus
p. 270.
ut supr.
Niceph.
Chron.
p. 401.
E. R.
Bar. ad
A. ccliii.
N. II.

FRIDERICI SPANHEMII
MISCELLANEORUM

AD

SACRAM ANTIQUITATEM

ET

ECCLESIAE HISTORIAM

PERTINENTIUM

LIBER QUARTUS.

QUI CONTINET

DISSERTATIONES TRES
POTISSIMUM ADVERSAS AUCTORITATI
PAPAE ROMANI.

ILLUSTRI VIRO RUM PARI,

D. OTTONI Libero Baroni à SCHWERIN,

Domino in Landsberg, Oldewigshagen, Drewitz, Witzstock, & Nuho;
Electoratûs & Marchiæ Brandenburgicæ Camerario Hæreditario; Sere-
niff. Electoris Brandenburgici Primario Consiliario Statûs; Domûs Se-
reniff. Electricis, & Principis Electoralis Præfecto; Uranioburgi Præpo-
sito, &c.

D. RABE à KANTSTEIN,

Serenissimi Electoris Brandenburgici Consiliario Status, & Supremo Ma-
reschallo; Camerarum Electoralium Præfecto; Halberstadiensis Regi-
minis Directori; Præfecturarum Horneburgi & Schlaidstadii Præsidi;
Cathedralis Præposituræ Halberstadiensis Inspectori; Domino Hæredi-
tario in Kantstein &c.

Felicitatem apprecatur

FRIDERICUS SPANHEMIUS FIL.



*Non piaculum duxit prisca Gentilitas, ILLUSTRES VIRI, duo simul Numina, uno delu-
bro, unâ appellatione, unâque nuncupatione votorum, venerari. Jovem & Neptunum aliis,
aliis Mercurium & Minervam sociare placuit. Hinc Ἰηνοποσειδῶνος Jovi-Neptuni & Ἐρμα-
θῶνῆς Hermathenæ, apud Athenæum & Tullium, voces. Ego sanè, ratione dispari, utri-
que simul Nomini Vestro consecrare hanc devoto cultu opellam sustinui. Quando Utriusque Ve-
strum præclara in Ecclesiam, in Literas, grandia in me & meos merita extant. Divisus quon-
dam Josepho & Fratibus mensas in Egypto stratas legimus, perquam impari dignitate. At
nonius quasi Josephi dignitatem, ocelli maximi Principis, Regia familia præfetti, divisam in duobus Vobis esse in-
telligimus: sed & unam Josephi virtutem esse in singulis totam, quâ non illustrior unquam ulla in Ministro. Rem
ille administrabat non sibi sed Principi, sed publico, inferebatque omnia in domum non suam, sed Pharaonis.
Pari ille in Deum pietate, in Principem fide, in civis sollicitudine, in omnes promptitudine officiorum. Consulens
ille, si non grata, est profutura, intelligens probe, quod & Gordianus Imperator, Miserum esse Principem
apud quem vera reticentur, colligens opportunè qua alii dissiparent, remque Domini in dies augens; futura in-
comparabili & sagacitate prospiciens, & diligentia anteverrens; temperans Civilem prudentiam Israëliticâ integri-
tate;*

Ec 2

tate; nec prospera rebus elatus, nec abjectus adversis; Pastoritiam Majorum arte humiliter superbens, & qua alii vel ostentant vel affectant, dissimulans ipse, genus, opulentiam, sœdera, res gestas. Denique Principis primo, omnium deinceps convertens in sese vota ac desideria. En Generosissime BARO! En Illustris KANTSTENI! utriusque Vestrum ipsissimam imaginem, animique lineamenta, exposita non uni orbi, intra & extra Germanici Imperii fines. Quod si ille prætor, ne fidus Minister, sic sollicitus Pater, progeniem daturus, si posset, se meliorem; Tuus ego, BARONUM Decus! tacere hic nescio vesiles curas, jugemque animi sollicitudinem, ut Te aliquando generosa soboles mente verius quam vultu referat, imò sint Tydides Tui meliores Patre. Comperta loquor, nec fidem à me ipso impetratura, nisi testem me supra omnes esse voluisses. Felicem ter & amplius tantis Ministris Principem! nec felices minime, tanto Principis Ministros, non obtinuo unquam Josephum! Verum splendidior SCHWERNI & CANTSTENII virtus est, quam ut à præconio illi nostro decus accedat, celebratior, quam ut latius per nos sese diffundat; integrior, quam ut vel hominum laudes afficiant vel etiam Italica conditiones dimoveant, ipsa sibi amplissimum ac sufficientissimum premium. Hoc Vos obnixè quaeso, ILLUSTRIS VIRI, ne ingrata sit grati hacce devotique animi testera; neve Diatribis invadeatis meis, quod ab Illustri Nomine Vestro generantur unicum decus. Ita valere Vos velim, multos in Terris omnigenâ felicitate, quam beata in Cœlâ æternitas excipiat. Per scriptum Heidelbergæ Eidibus Martijs, Anno Dionysiano CIO D C LXIV.

DISSERTATIO PRIMA

DE

SENSU CANONIS SEXTI CONCILII NICÆNI PRIMI,

DE QUE

JURIBUS VETERUM METROPOLEON, ET ROMANI PATRIARCHATUS.

Adversus Leonem Allatum, Emmanuelem à Schelstrate &c.

BREVIARIUM.

De Primatu Papæ controversia. Græcorum & Orientalium dissensio. Momentum definitionis Nicœna Canonis VI. Institutum Auctoris. Verba Canonis relata, & Versiones. Occasio & mens Canonis. Canon hic Adversarius obscurus, & quare. Prima Exceptio de truncato Canone. Dissensus veterum Latinorum. Sed nec Orientales utilitatem eam seire. Instantia Allatiana tres. Ad I. respondetur. Ad II. Except. Allatiana. Ad III. Except. Baronius quoque notatus. Primatum Romanæ Ecclesiæ quo sensu tribuere poterunt Nicæni? Qualem concesserint hucusque Orientales? Petrus de Marca ad partes vocatus. Ejus circa hunc Canonem errores quatuor. Exceptiones alia, ex Versione antiqua, & ex Actis Chalcedonens. Examen prolixum Versionis antiquæ. Rom. Ecclesiæ quo sensu Caput dicta in Conc. Chalcedon. Alia jam interpretatio Canonis. Prolixè discussa & impugnata. Adversariorum circa interpretationem dissensio. Absurda alia prioris interpretat. H. Valesius ad hunc Canonem observationes, pro Rom. Ecclesiâ. Expensæ eadem. Allatii ex Gelasio R. instantia. Luculentum ratiocinium Græci Anon. ex MS. Bibl. Leyd. Allatii Exceptio discussa. Ejusdem Effugium aliud. Græcorum sententia de mente Canonis. Pluribus testimoniis declarata. Scriptores auctores varii producti. Græcos non distinguere Patriarchatum & Pontificat. in Romano. Auctores rursus. Rufini interpretatio Allatio rejecta. Unde & quando dicta Provincia Suburbicaria. Rufinum mentem expressisse Nicanorum. Rufini Versio varîè illustrata, & confirmata. Allatii ipsius de Canonis sententiâ judicium. Absurditates Allatiana fusiùs ostensa. Postulata Allatiana de Papæ potestate in Patriarchas reliquos, tanquam qua à Christo. Distinctio Allatii & Abr. Echellensis in hac causâ. Continuatio Allatiana interpretationis ad hunc Canonem.

Ejusdem deversata & vertigalibus. Quid sit esse antiqui moris? Orientalium omnium nobiscum consensus. An de Patriarchali potestate Nicæni proprie sermo? Romanus quo sensu Metropolitanus Albatia? Quid Metropolis Papatias. Pugna cum Nicæno Canone. Alexandrinus cur ante Antiochenum in Canone expressus? Allatiana ratio explosa. Græcorum de Patriarcharum origina judicium. Scriptores auctores. Conclusio dissertationis.



PRIMATUM PAPÆ, suprematum verius, id est Oecumenici Pontificatus, Vicariatus Christi, pariter post Christum in Ecclesiâ potestatis, Monarchiæ universalis, supremæ in spiritualibus imò & temporalibus Jurisdictionis, Infallibilis Judicii, Legislationis, Appellationum, & quæ id genus transcendentis Majestatis jura, quatenus Divinis sanctionibus firmantur. Et tunc tunc tunc tunc, prolixè aliâ Theologis expensum. Num faveant Ecclesiastica jura, num Universæ Ecclesiæ Canones, num primæ Antiquitatis monumenta, sollicito Eruditi studio vestigarunt. De Græcorum equidem & Orientalium dissensione res notior videbatur, quam ut disceptationis subiret aleam, nisi ad horum quoque Consensionem, perpetuam eam & universalem, Leo Allatius, Vir magni inter suos nominis, securus nimis de Latinorum & Occidentalium illâ, haud ita pridem provocasset.

II. Quicquid sit de Græciæ recentioris dissidio (tot in utraq; Ecclesiâ testibus illustri, & futuro pluribus illustriori, si quos reconducent inaccessâ hodie nostris scrinia, & quos

— vetus Græcos asservat cista libellos, versare concessum fuerit) potius nobis illud Græciæ

cia veteri, totiusque adeo Orientis, vel imprimis universalium Conciliorum Canonibus perspicuum. Enim verò si asserta Romano Antistiti jura deprehendantur horum definitionibus nulla, imò adversantia Canonibus, nequicquam illa sanè vel eorundem consensione firmari, vel sequioris ævi suffragiis muniri, in aperto est.

III. Placuit, præsentis Exercitatione, à Synodi Nicænæ, Oecumenicæ primæ, celeberrimo Canone vi. de supremis Ecclesiarum, Romanæ adeo ipsius, juribus ac privilegiis, commodum auspiciari. Undè & sibi ordiendum nuper duxit, levi præmissâ velitatione, Author Perpetuæ Orientalium Consensionis: *Sed cum non undique nobis exempla, sed tantum in Grecia & Oriente petenda sint, quid in Concilio Nicæno primo de eâ (Papæ summâ, sic ille, Majestâte) statutum sit, inspicimus.* Merito sanè! & vel hinc inspectionis momentum. 1. Quod sit prima hæc universalis Ecclesiæ vox, sanctio, definitio, Orientalis maximè, ex quâ potissimâ sui parte Synodus constitit. 2. Quod par sit ejus apud Græcos & Latinos authoritas, sequentium Conciliorum tam Universalium quàm Particularium Canonibus, Sacratissimorum Imperatorum constitutionibus, Romanorum quin etiâ Pontificum decretis, constantissimè roborata. Jam olim Innocentius I. ad Alexandrum Antiochenum: *Revolventes itaque auctoritatem Nicænæ Synodi, quæ unam omnium per orbem terrarum mentem explicat Sacerdotum.* 3. Quod respexerint ad hanc in specie Nicænorum constitutionem, Concilium Constantinopolit. I. Canone II. Ephesinum I. Canone VIII. Chalcedonense Canone XXVIII. Sextum seu Trullanum Canone XXXVI. &c. 4. Quod in hac ipsâ de Romano Pontifice controversiâ, Canon hic Nicænorum VI. uti Constantinopolitanorum III. Chalcedoniensium XXVIII. pridem habiti à Græcis & Orientalibus pro decisivis controversiæ, & normâ assensus. 5. Quod hujus vicissim primæ Synodi definitione contenderint jam olim Romani Antistites stare causam suam. Certè Innocentius I. Epist. ad Victricium Rhotomagensem, A. C. CCCIV. Zosimus per Legatos in Concilio Carthaginensi, A. C. CCCXIX. eandem mox causam agentibus Bonifacio & Cælestino successoribus; Leo primus per Legatos in Concilio Chalcedonensi Act. XVI. Gelasius primus Epist. ad Anastasium Augustum, in causâ Acacii; Nicolaus primus, prolixâ ac notâ Epist. ad Michaëlem Imperat. &c. Ne dicamus Pseudo-decretales antecessorum; Julii I. ad Orientales, & Felicii II. ad Alexandrin. apud Isidorum, quæ nil nisi Nicænam Synodum crepant. Imò consuevere Viri Docti, in verbis Socratis & Sozomeni, per *ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, & τὰς νόμους τῶν ἐκκλησιαστικῶν*, quibus nihil absque sententiâ Romani Episcopi decernendum fuisse tradunt, intelligi hunc præcipuè Canonem Nicænum VI. 6. Quod denique Papæ Primatum vel suprematum adstruere hinc sagax multo molimine incluta in Adversariis nomina, Binni, Turriani, Baronii, Bellarmini, Perronii, Petavii, Sirmundi, de Marca, &c. ac novissimè Leb Allatius de Perpetuâ Consensione utriusque Ecclesiæ, & Abr. Ecchellensis Libro de Papâ contra Seldenum. Sed & Patriarchica hinc jura, ad normam scil. Romani Patriarchatûs, contra Johannem Launoium, Theologum in Galliâ Pontificiâ, de eodem Canone Libro toto dissertantem, probare nixus est Vir Glarissimus Henricus Valesius, in suis ad Socratem Observationibus.

IV. Et hujus quidem argumenta prolixè expendit Doctiss. Beveregius in Annotat. suis ad Canones Nicænos, ac Launoium vindicavit. Cæteros etiam, Papalis exindè Majestatis assertores, de gradu dejecerunt Withakeri, Mornæi, Riveti, Molinæi, Chamieri, Blondelli, Salmasii, &c. Su-

perest ut Leonis Allatii, magno fastu ex eodem Canone Ecclesiam Orientalem in consensum cum Latinâ posteriore pertrahentis, insistamus potissimum vestigiis, ac sententiam Nicænorum vindicantem hunc adversus demus. Quo magis hujus Disputatio ut non indoctor, sic recentior, & quâdoque singularior est, Viri ceterâ cujus nihil invidemus eruditioni, scriptis, aut certè Palatinæ Bibliothecæ in mediâ Vaticanâ invidendo Doctis omnibus usui. Triâ autem, pro disquisitionis hujus modulo, præstabimus. I. Verba & occasio Canonis præmittentur. II. Expendentur quæ inde pro Romano suprematu, ex Orientalium Consensione, profertur. III. Retorquebuntur paucis quæ contra ipsâ præjudicium illius, ex eodem Canone, omnino cedunt.

V. Verba controversâ Nicænorum Patrum, ex Codice Ecclesiæ Universalis, ita habent: *τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἐν ἡγεμονίᾳ, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ Λιβύῃ, ἢ Πενταπόλει, ἢ ἐν τῇ Ἀλεξανδρινῇ Ἰδιοκρατίᾳ πάντων τῶν ἐκ τῆς ἐξουσίας ἐκείνης, ἢ τῆς ἐν τῇ Πάπῃ Ἰδιοκρατίᾳ πάντων τῶν ἐκ τῆς ἐξουσίας ἐκείνης, ἢ τῆς ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ, ἢ ἐν τῇ Ἀσσυρίᾳ, καὶ πρὸς τὰς αὐτὰς ἑκκλησίας.* Ex versione Dionysii Exigui, Abbatis Romani, quæque usâ pridem est Romana Ecclesiâ, & fatetur Baronius, hujus etiam occasione Canonis, *nullam exquiri posse exactiorem atque fideliozem, ad An. Ch. CCCXXV. Num. CXXII. Titulus est; De Privilegiis quæ quibusdam Civitatibus competunt.* Canon: *Antiqua consuetudo. servetur. per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem. Quia & verbi Roma Episcopo paritas moris est. Similiter autem & apud Antiochiam, ceterasque Provincias, suis privilegia serventur Ecclesiis.* Versio Dionysianâ antiquior, è Vaticano prompta, &, plerisque Occidentalibus pridem usurpata: *De Primatu Ecclesiæ Romanæ, vel aliarum Civitatum Episcopis. Antiqui moris est. ut Urbis Romæ Episcopus habeat primatum, ut suburbicaria loca & omnem Provinciam suâ sollicitudine gubernet. Quæ verò apud Ægyptum sunt, Alexandria Episcopus omnium habeat sollicitudinem. Similiter autem & circa Antiochiam, & in ceteris Provinciis, privilegia propria serventur Metropolitanis Ecclesiis.* Ruffiniana autem, circa Annum eccæ Abitæ. Vulg. scripta: *Et ut apud Alexandriam, & in urbe Româ, totiusque consuetudo servetur, ut verbi Ægypti, vel hinc suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat.* Mactianus versiones Arabicas, ut Alexandrinam Cophitarum, Melchitarum illam, tertiam Jacobitarum, quartam Josephi Ægyptii, Syriacas duas Maroniticam & Nestorianam, Æthiopicam demque, quæ vel in Vaticanâ vel in Bodlejanâ Bibliothecis, ac Romanis aliis, asseruntur. Exhibent illas Abrahamus Ecchellensis Maronita, de Papæ Nomine & Primatu, contra Joh. Seldenum, & Guil. Beveregius, Annotationibus in Canonem Sextum. Atque eodem in Canone, subjiciunt Nicæni Patres, tanquam rem *καθὰ τὸν ἀρχαῖον γενεράλιον* vel omnino manifestam. I. Præter sententiam *Μετροπολιτάνη* neminem fieri oportere Episcopum. 2. Duobus aut tribus, in creatione Episcopi, propter contentionem *ἀντιθέτων* contradicentibus, obtinere debere sententiam plurimorum.

VI. Occasio Canonis indubia, cum ex Epistola Synodicâ Patrum, tum ex Socrate Scholastico, Sozomeno, Theodoro, ut mittamus Nicæporum, alios, Nempe Meletii cujusdam, vel Meletii, Episcopi antè Lycopolitani, post à Petro Alexandrino moti (sive ob fugam in persecutione, sive etiam, Socrate teste, ob idolothysiam) in ejusdem Alexandrini jura, Metropolitanâ sui, publica invasio. Invasionis ratio fuit, dum, neglecto Metropolitanano, infensior cum suis Meletius crearet

L. I. C. XI. sub fin.

Innoc. Decreto XLV.

Concil. T. II. Conc. T. III.

Socrat. L. II. C. VIII. Sozom. L. III. C. I. All. L. I. C. XII. Ecch. P. II. C. XIX. XX. De rectâ VI. Nic. Can. intellig. Observ. Socr. & Soz. L. III per tot.

Annal. T. III.

Annal. T. III.

L. II. de Orig. Nom. Papæ, C. XX. Pand. Can.

T. II. Ann. P. 59.

Socr. L. I. C. VI. Sozom. L. I. C. XXIII. Theod. L. I. C. IX.

principatum, dicitur infra. 7. Latinorum Conciliorum Tomi, in quibus triplici etiam Nicænorum Canonum versione expressâ, veteribus duabus, & novâ Gentiani Herveti, respondent omnia Græco & authentico. 8. Prima in Adversariis nomina, & in iis quoque Perronius Cardinalis, qui Responsione ad Jacobum Regem, conquistis undique coloribus, & captatis effugiis, noluit mutilationis meminisse. Accedunt quotquot sunt emunctioris naris, & hos Canones vel recensuerunt, vel illustrarunt, ac ipse Henr. Valeſius Libro de Sexto Canone Concilii Nic. Et mox Vir Doctus: *Alii integrum esse contendunt, & Gregorius XIII. in recognitione Decreti verba illa non agnoscit.*

Observ.
ad Socr.
L. III.
C. I.

X. Multo minùs consentiunt in hanc de mutilato Canone exceptionem Græci & Orientales. Imò ad-versantur. 1. Allegatio Canonis facta per Græcos in Concilio Chalcedonensi, Oeconomico IV. Actione XVI. ex dato Codice ab Aëtio Archidiacono Constantinopol. ubi sic lectus & approbatus universis Patribus Canon: τὰ ἀρχαῖα ἔθνη κρατεῖται, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, ὡς ἔδ' Ἀλεξανδρείας Ἐπισκοπον πάντων ἐκτὸς ἐξουσίαν, ἐκτὸς δὲ τῶ ἐν Ρώμῃ Ἐπισκοπον τῆτο σωηθῆς ἐσιν. *Antiquæ consuetudines teneant in Aegypto, ut Alexandrinus Episcopus omnium habeat potestatem, quoniam & Romano Episcopo hæc consuetudo est, &c.* 2. Constantissima Lectio Canonis, supra Articulo V. eademque ferè cum Aëtii illâ (præterquàm quod hæc solùs meminit Aegypti) in Codice Canonum Ecclesiæ Universalis. De cujus auctoritate prolixissime ex veteribus & recentioribus Christ. Justellus, Juris Canonici veteris illustrator summus: ac nuper, quem honoris causâ nominamus, Vir Clariss. Gerhardus de Maestricht, in Historiâ Juris Ecclesiastici. 3. Eadem lectio in Codice Græco Canonum Ecclesiæ Orientalis, quem Parisiis primus edidit ex antiquissimo Codice Ms. Joh. Tilius Engolismensis, superioris sæculi anno XL. Cui & debemus Libros VIII. de Imaginibus, sub Caroli M. nomine, editos Anno ejusdem sæculi XLIX. 4. Eadem & Joh. Antiocheni, aliàs Joh. Scholastici, post Patriarchæ Constantinop. Justiniano imperante, qui in Græcâ Collectione Canonum sic Nicænum hunc citat: τὰ ἀρχαῖα ἔθνη κρατεῖται τὰ ἐν Αἰγύπτῳ &c. planè ut in superioribus. Nec dubitavit Valeſius hujus Johannis auctoritatem contra Launoium adstruere, dicto Observationum Libro. 5. Eadem & Alexii Aristeni, Diaconi Ecclesiæ Constantinop. Epitomatoris Canonum, sub Joh. Comneno, qui Canonem sic exprimit, ipsi septimum:

Tit. I.

C. III.

Bibl. Justell. T. II. Bevereg. T. I. p. 67.

Nic. Can. VI. Ibid. Lect. I. Tit. I.

A. X. C. XVII.

L. II. p. 37. ex edit. Salm.

Αἰγύπτῳ, ἢ Λιβύῃ, ἢ Πενταπόλει ὁ Ἀλεξανδρῶς (Ἀλεξανδρείας) ἐχέτω τὴν ἐξουσίαν. ἢ ὁ Ρώμης ἢ ὑπὸ Ρώμῃ &c. *Alexandrinus Episcopus super Aegyptum, Libyam, & Pentapolim potestatem habeat: & Romanus super eos qui Roma subditi sunt.* 6. Eadem & Simeonis Magistri ac Logothetæ, Aristeno posterioris, in Epitome Nicænorum Canonum, cujus consonant verba cum Alexianis. 7. Eadem & Constantini Harmenopuli, Nomophylacis & Judicis Thessalonic. in Epitome Canonum: κρατεῖται τὰ ἀρχαῖα ἔθνη ἢ ἀρχιεπισκόπων, ἢ ἢ οικείων ἱεραρχῶν ἕκαστος ἐξουσιάζεται. *Valeant consuetudines Archiepiscoporum antiqua, & suis in provinciis quisque potestatem habeat.* 8. Eadem Octavæ Synodi, hunc citantis Canonem, sub titulo de Potestate Patriarcharum, & Metropolitanorum ad eos adventu. Mox, exordio Paschasini tacito: *Sancta & universalis Nicæna I. Synodus antiquam consuetudinem jubet servari, per Aegyptum, & Provincias qua sub ipso sunt, &c.* 9. Eadem quoque Nili Archiepiscopi Thessalonicensis, sub Andronico Seniore Palæologo, citantis canonem Libro de Primatu. τὰ ἀρχαῖα ἔθνη κρατεῖται τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, &c. & reliqua, ut sunt in Codice Ecclesiæ Universalis. Nec aliter Photius, Zonaras, Balsamon, Græci omnes, si quando Canonem vel interpretantur, vel citant contra Latinos.

Ita etiam Tractatus penes nos Ms. ex Bibliothecâ Antonii Legeri Viri Clariss. περι τῆς διαφορῆς τῶν ἐκτεσιν οἱ Ἀνατολικοὶ, μετὰ τῶν Δυτικῶν, περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἐκκλησίας, &c. *De dissidio quod intercedit Orientalibus cum Occidentalibus circa principatum Ecclesiæ*; in quo Canon VI. Nicænus recitatur contra Latinos, ut supra, καθὼς λέγῃ, τὰ ἀρχαῖα ἔθνη κρατεῖται, &c. 10. Adde tandem Arabicas, Syriacas, quotquot memoratæ supra, Translationes, in Tomo I. Conciliorum, & apud Abr. Ecchellensem, ac in nuperi Pandectis Anglicanis. Incipiunt omnes, ab *Antiquâ consuetudine, vel consuetudine*, ut *Episcopus vel Patriarcha Alexandria habeat potestatem* &c. ad exemplum Romani. Quamquàm absurdè Versio Æthiopica sic claudit: *Quoniam Romanus Patriarcha sic talia jubet.*

Supra
N. v.

XI. Instat verò Vir doctus. 1. Integrum Canonem efferri, exordio isto ornatum, à Legatis Pontificiis in Synodo Chalcedonensi. 2. Etiam à Dionysio Exiguo, laudato apud Cassiodorum. 3. Potuisse idem faciliè ab exscriptoribus prætermitti, existimantibus esse ea verba titulum Canonis. Ad primum quidem reponimus. 1. Omnino ita efferri à Paschasino Episcopo, Vicario Romanæ Sedis, Actione XVI. Ἐκκλησία Ρώμης πάντοτε ἔχει τὰ πρωτεύοντα. *Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum. Teneat autem & Aegyptus, ut Episcopus Alexandria omnium habeat potestatem, quoniam & Romano, &c.* At mirum, illa undè verba irrepererint? præter fidem omnium codicum, cum Græcorum tum Latinorum, præter ipsum Canonis scopus, argumentum, contextum. 2. Eo autem stupendum magis, quod mox à recitatione Paschasini lectus idem Canon, eodem in Confessu, à Secretario Consistorii, ex codice Aëtii Archidiaconi Constantinop. nullo istiusmodi exordio, sed & nullo contradicente Paschasino, nihilque monentibus Legatis Pontificiis, desiderari quicquam ad integritatem ejus Canonis. 3. Plus certè merebatur fidei Aëtii ille codex, quàm Paschasini, quo magis adlatus è Græciâ, & Constantinopoli asservatus codex authenticus, ex quo ab Attico Constantinopolitano missa jam antè ἀπογραφή ad Africanos, præterea concordante in eo lectione Aëtii cum omnibus cæteris. Ut locum habeant verissima Africanorum verba ad Bonifacium, VI. Kal. Dec. A. C. ccccix. *Quis dubitet exemplaria esse verissima Concilii Nicæni in Græciâ congregati, qua de tam nobilibus Græcis Ecclesiis adlata, & comparata, concordant?* 4. Sed nec secutos Latinos esse lectionem Paschasini, non secutum codicem ipsum Romanæ Ecclesiæ, supra ostensum. 5. Imò quid si ne illa quidem verba legerit ipse in Codice suo Paschasinus? nec tam verba quàm sensum Canonis recitarit? Quid si voluit, eo Canone intelligi ab omnibus, si vel maximè non legi, Romanæ primatum Ecclesiæ? Suspiciari cum novitas lectionis, tum Acta ipsa jubent. Agebatur enim Chalcedonensium tempore de primatu Constantinopolitanorum, exæquati per omnia Romano, hinc ademptis juribus Metropolitanis Asiaticæ, Thraciæ, & Ponticæ, Dioceseôn. Indignantur Legati, invident Constantinopolitano, primatum Romanæ Ecclesiæ exaggerant, ad hujus quoque modum imò nutum sua Metropolitanis cæteris servari jura volunt, & hanc fuisse Nicænorum sanctionem moment. 6. Nec mirum nihil contradixisse illi primatus Patres, imò faciles assensisse, tum primatui potestatis in propriâ Diocesi, tum ordinis inter Archiepiscopos cæteros. Satis illis, si secundum à Romano locum, pari in suos potestatis jure, Constantinopolitanus obtineret. Idque jam antè, diserto Canone, qui est xxviii. sanxerant, de quo Allatium aliàs audemus. 7. Accedit profectam eam additionem à Legatis Pontificiis, ex Romanâ officinâ, in quâ (annis antè triginta & duobus) admissum erat circa eisdem Canones Nicænos crimen falsi, arguentibus Patriarchis Afri-

Action.
xvi. T. I.
Concil.

Africanis, in Concilio Carthaginensi vulgò vi. post Consulatam Honorii xii. Theodosii viii. Dùm nempe ipsissimus Sardicenfis Canon, qui est de Appellationibus ad Romanum, pro Nicæno Canone subdole ibidem obruderetur, hinc indignante Synodo, suâque ad Cælestinum Papam Epistolâ pertringente eos qui *fumosum seculi typhum in Ecclesiam Christi inducere* satagerent.

XII. Ad Exceptionem Leonis alteram respondemus. 1. Nihil detrudere nos *laudibus Dionysii Exigui*, quem præter Cassiodorum, etiam Beda, & complures alii, meritis encomiis celebrant, cuique inter alia Æram Christiani suam ferunt acceptam. 2. Ita verò efferrî à *Dionysio*, uti à Paschasino, Canonem Nicænum, haud capio qui id Baronio, Bellarmino, Allatio, aliis, exciderit. Contraducunt Codices omnes Versionis Dionysianæ, & constantissima Canonis lectio antè expressa cum in Mss. codicibus, tum in editis, sive in Conciliorum Tomis, sive iteratis & castigatissimis editionibus Christ. Justelli, & Guil. Voelli Sorbonici. 3. Imposuit nempe Alanus Copus, aliàs Nicolaus Harpsfeld, affirmans id ipsum in Dialogis suis *Contrâ Oppugnatores Patris*, &c. ac versionem Dionysianam confundens cum alterâ, quæ ex recitatione Paschasini expressa est. Nec ad Copum provocandum erat Bellarmino, ut fecit, sed ad inspectionem Codicum.

Dial. I.

XIII. Ad tertiam conjecturam Allatii regerimus. 1. Omissionem illam, *exscriptorum* vitio, meram divinationem esse, nullo argumento, teste nullo nixam, multis contrâ testibus revincendam. 2. Mirum etiam, irrepsisse errorem in Codicem Aëtii, descriptum dubio procul ex authentico, Constantinopoli quoque asservato; ut & in omnes quotquot ubique Codices, antiquissimos etiam & probatissimos. Adeonè unius *Exscriptoris* vitium vitiarit quicquid antè & post Codicum fuit, ut in Græciâ & Oriente, sic Occidente & Latio? 3. Cur *existimarentur* ea verba esse *titulus*? qui nullus in Canonibus cæteris, Græcis iis & authenticis, compareret; qui etiam nec occasione, nec scopo, nec contentis in Canone responderet, quæ de primatu agunt non *Romani* modò, sed cum primis *Alexandrini*, *Antiocheni*, omniumque *Civitatum ampliorum*. Hinc titulus præfixus à Dionysio Exiguo habet: *De Privilegiis quæ quibusdam Civitatibus competunt*. Orientales apud Abrah. Ecchellensem præfigunt: *De ordine Civitatum, earumque præcedentiâ*. Josephus Ægyptius, ex Bodlejanâ Biblioth. *De ordine Civitatum & Provinciarum, & primatus aliarum ex iis super alias*. 4. Cur, si *exscriptoris* vitio prætermisum erat exordium Canonis, non restitui jubent Legati Pontificii in Chalcedonensi Confessu? Cur non in mutilationis causam inquirunt? quo magis nata in Romani invidiam prætermisio talis videbatur. 5. Qui etiam *pars* prima Canonis ea verba fuerint, quæ minimè cum reliquis cohærent? Quid istud *ἀδελφίας*; *Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum*. *Antiqui mores serventur per Ægyptum &c.* Rectè jam Vir doctus, nescio an ex sententiâ suâ, *additione illâ sententiâ obscurior & perturbatior sit*. Secùs tamen visum Baronio, perspicuè nempe significatum fuisse, *quod ex Romana Ecclesia primatu subortum fuerit, ut Ægyptus sedem habeat, & Primatem Episcopum, concedente nempe huic Romano Episcopo*. Et Davo hocce fuit opus, ut extunderetur is sensus, quem nec constructio verborum, nec provocatio Patrum ad *consuetudinem antiquam*, nec sequentia admittunt, multo minùs Historiæ veritas. 6. Sed neque de Primatu Romanæ Ecclesiæ agebatur, ut indè ordirentur Canonem Patres, *Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum*. Imò quæstio omnis erat de Alexandrini jure, pro quo firmando Patribus iis satis, Romanam Ecclesiam mox allegasse in

Annal.
T. III.
ad A.
cccxxv.
N.cxxxvi

exemplum, his verbis, *quoniam & Romano hac est consuetudo*. 7. Adde, neque eos Orientales, qui Canones Arabicos LXXXIV. in favorem Romani fabricarunt, putasse hanc esse sententiam Canonis vi. siquidem primatum illum Romani Episcopi exprimentem Canone XLIV. *De Romani Pontificis primatu super universos Patriarchas*. 8. Denique, quicquid sit de Latinorum conjecturis, meminisse debuit Vir doctus, de *Græcorum* hîc consensione omnem esse controversiam, quam unam suscepit demonstrandam.

XIX. Verùm enim verò demus liberalius, fuisse hæc verba ipsissima Synodi, hoc exordium Canonis, *Ὅτι ἡ ἐκκλησία τῶν Ῥώμης πάντοτε ἔχει τὰ πρωτεία, ἐχὲν τοιγαρὴν ἡ Αἰγυπτία &c.* *Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum, teneat autem & Ægyptus, &c.* Nùm stat his Oecumenicus Pontificatus? nùm, consensu Orientalium, Papæ universalis Monarchiæ? Nihil certè minùs. Nec simplici negatione defungimur. Enim verò 1. Aliud *ἔχεν τὰ πρωτεία, habere primatum*, aliud *μοναρχεῖν, δυναστεῖν, ἐξουσιάζειν, κυλεῖν, αὐθεντεῖν*, more absolutissimi orbe toto principis, administrantis omnia, ut loquuntur, *ἐξουσιαστικῶς, ἀρχοντικῶς, αὐθεντικῶς, ποιμεναρχικῶς, ἀκρυσταρχικῶς*. 2. Aliud *primatus ordinis* inter plures Metropolitanos, puta Alexandrinum, Antiochenum, reliquos, de quibus Canon Nicænus, aliud supra eosdem *dominatus, monarchatus*. Quemadmodum si dicatur, *quod semper habuerint primatum*, v. g. Gallia comparata ad Hispaniam, Angliam, ac cætera Europæ Regna; Parlamentum Parisiense comparatum ad reliqua in Regno; Sedes Lugdunensis, comparata ad Narbonensem, Aquitanicam; Electoratus Moguntinus, comparatus ad Ecclesiasticos reliquos, aut Palatinus ad Sæculares, &c. 3. Ne quidem qui *primatu auctoritatis* gaudebant Episcopi supra Sacerdotes, vel Metropolitani supra Episcopos ejusdem Provinciæ, permisi ab Africanis dici *Principes Sacerdotum*, in Concilio Carthaginensi, A. C. cccxcvii. ne hujusmodi primatus confunderetur cum principatu, vel imperio. Sic *ἔχεν τὰ πρωτεία* primus in Parlamento Præses, non tamen *αὐθεντεῖ, κυλεῖ*. Ac quàm longè Primates ab hujusmodi dominio abfuerint, docent quæ de *Africa, & Galliarum Primatibus* in Geographiâ nostrâ S. ad has Dioceses disseruimus. 4. *Primatus* qualis Romano deferri possit, interpretati sunt tum Constantinopolitani Canone III. tum Chalcedonenses Canone xxvii. Nempe *προσβῆτον τῆ τιμῆς, privilegium honoris*, in ordine ad Metropoles reliquas, cui respondet Canone VII. Nicæno *ἀκολουθία τῆ τιμῆς, secundus honos*. *Ἐξουσίας προσβῆτον* restrictum ad *suburbicaria* loca vel Ecclesias, ut infra pluribus. Addita etiam primi honoris causa, *ὡς τὸ βασιλεῖν τῶ πόλει, quod Urbs illa imperaret*, ita tamen ut Constantinopolitanus gauderet *ἴσων προσβῆτων, aequalibus privilegiis, μὲν τῶ τῶ Ῥώμης Ἐπισκοπον, post Romanum Episcopum*, utpote cujus sedes esset *ἡ νέα Ῥώμη, nova Roma, δὲ τῆ ἑτέρας μὲν ἐκείνῃ ὑποδραχσα secunda post illam existens*, ordine nempe, & tempore, at æqualis deinceps potestate. Et hæc tunc cum Græcis consentimus, non certè Roma. Unde tantum abest ut illorum *Consensione* superbiat Vir doctus, ut etiam in augustissimos Confessus stylum acuat, quos *inconstantia, infractio Canonum Nicænorum, falsitas, contradictionis, &c.* postulat; Socratem verò, Sozomenum, Justinianum Imp. Nicephorum, Balsamonem, Zonaram, Meletium Alexand. Nilum Thesalonic. Macarium Ancyranum, Gabrielem Philad. Doxopatrium, Annam Comnenam, Matth. Blastarium, Alexium Aristenum, & quicquid *Græcorum* est, veterum & recentiorum, aditipulantium Constantinopolitanis & Chalcedonensibus, vocat *nugivendulos, ineptentes, impudentissimos, cacos, malignos*,

In Can.
Afric.
Can.
xxxii.

De Perp.
Confess.
L. I.
C. xvii.

Ibid. C. XIV. XVII.

Actione XVI. cit.

Ibid. C. XVII. N. II. C. VII. P. 107.

L. I. C. XVII. N. III. VI.

Nov. C. II.

gnos, *prafumens contra omne jus fasque*, &c. 5. Sed & ipse Paschasinus, Vicarius Romanæ Sedis, citans eo modo Canonem Nicænum, *primatum* Romanæ Ecclesiæ qualem intelligat docet. Nempe primatum Metropolitanum, (de quo & nos postea) in Dicecesi suâ, ad cuius modum vult Metropolitanis cæteris sua constare privilegia, atque adeo & illis Thraciæ, Asiæ, Ponticæ Dicecesion, perperam itaque Constantinopolitano per Chalcedonenses obnoxiiis redditis. Hinc Paschasinus; ita constituisse Sanctos Patres, *ut quoniam hac esset Romano consuetudo*, in locis sibi obnoxiiis, *teneret similiter primatum* (vocem repetit) Alexandrinus, & Antiochenus, & *Ecclesiæ civitatum ampliorum cæteris in Provinciis*. Patet insipienti Acta Chalcedonensium, ante & post recitationem Canonis. Nec hanc Leonis I. & Legatorum fuisse mentem inficiatur Vir Doctus, agens de tribus his Dicecesibus suâ tùm spoliatis libertate; negante (inquit) consensum Leone, *non aliam ob causam, nisi quod Canon ille Canones Nicænos infringeret*. De quo & eruditè, post Blondellum, Illustris Salmasius in Libro de Primatu. 6. Optimi autem sui Interpretes Nicæni Patres. Romano si quem *primatum* προτερον adscribunt, idem illud est quod eodem Canone vocant τα προτερον, *privilegia*, quæ competere *τῷ μητροπολιτῷ Metropolitanis*, quæque servari jubent *Alexandrino, Antiocheno, & in Provinciis cæteris*, ad formam, exemplum, similitudinem *Romani*. Ita Canone v. decreverant ut Controversiæ omnes καθ' ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ in singulis Provinciis, ubi exortæ illæ, terminarentur, congregandis à Metropolitanis bis in anno Synodis. Quo ipso supra Metropolitanum nullum agnoscunt vel Patriarcham, vel Romanum, qui appellatus ultimo iudicio lites terminaret. Nec solis radiis scribi quicquam potuit dilucidius. 7. Quando etiam statuenda fuit Romanæ Ecclesiæ consuetudo in exemplum, potuere sine præiudicio ullo sic formare Canonem Nicæni, prout effert Paschasinus: *Quod Romana Ecclesia semper habuit primatum*, hinc sequitur, *ἐχθ' τοιγαρὸν ἡ Αἰγυπτίῳ, teneat igitur*, equidem, contimiliter, *ἡ Ἀγυπτίῳ, seu Alexandrinus, & Antiochenus &c. ἐξ ἧς ἔτι ἐν τῇ Ρώμῃ ἐπισκόπων τὸ σωθῆνός ἐστιν, quoniam*, uti jam dictum, *ἡ Romano Episcopo hac est consuetudo*. Quo ipso fit sensus Canonis etiam illustrior. Quanquam fatis fuit in sequentibus verbis Romanam Ecclesiam adferre in exemplum. 8. Quod si *primatus* voce innuisset Paschasinus Pontificatum Oecumenicum, Monarchatum in universalem Ecclesiam, non profectò acquievisset Patres. Quando calculum hi suum addebant Canonem Constantinopolitano, de *secundo* Byzantini post Romanum loco, ordine, sessione, tempore, *aquali* autem muneris, dignitatis, & potestatis prærogativâ. Quanquam Vir doctus *posterioritatem* illam ordinis cum *aqualitate* dignitatis committat ut *ἀσώτως*, invitis iisdem Patribus, invitis Græcis, & cottidianâ praxi. Sed quid movisset Chalcedonenses vox *primatus*, quâ primæ quæque Ecclesiæ & Provinciæ & Sedes (ut passim in Canonibus Africanis) superbiebant? 9. *Primatum* Romanæ Ecclesiæ, *ordinis* illum, quantum ad Sedes Patriarchales cæteras, non verterunt unquam in controversiam Græci. Hinc post Romanum, sed pari dignitatis & honoris jure, collocant omnes Constantinopolitanum. Justinianus Imperator: *Διὰ τὸ τοῦ Θεοπίστομον, κατὰ τὰς αὐτῶν (καθόνων) ὄρας, τὸν ἀγιώτατον τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης Πάπαν, πρῶτον εἶναι πάντων τῶν ἱερέων, τὸν ἡμετέραν ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως τῆς νέας Ρώμης δευτέρον τὰς ἐπιπέχην. Ideoque sancimus, ut secundum earum definitiones, sanctissimus veteris Roma Papa; primus omnium Sacerdotum sit: beatissimus vero Archiepiscopus Constantinopolis nova Roma, secundum locum obtineat. Primatum* hunc ad προλακαθεδονίαν primatum

in sessione locum & referunt Interpretes, & Lib. v. arctant Græci contantissimè. Nec patiuntur hæc angustia referri in hanc rem verba Socratis, Sozomeni, Euagrii, Synodi Sextæ in Trullo, Nicephori, Zonaræ, Balsamonis, Nili, Barlaami, Alexii Aristeni, Simeonis Logothetæ, Meletii Patr. Alexandrini, &c. & quorum non ex Græcis? quotquot de Canonibus Constantinopol. Chalcedonensium, & Trullano, deque ordine Patriarcharum, & Papæ primatu, & Throni Constantinopolitani privilegiis agunt. XV. Accedit 10. quod si quem Romano *primatum* inter Patriarchas largiuntur, hunc omnem ab instituto humano, & dignitate Urbis imperantis, & prærogativâ Senioris Romæ, atque adeo ab Imperatorum Synodorumque constitutione, derivant unanimiter Græci. Docuerunt supra Canones Constantinopolit. & Chalcedon. & sanctio Justiniani. Accedunt Trullani *Canonibus* xxvi. & xxxviii. ac citati modo Auctores omnes; ac præter illos, apud ipsum Leonem Allatum, Macarius Ancyranus, Nilus Doxopatrius, Gabriel Philadelphensis, Georgius Coreffius, Græci reliqui, si non omnes certè plerique. Hæc scilicet *Græcorum consensio* est? 11. *Primatum* verò ἐξουσίας potestatis disertè restringit Canon Nicænus ad ἐπαρχίαν provinciam cujusque, ad jus *Metropolitani*, quo instar Romani gaudent & Alexandrinus, & Antiochenus, & *Ecclesiæ civitatum ampliorum*. Et ignorasse tùm Nicænos Patres, Exarchi Dicecesion, Patriarchæ, magis Patriarchæ totius Occidentis, maximè omnium, Patriarchæ universalis, aut Pontificis Oecumenici, recentiores & superbientes titulos, non hujus loci est demonstrare, & silentium testatur cùm horum tùm præcedentium Canonum. 12. *Habuerit* ergò semper Romana Ecclesia *primatum*, id est, potestatem, jurisdictionem, & quidem affirmantibus Nicænis! audi limites Nicænorum, ex consensione Orientalium. Ruffinus quidem, reddens Canonem, arctat intra *Ecclesiæ suburbicarias*; Vetus interpretes Latinus, intra *suburbicaria loca*, sive illa quæ *Præfecto Urbis*, ut Salmasius, Godofredus, sive quæ *Vicario urbis*, ut Blondellus quoque noster, subiacerent, de quo deinceps. Arabs Interpretes, restringit supra ad *loca que sunt circum Romam*; Arabs Paraphraustes, apud Salmasium, ex Bibliothecâ Nicolai Peirescii, *ad civitates & loca que propè Urbem sunt*. Reliqui Orientales paraphraستæ apud Ecchelensem, loco citato, ad *Regiones & Provincias illius* (Romani,) & *quicquid illis propinquum est*, vel, ut in Paraphrasî Josephi Ægyptii, *quicquid ei adjacet*. Aristenus, & Simeon Logotheta, in Epitom. Canonum, ad *loca τῶν Ρώμης, τῶν πόλιν*, quæ *subdita Roma, Urbis*. Harmenopolus, ad *οικίαν ἐπαρχίαν provinciam ipsi propriam*. Arsenius Monachus, in Synopsi Canonum, ad Episcopos τὰς τῶν ἐνορίων αὐτῶν, *qui intra terminos sunt dicecesion ipsius*. Zonaras, Balsamo, Nilus, Barlaamus, & Græcorum reliqui, ad *ἐσπερίας ἐπαρχίας*, sive ἐκκλησίας δουλκῆς, *provincias & Ecclesias Occidentales*, ut saltem aditu Orientis prohiberent. Tractatus penes nos Ms. de Primatu Ecclesiæ: *τὸ προτερον τῷ Πάπῃ ἐχθ' τὰς ἰδίας ὄρας, Primatus Papa suos habet proprios terminos*. Et mox recitato Canone vi. Nicæno; *ὁμοῦς ἐστι ἡ ἐκκλησία εἶναι χωριστὴ, ἢ οὐκ ἐστὶ τὰ ἑαυτῆς, ἢ ἐχθ' τὰ ἰδία προτερον, ἀλλ' ὡς εἶναι ὁ Πάπας κεφαλὴ; Videſne ut unaquæque Ecclesia separatim suos habet limites, sua quæque privilegia? quomodo igitur Papa Caput omnium fuerit? Sexcentis id genus res firmaretur testibus, si pateret modo Vaticana, aut recens Græcia adiretur. 13. *Primatum* illum Romana Ecclesia retulit Paschasinus, vel ad *Oecumenicum Pontificatum*, ἐξουσίαν universalem; vel ad *primatum honoris*, ordinis, inter Patriarchas cæteros; vel ad *primatum potestatis* in Episcopos & Ecclesias suburbicarias.*

Lib. v. C. VIII. L. VII. C. IX. L. II. C. IV. sub finem. Can. XXXVI. L. XII. C. XIII. Comm. in Can. III. Const. In eund. & Medit. de Patr. privileg. De Prim. Papæ L. I. & II. p. 17. 18. 29. De Papæ Princip. p. 115. In Syn. nosp. Can. Const. & Chalced. & in Can. xxxvi. Trull. In Epit. Canon. Const. & Chalced. Ep. ad Ruthenos. L. I. C. XIV. N. III. De Primatu Papæ, p. 104.

N. VI. P. 95.

Ibid. N. XXIV.

Non certè prius, eò licet quoque referre videatur Petrus de Marca, Dissert. de Primatibus: *Quare non quemlibet primatum Romana sedis asserunt Veteres, sed præcipuum primatum in Ecclesiâ universâ, & ut loquitur eleganter Pelagius I. Epist. ad Sapaudum, apicem primatûs à solis orsu ad occasum.* Nam ne sic quidem accepere Chalcedonenses, qui Constantino-positanum Romano (ubique tamen secuti, sic illi, *Sanctorum Patrum definitiones*) collateralem faciunt. Longè autem minùs Nicæni, qui quod habuit in suos Romanus, id ipsum & Alexandrino & Metropolitanis cæteris largiuntur. Sed nihil tale etiam vox ipsa primatûs sonat, nec genus aliud Primatum fuit in Ecclesiâ sublimius, quàm qui Patriarchæ dicebantur, fatente aliàs Parisiensi Præsule, eadem Dissertat. citato loco Hincmari: sed nec hi antè sæculum v. noti, ut suprâ Exarchos cœperunt eminere. Falsum præterea subesset verbis Canonis, *semper*, id est ab ipsis Ecclesiæ incunabilis, fuisse penes Episcopum Urbis Pontificatum Oecumenicum. Quando, ut mittamus reliqua innumera, toto ferè post Nicænos sæculo, negantur illi vel ab Africanis appellationum jura; Zosimo etiam non ad perpetuam istiusmodi consuetudinem, sed ad *Nicanorum* (scilicet! imò Sardicensium) Patrum *ψηφισμὸν Decretum*, de Episcoporum appellatione, ut sunt verba Commonitorii, provocante. Si verò de primatu honoris & ordinis intelligunt, inter Patriarchas reliquos, quamquam nec Patriarchalis dignitas nota Nicænis fuit, haud illi prærogativæ (ut dictum) intercedunt Græci, *Ἐξ τῆ βασιλείας ἢ τῆ μοναρχίας τιμῶν, ἢ ἢ πρὸς τῆ Ἀποστόλων κληρῶν ἢ παλαιὰ Ρώμῃ ἐκκεκόμετο, propter regni & monarchia honorem quo pridem, etiam antè Apostolorum ministerium, vetus Roma ornata, ut uno ore Græci. Rectè Meletius ex Archimandritâ Patriarcha Alexandr. Epist. Mf. ad Silvestrum Patriarcham, ex Bibl. Cl. Legeri: Ἔσω τις ὑπεροχῆ, ἀλλὰ οὐκ ἀπὸς ἀρχοντικῆ, ἢ κεφαλῆ. Esto quedam præeminentia, at non statim imperii illa, aut Capiti. Rursus; *Ἐπιτάτωσαν ὡς τινὶ δάιδεκα, (μαθηταὶ) εἰς ἐτέρη ὑπερεχίτω, εἰ δὲ δοκῆ ἢ εἰς ἀπάντων πρωτόδότην πάντως ὡς μαθητῆς ὑπερέχῃ μαθητῶ, ἢ ἢ μαθητῶν, ἐχθὲ δὲ ὡς διδάσκαλος. Ἀλλῆ γὰρ τάξις τε ἢ ἔξουσία ἢ ἀρχὴ διδασκαλίας πρὸς τὸς μαθητῶς ὅλης ἀμῶ, ἀλλῆ δὲ πρὸς ἀπῆλκας τῆ μαθητῶν. Sumo, verbi gratiâ, discipuli duodecim, aliter præcallat alteri, si etiam placet, unus habeat inter omnes primatum. Omnino ut discipulus præcellet discipulo, vel etiam discipuli, non verò ut Magister. Alia siquidem ratio, & dignitas, & potestas Magistri in ordine ad discipulos omnes conjunctim, alia ipsorum inter sese discipulorum. Quod ibidem simili membrorum aliorum aliis præcellentium illustrat, & ad Ecclesias applicat, inter quas sic *Ἐπιταξία ἐ ἐπιταξία* quædam est, ut solus Christus sit *ἐν τῆ οἰκίῃ ἀρχὴ ἢ κεφαλῆ, in proprio imperio Caput.* Primatus itaque hætenus honoris & ordinis, minimè imperii & potestatis, in ordine ad secundum, tertium, non in ordine ad inferiores, vel subditos. Et pueriliter, velut ex concessis *Hæreticorum & Schismaticorum*, argumentatur indè Abrah. Ecchellensis, ad hunc Canonem, pro Papæ suprematu: *Nam omnes fatentur, nemine ferè discrepante, Romanam sedem primam esse quoad Cathedram, ordinem sedium, sessionem, & enumerationem.* Si postremum voluit Paschasinus, videlicet Romani constantem primatum, in Ecclesias illi subjectas, etiam *ἔξουσίας πρωτεία*, (ut evictum suprâ, & jubent tum ipsius Canonis verba, scopus, nexus, tum occasio recitati à Paschasino Canonis) salva res erit, nec juvabitur iis verbis, minùs ex Orientalium consensione, Papæ ille suprematus. 14. Iterum, vel de uno eodemque genere primatûs agit Canon, Metropolitanico nempe, ut Romani, sic Alexandrini, Antiocheni; vel de diverso genere primatûs, Oecumenico in ordine ad Romanum, Me-**

Parte II. C. XIX. P. 174.

tropolitico vel Patriarchico in ordine ad reliquos. Si dicitur prius, nihil ille Canon pro Papali Monarchiâ; si posterius, ridiculi Patres, ridiculus nexus: *Ecclesia Romana semper habuit primatum*, id est, Pontificatum Oecumenicum, ergò & teneat similiter *Alexandrinum, Antiochenum, & Ecclesia civitatum ampliorum, quoniam talis est Romano Episcopo consuetudo.* Æquè ac si diceretur, v. g. Rex Galliæ semper habuit absolutissimum totâ Gallia imperium, ergò & teneat similiter in his & illis Galliæ partibus hic & ille Dux, Comes, quoniam hæc est Regi consuetudo. Quis non jam effusissimè rideat? Imò inferendum potius, ergò *non teneat primatum Alexandrinus, non Antiochenus!* ergò sunt Romano secundi, obnoxii, subditi! ergò non habeant *πάντων ἔξουσιαν ὀμνίους ποτεστας*, &c. 15. Denique, si vel maximè forent verba illa authentica, *ὅτι ἡ ἐκκλησία Ρώμης πάντοτε ἔχει τὰ πρωτεία*, vitium lectionis versionisque non malè observavit Claud. Salmasius. Legendum nempe non *πάντοτε, semper*, sed *πάντοτε*, id est, *eis πάντοτε τόπον, eis πάντοτε μέρη, in omnibus locis, in omnibus partibus*, suæ scilicet Provinciæ vel Dioceseôs. Probari videtur ea lectio. 1. Quia hoc ipsum est quod de Alexandrino dicitur, ad exemplum Romani, *πάντων ἔχῃ ἔξουσιαν, ὀμνίους ἔχει ἔξουσιαν.* 2. Quia sic reddiderunt antè Interpretes & Epitomatores Canonis, Rufinus, Simeon, Alexius, Arabes; præfici Romanum *ὀμνίους Ecclesiis suburbicariis, sive omnibus quæ sub Urbe, circum eam, vel propè eam, aut ut prisca Versio Vaticana, ὀμνίους suæ provinciæ.* 3. Quia jus hujusmodi non Metropolitanico modò, sed Metropolitanico superius, in Provinciis plures *semper* viguisse in Romanâ Ecclesiâ, id est, à primâ jam & Apostolicâ ætate, affirmare quàm demonstrare facilius. Nec eousque necesse est assurgere *τὰ ἀρχαία ἔθνη, antiquam consuetudinem*, ut infra suo loco.

XVI. Hinc mirari subit, Virum Illustrem Petrum de Marca, in iis quæ ad Romanum Episcopum attinent solito cordatiorem, interim primò suum addere calculum lemmati huic Canonis Sexti Nicæni, à Paschasino prolati, *Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum.* Quàm verò hoc lemma cum Canone ipso consentiat, modò visum. Secundò interpretatur quoque Primatum illum de principe loco dignitatis & potestatis, non jam in ordine ad *Regiones suburbicarias*, sed ad sedes *Patriarchales* reliquas, adeoque de jure *Relationis* ad Romanum Episcopum, faciendæ ab *Ecclesiâ universâ*, cum *prærogativa suffragii*, huic Episcopo deferendâ. Quum tamen ne Patriarchas quidem uorint Nicæni, sed Metropolitanos tantum, ut nec *διοικήσεις* sed *ἐπαρχίας*, sic *ἐπαρχίαν* Antiochenam, quas voces non confundendas esse rectissimè Valelius, Annotatis ad So-cratem. Minùs voluere Patres *imò illud Relationis*, qui lites omnes finiri in singulis *ἐπαρχίαις*, congregatis ad hoc Synodis, ex sententiâ Metropolitanani, expressissimè jubent. Nec Sardicenses Canones cum Nicænâ sanctione confundendos esse, viderunt jam olim & monuerunt Africani Patres, in Concilio Carthaginensi, ut pluribus alibi ostensum. Tertio, sustinet idem Præsul, quod *ad hunc Canonem Nicanum respexerit Novella Valentiniani III. sancientis Primatum Romanæ Ecclesiæ in universitatem Ecclesiarum*, notâ Constitutione A. cccxlv. Valentiniano A. vi. Conf. At respexisse ex vero, ex mente Patrum, & Canonis hujus Sexti mentem esse, quam exprimit ibidem Valentinianus, *Ne quid præter auctoritatem sedis Romana incitum præsumptio adtemperare nitatur*, quicquid tum forte persuaderet Imperatum Leo Episcopus, ne Illustrissimo ipsi Præsuli persuasum fuit. 4. Eò etiam trahit verba Socratis & Sozomeni, *nihil ἔστι τὸν γνῶσιμῶν ἔπισημῶν Ρώμης ἀσῆκε ἑπισκοπῆ Ρωμα-*

De Primatu, P. 110.

De Concord. Imp. L. v. C. XII. N. I. III. Dissert. de Primatu. N. VI.

Canon. IV. V. VII. VII.

In Secr. L. v. C. VIII. Canon. Nic. v.

Socr. L. II. C. VIII. & XVII. Soz. L. III. C. X.

ni decerni oportere ab Ecclesiis, & sic jubere *Canonem Ecclesiasticum, Legem Sacerdotalem*. Hinc Julium Romanum cum Orientalibus expostulasse, qui Concilium Antiochiæ coëgissent, re non ad se relatâ. *Querunt anxie*, inquit Parisiensis Præful, *quæ sit Canon ille Ecclesiasticus* Sed non est quod tantopere vexentur in re satis apertâ. *Is est Canon Nicænus VI. quo Primatus defertur Romano Episcopo præ cæteris Patriarchis*. Quam inconsideratè, quam *ἀσώτως*, si modò hæc ferio! Nam primò illud τὸ τῷ γρόμῳ gratis redditur de prerogativâ suffragii, seu de præviâ definitione, sententiâ, mandato, decreto Episcopi Romani. Imò γρόμῳ hic est suffragium simpliciter, notitia rei, assensus, consilium. Ut adeò definiri nihil oporteret in rebus quæ ad universalem Ecclesiam spectarent, nisi accedente consensu Episcopi Romani, Valefio ipso interprete. Nec Romani solius hoc privilegium fuit, sed Ecclesiarum omnium principum, tam in Occidente quàm in Oriente. Ac res ipsa loquitur, æquum fuisse ut referretur ad notitiam totius Ecclesie, ac vel imprimis quoque Romana, quod ad omnes attineret, haberetque vim Legis, aut cæteroquin ad Ecclesiæ totius spectaret emolumentum. Quod multis exemplis illustravit Blondellus noster, in Opere de Primatu Ecclesiæ. Sed nec Julius Romanus rem aliter intellexit, in suâ ad Orientales, quam inseruit Athanasius Apologiæ II. contra Arianos; Ἄγνοεῖτε ὅτι τὸτο εἶδος τῶν πρεσβυτέρων γράφεται ἡμῶν, ἃ ἕως ἔσθαι ἐπέλεξε τὰ δίκαια; An ignoratis hanc fuisse consuetudinem ut primò scribatur ad nos (ad Ecclesias, Romanam, Italicas, & Occidentales) atque ità hinc definiatur (nostrum omnium suffragio) quod justum fuerit? Et ipsam hanc consuetudinem, de mutuâ inter Ecclesias Orientis & Occidentis communicatione, in specie cum Romanâ Ecclesiâ, ut primâ Sede, vocat Julius paulo antè Canonem vel Regulam Ecclesiasticam. Prout consuetudinem inveteratam fuit, non scriptum videlicet, Juriconsulti vocant, quæ habeat vim Legis. Ac quicquid Socrates & Sozomenus de Canone Ecclesiastico qui jubeat referre ad Romanum, quasi absque ejus consensu in Ecclesiâ nihil decerni possit, ingenuè Henr. Valefius, id in Epistola Julii nusquam legi. Et consuetudinem, à Julio jure merito allegatam, Historicus uterque interpretatus est, de suo, legem aliquam scriptam, & ex Socrate quidem desumpsit Sozomenus, fatente rursùm Valefio. Nec ex postulabat Julius, quod se ad Synodum non invitassent Orientales Episcopi, Antiochiæ congregati, ut supponunt rursùm Socrates & Sozomenus, & ex iis Vir doctus: verùm quod Orientales acceptâ ipsius Epistolâ, quâ ad Synodum Romanam vocabantur, (hujus enim arbitrari ac judicio, ultropeâ submissione, Eusebiani ipsi rem omnem commiserant, ac ipse quoque Athanasius, cujus causa agebatur) Gregorium Athanasii loco ordinassent, huncque præcipiti judicio, non consultis arbitris, non Ecclesiis, Romanâ, Italicis, Occidentalibus, decretoriâ sententiâ damnassent. Sed de his pluribus Dav. Blondellus, in dicto Opere, Sectionibus aliquot. Ac precariò Petrus de Marca, rem satis apertam esse, quod Canon ille Ecclesiasticus utriusque Historici sit Canon Nicænus VI. Undè quæso? Quia eo Primatus defertur Romano Episcopo præ cæteris Patriarchis. At neque de Primatu potestatis vel jurisdictionis certat Julius, conquestus modò de negatâ sibi, & Italicis, & Occidentalibus, cognitione causæ, cujus delecti essent arbitri. Neque Sexto illo Canone quicquàm de tali Primatu Romani Episcopi, præ cæteris Patriarchis, vel de Relationis illo (quale vult Scriptor) jure; qui modò est de privilegiis Metropolitanæ Orientis, in ordine ad Ecclesias Metropolitanæ subjectas, pari cum Romanæ Metropolitanæ prerogativâ. Quâ de re deinceps adhuc pluribus. Sed

Ad Socrat. L. II. C. VII.

Valef. ex Fernand. do, ibid.

C. XIV. Sect. XI. p. 68. 78.

Valef. ad Socrat. L. II. C. XVII.

In Sozom. L. III. C. I.

Ath. Apol. II. T. I. Valef. loco cit.

demus tandem Illustriss. Præfuli, peccatum fuisse ab Orientalibus in Nicænos Canones, idque vel Julium voluisse, vel Historicum utrumque! Non profectò in eo constitit peccati ratio qualem fingit Vir doctus. Verum in eo quod, neglectâ cum Occidentalibus communionem, ac communicationem rei tantæ, violassent τὰ ἀρχαῖα εἶδη antiquam consuetudinem, quam obtinere vult Canon Sextus, in iis quæ ad ordinem ac disciplinam attinerent: tum, quod homines Arianismo infectos, & hoc nomine gradu suo motos ab Alexandro, & Ofio Cordub. nempe καρπώνῳ quendam & Pistum, commendassent, cum iis etiam communionem habitâ: tum denique, quod fidem Nicænam non quidem reprehendissent in re ullâ, ἐδὲν τῶν ἐν Νικαίᾳ μεμψόμενοι, (hinc & Orthodoxi à Julio Romano & ab Hilario Pictaviensi Jul. Ehabiti,) sed tamen novâ quâdam expositione vel formulâ interpolasse viderentur, μετῴπιστες τῷ πιστῷ, & ita Socrates, quem sequitur Sozomenus. Ac cum hujus tum illius, in hac omni causâ, errores Socratis perstringit Valefius, ad Socratis Librum II. Capite XI. & aliquot sequentibus.

XVII. Sed insuper excipi duo cum primis posse videntur, ad ea quæ superius disputata. I. Sensem editionis Paschasini planissimum esse ex præscâ versione Latinâ, eruditorum multis pridem commendatâ, Dionysianâ, vetustiori, utpotè cujus meminit Dionysius, quæque typis Parisinis descripta est, ex octingentorum annorum Codice Bibliothecæ Christ. Justelli. Sic autem habet Inscriptio quidem Canonis: De primatu Ecclesiæ Romana, vel aliarum civitatum Episcopis. Verba ipsa Canonis: Antiqui moris est ut urbis Romæ Episcopus habeat principatum, ut suburbicaria loca, & omnem provinciam suâ sollicitudine gubernet, &c. Vide Canonem cum initio hujus Dissertat. expressum. Hic, inquit, Romanus principatus in arce collocatur, & longè quàm antè significantius! II. Nec minùs planum esse sensum ex verbis ejusdem Paschasini, Legati Romani, in eodem Concilio Chalcedonensi, ubi explicaturus mandatum Leonis Papæ, de excludendo Dioscoro Alexandrino: Beatissimi (inquit) atque Apostolici viri Papæ urbis Romæ, quæ est Caput omnium Ecclesiarum, præcepta habemus præ manibus, &c. Et ipsi Judices pronunciant Actione XVI. Perpendimus omnem quidem Primatum, & honorem præcipuum, secundum Canones, antiquæ Romanæ amantissimo Dei Archiepiscopo deberi. En quid sit, habuisse semper primatum! hoc est, fuisse semper Caput omnium Ecclesiarum, & quidem secundum Canones.

XVIII. Quantum ad Versionem illam præscam, (cujus Ms. aliud exemplar in Vaticanâ est) gratulamur sanè nobis factam illius tandem esse copiam, cujus multis imposuit auctoritas. Hinc celebrata ipsi quoque Sirmondo, in Censurâ de Regionibus Suburbic. & Petro de Marca Libro III. de Concordiâ C. III. in nostris Christophoro Justello, Sam. Petito, Dav. Blondello, Cl. Salmasio, Eruditis aliis, ac nuper Guil. Voello editori, in Præfatione ad Lect. Quâ verò diligenter à nobis inspectâ, & collatâ, reperimus pro thesauro carbonem. Paucis igitur observamus. I. Translationem illam Canonis, utut fortè commendandam ab ætate, non tamen commendari à singularitate, quâ recedit mirum quantum, & ab authentico, & à translationibus reliquis. II. Suspectam esse hoc Canone fidem Interpretis non uno modo. I. Vel titulo ipso, De primatu Ecclesiæ Romana, quasi verò id imprimis istic ageretur: imò verò, ut authenticus docet, & occasio Canonis, de primatu Alexandrinæ Ecclesiæ, & Metropolitanæ cujuscunque. Quid istud etiam, vel aliarum Civitatum Episcopis, pro, & quarundam Civitatum, aut certè, Ecclesiarum Metropolitanarum privilegiis? Scio Doctiss. Pe-

Socr. L. II. C. X. Athan. Apol. II. inir. Hil. de Syvarios perstringit Valefius, ad Socratis Librum II. nod. adv. Arian. P. 296.

Ath. i. T. II. Concil.

Var. Lect. L. III. p. 100.

Dist. xxv.

Epist. de Region. & Eccl. suburb. p. m. 61.

Præf. ad Lect. p. 176. T. I. Bibl. Juris Can.

Epist. Præf. Collect. Can.

titum aliter interpungere, hunc in modum, *De Primatu Ecclesie Romanae, & aliarum Civitatum*; ut Canon ipse habeat, *Episcopis antiqui moris est, ut Urbis Roma Episcopus &c.* Sed facit pro more suo Vir optimus, audacior quandoque in conjectando, & infelicior. Nemo enim non videt illud *Antiqui moris* exordium esse Canonis, ut in authentico, & in Versionibus reliquis. Et quid illud? *Episcopis antiqui moris est, ut Urbis Roma Episcopus habeat principatum, nempe in suburbicaria loca?* 2. Unde si fingendus titulus fuit, qui nullus erat in authentico, melius Dionysius Exiguus; *De privilegiis quae quibusdam Civitatibus competunt.* Gratianus; *Unicuique Ecclesie proprius honor observetur.* Graeci; *de Patriarcharum & Metropolitanorum honore, ordine, privilegiis.* 3. In ipso Canone, quod editio Paschagini, quod Codices omnes legunt, & servant Versiones Orientalium, nempe, *Quoniam haec est Romano consuetudo, vel parilis mos,* omisit iste, quisquis ille sit, & aliud supposuit. 4. Omnia transponit, orsus à Romano Episcopo, quando ordiendum ab Alexandrino fuisset, & ordiri Codices omnes supra visum. Meminit tamen post Romanum etiam Alexandrini, quod negaverat Illustris Salmasius; *Nusquam* (inquit) *Alexandrini Episcopi meminit, aut ejus Diocesis*: falsus allegatione Sirmondi, qui priora tantum Canonis produxerat. 5. Compilatorem agit, eodem Canone, & rhapsodum; mutuatus exordium illud quidem, *de Romana Ecclesie principatu sive primatu*, ab editione Paschagini, in Actis Chalcedonensium; loca autem *suburbicaria*, ab expositione Ruffini; de suo addens, & *omnem provinciam*, scil. suâ sollicitudine gubernet. 6. Quod de Alexandrino dicitur, ut omnium habeat *ecclesiarum potestatem*, (reddente & sic Dionysio Exiguo) quem admodum habet Romanus Episcopus, reddidit hic Interpres, omnium *sollicitudinem*: quæ non semper coincidunt. 7. Paraphrastem ulterius agit, hinc voces: *Serventur privilegia propria, Ecclesiis metropolitanis.* Quamquam ne hæc quidem malè! 8. Quæ sequuntur, in eodem Canone Sexto, *μηδὲ κόγχης ἀξία.* Authenticus; *εἰ τις χωρὶς γνῶμης ἑ μητροπολιτικῆς μόνου τοῦ ἐπίσκοπος.* Iste; *si quis sine arbitrio ejus qui est in metropoli constituerit Episcopum hunc*, pessimè & corruptissime. Mox, *si communi omnium rationabili*, omisium, suffragio vel decreto. Appenditur tandem initium Canonis VII. ut clausula Canonis VI. quem sic terminat, *quia consuetudo obtinuit, & traditio antiqua apud Hierosolimam.* Appositè! III. Sed & hunc extrâ Canonem versio tota, cum Canonum Nicænorum, tum reliquorum, non modo vel Editorum judicio, *depravata, corrupta, confusa, mutila*, sed & tota quanta scatens barbarismis; acurologiis, dictis obscurè, imperitè, otiosè, barbarè, ridiculè, in contumeliam Prisciani, & illius, quo adornatâ dicitur, ævi. Talia etiam persæpè quæ non *amanuensis* soli, ut vellent Editores, sed ipsi omninò Interpreti adscribenda. Et tantum abest ut Græcè calluerit, collato authentico, ut ne Latinè quidem satis; cujus rei tot argumenta ferè quot Canones, fidemque abundè Lectori faciet inspectio. IV. Versio illa vel est antiquior Dionysianâ, eademque cujus meminit Dionysius; *Præf. ad Stephanum Codici Canonum Ecclesiasticorum præmissâ*, vel recentior. Si antiquior est, cur non secutus in pluribus Dionysius, saltem in titulis Canonum, & in hujus Canonis exordio? Nisi primò, quia non responderat istud Canonis scopo & argumento; secundò, quia *Conciliorum veritas ab ipsis querenda, quorum lingua edita sunt*, ut monuit Canonum Collector Ilidorus. Cur etiam in primâ editione versionis Dionysianæ Anno hujus Sæc. XXI. III. ex Bibl. Christ. Justelli, in quâ asservabatur & prisca illa, vocatur hæc Dionysiana omnium, quæ

Latine extant, *Juris Canonici antiquissimum monumentum.* Sit etiam hodierna illa, de quâ nunc agimus, eadem cum prisca Translatione, tantam hujus *confusionem* fuisse refert Dionysius, ut *offenderet Viros graves, hinc assiduâ cohortatione ipsi impellerent, ut de Græco transferret.* Si verò hæc, quæ hodie vulgatur, alia est à prisca, ac Dionysianâ recentior, saltem (quod verisimile) prior quidem sed mirè interpolata, depravataque, ut suadent omnia, & barbarissimi sequioris ævi, potior nobis illa sit quæ ex Græco expressa, quæ integra hodieque est, quæque *nulla exquiri potest exactior atque fidelior*, teste Purpuratorum principe Baronio. Quamquam me non fugit, Petrum de Marca, & post eum Stephanum Baluzium, Viros omnem Ecclesie Antiquitatem cimentos, velle Collectionem eam priscam, quæ ex Codice Justelli edita fuit, & ex quâ hic Canon desumptus, eam ipsam esse quæ *anterior fuerit Concilio Chalcedonensi, post Concilium verò novam Collectionem auctoritate Leonis Papa consecratam esse*, cujus Mss. Exemplaria duo extent in Bibliothecâ Monasterii Rivipullensis, apud Catalaunos. Sed istorum quis fidem præstabit? V. Auctor etiam vel interpolator, quisquis ille, præterquam infelicitatem & ætatem prodit, Latinus idem, Romano obnoxius; hinc neglecto authentico, verba Legatorum in Chalcedonensi interpolavit, faventia Romano in speciem, sed in speciem tantum. Sed & titulum definitioni Nicænæ alienum præmisit, de *Romani scil. primatu*. VI. Imò verò destruit hæc reverà versio Papalem Monarchiam, ac vidit inter cæteros Leo Allatius, qui in *urbicaria loca* mirè stomachatur, ut de quibus nihil in verbis Nicænorum. *Principatum Romano hæc Translatio tribuit, aut 1. Ut fuerit antiqui moris, facti, consuetudinis; planè uti Alexandrini primatus in Ægypto, Libyâ, Pentapoli, dicitur esse antiqui moris, minime divini juris.* Principatus qualis sit, & quibus in locis explicat, *ut suburbicaria loca & omnem Provinciam suâ sollicitudine gubernet.* Ità confirmatur versio Ruffini de *suburbicariis Ecclesiis*, quæ eadem hoc loco sunt cum *suburbicariis Locis, sive Regionibus*, negantibus licet Adversariis. Non ergo Papæ principatus ultra suburbicarias regiones, quæ quales sint, Salmasius, Blondellis, Godofredis, ex ejus ævi scriptis demonstratum, & paucis nos infra. Adde, aliud *omnem Provinciam* suburbicariam subjectam Romani sollicitudini, aliud *totum Orbem*, vel ut Sirmondus veller, & quoque *Valesius, totum Occidentem*, Cens. de qualem censent per *suburbicarias Ecclesias* à Ruffino Region. designari. Atqui est Occidens, imò Orbis universus plusquam *Provincia*; & plusquam *suburbicaria loca*, intra quos limites coercetur hæc versio *Romani principatus*. VII. Accedit, nihil hic Romano tribui, quod non antè in lectione Paschagini. *Æ. L. III. quipollent, habuisse Romam primatum, & habuisse principatum.* Patet, vel ex hoc ipso Interprete, qui quem in titulo dixit *Romanæ Ecclesie primatum*, mox in textu vocat *principatum*. Et quemadmodum intellexit eâ voce Paschalinus (ut supra) *N. XIV. jus Archiepiscopale, seu Metropolitanum Romani in Dicecesi suâ, ita vetus Interpres, jus regiminis & sollicitudinis in suburbicariis locis, & omni provincia, ἐν τοῖς ἐκτὸς πόλιν, ἢ ἐν τῇ πόλιν.* VIII. Quatenus id, *de Romana Ecclesie principatu*, verum sit ex mente Nicænorum Patrum, & circâ hanc Græcorum atque Orientalium, ex parte visum fuit. Explicant rursus Chalcedonenses, paulò post recitationem Nicæni Canonis: *Perpendimus omnem quidem Actione primatum & honorem præcipuum, secundum Canones, antiqua Roma Deo amantissimo Archiepiscopo conservari.* Græcè, conservari τὰ πρωτεία ἢ τὴν ἐξαιρέσιον τιμὴν. Quæ verba Parisinus Præsul gratis trahit ad suum *in Relationis, & prærogativam suffragii*, tantamquam

Bar. ad A. CCCXXXV N. CXXIII T. III.

De Marca, L. III. C. III. cum Ad. dir. Balz. zii.

Cens. de Region. & Eccl. suburb. Vales. Observ. ad Socr. L. III. C. VII.

N. XIV.

XVI.

quàm uni Romano à primis temporibus, præ cæteris Patriarchis, competentem. Sed plana mens Patrum. *Honoris primatum* Romano deferunt, (qualem primo Præfidi deferrent cæteri Senatûs Principes), non universalem Monarchatum; nec illi ut Pontifici Oecumenico, sed ut *Archiepiscopo*, quo & titulo Alexandrinum atque Antiochenum ornant; & quidem ut Archiepiscopo *veteris Romæ*, pro urbis & sedis dignitate ac prærogativâ; ita tamen (sicuti mox subjiciunt, in eadem oratione) ut *sanctissimus Archiepiscopus Regia Constantinopolis nova Roma eisdem primatibus honoris & ipse dignus sit*. Jactent nunc ex his consensionem Chalcedonensium, & ex Canone eorundem xxviii. fusè contrâ exceptiunculas à Doctis vindicatio! IX. Denique frustra urgetur vox *principatus, principis*, quæ ambiciosius usurpata appellatio interdicta Carthaginensibus fuit, Canone Afric. xxxix. Imò communiter ex usu Veterum coincidere hæc cum vocibus *primatus, & primus*, vel *præcipuus*; nihil esse hoc sensu frequentius, sive apud profanos, sive apud Ecclesiasticos, sive apud Legum scriptores; *Principatum Romana* Ecclesiæ tribui, ut alibi *ἡ πρώτη, πρεσβεία τῆς ἡμῶν, ἡ ἐξαιρετικὴ ἡμῶν*, prærogativa *ordinis, honoris, sessionis, dignitatis*, at non illicò Monarchicæ vel Oecumenicæ; *Imperii & imperii*, nec Petro Apostolo, nec Romanæ sedi, vel Patres vel Canones adscripsisse unquam *principatum*, minùs ex praxi veteris Ecclesiæ rem ipsam, seu exercitium illius principatus, intelligi; frequenter verò, ut honoris vox est, excellentiæ, præfidentis, dignitatis, efferi eandem vocem de aliis quoque, in Ecclesiasticis monumentis; nec minùs laxam esse vocem *principatus, principis*, quam alibi *κεφαλῆς* illæ, *ἐξουχῆς, κεφαλῆς, σὺλῶς, πρεσβεία, ἀρχηγῆ*, & similes; denique à *principatu* Romanæ Ecclesiæ inter alias sedes non sequi ad principatum *Universalem; Oecumenicum*, totâ Christianâ Ecclesiâ à Pelagio II. & Gregorio I. proscripsum, &c. Hæc (inquam) à summis Theologis, Virisque qui tenuere in Ecclesiasticâ antiquitate *principatum*, Casaubonis, Justellis, Chamieris, Blondellis, Salmasii, Forbelsii, aliis, ita sunt demonstrata, ut recalcitrare verbis quidem non rationibus detur.

XIX. Hinc facilis alteram ad Exceptionem Responsio. I. Argumentum à verbis Legati Pontificii, in causâ Pontificis, minime stringit. Proccedit siquidem à testimonio domestico, improbatore jure Civili & Canonico. Justinianus Imper. *Etiâ jure civili domestici testimonii fides improbatore*. Africani, in Conc. Carthagini A. C. ccccix. recipiant *testes quos quis de suâ domo produxerit*. Leo & Constantinus Augusti: *ὁ δὲ δὲ ἡμῶν ἐπιμαρτυρεῖ, Servus non testatur*. Sexcenta id genus, *ἀπὸ οικιακῆς πρεσβείας*. II. Quæ ratione Romana Ecclesiâ quondam omnium *prima, eadem & omnium Caput*. Nec plus infert vox *capitis*, quàm modò vox *primatus*; scil. Christianæ tum Ecclesiæ partem primam & honorationem tum Ecclesiæ veteribus est *caput*. O. *Quomodo Antiochia* veteribus est *caput*. O. *riensis*, *τῆς ἐκκλησίας κεφαλῆς*, urbs prima scilicet & præcipua, non domina. Quo sensu & præcellentibus donis sunt Apostolo *κεφαλῆς, capita*. Sic Petrus *κεφαλῆς τῆς ἐκκλησίας*, *caput Apostolorum*, id est *πρῶτος, primus*, *Matthæi x. 2*. Sed id ipsum quoque dicitur & Paulus, ab ipso Gregorio Romano nuncupatus *Caput Nationum, obtinens totius Ecclesiæ principatum*. Sic *Capita* Scholæ, Officiorum, Collegiorum, Senatûs, pro primis vel primoribus, de quo Critici plura. Parisienses nuper, ad Breve Alexandri VII. contrâ Censuras Sorbonæ: *Concedimus Papam tanquàm primum inter Episcopos esse Caput Ecclesiæ*. Ibidemque vocant *præminentiam & gradum honoris*. III. Nec alio profectò sensu admittere Legatorum hæc verba Chalcedonenses, quàm eo

quem exhibet Canon xxviii. & enunciatum illud Patrum, de quo lemme præcedente. IV. Imprimis verò *Caput* Ecclesiarum Romana, quia caput urbium vetus Roma, *διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν*, ut disertè Chalcedonenses, adeoque ab urbis dignitate, non à Christi institutione, sequente in his *politicum* ordinem *Ecclesiastico*. Nec aliunde Concil. Aquilejense, Epist. ad Gratianum; vocat Romanam Eccles. *totius orbis Romani Caput*. V. Quod Legati hi affirmant de Romanâ sede, Græci idem de Constantinopolitana. Justinianus: *Constantinopolitana Ecclesia omnium aliarum est Caput*. Repetit Photius in Nomocanone; *ὅτι πᾶσῶν τῶν ἐκκλησιῶν κεφαλὴ ἐστὶν ἡ κωνσταντινούπολις*. Similiter & Balsamon in Paratitlis, & Græci passim. Sic Leo & Zeno Augusti vocant Constantinopolitanam Eccles. *matrem nostram Patris, & Christianorum Orthodoxæ religionis omnium*. Hinc & Constantinopolitanus jam olim à Justiniano insignitus, & à Concilio Constantin. III. *οἰκουμενικός Πατριάρχης, Patriarcha æcumenicus*, quem in S. Eccl. hunc usque diem titulum gessit. VI. Num verò, si Roma Ecclesiarum Caput, affirmante Paschasino, eo Romanus Episcopus fuerit Pontifex æcumenicus, & Monarcha universalis? At nequidem id voluit, toto post sesquicæculo, Gregorius Romanus, damnato hoc Antichristiano titulo. VII. *Capitis* nomen vel *potestatis* est, *dominii*, vel *ordinis & honoris* tantum. Si prius, nequidem Roma tum Ecclesiarum omnium caput in Occidente fuit. Hinc in Gallicanâ Ecclesiâ *præter Regiam nulla auctoritas fuit que superior esset Metropolitanis Galliarum*. Et Leonis I. ac Hilarii Arelatenis nota concertatio, quicquid in prioris gratiam rescriberet Valentinianus Imp. Ne præter Galliarum Ecclesias, dicamus Britannicas, Hispanicas, Africanas, alias, imò vel in Italiâ Mediolanensem, Aquilejensem, Ravennatensem, quas Romanæ haud fuisse adhuc tum obnoxias, Viris summis, Salmasii, Blondellis, Usteriis, aliisque prolixè ostensum, *Gallicanæ etiam Libertatis* assertoribus bene multis. Longè mirus Romano obnoxius *Oriens*, cujus jam verè Constantinopolis caput, vel ex Chalcedonensium constitutione. VIII. Adde, Leone Romano per Martianum Imperatorem Præfide Concilii constituto; & ultrò à Patribus in Legatis ejus admisso, potuisse vel hoc solo Romanam Ecclesiam, cui præerat Leo, dici *caput omnium Ecclesiarum*, quæ tum in Concilium Ecclesiæ coiverant. Quamquam nec solus Præfides Leo, nam & *Anatolius* Constantinop. dicitur *Præfides* IV. *Synodi*, ut Acta docent, & affirmat Tharasius Patr. in Actis Nicænæ Synodi II. Hinc & sine Leone, imò invito Leone, & frustra repugnante, scribunt Patres, se omnino *κνωσασθῆς, βεβαιώσασθῆς, ἐξισασθῆς*, *sanxisse, confirmasse, decrevisse*, quod habetur Canon xxviii. IX. *Caput Ecclesiarum*, sensu dominandi, verè autem fuit Martianus Augustus, Concilii & solus Convocator, & Orator primus, & Moderator summus. Qualem etiam Legati Pontificii passim agnoscunt, in Actionibus Concilii, & Leo ipse supplicibus ad Imp. literis, Concilium deprecatus, sed frustra. Quomodo & Zacharias Papa, quâdam ad Pipinum Epistolâ, vocat eundem *Caput & fundamentum omnium Christianorum*, quem locum Viri in Galliâ eruditi pridem observarunt, ut fidem facerent; *Regem esse caput Ecclesiæ*. X. Adde, de Nicænorum mente & verbis esse hoc loco controversiam: de consensu itidem Orientalium, in Nicænorum hujusmodi mentem. Vel hos vel illos statuere Romanam *omnium Ecclesiarum Caput*, seu Dominam, affirmabitur unde? Postremum hoc ex Nicænis ipsis, post etiam ex Constantinopolitanis & Chalcedonensibus, respuunt uno ore Græci, antè indignitati ex parte. XI. Non etiam Ecclesiæ facies & praxis tempore Chalcedonensium, satis de-

Cod. de Test. l. 3. l. iv. t. xx. In Can. Afric. Can. cxxxix. Eclog. de test. l. xv.

Chyfof. rom. Homil. v. ad Antioch. i Cor. III. 21.

Advised Gens du Roy, 6. Avr. 1665.

Codic. de Sacrof. Eccl. l. 24. Tit. I. C. v. Ex l. i. Cod. T. II. l. 24. Codic. de l. 16. Action. T. II. Concil.

De Marca de Conc. l. vi. C. xix.

Action. T. III. Conc. Relat. in Act. Chalc.

clarat illam faciem quæ tempore Nicænorum fuit. Interea crevere & Constantinopolitani in Oriente, & Romani in Occidente jura. Interea Metropolitanum jus in Patriarchicum verſum; natæ Exarchorum, Archiepiscoporum, Patriarcharum dignitates; & Romanus eo ambitioſius primatum affectare, quo magis Constantinopolitani æmulatione teneretur. Sic & Alexandrini in Diœceſi ſua, & Antiocheni in illâ Orientis, pomœria extenſa. Et quum, exempli cauſâ, Nicænorum ætate, ex hoc ipſo Canone, unus eſſet in Ægypto Lybiâ & Pentapoli Metropolitanus, Alexandrinus nempe, poſtea Ephefini Concilii tempore, decem ſub Alexandrino leguntur *Metropolitani*; Igitur & *ina Sanctitas, ſumptis ſecum decem reverendiſſimis Metropolitanis, &c.* ut ſcribunt ad Dioſcorum Alexandrinum Theodoſius & Valentinianus A. A. Sed ad alia jam Canonis interpretamenta, ex ſententiâ Viri docti, proponendum nobis eſt tandem.

In Actis Chalced. Act. I.

XX. Igitur nihil mutilationis paſſum eſſe illuſtriſſimi Canonis exordium, nihil etiam ejus ſupplemento juvari cauſam Oecumenici Pontificatûs, docuit ſuperior, vel ex *Orientalium* veterum ac recentiorum *conſenſione*, diſputatio. Pergit hujus Author Conſenſionis varias de Canonis ſenſu conjecturas recenſere, partim *faventes* cauſæ ſuæ, partim *adverſantes*, nullo interim notato discrimine, nullâ vel probatâ vel reprobâtâ. Præcedit illa Baronii, Bellarmini, Gretſeri, aliorum, germanum hunc, ſcilicet! ſenſum elicientium: *Episcopum Alexandrinum Eccleſiarum qua ſunt in Ægypto habere poteſtatem*; quoniam ſic moris fuit Epifcopo Romano illi concedere; ſive quoniam Romanus Epifcopus conſuevit per Alexandrinum Epifcopum alias Provincias gubernare. Et hanc germanam eſſe Canonis interpretationem, probant ex Gelafio Papâ, tres enumerante, ab ipſo Petro Apoſtolo, vel Petri nomine, inſtitutas ſedes, Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam; quas tradit ſedes eſſe Petri illi ſubjectus, præcipuam verò eſſe Romanam. Hæc Vir doctus. Quam ſanè vel probat ille interpretationem, vel reprobat. Si reprobat, intelligit jam vanitatem effugiorum, quæ, in hoc & ſimilibus caſibus, familiaria Baronio, Bellarmino, aliis & *δοξολογ*, & quidem in re omnium graviffimâ, ubi de ſententiâ Eccleſiæ Univerſalis latâ in auguſtiſſimo Conciliorum. Si omninò, ut videtur, probat, quo minus vel Orientales, vel haud ignobilis pars Latinorum, concedant in hujusmodi interpretationem, ſequentia intercedunt.

C. XII. N. III.

XXI. I. Vim facit verbis Canonis apertam illam & publicam;

Fit via vi, rumpuntque aditus.

Canon; quoniam & Romano Epifcopo *parilis mos eſt*, vel *ſimiliuſque conſuetudo*, vel *idem in uſu*, ut vertit Vir doctus. Gloſſa; quoniam *ſic moris fuit Epifcopo Romano illi concedere*, ſcil. Alexandrino; aut, quoniam Epifcopus Romanus *conſuevit per Alexandrinum Epifcopum alias Provincias gubernare*. Ubi (1) Canon, de præſenti Romani conſuetudine, quoniam *ſic moris eſt Romano*; Gloſſa, de præteritâ conſtitutione, quoniam *ſic moris fuit*, ſic viſum olim Romano, antè omnem Conciliorum definitionem. (2) Canon, de Romani apud ſuos *conſuetudine*; Gloſſa, de Romani apud alios *conſtitutione, conſeſſione, permiſſione*. (3) Canon, quoniam Romano *idem conſuetum, idem in uſu*, jus idem in ſua *ἐπαρχία*. Gloſſa, quoniam *hoc ipſum conſuevit concedere* in Alexandrini *ἐπαρχία* ſeu provinciâ, quæ ſanè longè ſunt diverſiſſima. (4) Canon, de præſenti Epifcopo Romano, hujusque in ſua Diœceſi vel Provinciâ poteſtate; Gloſſa, de Petro Epifcopo concedente talem poteſtatem Alexandrino. (5) Canon, de poteſtate Alexandrini in Eccleſiis ſibi obnoxiiis, argumento à *ſimili*; Gloſſa, de poteſtate Romani, qui *conſue-*

viſet per Alexandrinum Epifcopum (ut Vicarium) *Eccleſias ita gubernare*, totâ hac oratione additâ Canonis, ac per vim illatâ. Quod ſi impune licet, nihil non fateor, extorquebitur Nicænis, totique choro Antiquitatis. II. Quod ſi ea fuiſſet mens Canonis, nunquam certè loqui valuiſſent Patres vel *ambiguè magis, vel obſcurè*. Et quidni illi, quæſo, procul omni æquivocatione ac verborum inſidiis? Alexandrinus Epifcopus horum omnium habeat poteſtatem, *quoniam eam accepit à Petro, vel, quoniam placuit Petro huic illi concedere*. III. Originem hujus *ἐξουσία, poteſtatis Metropolitanæ* in Alexandrino, jam antè indicarunt Patres, ſcil. ab *antiquo more, antiquâ conſuetudine*; quæ nempe Eccleſiarum ſecuta dignitatem, id permiſerat juris Alexandrinæ ſedis Epifcopo. Non igitur ab inſtitutione Petri, aut à conſeſſione Romani Epifcopi. Imò & hujus primatus, jura, privilegia, ſimiliter dicuntur eſſe *moris, conſuetudinis*, *ἐπὶ δὲ τῷ ἐν τῇ Ρώμῃ ἐπιſτοπῶ τῷ τῶν ἐπιſτοπῶν ἐπιſτοπῶν*. Unde Verſio priſca, ſuperius expenſa: *Antiqui moris eſt, ut urbs Roma Epifcopus habeat principatum, ut ſuburbicaria loca &c.* planè ut de Alexandrino enunciatur. IV. Si quid deſiderant verba illa ſupplementi, *Quoniam & Romano parilis mos eſt*, haud ſanè aliud erit, quàm hoc ipſum *ἐν τῇ οὐκείῃ ἐπαρχίᾳ, in ſua provincia*, vel *ἐν τοῖς ὑπὸ πόλιν, in Eccleſiis qua ſub urbe*. Et ſupplet diſertiffimis verbis, Verſio priſca Latina, Arabs Interpres, Rufinus, Alexius Ariſtenus, Simeon Logotheta, Arſenius Monachus, Conſtant. Harmenopolus, &c. ſuprà citati. Et poſtulant ſequentia, ut ſervent ſibi ſua ſimiliter privilegia, in *ſuis quoque Provinciis*, Antiochia, & Eccleſiæ Civitatum ampliorum. V. Hinc patet, argumentum eſſe à *pari*, vel *aquali*. Huic Metropolitanano, puta Romano, id quoque juris eſt, ergò eodem porro gaudeat Alexandrinus, eodem Antiochenus, quod jam ab antiquâ conſuetudine habuere. De quo mox pluribus contrâ Doctiſſ. Valeſium. VI. Quæ ſupplet Gloſſa de Alexandrino, ſubaudienda pariter de Antiocheno fuerint, cæteriſque vel Patriarchis vel Metropolitanis: *Quoniam Romanus conſuevit per eos alias Eccleſias gubernare*. Atqui precariò omnia, & verba & res ipſa. Et ſic Patriarchæ mutantur in Miniſtros Romanæ ſedis, Patriarchatus in Vicariatus, *ἐξουσία* hoc loco in *ἀρτυρία*, poteſtas *propria* in *delegatam*. Ita Patriarcharum nomen & dignitas cæteriſ illis *derogatur*, reluctante diſertiffimis verbis Gregorio I. & eum antè Pelagio II. ſi Pelagii eſt, Epifſola VIII. ad Constantinopolitanos Epifcopos. Ita fit Papa Romanus Patriarcha *univerſalis*, appellatione (eodem teſte Gregorio in Epifſolis paſſim) *ſuperbâ, ſuperſticioſâ, faſtuoſâ, improbâ, Diabolicâ, blaſphemâ, ſulſâ, &c.* Ita inſtractos Nicæni Canonis Constantinopolitani, Chalecedonenſes, Trullani, Romano deferentes nonniſ *primatum* ordinis, ſeſſionis, honoris, de quo prolixè ſuprà. Ita diſſentiunt jam *Græci & Orientales* in univerſum omnes: his ipſis *eum Patriarchas per omnia eſſe aqualis poteſtate, & prorsus independentes*, ex hoc ipſo etiam Canone Nicæno, infra docemus.

N. XV.

Epif. L. IV. Epif. XXXVI.

N. XIV.

XXII. En verò, ut ſibi conſent Adverſarii! Modò referunt verba (*Quoniam ſic fuit moris Romano Epifcopo*) ad Petrum Apoſtolum, per Marcum largientem Alexandrino primatum; modò ad Epifcopum Romanum quemvis, Eccleſias Ægypti, Lybiæ, Pentapolis per Alexandrinum ſolitum gubernare. Prius Baronii eſt, poſterius Bellarmini: Perronius aliter: *Quoniam Romano hac eſt conſuetudo, eis πάσαν ἐκκληſίαν, in univerſam Eccleſiam*, additamento & precario, & minime cohærente, & ab aliis excuſſo. Barth. Carranza, ex vetuſto Codice: *Quoniam Metropolitanus talis eſt conſuetudo*. Gloſſa Decreti: *Quoniam Romano, dic Constantinopolitano; ſic ponitur* XXIV. q. 11. c. *Sane proferunt*. Alii rectius, & in iis in-

Repl. ad Jacob. C. XXXII. In Summâ Concil. Ad C. Mos An. tiq. Diſt. LXV.

frâ

C. XII. N. IV. Observ. ad Socr. L. III. C. VIII.

frā Vir doctus, Quoniam Romano hæc est consuetudo, nempe, in sua Diacefi, ut habeat in eā solus potestatem. Henr. Valeſius, Episcopum Romanum proprii quasi normam reliquorum Patriarchatum. Joh. Lannoius contra, Libro de rectā Interpret. hujus Canonis, refutandus hinc Valeſio, hic nihil esse quod Patriarchis vultus & proprii convenit, sed de jure Metropolitanis agi, ut in Ecclesia Romanā, sic in Alexandrinā &c. Alii aliter, adeo difficile hoc loco effugium intellexerunt.

Can. XIVIII.

XXIII. Sed quid fuit opus hac Concilii definitione in causā Alexandrini? si hujus jus dependens à Romano Episcopo fuit; si etiam ex Petri institutione illud, firmatā perpetuā praxi. Miscuisset sanè imprimis Romanus Concilium querulis vocibus, de invasione factā in Alexandrini jura contra concessiones suas; ad Romanum Petrus Alexandrinus illicò provocasset; in Meletium vibrasset sua Romanus fulmina; aliaque id genus, vel in Epist. Synodicā Patrum, vel in relationibus de hoc facto Historicis, interpretamentum horce illustrarent. Ac disertè Chalcedonenses: τὸ θρόνον τῆς πρεσβυτέρας πόλεως, διὰ τὸ βασιλεῦσιν τῆς πόλεως ἐπιμένειν, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὸ πρεσβεία, Sedi senioris Roma, quod urbs illa imperaret, Patres jure privilegia tribuerunt. Si quicquid juris habuit Romanus debuit ipse Patrum & Synodorum concessioni, non certè quicquid habuit Alexandrinus, etiam ante Concilium Nicænum, idque ex inveteratā consuetudine, debuit id ipsum Romano. Cum Chalcedonensibus facere unanimi consensione Græcos & Orientales, imò & plurimos & doctissimos & antiquissimos Latinorum, etiam in Romanis Pontificibus, Romanique Episcopi à Principibus & Patribus arcessere supra reliquos privilegia, idque ob Urbis imperantis dignitatem, suo intelligitur loco. In specie verò, falsissimum id de Alexandrino, jura eum sua, sive Metropolitanica, sive Patriarchica, tulle accepta Romano Episcopo; aut exercuisse dependenter à Romano. Affirmantium sanè probatio est, temerè autem affirmari, nos undique persuademur. Obloquuntur verba ipsa Nicænorum modò vindicata; Græci omnes veteres & recentiores; praxis antiqua & recens in illo Patriarchatu; aperta nimis origo primatūs Alexandrini, ab Urbis amplitudine, dignitate, potentiā; Patriarchalis dignitas suprema, & independens; tituli Pape & Judicis universalis, quibus olim hodieque gavissus speciatim Alexandrinus, Πάπας & παλαιάρχης, κερτής & οὐκ ἐπιμένει, aliquando etiam οὐκ ἐπιμένει, &c. Ne in Origines Alexandrinas, & Throni illius privilegia, & concertationes cum Romano, aliaque id genus hoc loco descendamus. Sufficiat nobis Vir doctus, Nicænos introducens: Quemadmodum Romanus res sua Diaceſeos pro arbitrio gerit & gubernat, ita etiam volumus ut in posterum agat Alexandrinus, nec in suo exercitio impediatur à quoquam. Quæ obijciuntur passim; ex. gr. de Dionysio Alexandrino accusato coram Dionysio Romano; de Athanasio Alexandrino ad Julium & Felicem Romanos provocante; de Petro Alexandrino restituto & confirmato per Damasum; de Dioscoreo Alexandrino postulato felonix in Leonem Papam; de curā Provinciarum Ægypti à Simplicio Romano delatā Acacio Constantinop. quum Petrus Mongus & Johannes Talaja de Patriarchatu certarent; de Johanne ad Romanum provocante, (nec formalis ea provocatio fuit, ut pluribus post Mornæum, aliosque, Dav. Blondellus, p. 403.) Mongo autem Alexandrino per Romanum deposito; de Alexandrinæ Ecclesiæ legationibus ad Romanam, & novissimā sub Clemente VIII. & si quæ alia id genus; ea ut non fidem faciunt superiori interpretamento, sic discutere hujus loci non est; prolixè à nostris contra Perronium, Baronium, Bellarminium, ac cæteros discussā; fuscè

etiam ab Antonio de Dominis Libris de Rep. Ecclesiasticā. Sed demus tandem, quod supponitur, respexisse Patres fundatorem Alexandrinæ Ecclesiæ per Petrum, vel (ut Julius Romanus apud Athanasium) per ipsos Apostolos, hinc dignitatem illius Ecclesiæ; non certè his eam verbis respexere, quoniam hæc est Romano Episcopo consuetudo. Diversum toto celo istud, quoniam Petrus per Marcum hæc fundavit sedem. Aliud etiam Petrum fundasse eam sedem, aliud Romanum Episcopum hanc concessisse Alexandrino, (de quā Patres) potestatem. Nec si Alexandrina sedes fundata à Petro vel Marco, eveſta hoc ipso ab iisdem in Patriarchatum. Non etiam, si in Patriarchatum, dependere hic ipse debuit à Romano Episcopo, per Alexandrinum esse Ecclesiæ gubernante. Imò τὸ βίσιον, eo ipso Alexandrina sedes independens à Romanā, quod Patriarchalis illa, si valent argumenta Gregorii I. contra Patriarchatum universalem. Adde, probatum esse supra, cum primis ex lectione Paschafini, aut de uno eodemque genere primatūs, & Romani & Alexandrini, sermonem esse Nicænis, aut nihil hac Patrum sententiā esse insulsius, ac minùs cohærens.

L. IV. C. X. &c. Apol. II. in Epist. Jul. circa fin.

N. XIV.

XXIV. Doctissimus Valeſius, Observationum hoc de Canone Libro, in Nicænotum verbis duo notanda esse dicit. Primum est, Episcopum Romanum proponi quasi in exemplum & normam reliquorum Patriarchatum. Hanc enim vim habent hæc verba, ἐκεῖ δὲ &c. Deinde nihil in hoc Canone statui de Episcopo Romano, cum tamen de aliis aliquid statuatur, puta de Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano. Rectè ergò Nicolaus Papa in Epist. ad Michaelem Imperator. &c. Mox; Hæc verba, (Quia & Episcopo Urbis Roma parilis mos est) Patres Nicæni Primatum sedis Romana manifestè agnoscunt. Illud enim sine dubio primum est, quod est norma ac regula cæterorum. Tandem, per Ecclesias suburbicarias in Rufini expositione, dicit intelligi Universum Occidentem Romano Patriarchæ subjectum.

Valeſ. L. III. Oblerv. C. VII. Ibid.

XXV. Laborat in his non nihil Viri fides, cætera in plerisque ingenui. I. Rectius dixerit, jus Alexandrini in Provinciis Ægypti, fundatum in antiquā consuetudine, confirmari quoque exemplo Episcopi Romani, quàm hunc proponi in normam, regulam. Nisi norma sit latius idem quod ἀξιοδωμά, τύπη, ut sit ad exemplum, & formam Romani. Sed vellent illi proponi hunc ut fontem, originem, causam jurium, quæ Alexandrinus & cæteri exercerent. Incipiunt autem Patres ab Alexandrini inter suos ἐξουσία, in ordinationibus, scil. convocationibus Synodorum, excommunicationibus, &c. Ac simul indicant rei fontem & originem, ab inveteratā consuetudine, quàm servari volunt. Mox pondus addunt, à simili consuetudine vel praxi Romani Episcopi. II. Nec obstat particula causalis, ἐπειδὴ quoniam, diversa à comparativā ὡς, ut, quemadmodum. Siquidem. I. Idcirco usi eā particulā Patres, quandoquidem Romani exemplum adferunt loco argumenti. Nec aliter dicimus, v. g. quoniam ille habet, & tu quoque habeas, hoc ipso quod sis æqualis alteri jure, dignitate &c. Ac ipse ille Nicolaus I. Epist. ad Michaelem Imperatorem, quamvis testatus in causā propriā, annis post Nicænam Synodum DCL. Romana (inquit) Ecclesia nullum Nicæna Synodum intulit incrementum, sed potius ex ejus formā, quod Alexandrina Ecclesia tribueret, particulariter sumpsit exemplum. Et ut ad exemplum Romani non tam tribuitur, quod vult Nicolaus, quam confirmatur potestas Alexandrinæ Ecclesiæ, sic ad utriusque exemplum illa Antiochenæ, cæterorumque Metropolitanorum: ἰμοίως ἢ τῆς Ἀντιόχειας, similiter & apud Antiochiam, cæterasque Provincias, &c. Nec diffitetur Leo Allatius, qui illud ἐπειδὴ reddit per quemadmodum. Sic ἀξιοδωμά. Quemadmodum enim

T. III. Concil. C. XII. N. IV. enim

enim Alexandrinus Patriarcha prescriptos sua Diocesis terminos habet, ita & Romanus Patriarcha, & quemadmodum Romanus res sua Diocesis pro arbitrio gerit & gubernat, ita etiam volumus, ut in posterum agat Alexandrinus, nec in suo exercitio impediatur à quoquam. Ità jugulum petitur priorum glossematum. III. Ambiguum illud Valesii, *his verbis, ἐπειδὴ καὶ &c. Primum sedis Romana manifestè agnosci. Uti que primum ἐξουσίαν in suà Diocesi, in suis Provinciis, sive jam Patriarchicum sive Metropolitanicum; cui similem Alexandrino & Antiocheno esse volunt in suis. Primum etiam ordinis, inter sedes hæc, (quanquam non id agunt Nicæni) Romano Episcopo invidet nemo. Minimè autem verbis suis agnoscunt Nicæni sedis Rom. suprematum, non jus ullum in Dioceses reliquis, aut primum originis, à quo in cæteros fuisset potestas derivata. IV. Gratis idem, nihil de Romanà Diocesi hoc Canone à Patribus statutum, definitum. Non quidem ejus præcisè definiuntur vel recensentur limites, uti Alexandrini, de quo controversia fuit. Nam, ut rectè idem Valesius, nihil ad se & ad præsentem questionem hoc facere existimant. Verumtamen intra propriam Diocesim, intra proprios consuetosque limites, intra τὴν ἐνορίαν αὐτῶν, τὰς ἰδίους ὄψεις, arcatur Romanus, licet indefinitè. Nec aliter de Antiocheno & Ecclesiis amplioribus reliquis, eodem Canone, quorum pariter memoratur consuetudo, memorantur privilegia, eademque indefinitè & sine certorum circumscriptione limitum. Ac citatus modò Allatius, hoc velle Patres, Romanum Patriarcham habere similiter prescriptos sua Diocesis terminos. V. Quin agnoscit ex interpretatione Rufini, & cum Rufino Veteris Interpretis, definiri Romani Episcopi sollicitudinem intra suburbicariis Ecclesias, vel suburbicaria loca, & omnem Provinciam. Quam reddere de universo Occidente, (haud gravatè concedentibus postea Græcis, Zonarà, Balsamone, reliquis) ut gubernaret Romanus, Nicænorum ætate, jure Patriarchico, Ecclesias per omnem Italiam, Illyricum, Galliam, Hispaniam, Britanniam, vel etiam Africam, & hæc constituerent ejus omnem Provinciam, essentque suburbicaria loca, non est causam adserere, sed verius prodere. Verùm de suburbicariis postea. Imò ne omnem quidem Hesperiam, id est Italiam, gubernassè jure Primatis, non eam certè partem quæ sub Vicario Italiæ, quæque in Ecclesiasticis sub Mediolanensì Metropolitanò fuit, cum agnovit Petrus de Marca, tum facta ipsa & monumenta sæculi IV. testantur.*

XXVI. Sed nunc ad Allatium redeo. Postquam Baronianam interpretationem ità præmisit, pergit ejus recensere præsidia. Probat (inquit ille) ex Gelasio Papà, tres enumerante, ab ipso Petro Apostolo, vel Petri nomine, institutas sedes, Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam, quas tradit sedes esse Petri illi subiectas, præcipuam verò esse Romanam. Probandi mira certè ratio! 1. De mente Nicænorum judicium fertur, non ex verbis Canonis, occasione, scopo, contextu; non ex sequentium Synodorum definitionibus, Actis; non ex translationibus, expositionibus Veterum; non ex consensione Græcorum & Orientalium; sed ex dicto quodam Gelasii I. Papæ Romani, exeunte jam sæculo V. Canonem etiam non explicantis. 2. Gelasius ille testis & Judex in causâ propriâ, perquam æmulus Leonis I. studiosissimus Romani primatus, cujus ad eò hoc in capite, quando de potestate Romanæ sedis, auctoritas perexigua. 3. Quicquid ille de tribus Sedibus à Petro institutis, non certè intendit explicare hunc Canonem; nec dicit Gelasius, Alexandrinum potestatem omnem suam debere Romano Episcopo, & quidem pronunciantibus Sexto hoc Canone Nicæ-

nis. 4. Pari fide Gelasius, eodem in loco; Romanam Ecclesiam cæteris prælatam esse, nullis Synodis constitutis, sed Evangelicâ voce Domini & Salvatoris nostri primatum obtinuisse, Tu es Petrus, & super banc petram &c. Hoc verò quo jure ille dixerit, prolixè nos in Vindiciis Sacris, ad eum Matthæi locum, docuimus. Sed repugnant ut Græci, sic Romani alii Antistites. Zosimus, non ad Christum, sed ad Synodicum decretum Nicænorum provocans; similiter Coelestinus & Bonifacius successores; antè etiam Innocentius I. loco supra observato; imò ipse Innocentius I. Gelasius, referens non semel ad Canonum constitutionem appellationis jura, ut in Epistolis videre est, speciatim in Commonitorio ad Faustum Legatum. Mirum verò hæc verba Gelasii adscripta esse, manifestissimâ fraude, Papæ Anacleto, in cujus Epist. III. apud Isidorum, hæc eadem leguntur: Sancta Romana & Apostolica Ecclesia ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, &c. sicut ipse B. Petro Apostolo dixit, Tu es Petrus, &c. 5. Sed obtinuerit Romana Ecclesia primatum; præcipua fuerit Ecclesiarum, sediumque Patriarchalium, ut affirmat Gelasius, & facilè omnes largiuntur; hincne jurisdictio illius universalis, & potestas Monarchica, cæterarum omnium filialis aut servilis subiectio colligetur? Sed de hoc fusissimè supra. Non etiam statim primatus ille à Christo, vel Petro, imò ab antiquo more, docentibus Nicænis. 6. Falsissimum scripsisse Gelasium, quod Romanus Papa per Alexandrinum Episcopum, tanquam sibi subiectum, gubernet Ecclesias Ægypti, & Provinciarum aliarum. Nihil tale in Decreto allegato. Benè, ex tribus Petri Sedibus, primam esse Romanam Ecclesiam, secundam apud Alexandriam, tertiam sedem apud Antiochiam, ejusdem beatissimi Petri nomine honorabilem &c. Sit igitur Romana sedes, ex tribus illis prima, ergò domina? Sit præcipua, ergò cæteræ Vicariæ, subiectæ? Hinc, uti Nicænorum, sic Gelasii verbis illata vis est. 7. Non etiam verba ista Gelasii, sedem Alexandrinam institutam à Marco Petri nomine, idem sonant quod, institutam à Petri vicario, & à tali gubernandam; & quod magis est, non vice Petri tantum, sed & Episcopi cujuscunque Romani. Imò Marcum per se ejusdem fuisse Præsidem Ecclesiæ (unde communiter apud Veteres & Latinos & Orientales, Marci Evangelista sibi, sedes, Cathedra) alibi docetur. 8. Imò verò, teste hoc loco Gelasio, non Romana sola sedes Petri, sed & Alexandrina, & Antiochena sedes Petri. Unde hæc non minus dictæ sedes Apostolice, sibi Apostolice. Communis ergò hæc illis cum Romanâ prærogativa; quod etiam probat, ex Actis VI. & VII. Synodi, Nilus Thessalonicensis, neque Nilus tantum. Optimè Gregorius I. scribens Alexandrino: Hujus nos Magistri & Discipuli (Petri & Marci) unitate constringimur, ut & ego sedi Discipuli præsidere videam propter Magistrum, & vos sedi Magistri propter Discipulum. 9. Causa etiam prælatæ Romanæ Ecclesiæ apud Gelasium qualis? Nempe à Petri & Pauli præsentia, atque venerando triumpho gloriose mortis. Hinc Romanam sedem primam, hinc prælatam ab Apostolis, cætera Petri sedes & reliquas esse. Quis igitur prælata Christi Domini voce? Et num sufficiens illa causa pro sedis Romanæ in omnes dominatu? Præsentis fuerit Petrus Romæ, præsens Paulus, atque præsentès iidem, & dudum antè, Hierosolymis, Antiochiæ, Petrus etiam Babyloni. Mortem obierint Romæ, atque & Christus Hierosolymis, utique major Petro & Paulo. Et quid si mortuus Petrus vel Regii, vel Ostiæ fuisset, vel quocunque in loco, num hinc jus prælationis, aut Oecumenici Pontificatus? Barlaamus Monachus, non alter ille Hieracensis Episcopus, quorum probabamus alibi discrimen, Viro docto invito: Οὐκ ἔστιν παρὰ, ἐπεὶ ὁ δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν Ἱεροσολύμοις τῶν π. 109. ὅτι

Ibid.

Suprà
N. xv.De Concord.
Imp. L. I.
C. VI. VII.
L. VI.
C. IV.De Prim.
Papæ,
p. 49.
L. V.
Ind. XIV.
Ep. IX.De Prim.
Papæ,
p. 109.
ὅτι

L. II. P. 53. C. XVII.

ὡς ἡμῶν ὡς ἐν θανάτῳ, εἴη ἂν ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος πῶς πάλιν ἀπεστῆ, ὡς τὸ τόπον ἐπέχων ἔκ πρώτης ἡμῶν ἀρχιερέως. Καὶ τοῦτον μείζων τῆς Ῥώμης, ὅσον ἔοικε ὁ Χελσὸς τῆς Πέτρῃ. Quando igitur Dominus noster Jesus Christus Hierosolymis mortem nostri causā sustinuit, præcis omnibus Hierosolymorum Episcopus, utpote primarii nostri Pontificis locum tenens. Et tanto quidem major Romano Episcopo, quanto Christus major Petro. Similia his Nilus Thessalonicensis libro de Primatu, Macarius Ancyranus contra Barlaamum & Ancyndinum, & quotquot ferè de Primatu, & Thronis Patriarcharum ex Græcis scripsere. Anonymus Græcus MS. ex Oriente cum Warnerianâ Biblioth. advectus, (cujus Titulus, Ἐπὶ τῆς Πρωτείας τῆς Πάπας, ὅτι μήτε οἱ κληρονόμοι τῶν νόμων, μήτε ὁ λογαριασμός θείῃ ναυῶ ἔχη κληθῆς κρητῆσι οἱ Ῥωμαῖοι &c.) falsè ridens hoc Latinorum argumentum, scilicet, Ἄρα τὸ μακάριον Πέτρον εἰς τὴν Ῥώμην ἔχουσαν τὸ αἶμα τῆς, ex eo quod B. Petrus Rome sanguinem summo fudit, Latinum sic interrogat: καὶ πρὸς τὸτο σὲ ἐρωτῶ ὁ Ῥωμαῖοι, ποῦ ὁ λογαριασμός τῆς εἶναι μεγαλιώτερος, ἢ πρῶτος ἀρχιερέως τῆς ἀρχιερέων, ὁ Χελσὸς, ἢ ὁ Πέτρος. φανερόν πως εἶναι ὁ Χελσὸς. Ad hoc quero ὁ Romane, quem arbitroris majorem, & principem Pontificem omnium Pontificum, Christum-ne, an Petrum? Manifestum utique, Christum hoc ipsum esse. Mox colligit, τὸν πρωτόθετον & διάδοχον ἔχει τὸν αἶμα τῆς πρώτης sedis & successoris Christi, veriùs esse τὴν ἀρχιερέα τῆς Ἱερουσαλήμ, Hierosolymitanum: Nempe, ὅτι ἐμαρτύρησεν ἐκεῖ ὁ βασιλεὺς ἢ ὁ ἀρχιερέως τῆς ἀρχιερέων ἢ ἀρχιεπίσκοπος ὁ Χελσὸς. ἐκεῖ ὅπου ὁ Χελσὸς ἐφάνη, ἢ ἔδωκε τὰς πλάκας τῆς Μωυσῆ, ἐκεῖ ὅπου κερύει) γῆ τῆς ἐπαγγελίας. ἐκεῖ ὅπου ἐφάνησαν οἱ προφῆται. ἐκεῖ ὅπου ὁ ἀγγελὸς ἐνηγγελίστατο τὴν θεοτόκον. ἐκεῖ ὅπου ὁ Χελσὸς ἐξήνθη. ἐκεῖ ὅπου ἐκατήλυθη. ὅπου ἐμαρτυροῦντο ἐμπροσθεν εἰς τὸν Πέτρον ἢ Ἰακώβον ἢ Ἰωάννην, τὰς προκελίτας μαθητὰς, ἔχοντες εἰς τὸ ἀξίωμα αἰμῶν μόνον εἰς τὴν τάξιν. ἐκεῖ ὅπου ἐστυρέθη ἢ ἐκαθεν. ἐκεῖ ὅπου ἔχουσαν τὸ ἅγιον & τίμιον τῆς αἶμα. ἐκεῖ ὅπου ἐγένετο τὸ πρῶτον ἔργον τῆς ἱερουσαλῆμ, ἢ θυσία ἢ αἶμα ἢ Χελσὸς. ἐκεῖ ὅπου εἶπε λάβετε, φάγετε &c. ἐκεῖ ὅπου ἀνελήθη ἢ ἐκατήλυθη ἐν δεξιᾷ τῆς θρόνου τῆς μεγαλοσύνης. ἐκεῖ ὅπου μέλλει ναὶ ἔλθῃ ναὶ κληῖν ζῶντες ἢ νεκροί. ἐκεῖ ὅπου μερικατῶς ἐλέγαν οἱ προφῆται, φῶς εἶναι βασιλῆος ἢ Χελσὸς &c. Ejus ubi Pontificem, ubi martyrio consummatus est Rex & Pontifex Pontificum, ac princeps Pastorum Christus. Ubi Christus apparuit, & deposuit tabulas Moysi. Ubi Terra promissionis nominata. Ubi & Propheta apparuerunt. Ubi Angelus bonum nuntium ad Desiparum detulit. Ubi Christus conceptus. Ubi baptizatus. Ubi transfiguratus coram Petro, Jacobo, & Johanne, primis Discipularum, non dignitate sed ordine. Ubi crucifixus & passus fuit. Ubi fudit sacrum ac preciosum sanguinem. Ubi factum primum opus sacerdotis, oblatio sanguinis Christi. Ubi primum dixit, accipite, comedite. Ubi assumptus est, sessurus inde ad dextram throni Majestatis. Ubi apparuit in ultimo adventu, ac judicaturus vivos & mortuos, Ubi particularius prædixerunt Propheta, fore lucem regiam Christi &c. Et paulo postea; Πῦθελος ἐστὶν ὁ Ῥωμαῖοι ναὶ κληῖν πρῶτον ἐκκλησίας, ἐκεῖν ὅπου ἐκατήλυτο τὸ αἶμα ἢ Χελσὸς, ἢ ἐκεῖν ὅπου ἐκατήλυτο τὸ αἶμα τῆς Πέτρῃ. ἐκεῖ ὅπου ἐγένετο ἐτύτως ὅλας αἰοινομαίας, ἢ ἡ Ῥώμη ὅπου ἐμαρτύρησεν ὁ Πέτρος. Ἐκεῖν ὅπου ἔχῃ τὸ τῶνον ἢ Χελσὸς, ἢ ἐκεῖν ὅπου ἔχῃ τὸ τῶνον τῆς Πέτρῃ. Quam harum vis, o Romane, censeri primam Ecclesiarum, illamne in qua effusus sanguis Christi, an illam in qua fusus sanguis Petri? Num eam in qua tota salutaris Oeconomia peracta est, an alteram in qua martyrio eam obsignavit Petrus? An Urbem que continet sepulchrum Christi, an verò qua ostendat illud Petri? Plura describere piget. Longè etiam alia, quàm hæc ipsa, Romani Primatus causa asserta est supra, ex Canonibus, & ex testimoniis Orientalium, scil. ab Urbis imperantis & senioris Romæ prærogativâ. De quo & alibi pluribus.

Tom. II.

XXVII. Excipit hæc ad posteriora Vir doctus. I. Græcos illos, qui sic scribunt, esse ex schismate, & ita vocat toto passim Opere, quotquot favent causæ Græcorum & Orientalium. II. Neminem unquam ex Latinis aut Græcis dixisse, ex eo quod Petrus Roma diem obiit, factum esse ut Romanus Pontifex Primatum obtinuerit. Verbo jam quidem his defungemur. Atque ad primum. Resp. I. Sint illi sanè ex schismate, post natum schisma Latinos inter & Græcos, eo ipsa cadit Consensio illa Græcorum Latinorumque, & perpetua quidem, schismate tot jam sæculis perdurante. II. Ut hi Viro docto sunt ex schismate, sic & illis Vir doctus, Græcus ipse, & quotquot defertâ causâ Græcorum accessere Romano Pontifici. Schismaticis etiam causas sibi-ne imputent Græci, an Curia Romanæ, docent omnes illi Græcorum qui de hocce cum Latinis Dissidio, de Separatione utriusque Ecclesiæ, de Pape Primatu, de Processione Spiritus S. de Hæresibus Latinorum, &c. contra Latinos scripsere, infiniti propemodum illi, in Vaticanâ, Palatinâ, Medicæâ, Altempianâ, Barberinâ, Venetâ, Austriacâ, Bavaricâ, Christianissimi Regis, &c. Bibliothecis. Ipse Vir doctus de octavo jam sæculo: Schismatici dicunt Latinos se ab Orientali Ecclesia communionem subduxisse, &c. III. Nec excipiat Vir doctus, privatos illos esse, & paucos. Si enim conferantur quotquot ex Græcis & Orientalibus, indè à schismate, causam agunt Græcorum, cum iis qui Latinorum partibus inter eos student, vix ducentessimus quisque his accesserit, facto eo ipso à Græcis divortio. Et quid Ecclesiam Græcam & Orientalem constituat, nisi quæ suis sub Patriarchis & Catholicis Ecclesiæ agunt in Græciâ, & Oriente, à Romanâ in hanc diem divisæ, Maronitas fortè si excipis. Ipse Vir doctus, ex tot in Græciâ & Oriente scriptoribus, vix unum Joh. Veccum, Georg. Diacomum, Max. Monachum, Gregor. Protosyncellum, Bessarionem, Cydonium, Barlaamum, neque hunc Græcum sed Calabrum, (cum Barlaamo Monacho pessimè confusum) cum Latinis sentientes, sed à Græcis divisos, profert. In cæteros toto passim opere invehitur, ut schismaticos, nugivendulos, mendaces, quæ sunt ejus mollissimæ voces. Nec in eos modo qui inde à Photio aut Cerulario calamum in Latinos itrinxere, & plerosque sedium Orientalium Patriarchas, Metropolitans, Archiepiscopos, Ecclesiarum Synodorumque Præsides; sed & antè in Justinianos, Leones, Constantinos; in Chalcedonenses, Constantinopolitanos, Trullanos; in Imperatores, Synodos, Antistites, & acerbissimis quidem verbis. Scilicet hi omnes ex schismate! Si qui verò in Romanæ Curia partes pertracti, & paucissimi illi tot sæculis, & notis ut plurimum causis, & hoc ipso separati à corpore Ecclesiæ Orientalis, nempe constituunt hi totam Orientalem Ecclesiam! Unde de perpetuâ Ecclesia utriusque Consensione splendidissimus titulus natus; sed fronti nulla fides, ac larvâ detractâ perpetua Dissensio sese prodit.

XXVIII. Alterum effugium Leonis est, dixisse suorum neminem, quod Petri morte Romana sedes fuerit consecrata. I. At dixit sanè ex Latinis Gelasius, & Romanum cui præerat Concilium: Et pariter supra dictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecravit Petrus & Paulus, eamque omnibus Urbibus in universo Mundo, suâ præsentia atque venerando triumpho, præstulerunt. Est ergo prima Petri Apostoli sedes Romana Ecclesia, &c. Dixerat antè Innocentius I. & ipse Pontifex, ad Alexandrum Antiochenum: Antiochena Ecclesia Urbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu moruit, ista susceptum apud se consummavitque gaudet, nempe Petri in Urbe martyrio, quod Veteribus relictum est, consummatio, consecratio. Casu ergo & ex accidente factum, Innocentio teste, ut Romanæ Ecclesiæ cedat Antioche-

L. I. C. II. N. VIII.

L. II. C. I. N. II.

Loc. antiq. tē cit. Epist. XVII. vel Decret. Innoc. XV.

Gg

Ad C. xxx. Sec. 57. De Rom. Pont. L. 1. C. XII. §. Jam verò. L. I. C. II. N. VII.

chena. Nec alio nomine vocat illam Perronius Cardinalis sedem finalem & absolutam Petri, hanc verò sedem transitoriam & relativam, ridente Blondello de Priuatu Ecclesiæ. Planè sic Bellarminus, comparationem intituens inter Antiochenum & Romanum, hunc illi præfert in successione, quia Petro in Urbe Româ morienti successit. Unde Petri hocce in Urbe Româ martyrium, quo nihil incertius, tantâ contentione Bellarmino, Baronio, ac reliquis, assertum. Ipse Vir doctus: Fuit itaque Roma Petrus, primatumque Romanorum Pontificum morte etiam suâ fundavit. Et cur id prolixè refutatum Græcis, nisi ex præviâ Latinorum assertione? Recentiorum ex eo grege suffragia negligimus; ac tolle Petri in Urbe Româ martyrium, cadit obtentum jus successionis. II. Neminem autem ex Græcis Romani primatus causam inde arcessere, benè ex principis tùm Urbis dignitate, faciles largimur. Imò causam illam alteram rident, & explodunt. Nec Primatum confundunt illi cum Monarchatu, vel Oecumenico Pontificatu. III. Vel præsentia Petri, vel Episcopatus Petri, vel solennis constitutio Petri, vel denique martyrium Petri, censentur largiri eam Romanæ Ecclesiæ prærogativam. Non præsentia, communis utique aliis Ecclesiis; non Episcopatus, communis (ut fatentur) Antiochenæ; non constitutio solennis, decretum Petri, de Oecumenico Pontificatu penes solos Romanos Episcopos, quale extat certè nullum, minùs decretum Christi, assertum pari jure Gregorio de Valentia, & aliis Pontificiorum. Nihil igitur remanebit præter causam istam Gelasii, quod scil. Petrus, & cum eo Paulus, gloriosâ morte in urbe Româ coronati sint. Quæ cauiâ & dubia nimis, & accidentalis prorsùs, insufficiens fundando Papæ tui, & Græcis meritò, ut supra, explosa. Gratis igitur Vir doctus illo ipso loco: Namque Petrus moriens successorem aequali potestate præditum Papam reliquit. An eo ipso quia Roma moriens? an quod voluntas moriendi Roma eadem fuerit cum voluntate sedem istic Papalem erigendi? an voluntatem suam testamentariâ dispositione ad posteritatem transmittens! an solus etiam Petrus, sine Paulo, successorem hunc designans? an talem, qui constituto Petri successor in urbe Antiochiâ, qui superstitibus Apostolis, qui Orbi toti imperaret? Præsto sint cum authentica tam illustri facti documenta, tùm perpetua consensio Orientalium! Ne de Occidentalium dissensione dicam.

XXIX. Nihil hæcenus prolata in medium Nicæni Canonis interpretamenta iuvarunt causam Viri docti. Mox alia recenset, sed aduersa jam & inimica: Alii isto Canone exæquatam declarasse jam Alexandrinæ cum Romanâ. Rectè! omniumque adeò Ecclesiarum Metropolitanarum, aut, si vis, Patriarchalium; quod & superioribus, & secuturis responsis, approbamus Lectoribus. Pergit: Alii, institutum esse Romanum Patriarchatum, atque tres alios, nempe Alexandrinum, Antiochenum, & Hierosolymitanum, ipsamque Romanam Ecclesiam ab eadem Synodo privilegia, quibus fruitur, esse sortitam.

XXX. Qui sint hi Canonis interpretes, tacet Vir doctus. Sunt autem Græci & Orientales, ad quorum provocat perpetuam Consensionem. Volunt nempe instituta hic, etiam exæquata, Patriarchatum jura, Romanumque intrâ suos in Occidente limites coërcitum; honore etiam & titulo Patriarchatus sedi Hierosolymitanæ, sequenti Canone, adscripto. Joh. Antiochenus in Nomo-Canone, & de honore Patriarchis ex Canonibus decreto, primo loco Canonem hunc VI. & VII. profert. Nec aliter Photius in suo Nomo-Canone, de Patriarchis & Metropolitanis. Eodem mentem Canonis refert Arsenius Monachus, in Synopli Canonum. Alexius Aristenus mentem eandem explicans, idemque citatus Viro docto E. casos & Pa-

Tit. I.

C. V.

C. LXXIV.

Πατριάρχων τοῖς ἰδίοις προνομίοις ἀρχεῖσθαι ἐφείλετο. Καὶ μὴ τινὰ τῶν ἐπαρχῶν ἐπέχειν, ὅσα ἔσαν ἀνωθεν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τῶν αὐτῶν χεῖρα, ὑφ' ἀρχαίων, τῆτο ᾧ τὸ ἴδιον ἐστὶ κερμικῆς ἐξουσίας. Unumquemque Patriarcham propriis privilegiis contentum esse oportet, & neminem ex ipsis Provinciam aliam, que antea inde à principio non erat sub manu suâ vel potestate, sibi vendicare: hæc enim est mundana (maluit Vir doctus Laicalis) dominationis superbia. Zonaras: βάλει δὲ κανὼν τὰ παλαιὰ ἔθνη κερτεῖν, ὃ ἔ κανόνες μεταφύρεροι, ἢ νόμοι πολιτικοὶ διορίζονται. Ad τὸν Ἀλεξανδρείας ἐν ὀπισθοποῦν θεσπίζῃ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει παρεχεῖν καὶ τὴν Ἀντιοχείας τὴν αὐτῶν ὑποκείμενων ἐπαρχῶν, Συρίας δηλαδὴ, καὶ κοίλης Συρίας, καὶ Κιλικίας ἐκατέρωθεν, καὶ Μεσοποταμίας. καὶ τὰς ἄλλας ὀπισθοποῦς τὴν αὐτῶν ἐξουσίαν χωρῶν. καθὼς καὶ τῶ ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ προεδρόνῃ τῶν ἐσπερίων ἀρχῶν ἐν ἑαυτῇ ἐκράτησε. Antiquas consuetudines, quod alii quoque posterioribus Canonum legumque civilium decretis casum est, retineri vult Canon. Alexandrinum igitur Episcopum in, qui in Aegypto, Libya, ac Pentapoli sunt, præsidere; Antiochenum subjectis sibi Provinciis, Syria nimirum, Cale-Syria, Cilicia utriusque, & Mesopotamiae; ac alios Episcopos suis quemque regionibus quemadmodum & Ecclesie Romana Præses in Occidentales Provincias principatum antiquâ consuetudine obtinet. Balsamon: ὁ παρὼν κανὼν καὶ ὁ ἑβδόμου διορίζῃ τὰς τέσσαρας πατριαρχίας, δηλαδὴ τὴν Ῥώμης, τὴν Ἀλεξανδρείας, τὴν Ἀντιοχείας, καὶ τὴν Ἱεροσολύμων, καὶ τὰ παλαιὰ ἔθνη τιμᾶσθαι. Καὶ τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας προέχει τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει ἐπαρχῶν. τὴν Ἀντιοχείας ὁμοίως τὴν Συρίας, τὴν κοίλης Συρίας, τὴν Μεσοποταμίας, καὶ ἐκατέρωθεν Κιλικίας. τὴν Ἱεροσολύμων τὸ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἐπαρχῶν, τῶν ἐν Ἀραβίᾳ, καὶ τὸ ἐν Φοινικίᾳ, καὶ ὁ ἐπισκοπῶν τὴν Ῥώμης προέχει τὴν ἐσπερίων ἐπαρχῶν. Sextus & septimus Canon statuunt, quatuor Patriarchas, videlicet, Romanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hierosolymitanum, ex antiquis moribus honorari; & Alexandrinum quidem Episcopum præesse Provinciis Libya, & Aegyp̄ti, & Pentapolis; Antiochenum similiter Syria, Mesopotamia, & utriusque Cilicia; Hierosolymitanum autem Provinciis Palestina, Arabia, & Phœnicis. Quoniam, inquit, & Romanus Episcopus præest Occidentalibus Provinciis. Nilus Theſsalonicensis: Ἀνάγνωθι κανόνα ἔκτον τὴν ἀγίας καὶ οἰκουμένης πρώτης De Prim. συνόδῳ, ἢ εἰδῆς, ὡς μέρος μὲν ὁ Ἀλεξανδρείας, μέρος Παρτ, ἢ τὴν οἰκουμένης ἀρχὴν ὁ Ῥώμης ἐκεῖθεν, μέρος ἢ ὁ Ἀντιο- P. 37- χείας, καὶ ὡς ὅσα ἐξέσιν ἐτέρῳ τοῖς ἀποστόλοις ἐπισηδῶν. Lege præterea Canonem sextum sanctæ & universalis Synodi primæ; ut videas decretum fuisse, ut parti orbis terrarum Alexandrinus, parti Romanus, parti verò Antiochenus præsit; neque licere alteri aliena invadere. Balsamon: Ὅτι ἡ μόνος τὰς δυτικὰς ἐκκλησίας ὑπὸ πάπῃ De Prim. οἰκουμένησθαι οἱ θεῶν πατέρες διετάξαντο, τῶν ἢ λοιπῶν C. XI. ἄλλων ὑπὸ ἄλλοι ἀνάγεσθαι πατριαρχίῳ, καὶ μὴ ἐξίνασθαι τινὰ ἐπὶ τῶν ἐνορίων, τῶν μὴ αὐτῶν προσήκουσαν, τὴν χεῖρ ἔ λῆγν, τοσούτων κανόνων ταῦτα διοριζομένων; πλεον τὰς ἄλλων ἀφῆς, ἀνάγνωθι τὸ ἔκτον ἑβδόμου κανόνα τὴν πρώτης συνόδῳ. Jam verò solas Occidentales Ecclesias Papa gubernationi à Sanctis Patribus fuisse commendatas, reliquis autem Ecclesiis alii subjectas Patriarcha; Eos etiam eavisse insuper ne quis in finitimam Ecclesiam que ad ipsius minime spectet invaderet; quid attinet dicere, cum tot Canonibus ista sancita sint? Verum ceteris omis- sis, sextum, quæso, & septimum canonem primi Concilii legas. Macarium, Doxopatrium, Coreſſium, recentiores in Græcis alios innumeros etiam, typis descriptos, mittimus, quos nec hic locus, nec muſæum nostrum capit. De eodem Canonis sensu, Græcus Anonymus apud nos MS. Καὶ ἡ πρώτη συνό- δῳ ἡ ἀγία ἑοικυμένη τῶν τῆ θεοφῶρων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, ἐν τῶ ἑκτῷ κανόνι ἐκεῖθεν ἑβδόμου, ὁ πατριαρχὸς ὁ Ἀλεξανδρείας ναὶ ἀρχὴν ἕνα μέρος τὴν οἰκου- μένης, καὶ ὁ Ῥώμης ἄλλο, καὶ ὁ Ἀντιοχείας ἄλλο. Et prima sanctæ & Oecumenicæ Synodis CCCXVIII. aſſortum divini-

Ad Can. VI. Nic.

Ibid.

De Pri- C. XI.

hanc in particularibus locis. IV. Potestatem ligandi solvendique, similiter particularem. Additque nonnisi particularem singulis, in singulis Ecclesiis vel Urbibus, datam ab ipsis potestatem, τὸσον ἔ Ρώμης, ὡσάν ἐ τῶ ἄλλων, ac tantundem Romano Episcopo quantum & reliquis. Aliud Warneri MS. in quo fides hodiernæ Ecclesiæ Græcæ, per Capita potissima, expressa est, agens de Capite Ecclesiæ, disertè unum Christum, excluso quocunque alio, profitetur Ecclesiæ caput: Μόνος ὁ Χριστός εἶναι κεφαλή τῆς Ἐκκλησίας, citato etiam loco Paulino, ex prioris ad Corinthios tertio. Sed res evidentior, quàm ut testibus egeat.

XXXII. Transiit Vir doctus ad interpretationem Rufini, celebratissimam illam: *Alii, Synodum ita definiisse Ecclesiæ Romanæ jurisdictionem, ut tantum præset suburbanis & suburbicariis Ecclesiis.* In hanc verò vehementer stomachatur. *Quid hic (inquit) urbicaria, & suburbicaria somniamus, de quibus nec vestigium est in verbis Concilii?* Alibi: *Frustrà hic Patriarcha Romanus urbicariis & suburbicariis regionibus adstringitur, cui magis late patens imperium, in multis plures Provincias, cui id onus incumbere, supposuit.* Quo hæc jure videamus. Desiderat Vir doctus hujus vestigium interpretationis in verbis Concilii. Quanto potiori jure desideremus, iisdem in verbis, vestigia hodiernorum glossematum? Puta de duplici Papæ potestate, Patriarchali & Pontificiâ; de Alexandrini Patriarchæ Vicariatu, seu concessâ huic à Romano potestate; de Romani absoluto & Monarchico in omnes Patriarchas jure, &c. Quod superiora fortè docent & sequentia. Sed en posterioris hujusce interpretamenti clarissima & in Nicænorum verbis, & in Antiquitate, & apud Orientales, vestigia!

XXXIII. Nec jam profectò quæstio est, an suburbicariarum vel Ecclesiarum vel regionum disertis verbis Nicæni meminerint. Nata demùm vox est, saltem in rescriptis Principum usurpata, postquam Urbica jurisdictio, seu illa Præfecti Urbis, circumscripta fuit certarum Provinciarum limitibus, quæ Urbi proximæ & circumjacentes, & à quibus ad Præfectum Urbicum *sacra vice* appellaretur, dum ab aliis ad Præfectum Prætorio, vel illius Vicarium. Et in Oriente quidem, ix. hujusmodi Provinciæ sub Constantinopolitano Præfecto recensentur, in Codice Justinianæo de Appellatione. Latâ à Constantio primùm lege, post abolitum Urbis Proconsulatam, Eusebio & Hypatio Coss. In Occidente verò, quæ intrâ centesimum circiter ab Urbe lapidem essent Provinciæ, quales quatuor designantur in lege aliâ Constantii, ita fuerunt Præfecto Urbico subjectæ, ratione administrationis & appellationum, ut hinc *Urbicaria* vel *Suburbicaria* quoque dicerentur, Græcis dein barbarè *ἰπαρχία ὑπερβαρική*. Et quatuor has, ut *Suburbicarias*, in Ecclesiasticis, constituisse *Metropolim* Romanam non diffitetur Petrus de Marca, in Opere de Concordiâ Imperii & Sacerdotii. Hinc Latium *Suburbicarium*, Tusciam *Suburbicaria*, Picenum *Suburbicarium*, quibus Valeriam Provinciam, sic dictam indè à Constantini temporibus, ad Ortum & Austrum Piceni *Suburbicariis*, plerique adjiciunt, Jacobo Godofredo secus de Valeriâ statuente. Quanquam Viri alii longè doctissimi etiam *Urbicarias* dictas esse censent, quæ parènt Vicario Urbis, decem illas vel ex Notitiâ Imp. in quibus tres extrâ Italiam, Sicilia, Sardinia, Corsica. Et has in Ecclesiasticis constituisse putant *Diaecesim* Romani Episcopi, jure Exarchico, vel Patriarchico. Nec aliter Sirmondus, de Marca, H. Valesius, L. Holstenius, alii, in nostris quoque David Blondellus. Quod tamen jus Nicænis temporibus, ad quæ Rufinus respexit, posterius esse nos quidem arbitramur.

Ad hæc *Urbicaria* vel *Suburbicaria* loca Veteres dixerunt, quæ Urbi vicina, propè vel circum Urbem, *vicinas regiones* dixit Honorius Imperator, quæ sub dispositione P. Urbis. Sic ager *suburbicarius*, *suburbicarium* mare, & quæ id genus plura.

XXXIV. Nunc quicquid sit de *Urbicariis*, *Suburbicariis*, *Suburbanis*, vel regionibus vel locis, de quibus tot Eruditorum concertationes, sufficit nobis, ex Rufini interpretatione, restrictam fuisse à Nicænis, Canone hoc vi. Romani Episcopi potestatem intrâ *Suburbicarias Ecclesias*. Verba Rufini superius expressa sunt, qui eo feliciter Synodi mentem N. v. assequi potuit, quo propius ab ejus temporibus abfuit, xx. circiter annis post habitam Synodum natus. Quod enim obtendunt, Rufinum Papæ infensorem fuisse, hinc & jurisdictionem arctasse, fuscè Blondellus contra Perronium discussit. Et qui Rufinus, ex privato affectu, arctasset Romani potestatem intrâ angustos fines, contra consensum universalem illius temporis? Fallere ne vel potuit, vel voluit totius Italiæ, in quâ scribebat, fidem, imò totius Occidentis, quin imò Orbis totius? Et vel ex ignorantia peccavit Rufinus, vel ex malitia. Prius tantum non fuisset supinitatis, in doctissimo cæterâ Græcè & Latine, Theologicè & Historicè, Viro, ignorante mediâ in Italiâ sive jus Papæ sive factum, totâ Italiâ, toto Occidente, Orbe toto notissimum. Posterius stultitiæ fuisset summæ atque imprudentiæ, ut nemo non videt.

XXXV. Sed benè habet. I. Quod cum Rufino faciat Versio illa antiquissima, jactata Sirmondo, eruditis aliis, tacita studio Viro docto, quantumvis Vaticanæ in scriniis reposita. Secundùm hanc pronunciant Nicæni, *Antiqui moris esse, ut urbis Roma Episcopus suburbicaria loca, & omnem provinciam, suâ sollicitudine gubernaret, quæ verò apud Ægyptum sunt Alexandria Episcopus omnium lubere sollicitudinem.* Ubi 1. Romani sollicitudo adstricta *suburbicariis locis*, sive *suburbicariis regionibus*, nemine adhuc tùm Hæreticorum id (quod vellet Leo) somniant. 2. Adeoque adstricta *suburbicariis Ecclesiis*, ut habet Rufinus, frustrâ has à *Regionibus* vel *Lociis suburbicariis* distinguuntibus Sirmondo, Valesio, cæteris. 3. Intra eadem loca suburbicaria *omni Romani provincia*, ejus commissa sollicitudini, disertè censetur. 4. Distincta eadem provincia ab illâ *Alexandrina* in Ægypto & vicinis locis, etiam ab illâ *Antiochena*, & provinciis reliquis *Metropolitanorum*. 5. *Æqualis potestas, sollicitudo*, adscripta Alexandrino in provinciâ suâ, quæ Romano in suâ. 6. Diversissima adeò ab hodiernis moribus oratio, ubi non *omnem provinciam*, sed omnes Provincias, Occidentem totum, imò Orbem totum, *suâ sollicitudine gubernare* dicitur Romanus. Et hæc ipsa Versio est quæ Adversariis ipsis antiquior censetur Dionysianâ, certè ex *ostingentorum* annorum Codice nuper vulgata. II. Porro quid *suburbicaria Ecclesia* Rufino & prisco Interpreti, nisi quæ apud alios hujusce Canonis interpretes haud absumiliter designantur? Quas illi *suburbicarias*, Arabs dixit, quæ *sum circum urbem*, Arabs Paraphrastes alius, quæ *adjacent*, quæ *propinqua sunt*; Alexius Aristenus, quæ *ὑπὸ Ρώμῳ*, sub urbe Româ; Simeon Logotheta similiter, *αἰ ὑπὸ Ρώμῳ*, id est, *ὑπὸ τῆς Ρώμης*, ut alii loquuntur. Harmenopulus, Joh. Antiochenus, Photius, Arsenius, Zonaras, Balsamo, Nilus, Barlaamus, Macarius, Doxopatris, &c. quæ intrâ Romani Episcopi *οἰκίαν ἰπαρχίας, ἐνορίας, ὄρες, διοίκησιν, οἰκονομίαν*, hoc est, propriam provinciam, districtum, *Diaecesim*, Patriarchatum. Dixerunt Antiocheni, *ταῖς ὑπὸ τῷ πόλιν χωρῆς, regiones sub urbis Episcopo*, ut videre est Canone Antiocheno ix. Ignatius, *Εκκλησίας τὰς ἐν τόπῳ χωρῆς Ρωμαίων ἐν*

C. XII.
N. IV.
L. I. C. X.
N. IV.

Lege
XXIII.
Socr.
Hist.
L. II.
C. XL.
Cod.
Theod.
de Appell.
L. XXVII.
L. I. de
Calcis
Cæctor,
Urbis
Rom.
L. I.
C. VII.

Cod.
Theod.
L. IV. de
Habitu
intra
Urb.

De Prima
Eccl.
p. 883.
& seq.

In In-
scriptio-
ne Epist.
ad Ro-
man.

regione Romanâ. En Ecclesias suburbicarias! non forte quæ sub Urbe toto orbe dominante, sed quæ sub Episcopo Urbis, vel (ut loquuntur veteres) Urbico, sub ejus curâ, sollicitudine; & quidem certæ illæ Ecclesiæ, tum notæ, definitæ, limitibus suis circumscriptæ, ab Ecclesiâ & provinciis reliquis distinctæ, ut nefas esset Romano cæterarum ullam ὑφαρπάζειν, καθ' ἑλαμβάνειν, nisi proderet (ut loquitur suprâ Alexius, laudatus etiam Viro docto) τύφον τῆς κοσμητικῆς ἐξουσίας, superbiam seculari dominationis.

III. Sed quid innuunt alia verba Nicænorum? Nonne Episcopum Alexandriæ præficiunt Ecclesiis omnibus quæ ὑπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας, sub urbe Alexandriâ, urbe matrice, in quâ Augustalis præfectura residerebat? Planè uti Romanus Episcopus, ex antiquâ consuetudine, præerat omnibus illis quæ sub urbe Româ, urbe matrice, sive illæ jam intrâ Præfecturam urbicam, sive intrâ Vicariatum urbium conclusæ, quatenus hic a Vicariatu Italia distinctus fuit: nec enim in hanc jam litem descendimus. Nonne suas singulis ἐπαρχίας, Provincias, committunt Nicæni, Alexandrino, Antiocheno, Metropolitanis cæteris, planè ut Romanus in suâ ἐπαρχίᾳ προουσίᾳ, erat διοικῶν, ἑθνοικτὴν ποιῶν, οἰκονομῶν, ἐξουσίαν ἔχων, prout illa ἰσοδυναμῶσι. Hæc verò Romani provincia, hæc sub Urbis Episcopo Ecclesiæ, quid aliud quàm urbicaria, vel suburbicaria?

IV. Sed rem ipse Vir doctus expediat. Ad verba Nicænorum, (ἐπειδὴ ἡ τῆ ἐν τῇ Ρώμῃ Ἐπισκοπὴ τῶτο αὐθιγῆς ἐστίν, Quoniam id etiam Episcopo Romano in usu est) subaudiendum docet, ut nempe in suâ Dicecesi solus ipse, non alius, facultatem habeat. Rursus: quemadmodum Romanus res suæ Diceceseos pro arbitrio gerit & gubernat, ita etiam volumus ut agat Alexandrinus. Alibi: Romanus itaque, veluti Patriarcha, propriis inclusus suæ Diceceseos cancellis, Metropolitanis ac reliquis necessaria omnia subministrabat, quæ & reliquis Patriarcha in suis Dicecesibus procurabant. Agnoscit igitur Nicænos adstringere Romanum Ecclesiis Romanæ Diceceseos, vel ut loquuntur Patres, & Orientales, Romanæ ἐπαρχίας, vel ut Priscus Interpres suæ omnis Provincia, vel certè, ut Rufinus, Ecclesiis suburbicariis. Quæ si ita sunt, unde tanta in Rufini expositionem indignatio? Excipiet infrâ, Nicænos considerare jam Romanum ut Patriarcham, non ut Pontificem: sed precariò nimis excipiet, & invitis Orientalibus. V. Ingrata fanè hæc suburbicariarum Ecclesiarum appellatio Romanæ Curie, quæ universas Orbis Ecclesias suas esse curas censet; aut familiaris Antiquitati, sub Christianis Imperatoribus, hinc Rufino & prisco Interpreti Patrum declarandæ menti appositissima visâ. Nihil in Codice Theodosiano, & in Principum ævi illius, Constantii certè ac successorum, rescriptis notius, regionibus, partibus, provinciis, locis suburbicariis. Sic in Notitiâ Imperii Picenum suburbicarium, Regionem suburbicaria, non semel. Sic vetus Notitia Græca, ἐπαρχία ἑβερικαία, ὑπὸ τῆς εὐδοξίτου ἐπαρχοῦ Ρώμης. Provincia Urbicaria, quæ sub nobilissimo Urbis Præfecto. Non aliundè jam Ecclesiæ urbicaria, suburbicaria, scil. quæ sub Urbis Episcopo, quæque Romani sive Metropolitanis, sive Patriarchæ, Dicecesim constituerent. Concludat jam intrâ Præfecturam urbicam, & centesimum ab Urbe lapidem, & iv. Regionem suburbicarias: referat alius ad Provincias Urbis Vicario obnoxias, x. illas ex Notitiâ Imperii, & in iis Siciliam, Sardiniam, Corsicam: dilatat alius pomeria, & suburbicarias, si ita visum, eas vocet quæ Italia quoque Vicario parerent: protendat alius, quanquam gratis, quod facit Vir doctus, in multo plures Provincias, imò si vis in Occidentem rotum, haud ægrè acquiescentibus Græcis; satis est, cum ex Nicænorum verbis, tum ex consensione Græcorum omnium, & ipsâ modò confessio-

L. I.
C. III.
N. IV.
L. I.
C. II.
N. VII.

ne Viri docti, suos Romano Episcopo fuisse positos limites, suos cancellos, ultra quos nefas illi esset ὑφαρπάζειν, διοικεῖν, οἰκονομεῖν, ἐξουσιάζειν, ἑπισκοπεῖν, ἑθνοεῖν, Episcopali curâ, atque sollicitudine ferri. Sed securè nimis Vir doctus, ut in gravissimis omnium solet; Ante hanc ipsam Præfecturam (intrâ quam Vedelius, Salmasius, Godofredus, alii-que suburbicarias arctarant) & restricta ista Præfectura confinia, (id est antè ætatem Constantini M.) Patriarcha Romanus per totum Occidentem, suis positivè juribus, jurisdictionem exercobat. Præsto sint documenta ejus jurisdictionis, cujus prima fundamenta jecit Valentinianus III. in favorem Leonis I. intercedentibus passim ejus exercitio Italis, Gallis, Hispanis, Occidentalibus aliis. Nec nescivit quibus illud assertum revicerint documentis magna Virorum nomina; & in suis Antonius de Dominicis, ac Jurium Ecclesiasticorum assertores. Et tantum illud abest, ut ne Rufini quidem ætate, sive in Mediolanensem sive in Aquilejensem, in quorum agebat Dicecesi Rufinus, jurisdictionem Romanam exerceret, quod multis, vel ex Anastasio Papæ ad Johannem Hierosolymitanum Epistolâ, probat Blondellus noster. VI. Num fortè, quo minus admittatur Versio, hoc ipsum intercedit, quod à Græco contextu abire videatur? Quoad voces nonnullas, fateor; an quoad sensum disquirimus. Nec tam Rufini illa Versio est, quàm expositio, ex Ecclesiæ illius temporis consensione, usu, praxi. Sed undè vel Paschafini probata Adversariis versio est, vel prisca Latina, vel Arabica Turriani, vel Æthiopica, quæ à Græco & authentico apertissime recedunt? Nempe quia officit prior illa Romanis luminibus, prodesse hæc (quanquam nec profunt) doctissimis creduntur Adversariis. VII. Quid si verò & visam Romanis pridem Episcopis, & probatam Rufini versionem contendamus? Gelasius certè haud ignorasse censeri potest. Imò interpretationum Rufini disertè meminit, & cum laude quidem, vocans Virum religiosum, nec nisi in puncto de arbitrii libertate notari docens. Sic versionem hanc Rufini, in Historiâ Ecclesiasticâ expressam, à Cyrillo Alexandrino designari, Epistolâ ad Concilium Africanum, Anno Dom. ccccix. censent Eruditi. Ὅπερ (Canones Nicænos notat ex authentico missos) ἡ ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ ζητῶντες διήγησε: quod & in Ecclesiasticâ Historiâ requirentes, invenientis. Certè Vaticana illa versio, credita omnium antiquissima, quæque Romanum adstringit suburbicariis locis, Româ pridem approbante nata est, & Petro de Marca Chalcedonensibus anterior. Quâ de re dictum à me suprâ est. VIII. Non diffitemur verò ea secuta esse tempora, quibus mutatâ Reipublicæ facie, & versâ in dominantium Papatum sedem illâ Vicariorum ac Præfectorum Urbis, mirèque auctâ, favore Principum, Papali potestate, res regionum suburbicariarum cum nomine ipso evanuit, illique somnariè visi, qui eos intrâ cancellos Papas coercerent, factos jam ex Metropolitanis Pontifices, ex Urbis Episcopis Monarchas Ecclesiæ, & ex particularibus universales Patriarchas. Sed de suburbicariis & variæ & prolixæ Celeberrimorum extant Virorum lucubrationes. Reliqua in dissertatione Viri docti, age, persequamur.

XXXVI. Quasi ex tot Latinorum atque Orientalium Interpretationibus nulla satis placeret, suam quandam sententiam deinceps profert: Nos interim (inquit) verba Canonis examinemus. Examinanti nos insilium. Τα δὲ χαῖα ἴθι κερταίω. Antiqui mores vel consuetudines. Nihil hic agit de fide, immo enim diceretur, ἡ δὲ χαῖα πῖσις, Antiqua fides, ut memini me in Concilio observasse. De ritibus & consuetudinibus sermo est. Ergò non agitur hic de Papa supremâ potestate in omnes Ecclesias, quanto sibi habet à Christo,

De Prim.
Eccl. C.
XXXII.

Sec. 1.

4

Græ.
dist. xv.
C. Sancta
Rom.
Eccl.

In Cod.
Can.
Eccl.
Afric.

N. XVIII

Catholici ita esse de fide tenent. Ritus itaque, sed antiqui, improborum hominum audacia deperdit, in usum revocandi sunt, quos volumus vim in Ecclesia obtinere. Hæc in antecessum ille.

XXXVII. Ad quæ strictim observamus. I. Peti à Viro docto causæ propriæ jugulum. Non hæc, inquit, de fide sunt, sed de ritibus & consuetudinibus sermo. Assurgimus nos atque ad stipulamur. Quicquid ergò hic Romano & Metropolitanis reliquis adscribitur *περὸς τὸν ἑξουσίας*, non divini istud juris sed antiqui facti, non præcepti sed consuetudinis esse dicitur, nec ad fidem pertinere sed ad ordinem tamen, & decentiam illorum temporum, *ὡς διατάξιν, διπρόσθεν, τὸ πρὸς τὸν*, ut ritus solent. Rectè igitur Patres, *ἄρχαία ἐστὶν*, non *ἄρχαία πίστις*, uti alias de fidei capitibus solent. Consuetudinem certè consuetudinem vocant, *scapham* scapham. Et hanc improborum hominum, Meletii, Arii, similibus causâ turbari nolunt. Optimè hæc tamen Vir doctus. II. Largimur pariter, non agi de Papa supremâ potestate in omnes Ecclesias, quam vel ignorarunt Patres, vel certè hoc ipso Canone antiquassent. Collateralis hinc potestas Romani, Alexandrini, Antiocheni est, suis quæque limitibus terminata, suo quæque primatu gaudens, supremis quæque, in Ecclesiasticis causis, donata juribus, ut antecedentia ac sequentia demonstrant, nec apertè refragatur Vir doctus. III. Quod verò infert, ergò nihil hinc præjudicari supremæ illi Papa potestati, quam sibi habeat à Christo, & ita esse de fide tenent Catholicis, perquam sanè mirum accidit. Siquidem I. Restrigitur hoc in loco Papæ potestas intrâ *οὐρανὴν ἐπαρχίαν*, intrâ suos cancellos, non abnuente Authore Consensionis. II. Consideratur nonnisi ut Episcopus *Metropolitanus*, ad cujus exemplum, ut dignitate primi, & antiquitate venerandi, sua *Metropolitani* cæteris jura vindicantur. III. Aequatur illius potestati illa Alexandrini, Antiocheni, ut in suâ quisque *Diocesi solus*, nec alius, habeat facultatem, ut quisque pro arbitrio res sua *Dioceseos* gerat & gubernet, nec in suo exercitio impediatur à quocumque, ut quisque tanquam Dominus, neque alius in illis disponat, quæ ipsissima sunt verba, paraphrasis ipsissima Viri docti, quæ sanè vix ingenuam magis desideremus. IV. Nullâ jam intelligi ratione potest, qui hæc Alexandrini, Antiocheni, & reliquorum suprema atque independentia jura, cum Papa supremâ potestate in omnes Ecclesias, cum supremo in Patriarchas jure, Dominio, Monarchatu, consistant. Non expediet illa in æternum Vir doctus. Uno horum posito, alterum corruat necesse est. V. Quod si ea tunc Papæ suprema potestas fuit, proclive fuisset Nicænis, imò necessarium, inseruisse hæc Canonis, *Salvis tamen Papalis, Oecumenicæ, Monarchicæ, summæ potestatis juribus, quæ à Christo habet.* Et cauti in talibus esse Canones solent, ubi de juribus Ecclesiarum. Exemplum mox Canone Nicæno VII. Tribuunt Patres Episcopo Hierosolymitano, suffragante Viro docto, quartum honoris gradum, post tres primas sedes, sed addunt disertè, *salvâ Metropoli*, id est, Cæsareæ Episcopo, propriâ dignitate, *τῆ μητροπόλεως σωζομένης ἑ οἰκείας ἀξιώματι*. Sic Constantinopolitani Canone II. Orientis Episcopis jura sua adscribunt, sed *servatis privilegiis quæ Nicænis Canonibus Ecclesia Antiochena tributa sunt.* Sic alibi Cyprii Antistitis jura salva esse decernunt, & quæ exempla id genus in Canonibus plura. Multo magis in tuto collocassent, in hac trium Patriarcharum exæquatione, vel posteritatis & refractoriorum gratiâ, Romani illam propriam dignitatem. Imò quam sibi haberet à Christo restringere Nicæni, aut tacere omnino, in hac de jurisdictione causâ, haud sanè debuerunt. VI. Mira interpretandi prorsus ratio! Nicæni, jus esse Romano in suâ demùm ἐπαρχίᾳ, Vir doctus, in omnes Orbis Ecclesias: Nicæni, antiquâ

id consuetudine receptum; Vir doctus, à Christo id institutum: Nicæni de more esse; Vir doctus, de fide: Nicæni, jus Metropolitanum; Vir doctus, jus summi Pontificis, Christi Vicarii: Nicæni, de Alexandrini, Antiocheni potestate in suis ἐπαρχίαι absolutâ, independenti; Vir doctus, de delegatâ & dependente à Romano: Nicæni, de gravissimis omnium causis, puta ordinationibus, confirmationibus, excommunicationibus, coactionibus Synodorum (ut docent Canon iv. v. & Meletii Arii que historia) quas causas, omnium certè tunc in Ecclesiâ maximas, intrâ cujusque Metropolitanæ ἐπαρχίαι dignosci, judicari, terminari volunt ultimo & absolutè; Vir doctus restringit, ad causas quæ non excederent limites inferioris potestatis, servatâ Romano Episcopo supremâ potestate de omnibus cognoscendi, judicandi, ἐξουσιαστικῶς, αὐθεντικῶς, μοναρχικῶς. Nam hæc postrema omnia supponere, & intelligere Nicænos, vult tota disputatio. VII. Non stupenda videtur minùs argumentandi inferendique illa ratio: *Antiqui moris est* (ajunt Nicæni) jus particulare Romani, in suâ Diocesi; ergò non agitur (infert Vir doctus) de Papa supremâ potestate in omnes Ecclesias, quoniam hæc de fide est, tenentibus Catholicis; sive, ergò Papæ suprema potestas in omnes Dioceses præsupponitur à Nicænis, tanquam de fide. Haud nos tam acutum cernimus. Allequatur alius ejus ratiocinii vim. Nempe, Papæ potestas particularis & restricta ad suam Provinciam, Diocesim, de more est, de consuetudine est, secundum Nicænos; ergò alia præsupponitur, & subintelligitur ejusdem Papæ potestas, universalis, illa & absoluta in omnes Ecclesias, Patriarchatus, quæ potestas de fide est, & quidem secundum Romano-Catholicos. Hæc Lector expediat, nisi Davus est. Inferret pariter Vir doctus, v. g. ex dicto tali: *Antiqui moris est*, ut Christiani publicas preces ad solam Christum, ut Mediatorem, dirigant; ergò non ibi agitur de iis precibus quas ad omnes Sanctos, ut Mediatore, Intercessores, dirigi voluit Christus, & de fide esse tenent Romano-Catholicis. VIII. Sequitur pariter ex ratiocinio Viri docti, potestatem Papæ universalem, illimitatam, in omnes Ecclesias, esse à Christo, esse de fide, esse divini juris; sed potestatem ejusdem particularem, limitatam, in Ecclesias Romana Dioceseos, esse de more, de consuetudine, & humani facti, scil. tradente ac suggerente Petro. Atque ita potestas particularis non comprehensa in universali fuit.

XXXVIII. Porrò suprema illa & Monarchica Papæ potestas in omnes Ecclesias, omnes Patriarchas, dicitur esse à Christo, quo, amabo! non jam è Scripturâ, sed ex Nicænis, ex Constantinopolitanis, ex Chalcedonensibus, ex Orientalibus, & Perpetuâ quidem horum Consensione, documento? Nam à Græcis, quicquid prærogatarum in Romano est, tribui Patribus ac Principibus, haud negat Vir doctus. Quo nomine traducit passim, & acerbè, L. I. Constantinopolitanos, Chalcedonenses, Trullanos, So-C. XIV. cratem, Sozomenum, Justinianum Imp. Enagrium, Ni- XV. XVI. cephorum, Zonaram, Balsamonem, Nicetam Seidum, XVII. Meletium Alexandrinum, Nilum Thessalonicensem, XVIII. Marcianum Ancyratum, Nilum Doxopoterium, Georg. Corefium, Georg. Philadelphensem, Demetrium Chomatenum, Alexium Aristenum, Simeonem Thessalonicensem, Mattheum Blastarium, Annam Comnenam, uno verbo, quicquid est Orientalium. Unde de Authore Donationis Const. M. secutus, inquit, *Græcorum media L. I. atatis sententiam, dum quæ possidet Romana Eccle- C. XIV. sia, non à Christo accepisse, sed à Constantino, author N. IV. ille docuit. Paulò antè: Inquirendum est quid causa L. I. fuerit, ut Græci tantoperè contenderent, Romanum Pontificem privilegia sua à Patribus & Imperatoribus habuisse, non autem à Christo per Petrum. Alibi de Justinia- N. VI.*

L. I.
C. XVII.
N. VI.

stiniano, primatum Romani tribuente Synodorum definitionibus: *An sanior aliis Græcis Justinianus fuerit? Verba ipsius dicent, Nov. cxxxii. Ibidem: Justinianum licenter in Ecclesiasticas sanctiones debacchatum esse; Ecclesiastica consurbasse Constitutionibus Imperialibus; contra omne jus fasque præsumpsisse, &c. Sexcenta id genus in Allatio nostro loca sunt. Et hæc Græcorum, Orientalium, in gravissimo omnium capite, ac fonte cæterorum, perpetua Consensio est? Denique ita esse, & à Christo, & de fide, tenent, inquit Vir doctus, Catholicus. Nempe tenet Papalis Curia, tenent Gnathones, Clientes. Atqui expectabam illud, tenent Orientales, & perpetuam consensione tenuere. Sed familiare id totâ disputatione: Ubi Orientalium dissensus intelligitur; *Nescis est, (inquit) id inter Catholicos dici, sic Catholicus. Alibi: Hisce temporibus adeo certum id ac stabile est inter Catholicos, cum quibus mihi modo sermo tantum est. Rursus: Nuga! optime ergo argumentatur Latinus; de Episcopo Romano dicitur, super hanc Petram, &c. Utamque talia paginam faciunt. II. Rursus, Papæ Romani Monarchicam potestatem, in omnes Orbis Ecclesias, quæ à Christo sit, & divini juris, tenent omnes Catholicus? Dissensionem suorum vix ignorare potuit Vir doctus. Plures fortè Romano-Catholicus aliter tenent. Nempe non jure divino sed Ecclesiastico eam niti Romani Pontificis potestatem, nec ex institutione Christi, sed ex facto Petri esse. Ipsemet ita Bellarminus, quærens cur Romanus potius quam vel Alexandrinus, vel Antiochenus Petro succederet? Sic & sensisse Constantiensis Patres, nec paucos Tridentinorum, & plerosque, non hujus loci est demonstrare.**

De Rom.
Pont.
L. II.
C. III.
S. VI. an-
tem rei.Parte II.
C. XIX.

XXXIX. Frustrâ igitur subjungit Author Consensionis: Distingendum esse inter potestatem absolutam Pontificiam, & Patriarchalem, quarum scilicet illa sit de fide, hæc antiqui moris; de hac Canonis verba debere intelligi, non de istâ; & ita demum eandem auctoritatem Alexandrino atque Romano tribui: Addit, distinctionem hanc non intelligentes Interpretes alia atque alia commentos esse, quæ plana omnia remanent, tali distinctione. Abrah. Ecchellensis Libro de Primatu contra Seldenum. *Romanus Pontifex proponitur ibi (hoc Canone lexto) tanquam exemplar imitandum in Politiâ Ecclesiasticâ administrandâ, vel quæ Metropolitanæ gerit personam, vel quæ Occidentis Patriarcha est. Romanus enim Pontifex quadruplici ratione consideratur, nempe, vel ut est specialis Urbis Romæ Episcopus; vel ut Romana Provincia Metropolitanus, vel ut totius Occidentis Patriarcha; vel tandem ut universalis Ecclesiæ summus Pontifex, unde Caput Ecclesiæ dicitur est in Conc. Chalcedon. Epist. II. &c. Nobis in præsentia satis est, distinctionem hanc Papæ, ut Patriarcha est, & ut summus atque universalis Pontifex, non intellexisse Græcos, non Orientales. Imò absolutam Pontificiam potestatem, per Patriarchalem, aut Metropolitanam restrictam, limitatam, æquatamque cæteris, & Nicænos configere, & Græcos impetere, satis superque ex præcedentibus liquet. Ultra Patriarchatum Occidentis, Græcorum (quæ verè tales) nemo Romano Episcopo concessit quicquam potestatis. Patriarchatus verò nequidem Nicæni meminerunt, minùs absolutam Pontificiam potestatem. Sed distinctionis absurda alia alii urserunt nostratium. Declamet jam Vir doctus, quæ est in dicendo felicitate: *Romanus itaque, veluti Patriarcha propriis inclusus suæ Dioceseos cancellis, Metropolitanis, ac reliquis qui Christo nomina dederant, prout serèbant tempora, necessaria omnia subministrabat; quæ & reliqui Patriarcha in suis Diocesibus procurabant. Verumptamen, ut summus Pontifex, & Petri successor, auctoritatem quam à Christo supra ipsos etiam Patriarchas acceperat, in reliquis Patriarcharum Diocesibus, ne quid noxi de novo irreperet, illapsus ut evelleretur, &c. provi-**

L. I.
C. XI.
N. VII.

debat. *Felicem tum Ecclesiam, quæ sub unius Patto- ris regimine ducebatur! Etiam dum Tyranni fremerent, heretici insanirent, improbi homines insultarent, &c. Summus Pontifex, Divino prædium numine, & Christi virtute suffultus, Ecclesiæ univertæ (quæ volens libensque tanto subdebatur culmini) prospera omnia ac felicia promittebat, & gratâ vice, Ecclesiæ obedientiam Pontifici præstabat, dicto audiens; ab Episcoporum, Metropolitanorum, Patriarcharum, & quod magis est, Conciliorum sententiis ad ipsum provocabat; causam dicturi, Romam proficiscebantur, depositi ab aliis, non nisi ab ipso restitutionem obtinere poterant. Alibi idem Al- latius: *Alexandrina nempe & Antiochena sedes, cæteris, quæ in Ægypto & in Asiâ erant, Ecclesiis suæ paræcia quæque jura dabant. Romana, præter dominum quod in sua exercebat Diocesi, his quidem Ecclesiis imperabat, & ad eam illi iidem Primates, à quibus subditi Episcopi appellare poterant, dubia referebant, ex eaque solutiones hauriebant. Quare Romanus Pontifex, nulli subjectus omnes judicat, à nemine judicatur; etiam si iniquè gubernet, obedientiam non amittit; leges aliis dat, non accipit, & pro arbitrio mutat; Magistratus creat; de fide quid sentiendum sit decernit; & majora Ecclesiæ negotia, ut sibi videtur, dijudicat. Qui etiam si vellet, errare non potest, cum perfidia in eum accessus interclusus sit, ne prestigias recipiat; etiam si Angelus aliter nunciet, quam prædictum est, Christi auctoritate munitus mutari non potest. Iterum postea: Et quemadmodum Christus (Petrus hoc nomine intelligit) aliquid in se dignitatis atque auctoritatis habuit præter Apostolatam, ita & Christus (Romanus Pontifex) post Christum. Addit; *Habet itaque præter specialem Romanus Pontifex, tantorum Patrum decreto, universalem potestatem. Tum Græcos notans; Quid hic ex penu suo afferunt Heretici? Hæccine igitur, millies toto Opere ἀπερφερόνως repetita, vel probet Doctissimus Author, vel probare valeat, sive ex Nicænorum, sive succedentium Orientalium Consensione, & perpetuâ illâ, ut de Afris, Italis, Gal- lis, Hispanis, Latinisque cæteris, etiam ævi Ni- cæno posterioris, nihil nunc dicam, judicet pru- dens Lector, judicent Latini hodierni quibus datum ἐκθεροσορεῖν. Sed quæ ad Nicænum ille Canonem commentatur, pauca superiunt.***

L. I.
C. II.
N. VI.L. I.
C. IX.
N. VII.
IX.

XL. Sic ille porrò: *Nota etiam, Antiqui mores, qui jam ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio in Ecclesiâ in- valuerunt, tradente ac suggerente Petro, & quos, tra- ditione Petri; tanquam sanctos atque inviolabiles, vene- ramur. Non nova nos cudimus, sed vetusta renovamus, & prævis hominum conatibus fere abolita, restitimus, & præcipimus observari. Sed quinam sunt hi ritus restituendi? Ὡς ἔν τῷ Ἀλεξανδρείᾳ Ἐπίσκοπον τῶν ἐχθρῶν τῶν ἰεραίων, Alexandrinum nempe Episcopum eorum quæ in Ægypto, Libyâ, & Pentapoli sunt, habere potesta- tem, ut eorum Dominus sit, ut ipse, neque alius, in illis disponat. Ita enim ab antiquo ævo in usu fuit, ut Patriarcha Alexandrinus illa moderaretur. Nempe duo vult Vir doctus. I. Antiquos mores esse hoc lo- co, qui obtinere jam inde à principio, à nascentis Ecclesiæ exordio, tradente atque instituyente Petro. Quemadmodum de fide esse dixit, quod tra- ditum atque institutum à Christo. II. Per hos mores, hos ritus, intelligi potestatem Patriarchalem Romani, Alexandrini, Antiocheni, ut horum quisque, intra præscriptos suæ Dioceseos terminos, Domi- nus esset, solus habens in eâ facultatem, &c.*

XLI. Ad primum observamus. I. Immemorem quandoque sui esse Virum doctum. De more jam vocat, quod institutum à Petro, contradistinctè ad id quod de fide est, & à Christo. Prioris generis vult esse non nisi potestatem Patriarchalem, commu- nem tribus Sedibus, posterioris potestatem Pontifi- ciam, specialem Romanæ. Atqui hanc ultimam, quod propria sit Romanæ sedi, alibi sæpius non Chri-

L. I.
C. II.
N. VII.

Can. VI. in Cod.
Can.

Can. XXXIX.

Can. VII.

Christo immediatè, sed Petro & factò Petri acceptam refert, ut plerique suorum. *Fuit itaque Roma Petrus, Primatumque Romanorum Pontificum* morte etiam suà fundavit. Ita sæpè. Infero: Ergò potestas Pontificia in Romano, nonnisi *de more* est, de factò; ergò nullam, quæ *de fide* sit, præsupponunt in eodem Nicæni; ergò distinctio hoc loco aliena, & precaria, ut pluribus suprâ. II. Sed & gratis Scriptor Confessionis: Tempore Nicænorum jura Metropolitana, vel si velit Patriarchica, erant *antiqui moris*, ergò inde à Petro Apostolo, & Petro instituentè! Atqui 1. Num quæ jura invaluissent, inde ab uno aut altero sæculo, non potuere dici *antiqui moris*? Et quoties ad hujusmodi *consuetudinem*, recentiorem licet Apostolico ævo, provocant Canones? 2. Nonne verius dixissent Patres? *Antiqui juris* est, *antiqua constitutionis*, Petro Apostolo, & per eum Domino, sic jubente, ordinante. Consuetudo ergò hîc contradistincta est legi, præcepto. 3. Nihilne *ἀρχαίων* Græcis, quod non indè à *principio*, à primâ antiquitate? Atqui vox laxior, sæpè relata ad res nostræ ætatis. *ἀρχαίων, παλαιόν. Ἀρχαῖοι Φίλοι, ἀρχαῖοι μαθητῆς, ἀρχαῖοι ἁμαρτίαι, ἀρχαῖοι ἡμέραι, ἀρχαῖοι νόσοι* apud Hippocratem de morbo inveterato, & planè sic *ἀρχαίων ἔθου* *consuetudo inveterata*. Intenditur significatio in *παναρχαίων, παμπάλαιον*, aut pro ratione circumstantiarum. 4. Accedant phrasèos exempla. Ephesini Patres servari unicuique Provinciæ volunt inviolata jura, *ἃ τὸ πάλαι κρητήσαν ἔθου*, *secundum antiquam consuetudinem*. Sanciunt iidem, ut Cypri Præsules per se ipsos faciant ordinationes, *ἃ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, secundum antiquam consuetudinem*. Hæccine igitur Petro tradente, ordinante? Sic Trullani, dùm *mores antiquos* servari volunt in quâque Ecclesiâ, eone tales quos instituerit Petrus? Sic Valentinianus Imperator, suo in favorem Romani Rescripto: *ἃ τὴν ἱερουσόλυμ ἃ πάντων ἡ ἀρχαίότης παρέχει, Cui (Romano Episcopo) Sacerdotium suprâ omnes antiquitas concessit*. Num hîc *antiquitatis* voce Petrus, vel Christus? affirmabit, sed precariò, Vir doctus. Exempla sine numero. 5. Nonne ipsi Nicæni, pro *antiquâ consuetudine*, jura Metropolitana, & Ecclesiis omnibus *Civitatum ampliorum*, & *Cæsariensis* Episcopo, servari volunt? Pariterne tradente ac suggerente Petro? Sic iidem, *antiqua consuetudinis* esse ac *traditionis*, ut Æliæ Episcopus honoretur, sed ita ut subesset Cæsariensi Metropolitanò: Itane ordinante, ac tradente Petro Apostolo? Certè hic urbi Hierosolymorum, potiùs quàm Cæsareæ, detulisset *τὴν ἐξουσίαν, & πρεσβείαν*, *authoritatem ac jurisdictionem*: Urbi (inquam) & Christi præsentia, & Servatoris morte, resurrectione, & Collegii Apostolici residentia, & missione Spiritûs S. & origine Prædicationis, & tot nominibus aliis, verè omnium Ecclesiarum Matri, ac Capiti. 6. Quanto igitur verosimilius est, respicere Nicænos ad illam *consuetudinem*, quâ factum ut formam Civilem sequerentur Ecclesiastica, ut pro jurisdictione civili Urbium Episcoporum illa in Urbibus æstimaretur. Non aliundè jam Episcopis Antiochiæ, Alexandriae, Cæsareæ, Civitatum ampliorum, hæc nata jura, quæ confirmant Nicæni. Et ab eadem consuetudine illa Romani Episcopi, in Urbe principe, atque Imperii sedè, suis tamen jura illa finibus terminanda, pro finibus *Regionum Urbicarum*, vel pro modo jurisdictionis seu Præfectorum Urbis, seu Vicariorum, quorum etiam antè Synodum Nicænam jurisdictio viguit. 7. Et hîc aditipulantes habemus, ex *Græcis* quidem & *Orientalibus*, omnes. Nicænos jam diximus, non alio nomine Cæsareæ Metropolitanii servantes suam *ἀξίωμα*, suprâ Hierosolymorum Episcopum; non alio, civitatum ampliorum Epi-

scopis τὰ πρεσβεία *primatum*. Sic Antiocheni Patres tribuentes jus supremum Episcopis, qui, in unaquâque provinciâ, *πρεσβύτεροι τῇ μητροπόλει, πρεσβύτητες τῇ μητροπόλει*, item, *οἱ πεπισθαιμένοι τὰς μητροπόλεις, quibus Metropoles credita essent*. Sic Constantinopolitani, eo nomine Byzantinæ Civitatis Episcopo tribuentes secundum locum, quod esset civiliter ἡ νέα Ρώμη, *nova Roma*. Sic Chalcedonenses, ubi de Ecclesiasticis dignitatibus, *τοῖς πολίτικοῖς ἢ δημοσίοις τύποις ἢ τῇ ἐκκλησιαστικῶν παροικιῶν ἢ τῶν ἀπολυθῆτων, Civiles & publicas dispositiones* (Vir doctus alicubi reddit, *litteras Imperatorias*) *Ecclesiasticarum quoque Patraciarum ordo consequatur*. Unde & Nicæam Nicomediæ, ut Metropoli antiquæ, subijciunt, *Ἀctione XIII. & Romæ primas deferunt, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν*, secundas Constantinopoli, ob rationem eandem. Idem planè Synodus sexta in Trullo, confirmans dictos Canones Chalcedonenses. Idem Synodus alia sub Alexio Comneno, *A. CIO LVII.* apud Balsamonem. Piget constitutiones varias Justiniani Imp. dicta Zonaræ, Balsamonis, Nili Thesalonici. Doxopatrii, Barlaami, Græcorum aliorum, congerere, quæ hi cancelli non capiunt. *Ἀνέκδοτον* in hanc rem alia produximus suprâ. Adèd quidem, ut ex quo Roma excidit Principatu, excidisse etiam Primatu, ac pristina dignitate, ejusdem Episcopum contendant. Et praxis loquitur totius Antiquitatis, ac distributio Ecclesiasticarum dignitatum, cùm in Oriente, tùm in Occidente. Sed de his prolixè Eruditi, etiam Spalatensis, in Libris de Republicâ Eccles. 8. Denique, ne jam in *Patriarchalium* sedium inquiremus origines, quas *Petro* adscribit cum suis Vir doctus, quodque alterius erit disquisitionis, possemus hîc simplici *negatione* defungi. Simpliciter enim *affirmatione* posuit, hanc esse mentem verborum; *τὰ ἀρχαῖα ἔθου, mores antiqui, scil. tradente Petro*. At ne hoc quidem persuadere natum est.

XLII. Ad Leonis alterum, scil. de *Patriarchalium* trium *dominantium* sedium dignitate loqui Nicænos, respondemus. I. *Κατὰ συγχώρησιν*, largiri id nos posse, salvâ causâ. Satis est, collateralem eam partemque in Romano, Alexandrino, Antiocheno, constitui. Et hoc Orientales volunt, negantes eo ipso dignitatem *Pontificiam*. Superiora Lector expendat. II. *Κατ' ἀρνήσιν*, sed & frustra Vir doctus, verba de *Patriarchalium* *possessione* debere intelligi. Quam & causam prolixè nuper egit Clariss. Valelius, prolixius refutavit Rever. Beveregius. Et sanè nonnisi *Metropolitanorum* potestatem novisse Nicænos, evincunt omnia I. *Metropolitanos* ubique vocant, Patriarchas nunquam. Ita nec sequentium Canones Conciliorum, antè Chalcedonenses. Ac largitur Valelius, ne Constantinopolitani I. tempore *usu receptum fuisse Patriarchatum vocabulum*. II. Antiochenum disertè Nicæni pari loco habent, quo Metropolitanum quemvis in Provinciis aliis: *Similiter & in Antiochiâ, & in aliis Provinciis, privilegia servantur Ecclesiis*. III. *Metropolitanas Ecclesias*, scil. Antiochenam & privilegiatas reliquas, disertissime reddit Priscus Interpres, de quo non oscitanter suprâ. Sic legebat suprâ Carranza: *quoniam & Metropolitanis talis est consuetudo*. IV. Hinc Nicæni *ἐπαρχίας* singulis regendas tribuunt, non *διοικήσεις, Provincias non Dioceses*. Ac si Patriarchalem potestatem inuissent, non tres jam modò, sed plures longè Patriarchæ eminuissent hac dignitate, Asianus, Thracicus, Ponticus, Cyprius, Carthaginensis &c. Sed post Nicænos nati illi *Dioceseon* sive *Exarchi*, sive *Primates*, qui & primi tuere *Patriarchas*. Multò magis ignorarunt majores illos *Exarchis Patriarchas*, maximè omnium Patriarchatum *Occidentis*. Affirmantium certè probatio fuerit. V. Potestatem etiam singulis adscriptam vocant *ἐξουσίαν, πρεσβείαν, ἀξίωμα*,

Can. Antich. IX. & XX.
Can. III. & XVII. & XXVIII.
Can. XXXVI. & XXXVIII. Balsam. in Can. Chalc. XVII.
L. III. C. II. X. & L. IV. C. III. &c.
In Socr. L. V. C. VIII.
N. XVII.

μα, id est, *jus Metropolitanum*, sive *Præmaturum*. Quod jus non tribus modo sedibus, sed & *ampliorum civitatum* Episcopis, tribuunt ex æquo. VI. Supremam eam quoque potestatem constituunt in *ordinationum, confirmationum, congregandarum Synodorum*, Metropolitanis juribus. Hæc Alexandrino vindicant contra Meletianos; ne etiam in aliis Provinciis turbentur, deinceps cavent. Et quid velint, explicant eodem Canone VI. *Καθόλου δὲ πρέσβηλον ἐκείνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης τῆς μητροπόλεως ᾤσεται ἐπίσκοπος, ἢ τοιοῦτον ἢ μεγάλην συνέθεσιν ὡς εἴη μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον.* Illud autem omnino manifestum est, quod si quis præter sententiam Metropolitanam factus sit Episcopus, hunc magna Synodus statuit non oportere esse Episcopum. Ac Canone v. lites omnes finiri ultimo judicio jubent in Provinciis singulis, coactâ à Metropolitanano Synodo, nullâ certè ad Patriarcham superiorem provocatione. VII. Nec Alexius Aristenus, Simeon Logotheta, Conf. Harmenopolus, alii Epitomatores Canonum Græci, ullum discrimen norunt inter potestatem hoc loco adscriptam τῷ πρώτῳ Romano Episcopo, & τοῖς λοιποῖς Ἀρχιεπισκόποις κατὰ τὴν Μετροπολίτιν, cuique intra τὴν αὐτῆς ἐνορίαν, sive τὴν οἰκείαν ἐπαρχίαν. Hinc alicubi Balsamon, ὅτι τὸ παλαιὸν πάντες οἱ τῶν ἐπαρχιῶν μητροπολίται ἀντεκέφαλοι ἦσαν, ἀντικίους ὄντες Provinciῶν Μετροπολίτας fuisse *autoccephalos*. Hinc etiam Romanus Metropolitanus pridem titulo insignitus, nec diffidentibus Adversariorum primipilis. Ac Petrus de Marca Libro primo de Concordiâ: *Quarum Civitatum* (Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ,) *Episcopi eximii privilegia gaudebant, quæ consuetudine & moribus firmata primum, postea Nicæna Synodi decreto sancita sunt. Sanè dissimulandum non est eo Canone (sexto) tres illos Antistes Episcoporum tantum, vel ad summum Metropolitanorum, nomine censeri. Quis saculo sequenti in Concilio Ephesino Archiepiscoporum titulo aucti, in Concilio Constantinopolit. Exarchorum Diæcesis dignitate decorati, tandem in Concilio Chalcedonensi promiscuè Archiepiscopi, Exarchi, & novitiâ dictione Patriarchæ sunt appellati. Hæc ille.*

In Canon. II. Constantin.

C. III. N. v.

L. I. C. XVII. N. VIII.

Ibidem.

Epist. ad Euagr. XIV. T. I.

gubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, sive Alexandria, sive Tanis, ejusdem meriti, ejusdem & meriti, ejusdem & sacerdotii. Quicquid verò Antiochia, quicquid Roma, post Nicænam Synodum, caput extulerint, quæritur de mente Nicænorum. Nec his *Dominium*, ut interpretatur ille, sed *ἐξουσίαν* in Episcopos subjectos tribuunt, id est *πρωτεῖον, πρεσβείον ἢ τιμῆς, πρεσβύσιον*, prærogativam *honoris, ordinis, & potestatis*, quantum ad ordinationes, confirmationes, Synodorum indicationes, jura præsentia, & appellationum, & censurarum, quæ vetera Metropolitanorum jura. Nec omnis *ἐξουσία* statim est *ἀρχιεπική* seu *Dominii*, datur & *οικονομική, λειτουργική, & distè* Constantinopolitani, omnia illa jura vocant *οικονομίας ἐκκλησιαστικὰς, administrationes, dispensationes Ecclesiasticas.* Si etiam, fatente eodem, Antiochenus, Alexandrinus, pronunciantur *Dominii* in suis Diæcesibus, æquè ac Romanus in suâ, quî jam illi in Ecclesiasticis *Vicarii, ministri, subditi* Romani Episcopi? Cur etiam verba Nicænorum neglecta, alia ubique substituta? Dicunt illi *ἐξουσίαν*, Vir doctus *dominium*, Illi cujusque *ἐπαρχίαν*, Vir doctus, *Diæcesim, Patriarchatum*; Illi *Metropolitanos* Episcopos, *Metropolitanas* Ecclesias, Vir doctus, *Patriarchales*; Illi *Episcopos*, Vir doctus, *dominos*. Nempe improprissimè locuti Nicæni! An veriùs alia tùm tempora, mores alii!

Can. II. Conc. Const. I.

XLIV. Movet tandem scrupulum Vir doctus, & prolixè fati, sed à re præienti alienum. Cur nempe Synodus Patriarcham *Antiochenum* post *Alexandrinum* locet, *ordine inverso*? Cur Antiochena sedes *tertia*, Alexandrina *secunda* numeretur? Antiochenum enim poni debuisse primo loco, *cùm ante Alexandrinum, & ab ipso Petro erectus sit.* Tandem concludit; *Quare concludi debet nullâ aliâ ratione Alexandrina posthaberi Antiochenam, nisi quod ita primum Petro, per Marcum eam erigenti, visum fuerit.* Atqui I. Parùm interest, sive Alexandrinum sive Antiochenum præmiserint Patres, quos pari loco habent. II. Ratio hic quidem manifesta, quia de Alexandrino mota in Synodo quæstio, cujus occasione demùm Antiocheno & Metropolitanis cæteris jura vindicantur. III. Sed & Alexandrina sedes primum semper habuit in subscriptionibus locum, antè Antiochenam, *secunda* quondam, dein, nato Constantinopolitano, *tertia* semper habita inter Patriarchales, post Romanam & Constantinopolitanam. Unde igitur illud? *Patriarcha Antiochenus ante Alexandrinum poni debuit.* IV. Nec alia constantis hujusce ordinis ratio; quàm ab Urbium ac Præfecturarum civili ordine ac dignitate. *Secunda* tùm post Romam Alexandria, sive Urbis potentiâ, sive amplitudine, sive Augustalis Præfecturæ residentia. Dio Chrysoſtomus de urbe Alexandria; *δὲ τὴν ἑλίαν, secunda Urbium qua sub sole sunt.* Imò ex Diodoro, Josepho, Plinio, Strabone, Herodiano, aliis, constat, primam fuisse Urbium omnium, secundùm Romam, *magnitudine*. Sic Præfectura Alexandrina præstantior longè Syriæ Præfecturâ. Hinc Gregorius Nazianzenus de Athanasio Alexandrino, creditam illi fuisse populi Alexandrini præfidentiam, quasi præfecturam *πάσης ἢ οὐκ ἐκείνης, totius orbis.* Plura de Alexandriæ laudibus hoc loco mittimus. Petrus de Marca Libro sexto; *Alexandria secunda Romani Imperii Civitas, quod Egyptiaci regni caput esset, Antiochia verò tertia, quod Regina Orientis esset.* Et hinc præminentiam Episcoporum Romæ, Alexandriæ, & Antiochiæ, idem arcessit. V. Gratis igitur, *Petro sic visum*, ut Alexandrinus præcederet. Aliæ Petro curæ quàm honorum ista & sessionum distributio. Nihil tam frequenter inuunt Canones, quam *civilis* urbium dignitatis habitam in talibus esse rationem. Hinc Romanæ Ecclesiæ, hinc post Constantinopolitanæ, hinc Alex-

Orat. XXXII.

Orat. in Athan. T. I. C. I. N. IX.

T. I. An-
nal. A.
C. LIX.
N. X. XI.

xandrinæ, Antiochenæ, hinc Ephesinæ, Cæsariensis, Heracleensis, Sirmienfis, Thessalonicensis, Mediolanensis, Treverensis, Arelatenfis &c. ac cæterarum Metropolitanarum, dignitates. Nec aliam adfert causam Baronius prælati Antiocheno Alexandrini, hæctenùs ingenuus. VI. Imò possent non pauca retorqueri; Si à Petro origo & ordo Patriarcharum, cur is Alexandrino secundas defert, post Antiochenum instituto? Si ideò Antiocheno secundus locus debitus, quod ante Alexandrinum erectus, quidni Antiocheno primus locus debeat, antè Romanum à Petro instituto, juxtà pleròsque Adversariorum? Aut si Romano idcirco primatum adscribunt, quia ultimò Petrus Episcopus Romæ, annon & Antiochiæ idem Episcopus fertur, & septennio toto & antè Romanum Episcopatum? Si etiam Alexandrina, si Antiochena Ecclesia, si reliquæ, ab urbium splendore, ut dictum, suam mutuarunt dignitatem, suum ordinem, quidni & de Romanâ Ecclesiâ idem censeatur? Unde etiam Petro visum posthabere his sedibus Hierosolymitanam, non jam à Marco, sed à Domino primùm, post à se, & à Collegio Apostolico erectam, fundatamque?

XLV. Sed de his longè aliter statuunt Græci. Ac meus Anonymus MS. in Tractatu, quod Papa ἀρχιεπισκοπῆς (sic ille) jura sua invaserit, agens de origine Patriarcharum. I. Ostendit, quod demùm ab erectâ Constantinopoli in regiam, Sancti Patres ἐτίμησαν ἢ τὴν Κωνσταντινουπόλεως, ἢ τὴν Ἰδουσαὶν καὶ καλεῖται Πατριάρχης, ἢ γὰρ ἀρχὴ τῶν πατρῶν. Καὶ αὐτὸ ὄνομα νέον. Καὶ τὴν Ἰδουσαὶν ἢ αὐτῶν καὶ εἶναι ἀρχὴ τῆς Ἐκκλησιῶν τῆς Ἡλιετικῆς, τῆς Ἡπείρου, τῆς Ἐλλάδος, τῆς Ἀχαΐας, τῆς Μορίας, τῆς Ἰσθμίου, τῆς Σικελίας, τῆς Κρήτης, τῆς Ρόδου, τῆς Κύπρου, ἢ τῆς Κυκλάδων, τῆς Μακεδονίας, Θεσσαλίας, Φρυγίας, Ἀσίας, Βιθυνίας, Ἐλευθέρων, Καππαδοκίας, Πόντου, Μυσίας, Τραπεζούνων, ἢ ὁλον τῆς Ἑθιων, honoratus & Constantinopolitani Episcopi, eique concesserunt ut vocaretur Patriarcha, seu primus Patrium. Et hoc quidem novum tunc nomen fuit. Dederuntque illi insuper ut esset caput Ecclesiarum Illyrici, Epiri, Græciæ, Achajæ, Peloponnesi, Insularum Sicilia, Creta, Rhodi, Cyprî, & Cycladum, ut & Macedonia, Thracia, Phrygia, Asia, Bithynia, Hellepontii, Cappadocia, Pontis, Mysia, cæterarumque omnium regionum que in Scythico & Barbarico solo. II. Addit de origine Antiocheni Patriarchæ: Καὶ τὸ αὐτὸν τρόπον ἐτίμησαν ἢ τὴν Ἀντιοχείας, καὶ λέγεται ἢ αὐτὸς Πατριάρχης. Διατὶ ἐκλήθηκασι ἐκεῖ ἀρχὴ οἱ μαθηταὶ Χριστιανοί. Καὶ τὴν Ἰδουσαὶν ἢ αὐτῶν τὴν ἀρχὴ τῆς Ἐκκλησιῶν τῆς Ἀνατολῆς, τῆς Κιλικίας, τῆς Μεσοποταμίας, Ἀραβίας, & Φοινίκης. Et ad eundem modum decorantur etiam Antiochenum, ut dicatur & ipse Patriarcha. Ex eo nempe quod illic primùm Christianorum nomen Discipulis datum. Dederuntque illi pariter primatum Ecclesiarum Orientis, Cilicia, Mesopotamia, Arabia, & Phœnicia. III. De Alexandrino similiter: Ὁμοίως ἢ τῆς Ἀλεξανδρείας, τὴν ἐκάλεσαν Πάππας ἢ Πατριάρχης, ἢ τὴν Ἰδουσαὶν τὴν αὐθεντικὴν ὁλον τῆς Ἐκκλησιῶν τῆς Αἰγύπτου, τῆς Ἀβίας, τῆς Ἰνδίας, τῆς Αἰθιοπίας. Pariter & de Alexandrino statuerunt, quem appellant Papam & Patriarcham, dederuntque illi summam jurisdictionem in

omnes Ecclesias Ægypti, Libya, India, Æthiopia. IV. De Hierosolymitano ita subjungit. Ὁμοίως ἢ τῆς Ἱερουσαλήμ, τὴν ἐτίμησαν & αὐτὸν. Διατὶ ἦτον πρωτόθρονος, & διατὶ ἐφάνη ὁ Χριστὸς ἐκεῖ, & ἐκαίε τὴν ἀξιογύνητον οἰκονομίαν. Καὶ διατὶ τὸ τάφον τῆς Χριστοῦ, & διατὶ ἀναδοθῆναι ἐκεῖ ἡ νέα Διαθήκη, & ὁ νόμος ὁ νέος. Καὶ τὴν Ἰδουσαὶν & αὐτῶν καὶ λέγεται Πατριάρχης, & καὶ ἀφεντὸς τῆς Ἐκκλησίας τῆς Παλαιστίνης, τῆς Ἰουδαίας, τῆς Ἀραβίας. Consimiliter & Hierosolymitanum exegerunt. Ut cujus sedes prima omnium esset, & quod Christus ibi apparuerit, ibidemque nunquam satis predicandam salutis Oeconomiam petegerit. Ad hæc quod istuc foret sepulchrum Christi, & quod ibidem datum Fœdus novum & Lex nova. Ac concesserunt ut ipse quoque Patriarcha diceretur, ac jurisdictionem exerceret in Ecclesiis Palaestina, Judæa, Arabia. V. Ac tandem quinque Thronos pluribus ostendit esse ἀντιεπιτοκίαις, secundùm Canones Synodorum, Romanumque intra suam ἐπαρχίαν Provinciam, latiore jam significato, coercitum omninò fuisse. Sed de Petro erigente Patriarchatus nostri alias, neque id jam agimus. Reponeret adeoque tandem Græcus Mixo-barbarus Græco ἰψὶ Allatio: τὰ λόγια αὐτῶν ὁμοιάζον ἴσως τῶν μαρτύρων τῶν χιόνων. Verba tua nisi mensis Martii similia sunt.

XLVI. Atque ita Consensionis Nicænorum Patrum, & Orientalis tùm Ecclesiæ, qualem spondebant Allatius & recentiores alii, breve quidem, sufficiens tamen, institutum examen est. Disputat hinc ille, & operosè, ad Canonem VII. Nicænum, evicturus contra Græcos recentiores, Hierosolymitanum Cæsarensi Metropolitanò tùm fuisse subiectum. Id verò in controversiam haud vertimus. Nam & infirmat, ut supra, causam Pontificiam, ac Metropolitanorum jura fundat in Urbium dignitate, & facit ad Consensionem Orientalium nihil. Quod si parùm præsidii Viro docto, imò nocimenti plurimùm, in verbis Nicæno, & praxi illius ævi, quid de Synodorum Universalium, Constantinopolitanæ, & Chalcedonenfis, apertâ jam à Latinis dissensione futurum constitutionibus est? Quid de secuturis in Oriente sive Imperantium Legibus, sive Synodorum Canonibus, sive sententiis Theologorum? Et his plerumque, toto Opere, acre bellum indicit Author Perpetua Consensionis. Aut si qui subindè favere testes videntur, hos ferè solus in Vaticanâ explorat, audit, legit, exscribit. Protraherentur utinàm in publicam lucem, eâ quâ decet fide ac religione, & integra illa atque illæsa, quæ sive verustiorum sive recentiorum asservat Urbs monumenta! Orientis utinàm Græciæque daretur eruere cimelia, & scrinia rimari! Sed testium plus satis qui squalori & tenebris subducti. His solis, in causâ tali, si Vir doctus acquiesceret, foret mox Consensio in Dissensionem, perpetuam illam & constantem, versa. Audiat Stapletonum suum Leo, Author. Eccles. thores, qui graviter & cum judicio citatur, ut minimùm excusi esse debent, & hujusmodi que in omnibus C. LXX. s. 13.

DISSERTATIO SECUNDA

D E

ECCLESIAE GRÆCÆ
ET ORIENTALIS A ROMANA
ET PAPALI

In hunc diem

PERPETUA DISSENSIONE.

Adversus Abrah. Ecchellensem, Petrum Arcudium, Leon. Allatium,
& nuperos ὁμοψύχους.

P A R S I.

B R E V I A R I U M.

Leon. Allatii & Petri Arcudii descriptio, & institutum de Consensu Ecclesie Orientalis cum Occidentali. Per Græcam & Orient. Ecclesiam quinam intelligendi. De Maronitis agitur. Græci strictius dicti gemini. Græci spurii & Latinizati. Qui ex his defecisse jactentur ob concordiam cum Latinis probatam. Qui tales fuerint Seculo XIV. & XV. Alii inter suos turbones, vel egeni, vel sub fictis nominibus apparent. Inter hos Georg. Scholarium, vel Gennadius, de quo laus dicitur. Allatii de Gennadio commenta explosa. De Patriarcha Gregorio Mamma agitur. Supposita alia Græcorum nomina varia. Patriarcha Græci à Latinis temere creati. Alii, qui cultibus vel ritibus quibusdam Latinis, vel paci cum his fauerunt. Alii qui Roma enutriti sub censura scripserunt. Alii in oriente à Romanis captati. De Græcorum consensu jactationes vana. Melchita qui, & Georgiani.



Eo Allatius, gente & fide Græcus, natalibus Chius, educatione Romanus, beneficiis mancipatus Papali Sedi, Palatinæ Bibliothecæ spoliis superbus, calamo venalis, studiis servili homo vernilitate, jocis, scommatis, maledictis sævus, nil nisi bilis,

Sardois amarior herbis,

in adversantes improbo iracundior Adriâ, scripsit inductu Cardinalium, præcipuè Francisci Barberini grandem Commentarium de Perpetua Consensione Ecclesie Orientalis cum Occidentali, quæ ipsi una Papalis Ecclesia est. Fecit eo tempore quo ferverent in Cyrillum Lucarum odia, & quo Urbano VIII. Pontifici nihil magis cordi esse videbatur, quàm ut Græci ad obedientiam Romanæ Ecclesie inducerentur, ac cum iis Georgiani, Alexandrini, Æthiopes, Armeni, Russi, Orientalium reliqui; addente animos P: à Valle recens ex Oriente reduce, missis in eas Regiones qui in hanc operam omni studio, astu, blanditiis, incumberent. Cave autem per Orientalem Ecclesiam, cujus Consensionem & Perpetuam quidem crepat Allatius, cave intelligas quicquid Ecclesiarum est totâ Græciâ, Oriente toto. Excludit ille hac notione omnes eas quæ non reverentur majestatem Rom. Pontificis, aut quæ non subsunt, sensu Allatiano, quatuor Patriarchis, iis nempe quos pro talibus ipse habet, & qui servire novissimis temporibus didicerunt. Expungit igitur ab eâ Consen-

De Perp.
Consens.
L. 1. C. 1.
col. 8.

sione maximam partem Orientalium. Ac primò Jacobitas, Armenos, Nestorianos, Coptitas, Habesinos, Georgianos, Ruthenos seu Moschos, &c. qui Patriarchis IV. non subjiciuntur. Deinde Græcos omnes excludit, qui sub illis ipsis Patriarchis IV. tenaces sunt in hunc diem antiqui moris, doctrinæ, disciplinæ, hinc Schismaticorum, Græcolorum, Nebulorum, & id genus appellationibus passim à Leone infamandos. Nec aliâ viâ institit Petrus Arcudius, & ipse Græculus, Romæ educatus in Seminario Græcorum fundato à Gregorio XIII. dein mittendus in Russiam, Moscoviam, abducendis iis Gentibus à Græcâ Religione. Indè, præter scripta alia, expressa illi Concordia Ecclesie Occidentalis & Paris. Orientalis circa administrat. Sacramentorum. In quâ tamen, vi veritatis, plurima illi de doctrinâ & praxi Græcorum exciderunt, quæ sunt alienissima ab usu Romanæ Ecclesie. Ut hinc Leonis Allatii, Jac. Goari, & Rich. Simonis, censuram incurrerit, ac postremus Notis ad Gabrielem Severum, multa Arcudio Conciliatori inter disputandum excidisse, quæ vir frugi & veritatis studiosus reformare debeat; verè Concordia Discors.

II. Nos Græcam & Orientalem Ecclesiam dicimus, quæ & pridem, antè ac post Photiana tempora, & in hunc diem, adversa Latinæ seu Romano-Pontificiæ, ac durissimæ servitutis jugo partem maximam etiam nunc pressa, sub Turcarum præcipuè dominatu, multâ etiam superstitione fœdata, retinet adhuc fidem nomenque Christianum. Hæcque vel prior censetur, sub Græcorum qui strictè sic dicuntur, vel Melchitarum, aut Syrorum, appellationibus, quibus & Georgiani sive Iberes Christiani accensendi sunt, atque etiam Russi sive Moschi: vel impurior eadem, qualis habita fides ac disciplina illorum in Oriente, qui rursus vel Nestoriani audiunt, Chaldaei, Christiani S. Thome, vel Dioscoriani, seu Monophysita. Sub quibus comprehenduntur specialius dicti Jacobita, Copta vel Coptita, Habesini seu Æthiopes, & Armeni.

III. Sunt & Monothelitarum propago Maronita Monachi, incolæ potissimum montis Libani; seu à Marone quodam hæretico Monothelita sic appellandi fuerint, quod & Rich. Simonius ex Historicis antiquioribus censet; seu ab alio S. Marone Abbate, his Seculi IV. exeuntis, de quo Theodorèus, Urbib. alii Seculi V. aut VI. seu tandem à tractu montis Libani, vel vico, aut terrâ Maroniâ, ut Gabriel Sionita, nec alieno Joh. Morino. Verùm hi sub Romani Pontificis jugum, Latinis in Oriente do-

Hh 2

mi-

Jac. Vitr.
Hist.
Hier. v.
C. lxxvii.
W. Ty-
rius Hist.
L. xxii.
C. viii.
M. Sanut.
L. iii.
C. ii.
P. viii.

minatis, Lucio III. Pontifice, missi dicuntur Seculo XII. inclinato, præcipuè ex Jacobo Vitriaco, Guil. Tyrio, & Marino Sanuto Torcello, in Hist. Rerum Oriental. Deinceps tamen redituri ad Græcos & ad pristinam Disciplinam. Sed Paparum aliquot Legationibus & studiis devinciendi iterum Romanæ Sedi, maximè post Seminarium Maronitarum Romæ erectum, ex quo prodiere Gabriel Sionita, Joh. Hefronita, Abrah. Echellensis, magna Causæ Papalis ex eâ Gente præsidia. Sunt autem hi soli ferè in Asiâ, si Monachos Latinizatos & Pseudo-Orientalis excipimus, qui sint Romanæ Ecclesiæ addicti, licet *Risibus*, *Disciplinâ*, etiam *Dogmass*, adhuc antiquum obtineant, ut erit infra monendi locus.

IV. *Græci* strictius dicti, quorum pars maxima subest Patriarchæ Constantinopolitano, sunt rursus duùm ferè generum. Alii *genuini* sunt, quotquot retinent (pro cognitionis hodiernæ modo) doctrinam, disciplinam, ritusque majorum, alienissimi à Latinis. Et Scriptorum jam inexhausta inter illos messis est, tam editorum quàm ineditorum, in Oriente, Græciâ cumprimis, & Romæ, Venetiis, Florentiæ, Vindobonæ, &c. quibus Latinorum *Errores*, *Innovationes*, factam *Separationem*, sed & *Unionis* tentatæ studium ut fallax & insidiosum, acerrimè impugnant. Ac præter indicem id genus Scriptorum benè longum, quem conficias ex ipso met Allatio, & ex non uno Viri Opere, sunt etiam penes me indices librorum recentioris Græciæ plures MSS. olim & nuper à Viris Doctis (me rogante) suppeditati, etiam à Fratre meo cum in Italiâ versaretur. Descripti nempe aut excerpti, cum Notitiâ Codd. aliorum rarissimorum, Græcorum Latinorumque, ex Catalogis MSS. Bibliothecæ quondam Palatinæ, Barberinæ; Altempiæ, Holstenianæ, Medicæ, Venetæ non unius, in specie Bessarionis Cardin. Basileensis, Augustanæ, & aliarum in Italiâ, Galliâ, Britannîâ. Ac Græcorum *Errores* xxxi. enarravit, ad Gregorium XIII. Papam, ipse Caucus Nobilis Venetus, Archiep. Corcyrensis, in Historiâ de *Græcorum recentiorum Hæresibus*. Hinc Allatio nullius planè *judicii vel doctrina libellus*, in quo *Græcos omnes non sine evidenti calumniâ diffamavit*: quod in Leonem hæc in causâ jure merito retorquendum venit. Sed & vindicandus ille Caucus ab Auctore nupero Historiæ Criticæ fuit, imò *paucos fuisse dicit, qui Græcorum errores exactius observarint*.

V. Alii verò *Græci* dici possunt *spuriis* seu *neotericis*, & ut barbarè loquar *Latinizati*, ipso sic vocante Simonio. Nempè qui per Papalis Curie Missionarios, aut ex commercio cum Romanis hodiernis corrupti, horumve in Scholis & Seminariis (Venetiis, Romæ, Neapoli, &c.) enutriti, ac controversiarum Libris & Scholasticorum subtilitatibus instructi, recedunt à fide & disciplinâ majorum, ac Traditiones Pontificias, ipsamque seu re seu voce tenès *μεισίσωσι*, non difficiles amplectuntur. Quod Græcorum bipartitum ac diversissimum genus Lucas Holstenius, Joh. Morinus, Rich. Simonius Notis ad Gabrielem Philad. & Hist. Critica sub nomine de *Moni*, haud gravatè largiuntur. In id enim acriter jam olim incubuit Roma Pontificia, postquam repudiârunt ejus communionem Græci, ut plurimos (dum non omnes posset, quæ sitâ sæpiùs sed incassum *Græcorum Unione*, id est, mancipatione sub Papale jugum) pollicitationibus, honoribus, præmiis, pelliceret in eam quam vellet fidei professionem, quamque ipsa imperaret. Unde induci se illi facile passi sunt, qui in suos æmuli, aut à suis expulsi, patrociniū auxiliūque *Latinorum* quæsiwerunt; aut qui protectionibus Romam institutis, vel in Italiam ab Imperatoribus Græcis

De Perp.
Conf.
L. 114.
C. 1.

De Orient.
Fide
& Mor.
C. 1.

A. 1684

ablegati, aut post captam Urbem A. 1453. in eandem ejecti, Romam adorârunt. In his *Emanuel Chrysolorus*, socer *Franc Philolphi*, Græcas qui primus *Musas transtulit in Latium*, transiturus ad Latinos, ac moriturus Constantiæ, tempore Synodi Constantiensis. In his etiam *Georgius Trapezuntinus*, *Theod. Gaza*, *Bessarion Cardinalis*, *Joh. Argyropolus*, *Demetr. Chalcocondylas*, *Joh. Lascaaris*, id genus alii Romæ hæleri, aut Florentiæ, aut Pisis, aut Mediolani, aut Venetiis, aut Neapoli, aut Messanæ, ubi Gymnasia & Ecclesiæ Græcorum. Multi post Græciæ calamitates cumprimis à Bessarione, antea Archiep. Nicæno, pellecti, quâ fuit Purpuratus ille inter suos auctoritate, & quo sunt ingenio Græci, venales, impensè adulatōres, honorumque simul & nummorum avidissimi. Atque hinc longa illa series *Græcorum* in speciem, cum *Latinis* contentientium, apud Possevinum, Arcudium, Morinum, Allatium, Labbeum, Echellentem, Holstenium, Raynaldum, Goarem, Arnaldum, Simonium, & ejus familiæ plures. Qui ferè omnes ex Ditionibus Venetis, aut ex Scholis Papistarum profecti, augendi fuere Titulis, Dignitatibus, Beneficiis; nec enim aliter animos eorum occupant, non Romæ aliam imponunt hamis escam, quam sciunt appetituros esse Pisciculos.

VI. Non autem unius generis sunt hi *Pseudo-Græci*. Primò enim alii ad Latinos defecisse jactantur, ob probatam specie tenès cum Latinis *Concordiam*, invisissimam semper Græcis: stimulante videlicet aut æmulatione in suos, aut ambitione Dignitatum, favorisque Aulae Constantinopolit. quum Imperatorum Græcorum interesset, ut Papis blandirentur. Cujus rei luculenta sub *Michaële Palaologo*, *Sec. xiii.* inclinante, sunt exempla apud Georg. Pachymerem & Nicephorum Gregoram, Byzantinos Historicos celeberrimos. Quum enim Michaël per nefandum scelus, excæcato Johanne Lascaride Theodori filio, hærede Imperii, commisso tutelæ suæ, Tyrannidem invasisset, (ut pluribus iidem Gregoras & Pachymeres,) quærendum illi Occidentalium & Pontificis præsidium fuit. Hinc quæsitâ *Concordia*, freudentibus Græcis, & evecti à Michaële qui eandem promoterent. Talis fuit *Germanus* ille, creandus Patriarcha Constantinopolit. pulso scil. Arsenio qui Particidæ Imperatori Sacris interdixerat, ut apud Pachymerem fusè, qui Germanum describit natum *κρητιζεν κρητιζαρε*, & *αρεσπονοϊδης* vultu simulare. Et ille ipse Germanus est, qui ablegandus fuit à Michaële ad Papam Gregorium X. tempore Concilii Lugdun. II. promoturus defectionem ad Latinos, & foedam subjectionem, invitâ omni Ecclesiâ verè Græcâ, secessurâ hoc ipso à Michaële. Qui hinc in locum *Josephi* Patriarchæ, ut antea Germanum in locum optimi Arsenii, suffecit perfidum atque instabilem *Veccum*; planè ut olim Herodes M. Summos Pontifices, indè ab Ananelo, pro libidine constituit & removit. Tum & sub Michaële Palaologo venditâ *Nicephorum Blemmidam* Monachum, inferendum Græciæ Orthodoxæ, ut hominem cum Latinis sentientem. Qui Blemmidas, prolixè laudandus Pachymeri, in Hist. Andronici Senioris, *Arsenium* injustè depositum à Michaële censuit, nec scripturus nisi pro *pæce commendandâ*, quo tempore miserè scinderetur Ecclesia Constantinopolit. Idem ille qui tempore Johannis & Theodori Ducæ, cujus Johannis gener fuit Michaël postea Imperator, scripserat contra Chrysolanum hominem Latinæ factionis; sed (inquit Allatius, ut solet) *nondum discussâ causâ, ante veritatem cognitâ*, ex penu aliorum *Schismaticorum*. Et quæ pro Latinis vulgata sunt Blemmidæ scripta à Raynaldo & Allatio, sunt nonnisi Orationes II. *καταδικαστικαι* in Controv. de *Processione Spiritûs S. di vii & iij vii*, per *Filiū*

Niceph.
Greg.
L. iv.
Pachym.
T. i.
L. iv.
T. i. in
Mich.
Palæ.
L. iv.
C. xii.

T. i.
Romæ
1652.

T. ii.
L. v.
C. vii.

All. de
Perp.
Conf.
L. ii.
C. xv.
Rayn.
Contm.
T. i. ad
calc.

lium & ex Filio: dùm videlicet ἐν & διὰ pro æquivalentibus habuit, quod & Conciliatores omnes, in specie *Veccus* ὁ πατριάρχων Patriarcha jam factus, τὴν (ἐκ) τῶν Ἱταλῶν πατριάρχων, particulam (ex) *Italorum*, scil. ex Filio, immittens in loca Veterum, quæ haberent διὰ per Filium. Sequitur *Iohannes Veccus*, qui & *Beccus*, *Beccus*, antè Chartophylacis & Magni Sceuophylacis dignitate ornatus, principio Latinis usque adeò adversatus, ut in teterrimos carceres à Michaële Palæologo conjiceretur, & ut Nicephorus Gregoras loquitur, ὁ πρὶν μάχαιρα δίσου & ἡ δαίμων ἰσχυρὸς, ante habitus instar gladii ancipiti contra Latinos. Postmodum indè liberandus, cum mutata sententiâ ad nutum Michaëlis esse cœpit, obtentu pacis cum Latinis promovendæ. Hinc fautor jam Unionis, in Patriarcham evehendus fuit, amoto Josepho, qui fucata Conciliationi acerrimè restiterat, ut pluribus in Historiâ suâ Pachymeres.

Et ab eo tempore Vecci omnia ex nutu Imperatoris fuere, & pro Unione Lugdunensî, scriptis Apologiis, Epistolis, &c. violatâ etiam fide quam Theodoro Xiphilino dederat, se nihil scripturum aut disturbum circa Dogmata, Græcis sacra. Undè hominis perfidiam, abjectam assentationem, indigna alia, perstringit Historicus. Adeò ut abdicare Dignitatem à Græcis cogeretur, sed restituendus à Michaële in Thronum Patriarchalem, ut Legatis Papæ gratificaretur Imperator. Dein verò sub Andronico Seniore de gradu dejectus, in *Gregorium Cyprum* (anteà *Georgium* & amicum) tunc in Sede successorem, calamum strinxit, ac Latinorum præcipuè dogma de Spiritu S. asseruit, nondum tamen *κελεύει* Rom. Ecclesiæ δόξαι, ut ex Scriptis Vecci liquet, editis ab Allatio. Habiturus idem socios & adjuutores, in asserendâ causâ Latinorum, sive Unione cum Rom. Ecclesiâ, *Georgium Metochitam*, & *Constantinum Meliteniolum*, Archidiaconos, unâ edendos cum Vecco in dicto Opere Allatiano. Nempè ab Imperat. Michaële Legati hi Romam missi fuerant, Papæ assentaturi, & eorum numero qui (ut Gerganus loquitur recentior Græcus) *πολιθήμετες τὸ φάρμακον εἰς τὴν Ρώμην*. Sed postmodum malè luituri sub Andronico Palæologo, daturique cum Vecco suo Patriarchâ levitatis poenas & pertinaciæ, facti jam aversatio Græcorum & Andronici Senior. Filii Michaëlis. De quibus prolixè Niceph. Gregoras in *Historiâ Romanâ*, & Georg. Pachymeres in Andronico.

VII. Seculo sequenti xiv. vix unus *Demetrius Cydonius*, idemque Monachus, producitur ab Arcudio & Allatio, in patrocinium causæ Latinorum. Nempè homo scholasticâ Thomæ Aquin. Theologiâ imbutus Mediolani, diu in Italiâ versatus, teste etiam Volaterrano, indeque in Cretam Insulam illaturus Latinorum dogmata & causam, ac Gregorium Palamam Archiep. Thessalonicensem, (cœlo efferendum à Joh. Cantacuzeno, Historico integerrimo) virulento calamo infamaturus, edendo Romæ Cydonii Scripto operâ P. Arcudii. Quare & Gennadius Monachus, qui idem Scholarius est, proximè antè captam Urbem, tum hunc Cydonium, tum & Magistrum Aquinatem, eorumque Scripta, *hereseos arguebat* *δοκοντων αυτης αιρετικας*, ut Ducas ejus temporis testis Historicus. Alter fortè est *Manuël Calecas*, sanè assertor causæ Latinæ, sed supersticiosissimus Monachus Ordinis Prædicatorum, sectator Aquinatis, Romanus Missionarius, qui Palamam & Græcos infectaretur, vulgandis hinc viri Scriptis Ingolstadii A. 1608. Tandem Seculo xv. in gratiam *Joh. Palæologi* auxilium apud Latinos quæsituri, desperatis Græcorum rebus, Unionem Florentinam procurârunt, vel etiam præmiis illecti in Italiâ hæserunt, post amissam Constantinopolim, præter suprâ nominatos (*Bessarionem* *Metropolit.* *Nicænum*, *G. Trapezuntium*. *I. Argy-*

ropulum, *I. Lascaridem*) etiam *Metrophanes Cyzicenus*, *Μητροφών* à suis dictus, *Isidorus Russus*, cum *Bessarione* ad Purpuram evectus, *Johannes Plusiadenus*, ejusque socius *Josephus Methonensis*, & si qui Græculi alii, qui, quod fidem Catholicam (Papisticam) defendere, hoc ipso sanctiores reputandi, ut insulse & frigidè Allatius. Dum mox & in Unionem hanc ipsam, & in Auctores, omnis Græcia quantumvis afflicta, ipsique Rutheni, acerbè insurrexerunt, habitis Synodis, ac concinentibus tribus Patriarchis, etiam diris devovendo *Metrophanem* Pseudo-Constantinopolitanum, & reliquos Auctores fictæ ac sceleratæ *ἑνώσεως*. Adeò quidem ut hi ipsi, simul ac Constantinopolim appellerent, Anno mccccxl. rogati à suis, quis fuisset eventus Italica Synodi, erumperent in lugubres voces, *πρωτόκαμψον τὴν πίστιν ἡμῶν, ἀπηλάξασθαι τὴν ἀσθεῖα τὴν εὐσεβείαν, πρὸς δόντες τὴν καθαρὴν θυσίαν Ἀζυμῆτος γεννηθῆναι, Fidem nostram pretio vendidimus; Religionem nostram impietate commutavimus; Et Azymis facti purum sacrificium prodidimus!* Nec inficiari ausus Allatius, sed debacchatur pro more in Græcos, in Patriarchas, in Synodos, dum Græcorum *Confessionem* Romæ mentitur.

VIII. Alii verò Orientalium, quos jactitant passim Romanenses accessisse Romano Pontifici, deprehenduntur inter suos turbones Schismatici, vel egeni mendicantes. Qui missis Romam delegatis, aut subsidia à Latinis petierunt, aut etiam Defensionem contra suos, à quibus in eligendis Patriarchis vel Catholicis ipsi diffident. Exempla de *Græcis*, *Alexandrinis*, *Russis*, *Nestorianis*, *Armenis*, *Abyssinis* seu *Aethiopicis*, *Indis* denique, vel suppeditent nuperi Scriptores Pontificii, Rich. Simonius in *Notis* ad Relationem Hieronymi Dandini, Nuncii Clementis VIII. apud Maronitas, & *Historia Critica* de Orientalium Fide Moribusque, edita & Supplementis aucta non ita pridem sub nomine cujusdam *De Moni*, ut testes nostrates fileam. Eod. Nec reticenda spuria illa legatio ad Clementem A. 1684. VIII. ut *Apostolorum tertium decimum*, & quidem *Gabriëlis* scilicet Patriarchæ *Alexandrini*, de quâ ineptissimè Baronius ad calcem *Tomii* vi. Annalium, tanquam trophæo quodam Romanæ Ecclesiæ de toto illo Patriarchatu. Quum & tenor ipse *Literarum*, & professio ipsa Fidei, quam ediderint isti Legati A. 1595. & commentitius ille Patriarcha *Gabriël*, fraudem accusent, Romæ familiarem. Quo tempore Ecclesia Alexandrina *Maletium* verum Patriarcham habuit Virum summum, exeunte Seculo xvi. cujus antecessor *Sylvester* nomine fuit, & cui successit *Cyrellus Lucaris*; alienissimâ sanè eâ Ecclesiâ à dogmatibus ac dominatâ Latinorum. Agnovit quoque imposturam maximus Thuanus, in Historiâ sui temporis; & prolixè fabulosam legationem explosit ejus quoque temporis testis luculentus, *Georgius Douša* in *Epist.* de Itinere suo Constantinop. Leydæ editâ; in quâ tribuit rem omnem *Orientalibus quibusdam impostoribus, stipem emendicatoris*, ac præcipuè *Jesuitis mendaciorum Architectis*. Sed & ipse *Richardus Simonius*, *Notis* Ad C. i. Gall. in præfatum *Iter Montis Libani* Hier. Dandini: *Id quod hæc in re singulare est, est quod ille Gabriel, qui solennem Unionem Alex. Ecclesia cum Romanâ instituit, nusquam intelligatur fuisse Patriarcha illius Ecclesiæ*. Hinc fingit Allatius, fuisse alterius Nationis Patriarcham, scilicet *Coptorum*, idque ex literis scriptis ad Urbanum VIII. A. 1637. novâ imposturâ scilicet firmandâ priore. Tandem alii sub *fictis* nominibus apparent, tanquam insignes in Græcis Scriptores, ac subindè velut Patriarchæ Constantinopol. qui fuere homines *Latini*, vel certè *Latinizati* Patriarchæ, quales Romæ appellantur, sub nutu dominantis.

Path. T. I. L. V. P. 329. Ed. R.

Greg. Hist. L. V. C. de Becco.

T. I. L. V. C. xv. xv.

Pachym. T. I. L. VI. C. XVII. XIII.

Gr. Orth. T. II. Zach. Gerg. in Komæ.

Greg. L. V. Pach. T. II. L. 7.

Hist. L. IV. C. XLIV.

Hist. Byzant. C. XXXVII. P. 148. Ed. R.

Allat. in Appar. Creyghr. Exercit. IX. Ed. R.

Ducas Hist. Byz. C. XXXI. P. 120.

L. III. C. I. & seq.

Just. Ed. Par. 1684.

A. 1684.

Hist. L. CXXV. Ad A. 1595.

A. 1599.

Ad C. I. P. 201.

L. III. C. VIII. N. I.

Crit. S. L. IV. C. XIX.

fuert cum Marco Ephesio. Reverà autem hic Gennadius Romæ suppositus fuit, familiari Latinis fraude, quod & vidit Riverus noster, opponendus verò per fraudem Gennadio, ob Viri tanti auctoritatem. Vel certè Græculus aliquis fuit, seu vero Scholarii nomine, seu assumpto, homo sub larvâ doctissimi Græcorum, post Synodum Florentinam, ad scribendum impulsus conductitiâ operâ. Ac mirum dictu est, quibus semet contradictionibus atque ambagibus involvat, verè convolvulus, sed & pudere nescius Allatius, cum primis in Exercitationibus contrâ Creyhtonem Romæ editis, & in Diatribâ de Georgiis. Hinc cum ipse, tum ex eodem grege alii, duos Scholarios eodem tempore commenti sunt, coetaneos, cognominis, non indoctos, alterum pro Synodo Florentinâ, alterum contrâ eandem, ut nihil non ausâ est mendax Roma. Undè ut fallacia fallaciam trudit, eidem Scholario tribuenda, ab adversariis Cyrilli Lucaris, Defensio μελισσιώζεις fuit. Quin etiam Marco Ephesio affingenda Epistola, quâ in Scholarium invehitur, ut proditorem, & apostatam. Exhibet eam Leo Allatius, ex Biblioth. Ambrosianæ Codice MS. communicante Emerico Bigotio, Exercit. VII. in Greyghtonis Apparatum ad Histor. Sgyropuli, sed itâ ut ne ipse fidem habeat: qui omninò Gennadium vel Scholarium suum unquam defecisse negat, constanter defenforem causæ Latinorum, & alteri verè Græco negat quicquam fuisse rei cum Latinis, aut cum Unione Florentinâ. Undè Leonis judicio Duo Scholarii fuere, quanquam is opportunè questionem eam de duobus Scholariis variis difficultatibus involutam fateatur. Credo equidem, quando hoc negotii datum Allatio fuit, ut verum Gennadium Latinos oppugnantem in Monachum Græculum, & contrâ personatum Scholarium, Latini Dogmatis & Unionis Florentinæ defenforem, in Gennadium Patriarcham transmutaret; planè contra assertum Matth. Caryophili, & aliorum quos diximus. Et tantum abest, ut à Marco Ephesio, infensissimo Latinis & Unioni Florentinæ, divisus Scholarius ille fuerit, qui & Gennadius Patriarcha, ut contrâ scripssisse dicatur, more Græcorum, μονάδιαν in Dormitionem S. Marci Archiepiscopi Ephesini, MS. illam, Græcè Venetiis asservatam, cujus & Gesnerus meminit. Itâ M. Caryophilus Præfat. in Orationes Georgii Scholarii (hominis Latinizati) ad Patres Synodi Florentinæ, refert de vero Scholario, qui Patriarcha fuit, non alium occurrisse M. Ephesio è vitâ discessuro, cui causam Græcorum moriens committeret. Ei (inquit ille) Ephesius Metropolita ἀπατερότερο τῶ οὐκίας δόξης τῶ πρῶταίαν, reliquit in modum sacri depositi domestica Græcorum sententia patrociniū, scil. contrâ Synodum Italicam, & veteratores Henoticos; veritus quorsum ficta illa conciliatio evaderet, oppressura oscitantes Græcos, si non sapienter providerent. Et disertè Chalcocondylas Hist. Lib. VI. inter eos qui non admittebant τῶ ἡρωδίου Σύνοδον καὶ τῶ Ἰταλίαν (ad quos mittendi ab Eugenio IV. Viri Docti) fuisse principes Μάρκον τῶ Εἰσὴν Ἀρχιερέα, & Σχολάριον τῶ τότε παρῶ Εἰσὴσι τὰ ἐς σοφίαν ἀδοκιμῶντα, Marcum Ephesii Archiepiscopum, & Scholarium Græcorum Sapientissimum. Addit Historicus, quemadmodum ne ab initio quidem Dogmati Latinorum consenserant, itâ neque postea consensisse, frustrâ ad colloquium cum Legatis Pontif. admissos; qui ἀπεχώρουν ἀπρακτοὶ ἐπὶ Ἰταλίαν, re infectâ in Italiam reversi sunt. Quin ipse Georgius Phranza in Chronico de Rebus Constantinopolit. disertè negat Scholarium subscripsisse Synodo Florent. æmulum hac parte Marci Metropolitanæ Ephesii. Defecisse postea, putidum commentum recentiorum est. Pari constantiâ tempore ejus Synodi fuere præter Ephesinum Metropolitanam, & G. Scholarium, etiam Heracleensis Præsul Ἡρακλεῶν & Ἰσαχῶν, ma-

A. 1665.

P. 88. 89. 90.

Exercitar. contrâ Creyght P. 94.

Concil. T. XIII. Ed. Labb. 543.

Ed. Reg. P. 156.

Lib. II. C. XIX.

gno & invicto animo reluctatus Imperatori, etiam clam se subducturus, ex Syropoli Historiâ: tum Georgium Gemistum Pletho, Græciæ totius μέγα κλέος, quo post Platonem & Aristotelem σεφώτερον σὺν ἔφυσεν ἢ Εἰσὴς, ut in Epist. ἀνεκδότω Bessario Cardinalis, (cujus Bessarionis alias contrâ Plethonem inedita Epist. est in Biblioth. Medicæâ, & Epistola ad Gemistum in Biblioth. Venerâ S. Joh. & Pauli) pari is constantiâ tuitus Florentiæ Græcorum causam & dogmata: itâ Sylvester Syropulus, vel Συροπύλλος, magnus Ecclesiæ Constantinop. Præfectus, unus ex Assessoribus Patriarchæ, scripturus à reditu ex Synodo Virorum istorum constantiam, aliorum levitatem, Unionis totius infamiam, in Historiâ Concilii primum editâ à Rob. Creyghtono, quem vide.

XI. Nihilo majoris auctoritatis censendus est, qui vulgò Patriarcha Gregorius, cognomento Mamma vel Mammantes, idem ille qui Pœnitentiarius, Protosyncellus, præ cæteris promotor itineris in Italiam, Unionisque sancientiæ in Synodo Florentinâ. Latinorum idem fautor primipilus, Ephesii insignis Adversarius, venalique ingenio, ut testis est in Historiâ Syropulus Magnus Ecclesiarcha, & ex Scrip. isti Gregorio-tributis, contrâ Marcum Ephesium, abundè intelligitur. Indè hujus Gregorii grandis Apologia, apud Allatium Exercitationibus de Synodo Florent. Ac quidquid Patriarchalem in eum Dignitatem contulisse ferantur Græci Latinizati, gratificaturi Rom. Pontifici, post mortem Metrophanis, Florentiæ electi, sed à suis ejiciendi, ac morituri labente A. 1443. 1. Aug. die, certum est Græcis pro Patriarchâ non habitum hunc Gregorium. Hinc missurus Romam Constantinus Imperator, ad suppetias, αἰτῶν βοήθειαν, paulo antè obsidionem Urbis, promittebat Nicolao V. Concordia Florentinâ stabilimentum τὸ μνημόσυνον Papæ è Sacris Diptychis, & Gregorii ad Thronum Patriarchalem reditum, tunc Romæ exulantis. Nam relicta Constantinopoli ad Papam confugere coactus fuit, ex odio Græcorum, Romæ scripturus & moriturus, referente L. Allatio, ex Duca præfatâ Historiâ Byzantinâ, & ex Georgio Trapezuntio Secretario Apostolico, Papæ Ducas mancipato. Et hic Gregorius est, cujus non modo Miracula Romæ venditant, hominis ex dolis confuti, sed & cujus Scripta, tanquam Patriarchæ Constantinopolit. (cum Scriptis aliis Georgii Trapezuntii, Romæ quoque viventis, scribentisque ad Annum 1486. quo obiit) vulgavit idem Allatius, in Tomo I. Græciæ Orthodoxæ quam vocat. Hi scilicet verè Græci! Quin hujus-ne Gregorii Mammantis verè sint quæ ejus nomen præferunt, pro causâ Latinorum, à Creyghtono in Præfat. ad Syropulum, & ab aliis dubitatum. Undè ἀπέφασκεν mansura fuit Constantinopolit. Ecclesia, quo tempore Imperator cavebat ab offensione Papæ Romani (nullò certè hujus Patriarchâ Gregorio) usque ad captam Urbem A. 1553. & ad Gennadii Monachi eversionem. Qualiter & apparet in Literis ad Bohemos, scriptis Constantinopoli ineunte Anno 1451. quibus subscribunt primi, Nicomediensis, ac Ternobi Metropolitanita, ultimus ταπεινὸς Μοναχὸς Γεννάδιος humilis Monachus Gennadius. Mittimus Pseudo-Patriarchas alios, quos Romæ finxere, modò Antiochia, modò Alexandria, modò Hierosolymorum summos Præfules; modò etiam Coptorum Patriarchas; vel Iberia aut Armenia Catholicos; aut cæteroquin insignes Metropolitanas, Prælatos, ad unum omnes Latinæ factionis ac servitutis. Quorum & Latina sunt pleraque quæ seu ab Allatio citantur, seu in Conciliorum Tomis, quibus Synodi Papales, uti Lateranenses, Lugdunensis II. Basileensis, & Florentina exhibentur.

XII. Pari supponendi libidine, atque affingendi Græcis & Orientalibus quæ faverent causæ Latinorum, celebrium Græcorum nomen mentitæ sunt Pa-

Secl. XII. C. XI. Sect. VII. C. VIII. IX.

Secl. VI. C. XIV. VIII.

Hist. Byz. C. XXIV. P. 141.

De Conf. L. III. C. VIII. Conc. Labb.

paginæ Virorum Romanensium benè multæ. Ex gratiâ, sub nominibus *Germani Junioris* Constantinopolitani, *Barlaami* Monachi, *Symeonis* Thessalonicensis, *Symeonis Metaphrasta*, *Niceta*, *Gregorii*, & *Georgii* non unius, quales his nominibus in Græciâ plures, certum est latere quandoque homines Latinæ factionis, plerumque Monachos, seu hæc nomina supponentes, seu fortè cognomines Græcis. Falsi vel suppositiones, vel certè interpolationis fraudem, aut suppressionem textûs Græci, novissimi etiam Scriptores in Romanâ Ecclesiâ, quotquot meminerunt *Expurgationum*, ac *Suppressionum*, justu Congregationis de Propagandâ; in specie Jac. Goar. *Præf.* ad Liturgiam *Symeonis* Thessalonic. Rich. Simonius passim in *Notis* ad *Apologiam* Gabrielis Severi, & in *Catalogo* Operum MSS. ubi de Germani Patr. Constantinopolit. *Theoria*; Leo Allatius non semel in Opere de *Perpetuâ Consens.* & in *Exercitat* contra Creyght. productâ Epist. sub nomine *Marci Ephesi ad Scholarium*, cui ipse fidem non habet. Adde eundem præcipuè in Diatribis de *Symeonum* Scriptis, & de *Georgiis*. Quanquam suos falsi postulat nunquam, *Schismaticos* semper, quoties est è re suâ. Ac de *Barlaamo*, Monacho Græco, infensissimo Latinis, vel ex Libro de *Primaui Papa*, sed cui afficta, sub nomine *Barlaami* Calabri & Episcopi, aliquot Scripta pro causâ Latinorum, quasi *respuisset* prior ille, ad fidem Romanorum conversus, prolixissimè disertavi in meâ Disquisit. Historiâ de *Papâ Faminâ*, quam vide, si tanti videbitur.

XIII. Ità tanquam *Patriarchas* Græcorum citat persæpè Allatius cum suis, qui Patriarchæ fuere *Latini*, à Papis creati, his titulis Romæ aucti, in Italiâ morati, quo tempore veros & genuinos Patriarchas habuere sibi Orientales. Ne dicam eos qui fuere quidem *Græci* vel *Syri* gente, sed *Latini* professione, muneribus, dependentiâ à Romanâ Sede. Qualis v. gr. *Guiselmus Tyrinus* tempore Belli Sacri, Legatus Papæ. Itè *Crysolanus* Archiep. *Mediolanensis* à Paschali II. missus ad Alexium Comnenum, ut Græcos reduceret ad obsequium Romanæ Sedis; aliàs & sub nomine *Petri* Latini *Mediolanensis* Episcopi, Oratio ad eundem Alexium Comnen. à Leone Allatio producta est, in Græciâ Orth. In quem Petrum Johannes Phurnes, Nicol. Methonensis, Græcialii veri nominis, inveci sunt scriptis, falso Allatio. Talis sub initia Seculi xv. *Simon Constantinopolitanus*, natione Cretensis ex Prædicatorum Ordine, Inquisitor per Orientem Apostolicus, laudandus Allatio. Talis *Bessario* Cardinalis, Purpurâ ornatus ab Eugenio IV. & multis nominibus devinctus Romanæ Sedi. Similiter *Isidorus* Russus, Cardinalis & Legatus Apostolicus, post Synodum Florentinam, pessimè à suis habitus, statim ac reversus à Synodo fuit, ac nihil promoturus Constantinopoli, pro stabiliendâ Unione sive subjectione Græcorum, Legatus ipse Nicolai V. Pontif. A. 1452. Nec dispar *Joh. Argypulus*, quem in *Græciâ Orthodoxâ*, & aliàs, cum Latinis sentire jactitat Allatius, homo Medicæis obnoxius, Romam concessurus, vino & ventri deditus, quibus & Romæ periisse constat, ex ejus Vitâ. Talis & ille *Metrophanes Cyzicenus*, qui Synodo Florentinæ subscripsit, hinc Patriarchatum adeptus A. mccccxl. factione Latinizantium, à Patriarchis autem reliquis & verè Græcis anathemati subjiciendus; nec inficiato Allatio, qui producit Epist. Synodalem Græcorum, ac trium Patriarcharum Orientis, contra *Metrophanem*. Quæ & pluribus confirmat in *Historiâ* sua *Sylvester Syropulus* Sectione XII. Adde devinciendos eo tempore Latinorum causæ, futuros hinc assertores acerrimos Synodi Florentinæ, & *fidei Catholica studiosos* (id est Pontificiæ) ut loquitur Allatius, Papâ Romæ

adorato, *Joh. Plusiadenum* Discept. pro Synodo Florentinâ, edendâ Leoni Allatio; & *Josephum Methonensem*, hominem vaftrum ac versipellem, vel ex *Historiâ* Synodi, qui vixerat Methonæ Urbe maritimâ Peloponnesi, sub Venetorum tùm adhuc dominatu, quum à Johanne Palæologo in Italiam duceretur. Uterque pares ingenio, studiis, affectu, adeò utriusque nomine idem Scriptum apparet, pro *Synodo Florent.* contra *Marcum Ephesum*; sub nomine *Joh. Plusiadeni*, in Biblioth. Ambrosianâ, & apud Allat. in Græciâ Orthodoxâ, tùm sub nomine Methonensis Episc. post Acta Synodi Florentinæ. Undè suspicatus de suo Allatius, unum & eundem fortasse hominem esse, *Johannem Plusiadenum* & *Josephum Methonensem*. Quicquid fuerit, fraus pellucet, & mos supponendi Romæ foetus sub alieno nomine, causâ ut serviant.

XIV. Sed & alii faverunt quidem certis Cultibus, vel Ritibus, aut Institutis, quales & Latinam seu Rom. Ecclesiam, diversimodè quanquam, infecerunt. Exempli gr. in causâ *Imaginum*, *Reliquiarum*, *Staurolatria*, *Mariodulia*, *Hagiodulia*, *Festorum*, *Ieiuniorum*, Institutum *Monachalis*, ex quo superstitio Orientem penè totum pervasit, maximè autem à temporibus Damasceni, & Irenes, ut nos pluribus in *Historiâ* nostrâ *Imaginum*. Multi etiam faciles promoturi fuere, quantum in ipsis esset, *Unionem* seu *Concordiam* utriusque Ecclesiæ, *Pace* commendatâ, tanquam quæ & Christianos deceret, & Græcis perutilis foret, oppressis tùm Saracenorum vel Turcarum jugo, afflictissimis temporibus. Neque illi tamen per omnia, aut in gravioribus, Latinorum vel Dogmatis, vel Traditionibus, vel tyrannidi Romæ exercitæ, contenserunt. In his censendi fuisse jam olim *Germanus* Constantinopolit. remotus sub Leone Ilauro, ob contumaciam in asserendis Imaginibus, & in Principem. Talis *Joh. Damascenus*, causæ ejusdem vehemens propugnator, odio Leonis, & Constantini Filii; sed cui falò tributa plurima, etiam ab Allatio, V. gr. de *Nativitate*, aut *Assumptione* *Deipara*, de *SS. Imaginibus* scriptum non unum, de Sanctis qui in Fide obdormiverunt, *Vita* *SS. Barlaami*, *Josaphati*, *Stephani Junioris* &c. Deinceps etiam *Tarasius* Patriarcha sub Irene, promotor Synodi Nicænæ II. damnatæ sub Carolo M. & Ludovico Pio; *Nicephorus* Patr. Constantinopolit. antesignanus Iconolatrarum sub Nicephoro Imperat. & Leone Armeno; *Theodorus Studita*, seditiosissimus Monachus, rebellis in non unum Imperatorem, & de cujus viri furoribus, obtentu *colendarum Imaginum*, fusè *Historia* mea Restituta. Adde in Iconodulis alios benè multos, *Seculis* VIII. IX. & deinceps, ac quotquot postea ex Græcis pro *Unione Ecclesiarum*, id est, pro *Pace*, *Concordiâ*, sed *salvis Græcorum Juribus Ritibusque*, scripsisse aut laborasse dicuntur, sub ejectoribus Photii, & sub Comnenis, Balduinis, Angelis, Palæologis, ut nos fusè aliàs. Neque hinc colligas admisisse eisdem Papæ Monarchicam in Patriarchales Thronos potestatem; Romanæ Ecclesiæ Catholicismum, hodierno sensu; VII. propriè dicta Sacramenta, laxiùs quamvis appellent Græci *μυστήρια*; Usùm *Azymorum* in Eucharist. Communionem sub Unicâ; Cœlibatum Clericorum; Purgatorium ignem; Missificandi ritum Latinum, &c. Uti nec probasse constat, *Adorationem*, vel *Cultum*, vel *Venerationem* Hostiæ seu Sacramenti Eucharistici, in & post Consecrationem, quam constanter negare Græcos monuit Gregorium XIII. Anton. Caucus Venetus, supra laudatus, de Græcor. Recentior. Hæresibus.

XV. Denique alii quos sub *Græcorum* & *Orientalium* nomine venditat Roma Papalis, sunt recentissimi homines, prodituri è Collegio Græcorum Gregoriano, ac Romæ (ut dictum) Beneficiis ac Dignitati-

Euchol.
P. 211.
In fine
Notar.
P. 281.
Exercit.
P. 93.

T. I.
P. 379.

Ducas
Hist. Byz.
c. xxxvi.
P. 142.

De P.
Conf.
L. III.
C. IV.

Allat. de
Perp.
Conf.
L. III.
C. III.
N. III.
Gr. Orth.
T. I.
Conci.
lior.
T. XIII.
col. 678.
Ed. Labb.
Allat. de
Perp.
Confens.
L. III.
C. III.
col. 933.

All. Ca.
tal. Oper.
I. Da.
masc. in
ter
Σουμνισί.
Hist.
Imag.
Restit.
Sect. viii.

tatibus irretiendi, scripturi etiam in Urbe & sub Inquisitorum censura. Qualis ex. gr. *Joh. Matthæus Caryophilus*, Cretensis Gente, Titularis Archiepiscopus Iconientis; cujus varia, Romæ scripta & edita, hoc ipso Seculo contra Nilum Theſſalonic. Zachariam Gerganum, Cyrillum Lucarim, & Græcos omnes, versa etiam è Græco Acta Romanensia Concil. Florentini, jactant Allatius, Arnaldus, Morinus, Simonius, alii. Ejusdem commatis est *Petrus Arcudius*, de quo nuper, Corcyrensis Venetus, Romæ institutus in Collegio suæ Gentis, devotus Pontifici, Clementis Missionarius ad Ruthenos, abdicaturus etiam *Rituum Græcum*, quo fuerat initiatus, ac moriturus Romæ. Talis & *Gregorius Chius*, producendus in Hist. Criticâ de Oriental. cujus *Synopsis Dogmatum* Venetiis descripta typis est A. 1635. & quem in Collegio Romano enutritum docet Leo Allatius, in *Catalogo* eorum qui *Monumentis editis illustres*, ex eodem Collegio prodierunt. Præcipue etiam *Meletius Syrgius*, Hieromonachus, scripturus contra Cyrilli Lucaris Confessionem A. 1638. cujus *inedita* sunt quæ citantur ab Ant. Arnaldo contra Rev. Claudium, & à Richardo Simonio: speciatim Liber MS. de nomine *Μετσωϊσµου*, in quo Gennadio Patriarchæ Constantinop. vocis usum affingit, nullis in genuinis ejus Patriarchæ, aut Græcorum ejus *Ævi*, vestigiis vel documentis. Nec majoris auctoritatis *Agabus*, Monachus Cretensis, Libro cui Tit. *Ἀμαρτωλῶν Σωτηρία* *Salus Peccatorum*, impresso Venetiis A. 1641. Et quanquam eò superbiat Arnaldus, fatetur Simonius, *Græcicum hunc scriptorem non parvam Operis sui partem ex Latinis Doctoribus desumpsisse*, refertque hunc inter *Occidentales Græcos*. Sic ex Maronitarum Romano Seminario profecti sunt *Gabriël Sionita*, & *Johannes Hefronita*, Regii in Galliâ Professores, tum *Abraham Ecchellensis*, cujus scriptum de Primatu Papæ, & acerba alia, hominis servitutum & ingenium produunt. Quin ab ipso Sionitâ, in *Commonitorio Apologetico* ad Abrah. Ecchell. perstringendus ut *nebulo*, *ignavus*, *impostor*, aliisque id genus coloribus effigiandus. Ac longè plurimi id genus Græculi Romæ venditantur, è Latinorum Scholis ac Seminariis profecti, undè tanquam ex equo Trojano, (sic alicubi Leo Allatius) prodire, qui Causam Latinorum contra suos statumarent, seu Scriptis editis, seu missionibus in Orientem susceptis, quales adversus *Cyrillum Lucarim* plures Romæ decretæ fuerunt, is ut Patriarchali Throno deturbaretur. Vide longam istiusmodi Latinizatorum seriem, ex Romanâ officinâ, & Collegio Gregoriano ædificato alumnis Græcorum à Gregorio XIII. apud Arcudium, Morinum, Ecchellensem, Leonem Allatium. Uti inter hos *Nicol. Alemannus* Andrius, vir sanè Doctiss. sed Papæ nutritus, & Biblioth. Vaticanæ Custos; qualis postea Allatius. Hinc etiam *privilegia* ex Oriente Romam concessuris, ac Græcis Ruthenis, indulta, ut fruantur suis *Ritibus*, *Liturgiis*, *Ordinationibus*, *Presbyteris*, &c. modò eorum *Episcopi* à Sede Apostolicâ constituantur, ac jurent huic obedientiam. Quam in rem Bullæ etiam Clementis VIII. Pauli V. Urbani VIII. ne Græcis illis molestia hoc nomine ulla crearetur, à Morino & aliis productæ. Undè ex eo Seminario, quum remeasset in patriam *Michaël Venerius* Cretensis, rogatus à parentibus quidnam Romæ didicisset, multa (inquit) *eaque gratissima*. Quænam obsecro! *Romanum Pontificem esse Ecclesie Caput, pænisque æternis adstritum esse, qui id non faceret*. Quo ipso domo ac patriâ ejectus fuit, indignatis optimis illis parentibus. Nec pudet Allatium rei meminisse, ne peficiat Orbis quid Græci Romæ doceantur, sub mellitis verborum globulis. Imò ne in Concilio quidem Lugdunensi 11. A. 1274 in quo Michaël Palæologus Concordiæ quandam speciem per suos promovit,

Tom. II.

alia Romanæ Curie sollicitudo fuit, intactis Dogmatibus; Ritibus; Sacris Liturgicis Græcorum, quàm ut tria hæc isti promitterent. 1. Ut in Sacris Hymnodiis *Papa* mentio fieret, simul cum illâ Patriarcharum. 2. Ut liceret Græcorum cuivis *Romam appellare*, ut ad majorem Curiam. 3. Ut Papæ Romani *Principatus* in omnibus deferretur. Quæ res ex Historiâ Byzant. & Actis Concilii liquidò constat. Pachymeres tria illa concessa Michaëlis, per Legatos Acropolitam & Germanum, designat per tria vocabula, τὸ πρῶτον, τὸ ἐκκλητικόν, τὸ μνημόσυνον.

Hist. T. x. L. v.

XVI. Alii verò in Oriente quidem victuri, sed ab emissariis Romanæ Curie, artibus Jesuiticæ Societatis, quæ in extremum sese Orientem diffundunt; in sententiam Latinorum inducti; saltem specie & confessione tenens, maximè circa *μετσωϊσµον* seu *Transsubstantiationem*, Græcis prioribus ignotam. Quâ voce inter primos usus est *Gabriël* ille Severus Metropolitæ *Philadelphensis*, Meletio Alexandrino (cui Cyrillus Lucaris in eâ Sede suffectus) perquam familiaris; infensissimus licet Capitibus Florentinis, & *Schismatis fautor* Allatio, *pravæ traditionum tenax*, ac *propugnator*, ut dicitur etiam Jac. Goari. Nempè postquam ille Gabriël Venetiis diutissimè versatus, imbutusque Scholasticæ Theologiæ tricis, hanc vocem & alia nonnulla mutuatus à Latinis esset. Simonius hinc ingenuè, *Latinorum scribendi methodum imitatus, similiter illorum loquendi formulas retinuit*. Idem Simonius initio *Notarum* ad Gabriël. *Philadelph. Licet divisionis Venetorum fuerit, Græcorum tamen Schismaticorum & M. Ephesii sequacium partibus semper fuit addictissimus. Scripsit prolixum adversus v. Capita Concilii Florentini Tractatum. Cum Meletio etiam, quo infensorem eâ ætate rebus suis neminem experta est R. Eccl. studio & amicitia fuit conjunctissimus*. Cujus Meletii in Romanam Eccl. acerrima scripta ipse recenset Allatius, & quorum unum, *ad Gabriëlem Severum Philadelph. Episcopum*, manuscriptum se legisse memorat *Recentissimus* ille *Auctor*, ita quoque Morinus, ad calcem Operis de Pœnitentiâ, *qui Venetiis diu vixit, Theologia Scholastica non ignarus, cætera Latinis æquo infensor, & quæ ibi plura*. Planè ut Græci hodierni qui *Venetis* agunt, ex constanti Relationum etiam novissimarum fide, verbo tenens *μετσωϊσµον* seu *Transsubstantiationem* deinceps profitentur: ut tamen utantur in Sacris Eucharisticis *panem fermentato*, ut *sub utraq; communicent*; ut vinum *aquâ temperent*; ut panem consecratum *non adorent*; ut *Lingua vulgari celebrent*; ut *Purgatorium* non admittant, &c. Sed de voce *μετσωϊσµου* lis nuper plurima Venerando Claudio nostro, cum Arnaldo Jansenita, & Rich. Simone; ut & novissimè fuit Thomæ Smith Presbytero Anglicano, & Græci Ritûs calientissimo, cum eodem Simone, cui & *Defensionem* opposuit, mecum pro V. Cl. humanitate communicatam. Falsus autem jam antea fuerat Petrus Arcudius, Libris de Sacramentis Græcor. licet amplectantur veram *μετσωϊσµον* (sic ille) *tamen eo vocabulo non uti*. Sed cur non uti, siquidem Innocentianam *Transsubstantiationem* amplexi fuerint, nec re, nec voce illis ignotâ à tempore *Conc. Lateran.*

De Perp. Conf. L. III. C. VII. N. XII.

Notis ad Gabr. p. 70.

De Perp. Conf. L. III. C. VII. & XI. p. 141.

L. III. C. II.

XVII. Maximè verò id navarunt operam Pontificii, ac præ cæteris Jesuitæ, ut de *Græcorum* cum Tridentinis suis *consensione* multa vel apud externos jactarent, vel apud suos mentirentur, postquam Urbano VIII. rem placere cognoverunt. Inprimis post oppressum *Cyrillum Lucarim*, ex Patriarcha Alexandrino, & successore Meletii cui intimus semper fuit, Patriarcham Constantinopolit. ab Anno 1621. usque ad A. 1638. Quando nempè Vir optimus, ob *Confessionem* à se editam. consonam satis Fidei Protestantium, post diras *Jesuitarum*, quibus & Constantinopoli Collegium est, perlecutiones, delatio-

nes,

C. II.

De Perp. Conf. L. III. C. VII.

Ad calcem. Gabr. Sev. p. 291.

Allat. L. III. C. VI. N. x.

Hist. Crit. C. II. P. 56.

nes, calumnias, tandem succubuit. Nempe (dicam Pontificii Scriptoris vocibus) *oppressus vi & potentia Iesuitarum Constantinopolitanorum, & Romana Curia, ac jussu Porta strangulatus*. A quo tempore substitutis *Latina & Jesuitica* factionis Patriarchis, ut pretio omnia à Turcis impetrantur, emendicatae sunt identidem à Græculis Confessiones, Subscriptions, Retutationes Confessionis Cyrilli, insignem hic Oratoribus Christianissimi Regis operam collaturis, ac *Missionariis* in Oriente (quos vocant) Apostolicis. E quorum ordine se esse profectur *Jacobus Goar* Ordinis Prædicatorum, à quo editum est Græcorum *Euchologium*, A. 1647. cum prolixis Notis, sed ex nutu Latinorum, & ex ingenio familiæ Dominicanæ, cui Inquisitio Hæreticæ Pravitatis concedita. Quæ Dominici familia, sub larvâ Græci nominis, plures dedit Scriptores, pro causâ Rom. Pontificis & Latinorum, *Manuëlem Calecam, Simonem Constantinopolis*. de quibus supra, & *Fratrems Franciscum*, ad cujus *Ἐπιστολιμαῖον χρομια* respondit *Manuël Peloponnesius* A. 1500. ὁ σοφώτατος ἔθ θεολογικώτατος κλέος *Μανυήλ, ὁ μέγας ῥήτωρ τῆ μεγάλης ἐκκλησίας*, ut Em. Malaxas in Hist. Patriarchicâ, à Mart. Crusio editâ. Ac *Manuëlis* hujus Scriptum è Biblioth. nostrâ Leydensi edidit in *Variis Sacris* Clariss. le Moyne, Collega nuper conjunctiss. Sed de veri nominis Græcis, & Orientalibus, eorumque *consensu* vel *dissensu* à Latinis, dicendum modò superest.

Turco-Cr. L. II. P. 146.

XVIII. Ac *Melchita* quidem, voce Syriacâ, seu *Regis, Imperiales*, dicuntur hodieque, laxiori appellatione omnes illi Græci, quotquot Concilium *Chalcedonense*, cum prioribus Conciliis, amplectuntur, juxta *Βασιλείων* Regum seu Imperatorum Rescripta, antiquâ hac nomenclatione. Ut *Melchitæ* sint iidem, qui *Catholici*, Catholicam fidem professi. Quotquot adeò Græcæ Religionis *puriori* adherent, sub quatuor in Oriente antiquo nomine Patriarchis (non quales Romæ dicuntur, aut creantur) videlicet Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hierosolymitano. Aliàs *Melchita, Melkita*, strictius dicti *Syri, Egyptii, Arabes*, qui non *Græci* gente vel origine, tales tamen censentur Fide, ac ferè Ritibus, Disciplinâ. Unde sunt his infensissimi *Jacobitæ, Nestoriani, Armeni, Maronitæ*, suis singuli sub Catholicis, & Patriarchis, cæterique quotquot Concilium, vel *Ephesinum* contra Nestorium, vel *Chalcedonense* contra Dioscorum, vel *Constantinopolitanum* contra Monothelitas, in hunc diem, repudiarunt. Lis etiam inter istos est & *Melchitas* de sententiâ Concilii Nicæni, post fabricatos *Canones Niscenos* LXXXIV. Collectionis *Arabica*, & ab aliis plures, paucioresve, mirè inter se discrepantes, pro Sectarum hypothefibus. Factum ob auctoritatem illius Synodi in Oriente, quâ hi & illi se tueri voluerunt pari fiducia, hinc corruptorum Canonum mutua accusatio. Sed de *Melchitis* ingenuè *Gabriël Sionita*, & socius alter *Joh. Efronita*, quorum nomen præfert *Libellus* de Orientalium Urbibus, Religione, Cap. 14. *Melchita, seu Græci, qui per totum Orientem longe lateque sunt sparsi, credunt Spiritum S. à solo Patre procedere; Purgatorium nullum existere; indeque illis odium intestinum in summum Pontificem, &c.* Idem *Joh. Morinus* Præfat. in Ordinationes Syrorum; *Melchita sunt Græca opinionis & ritus.*

P. m. 43. Par. 1619.

De Sac. Ordin. P. II. P. 476.

XIX. *Melchitis* & accensentur *Georgiani*, qui olim Iberii, Albani, etiam *Cardi, Cardii, Veteribus*; hodiè *Georgia, vel Gorgestana* regionis incolæ, (an à *Girgashan* dubium, quâ de re. *Bochartus*.) cujus regionis caput & Regia *قل قس Tiflis* ad Cyrum fluv. sita illa intrâ Pontum Euxinum & Mare Caspium, mediis ad Septentrionem Caucaſi jugis. *Conversi* hi dicuntur ad fidem Christianam, ex Ecclesiasticâ Historia, Seculo IV. tempore Constanti-

ni M. eodem ferè cum Armenis, Persis, & Æthiopicibus tempore, ut pluribus *Socrates Historicus, Sozomenus, & post eos Nicephorus*. Alii ferè à *Cyrillo* quodam Monacho, Seculo IX. Exinde *Græcorum* doctrinam ritusque profecti sunt, quo tempore una Fides esset in Oriente & Occidente, *Papismi* nihil. Imò ex quo *Barbarorum* jugum Gentes illæ subierunt, ac se Constantinopolitano & Antiocheno Patriarchis subtraxerunt, proprio *Catholico* seu Patriarchâ constituto, fidem cum *Græcis* eandem specie tenus ac professione retinent, sed nomine ferè Christiani. *Melchitas Georgiani in omnibus sequuntur*, ut idem *Sionita; Iberis fidem Græcorum exactè sequuntur*, ut *Simonius*. Certè ignorantia deinceps horum stupenda est, Sacrorum profanatio ingens, *Jejuniorum* una ferè religio, *Cultus Imaginum, Reliquiarum* planè *Idololatricus*. Mores indigni Christiano nomine; *Concubinatus*, etiam in Clero, *promiscuus; Simonia* profligata. Undè *Chardinus* Eques, testis oculatus; *Nihil habent Christiani nisi nomen*. Et quæcunque sit religio *Festorum*, una ferè est, vino se iis ingurgitasse, adeò ut si quis *majoribus Festis*, (qualia *Paschæ & Nativitatis*) non prorsus *incaluerit* mero, *mersâ* in pocula mente, non habeatur *Christianus, sed Excommunicationem* incurrit.

Soc. L. I. C. XX. Sozom L. II. C. VII.

Sion I. cir. Hist. Crit. C. V. P. 73.

Voyage par la Colch. P. in 239.

PARS II.

BREVIARIUM.

Georgianorum & Colchorum dissensus à Romanis. Mengrelii describuntur. Russorum sive Moscovitarum descriptio. Eorum à Romanis dissensus monstratur. Græcorum puriorum lata diffusio sub Constantinopolitano Patriarcha per Europam. Et per Asiam. Item sub Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano Patriarchis. Denique & sub Mosco seu Rusbeno Patriarcha. Controversia cum Græcis hodiernis quales sint potissimum. Adducuntur in eam rem scripta Euthymii, Simeonis Thessalonicensis, Gennadii, Manuelis Peloponnesi, Jeremia Constantinopolitani. Inprimis Meletii Alexandrini. Tum Maximi Marganii, Gabrielis Severi, Georg. Coreſſii, Cyrilli Lucari, Metrophanis Critopuli. Zacharia adhuc Gergani, Meletii Ephesi, & Hierothei Archimandrita.

PORÒ de *Georgianis*, eorumque à Latinis prolixo dissensu, speciatim in Capite de *Eucharistiâ*, deque Romano Pontifice, prolixè nuper post *Petrum à Valle, Huldricum Tigurinum*, aliosque *Itinerariographos* primæ notæ, Auctor Historiæ Criticæ Orientalium Cap. v. vi. & *Chardinus* modò laudatus in *Novissimo Itinerario*, quos adi. Ac postremi quidem plurima descripsere ex *Relatione P. Zampi Mantuani, Monachi Theatini, & Missionarii Romani, de Religione Colchorum*, qui sunt *Mengrelii & Georgiani*, laudatâ R. *Simonio*. In specie autem *Transsubstantiationem* nescire hanc Græcorum propaginem, nec *Adorationem Sacramenti*, multis iidem, nec nisi frons ænea negaverit. Adeò ut *Monachus* ille Mantuanus quum rogaret *Colchorum Sacerdotem, an post Consecrationem Panis & Vinum fierent substantialiter Corpus & Sanguis Christi; solutus fuerit in risum Colchus, quasi ab eo quaesitum fuisset ludicrum quid, addens, apud se nihil unquam tale auditum esse, scilicet ut Christus è Cælo descendat in Terram, frustulo panis includendus*. Sic nescire modum *Consecrationis* Latinum, *Purgatorium*, VII. Sacramenta, *Papa Suprematum, Confessionem Auricularum, Sanctorum visionem beatificam*, id genus alia *Fidei Trident.* retulit ad *Urbanum VIII. Anno 1631. Missionariorum ad Iberios Caput P. Avitabelis*, adscribens *Georgianis ipsissimos errores Græcorum*.

Relatio MS. P. Zampi apud Chardin. p. 128. Hist. Crit. C. V. p. 72. &c. Vide Cleam. Galanum de Conciliat. Armen. Romæ 1650.

II. Sunt *Mengrelii* hodierni, magis ad Septentrionem, & ad Occasum ultra *Phasim*, ad Pontum Euxi-

Euxinum siti, Colchi veteres, inter Circassios & Abcassios illis *Occiduos*, atque Alanos Caucasiofque montes eidem ad *Ortum & Boream*. Gens quæ vix hominum, minùs Christianorum, imaginem mente moribusque referat, aliàs *Odisi*. Religionis si quæ species, ea ferè consistit omnis, iisdem qui supra testibus. 1. In *Iconolatriâ* planè fœdâ, cultu Imaginum absoluto & directo, quibus & bonorum malorumque causas adscribunt. 2. In observantiâ *Jejuniorum* quæ vocant, & abstinentiâ à suffocato, lepore, testaceis, &c. quæ Religionis prora sunt & puppis Colchis hodiernis. 3. In *Festorum* illâ, quæ Baccho, Veneri, veriùs quàm Christo aut Sanctis dicantur; *dum stomachus Cleri fervet vinoque ciboque*. Addi potest religio *Μυρών*, seu *ε μύρον*, *Sacri Unguenti* vel *Olei*, quo perungunt Infantes recens natos, Baptismi loco, ut tantum tribuant illi *Unctioni*, quantum omnibus Sacramentis, ex vetere usu ac superstitione *τ χερουδίων*, quibus τὰ χερσὶ summum medicamen. De cætero Epicuri de grege porci, quorum Clerus nec literas novit, ac vix *Symboli* capita, aut *Decalogi* præcepta; minimè omnium legere, vel intelligere *S. Biblia*, quæ vetere *Georgiorum* linguâ, paucissimis exploratâ, apud eos extant. Ac nihil omninò proficere in iis Gentibus Missionarios Româ submissos, ne scilicet *Ecclesia Catholica* desinat usquàm operarii, nomine tenus, multis Chardinus Eques, imò *externâ specie Georgianos eos ipsos videri*.

Voyage
p. m. 266.

III. Ad Græcos quoque referendi *Russi*, *Rutheni*, *Moschi*, *Moscovita*, ultra Borysthenem, Tyram, & Tanaim fluvios, quibus ad Ortum Siberii, & Volga olim Rha fl. De quorum primâ Conversione, Græcorum ministerio, *Volodimiro* Duce, & Notho, cui *Basilis* nomen in Baptismo datum, à Basilio II. Græcorum Imperat. Anno Græcor. 6496. (id est *Æræ* nostræ Vulg. 987.) monuimus ad Historiæ Ecclesiasticæ Sec. x. Undè communia cum Græcis in hunc diem *Sacra*, *Fides*, *Disciplina*, *Liturgia*, *Ritus*, *Libri Ecclesiastici* & *Homiletici*, etiam ex parte *Characteres*, qui Græcis affines, sed Slavonicis corrupti; ignorantia autem crassior, mores turpissimi. Proprius illis *Patriarcha*, demum à superiore Seculo A. 1588. quando *Jeremias Constantinopolitanus Jobum* Russum consecravit. Nec enim decebat majestatem tanti Imperii, subesse ampliùs *Patriarchæ*, *Turcarum* iusta capeffenti. Præcipua illis superstitio est, à Græcis accepta, indè à Seculis x. xi. (omnium corruptissimis) *Pictarum Imaginum*, *Jejuniorum*, *Cereorum*, *Confessionis Sacerdotalis*, religionis in *S. Nicolaum*, *Myræ* olim *Episcopum*, de quo Græci in *Menologio* ad vi. Dec. tum in *Michaëlem Archangelum*, à quo Celeberrimo Emporio ad Mare Album nomen est, & in cujus Ecclesiâ Magnorum Ducum exuvie deponuntur. Et *Monasticæ* *Disciplinæ* (ex quâ prodiisse necesse est *Moschorum* omnes *Metropolitas*, *Archiepiscopos*, *Episcopos*,) studiosissimi *Moscovitæ*, solo tamen habitu, extrâ *Monasteria*, eos distinguente. Mira *Romani Pontificis* & *Pontificiorum* illis averfatio, indè à primâ origine, ut & *Unionis Florentina*, quam frustra *Isidorus* *Ruffus* *Cardin.* & *Legatus* à *Latere*, A. MCCCXL. totâ *Moscoviâ* publicari iussit. Adeò ut solos *Romanenses* arceant libertate *Sacrorum*, in ditionibus suis, & *Urbe* principe *Moscuâ*. Ac de his prolixè recentissimi *Scriptores*, qui *Legationes* *Polonicas*, *Cæsareas*, *Anglicanas*, aut *Civitatum Hanseaticarum*, qualiter *Olearius*, descripserunt; ne *Sigismundum* *Baronem*, *Paulum* *Jovium*, *A. Possevinum*, *Alex. Guagninum*, *Dav. Chytræum*, *Huldricum* *Tigur.* *Geslinum*, ac priores alios referam.

IV. Undè pellucet fabulæ *Allatianæ* & *Baro-*

nianæ, de imperio *Papæ Romani* in *Constantinopolitano*, quo tempore *Russi* facti sunt *Christiani*, seu jam *Seculo ix.* ut vellent, seu veriùs *Sec. x.* Imò nuperus *Legatus* ac *Consiliarius Cæsareus* ad *Magnum Ducem* A. 1661. *Relatione Itineris Moscovitici* in *Gallicum versâ*; *A Græcis hausere* P. m. 187. *Transubstantiationem* non credere *Moscovitas*, quicquid referant alii, certo indicio est, quod sive dum peragitur *Consecratio*, sive post paractam eam, nullum *Relat. Pani in Sacramentum mutato adorationem præstant*, ut d'un novissimè idem *Legatus Leopoldi Imper.* *Communice eosdem sub utràque*; uti *pane fermentato*; rariùs *confiteri*, nec nisi quæ volunt delicta; *Calibatum* *Sacerdotum* damnare; *Purgatorium* nescire; *Fruitionem beatificam* *Animarum* (unum ex v. *Capitibus* *Synodi Florent.* & fundamentum *Invocationis Sanctior.*) antè ultimum *Judicium* non admittere; *Misfas privatas* ignorare, sed & *Processiones*, *Circumstationes Corporis Christi*, *Festa Latinorum* plurima, ut & *Dispensationum*, *Canonizationum*, *Infalibilitatis* jura; sexcenta *Latinorum* alia; ex iisdem *Scriptoribus* constat, quotidianis rei in *Moscoviâ* testibus. Quanquàm *Jesuitarum* artibus, præcipuè *Antonii Posslevini*, in *Rom.* *Pontificis* obsequium perducti sint exeunte *Seculo superiore* (A. 1595.) *Russi Poloni*; intrâ fluv. *Tyras* seu *Nyestrum* & *Borysthenem* siti. Sed his legibus, ut illibata essent *Sacra Majorum*, *Conjugium Sacerdotum*, *Communio sub Utrâque*, forma *Sacramentorum*, &c. Et ne tenerentur religione *Festi Corporis Christi*, *Processionum*, *Consecrationum*, *Campanarum*, aut necessitate *Romam mittendi*, pro impetrandâ *Confirmatione* *Episcoporum Ritûs Græci*. Permissuri etiam *Romana Ecclesiæ* suum *Purgatorium*, scil. non movendâ à se hâc de re *Pontificis* lite, modò esset *fides* sua illibata. Monuit jam istud *Hoornbekius* noster *Summâ Controv. de Græcis*, & ex *Thuano*, *Posslevino*, *Historiâ Ecclesiæ Slavonicæ. Lib. iv.* &c. testatissima res est.

V. Quàm verò latè pateant illi *Græci* & *Orientalis*, qui in fide puriores à *Latino-Romanis* dissident, cognoscere est operæ pretium. *Constantinopolitano* *Patriarchæ* hodièque subsunt *Christianæ Ecclesiæ* innumeræ, per *Asiam* & *Europam*. Divisæ in *Exarchatus*, & *Provincias* seu *Metropoles*, itemque in *Archiepiscopatus* extrâ *Metropoles*, qui nempè nulli *Metropolitano* obnoxii, tamen sub se *ἐπισκοπὰς* nullas habent. Docent *Notitia* variz, indè à tempore *Leonis IX. Papæ*, sub quo *Schisma* roboratum, duobus fermè post *Photium* *Seculis*. Eæque partim *ineditæ*, partim *editæ illustratæve*, à *Miræo*, *Carolo* à *S. Paulo*, *Allatio*, *Holstenio*, *Labbeo*, *Beveregio*, *Smithio*, & quam ex *Biblioth. Leydensi Clariss. le Moyne Collegæ* nuper *Coniunctiss. communicavi*, ut in *Prolegomenis* ad *Varia Sacra* gratus agnovit. Est illa *Nili Doxopatris*, ad *Rogarium* *Siciliæ Regem*, scripta, ut ipse testatur, *ἔτε 5 χ ν α*, seu Anno *Græcorum Constantinopolit.* 6651. i. e. *Christi* 1142. In quâ numerat *Eparchias* & *Metropoles* tam in *Oriente* quàm in *Occidente* LXV. *Archiepiscopatus* xxxiv. Nempè in *Europâ*, subsunt *Ecclesiæ* per *Thraciam*, *Græciam*, *Macedoniam*, *Thessaliam*, *Epirum*, *Peloponnesum*, *Bulgariam*, *Serviam*, *Podoliam*, *Walachiam*, *Moldaviam*, &c. Additis *Insulis* *Maris Ægæi* & *Ionii*, ac partibus *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, quæ aut *Venetis*, aut *Turcis* parent. Olim & *Sicilia*, & *Calabria*, cujus caput *Rhegium*, *Constantinopolitano* paruerunt; & tempore *Nili Doxopatris* suberant adhuc *Provinciæ* *Syracusana*, & *Catanensis*, ac *Rhegiensis* *Calabriæ*. Falluntque adeò quotquot *Patriarchatum Romanum* in *Thracias* usque extendi tradiderunt, *Illyrico* omni, etiam *Orientali*. hac ratione subducto *jurisdictioni*

ni Constantinopolitani, quâ de re alibi. *Αὐτοκεφαλίας* tamen speciem retinuit in hunc diem Metropolita quondam *Achridarum* seu Justinianæ Primæ, quæ Bulgariæ olim metropolis, in Epiri, Macedonia, & Prævalitanæ confiniis, & cui *Ternobium*, *Ternobum*, *Tornobus*, successit, Mœsiæ Inferioris Regia, hodiè Bulgariæ, cujus Metropolita est *Ἐξάρχης ἡ Βαλγαρίας*, olim & dictus *Πατριάρχης*. Quomodo & *Heracleensis*, cui jus est Patriarcham consecrandi, est *Ἐξάρχης πάσης Θεσσαλίας, ἡ Μακεδονίας, & περὶ τὴν Ἰωνίων*. Undè indignatio Latinizantium tempore Synodi Florent. quando Patriarchæ Josepho, & Johanni Palæologo, acerrimè restitit *Heracleensis*, unâ cum *Ephesio*, ex Historiâ ejus Synodi.

VI. In *Asiam* latè patent Constantinopolitani jura, per *Natoliam* omnem seu *Anatoliam*, ubi *Asiana* & *Pontica* amplissimæ Diœceses; singulæ primitus in Notitiâ sub Theodosio. Jun. xi. Provincias complexæ, plures etiam in Notitiâ Doxopatrii. Adde jura ejusdem Patriarchæ per dictas olim Provincias *Barbaricas*, *Circassiam* *Sarmatiæ* *Asianæ*, *Mengreliam* & *Lazicam*, olim *Colchida*, etiam *Iberiam*. Non tamen extenduntur in *Armeniam*, quæ proprio pridem Catholico, nec in *Ciliciam*, quæ Antiocheno subest. Sed nec in *Cyprum*, quæ suo jam olim Metropolitæ, in memoriam (ut ajunt) S. Barnabæ, cujus Reliquiæ in eâ Insulâ, cum *Evangelio Marci* ejus manu descripto ac suprâ Sancti pectus posito, repertæ tempore Zenonis Imperat. ex Theodori Lectoris Collectan. hinc Martyrologiis ad *Junii* XI. Itâ nec subjacent illi de quibus modò, sed proprio Catholico seu Patriarchæ, *Georgiani* (seu *Iberes* & *Albani*) à regione sic dicti: cum Constantinopolitano licet de Fide consentiant, Ritibus paucis diversi, olim autem huic quoad Disciplinam & Jurisdictionem obnoxii. Ac Metropolim hujus regionis dictam esse *Tiflis*, ad *Cyrum* fluvium, diximus suprâ, cujus Ecclesia princeps vocatur *Sion*, altera verò, quæ sedes Catholici est, ab *Abgaro* vel *Abagaro* nomen habet, scil. ab *Imagine* à Christo ad *Abgarum* missâ, & ibi aliquando (ut ajunt) asservatâ, prout ab *Edesenis* & *Syris* fabula ad Orientales alios, & ad Latinos quoque, dudum transit.

VII. *Alexandrino Patriarcha* Orthodoxo, seu *Melchitæ*, cujus hodie sedes est *Alkairum*, subsunt Ecclesiæ per *Ægyptum*, *Thebaida*, *Lybiam*, *Arabiam*, *Nubiam*, olim & *Abassiam*, vel *Abessinam*. *Antiocheno* Patr. parent Ecclesiæ per *Mesopotam*, *Syriam*, *Isauriam*, *Ciliciam*, ac *Melchita* strictius dicti. *Hierosolymitano* Ecclesiæ intra *Palæstinæ* districtum, & *Petræam* *Arabiam*, ad montem usque *Sina*. In quibus *Archiepiscopatus* vel *αὐτοκεφαλίας Ἐπισκοπῆς* xxv. nullis quidem sub se Episcopatibus nobiles, recenset *Doxopatrius*. Omnes autem Constantinopolitano plurimum deferunt, quem & in gravioribus conveniunt. Sed *Alexandrini* & *Antiocheni* jurisdictione mirè est accisa per *Jacobitas*, seu *Monophysitas*, per *Maronitas*, & *Nestorianos* sive *Chaldæos* hodiernos, &c. Qui suis singuli Patriarchis subjiciuntur, *Maronitæ* etiam *Romano Pontifici*, ut antè monitum, & adhuc infrâ.

VIII. *Quintum* hodie Patriarcham constituit *Moscus*; seu *Ruthenus*, olim obnoxius Constantinopolitano, usque ad superius Seculum, ex dictis, quo proprium sibi *Patriarcham* constituerunt. Qui in speciem à Metropolitanis, *Archiepiscopis*, & *Episcopis*, eligendus venit, reverà à Principe. Ac latissimè quidem patet *Rutheni* jurisdictione, à *Tyrâ* fl. ab *Occasu*, & finibus *Livonum*, *Lithuanorum*, ad *Wolgæ* ostia versùs *Ortum* & *Magnæ Tartariæ* fines, ultrâ *Siberios*; *Mari* *Albo* & *Septentrionali* ad *Boream*, *Mœotide* & *Tanai* ad *Austrum*, jurisdictionem eam terminaturis. Quatuor sub eo

Patriarchâ insigniores *Μακροπολιτάνι*, quos inter *Serberiensis*; numerant quamvis *Sedes Archiepisc.* octo, præter antiquissimam *Kyovensem*, cujus Metropolitanus, natione Græcus, à *Nicolao II.* *Chrysoberge* ordinatus, *Volodimirum* cum suis *S. Baptismate* perfudit, vergente ad finem *Sec. x.* Plures verò dicti in specie *Archiepiscopatus*, honoris ergo, nullis *Suffraganeis*, in *Wolgda*, *Smolensko*, *Susdal*, &c. Initiuntur tamen hodièque *Russorum* *Monachi* *disciplinâ Græcorum*, in *Monte Atho* seu *Monte sancto*, *Peninsulæ Macedonicæ*, è regione *Lemni*, communi *Ecclesiarum Græciæ & Asiæ* *seminario*. Cæterum in dogmatibus cum Græcis, ut dictum modò fuit, sentiunt, & Constantinopolitanum sæpè consulunt. Nec itâ pridem, ut liquet ex literis è *Warneri* legato *MS.* in quibus *Παίσιος* Patr. Constantinopolitanus *A. 1655.* respondit ad xxxviii. Quæstiones, de *Variis Ecclesiæ Ritibus*, propositas à *Patriarchâ Rutheno*. Et quinque hos *Patriarchas* designant Græci per *sigla*, voce *KAPAI*, id est *κεφαλαί* *Capita*, ex quinque initialibus literis, quibus *Constantinopolitanus*, *Alexandrinus*, *Ruthenus*, *Antiochenus*, *Hierosolymitanus*, Græcis scribuntur. Undè ingeniosa *Græcorum* observatio, tantum abesse ut *Romanus* sit *Catholica* Ecclesiæ *κεφαλή* *caput*, ut contra nullus ipsi in *KAPAI* locus sit, ac eo disuncto loco *Romani* divinitus excitatus sit *Ruthenus*, qui *ἀφεισηκότος* à *fide Catholica* *Patriarchæ* locum suppleret.

IX. *Controversiæ* quæ cum Græcis hodiernis supersunt, spectant magis ad *Cultum*, *Ritus*, *Disciplinam*, quàm ad *fidem Catholicam*, si fundamentales hujus *Articulos* spectamus, ut infrâ in serie *Controversiarum*. Nec enim in hoc ordine censenda est sententia *Græcorum* de *Processione Spiritus S.* ex *Patre*, per *Filium*, aut de *statu Animarum*, à vetustissimis *Christianis* accepta. Sed volumus verè *Græcos* professione, non *φουδανύμους* tales, à *Latinis* corruptos, quandoque à *Muhammedanis*, vel *densis ignorantia* tenebris circumfusos. Graviores sunt *Controversiæ* de *Cultu religioso* pictarum *Imaginum*, in quo Græci plerique modum *Latinorum* excedunt, adeò ut *Latinos* accusent, *ταῖς σεπταῖς εἰκόνας μὴ προσκυνεῖν*, quod *venerandas Imagines non colant*. Tum illarum de *Invocatione* atque *Intercessione* ἡ *θεοτόκος*, *Sanctorumque*, quos tamen arcent à *Dei Visione*; de *Præsentia corporali Christi* in *Eucharistia*, quam isti concipiunt *salvâ substantiâ Symbolorum*; & *paucæ fortassis aliæ*. Nec uno tamen in hisce *Capitibus* *discrimine* à *Latinis* hodiernis, ut patebit. Ita quæ illi quandoque tradunt, atque in iis *Jeremias Patriarcha*, in *Actis* cum *Wirtembergensibus*, de *Viribus Liberi Arbitrii* ad *electionem boni*, quod *Gratia* perficiat; deve *Operum* nostrorum *dignitate*, quæ attrahat *Gratiam*; non ista volunt sensu *Pelagiano*. Neque aliò spectant, ex *additis Græcorum declarationibus*, quàm ut negent *Libertatem Arbitrii* *everti Dei Gratia*, atque *Necessitatem Bonorum Operum* adstruant, *fidemque* *ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἔργων μαρτυρηθῆναι*, ut *Jeremias Patr.* in *Actis Wirtembergensium*. Sed nec omnium hi errores quos diximus *Græcorum* sunt. Patet ex *Scriptis & Confessionibus* eorundem *luculentis*.

X. In *vetustioribus* post tempora *Iconomachorum*, tum *Cerularii*, censenda est *Euhymii* *Monachi Zigabeni* *Panoplia Orthodoxæ fidei*, contra *Hæreses*, etiam *Latinorum*, scripta sub *Alexio Comneno* *Imperatore* (regnante ab Anno 1081. ad A. 1118.) *Latinè* versa, atque excusa superiore *Sec.* in *Galliâ*, *Venetis*; & ex eâ quædam *Gr. Lat.* in *Biblioth. Patrum*, quæ contra *Sectam Ismaëlitæ*. quia non omnia erant è re editorum. Scripsit & de *Processione Spir. S.* contra *Latinos*, & *Interpretationes Epistolar. Pauli* ex *Chrysostomo*. Itâ quæ *Simeon Thessalonicensis* *Archiep.* sub *initia Seculi xv.* scripsit *Contra*

L. I.
P. 551.

Ed. Val.

In MS.
Bibl.
Oxon.
Tit.
τὰ τῶν Λα-
τίνων
σφάλμα.

P. 74.

T. XII.
P. 536.
Ed. 1654.

Om-

Omnēs Hæreses, in specie contrā καινοτομίας Λατίνων, horum strenuus adversarius, quæcunque sint Allatiana pigmenta. Itā Gennadii Patriarchæ (qui & Georgius Scholarius scriptis aliis contrā Latinos inclutus, nec Allatianus ille & spurius,) Confessio insignis A. 1454. exhibita Victori Muhammedi, post Captam Urbem, de quâ jam nuper. Præcesserat eam triennio circiter Epistola Constantinopolitanæ Ecclesiæ ad Bohemos, cui & Gennadius idem subscripsit, sæpius edita, ac Pragæ primò ex Biblioth. Collegii Caroli IV. Imperat. curante Casparo à Nijdbruck, Maximiliano Regi olim à Consiliis, legenda apud Chytræum, ad calcem Orationis, quin apud ipsum Allatium Lib. III. de Perpet. Confessione. In quâ repudiatur παντάπασιν prorsus Unio Florentina, tanquàm Διγίσεις ἀπὸ τῆ ἀληθείας, diremptio à veritate, simulque accusantur αἱ ἑπικίνδυνοι τῆς εὐαγγελικῆς καινοτομίας periculose Roma innovationes. Ac tandem laudantur eâ Bohemi, à retento fundamento fidei, per Dominum nostrum ejusque Discipulos nobis tradita; quos speraret in Deo Ecclesia Græca, ἐν πᾶσιν ἑσσεῖσθαι συμφώνους ἐν ὅμοιότητι fidei suæ consonantes fore. Huc faciunt quæ Manuel Peloponnesius Magnus Rhetor Constantinopolitanus, laudatus Emanuëli Malaxo Historico, circa A. 1500. opposuit Fratri Francisco Ordinis Prædicatorum, contrā Ignem Purgatorium, confectionem Corporis Christi in Azymo, Hierarchiam Papæ Romani, Visionem Sanctorum Beatificam, Formam Consecrationis Latinæ, &c. ut ex editis videre est. Accedunt quæ professus est Jeremias laudatissimus Patriarcha Constantinopolit. ab 1572. in Actu & scriptis ad Wirtembergenses editis, Anno 1584. In quibus extat proluxa responsio ad Confessionem Augustanam, ab istis missam in Orientem per Magistrum Gerlachium, nec pauca Jeremiæ expressa (ut expendenti liquet) in gravissimis Capitibus, v. gr. de Ecclesiâ Catholica, de Justificatione, de Gratia Dei, de Bonis Operibus, de Sacramentis, de Satisfactionibus, de Purgatorio, de Matrimonio Clericorum, quæ Doctrinæ Tridentinæ & Jesuiticæ adversantur. Et quicquid ad Artic. x. Augustanæ Confess. urgeat in Eucharistiâ exhiberi non τὸ τύπον solam figuram, sed αὐτὸ τὸ σῶμα ἰψὺν Corpore Christi τεθεωρημένον Deificatum, nusquam ille μεταστώσειν transubstantiationem aut dixit, aut voluit, quam frustra urserant Latini in Synod. Florentinâ. Imò verò ex ipso Jeremiâ liquet, (& aliàs pluribus demonstrandi locus est,) noluisse eum symbola πρὸς ἀνθρώπινον σῶμα μεταστώσειν ἐν humanum corpus transmutari, agnovisse autem Sacrificium Christi, in mysticâ illâ ἑσπεύοντα, τυπώσθαι, σημαίνεσθαι, &c. peragendam utroque symbolo.

Vide Thef. IX.

Vide Thef. XVI.

Cl. le Moyne, Var. Sacra, T. I.

Autor. p. 101. 102. &c.

Histor. L. CXIV.

Vide Thef. VIII.

XI. Jeremiæ coævus fuit Meletius Patriarcha Alexandrinus, qui ὁ Πηγᾶς Pegas dictus est, Vir toto Oriente, vel ut Græci ipsi dixere ἀπανταχῶ τῆ οἰκουμένης, celebratissimus, & de quo Jac. Aug. Thuanus ad A. MDCV. Virum fuisse ut Latina (Patavii enim aliquamdiu vixerat) sic Hebraica, Syriaca, & Arabica lingua peritissimum, postea Constantinopolim accitum, ut velut regnum totius Ecclesiæ Orientalis moderator esset; & qui tot sua Sacra Dignitatis ac Eruditionis testes habuit, ut nomen ejus obscurum esse non potuerit. Quod nomen Romæ ut obscurarent, quo tempore hic Patriarcha fuit, fingunt alium quendam Ambam Johannem, tùm qui ei successerit in Sede Alexandrinâ Gabriëlem A. MDCXIII. auctorem scilicet Legationis ad Papam Clementem VIII. probante hanc ipso Baronio ad calcem Tomi VI. Annalium, sed suppositionem istic arguente Thuano Historico, ac supra quoque ipso Simonio. Eum verò Meletium, Præcursorem Cyrilli Lucaris, non dictis tantum, & factis plurimis, sed & scriptis fuisse nomini Romano, id est, Ecclesiæ & Doctrinæ Pontificiæ infensissimum, Rich. Simonius Præfat. ad Gabriëlem Se-

verum, etiam Latinos acriter infestatum esse Leo Alla- De Perp. Conf. L. III. C. VII. N. II. Londini editas, & Catechesim ad Græcos, etiam ἀνένδοτα alia contrā Latinos, est apud me MS. sed non integrum, ejus Meletii, contrā Rom. Ecclesiæ Catholicismum, & Papæ illud attributum quo se dicit κεφαλὴν Caput Ecclesiæ Catholica, hoc obtentu, Christum μὴ παρεῖναι τῇ ἐκκλησίᾳ νυνὶ σωματικῶς, jam non adesse Ecclesiæ suæ corporaliter. Quod inter gravissima argumenta alia refutat, ex ipsâ hypotheli Pontificiorum, qui presentiam corporalem adstruant ἐν τοῖς μυστηρίοις τῆς εὐχαριστίας. Sunt & penes me Excerpta ex alio MS. ejusdem argumenti, ac mea manu olim descripta ex Codice Ant. Legeri, Viri Clariss. diu in Oriente versati, πρὸς τὸν Δαφνοεὺς ἢ ἔχουσιν οἱ Ἀνατολικοὶ μὲν τῆς Δυτικῶν, πρὸς τὸν Δοξῆς τῆς Ἐκκλησίας, de Dissidio inter Orientales & Occidentales circa Principatum Ecclesiæ. In quo Auctor, sive Meletius, sive recentior alius linguâ Mixo-barbarâ, ostensurus solum Christum esse κεφαλὴν τῆς ἐκκλησίας, asurgit ad originem diffidii indè à Bonifacio, favente Phocâ Tyranno, & Parricidâ Mawricii. A quo tempore Papa ἀγάλλι ἀγάλλι ἀπὸ πρῶτος ἐκλήθη κεφαλὴ, ἢ ἀπὸ κεφαλῆς μονάρχης τῆς ἐκκλησίας ὅλης, &c. sensim ex Primo vocatus sit Caput, & ex Capite Monarcha Ecclesiæ universalis, & quod sederet τοποτηρητὴς Vicarius Christi. Exinde addidisse Papam τὴν καινοτομίαν πρὸς ἐκπαρθεύσεως τῆς ἀγίας πνεύματος & innovationem de Processione Spiritus S. & sic secessisse Ecclesiam Romanam ab Orientali; superaddidit Papæ & ejus Ecclesiæ ἀγάλλι ἀγάλλι sensim ac sensim αἰρημαίους ποικίλους multas Hæreses; & sic πάντοτε καινῶν δόγματα βάνοντας εἰς τὴν πίσιν, &c. semper nova dogmata in fidem intulisse, permiscenda cum dogmatibus pietatis. Post, refutatis objectionibus Latinorum, concludit Romam esse sedem Antichristi, & habere faciem magnæ scortatrici, ostentando opes, honores, dignitates, seducendo multos, alios comburendo, &c. Tandem surrexissè τὸ τῶγμα τῆς ἰησοῦ τῶν τῶ πανουργοῦτον ἢ πονηροῦτον, ἢ με πολλὴν ἐπιπέσειν, ἢ με εὐράτα τῆς μαθημάτων, &c. Ordinem Jesuitarum astutissimum nequissimumque, magnâ cum hypocrisis, & sub specie tradendarum disciplinarum, impositurum scilicet imperitis Christianis, ταῖς γνώμαις τῆς ἀγνώμων Χριστιανῶν.

XII. Accedant recentissimæ Confessiones, Declarationesve Græcorum veri nominis, quas mireris totidem esse in mediâ Gentis barbarie, & inter tot molimina Latinorum, ac Jesuitarum præcipuè. Atque opponendæ hæ Pseudo-Græcis, sive Παπολάτραις & Λατινοφροσιν hujus Ætatis. In illis sint, & συντομῶν, primo loco, Maximus Margunius, cui cognominis alius Emanuël apud Mart. Crusium in Turco- Annot. Græcia, uterque Græcè & Latinè doctus, & quorum in L. VII. alterum Venetiis docentem audivit Cyrillus Luca- P. 495. ri. Maximi Dialogum contrā Latinos, Londini editum, ipse memorat Allatius; Epistolas varias ad Germanos, πολλῆς ἑπισημῆς ἀναπλέως πάσας, Editor Orthodoxus Gregorii Thessalonic. & Georgii Scholarii, Epist. Græcâ ad IV. Orientis Patriarchas, quæ Ed. incipit, εἰ τὴν ἀμαχον, &c. Præter Tractatus duos egregios, alterum in Franciscanos, alterum in Jesuitas, quorum meminit Hottingerus. Secundus sit Gabriel ille Severus Philadelphensis Metropolita, ditionis Venetæ, de quo jam antè, cujus Opuscula Parisiis App. edidit Græcè & Latinè Rich. Simonius cum No- P. 552. Paris. 1686. Thef. XV. Sim. se, non sensum, eumque fidem Ecclesiæ Latinae Libris Præfat. in ea editis publicè vellissè. Et fecit etiam scriptis in Gabr. & Notis p. 70. aliis, contrā Quinque Capita Synodi Florent. & contrā eos qui Orientalem Ecclesiam, ejusque γνήσιος ἢ ὀρθοδόξος παῖδας dicerent esse χωριστικῶς πρὸς τὴν ἀγίας ἢ καθόλου ἐκκλησίας. Prius Venetiis editum fuit, ubi

ubi Gabriël præfuit Ecclesiæ ῥεθοδόξων, alterum MS. in Bibliothecis latet. Tertius est Georgius ὁ Κορέσιος, Corefius Allatio, ἐν τῷ Χίς, professione Medicus, Pisis daturus operam literis hoc ipso Seculo, cujus Opus in propugnationem Schismatis insipiens atque infantissimum, Londini editum cum aliis Barlaami, Palamæ, Severi, Meletii, Margunii, &c.

Loco antè cit.

exagitat pro more Allatius. Profert is Corefianarum scriptionum Titulos Græcos, contrà Primatum Papa, Purgatorium Ignem, Fruitionem Sanctorum, & contrà Ἱταλικὰ ἀμαρτήματα alia, & καινοτομίας, quæ singula non sine stomacho legisse se fatetur Leo. Undè febriles allusiones Matth. Caryophili, antè notati, μαργίνιος quasi νῆς μάργος, ἢ νῆς ἀργός, mens insana vel ignava; & Κορέσιος quasi ζῶν ἐν κέρει veterno scilicet laborans. Quartus est Cyrillus Lucari, Cretensis natione, ex Alexandrino Patriarchâ postea Byzantinus & Martyr, de quo Viro, ejusque Confessione, tanquàm Ecclesia Orientalis, Papistis oppositâ, monenda quædam sunt secuturis Lemmatibus. Quintus sit Metrophanes Crisopolus, Macedo Berroënsis, Hieromonachus, & Protosyncellus Patriarchæ Constantinopolit. postea & Alexandrinus ipse Patriarcha. Hujus extat Ὁμολογία τῆς Ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, τῆς καθολικῆς ἢ Ἀποστολικῆς, scripta Græcè, & xxiii. Capitibus distincta, A. MDCXXV. in gratiam Academiæ Juliæ, quæ singulari eum humanitate devinxerat, quum in ea versatus esset aliquamdiu Metrophanes; ablegatus à Cyrillo, qui in statum ut Anglicanæ Ecclesiæ, sic & Germanicarum Protestantium inquireret, mox ad Cyrillum Constantinopolim regressus. Latinè reddidit Joh. Horneius Conradi filius, & Præfatione ornavit Herm. Conringius. Ac quicquid in eam Confessionem, ut Calvinianam, vel Lutheranam, debacchati sint Allatius, Neuhufius, & gregales, anteriorem aliquot annis Confessione ipsâ Cyrilli, legentibus patet tenacem fuisse Metrophanem Græcorum Dogmatum, Rituum, Traditionum. Ex. gr. Processionis Spiritûs S. ex solo Patre, de quâ is fufè Capite 1. Trium μυστηρίων Sacramentorum, addita scil. Pœnitentiâ; Immerfionis trinæ; Sacri unguenti à Baptismo; Panis fermentati, in usu Eucharistiæ; ἕ διχελύς quo ægrotos perungunt; τιμῆς honoris habendi Imaginibus; Invocationis Sanctorum; Jejunii Quadragesimalis; Observationis feriæ iv. & vi. Ordinis Monachalis; Precationum pro Defunctis; Conversionis ad Orientem; Stationum certis temporibus; ac tandem Hierarchiæ sub quatuor in Oriente Patriarchis, nullo supra hos Capite, præter τὴν τεθεωμημένον ἢ παντοδύναμον κεφαλῶν Christum. Sed præter eam Confessionem Metrophanis, est aliud penes me MS. Græcum, eodem Auctore, certè luculentum, (cujus partem cum aliis olim communicavi Rever Claudio Parisiensi, ut ipse gratus professus est,) scriptum Alexandriæ, nondum tamen Patriarcha Alexandrino, ut ex subscriptione liquet. Nempè Responsiones sunt ad xxvii. quæstia Nobilissimi Belgæ D. ab Oosterwijck, tùm Alexandriæ (ut videtur) versati. Atque ut de Responsionum momento constet, apponam hîc Belgæ nostri postulata; Δέομαι (εἰ, αἰδέομαι Κύριε, ἵνα μοι ἐν τῷ ἑτέρῳ ῥήματι δηλώσῃς, τί ἢ τῆς Ἐκκλησίας ἢ ἐκβάσει, ἢ ἐν Κωνσταντίνῃ πόλει, πῶς ἢ ἐπομῶν τῶν τῆς Χριστιανικῆς πίστεως ἀρθρῶν φρονεῖ: Obsecro te, Venerande Domine, ut mihi verbo uno & altero significes, quid Græca Ecclesia, seu qua hic loci est, seu Constantinopolitana, de sequentibus Christiana Fidei Articulis sentiat. 1. Πότερον ἢ τῆς ἀγίας γραφῆς αὐθεντία δὸτὸ τῆς ἐκκλησίας ἐξήρηται, Num S. Scriptura auctoritas ab Ecclesiâ dependeat? 2. Εἰ δύναται ἢ ἐκκλησία ἀμαρτάνειν, Num Ecclesia errare possit? 3. Εἰ αἱ ἀποδόσεις τῆς ἐκκλησίας ἐξισθῆναι τῇ αὐθεντίας ἢ Θεοῦ ῥήματι, Num Ecclesia Traditiones acqui-

Edita Helmstad. 1661.

C. v. viii. ix. x. & seq.

Reponse à M. Arn. T. I. Ch. xi. P. 442.

parentur auctoritati Verbi Dei? 4. Περὶ τῆς αὐτεξουσίας ἐν πνευμαλικοῖς. De Libero arbitrio in spiritualibus. 5. Περὶ τῆς προπατορικῆς ἀμαρτίας, εἰ μὴ τὸ βάπτισμα ἀναιρεῖται; De Peccato originis, num per Baptismum tollatur? 6. Περὶ φιλομίας, ἢ ὡς φιλομίας ἔργων, ἢ τῆς δὸτὸ τῶν μισθαρίας, De meritis Operum, eorumque mercede? 7. Περὶ δικαιοσύνης, πότερον ἐκ μόνης πίστεως αὐτή, ἢ ἐκ πίστεως συνεζωγυμένη τοῖς ἔργοις, De Justificatione, num ex fide solâ, an ex fide operibus sociatâ? 8. Περὶ ἐκλογῆς, πότερον ὁ ἀνθρώπος ἐκλέγεται ἀπὸ τῶν πῖσιν, ἢ ὅτι τῶν πῖσιν, De Electione, num ea propter fidem, vel ex fide antecedente? 9. Περὶ τῆς πῶν σωτηρίας βεβαιώσεως, πότερον ὁ ἀνθρώπος δύναται, ἢ οφείλει ἀσφαλῆς ἢ βέβαιος πῶν τῶν εἶναι, ἢ εἶ, De certitudine salutis, an datur? 10. Περὶ ὀπίκλησεως ἀγίων ἢ ἀγγέλων, De Invocatione Sanctorum & Angelorum. 11. Περὶ καθάρσεως πυρός, De Igne Purgatorio. 12. Περὶ τῆς συγχωρήσεως, De Indulgentiis. 13. Περὶ ἀγαμίας, De Celibatu. 14. Περὶ ἀσχησεως βρωμάτων, De discrimine ciborum. 15. Περὶ προορισμοῦ, De Predestinatione. 16. Περὶ σημείων ἐκκλησίας, De Notis Ecclesiæ. 17. Περὶ προσημύσεως εἰκόνων, ἢ ἀσχησεως λατρείας ἢ δουλείας, De cultu Imaginum, & de discrimine Dulciæ & Latrice. 18. Περὶ εἰκόνων τῆς ὑπεροχίας Τετραδίου, De Imaginibus S. Trinitatis. 19. Περὶ προσκυνήσεως ἢ σαυρῶ, De adoratione Crucis. 20. Περὶ λειψάνων ἢ τῶν τῶν προσκυνήσεως, De Reliquiis, earumque Cultu. 21. Περὶ πρώιων ἢ Πέτρῃ, ἢ τῆς κεφαλῆς τῆς ἐκκλησίας, De Primatu Petri, & Capite Ecclesiæ. 22. Περὶ ἀτακτικῆς ἐξομολογήσεως, De Confessione Auriculari. 23. Περὶ τῆς θυσίας τῆς μίσεως, ἢ πότερον ὁ Χριστὸς σωμαλικοῦς πάρεσιν ἐν τῷ ἀγίῳ δείπνῳ, De Sacrificio Missæ, & num Christus corporaliter præsens in S. Cænâ? 24. Περὶ βαπτισμοῦ, ἢ τῆς τῆς ἀνάγκης, De Baptismo, ejusque necessitate. 25. Περὶ σερήσεως ἢ ποτηρίας, ἢ διακρίσεως τῆς ἑτέρῃ τοῖν εἰδοῖν κοινωνίῳν, De Communione sub unicâ specie. 26. Περὶ τῆς παρθένου Μαρίας, εἰ ἀμέτοχος εἶναι τῆς προπατορικῆς ἀμαρτίας, De B. Virgine, num expers fuerit Peccati Originalis? 27. Περὶ προσκυνήσεως τῆς τεθεωμένων, De cultu Demorum. Responsiones ipsas non admittit hujus paginæ modus, edendas alibi. Certè Metrophanem arguunt rursus verè Græcum, atque ut in Ritibus nonnullis & Dogmatis discendentem à Luthero, aut Calvino, sic multo magis à Latinorum ac Tridentinorum Hæresibus, Tyrannide, Idololatriâ.

XIII. Sextus est in novissimis Scriptoribus Zacharias Gerganus Episcopus τῆς Ἀρτης, sub Constantinopolitano Patriarchâ, Auctor Catecheseôs Christianæ, Anno circiter 1630. In quâ, ut Græcorum dogmata tuetur, v. gr. contrâ additionem Filioque, sic Traditiones Pontificias omnes profligat, Papæ suprematum, Catholicismum Rom. Ecclesiæ, Communionem sub unicâ, Azyma, abolitionem substantiæ Panis & Vini, &c. Cui fanè opposuit Romæ Matth. Caryophilus A. 1631. Refutationem Pseudo-Christianæ Catecheseôs, sed ita ut Gerganum, hoc ipso quod Rom. Ecclesiam impugnarit, vocet Serpentem, Lupum, Diabolum, Lutheranum, Blasphemum, &c. Postremi tandem nobis sint, (nam de Cyrillo statim) testes duo luculenti, quorum penes me est Græcum Autographum, hîc Latinè reddendum, idemque cujus ex me meminerat Rever. Claudius contrâ Arnaldum. Sunt illi, Meletius Archiepiscopus & Metropolita Ephesius, Vir senex, & Hierotheus Archimandrita ex Cephalonia Insulâ, qui idioχείρω subscriptis τῷ ιδιοχείρῳ Meletiano. Succincta responsio est ad quæstia Theologorum Leydensium, anno non expressio, Parenti olim meo exhibita, quo tempore hanc Cathedram occuparet, & adolescens ego frequenter Græcè balbutire cum Viris illis juberer. Sic Latinè reddo, Meletius Ephesius. Admirato insuper lubens quæstia de subjunctis Capitibus. Sciscitantibus igitur à me, atque interrogantibus; An oporteat

T. I. P. 443.

reæ preces offerre, & ἱεραὶς προτίμω θρησκείας, in honorem cultus religiosi, Beata Virgini, vel Angelis, vel Johanni Baptista, vel reliquis Sanctis? An oporteat credere, in Eucharistiâ, id est, in Cernâ Dominicâ fieri μεταβολὴν ἐν ἄρτῳ Transsubstantiationem in pane? Aut sentiendum ne sit Oleum, Exorcismos, & Exsufflationes, abigere Dæmonia? Aut ne debeamus προσκυνεῖν adorare Imagines Sanctorum, sive pictas, sive sculptas? Palam de-claro quod horum nihil tenere conveniat. Neque enim fas mihi est dogmata humana profiteri, sed ea solùm quæ à Domino, ejusque Discipulis atque Apostolis, affatis à Spiritu S. sunt tradita. Hac pie retinenda, eaque sola irrevocabiliter servanda. Quæcumque enim Divina me scriptura docet, ea debeo venerari, & adorare, cum persuasione fidei. Et qui ita sentiunt eos pro Fratribus habeo, ac cum iis consentio. Quæ verò extrâ Evangelium, & Apostolicas Traditiones, sunt à multis Ecclesiæ superad-dita, sint ea in secundis, tanquam non genuina. Et qui talia retinent, eos avertor. Qui enim superstructi sumus supra Apostolorum fundamentum, aliorum structuris in-nis non possumus. Ecclesiam enim Christi Catholicam & Apostolicam eam censo, quæ supra fundamentum illud ipsam à beatis Apostolis positum requiescit, & in eo per-manens semper increscit, nec respicit ad fundamentum aliud, juxta Paulum, si vel Angelus è Cælo illud euan-gelizaverit. Subscriptum; Μελέτιος ταπεινὸς Ἀρχιεπίσκοπος, Μητροπολίτης Ἐφέσου. Et paulo infra, Ἐγὼ Ἱεροθέου Ἀρχιεπίσκοπος Κεφαλονίας Ἀρχιμανδρίτης, consentiens in om-nibus supra Capitibus cum sanctissimo Metropolita Epheso & Domino Meletio, Hypertimo & Exarcho totius Asia, juxta declarationem ab eo factam. Quocirca & manu propria ad majorem securitatem subscripsi. Habes in-tegrum hoc Documentum, quod priori tantum sui parte, prout descriperat Amicus Rev. Claudii, ex-hibet Auctor Hist. Criticæ ad calcem. Nihil au-tem in ea Declaratione, v. gr. de Primatu Papæ, de Purgatorio, de Capitibus reliquis cum Romanâ Ecclesiâ controversis, quia abundè satis hoc de dif-fensu Theologis Leydensibus constiterat. Ac fru-strâ Auctorem Criticum committere hunc Meletium cum Critopulo, conferentibus liquet. Dum Crito-puli seu edita Confessio, seu quæ in Musæo meo ἀνέκδοτα, non minùs quoad rem ipsam destruunt Transsubstantiationem, & Cultum religiosum Ima-ginum, aut Creaturarum, qui excedat τὴν τιμὴν ἰσχυροῦς, ipsamque Invocationem Sanctorum, quæ sit αἰεὶς τιμὴν θρησκείας, prout & hanc Meletius ex-cludit. Sed abruptere cogimur, servatis reliquis in III. & IV. Partem.

P A R S III.
B R E V I A R I U M.

Cyrillus Lucari curatus describitur, cum Grotii in eum iniquitate. Tileni in eum virulentia, ejusque infor-tunia. Calumnia adversus eum complures narrata & diluta. Adversus Cyrillum aliosque quinam à Pa-pistis opponantur seu verè seu falso. Ad Nestorianos & Christianos S. Thomæ sit transitus. De Nestoria-nis Latinizatis agitur. Nestoriani hodierni veterem per omnia hæresin non tenent. Eorum sententiæ Ro-manis oppositæ. Jacobitarum Coptorum & Habes-sinorum declaratio. Quare ab aliis Græcis annume-rentur Hæreticis. Jacobitarum quorundam sub Ro-manis submissio, cum aliorum adversus hos oppositâ doctrina. De Maronitis tractatur, & horum à Ro-manis dissensu. De Armenis agitur. Eorum senten-tia Imaginum cultui, aliisque Romanis dogmatibus oppositæ. Quæ de illorum cum Romanis consensione gratis ferantur. Cum Græcis reliquis in plerisque fa-ciunt. De Transsubstantiatione & annexis quid sen-tiant.

DE Cyrillo Lucari pluribus quidem, præter Rela-tiones ex Oriente, Viri Clarissimi nominis in Protestantium ordine, Hottingerus, Conringius, Marefius, Heidanus, Hoornbekius, &c. ac novis-simè Venerandus Claude contra Arnaldum, & Tho-mas Smith V. Cl. contra Simonium. Verbo tamen de novissimo Patriarchâ, ejusque Confessione, di-cendum hoc loco est. Cretensis is natione fuit, de & moribus diffimillimus Genti, deliciæ quondam Meletii Alexandrini Patr. Magistri & Promotoris, hinc successior in sede Alexandrinâ totos annos XIX. Is à Rectoris munere, in Scholâ Ostrogeni Woly-niæ, inter Ruthenos Non-Unitos, surrecturus fuit merito suo, & favore Meletii, ad primas Dignita-tes. Patriarcha Alex. juncturus fuit dextras, aditâ Judæâ, cum Dorotheo Antiocheno, ordinaturus etiam Theophanem Hierosolymitanum; veritatis autem à Meletio Præceptore acceptæ, & Europæo-rum scriptis; contra Latinos hodiernos, commer-ciiisque firmatæ, tenacissimus ad extremum vitæ spiritum. Vir omnium consensione mitis, placi-dus, humanus, literis sacris subactus, Italicè (fue-rat aliquando Patavii, Venetiis,) & Latinè, Græ-cè, Arabicè, Turcicè doctissimus; pari judicio, integritate, fide, constantiâ; & cui debet Anglia ingentis pretii κειμήλιον, Codicem illum Græcum utriusque Fœderis, manu Theclæ fœminæ circâ Concilii Nicæni tempora descriptum. Quæ ut Hi-storia vitæ & mortis, sic & Viri scripta testantur, ac frequentes literæ, quarum aliquot ἰδιοχέρως Ge-nevæ olim usurpavi, è Musæo Vener. Legeri. Sed & testes in Oriente αὐτόπται, qui Virò uli sunt fa-miliarium, Græci, Armeni, Europæi, & in his An-glorum ac Belgarum ad Portam Oratores, specia-tim Corn. Haga, Jac. Golius, Anton. Legerus, Auctor Libelli de Turbi Jesuitarum in Oriente (cujus Dè Conf- meminit indignabundus Allatius) & qui fuere alii. Quos meritò opponas Jesuitis Constantinopolitanis, per quos omnis in Cyrillum tempestas excitata, fa-lis Allatio ipso & Simonio; nec desævitura, nec alter hic Jonas profundo mergeretur. Et ex Jesuitarum ac Missionariorum unâ fide evomuerunt sua in sanctissimum Virum, M. Caryophilus, Arcu-dius, Allatius, Neuhusius, Petavius, Arnaldus, Nouëtus, Simonius. Quin iniquiores in eundem fuere par Virorum inclutum, Daniel Tilenus, cu-jus in Cyrillum Lucarim tres Epistolæ MSS. servo-verè ἑλλητικῶς, Parisiis Gallico idiomate ad Ami-cum scriptas A. 1629. & Hugo Grotius alter, δὲ πά-νω. Stomachum utrique movit Confessio Cyrilli, La-tinè primùm scripta A. 1629. sub nomine Orientalis Confessionis Christianæ Fidei, in gratiam Oratorum qui Constantinopoli agerent, dein ab ipso met Græcè reddita ἡ λέξις (sic ille) de verbo ad verbum sub ini-tium A. 1631. cum Responcionibus ad Orthodoxo-rum ἐρωτήσεως de particularibus quibusdam Articulis. Magnus quidem Grotius iniquior in Cyrilli Confes-sionem fuit non uno nomine. Primò, quòd ea Re-monstrantium doctrinæ de Prædestinatione, & Li-bero Arbitrio, adversaretur; deinde, quòd in eam detonaret Roma, reductionem Græcorum tunc molita, omnisque Schola Societatis. Quo scilicet tempore in Galliis ageret δὲ πάνω, ac frequens illi cum Dion. Petavio & Romanæ Curia Viris princi-pibus commercium esset; idemque Latinæ Ecclesiæ placita incrustare, post Cassandrum, Wicelium, & Pacificationis negotium promovere, instituisset. Undè acerbè dicta, in suis de Antichristo, & pro Pace Voto, adversus eam Confessionem, tanquam novum Symbolum, sine Patriarchis, sine Metropolitis, sine Episcopis propinatum, quia non præscripto Decreto Synodali; quale præferunt suppositæ damnatio-nes Cyrilli in λησεμαῖς Synodis Berroënsis & Parthe-nii, Grotio ipso Editoribus obstetricante. Cyril-lum

P. 215.
216.

C. L. III.
C. XII.
di-Sm. Mi-
scell.
P. XIX.
&c.

L. III.
C. XI.
Col.
1069.
1070.

Hist.
Crit.
P. 35. Vi-
de Th.
Smith.
Misc.
P. 116.

Confess.
Art. III.
& XIV.

lum verò coactâ Synodo ἐνδημῶν omninò approbasse suam Confessionem Græcis, pridem obiectum est.

II. Sed de Danielis Tileni, Clarissimi Theologi, virulentis, quæ penes me sunt, in Cyrillum Epistolâ MSS. ἀνευδότης quantum scio, verbum addimus. Nec validior alia Cyrilli defensio est, quàm sunt Tileni de Confessione commenta, & exulcerati animi indicia, ut claudat ipse Epistolam III. *Ecce amplum ad priores meas additamentum, quas tu forte tam jejunas, quàm eas Calvinista acres ac pungentes censerent, si videre contingeret. Sed dulcibus (inquit) mea condire ab iis non didici; Gall. Ils ne m'ont pas appris à faire les sauces douces.* 1. Hariolatur, doctrinam de Prædestinatione & Libro Arbitrio Calvinisticam, quæ *Hollandis supra alia omnia cordi sit, fuisse præcipuum institutum & scopum omnis hujus Confessionis.* Quæ scilicet Articulus XVII. complexa, nonnisi tertio, & quarto-decimo, attingit paucissimis verbis eam doctrinam, nullâ antithesi, alto etiam de iis capitibus silentio in Responsis ad ἐρωτήσεις. 2. De suo fingit, *Fœderatarum Provinciarum Legatum Cornel. Hagam, Ampliss. & Pientissimum Senem, (à quo uno hac Confessio tanquam Cyrilli sit accepta, non aliâ fide, socio consilii Oratore Magna Britannia,) non quidem fortasse solum eam Confessionem fabricasse, sed inductu suorum, piis fraudibus advocatis, fabricari jussisse à Graculo quodam famelico, ut hoc subsidio Legatus suos in Hollandiâ adjuvaret, persuaderetque in Occiduo illo Orbe Calvinistarum opinionem teneri ab omnibus Patriarchis Orientis.* Addit sales in Legatos, *Legatum esse Virum bonum, ad mentendum pro Rep. peregre missum; & in mentiendi artifices Græcos, quales sanè Adversarii Cyrilli fuerunt.*

In Calum jufferis, ibi

Graculus esuriens.

Sed omnes ex officinæ pridem discussæ, tum à Cyrillo ipso, etiam Epistolis hac de re scriptis Italicis, Latinis, & coram Græcis, Turcis, Europæis, qui agerent in Oriente, promulgatâ in Synodo Confessione, assertâque; tum prolixè à præfatis Legatis, & qui illis adfuere, quos inter Vener. Theologus Genevensis Antonius Legerus, à quo Genevæ rem omnem accepi Anno 1656. 3. Epistolâ alterâ, haud satis constans sibi Tilenus suspicatur, hanc Confessionis Formulam è Belgio missam ad Oratorem D. Hagam, quæ auctoritatem acciperet subscriptione Cyrilli. Et valde id probabile censet, quoniam Latine primùm conscripta est; utique, quia Legatorum rogatu, Græcè paulo post reddita ab ipso Cyrillo, in suorum gratiam, cum Auctario. 4. Eâdem Epist. II. exagitat Articulum II. quo Scripturam S. dixit Cyrillus Θεοδιδάκτων, à Deo scil. traditam, voluit Θεοδιδάκτων, Θεοπνεύτων, Deo nempe in eâ docente. Hinc Articulus III. de jure Dei absoluto in Decreto Prædestinationis invidiosissimè vexat. Mox ad Artic. XIV. de Lib. Arbitrio, cavillando contradictionis arguit Auctorem, quod Liberum Arbitrium in non renatis primò mortuum dicat, dein conferat cum homine vulnerato, Gallicè, *convert de playes*, de quo Christus in Parabolâ, scil. totali impotentia laborante. Tandem ad Artic. XVI. vellet Confessionem arietare in Calvinum, dum ea necessitatem absolutam Baptismi statuit, sic ille. Quum hoc ipso pateat non conspirasse cum Calvinianis, ac verba dicant necessitatem mandati, & efficaciam S. Baptismi, in legitimo usu. 5. Tertia autem Dan. Tileni Epistola Jul. 1629. MS. eò ferè tendit, ut persuadeat Cyrillum, nummis adjutum utriusque Legati, Angli & Belgæ, lautissimo πειρασίω redemisse Thronum Patriarchalem, pulso Timotheo, quod faveret hic nimis Ecclesiæ Latine, & Unionem Græcorum cum istâ moliretur. Quasi verò hæc res attineret ad Legatorum causam, Britannis & Belgis scil. futura luctuosa. Quo tempore Guil.

Epist. r.
Par. 27.
Jun.
1629.

Ep. 11.
MS. 1.
Jul. 1629.

Parif. 10.
Jul. 1629.

Laudus in Angliis, Montacutius, & alii, haud obicure Unionem cum Rom. Ecclesiâ haberent in votis. Dein variis scommatis in Cyrillum ludit, in *Nicephorum* Legationis ad Ruthenos socium, in *Metropolitanum* Critopulum, de quo supra, tum in Synodum *Dordracenam*, in *Calvinismum*, in *Legatos Angliæ & Hollandiæ*, qui illum voluerint in Oriente Cyrilli ope propagatum. Tandem attribuit astui Cyrilli silentium de *Cultu Imaginum*, ne aut *Græcos* suos offenderet *Iconomachus*, aut *Fratres suos Genevases* *Iconodulus*. Dissimulavit Tilenus, Confessionem eam esse de *Articulis Orthodoxa Fidei*, quos sigillatim credit Orientalis Ecclesiæ, (undè ad singulos Artic. Πιστώμεν Credimus) juxta Verbum scriptum; non verò de Ritibus aut Ceremoniis, traditis ab Ecclesiâ, quas inter habitus honos (λαμὴ & προσκυνῆσις) quædam pictis Imaginibus. Non viderat etiam ille versionem Græcam, à Cyrillo ipso mox anno sequente adornatam, & adjunctas Responsiones, ubi Resp. IV. permittit, usum τῶν εἰκόνων ἢ Χρυσῶν ἢ Ἀγίων, *Imaginum Christi & Sanctorum*, sed reprobat earum λατρείαν & θεουσκίαν adorationem & cultum religiosum. Quod & fecit Critopulus, τὸ Critop. Conf. C. XV. προσκυνῶν respectu Imaginum & Crucis, interpretatus τὸ τοῖς χεῖλεσι φιλεῖν labrum osculari, per modum salutationis. Undè meritò Cyrilli manes Tilenus his Catulli vocibus appellaverint; *Nam quid feci ego, quidve sum locutus, Cur me tam malè perdes!* Infortunatus igitur Cyrillus fuit. 1. Aditu Patriarchatus Constantinopolitani, demùm à morte *Timothei*, Latinæ factionis, qui Thronum Simoniacè invaserat. Ac fecit ἐκέντι αἰκονὴ γε θυμῶ Anno 1621. v. Novembr. Mox pellendus à Patrieidis Osmanis & novo Vizirio A. 1622. dum se Jesuitis opponeret, *substituto in ejus locum alio*, (Anthimo Adrianopolitano) qui sedi Romanæ obsequium pollicitus per literas, *Pontifici se submiserat*, habes ex Allatio. Restitutus sanè Cyrillus iterùm & semel fuit, post durissimum exilium in Insulis Rhodo, Tuneto, struataque vitæ ac libertati suæ insidias; sed pellendus rursus pro Turcarum aviditate, quibus annuus, quandoque menstruus Patriarchatus, in servitutem cedit, & ingentem quæstum. 2. Æmulatione ac perfidia suorum, Throno illi, augendo à singulis peccatis, inhiantium. Quem & plures, ex quo sedit Cyrillus Lucaris, obtinere, *Gregorius* Amasiensis, *Cyrillus* Berroënsis, *Athanasius* Thessalonicensis, *Berroënsis* rursus, *Parthenius* postea. Sed supra omnes eminebat perfidio *Cyrilli Berroënsis*, aliàs *Contareni*, beneficiarii antea & amici, qui ob negatum sibi à *Cyrillo Thessalonicensem* Episcopatum, (dicam Leonis Allatii verbis) *irâ sibi facem subministrante*, odia capitalia in *Cyrillum* exercuit, quæ neque novis promissis, (simulatâ apud Patriarcham poenitentia) neque amicorum intercessionibus, neque ullo alio beneficentia munere, restincta sunt. Hinc frequentes insidia, sepius per tentata fraudes &c. donec ejecto *Cyrillo Lucari*, suffocatoque, ipse (Berroënsis) Patriarchatum iniiit. Factum sub initium Julii A. 1638. 3. Persecutione in eum à Jesuitis excitatâ, & ab Aulâ Romanâ, Urbano VIII. Pontifice, studiosissimo reducendi Græcos ad obsequium Romanæ sedis. Hinc malorum omnium ac calamitatum Cyrilli artifices Jesuitæ; horum nempe studiis cum se opponeret *Patriarcha Cyrillus Lucaris*, Allat. l. C. cum nihil promoverent, per Viros ad hoc delegatos, cit. col. 1070. pollicitationes & minæ, ut ejuraret Hæresim, mittendo Romam Confessionem fidei suæ, admittendo Concilium Florentinum, & reliqua. Hinc submissi Româ qui Hist. 1071. 1072. Cyrillum deturbarent, quocunque tandem modo, Crit. qui nullis adeo sumptibus, nec promissis parcerent; Gall. aecusaturi tandem Optimum Virum, apud Turcarum Imperatorem, cooperante Gallo, conspirationis cum Moscovitis & Cosackis, & susceptæ Cyrilli consilio expeditionis adversus Urbem A'çân, quæ &

L. 115.
C. col.
1070.

Allat. l.
cit. col.
1070.

1071.
1072.

Hist.
Crit.
Gall.

P. 35.

& *Afros, Tana*, ad ostia scil. Tanais ubi in Mæotidem influit, clavem Arctoi Orbis. Historiam supremæ diei, & constantissimæ fidei, & luctus bonorum omnium, scripsit illicò manu suâ, ad Antonium Legerum sibi Constantinopoli amicitia conjunctum *Nathanael Conopius* Patriarchæ Protosyn-cellus, Epist. Græcâ, quam videtis apud Hottingerum in Appendice Dissertat. VIII.

III. Nec satis fuit nefariâ conspiratione sustulisse integerrimum Virum, tot ærumnis exercitum, ob unum Confessionis crimen, odioso *Calvinismi* nomine infamandæ. Quamvis ea in non paucis à Calvini doctrinâ recesserit, ex. gr. in Articulo de Processione Spiritus S. à Patre per Filium, & illo de Baptismi necessitate (ut supra Tilenus) ad habendam Communionem cum Christo. Nec in eâ Confessione quicquam, contra Ordinem Hierarchicum, stata Jejunia Græcorum, Quadragesimam, Dies Festos, Abstemiam à suffocato, Immersionem trinam, Euchelæum, Honorem Imaginum, usum Confessionis Sacerdotalis, Vota Monastica, Cultum Græcorum Liturgicum, & si qui ritus alii Orientalis Ecclesiæ, quos in se medios credidit. Insuper verò sanctissimum nomen, nullo furentis invidiæ modo post fata lacerandum, nullis non diris devovendum fuit. Audi Allatiana ac Jesuitica, hinc Nihufiana commenta, sed putida, mentiendum enim audacter, ex quibus sapiunt reliqui. 1. Cyrillum ex Balachia in Saxoniam delatum subscripsisse Capita contra Catholicam religionem, quingentis Nummis aureis avitâ fide divenditâ. 2. Eundem nummos hosce, & stipem in Cretâ Insula collectam, pro Patriarchatu, Meletio Alexandrino defuncto, in electores erogasse, cum omnium vota alium respicerent; quod reverà Cyrilli Berroënsis scelus fuisse constat A. 1633. à Lucari in Moscoviam aliasque regiones, stipi colligendæ, ablegati. 3. Ambuisse eundem sedem Byzantinam, defuncto Neophyto; sed ab Episcopis rejectum, Timotheo à Marmorâ electo, Cyrillo interim ituro ad Polonos. Qui Timotheus profusâ largitate, & aucto Pesepe, (qualiter pretium pro Patriarchatu vocant,) δεικαφορταίμασι, id est, decem mille Thaleris circiter, tantum non in servitutem Turcis dicatum Patriarchatum (ut fatetur Allatius) à Turcâ extorserat; quod & fecere Gregorius, Contarenus, Athanasius, Parthenius, reliqui tùm Latinæ factionis. 4. Timotheum artibus Cyrilli Lucaris veneno apertissimo sublatum, ministro Josaphato Archimandritâ, qui postmodum spoliatus Episcopatu rem totam aperuit, sed malè luiturus. Nempè finxit ea odio Cyrilli ipse ille Josaphatus, quem ageret mala mens, furorque vecors. 5. Cyrillum Hollandorum nummis ad Patriarchatum Constantinopolit. evectum, per quatuor menses fidem professum esse Catholicam, seu Pontificiam, (en fidem!) quam postea atrocissimo scelere ejuravit. 6. Eundem ab Ecclesiâ Orientali, (i. e. factio-lis Λατινῶφροσι) congregatâ Synodo, ejectum, suffecto Anthimo, homine Pontifici & Sedi Romana submisso, (ut supra Allatius) 4000. aureorum huic promissis, effecisse ut Patriarchatu cederet Anthimus. Qui dein pactam pecuniam à Cyrillo repetens, pro responso tulcrit, satis esse illi si viveret. 7. Revocatum ab Exilio Rhodiensi Hollandicis impensis Cyrillum, iterum pulsatum fuisse ob Haresim, à Græcia Ecclesiâ Proceribus, substituto Gregorio Amasiensi; reverà pulsatum à Vizirio parricidâ Osmanis, artibus Jesuitarum, novo nexu à Gregorio extorto. 8. Rursum, Hollandico Oratore & muneribus & promissis acriter infante, restitutum Cyrillum; sed quæ tum hujus Patriarchæ scelera! Nempè, eo mandante, Gregorium laqueo vitam finivisse, & in mare projectum; mox, jura omnia tùm profana grandi pecuniâ Hollandico (Cornelio Hagæ) venditâ; Praesules tam familiares quàm cognitos, de quorum fide dubitabat, miser Tom. II.

ris modis à Cyrillo interfectos. Imò A. 1627. in Turcos demeruisse Judices hunc Patriarcham, ut Catholicos omnes, quotquot Constantinopoli agerent, & qui Catholicismo favebant, neci tradit, vel Byzantio peli, obsigneris. En verè Jesuiticum in Cyrillo ingenium! in Lupum à Jove verti cum truci Lycaone promerito! O infortunate Lucari,

Quenam te genuit solâ sub rupe Leana?

Quod mare conceptum spumansibus exiit undis?

9. Nondum fabellarum finis. Nam tacitâ istic perfidiâ Cyrilli Berroënsis, tacitis Jesuitarum furoribus, atque impactâ illâ Cyrillo conspiratione cum hostibus Turcarum, refert rem Allatius, quasi totius Cleri, & Græcæ Ecclesiæ assensu de Tirrono desurbatus esset. Imò addiderunt alii defectio-nem & palinodiam Cyrilli, ut mortem evaderet. Prout edita pridem sub Cyrilli Lucaris nomine Latina Epistola fuit à Petro Scargâ Jesuitâ, tanquàm Hist. Leopoli inter Ruthenos scripta A. 1601. editu- Eccl. Sla- ra Confessionem ex mente Romanæ Ecclesiæ. von. P. 19. C. 11. p. 471. Quam ipse morti se proximum ratus, & scripto, & vivâ voce, præsentem Vener. Legero, advocans Dei, cujus esset sistendus Tribunali, SS. Nomen, totam volūtas & imposturæ postulavit. Ac pari V. Hora fraude Melesio Alexandrino, Cyrilli magistro, sub ting. A. finem prioris Seculi, imputata fuerat defectio ad nal. & obedientiam Romanæ Sedis, quin toti Orientali Th. Ecclesiæ; Meletio non unâ Epistolâ reclamante, e- loc. cit. tiam illâ quam per Cyrillum Lucarim, tùm Exar- Smith. chum, scripsit ad Sigismundum III. Regem A. Slavon. P. 466. 1600. Invenerunt tamen ista apud incautos vel P. 467. malevolos fidem, odio Confessionis Cyrilli. Omnia ad unum conficta, solis Adversariis testibus, nobilitatis auctoritatibusque tantorum Nominum, ut nuper etiam Gennadii Patriarchæ, perfugio abufis, quod dixit Gellius de commentis hominum malè sol- Gell. lertium in Democriti nomen. Pridem Jesuitæ He- L. x. siodianum istud usurpârunt, C. XII.

Ἰδὲ μὲν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτυμῶσιν ὁμοία..

Atque hæc nos de Cyrillo, longius abrepti, quàm ferebat aut institutum, aut hujus Diatribes modus.

IV. Scio potremis his ac laudatissimis Græcorum Patriarchis, Gennadio, Jeremiæ, Meletio, Cyrillo, (nec surrexi altiùs ad temporum priorum Antistites,) eorumque contra Latinos Epistolâ Encyclicâ, Tomis Synodicis, Columnis Orbod. Confessionibus, &c. opponi Romæ Patriarchas alios. Sed vestram fidem! quales? Opponunt Gregorium illum Mamman- Them. XI. tem, de quo supra, Λαλινοφρονα, nec nisi à partibus Papolatrarum electum, nunquam admittum Græcis, imò execrationem Græcorum, secessurum Romam, ibi tandem mortuum, sepultum, miraculis (ajunt) à morte clarum, hinc Sanctorum Catalogo adscribendum, Rutheno etiam Cardinale illi suffecto à Pio II. Pontifice. En egregium Constantinopoli Patriarcham! Opponunt Philotheum illum, qui se inscribit Papam & Patriarcham Alexandrinum, in Literis Latinis ad Eugenium IV. A. 1439. nullo Dato, in- Concll. fertis Actis Synodi Florentinæ Editionis Labbeanæ. T. XIIII. col. 1173. Ibid. Addunt futuris ejusdem Hierosolymitanum Patriar- col. 539. cham Isaiam, Latinâ Epistolâ scriptâ ad eundem Eugenium, in iisdem Actis. Tum Gabrielem illum Pseudo-Patriarcham Alexandrinum, de cujus Lega- tione & Literis ad Clementem VIII. nomine non totius Ægypti tantum, sed & universa Ecclesiâ Æ- thiopica A. M D XCIII. magnâ ostentatione Baronius, Corollar. ridentibus supra fraudem & imposturam ejus tem- post si- poris Scriptoribus, ac ipso Rich. Simonio. Undè nem T. VI non illepidum est cavillum Baronii; factum magno Annal. miraculo, verum vice versâ, ut Æthiopes dealbarentur, Vide su- præ Thef. (quorum Patriarcha ab Alexandrino diversus est) dum VIII. facies Borealium (vult Britannos, Belgas, Danos, Suecos) super Carbones denigraretur. Ac tandem Cy- rillo Lucari opponit Roma par successorum in Sede Kk Pa-

Anal. Theol. Histor. p. 564. &c.

Art. I. XIV.

Allat. loc. cit. col. 1070. 1073. 1074. 1075. Nihuf. Prol. in All. de Joh. Papiâ 1645 Et in Program- maris Mog. 1655. V. Hotting. Anal. P. 555.

Hist. Eccl. Sla- von. P. 19. C. 11. p. 471. V. Hora ting. A. nal. & Th. Smith. loc. cit. Slavon. P. 466. 467. Gell. L. x. C. XII.

Them. XI.

Concll. T. XIIII. col. 1173. Ibid. col. 539.

Corollar. nem T. VI Annal. Vide su- præ Thef. VIII.

Patriarchali, *Cyrrillum Berroënsem*, qui & *Contaris*, *Contarenus*, tùm *Parthenium* Contarenus iuffectum, & sub his Patriarchis *Synodos duas* Constantinopolitanas, quibus *Cyrrilli* Confessio lancinata, omnesque *eius Hæreses anathemate perstrieta*, ut *Allatius*. Sed cum de utroque illo netario Patriarchâ, tùm de *Pseudo-Synodis*, quarum editionem procurare non puduit *Grotium* odio *Cyrrilli*, prolixè jam *Viri Eruditi*, & in postremis *Rev. Claudius*, in suis contrâ *Noüetum Jesuitam* & *Adversarium alterum Janfenisticæ familiæ* caput. Pudet verò hujus auctoritatis ingenuos, qui auxiliatoribus istis nihil egere tempus nostrum censent. *Cyrrillum Berroënsem*, iplo teste *Allatio Nihuf. A. Catholicus*, id est Pontificus fuit, in *Jesuitarum Schola Galatensi* enutritus, usus *Dionysio Guillio Magistro* ex eâ Societate; qui dein *capitalis odia in Cyrrillum Promotorem exercuit, homo iracundus, obstinatus, nec frequentibus insidiis, fraudibus, antè facturum finem, donec ejectione Cyrrillo suffocatoque, ipse Patriarchatum intreret*, quod factum A. 1638. Jamque *Cyrrillum* iste deturbârat A. 1633. *conversis eleëmolyinis sacris, inter Ruthenos præcipuè collectis, in Peseesium, ad quinquaginta phœlia, vel phœliumata, sed quum solvendo non esset, à Turcâ septimo vel octavo post die ejectione.* Et huic *Synodum* attribuunt, habitam A. 1639. *mensè Sept. Romæ scil. fabricatam, undè primùm prodiit, obstetricantibus Allatio & Sylv. à Petrâ Sanctâ Jesuitâ.* Hinc tacita & cautè, in Editione *Labbeanâ*, quæ unius *Synodi* meminit sub *Parthenio*; ignorata ipsi huic *Parthenio*, ut ex *Præfatione* liquet alterius *Synodi*; non visa nec nota hujus *Editoribus* A. 1642. & deinceps; eructans initio statim *anathemata* in *Cyrrillum*, ut in *ἰχθὺν ἀρχέκακον, μεμεσημένον θαλάσσιον ἰσθμῶν, ἀθίως τε καὶ ἀθίστως καὶ ἀμελεχθῆσάνα, &c. hostem malorum auctorem, mortis pro plenum veneno, impium & ex legem Patriarcham, tùm etiam hypocritam, deceptorem, vaniloquum, sceleratissimum Iconomachum, &c.* Quibus suo se indicio hi *Synodales* produnt. *Parthenius* verò, *judice* rursum *Allatio*, *Patriarcha intrusus, disturbator Berroënsemis, parricida, qui mandatum de eo interimende, profusa rerum Ecclesiasticarum largitate, à Turcâ extorsit, &c.* Et hic est cui *Synodus* in *Cyrrillum* tribuitur, coacta A. 1642. edita eodem anno in *Moldaviâ*, fide unius *Antonii Monachi*, hinc *Parisiis* A. 1643. xviii. *Capitibus lancinata Hæresim τὴν Καλβινικὴν Calvinianam, in Capitulis quibusdam productis nuper in medium (quasi ante latuisset Cyrrilli Confessio) & inscriptis nomine decessoris sui Patriarchæ Semis D. Cyrrilli.* Sed hanc *Synodum* *Parthenius* ipse, certior de eâ factus A. 1643. falsi & suppositionis accusavit, ex indubitata testium fide, vel apud *Heidanum* nostrum. Ac par ejus *Synodi* auctoritas fuerit, quæ *tertia Pseudo Synodi* in *Palæstinâ* (ut ajunt) indictæ A. 1672. hinc *Parisiis* excudendæ A. 1676. contrâ *Calvinianam* *Doctrinam*, ejusque *ὑψηλῶς τοῖς ἐκ Χερσονήσου Καλβίνους, Interpretem Calvinianum in pago Charentonenfi, D. Claude.* Nempè prolixè ibi ascendenda *μετασίωσις* fuit, tanquam ex sententiâ omnis *Orientalis Ecclesiæ*, quicquid negaret *R. Claude*, facientibus *Monachis* aut *Latinis*, aut *Latinizatis*, inductu *Gallorum*, ac *Legati Christianissimi Regis.* Ac ne quid ad imposturam deesset, in illis *Actis Cyrrillo Lucari* affinguntur, tanquam alibi ab eo scripta, quæ *Confessione* sub ejus nomine editæ planè contrariarentur, consona autem *Doctrinæ Pontificiæ.* Quin isti *Confessione* opponunt aliam *Orientalis Ecclesiæ*, recensente scil. *Meletio Syrico*, recensissimo homine fraudum *Architecto*, planè *Latino*, & pro afferendâ *μετασίωσις* adversus *Confessionem Cyrrilli* conducto. Cujus ad eò *Συείγς* nomen apparet in suppositis *ὑπογραφαῖς* *Commentitiæ* utriusque *Synodi* *Constantinopolitanæ*, sub *Berroënsemis* & *Parthenio.* In primâ, inscribitur *Διδασκαλῶν τῶν μεγάλων Ἐκκλη-*

σίας, in alterâ ὁ κῆρυξ τῆς εὐαγγελίας. Quæ *Officia* his *Titulis* frustra apud *Codinum* quæras. Ac tantum deferimus huic *Syrigo*, quantum *Matth. Caryophilo, Agapio Monacho, Petro Arcudio, Abrah. Eccbellensi, Leoni Allatio, Jac. Goari,* aut subornatis in Oriente testibus, *Jesuiticæ familiæ* *Viris*, vel *Missionis Orientalis* *Patribus*, quos vocant.

V. Et hæc in genere de *Dissensione à Romanâ Eccl. verè Græcorum*, aliàs *Melchitarum*, sub *Patriarchis* suis & *Catholicis.* Num verò magis illi *Ecclesiæ* taveant *Sectæ Orientalium*, quæ à *Melchitis*, vel in *Fide* dissentiant, vel in *Ritibus*, ac *Disciplinâ*, verbo disquirimus. Ac sint primo loco *Nestoriani*, longè latèque dispersi per *Syriam, Mesopotamiam, Assyriam, Babyloniam, Parthiam, sed & Tatariam, ac Sinas ipsas, ex M. Paulo Veneto, & Aitono Armeno.* Et ejus familiæ fuit *Imperator Tatarus*, ille *Unchan*, qui ex *Preslegani* cognomento dictus *Presbyter Johannes*, (non profectò *Rex Habessinus*, ut commenti *Lusitani*.) *Seculo XII.* cujus *Imperium* delevit *Chingius* ille vel *Jingiz-Chan*, latè terrarum in Oriente triumphator, ut ejus *Seculi* *Historia* ex eodem *Veneto*, & ex aliis, refert. Sunt & in *Indiâ Orient.* quos à *S. Thomâ Apost.* *conversos* fabulantur, hinc *Christiani S. Thomæ.* Nempè hi à *Thomâ* quodam *Syro, Mar-Thomâ* vel *Thomâ Cananæ*, homine *Nestoriano*, quem ad *Indos & Malabares* missum à *Patriarchâ* *Babylonio*, *Seculo IX.* circiter, varii *Indicarum* rerum *Scriptores*, & in his *Semedus* in *Siniciis*, testati sunt. Quod & *Dallæus* noiter pluribus monuit, adversus *Latinorum de Cultu Religioso* *Traditiones.* Undè plura apud *Indos* loca, quæ à *S. Thomâ* appellationem acceperunt, verùm à postremo illo *Nestorianorum* scil. *Apostolo*; fabulis sine fine & commentis eo de *Thomâ*, sed ut de *Christi* *Apostolo*, apud *Indos* vulgandis. Summus eorum *Episcopus*, *quinti Patriarchæ* apud ipsos nomine, residet in *Urbe Mosul, Muzal, vel Mauzal, Mesopotamiæ amplissimâ, ad dextram Tigridis, hinc Muzalensis; idem etiam Jacolichus vel Jacelichus, i. e. Arabum dialecto, Unsurfacilis.* Antiqui *Seleuciensis* *Patriarchæ* sibi locum ipse vendicat, prout *Mozul* successit in locum *Seleucia Parthorum.* *Babylonia* etiam *Patriarcha* dictus, ubi *Machuzza*, & *Ecclesia Cucorum*, quæ aliàs omnium *Nestorianorum mater* ab ipsis appellatur. Quæ de re post *Jacobum* de *Vitriaco* in *Hiit. Hierosolym. M. Paulum Venetum, aliosque, in recentioribus Mazzæus Historiarum Indicar. Scriptor, Petrus Strozza de Dogmatibus Chald. Gabr. Sionita de Orientalium Relig. Rich. Field de Ecclesiâ, J. H. Hottingerus in Topographiâ Orient. Joh. Morinus ad Rituale Nestorianor. Rich. Simonius. Notis ad Gabrielem Philad. &c.*

VI. Nec confundendus hic *Patriarcha* est, hujusve *Ecclesiæ* omnis, ut *Romæ* sit, cum *Nestorianis Latinicis, Italicis, aut Româ* submissis. Postquam inter se divisi isti *Orientalis*, pars eorum *Pontificem* imploravit, inde à temporibus *Julii III.* medio *Seculo* superiore, datis ad *Julium Literis*, quas ex *Syro* vertit *Andreas Masius.* Nec profectò sine alio, quàm ut *subsidiis Romanæ Curie, & Missionariorum operâ, adjuti, electionem Patriarchæ factam* in *Schismate*, contrâ potentiores, tuerentur. Dicit *Auctor* nuperus *Historiæ Criticæ Oriental. Quod dignum observatione est, quoniam Orientales isti non soliti ad Papam confugere, nisi ob commodum proprium. Hinc nec duraturum cum Romanâ Eccl. id genus Unionis.* Foverunt *Schisma* *Pius IV. Sixtus V. Clemens VIII. Paulus V. Urbanus VIII. & Successores* in hunc diem. Nempè illectis ex eâ *Gente* nonnullis, qui *Metropolitanorum* aut *Patriarcharum* *axiomate* *Romæ* ornati, ac ditati muneribus, *faciles amplexi* sunt eam *Fidei formulam* quæ *Româ* mitteretur, ac

Epist. ad Nihuf. A. 1645. April. 26. All. de Conf. L. III. C. XI.

Vide Concil. T. xv. col. 1714.

Heid. Præf. de Cauſâ Dei.

Allat. de Perp. Conf. L. III. col. 1065. 1085.

L. v. C. vi.

C. VIII. P. m. 83.

ac Romanam Ecclesiam omnium, etiam Orientalium, matrem professi sunt. Unde nati duo Patriarchæ, due Confessiones Fidei, duplex Nestorianorum genus, quorum alterum non nisi nomine tenus accensetur Nestorianis & Orientalibus, revera sub jugum Pontifici missum. Et Latinizati quidem hujus Patriarchæ Sedes est Caremit, Urbs Mesopotamiæ, media inter Orsam & Nisibim. Quæ de re ex Pontificiis ipsis Petrus Strozza, Joh. Morinus, Rich. Simonius, & reliqui ante nominati. Ac vulgatæ typis sunt Nestorianorum ad Papam non unum Epistola, quanquam nec harum omnium certa fides est, nec Papolatræ illi numero multi sunt.

VII. Sed neque hodierni Nestoriani per omnia assentiuntur Hæresi Nestorii. Cujus nec mentio fit in eorum Rituali apud Morinum, ubi de consecrando Patriarchâ, bene Ignatii, Polycarpi, Athanasii, &c. tum & Johannis, scil. Chrysoctomi, & Theodori, puta Mopsuesteni. Qui licet Nestorio errandi occasionem præbuerit, tamen mortuus est in pace Ecclesiæ, probatis etiam ejus de Christi Personâ scriptis tanquam Orthodoxis in Synodo Chalcedon. Tamen in Liturgiâ seu Missâ Nestorianorum nomen נִסְטוֹרִי Nestoris reperiri, monet Simonius Nesis in Apolog. Gabrieli Severi Philadelph. Sed addit, in eâ nihil occurrere fidei Orthodoxæ contrarium, nihil blasphemiam, sed omnia sana, antiqua, &c. Hinc profitentur, Christum verum Deum fuisse, & verum Hominem; qui Excelsus quum esset, humiliavit excellentiam Majestatis suæ, & descendit in mundum nostrum, &c. ut idem Rituale, productum à Morino P. II. de Sacris Ordinibus. Sic largiuntur, Mariam esse Matrem Verbi, seu Filii Dei, quamvis non Θεολόγος; Personam in Christo unam esse, nempe visibilem, quæ illis נְסִטוֹרָא Parsopa, formâ Chaldaicâ, ex voce θεσσωρον; ut mente potius duas Personas quam distinguant.

VIII. In cæteris, professione & ritibus ferè conformes Græcis, à Latinis oppido diversi, ut liquebit modò ex concessis, in gravioribus Rom. Ecclesiæ Capitibus. Id verò dignum observatione est, quod de Chaldeis Indisque Christianis affirmant omnes qui de eorum sacris retulerunt: nempe Imagines eos nullas, contra quam superstitiosissimi Græci, religiosâ veneratione prosequi, præter nudum Symbolum Crucis. Nisi fortè sint Imagines quæ noviter introductæ per Lusitanos; conquesto hac de re Alexio Menefes, Goræ Archiepiscopo sub Clemente VIII. in Historia Orientali de Progressibus Alexii, &c. editâ Bruxellis A. 1609. Cujus rei haud alia ratio est, quam quòd Nestoriani pridem à reliquis Græcis, & Melchitis, fuere distracti, antè Pseudo-Nicænam II. Idololatricam, vergente ad finem Seculo VIII. cujus adeò Canones, innovatumque cultum, non admiserunt. Quod & de Armenis infra observatur. Porro de Nestorianis & Christianis S. Thomæ factus est Menefes, qui reducendis eis ad Unionem Romanæ Ecclesiæ, sub Titulo Primatis Orientis, navavit operam, in his pertinacissimè à Latinis dissentire. 1. In causâ Imaginum, ex dictis. 2. In Capite de Animarum Visione Dei beatificâ, antè diem Judicii. 3. In numero Sacramentorum, quæ tria tantum admittunt, scil. Ordines sacros, cum Baptismo & Eucharistiâ. 4. In Formâ Baptismali & Eucharisticâ. 5. Addit præterea, Confirmationis, Extrema Unctionis, Confessionis Auricularis, nullum apud eos usum esse. 6. Itâ Missam eorum, & Consecrandi rationem multis additamentis, ac ritibus, diversissimam esse à Latinâ. 7. Ordines Sacros nec Conjugio, nec aliis secularibus Muneribus, aut vitæ rationibus, apud eos intercedere. 8. Adeò etiam subesse Patriarcha suo Babylonico, ut nec Papa nomen exprimi in Ecclesiis suis patiantur. 9. Sic necire eos Jejunium Sabbathi, di-

In Prefatâ Hist. C. xx.

versum à Latinis jejunare in Quadragesimâ, &c. & quæ id genus plura sunt. Indignatus tamen nuper Simonius est; quòd Menefes & Missionarii reliqui, nimis hos errores multiplicent, veteris hi Theologiae non satis gnari; sic ille.

Hist. Crit. C. VIII. p. 108.

IX. Monophysita, seu Dioscoriani hodierni, propago Eutychnianorum, audiunt vulgò latissimâ jam appellatione Jacobita, à Jacobo quodam Syro, Severi Antiocheni ac Dioscori discipulo, Seculo VI. Imperante Anastasio qui fautor Hæreseos, ex Batrice, Nicephoro, & aliis. Et hunc quoque للبرادي Baradeum, Baradiensem, Eutychnius, & Zankadum, seu obscurum hominem Nicephorus, vocant. Atque hoc sese nomine contradistinguunt Melchitis, & Nestorianis de quibus modò, ipsi etiam Alexandrini, & Æthiopes Christiani. Dispersi iidem per Syriam, Mesopotamiam, Armeniam, Chaldæam, ubi strictius Jacobita nominantur. Qui per Ægyptum, dicuntur Copti, Coptis, Coptita, seu à Copto Thebaidis antiquæ & celeberrimâ metropoli, seu Copti quasi Copti, Ghopti, Gypsi, scribendo per Gaim Arabicum, voce ex Ægypti illâ formatâ. Qui autem diffusi sunt per Æthiopiam, seu Habeshiniam, dicti Habeshini vel Habasseni, olim Axumita. Ac de postremis obscura multa, fabulosa innumera, certiora adhuc desiderata, plurima in lucem feliciter eruta à Viro Amplissimo & de Orientalibus Literis præclare merito Jobo Ludolpho, in pleniore Historia Æthiopicâ, & edito ad eam Commentario. Insigne autem fidei purioris documentum est Confessio Chaudii Regis Æthiopum, scripta A. 1555. Latine ab eodem Ludolpho reddita. Qui cum pluribus aliis Jacobitas hodiernos, Severi Antiocheni propaginem, ab Eutychnianismo quoad rem ipsam liberat, discrepantes magis verbis, phrasi, dum duas revera Personas oppugnatas voluerunt. Et Gregorius Abul-Pharus, sub finem Dynasti VII. sic sententiam eorum reddidit de Unâ Naturâ ex duabus Naturis unitis, Divinâ & Humanâ; ut hæc sint sine mixtione, & confusione, sicut natura Hominis duabus Naturis Anima & Corporis constat, ut nec Anima in Corpus muetur, nec Corpus in Animam. In eandem sententiam Emanuel Almeyda & Balthasar Tellezius in Hist. Æthiopicâ referunt, scripsisse Basilidem Regem Æthiopum hoc ipso Seculo A. 1634. Quia facta est Una ex duabus Naturis, ita tamen ut non confunderentur, neque miscerentur Natura in suo esse, &c. Refert pluribus Cl. Ludolphus, quem vide. Quæ & Simonis Pontificii, & Doctiorum sententia est. Quamvis Gabriel Sionita de Relig. Oriental. audacter pronunciet: Jacobita, Dioscoriani, per totam Syriam diffusi, Eutychniani vero, quos in omnibus Capite sequimur, per universam Ægyptum, Nubiam, Æthiopiam, atque Indiam superiorem, &c. negant, post Verbi Unionem cum Carne, duas Naturas inseparabilis, permixtas, sed unam tantum ex his constare autumant. Augenda nempe Hæresis illorum fuit, qui nullam cum Papali Ecclesiâ conciliationem veri nominis hætenus admiserunt.

In Not. Hist. Crit. C. xiv. ad Hist. Æth. L. III. C. xiv.

X. Certum tamen, haberi Jacobitas à Græcis aliis in Hæresis; non tam ob Eutychnis vel Dioscori hæresim adoptatam, quam nunquam habuerunt, ut censet Cl. Ludolphus, quam ob Chalcedonense Concilium non admissum, in quo Eutychem & Dioscorum Alexandrinum inique depositos damnatoque censent. Planè ut Nestoriani adeò respiciunt Concilium Ephesinum, quia Nestorium præcipuam sententiâ in eo damnatum oppugnant. Interim lamentabile hinc & duraturum in Oriente Schisma hocce fuit, tantumque inter Melchitas & Jacobitas odium est, ut Saracenis Ægyptum invadentibus, his sese dedere Jacobitas, quam Melchitis se adjungere conjunctis viribus maluerint. Unde

suus à temporibus ejecti Dioscori fuit Jacobitis in Ægypto Patriarcha, ab Alexandrino seu Melchita distinctus, latè in ipsam Æthiopiã, Nubiam, Palæstinã, Syriã, Mesopotamiã, dominatus, & in Cyprum Insulam, cui Patriarchæ Coptice seu Ægyptii originarii adhæserunt. E contra angustis admodum limitibus jurisdictionis Alexandrini Patriarchæ Catholici, quod vel Eutychiei Iobatrik seu Batricidis *Annales* prolixè testantur.

XI. Mentiuntur rursùm multa Pontificii de Jacobitarum, Coptitarum, & Habessinorum, cum *Romanæ Ecclesiæ* Concordiã. Quæsitã hac sanè à temporibus Lusitanorum, & post Missionarios ac Joanas ed locorum delatos, etiam sub *Patriarcharum* & *Legatorum* Rom. Pontificis splendidis nominibus. Sed mox evanidam eam Concordiam fuisse, aut abituram in Schisma, ipsè nuper Auctor Gallus Hist. Criticæ de Fide & Moribus Oriental. professus est. Ac multis probant irritæ *Legationes*, in hunc finem, superiori & nostro Seculo, seu ad Coptos, seu ad Æthiopas, *Andree Oviedo*, *Johannis Bermudis*, *Gonzalvi Rodriguezii*, *Alph. Mendezii*, aliorum in Jesuitis, qui *Patriarcharum* titulo ornati fuerunt à Paulo IV. Pio V. Paulo V. Urbano VIII. Sub hoc sanè Pontifice ed rem *Alph. Mendezii* perduxerat, Lusitanus & Jesuita, *Patriarchæ* titulo in Æthiopiã missus, ut se Sacerdos Rex Habessinus, ejusque Fratres, Proceres omnes, & Clerus, Romano Pontifici turpiter permitterent, etiam Basilides Filius, vivo Patre. Verùm non diu postea *Mendezii* de Jesuitarum animadversã tyrannide, & usurpatione Regionum jurium, ac Regno seditionibus mixto, & Sacerdo Rege mortuo A. 1632. resumpta pristina Sacra seu Alexandrina Religio, & expulsus Patriarcha cum Patribus Societatis A. 1634. Prolixè illa ex Historicis Lusitanis, Fellesio præcipuè, Jobus Ludolphus in *Hist. Æthiopicâ*. Consulendi & de Rebus *Indicis ac Æthiopicis* P. Sacchini in *Historiâ Societat. J. P. Maronis*, P. Jarricus, Nic. Godignus, & id genus Scriptores alii. Hinc, duplex genus *Jacobitarum*, ut apud Nestorianorum, hodie distinguendum, post tot Jesuitarum molimina, quod & facit Auctor *Historia Græc.* Quorum alii *geminis*, antiquum obtinentes, alii *Latinizati*, quibus suus *Aleppi* Patriarcha est, totus ad nutum Rom. Pontificis. Igitur quicquid *Jacobitarum* verè superest, (si fides est eorum Ritualibus, Confessionibus, Catechesibus, tum Itinerariographis, & Historicis gravissimis,) respuunt Romani Pontificis suprematum, quem pro *Patriarchâ Latinorum* habent, summã & independantem cujusque *Patriarchæ* potestatem in suã Ecclesiã. Quã de re legi meretur Sacchini Jesuitæ narratio in *Historiâ Societatis*, de iis quæ superiori Seculo inter Jesuitam Rodericum vel Rodriguezum & Patriarcham Coptorum de Potestate Papæ disceptata sunt; tum Epistola ejus Rodriguezii citata Ampl. Ludolpho, de actis cum Claudio Rege Æthiopiã A. 1556. legenda apud N. Godignum de Abassinor. Rebus. Pari ratione reprobant Traditiones seu Decreta Romanæ Ecclesiæ; Concilia post Ephesinum quæ dicuntur Oecumenica; Communionem sub unicã; Azyma in Eucharistiã; Confessionis Auricularis sive Sacerdotalis necessitatem, apud Joh. Morinum; Confirmationis & Extremæ Unctionis Sacramenta, non distincte R. Simonio, qui eos tantum *quatuor Sacramenta proprie appellare*. Ut nec probant Imagines sculptas; Jejunium Sabbathi Rom. Ecclesiæ; Cælibatum Clericorum; Hostiæ consecratæ asservationem, circumgestationem, elevationem, more Latinorum; Missas pro defunctis, ut qui Purgatoriam nesciunt; sed nec usum Linguae ignotæ in Sacris. Cæterum falluntur Historici, ut Alexis

Meneses vulgò Primas Orientis vel Indorum, in *Hist. Orient.* & id genus Scriptores alii, qui Habessinios *Judaizare* tradiderunt; ob *Circumcisionis* quendam ritum, in utroque sexu administratum à Mulierculis; ob abstinentiam à *Suffocato*, quæ communis est Orientalibus; vel etiam à *suillã*, *gallopavone*, *testaceo genere*, &c. A quibus non abstinere se religionis causã Æthiopes professi non semel, quò spectavit Confessio *Claudii Regis*, superiore Sec. abstergendæ Judaismi notæ, Johanne III. Lusitanizæ Rege. De quibus adiri novissimè possunt, Joh. Morinus Præfat. in *Ritum Ordinat.* Jacobitarum; Vanslebii in *Hist. Ecclesiæ Alexandrinæ*; Simonius sub nomine *De Moni* in *Hist. Criticâ*; Ludolphus de *Statu Ecclesiæ Æthiopicæ*, &c. Post notos Historicos qui de his referunt, Eutychieum Batricidem, Marinum Sanutum Junior. Jac. de Vitriaco, Damianum à Goës, Fr. Alvarezium, Thomam à Jesu Carmelitanum, Nic. Godignum, Bernardum Varenium, Matth. Drefferam Liphensem, Edw. Brerewoodium, J. Henr. Hottingerum, etiam in Summã Controvers. Joh. Hoornbekium nostrum, & si quos alios.

XII. Accensendi ferè *Jacobitis* veteres *Maronita*, de quibus nonnihil supra, certè Jacobitarum propago, dispersorum per *omnem Syriam*, à Severi temporibus. Plurisque à *Marone* quodam *Monothelita* Sectæ Monacho vel Abbate, quem sub Heraclio aut ferius vixisse tradunt. Certè diversiffimus fuit ab illo *Marone* circa A. ccc. cujus meminit Menologium Græcorum, & Theodoretus in *Hist. Religiosâ*. Ac nequicquam Abrah. Ecchellenis *Maronita*, in Epist. ad Joh. Morinum, data Romæ A. 1654. vellet ab hoc S. Marone, paulo post Synodum Chacedonensem, attributum hoc nomen Nationi Universæ Syrorum, qui contra *Eutychianos*, *Dioscorianos*, & *Acephalos*, *Conciliorum defensorum* Decreta. Hinc alibi negat, *unquam Hæresis labe fuisse inquinatos*. Nempe noluit Ecchellenis, ipse *Maronita*, Hæreticis majoribus ortus ac satus videri. Haud tamen dubitare sinunt de *Maronitarum* Hæresi Batricides, G. Tyrius, de Vitriaco, Acta ipsa Conciliorum. Quanquam multa de horum origine dubia, obscura, pugnantia sunt. *Romano se Pontifici* subdidisse dicuntur, à temporibus Belli Sacri, circa Annum MCLXXXII. Aymerico Antiocheno Patriarchâ Latino, cui Guilielmus Archiep. Tyrius *ὀρθόδοξος* fuit, Latinæ factionis. Ac de his videri potest pluribus R. Simonius in Gallicis *Notis* ad Relationem de *Maronitis Hieronymi Dandini*, Nuncii Pontificii A. 1599. De *Maronitis* & Joh. Morinus ad *Rituale* *Maronitarum*; Orient. ac *Personatus de Moni*, in *Hist. Criticâ*. Ne *Possevium*, *Baronium*, *Bzovium*, ac vetustiores dicam, aut in nostris *Fieldium*, *Brerewoodium*, *Hottingerum*, alios. Quicquid verò tempore Synodi Lateranensis IV. Innocentio III. Pontifice, Hæresim *Monotheliticam* ejurasse dicantur, jurasseque obedientiam Romanæ Ecclesiæ, certum tamen est, ex ipsius Simonii confessione. 1. A tempore Innocentii III. variis *Paparum Bullis Hæresis* adhuc postulatos *Maronitas*. 2. Mancipandis iis Romanæ Sedi *insevisse plurimum Collegium Romæ* erectum tempore Gregorii XIII. A. 1584 *pro Natione Maronitarum ad fidem*, (sic illi *Catholicam retinendã*. Unde *Juvenes Maronitæ* imbuti fide Papali, & præceptis *Congregationis de Propagandã*, (salvis tamen eorum *Ritibus*, *Officiis*;) ad suos redeunt, *Novis Libris* instructi, *suppressis veteribus* ejus Gentis, aut *expurgatis* iis à Romanis Censoribus. Quò & facit *De Confessione ingenua Thomæ à Jesu*; *B quibusdam Libris* *Maronitarum expurgatis fuisse à Legatis Apostolicis* A. 1578. *Propositiones aliquot*, &c. Et inter has referatur illa propositio, quã *Maronitæ* cum *Syris* reddunt

Ed. Bru-
xell. 1609.

C. I.

L. III.

God.
L. II.
C. XVIII.C. XVI.
T. III.
Ed. Sum.De Relig.
Orient.
C. V.De Fide
Orient.
C. XIII.L. VII.
C. VII.
P. II.

ver-

verba Instit. Eucharisticæ, Hoc est Corpus meum, per Hoc est Sacramentum Corporis. Quomodo Mis- fale eorum Romæ & reformatum, & impres- sum fuisse, constat. 3. Quæcunque sit Unio Maro- nitarum cum Rom. Ecclesiâ, ob beneficia quæ inde ad Maronitas redeunt, fatetur idem ille Simo- nius, fidem eorum nihil differre ab illâ reliquorum Orien- talium, ne quidem in Capite de Processione Spir. S. Sic consecrare eosdem in pane fermentato; Missas pri- vatas nulla celebrare; Laicos communicare sub utraque specie, nisi ubi Missionariis Papa aliter instituit; Consecrationis Verba non consistere, juxta eisdem, in quibus verbis, sed in prolixis Orationibus; post ea verba recitatis, quod & Marcus Ephesinus pluribus ur- serat, contra Latinos in Synodo Florent. Addit Simo- nius, Jejunia eorum longè diversa esse à Latinis; ut & Sacramentum Unionis, Confirmationis, &c. Et quas observat iste discrepantias plures, locis ci- tatis.

XIII. Maximè verò in hunc Monophysitarum cèn- sum referendi sunt Armeni. Nec modo hi per Arme- niam utramque, sed & toto Oriente dispersi, per vastissima Turcici ac Persici Imperii spatia, duobus sub Patriarchis, pro duabus Armeniis, quos Catholico- rum vocant. Notitiam Ecclesiarum nuper vulgavit Auctor Hist. Criticæ. Monophysitica Sectæ plerique, quatenus Chalcedonensi Concilio jam olim adversi, à cujus tempore à Græcis Catholicis secesserunt. Nec aliter Nicephorus, & alii qui de Armenis commen- tati. Quicquid Nestorianos esse Armenos, eorumque Catholicum præesse omnibus India Tartariaque: hris- tianis, falsò dixerint Otto Frisingensis, Josephus Indus, & alii. Sed sententiam suam de Unâ Natu- râ postea benigniùs explicuere, ac pridem tempo- re Manuëlis Comneni Sec. XII. in Colloquio Theoria- ni (Legati Imperatorii) cum Catholico Armeniorum, à Leucclavio Latinè verso, editoque in Bibl. Patrum. Adè ut Armenius diceret Anathema τῷ μὴ λέγοντι δύο φύσεις ἐν Χριστῷ non consistenti duas in Christo Na- turas; à se ipso tamen discedens. Quin Photius Epi- stola Encyclicâ ad Archiepiscopales Thronos, suo tempore Armeniorum Nationem λατρεύουσα καθαρῶς ἡ ὀρθόδοξος, primum & Orthodoxum Cultum professam dixit. Sic Euthymius Zigabenus in Panopliâ, de Armenis, eosdem illos fateri Christum esse Deum & Hominem. Ut de ipso Concilio Chalcedonensi, & deposito in eo Dioscuro, magis quàm de Eutychetis dogmate, nec tam de re ipsâ seu de Duabus Natu- ris, quàm de modo Unionis, controversiam movisse videantur. Quod & de Jacobitis in communi supra monitum. Quanquàm subindè, explicandæ Unioni, adhibuerint similia ferri candentis, & acetii in mare demersi.

XIV. Circa Cultum Imaginum quem nunquàm ad- misere, uti aliàs observatum est, quemadmodum nec Christiani vulgò S. Thoma, nec Chaldæi Nestoriani, ut fatetur Auctor Historiæ Criticæ, sunt Armeni puriores Græcis reliquis. Et in hoc Capite cum Alemannis (in Synodo Francofurt. sub Carolo M.) à Nicetâ Choniata componendi: Ἀρμενίους ἢ Ἀκαμα- νοὺς Πήλιους ἢ Ἐργίλων εἰκότων προσκύνησις ἀπηγορεύεται. Quippe apud Alemannos & Armenios Sacrarum Imagi- num adoratio equè interdicta est. Hoc etiam nomine & Græcis & Latinis hodiernis invisî, ipsisque qui- bus permixti aut vicini sunt Georgianis, impensè Iconolatri. Adè ut quandoque Armenos pari ferè loco habeant, quo Europæi Judæos. Nec alia ratio est hujus discriminis, nisi quòd, quo tempore sancitæ sunt in Oriente Imagines, earumque cultus, Seculis VIII. præcipuè & IX. nihil tum Arme- nis, Jacobitis, Nestorianis, rei fuit cum Græcis Iconodulis, aut cum fautoribus Nicænz Synodi Iconolatricæ. Hinc plerique istorum à cultu Ima- ginum abstinuere, ignoto equidem tempore Conci-

liorum Ephesini & Chalcedonenlis, quando se à reliquis Orientalibus separarunt, quod & Cl. Dal- læus noster observavit. De eorum verò Religione, Dogmatibus, Ritibus, Liturgiâ seu Missâ, plura in recentioribus Crusius in Germano-Græciâ, Chy- træus, Geslinus; Huldricus, Brerewodius, Hot- tingerus, Hoornbekius, Petrus, J. Morinus, Ad. Olearius; Rich. Simonius, Chardinius, Ga- lanus de quò statim, & Itinerariographi passim. Præ- ter Gabr. Præcolum, Guidon. Carmelitam; Tho- mam à Jesu; Abrah. Bzovium, Jodocum Coccium; id genus alios, qui infensissimi Armenis prolixi- eorum Dissensionem in Fide, Ritibus, Disciplinâ, à Rom. Ecclesiâ sub Hæresion nomine commemo- rant. Saniorem certè fidem, pauculis exceptis, testatur Confessio satis Orthodoxa Patriarchæ Arme- norum, quam retulit Gerlachius Theologus in li- teris Constantinopoli missis A. 1576. & totam ex- hibent Crusius, Hottingerus in Topographiâ Eccle- siasticâ, de Armenis. Confessionem aliam, Cate- chesicam in modum, Armenicè & Latinè edidit postea Theodorus Petrus, ex Oriente redux. Nico- nis natione Armeni, Seculo X. sed Latinizati, notus Tractatus est de Pessimâ Religione pessimorum Armeno- rum; aliquoties recusus, & à Beveregio quoque ex- hibitus; in suis ad Canbnum Trullanum LVI. Mit- timus Confessiones Romæ impressas.

XV. Sed sublestæ fidei sunt pleraque, quæ de Armenis Romæ aut à Romanis emissariis tradita, sub Inquisitorum oculis, & Congregationis de Pro- pagandâ. Fingunt Armenos deinceps in Latinæ Ec- clesiæ communionem receptos. Nempè, de Arme- nis in communi referunt, quæ vera de nonnullis in particulari, qui Romam privatæ utilitatis causâ com- migrarunt, idque Unionis quæsitæ familiari obtentu. Quò facit Clem. Galani Missionarii sub Urbano VIII. & Monachi, gente verò Armeni, Historia de Con- ciliatione Ecclesiæ Armenorum cum Romanâ. In quâ falsa & fabulosa non pauca, qualia sunt Acta Conci- liationis inter Romanam Eccles. & Armenorum il- lam, tempore scil. Constantini & Tiridati Regis, Syl- vestro Romæ sedente, Gregorio autem Patriarchâ ejus Gentis. Auctor nuperus Historiæ Criticæ de Orien-

talibus; Quomodo Armeni ab aliquot seculis inter se fuere diversi, & ubi res ipsorum tulere, exemplo aliorum Orientalium, Romam confugerunt, ita cognovi- hujusmodi de Armenis Historiæ, Romæ impressas, non semper sinceræ esse nec exactas. Rectè, nec sincera quæ de Armenorum Sacris passim Allatus, Arcudius, Joh. Hernacus, Latinizati alii retulerunt. Ità nec sincera Missa Armenorum Romæ typis vulgata A. 1642. jussu Congregationis de Propagandâ; quam ipse Rich. Simonius, notis ad Philadelphensem, fa- tetur castigatam esse, & reformatam ad Latinorum de Consecrationis formâ sententiam. Quod & de Syriacis Maronitarum Liturgiis idem monuit, ut de Ritualibus eorum Morinus. Equidem si in ali- quibus magis convenire cum Rom. Ecclesiâ genui- ni Armeni videntur, fuerit id in usu Azymorum Eucharistico: ità tamen ut Panem azymum in fru- sta divisum vino intingant, utraq; specie sic adhi- bitâ, atque Infantibus bimulis administrent. Addunt alii, speciem quandam externam Missæ Papiæ; nempè ubi permixti sunt Latinis, celebrent quam- vis linguâ Armenicâ & vulgari. Ità in Jejunii ra- tione magis ad Latinos accedunt, & si qui fortè pauci sunt Ritibus alii, quos cum Latinis habere com- munes causantur Græci reliqui, Armenis infestis. Undè pridem Græcorum hæc querela, Latinos γνησίως σέβειν τὰς Ἀρμενίους, Armenos germanè amare. Quod de illis Armenorum intellige, qui Papa ju- gum subiverunt, quales Coenobitæ quidam intel- Naksivan & Zulpha, Romæ enutriti, in Armeno- rum Seminario, & quorum Archiepiscopus à Papa

Ad cal- cem, p. m. 217.

Nic. LVIII. C. LIII.

B. M. Patr. T. XI.

Phot. Ep. II.

Parte II. Tit. II.

Annal. L. II. p. 248. Ed. B.

De Ima- gin. L. I. C. VIII.

C. III.

Biblioth. Canon. T. II.

C. XII.

Tavern. Itin. Pers. L. I. C. IV.

confirmatur. Quicquid verò in Armenos communiter debacchentur Græci, tanquam in *Monophysitis*, accusatâ etiam in Armenis Hæresi *Manichaorum*, *Valentinianorum*, *Nestorianorum*, *Apollinaristarum*, imò *Pauli Samosatensis*, certum postrema ista à Græcorum ingenio proficisci, insigniter maledico. Odii causæ sunt, singulares quos diximus Ritus à Latinis mutuati; carentia Imaginum inter Armenos; reprobatio item Concilii Chalcedonenſis; etiam additio ad Hymnum Trisagion verborum, qui *Crucifixus est pro nobis*, cum *Monophysitis* cæteris; multa adhæc cum Latinis & Occidentalibus commercia; tandem veneratio singularis *S. Gregorii*, ut *Patriarchæ* Armenorum primi, qui Seculo iv. vixerit. In plerisque aliis cum Græcis & Orientalibus cæteris magna consensus est. Nec tanti sunt discrepantes ritus Armenorum, de quibus Theorianus, *Libro de suâ Legatione ad Armenos*, sub Manuclæ Comneno, circa A. MCLXX. edito Basileæ Græcè Lat. A. 1578. dein & inserto M. Biblioth. Patrum.

T. XI.
Ed. Pa-
rif. 1654.

XVI. Itâ Symbolum Athanasii recitant ac profitentur Armeni. Superiorem. suis Catholicis vel Patriarchis Pontificem Romanum cum Græcis nesciunt. De Spiritu S. ex Patre, sic de Statu Animum, sequestrandarum ad diem Judicii, cum reliquis sentiunt. Ritus plerique Sacramentales; Formula Invocationis Spiritus S. Eucharistica; Jejunia, Festa; Sacra Linguâ vernaculâ; Eucharistia infantibus data; Communio sub utraq; in *pane intincto*, licet non fermentato; Disciplina Monachalis, &c. sunt quoad rei summam cum Græcis gemina. Praxeos autem Christianæ prora & puppis ferè censetur Armenis, ut Græcis reliquis, *Jejuniorum* rigida observantia; tum & *Festorum* illa, sed in his sæpè, cum Georgianis & Mengreliis, Baccho magis litant quàm Christo.

XVII. An verò *Transsubstantiationem* credant Armeni, sub judice lis est, quicquid fortè *realem presentiam* profiteantur, negante licet Brewoodio *Cap. xxiv. de Ling. & Relig.* Et illam quidem teneri ab Armenis negant ex ipsis Pontificiis Guido, Præteolus, Thomas à Jesu, Abrahamus Bzovius, plures alii, ut agnoscit Auctor *Notarum* in Gabrielem Philadelphensem Rich. Simonius. Nec satis cum *Monophysitarum* hypothese conciliatur illa substantialis conversio *Panis* in *Corpus Christi*, quod ipsum sic unitum esse Divinitati censent, ut *una* facta sit ex duabus *Natura*. Hinc Auctor *Hist. Criticæ*, agens de Armenis, negat istos *usquam hanc difficultatem satis expendisse*, scil. de præsentia reali, & mansisse in *terminis generalibus*, de *Conversione Symbolorum in Corpus & Sanguinem Christi*. Frustrâ provocetur ad declarationes Armenorum *Roma* aut *Parisiis* factas, pro substantiali conversione Symbolorum; qualis illa *Uscani* Armenorum Episcopi, rogati hac de re *Parisiis* à Rich. Simone, ut hic refert in *Notis ad Severum*. Quin *Missæ officium* Armenorum non parùm discrepare à Romano, testantur Editiones, quantumvis *Romæ* castigatæ. Uti vim Sacramenti Eucharistici non in *Consecrationis* formâ Latinâ, sed in *Invocatione Spiritus S.* illam subsequente, postquam Symbola jam declarata sunt esse *Corpus & Sanguis Christi*, cum Græcis reliquis Armeni constituunt. Pariter constat, ex præfatis Documentis, nescire Armenos *Missas solitarias* Latinorum; *Missas* pro laborantibus in *Purgatorio*; *Invocationem* proprie dictam *Sanctorum*; *Merita Operum* in negotio salutis &c. Quæ postrema à suis rejecit ille Patriarcha Armenorum, quocum contulit Constantinopoli Mag. Gerlachius apud Crusium. Et hæc summam de Sectis, quæ ut à Græcis & Melchitis, indè à Synodis Ephesinâ & Chalcedonenſi, sic multo magis à Romanâ Ecclesiâ divortium constantissime fovent, ex quo hæc innovavit in *Doctrinâ*, *Ritibus*, ac *Regimine Ecclesiæ*.

C. XII.

P. 197.

Germ.
Græc.
L. v.
p. 227.

PARS IV.

BREVIARIUM.

De variis Græcorum Liturgiis agit: De earundem similiter corruptis versionibus. Consensus Græcorum cum Latinis est in multis phrasibus, sed aliter intellectis. Dissensio Græcorum à Latinis in hunc diem ex scriptis mutuis factisque constat. Intra antiqua & progressiva dissidia inter Latinos & Græcos. Scriptores Græci contra Latinos inde innumeri. Tales Seculis IX. X. XI. Item Seculo XII. Etiam Sec. XIII. XIV. Plures adducuntur nominati & descripti. Tales Sec. XV. & tempora Florentina Synodi. Latinorum adversus Græcos Scripta & Acta antiquiora & recentiora. Dissensus Græcorum & Latinorum triplex, præm in Doctrina. Speciatim in illa de Traditionibus. Item de Infalibilitate & Potestate Pape Romani. Tum de Transsubstantiatione, ubi de Epistola supposita Joh. Vecchi differitur.

Hactenus de Melchitis, & Sectis Orientalium, quarum fautores Bonav. Brocardus Monachus, observante etiam Geslino, dixit Viros bonos & simplices, viventes sincerè coram Deo & hominibus, &c. Porro varia Orientalium instituta, ritus varios, componendos cum Latinis, exhibent cum primis editæ à variis *Liturgiæ*, *Romæ*, *Venetiis*, *Parisiis*, &c. Quales sunt illæ Græcorum, Melchitarum, Nestorianorum, Jacobitarum, Coptitarum, Æthiopum, Maronitarum, Armenorum. Quarum tamen plurimæ sunt *ineditæ*, & fortè ab editis non parùm discrepantes, multò magis ab antiquis. In his verò, quod obvium est, aliæ *Petri*, *Jacobi Adelphothei*, *Marci*, *Johannis*, aliorumque *Apostolorum*, nomen mendacissimè prætulere, quasi hi *ἱεροῦσος τῶν μυστικῶν ἱερουργιῶν ἐξεδεδωκότες*. Qualibet enim Ecclesia (dicam verbis Simonii *Notis ad Gabrielem*) ut suum sibi statuit *ἱερουργίῳ* à quo primum instituta fuerit, (illa *Petrum*, hæc *Andream*, ista *Jacobum*, aliæ *Marcum*, *Philippum*, *Thomam*, *Barnabam*, &c.) itâ ad eum veluti ad principem ac conductorem suum refert id omne quod habet *Ceremoniarum*, & summam huic Traditioni, tanquam à Patribus accepta, desert auctoritatem. Quin ex *Liturgiæ*, quibus *Basilii*, vel *Chrysostrami*, (prolixior illa multo, hæc contractior,) ac Veterum nomina alia præscripta sunt, si vel maximè aliquâ sui parte his Auctoribus deberentur, tot sunt mutationes, additiones, interpolationes passæ pro innovationibus Græcorum, Syrorum, Latinorum, ut vel in unius *Chrysostrami Liturgiæ*, tam editis quàm *MSS. Exemplaribus*, tanta sese offerat discrepantia, tanta dissimilitudo, ut ne inter se quidem conferri aut comparari ullo modo possint, ac penè diversa appareant. Fatentur uno ore, post Scriptores se priores, *Jac. Goar* *Notis ad Euchologium*, *Rich. Simonius* *Notis ad Apologiam Gabr. Severi*, & qui non! Ipse ego oculis usurpavi antiquiss. *Liturgiæ Chrysostrami* *MS. chartâ pergamenâ*, ex Oriente allatam, ab Antonio Legero, quæ inciperet *Εὐχὴ τῶν ἁγίων*, nullis ibi quæ legas in excusis Exemplar. de præviâ Confessione Sacerdotis, de Indumentis Sacerdotis & Diaconi, de præparatione *τῶν ἁγίων ἁγίων*, de commemoratione *τῶν ἁγίων*, cum omnibus ejus encomiis, &c. Sic in medio & fine omiſsa additamenta quàmplurima recentioris ævi. Undè rectè Simonius; *De Ceremoniarum præsertim antiquitate ex Liturgicis decernere non licere. Vix enim Ritum aliquem usu receptum esse publico, cum illic Libris Ecclesiasticis ab illorum Editoribus inseritur.* Secus ac pronunciatum ab Allatio fuit, qui *Librorum Liturgicorum* testimonium omni exceptione majus esse censuit, etiam ad constablienda Dogmata, quia plerique illi

Sanct.
Chorogr.
p. 28.

P. 209.

Goar. in
Liturg.
Chryl.
p. 87. &c.
Simon.
MS. chartâ
pergamena,
p. 213.
&c.

Loco cit.

illi Libri recentissimæ castigationis sunt, manu plerumque Latinorum. Cujus Allatii vide absurda & jejuna plurima, adversus Casaubonum, Cocum, Rivetum, in *Epist. de Liturgiâ Jacobi, Symmictis insertâ.*

Allat. Sym. p. 176. &c.

II. Parem reperire est discrepantiam in Liturgiâ ac Ritualium Librorum *Versionibus*, Syriacâ, Chaldaicâ, Æthiopicâ, Armenicâ, Latinâ, &c. quas puras & sinceras extare ne ipse contendit adversus Claudium Arnaldus Jansenita. Quin alter ille Rich. Simon, sed & Johannes Morinus, Præfationibus ad Ritualia Orientalium, Jac. Goar ad Eucholog. fatebuntur interpolatas eas esse quæ Romæ impressæ sunt, omissis, additis, transpositis vocibus, ac sensu mutato, nempe à *Censuris*, quos iis emendandis præfixit *sacra Congregatio Cardinalium*. Ac rei exemplum in Liturgiâ Æthiopica dedit Cl. Ludolphus, impressâ in Codice Romano Novi Test. Ubi legas de Spiritu S. *qui procedit ex Patre & Filio*, quod Æthiopes cum Oriente toto non admittant. Idem observo in Libro Liturgico Syrorum, edito cum versione Boderiani A. 1572. ubi addunt ad Symbolum, in Ritu Baptismali, *من الله وحده* *qui à Patre & à Filio egreditur*: Ita quum orationes omnes in eo Libro, qui adscribitur Severo Patr. Alexandrino (Seculi vii.) dirigantur ad Deum, ad Christum, ad Spiritum S. ad S. Trinitatem, & quum pro ipsâ *Dei Genitrice Mariâ* oretur, in Ritu Oblationis Eucharisticæ, æquæ ac pro *Adamo, Eva, Prophetis, & Apostolis*, &c. præfert *Deum illis requiem*, *et memoriam bonam*, non videntur ejus Severi inserta hæc verba in Officio Baptismali: *من الله وحده من غير شريك* *Mater natorum spiritualium ad te accedo, miserere mei, satia me*. Nec enim cohærent vel cum proximè antecedentibus, *Tu in veritate es Christus ille Dei qui in Baptismo suo sanctificavit nobis Baptismum*; vel cum sequentibus immèdiatè, *Respexerunt aqua ad Te Deum, &c.* Inter quæ media hæc periocha, *Mater natorum spiritualium, &c.* planè à loco aliena est, reddens orationem hiulcam & insulsam. Vide Latina inserta Bibliothecæ Patrum Parisiensis. Cæterum non pauca sunt ex Libro eo Rituali præsidia, contrà Romanas innovationes. Ità *Gabriel Sionita*, qui in Versionibus Syriacis & Arabicis Bibliorum Parisiensium navavit operam, unâ cum *Abrahamo Ecchellenfi*, hunc ipsum, supplice Libello ad Supremam Curiam Parisiensem, in *Commonitorio Apologetico*, accusavit *impostura, imperitia, mendaciorum*. Et horum fide in Versionibus, aut citationibus ex Orientalium Libris, stemus? Quicquid rei sit, licet ex Sectæ sint nominibus, & institutis quandoque, inter se diversæ, hinc adversæ studiis, sæpè odiis sibi mutuis infestæ, tamen perfectè convenire inter se *Liturgias omnes Orientalium*, quoad rei *substantiam*, in iis quæ sunt à *Veteribus* hausta, unâ omnium vox est. Speciatim quoad *dissensionem multiplicem à Missali Romano*, & in modo illo quo Panem & Vinum censent fieri Corpus & Sanguinem Christi, seu *demonstrari*, per *ἀγιασμόν & πύσματόν*, post *Invocationem Spiritus S.* ut alibi pluribus. Nec enim aut Maronitas Latinizatos, vel Pseudo-Orientales, aut Ecchellensem aliquem, vel Allatium, vel Vanslebium Monachum Dominicanum, & id genus organa ac mancipia Romanæ Curie, multum moramur. Porro *Liturgias Orientalium* quales hodie venditantur, Libros *Rituales, Penitentiales, Euchologicos, Symbolicos*, qui cognoscere voluerit uno obtutu, adeat in Pontificiis Goarem, Allatium, Ecchellensem, Morinum, Simonium, Vanslebium de Co-phtis, aut Tomos Liturgicos Venetos, Bibliothecam M. Patrum Græco-Lat. aut quæ Latina tantum, &c. In recentioribus nostris videantur præ cæteris *Clar. Hottingerus* in Bibliotheca Orient. & in To-

P. 83. Ed. Antw.

Ibid. p. 11.

T. vi. col. 23. Ed. 1654

Parif. 1648.

pographiâ Ecclesiasticâ; ac Jobus Ludolphus, Vir Ampliss. in Hist. Æthiopicâ, & ad eam Commentario, ubi de Habessinorum Libris Sacris.

III. Nunc specialius quædam dicenda sunt de iis *Capitulis*, in quibus vel Consensio quædam Orientalium, vel Dissensio à Romanâ Ecclesiâ apparet. Equidem non pauca videri possint apud Græcos, externâ specie, & loquendi sæpè modo, cum Latinis seu Pontificiis gemina; Traditiones Patrum, Liturgica Sacra, Conversio Symbolorum, Invocatio *ἁγίου Θεοῦ* & Sanctorum, Cultus Imaginum, Preces pro defunctis, Liberum Arbitrium, Operum merita, Festi dies, Jejunia, Monachatus, Confessio Sacerdotalis, Sacramenta plura, Crismatio, Signum Crucis, & si quæ alia. At *dissimulando* in his omnibus revera non una est, retentis plerisque apud Græcos ex veteri Disciplinâ, & ex usu antiquorum Patrum; licet ex Latinorum interpretatione significatum usumque mutaverint pleræque voces, phrasæ, ut prolixè aliàs demonstratum est, & specimen dedimus Introduct. Histori-câ ad *Seculum iv. Hypotheses* etiam Græcorum constat diversissimas esse ab illis Romanæ Ecclesiæ, qualiter in Articulis de Eucharistiâ; de Confirmatione seu Ob signatione Baptismi, Orationibus pro mortuis, Oleo infirmorum, statu Sanctorum demortuorum, &c. ut modò pluribus constabit. Aded ut Orientalium plurimi in hodiernum diem *superstitionis* magis, vel *erroris*, sed & *ignorantia* ac supinitatis, tum solutissimorum passim *morum*, quàm Idololatriæ vel Hærescôs rei esse videantur.

IV. *Dissensus* verò à Latinis, seu olim seu etiam à temporibus Synodi Florentinæ, in hunc usque diem, sive in *Dogmatis*, sive in *Risibus*, vel in *Disciplinâ*, tot Græcis Latinisque testibus illustrior est ac certior, quàm ut vel Arcudii, vel Caryophili, vel Syrigi, vel Allatii, vel aliorum id genus Pseudo-Orientalium, qui in Romanorum castra transiverunt, incrustamentis commentisve obscurari possit. Ac fassus hoc ipso Seculo Honoratus Fabri, è Societate Jesu, Libro cui Titulus, *Una Fides unius Ecclesiæ Rom.* Græcos (tot Conciliis Romæ damnatos, toties in speciem *reconciliatos Romana Ecclesiæ*, nempe vi aut dolo, ut testantur Concilia Lateranense iv. Lugdunense ii. & Florentinum, atque earum Reconciliationum Historiæ,) semper *rediisse ad vomitum*, sic Romæ loquuntur, *quater ac decies conversos, sed toties relapsos esse*. Et Rich. Simonius nuper, descriptis artibus & mediis, quibus Missionarii *Romanam Religionem in Oriente stabilire* conati; Hist. *Nihil mirum est*, inquit, *si omnes ista Reconciliationes cum istis Populis, quos Schismaticos appellamus, haud diu subsistant*. Unde etiam ejurare *Hæresim* simul & *Schisma* coguntur Romæ, quotquot à Græcis ad Latinos accedunt, conceptis formulis. Vicissim Græci odio Latini dogmatis ac disciplinæ, *rebaptizantur* pridem quotquot à Latinis ad Græcos redirent; soliti etiam *lavare Altaria*, post missificationem Latini Sacerdotis, ut *per hanc inquinata*, ipsumque Pontificem Romanum *excommunicare*. Quod non modò Caucus Corcyrensis, suprà laudatus, indoluit apud Gregorium XIII. assentiente nuper Rich. Simone, ob notorietatem facti, sed & con-questa est Synodus Lateranensis iv. edito Decreto contra hanc *Græcorum superbiam*, quod Bzovius Annalibus suis inseruit, ad Annum M CC XV. N. III. Inde etiam accusatio mutua & constans illa quidem, in hunc usque diem, cum *Schismaticis*, tum *Hærescôs*. Et quod Latini in Græcos, hoc ipsum verè *Græci* atque *Orientalis*, nec ad Latinam Ecclesiam transfugæ, *sed ab eâ penitus aversi* (itâ Simonius *Præfat.* ad Gabrielem Philadelphensem) magno *imposu* retorquent, scilicet Latinos defecisse ab *Ecclesiâ Catholicâ*, suis *Hæresibus, Innovationibus, Additionibus*, ac *Domini*

T. 1. Ed. Gæsb. à P. 365.

L. III. Diling. 1657.

Crit. de Orient. P. 109.

Concil. T. XI. Parte I. C. IV. col. 152. Ed. Labb.

minio affectato in pares cum Romano Patriarchas. Qui sanè Patriarchæ indè a Nicenæ primæ & Constantinopolitanæ Synodi definitionibus, obtinuerunt τὰ ἴσα πρεσβεία τῆ τιμῆς, ἡ ἐξουσίας, parèμ prerogativam honoris & potestatis, cum Romano, in specie Constantinopolitanus in Provincias sibi subjectas, ut nos pluribus Dissertat. de Canone VI. Nicæno, contrà Leonem Allatium, & Schelstratium.

V. Nihil attinet hoc in loco repetere ingentem illam nubem Græcorum Scriptorum, qui perpetuâ seculorum successione Latinos oppugnârunt. Et initia quidem *Dissidii* Græcorum à Romanâ Ecclesiâ variè definiunt utriusque Ecclesiæ Scriptores. Retulerunt alii ad Canonem III. Constantinopolitanæ Synodi sub Theodosio M. quando euectus Thronus est Constantinopolitanus, invito Romano, & tum primùm *διάστασι* ἡ *ταραχῶ* γεγονέναι *δισσίον* & *ταρῆς* exortas esse, ut jam olim observavit Nicetas Nicænus Sceuophylax *de Dissidiis* Orient. & Occid. Ecclesiæ, quem Cl. Sarravius communicavit Allatio. Alii ad Canonem XXVIII. Chalcedonensem, Anatolio Patriarchâ Constantinop. de *aqualibus Privilegiis* Episcopi Novæ Romæ; cui Leo Papa, & successores refragati sunt, hi ut non confirmato à Romanâ Sede, isti ut à Græcis adulterato, vel etiam intruso. Quo de Canone post Theod. Balsamonem, Zonaram, Græcos alios, fusè contrà Baronium, Perronium, aliosque, Salmasius, Blondellus, & nostrates alii. Fuerunt etiam in Græcis, quibus à temporibus *Vigili* Papæ divortium arcescere placuit, ob damnatam Synodum Constantinopolit. II. sub Justiniano adversus *Tria Capitula*. Et ità Nicetas Seidus Seculi XI. Scriptor Libro de Patriarchatu Constantinopolit. vel apud Allatium in Opere de Perpetuâ Consens. Nempè ab eo tempore crasum fuisse *Papa* nomen è *Diptychis*, & segregatum ab Ecclesiâ Orientali; quod & voluit Michaël Cerularius Patr. in Epistolâ ad Petrum Antiochenum, productâ etiam Baronio ad A. M. LIV. Alii referre maluerunt ad Synodum *sextam* vel potius *quini-sextam*, vulgò Trullanam, sub Justiniano Rhinormeto, de quâ prolixè nos ad Seculum VII. Oecumenicâ Græcis habitâ. A quâ nempè cœperunt τῶ *Ῥωμαίων* *αἰτιώματα* *διελέγχεσθαι* *Romanorum defectus* *refelli*, variis ejusdem Synodi *Canonibus* III. XIII. LIV. LV. LXVII. LXXXII. &c. ut observavit in Græcis Nicetas Nicænus, modò laudatus, qui non longè absuit à temporibus Photii. Ità jam antè hos Canones cœperat ipsa Romana Ecclesia *Græcorum* Ritus passim improbare, sancitis planè contrariis, ut patet ex *Capitulis* Theodori Cantuariensis, natione Græci, insertis Spicilegio Dacherii, & Conciliorum *Tomo* VI. Ac notæ sunt oppositiones Latinorum contrà Trullanos eos Canones, qui Græcis sacri, τῶ *Λατίνων* *αἰτιολογία* *χάρι* τῶ *ἐκτῆς* *Συνόδου*, nempè quâ parte Romanæ Ecclesiæ Moribus ac Legibus adversarentur. Vide pleniorè nostram Introduct. ad Seculum VIII. quin ipsum Baronium, Binium, Allatium, in hos Canones invectos. Alii ad *Iconomachorum* demùm tempora divortium utriusque Ecclesiæ, seu *separationem* *Romanâ* à *quatuor* *Patriarchis*, ut loquuntur Græci, referre maluerunt. Nicetas Nicænus, de quo modò, citatus rursùm Allatio; *Ἐπὶ* *Λέοντι* & *Ἐπινομία* *πάλιν* *ἐγένεθη* *οἱ* *Ῥωμαῖοι*, *ἡ* *τῶ* *Βασιλείας* *τῶ* *Κωνσταντινουπολιτῶν*, *ἡ* *τῶ* *Ἐκκλησίας*, *οὐκ* *ἠναξάμενοι* *τῶ* *ὑποταγῶ* *ἐ* *ἑνώσει*, &c. *Sub Imperio Leonis Iconomachi*, rursùm *separati* *sunt* *Romani* & *ab Imperio Constantinopolit.* & *ab Ecclesiâ*, *subjectionem* & *unionem* *excucientes*. Ac divortii hujus rationem, durationemque sub successoribus aliquot Leonis, prolixè recenset *Historia* *mea* *Imaginum* *Restituta*. Sed Controversiâ hac ferè cessante, post restitutas Imagines sub Theodorâ, nova mox cum *Photio* Patriar-

Allat. L. I. col. 206.

L. II. C. I. col. 476. 477.

Annal. T. X. A. 1054. N. XXXII.

Hist. Eccl. T. I. Sec. VII. C. VIII.

Spicil. T. IX. Concil. Ed. Labb. T. IV. in Append. C. VIII. de Concil.

Allat. de Conf. L. II. C. I.

châ certamina sic divulserunt Græcos à Latinis, ut coalescere Schisma potuerit nunquam. Indè Græcorum accusationes contrà Rom. Pontificis superbiam, usurpationes, additamentum ad Symbolum vocis *Filioque*, Jejunium *Sabbatorum*, *Azuma*, interdicitas *Nuptias Sacerdotum*, vel ex Photii *Epist. Encyclicâ* ad Archiepiscop. Thronos Orientis, Latine exhibitâ Baronio ad A. DCCCXLIII. Historiam autem Schismatis Photiani, facientibus Nicolao I. Hadriano II. & successoribus, Introductio nostra major ad Seculum IX. pluribus enarravit. Ubi & Baronii, Allatii, Maimburgii, ac similium, discussæ sunt prætigix. Et quemadmodum fatetur Allatius, invito Manuèle Calecâ Latini obsequii, *Photium mortuum esse in Schismate*, nihil territum *Pararum fulminibus*, ità nec planè inficiatur, permanisse Græcos in odio Romanæ Ecclesiæ, subsequente mox Seculo X. Nec remissere quicquam de jure suo Patriarchæ tum Constantinopolitani (quicquid Romæ garriant) *Nicolaus Mysticus*, *Chrysoberges*, *Sisinnius*, *Sergius*, dein *Eustathius* ex Archipresbytero Magnæ Ecclesiæ factus Patriarcha, sub initia ferè Seculi XI. Quem Patriarcham Marq. Freherus in Chronologiâ, præmissâ Juri Græco-Romano, confundit perperam cum Eustathio Thessalonicensi, insigni Grammatico, cujus extant *Dissidii Commentarii in Homerum*, claro demùm Seculo XII. Quin *Sergium* Christophori Papæ nomen expunxisse è *Diptychis*, coactâ Synodo, uno ferè ore Græci. Et inde illa expositulatio Leonis IX. Rom. Pontificis, ad Michaëlem Cerularium Patriarcham Byzantinum, medio Seculo XI. non cessasse ad illud utique tempus Constantinopolitanos, *Oecumenicos se Patriarchas & appellare, & scribere*. Et ex Vitâ Johannis XVIII. tum ex Glabri Rad. Historiâ constat, Eustathium illum (quem diximus) Constantinopolitanum, & cum eo Græcos noluisse cum Romanis pacem nisi eâ lege, ut sine *Ecclesiam Constantinopolitanam in suo Orbe Universalis dicit & haberi*. Quod sic refert Allatius, ex eo reliqui, quasi *Græci* Legatis Romam missis ac muneribus, à *Johanne Papâ* supplices *id petierint*, ut *Constantinopolitano* *liceret* in suo Orbe frui eâ prærogativâ, *concedente Papâ*, *sicuti Roma in universo Orbe Universalis habebatur*. Non sanè petituri supplices Græci à Rom. Pontifice, ipseque Basilius Imperator, quod ipsis Canones Concilior. Universalium, indè à temporibus Synodi Chalcedonensis, quod Imperii Orientalis jura, prærogativæ Novæ Romæ, contans possessio ab aliquot Seculis, & universus Oriens, Constantinopolitano tribuebant. Nam vel in Synodo Photianâ VIII. Anno DCCCLXXXIX. *Canone* I. præsentibus Legatis Johannis, *independens ea Jurisdicctio* Constantinopolitani in suo Orbe vel Patriarchatu, par illi Romani in suo, asserta stabilitaque fuerat, ringente nequicquam Allatio, & antè eum Baronio, & Binio Notis ad eam Synodum, cujus Acta Romæ suppressa.

VI. Superfedemus jam recensione firmati odii Græcorum adversus Romanam Ecclesiam, Michaële Cerulario Patriarchâ, quum sederet Romæ Leo IX. Pontifex. Hæc nos pluribus ad Seculum XI. ubi de *Incremento Schismatis*, inter utramque Ecclesiam. Quin de his quantum satis est nostris Auditoribus Cl. Hoornbekius, post alios, in Summâ Controv. Id modò referam, surrexisse ab eo Scriptores in Græciâ & Oriente sine fine, qui Latinos oppugnarent, vocant *Λατινολόγους* *Latinorum reprehensores*. Ut contrà dicunt Græci *Λατινόφρονες* qui *in fidem Romanam jurarunt*, ut reddit alicubi ipse Simonus. Scriptorum tùm quæ edita pridem sunt, tùm quæ in Græcorum Monasteriis, sed & in Bibliothecis Europæis latent, Vaticanâ, Barberinâ, Venetâ, Medicæâ, Bavaricâ, &c. premunturque stu-

Photii Ep. II. Bar. N. XXXII. & seqq.

Allat. L. II. C. VII. VIII.

Ad Ann. 1017.

Leon. IX. Ep. I. N. IX.

Concil. T. IX. Concil. T. IX. col. 855. Glab.

Hist. L. IV. C. I.

Allat. L. II. C. VIII. N. IV.

T. IX. Concil. col. 328.

C. X.

Cap. de Græcis.

studio, obvii sunt ex Catalogis Tituli, nec tacente passim Allatio. Generaliores alii quidem sunt, *ἡ Σχίσματῶν, Χωρισμῶν, Αἰρέσεων, ἡ ἀρχῆς ἡ Αἰρέσεως, ἡ αἰτίων ἡ Σχίσματῶν, Καινοτομιῶν, Αἰτιαμάτων, Ἀντιωμαίων, Διασίας, Ἀποσασίας ἡ Λατίνων, ἡ Φεγγων, vel ἡ παλαιῶς Ρώμης, &c. De Schismate, Separatione, Hæresibus, Causis Schismatis, Erroribus, Innovationibus, Accusationibus, Oppositionibus, Dissidio, Defectione à Fide, scil. Latinorum, Francorum, ἡ Veneris Roma, &c.* Sic scriptæ *Ἐκδόσεις ἡ Λατίνων, Συντάγματα, Τόμοι Συνοδικοί, Ἐπιστολαὶ ἐγκυκλικαί, Ὁμολογίαι, Κατηχήσεις, Ἐρωτήσεις, Διάλογοι, Ἀντιθέσεις, Στραματεῖς, Λόγοι ἀποδεικτικοί, &c.* Specialiores verè Tituli sunt, *Περὶ Ἐκπορεύσεως ἡ Πνύματῶν Ἁγίων, ἡ Αἰζύμων, ἡ Πνικτῶν, ἡ Νηστίας ἡ Σαββάτων, περὶ καθαρτηρίων πυρῶν, περὶ Ἀγαθίας, περὶ Πρωτέως ἡ Πάπας, περὶ Πατερλαρχικῶν Θρόνων, ἡ ἡ ἐν Φλωρεντίᾳ Συνόδος, περὶ Κεφαλαίων πέντε, &c. De Processione Spiritus S. de Azymis, de Suffocatis, de Jejunio Sabbathi, de Igne Purgatorio, de Celibatu, de Nuptiis Sacerdotum, de Primatu Papæ, de Thronis Patriarchalibus, de Throno Constantinopolitano, Adversus Synodum Florentinam, ἡ Quinque Capita ejus Synodi, &c.*

L. II. C. VI. VII. & sep. VII. Non latuerunt Allatium Scriptores in Græcis inclyti, indè à Photio Patriarchâ, jam Seculis IX. X. XI. in quos ipse passim indignatur, qui Romanam Ecclesiam accularunt erroris, ac temeritatis, præcipuè in Causâ Spiritus S. tum superbiæ, in negatis Patriarchæ Constantinopolit. reliquisque, juribus suis. In his, præter Anonymos, & interverfos plures, fuit *Metrophanes Smyrnæus*, Photio æqualis, cujus scriptum, de Processione Spiritus S. *ἐκ μόνου ἡ πατρὸς*, inter Codd. Bibliothecæ Palatinæ fuit. Sic *Nicetas Nicanus* non longè à Photio de Diffidiis Orientalis & Occident. Ecclesiæ, quem *Claudius Sarravius* propriâ manu descriptum è Bibliothecâ Christianissimi Regis communicavit Allatio. Nec defuerunt Scriptores alii eo ævo, quo *Sisinnius* & *Sergius* acerrimos se hostes professi Romanæ Ecclesiæ. Aded ut ille Photii *Epistolam Encyclicam*, Latinorum odio, ad reliquos Patriarchas transmitteret, falso Allatio; ut *Sergius* etiam, sub *Bulgarcrono Basilio*, Papæ nomen eraserit *ἀπὸ ἡ ἱερῶν διπτύχων*. Mox successerunt contra Latinorum innovationes, *Azyma*, *Jejunium Sabbathi*, Additionem ad *Symb. scripta Michaelis Cerularii*, Patriarchæ sub *Constantino Monomacho*, tum *Leonis Achrivani* Metropolitæ, *Petri* Patriarchæ Antiocheni, *Theophylacti* Bulgariæ Archiep. (relati à *Possevino* ad *Seculum IX.*) *Niceta* Hieromonachi, cognomento *Stethai* seu *Pectorati*, & à *Monasterio Studii Studita*. In quos debacchantur *Baronius*, *Binius*, *Leo*, & ejus farinae *Censores*. Quibus eo ævo unus ferè *Humbertus Cardinalis* Romæ opponendus fuit, *Episcopus Sylvæ Candidæ*, videndus ad *calcem Tomi XI. Annalium Baronii*, & in *Antiquis Lectionibus Canisii*.

De Conf. L. II. C. VIII. N. I. II. VIII. Hinc Scriptorum in Græciâ & Oriente amplissima seges *Seculo XII.* qui in præfatis causis, & in illâ *Jurium Patriarchalium*, contra *Usurpationes Papæ Romani*, Latinos acerrimè flagellarunt. Editi pauci, plerique in Bibliothecis latitant, potissimi Allatio. *Celebriores* sunt, *Johannes ὁ Φωρενῆς*, aliàs *Furnus*, *Hegumenus* in *Monasterio Montis Gani*, commissus cum *Petro Mediolanensî*, sub *Alexio Comneno Imperatore: Nicolaus Methonensis Episcopus*, *Furno* æqualis, scripturus contra *Azyma*, & contra *additamentum Filioque*, exagitandus longè postea ab *Apostatis Joh. Vecco* & *Josepho Methonensî: Eustathius* *Metropolita Nicænus*, scripturus adversus *Chrysolanum*, à *Paschali II.* missum ad *Alex. Comnenum Imperatorem: Theodoros Prodromus*, sub eodem *Imperat. af-*

Canif. T. VI.

ferturus *Processionem Spiritus S. ex solo Patre: Nicetas Seidus*, acerrimus defensor causæ *Græcorum*, *Opusculo* cum primis sæpius citando in *Allatianis*, quo negat *τὸ ἀρχαιότερον εἶναι ἡ νεωτέρων αἰδεσμιώτερον*, id quod antiquius est esse hoc ipso *venerabilibus recentioribus*, sic nec censendam *τὴν παλαιὴν Ρώμην, veterem Romam*, ἡ *νέαν Ρώμην novâ Româ* *venerabilior*. Et ut in pauca contrahamus, notissima alia nomina, sub *Comnenis Imperatoribus*, quorum scripta ex *Allatio*, ex *Catalogis MSS.* ex *Bavarico Indice* quem curavit *M. Velferus*, & ex *editis Bibliothecis*, constant. Ex. gr. *Nicetas Byzantinus*, *Philosophus ἡ Διδάσκων*, *vindex Synodi Chalcedon.* & *Græciæ Orthod.* nec sensu *Allatiano: Michael Anchiali* *Patr. Constantinopolit.* sub *Manuèle*, contra *Papæ Suprematum: Euthymius Zigabenus* *Monachus*, de quo jam supra: *Alexius Aristenus*, *Epitomator Canonum*, *Nomophylax* dignitate, assertor causæ *Græcorum*, & *Canonum Synodi Trullanæ: Andronicus Comaterus*, qui & *Sebastus*, affinis *Manuëlis Imperat.* habiturus *adversarium Joh. Vecum*, sub *Mich. Palæologo*, præcipuè in causâ de *Spiritu Sancto*, servatus in *Bibliothecâ Bavaricâ, Cod. cxviii. Georgius Corcyrensis* *Metropolita*, variis *Scriptis* sub eodem *Manuèle* *inclytus*, contra *Purgatorium*, *Azyma*, *Processionem ex Filio*, &c. cujus *Libri MSS.* extant in *Bavar. Bibliothecâ*, cum plurimis ejus generis, *Gennadii Bulgarorum*, *Epiphani Constantino* *Polit.* &c. quo de viro fusè *Allatius: Nicolaus Hydruntinus*, aliàs *Ματθαῖος Ἰδρυάσης*, sub *Alexio Angelo IV.* *scriptis* & hic pluribus contra *Latinos* in *Græcis* *celebris*. Ac præ cæteris in vulgus noti, *Joh. Zonaras* sub *Joh. Comneno*, ex *Magno Drungario Monachus*, & *Historicus Celeberrimus*, ac *Theodorus Balsamon*, post varias dignitates *Patriarchæ Antiochenus*, clarus sub *Alexio* & *Andronico Comnenis*. *Legendi* modò illius *Annales Parte II.* in quibus de *Papis* aut *Româ Papali* ferè nihil; tum & *Commentarii* in *Canones Concilior.* præter *ἀνέκδοτα*. Hujus vero *scripta* in *Leges*, & *Canones*, ac *Respona*, sunt aded *Latinis* *adversa*, ut *mentitus* sit pro more *Allatius*, *primum omnium Balsamonem Latinos Hæreticos appellasse*; quod ex *Gregorio Protosyncello*, *mancipio Latinorum*, probare nititur. Mittimus alios, quos inter *Anonymi* plures, de *Separatione Romanæ Ecclesiæ*, de *Dissidio Græcorum*, &c. quos subindè memorat ipse *Allatius Libro II.* ad hæc tempora, quem vide. Et quicquid illo *Seculo* *Latini* *rerum* in *Oriente* potirentur, certè in *partibus Syriæ*, *Phœnicæ*, *Palæstinæ*, &c. ut *ipsis Græcis* *adjumento* essent, contra *jugum Saracenorum* nihilominus experti illi sunt *Græcos hostes Romana Ecclesiæ, suæ fidei adversantes, ἡ in Dogmatibus pertinaces, veritatis oppugnatores*, ipso fatente rursùm *Allatio*.

IX. *Seculis XIII. & XIV.* *accusatores Latinorum* sine fine in *Græcis* *Scriptoribus* apparent, *ἀνέκδοτοι* plurimi quos *Roma* *premit*. Quamvis fuerint tum *Imperatores* in *Oriente*, qui *studentes propriis commodis* (non negante istud *Allatio*) id est, *firmaturi sibi suisque Imperium*, vehementer se *ἀντιθέτους* ostenderint, omnia *directuri ad nutum Pontificis*, ut ipse *Allatius*, si per *Græcos* suos licuisset. Talis fuit præ cæteris *Michael Palæologus Comnenus*, qui *usurpatâ tyrannide* *Lascaribus* *succesit*, & de quo in *superioribus*, ex *Nicephoro Gregorâ*, *Georgio Pachymere*, *G. Phranzâ*, &c. Sed omnia *relicissuro* *Andronico Palæologo Filio*, ac *deinceps execrandâ* *Græcis* *hujus Michaelis* *memoriâ*. Sic ferunt *Johannem* *Palæologum* *Andronici Junioris* *filium* in *Italiam* *delatum*, ad *Urbanum V.* *admisisse* *jugum Romani Pontificis*; sed *tacentibus* *Græcis*, & ipso *Leone* *Allatio* *testaturo*, *Johannem* *hunc* in *Schismate* *vixisse* *ἡ obiisse*. Unde ap-

L. II. C. XIV. N. II. Vita Urb. V. L. II. C. XVII. paret

paret commentitia *Fidei Romana Professio*, producta ex Codd. Vaticanis, quam Romæ edidisse fertur Johannes, ex nutu Urbani, & Latinè vertit Flaminus Marcellinus, quâ de re monuimus in Ecclesiæ Historiâ ad Secul. XIV. Sic blanditus Latinis fuit *Manuël* Imperator Johannis filius, ad Francos profecturus opis expetendæ gratiâ, A. MCCC. sed rediturus re infectâ, nec proditurus causam Græcorum, Princeps dignus ævo meliore, ex Ducâ, & Phranzâ, Historicis Byzantinis. Undè etiam de his temporibus idem Allatius: *Habent Græci Traditum integros, de Hæreticis vitandis, eo tantummodo sine conscriptos, ut Latinorum commercium, quos Hæreticos nuncupant, vitandum esse à suis Græcis, doceant.* Rursus ad tempora *Theodori Lascaris*, imperantis ab Anno MCCIV. idem Allatius: *Vetus erat consuetudo, Latinos non potuisse cum Græcis (Hæreticis utique Romæ habitis) nisi permittente Summo Pontifice Matrimonia inire.* Extant Scriptores Seculi XIII. longè plures, de *Latinorum Hæresibus, Separatione, Initio Hæreses*, &c. etiam Anonymi, quorum meminit passim idem Leo, in Opere de Consens. & aliâs ubi is de Simeonibus, aut Georgiis. Tum & passim *Combesius, Gretserus, Cotelierus, Stevartius*, &c. Eos inter initio illius Ævi, Papâ Innocentio III. Auctor τῆς Διαμαρτυρίας τῆς Λατινικῆς Εκκλησίας *Criminationum adversus Latinam Ecclesiam*, editus à dicto Cotelierio Sorbonico, Monumentorum Eccl. Græcæ Tomo III. Criminationum præcipua Capita fuere; in causâ de Spiritu S. de Decretis Papæ; de potestate dispensandi, v. gr. circa perjuriam, homicidia, incestus; de Sacris linguâ ignotâ, de Azymis; de ritibus Missaticis, & Baptismalibus Latinorum; de Papâ Petri successore; de solâ Romanâ Ecclesiâ Catholicâ, &c. Sunt ibi Criminationum Capita LXXXIX. Ac monet in Notis Cotelierius, innumeratos esse istiusmodi MSS. Codices, in Bibliothecis passim, contra τῆς Φεγγύων, ἢ τῆς Λατινῶν καινοτομίας, gravissimis querelis refertos. Claudit etiam sub Joh. Ducâ *Germanus alter* Constantinopolitanus, quem merito *Aubertus Miræus* in *Auctario de Scriptor. Ecclesiast.* dicit *acrem hostem Latini nominis.* Et ejus adversus Latinos Scripta, de *Processione Spiritus S. de Azymis, de Purgatorio*, alia, extare in Bibliothecis falsus Allatius est, & Catalogi MSS. testantur. Sed iis pressis, vulganda sub ejus nomine fuerunt, à Jac. Gretsero, & Franc. Combesio, quæ facerent pro cultu *Virginis, & S. Crucis.* Quo factum, ut pro fautore Latinorum perperam habitus sit, & nuper quoque à cordato aliâs Auctore *Supplementi de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

X. Indubii & Latinorum oppugnatores fuere, Seculis iisdem antè Florentina molimina, qui sequuntur. *Theodorus Lascaris Junior*, Johannis pater, Literatissimus Imperator, ut scriptis pluribus notus, sic *Romana Ecclesia iniquior*, stricto etiam in Latinos calamo, ut fatetur Allatius. *Nicephorus Blemmidas*, non quidem hostis Concordiæ, in suis ad *Theodorum Lascaris*, & *Jacobum Bulgarorum Regem*, ut nuper monitum, sed tamen falsis dogmatibus Græcorum, nullâ in his innovatione, ne quidem in dogmate de Processione Spiritus S. contra Latinos; ac Vecum longè discessisse à *Blemmidâ*, ipse *Pachymeres* docet. *Georgius Moschampar*, magnæ Ecclesiæ Cartophylax, temporibus *Michaëlis Palæol.* qui multa in Latinam Ecclesiam oblatravit, sic rursus Allatius. *Johannes Fastes*, scripturus contra *Tomum Michaëlis Imperat.* & contra *Primum Papæ*, *insensissimus semper Romana Ecclesia*, ut idem Leo, quicquid *Halloixius Jesuita*, Notis in scripta *Dionysii Arcopag.* Quæst. II. vocet *verè Catholicum*, sed *falso elogio*, inquit Allatius. *Georgius Cyprius*, vir Doctiss. dicendus *Gregorius* ex quo factus est Patriar-

cha Constantinopolit. sub *Andronico Seniore*, amoto *Vecco*; cujus quædam inedita, *Orationes & Epistolæ*, servat Bibliotheca nostra Leydenfis, nonnulla & Latinè vertit *Bonaventura Vulcanius*. *Gregorius Palamas*, Vecci transfugæ, sub *Michaële Palæologo*, insignis adversarius, & sanctissimus nuncupatus à *Collectore Biblioth. Patrum.* In quo flagellando quo acrior est *Allatius*, hoc ipso *Palamam Romanæ Eccl.* haud contemnendum Adversarium fuisse probat. *Constantinus Acropolita*, filius *Georgii Historici*, & *Oratoris* in Synodo Lugdun. II. idemque *Magnus Logotheta*, confutator Latinorum. *Barlaam* Monachus, à Calabro & Italico homine diversissimus, & eo prior, ut nos alibi prolixè, *Commentario de Papâ Fœminâ.* *Nilus Cabasilas*, Thessalonicensis Archiep. longè celeberrimus, non modò *Libris de Primatu, & de Igne Purgatorio*, notis ex *Bonav. Vulcanio, Fl. Illyrico, & Cl. Salmasio*, sed & scriptis Epistolis, aliisque Libris contra Latinos elaboratis, quos XLIX. scripsisse dicitur, referente rursùm *Allatio.* Adde *Nicolaum Cabasilam* eundem quoque Archiep. Thessalonic. ac *Nili* prioris nepotem; *Nilum Damsiam*, Monachum; *Josephum Bryennium*, *Palamæ* defensorem; *Macarium Ancyranum* contra Latinorum κακοδοξίας; *Simeonem Thessalonicensem*, adversus Hæreses; *Nicetam Choniatem*, & *Georgium Pachymerem*, Historicos Byzantinos &c. De quibus, quatenus huc spectant, diximus in *Ecclesiæ Historiâ*, ad *Seculum XIV. Cap. IX.* Et qui ejus familiæ plures fuerunt, causam Græcorum contra Latinos *Commentariis editis acturi*, eruendi è variis Bibliothecis ab ipso *Allatio* sub finem. Quin iste eodem Capite, sub initium, de temporibus *Clementis VI.* fatetur, *Græcos & calamo & linguâ in Romanos Pontifices debacchatos esse*, hinc illi monstra; pestes totius humani generis, & si quid his monstrosius, quia sentientes diversum à Pontificiâ Ecclesiâ. Et *Raynald. Balduinus* factus Imperator Anno MCCIV. rescripsit ad A. de subacta tùm Gente Græcorum, hanc esse qua Latinos omnes non *Hominum nomine dignaretur, sed Canum*, &c.

XI. Qui verò Seculo xv. tùm moliminibus *Johannis Palæologi*, pro impetrandis Romæ & in Occidente subsidiis, palàm restiterint in Oriente, tùm & *Synodi Florentina* Capitibus, & imaginariæ Unioni, pluribus docent *Historici, Ducas, Phranza, Laonicus*, & alii, cum primis verò *Acta Sguropuli Creyghtoniana.* Equidem monitum jam antè est, toti *Orienti* improbatam fuisse eam Unionem; atque in eandem *Synodum Florentinam*, ac fraudes Latinorum, & vim Græcis illatam, effusos Scriptores sine fine, habitis etiam in Oriente hanc in rem *Synodis.* Fatentur *Genebrardus, Bzovius, Raynaldus, Allatius, Maimburgius, Simonius*, & qui non! tot publicis rei documentis. Undè mox nova cum Latinis certamina exorta, quasi Florentiæ actum esset nihil. Ac tres *Patriarchæ, Philotheus Alexandrinus, Dorotheus Antiochenus, & Joachimus Hierosolymitanus*, (quum Constantinopolitanum Patriarchatum sibi vendicaret *Metrophanes Cyzicenus*, jam in Italiâ Latinorum factioni mancipatus) in *Synodum Hierosolymis* coacti Anno MCCCXLIII. *Synodum Florentinam* dixere *μιασμένον Σύνοδον execrandam Synodum*; Latinos pronuntiârunt *αἰρετικοί*, omnesque quotquot subscripsissent anathemate percusserunt; & in Epistolâ Synodali, mandatis ad *Cæsareensem Cappad. Metropolitanam* directis, ipsum illum *Metrophanem*, tanquam *μητρόφρονον, Ληστρικόν, Δαλινόφρονα*, &c. omnesque ab eo factas *χειροτονίας* ut *βέβηλας, μιασμένους, profanas, scelestas*, &c. palàm traduxerunt. Vide hac de *Synodo*, deque in eâ gestis scriptisque, ipsum *Leonem Allatium*, tùm quæ ad hanc causam suprà pertinebant, occasione *Δαλινόφρονων*, quos Roma pro Græcis venditavit.

L. II. C. XIV. Perp. Conf.

L. II. C. IV. V. VI. X.

A p. 495.

T. IX.

L. II. de Perp. Conf. C. XVIII. sub fin.

1204. N. 15.

L. II. C. XIV.

T. I. Hist. L. VI. p. 326.

L. II. C. XV. in fine.

Thef. VII. IX.

Idem

Idem quoque *Ruffos* fecisse *monium aliis*, Isidoro Metropolitâ suo, postquam ad Ruthenos reversus est, in vincula coniecto, undè elabi salutare fuit Isidoro, Purpuram in præmium Romæ adepto. Omnia autem pro more invertit, torquet, fuce obducit Allatius, præcipuè in suis contra Sguropulum & Creyhtonem.

XI. Sed nec æquius Latinorum de Græcis iudicium fuit, postquam hi communionem *Romani Pontificis* ejusque Decreta respuerunt. Et huic modo Pontifici si assurgere Græcis visum fuisset, atque *uni Papa* titulum *Universalis* concedere, parum fuisset sollicita Roma de cæteris Græcorum dissensionibus. Hinc igitur scripta de *Græcorum Hæresibus*, vel *Erroribus*, plurima, seu à Latinis, seu à *Δαλνόφοροι* profecta, jam indè à Photianis temporibus. Ut jam antè *Iconomachicum* bellum hoc in loco reticeam, à tempore Leonis Isauri & Constantini vulgò Copronymi, de quo mea *Historia Imaginum* Restituta. Ità jussu Nicolai I. Pontificis scriptus fuit ab *Ænéâ* Parisiensis Episcopo (malè *Parisiacensi*) Liber de *Erroribus Græcorum*, à Lucâ Dacherio in Spicilegio ejusdem editus, insertusque Tomo VII. ex Bibl. Thuancâ. Capita defensa fuerunt, I. De Processione Spiritûs S. ex Filio. II. De Cœlibatu Ministrorum Ecclesiæ. III. De Juniis Latinorum. IV. De Chrismate, & Chrismatione non faciendâ à Presbyteris. V. De Clericorum Barbis radendis. VI. De Promotionibus Romæ factis *per saltum*, ut vocant. Eandem operam occupavit, inductu ejusdem Nicolai I. in specie & Hincmari Rhemensis, *Ravannus* Monachus Corbejenfis celeberrimus, editis *Libris* IV. contra *Græcos*, iisdem de Capitibus, inserendis Tomo II. Dacheriano. Accusatur hic *Græcos*, sub Michaële & Basilio Imp. quod *se hæresis pravitate condemnarent, & ab Ecclesia communiōne removerent, & in Spiritum S. blasphemarent*. Postea Leo IX. Pontifex accusatur Seculo XI. *Græcorum Hæreses*, ac *pestes*, dicit *se nonaginta & amplius Hæreses prætermisurum*, in Epistolâ hujus Leonis I. ad Mich. Cerularium, quam vide in Collectione Conciliorum. Ac deinceps successivè emanarunt adversus Græcos, ut *Hæreticos, Schismaticos, Apostatas*, Decreta Conciliorum Papalium, quale illud Lateranensius IV. sub Innocentio III. contra *superbiam Græcorum in Latinos*; tum & *Bulla* variorum exindè Pontificum, videndæ in Bullario Cherubini, & apud Continuatores Baronii. Ità sub Gregorio IX. A. M. CC. XXXIII. quum missi fuissent à Papâ Nuncii (ut vocantur) Apostolici, Germano Patriarchâ Constantinopolit. tandem hi eruperunt in hanc exoptulandi formulam: *Jam perpendimus quod malè sentitis de Sacramento nostro in Azymo, primò per scripta vestra qua plena sunt Hæresis. Secundo, quia ad questionem de Sacramento factam non audetis (non dignamini) respondere, ne pateat Hæresis vestra. Tertio quia facta vestra istud probant, abluit enim Alvaria vestra, postquam celebraveris Latinos in. Quarto, quia Latinos accedentes ad Sacramenta vestra compellitis apostatare, & abjurare Sacramenta Rom. Ecclesiæ. Quinto, quod Dominum Papam ejecistis de Diptychis vestris, sed scimus quia nullum ejecistis nisi Excommunicatum & Hæreticum. Sexto, quia semel in anno excommunicatis eum, &c.* Ac ne auctatata adversus Græcos, Schismaticos scilicet, sub Gregorio X. Clemente VI. Gregorio XI. Eugenio IV. Pio II. &c. reponam hoc loco, factum superiore adhuc Seculo; ut Pius IV. Pontifex *hæreticas nefariasque Græcorum opiniones sigillatim enumeraret, occasione Græcorum agentium in Regnis Neapolitano & Siculo; In diversas nefariasque opiniones & absurda deliramenta passim prolabantur, afferentes inter alias eorum Blasphemias, nullum esse Defunctorum Purgatorium; Romanum Pontificem aliquam in eos Jurisdictionem vel auctoritatem habere negantes. Indulgentias ab eo concessas damnantes &c.* Vide Bullam

insertam VII. Decretalium Libro, quem compilavit Petrus Mattheus Jurisc. Lugdunensis A. 1590. Ità strinxere in Græcos calamum Occidentales longè plurimi, *Hæreses* etiam non unius exertim postulandos, dissensionisque à fide Latinorum, inde à Thomâ Aquinate, Antonino, & id genus aliis. Qualiter factum est superiori adhuc nostroque Seculo à Guidone Carmelitâ, Gabr. Prateolo, Alphonso à Castro, Antonio Cauco Veneto Archiep. Corcyrensi, de quo supra, J. B. Cafalio, aliisque, & à Baronio ipso, ejusque Continuatoribus, Bzovio, Spondano, Raynaldo. Accusat sanè Allatius, in Majori Opere, & Gryfaldum, & Caucum, & Calupreolum, & Guidonem, & Alph. à Castro, *calumniam, mendaciorum, sceleris, &c.* hoc solum nomine, quòd *Græcorum* perpetuam *Dissensionem* à Rom. Ecclesiâ professi sint; dum ipse ille mendacio apertiore *Perpetuam Græcorum Confessionem* garrulus & audaculus, sed & impensè maledicus, orbi obtrudit. Sed benè habet, Græculum hunc postulari temeritatis ab Auctore nupero *Historiæ Orientalium Criticæ*, Pontificiæ licet causæ magno assertore, ac præsidente oppidò. Cœptumque hoc primùm Seculo est, ac ferè indè à temporibus Urbani VIII. dissimulare vel elevare hanc Græcorum à Latinis dissensionem; imò *ὁμοψυχία* in præcipuis omnibus, atque essentialibus, quæ vocant, adstruere, nullâ (inquiunt) dissonantiâ in *Fide* aut *Dogmatis*, unâ omni in *Ritibus*. Haud alio consilio, quàm ne *Protestantium (Hæreses Septentrionales* vocant) in Pontificios causa Græcorum persæpè suffragio, atque in Pontificios odio, muniri deinceps videatur. Placuitque hæc methodus antè memoratis, Petro Arcudio, Lucæ Holstenio, Leoni Allatio, Johanni Morino, Jacobo Goari, Johanni Matth. Caryophilo, Ant. Arnaldo, Rich. Simonio, Meldensi Episcopo, & si quibus aliis. Qui si audiantur, vix supererit discrimen Græcos inter & Latinos, præterquam in Liturgicis, Ritualibus, Adiaphoris, minimè *ἀεὶ τῶν πίσιν, τὸ δόγμα, τὰ ἀναγκαῖα*. Ac parùm abest quin parallelismus exurgat inter *Fidem Græcorum & Tridentinam*; qualem jam instituit Allatius, inter primos hoc ausus.

XII. Sed loquatur res ipsa, pro hujus instituti modulo. Dissensus Græcorum à Pontificiis in tribus præcipuè conspicuus est, in *Doctrinâ*, in *Ritibus*, in *Disciplinâ* denique. Ac Doctrinam quod attinet, testes sunt dissensionis quos modo produximus Græci Latini Scriptores. Una vox omnium est, adversari (in his quæ dicemus Capitibus) Romanæ hypothese Græcos omnes, quos *Schismaticos* vocant, id est, verè Orientales, nempe qui (itâ passim Rich. Simonius distinguit) *Latinorum Theologia operam non dederunt, qui non in fidem Romanam juraverunt, non Italici Græci, Occidentiores, Δαλνόφοροι, ex frequentibus cum Latinis consuetudine*. Hos enim dum ubique in consensum vocant Arcudius, Allatius, Arnaldus, Simonius, reliqui, vel etiam dum Græcorum scripta *ἀνέκδοτα* proferunt, ex Bibliotheca Vaticanâ, ac similibus, quæ pro lubitu citant, luxant, contrahunt, interpolant, nihil quicquam agunt quod ad rem pertineat, nisi magno conatu magnum nihil. Ac sæpè consensus est *apparens* modò in *vocibus*, *phrasibus*, tradendi modo, magis quàm in sententiâ ipsâ, v. gr. quando urgentur ex scriptis Græcorum, *ἡ μεταστωσις, ἡ μεταβολὴ τῶν ἀρετῶν, τὰ εἶδη ἀρετῶν οὐκ, ἡ θυσία, πνευφορεῖ, τὰ ἐπὶ τὰ μυστήρια, τὸ ἔλαιον, τὸ χεῖμα, ἡ ἐξομολογήσις, ἡ μετάνοια, αἱ ἡσείαι, αἱ συγχωρήσεις, αἱ ἀφεσσεις τῆς ἐκκλησίας, τὰ κατορθώματα* quasi *merita*, &c.

XIII. Sed ad singularia quædam Capita descendendum. Verè Græci, dicendi Romæ (& per nos licet) *Schismatici*, nesciunt aliud *Verbum Dei*, præter τὰς θεῖας Γραφὰς, τὰς θεοπνεύστους λόγους, Scriptu-

Vide & Conc. T. VII. col. 476.

Dach. Spicil. T. II. p. 2. &c.

Concil. T. IX. col. 953.

Conc. Later. Can. IV. Conc. T. XI. p. 1.

Annal. Eccles. Raynald. ad A. 1233. N. II.

L. III. C. XVI. XVII. XVIII.

C. 1.

stris suppeditant Catalogi Bibliothecarum, & ipse Allatius; ne dicam vulgata hanc in rem scripta, Nili, Barlaami, Palamæ, Gennadii, Jeremiæ Constanti-
nopolit. & similibus, edenda in Angliâ, Germa-
niâ, Belgio. Cumprimis & jugulum petit hujus
Tyrannidis, ac superbiæ Papalis, MS. illud Mele-
tii Alexandr. cujus fragmentum in scriniis meis ha-
beo, ut & Excerpta ex alio MS. *Ἐξ τῆς Ἀρχῆς τῆς Ἐκ-
κλησίας de Principatu Ecclesie*, in superioribus indi-
cata. Sed sufficiat ingenua confessio, de odio per-
tinaci quo Papalem dominatum, ejusque Ecclesiam,
Anatolici prosequuntur, expressa Cauco Veneto,
Prateolo, Guidoni, Bzovio, Genebrardo, Pos-
sevino, Thomæ à Jesu, Bellarmino, & Mis-
sionariis variis, missis in Græciam, Ægyptum,
Æthiopiâ, Syriam, &c. hinc passim notandis,
ut Allatio, sic Rich. Simonio nupero. Ne addam
Epist. Encyclicam Photii, anathemata jam olim stri-
cta in Oriente adversus Romanos Pontifices, po-
stea etiam in Auctores *Unionis Lugdunensis* sub Mi-
chaële Palæologo, de quo supra, & *Florentina* al-
terius, sub Johanne itidem Palæologo. Hinc nota
Papalis nominis expunctio, è Sacris Græcorum *Di-
ptychis*, tum & mos *Excommunicandi* Romanum
Pontificem, annuo ritu, in variis Ecclesiis Anato-
licis. Quo de Græcorum fastu conquestus jam est
Innocentius III. in Concilio Lateranensi IV. ex A-
ctis & Canonibus ejusdem. Idem fecere haud diu
postea Nuncii Gregorii IX. Constantinopolim mis-
si A. 1233. ut pluribus operosus Continuator Ba-
ronii, ad eum Annum, Odoricus Raynaldus. Et
Caucus Venetus *Errore VI. Græcorum: Excommu-
nicant die Jovis Sancti Papam, & omnes Episcopos
Latinos, tanquam Hæreticos & Schismaticos.* In spe-
cie hoc ipsum de Russis, Moscovitis, & de Patri-
archâ Hierosolymitano, retulit Huldricus Tigurinus,
in tractatu de Religione Græcorum, ac plures in
Relationibus suis Itinerariographi. Quibus frustra
opponet Allatius *Georgium* aliquem *Trapezuntium*,
in *Epist. ad Cretenses* scriptâ, & id genus *Ἀληθῶς
Ἐρως*, atque à suis apostatas; quod multis facit,
ut in Libro de Synodo Photianâ, sic in Opere de
Confessione Orientalium. Quem inter alios *Geor-
gium* Romæ scriptitasse, post amissam Constantino-
polim, Bassarioni Cardinali & Papæ ipsi obno-
xium, diximus nuper. Quibus itidem artibus Ma-
ronitas, & paucos seu è Nestorianâ seu Jacobiticâ
familiâ, in lagenam suam Romani Piscatores per-
traxerint, hoc ipso, defectionis & apostasiæ sti-
gmate inusto, à suis notandos, superiora exposue-
runt.

XV. Idem judicium esto de Traditionibus aliis
Dogmaticis Romanæ Ecclesie, ac Decisionibus,
maius inde à separatione Orientalium, post sancitos
Canones Trullanos, & reprobaturum Latinorum ad-
ditamentum ad Symbolum, cumprimis à tempo-
ribus Octavæ Synodi sub Photio. Concorditer eas
Traditiones respuisse Græcos genuinos, nec admi-
sisse in Fidem suam, in Libros suos Syribelicos,
aut Liturgicos, aut Tomos Synodicos, inductione
facile est demonstrare. Antè omnia *πολυβιβλιον*
est de *Transsubstantiatione* quaesitum, hæcne sit ex
sententiâ Græcorum, cumprimis Melchitarum, nam
de Nestorianis, Jacobitis, Armenis, dictum modo
fuit? An scilicet tradiderint veri nominis Græci,
aut credat hodieque Ecclesia Anatolica, fieri in
Eucharistiâ, ad *Consecrationis verba* prolata à Sacer-
dote, *abolitionem Substantiæ Panis & Vini*; solis ac-
cidentibus reliquis, quas *species* vocant, *Christi Cor-
poris* sub illis accidentibus latente, præsentemque *καὶ
ἐν αὐτῷ, σαρωτικῶς, ἐκουσίως*, in infinitis Altaribus,
factâ nempe conversione unius *substantiæ* in aliam
substantiam & *Præmonemus* autem nihil nos morari,
vel *Italicos Græcos*, quos vocat ipse Rich. Simonius,

vel expressas nuper Græculis Confessiones, aut *sup-
posita* novissimè Johanni Veeco, Georgio Schola-
rio, & si quibus aliis scripta, pro ingenio Mona-
chorum, & artibus Societatis. Hinc frustra obje-
cerit Allatius Epistolam quandam *Joh. Vecci* La-
tinam, Patriarchæ tum Constantinopolit. ad Jo-
hannem Papam, quam ipse *primus, ex Bibliotheca
Barberinâ depromptam, exhibeat.* In hac nempe *Vec-
cus* Epistola fere sub finem; *Credimus ipsum Azy-
mum panem, in ipso Sacro Officio Eucharistiæ, verè
transsubstantiari in Corpus Domini nostri Jesu Christi,*
*&c. Etiam à nobis ex fermentato confectum Panem San-
ctum, credimus similiter ipsum verè transsubstantiari in
Corpus, & Vinum in Sanguinem, &c.* Suppositum
nempe Romæ documentum est, ut & Epistolæ ad-
jectæ Michaëlis & Andronici Filii, ex stylo, ma-
teriâ, scopo Epistolarum, contextu toto, silentio
Byzantinorum, atque his de Papâ elogiis, tanquam
*Christi Dei Vicario, Beatorum Petri & Pauli Successo-
re, &c.* deque Romanâ Ecclesiâ, tanquam *omnium
Christianorum Dominâ & Magistrâ, &c.* quæ solis
Italæ aut Monachis familiaria. Undè & Gallos no-
vissimos pudit, hoc causam suam præsidio Allatia-
no tueri. Nèc sanè Vecci tempore Controversia
ulla Græcis de *Eucharistiâ* mota, *Transsubstantiatio*
illi ut exprimeretur, aut pridem de reliquis Capiti-
bus ejus Epistolæ, puta *Suprematu Papæ, Domi-
nio Rom. Ecclesie, Processione Spiritus S. ex Fi-
lio, Igne Purgatorio, Pane Azymo, Septem pro-
priè dictis Sacramentis, Tertius & Quartus Nuptiis.*
Quæ singula hic Impostor ita proficitur, damnatâ
sententiâ Græcorum, ut quivis Parasitus fecisset
Romæ. Cumprimis ex scriptis tam ipsius Vecci,
tùm contra Veccum, seu editis seu MSS. liquet, &
ex Gregorâ ac Pachymere Historicis, principem
Controversiam fuisse, si Primatum Papæ excipias,
illam de Processione Spiritus S. quam Veccus *per
Filium* fieri agnovit. Nunquam is tamen (ut ha-
bet Epistola) *ex Filio procedere indivisibiliter, profun-
diter, ab ipso Filio quemadmodum à fonte, &c.* Hinc
non Græca ea Epistola, ut sunt genuina omnia
Vecci scripta, sed Latina, impositura Latinis.
Quæ si vel Græca extaret, nullo loco foret verè
Græcis, execratis & Michaëlem, & Veccum, &
subdolam Unionem, (vocat Auctor ejus temporis
ταρχοπολιτὸν εὐχέλως tumultuosam pacem) à Michaële
quaesitam cum Romanâ Ecclesiâ, in commodum
suum, *vix annos octo* duraturam, quibus turbavit Con-
stantinopolitanam Ecclesiam. Non diffiteri potuit
Allatius, neque quàm *acerrimi hostes* fuerint ejus U-
nionis Græci reliqui, & ipse ille Andronicus, cui
affingitur pariter Epistola ad Johannem XXI. Pa-
pam.

De Conf. L. II. C. XV. col. 746. & seq. L. II. C. XV. col. 753.

T. XI. Concil. Ed. Labb. Pars I.

Tiguri 1620. p. 81.

Romæ A. 1662. p. 362. &c.

PARS V. BREVIARIUM.

De suppositis pro Transsubstantiatione scriptis Gennadii & Agapii agitur. Eandem à placitis Græcorum alienam esse hincque modis ostenditur. Etiam Nestorianorum & Jacobitarum. Idem ostenditur ex Græcorum modo celebrandi Eucharistiæ. Urgetur idem ex modo communicandi de corpore Christi apud Græcos. Etiam ex historia Concilii Florentini. Recentissima Objectiones diluuntur quadam. Græcorum sententiâ Ignem Purgatorium neutiquam admittit. Dissensus Græcorum à Latinis in capite de Perfectione & Meritis operum trifariam ostenditur. Idem in doctrina de Sacramentis per omnes partes latius monstratur. Speciatim in illa de baptismo. Idem septem adhuc modis in negotio Eucharistico exhibetur. Dissensus alia quadam capita summatim annectantur.

Sed & nequicquam obtenditur, ab ipso Simonio, auctoritas Gennadii Patriarchæ, ex fragmento

Joh. vi.

Voyage d'Orient. T. I. à p. 156. &c.

Α'ναμνητικῶν ἢ, ὡς εἰς ἀνάμνησιν ἢ ἐν τῷ φαυρῶ ἢ παρὰ
 ἁπομνήσθαι θυσιᾶς, ἢ τὸ, τῆτο ποιῆτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνά-
 μνησιν. Ὅπερ ἢ ὁ Χρυσόστομος ἢ πάσης ἢ Ἐκκλησίας
 διδάσκει λέγων, &c. Addit; Σωματικῶς ἢ ἢ Χελιδὸν
 παρῆται ἐν τῷ μυστηρίῳ, ἔδποτε ἡκίστα. *Sacrificium*
appellamus Cœnam Dominicam, sed spirituale, & com-
memorativum. Spirituale quidem, ut quod nihil car-
nale habet, secundum istud, Verba quæ loquor vobis
sunt spiritus & vita, &c. Commemorativum verò,
quia fit in commemorationem Sacrificii in Cruce semel ob-
lati, secundum illud, Hoc facite in mei recordatio-
nem. Quod & Chrysostomus cum omni Ecclesiâ docet,
dicens, &c. ubi explicat verba Christi, τῆτο ποιῆτε
εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Corporaliter enim presentem esse
Christum in hoc Mysterio, nunquam audivimus. Con-
cinunt testes producti nuper, Meletius Alexandr.
Ephesius Metropolita, Herotheus Archimandrita,
&c. & qui sententiam Georgianorum, Russorum,
aliorumque in Melchitis, retulerunt. 6. Adde quos
novissimè adduxit testes Georgius Wheler Anglus,
Vir Doctus & pius, socius celeberrimi Sponii in i-
tinere Constantinopolitano & Afiano, studiosissimus
idem explorator, ut Antiquitatum omnis Græciæ,
sic sententiæ hodiernæ Græcorum de Eucharistiâ.
Retulit, nusquam se observasse quod utantur Græ-
ci voce μετσωίσεως, illis fortè exceptis, quibus
commercium esset cum Romanâ Ecclesiâ, id est Græcis
Ἀσολόφοις, & qui sunt sub Venetorum Dominatu
in Insulis Cœntrâ, & Zacyntho. Addit, si qui hodie
Græcorum μετσωίσεωσιν credant, in tantâ incitiâ Sa-
crorum, & Antiquitatis, fructum hunc esse Missiona-
riorum, quos Roma eò quaquaversum ablegat, doctrinam
adeò esse Româ nuper in Græciam illatam, non apud
Græcos repertam. Hinc par Episcoporum non in-
firmæ notæ in testimonium adducit, quibuscum
ipse Whelerus de Eucharistiâ prolixè contulisset. Al-
ter Myconiorum Episcopus, Constantinopolitano ob-
noxius, sociatus Græco Sacerdote, qui de Transsub-
stantiatione, ex mente Rom. Ecclesiæ interroga-
tus, respondit quod antè Critopulus, & nuper Col-
chorum Sacerdos, nunquam se de eâ doctrinâ inaudi-
visse. Agnoscere se realem aliquam Conversionem
fieri, beneficio Consecrationis, sed mystico & spiri-
tuali sensu. Alter verò Episcopus fuit Salonensis, in
quem incidit Whelerus in Cœnobio quodam Bœo-
tix, propè Livadiam, Salona autem est Amphissa
Locrorum Veterum. Quocum habitis sermonibus
hoc de Sacramento, tandem Græcus sic explicuit;
Christum, etiamsi in Cælo sit, nihilominus in Sacra-
mento esse suâ divinâ potentia & ἐνεργείᾳ, prout Sol qui
in Cælo est, inde tamen lumen suum & calorem in ter-
ram diffundit: adeoque nec aliter ibi esse Christum,
quàm modo spirituali, nec sentire aliter Græcos. Cui
quum annuisset Whelerus, addens & hanc suam sen-
tentiam esse, ivit Episcopus Græcus in amantissimos
amplexus, adeò ut Whelerum Sacris Ordinibus, qui
summus apud ipsos honos est, initiare vellet. Tum
qui præsentem aderant in Bœotico Cœnobio Mona-
chi, rogati itidem de Transsubstantiatione, respon-
dere, se non adeò bestias esse, ut rem tam absurdam cre-
derent.

III. Accedant Transsubstantiationis nescii Christia-
 ni Orientales, Syri, Chaldæi, reliqui seu Nestoria-
 næ seu Jacobiticæ familiæ. Et de Syris quidem vel
 Chaldæis, vel Christianis vulgò S. Thoma, ut vo-
 cantur, & quotquot familiæ Nestorianæ, esto in-
 genua confessio de eorum circa Eucharistiâ, & Præ-
 sentiam Christi in eo Sacramento opinione, quam
 edidit pluribus Alexius ille Meneſes, Primas India-
 rum dictus, memoratus jam supra, in Actis Synodi
 Malabarica, habitæ sub finem superioris Sæculi A.
 MDXCIX. Inter Hæreses alias, quas hic Legatus vulgò
 Apostolicus indignabatur toti illi familiæ ab antiquo
 fuisse receptas, & Libris Syrorum, Syriacâ Biblio-

rum Versione utentium, traditas, sunt ista quæ ex-
 cerpsit ex eorum Ritualibus, Breviariis, Libris Sym-
 bolicis, &c. Citat Alexius ex Libro Timothei Pa-
 triarchæ Babylonii, *Capitibus* indicatis, *impium hoc*
assertum, sic ille; Verum Corpus Domini nostri Christi,
non esse in Sacramento, sed tantum ibi esse figuram Cor-
poris. Ac subjungit mox assertum Syrorum aliud,
quod Romanam Ecclesiam accusant defectionis à Fide.
 Ex Libro Homiliarum, Christianis illis usurpato;
S. Eucharistiâ esse tantum Imaginem Christi, & ab eo
distingui ut Imago distinguitur à Prototypo; Nec Corpus
Domini ibi esse, imò non alibi quàm in Cælo. Rursus
 ex Libro cui Titulus, *Expositio Evangeliorum; S.*
Eucharistiâ non esse nisi Imaginem Christi, qui non sit
in Terrâ, sed in Cælo tantum ad dextram Patris. Postcâ
 ex Breviario Nestorianorum; *Quod in Sanctissimo Sa-*
cramento Eucharistiæ, non sit verum Corpus Christi, cum
mille & amplius Blasphemiis circâ illud, sic Meneſes.
 Tum ex Officio Sacerdotum; *In S. Sacramento Alta-*
ris esse tantum virtutem Christi, non autem verum ejus
Corpus. Hæc de Nestorianis, eorumque sententiâ
circâ Eucharistiâ. Nec aliam esse Monophysitarum,
vel Jacobitarum illam, quos inter Maronitæ veteres,
& Armeni, & Habesheni, monitum supra est. Et
penes Celeberrimum Hyde, Oxoniensium decus, est
Missale hujus Sæctæ, quæ agit in Gordiæis monti-
bis, & vicinis locis Armeniæ, Mesopotamiæ, Af-
syriæ. Ibi Panis & Vinum in Sacramento dicuntur na-
turâ (substantiâ) à Christo distincta, sed in virtute &
potentiâ idem esse cum Christo, &c. Quamvis sanè
plurimum intererat totius familiæ Eutychiænæ, si-
quidem portentum Transsubstantiationis fuisset eorum
temporum, hoc ipsum adoptasse in rem suam. In-
dè enim præsidium accessisset suæ sententiæ, de
Corpore Christi Desiccatò ab Incarnatione, & Unâ tan-
tum Naturâ, quæ duæ fuissent antè Unionem; quem-
admodum in Eucharistiæ Sacramento Panis conver-
teretur in Substantiam Christi, & ex duabus substan-
tiis una tantum remaneret à Consecratione, aut
Sanctificatione Symbolorum. Quomodò rectè ob-
servarunt Viri Docti, & pluribus Aubertinus noster De Euch.
 in suis de Sacram. Eucharistiæ, Christianos Veteres, L. 11.
 ac præcipue Augustinum, disputando contrâ Mani-
 chæos, qui nempe odio Vini Calice abstinerent in Eu-
 charistiâ S. non habituros fuisse efficacius argumen-
 tum aliud, si vel Manichæi, vel Catholici Trans-
 substantiationem credidissent, quàm nullum à Consec-
 ratione ibi esse Vinum, mutatum utpotè in Sanguinem
 Christi. Idcirco enim in Calice non celebrarunt
 Manichæi, teste Augustino, quia illis Vinum gustare
 non religio sed Sacrilegium esset, quodve censerent
 Vinum sel esse Principium senebrarum. Tacemus jam
 Liturgias Syrorum, Maronitarum, Æthiopum, in
 quibus Panis dicitur esse Sacramentum Corporis Christi,
 juxtâ illud Augustini contrâ Adimantum Manichæ-
 um: *Non enim Dominus dubitavit dicere, Hoc est*
Corpus meum, cum signum daret Corporis sui. Litur-
gia Æthiopica, apud Ampliff. Ludolphum, reci-
tans verba Institutionis habet: Hic Panis est Corpus
meum; ac deinde dicunt se offerre Deo Panem & Ca-
licem; tum petunt, ut mittat Deus Spiritum S. super
hunc Panem, &c. Idem Liturgia Coptitarum, con-
firmante Vanslebno Dominicano, de horum Ritibus
& Fide; scilicet, post prolata Verba Consecrationis,
non censere Coptos Panem & Vinum iis mutari in Cor-
pus & Sanguinem Christi, quod censet Ecclesia Romana.
 Vellet tamen ex horum mente Transsubstantiationem
 fieri deinceps, sed pari fide, quâ mentitur Coptos (ge-
 nuinos nempe) credere Papam esse verum successorem Pe-
 tri, Caput & supremum Dominum omnium Patriarcha-
 rum. En fidem! Et Syros quod attinet, disertè in
 Liturgiâ Severi Alexandrini, jam antè memo-
 ratâ, Panis & Vinum dicuntur ὁμοιοῦσι
 Sacramentum Corporis & Sanguinis vivum, quo
 mors

Acta Syn.
 in Diam-
 per. Ed.
 Lond.
 p. 160.
 Ib. p. 161.
 Ib. p. 163.
 Ib. p. 169.
 De Euch.
 p. 630.
 &c.
 Hæc. XLVI
 T. VIII.
 Ed. no-
 viſſ.
 Et contrâ
 Faust.
 L. XX.
 C. XIII.
 Contrâ
 Adim.
 C. XII.
 Ludolph.
 ad L. III.
 C. IV.
 N. XXXI.
 Hist.
 Eccl.
 Alex.
 P. III.
 C. VII.
 VIII.

Pag. m. 125.

Notis ad Philad. p. 200. 201.

Sect. x. C. 1.

De Conf. L. III. col. 1232.

De Perp. Conf. L. II. col. 719. Vide Sim. ad Gabr. 201.

mors & Crucifixio commemoratur, seu figuratur. Unde in ea Liturgiâ, dicunt in fractione Panis; sic verò ipse passus est, & immolatus, & perfractus in Cruce, &c. Idem de Maronitis rassis Rich. Simonius, interpretatis verba, Hoc est Corpus meum, per ista, Hoc est Sacramentum Corporis; quæ à Romanis Censoribus damnata dicit, quia Calviniani homines in prævum sensum detorquent, scilicet! Confer superiora de Syris.

IV. Sed nec testibus opus est, dum res ipsa loquitur. Eatur per singula, quæ Græcorum mentem de Eucharistiæ Sacramento apertè satis declarant. Non aliundè pars hæc potissima, toto Oriente, Christiani cultus censetur, quàm quod exprimantur in eo Sacramento mysteria omnia Evangelii, nec Christi Mors tantùm aut Passio, sed & Resurrectio, & Ascensio in Cælos, & Missio Spiritus S. in Symbola consecrata delapsi. Unde illud ἀνω ἔξ καρδίας, & preces sursum missæ, implorandæ efficaciz Spiritus S. πρὸς τὸ ἀγιάζειν τὸ ἄζυμον, quæ in Synodo Florentinâ tolli à Missalibus Græcorum libris, frustra urserunt Παπολάτρεσι, ut pluribus in Historiâ suâ Sgyropulus. Quo etiam factum est, ut Missale Maronicum castigarint Censores Romani, transpositis verbis, quibus hi invocant Spiritum S. post factam Consecrationem, ex more Latinorum, id est, post Verba Dominica super Symbolis enunciata. Quæ praxis Græcorum, ab ideâ Sacrificii Missatici, & præsentiz Corporalis in Hostiâ Consecratâ, vi δεσποικῶν ῥημάτων, quod carpebant Græci in eadem Synodo, longissimè distat. Consecrant insuper omnes in Pane ἐν ζύμῳ, folis Armenis exceptis; quod ἄζυμον ineptum esse censeant, seu Corpori Christi mysticè repræsentando, seu alimentationi mysticæ ex eo Corpore. Quare & Azymorum usum Latinum inter præcipuas Hæreses & καινονομίας Rom. Ecclesiæ retulerunt, & Græci, & Syri, & Orientales omnes, uti Azyma peperere Transsubstantiationem. Parum enim intererat, panis ne azymus an fermentatus, positâ abolitione substantiæ. Ità Calicis usum necessarium habet totus Oriens, undè panis vino intinctus, & in cochleari exhibitus, ac Roma sacrilegii, ob subtractum Calicem, ab Anatolicis postulata. Procul jam isti ab eâ sententiâ, quæ substantiam Panis, sine Vino, in totum Corpus Christi transmutari statuit, nec sine concomitantia Sanguinis. Consecrant etiam non in Altari propriè dicto, sed in Mensâ; quæ ipsis ἀγία τραπεζα, non θυσιασθεῖον, Altare, uti Romæ. Consecrationis vis non illis in quinque verbis Christi, iisque demurmuratis, consistit, falso & indignato Allatio, sed in toto cultu Liturgico, Precibus, Hymnis, ὁμοίαις, ἁγαθίσαις, invocatione Christi, & Spiritus S. cui recentior Superstitio adjecit illam ἡ Θεοτόκῃ. Omniaque ista aliâ voce, & linguâ cognitâ, Græcâ, Syriacâ, Chaldaicâ, &c. Elevatio autem Symbolorum fit facie obversa populo, secus ac in Romana Ecclesiâ; eademque Symbola non à plebe adoranda, sed Deo benedicenda, sublatis ad eum manibus, præsentantur. Factâ Consecratione, adèd credunt remanere substantiam Panis & Vini, ut hæc nomina retineant consecrata symbola; etiam in Liturgiâ Basilii, ἡμῶς πάντας ἐκ τῆς ἐνὸς ἁρτίῃ ἢ ποτηρίου μελέχοντας, &c. Nec aliter omnes Græci, quin ipse Niceph. Blemmida, Epistolâ productâ ab Allatio, & laudatâ, in quâ de Marchesinâ pellice Joh. Ducæ, quam egerat Templo & Communione privarat, εἶτε τὸ ἄγιον ἄρτον τῆ ἀναιδεῖ ἢ ἀκαθάρτῳ δέναι τοιμήσαντες, neque Sanctum panem impudica mulieri dare ausi. Ac quod palmarium est in hac causâ, communiter symbola in consecratione non adorant, quicquid tradant nonnulli recentiores, quum tamen adoratio Sacramenti sit sequela necessaria Transsubstantiationis, ut

nuper auctor Historiæ Criticæ. Causus Venetus, Inir. de Græcorum Recentiorum Hæresibus: Nec honorem, nec Cultum, nec venerationem SS. Sacramento deferunt; etiam dum Sacerdotes celebrant. Simonius: Cauci, Non apparet Græcos, dum celebrant, milium honoris deferre Sacris Symbolis à Consecratione. Addit iste; si accusentur Græci quod symbola non adorent, pariter accusandos Antiquos quod non adorant, quum nihil occurrat in eorum Libris & Liturgiis, quod accedat ad cultum externum Latinorum. Idem de Ruthenis, Georgianis, Nestorianis, aliisque Christianis in Oriente, in superioribus observatum est, nescire adorationem Hostia vel Panis consecrati. Quam nec Majores eorum novisse, non Christianos priorum temporum, vel ex silentio Celsi, Porphyrii, Juliani, &c. abundè liquet, qui istud latriæ genus delatum Hostiæ farinacæ, aut frutulo panis, dentibus conterendo, mittendo in ventrem, corruptioni cuicumque obnoxio, tacuissent nunquam, certè retorsionis in modum. Et quicquid Simonius, eodem in loco, urgeat verba Gabriëlis Severi Philadelph. à se editi, cum Notis, ejus autem fide hac parte stamus, si quando vel Severus, vel Græci, λατρείαν deferunt à Consecratione, dirigitur ea πρὸς τὸ ἐν ἀντιτύποις νοήματον Ἰησοῦν. Et quæ obtinet solemnem προσκύνησιν in cultu Liturgico Orientalium, fit ea antè Consecrationem, dum Symbola ad Altare deferuntur, & dum κεραβικὸς ἀδεται Ἵμνος, quo de Hymno extat ejusdem Gabr. Severi Tractatus Apologeticus inter Opuscula Parisiis edita. Quo factum est ut Petrus Arcudius accusaverit Græcos ἀερολατρείας & εἰκολατρείας, ob cultum delatum Symbolis nondum consecratis. Qui vix ullus apparet à Consecratione, ex dictis modò, saltem nullus in ordine ad Symbola consecrata, nulla certe Græcorum genuflexione, sed nec asservatione, aut circumgestatione Panis consecrati, hoc sine ut adoretur.

V. Accedit modus, quo Symbola hæc censet totus Oriens fieri Corpus Christi, seque ejus Corporis verè participes. Nempè per illapsum Spiritus S. & divinæ virtutis in panem, in Symbola, ut illa ἀγιάσῃ sanctificet, eorum scilicet usum, fiatque ἀεὶ ἁγίου Panis Sanctus; nullâ in eo mutatione factâ, secundum Orientales, quum proferunt verba Servatoris, in quibus tamen consistit forma vel substantia Consecrationis, ex mente Latinorum. Atque ita precantur, ut Spiritus S. virtute suâ faciat hunc Panem, hunc Calicem, esse Corpus & Sanguinem Christi, nempè dignè accipientibus in purificationem anima, &c. Dicat jam Simonius; Verbum quidem ἀγιάζω in genere significat, Sanctifico, sed huc & illi materia applicatum, tunc specialem denotat sanctificationem, & consecrationem. Utique sanè, an ergò abolitionem panis qui sanctificatur, vel ejus transsubstantiationem? Imò, ex mente Græcorum, eâ sanctificatione fit ut Christi Corpus quodammodò Pani uniat, quomodò ferrum admoto igne fit ignitum; vel ut alimentum unitur corpori, quod eo reficitur; vel etiam ut Sol in Cælo manens virtutem suam mittit in corpora hæc sublunaria. Hinc & τροφὴν πνευματικὴν nutritionem spiritualem vocant, quâ participes fiunt Corporis Christi, & ita quoque Gregorius Hieronomachus Chius, in Synopsi Dogmatum Ecclesiasticor. productâ ab Allatio. Quare etiam, ut efficax sit illud Sacramentum, per gratiam Spiritus S. debitam præparationem in communicantibus poscunt; Οὐχ ἀπλῶς ἢ ἀνεξέτασως πᾶσιν ἢ ἐκκλησίᾳ μετέδιδωκε τὰς εὐχὰς τοῦ θεοῦ μυστηρίῳ, &c. Non temerè nec sine exploratione factâ omnibus Divinum illud Mysterium Ecclesia imperitur; sed iis duntaxat qui ad participationem ejus parati sunt atque instructi. Præparationem etiam non in Confessione Auriculari, qualis Latinorum, constituunt, sed in reconciliatione cum Fratribus, eademque ex

C. III. p. m. 64. Hist. Cauci, Error. XIII. Hist. Crit. ibid.

De Sacram. L. II.

Notis in Gabr. p. 201.

L. III. C. XVI. col. 1258. Confess. Critop. C. IX.

Ibid.

corde, in modico jejunio, in vigiliâ præcedente Eucharistiâ, tum etiam in ἑξομολογήσει. Fassi aliâs Græci, quæcunque mutatio fiat in Eucharistiâ, τὸ τροπὸν τῆ τοιαύτης μεταβολῆς esse sibi ἀγνωστον ἢ ἀνερεμίνουτον. Sed neque usquam legas in scriptis Græcorum, etiam recentissimis, præterquam quæ fabricantur Romæ; τῆ συμβεβηκότος ἔσσης accidentia panis sola remanere; καθαιρεῖσθαι τὴν ἔσσαν ἀβόλερι substantiam; sub illis accidentibus κρύπτεσθαι τὴν Χρυσὸν ὁλόκληρον; τὸ κίωμα πρὸς τὴν κλισίην μεταποιεῖσθαι, Creaturam in Creatorem transmutari; esse Corpus Christi in pane καὶ ἔσσαν, non τῆ χάρις, ἢ δύναμις, &c. prout has voces, planè novas in Oriente, à Tridentinis & Scholasticis mutuatas, affinxit Gennadio Patriarchæ, in Fragmento supra memorato, quisquis ejus Romæ fabricator extiterit. Imò si quando τῆ εἶδη ἄξις ἢ οὐκ ἔστιν species panis & vini dixere Græci, cave credas voluisse species sensu Tridentino, id est, accidentia nuda, abolitâ substantiâ panis & vini. Dixissent eo sensu τῆ συμβεβηκότος ἔσσης accidentia panis, ut perpetuò loquitur personatus ille Gennadius. Et accidentia illa panis χωρὶς τῆ ἔσσης ἔσσης, dixissent aliquando, ut ille apud Syrigum, hinc Simonium, sibi esse τὸ μῆκος ἔσσης, τὸ βάρος, τὸ πλάτος, τὸ χρώμα, τὴν ὄσμήν, ἢ τὴν ἐν τῇ γούσει ποιότητά, longitudinem panis, gravitatem, latitudinem, colorem, odorem, & qualitatem, quæ in gustu est, sub quibus nempe συγκαλυπτεῖται ἡ ἀληθινὴ ἔσση τῆ σώματος lateat vera substantia Corporis Christi. Sed frustra ea in Græcorum scriptis aut Liturgiis quæras. Imò verò τῆ εἶδη illis sunt, ut ex Græcis Patribus & ex Glosariis pridem adstruxit Claudius Salmasius sub nomine Simplicii Verini, ipsa τῆ σύμβολα σαμαλικά, ipsὶ τύποι, ἴπλε ἄξις ἢ οὐκ ἔστιν, quatenus ea εἰδομένη videntur, quatenus sunt signa ὁρατά, vel ὁραμήνα, signa αἰσθητά, & περιεμμένα, ut aqua in Baptismi Sacramento: sed ita, ut ex species, ea symbola, περιεμμένα ἐν ἑαυτοῖς τὸ σῶμα ἢ τὸ αἶμα ἔσσης, virtute Spiritus S. in ista illapsuri post specialem ejus Invocationem. Quomodo & Latinis, & Jurisconsultis, species pro substantia rei, hinc frumentum, argentum, merces aliqua, reddenda in eadem specie. Nec aliter Syris accepta vox ἕνω, v. gr. quando tradunt in Sacramento verè adesse Corpus & Sanguinem Christi, licet ἕνω externa specie, adspectu, non sit nisi ἕνω nuda substantia Panis & Vini.

VI. Mittimus alia quæ sunt certissimi facti. Ex gratiâ, horruisse Græcos in Concilio Florentino, etiam ad id invitatos, (si Nicænum Cardinalem cum suis excipias, & Johannem Palæologum subsidia flagitantem,) communicare cum Latinis in Sacris Missaticis, ex Historiâ Synodi. Vicissim Papa noluit Latinos suos interesse Sacris Liturgicis Græcorum, post factam in reliquis Unionem, antè exploratam rationem omnem Liturgiæ Orientalium. Undè etiam frustra consensum in Articulo de Eucharistiâ ur̄sit Roma in eadem Synodo; nullo inter Capita Unionis loco Artic. de Sacris Liturgicis. Ur̄ferat sanè Nicænus, affirmans quasi nomine Græcorum, se δοξάζειν πρὸς τελειώσεως τῆ ἁγίον δώρον, ὅπερ δοξάζει ἡ ἁγία Ῥωμαικὴ Ἐκκλησία, sed oratione subdolâ, quæ displicuit Græcis, ipsi Johanni Imperat. ut pluribus præfatus Auctor Historiæ Florentinæ, loco citato. Undè Marcus Ephesius, Doctissimus Græcorum cum Georgio Scholario, scriptâ Epistolâ, cujus meminit Allatius, damnaturus fuit Ritus & Sacrificia Rom. Ecclesiæ. Equidem extorta Confessio fuit Johanni Palæologo Seniori, Græcorum Imperatori, Urbano X. Pontifice, quam produxit è Vaticanâ Allatius: Ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ μυστηρίῳ ὁ ἄξις ἀληθῶς μεταβάλλεται εἰς σῶμα, ἢ ὁ οἶνος εἰς αἶμα ἔσσης Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρυσῶ. Sed præterquam quòd ambigua fuere ea verba, nec dixit τὸν ἄξιον μέλειςσιν ἄξις Panem transsubstantiari; planè hoc ipsum dog-

ma quod probare videbatur Palæologus, dixit proprium esse Romanæ Ecclesiæ, æquè ac Sacrificium ἔσσης. τὸ μυστήριον τῆ Εὐχαριστίας ἐξ ἄξις θυσιάζει ἡ Ῥωμαικὴ Ἐκκλησία, καθὼς καὶ διδάσκει, ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ μυστηρίῳ, &c. Sacramentum Eucharistia ex Azyto sacrificat Romana Ecclesia, tenens & docens quod in hoc Mysterio, & reliqua. Aded quidem ut quæcunque tentatæ aut factæ sint reductiones Græcorum, quas Romæ venditarunt, sub obedientiam Romanæ Sedis, nullæ licet veræ, aut duraturæ, nunquam isti discesserint à Sacris suis Liturgicis, aut Canonem Missæ Latinum admiserint. Et si quibus in locis celebraturi Græci supra Altare, in quo Latino ritu missificavit Sacrificulus, certa Tertium fides est, purgare illud in antecessum Græcos & expiare ablu-tione factâ, etiam hodiè. Quod indignata pridem Synodus Lateran. IV. sub Innocentio III. Cap. IV. Concil. de superbia Græcorum contra Latinos. Sic illa; Postquam Græcorum Ecclesia ab obedientiâ Sedis Apostolica se subtraxit (agnoscis idiotismum Galilæum, id est, Curia Papalis) in tantum Græci cœperunt abominari Latinos, quod inter alia, quæ in derogationem eorum impie committebant, si quando Sacerdotes Latini super eorum celebrassent Altaria, non prius ipsi sacrificare volebant in illis, quàm ea tanquam per hoc inquinata lavissent. Baptizatos etiam à Latinis, & ipsi Græci rebaptizare ausu temerario presumebant, & adhuc, sicut accepimus, quidam agere hoc non verentur.

VII. Eant nunc Simonius, Arnaldus, Nouëtus, & Scriptores in Galliâ nuperi, atque obtrudant Synodum aliquam Parthenianam Anni 1642. vel Bethleemiticam, vel Hierosolymitanam, ab hinc annis xx. Missionariorum inductu coactas! Vel producant Instrumenta aut Confessiones Græculis pretio aut minis extortas, in favorem μετεμπίσεως, quæle illud scriptum fuit cui subscripsit Constantinopolitanus Patriarcha, faciente omni nisi Legato Gallico Marchione de Noisel, post natam in Galliâ cum Claudio Ministro Controversiam! Rei teste inter alios omnium istarum molitionum oculato Vi-ro Reverendo Eruditissimoque, D. Doctore Covel, qui tunc Legato ad Portam Britannicam, Illustri Finchio, à Sacris domesticis fuit, & confirmante nuper in suo Itinerario Nob. Whelero Anglo. nihil indè conficiet aliud, quàm summam esse in Græciâ hodiernâ rerum Sacrarum ignorantiam, Simoniam fœdam, superstitionem deplorandam, instabilitatem multorum luctuosam; & dùm Conversionis Sacramentalis modum nescire se profitentur, facile fuisse extorquere nonnullis μεταβολῶν ἔσσης mutationem substantia; tacitis absurdis quæ indè sequantur & de quibus inter se Scholastici pridem digladiati. Et quo crassior ignorantia est scripturæ, Antiquitatis, hoc magis propendet Græculus, à Latinis Emisariis corruptus, vel sub Latinorum aut Venetorum agens dominatu, in sensum crassum & corporalem, ut largiatur baud difficilis, quod fecere nonnulli à Latinis interrogati, Christum adesse in Sacramento σαμαλικῶς. Sed de μετεμπίσεως hactenus, eane sit ex mente Orientalis Ecclesiæ, prout à Latinis traditur?

VIII. Jam Purgatorium Ignem, cum Appendicibus, proram & puppim Superstitionis Pontificiæ, tot Græcorum Scriptis impetum, à temporibus Photii & Cerularii, imò extinctum, quis vel paulatim ingenuus Orientalibus affingat? Nam quid non affingunt Leo Allatius & Missionarii recentiores? Ille certè ausus effari, in suis contra Hottingerum Romæ editis, verbu sententiisque in Purgatorio exponendo Græcos & Pontificios concordare. Et post eum Rich. Simonius, Notis ad Gabriëlem Severum, Græcos non quidem Purgatorii nomen admittere, sed rem tamen de quâ is est approbare. Certè de statu mortuorum remansit apud Orientales

Syrop. Sect. x. C. IX. Sect. x. C. XI. Sect. XI. C. VIII.

De Conf. L. III. C. III. col. 935.

Ibid L. II. C. XV. col. 146.

Lab. T. XI. P. I. col. 152.

Descript. Const. L. II. p. m. 158. 160.

P. 349. P. 260.

omnes, Græcos, Moschos, Cophtitas, Habessinos, & quotquot sunt non Latinizati, sententia primæ Antiquitatis, quod *sequestrenur* omnes ad diem Judicii, etiam Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Sancti, & ipsa Dei-Genitrix Maria, nondum compotes beneficio *Dei Vissonis*, nec *Cælo* beatorum recepti. Locum verò in quo Animæ requiescant absque sensu doloris, cum sensu verò Divinæ gratiæ, & cum æstuante desiderio resurrectionis, modò vocant locum *Refrigerii*, *Lucis*, modò *Regionem viventium* Ps. xxvii. 13. modò *Paradisum* sed terrestrem ex *Luc.* xxiii. 43. modò *manum Dei Eccl.* III. 1. modò *Sinum Abrahæ* *Luc.* xvi. 22. modò *quietem sub Altari Apoc.* vi. 9. Equidem non perindè omnes se hac in causâ expediunt Anatolici. Nec defunt etiam qui fingant *locum obscuriorem*, respectu eorum qui peccatis onusti, antè *Pœnitentiã* exactam, morte præventi fuere, nec *damnati* tamen, recreandi isti inter angores ac gemitus viventium precibus, eleëmofynis, & revocandi è *viâ ad interitum*, si qui eam *ingressi* fuerunt, ut de Moscovitis retulit Olearius. At Gennadius I. Patriarcha, in Confessione, exhibitâ Muhammedi A. 1454. duo tantùm agnovit loca, τὸ ἀβύσσου, in quem bonorum Animæ, & locum τὸ κολάσεως, in quem malorum illæ recipiantur, alto de Purgatorio silentio. Et à *Purgatorio Igne* Latinorum, quo ustulentur Animæ, certum abhorre pari consensione quicquid est verè *Ἀνατολικῶν*, nec in ejus fidem induci potuisse etiam quum sub Gregorio X. A. 1274. jugum Pape subirent. Uti abhorrent & à *Missis Papisicis*, iisque *solitariis*, *ιλαστικαῖς* vel *σαῦςfactoriis*, mitigandis Ignis illius pœnis; ab *Indulgentiis* Papalibus, quibus solvantur Animæ è Purgatorii vinculis; à *Thesauro* imaginario *Indulgentiarum*, ejusque *dispensatione* pro nutu Pontificis; à liberatione tali, quâ Animæ à *Purgatorio in Cælum* traducantur; & quæ id genus alia probat *doctrina* vel *praxis* Romanæ Ecclesiæ, quæ cum Purgatorio igne indivulso nexu cohærent. Metrophanes Hieronomachus in meo MS. ad Quæsitum xi. Περὶ καθαρῆς πυρός. Ἡ ἀνατολικὴ Ἐκκλησία ὑδαπότε παρεδέξατο τὸ καθαρῆρον πῦρ. Εὐχεται ἢ ὑπερ τὸ κοινημῆριον, ὅτι ἐπο τὸ τέλειον ἔλαβον. Πάντες ἢ μέγελ τὸ κοινῆς ἀναστάσεως δέονται τὸ τῷ Θεῷ χάριτ. *Orientalis Ecclesia nunquam admisit Ignem Purgatorium. Oras autem pro defunctis, quoniam nondum perfectionem sunt assecuti. Omnes autem usque ad Universalem Resurrectionem indigent Dei gratiâ.* Atque hic finis est *Præcium pro mortuis*, & *Oblationum*, *ἑχαριστικῶν* magis quàm *ιλαστικῶν*, ut adèò quietè agant in loco Pacis, ut præstet illis Gratia refrigerium in cã siti Resurrectionis, ut immunes sint ab insultibus Dæmonum. Et undè ad Græcos vel Orientales promanasset Latinorum de Purgatorio sententia? Quum in confesso sit, non modò ejus in *Græcorum* Patrum scriptis velligium nullum extare, sed præterea nescire quicquid Orientalium est, eas *Hypotheses* Romanæ Ecclesiæ, quæ Purgatorium illum Ignem accenderunt, ac quotidie tovent. Undè inter *Græcorum Hæreses*, Romanæ damnatas, ipsis Bullis Pontificum, qualis nuper fuit illa Pii IV. & scriptis Thomæ Aquinatis, Antonini, Guidonis, Prateoli, Alph. à Castro, Cauci Veneti, Baronii, Bellarmini, &c. est illa, *nullum esse Defunctorum Purgatorium.* Et ingenue Gabriël Sionita Libello de Relig. Orientalium nuper citato: *Purgatorium nullum existere pessimè crediderunt, indèque illis odium intestinum in summum Pontificem.* Vicissim inter *αἰτιώματα* Græcorum contra Latinos non infimum locum obtinet horum doctrina *περὶ καθαρῆς πυρός*, sexcentis scriptis, tam editis quàm præcipuè MSS. exagitanda, ne ipso inficiaturo Allatio. Unumque hoc fuit ex Capitulis v. Synodi Florentinæ, in quæ tantis animis in-

furrexisset quicquid Orientalium est, post Marcum Ephesium, Scholarium Heracleensem, Gemitium, Sgyropulum, in Synodo ipsâ reluctatos, evictum jam antè est. Nec opponat Allatius, vel *Pseudo-Gennadium* de quo fuscè nuper, scribentem pro Capitibus Synodi Florentinæ; vel *Gregorium* illum *Protosyncellum*, aliàs Mammantem, Pseudo-Patriarcham Constantinopolit. de quo sufficiat iudicium Rich. Simonii; *Gregorius hic, pro innasâ Græcorum ingenis inconstantiâ, Latinorum partes acerrimè propugnavit.* Vide & Paragraphum in superioribus xi. Quin adèò à Romano Purgatorio abhorruere Græci, ut quum superiore Seculo A. 1595. Russi Poloni, inductu Societatis, & operâ cumprimis Ant. Possævini, unirentur certis conditionibus Romanæ Ecclesiæ, hoc tantùm illis extorqueretur, de *Purgatorio se nullam moturos esse litem.*

IX. Nec leve discrimen est inter doctrinam Scholasticorum Romæ probatam, de *Perfectione* aut *Meritis Operum*, etiam ex *Condigno*, in Justificationis negotio, & doctrinam saniorum in Græciâ & Oriente. Quicquid enim sic quandoque sentiant, hominem *actu initiali* & inchoativo boni reddere se *ἀξιον dignum* ulteriori Gratia auxilio, quæ bonum in ipso *perficiat*; tamen procul sunt à doctrinâ Jesuiticâ & Tridentinâ. I. Multis fatentur indignitatem nostrorum Operum, tanquàm quæ sint *μη ἀπληροσμήα, ἀτελή, ἠμπερφέα, ὕλια, contractâ labe ἐν τῷ πνευματικῆς ἀμαρτίας*, ut videre est in Responso Jeremiæ Constantinopolit. ad Wirtembergenses. Hinc negant in Operibus nostris vel *confidendum* esse, vel *gloriandum*, citatis verbis Christi *Luc.* xvii. 10. sed in solâ Dei *Misericordiâ, & Gratiâ.* Prout uni *Gratiæ* idem Patriarcha accepta tulit omnia nostra *καλορθώματα.* Ac meminit Huldricus Tigurinus Inscriptionis Græcæ in Templo *Gregorii Martyris*, quod Græci in Venetorum urbe aliquot Secula tenuerunt, quæ *Justificationem* gratuitam *per fidem* Orthodoxè declarat. II. Nec inficiantur *Gratiam* Dei primam & excitantem in Conversione hominis, *ἢ τὸ, χάρις ἐστὶν θεοῦ δωρεῶν.* Quamvis nolint eâ everti *Libertatem*; sed effici in nobis bonum *ἐκ σοφίας, παραρηκῶς*, ut videre est in iisdem Actis cum Jeremiâ Patr. Adde declarationes recentissimas in Confessionibus Metrophanis, & Cyrilli, quas describere nihil hoc loco necesse est. III. Tandem quicquid illi de Bonorum Operum mercede, dignitate, vel cooperatione ad salutem, nolunt aliud, quàm non esse hanc expectandam solo intuitu divinæ Misericordiæ, Gratia, sed insuper Bona Opera requiri; & hæc ipsa consequi certè *μὴδὲν πολὺν ἐν τοῖς ἕσπεροις.* Sed, inquit Metrophanes ad Quæsitum *πρὸς τὴν φιλομίας τὴν ἔργων ἢ μεθορίας; Οὐκ ἀγοῦμεν ὅμως τὴν μὴδὲν τῶτον μὴ καὶ ὀφείλω δίδωδς, ἢ δὲν ἢ ὁ θεὸς ὀφείλη. Λέγεται ἢ μὴδὲς, ἢχ ὡς ἡμῶν ἀξιομῆριον τέτα, ἀπὸ ὡς ἢ θεὸς ἕτως ἐπαγγελιαμένον. Non ignoramus hanc mercedem non dari ex debito, Deus enim nemini quicquam debet. Dicitur autem mortuus, non quasi nos eâ digni simus, sed quod Deus eam sic promissit.* Mittimus quæ à Richardo Field, ab Edwino Sandis, & id genus aliis, qui de Statu Ecclesiæ Orientalis commentati sunt, ad hanc rem sunt observata. Quamquàm aliàs Jejunii, observantia Festorum, aut Monachatu, plus nimium tribuere Græcos, in iis etiam rigidiores Latinis, experientia comptobavit.

X. In doctrinâ de *Sacramentis* magna est à Latinis hodiernis Orientalium dissonantia. Equidem tradunt hi *ἐπὶ μυστήρια*, quæ vulgò redduntur *septem Sacramenta*, professò & Jeremiâ in Actis cum Wirtembergensibus, & Gabriële Severo Philadelphensi, in Libello à Gallis edito, & Metrophane Critopulo in Confessione. Hinc istorum allusiones, ac præcipuè Gabr. Severi, ad vii. Virtutes, ad vii. dona Spiritûs S. ad vii. lucernas, ad vii. ablu-

Artic. XII.

Ad p. 451.

A. G. Witt. p. 63. 68. 71. 72. 126. &c.

De Rel. Græc. p. 45.

In meo MS. ad Quæ. vi.

Field de Eccl. p. 22. 40. Sandis C. XLII. p. 402. &c.

Astor. p. 77. Gabr. de Sacram. C. v.

tiones Naamanis in Jordane, & id genus septenari-
 rios. En verò immane à Tridentinis discrimen! I.
 Ex iis septem Mysteriis, ut disertè Jeremias Patriar-
 cha, duo tantùm fatentur à Christo instituta, τὰ λοι-
 πὰ ἀποδοκίμαται τῷ Ἐκκλησίαν. Tùm laxissimus
 est Græcis usus vocis *μυστήριον*, pro *Sacro ritu*, vel
symbolo, quod utilitatem aliquam habet, vel my-
 sticam significationem, citrà tamen præscriptum
 Verbi Divini, aut alligatam iis Mysteriis gratiam.
 Ac quàm sit πολύχημος in usu Ecclesiæ Græcæ vox
μυστήριον, doceat ipse ille Gabriël Philadelph. Libro
ἐπὶ τῷ ἁγίῳ μυστήριον, edito à Simonio. Idem de
 voce *Sacramenti*, ex usu Latinorum Patrum, pridem
 est à Theologis observatum: acceptà nempe pro
 Sacro quocunque ritu, symbolo, figurâ, aut pro
 eo quod consecratum esset. Ità *Sacramenti* nomine
 venerunt; *Petrus* significans Ecclesiam; *lotio pedum*
per Christum facta; *sanguis & aqua* de latere Christi
 effusa; *Impositio* quævis manuum; *Matrimonium fi-*
delium, quod benedicitur; *Unctio infirmorum* olim
 miraculosa; *Eulogia* Catechumenorum; *Reliquia Pa-*
tris consecrati domum aportatæ; *Consecratio Mini-*
strorum Ecclesiæ. Undè tritum illud Augustini,
Epist. ad Marcellinum; *signa cum ad res divinas perti-*
nent, Sacramenta appellantur. II. Ità recentent Græ-
 ci in hoc ordine τὸ *Χερίσμα*, vel τὸ *ἅγιον μύρον*, aliàs
 τὸ *σφραγίδα*, quæ illis nonnisi appendix est ἢ *θεῖς*
βαπτισμῶν, baptismalis ceremoniæ, ex usu Eccle-
 siæ Veteris, seu Baptismi obsignatio, pars extrema
 & complementum, ut nos pluribus Dissertatione
 Heidelbergensi de *Impositione manuum*. Undè &
Minister illius idem qui Baptismi, ὁ *Πρεσβύτερος*, ὁ
Πάππας, actu continuo & tingens & ungens oleo,
 in σημῖον τῆς σφραγίδος τῆς δωρεῆς ἢ *Πνεύματος*, in ob-
 signationem domi Spiritus S. jam jam accepti per Lava-
 crum. Hinc idem Gabriël Severus, in Libello ci-
 tato, τὸ *Χερίσμα* μυστήριον unctio cum ritum fuisse
 à Christo institutum, v. gr. quando ipse unctus
 fuit oleo lactia statim à Baptismo; aut quando Di-
 scipuli oleo ungeri iussi infirmos; aut quando Domi-
 nus *Maretricus unguentum* non respuit. Imò τὸ *ἅγιον*
μύρον vel *μυρόν* ferè loco Baptismi esse Georgianis,
 Mengreliis, statim à nativitate Infantum, multis
 refert Chardinus Eques, in descriptione harum Gen-
 tium. Quare ut Chrismationis ritus *Sacramentum*
 dicit & *Confirmationis* quidem, à *Baptismali* obsigna-
 tione distinctum & à solo *Episcopo* administrandum,
 hac & illa materia, forma, ut *Sacramentum* etiam à
 Domino imperatum, Christianis omnibus, imprimens-
 que *Characterem indelebilem*, &c. nescit istud totus
 Oriens. Certè nec Græcos genuinos illud nosse, ne-
 que Syros, nec Coptitas, nec Habessinios, nec Ar-
 menos, nec Chaldæos Nestorianos, sed nec Ruthe-
 nos, Georgianos, &c. una vox est cordationum
 Testium. Imò verò tantùm abest, ut probent vel
 administrent Anatolici; ut contra Latinos accusent
 hoc nomine iterati Baptismi, quod *δὲ βαπτισμῶν*. Ac
 præter Guidonem, Prateolum, Thomam à Jesu,
 vetustiores alios, qui inter *Hæreses* Græcorum re-
 tulerunt, falsus est Caucas. Venetus ad Gregorium
 XIII. *ex septem Ecclesiæ Sacramentis Græcos nec Confir-*
mationem recipere, nec Extremam Unctionem. Idem
 confirmat Simonius in *Hist. Criticâ*, vindicato Cau-
 co Archiepiscopo Corcyrensi contra invectivam Al-
 latii, tanquam qui longo tempore explorasset quid com-
 mune Græcis cum Romanâ Ecclesiâ, quid illis singulare &
 ab eâ diversum. Idem Lucas Holstenius, *Dissert.*
Romanâ de Sacramento Confirmationis apud Græcos,
 quod tamen *Sacramentum* illis esse vellet, sed simul
 cum Baptismo administratum. Nempè abusu vocis
Sacramenti, pro Ritu Symbolico in administrando
 S. Baptismo; quales fuere, sed ex institutione Ec-
 clesiæ, præter hoc *χερίσμα unctio baptismalem*,
 etiam τὸ *φῶτα cerei*, ἐμφυσῆσις insufflatio, ἐξορκισμῶς

exsufflatio, ἐπιθεσις χειρῶν manuum impositio, confi-
 gnatio, osculatio, gustatio lactis & mellis, vestis
 candida, &c. & qui Ritus alii secundo jam Seculo
 exeunte, cum primis tertio, quarto, quinto, usur-
 pati. Adde qui descriplere Ritus Æthiopum, Geor-
 gianorum, Armenorum, Moschorum, Orienta-
 lium id genus. Ità de Chaldæis & Nestorianis Ale-
 xius de Menezes, in Synodo Malabaricâ, de quâ
 supra: *Quoniam hætenus nullus usus fuit, imò ne noti-*
tia quidem S. Sacramenti Confirmationis, inter Christianos
hærese qui sub Prelatis Hæreticis, &c. III. Idem de *Ex-*
tremâ Unctione confirmant universi, planeque aliud
 esse Græcis τὸ *ἄχελαιον*, *sacrum oleum*, vel *oleum*
cum oratione, in solum sanationis spiritualis ἢ
μετάνοιαν penitentium, id est, remissionis peccato-
 rum; aut etiam in spem sanationis corporalis *agro-*
rum, extra mortis discrimen, adhibitâ oratione,
 quæ erigat τὸ *κρίνον*. Hæc illi, juxtâ promissio-
 nem Jacobæam, quum vigerent *χαρίσματα ἰαμάτων* Jac. v.
 Apostolicâ ætate, instituto diversissimo ab illo Ro-
 manæ Ecclesiæ. Ità non solis *ægris* administrari in
 Orientali Ecclesiâ τὸ *ἄχελαιον*, minùs differri ad
 extremum vitæ, nec Latinâ præcisè materiâ & for-
 mâ constare, in confessio est. Undè Joh. Launoius
 Parisinus Theologus Libro hoc de Sacramento: *Fuisse*
se Traditionem Latina potius quàm Græca Ecclesia, to-
tis annis septingentis, tenim post Gregorij I. temp-
ora accepturam hanc formam. Ità Alexius Mene-
 zes, de quo supra, postquàm descripsisset *Extrema*
Unctionis subjectum recipiens, materiâ, formâ,
 finem, effectum, ex mente Synodi Tridentinæ, sub-
 jungit; *Quandoquidem in hac Diocesi hucusque nullus fuit*
usus Sacramenti Extremæ Unctionis, nulla cognitio Institu-
tionis illius, Effectorum, Efficacia, &c. Nec alia Ori-
 entalium cætorum ratio est. IV. Undè etiam patet, quo
 sensu Græci τὸ *ἱεροῦν* vel *χειροτονία*, *Sacerdo-*
tium, Ordines sacros, vocaverint *μυστήριον*, à Consecrati-
 onis in Oriente ritu. In quo tamen nulla traditio *Pa-*
tens cum pane, & Calicis cum vino, nulla collata po-
 testas *sacrificandi*, seu *conficiendi* immolandique Cor-
 pus Christi, nulla sacrificii *Missæ* mentio; in his
 licet Latini essentiam *Sacerdotii* constituent. Con-
 fertur modò apud Græcos potestas *Clavium*, & *S.*
Ministerii, cum *Impositione manuum*, & *Oratio-*
ne, ex usu primitivæ Ecclesiæ, vel describente eo-
 dem Gabriële. *Characterem indelebilem*, imprimi eo
 ritu, cum Ordine Sacerdotii, nescit Oriens. Adde
 duos tantùm propriè *Ordines* Græcis notos esse, *Sub-*
diaconatu Ordinem nullum distinctum constituyente,
 ut ex Cauco Veneto monet quoque Simonius. Ad *Hist.*
 Morinum ipsum in *Opere de Ordinationibus Sacris*
Parte III. Imò Orientalium plerique duos tantùm
 Ordines norunt, *Sacerdotium & Diaconatum*, idque
 inter Hæreses Nestorianæ familiæ, ex *Libro Sacro-*
rum Ordinum, Syris usurpato, retulit Menesius, in
 Actis prætæ Synodi. Quin Gabriël Severus, a-
 gens de numero ἢ *μυστήριον* septenario, refert ut u-
 num ex *septem*, τὸ *ἄχελαιον* τὸ *ἱεροῦν*, solum *Ordinem*
Sacerdotii, respectu habito ad *μυστήριον* seu symbo-
 lum *χειροτονίας & χειρέως*, fatente in Notis Simo-
 nio. Ut enim *ἱεροῦν* Ordines quoscunque notet, P. 39.
 absurdum est urfisse. Adde requisitum in conse-
 crandis Sacerdotibus *matrimonium*, antè Ordinati-
 onem, ut sit illis conjux *una*, & *virgo*, priusquàm
Sacerdotes fiant, constanti Orientalium omnium pra-
 xi, vel ex Novellis Justiniani, & Canonibus in
 Trullo sancitis, *tertio & sexto*. Præcepti autem
 Conjugii necessitatem, in remedium incontinentiæ
 Clericalis, derivant ex Paulo 1 *Tim. III. 2.* & ex
 Canonibus Apostolicis. Confer hæc jam cum praxi
 Latinorum, & Canonibus Tridentinis de Ordinis
 Sacramento! V. τὸ *μετάνοιαν* sanè ex Vetere Dis-
 ciplinâ, & Canonibus Pœnitentialibus, referunt
 Græci inter Ecclesiæ Sacra *μυστήρια*. Istud autem
 M m 2 ipse

C. XI. & seq.

Epist. v. vel cxxx. viii.

C. VII. I.

De Græcor. Re- cent. Hæ. H. III. De Moni Hist. Crit. P. 12.

Romæ 1666.

C. de Sa- cram. Confirm. Decr. 1. p. m. 213.

Jac. v. 14. 15.

C. 11.

C. de Sa- cram. Extr. Unct. Decr. 1. p. m. 285.

Hist. Crit. p. 8.

A. A. I. Decr. XIV. p. m. 161.

Ad C. vii. P. 39.

ipse Gabriël Severus Philadelphensis, objectus hac in causâ à Rich. Simonio, definit, cum verâ *ἁποστολικῆς conversione* ad Deum, tum *ἑξομολογήσει* secundum Canones, quæ metonymicè dicta *μελάνοια*, hinc *μελανοζύτες*, quatenus illa veræ Pœnitentiæ signum externum fuit & adminiculum. Nulli Græci, Orientales nulli, concipiunt hoc Sacramentum sensu Tridentino, quod includat ut partes essentielles, jure Divino, *Confessionem Auricularem* peccatorum omnium, *Absolutionem Judicialem* Sacerdotis, ac *Satisfactionem* tandem *Pœnalem* injunctam, pro hujus judicio aut arbitrio. Non id sanè conficiant vel ex præfato Gabriële, vel ex *Responsis* Jeremiæ Patriarchæ Constantinopolit. in descriptione τῆς *ἑξομολογήσεως*, quam nec *Satisfactio* operis ingreditur, nec Sacerdotalis *Absolutio*. Et hanc quod attinet, visum supra ex Critopulo, qui postea evasit Alexandrinus Patriarcha, γελῶν ἢ videri Orientali Ecclesiæ, ut dicat Sacrificulus, ἐγὼ συγχωρῶ σοι πάντα τὰ ἀμαρτήματα, ἐγὼ σοι ἀφίημι, ego absolvo te ab omnibus peccatis, in nomine &c. Omnem sane Absolutionem, à factâ Confessione, statuunt Græci non nisi *deprecativam* esse, quâ *Sacerdos veniam à Deo exorat* Pœnitenti. Docent preces à Sacerdote conceptæ in Euchologio, & fatetur Morinus in Opere de Pœnitentiâ. *Satisfactionem* autem propriè nullam Græci censent præter *Canonicam*, ex more Veterum, secundum Pœnitentiæ Canones, quod pluribus idem Morinus agnovit, & cum eo quotquot sunt ingenii. Crassiores quanquam Moscovitæ, antè Absolutionem, imponant *opera* quædam *Pœnitentialem*, apud Olearium & alios. *Confessionem* verò Sacerdotalem sanè admittunt Græci, faciendam (ut olim) Presbytero Pœnitentiario; nixi exemplis eorum qui accedebant ad Johannem *ἑξομολογήματα τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν*, etiam qui ad Apostolos, tum præcepto Jacobo de *confessione* offerarum *πισυά*. Ast, quicquid stomachetur Allatius, in suis contra Clariss. Hottingerum, Romæ editis, vix simile quicquam est illi Confessione cum Innocentianâ. Nec enim vel *Auricularem* eam Confessionem vocant, seu *ὠτακυσίον*, vel pari rigore præscribunt quo in Romanâ Ecclesiâ. Hinc Caucus Venetus, Historiâ de Græcorum Recentiorum Hæresibus, citatus etiam Simonio, discrimen triplex observat 1. Quod Confessionem Sacerdotalem Græci non censeant *præcepti* vel *juris Divini*, sed *positivi* tantum & *Ecclesiastici* juris. 2. Quod *Laicorum* Confessiones sentiant esse *arbitrarias*, nulla earum *necessitate* ad consequendam à Deo remissionem peccatorum. Undè nec *cogunt* Laicos *quosdam* *confiteri*, nec ob neglectam Confessionem *eisdem* *excommunicant*. Quanquam rigidiores sint hac parte *Moscovitæ* Sacerdotes ex Oleario, & aliis, quibus Confessio hæc in quæstum cedit. 3. Quod nec *juris Divini* sit, aut *necessaria* observantiæ, enumeratio *omnium* *peccatorum*, puta si quæ reticere jubet verècundia, aut si quæ exciderint ex labili memoriâ: sed nec enumeratio *omnium* *circumstantiarum*, v. gr. *loci* ubi, *persona* cum quâ, aut *modi* quo peccatum. Quod ex Actis Jeremiæ Patr. ex Confessione Critopuli Artic. x. ex documentis id genus, ne dicam Arcudium, Morinum, Ecchellensem, Simonium, &c. confirmare proclive foret. Sic fatetur Arcudius, Græcorum *Sacerdotes* rarè aut nunquam sua peccata apud alios *confiteri*. Præterea nec defunt *Loca* varia in Oriente, etiam Sectæ, in quibus hujus *ἑξομολογήσεως* vix vestigium adparet. Vix certè observari inter *Georgianos* seu *Iberes* vel *Albanos*, inter *Mengrelios* seu *Colchos*, etiam in agone mortis constitutos, Christianam aliàs fidem professos, confirmavit Chardinus, testis oculatus in Itinerario novissimo. Simonius, *Georgianos* *quædam* *verbis* *confiteri*, ac primò quum *Conjuges* fiunt, dein in *mortis* discrimine. Sic magnum hujus Confessionis neglectum inter *Moscovitas*, quoad delicta graviora, ob-

Astor. Wirtemb. p. 79. &c.

In meo MS. C. III. c. 7. συγχωρησ.

Morin. L. VIII. C. XII.

Matth. III. 6. A. Bor. XIX. 18. Jac. v. 16. P. 356. &c.

Hist. Crit. p. 8. 15.

Itin. Parte I. p. m. 120. 130. Hist. Crit. C. VIII.

servant Relationes nuperæ. De *Jacobitis* in universum Abrah. Ecchellenis, Libello de Moribus Oriental. *Ad hæc Confessionem nullam admittunt, & alii Deo Soli, qui cordium scrutator est, confitendum a-* C. XIV. *jum.* De *Habessinis* Amplif. Ludolphus, nescire Confessionem aliam faciendam Sacerdoti antè S. Communionem, nisi *generalem*, aut *trium* in specie delictorum, *Homicidii, Adulterii, Furti*, quod ex Nic. Godigno & aliis confirmat. De *Coptis* Ægyptiis Vanflebius Dominicanus, *Confessionem Sacramentalem* apud eos esse *raram*; & Scriptores illorum quosdam *non censere eam esse necessariam*. Pariter nullum omninò ejus *Confessionis usum* esse apud *Chaldeos*, reliquosque *Nestorianos*, testantur Acta superiora ejus Synodi, cui præfedit Alexius Menezes, ex Lusitano sermone in Anglicum versa. Imò ait Alexius, *Schismaticos* illos, & *Hæreticos* esse *hujus Sacramenti speciatim hostes*. Nec necesse est Orientem totum pervagari. Undè liquet, ritum Confessionis Sacerdotalis, *ἡδὲ τῷ πνδμιατικῷ*, irrepsisse in Græcorum Ecclesias, postquam Sectæ istæ Orientalium sua jam sibi habuissent Sacra, ut habuere à Seculo v. Nec profectò hujusmodi secretam Confessionem acceperant à *Basilio*; vel *Nysseno*, vel *Nestario* Constantinopolitano, vel *Job. Chrysostomo*, qui præter *ἑξομολογήσειν* publicam, noluerunt aliam quam quæ *Deo* fieret, Confessione *privatâ* coram *πρεσβυτέρῳ ἡπίμολανοίῳ* ab istis abrogatâ, ut notum. VI. Itâ, quicquid tandem Anatolici τῶν *νόμιμον γάμον* *legitimum matrimonium* retulerint inter sacra *μυστήρια*, fecere sensu Paulino Eph. v 31. 32. & ob *χειροθεσίαν* adhibitam, & *ἄχλω διὰ τῆς ἱερείας* in benedictione Sacerdotali. Alias pro *Sacramento* strictè dicto non haberi ab Orientalibus; certum, & hoc nomine indignatus Menezes in Nestorianos, *quod Matrimonium non sit illis Sacramentum*. Multiplex etiam à Latinis discrimen est. Primò enim semel contractum *matrimonium dissolvi* posse quoad *vinculum*, censet totus Oriens: Secundò, consistere illud cum Sacerdoti vel Presbyteratu: Tandem imprimere quocumque *σφραγίδα χαρακῆρα*, ut discretè Gabriël Severus, Libello de Matrimonio, licet *iteretur*, & iterari possit; præterquam in Presbyteris quos *διγάμους* non ferunt. Adde jam tempore Concilii *Nec-Cæsariensis*, *Canone* III. hinc *Basilii M. Nazianzeni*, &c. pœnas statutas in Orientali Ecclesiâ adversus *Laicos* *τριγάμους*, *quartus* autem *purcius* ne in hunc diem à Græcis tolerari. In quibus ut concordet Græci omnes, & Rutheni, Syri, Armeni, Habesseni, &c. sic hoc ipso à Latinis *Hæresis* postulari agnoscit, ex Cauco Veneto, Rich. Simonio quem vide, & in *Notis* ad Gabriëlem *ἡδὲ τῶν ἁγίων Μυστηρίων*. Nec testibus opus est in re clarissimâ, v. gr. Guidone, Prateolo, Hæresiologis id genus Romanis.

XI. Cave etiam credas omnimodam, qualem jactavit Petrus Arcudius, *Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ Concordiam*, seu in Doctrinâ, seu in Praxi *Baptismali*, vel *Eucharistica*. Ac τὸ *θεῖον βάπτισμα* quod attinet, quum Anno MD. Frater Franciscus Ordinis Prædicatorum, Missionarius Romanæ Ecclesiæ, inter *Συμπεράσματα Θεολογικῶν Conclusiones Theologicas*, proposuisset hanc inter alias, *Ἐν βάπτισμα φεγγυῶν ἢ Γεγινῶν, Baptisma Francorum (Latinorum) & Græcorum est unum & idem*, causam Græcorum suscepit in Oriente, scriptâ Apologiâ *Manuel Peloponnesius*, Magni Rhetor Constantinopolit. Ecclesiæ, laudatus *Manueli Malaxo* in Hist. Ecclesiasticâ apud *Crusium*. Exat Apologia hæc MS. in Leyden- si Bibliothecâ, ex quâ eandem *Variis Sacris* inseruit *Clariss. le Moyne*; meminiquè ejus *Manuelis Leo* Allatius, sed adspargendi atræ loliginis succo, tantquam *auctoris inscis & imprudentis*, qui Græcis habitus est *σοφώτατος ἢ Θεολογικώτατος*. Igitur reprobatis *συμπεράσματι* Latini Monachi, quæ dicit *βλάσφημια* & ἀνήφερόμενα τῆ αὐτοαληθείᾳ, negat ἐν γίνεσθαι unum

Hist. Eccl. L. III. C. VI. Hist. Eccl. Alex. C. IX.

Actione VI. Decr. I. p. m. 265.

Acta Syn. Malab. Ad. III. p. m. 160.

Hist. Crit. p. 7.

T. I. p. 269. & 289.

Allat. de L. III. C. VII. col. 983. Turco-Gr. L. II. p. 146.

unum esse vel τὸν αὐτὸν, Baptismum Græcorum & Latinorum. Primum discrimen statuit ἐν τῷ κατὰ δόξιν in tribus immersionibus κατὰ τὸν Ἀποστολικὸν καὶ παλαιὸν ἑρμηνεύον secundum traditionem ab Apostolis & Patribus morem. Idem quoque scripsit Jeremias Patriarcha, in memoratis Actis cum Suevis, damnans Latinorum μὴν κατὰ δόξιν tantum immersionem: ac pridem antè Jeremiam, & Manuëlem Rhetorem, Auctores αἰλουμαίων contra Latinos, ut videre est apud Cotelierum in Græc. Monumentis. Ac trinam tandem cum immersionem, tum emersionem, esse de integritate hujus Sacramenti, censet totus Oriens. Alterum discrimen est in formâ Baptismali, quam præscribunt Euchologia Græcorum, omnesque Orientalium Formulæ. Nolunt enim ἀλαζόνως ἢ ὑπερηφάνως, sic Manuël Rhetor, superbi & arrogantè dici, Ego baptizo te, &c. sed in modum διχῆς, more Veterum, βαπτίζω ὁ θεὸς τὴν θεῶν, baptizatur, (alii βαπτίζω βαπτίζω) serous Dei, &c. Quam formam ut Græci & Anatolici essentialem censent; sic ex aduerso ut erroneam traduxere Latini, ejusque usum interdixerat Chaldæis & Orientalibus Alex. Menezes, sub prætextu Excommunicationis ipso facto. Accedant dissensiones aliæ. Ex. gr. Dilatio Baptismi in menses, in annos, familiaris in Oriente, apud Græcos, Georgianos, Chaldæos, Syros, alioque; ex praxi quæ jam tempore Basilii, Nazianzeni, Cyrilli Hierosol. &c. Quod ipsum indignatum est Caucus Venetus idemque Archiepiscopus, ad Gregorium XIII. monente & Simonio: Differunt Baptismum infantum usque in tertium, quartum, quintum, sextum, decimum, &c. annis. Alexius Menezes: Quoniam Infantes multorum negliguntur sæpè in menses, in annos, priusquam baptizentur. Sic foedum Baptismi neglectum apud Mengrelios & Iberes Christianos, aut conversionem illius in τὸ μέγαν, pluribus nuper Chardinus observavit, & ipse Auctor Hist. Criticæ. Decretum etiam toto pridem Oriente, ut omnes νεοφώτοι, seu sacro lavacro modò abluti, etiam Infantes nati, aut bimuli, ad S. Synaxim admittantur, pane vino intrito vel intincto, & in cochleari exhibito, undè fugant, quæ plena sanctioribus jam seculis communio credita est, imprimis in Oriente. Idque fieri autumant ex necessitate præcepti, Nisi comederitis carnem filii hominis, &c. Undè & Latinos, negantes eam S. Communionem Infantibus, statim à Baptismo, Hæreses postulant, teste Caucico Veneto. Tandem adèd abhorrent Anatolici à Baptismo Latinorum, & abhorruerunt jam tempore Synodi Lateranensis sub Innocentio III. ut cum rebaptizarent olim, tum rebaptizent, hodieque Latinos omnes, quotquot se Græcis adjungunt. Idque ut principio suæ narrationis monuit Gregorium Pontificem Caucus, observante quoque Simonio, ita indignatus jam olim Innocentius fuit, quod baptizatos à Latinis Græci rebaptizare ausu temerario præsumerent. Idem contendunt hodieque Moscovitæ ex Græcâ disciplinâ, Latinorum sacra execrati. Adèd quidem ut Unii cum Romanâ Ecclesiâ Rutheni superiore Seculo stipularentur inter alia, ut sine ullâ castigatione formam Baptismi avitam retinere sibi fas esset, ex Historiâ Slavonicâ, & citatis ibi de hac Unione Scriptoribus. Mittimus discrepantiam in Ritibus aliis, seu Baptismo præviis seu subsequenter, servatis passim in Oriente ex vetere Disciplinâ, diversimodè quanquam, pro ratione Gentium: prout de Baptismo Ruthenorum, Mengreliorum, Armenorum, Habessinorum, Coptorum, &c. varia varii retulerunt. Nec puduit tamen Arcudium, non Allatium, non vilissima id genus Romanæ Curie mancipia, Baptismum utrumque Anatolicum & Pontificium conferre ut eundem, idque ex Orientalium consensione.

Astor. Wirt. p. 63.

T. III. p. 49.

Acta Syn. in Diamp. de Sac. Bapt. Decr. I. p. m. 189. Hist. Crit. p. 5. In Actis citat. de Bapt. Decr. v. p. m. 192. Itiner. p. I. Hist. Crit. C. VI.

Joh. VI. 53.

Loco cit.

L. IV. C. II.

XII. Major vero discrepantia est in Sacris Liturgicis five Eucharisticis. Utque rem omnem in pauca contrahamus, post superiorem de non admittâ Græcis Transubstantiatione Disquisitionem, καυολογίας varias Romanæ Ecclesiæ, hac parte Christiani Sacri, accusarunt pridem Anatolici. I. Primum est, quod Latini sacrum illud peragant Linguâ quæ vulgo seu plebi ignota est, non iis promiscuè Linguis quæ sunt ἢ πνευματικῶν ἑθνῶν, ut loquitur Auctor Criminationum adversus Latinam Ecclesiam, sub initia Sec. XIII. Uti sanè suis patriisque Linguis utuntur Græci, etiam sub Papali dominatu, Slavi, Russi, Syri, Chaldæi, Coptitæ, Æthiopes, Armeni, & si quæ Gentes aliæ Christiano ritu hodieque λαμβάνουσι. Quâ omninò lege constat ex Historiâ Ecclesiar. Slavonicarum, ex Aventino in Annalibus, ex Aeneâ Sylvio in Historiâ Bohemorum, & aliis, Slavonicam Gentem per Illyrici Provincias dispersam admittisse Christiana Sacra, tempore Nicolai I. Papæ Romani, & Johannis vulgò VIII. II. Alterum accusationis caput est, quod Latini Sacramentum Eucharistiæ altero Symbolo, Calice videlicet, mutarint. In quo summa Græcorum & Orientalium omnium consensio est, modò non ἀδιδωφρόνων, ministrantium scilicet ἐν αἰμφώβῳ ἢ εἰδῶν sub utraq; specie, Panis & Vini. Ex hoc Simonius ipse dicit, esse notorietatis publica, universamque Orientalem Ecclesiam hunc usum servare. Quo nomine Jeremias Patriarcha, in Responso suo, laudavit Suevos, quòd mandato Christi obedirent, quorum & Præfationem hac de re vide, ut testes alios præteream. Quod adèd verum est, ut etiam Græci Latinizati, quales Rutheni sub Polonorum dominatu, de quibus modò, & qui Romæ agunt in Græcorum Seminario, communionem recipiant sub utraq; Græco ritu, in Festis præcipuè solennibus, qualia sunt Paschatis, Pentecostis, & Nativitatis. Etiam constante hac Orientalium hypothesi, sub elemento Panis solum Corpus Christi esse, & sub elemento Vini solum Sanguinem sine Corpore. Quamvis misceant illi utrumque Symbolum, Pane Vini intincto, ut aptius (sic illi) Corpus Christi cum suo sanguine repræsentent, quum tamen Corpus ut crucifixum, Sanguis ut effusus, figurentur. Et illam quidem hypothese in Missali Chaldæorum, ut adversam Concomitantiam, & Transubstantiationi, memoratus sæpè Menezes, in convocata à se Synodo, vocabat impiam Hæresin Nestorii & sequacium. Quemadmodum & istud carpsit in Orientalibus idem illè Lusitanus, quòd Symbola Panis Sancti & Calicis, jam antè Consecrationem, vocentur in eorum Liturgicis Corpus Christi, & Sanguis preciosus, ratione usûs symbolici ad quem proximè destinantur, undè Missalia eorum purgari & reformari volunt, ac substitui nomina Panis & Calicis. III. Tertium dissensionis caput est, quod Missæ solitariæ, sive privatas, nullas omninò Græci celebrant; nec in Latinis Sacerdotibus probant. Refert inter αἰλουμαία ἢ ἀδιδωφῶν ἑκκλησίας Auctor editus à Joh. Bapt. Cotelierio, in Monumentis Græcæ Ecclesiæ. Carpunt quod ἰσθὲι μόνῳ αὐτὸς ὁ προσφέρων, quod αὐτὸς μόνῳ ἢ προνομισθὲν μετὰ λαμβάνει, quod solum manducas is qui offert, solum panem consecratum assumis. Quod urgem, Institutioni Christi, & fini hujus Sacramenti, planè adversari. Ut nihil dicam de Missis pro defunctis, laborantibus in Purgatorio, de quo prolixè suprâ. IV. Quartum dissensionis argumentum est, forma Consecrationis Latinæ, per δεσποικὴ ῥήματα, ut Græci vocant, seu quinque verba demurmurata, quibus efficiatur Corpus Christi, abolitâ substantiâ panis. Quod reprobare quicquid Græcorum est & Orientalium, monitum jam suprâ est, vim Consecrationis seu τελειώσεως κατὰ τὸν ἑρμηνεύον acceptam à Basilio, Chrysostome, constituentium

Cotel. T. III. p. 496.

Hist. Ecc. Slav. L. I. C. I. Avent. Annal. L. IV. Aeneas Sylv. Hist. Boh. C. XIII. Hist. Crit. p. 14. Acta Wirt. in Præf. fol. IV.

Acta Syn. Malab. de Sacrif. Missæ Decr. III. p. m. 246. Decr. I. p. 232. 237.

T. III. p. 496.

Secl. x. C. VII. Resp. ad Osmptis. X.

Hist. Eccl. Alex. P. III. C. VII. Comm. ad Hist. Eccl. Æth. L. III. C. IV. Acta Syn. Mal. Ed. Anglic. p. m. 232 Bessar. in Bibl. Patr. T. VI. col. 467. Arcud. L. III. C. XXV. & seqq. Vide Sirm. Dissert. de Azy- mo.

Itiner. P. II. p. m. 364.

O'mol. A'nal. Eccl. C. IX.

tium ἐν ταῖς δ'χαῖς, εὐλογίαις, ὕμνοις, & invocatione ἁγίων πνεύματι mittendi in Sacra Symbola. Quæ adhuc *Panem* vocant & *Calicem*, post factam jam προσφορῶν, & post enunciata ea verba quæ Latinis habent vim *conficiendi Corpus Christi*. Aliquanto post petunt, in præfatis Liturgiis, ποιῆσον τὸν ἄρτον τῆτον τίμιον σῶμα ἡ χεῖρ, &c. Et hoc inter alta mansuræ dissensionis, in Synodo Florentinâ, fomitem fuisse constat, in quo nihil remiserunt Græci, ne ipse quidem Johannes Palæologus, ex Historiâ Sgyptopoli. Exceptis fortè jam Λαϊνοφροσι, Nicæno Card. Isidoro Rutheno, cum suis, quorum in hac causâ consensum refert Editio Synodi Florent. Romana, tacito reliquorum dissensu, & aversatione à Missâ Latinorum. Et inter reprobata *Conclusiones* Fratris Francisci Prædicatoris, retulit hanc formam consecrandi Latinorum, quâ censent pauca verba τέλειον σῶμα ποιῆν, Manuël Peloponnesius, supra laudatus. Idem de Coptis Vanslebius Monachus, de Nestorianis Menezes, de Orientalibus reliquis universi tradiderunt. Ut frustra hinc tenebras offundere, & Græcoscum Latinis conciliare annexi sint, Bessarion Purpuratus Libello, *Quibus verbis Corpus Christi conficiatur*, & Petrus Arcudius in *Concordiâ* suâ quam dixit, ut mittam posteriores, Allatum, Goarem, transfugas id genus Græculos. V. Quintum discordiæ Eucharisticæ caput constituunt *Αζυμα* Latinorum, Lege primùm sancita, indè à temporibus Leonis IX. indignato cum suis Michaële Constantinopolit. Et hæc (solis fortè Armenis exceptis, qui tamen *αζυμι* uli *panis in modum*, in frustra divisi, & *vino* intincti, aut exceptis Græculis quos Roma in suos Ritus, ut factum Florentiæ est, metu aut pretio induxit) execrantur magnâ consensio- ne Græci sub quatuor Patriarchis, tum & Georgiani, Rutheni, Syri, Cophtitæ, Æthiopes, Chaldei, Indi, cujuscunque familiæ sint & Sectæ, professi modò Christianum nomen. Habentque inter præcipuas αἰρέσεις & καινοτομίας Romanæ Ecclesiæ istud ἄβολοιῶν ἀζύμου φέρεμα, quo violari consuetudinem Ecclesiæ totius, Judaïsmum revocari, profanari Mensam Sacram, usum Eucharisticæ irritum reddi, ejusque Institutionem, sublato per Latinos non *Calico* tantùm, sed & vero *Pane*, uno ore ebucinat omnis Oriens. Sexcenta sunt hac super re scripta Græcorum, ac Synodorum in Oriente decreta, nullo inficiato Allatio. Quin hoc potissimùm nomine communicare cum Latinis detrectant, aut Sacrum peragere supra Altare *Αζυμο* pollutum, nec antè *ablutum* vel expiatum, jam tempore Innocentii III. ex Canone Lateranensi. Quomodò etiam nuper nullis precibus impetrare poterat Legatus Christianiss. Regis, ut in Ecclesiâ Græcorum vel semel Latino ritu Missificaretur, referente Wheelero. Atque exemplo sunt reprobata vehementer hæc Græcis *Αζυμα* (æquè ac Canon Latinorum, Communio sub Unicâ, Festum Corporis Christi, additamentum ad Symbolum, Sabbathi Jejunium, Purgatorius ignis, Processiones ambarvales, Hierarchia Papalis, Clericorum Cælibatus, & quæ alia invisa sunt toti Orienti) nihil horum admisisse Anatomicos quæ Roma sanxit, post dissensionem utriusque Ecclesiæ, à temporibus præcipuè Photii, Sifinnii, Sergii, Cerularii. Undè occasione Azymi Metrophanes Critopolus in Confessione Orientalis Ecclesiæ, πᾶν ὅπερ ὑπὸ Λαϊκῶν εὐρέθη, ἀπὸ βλήθρον ἐστὶ, *Quicquid ab Hæreticis (Latinis) inventum vel statutum est, à nobis reprobatum*. Quanquam in eo sit error Græcorum, Christum in Cœnâ Paschali dedisse panem ἐν ζυμον, XIII. Lunâ celebrantem. VI. Sextum Eucharisticæ dissensionis caput est *latria* cultus quem Latini præstant, seu *in usu Sacramenti Hostiæ* modò consecratæ, seu *extrâ* ulum *Hostiæ* asservatæ, aut

circumgestatæ. Προσπύνησιν sanè adhibere Græcos, dùm ad Mensam vel τῶν ἁγίων προσέθειν deferuntur τὰ ἅγια δῶρα, inter Hymnos Precesque τῇ τελευτῶσῃ prævias, undè ἀπολαλαρείας suspicio Arcudiana, monitum supra fuit. A consecratione autem, *Panis* & *Vini* (quæ adhuc vocant) *adorationem* aut *geniculationem* nesciunt, nec in Sacrà Communione, nec extrâ illam. Si quæ *inclinatio*, omnis illa ad Deum, qui ἀγίαση vel τελευτῶση τὸ προσφέρων, τὰ δῶρα. Et falsus Caucus Venetus, falsi omnes ingenui, ac fuse nuper quum de ignoratâ Græcis *Transsubstantiatione* ageremus. VII. Denique, ut contrahamus in pauca, pro innovatione Latinorum habet omnis Oriens, ex. gr. *Canonem Missæ* Papisticum, ad quem reformari *Orientalium* Liturgias, Missalia, omni nisu contendit à tot Seculis Roma, sed conatu vano, etiam ubi ipsa dominatur. Ità censent in hoc ordine *tempus* Missæ à Latinis anticipatum, scilicet antè horam diei *tertiam*, quâ demùm consecrant Græci & Anatolici, ex *Act. II. 15*. Præterquàm in Quadragesimâ, Jejunii tempore, quando celebrant non nisi à *meridie*, finitâ statione, seu quum solvitur illis Jejunium, ex usu Ecclesiæ Veteris. Pariter non ferunt Sacerdotem *unum* eundemque *bis* offerre uno die, uti nec *diversos* Sacerdotes offerre in *uno* eodemque Altari. Et hæc communiter inter *αἰλιόμαλα* Latinorum, & *καινοδοξίας*, reponunt, memoratis scriptis. Ità nec *perfectam Missam*, quæ vocatur, probant toto *Quadragesima* tempore, exceptis Dominicis, & Sabbatho, & Annunciationis die, qui sunt illis festi dies. Reliquis communicant *ἐκ τῷ προσηγιασμένον* ex *presanctificatis* scilicet symbolis vel muneribus, *Pane* & *Vino*, quæ consecrare illis nefas tempore jejunii vel lucûs, ex Canone Trullano *LII*. Multa autem nugatur Allatus, in Dissertatione de *Missâ Presanctificatorum*, & post eum Bartholdus Nibufius, suis ad eam Dissertat. *Annotationibus*, evicturi scilicet Græcos in Liturgiâ *προσηγιασμένον* communicare *sub solâ specie Panis*. *Licet enim*, inquit, *bibant, non tamen quod bibunt esse Christi Sanguinem, sed tantum Vinum, ut sacratum contactu Corporis Christi, sic illi*. At Græci vocant τὸ ἄρτον *panem*, sanè ἅγιον, προσηγιασμένον, hinc in Euchologio, ὑψίστου τὸ ἅγιον ἄρτον, ἀπλοσθαι ἡ θεῖον ἄρτον, &c. Hinc & τὰ ἅγια, τὰ προσηγιασμένα in plurali, pari tempore & modo, de *Pane* & *Calice presanctificatis*. Quin disertè Nicetus Stethatus vel Pectoratus, qualem citavit Humbertus Cardinalis, falso Allatio, *presanctificata* dixit ἄρτον ἢ ποτήριον *Panem* & *Calicem*, nec aliter Græci omnes, vel ex eorum Ritualibus. Hinc si quod bibunt, in Liturgiâ *Presanctificatorum, merum vinum est*, ut illi, pari ratione quod edunt, *merum Panis est*, utrumque tamen in ipsâ illâ Liturgiâ dictum ἅγια, danda τοῖς ἁγίοις. Quandoque etiam dicta Græcis, in eadem Missâ, τὸ σῶμα ἢ τὸ αἷμα *Corpus* & *Sanguis* Christi, cujus scilicet vim participare sese credunt, per ἀγιασµὸν ἢ πνέµατι. Ac de his satis.

XIII. Prohibet autem ratio temporis, & modi quem servant Academicæ συζητήσεις, longiorem rei disquisitionem. Nec profectò hos intra terminos stetit ratio tota Dissidii inter utramque Ecclesiam, Orientalem & Romano-Papalem. Verbi causâ, nihil nos de Dissidio in causâ Processionis Spiritûs S. etiam *ex Filio*, & *Additionis* factæ ad Symbolum Constantinopolitanum, damnatâ addentium, quam sibi arrogarunt, inconsultis Græcis, auctoritate. Quâ de dissensione Græcorum nos quantum satis est, in *Elencho* nupero *Controversiarum* cum Græcis & Orientibus, Editionis novissimæ, & *Introductione* Historica, indè à Seculo VII. Ità nihil hoc loco de dissipatione in Ritibus & Cultu vario Græcorum, v. g. circa *Jejunium Sabbathi*, ac jejunandi *modum*, præcipuè in Quadragesimâ, rigidiorum longè apud Græ-

Ed. An. no 1648.

All. de Commun. Orient. Epist. I.

Controv. de Perf. Spir. S. Sec. VII. C. IX. &c.

Græcos, circa cultum *Imaginum*, quas Orientalium plurimi nullas in *Templis* ferunt, prout nec Græci *fusus*, nec *sculptas*, neque etiam *S. Trinitatis* illas, ut etiam *faniore* non cultum alium quam *προσκύνησιν* *δουλαίας*, à temporibus *Irenes* & *Theodoræ*; circa *Invocationem Sanctorum*, quos Græci sanè *βοηθῆς* & *adjutores* apud Deum credunt, non *μεσίτας* propriè dictos, minùs tales ratione *meriti*, *potestatis*, minime omnium qui ipsimet *enaudiunt* preces, vel *redimant*, vel *liberent*, vel *salvent*; explosis quotquot sunt à Romano Papâ *Canonizati* per *ἀποθέωσιν* quandam, vocant Græci *ἱεροσουλῶν*; tùm & decretis illis *Festis* in Rom. Calendario, *Missis*, *Sacrificiis*, *Processionibus* *ambarvalibus*, &c. Ità circa *sedentium* in Rom. Ecclesiâ situm, dùm *ἡ ἱεργία τελείται* vel dum sacrum peragitur; circa *ψευδοπροφητείας* *ψευδοπροφητῶν*, demurmurationes precum in Templis, ad *Rosaria*, *Globulos*; circa *Agnos Dei*, ut Christi *Imaginem*, vel *Cruces* in pavementis effigiatas; circa *Rasuram* Latinorum *Sacerdotum*, tanquam *ἀγνισμῶν* quondam; circa usum *suffocari*, & *sanguinis*, toti *Orienti* damnatum; & quæ Latinorum alia jam *Canonibus Trullanis* notata leguntur. Nec finis *diffensionum* foret, si per capita singula *Ecclesiastica Disciplina* ire animus esset, aut memorare dicendo, ut horreant omnes Græci & *Anatolici*, ex causâ *Papæ Romani Suprematum* qualem affectat, in *Patriarchas Orientis*; *Senatum Purpuratorum* qui præsent *Universali Ecclesiæ*; *Vestes Latinorum Pontificales*, *σημαίαι* ἢ *πολυχρωμαίαι*, *Mitram Papalem*, *Cidarim*, *Stolas*, *Pallia*, *μαρτύρια* *Θηλυπρεπῆς* *quæ feminæ decant*; *Inquisitionis Papalis carnificinam*, seu τὸ *βιάζεσθαι*, *τυραννείσθαι* *ἐνεκα* *τῶν δογμάτων*, & *τῆς εὐσεβείας* *μυστηρίαι*; *Concilia Latinorum*, qualia fuere *Lateranensia*, *Lugdunensè* *II. Constantiensè*, *Florentinum*, &c. *reprobata* Græcis *genuinis*; *Legem*

Calibatus, *Presbyteris*, *Diaconis*, *Clero* omni impositam, etiam τῶν μὴ δυναμένων παρθευεῖν; *Ordinem ἱεροκλῆδον* ad *Subdiaconos* etiam extensum, sic in *Ordinibus Sacris* *Ἀκολύθης*, *Ἐξορισίαις*, &c. *Stata* etiam *χειροτονίαν* ex usu *Romanæ Eccl.* tempora; *Characterem* τῆς *ἱερωσύνης* qualem ista *indelebilem* esse tradit; in *Monachismo* quoque *Latinorum* τὴν *κρεωφαγίαν*, *fallax jejuniū*, *variantes habitus*, *mendicitatem*, *otium*, *laxiora instituta*, *Patriarchas* nuperos *Romanæ superstitionis*, ac *Regulas* propè infinitas; tandem *Taxas Romanæ Cancellariæ*, *Annatas*, *Simoniam* reliquam toto *Papatu* exercitam, & quicquid *Romæ* impetratur *ἐπὶ χρέμασιν*, &c. Undè præter *Canones Veteris Disciplinæ*, & *Tarasis* *Patr. Constantinopolit.* scriptam hoc nomine *Epistolam* πρὸς τὸν Ἀδριανὸν Πάπαν, etiam *Synodus Constantinopoli* hac de re habita, sub *Gemadio* *Patriarcha*, *cujus Decretum MS.* in *Schedis nostris* asservamus: putà *contrà* τὰς *ἐπὶ χρέμασι χειροτονιὰς*, vel *ὑπάρχοντων ἐπὶ χρέμασιν* εἴτε *κληρικῶν* τε ἢ *λαϊκῶν*, *δουλευόντων τῇ Μαμωνᾷ*, &c. quos subjiunt Græci τῇ *καταστάσει* *ἢ ἀναθέματι*, longâ *istic subscriptum* toto *Patriarchatu Metropolitanorum* serie. Sed *manum* de *tabulâ*, *missis* non paucis aliis quæ habent *Observationes* nostræ, ex *diligenti ἀναγνώσει* eorum omnium quæ ad *Discordiam* utriusque *Ecclesiæ* spectant, in *Cultu*, in *Ritibus*, in *Regimine* ac *Disciplinâ*. Nonnulla etiam *horum* quæ *innuimus* modò, *cognoscenda* plenius, vel ex *nostro Elencho Controversiar.* Edit. *no-* *vissimæ*, tùm ex *Historiâ Imaginum Restitutâ*, tandem *ex Introductione Historiâ* *Seculis VII. VIII. IX. X.* & sequentibus, ad *Caput* de *Statu Orientalis Ecclesiæ*. x. &c. Quare *ulteriori Disquisitione* *superfedemus*, dùm *Musæ* nostræ *deinceps* *otia* sibi *quædam* *deposcunt*, ac *feriari* jubent *Leges*. τῶν *Θεῶν* ἢ *δόξαι*, &c.

Controv.
cum
Græc. II.
III. VIII.
x. &c.
Hist.
Imag.
Sect.
VIII. p.
599. &c.

DISSERTATIO TERTIA

D E

FICTA COLLATIONE IMPERII IN CAROLUM M.

Per

LEONEM III. ROMANUM PONTIFICEM.

Contra Baronium & Nuperos Hyperaspistas.

BREVIARIUM.

Historia Collationis Imperii exhibetur. *Observationes Papistarum* ad eam. *Quanam* *heic* *concedenda* *sint*. *Nulla* *tamen* *Collatio Imperii* *agnoscenda*. *Monstratur*, *Pontificem Urbem* *aut Ducatum Romanum* *non tenuisse*. *Ex adverso Carolum* *in Italia ac Occidentem* *imperasse*. *Nec* *illam* *ejus potestatem à Pontifice* *confirmatam* *fuisse*. *Nec* *auctam* *esse Titulo Dignitatis*. *Qualis* *est* *ille Imperatoris* *vel Augusti*. *Nec* *ab uno Leone* *collatus*. *Item* *Defensoris Ecclesiæ*. *Observationes* *quædam* *ad hunc titulum*. *Exceptio Papistarum diluta*. *Etiam* *Instantia* *eorum*. *Mendacia* *et dissimulationes* *eorum*. *Arrogantia sequentium Pontificum*. *Ratiocinia* *Baronii* *enervantur*. *Baronii dissimulationes*. *Falsa* *qua arget*. *Ultior* *adversus eum* *disputatio*. *Specimen ingenii* *Baroniani*. *Aliud* *adhuc* *in* *Donatione* *Ludovici Pii*.



EO III. successerat *Hadriano* *I. P. M.* *Kalend. Jan. An. Vulg. DCCCXV.* *deproperatâ* *planè* *contra Canones* *electione*, *ipso die* *excessus* *Hadrianei*; *quum* *illi* *defuncto* *Pontifici* *iusta* *primùm* *peragi*, *hinc* *triduum* *interponi* *antè* *electionem*, *decreverint*. Undè *orta* *in Leonem* *æmulatio*, *tandem* *&* *impetus* *Hadriani* *nepotum*, *impactaque* *Leoni* *crimina*, *quorum* *causâ* *Carolus M.* *Romam* *evocatus* *est*, *exeunte* *ferè* *Anno* *DCCC.* *Novembri* *mensè*. *Causâ* *Leonis* *à* *Carolo* *Rege*, *Patricio* *Romanorum*, *cognitâ*, *purgatoque* *Pontifice* *publico* *ac* *solemni* *juramento*, *dicta* *à* *Carolo* *sententia* *fuerit* *in* *gratiam* *Leonis*, *triduo* *fortè* *antè* *Festum* *Natalitium*. *Quare* *ipso* *illo* *Die* *Festo*, *expirante* *Anno* *DCCC.* *Æræ* *Vulgaris*, & *undè* *Annum* *DCCCL.*

L. r.
C. II.
Colon.
1557.

De Vita
& Gest.
Car.
M. in
Annal.
Franc.

Ad Ann.
DCCC.
N. VII.

Ad Ann.
800. p.
493.
T. XVI.
p. 7. 8.

dccc. Annales ordiuntur (quasi ad Kalend. Januarias referendo) factum à Pontifice est, in Basilicâ Petri, præsentè Carolo Rege, & conspirantibus Romanis universis, quod vulgò interpretatur Roma Pontificia, & ipsùm Ceremoniale Romanum, *Translationem Romani Imperii ex Græcis in Germanos*, cautiùs alii, in Francos. Nempè Leo III. rebus ad hoc ipsùm dispositis, ac præcipuâ solemnitate ei rei dicatâ, Carolum Regem & Patricium, nescium consilii Pontificii, ita Eginhardus, salutavit antè Confessionem Petri, *Piissimum Augustum, Magnum Pacificum Imperatorem*, ter acclamantibus Romanis, apud Anastasium, in Vitâ Leonis. Simul coronati Caroli, *propriis manibus Pontificis, unctique oleo sancto*, meminit Bibliothecarius, etiam *chlamydis Augustalis, vestisque Imperatoris*, quâ amictus fuit Princeps, Eginhardus, hinc Sigonius, & alii. Addit Baronius, *formam juramenti*, quo se *Romana Ecclesia Protectorem & Defensorem* futurum esse, addixerit Imperator. Et tum demùm *Populi Romani ac Francorum Procerum acclamationes & vota esse subsecuta*, nuper quoque Joh. Horatius Scoglius in Ecclesiæ Historiâ Romæ impressâ Libro x. Ac novissimè Natalis Alexander *Dissert. I. de Translatione Imperii, acclamasse quidem Populum Rom. sed Populi Romani suffragia Pontificem non rogasse*. Leonem ad eò tam auctorem fuisse Carolo M. *Imperatoris Dignitatis, quam ipsi auctor fuisset Carolus restitutionis in Sedem*. Atque hæc ipsa est tantoperè decantata *Translatio Imperii ad Carolum M. Revocatio Imperii ex Oriente in Occidentem*, aut certè *Collatio Imperialis Dignitatis*, auctoritate scilicet Romani Pontificis, quam jactitarunt successores Pontifices, Gregorius VII. Innocentius III. Clemens V. &c. Chronographi varii, Canonistæ, Jesuitæ, in specie Bellarminus, Baronius, cæterique Gnathones Romanæ Curis, ne dicam Scriptores Juris Publici. Nos Baronio, & recentioribus ubi favent Baronianæ hypothese, paucis insistemus.

II. Sic igitur ad ista Cæsar Baronius, prolixâ declamatione ad præfatum Annum dccc. I. De *collatâ Imperiali Dignitate per Leonem Pontif. testes esse Latinos omnes & Græcos Auctores*, Num. VIII. Ita Nat. Alexander, *collatâ Imperiali Dignitatis eos testes esse, & cum istâ amplissima alterius, Ecclesiæ scilicet universæ, ac præsertim Romanæ, Tutoris & Defensoris, confirmandæ Successoribus, donatione promissioneque Pontificum*. II. *A Deo dari Regna, sed & auferri*, nempè per suos Vicarios, hinc quod factum per Romanum Pontificem fuit, fuisse *Dei factum, divinam dispositionem*, ut idem Baronius, Num. IX. X. III. *Synagoga hanc fuisse potestatem auferre & transferre Regna, multo magis esse eam potestatem concessam Sacerdotibus nova Legis, seu Ecclesiæ, cujus gloria præstantior sit quam Synagoga*, Num. X. IV. Conveniens fuisse, eam *Translationem impleri per Romanum Antistitem, qui supra omnes eminet Visibile Caput*, Num. XI. V. Justum etiam fuisse, in neminem alium *conferri istiusmodi beneficium* quam in Carolum, *de Ecclesiâ Catholicâ optime meritum*, Ibid. VI. *Facuisse absque possessore titulum Occidentalis Imperii, a Græcis ob Hæreses auctoritate Pontificiâ sublatum, nec restituendum excommunicato Imperatori, Constantino scil. Num. XII. VII. Factum ad eò fuisse à Leone, ex insitâ ipsi Romano Pontifici concessâque divinitus auctoritate, ex potestate qua in ipso primariò resideat, cui ad eò immortales gratiæ debeantur*, Num. XIII. XIV. XV. VIII. Hinc penes eundem Pontificem esse, *si causa postulet, Apostolicâ plenissimâ potestate infestum Ecclesiæ Regem, sive Imperatorem, deponere, inque locum ipsius justum & piium sufficere*, juxtâ id quod dictum Jeremiæ, *Constitui te super Regna Jer. I. vel dictum Petro, Pasce oves Joh. XXI. rursus, Occide & manduca Act. X. Num. XV. XVI. IX. Subditam ad eò esse omnem humanam Potestatem spirituali, seu Pontificiæ, quod ex*

Scripturâ S. & ex verbis Gregorii M. hujusque comminatione in ipsos *Francorum Reges*, asserit Annalium scriptor Num. XVII. XVIII. X. Hinc *immensum esse mendaciorum sylvam, officinam, levem maceriem, tenebrarum offusam caliginem*, ea quæ adversus hanc *Collationem Occidentalis Imperii per Rom. Pontificem in Carolum M.* scripsissent jam tum Magdeburgenses, & Flaccus Illyricus, Num. XIX. XI. Igitur *Dei & Apostolica Sedis gratiâ totum hoc esse, quod consecuti sunt Occidentalis Orbis Imperatores*; undè prolixa Baronii cohortatio, ne sint *Apostolica Sedis immemores*, neve, eorum nutante fide, instar Orientalis Imperii similiter corruat Occidentale, Num. XX. XII. Addunt *oblaciones immensæ pretii à Carolo M. datas Ecclesiæ Romanis Basilicis*, scil. in gratitudinis signum, ex Anastasio, Num. XXI. XIII. Addit Baronius, ad A. dcccvi. N. xxvi. post Bellarminum suum, esse rei ipsùm met testem Carolum M. qui quum Testamento Imperium Filiis divisisset, misit illud *confirmandum, atque subscriptione munendum*, Leoni Pontifici, ex Aymoïno, & Adone Viennensi, nullâ etiam in Testamento mentione de *Imperii Herede*.

III. Purpurati utriusque, in specie Baronii, ista commemorasse, defæcatori hoc ævo, post damnatam proscriptionemque, in Germaniâ cumprimis, Britanniâ, Galliâ, innumeris scriptis, ac decretis, Baronianam doctrinam, simul prodidisse est hominum projectam fidem decoctumque omnem pudorem. Ac de facto hocce Leonis circa Carolum M. istud primò haud gravatè largiar, sanè edidisse eum Pontificem Papalis superbiæ ac præsumptionis luculentum in eo specimèn. Neque enim ambiguum esse potest, Leonem Pontificem, post facta Constantini Papæ, Gregorii utriusque, Stephani, Hadriani, de quibus nos fusè ad Sæculum VIII. eò superbiæ esse prolapsus, ut conferre se posse crediderit, impetrato assensu Romanorum, novum Carolo Titulum, scilicet *Augusti, & Imperatoris, cum Imperialibus insignibus*. Intelligebat Leo, exauctoratos in Occidente fuisse à Gregorio utroque Orientis Imperatores. Jam annos totos LX. moliebantur Pontifices, subtrahere se istorum Imperio. *Patricii* titulum, proximum illi Imperatoris, jam largiri se posse crediderant Francis Regibus prædecessores Leonis. Accedebat ulterior in Papas munificentia, & validum patrocinium, deinceps expectandum à Francis. Nihil etiam erat quod sibi ab Oriente Romani Pontifices metuerent, quæcunque essent Irenes clandestina molimina. Quin ab Anno dcccxxiv. omnis *Ducibus vel Exarchis* ab Oriente submissis fuerat potestas adempta, & in Carolum Longobardicæ potentis domitorem translata. Novissimè etiam Leo à Carolo M. ingenti mactatus beneficio fuerat, postquam suscepto Romam itinere, causæ Leonis cognoscendæ, judicium in ejus gratiam tulisset Regum maximus, restituendi in Sedem Pontificiam. Quod factum fuit proximè antè diem illum Natalitium, qui & Natalis censetur Carolini Imperii, ex Anastasio, Paulo Diacono, & Francorum Annalibus. Quare facturum se rem gratam Carolo M. hujusmodi appellatione ac solemnitate credidit Leo III. pro accepto beneficio: nequè tamen credidit, ut ex Paulo Diacono interpretatur absurdissimè Natalis, fore *compensationem Dignitatis*, ut tam sibi Carolus Imperium, quam Leo Pontificatum Carolo deberet. Tandem certum est potissimam tum fuisse auctoritatem Romani Pontificis in Urbe Româ, ut liquet ex Vitâ & factis scriptisque Hadriani, & ex *Patriciatu* jam in Papas collato, undè hoc factum Populi Romani Leonis meritò censetur. Quanquam Romæ *tripertita* quodammodo potestas esset, divisæque illa inter Papam & Clerum; inter Senatum Populumque, & inter Carolum Regem, *Patricii* pridem jure gaudentem, quique jam antea *Populum*

pulum Romanum in suam fidem subjectionemque susceperat. Atque ista sufficient ad Antichristianum factum in Ecclesiæ Episcopo Leone arguendum, cui nihil juris in Titulos, Dignitates, minùs in Regna & Imperia fuit, quo tempore Græci suum in Pappas, in Urbem Romam, in Exarchatum, jus antiquum ac legitimum dominium persequerentur.

IV. Neque tamen aut hanc mentem fuisse Leonis, quam affingit illi Baronius, & cum eo quicquid mancipiorum est Vaticanæ Curia, ut ipse transferret, vel conferret Imperium Occidentis, pro Pontificiâ & insitâ sibi potestate, aut factum ita habuisse, qualiter ponunt gnathones, in publicâ jam factis luce collocasse videbantur, quotquot Eruditi in Italiâ, Germaniâ, Britanniâ, Galliâque liberiore, de Germanico Imperio, de Carolo M. de Jure Imperiali aut Regio, de Francorum Regum juribus, de Potestate Pontificum Sæculari, de Titulis Dignitatum, aliisque id genus, commentati sunt. Ac prolixè nuper nobis accessit, post suorum in his literis principes Viros, Car. Molinæum, Duarenum, Fauchetum, Pithœum, de Marca, Launoyum, Baluzium, aliosque assertores Imperatoris ac Regiæ Majestatis, ex quibus iste sapit, Ludov. Maimburgius Historiæ Iconoclast. Libro iv. & in Tractatu altero de Romanis Episcopis. Summa demonstrationis est, nihil potentia, aut imperii, aut realis dignitatis, contulisse Pontificem Carolo, per titulum Augusti, vel Imperatoris, quod non antè Jure Regio eodemque supremo ex se possideret. Sed neque exutos fuisse suo Imperio Græcos, factò isto Leonis, ut ablatum illud, translatumque ad Francos, vel (ut imperitè alii) Germanos, dici poterit. Nobis i. Potiora quædam, quæ ad rem faciunt, fundamenti loco substernenda. 2. Baroniæ & Alexandrinæ nuperæ officia discutiendæ venient.

V. Primò supponimus, quod deinceps obscurum est Eruditorum nemini, nec Urbem Romam, Imperii antiquam Sedem, nec Romanum Ducatum tenuisse tùm Pontificem, jure suprematus, aut domini, ut pluribus Conringius in Tractatu de Imperio Germanico. Nempe à Græcis Imperatoribus, Populoque Romano, transierat jam antè summum dominium Urbis Romæ, Matris sedisque Imperii, ad Carolum Regem, non modò ut domitorem Italiæ, & cum ipso Patriciatus Romanorum jure, sed etiam illo quo se in Caroli fidem subjectionemque Papa, Senatus, Populusque Rom. ab Anno exeunte dccxcvi. dederant. Nec enim in Imperatoribus Orientis ullum ipsis ampliùs præsidium erat. Undè Vexillum Urbis Romæ, insigne suprematus, cum Clavibus Confessionis Petri, per legatos misere ad Carolum M. non jam ut Protectorem, sed ut Dominum, rogante Leone, ut aliquem è suis Optimatibus miseret, qui Populum Rom. ad suam fidem & subjectionem per Sacramenta firmaret. Referunt Annales varii Francorum, Auctores Vitæ Caroli M. & Sigonius, alii: absurdissimo cum suis Bellarmino, & à Gallis hodiernis expulso, qui illa verba ad suam fidem subjectionemque, retulit non ad subjectionem sub Carolo, sed sub Leone. Et ab eo tempore Roma Carolo paruit, sed & omnis Italia, ut disertè Theophanes, Zonaras, Francorum potestati subjecta, inscripturis deinceps Leone & Romanis, Carolo Domino, Domino nostro. Ac consentiunt hac parte pluribus nuperi quoque, Ludov. Maimburgius Hist. Iconocl. Libro iv. & Natalis Alexander ad Sæculum viii. in Leone III. Undè & in examine accusationis Leonis Pontif. sub finem Sæc. & in sententiâ latâ, ac deinceps, hoc Caroli in Urbem, & in Romanos, ipsosque adè Pontifices, exercitum Dominium fuit. Observantque Vitæ Pontificum, primum omnium Bonifacium ix.

Plar. in Bonif. ix. Populi Romani vim omnem in Pontificem transfuisse, Tom. II.

adeoque Urbis Dominatum, de quo loco suo. Hinc ridendus ipse Baronius, ad præfatum A. dccxcvi. N. xvi. qui istud de Urbe Româ Carolo subjectâ vocat ridendum Novatorum delirium: Ignorare miseros, hujusmodi dona mitti consuevisse à Pontificibus Christianis Principibus. Dissimulans additas muneribus, Vexillo & Clavibus, Romanorum preces, ut Carolus se in fidem ac subjectionem suam, sacramento firmandam, reciperet. Ita componit Claves & Vexillum sepulchri Dominici, missum postea à Patriarchâ Hierosolymit. ad Carolum M. cum Vexillo Urbis missò per Leonem III. Quanquam & illud interpretati Historici, factum esse non tantùm benedictionis loco, ut vult Baronius, sed & subjectioni testandæ. Certè Vexillum hoc posterius insigne supremæ potestatis fuisse, omnes Docti fatentur, & nuper Mezeræus, Maimburgius, Nat. Alexander, &c. hi non utique Novatores. Mansitque penes Imperatores dominium Urbis Romæ, donec Johannes VIII. vel IX. à Carolo Calvo, quem præferrent Romani Ludovico Germanico, extorqueret remissionem seu abrenunciacionem hujusce Domini, ex Sigonio, & Annalibus Francorum.

VI. Deindè supponimus, non Romæ tantùm & nobiliori Italiæ imperasse Carolum M. ante proclamationem Leonis, sed & toti penè Occidentis, partim jure successionis, partim jure belli, aut spontaneâ deditioe, id est Dei solius Gratia. Hinc Carolinum tùm Imperium, constanti fide Annalium, ut per Italiam, Gallias, Germanias, sic in ipsam Hispaniam cis Iberum fluvium, ubi Regna Navarræ, Catalonia, Arragonia, in Dalmatiam, Rhætiâ, Istriam, Vindeliciam, Noricum, Pannonias, Dacias, & Vandalicas inter Mare Suevicum, Vistulam, ac Danubium Regiones, fuit extensum. Ut ita reduxisset jam Carolus M. sub suam potestatem, quicquid ferè pridem avulsam fuerat ab Imperio Occidentis, per Gothos, Saracenos, Vandalos, Hunnos, Sclavos, Longobardos; adjectis nuper Saxonum, usque ad Danorum fines, Barbarisque aliis ditionibus, quæ majestatem Romani Imperii nunquam respexissent. Ac salvâ eâ Caroli potestate, quam Græci ipsi suspiciebant, reliqua per ipsam Italiam, à Vulturno & Aufido fluviis ad fretum usque Siculum, vicinasque Regiones, quæ non parent Franco, constituebant partem Orientalis Imperii, ut diu adhucdum postea. Leo itaque Pontifex nihil quicquam a Græcis tùm abstulit, nihil delibavit de Græcorum tùm ditionibus Imperioque, qui suo pridem in Urbem dominatu exciderant, suoque in Pontifices jure, in Carolum jam translato, quum Anno dclxxiv. facientibus Romanis, in Procerum Conventu, Pontificum electio, sedisque Apostolica ordinatio ei decerneretur, quæ antea juris L. xv Orientalis. Nulla adeo translatio Imperii à Græcis iit. ad Francos censei potest facta à Leone, quum Carolus Augustus adoraret, nec Leoni in Græcorum jura quicquam potestatis fuit. Natalis Alexander T. xvii. jam rectè: Imperio spoliati Græci Principes non sunt, p. 3. nec ullas ab ipsis Provincias aut Urbes Leo Pontifex abstulit, aut Carolo M. contulit. Nec minùs Romani Imperatores dicti habitique postea Græci, Imperium eorum Romanum, ditiones Romana, Romania, subditi Romani, Romani, Historia ipsa Romana, ut monitum pluribus aliis. Undè hallucinatus vir Magnus Hugo Grotius, in stupendo cæteroquin Opere, de Jure asserturus eam translationem Imperii Romani à Græcis B. I. ix. in Carolum M. revocatâ scilicet priori concessione, & C. ix. abolito Imperio Irenes famina, pro supremo jure, §. xi. non quidem Papæ, sed Populi Romani, ast voce tamen Papæ, ut primi Civis. Imò Carolus jam Urbis dominus, ex dictis mox, antequam Irene sola imperaret, cujus Annus i. incidit in A. Vulg. dccxcvii. Nec præstia libertatis in Populo Roma-

no, legendi pro arbitrio Imperatorem, nisi umbra inanissima, ac vana ostentatio, superfuit. Neque *Romanorum* hanc voluntatem Carolus M. exploravit, aut deinceps Ludovicus Pius, vel Lotharius I. quum Imperium transmitterent ad Hæredes. Quin à Carolo M. usque ad Henricum Aucupem, reverà jure *Successionis*, ad proximum quemque Caroli nepotem devolutum Imperium fuit, quicquid Papæ sibi arrogarint. Ità neque *Imperii Occidentalis* jure tenuerunt postea Caroli M. successores *Germaniam, Franciam, Italiam*, sed solo jure *Regio*, eoque independenti à Populo Rom. aut ab Imperio. Quod in Ludovico II. Germaniæ Rege, in Carolo Calvo Franciæ, & in Carolo Crasso Italiæ Regibus, ex Historicis constat; nec inficiato istud Baronio, ubi is de morte Ludovici Imperatoris, deque hujus filio Carolo Crasso, in Longobardos tùm regnante, ad An. DCCCLXXIX. Quare simulachrum tantùm *Imperii Romani*, ac nomen, uni tunc præ cæteris mansit. Illius autem vim omnem, quæ non in titulo sed in potentia constitit, ac præ eminentiâ supra Reges alios omnes Occidentis, Carolus M. non Populo Romano, non Pontifici, sed Deo primùm, tùm armis suis ac virtuti debuit.

T. X. An-
nal.
N. I. II.

T. XVI.
p. 9. 10.

VII. Nullà igitur specie *potentie* augendus à Leone fuit Carolus M. seu in Urbem Romanam, seu in Italiam, seu in reliquas partes Occidentalis Imperii, tunc quum *Augustus* diceretur. Nec dici absque vesaniâ potest, quod ex Antonini Chronicis urget Natalis Alexander, *jus illud in tot Provincias Romani Imp. quod antè possideret, saltem fuisse confirmatum* Carolo M. si non *collatum*. At confirmatione illà Pontificis quid opus fuit Carolo, quasi absque eâ minùs securè aut legitime minùs possideret? Quid addidit ea confirmatio, vel juris, vel securitatis? Quo etiam titulo Episcopus Leo confirmaret tot Carolo Regna, tot Provincias, in quas nihil ipsi potestatis esset? Sed *adstrinxit Populos*, inquit, *fidelitati Caroli, novis auctoritatis Ecclesiastica vinculis!* Imò adstricti jam satis illi fidelitati Legis divinæ, subjectionis, sacramenti, ac conscientie illigantis vinculis, nec nisi interpretem se ac præconem Verbi Divini, & obsequii debiti tantæ Majestati, gerere potuit Leo. An verò augendus Carolus, ex Pontificis munere, *dignitatis titulo*, scilicet *Imperatoris*, ac *Defensoris Romana Ecclesia*, adversus Baronium, & cucullatum Alexandrum, modo disquirendum est.

VIII. Primò, fatebuntur Viri Docti, in *Patricii Romanorum* titulo, post eliminatos pridem Orientis Exarchos, indè ab Anno DCCCLXXIV. comprehensam jam fuisse supremam Caroli Regis in Romanos jurisdictionem, ac summum Imperium. Undè & loco Annorum Imperii, in Actis Publicis, signati Anni Carolini *Patriciatûs*. Commutandus deinceps sanè fuit Titulus cum illo *Imperatoris*, sed ità ut potestatis nulla fieret accessio, eminentiæ quædam ex usu tùm vocis, & in opinione Populi Rom. Blondellus in Præfat. Apologeticâ; *Titulum, non Tituli rem que semper eadem mansit, mutavit Carolus*. Imò *Patricii* eum titulum quandoque etiam retinuisse Carolum, post salutatum eum Imperatorem, habes non uno rei exemplo; apud Mabillonum de Re Diplomaticâ Libro II. c. III. & aliàs. Secundò, hospes ille sit in Historiâ necesse est, qui nesciverit *Augusti & Imperatoris* appellationem tributam sæpè Regibus fuisse, ante & post Caroli M. tempora, ut promiscua fuerint nomina *Regis & Imperatoris*. Ac de Clodovæo salutando *Augusto*, legas apud Gregorium Turonensem Historiæ Libro II. C. XXXVIII. Pridemque à Jac. Godofredo Diatribâ de Jure Præcedentiæ, à P. de Marca, & ab Eruditis aliis monitum, eum Regem ab Anastasio *Imperatorem* fuisse appellatum. Certè Carolum M. antè acceptam eam Impe-

rii quam volunt dignitatem, dictum jam fuisse plus vice simplici *Imperatorem*, Stephanus Perardus in *Collectiõne Monumentorum Burgundicorum pag. 12. 47.* Baluzius *Notis* ad Concilium Narbonense Anni DCCCLXXXVIII. additis ad P. de Marca, ac Mabillonum De Concord. L. VI. C. XXV. L. II. C. XXVI. nuper in dicto Libro de Re Diplomaticâ, ex authenticis documentis, prodiderunt. Atque etiam postea Germaniæ, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ Reges, *Imperatoris* titulum frequenter assumptis, ut tum tum eminentiæ, diviso jam in plures unius quondam Imperio, doceant Chronica, Synodi, Diplomata, Nummi, Inscriptiones antiquæ, & Ludovicus hodieque XIV. Tertio, vicissim Imperatores *Regum* titulo superbiis, ipsum adeò Carolum M. jam Imperii Dignitate fulgentem, exempla docent, vel apud dictum Mabillonum Libro II. Imò verò olim Imperatores Orientis Cæsaresque summo honoris titulo fuisse insignitos *βασιλεὺν Regum*, Imperium ipsum *βασιλείας* nomine, Leges nomine *βασιλικῶν*, obvia res est. Undè etiam Orthodoxi, qui Imperatoriæ fidei adhærerent *βασιλικοὶ* seu *Melchita* appellati Syris & Arabibus. Ac passim ut *σωάνωμα* legas apud Byzantinos *αὐτοκρατορὸς ἢ βασιλεὺς*. Sic in Annalibus Francor. ad A. DCCCLXII. legas Carolum M. à legatis Michaëlis *appellatum Imperatorem & βασιλέα*. Non aliud superius nomen agnovit omnis Oriens, aut sublimius fastigium, sed nec Scriptura ipsa, quàm illud *regum, regni, regnandi*. Ac cognomen *βασιλεὺν αὐτοκρατορῶν* non antè Justinianum legas, apud Agathiam Scholasticum. Undè posteriores Orientis *βασιλεῖς* seu Imperatores Occidentalibus hunc *βασιλεὺς* titulum inviderunt, *ῥῆγας* solum appellando, ut ex Byzantinis Seldenus, Traß. Freherus, alique jam antè nos monuerunt, ignari *Regis* nomen esse illud ipsum *βασιλεὺς*. Sed nec aliud nomen Romanis formidandum magis fuit illo *Regis*, tanquàm absoluti Domini, atque illimitatæ nec ferendæ Romanis potestatis, Tacitus dixit *summi fastigii*. Ac solâ invidiæ declinandæ gratiâ recusarunt istud Julius Cæsar, Octavius Augustus, & successores, æque ac *Domini* appellationem; contenti illà *Cæsaris, & Augusti, & Principis*, subindè *Patris Patriæ*, postea etiam nomine *Imperatoris*, quod tamen, oblatum licet, Tiberium & Claudium non admisisse Romanæ Historiæ Scriptores memorant. Licet *Imperatoris* nomen oppositum adhuc esset illi *Domini*, ac diu quoque postea Trajani ætate, *Non est hic Dominus, sed Imperator*, apud Epigrammatum elegantissimum Scriptorem. Quo factum ut *Imperatores* se dici passi sint Julius & Augustus Cæsar, qui non *Dominos*, minùs *Reges*, frequentari demùm cœptâ *Regis* appellatione, *Regineque*, aut *Uxoris Regis*, post auctam servitutem, suctumque jugo Populum, ab iis qui Principibus adularentur. A quo & tempore *Lex Regia* dici cœpit Senatusconsultum de constituendo Imperatore, uti apud Ulpianum tempore Alex. Severi; quâ de lege, post alios, eruditam *Dissertationem* scripsit Gronovius Pater.

IX. Quare illud tandem æqui omnes facile largientur, *Imperatoris* titulum nihil propriè addidisse Carolo M. potestatis, jurisdictionis, sed nec Majestatis, suprâ Jus *Regium* prius, aut Majestatem *Regiam*, quâ idem eminebat, tot Regionum Terrarumque Dominus. Nec minor antè Caroli Regis veneratio fuit, seu in Oriente, seu in Occidente, cui cæteri omnes Reges assurgerent, quàm Caroli *Augusti*. Quo factum est ut spontè abstineret Terrarum ille Dominus eo Titulo, potentior is licet multò in Occidente quàm fuissent Imperatores Occidentis, post distractum Illyricum, Africam, Gallias, Hispanias, Britannias. Qualiter nec affectaverant dici *Imperatores*, qui in Imperium illud per Italiam vicinasque Provincias successerant, Odoacer Herulorum, aut Theodoricus Ostrogothorum potentissimi

De Con-
cord.
L. VI.
C. XXV.
L. II.
C. XXVI.

C. II.

L. v. Ed.
R. p. 157.

Traß.
Angl. de
Tit. Ho-
nor.
In Ep.
Dedic.
Juris Gr.
Rom. ad
Rudolph.

Libr. I.
Epigr.
LIII.

Dig. de
Consti-
tut. Prin-
cipum.
I. I.

mi Reges, umbrâ illâ neglectâ. Imò *Regum* titulum summam atque independentem potestatem fortius exprimere crediderunt. Quomodo Rustorum Imperatorem, seu Magnum Ducem, affectasse aliquando hoc *Regum* axioma, negatum licet, ab Historicis proditum est. Unum tamen hoc de nomine *Imperatoris* dici potest, speciem quandam habuisse, ex usu vocis pristino, discriminis à cæteris per Europam Regibus, discrimen licet ipsa tùm Caroli potentia, & magnitudo, & virtus, & Regum reliquorum propè adoratio, fatis ex se constituerent. Id etiam nomen expressiori augustiorique quodam modo Dominium in Urbem *Romam*, & in *Romanos*, confirmatum eâ ratione à Senatu Populoque R. significare videbatur, quàm Patricii alterum. Æmulationem etiam majorem parere natum in Imperatoribus Constantinopolitanis, quibus ægrè facere Romanis Pontificibus tunc in deliciis erat, non tamen arbitrii Pontificii. Sed hoc ipso factum est, & ob invidiam nominis, ut primò indignatus fuerit Carolus in hanc Romanorum acclamationem, *aversatus hoc nomen*, professusque apud Eginhardum, *sepe eo die, quamvis præcipua solemnitas esset, (Festi Natalitii) Ecclesiam non intraturum fuisse, si Pontificis consilium præscire potuisset.* Acquievit tamen, suscepto *Imperiali nomine*, ut idem Auctor Vitæ Carolinæ, daturus id importunis clamoribus, ac revocaturus obsoletum in Occidente nomen, rei jam antea plenissimus possessor. Sed de ipso illo nomine, à Romanis quidem dato, verùm cum præjudicio Græcorum, ut quod refundere in Carolum videretur horum antiqua jura, transfaturus non longè postea fuit cum Nicephoro, Irenes successore, Anno DCCCII. ex Paulo Æmilio, & Annalibus Francorum: ut nempe alter *Oriens Imperator*, *Occidentis* alter esset, *Fratesque dicerentur*, retentis quæ utrimque in ipsâ Italiâ possiderent. Sed & præclare postea Ludovicus II. Imperator, quum negaret hunc illi Titulum Basilius Macedo, *Imperii dignitatem non in vocabuli voce consistere*, respondit, ut pluribus videre est in Epistolâ Ludovici, apud Goldastum.

X. Porrò si rem rectè putamus, quicquid fortè intenderit Leo, & quamcumque gratiam apud Carolum M. captaverit, nihil plus ille sibi vendicavit hac appellatione *Caroli Augusti*, & *Imperatoris*, quàm quod reliqui Cives Romani. Horum tùm caput Leo fuit, primum Reip. membrum, *primus Civis* Hugoni Grotio, horumque assensu ac suffragio, certè Primorum, totiusque Cleri, ut factum antè quum se Carolo Romani dederent Anno DCCXCVI. tentatum istud à Leone fuit. Undè factum fuisse dicunt Anastasius & Annales, *universis exclamantibus, Carolo Piissimo Augusto &c. & ab omnibus constitutum Imperatorem, ab omni Populo Romano, ter acclamante.* Precario Natalis Alex. Leonem Pontif. Romanorum *nulla suffragia rogasse.* Contrarium omnia docent, & rei momentum, pompa, apparatus, cum primis antiqua jura Senatûs Populique R. ac servata inde à Tiberii temporibus usque ad Romulum Augustulum, uti videtur, hæc formula acclamandi, prævio Senatusconsulto. Ac ipse ille Natalis; *Romanis auctor fuit Pontifex, ut ipsum Imperatorem saluarent.* Ergò præviâ deliberatione habitâ, principe sanè consilii Leone, ut primario membro Reipubl. *primò Cive*, quod modò innuunt verba Eginhardi. Absurdè rursùs idem scriptor, *primò coronatum à Leone Carolum* antequàm Romani acclamerent. Sed *coronandus* ex composito cum Romanis primoribus, *coronationis actu* sanè peragendo à Pontifice, pro more Orientis. Neque ille vel *coronationis* actus, vel *unctionis*, aut necessarius fuit, aut perpetuò adhibitus circâ Imperatores, aut pertinens ad collationem vel translationem Dignitatis, sed ad inaugurationis consecrationisque ritum,

Sacerdotali Ceremoniâ, quâ de re infra:

XI. Sed fortè præter *Imperatoris* titulum, collata in Carolum *amplissima alia dignitas*, munere ac largitione Rom. Pontificis, nempe dignitas *Tutoris ac Defensoris Reip. & Ecclesia universa, præsertim Romana!* Quò spectet *juramentum*, quo se Carolus Leoni obstrinxisse fertur, *coràm Deo & B. Patro Apostolo, se Protectorem Defensoremque fore hujus Romana Ecclesia.* Et in hoc Tutitionis atque Advocatiæ jure, tanquàm ex munificentiâ Leonis, dignitati Imperatoriæ assuendo, multi sunt Galli nuperi, post Petrum de Marca, in suis de Imperio & Sacerdotio; ac præ cæteris hoc agit præfatus Alexander, Mo-

Dissert. i.
à p. 11.
ad 29.

nachus Gallus. Hinc iste, Leonem grati animi vicem Carolo M. rependisse, *collatâ amplissimâ Dignitate: In hoc Ecclesiam tuendi officio maxime positam esse Imperatoris dignitatem, ejusque splendorem; Eo jura ac privilegia cætera Imperatorum nisi; In quo quum desissent Imperatores Orientis, alteri demandare poterat Ecclesie Sponsus, Præses, Pontifex Maximus: Munus quidem illud obisse Christianissimos Reges, sed ex pietate singulari, quod Imperatoribus ex officio conveniat: Promississe istud munus quandoque Romanos Pontifices, certè Carolo Calvo Hadrianum II. etiam contulisse, creando Imperatores, ut factum à Johanne VIII. à Formoso, à Johanne XII. à Johanne XIII. à Gregorio V. Unde illa Glabri Rodulphi, ne quisquam Imperator dici aut esse valeat, nisi quem Papa delegerit &c.* Hæc scriptor Gallus, si quam fortè gratiam, quâ Romæ se excidisse pernoverat, rursùm mereretur.

L. I. Hist.
C. V.

XII. In pauca observationes nostras contrahimus, quia nihil eorum morari Lectorem ingenuum, aut mediocriter eruditum, vel tantillum potest. I. Falsissimum est quod supponunt, post Annalium scriptorem, conceptum à Carolo fuisse solemnè *juramentum*, de fideliter obeundo eo munere *Protectoris ac Defensoris Rom. Ecclesia.* Non id habet Anastasius, nec Eginhardus, nec Paulus Diaconus, nec Annales Fuldenses, cæterique. Ex *Ordine Romano* prodiit jurisjurandi ea formula, & ex Hildebrandinâ officinâ. Sed neque Chronica ulla vetera, fuisse à Ludovicis, Carolis, Othonibus, vel exactum vel præstitum Rom. Ecclesiæ hujusmodi juramentum, quum à Papis, Clero, Populoque Romano, in Imperatores Protectoresque suos, *electos* referunt. II. Patetur Natalis Alexander, & summo jure, *munus tuendi Ecclesiam* credidisse semper Christianissimos Reges ad se pertinere, *etiam absque Imperatoris titulo.* Verissime! Id ipsum commendasse Carolum M. dein Ludovicum Pium, regnaturis Filiis, post distributa inter eos Regna, nullo *Imperatoris* tituli respectu, Petrus de Marca ipseque Natalis Alexander observant. Quin antè Carolum M. & Pipinum Patrem, primæ jam Dynastiæ Reges dictos *Defensores Fidei*, eamque *Ecclesia Tutitionem, Defensionem*, credidisse sibi competere *jure Divino*, quâ Regibus, quâ Gladium sibi à Deo demandatum gestantibus, multis præfatus Præsul, & ad eum Stephanus Baluzius. III. Sed verò id Regum omnium esse, summarumque Potestatum, vi officii à Deo accepti, *tueri Ecclesiam*, summumque eorum *splendorem*, summam *dignitatem* hanc esse, *servare Christo*, atque adeò promovere Christi Regnum, Ecclesiam defendere, Infideles propulsare, seditiosos comprimere, Hæreses arcere, omnis Scriptura, Antiquitas omnis testentur. Nec aliundè isti Legis Divinæ Sacrorumque omnium *Custodes* audiverunt, atque adeò Executores, Vindices; non aliundè *Ecclesie Nutritii, Pastores, Patres, Gubernatores*, & hoc ipso Tutores, Defensores; iidem hinc *Dei Servi, Ministri*, & quidem *in bonum*, quale est præcipuum illud *pietatis, salutis, adificationis* subditorum, ut Paulus vult placere unumquemque proximo *in bonum*, *supere in bonum*, cedere omnia fide-

Ad L. II.
de Concord.
C. XII.

Deut. XVII. 18.
19. 20.
Ez. XLIX.
7. 23. LX.
16. Ptal.
LXXII. 10.
Ez XLIV.
28. Jer.
XLIX. 19.
Ez. XXXIV.
2.
1 Sam.
XIII. 17.
Matth.
XXII. 17.
1 Sam.
XIV. 41.
Rom.
XI. 1. 4.
1 Tim.
II. 2.
Rom. XV.
2. XVI. 19.
VIII. 28.

Ep. libus *in bonum*. Undè Augustinus non semel, in
 XLVIII. ad hoc bono procurando *servire Domino Reges, in quan-*
 Vinc. L. tum sunt Reges; Alibi, si suam potestatem ad Dei cul-
 ad Bonif. tum maxime dilatandum *Majestati ejus famulam faciunt.*
 Contrà Atque ita *Regiarum* olim partium fuisse, Regii muneris sub Vet. Testam. non modò *tueri ac defendere*
 Crescon. Ecclesiam, sed & regere, admonere, corrigere,
 L. III. repurgare, summo tam in Politicis quàm in Eccle-
 De Civ. siasticis præsidio, non modò ex Davidis aut Salo-
 D. L. XIV. monis, qui & *Propheta* fuerunt, sed etiam ex Asæ,
 C. V. Josaphati, Joasi, Ezechiae, Josiæ, factis & exem-
 Apud plis, ipse Carolus Magnus, Rex quum esset, *secu-*
 Baluz. turus *Sanctorum exempla*, probè intellexit, in Præ-
 T. I. fatione Capitularis Aquisgranensis, Anni DCCLXXXIX.
 P. 210. & quoque apud Crantzium *in Metropoli*. Reges au-
 tem & Principes Christianos, in Republica Chri-
 stianâ, nihilo inferiores esse jure & potestate Re-
 gibus in Rep. Israëlita, non à Christo gradu de-
 jectos, non ab Apostolis, non à piâ Antiquitate,
 prolixè non modò Occamus, Biel, Zabarella, Au-
 ctiores alii apud Goldastum, sed etiam ex professò
 G. Cassander, Car. Molinæus, Franc. Duarenus,
 Caspar Scioppius, Joh. Servinus Vindex Gallicanæ
 Libertatis, Joh. Bedæus assertor Juris Regii, Pe-
 trus de Marca, Lud. Maimburgius, & complures
 in Pontificiis Castris, dedere demonstratum. Sed
 neque alio jure, quam *Regio* illo ipso, Imperatores
 Christiani antè Carolum M. Constantinus M. Con-
 stans, Jovianus, Gratianus, Valentiniani, Theo-
 dosii, Honorius, Arcadius, Martianus, Justinia-
 nus, Justini, Leones, Constantini, crediderunt
 ad Imperialem suam *majestatem, sollicitudinem, cu-*
 ram, inspectionem, directionem, defensionem, munus,
 pertinere tam Res quàm Personas Ecclesiasticas,
 tam quæ ad Doctrinam, quàm quæ ad Disciplinam,
 ad *universam* adedò Ecclesiam, ne summo Sacerdotio
 excepto. Quod ipse Gregorius II. agnovit, in *Ep-*
 Apud pist. II. Responsoriâ ad Leonem Isaurum, vocans
 Bar. ad A. Imperatores hoc ipso *Sacerdotes*, quanquam ibi mox
 DCCXXVI. asserturus *divisâ*, Imperatorem non habere pote-
 statem *in Ecclesiis introspectendi*. Undè igitur dicti
 passim Imperatores, antè omnem concessionem Pon-
 tificum, *Episcopi, Pontifices Max. Sacerdotes, Domi-*
 nantes *Cleri, Ecclesia Gubernatores, Defensores, Tu-*
 tores, *Religionis Præsides, & Rectores, Papatum Do-*
 mini, *Dei in terris Vicarii, Causarum in Ecclesiâ Ju-*
 dices, *reparatores Ecclesiastica Disciplina, quorum vo-*
 luntati, *legibus, jussionibus, Ordinationibus, Constitu-*
 tionibus, *Capitularibus, obedire tenerentur Pontifices,*
 Episcopi, Clerus omnis? Sed undè alia omnia scrip-
 psère anteriores Gregorio II. Pontifices, v. gr. In-
 nocentius I. Bonifacius, Coelestinus, Leo I. Ge-
 lasius, Hormisda, Gregorius I. quorum dicta ad
 Honorios, Theodosios, Martianos, Leones, Ju-
 stinos, Mauricios, ac de cætero effata, studiosè
 collegerunt Viri antè memorati. Atque hæc vel Gal-
 lis nuperis, de Marca, Launoyo, Baluzio, Maim-
 burgio, satis superque demonstrata sunt. Ut taceam
 Cassandros, Wicelios, Scioppios, Servitas, Gol-
 dastos, Reinkingios, Freheros, Carpozovios, Lim-
 næos, Grotios, aliosque Juris publici Interpre-
 tes, aut supremæ potestatis; quam sibi superiori
 Sæculo Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II.
 in *reformatandâ, instaurandâ, defendendâque Ecclesiâ* tri-
 buerunt, jure *Majestatis*. Idem juris sibi vindicasse
Francorum Reges prima Dynastiæ, Clodovæos, Clo-
 tarios, Chilpericos, Charibertos, Sigebertos, Gun-
 tramnos, Dagibertos, Childebertos, reliquos,
 idem *secundæ tertiæque Dynastiæ Monarchas, fusè ex*
 Gallicanis Annalibus, Decretis, Conciliis, Prag-
 maticis Sanctionibus, præfati Duarenus, Molinæus,
 Servinus, reliqui. De *Gothorum Suevorumque* in Hi-
 spaniis Regum supremo in Ecclesiasticis quibuscun-
 que jure, moderamine, administratione, defensio-

ne, adeundi Covarruvias, Franc. Salgado, Garcia
 Loaysa, Caspar Scioppius, similes. Nec diversam
 vel auctoritatem fuisse, vel praxim *Anglia Regum,*
 Stephani, Adgari, Alvredi, Henrici, Edoardi,
 ac successorum exempla testantur, producta ex An-
 glorum Chronicis & Monumentis ab assertoribus
Juris Regii, indè à temporibus Henrici VIII. dein
 Cocis, Usteriis, Spelmannis, ipsi Jacobo Regi in
Apologiâ pro juramento Fidelitatis. Ne *Sarmata-*
rum, Sueonum, Danorum, Bohemorum Reges, ex
 propriis eorum Chronicis & Historiis, inducam,
 summum sibi Ecclesiæ Regimen, summamque
 Defensionem vendicantes.

XIII. Quale igitur hoc Viri ludibrium est, actu-
 Nat. ri de *Translatione Imperis*, Reges quidem fuisse *Defen-*
 Alex. fores *Ecclesia*, sed ex *pietate singulari, ex zelo*, quod
 T. XVI. Imperatoribus, post collationem Leonis III. confir-
 P. 11. mationesque succedentium Pontificum, conveniat
 ex officio, & ex dignitate singulari? Igitur tuiti Ec-
 clesiam fuere Christiani Reges, ex pietate quidem,
 & zelo, non tamen ex officio, & ne pietas illa
 quidem aut zelus pro Domo Dei, si Natalem audis-
 mus, *Officii Regii* fuit. Fateor, in *Dignitate* Impe-
 ratoris prærogativam & inter Regalia, illum *De-*
 fensoris, *Patroni, Advocati Ecclesiæ*, in specie Ro-
 manæ, titulum abire jussit sequior Roma, servan-
 dum in Capitulationibus Imperatoriis. Sed perti-
 nere hoc ad essentiam sui muneris, officiique legem,
 ex ipsâ Dei ordinatione, fluereque non ex aliâ præ-
 rogativâ quàm *Regiâ*, & illâ *Christiani Principis*, ip-
 se Carolus M. Ludovicus Pius, & quicquid præterea
 antè hos Imperatorum Regumque fuit, ac deinceps
 quoque, intellexerunt. Imò Carolus M. Rex modò
 quum haberetur, pridem *Advocatum, ac Defensor Ec-*
 clesia, etiam Romanæ, nuncupatus est, jam ab Anno
 DCCLXXX. in Capitulari, apud Baluzium Tomo I. ac P. 175.
 sæpè alias in Diplomatum, & ab ipso Hadriano I. sic 2 Reg.
 appellandus ob liberatam à Longobardis Romam, 111. 3.
 Romanumque Ducatum. Num verò *zelus Principum* 2 Chron.
 à potestate vel officio divellendus veniet? Et vel xx. 32.
 fuit acceptus Deo zelus, vel invisus: si posterius di- XIV. 32.
 xerint de piis & laudatis Regibus, falsi arguet XIII. 2.
 Scriptura, si prius, constitit ille intrâ potestatis,
 & vocationis, & officii metam. Sic David flagrans
 zelo Dei, nec tamen potestatis limites excedens. Sic
 Christus & zelo actus, & officii in omnibus memor.
 Sic Paulus, sic Apostoli, sic pii quique, seu Magi-
 stratus, seu Pastores. Socianda itaque hæc sunt,
 non dissecanda, officium & zelus, actus bonus & be-
 nè factus. Sed verò ad Officium hoc spectare supre-
 mæ Majestatis, nullo intuitu concessionis Leoninæ,
 esse *defensores Ecclesia*, pronunciet omnis rursùm An-
 tiquitas. Augustinus in Epistolis frequenter, Prin-
 cipes Legum Divinarum & Ecclesiæ esse *Custodes,*
 Nutritios, & Defensores. Leo I. ad Leonem Augu-
 stum, *Regiam potestatem* Imperatori maxime ad Eccle-
 sia præstatum, tutelam, defensionem, esse *collatum.* LXXV.
 Isidorus Hispalensis, citante ipso Gratiano, *Princi-*
 pes *seculi Ecclesiam à Christo tuendam suscepisse, & co-*
 rum potestati *Christum suam Ecclesiam tradidisse.* Et id q. v. C.
 defendenda tuendæve Ecclesiæ munus non soli Impe-
 ratori attribuit Johannes VIII. apud eundem Gratia-
 num, sed cunctis *administratores secularium Digni-*
 tatum. Nec id genus loca plura compilamus, *stratores*
 quibus *Christiana* Antiquitas non modò *defensionem*
 aut *tutionem* Ecclesiæ adscripsit Regibus, & Im-
 peratoribus, sed etiam directionem, gubernationem,
 supremamque sub Deo & Christo curam, &
 potestatem, cujus sint illi *Ministri, & Vicarii.*

XIV. Sed inquirunt, *Romana Ecclesia* Protectorem
 futurum se esse Carolus in specie pollicetur! Utique
 sanè, quia pars nobilissima tum Ecclesiæ Christianæ
 fuit, Ecclesiarum in Occiduo Orbe prima, audiens
 hæctenus Catholica, ac professâ *Concilio Romano Univer-*
 sium

lium doctrinam ac fidem. Defensor Romana Ecclesia cum successoribus Carolus, sed quamdiu id nominis mereretur, nec tam Petri sedem ostentaret illa, quam Petri fidem ac spem exprimeret Luca xxii. 32. i Pet. iii. 15. sed & amorem Petri Joh. xxi. 15. ac Petri exemplum, subjectionem, vigilantiam, fugam omnis domini, omnis lucri turpis i Pet. v. 1. 2. 3. Aliàs imitandæ Carolo voces Trajani Imperatoris, hoc Gladio pro te utar, quamdiu Romanæ Ecclesiæ dignitatem servaveris, contra te, si ad Antichristianum defeceris. Undè in rebellantes Romanos, ipsosque Pontifices, arma totiens Imperatoribus sumpta. Quin hoc Romana Ecclesia patrocinium, advocatia, non tam apex Imperatoriæ dignitatis, quam onus illi annexum censetur. Equidem, ut jus est, ita ad temporale jus referendum, non fluens ad eò ex largitione ullâ Episcopi Romani, quomodo & temporalia sunt Patronorum jura, licet spiritualitatis titulo, ut plurima alia, vestiantur. Ut verò officium est, ita habetur onerosum, undè in Capitulationem venit. Neque Paparum est, aut promittere beneficii loco, quod muneris ratione incumbit, aut etiam imponere novum onus imperantibus, præter id quod Lex divina imponit. Re ipsâ autem beneficium est, quo non Papæ Imperatores, sed Imperatores Papas obstrinxere, addicendo illis patrocinium suum defensionemque, ut in suam fidem ac tutelam receptis. Ita Pipino Regis Francorum, quod se defensorem Romanum appellaverit, probaveritque ipsis factis, jactante passim Baronio, ingentis beneficii loco tulerunt acceptum Stephanus iii. & Paulus i. Undè supplices petitiones, etiam flexis genibus, ac frequentes Gratiarum actiones pro Defensione R. Ecclesiæ, sed & Exaltatione, in Epistolis utriusque Pontificis. Eadem Hadriani i. erga Carolum M. gratitudo fuit. Vide ipsum Annalium Scriptorem ad Annos DCCLV. DCCLVI. DCCLVII. DCCXCV. Adde Titulum illum Defensoris, Protectoris, Patroni, Advocati, Ecclesiæ Romanæ, nihil adeò addidisse splendidum ad Majestatem Caroli M. Siquidem communissimus jam olim fuerit hujusmodi titulus Patroni, Advocati Ecclesiarum, ab annis octingentis & ultrâ, collatus inferioribus etiam Proceribus & Nobilibus, diverso sanè Advocatiarum hujusmodi genere. Quâ de re videfis Auctores de Jure Patronatus, Petrum de Marca Libris de Imperio & Sacerdotio, Blondellum in Genealogiæ Francicæ Assortione, ac nuper Carolum du Fresne in Glossario. Sed pridem Officia in Dignitates abire jusit Roma Pontificia.

XIV. Nunc profligatam Annalium Scriptoris fidem, ita Leonis Allatii, Nat. Alexandri, socio-rumque, strictim observemus. Alia mentiuntur villatâ verbis Historicorum, & consecrariis absurdissimè eductis; alia verò datâ operâ reticent ac dissimulant. Mentiuntur sanè, Latinos omnes & Græcos Auctores testes esse, vel translati Imperii à Græcis ad Francos, vel certè collati auctoritate Pontificiâ, quod posterius Natalis. Imò verò hoc unum dixit Anastasius, ab universis Romanis, ab omnibus proclamatum Augustum, ac constitutum Imperatorem, novo quidem titulo Dignitatis, non ullo potestatis augmento. Eginhardus, eo tempore Imperatoris & Augusti nomen accepisse, sed invitum. Paulus Diaconus, in Imperatorem coronatum; similiter Francorum Annales, & Chronica. Quod posteriores Chronographi, Urspergensis, Schafnaburgensis, aliique, ex interpretatione eorum temporum, dixere, Imperatorem factum. Theophanes ad iv. Irenes Indiæ. ix. τὴν τῶ ἐπὶ Κάρουμ ὁ ἴ φεγάτων Ρῆξ ἰσὲν Ἰθὴν ἐπὶ Λεὼν ὁ ἱ Παπῆ, hoc anno Carolus Francorum Rex à Leone Papâ coronatus est. Et sic Anastasii Historia. Nec aliter Cedrenus ad iv. Irenes, aut Zonaras in Tomo iii. Annalium, ad eadem tempora.

Dicant jam coronationis actum, qui Sacerdotalis, & consecrationis ceremoniam, conferre Imperium, potestatem, dignitatem ipsam. Nam quoad Imperatorum titulum, visum jam supra est, datum illi confirmatumque ab universo populo fuisse, quod & Marianus, Sigebertus, Sigonius Lib. iv. initio Anni DCCCI. Servavit itaque Populus Rom simulachrum antiqui juris, ac legis Regiæ, in electione Imperatorum Romanorum, excusso jugo Orientis, Papa autem, ut Patriarcha Urbis Romæ, Coronam imposuit, & Chlamydem Augustalem. Atque hoc ipsum fecere in Oriente Patriarchæ Constantinopolitani, quibus tamen dignitatem suam non debuere Imperatores Orientis. Eandem Ceremoniam peregere perpetuò Præsules, circa Francorum, Gothorum, Anglorum Reges, à se diademate ornandos, seu consecrandos, nec profectò collaturos eo dignitatem. Ità nulli fuissent verè Imperatores, citrà Pontificiâ coronationis actum. Quem Constantinopoli primus in Romanis Pontificibus administravit Johannes r. Anno DXXV. legatus Theodorici ad Justinum Augustum, ex Anastasio, & Miscellâ, sed benedictionis quodam ritu, interprete ipso Corippo Africano, Carmine de Laudibus Justinus Augusti; pietatem Imperatoris hoc quidem ita volentis ipse interpretatur Baronius. Ita pridem Imperator renunciatus Ludovicus Pius, Orbe utroque ut talem reverito, antequam Stephanus v. in Gallias profectus, apud Theganum, corona imponendæ ritum, unctioisque alterum, ex superabundi perageret, vanâ ostentatione, ac specie officii. Nequè sanè Johanni vel Stephano Papis præfati Imperatores debuerunt acceptam Imperii dignitatem. Quin superiori ævo Maximilianus r. Bodino pridem observante, cum ad Imperii Ordines orationem haberet, Coronam Imperialem à Romano Pontifice accipere, minime necessarium sibi videri dixit, nec ab hujusmodi Ceremoniâ pendere Imperii Majestatem. Regiâ verò unctio inuncti hætenus Imperatores Byzantini nulli legebantur, quicquid Onaphrius, & alii censuerint. Sed neque Francorum Reges primæ Dynastiæ, antè Pipinum & Carolum secundum auspucatos, nisi Clodovæanam unctioem urferis, ex Ampullæ Remigianæ oleo, fabellam ipsi Remigio, & Gregorio Turo-nensi, ignoratam. Et à Gothicis Regibus hunc perfundendi oleo ritum coepisse, cujus in Wambâ Rege, circa A. DCLXXII. meminit Chronicon Bruxellenfè, Blondellus post alios, in suis contra Chisletium, observavit.

XV. Id tamen Natali Alexandro, Allatio, Baronio, facile largiemur, eò arrogantiam itum deinceps fuisse à Pontificibus, ut ipso coronationis actu creari à se Augustos contenderent, neminemque censerent Imperatorem, nisi à se diademate Imperiali ornatum. Coepit à Johanne viii. factus, circa Carolum Calvum, æmulum Ludovici Germanici, & hunc ut præverteret ac supplantaret Carolus, passus est conferri sibi cum Coronâ Imperiali ipsam Imperii Dignitatem, quasi ex nutu ac stipulatu Pontificis. Ab eo tempore Papas prætendisse quod ad se pertinet conferre Imperium, nec Imperatores appellasse, nisi quos ipsi coronassent, dicimus Mezeræi verbis ad A. Hist. T. r. DCCCLXXVI. Quod ex Sigonio videtur habuisse; Hinc titulus Imperatoris Augusti posthac sincerum Pontificis beneficium esse; annique Imperii à consecratione Pontificiâ repeti coepit. Quum antè Carolus M. Ludovicum Pium, filium, Lotharium Lotharium filium, Lotharius Ludovicum ii. Imperatores ipsi creassent, dixissent, hæreditario jure, nullo interventu Rom. Pontificis. Nec quæritur, quid sibi arrogarint posthac Romani Episcopi, Hadriani, Johannes, Formosi, Gregorii, sed quo jure, ipsimet ab Imperatoribus, ut Dominis suis, vel eligendi, vel confirmandi, usque dum Romæ divina omnia humanaque subverterentur. At frustra

Glabri Radulphi auctoritas obtenditur, *neminem dici valere Imperatorem, nisi quem Papa delegerit*. Cujus Glabri, ex more Sæculi xi. atque infelicissimi scripturi, imperitiam, iudicium tenue, dotes ad conscribendam historiam parùm idoneas, errores historicos, fabulas quandoque, cùm alii, tùm prolixè David Blondellus in Genealogiâ Francicâ, recensere. T. 11. à p. 9. & 17.

XVI. In reliquis partim nugatur Annalium Scriptor, partim in blasphemias voces, sed & injurias in Regum Majestatem, erumpit. Nugas agit, dum docet à Deo dari regna & auferri, per Dominum regnare Reges. Utique sane, undè hi, se *Dei Gratiâ* Reges esse, vel *Divinâ ordinante Providentiâ*, *Divinâ misericordiâ*; se *Dei servos*; regnare Christum vel imperare, se regnantibus, imperantibus; ut pridem in Inscriptionibus professi sunt Christianissimi Reges. Et ipse mox à coronatione Carolus, *Imperatorem* se inscribens, pariter ut antea *Regem*, nempe *Dei Gratiâ*, *Misericordiâ*, *Ordinatione*, *Divino nutu*, à Deo coronatum, (ut Imperatores Græci Θεοσεφεῖς) passim in Capitularibus, & Edictis. Ac rectè Navarræ Rex Henricus, antequam in Franciæ regnum succederet, *Gratiâ Dei sum id quod sum*. Ita ludit Baronius, dùm jacuisse dicit absque possessore *titulum Occidentalis Imperii*, ablatum scilicet à Græcis. Quasi hujus Tituli aut necessitas fuisset aliqua, aut esset hic à Pontificibus profectus, aut ab iis pro arbitrio vel auferendus vel restituendus, quem spontè neglexerant à remoto Augustulo Odoacer, Theodoricus, & hætenus Carolus, licet imperantes Romæ, atque Italiæ, & Occiduis partibus, potentioresque postremis Imperatoribus Occidentis. Et siquidem ob Hæresim *Iconomachicam* privandi Imperio Occidentis fuerant Leo III. aut Constantinus Filius, cur jam fraudanda Irene à Romano Pontifice, restitutrix ista imaginum & Catholicismi, quem vocant? Sed & strenuè nugatur Cardinalis, in *ingratisudini* signum ergà Leonem, donasse Carolum splendidissima Romanis Basilicis munera: imò (si quæ narratis fides) in pietatis signum, ut erant tempora, & munificentiæ Regiæ, obstringendis ulterius Romanis. Ac proxima sunt deliramentis ἡ κεννοχρησολυγία, sequentia: V. g. dùm quæ *Jeremie* ut Prophetæ vaticinanda Deus committeret, adversus Reges, Nationes, ea transfert ad Pontificiam plenissimamque in Regna potestatem; Dum *Synagoga*, id est, Judæorum Sacerdotibus tribuit potestatem auferendi pro arbitrio Regnum, Imperium; Dum juris hujus successionem sub N. T. ad unum Romanum Episcopum refert; Dùm supponit, mandatam idem divinitus datum Leoni III. auferendi Imperium Græcis, quod olim specialissimè datum Samueli, aut Eliæ, circà Saulum & Achabum; Dùm ex istis, *pasce oves meas, occide & manduca*, conficit potestatem Papalem deponendi Ecclesiæ Reges, Imperatores &c. Ast verò ad blasphemiam ista accedunt, Reges per *Papam* regnare; *Papa* esse dare Regna, Imperia, eademque rursus auferre; Gloriam majorem *secundæ domûs*, de quâ Aggæus Vates, esse plenitudinem potestatis Pontificiæ; Imperatores Occidentis totum hoc quod habent habere Dei & *Apostolica sedis gratiâ*, seu *divinâ & Apostolicâ misericordiâ*, ut cæptum postea inscribi, sed ab *Episcopis*, Præsulibus, nullo etiam antè Sæculum XII. rei exemplo, & antè Eugenium III. Pontificem, ut ipse Mabillonus observavit. Iniquissima porrò sunt in Reges omnes, & in jura Majestatis, vindicata illa frequentissimis in Galliâ, in Britannia, sed & in Italiâ ipsâ, ac Venetis Scriptoribus, inque publicis Regnorum Comitibus, summisque Senatibus, quæ reliqua effutit Baronius, de *insistâ plenissimâque* potestate Pontificum in Reges, Imperatores, ex Hildebrandinis Dictatis. Ita, de ablato à Græcis Imperii Oc-

cidentalis titulo, scilicet *ob Hæreses, & auctoritate Pontificiâ*, puta Gregorii II. quo de facto nostra Historia Imaginum, & cujus adeò disputet Natalem Alexandrum, ut ex professio factum fuisse neget, in Historia Sæc. VIII. Quam etiam ineptè huc trahantur comminatoriæ illæ *Gregorii Magni* voces, quæ leguntur in concessis Privilegiis Augustodunensi Xenodochio, de *Regibus potestatis honorisque sui dignitate privandis*, si contra ea Privilegia quicquam tentaturi essent, fusè jam à Gallis doctoribus, etiam Romanensis familiæ, ostensum fuit. Aut enim *interpolatam* illam ac spuriam comminationem esse, nec omnino Gregorii I. quod pluribus asseruit Launojus in Assertionem suâ Cap. x. & cum eo plerique, ac nuper Lud. Maimburgius Historiæ Gregorianæ *Libro III.* aut certè severiorem modò fuisset *imprecationis* formulam, non alienam ab eorum temporum moribus, ex usu Psalms CVIII. ipsis etiam Synodorum Patribus usurpatam, quod urget Mabillonus *Libro II.* de Re Diplom. quem C. II. vide.

XVII. Nunc Cæsaris Baronii vasrum ac subdolum, in reticendis quæ commemoranda primo loco fuerant, ingenium observes. I. Tacet ille, post Anastasium fateor, scribentem eo tempore quo alios mores Principum indulgentia induxerat, fuisse Carolum Magnum, mox à coronatione, ab ipso Leone Pontifice, *more antiquorum Principum adoratum*. Referunt disertissimis verbis Annales Fuldenses ad An. DCCCXI. Adelmus Benedictinus in Annalibus Francorum, quos exorsus est ab A. DCCXLI. Ad Viennensis in Chronico, & ex his alii. Non tacituro Baronio, si *Pontificem adoratum* scripsissent Historici, quemadmodum is aliàs extollit factum Justiniani II adorantis scilicet Constantinum Papam, & Pipini Regis terræ prostrati coram Stephano I. deinde & Ludovici Pii ter se prosternentis coram Stephano V. II. Dissimulat Baronius, non antè Carolum M. Româ discessisse, quàm *ordinatis Romana Urbis, & Pontificis, totiusque Italiae, non tantum publicis sed etiam Ecclesiasticis & privatis rebus*. Quod ut disertis verbis Eginhardus, & Annales Francici, memoriæ prodiderunt, ita confirmat summum Caroli M. in Urbem, in Pontificem, in personas ac res Ecclesiasticas Imperium. III. Dissimulat perpetuam observantiam Leonis ergà Carolum Imperat. ad quem etiam profectus est non semel, honori illi contestando. Dissimulat, Carolum M. nunquam se inscripsisse, à Papâ coronatum, sed à *Deo coronatum Imperatorem, Imperatorem Divino nutu, Divinâ misericordiâ*, ut antea monitum. Ità, inconsulto Leone emanasse tot Capitularia Caroli Imperatoris, dein & Ludovici Pii, de Ecclesiasticis quibuscunque Rebus, & Personis, quorum & *irrefragabili custodia* tenerentur Pontifices, nihil Baronius. Quamquam Leone IV. in aditu sui Pontificatus, accusante mendacii & imposturæ, apud Lotharium & Ludovicum Augustos, qui se ut minùs *Capitulis Imperialibus* obedientem detulissent. Quæ verba absurdissimè aliò torquet Baronius, ad Annum DCCCXLVII. flagellandus Baluzio in *Prefatione* ad Capitularia. Pariter insistere debuit Annalium scriptor, ut *subjectionis* Pontificiæ, totiusque Pop. Rom. certo argumento, quod habet Theganus de Gestis Ludovici Pii, ubi is de Stephano IV. Leonis III. successore: *Statim postquam Pontificatum suscepit, jussisse omnem Populum Rom. fidelitatem cum juramento promittere Ludovico Imperatori*.

XVIII. Contrà urget Baronius omninò falsa & commentitia. Certè inanissimum illud est, Carolum M. nihil statuisse de Hærede Imperii, conferendi nempe in successorem ex nutu ac dispositione Pontificis. Undè & Tabulas Testamentarias, quas produxit primus Pithæus, laudatque ex eo Baronius,

Ad Ann. DCCX.
N. II.
T. VIII.
Ad Ann. DCCXLIII.
N. XII.
T. IX.
Ad Ann. DCCCXVII.
N. XCIX.

N. XI.
T. IX.

nus, *confirmanda* Leoni Papæ submiseric. Apage verborum rerumque præstigias! Primò cur nihil Baronius de *incertâ* nutanteque hujus *Instrumenti* fide, vel ipso Pithœi iudicio? Nec enim Eginhardus illud ipsum exhibuit, qui exhiberet Instrumentum aliud divisionis Thesaurorum Carolinorum, ipse lator ejus ad Leonem Testamenti. Deindè Imperii expressa in eo Instrumento Pithœano mentio est: Carolum, *post suam ab hac mortalitate discessum, hujus à Deo conservandi Regni, vel Imperii sui, Filios Heredes relinquere.* Quod verò hujus Imperii partitione factâ inter tres *Filios*, additâ etiam lege de jure successionis, (ut referunt Annales, ad A. dcccvi.) neminem in specie *Imperatoris* titulo ornaverit, ex eo factum, quod noluerit prudentissimus Princeps, se adhuc administrante, hunc esse *μῦλον ἐπίδω*, & invidiæ causam. Misit etiam hujus partitionis tabulas ad Leonem, sed jam *confirmatus jurejurando ab Optimis Francorum*, ad Leonem etiam ut *subscripturam* Tabulis illis Testem, majoris *ἀσθενίας*, ergò, non ut Dominum vel Arbitrum, qui scilicet vim illis omnem adderet. Sed verò post sublato Carolum & Pipinum filios, superstiti solo Ludovico, hunc ipsam, *congregatis solemniter de toto Regno Primoribus, cunctorum consilio consentiens sibi totius Regni, & Imperialis nominis Heredes constituit, impositaque capiti ejus Diademate, Imperatorem & Augustum jussu appellari.* Fecit hoc Anno dcccxiii. quum jam morbo & senectute premeretur. De expetito assensu Leonis Pontificis, aut Populi Rom. nihil. Imò in Tabulis distributionis Thesaurorum, quas refert Eginhardus, scriptis A. dcccxi. non aliter *Romam* consideravit Carolus, quam ut primam *Metropolitanarum Civitatum in Regno suo*, cui proxima *Ravenna*, hinc *Mediolanum*. Atque ista uno ore & calamo Eginhardus, Annales Fuldenses, Bertiniani, Aimoinus, Adelmus, Sigonius, P. Æmilii, reliqui, Baronio rursus dissimulanda. Et ad Caroli M. exemplum, similiter Filios suos *Imperii Heredes, & Augustos*, pronunciarunt postea Ludovicus Pius, & Lotharius I. Imperatores, nullo interventu Pontificis, si quæ si dictis Historicis fides.

XIX. Sed quæ ex nutu vel confirmatione Leonis, dein successorum, pependisset dignitas ac majestas Imperii, quam Pontifices ipsi, subjectionis lege, reverebantur. Ne Leo quidem III. adiverat Pontificatum, nisi scripto *juramento fidelitatis*, in Literis ordinationis suæ ad Carolum Regem, ut ex responsoriâ Caroli Epistolâ ad Leonem, insertâ Epistolis Alcuini, monuit quoque Baluzius in Notis ad Agobardum. Et *quam fidelitatem sibi Regis nomine promississent*, quicumque tandem illi *sive Ecclesiastici, sive Laici, eandem Casari promittendam* fuisse, docet Capitulum II. Anni dcccii. apud Baluzium, in Tomo I. Capitularium. Itâ hanc *jurisjurandi* religionem, *faciendi Imperatori*, intervenisse in electione succedentium Pontificum, docet luculenter exemplum Gregorii IV. Ludovico Pio Imperatore. Non modò is *non obire Pontificium munus, antequam à legatis Ludovici Imperatoris, ob eam causam Romam missis, confirmatus esset*, ut disertè Platina, post Auctorem vitæ Ludovici, & Annales Bertinianos, verum etiam *jurare Pontifex fidem Imperatori.* Cujus rei testis est ipsa Epistola Gregorii IV. quam illi Petrus de Marca & Stephanus Baluzius vindicant, inserta Operibus Agobardi. Ex quâ intelligitur, Franciæ meliores Episcopos accusasse Gregorium, perfidum in Ludovicum, unâ cum Filiis Optimi Principis, quod *immemor esset Pastoralis officii, sed & jurisjurandi facti Imperatori!* Nec dubium quin eandem necessitatem subiverint reliqui, non evehendi ad hanc dignitatem, absque assensu Imperatoris, vel prævio, vel succedaneo. Undè ad Ludovicum Pium ablegati à Stephano V. successo-

re Leonis III. *qui quasi pro sua consecratione Imperatori suggererent*, ex Aimoino, & Francorum Annalibus, ad Ann. dcccxvi. Ac deinceps, mortuo Stephano, deprecatus est Paschalis electionem factam non Canonico ritu, *missâ excusatoriâ Epistolâ*, ac causaturus vim sibi factam, & *Pontificatus honorem sibi plurimum venienti velut impactum*, ut ibidem Aimoinus, vel se *succubuisse dignitati*, ut Auctor Vitæ Ludovici. Imò removendi Pontificatu contumaces in Imperatorem Pontifices, aut cæteroquin indigni tanto fastigio, luculento dudum postea in Johanne XII. rei exemplo, sub Othone I. Ac perpetuò missi ab Imperatoribus, qui Romæ de causis cognoscerent, & *statum Reipubl. componerent*, ut factum à Ludovico Lotharium Romam mittente, Anno dcccxxiv. in Annalibus Francor. & apud Aventinum Libro IV. Ut adeò omnium contentione, præterquam unius fortè Baronii, Bini, Bellarmi, ratum sit testatumque, exercuisse constanter & Carolum M. & Ludovicum Pium, & Lotharium Augustum, & Ludovicum II. omnia *suprematis jura in Urbem Romanam, in Romanos Pontifices, Romanamque omnem ditionem, dicendam insigni abusu, nec sine contumeliâ, Patrimonium Petri.* Quamquam ejus Domini Imperatorii, secururâ ætate, superfuturam nihil,

— nisi nomen & umbra.

XX. Proclive nunc foret animadvertere in Annalium scriptorem, inanissima alia de Carolo M. & Ludovico Pio vel commentum, vel certè ex mendacissimis tabulis propinquantem. Sed hæc ad Introductionem nostram Historicam spectant. Unum tamen & alterum specimen huc referendum Baroniani ingenii, sed & pudoris. Primum fuerit, laudatum à Baronio Capitulum, tanquam Caroli M. de *ferendo jugo Romanae Ecclesie*, ad Annum dccc. *Ut licet vix ferendum ab illâ S. Sede imponatur jugum, tamen feramus, & piâ devotione toleremus.* Nempe hæc Purpuratus ex Gratiani Decreto *Dist. XIX. Cap. III.* Addit ille: *Idcirco Deum dedisse Carolo M. subjicere sibi Reges & Populos, cum noverit ille se subjicere, propter Christum, successori homini Piscatoris.* Prò pudor! Compone, Lector, Capitulum istud Carolinum cum Carolinis reliquis indubiis, sed & factis, quibus res Ecclesiasticas supremo jure, etiam Romæ, ordinavit, illo ipso Anno dccc. ex modò dictis. Compone *devotam* illam *subjectionem* Caroli M. *sub jugo Romanae Ecclesie*, cum subjectione Leonis III. statim ab inito Pontificatu, *in Caroli fidem ac subjectionem recepti*, etiam interposito sacramento, ut visum antea. Revoca ad animum constans illud dominium, exercitum à Caroli successoribus in Urbem, in Romanos, in Papas, atque (ipso jam Gratiano in Decreto suo teste) *professionem* Leonis IV. ad Lotharium Augustum, nec inficiari auso Baronio, *de Capitulis vel præceptis Imperialibus irrefragabiliter custodiendis & conservandis, & nunc & in ævum, quantum valuisset & valeret.* Memento præterea Capitulum istud Carolinum, quod effert modò Baronius, in Capitularium Libris apparere nullum, qualiter alterum, de *judicio Episcoporum*, quod immediate ibidem subjungit Annalium Scriptor, *ut ex Capitularibus Regum Francorum.* Adde, imposturas id genus alias Gratiani Decreto insertas, & insignem illam de Donatione Constantini, vel alteram de Concessione Ludovici Pii, de quâ mox verbum. Imò audi Baronium ipsum, cui modò tanti est autoritas Gratiani, alias in Gratianum invectum ut *nimis credulum, ut qui imposturas manifestissimas exscripserit*, ut in quò sint *commentitia decreta, ascititia*, quia ad verâ dominationi Pontificiæ, quales fuere Constitutiones Hadriani I. & Leonis VIII. de *Ordinandâ* ab Imperatoribus *Apostolicâ sede.* Et judica, quisquis es Lector, de candore deque fronte Baronianâ, & quam

Hist. Franc. L. IV. C. CIV. Aimoinus Hist. L. IV. C. CV.

T. IX. Annal. N. X. XI.

Dist. X. C. de Capitulis.

T. IX. ad Ann. DCCCLXXII. N. XIII. T. X. A. DCCC. LXIV. N. XXIII.

P. 122.

In Greg. IV.

T. II. Ed. Baluz.

quàm sit opportuna illatio, meruisse Carolum M. *subjicere sibi Regna & Populos, quia se subjecisset successoris hominis Piscatoris*, sed ex homine Piscatore deinceps Regis Regum. *Quantum ultima primis cedunt,*

*Arfacio postquam se Purpura fastu
Susulit.*

Par illatio Romanorum fuit, apud Minucium, *meruisse se universarum Gentium Regna, dum universarum Gentium sacra suscepissent!*

Dist.

LXIV.

Cap. Ego

Ludov.

Ad Ann.

DCCCXVII.

Num. x.

& seq.

XXI. Alterum Baronianæ integritatis argumentum esto, laudata ipsi donatio seu constitutio Ludovici Pii, facta scilicet Paschali Pontifici, & successoribus, quam ex Gratiano rursùm, sed multo auctiorem, atque adeo ex monumentis Vaticanis, inseruit Annalium Tomo IX. Cui si habenda fides esset, renunciasset Ludovicus, per modum restitutionis factæ Pontificibus, non modò juribus Imperatorum circa *electiones* Pontificum, sed & dominio in Urbem Romam, in ejus omnem Ducatum, in ditiones Italicas, in Provincias, Urbes, Civitates, Castella propè infinita. Abdicasset se adeò ipso Imperio, solo fortè nomine retento Imperatoris, donatione extensâ ad *Patrimonia* omnia, *ubicunque in partibus Regni atque Imperii à Deo sibi commissi esse noscerentur.* Donasset quoque Ludovicus, de alieno munificus, quæ Græcis Imperatoribus subessent,

etiam ex pacto, scilicet Calabriam utramque, Siciliam, Insulas reliquas. Hujus adeò Instrumenti cum absurditatem, prodentis se ipso tenore, tùm silentium in Francorum Annalibus, in Aimoino, in P. Æmilio, cæterisque, pernoverat Purpuratus, cuedendi eo circiter tempore quo Constantinianæ Donationis alterum. Absit igitur, ut confictæ Romæ hujusmodi paginæ

— *referant monumenta vetusti*

Moris, & antiquas testificentur opes!

Nec vel Aimoinus, vel nihiùm aliàs in hisce liberalis Leo Ostensis, aliud Ludovico Pio tribuunt, quàm *confirmatam* ab eo donationem Pipini, dein Caroli M. quâ primùm Romani Pontifices, ex privatâ sorte, in illam Principum temporalium sublimati sunt, sed salvis Francicæ Monarchiæ juribus. Constantèrque deinceps Ludovicum Pium, Lotharium, Ludovicum II. Augustos, exercuisse omnia suprematûs jura in Urbem ipsam, & in Pontifices, quemadmodùm exercuere sua in Italiam, Galliam, Germaniam, summi horum Imperiorum Reges, indubia Annalium ac Testium fides est. Ac dum *Co-* Ibid.
N. XII.
dicæ Vaticanos, quatuor Exemplaria, ac collationem eorundem *mutuam*, ostentat Annalium scriptor, simul Documentorum id genus è Vaticanis scriniis fidem sublestam universis prodit. Sed hæc aliò spectant.

FRIDERICI SPANHEMII
MISCELLANEORUM

A D

SACRAM ANTIQUITATEM

E T

ECCLESIAE HISTORIAM

P E R T I N E N T I U M

L I B E R Q U I N T U S.

Q U I E S T D E

P A P A F O E M I N A

INTER LEONEM IV. ET BENEDICTUM III.

DISQUISITIO HISTORICA.

Quâ ut Onuphrii, sic præcipuè Allatii, Labbei, Blondelli, Launoji,
Mabilloni, adversus *Papissam* præsidia excutiuntur.

VIRO DIGNITATE, VIRTUTE, FIDE,
NOBILISSIMO AMPLISSIMOQUE,

ANTONIO HEYNSIO,

Confiliorum Hollandiæ & WestFrisiæ Moderatori, Magni Sigilli Custodi,
Feudorum vice sacra Administro, &c.

FRIDERICUS SPANHEMIUS F. S. P. D.



I mente meâ, qualiter vel Salmasii nuper vel Blondelli, sacra Antiquitas recondita esse crederetur, & existimatio tantorum Nominum accederet, tum demum polliceri mihi possem, VIR AMPLISSIME, ex qualicumque hac Disquisitione, quod de Salmasiana (si modo Vir ille excolvisset publicam fidem) augurabatur. Illustris Sarravius, statutum iri quid de omni istâ, sive Historiâ, sive Fabulâ, judicandum sit. Nec adeo ignobile argumentum duxere Viri Summi, quin etiam alter suscitaturum se Papissam & coram & liseris, etiam apud me adolescentem, profiteretur; alter vero stimulos adderet ad expediendam rem arduam, ita Parisinus Senator, & magnis difficultatibus implicitam. Neque profecto cogitatione unquam meâ præceperam fore, ut hac in me provincia devolveretur. Quam non præpostero ullo, vel laureola aucupio, vel Johanna studio, quæ seu aliqua fuerit, seu nulla, parum attinet ad causa cardinem, susceptam à me esse, asseverare quâvis conventionè possum. Neque defuturos in nostris esse scio, qui gratia nihil apponi mihi, aut mea huic opella, contractis supercilis decernerent, indignati tantum abs re meâ otii mihi fuisse, ex quo converti cæpta est Fæmina, apud recentiores Criticos, in Fabulæ argumentum, spatii præcipue temporum, ut opinantur, exclusa. Sed nec Διαγέλεια, qualia dixit alicubi Tullius, seu premia boni nuntii ab iis expecto, quibus aut diligentia mea otiosa videbitur, aut veritas ætæ, qualem certè hac commentatione cognatio rerum, ac discussio cause, etiam Chronologia Papalis, mihi in Παρομοιωτικῆ non infrequenter expressit. Quo saltem nomine non est quod suspicer malam me gratiam apud bonos inivisse. Et nescio quâ animi fiducia præverto æquiorum iudicium, qui factum à me esse optimo jure censebunt, quod eorum saltem momenta libraverim, ac subdlexerim calculos, infirmarim quandoque Testium ac Monumentorum fidem, Onuphrii puta, hinc Allatii, Labbei, Launoji, Mabilloni, ipsiusque in nostris Dav. Blondelli, qui expunxisse omnino infandum Nomen, damnassequè æternâ oblivione, putabantur. Tu, VIR AMPLISSIME, quantumvis incumbas totum in eâ Reip. curâ, quæ immortalẽ gloriam ministerio tuo adjungant, & is sis cujus omnibus patet auctoritas, & gratia, & opera, si quando tamen joveris fessum tot laboribus animum legendo remittere, dareque tibi vacivum aliquod curarum tempus, sedebis arboris litis; illâ auctoritate, non quam dignitatis, sed sapientia tua

Tom. II.

o

gra-

gradu, & laude acerrimi iudicii, ingenii purpore, rarisque doctrina, obtinisti jam olim. Imò obtinisti etiam in eâ Gente qua sagax est ingeniorum estimatrix, & qua Legatione pro Republicâ fungentem, præ sagâ amplioris fortuna, suspexit simul & formidavit. Taceo humanitatem qua in te summa est, quâ etiam certus ad officia, quantum incorrupta integritas fuit, & que solâ tuâ pietate vincitur. Certè ut ego à te amari, ex quo pervenisti hunc animum apertum & simplicem, itâ tu simul & salvari à me, & observari ac coli ceptus es. Faxit vero Supremum Numen ut te corporis animique viris non ante destituant, quam destituent totius Reipublicæ vota, cuius salus in tuâ ex parte vertitur, habitusque bonis artibus & lueri homo! Lugd. Batavorum, ipsâ Kal. Januarijs Gregor. Anno Æræ Vulgaris MDCXCI.

CAPUT I.

BREVARIUM.

Fœmina sustinentes quamcunque personam, virili specie; aut verò Pontificis illam, dubium. Summa narrationis de Johanne Fœminâ. Discrepantia quadam circa tempus, patriam, nomen. Schola uno ut Athenis, & Roma. Papa quales electi quandoque. Sexum mentiendi facilitas inter Italos. Exempla ante & post Johannam. Heremperi fabula, sub extrema Sec. IX. de Patriarchâ Constantinopol. fœminâ undè. Circumstantia post Marianum Scotum adjecta.



Non equidem abhorret ab Historiæ fide, fuisse Viros qui se Curios simularint mendaci fronte, & qui Socratico vultu, cynædi ipsi, turpia in aliis castigant. Sed neque istud alterum, fuisse Fœminas quæ aut Viros modò fortitudine, modò doctrinâ æmulatæ sint, aut sexum suum arte mentitæ, cuius pertætæ frequentes leguntur Viragines, tanquam πάντων ὄσι ἐστὶ ἐμψυχα, καὶ γυναικῶν ἐχθρὸν ἐβλῆσαντες φύσιν, omnium quæqueque animam & mentem habent miserime propagum, iudice Tragico. Hinc de Semiramide, de Amazonibus, tum Africanis ad Tritonidis lacum, tum postea Asianis ad Pontum Euxinum, de claris ac doctis Mulieribus, pace belloque, obviæ historiæ ac commentarii. Quicquid verò Fœminæ virili habitu aut Imperiorum Principes, aut Belli Duces, aut Milites strenui; aut in Scholis Doctores, aut in Cœnobiiis Monachi vel Abbates, passim memorentur, res est monstro propior mulier Romæ Pontifex. Undè, post Blondellianam Anacrisim, recentiores in nostris plurimi, moti rei portento, ac securi ejus Viri auctoritate, re fortassis perpenlâ minùs, in cavilli modò argumentum vertunt. Ae par illis Johanna Papa ratio est, quæ Semiramidu in Virum, aut si vis in Columbam, Matris in Piscem, transformata; aut quæ Sardanapali fœminæ; vel quæ Regis illius Pannonii, quem Margaritam, Galli Le Roy Margot, Jacobi Anglorum quem Reginam, Elizabethæ quam Regem, per jocum dixere;

Res erat Elizabeth, nunc est Regina Jacobus.

II. Summa verò historicæ ac simplicioris narrationis, de Johanna Papatum adeptâ, qualis ea in antiquis MSS. nonnullis Anastasi Bibliothecarii, Heidelbergæ quondam, nunc Romæ, etiam Parisiis asseruatis, tum apud Marianum Scotum, Sigebertum Gemblacensem, Galfridum Arthurum, Martinum Polonum, Bernardum Guidonem, & divinos, mutilatos licet quandoque aut interpolatos, huc tota redit. Nempe inter Leonem IV. (defunctum sive anno DCCCLIII. ut Marianus Scotus, & diu post Auctor Compilationis Chronologicæ apud Pistorium, Cœlius quoque Rhodiginus Lectionum Antiquarum Libro XV. sive anno DCCCLIV. ut habet Sigebertus, vel Auctor Chronici Magni, sive DCCCLV. ut habent Codices Anastasi, quem sequuntur Platina, & plerique, Urspergensis verò, postea & Jac. Bergomate, differentibus excessum Leonis ad Annum DCCCLVII. vel DCCCLVIII.) & inter Benedictum III. creatos Romæ Pontifices, fuisse Johannam fœminam, & Johannis quidem nomine: quem

Johannem Octavum Platina, & cæteri ferè; Septimum Otho Frisingensis, Bergomas, Sabellicus, & alii; Johannem simpliciter, numero non adposito, plurimi, ne inter Papas numerari videretur, caventibus Sigeberto, Martino, aliisque. Hanc ferè ex Magnusiaco natali loco oriundam; appellatamque antea Johannem Anglicum, seu quod Anglicanæ stirpis fuerit, seu aliunde nato cognomine; alii sed posteriores Agnetem vel Hagnam dixere, corruptè ex vulgari Fannetta, aut verius καὶ ἀντιφασίαν, ironico sensu, quasi castam, scelerisque puram, unde Agnes in Legendis. Addunt igitur, captam hanc puellari ætate literarum ac peregrinationum studio, fuisse habitu virili Athenis à familiari quodam suo deductam, antiquam videlicet literarum sedem, collapsam licet, & vel solo nomine ac vetustatis imagine, ut sit hodieque, lustrandam; quin instaurandam eo fere tempore, cum Scholis Constantinopolitanis, studio Bardæ fratris Theodoræ, sub quâ hic præfectus educationi Michaëlis fuit, καὶ τῶν ἑπιτροπῶν ἑ βασιλέως προσέχων τὸν, idemque bonarum Literarum restitutor, ac Scholarum, ut ex Cedreni Compendio, & Zonaræ Libro XVI. intelligitur. Indè Romam Johannem hanc delatam referunt, professamque ibi eodem habitu Sacras literas, undè legisse dicitur, & Magistri appellatione ornata, sive jam sub finem Seculi IX. receptæ hæ voces fuerint, sive postea à recentioribus adjectæ, ex usu temporum. Et has literas reverà Romæ traditas tum auditoribus fuisse, Scholâ extrâ Muros Civitatis erectâ, auctor est Anastasius in Vita Leonis IV. Et Johannes Launojus de Scholis Celebrior. Cap. XIII. Ex quibus primum apparet, celebrem hanc fuisse Scholam, antè Annum DCCCLVII. quo Leo IV. Pontificatum inivit. Tandem subjiciunt, personatum hunc Doctorem, ob scientiæ opinionem, morumque præstantiam ac suavitatem, in Papam omnium consensione electum fuisse, mortuo Leone IV. Et sanè Leo ex eadem Scholâ ad Apostolicæ, ut loquuntur, dignitatis culmen paucis antè annis ascenderat. Et quam addunt, magna fuisse in Urbe opinionem, scientiâ & virâ, ac in Scholis Romæ professam, ut Martiniani Codices, ea nec ignota, nec sine testimonio antea vitæ, nec extra omnes Ordines sacros fuisse, censenda est, ut supponunt Viri Docti. Sed quæ ante Papatum dicta Johannes Anglicus, abjecto Anglici cognomento dicenda simpliciter Johannes, dum Papa fuit. Quamquam & electos Papas, aut eligi aptos, qui nondum in sacris Ordinibus constituti fuerint, doceat prolixè Cereemoniale Romanum, atque etiam exemplum Constantini I. post electionem à Georgio Prænestino in Clericum primum consecrati. Non etiam obstitit locus Nativitatis, quum & Germani fuerint Pontifices alii, nec Romæ educati; uti alii Græci, Syri, Siculi, Hispani, Galli, &c. nondum ad Italos restrictâ dignitate, vel ad Romanæ Ecclesiæ Cardinales, uti postea.

III. Sexum autem eò facilius simulare potuisse hanc Johannam, res ipsa testatur, quod barbâ tum destituerentur Itali & Occidentales, mento rasi, seu jam evulsis pilis, seu abrasis; quâ in re & Justinianum Imperatorem Romanos esse æmulatum, Reg. τὸ γένειον κηρὸν ἵασι τοὺς Ῥωμαίους, habet Chronicon Ale-P-375

Euripid.
Med.
230.

C. 1;

Edir.
Reg.
P. 160.

Epist.
LXX. T.
VIII.
Concil.
col. 471.

Apud
Cotel.
T. III.
p. 250.

Alcimus
Poem.
L. VI. p.
m. 312.
Ed. Sirm.

Dist. I.
c. XL.
Oper.
P. II.
p. 258.

Andrinum, ad Olympiadem cccxxxvi. Et disertè hac occasione monuit Laonicus Chalcocondylas *Historiæ Turcicæ Libro vi.* ὅτι οἱ ἄρρητες χερδόντοι τῆς Ἰταλίας, ἢ ἐμπόδους τε πρὸς ἐσπέραν χώρας Ἰταλικῆς ἐυρῶνται τὸ γυναικῶν, quod mares cum per Italiam, tum regiones penè omnes Occidentis, barbæ raderent, quod & Nummi ac Statuæ docent. Undè inter αἰτιώματα accusaciones seu errores Latinorum jam olim retulère Græci, sedente Nicolao I. qui secundus à traditâ hac Johannâ Pontifex fuit, quod αὐτῶν οἱ Ἰερατικοὶ ἐυρῶνται τὸ γυναικῶν eorum Clerici barbæ raderentur; idque γυναικῶν mollitiem muliebrem Græci interpretati sunt, post Julianum in Misopogone, quinimò ipsum Hadrianum Cæsarem. Nicolaus Epist. ad Hincmarum, de recente querimoniâ Græcorum: *Quin & reprehendere satagunt, quia penes nos Clerici barbæ suas radere non abnuunt.* An fortè occasione latentis nuper foeminae sub habitu Pontificis, non dixit sanè Nicolaus. Qualiter statuæ Pontificum olim imberbes fuerunt, ut Bononiæ illa Nicolai V. Mediolani Martini V. licet quinquagenario majoris, ita quoque Senis, Romæ, & passim. Ex aduerso barbam prolixiorē habuerunt iidem inter virorum decora, & hinc barbati in Nummis Byzantinis plerique Cæsares, ac præ cæteris Constantinus ille Pogonatus; quo etiam factum, ut Sabas Archimandrita, teste in ejus Vitâ Cyrillo Scythopolitano, è Membranis Colbertinis, τὴν τῶν γυναικῶν ἀφαιρέσιν barba sua amissionem reputaverit divinam quandam castigationem, πρὸς τὸ ταπεινῶδες quo humilis ipse fieret. Quin nec in ipsâ Orientali ac Latinâ Ecclesiâ destituebatur Johanna nostra exemplis, Foeminarum quæ religionis ac disciplinæ studio ita sexum occultassent, ut pro Viris ad extremum habitæ, & ad Dignitates etiam sacras admotæ, certâ jam tum traditione crederentur. Talis Eugenia, Philippi Alexandriae Præfecti filia, Gallieno imperante, celebrata jam Bedæ inter Latinos, & post eum Usuardo, antè hos Alcimo Avito Viennensi sub initia seculi VI. quæ virili habitu Monachus primò, tandem Abbas, complurium annorum decursu, nec sine suspitione virilis libidinis, celebrata fuit.

*Eugenia dudum toto celeberrima Mundo
Fama fuit, dum dat Christi pro nomine vitam,
Antè tamen mulier fortes processit in actus,
Cum stipante choro sanctorum fieret Abbas,
Atque Patrem complens celaret tegmine Matrem.
Sed postquam sancto cunctis præclaruit ore,
Et meritis annisque graves, longaque verendos
Relligione senes, juvenili rexit in avo, &c.*

Nec absimilis Theodora illa Alexandrina, Leone imperante, de quâ præter Menologium, aut Metaphrastem, Nicephorus Calistus Historiæ Eccles. C. V. Libro XVI. quæ primò furtim in stuprum adducta, tandem ἐν ἀνδρῶν χήματι τὰ γυναικῶν ἐποικυρία, sub virili habitu muliebria occultans, ita rem contextit, ut crimen etiam illi intentatum fuerit, quasi pueri procreati pater esset. Quin in illo errore ad finem usque, sexu constanter celato, in frequente Monachorum choro, & Alexandrinæ Urbis conspectu, detinuisse eam Alexandrinos, sociosque Afcetas, idem Nicephorus refert, μέχρι τέλους διέμεινε ἀσκήσια τὸ λαθεῖν, ad finem usque sexum, sicut instituerat, celare perseveravit. Iisdem exemplis excitata, & quidni illo Johannis Anglici, fuit seculo XII. Hildegundis Virgo, quæ sub habitu virili sexum muliebrem occultans, inter novitios suscepta, ac Josephi nomine appellata, vixit inter pingues Monachos Ordinis Cisterciensis, moritura etiam cum opinione sanctitatis, ex Cæsario Heisterbacensi in Dialogis, hinc *Tribemio* in Chronico ad Annum mclxxviii. Imò verò novum simulati sexus in Johannâ nostrâ, ad sedem Papalem sublimandâ, suppeditat argumen-

tum Mabillonus Musæi Italici Tomo I. Refert P. I. p. 27. enim ex Herchemperto vel Heremberto, Monacho Cassinensi, Beneventanis Ducibus oriundo, auctore Chronici Longobardorum, *triginta* & aliquot annis post obitum Leonis IV. fuisse in somnio revelatum Arechiso principi Beneventano, *Patriarcham qui Constantinopoli nuper electus fuerat, foeminam esse, sexum Constantinopoli masculinum sub Clerici veste mentitam. Quocirca expergesactum Arechisum suos nuncios Constantinopolim misisse, per quos tam turpi & pernicioso errore sublato, foemina à Patriarchali sede dejecta fuerit.* Pluribus refertur ex fusiore Historiâ Heremperti Edit. Neapolitanæ A. MDCXXVI. pag. 90. Atquæ Patriarchæ tempore Arechisi illius, quem Carolus M. in ordinem coëgit, fuere vel *Nicetas* ab A. DCCLXVI. Eunuchus quidem apud Theophanem, nec tamen errore electus, neque deiciendus nisi morte; vel *Paulus* qui sub Irene spontè abdicavit, cessurus *Tarasso* ex Laico Patriarchæ. Sed neque deinceps foeminae, vel *Ignatius*, Methodio suffectus ab A. 847. is sanè Eunuchus, facto Leonis Armenii, sed pro tali agnitus, imò Romæ asserendus in Patriarchali eâ sede; vel inclutus ille *Photius*, introductus primùm A. 858. Nulla igitur tum foemina, Constantinopoli sexum masculinum mentita, in Patriarchali throno collocata fuerat, pernicioso errore. Sed quod Romæ nuper acciderat, electione Papæ foemina, convertere illico Monachi in Constantinopolitanos studuerunt, fervente tum dissidio cum Latinis; & indè natam fabulam Heremberti omninò putem, de somnio ac legatione Arechisi Beneventani. Hinc & hallucinatio Ant. Augustini de Emend. Grat. Lib. I. Dial. XX. *Potuisse sanè accidere ut lateret foemina inter viros sed facilius Byzantii quàm Roma, ubi sanè Eunuchi Episcopi facti sunt.* Quod ex Leone is confirmare nititur, qui nunquam foemina electa Constantinopoli fecisset mentionem, si idem crimen in Romanum Pontificem oboriri posset. Sed hac de re infra Cap. VI.

IV. Sed nec satis fuit, personatam hanc foeminam fuisse in Pontificem assumptam. Addunt plurimi sequentes circumstantias, tacente tamen Mariano, cui satis fuit brevissimo in Chronico signasse *seriem & annos Pontificum, Hic & ille Papa sedis &c.* Nempè haud aliter memorat Pontifices ante & post Johannam, quàm paucissimis verbis; *Gregorius Papa sedis &c. Sergius Papa sedis &c. Huic successit Leo annis VIII. &c. Huic successit Johanna mulier &c.* Nullas addit usquàm circumstantias electionis, vitæ, mortis, minùs additurus ad Johannam. Satis illi habuisse rationem *successionis*; in eo tamen parcens Romanæ sedi, quod Johannæ numerum non addat, puta, *Papa post Petrum 103.* quem numerum transfert ad Benedictum III. Tradunt igitur, fuisse hunc Johannem foeminam per familiarem suam, cui soli fraus innotuit, in deliciis illis fastigii Papalis *impregnata*; undè postea, ignara temporis sui partus, *enixa* fuerit in viâ publicâ quum de S. Petro, seu Basil. Vaticanâ, in Lateranum fictis gressibus tenderet, inter Amphitheatrum (quod Colossæum, Itali Colisæum vocant,) Vespasiani opus, & Ecclesiam S. Clementis, eo ex parte moritura, superatis in Pontificatu annis *duobus*. Et sanè hæc ipsa via est, quæ duxit in *Lateranum*, sito *Colossao* Vespasiani & Titi (pro quo exscriptores Monachi, & Itali, posuere *Colisæum*) Urbe olim mediâ, Coelium inter & Esquilinum, uti Templum S. Clementis situm fuit in monte Coelio, in quo & illud Johannis Lateranensis. Neque tamen infertur, habitasse tum Pontifices in *Palatio Vaticano*; quamvis coëptâ in Basilicâ Petri Litaniâ seu Processione (quales etiam ab aliis Basilicis exorsi) pergeret hic Pontifex ad Lateranensem. In Patriarchio autem Lateranensi licet habitarent ordinariè Pontifices, habuisse & ad Basilicam Petri, & in spectatissimis

Urbis locis, *Ædes* spaciosas, in quibus cum omni famulatu amplissimè hospitarentur, vel ex Anastasio discimus in Vitâ Leonis III. & illâ Gregorii IV. sub finem. Porro non sola hæc inter Fœminas fertur, quæ sub specie masculâ uterum latenter gesserint, etiã in frequente hominum turbâ, nec prodendæ nisi ex partu. In cujus facti detestationem, tradidit Martinus Polonus, *credi à quibusdam, propterea Papam eandem viam semper obliquare, sive declinare.* Quin Thodoricus Niemus, scriba non unius Pontificis, & cui exploratissima Roma fuit, clarus jam sub finem Seculi XIV. addidit in Libro de Privilegiis & Juribus Imperii, idem factum veterem Statuam marmoream, illic positam, adhuc figurativè demonstrare. Tandem sella perforata mysterium in consecratione Pontificum adhibita, explorando scilicet sexui, attractatis ab ultimo Diacono genitalibus, esse qui ex eo scandalo derivant, retulit B. Platina, in Vita hujus Johannis, & eum ante Guil. Brevinus Libro de VII. Ecclesiis principalibus Urbis Romæ. Sed & in Græcis idem scripsit inclinato nonnihil Seculo XV. Laonicus Chalcocondylas de Rebus Turcicis Libro VI. occasione Eugenii Pontificis auxilia nulla Græcis subministrantis, additis à Laonico vocibus ἡ ἀψαυμένη contrestantis novum Pontificem, Ἀππλω ἐστὶν ἡμῶν ὁ Δεσπότης, *Mas nobis Dominus est!* Ac post illos eadem Bergomas, & alii non infimæ notæ scriptores, mediâ in Româ Pontificiâ. Quin in Martini Pœnitentiarii Chronico MS. quod asservat Leyda, additum lego: *Et ex hoc consuetudo inolevit, quod dum Papa eligitur, palpatur an habeat genitalia.*

Ed. Reg.
p. 160.

CAPUT II.

BREVIARIUM.

Marianum qui primum auctorem habeant. An sit Johanna Mariani commentum; prolixè exceptio confutata. An, quod Mabillonus post alios, in Mariani Codices per fraudem illata. Unde Mariani Martinus & alii non meminere? Antè Marianum an scriptores nulli retulerint. Si Marianus primus auctor, non hinc fabulam argui. Discrimen inter Cyriacum Papam commentitium, & Johannam. Historici Universales, & Chronographi ante Marianum. Scriptores quidam Sec. IX. Onuphrius notatus. Ex Hermanno Contr. argumentum pro Johannâ. Pape qui Roma taciti. Tacenda cur Johanna? Exempla similium omissionum in Historiâ Græcâ, Romanâ, &c. Ex silentio scriptorum negat ipse Blondellus procedere argumentum. Joh. de Launoy de Fabula origine Exceptio diluta. Absurditates asserti ostense. Quis natam jam Fabulam nulli exploserint, dissimularint vero? Testes rei post Marianum Scotum. Silentium Lamberti, Hugonis Floriacens. &c. undè. Sigebertus an Johannam in Chronico tacuerit; prolixè res expensa. Ut vitiatæ Codd. Sigeberti; de MS. Leidensi.

Quicquid verò sit de posterioribus circumstantiis, deque usu *sella perforata*, cui impositos statim à consecratione Pontifices docet Liber Cereemoniarum Rom. Ecclesiæ, quo fine hodiè ambigunt, & quibus de appendicibus nos infra, summa sanè fuit, quoad rei caput, & Johannæ fœminæ Pontificatum inter Leonem & Benedictum, Virum sese mentitæ ac Sacerdotem, Historicorum & Chronographorum consensus. Saltem indè à *Mariano Scoto* (scribente Chronicorum Libros terminanteque Seculo XI. ad Annum MLXXXIII.) sparsam fuisse in vulgus hanc sive fabulam, sive historiam, ab obitu Leonis IV. ducentis & eò amplius annis, fatetur ingenuus Launoyus *Epistolæ*. P. IV. *Epist.* VIII. Cujus Mariani verba sunt, ad Annos DCCCLIII.

DCCCLIV. & exhibent omnes editi Codd. *Leo Papa obiit Kal. Aug. Huic successit Johanna mulier, annis 2. mensibus 5. diebus 4.* Hinc vulgò *fabulam* censent *obstetricante Mariano Scoto natam*, & ita quoque Natalis nuperus Historiæ Ecclesiast. Tomo XVI. Nec abjudicat Mariano scriptori quæ modò descripsimus verba ipse Cæsar Baronius, *primum hunc fabulæ* N. LVI. *auctorem* censens, ad Annum DCCCLIII. Confimili-LVII. ter inter præcipuos *Johanna* assertores agmen ducit Marianus, in *Anacrisi* Blondellianâ. Quinimò absurdissimè suspicantur Baronius cum suis, fuisse *Johannam* hujus ipsius Mariani ex errore quodam, & ex retorsione nuperâ Græcorum in Leonem IX. Pontificem, commentum. Cui effugio intercedunt. 1. Mariani conditio, ordine Presbyteri, professione Monachi; Fuldenis primò, tùm Moguntini, deditissimi superstitionibus Rom. Ecclesiæ, Papatûs adoratori. Usque adè ut Hildebrando sive Gregorio VII. abjectius assurgat, iniquissimus in Henricum Imperatorem, & indictam ab eo Synodum, Anno MLXXXI. tanquam *conspirantes adversus Dominum, & adversus Vicarium ejus Papam Gregorium*. 2. Laus omnigenæ doctrinæ, fidei optimæ, disertæ descriptionis, ac sanctitatis plurimæ, illi passim attributa, etiã à Sigeberto in Libro de Ecclesiasticis scriptoribus, à Trithemio, & aliis. Quin de eo, perindè atque de Homero Græcia, litigarunt Angli, Scoti, Fuldenes, Moguntini, Ratisbonenses. Et ejus ex Chronicis emendari posse non pauca in Eusebio & Cassiodoro, ipse Vossius noster; versatissimi supra vulgus ejus ætatis in Mathematicis etiam disciplinis, & in doctrinâ Temporum, indèque emendaturi (quod eum antè tentaverat nemo) rationes Cycli decemnovennalis Dionysiani. Quicquid jam *anachronismos* Marianos accensent recentiores, quibus nec Codices Anastasii, nec Eginhardum, nec Adonem, nec Sigebertum, nec Hermannum, nec Chronographos id genus facile liberabunt. 3. Ipsum excogitati à Baronio commentum ludibrium, cui calculum nuper adjecit in Musæo Italico Joh. Mabillonus. Quis enim sibi facile persuadeat, Monachum hunc celeberrimum, sedente Hildebrando, ipsis Cæsaribus metuendo, inserturum Chronico suo simpliciter fuisse, *Leoni IV. successisse Johannam mulierem*, addito tempore gesti Papatûs, si res hæc tùm nova, inaudita, nullis monumentis tradita, nuper fortè à Græculis, per sarcasum, retorqueri cœpta in Romanos Pontifices? Postquàm scilicet Leo IX. Anno MLIII. objecisset in Epistolâ quâdam ad Michaëlem Patriarcham, idque ex publicâ famâ, (quod tamen abst, ajebat Leo, *ut velimus credere*) contigisse ut Eunuchos promovendo, (qualis Ignatius Rangabes filius) faminam in sede Pontificum suorum sublimassent aliquando Constantinopolitani. De cujus fama per Latinos N. III. ipsos sparsæ origine supra. Huic autem retorsio- P. 12-13. ni Græcorum in Leonem, de *Papâ feminâ*, & *Johannâ* quidem, sedente ultra biennium, inter *Leonem IV. & Benedictum III.* ab Anno MCCCLIV. quæ tùm fuisset species, quæ vis aut gratia, si res primùm ab ipsis excogitata, nec ulla unquam hac de re inter homines fama, minùs publica? Et rem planè inauditam, portentosam, ludicram, simul & mendacissimam, nec sanè in vulgus totius Europæ spargendam nisi diu post scriptam à Leone IX. eam Epistolam, id est diu post annum MLIII. Marianus Scotus, Latinus Monachus, in ipso contumeliæ exortu, inseruisset illi Chronico, in Paparum ipsissimâ serie, quo se etiam Romanæ Ecclesiæ, & oculatis ejus ævi Viris, approbare allaboravit? Qui Marianus ut Pontifices quandoque omisit, quia Romæ invisos, v. gr. *Leonem tertium*, inter Sergium I. & Johannem V. vel VI. memoratum Martino & aliis; ita nec memorare dubitavit quos Ro-

ma reprobatur, Constantinum II. deia Agapetum post Marinum I. Basilium post Hadrianum III. Bonifacium VI. post Formosum &c.

II. Undè feliciter alii se extricarunt ex insolubili nodo, eum secundo, nescio quibus *Mariani Codicibus* allegatis, in quibus Johanna desit. Et quidem unâ fide auctoris Anonymi Notarum in Metropoli Crantzii, apud Florim. Ræmundum *Fabula Johanna* Cap. II. & aliâs, Jacobum Gretserum, Nicol. Serarium, & ex eo Leonem Allatum in Symmictis, ac Joh. Chifletium in *Judicio de Fabulâ Johanna*; vel fortè alterius cujusdam Codicis è Bibliothecâ Gemblacensi, cujus meminit ad Sigebertum Aub. Miræus. Indè audacter Mabillonus *Itineris Italici Tomo I. In sinceris Mariani Scoti (Sigeberti) exemplaribus de Johanna mentio nulla est.* Nempè unum & alterum exemplar, in quo fortè lemma istud ab exscriptoribus Monachis omissum fuerit, sunt illis *sincera exemplaria Mariani!* Interpolati vero vel fraude vel errore Codices omnes MSS. in principibus Bibliothecis, Vaticanâ, Viennensi, Oxoniensi, Gallicanis, Germanicis, &c. & ipsium illud Prototypum Francofurtanum, aliquot seculis *asservatum in Bibliothecâ summi Templi*, ex quo Basileensis editio prodit Anno MDLIX. dein Francofurtana Anno MDLXXXIII. curante Pistorio? Quin Codex ille Mariani, qualis tum editus, tantum abest ut suspèctus fuerit additionum Monachalium, ut *contra multis in locis decurtatum* indoluerint Editores, ex Præfatione; prout Editor Antiquitatum Oxoniensis Academiæ meminit *Exemplaris Mariani*, duplo auctioris edito, *qui multo plura occultet quàm edat.* Neque ipse Joh. Latomus, *diligentissimus Historiarum scrutator*, qui LXXX. locis depravatam lectionem se correxisse affirmavit, apud Serarium de Rebus Moguntinis, locum hunc dubium fecit. Nisi quod accusatus Heroldus omisissæ parentheseos, quæ adjecta fuerit à Mariano, *ut afferitur*, planè ut Sigebertus, *fama est hunc Johannem feminam fuisse.* Verùm parenthesis illa videtur potius ad Marianum apposita alieno caractere, *παρεσχησεως* quodam. Neque sanè peccaturus tam insigni fraude primus editor Basil. Joh. Heroldus, qui ab Electore Moguntino, persuadente editionem Johanne Latomæ, vetustissimum Francofurtensium Codicem vulgandum nuper obtinuerat. Ex quo intelligas fidem Joh. Chifletii, qui in *Judicio de Fabulâ* (quam vocat) *Johanna Papiſſe*, accusat Johannem Pistorium, ex cujus Bibliothecâ prodit Mariani Scoti Chronicon, dudum post Editionem Basileensem, ut hujus *interpolationis auctorem*, & insertæ scilicet Johanna mulieris. Ac pari fide invehi Chifletium in Joh. Oporinum, ut Martini Poloni interpolatorem, infra palam facimus. Quin si totum illud de *Johanna muliere*, ejusque *successione*, & *anno* quibus federit, alienâ manu in Marianum illatum fuerit, turbantur jam rationes aliæ hujus Chronographi. V. gr. quando is demùm ad Ann. DCCCLVII. *Benedictum Papam sedisse annis duobus* &c. mox nonnisi ad Ann. DCCCLX. *sedisse Nicolaum.* Quorum tamen Paparum consecrationem biennio anticipant, qui Johanna locum esse nolunt. Unde nec Baronio hæc in mentem venit exceptio, ac flocci ea habita oculatissimis Launoio & Blondello, qui Mariani traditionem de Johanna *ἐν γυναικί* omninò habuerunt. Id verò fatendum est, rarissimos fuisse *Mariani Scoti* Codd. non visos utpotè plurimis Chronographis, qui Mariani hujus nulli meminerunt. Hinc factum, ut neque Martinus Polonus eundem inter illos memoret *Præfat.* ad suas *Supputationes*, *ex quorum scriptis compilasset suum Opusculum*, uti meminit Chronicorum, Gilberti, Richardi, Godefridi Viterbiensis, & aliorum. Imò verò aut non viderat Marianum Onuphrius, aut certè eum de *Johanna Muliere* scribentem dissimula-

vit, *Annotat.* in Vitam Petri, & in Johannem VIII. Tacent eum similiter Ptolom. Lucentis, Bergomas, Rolwinkius, & si qui plures.

III. An verò antè Marianum nemo facti adeò insoliti, publici, nefandique, meminerit, sub judice lis est. Ac de silentio Anastasi Bibliothecarii, tum & illo Photii Patriarchæ, aliorumque in Græcis scriptoribus, postea. Nos jam certis insistimus. Neque sanè Mariano anterior fuisse censendus est, insigni errore Conradi Deckeri, & aliorum, *Radulphus ille ab Hageden*, Cestriensis Anglus, auctor Polychronici seu Historiæ ab O. Cond. celebratissimus inter omnes ævi sui Historicos, sed medio demùm Seculo XIV. Ast verò *Radulphum*, Flaviacensis vel Flaicensis Cœnobii in Pago Bellovacensi Monachum, Commentatorem in Leviticum, Historicum insignem, & Trithemio referente, *in omnibus literis humanitatis suo tempore doctissimum*, atque inter *dissertissimos* Gallia Viros habitum, teste in Epistolarum aliquâ Nicolao de Clemangiis, hunc Radulphum (inquam) Johannæ meminisse, Clariss. Blondellus ac cæteri Papiſſæ *μάστιγες* largiuntur, invito licet Gretsero, & suis. Undè removere eum allaborant à seculo X. ad seculum XII. Mihi quanquam, fateor, non visum unquam uti nec Vossio, nec aliis qui de Ecclesiasticis Scriptoribus, ejus *Breve Chronicon*, Sixto Sen. ac pluribus memoratum. Nec Johannem in editis Radulphi *ad Leviticum*, currente oculo visis, adhuc reperire datum. Nunc floruisse eum Radulphum paulo post seculum X. inchoatum, seculoseculo circiter ante Marianum, colligitur ex Trithemio, nec dissentientibus Onuphrio, Sixto Senensi, Possievino, Bellarmino, Genebrardo, Gualtero, Guil. Eifengreinio qui sua Illyrico & Centuriatoribus opposuit, Aub. Miræo, ac nostro quoque Gerh. J. Vossio. Unde & in Editione Commentariorum in Leviticum Anni MDXXXVI. dicitur floruisse ante *annos sexcentos.* Quod si ita est, concidit exceptio Baronii, & reliquorum, *nullum penitus ante Marianum inventum esse Auctorem, qui de ejusmodi portento meminerit.* Quo factum est, ut Blondellus noster, & post eum Phil. De Labbeus non uno in loco rejiciant Flaviacensem in Annum MCLVII. Idque authoritate unius *Alberici Trium Fontium Monachi*, qui in Chronico MS. quod scripserit seculo XIII. Parisiis asservato, nec Orbi viso, referat ad Ann. MCLVII. ex *Halinando*, penè suppari sibi Monacho in Diocesi Bellovacensi, *Radulphum Nigrum Monachum Flaicensem, qui floruerit hoc tempore, fecisse Opus suum super Leviticum, per XX. Libros dispositum*, &c. Tacitis reliquis Radulphi Flaviacensis, qui & in Cantica, & in XIV. Pauli Epistolas, commentatus est, & Francoforum Historiam, Chronicon, atque alia scripsisse memoratur, Trithemio, Sixto Senensi, Aub. Miræo, Vossio, Labbeo &c. Et quum plures omninò *Radulphi* fuerint, Flaviacensis noster, qui aliis Germanus & Fuldensis habitus, tum præter Radulphos Anglos, in Gallis ipsis, Radulphus Ardens, Radulphus de Columna, Radulphus de Rivo, & si qui plures, annon fieri potuit ut *Radulphus ille Niger*, Monachus Flaicensis seculi XII. à suis jactatus fuerit scriptor Operis in Leviticum, XX. Libris dispositum, quod fuisset prioris Radulphi, sive Flaviacensis, sive Fuldensis apud Bibl. Sixtum Senensem; Quomodo confusi sæpè Scriptores cognomines; olim Ignatii, Clementes, Arnobii, Hilarii, Basilii, Cyrilli, Eusebii, Gregorii, Paulini, Victorini, Vigili, Sedulii, plures alii; deinceps in Byzantinis, ut monitum alias, Germani, Stylitæ, Anastasi, Pselli, Nili, Gennadii, Georgii, Symeones, Gregorii, Barlaami, &c. & in Latinis mediæ ac posterioris ætatis, Gregorii Pappæ, Udalrici, Anselmi, Claudii, Scoti, Durandi, Raymundi, complures id genus, permixti

Hist. Mog. L. I. C. XLII. Anno 1658. p. 107. p. 27.

L. I. C. XL. p. 170.

De Script. Eccl. T. II. p. 273. 799. T. I. p. 987.

L. IV. p. m. 370.

quandoque, quia iisdem nominibus, diversissimi licet vel ætate vel scriptis.

IV. Detur verò liberali jam concessione, ex uno Alberico Monacho, qui & Cyriacum Papam, & mendacissima alia asseruit, Johannam verò siluit, nullam fuisse, antè Marianum Scotum, Radulphum, sed nec alium in tantâ scriptorum segete, indè à Pontificatu Benedicti III. (de Anastasio postea) qui Johannam retulerit in Paparum ordinem, aut qui imposuisset hanc toti Ecclesiæ foeminam scripto tradiderit, rectè Launoius in hac causâ, non esse tantum de posteriori tempore præscribendum, contra huiusmodi narrationem. Et alibi Animadversionibus, de auctoritate Negantis Argumenti: *Nam etsi auctores Leonis IV. & Benedicti III. æquales vel suppare de Muliere illâ siluerint, viciniore tamen illis minus verocundi, silentium facere desierunt*, citatque *Marianum Scotum* &c. Joh. Thiertius Exercit. contra Launoium Capite LII. *Ex Scriptorum equalium vel supparum silentio, negans argumentum nihil valet*. Hadrianus Valefius, Disceptatione de Basilicis, Capite VI. *Qui verum investigant, æquales maximè aut suppare Auctores sequi debent* &c. *Si æquales atque etiam suppare desunt, ad proximos quoque supparibus est decurrendum*. Cum primis si sunt manifestæ rationes, cur æquales illi aut suppare scriptores, nihil eâ de re tradiderint quæ in disceptationem venit. Ostenditque laudatus modò Sorbonicus Doctor ingens sanè discrimen, inter fabulam de *Cyriaci Pontificatu & Martyrio*, deque *xi. Mille Virginibus*, quam Baronius & alii obijciunt in historiam transivisse, eque ac *Johannam Mulierem*, & inter narrationem de hac *Johannâ*, Leonem inter & Benedictum. Ibi enim intercedere annos nongentos & viginti octo, indè à Pontiano Papâ, cui Cyriacum successisse ferunt, usque ad Elizabetham Schonaugiz Abbatisiam, cui primò divinitus patefactum volunt Ann. MCLVI. quicquid ad Cyriacum pertinet; quum à Leone IV. cui Johanna successerit, usque ad *Marianum Scotum*, qui Anno MLXXXVI. migravit, intercedant tantum Anni CCXXXI. Idem iudicium esto de fabulamentis propè innumeris, quæ ex recentissimis aut suppositis testibus à Baronio ipso & Romanensibus tradita atque asserta, qui tamen *Johannam* conficiunt, hoc præcipuè, quod antè Marianum Scotum nullus rem scripto tradiderit. Ac primò Anastasio excepto (Paparum causæ mancipato, ac scribente Vitas Pontificum eo tempore quo, si quæ Johanna fuit, nefas erat, & Romæ quidem, sub nutu severissimi Nicolai, referre in censum Pontificum, ac tantam labem chartis adspargere, perpetuâ cum ignominia Rom. sedis) rari fuere inter Latinos Historici, antè Marianum, qui pari cum eo instituto rerum & temporum seriem, ac Paparum in specie, Universali Chronico complecterentur. Equidem *Freculphus*, *Haymo*, *Walafridus*, scribere desierunt antè Annum DCCCLIV. quo Johannam Marianus inducit, uti *Rabanus* ante Johannæ excessum. Sive jam obierit Præful Moguntinus Anno DCCCLV. ut Florentius Wigornienfis, notatâ *Indic.* III. Joh. Trithemius, & alii; sive Anno DCCCLVI. ut ex Annalibus Fuldensibus volunt. Sic *Aimoinus* florens sub Ludovico Pio, & Lothario, non progressus est ad Benedicti III. usque tempora. *Ado Viennensis* sanè auctor *Breviarii Chronicorum* Seculo IX. sed dubium meritò, an ultra mortem Ludovici Pii, & initium *Lotharii* solius imperantis, ac *Ludovici fratris ejus*, *Caroli item ac Ludovici*, in Gallia & Italia Regum, principatum; ut diserte Ado in ipso Chronici sui exordio, deinceps ab aliis postremâ ejus parte augendi. Ex quâ etiam intelligitur, *Benedictum* III. quem *Leoni* IV. substituent, non collocatum in *Apostolicâ sede*, nisi jam defuncto *Lothario Imperatore*. Persecutus magis idem quoque Ado res Imperatorum quàm Pontifi-

cum, quorum & nonnullos sine ratione tacet, qui sederunt ante recentitos illi Gregorium IV. Sergium II. &c. Quo de Pseudo-Adone etiam infra. De *Annalibus* vulgò *Bertinianis* postea, quorum silentium causantur non modò, verum & traditam his mortem Lotharii, paulò post obitum Leonis IV. *Benedicto* jam successore electo, & quidem Anno DCCCLV. Quâ de fallaci Chronologia postea, cui repugnant Adonis, Hermanni, Mariani, & aliorum calculi. *Guilielmus* Bibliothecarius Continuator creditus Anastasii, orditur demùm ab Hadriano II. Nicolai I. successore. Qui *Guilielmus* *Biblioth.* quando vixerit, aut quis fuerit, ambiguum; & in quem inserta esse, ut in Vita *Nicolai* I. sic & illâ *Hadriani* II. ea quæ citant Editores Moguntini, sub nomine *Albini*, in *Epist.* ad M. Velferum, Johannæ scil. expungendæ inter *Leonem & Benedictum*, monet Illustris Sarrauius, ex MS. Cod. Regio, *Epist.* ad Salmasium, Ann. MDCLV. Idem observamus in Codice Pontificali MS. Leydensi, ex Bibl. Vossianâ, in Folio, chartâ pergamenâ, ubi brevior longè Vita *Nicolai*, & *Hadriani*, ut etiam aliæ, nec in istis occurrunt citata Moguntinis, & repetita in Edit. Regiâ, ea verba quæ *Leoni defuncto* proximè *Benedictum* sufficiunt. Et infra notamus abesse quoque has Vitas à Codd. quamplurimis Anastasii. De *Johanne Diacono*, qui familiaris fuit Anastasio Bibliothecario, Blondellus Castigationibus ad Ræmundum p. 79. *Cum unius Gregorii I. quam Johanni VIII. dicavit, Vitam conscripserit, de reliquis omnibus siluerit, quisquis ex eo Johannam non fuisse colligit, quod de ejus Papatu tacerit Diaconus, eadem operâ Leonem Benedictumque, quos pari silentio involvit, inter entia rationis computet necesse est*. Absurdissimus verò Onuphrius est, qui post Anastasii silentium causatur illud *Ademari* sive *Adelmi* Monachi Benedictini, quem *Annonius* ejusdem *Monasterii* (S. Germani Lutetiz Parisiorum) *Monachus* antè annos 400. secutus sit. Atqui *Ademarus* ille (non Engolismensis Monachus alter cognominis, scriptor Chronici præcipuè Aquitanici, ad Ann. MXXXIX. apud Labbeum *Biblioth.* Tom. II. idemque miserimus Chronographus) Historiam non perduxit ultra tempora Ludovici Pii, ad Annum usque DCCCXXIX. Nec *Annonius* sed *Aimoinus* Parisinus eundem secutus est, persecutus res Francorum, non Paparum illas, & dubium multis an ultra annos Lotharii Imperatoris. *Regino* Prumiensis, sub initia Seculi X. *Chronici* quidem scriptor est, sed in quo res Francorum ac Germanorum præcipuè complectitur, omisiss Papis qui post Leonem III. usque ad Ann. DCCCLXIV. ubi mentio *Nicolai* *Papa*. Idemque editus à Pistorio inter Rerum Germanicar. scriptores. *Luitprandi* Ticinensis Diaconi non esse opus Librum de Pontificum Romanorum gestis, sed recentissimi Auctoris, convenit Eruditis, quemadmodum *Abbonis Floriacensis* Epitomen de Vitis Pontificum, clari inclinato eodem Seculo X. non esse nisi compendium excerptum ex Anastasio, ipse compilator profitetur. *Flodoardus* Rhemenfis Chronicon illi adscriptum de Francorum rebus orsus demùm est infra Johannam, seu ab Anno DCCCLXXVII. seu veriùs ex Pithæo ab Anno DCCCXIX. aliis quoque Pontificibus silentio transmissis, ut pridem observavit contra Blondellum Cognardus, Advocatus Gallus. Sed de *Traité* loco ex *Flodoardi* Historia Remensi vide infra. Quo-
modò de *Matthæo* Parisio verè Blondellus; *Nec Fabanne* is meminisse debuit, *historiam* ab A. D. MLXVII. p. 70. *Wilhelmi* I. primo, *auspicatus*. Et ita de aliis. Tandem inter Historicos *Hermannus Contractus* Monachus Augiz Majoris, Mariano paulo anterior, Johannam sanè tacet, quod pari cum aliis religione, pudore.

Laun. E.
pist. ad
Car.
Maur.
Tellier.
P. IV.
Parif.
1662.
P. 273.
274.

contre
M. Blood.
p. 70.
p. 89.

doreque, factum ab eo esse potuit. Sed ita tacet, ut conturbatæ rationes in editis Exemplaribus intelligantur, Coloniensium Anni MDCXVIII. & Francofurtano Urstisii Anni MDLXXXV. tùm Pistorii Anni MDCXIII. novumque inde pro Johannâ præjudicium exurgat. Ex gr. *Leonem* IV. secus ac Chronographi alii, facit Papam numero CV. in *Edit.* Urstisii, eundemque *sedisse* ait constanter *annos* IX. cum aliquot *mensibus*. Igitur Leo IV. si cœpit ab A. DCCCXLVII. ut voluit, demùm esse desierit, juxta Hermannum, & Editionem Coloniensem, Anno DCCCLVI. si non DCCCLVII. nec antè Benedicti III. initium ducendum fuerit. Quo in Benedicti initio satis convenit Hermannus Contracto cum Mariano Scotto, qui Benedictum *sedisse* refert ab Anno DCCCLVII. cum Urspergensis Abbate, Chronici scriptore, & qui hos secuti. Quum autem Leonis IV. Pontificatum proterget Chronicon Hermannus ultra quàm omnes alii, qui ad summum *sedisse* Leonem annos totos VIII. & mortuum Anno DCCCLIV. vel DCCCLV. hoc ipso intelligitur, sive Hermannum, sive qui eum interpolaverunt, obscurasse saltem ex parte *Johannæ* tempus intermedium, inter mortem Leonis & successorem Benedicti. Equidem adeo inter se discrepant, vel ad hæc tempora, Hermannus Codices, atque Editiones, ut factâ collatione protinus constet, quâ fide Romæ, & in Cœnobiiis, in tractandis id genus Chronographis ac describendis versari sint. Non verò ultrò ii Codices sic vitati, qui favent calculo Mariani, & qui Benedicti III. *et postea* referunt demùm ad A. DCCCLVI. vel DCCCLVII.

V. Sed verò tacuisse Johannam in Paparum ordine homines addictissimos Romanæ sedi, aut erasam eam ab amanuensibus Monachis esse, ut factum Codicibus nonnullis Mariani, Sigeberti, Martini Poloni, Ranulphi Cestriensis, quid valde mirum? Nec enim reponenda unquam ea fœmina fuit in Paparum censu, decreto Romæ facto, prout ad calcem Indicis Martiniani: *Nisi forem decreta summorum Pontificum, supputationes Mariani darent* XXXIV. *Johannæ*. Quomodo & Decretum, ac Indices Pontificum in Romanorum Chronicis, tacent *Leonem* III. inter Sergium I. & Johannem VI. observante & Martino ad Annum DCCXVIII. *ferte* (inquit) *propter malum introitum*. Undè reverà Leo Florentinus fuit *undecimus* ejus nominis. Ità omittunt Romæ *Constantinus* II. Papam, movendum à Stephano IV. ultra annum quamvis; imò *biennium* apud Martinum, Papatum administratum, rescindendis ejus Actis, ac nomine dispungendo. Sic & Bonifacium VI. Formosum successorem, post veteres Tabulas, Cæsar Baronius spongiâ induxit. Pariter nec *Benedictum* VII. qui *penitus obscurus remanserat*, exhibet verus apud Baronium Inscriptio, ad Annum DCCCLVI. nec *interiorum Pontificum* alios, qui *penitus fuerint abrogati*, Tabulæ nonnullæ Paparum repræsentant. Onuphrius quoque ad vitam Nicolai Papæ I. notat quasdam Pontifices à Sigeberto & aliis esse proditos, imò etiam à Mariano, quales *post Maximianum Augustinum, & post Hadrianum* III. *Basilium*, quibus *locus in hac serie esse non possit*; nec facit Baronius. Ut planè conturbatus ordo Pontificum, hoc comprimis ævo & proximè sequente, appareat, Româ pro habitu hos & illos rejiciente. Planè ut olim in Fastis Archonticis multi fuerent *Archontes* posteriti, quod damnata eorum esset memoria pœphismate Senatûs populique Atheniensis, ob odiosum tyrannidis nomen, aut alterius flagitii piacularis. Ità statuerit eorum dejectæ, Nomina è cippis & Monumentis id genus erasâ, ne Republicam pessimo exempla & quasi piaculo polluerent. Sic nullæ apparent Leges damnatorum Principum, inter Principum Edicta, aut Jurisconsultorum scripta, Caligulæ, Neronis, Otto-

nis, Vitellii, Domitiani. Quem ad modum *Neronis, Domitiani, Commodi*, Imperatorum acta, ac memoria, abolenda Romanis fuere; quin *Senatus consulto cavendum, ne Domitiani nomen literis consignatum, aut statua ejus ulla extaret*, referente in hæc verba Procopio in Historiâ Arcanâ. Ità, referente Bedâ in C. VIII. Hist. Anglo-Saxonum, adeo fuit exola memoria L. III. Regum paris, *Ofrichi & Eanfridi*, propter apostasiam, C. I. ut *sanctis placuerit, Regum tempora computantibus, ut ablatâ de medio Regum perfidorum memoriâ, idem annus sequenti Regi regno assignaretur*. Nec frequentius aliud in Ecclesiæ annalibus, quàm erasa è Diptychis *Episcoporum* nomina, qui hæreseos notam, aut remotionis poenam incurrisserunt. Undè constanter Sigebertus, Martinus, Rolewinkius, ac cæteri, *inter Pontifices non numerari eam fœminam, numerum non facere, non poni in Catalogo Sanctorum Pontificum, ob rei turpitudinem, seu infamiam, Româ jam olim decernente*. Hinc & tacitam eandem Nicolao I. Benedicti successori, superbissimo Pontificum, deinceps Leoni IX. cum Græcis commisso, ità quoque Concilio Tullensi anno DCCCLX. Servato item Lupo in Epistolis, aut Hinemaro Rhemensis, extra causas quas habuit cum Nicolao I. & Hadriano II. pro vindicandâ Gallicanæ Ecclesiæ libertate, Apostolicam sedem inprimis reverito isti Præfuli, nihil mirabuntur qui intelligent Johannæ successorem habitam ipso jure nullam; nec alium potuisse his dici *successorem* Leonis IV. præter Benedictum III. Hinc Baronii regula, (ex Gratiano hausta, vel potius ex Decreto Nicolai I. quod refert Gratianus) ad Annum DCCCXVII. Num. I. *Non numerandos inter Pontifices, qui postea damnati fuere, & qui non ex iis sunt de quorum factâ postea legitima electione constitit*. Quid illi fœminam, fraude nefandâ sessuram ad breve tempus, & ex errore electam, inter successores Leonis IV. censuissent?

VI. Sed rectè jam hæud semel Blondellus, ad venatum à Ræmundo silentium variorum in scriptoribus Seculi IX. X. XI. ex gr. de Erigenâ; *Ejus non extant omnia, nec ad historiam pertinent*. De Walramo Naumburgensi; *Aliud illi propositum fuit, quàm ut Johanna famam propagaret*. De multis qui pro causâ Imperatorum adversus Papas scripsere: *Non sequitur, Pape adversari sunt, ergo quicquid Romana sedi sive verè sive falso objici potuit, reverà objecerunt! An quisquis adversus Romanam sedem bellum suscipit, hoc ipsa probra ejus omnia conquirere necesse habet?* De Bennone Cardinale; *Nec si Johannam Romæ reverà fuisse demus, Bennoni, anius Gregorii VII. vitam scriptura, memoranda fuit*. De Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo; *Fama propria, libertatisque Ecclesiastica vindex, Romanorum Pontificum nominibus semper pepercit*. De aliis; *Scriptisse Annalos Gentis suæ, aut Libros non extare; aut bene ipsi cum Romanis Pontificibus convenisse &c.* An verò post Leonem IV. *immediatam* Benedicti III. *successionem* voluerint Hincmarus & reliqui, vivo adhuc Lothario Imperatore, qui mortuus fuerit A. DCCCLV. quod insuper urgetur, infra disquirendum; nec enim aliud argumentum uris Joh. Launois, & quidem ex Amaltasio Bibliothecario.

VII. Quod verò affirmat doctissimus iste in Collegio Navareno Parisiensis Theologus, ac cætera ingenuus, *Fabulam* banc post annos ab obitu Leonis *ducentos; & eo amplius, primum in vulgus spargi cœpisse*, id est post annum MLIV. vel MLV. (quo tempore Marianus Scotus jam inter Monachos vixit) mox accepturam fidem & autoritatem, *cum quid Romæ post Leonis IV. mortem gestum fuerit, planè nesciretur, vel, (quod vix credere se posse ait) nefariè dissimularetur*, precarium omne esse, atque ab omni similitudine veri alienum, nemo non videt. Dixerant Onuphrius, Ræmundus, Gretserus, Serarius, Cia-

Baron.
ad Ann.
DCCCX-
VII. N. I.
Addit.
ad Plat.

Anacrisi
P. 74.
& seq.

Epist.
VIII.
P. IV.
P. m. 356.

Ciaconius, & alii, non nisi *trecentis*, imò totis *quadringentis* ab eventu annis, memorari cœptam esse, nunc ad *ducentos* restringit Vir doctus. Ac primò hæc nullo teste Launoio, meritoque in eum retorquetur quod urget aliàs ex Augullino, etiam integro Commentario, in *questionibus factis, nihil salutaris fieri, quàm ut rationem precedat auctoritas*. Hic verò sine autoritate rationem in præsidium adfert. Equidem ex facto aliquo notissimo, certoque testimonio, docendum fuerat illi Viro, quâ occasione, & undè *tum primùm spargi ceperit* hujusmodi fabula, mox & credi ab omnibus, ut *nemo* (sic ipse) *vel certe pauci de eâ dubitarint*, eademque transmitti ad posteros Chronicis etiam primæ notæ, ab oculatissimis scriptoribus, qualis Marianus est habitus, postea Sigebertus, Martinus Polonus, Ranulphus Costriensis, aliique. Quo magis notata illi Epochæ sparsæ primùm narrationis de Fœminâ, quæ sedisset inter Leonem iv. & Benedictum iii. incidit in ea tempora quibus tum Romæ severissimi ac sagacissimi Pontifices Leo ix. mox Victor ii. Nicolaus ii. Alexander ii. Gregorius vii. Victor iii. Urbanus ii. Paschalis ii. tum scriptores inclutiae Papatûs acerrimi vindices extiterent, Albericus Casinensis, Lanfrancus, Petrus Damiani, Humbertus Cardinalis, Anselmus Lucensis, dein Cantuariensis alter, Bertholdus Constantiensis, Lambertus Schafnaburgensis, Yvo Carnotensis, ipse Marianus Scotus, mox Guibertus Abbas, Sigebertus Gemblacensis &c. & quotquot in Berengarium, Romæ damnandum indè à Leone ix. intrinsece calamum. Demus nunc Fabellam hanc, non putidissimam modò, & ad ciendos cachinnos natam, sed & quæ infamiae notam inureret Romanæ sedi, fuisse heri & nudius tertius à schismaticis fortè, cavilli in modum, in Leonem ix. retortam, aut à nugivendolo quopiam, vel Henricianarum partium Viro, per ludibrium confictam, aut in somnio alicui, fenum esse digno, revelatam, pari exemplo quo supra Mabillonus, de somnio *Archiepiscopi Principis Beneventani*! Ecquæ veri species est, amabo, aut Marianum Scotum, laudatissimum ævi sui scriptorem, eo quidem quo Chronicon suum tempore digessit, fuisse conspurcaturum hoc ipsum deridiculâ, ac fœdâ, nuperque disseminari cœptâ narratione? Aut sedentes tum Romæ Pontifices, ac successiuos proximè Historicos, atque Hyperaspistas Pontificiæ majestatis, pisce magis mutos, nullo unquam aut decreto, aut calamo, compressuros fuisse in ipso ortu eam fabellam, quæ adèd mox vires acquiritura fuit, ut *nulli vel pauci omninò de eâ redubitarerent*, falso Launoio? Ac meritò reddatur illis ratiocinatio Nicolai i. in *Epist. ad Hincmarum Rheimensem*, ubi de Græcorum aliis accusationibus; *Si falsa sunt, qua impingere moliti sunt Romana Ecclesia, undè, cum apud ipsam, (in ejusdem Romanæ Ecclesiæ gremio) floruerint tot magni doctores, (ut floruerent, ex quo de muliere Pontifice fama percerebuit) nullus tamen eorum de hac reprehensionem fecit? Sanè postquam ex Revelationibus Elizabetha natus est Pseudo Cyriacus Papa, ante Annum mclxv. Roberto Autissiodorensi, Alberico Trium Fontium, Martino Polono, Vincentio Bellovacensi, & superstitionissimis aliis Monachis, aut Canonistis, propalandus, non defuere qui in eâ fæce temporum Pseudo-Papam dispungerent, ac fabulam eam indignabundi coarguerent. In iis Gobelinus Persona, Halberstad. Præpositus, scriptor Cosmodromii seu Chronici ab Orbe Condito, paulo post Ann. mcccc. circa tempus Synodi Constantiensis, quod editum primò ab Henr. Meibomio seniore est, & postea *Wernerus Rolewinckius*, liberior is in Fasciculo Temporum. Quorum hic tamen, quemadmodum haud diu à Mariano Sigebertus, Otto Frisingensis, Gal-*

fridus, Godefridus Viterb. Martinus Polonus, Radulphus auctor Polychronici, ac reliqui, *Johannam* in Paparum ordine censuit, haud numerandam licet. Persona utique *Johannam* dissimulavit, sed cursum modò memoratis Leone, Benedicto, Nicolao &c. nec annis Christi adpositis quibus in Papas electi, & dissimulavit quidem eo tempore quo, *fa-* Vid. in-
tente Launoio, nemo in Constantiensibus Patribus *frâ* N. xvi.
eâ de re dubitavit. Sed neque hic, neque ullus alius, in tantâ segete Scriptorum, vel Historicorum, seu ex ratione temporum, seu ex rei absurditate, rem hanc oppugnare sustinuit. Et alterum istud Launoio undè habuit, *quid Roma post Leonem iv. mortem gestum fuerit, plane nescivisse, vel nescire dissimulasse?* Longam sc. Chronographorum & Historicorum seriem, indè à Mariani temporibus! qui res etiam Benedicti iii. Nicolai i. & sequentium Paparum, omnemque ejus ævi historiam, scriptis tradiderunt, Johannam post Leonem insertâ, aut certè dissimulatâ, sed piè. Undè etiam Papatui ac superstitionibus deditissimi Monachi *nescire eâ dissimulassent*, quæ ad expungendam fœminam, amolendam infamiam à Romanâ sede, tantamque labem detergendam, spectassent? Sed rectè *paucissimi* ipsemet Vir doctus adjecit, *quod vix crediderim*. Et sicubi *ignorantiâ* peccarunt, vel *hesitarunt*, in annis Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai &c. & in rebus mox post Leonem iv. gestis, haud obscure indè factum, quod media Johanna rationes ejus temporis conturbaret. Quam tamen transilire satius duxere plurimi, qui post Benedictum iii. sedi admotum res gestas commentati sunt, quàm damnandam æternis tenebris ad posteros historicè propagare.

VIII. Deinceps obvii sunt inter Latinos, qui post Marianum Scotum *fœmina Pontifici* affirmatè meminerunt, sæpè cum pudoris quadam significatione, plurimi etiam puerperii memores, nulli qui fabulam exhibant, omnes ad unum obnoxii Romanæ sedi. Joh. Launoio, Libro de Auctoritate Neg. P. 274. Argumenti contra J. Bapt. Thiert. *Marianum secuti* Par. 1662.
sunt (in præbendo hanc fœminam testimonio) Auctores penè infiniti, quos recensere supervacaneum foret. Nec testes jam omnes damus, operâ ab aliis occupatâ, sed præcipuos modò quosdam qui indè à Mariano, seu Seculo xi. exeunte, consignaturi seriem temporum, atque etiam Pontificum, perpetuâ successione Johannam, vel mulierem Papam, prodidèrunt. Quod enim intacta nonnullis fuit, v. gr. Lamberto Schafnaburgensi, aut Hugoni Floriacensi, Seculi xi. & xii. scriptoribus, causâ in propatulo est; quia nempe insisterunt hi modò describendis compendio rebus, seu *Germanorum*, qualis Lambertus, ac post eum Bertholdus Constantiensis, aliique plurimi, seu *Francorum* illis, qualis Hugo iste Floriacensis. Nec meminit idem Lambertus ad Seculum ix (in eâ brevitate rerum quas attingit) ullius Pontificis, inter Leonem iii. & Hadrianum ii. non Paschalis i. non Valentini, non Gregorii iv. &c. Et quod Hugoni rectè tribuitur *Chronicon* rerum ab exordio Mundi, vel à Nino Assyriorum Rege, id Doctiss. Lambocius refert tanquam Yvonis Carnotensis, ex Codice Cæsareo, quod antè ipsum quoque Marq. Freherus in Corpore Historiæ Franciæ. Jam de hoc disertissimis verbis Compiler Chronici utriusque Francici; *Chronicon ab exordio mundi usque ad Ludovicum Augustum Caroli Magni filium Hugo latinum perduxit*; id est, ad extrema Ludovici Pii, & annum DCCCXL. in quo reverà desinit. Igitur desinit Hugo antè Leonis iv. Johannæ, & Benedicti iii. tempora, quod & Cognardus observavit. *Traité* Ut non urgeri possint tanquam Hugonis, *quæ ad* P. 75. *Chronicon* illud postmodum adjecta, uti ad *Chronicon* Adonis, de successione Pontificum quales Ro-

N. III.

Con. il.
Ed. No-
viff.
T. VIII.
col. 472.

mæ censeretur, nempe; Gregorio successisse Sergium, Sergio Leonem IV. & Leoni Benedictum, ac Benedicto Nicolaum. Quem tamen magni momenti locum esse dixit Petrus Lambecius, contra *Fabulam de Job. Papiſſa*. Ità est, si verè Hugonis illa forent, & nisi fuisset nefas *ſucceſſionem* adſcribere *Famina*. At vero primum à Mariano locum vendicat ſibi Sigebertus, Gemblacensis in Brabantibus Cœnobii Monachus, clarus jam Anno MCI. quem inter primos Johannæ testes ipſe Baronius cenſuit, ſed accuſandum paſſim huic Purpurato tanquàm *ſceleris, impoſtura, & fraudis* non uniùs reum. Neque Sigebertum hoc ordine ſimpliciter moverunt, vel Blondellus, vel Launoius, qui Viri nobis ſunt omnium intar. Quamvis prior alicubi, *minùs eorum ſententia repugnandum, qui Sigeberti manuſcriptis Joannam inſartam volunt*. Et ſanè in primà editione Chronici hujus Anno MDXIII. per Henricum Stephanum, Lutetiæ Pariſiorum, ante exortum Lutherum adornatà, ex Codicibus indubiæ vetuſtatis, apparet ad Ann. DCCCLIV. Lotharii XIV. inter paragraphos, *Normanni & Hincmarus*, inſerta media hæc pericope: *Joannes Papa, Anglicus: Fama eſt hunc Joannem ſæminam fuiſſe, & uni ſoli familiari cognitam, qui eam complexus eſt, & graviſſa facta peperit Papa exiſtens. Quare eam inter Pontifices non numerant quidam; ideo nomini numerum non faciunt*. Fatendum tamen eſt, ſi verba ea fuere Sigeberti, interjecta ab hoc eſſe parentheſeos in modum, nec annos hujus Papæ illi ſupputari, quum ad eundem omninò annum referat Benedictum, *Benedictus Romana Ecclēſia CII. præſidet*: Leonem verò dixerat Papam CI. alii CIV. Fatendum ſecundò eſt, eadem illa verba, nihil luxato contextu, nec turbatà ratione annorum, potuiſſe omitti ab exſcriptoribus Monachis, ſecus ac in Mariano fieri potuit. Quo magis negabat Sigebertus, eum Johannem Anglum, quem fama erat ſæminam fuiſſe, *facere nominis numerum*. Idemque Benedicto ſucceſſori attribuit illud tempus, quod *Famina* iſta impleverat, quaſi nulla fuiſſet, quia *inter Papas non numeranda*. Undè præter Codices quorum meminit Aubertus Miræus, *Gemblacensem, Aquicinctinum, Lipſianum, & Ortelianum*, præter alios memoratos Bernartio Genebrardo, Nic. Serario, Johanni Chiſletio, & Tomo I. Indicis Expurgandorum, in quibus ſuperior parentheſis nulla legi dicitur, legitur verò, ſed mutilata *Joannis Papa* nomine, apud Piſtorium Nidanum; monemus ingenuè, deſiderari eandem in Codice Sigeberti pervetuſto, qui fuit Corbejenſis Cœnobii, ſcripto in membranà, poſt Chronica Eusebii, & Proſperi, & quidem Anno MCLIV. ſi verè in limine notatur, quem Bibliotheca noſtra Leydenſis aſſervat. Sed & collato eo Codice cum aliis, ac præcipuè cum iis quibus uſus eſt Aubertus Miræus, Gemblacensis, Lipſiano &c. patet, non pauca addita, mutata, detracta, quædam etiam paſſim in noſtro deſiderari ex eo genere quæ Romæ inviſa, & quæ Baronius exagitat in Sigeberto. Quomodò v. gr. quæ Romæ geſta inter Henricum V. Imperatorem & Paſchalem, Juramentum à Papâ præſtitum Henrico, reſtitutio ab eodem facta Juris Inveſtiturarum, & alia quæ habentur ad Annum MXXI. in editione Miræi, abſunt verò à Corbejenſi Codice. Ac de ſuis aliisque Sigeberti MSS. Miræus, ad A. CCCLXXXVII. In numeris Pontificum annotandis, MSS. Sigeberti exemplaria non conſentiunt. Ipſe Gemblacensis codex, in numeris, audaci cujuſpiam manu eſt vitiatum. Alibi ad Annum DCCCXIV. Ità MSS. Cod. Gemblacensis, Aquicinctinus, & Ortelianus. Sed & ſupra monuiſſimus, in numeris Pontificum annotandis, ipſe ſibi Sigebertus non conſtat, id eſt Sigeberti Codices, quum hic aliàs annos ſe diligentiffimè putaffe, libraſque rationem temporum, ipſe teſtetur in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, in quo de hujus Chronici ſui

Tom. II.

instituto. Et ſanè qui Stephanus apud Miræum, ad Annum DCCCXVI. eſt Papa XCVI. ut Paſchalis XCVII. II in noſtro Codice ſunt XCII. & XCIII. Mox ſequitur in eodem; magno ſanè hiatu, *Eugenius Romana Ecclēſia centefimus præſidet*, qui Eugenius Onuphrio eſt CI. Ità qui Leo IV. fuit, antè Johannam & Benedictum, idem eſt in Gemblacensis Codice Miræi, *Leo V. hujus nominis*. Rurſus qui Marinus Papa ad Annum DCCCLXXXVIII. eſt *centefimus nonus*, apud Miræum, in noſtro mendofiſſimè, *Marinus centefimus præſidet*. Undè ſanè colligitur, ex id genus MSS. Codd. nihil certi de omnimodo Sigeberti ſilentio, quoad Johannam ſæminam, ſtatu ac pronunciarì poſſe. Quin verò propius eſt, inſeruiſſe aliquam mentionem Sigebertum, ſed cautè, ut ſuprà in Edit. Anni MDXIII. & alterà Francofurtanà Anni MDLXVI. Ut qui Sigebertus Mariani Scoti Chronicon viderat, ejuſdemque in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis cum laude meminit. Atque iſtud, præter Baronium, facile conceſſere Ræmundus, Launoius, alii. Undè nec Leonis IV. Pontificatum extendit Sigebertus ſecus ac faciunt Johannæ expunctores, ultra Ann. DCCCLIV. inchoatum, cum Mariano concordans. Si autem planè obſcuravit Papiſſam Sigebertus, minùs rectè inferas hanc illi ignoratam. Quin pari is jam affectu fuit, quo *Vincencius Bellovacensis*, vel *Guillemus Nangiacus*, vel *Albericus Trium Fontium Monachus*, & ſi qui alii, qui nulli Johannæ recordantur. Hi licet eo tempore ſcripſerint, quo vulgata jam multorum tabulis fuerat, nec infimæ notæ, Mariani, Radulphi Flaviacensis, Ottonis Friſingenſis, Galfridi Arthuri, Goffridi Viterbiensis, Martino Polono mox in hunc ordinem ſucceſſuro, Viro primæ authoritatis. Nec terruiſſe ex. gr. vel Albericum, vel Vincentium, facti abſurditatem, ſed verius turpitudinem atque infamiam, vel indè patet; quod uterque longè abſurdiora tradiderit hitoriç fide, atque inter ea *Cyriacum* Papam, Pontiani ſcilicet ſucceſſorem, & *XI. mille Virgines* Romam ad *Cyriacum* profectas. Cui fabuloſæ narrationi, nuper demùm natæ, nixæque ſolâ revelatione Elizabethæ Schonaugienſis, unus antè Albericum *Robertus Anſiſſodorenſis*, in Chronico ad MCC. annum perducto, adſtipulatus fuiſſe cognoscitur. Undè ſtudio atque induſtriâ preſſiſſe ſuperſtitioſiſſimos hoſce Monachos Papam ſæminam, Papatum cenſu expunctam, ac propudium Apoſtolicæ ſedis, nemo non videt. Atque eadem ratio eſt tacitæ Johannæ Wilhelmo Malmesburienſi, Henrico Hutingtono, Rogerio Hovedeno, Honorio Auguſtodunenſi, Conrado Uſpergenſi, Matthæo Weſtmonaſterienſi, Gobelino Perſonæ, & ſi quibus paucis aliis; prætantâ Scriptorum ſegete, qui ſchapham ſcapham appellarunt, propè iſti infiniti, nec infimi inter Chronographos ordinis.

CAPUT III.

BREVARIUM.

Gervasii Tilburienſis ſub initia ſæculi XIII. teſtimonium; an primus Johanna meminerit. Martini Poloni narratio, & an iſta genuina? Exceptio prima, quod deſit in Martini Codd. authenticis, multis revicta. MSS. Codd. Leydenſes pervetuſti. An Marinus primus Fabula narrator, ut nuper quoque Mabilionus. Rei falſitas oſtenſa. Martini auctoritas qualis. Etiam teſtes antè Martinum. Qui Martinum teſtes exceperunt. Teſtimonium Bernardi Guidonis ex Leydenſi MS. ſæculi XIV. Teſtes alii prima notâ obiter indicati. Diſcrepancia in circumſtantiis quales. De additâ limitat. Ut aſſeritur, ut fama eſt, ut creditur &c.

Primus refertur ex MS. Voſſiano *Gervasius* Tilburienſis, aliàs Caſtuarienſis, Monachus Benedi-

Pp

nedi-

nedictinus, scriptor sub finem Seculi XII. & sub initia XIII. Cujus verba descripta ex Codice Vossiano MS. N. 107. quod scriptum in fine Anni MCCCXXIX. Johannis XXII. Papæ anno XV. *Johannes Dicitur Anglicus, Natione Moguntinus, post Leonem sedit annis duobus mens. v. Hic, ut asseritur, filia fuit, & in puellaritate à quodam amasio suo in habitu viri Athenas ductus, sic in diversis scientiis profecit, ut nullus par sibi inveniretur, adeo ut Roma triennium legens magnos Magistros Discipulos haberet. Et cum in Urbe in vitâ & scientiâ magnâ opinione esset, in Papam concorditer eligitur. Sed in Papatu per suum familiarem impragnatur. Verum tempus patris ignorans, cum de S. Petro in Lateranum tenderet, angustiatâ & post mortua (ut dicitur) ibidem sepulta fuit. Propter detestationem facti, sic non ponitur in Catalogo sanctorum Pontificum, propter muliebrem sexum, quantum ad hanc deformitatem, & in paucis Chronicis invenitur. Ad quæ Isaacus Vossius, teste Hadriano Beverlandio qui eidem Vossio familiaris, in literis ad me datis Londini A. 1692. Septembri mense. Primum qui mentionem fecit Johanna Papissa fuit Anglus, Gervasius Tilburienfis, (è regione Gravesandæ in Cantuariensî ditione) idque ex indignatione, cum videret nullos Anglos promoveri ad Pontificatum, Angli enim, quorum mentionem facit Platina, sunt Germani. Gervasium secuti sunt Martinus Polonus, alias Penitentiaris, &c. & alii, quorum ille Chronicon terminavit ad A. 1277. Sanè Isaacus Vossius diligentissimè inquisiverat ad petitem Salmasii quicquid in MSS. de hac Fœminâ repererat, & longam seriem collegerat testimoniorum quæ alias non obvia. At gratis ille, (quod superiora docent) scripsisse Primum de Papâ Fœminâ Gervasium, idque ex indignatione; qui scripserat ad Ottonem IV. Imperat. (qui imperavit ab A. 1208.) illi recreando, Historiam Orbis Mirabilium, Pontificum, Imperatorum, continuatam in MS. ad XV. Johannis XXII.*

II. Nunc de Martini testimonio ut dicamus, Seculi itidem XIII. scriptore, ac Gervasio paucis annis juniore, postulat ordinis ratio. Nec is modò ad Ann. DCCCLV. post Leonem signavit *Johannem Anglum, vel Anglicum, natione Maguntinum*, qui sederit annis II. mensibus V. diebus IV. verùm addidit circumstantias (ut asseritur) *imprægnationis per familiarem, partus in viâ è S. Petro ad Lateranum, hinc mortis ex partu, sepultura, & obliqua deinceps via ejusdem à Pontificibus, in detestationem facti, ut crederetur omnino à quibusdam. Nec ideo poni in Catalogo Sanctorum Pontificum.* In Historiâ MS. penes Thomam Waggstaff Rectorem Londin. verba Martini referuntur; *Non ponitur Johanna Papissa in Catalogo Pontificum, propter muliebris sexus, quantum ad hoc, deformitatem;* Append. Angl. ad Fasciculum Rerum Expetend. p. 415. Quo de Martini testimonio, Viri singulari doctrinâ & autoritate, Nicolao III. Penitentiaris, dein ad Gnesnensem Archiepiscopatum promovendi, Johannæ adversarii duo excipiunt, per quàm sibi invicem opposita. Alii in Martini genuinis & antiquis Codd. Johannæ nullam prorsus mentionem fieri, aut si aliqua omnino, adjectum esse appendix loco, velut *fabulamentum*, ità Suffridus Petri Leowardiensis Notis ad Martinum; vel totum hoc ab Inimicis Martiniano Chronico fuisse innexum, ità Leo Allatius, post Fl. Raimundum, & Andr. Viſtorellum. Pedibus eunt in eam sententiam non pauci recentiores, ac novissimè Joh. Chiffetius, allegato membranæ Codice, *scripturâ & antiquitate venerabili, ex Bibliothecâ Joh. Jacobi Chiffetii, Parentis sui.* Et Reverendissimus Burnetus, in Itinerum suorum historiâ, meminit *Martiniani Codicis* in Angliâ visi, à quo abesset omnis illa narratio de Johanne Anglico fœminâ. Ità Guilielmus

Cave, Vir Clariss. *Sanè fabulam esse, & Martini Chronico intrusam, nullus dubito, præsertim cum in plerisque vetustis Cod. desideretur.* Alii planè eî *Evangelicus* Martinum censent primum fuisse hujus fabulæ artificem, vel narratorem, tantùm abest ut in ejus Chronicon illata sit Johanna fœmina. Et inter hos quoque Johannes Mabillonus Musæi Italici Tomo I. ubi ex Ptolomæo de Lucâ contendit, Martinum Polonum, qui in summâ dignitate obierit A. MCLXXVIII. *primum esse hujus fabulæ, sic ille, si non auctorem, saltem narratorem.* Ità Serarius, *Hist. Magunt. Lib. I. C. XLII. Atque hic rectè primum statuitur &c.* Et ante hos dixeret Onaphrius: Utrique, si quid judicamus, adstruendæ potius veritati narrationis, quàm destruendæ.

III. Principio non fuisse in authenticum Martini Chronicon per fraudem illata, quæ leguntur de Johanne Anglico, evincunt omnia. Ac primò non absque fronte Allatianâ, aut qualis Ræmundi fuit, fabulosum additamentum, cujus jam meminerunt ut ex Martino tot incluti Historici, medio in Papatu, tribui potest ulli Protestantium, qui demùm à Luthero vixere. Non etiam vetustioribus vel Joh. Husio, vel Bohemis; vel Schedelio Norimbergenſi apud dictum Ræmundum, quo tempore de Johannâ Papissâ nemo dubitaret, ne Constantienses quidem, ut infra pluribus, obviâ istâ in omnibus penè Chronicis, & conspicuâ in ipsâ (ut fatentur) appellatione *Johannis XXI.* qui numerus Johannam fœminam supponit, *Johannis VIII.* nomine. Deindè, quorum manu vel consilio MSS. Codices infiniti vitiatî pridem fuerint, & seu additiones, seu mutilationes, seu depravationes quasunque passi, cum primis ubi causâ Pontificum, vel Monachorum ageretur? an Protestantium illo, an verò ministrorum Romanæ Curie, Inquisitorum, Expurgatorum, Cœnobarum, arbitrentur Viri Docti & ingenii. Ac contra id genus Monachorum imposturas, præter nostros, conquesti publicis scriptis Joh. Launoius Tractatibus variis contra suppositiones Monachorum, & Gabriel Naudæus in iis quæ occasione Librorum *de Imitatione Christi*, contra Monachos Benedictinos, in Galliâ vulgavit. Quin malæ fidei in resevandâ *Johannâ* ex Chronico non uno ipse Blondellus plus vice simplici Papistas accusavit. In specie verò, ne extra hanc causam digrediamur, prudenter Hermannus Conringius, Vir in versandis id genus Codd. ac conferendis, exercitatissimus, Notis ad Bullam Innocentii X. *Quod P. 191. in nonnullis Codicibus Martini hæc (de Johannâ fœminâ) narratio desit, adscribendum est manibus cautiorem quorundam hominum, sedis Romana honori studentium.* Scriptor Anglus nuperus, ad Fasciculum Rerum Expet. *Impie celata sunt omnia, ne in proximâ ævi notitiam devenirent. Nemo nescit opprobria ejusmodi delenda fuisse omnino.* Quod adeò verum est, ut non ex Mariano, aut Sigeberto, aut Martino tantummodò, expurgari Johannam Romæ voluerint, sed ex ipso J. Bapt. Platinâ, referente Johanne Bernartio Libro de Utilitate Legendæ Historiæ; *esse Roma in Bibliothecâ Vaticanâ antiquissimâ Platina exemplaria MSS. in quibus de Johanne fœminâ ne litera quidem reperiatur.* Et sanè quid unum & alterum Martiniani Chronici Exemplar, aut si vis ex Petro Lambecio ad Biblioth. Cæsaream, plura Exemplaria id genus, in quibus fortè aut absit hæc narratio, aut alio caractere, vel manu descripta videatur, præ sexcentis aliis, nec dubiæ ætatis, quæ Johannam repræsentant eo modo, & ordine, & verbis, quibus Editio Basileensis, typis Johannis Oporini, A. MDLIX. curante Basilio Joh. Heroldo, unâ cum Mariani Scoti Chronicis; dein Francofurtana, curante Joh. Pistorio? Accedat Antwerpen-

piensis Plantiniana, cui inserta quoque Johanna est, notante ipso Suffrido Petri, in eam licet iniquiore; *ceteros Codd. MSS. quoad rem gestam attinet, cum publicato convenire.* Quicquid absit illa ab editione Colonienſi Anni MDCXVI. editore Joh. Fabricio Cæsare, Canonico Gladbacheno. Ac ipse fatetur Lambecius *Libro II. C. VIII. ad Chronicon Martinianum, ex Otto Codd. MSS. Bibliothecæ Cæsareæ quatuor esse quibus descripta sit Johannæ historia, & in iis duos membranaceos, quorum antiquitati non refragatur, licet plus deferat Codicibus in quibus omiſſa Johanna, Viennæ scilicet ista commentatus.* Accedat Codex Martini MS. Vossianus, chartâ pergam. in 4. Cod. 157. qui minimùm est Seculi Constantiensis, in quo eadem leguntur, continuo textu, manu eadem, quæ in editis. Præter Cod. vetustiore. Et hi tamen interpolatores Ræmundo, Victorello, Chifletio, Allatio, censentur. Certè invidiam hanc non modò ipse Blondellus amolitus est, sed & retundit Mabillonus, qui Ptoleomæi Lucensis, clari sub initia Seculi XIV. id est paucis post Martinum annis, ista citat: *Omnes quos legi (sic Lucensis, qui Johanni XXII. à sacris Confessionibus fuit, & Annales produxit ad Annum MCCCIII. non usurpato Mariani Chronico, quem nec Martinus viderat) præter Martinum, tradunt post Leonem fuisse Benedictum III. Martinus autem Polonus ponit Johannem Anglicum.* Aequalis omninò Lucensi Bernardus Guido, Gallus, Ordinis Prædicatorum, idemque Inquisitor contra Albigenſes Tolofanos, ab Anno MCCC. qui eadem Martini reposuit in Speculo Historiali Romanorum Pontificum. Exceperunt Ranulphus Cestriensis in Polychronico, Antoninus Florentinus, multi alii; Martinum rei testem laudaturi. Sed verò succurrit opportunè, calumniam diluendam, ne ad Bibliothecas insigniores provocemus, Musæum nostrum Leydense. Est in eo Codex pervetustus Martinianarum supputationum, chartâ pergamena, in Quarto, scriptus utique haud longè à Martini ætate, ut cuius iudicium erit, in quo continuâ serie à morte Leonis, nullâ ne discretâ quidem lineâ, nullo omninò characteris discrimine, ipsissima illa lego quæ in editis Codicibus extant: *Post hunc Leonem Johannes Anglicus, Nat. Maguntinus se. An. II. M. V. D. III. & mortuus est Roma & cess. Papatus m. 1. Hic ut asseritur femina fuit, & in puerili ætate (alii puellari, aut pupillari) à quodam suo Amasio in habitu virili Athenas ducta &c.* Et reliqua quæ in editis, usque ad verba *Benedictus III. Nat. Romanus.* In margine antiquo characterè est; *De Papâ femineo.* Alius item Martini Codex MS. ejusdem Bibliothecæ, in Folio, fatis antiquus, nec paris tamen vetustatis, eodem ordine inter mortem Leonis IV. & Benedicti III. electionem, exhibet eandem narrationem, vix voculâ unâ aut alterâ discrepante. In margine hoc lemma est, qualia ad reliquos Papas, *Johannes.* Dein, *Hic Papa femina fuit.* Mox, *Papa pariens moritur.* In fine verò Martinianæ hujus narrationis adjectum est continuo textu, ut monitum suprâ: *Et ex hoc consuetudo inolevit, quod dum Papa eligitur, palpatur an habeat genitalia.* Accedat MS. Codex membranaceus Bibl. Ultrajectensis Num. 248. in quo post Leonem ut qui mortuus dicitur A. DCCCLV. hæc sequuntur: *Post hunc Leonem Johannes Anglicus natione Maguntinus, sedis annos II. mensibus V. diebus IV. & mortuus est Roma, & cessavit Papatus mense uno. Hic ut asseritur femina fuit, & in puellari ætate, à quodam amasio suo Athenis ducta &c. nec ponitur in Catalogo Pontificum Papa muliebris Sexus &c.* Quartus denique nobis Codex est, in membranâ descriptus, oppidò antiquus, in quo Historia Romanorum Pontificum præfati Bernardi Guidonis, quam inscripsit Johanni summo Pontifici Ann. MCCCXX. nec multo recen-

tior videtur hic Codex membraneus. Et in hoc quoque *Johannes dictus Anglicus* memoratur, inter Leonem IV. & Benedictum III. continuatâ Historiâ, eodemque characterè, & iis quibus rem narravit Martinus vocibus. Ita in Indicibus pervetustis Romanorum Pontificum, Fuldenſi & Vorauvo, editis ad calcem Martinianarum supputationum, apparet inter Leonem & Benedictum media *Johanna*; & in MS. Indice nostræ Bibliothecæ, ad Guidonis historiam addito, in quo post *Johannem XXII.* reliqui Pontifices sunt aliâ manu signati, leguntur, *Leo V. Papa CVII. Johannes mulier mentita Virum CVIII. Benedictus III. Papa CIX.* Apage igitur commentum de illatâ in Polonum Johannâ fœminâ, & quidem, si diis placet, per Hæreticos! Quod reponere non puduit Lambecium, dicto loco Commentariorum ad Bibliothecam Cæsar. inserta hæc Martino fuisse, *malitiam falsariorum Hæreticorum.* Sed dixerit Allatius, ubi de Martinianis Chronicis; *Symm. Unusquisque quæ ipse digna memoriâ judicabat, addidit; crastique NB. quæ sibi indigna lectu videbantur, qualia sunt quæ is de Johanne fœminâ: eradenda videlicet omittendave ab Exscriptoribus nonnullis Monachis, pro istorum ingenio ac studio in Papalem sedem.* Ac meminit ipse Lambecius *Tomo II. pag. 171. 172. Historia ineditæ Pontificum & Imperatorum Romanorum, in Biblioth. Cæsar. ex S. Hieronymi, Isidori Hispalensis, Venerab. Bedæ, Sigeberti Gemblac. Richardi Mon. Cluniacensis, Sicardi Cremonensis, MARTINI POLONI &c. Chronicis collectæ, & continuatæ ab Alberto Monacho usque ad Annum MCCCCLIV. In quâ nempe Historiâ tradatur, Martinum Polonum Johannæ Papissæ meminisse, etiam cum addito Auctario.*

IV. Quod verò Mabillonus ex Lucensi colligit, Martinum fuisse primum *hujus fabula vel auctorem, vel narratorem*, suaptè concidit. Habuit ex Onuphrio, Nic. Serario, & id genus oppugnatoribus Papæ fœminæ, qui hinc Martinum appellant *virum simplicem, credulum, fabellis* quibuscunque adoptandis ac propagandis natum. Sanè ea fuit Martini hujus existimatio & autoritas, ut rem ejus penè verbis alii postea tradiderint; quomodò *is solus & præcipuus supputator* quondam in Romanâ Ecclesiâ habitus fuit, ejusque *Supputationes*, summorum Pontificum & Imperatorum, pro normâ plurimis extiterunt. Quis verò tantæ autoritatis virum, Pœnitentiarium ac Ministrum Pontificis, ad primas Ecclesiæ dignitates evehendum, collaturum magno studio Chronica se priora, & exactiorem annorum rationem initurum, quibus quisque Pontifex creatus esset, ut ipsemet in *Præfatione*, quis (inquam) facile putet inferere hunc voluisse *biennem & ultra Papam*, eamque *feminam*, monstrum informe, execrandum, nullis ante se Chronicis traditum, idque ad perpetuam Romanæ sedis infamiam? *Quis*, ut reddantur Ciaconio suæ voces, sed Ad Leod. inverso argumento, *non videt, commentum hoc à nem IV. Martino excogitatum non esse, nec ab eo confictum, sine col. m. ullo auctore, citra verisimilitudinem?* Imò dùm is *Johannem vigesimum primum* recenset, in quo terminavit Chronicon, hoc ipso universam Ecclesiam supposuisse suo tempore *Johannem VIII.* illam quam dicimus fœminam, clarissimè testatur. Quæ verò corradunt ex Martino ignorantæ & credulitatis documenta, Hardingus, Florimondus, Bernartius, & recentiores, ea aut falsò Martino imputari, vi verbis ejus factâ, aut non imputanda illi esse primo tanquam auctori, pluribus ostendit Vir Doctiss. Alexander Cooke, in *Dialogo suo de Johannâ Papissâ*, Gallicæ edit. p. 64. 65. &c. Sed vero ante Martinum memorasse *Johannam mulierem* ipsum quoque *Marianum Scotum, sessuram* (planè ut Martinus) *annis II. mensibus V. diebus II.* suprâ invictis ar-

gumentis demonstratum est. Nec iste tamen intra Mariani terminos se continuit, prementis facti *circumstantias*. Sic Martino anteriores, non jam *Sigebertus* modò, de cuius relatione controvertitur, sed & *Otho Frisingensis Episcopus*, qui *Chronicon* produxit ad Annum *MCXLVI. Libro VII. C. xxxv. Johannes VII. Fæmina*, sed inserta loco non suo. *Galfridus* cognomento *Arthurus*, ab Anno *MCLI. Episc. Afaphensis, Radulphus Flaviacensis*, quem ad Annum *MCLVII. relatum* volunt, tum & *Godefridus Viserbienfis*, (citatus Martino inter eos *quorum scripta compilasset*) qui in flagrantissimâ apud tres Imperatores gratiâ fuit, ac *Pantheum* suum Urbano III. Pontifici inscripsit. Omnes Johannam, seu Papam fœminam, tradidisse, scripta testantur. Otho quidem, Conradi III. Imperatoris frater uterinus, Henrici IV. ex Agnete filiâ nepos, recensuit in serie Pontificum, quamquam loco non suo, *Johannem VII. fœminam*. Galfridus, laudatissimus sui temporis ac sincerissimus Historicus, adeo Johannæ meminit, ut *Aub. Miræus* alique, ex Galfrido in Sigebertum illatam fuisse hariolati sint. *Radulphus* Commentator in *Leviticum*, vel præcipuè hanc ob causam, à *Blondello, Labbeo, Natali Alexandro*, rejicitur in *Seculum XII. quem alii Seculo X. inchoato claruisse* arbitrati sunt. *Godefridus* denique, ex cuius quoque *Chronicis* suum se compilasse opusculum *Martinus* testatur, *Panthei* Parte *XX. post Leonem IV. proximè* subjunxit, ante *Benedictum III. Papisæ Johannam non numeratur*; utique sanè, non censenda in legitimis Pontificibus. Ita *Conradus Urspergensis*, cuius *Chronicon* terminatur in Anno *MCCXXXIX. quamvis Johannam* premat, pro Johannâ tamen suppeditat argumentum, uti supra *Hermannus Contractus*. Si enim *Conrado* fides est, *Leo IV. Papa migravit demùm Anno DCCCLVII. cui Benedictus Papa sanè successerit, sed decessurus ipse eodem anno, facturus locum Anno DCCCLVIII. Nicolao Papa. Igitur si Benedictus III. admotus primùm Papatui est Anno DCCCLVII. quod & Marianus Scotus, Martinus Polonus, aliique, & si Leo IV. ut multis contendunt ex Anastasio, mortuus est Anno DCCCLV. relinquitur Johannæ biennium intermedium. Sed ne fieret, quia non numeranda inter Papas, decreto Romanæ Curie, hinc Leonis IV. Pontificatum prorogavit Urspergensis, post Hermannum Contractum, ad Annum DCCCLVII. Et ità Albertus Stadenfis, qui licet Leoni subjungat Benedictum III. tamen videtur supponere Johannem VIII. dùm Johannes proximus, successor Hadriani II. est illi Johannes IX. Hactenus de primis Johannæ testibus, qui verti in controversiam minimè debeant.*

V. Martinum exceperunt eodem adhuc *Seculo XIII. & mox XIV. ac XV. testes sine fine, nec illi de fæce, aut proletarii. Certo argumento, nihil scripsisse Pœnitentiarium in re tantâ, tamque ignominiosâ Papali sedi, cuius non sibi conscia esset universa Roma. In hoc ordine apparet Johannes de Parisiis, Dominicanæ familiæ Theologus, scripturus de Potestate Regiâ & Papali, pro Philippo Pulchro, adversus Bonifacium VIII. quâ fuit vir ille apud suos doctrinæ famâ, iudice quoque Abbate Spanheimienfi. In iis Bernardus Guido, de quo supra, acerrimus quantumvis Inquisitor Hæreticæ labe, ac Tudenfis postea in Gallaciâ Episcopus, magni habitus Johanni XXII. cuius MS. Seculo XIV. exaratum præter Colbertinam & Avenionensem Bibliothecas, Leydenfis nostra capit. Professus is, se Romanorum Pontificum nomina, & tempora quibus Romana Ecclesia præfuerunt, nec non insignia gesta, & notabilia facta, quæ sub eorum temporibus evenerunt, scribere gesturum, plurimum Tractatorum, Historiographorum, & Chronicorum sæpè perlegisse libros, & opera &c. Desiderans (inquit) in cunctis & singulis,*

veritatis certitudinem plenius invenire, præcipuè propter magnam & multam dissonantiam varietatemque temporum quam reperi, in diversis Chronicis, annorum, mensum & dierum, nec non rerum gestarum, quæ ut reor plerumque contigit propter vitium Scriptorum. Hinc opus inscribi voluit, Flores Chronicorum, & Catalogum Romanorum Pontificum. In quo tamen Martinum ferè ubique sequitur, ut in reliquis, sic in Johanne Anglico, fœminâ, quam ordine successionis inter Leonem IV. & Benedictum III. historicè describit. Et is est quem Blondellus dixit Lutebensis Ecclesie Episcopum, Lutevam voluit Episcopatum Gallie Narbonensis Primæ; sed de quo Clar. Marefius, Fateor me nescire quis sit Bernardus Guido Lutebensis. Accedunt Chronicorum scriptores Anonymi non pauci, quorum ipse meminit in Anacrisi suâ David Blondellus, post Magdeburgenses, Flacium, Juellum, Mortonum, &c. Sic inter Epistolas Universitatum Oxoniensis, Parisiensis, Pragensis, scriptas fervente schismate, ante Synodum Constantiensem, pro eo extinguendo, & quas edidit superiore seculo Uldricus Huttenus, una est quæ disertè Johannem fœminam eamque in Papatu imprægnatam asserit, successorem Leonis IV. circa A. D. DCCCLIV. Disertissimis de eadem verbis Radulphus ille Higedemus, Cestriensis in Angliâ Occidentali Monachus, paulo post medium Seculum XIV. laudatus Polydoro & omnibus à fide, gravitate, in Polychronico suo adhibitâ, cuius Libro V. C. XXXII. Johannæ puerperium commemoravit, malè is cum Radulpho Flaviacensi à nonnullis confundendus. Exceperunt Viri primæ existimationis, multæque doctrinæ, ex gr. Guilielmus Occamus, famosissimus Monachus, habitus inter seculi sui portenta, hujus quoque Johannæ memor, in Dialogo inter Magistrum & Discipulum, adversus usurpationes Papales conscripto: Franciscus Petrarcha, verè suæ ætatis stupor, Canonicus Patavinus, flagellum novæ Babylonis, Papisæ idem testis, Libro Italico de Vitis Cæsarum & Romanorum Pontificum: Johannes Boccacius, Petrarchæ auditor & æqualis, Historicus insignis, non relicturus intactam hanc Johannam Libro de Claris Mulieribus: Theodoricus à Niem, grande lumen caliginosissimis temporibus, scriptor inter alia Vitæ Johannis XXIII. de quo nuper, assertor Juris Regii: Antoninus Florentinus, Sanctis etiam adscriptus, magnæ ipsis aliàs autoritatis, scripturus paria cum Martino Parte II. Chronic. Mathæus quoque Palmerius, Historicus Florentinus inter principes sui ævi, producto Chronico ad medium ferè Seculum XV. Guilielmus Brewinus Anglus, ex Codice MS. Alex. Cookio aliisque citato, de VII. Ecclesiis Principalibus Urbis Romæ, inter eos qui explorati sexus in electo Pontifice meminerunt, quod Roma à Romanis didicerat, inquit Blondellus: Rodericus Zanchez, vel Sanctius, Palentinus in Hispaniâ Episcopus, ac sub Paulo II. præficiendus Arci S. Angeli, quem ab ineptiis & mendaciis procul absuisse testatus est Alphonfus Garfias Libro de Doctis Viris: Compilator Chronologicus, deficiens in A. MCCCCLXXIV. apud Pistorium, asserens, rem fateri Romanos: Bartholomæus Plasina, aliis Baptista, Abbreviator Apostolicus, procul mendacio iudice Volaterrano, & quem de Johannâ tradidisse vindictæ studio in Paulum II. hujus ultimum injurias, hinc sublehtë fide, frigidiusculè nuper Natalis Alexander: Baptista Fulgosius, non de nugivendulorum grege, Dux aliquando Genuensis: Wernerus Rolwinckius, Monachus superstitionisissimi Ordinis, auctor notissimus Fasciculi Temporum: Hermannus Schedel, Doctor Patavinus, scriptor Chronici Norimbergensis, in quo etiam accusat Hæresim Hussitarum, impressi A. MCCCXCIII. prolixè memorans, à morte Leonis IV. (postquam vacasset fides

Vide supra

P. 10.

C. XCIX.

Suprà

Anacr.

P. 72.

T. XVI.

P. 93.

des mens. II. diebus xv.) *Johannem Anglicum*, cum omnibus circumstantiis, ut simulati sexus, peregrinationum, scholarum, electionis in Pontificem, imprægnationis, partus, mortis, durationis in Pontificatu, ac sellæ perforatæ, & explorati sexus, citato *Martino*: hinc *Baptista Mantuanus*, cognomento *Hispaniolus*, Generalis Carmelitici Ordinis, Poëta liberrimus, adulari nescius Romanæ Curiae: *Jacobus Philippus Bergomas*, Trithemio *Historiographus celeberrimus*, cum in Libro de Claris Mulieribus ad Beatricem Arragoniam, Capite de *Johannâ Papiâ*, tum in Supplemento Chronicorum, descriptus hac in causâ ipsi Launoio: *M. Antonius Coccinus Sabellicus*, Venetus, Vir maximo in presio, & undequaque Doctissimus, apud Trithemium illi supparem: *Johannes Lazius* Cœlestinus, in Epitome Historiæ Universalis, *Raphaël Volaterranus*, quanquam inter adulationem & metum medius, judice Paulo Jovio: *Johannes Nauclerus* Nobilis Suevus: *Johannes Lucidus*, Emdendor temporum; *Albertus Crantzius*, scripturus quoque de Johannâ, ante Lutherum Orbi notum: *Johannes Trithemius*, in Disciplinarum atque Historiarum penetralia sic admittens, ut pro Mago habitus fuerit, in *Chronicis* Johannem Anglicum substitutus Leoni IV. *Ludovicus Coelius Rhodiginus*, nemini Seculi sui secundus, judice Varrone nostro Batavo, asserturus hanc *solum Johannam*, à condito ævo, specie Viri, Pontificatum Romæ ausam invadere, & quæ ibi plura. Mittimus alios propemodum sine numero, nec modò ante lucem Reformationis exortam, medio in Papatu; habitos inter decora superioris ætatis, & laudatissimos quoque ipsi Baronio ad Martyrolog. Bellarmino, Possævino, Miræo &c. omnes hos testes non Fabulæ Johanninæ sed Historiæ; verùm illos etiam qui post cœptam Reformationem scripsere, acerrimos causæ Papalis vindices, consonos tamen hac parte ad unum penè omnes, præter Aventinum, Panvinium, Florimundum Ræmundum, & qui horum vitulâ ferè ararunt. In istis sunt, *Joh. Ravifius Textor*, *Leander Albertus*, *Alphonsus à Castro*, *Dominicus à Soto*, *Barthol. Carranza*, *Stephanus Paschasius*, id genus alii non pauci. Videri possunt citati longâ serie, cum apud Blondellum ipsùm, qui ultrâ LXX. rei testes ipse memorat, tum etiam apud Magdeburgenses, Illyricum, Juellum, Cookium, Wolfium, Mornæum, Mortonum, Gerhardum, Deckerum, Calixtum, Grimmium, Voetium, Hottingerum, Marefium, alioque in vulgus celebratos, qui de Johannâ commentati sunt. Neque nos istorum scriinia compilamus. Accedant quotquot plures, quàm Johannis hujus expunctio pateretur, *Johannes* supputarunt, qualiter plerique scriptores, etiam Itali, falso Blondello, Platinâ XXIV. Johannes recensente. Ne dicamus inedita in Bibliothecis monumenta, nec Vaticanâ exceptâ, sed premenda hæc tamen, aut illatæ in ea *Papissæ* precario obtentu, si quando vulgentur, mutilanda. Undè falsus Johannes Launoius, Vir hac parte integerrimus, quamvis Johannæ minimè favens; *Neminem vel certè paucos dubitasse, quin Fœmina Romanam sedem occupavit*. Et si idè potissimum traditionem, v. gr. de leprâ Constantini M. censebat *apocrypham* Godefridus Viterbiensis, quia in nullis Libris aubenticis, neque in Chronicis legeretur, non centeri potuit illis apocrypha ea narratio, ut nec censita Godofrido est, quæ perpetuâ successione in Libris primæ auctoritatis, probatisque Chronicis, lecta traditaque fuit. Ex quo nempè posuerat Roma pudorem, & postquàm totis annis CL. monstris assueta, dissimulare ulterius probra sua nescivit. Hinc liberius Fœminam eam tradere Scriptores qui monstrôsâ ea tempora exceperunt.

Epist.
Parte VII.
p. 688.

Ad Ann.
854

Anriq.
Lect.
L. XIV.
C. I.

Epist. ad
Car.
Maur.
Tell.
p. m. 356.
Chronic.
Parte
XVI.

VI. Nec detrahit fidei testium, quorum summa in re ipsâ consonantia est, nam sedisse *Fœminam* *δὲ φῶνεν ἑδὲ εἶς*, qualiscunque inter eos diversitas, in *circumstantiis* nonnullis, tacitis fortè Mariano, brevissimo in Chronico, quo tempore sederet Hildebrandus, aut de quibus primi hujus Fœminæ proditores, antè Martinum, & qui hunc secuti, filuerunt. Levius etiam est, quod urgent de discrepantiâ in præciso tempore occupatæ à Johannâ *sedis*, quod studio obscuratum à supparibus Chronographis videtur, producto Papatu Leonis, & anticipato illo Benedicti, ac Nicolai, ut infrâ pluribus. Ità parum est *Johannam* hanc postea etiam *Hagnam*, vel *Agnatem*, fortè per antiphrasin quasi minimè puram, castam, à nonnullis fuisse appellandam: aut errore nato ex idiotismo *Jannetta*, ut ab aliis observatum est, quomodo & *Justam* dixere. Sic antequam *Johannis* nomen assumeret, sexum mentita, potuit *Gilberta* quondam esse appellata, quo nomine nonnunquam venit. Levissimum verò est, quod eandem *Johannem* VII. non VIII. plures dixerunt, ut Otto Frisingensis, J. Phil. Bergomas, Sabellicus, Volaterranus, & si qui alii. Quemadmodum v. gr. qui *Johannes* XXI. aliis XX. est; qui his *Stephanus* VI. aliis VII. qui communiter *Leo* IV. aliis V. est, proximè ante Johannam; qui *Leo* IX. est Martino Polono *Leo* X; ità qui *Leo* decessor Johannæ, vel Benedicti III. his est *centesimus quintus*, aliis est *centesimus septimus*, Mariano *centesimus secundus*, Blondello eos secuto quibus est *centesimus primus*. Satis (ut dixi) ad institutum est, convenisse inter omnes de *Papâ Fœminâ*, sed Paparum mox tabulis expungendâ, nec numerandâ in Catalogis Pontificum. Undè supplendus fuit hiatus *biennis*, accessione temporis factâ modò ad annos Sergii, modò ad illos Leonis, aut Benedicti, aut Nicolai, &c. variâ planè & incertâ temporum ratione apud Chronographos, qui Mulierem eam sepultam voluerunt. Quâ de re deinceps, deque adjectis succedente ævo à non uno Chronographo circumstantiis. Frustrâ denique ad hos testes excipiunt, tradidisse eos Johannam ex communi *famâ*, ex *populari errore*, ut Ræmundus, addendo *ut asseritur*, *ut fama fert*, *ut dicitur*, *ut creditur à plerisque*, *ut vulgò hæc circumferuntur*. Nam & alia multa his ferè verbis tradidere Monachorum Chronica, post Bedam, & in vetustioribus Eusebium, Socratem, Sozomenum, Euagrium; atque in eundem modum sexcentis locis Nicephorus, Metaphrastes, Vitæ Sanctorum, multa commemorant; quibus tamen, qui Johannam oppugnant, plenissimam fidem adjiciunt. Categorice etiam Marianus Scotus & complures alii rem expressere, & illud, *ut asseritur*, in Codd. nonnullis Mariani dubiâ manu adpositum videtur. Quanquàm his verbis, *ut fertur*, *asseritur*, *dicitur* &c. soliti ea tradere quæ quantumvis verissima, haberent aliquid comparati ad invidiam vel odium. Ità Platina non semel, Clemangius, Onuphrius, & alii, ubi de factis Gregorii X. Alexandri III. Johannis XXIII. Pii II. &c. quæ singula describere nihil attinet. Alanus Copus, idem qui Nicol. Harpsfeldius, Dialogo III. C. XI. defensus Apparitiones Sanctorum post mortem, specie Potamianæ Virginis, ex Eusebii Libro VI. C. V. de quibus relatum sit per τὸ φασὶ, χαίρουσι, λόγῳ ἔχῃ, πολὺς λόγῳ ἄδεται, *ferunt dicunt, scribunt, fama est, frequens sermo est*, &c. negat indè colligi, res sic narratas *incertas esse*, aut *dubias*; *Si enim hanc istorum rationem sequamur, propter ferunt, & dicitur, non hanc modò Potamiana apparitionem, sed & reliquam ejus historiam, nec ipsam modò, sed & Serenum, de Martyrum albo expungamus*, & quæ ibi plura. Sexcenta vel Baronius exempla suppeditaret. Aliud etiam est, retulisse, *Papam fœminam* in duraturas

Tabulas, sub oculis Apostolicæ sedis, Viros Monachos, aut Romanæ Ecclesiæ Præsules, non sine pudoris aliquo indicio, & quasi hæsitanter, ac cum præfatione aliquâ; aliud, intulisse eos in elaboratissima *Chronica*, quibus tempora emendare, annosque accuratiore calculo signare adlaborarent, *fibulam* quam ortum duxisse *ex populari errore*, ac *mendaci famâ*, cognovissent. Quod posterius ab eorum Præfationibus, atque instituto, alienissimum fuit. Hinc etiam, à *plerisque*, vel *ferè omnibus*, ita tradi, ita credi, rectè Martinus, & cum eo alii, qui cautum silentium Scriptoris non unius, & rei turpitudinem, ac Romanorum invidiam, intelligerent. Undè illud Platinæ: *Ista ferè omnes affirmant; de primo* (declinatâ viâ ad Lateranensem Basilicam) *non abnuerim; Erremus nos etiam hac in re cum vulgo; sibi ipsi attributo errore*, siquidem nullus à Leone Johannes Anglicus fœmina.

CAPUT IV.

BREVIARIUM.

Facta qua Papam Fœminam adstruunt. Ac primò Johannes dicti XXI. XXII. fasso Blondello. Factum Synodi Constantiensis, fasso Launoio. De statu Romæ erectâ, Papiæ teste. Res pluribus expensa. Simulachra Johanna alia. De Senensi statu, pluribus. Joh. Launoji ingenua confessio. De Sellâ, aut Sellu percussis, in Consecrat. Pontificum. Qua certa, & de quibus consentiunt principes Adversarii. Confessio Pighii, Mabillonii, de causâ aboliti Ritûs. Qua incerta & dubia, circa Sedes Lateranenses perforatas. Causa varia hujus ritûs allegata, & expensa. An sedes ad egerendum? An ut alii balneares? Retulisse sedem emittentis puerpera. Figura sedis Lateranensis, ex Martinello, Chisletio, Winghio, Chimentellio, &c. Simulare sexum quàm facile Seculo Johanna, ex testium fide. Episcopi Auctoris; simul tempus aboliti Ritûs.

Hinc quæ sit ingenuitas Confutatorum Fabulæ Johanninæ liquet, quibus si fides est, Baronio, Gretiero, Ræmundo, Serario, Allatio, Chisletio, Labbeo, Lambecio (ad Biblioth. Cæsar. Lib. II. & in Auctario Hist. Hamburgensis) Alexandro Natali, cæteris, *putidissima fabula* demum à scriptoribus Catholicis nonnullis vulgata est; ducentis circiter aut quod excurrit annis (imò penè quingentis, vel putando cum Joh. Launoio ab extremis Leonis IX. Pontificis, Mariano jam Monacho, quomodo & Mezeræus in Epitome Chron. ad Annum DCCCLV. totis annis quingentis habitam rem esse ut veritatis constantis) credita; ab Hæreticis interpolata; & in Anastasium, in Marianum, in Sigebertum, in Ottonem, in Godefridum, in Martinum, in Guidonem, & si qui plures sunt, per fraudem intrusa, & quæ sunt id genus præstigiæ verborum, aut exceptionum ludibria. Qualis & error Genebrardi, Chronographi, asserentis, *Marianum Scotum, & Martinum Polonum, antè 300. annos, rem evulgasse.* Quasi Marianus Scotus aut coævus Martino fuisset, aut nonnisi 300. antè Genebrardum annis florens. Sed testibus facta publica accedant, mediâ in Urbe, Orbeve Papali, omni exceptione majora. Primò non de nihilo est, imò *vix fieri potuisse, absque respectu ad Johannam VIII. fatetur in Anacrisi Blondellus noster, quod qui Johannes vicessimus dici debuerat, electus is Anno MCLXXVI. tamen vicessimus primus & dici voluit, & Roma dictus est.* Ciacconius in hoc Johanne XX. *Johannes XX. dictus XXI. ab his qui fabulosam & commentitiâ Johannam fœminam numero Pontificum interserunt.* Eandemque, ait Anacrita, *videri fuisse mentem Johannis XXII. & XXIII. Marini Sanuti, aliorumque omnium qui Johannes viginti tres agnoverunt.* En factum ipsius Pontificis,

inter doctissimos habitis, Johannem VIII. fœminam supponentis; quo tempore Martinus Polonus Chronicon suum adornabat, terminandum in Nicolao III. Johannis XXI. successore! Et fortè tum fando primùm audita hæc Johanna fuit, aut à Martino persuadenda novo Pontifici, totique Papali Curia, indè aucturæ unitate nomen Pontificium Johannis!

II. Factum alterum non minus insigne suppeditant Acta Constantiensis Synodi *Sessione xv.* Quando nempè ex Joh. Hussi Libro de Ecclesiâ propositiones excerptæ fuerunt, quæ Patrum obelis configerentur. In eo Libro semel iterumque Hussus, *Capitibus VII. & XIII. de Johanne Papâ Anglicâ muliere, qui Hagna vel Agnes diceretur*, citato Cestriensi Chronographo, ex Libro v. id est Ranulpho ab Higeden, quo in Anglis nullus ferè majori fide in historiâ versatus est. Et ex iisdem quoque Capitibus decerpta ab Hussi criminatibus, quæ anathemate ferirentur. At quæ de Johanne Papâ vel Agnete falsè ibidem Hussus, planè intacta mansere; & rationem addit Joh. Launoius, *Epist. antè allegatâ ad Carolum Tellerium, quia ab annis pluribus eâ de re non ambigebatur.* Claruit autem Cestriensis ille annis amplius L. antè Constantiensem Synodum. Undè verò tam subitò, intra annos paucos, *fabula* omnium putidissima, & quæ Papalem sedem in illam *Meretricis* converteret, altas ad eò radices egit, ut nec Papæ, nec Concilia, nec Academiae tum principes, Parisiensis, Oxoniensis, Pragensis, nec oculatissimi in priorum temporum Historiâ Viri, & quibus Archiva Pontificum patuere, ac veteres Tabulæ, & Sacræ diptychæ, eâ de re post hæc ambigerent?

III. Cum primis verò attentionem merentur *Statua, seu Simulachra*, huic Johannæ, inter alia Pontificum publicè erecta, in ipso sacrario; ne addam Picturas, Nummos, aliaque hujus Fœminæ nota Romæ monumenta. Nec necesse est pressius ut urgeam *Statuam* illam, *qua figurativè factum demonstraret, Mulieris nempè specie, recentis ex partu, erectam in loco monstruosi publicique partûs, de qua primus Theodoricus Niemus, circa Annum MCCCCXIII. Excipiunt quidem Confutatores Johannæ, aliò spectasse istud simulachrum, expressisseque, vel priscum Ethnicorum Sacerdotem, ad Sacrificium præeunte Ministro pergentem, vel aliquod Gemilium Nummen, & ita nuperus compilerator Hist. Ecclesiasticæ Natalis Alexander Tomo XVI. Sed puduit similis exceptionis ipsum D. Blondellum, in Anacrisi suâ. P. 70. 71. Equidem I. Non carebat res exemplis, in utrâque historiâ Sacra & Exoticâ, posita scilicet monumenta publicæ detestationis, & infaustæ memoria, rerum quæ portentosæ, aut quæ sub omnium oculis accidissent, ac nescirent occultari. Ac nonnulla suppeditat ipse Blondellus, dicto loco; & passim obvia sunt fœdæ Idololatriæ, aut infandi Parricidii, aut depascentium Incendiorum, aut id genus facinorum, publica *μνημόσυνα.* Itâ quamvis *Joh. Castellii*, tollendo Henrico IV. falsâ spe à Jesuitis excitati, simillimumque Regicidarum ac Monstrorum nomina æternâ oblivione sepelienda fuerint, non eò intermissæ Pyramides, vel Inscriptiones, execrandorum facinorum testes. II. *Quod Senis, in seculi felicioris majori luce, sic denuò Blondellus, factum esse fatentur omnes, (erectam Johannæ statuam, de qua illic) Roma incumbente sequiorum temporum caligine fieri potuisse, jure nemo negaverit.* Et quidni, *acri recentis injuria sensu lancinata Romana Ecclesia, insultata illius Scrophæ, qua Cleri Populique cultu biennium, & quod excurrit, conservata dicitur, publicè postâ Statuâ detestandam memoriâ protestari, aliaque mente repostam, ob nuper admissum nefas, divulsivæ in perpetuum profiteri decrevisset?* III. Non nugator profectò Theo-*

Operum
Hussi.
T. I.
f. CCVII.
& CCXX.

Theodoricus à Niem, Vir pari doctrinâ & auctoritate, qui magnam vitæ partem Romæ exegit, Scriba ipse non unius Pontificis, & cujus tempore *Status* illa stetit. Inne rem pudendam adeò, & publicam, quæ tot testes habuit quot Romæ spectatores, finisset de suo, aut inseruisset gravissimo scripto, quale fuit illud de *Privilegiis & Juribus Imperii*? IV. Sed pridem antè Niemum Martinus, & tot alii, dum tradunt *viam* eam *consultò declinasse*, vel *obliquasse* Pontifices, quæ duceret vel reduceret ad Lateranensem Basilicam, confirmante omninò Platinâ, Viris profectò hujus rei non ignaris, annon tacitè ianuunt, violatæ illius viæ inaudito facinore servatam Romæ memoriam, & cum execratione quidem? Et quid vero contentaneum magis est, quàm notatam illam viam fuisse & locum portentosi eventûs, non ratione *partis* in viâ publicâ, frequentibus & cotidianis rei exemplis, sed *partis Papalis*, alieno monumento, quo dignosceret posteritas? Nec satis est dixisse, mutatam illam viam quâ irent aut redirent in Lateranum Pontifices, ob *anfractus*, & *angustias*, vel *viæ incommoda*. Quum facile dilatari potuisset, ut factum ferunt à Sixto v. sed qui memoriam plateæ prioris abolevit; nec hodierna latior appareat, imò *faciat ea iter processionis prolixius*, fasio rursùs Blondello. V. Illius ipsius *Statua* abolitio, & seu *confractio*, seu *projectio* in Tiberim, Sixto v. Pontifice, (alii Pio v. tribuunt, *ut memoriam historie illius aboleret*) certum argumentum est fœdi spectaculi, sempiternâ oblivione delendi, iis temporibus quibus Lux Reformationis horrorem facti augebat, pudoremque Romæ Pontificiæ. Aut enim expressit ea *Statua Puerperæ femine* similitudinem, aut longè aliud quid, *Gensilii ritus* publicum documentum. Si posterius, servari omninò debuit, avertendæ illi invidiæ, ac diluendæ, quam fecerat Niemus, & post eum Scriptorum sylvæ. Quo magis in confesso est, studiosissimum fuisse Sixtum v. veterum Monumentorum, quæ perire minimè passus est, ut erecti Obelisci, & conquistæ ac restitutæ sub eo Pontifice vetustatis imagines, prolixè testantur. Si autem reverè in *Johanna puerpera* seu memoriam seu detestationem posita ea statua fuit, nihil mirum sublata ex oculis ab eo Pontifice fuisse, quo nullus acrior vindex fuit Pontificiæ majestatis, & in tollendis Romanæ Ecclesiæ scandalis severior. VI. Neque faciunt satis ista Viri nuperi, *Sixtum eam viam, in quâ posita erat Statua, restitorem duci & amplificari curavisse*. Non idèò profectò abolitum fuisset insigne vetustatis ac superstitionis Gentilis Monumentum, sed vel restitutum eò loci, vel in alium translatum oportuit.

IV. Sed neque unum illud simulachrum Johannam representasse censendum est. Bononiæ, publico admodum loco, ex adverso Basilicæ majoris, inter statuas alias, conspici illam Pontificis vultu ac specie fœmineâ, quam *Johannam* esse vox Populi sit, retulit quoque nuper Reverendiss. Burnetus, Saromenis hodie Episcopus; in narrationibus Italicis Itineris. Et quamvis Nicolai iv. qui facie fœminam retulerit, imaginem esse velint, quos Johannæ pudet, tamen dissimillimam esse illi Nicolai, quæ Romæ ad Mariam Majorem posita est, idem Burnetus observat. Nos de re haud oculis nostris visâ iudicium non interponimus, nec fidem præstatamus. Sed nulli effugio locum facit Senensis Statua, Florentinæ hodiè ditionis, inter illas Romanorum Pontificum, indè à Petro ad Pium II. Senensem, umbilico tenus in Summo Templo, loco excelso, aliquot Seculis conspicua. Et hic, dicam magni Launoi verbis, *qui capti non sunt oculis collocatam inter Leonem IV. & Benedictum III. Joana mulieris statuam adspiciunt*. Nec diffitetur rem Mabillonius Musæi Italici Tomo I. Parte priorè. Et quidem

adpositum statuæ nomen tuit, *Johannes VIII. Femina de Anglia*. Cogitet nunc aliquis summæ illius Basilicæ sanctitatem, dignitatem Urbis Senensis, quæ severissimis Pontificibus, Gregorio VII. Alexandro III. Pio II. dein Pio III. Paulo V. natalis fuit; tempus denique quo ea statua, inter Pontificias alias, suo ordine & loco stetit, nomine Johannis VIII. Reputet insuper cum animo suo, non intercessisse sanctissimos (sic illi) Pontifices erectioni fœdi istius æternique monumenti *Papa femina*; neque sagacissimum aliàs Pium II. cui, *Æneas* quum esset, *Johannam* exprobraverant Bohemi, jussisse probrosum Romanæ Ecclesiæ nomen Senensè à Basilicâ tolli. Et arbitretur qui æquus est, an rei tam portentosæ, ex fabellis natæ, tantique probri, à Græculis in Rom. Ecclesiam jactati, aut à malevolis conficti, vel certè ab ignarissimis ævi prioris vulgati, passuri fuissent Pontifices, Cardinales, Præsules, Clerus omnis, extare authenticum Lapidem, atque æternam Imaginem, inter reliquas Pontificum? Passi verò, quia de facto nimis quàm Romæ constabat, & postquam eam sedem tot Monstra alia infedissent, de quibus exeuntis IX. totiusque X. Seculi, & ex parte XI. historia, etiam Baroniana. Sanè *Æneas Sylvius*, pressus à Bohemis & Valdensibus, simularat aliquando se de rei veritate subdubitare. Urgentibus enim Bohemis, *quod Romana sedes Fœminam pro mare coluisset, & in Apostolatus apice collocasset*, nihil reposuit *Æneas* aliud, ut liquet ex Epistolâ cxxx. inter Sylvianas, seu ex Dialogo contra Bohemos, quàm fuisse *ignorantiam facti*, in electione hujus fœminæ, haud sanè factum negans; additurus tamen, *neque certam historiam esse*. Imò verò, *quasi res ipsa penitus constaret*, ita alicubi Launoius Sorbonicus, *ad argutias* *Epist. VIII. Parte IV.* *confugit*. Fabulam autem si habuisset Sylvius, ut vulgò hodiè & confidenter gnathonès, ac ludicram illam quidem, an non Pontifex factus removisset ab oculis ac memoriâ hominum fœdissimum spectaculum, & à sanctissimo quidem loco, in quo amplissimam ipse Bibliothecam, & alia natalis sibi fedis monumenta, posuit? Vel etiam tantum indulsissent Pontifices, Clerus, Senatus, Populusque Senensis, *sculptoris erroris & licentia*, uti nugatus est nuper Natalis Alexander, quo errore cernebant iturum esse ad feram posteritatem putidissimi figmenti augustum Simulachrum, futurum jam testem veritatis? Neque verò ablatum illud è Senensè Dominico probrum fuit, antè tempora Clementis VIII. urgente creberrimis convitiis, in honorem Apostolicæ sedis, Cæsare Baronio, apud Cardinalem Senensem, & magnum Hetruriæ Ducem. Sed neque, quod falso Baronius in literis ad Florim. Ræmundum, Senatorem Burdegalensem, qui inter primos Johannam oppugnavit ut *popularem errorem*, fuit ea Statua *disjecta ac comminuta*, gratulato sibi & Ecclesiæ plurimum hoc nomine Purpurato. Verùm transformata fuit ea in virilem speciem, *mutatis forma muliebris lineamentis*, atque ex *Femina facta Zacharia Pontificis figura*, apposto *Zacharia* nomine. Hæc postrema in Musæo Italico Joh. Mabillonius, ex literis Jacobi Mignanelli. Launoius vero Anno MDCXXXIV. ipsam Johannæ statuam adhuc conspici Senis potuisse retulit, *si qui modò non capti oculis essent*. Sic Vir ille, de quo dicendum inter Doctores Pontificios, quod de Maimonide inter Magistros Vir maximus, *ex primis desisse nugari*.

V. An ex facto & ritu *sella pertuse*, quam alii etiam *hercorariam* vocant, cui impositi olim Pontifices statim à Consecratione, inferatur *Papa femina*, & indè mos ille explorandi *sexum* novi Pontificis, de quo pridem Robertus Gallus familiæ Dominicanæ, *Vir Sanctus* Bzovio, postea Chalcocondylas, *Sabellicus*, Brewinus, Platina, Bergomas, Schedelius,

Epist.
Flor.
datâ
1685.

Animad-
verf. in
Thirsum,
p. 274.
Vide p.
159. 160.

Ad An.
1316.
N. VII.


Ceremoniæ, an à Papatu Benedicti III. aut Nicolai I. aut proximè à Johannis VIII. excessu? 2. *Finis* & *usus* sellæ istius perforatæ, in quâ compositi novi Pontifices, & *intronizati secundum formam Romanæ Ecclesiæ*, ut lego apud Dacherium, Tomo IV. Spicilegii, ubi de electione Urbani VI. Ac primum quidem istud nihil mirum siluisse Scriptores IX. lae-
 tentis, aut X. Seculi, qui sibi silentium indixere eorum quæ proximè post Leonem IV. Romæ gesta, seu ea *ignoraverim*, seu veriùs *disimulaverim*, ut suprâ Joh. Launoius. Et satis ad institutum, viguisse indubiè Sedium pertularum ritum jam Seculo XI. ex allegatis modò exemplis. Et si, Mabil-
 lono iudice, *præcessit* iste ritus *uno vel altero Seculo Martini Poloni ætatem, quidni tribus, aut quatuor* Seculis? quidni jam *decimo, aut nono* inclinante, adhiberi coeptus? Siquidem hujus Ceremoniæ non alia origo verò similior apparet; nec aliam dedere anteriores etiam Platina Viri, & inter eos Robertus ille Avenionensis Gallus, in *Libro Visionum*, sub finem Seculi XIII. impresso Parisiis Anno MDXIII. ante Lutherum exortum, quem citant Wolfius in Memorabil. Alex. Cookus in Dialogo de Papisâ, Rivetus noster in Vindiciis Epist. P. Molinæi ad Balzacum. Nec profectò intercedit, quod Benedictus III. vel Nicolaus I. dicantur apud Anastasium, collocati in *Patriarchali, vel Apostolico solio, ut mos esset Pontificum*. Quum generali illâ voce complexus sit omnem Consecrationem, neque deinceps *Sedes perforata* obstiterit quo minùs in *Patriarchali solio*, intrâ Basilicam Lateranensem, ostentarentur Pontifices. Adde, nihil sedis pertusæ requiri posse ab eo Anastasio, qui nec Johanniæ fœminæ, nec reliquorum meminit, in vulgatis scilicet Codicibus. Nunc si in alterum inquiris, usum sellæ hujusmodi perforatæ, & reclinantis in eâ novi Papæ, fatebuntur hodiè Doctissimi, & inter eos præfatus Mabil-
 lonus, *hujus ritus causam ignorari*. Duo tamen hariolantur. Primum, *credibile esse* quod spectarit eò ritus, ut memor esset novus Pontifex, *se non Deum sed hominem esse, necessitatibus nature, utpotè egerenti, subiectum*. Alterum, perforatas illas sellas fuisse *balnearis*, quales exoneranda alvo in balneis servierint. Priùs modestè Platina, colorem addidurus, dum Romæ scriberet. Quod commentum recentiores plerique Romæ amplexi, exceptis doctioribus, quos inter Valer. Chimentellius, antè laudatus. Et sanè ejus vanitatem arguunt sequentia. 1. Quod Platina hunc usum sellæ perforatæ referat ex sententiâ quadam suâ; *De sede perforatâ ita sentio*. Monens simul, fuisse ante se Scriptores, qui in eâ sede, ad eam rem perforatâ, *genitalia ab ultimo Diacono atrectari*, tradidissent. Equidem non Brevinus modò aliquis, aut Chalcocondylas; sed inveteratam traditionem innuit Platina, Romæ planè creditam, de quâ jam Robertus ille Gallus, scriptor *Visionum*, laudandus Possævino, Bzovio, aliis: *Duxit me spiritus ad Palatium Lateranense, & posuit me in Porticu ante sedes Porphyrii, ubi dicitur probari Papa, an sit homo masculus*. 2. Quod confundant cum usu prioris Sellæ marmoreæ, minimè pertusæ, dictæ quoque *Stercoraria*, in quâ primo loco positus Pontifex, ut dictum modò fuit, additis è Psalmò vocibus, *Qui de stercore erigit pauperem* &c. Sanè tùm memor esse jussus conditionis suæ, atque originis, noviter exaltatus Papa. Ast in Sellâ pertusâ dum jacuit, & *aliquamdiu in eâ quiescit*, sic Ordo Romanus, neque Cardinalibus, neque ipsi Pontifici, leguntur expressæ ullæ voces, quæ innuerent eum esse hominem, naturæ necessitatibus obnoxium. Imò tunc planè aliud actum, aliæ voces insufurratæ consecrando, prout etiam hunc Ritualementem descripsit Cardin. Cæsar. Rasponius nuperus, *Libro II. de Basilicâ Lateranen-*
 Tom. II.

fi. 3. Ut planè otiosum ac ludicrum fuisset istud necessitatis egerendi symbolum, rei quam in dies natura Pontificem docuit; ita longè convenientiori honestiorque, revocari in memoriam humana illius fors ac conditio potuit. Quale fuit symbolum *Stupe in S. Petro accensa*, cum hac munitione, *Pater sancte sic transe gloria mundi!* Cujus meminere quide Consecratione Pontificum, & quoque Philippus Winghius in Collectaneis MSS. apud Joh. Chiffletium, in Epistolâ antè allegatâ.

VIII. Sed nec *balnearis* fuisse sellam, ex primâ institutione, ut contendunt Onuphrius, Pighius auctor Herculis Prodicii, Phil. Winghius, Joh. Chiffletius, Joh. Rhodius, Val. Chimentellius, & plures alii, multa evincunt. Primò cui bono *balnearis* sella, in solenni Consecratione Pontificis, quales fuere in usu promiscuo; & in balneis publicis obviæ, ac passim in magnatum ædibus, nec alias *perforata* in apsidis speciem, nisi quædam fortè ad fœdos usus, & ferè muliebres? Cur ea sella, ad balneum Pontificis, reposita in *Capellâ S. Sylvestri*, loco facto, publico, in quo peracta Consecratio? Deindè largiamur, quod urgent illi Viri, sellas *balnearis passim in Templis* reperiri, sed nec perforatis illas esse addunt ingenuè, nec commune habentes quicquam cum illo Inaugurationis Pontificiæ ritu. Accedit, recentiorum commentum esse eum sellarum usum, postquàm in Papam fœminam conjuratum est, Onuphrio Panvinio inter antesignanos, nec *usus illius balnearis* meminere tot Romanæ Ecclesiæ Ceremonialia. Quâ ratione *pusillum commentum* vocavit Valerius Chimentellius, receptum illud, *de admonitione quâ se Pontifex hominem esse meminisset, humanis necessitatibus subiectum, dum Sella quasi familiaris incumbet*. Denique, ut *balnearis* sellam representasse volunt utramque Lateranensem, quidni pari jure dixerò, retulisse veriùs sellam ententis *puerperæ, διφρον λοχαίων*, in quâ *reclinis* jacet parturiens, monumentum ejus Puerperii, quod sub omnium oculis acciderat, nec occultari Romæ potuit, quicquid Puerperam egerint ex Paparum ordine? Cui conjecturæ duo favent. 1. Figura sellæ perforatæ Lateranensis, quam exhibent post alios è Pontificiorum grege (puta Martinellum in *Roma Ricercata*, cui adde Joh. Rhodium *Notis* ad Scribonium Largum) Joh. Chiffletius ex Philippo Winghio, in Epist. ad Internuncium Alexandri VII. & Brux. Val. Chimentellius in Marmore Pisano, ex ima-
 gine ad eum missâ ab Octavio Falconiero, Viro Mar. laudatæ memoriæ. Nec enim absumilis forma est sellis utero se levantium, ut cuius patet, uti nec sedibus balnearibus purgantium se fœminarum. 2. Situs Pontificis in eâ sellâ, quem disertè scribunt fuisse *jacens* in modum, ac *reclinantis*, ferè ut eni-

C. xx.
p. 91.
L. cit.

C. p. 92a

Sella Perforata
Lateranense

Qq

ten-

tentes solent, ibique paulisper quiescentis, ex modò dictis.

IX. Undè sanè in propatulo est, cùm dubiam & obscuram esse originem Sellæ perforatæ, ipsi oppugnatoribus Johannæ, tùm argui eisdem temeritatis, dùm nullo probabiliore usu ejus sellæ ostensò, falsi accusantur tot graves rei testes, mediâ in Urbe commorati, pridem ante Lutherum exortum. Qui nempe, vello amoto, & pudore cohibito, quod vulgatissimum erat prodidère, relatâ origine sellæ pertulæ ad Papam foeminam, adhibitæ scilicet in detestationem fraudis, & in cautelam quandam, quæ nec *superabundans nocet*, saltem cautelæ in speciem, *ad evitandos similes errores*, ut Joh. Stella in Libro de Vitis ac Gestis Pontificum.

Anacr.
p. 67.

Quandoquidem, sunt Blondelli nostri voces, *totis nono, decimo &c. seculis, rasos maximâ ex parte Italos fuisse testantur Icones, utque Viri passim propemodum imberbas, nonnulla è contrâ Mulieres pilosæ quotidie occurrunt*. Undè simulare sexum nec difficile admodum fuit, nec iniuetum. Et hinc Oratio Joh. Pierii Valeriani, Viri quanti! ad Cardinalem Hippolytum Medicæum creatum Anno mpxix. ac. S. R. E. Cancellarium sub Clemente vii. *pro Sacerdotum Barbis*, quas dùm priorum temporum consuetudo, & sanctio Alexandri iii. sustulissent, accidisse quiritatur, ut *Mulier ad Solii Pontificii majestatem evecta fuerit: Quod ne rursus accidere posset*, inquit ille, *inde institutum plerique omnes credunt, in novi Pontificis ingressu, eam Majorum nostrorum imprudentiam declinare, nempe coacto novo Pontifice virilitatem locupletissimis vestibus approbare, & quæ de hoc ritu ibi plura.* Ac præter tacras foeminas vel virgines, quas initio diximus sexum in Cœnobiis fuisse mentitas, & ad Patrum etiam dignitatem admotas, quin suspectas virilis libidinis & stupri foeminis illati, longè plurima sunt id genus exempla, quæ requiri ex Vitis Sanctorum, & Legendariis possunt, Romæ probatis. Occurrent ibi *Thecla*, virili habitu Paulum comitatura; *S. Margarita*, quæ & *Marina* apud Bedam, *Ufuardum*, vitiatæ etiam Virginis accusanda; *S. Euphrosyno*; *S. Pelagia*; *S. Melania* pueri specie; & si quæ aliæ quæ formam muliebrem ita occultarunt, ut fugerit ista omnium etiam perspicacissimorum aciem. Opportunè itaque laudatus Blondellus reperit in hujusmodi circumstantiis, relatis à Martino, Bern. Guidone, Chalcocondylâ, Brevino, Sabellico, Platinâ, Bergomate, Schedelio &c. nihil admodum absurdi aut alieni à conditione temporum; solo fretus, in oppugnandâ Johannâ, silentio scriptorum antè Marianum, & calculo annorum ac mensium quibus federint proximi Johannæ Pontifices, de quo postea. Imò verò, cui *Romanorum*, inquit ille, *quos nunc avita supinitatis pudet, patrum memoriâ persuasum non erat, perforatas in Laterano sedes probando Paparum sexui destinatas fuisse?* Quamquam non difficiles largimur, videri hujusmodi ceremoniam, quæquid alii, fuisse inter occultanda Sacrorum arcana, nec exponenda oculis vulgi; qualia fuere plura, urgente in Epistola ad Leonem x. Paxide Crassio Cardinale, occasione emissi Venetis Anno mdxvi. *Libri Sacrarum Ceremoniarum Romana Ecclesiæ*, perquam invitâ Româ, flammis ulturâ ejus publicationem Libri. Seu veta jam fuerit illa *atque ratio*, de quâ tot scriptores, seu simulata & mimica, quales mimici ritus plures in Ceremoniali Romano, & gestum facile deridendi & subsannandi, si in notitiam vulgi pervenirent. Sic ibidem Crassius, Ceremoniarum tunc Magister, laudatâ prudentiâ Gentilium, *quibus quasi peculiaris mos omnibus fuit, arcana Ceremoniarum nec velle nec audere in vulgus edere; asserentibus non licere profanis nosse Deorum mysteria; in quibus nulla major quam fides silentii deberetur.* Addit Purpuratus: *Speçtat ad*

Suprà.

Epist.
apud
Mabill.
Muf. Ital.
T. II.
p. 89.

*Romanum Pontificem, ne Sacra sua Ceremonia maculentur &c. Sed & quod omnium principium est, ne prolata in vulgus, velut prostituta, Pontificalium sacrorum existimationem minuant, & quæ ibi plura. Nec dubium est, quin successu temporis color alius additus sit illi ritui sedis perforata, hinc ceremoniæ aliæ adhibendæ in propatulo, quæ pristinam infamiam probandi sexum velo quodam obtegerent. Undè de suo tempore. Platina, & cautè: *Hæc vulgò feruntur, incertis tamen vel obscuris auctoribus.* Quare & abolendus trium sedium ritus fuit, qui nullus deinceps apparuit post Leonem x. disculsâ priorum temporum caligine, scandalo amovendo, quum revocarent in omnium memoriâ eam fabulam, sic Mabilionus, *cujus tùm Romanos pudere cepit.**

X. Sed demus, spectasse aliò quàm explorandis virilibus mirum illud genus Sellarum Lateranensium! Quas *sordidas sedes* rectè dixisset Poëta, à *Curvibus* profectò Flaminum, vel Sacerdotum Augustalium, à Patriarchali Throno, à Faldistorio, à splendidis Cathedris, *λαμπραῖς καθέδραις*, vel à Thebalicis sedibus, admodum diversas, neque respondentes insignibus tantæ Majestatis, Regno, Mitræ, splendentibus auro, purpurâ, serico, Ornamentis, ac pomposo Equitatu, in Consecratione novi Pontificis. Neque verò simile quid legas in Consecrationibus veterum; uti nec ad *honorem bisellii*, de quo vetus Inscriptio, referas infellationem illam in sedibus duabus pertulsi, ut suprà. Undè autem *persuasiva illa avita sagacium Romanorum, agnita Blondello, destinatas olim fuisse probandas feminas?* Unde hæc tam inveterata suspicio, in Viris minimè fatuis? Quam si jungas declinationi viæ antiquæ, quæ duceret ad Basilicam Lateranensem; & Statuis ac monumentis ejus Foeminæ, de quibus modò dictum; certo hæc indicio sunt, persuasum saltem Romæ fuisse electam aliquando in Pontificem foeminam, sub habitu Clerici, habilis crediti ad sustinendum onus tantæ Dignitatis. Quicquid jam de puerperio sit, aut de tempore getti Papatûs, quo ferè solo se præsidio tventur, qui Johanni viii. locum esse nolunt.

CAPUT V.

BREVIARIUM.

Depravatio Pontificum jam à Seculo ix. Error Erphordensis Historici de Papâ muliere undè. Collatio Johanna cum aliis Papis hujus & proximi temporis. Collatio cum Monachorum commentis. Non ab Hereticis fictam, aut primò traditam esse Papam Faminam. Iniquitas Baronii, & suorum. Exempla Fabularum, quæ in Historiam transverint, prolixè expressa. Discrimen primum à narratione de Papâ Faminâ. Discrimen alterum multis ostensum. Originis variarum R. E. Traditionum. Discrimen tertium, in Auctoribus hujusmodi Traditionum. Discrimen quartum, in rebus ipsis traditis. Nihil incredibile in Papâ Faminâ. Conferuntur rursus credi jussa ab Adversariis Johanna, cum circumstantiis de Papâ Faminâ. Collata hæc cum Pontificibus, qui sedem Petri (ut loquuntur) sedè polluerint.

PERpendente me autem historiam Romanorum Pontificum, qui Seculo ix. imperante jam Ludovico Pio, deinceps Lothario, tùm hujus Successoribus, & qui postea toto Seculo x. surrexerunt ad illum apicem Dignitatum, mirari desii imposuisse foeminam, pro innatâ ambitione ac cupidine dominandi, fraude in subsidium vocatâ, facilitatem ad dentibus Seculi moribus. Jam ad tempora Eugenii ii. in schismate electi, quando Lotharium filium ablegavit Romam Ludovicus, notavit Auctor Annalium

Vent.
XV.
nal.
III. 227.

XV.
35.

Chron.
Erf.
C. VII.

T. III. à
p. 8 20. &
seq—
92. &c.
T. I. ad
A. 925.
N. IX.

Apud
Lau. de
Neg. Arg.
p. 255.

ium Bojorum, conturbatum fuisse statum Reipubl. superiorum Pontificum ambitione immodicâ, insatiabili avaritiâ, versutiâque improbâ. Paulo ante Johannam de quâ lis est, ne asurgam altius, cœperant primum Pontifices, in specie Sergius II. & Leo IV. hic antea Monachus, ac in Scholis docens, adire Pontificatum inconsulto Imperatore, quod antea Romani nisi non fuerant, ut novissimè etiam Natalis Alexander, ad hunc Leonem. Vix Leone mortuo, quo tempore Johannem concorditer electum tradunt Marianus, Martinus, & cæteri, Anastasius Presbyter à Leone in Synodo excommunicatus, clandestinis machinationibus id egit, ut gradum sibi faceret ad Papatum proximum, invadendum ferè unâ cum Benedicto III. Johannâ ergò sublatâ. Quæ deinceps Monstra successerint, & quàm execrandis artibus, quâve sub larvâ, adepti sint Pontificatum ipso Seculo IX. docent Ecclesiæ Annales. Tales ex. gr. Marinus II. successor Johannis IX. Formosus I. toto sexennio Pontifex, Bonifacius VI. Stephanus VII. reliqui, ipsi Baronio & universis habiti homines facinorosi, monstrosi, nefarii, Pontificatus avidissimi, & audacissimi competitores, ingressi ut latrones, intrusi in Cathedralam Petri; per quos videre contigit perquam indigna, turpia, deformia, execranda, abominanda, & si quid gravius est. Undè natus error auctoris Anonymi Historiæ Erphordiensis, desinentis ad medium Seculum XIII. qui Papam mulierem, Johannem quoque nomine, confundit cum posteriore qui aliàs Johannes IX. est. Nota, iste Papa fuit mulier, & esset octavus si computaretur inter alios. Mox dominatas esse in solio Pontificio sordidissimas Meretrices, quales Marozia, & Theodoræ mater & filia; ac fuisse à fortis intrusos in Papalem sedem homines vitâ turpissimos, infames, obscenos, ex adulterio genitos, & gignentes, Pseudopapas, in scenâ Mimos, abortivos Pontifices, Pueros vix duodecennos, qualis fuit Johannes XIII. Vitæ Papales docent, & fatetur Purpuratus; ac cum eo quicquid Historicorum est, nostraque Introductio plenior fusè repræsentat ad Seculum IX. & X. Eaque his temporibus getta indignatur Baroni, adeò nova, adeò turpia ac detestanda, solo auditu horrenda, atque pudenda, ut fabulam putares anilem, quod tamen ne putes fabulam monet Cardinalis. Idemque de Johanne decimo; Opus illo dignum quem infamæ Fæmina, infamæ opere, in Petri solium intrussisset. Ito jam & mirare novum atque insolens factum, solutissimis ac profligatissimis temporibus, quibus longe magis nova & incredibilia Romæ contigisse largiuntur! Nega simulare potuisse, post sexcentas alias, etiam Romæ laudatas, sexus suum Fœminam, habitu seu Monachi, seu Clerici! Aut eandem eruditionis laude insignem (quam laudem & Hypatiæ Alexandrinæ, & Marcellæ, & Eustochio, & Constantiæ cuidam filiæ Archiepiscopi Atheniensis, & innumeris sequiori ætate, adscripserunt Historici, ut de nostrâ ætate nihil dicam) nega promoveri ullo modo potuisse ut ad Magistrerii in Scholâ Romanâ dignitatem, itâ deinceps ad Summum Sacerdotium, nec vi aliquâ, sed concorditer, omnium in se converso desiderio, quæ sunt blandientis sexus artes, latentis in hac quanquam!

II. Accedit, hanc de Johanne Fœminâ narrationem non esse ex eorum mendaciorum genere, aut anilium fabularum, quas per otium vulgus fingit, ut loquitur alicubi Papius Massonus; aut quales obtruduntur, qui somnia sua pro Revelationibus habuerunt; aut quales commenti quos tenuit insanabile fallendi Apocryphis cacoëthes, & quibus nullum in Historiâ fuit omnino probabile fundamentum. Quale nullum esse in hac causâ, siquidem Johanna nulla fuerit, nec dari verisimilem originem posse tanti erroris, infra demonstramus. Neque etiam profectò

in fabularum earum centu est, quæ persuadendæ fuerunt credulæ superstitioni, auctoribus Monachis, Monialibus, Legendariis. Pseudo-Actorum confarcinatoribus, ac subornatis Romæ testibus, Fabularumque propolis, in favorem Idololatriæ Romanæ, Papatûs, Purgatorii, novarum Reliquiarum, vel Imaginum, novorum Ordinum Monachalium, sic Divorum Divarumque, Officiorum, Monasteriorum, Ecclesiarum, Capellarum, Festorum, Confraternitatum, Institutorum id genus, illis ut auctoramentum accederet, atque in novas fundationes pecuniæ emungerentur, extorquerentur Immunitates, Stipes collatitiæ, Largitiones, Oblationes, Festa, Dona, Subsidia, Anni proventus. Denique non est hæc de Johannâ traditio ex iis quæ ab Adversariis Romanæ Ecclesiæ, Græcis puta aut Schismaticis, vel Hæreseos notâ infamatis, in ejus contumeliam ac probum scriptæ vulgatæque censentur: quicquid refundant multo cum sale, ac profusis maledictis, præsertim in Hereticos & Novatores, Ræmundus, Baronius, Serarius, Gretserus, Victorellus, Genebrardus, Binius, Allatius, Labbeus, Lambecius quoque, Notis ad excerpta ex Yvone Carnotensi, Commentarior. L. II. p. 859. ineptissimam simul atque impudentissimam fabulam ab hostibus fidei Catholica confictam fuisse. Sed (obsecro) tùm quibus? nec enim Græci attribuunt. Pridem antè hos Possévinus in Apparatu, ad Joh. Novisanum Astensem J. C. auctorem Sylvæ Nuptialis, in quâ meminisset Johannæ, Dele, inquit Jesuita, quia Johanna hæc Fæmina chimæra est, & impostura Calumniatorum. Uti idem scriptor in Indice Tridentino apparet inter Prohibitos, donec emendetur. Imò verò consignavere eam historicis chartis Chronographi insignes, ac primæ estimationis Viri, in ipso Romanæ ac Latinæ Ecclesiæ gremio, etiam ante exortos Valdenses, Hussitas &c. iique ferè omnes Monachi, aut Clerici, aut Præsules, quandoque Inquisitores hæreticæ labis, abjectissima tyrannidis ac superstitionis Papalis mancipia. Quanquam inter omnia ea probra quæ jactata sunt in Romam Pontificiam, & in vanissimas Sanctitatis, Successionis, Infallibilitatis, Dominationis, quas sibi vendicavit, prærogativas, non esset aliud acerbius ac cædius, quàm se disisse aliquamdiu Papam Fæminam, impurissimam meretricem, quæ referret ad literam Mulierem amictam purpurâ & cocco, auro & gemmis ornatam. Pro Apocal. dunt tamen eam rem gnathones, Ecclesiæ filii, & XVII. 4. consignant duraturis Tabulis, alii pudore quodam XVIII. 16. silentii velo involvunt, quo tempore Johanna non ignorata; nulli verò ante tempora Reformationis, seu antè Aventinum, flagrantibus jam cum Luthe- Annal. ro certaminibus scribeantem Annales, Fabellam ap- L. IV. pellare ac configere sustinent. Quod enim narrationi suæ subjunxit Platina, Erremus nos etiam hæc in re cum vulgo! non id negasse fuit, ut confidenter Bartholdus Nihusius adversus Calixtum, sed adstru- Append. xisse potius, scilicet se malle errare cum vulgo, si ad Allat. quidem error subesset, quam discedere à constanti tra- P. 60. ditione. Quinimò tradunt Papam fœminam illi ipsi Scriptores quibus magna aliàs fides habetur à Baronio, & à Confutatoribus Johannæ, quorumque narratiunculas & hauriunt avidè, & propinant intrepidè, si quando favent Romanæ sedi, ejusque vel dominatui, vel traditionibus, aut cultibus patrocinantur. Itâ credi vult Purpuratus, volunt Parasiti Romani, conjuratorum hostium depositioni, ac putidis commentis, quoties de Leone Isauo, de Constantino Copronyme, de Leone Armeno, de Berengarianis, Valdensesibus, Wiclefitis, Bohemis, & si qui alii Romæ invisi fuere, testantur enormia & planè incredibilia, in causæ propriæ compendium, pluribus in nostrâ Historiâ Imaginum exemplis, & in illâ immanium Persecutionum, à Seculo cumprimis

mis XII. & XIII. de quibus Introductio ad Ecclesiæ Historiam. Credendum verò illi ipsi negant domesticis amicisque Scriptoribus, quoties de Romanis Pontificibus, eorumque perfidiâ, rebellione, vel infamiâ occupatæ Sedis, procul odii suspicione, aut privati affectûs causis, historicè referunt. Unde tot invecitivæ expressæ Baronio ac declamationes passim, in Marianum, in Sigebertum, in Aimoinum, in Urspergensem, in Matthæum Parisium, in Platinam, in Aventinum, in omnes suæ hypotheli adversantes Chronographos, uti in Eusebium, Socratem, Theodoretum, in Veterum alios, quoties Annalium Scriptori molesta accidit & importuna eorum historica narratio.

III. Sed verò longè sunt dissimillima ea *Fabularum* exempla, quibus scatent Chronica, Martyrologia, Legendæ, Tabulæ id genus Ecclesiasticæ, quæ tamen in Historiam transiverunt, & quæ multorum sunt assensu ac fidè comprobatæ. Qualibus exemplis non modò pugnat Cæsar Baronius, ut abroget fidem Johannæ, & traditionem Mariani, Sigeberti, Martini, reliquorum, in eundem ordinem referat, verùm etiam his se tuetur Clarissimus Blondellus in Anacrisi. Hujusmodi sunt assertæ ac creditæ fabellæ, ut addamus etiam *Θημιστεγε*, ac cumulemus exempla, ex gr. de Magdalenz in Galliam Massiliensem cum Marthâ, & Lazaro, adventu: de collapso Romæ in ipso Domini Natali Pacis Templo; uti de collapsâ Statuâ aurâ in Romuli Pallatio; & collapsis Idolis Ægypti, Josepho Ægyptum cum Infante ingresso: de Dionysio Areopagita Parisiorum Episcopo, & Martyre: de primis Gallorum, Hispanorum, aut Britannorum I. Seculi Apostolis: de Imaginibus Christi *ἑσπέρων* vel *ἀχαιοποιήτων*, Edessienâ, Veronicæ, aliis: de Assumptione B. Virginis animâ & corpore, in Cælum, præsentibus Apostolis: de translatione Jacobi Majoris Apostoli Iriam Flaviam Gallæciæ, quæ deinceps Compostella, ubi hodie colitur: de Cyriaco Papâ, post Pontianum, XI. Mille Virginum admiratore ductoreque: de Papis aliis memoratis Mariano, Sigeberto, aut Compilatori Chronologico, qualis est Leo post Liberium, Fabianus inter Vigilium & Pelagium I. Paulus quidam post Benedictum III. sic Agapetus Basilium, extremo seculo IX: de septem Dormientium Ephesiorum somno, inde à Decio Imperatore, qui sub Theodosio Jun. post annos CXCII. evigilarint: de Leprà Constantiniani M. ejusque sanatione miraculosâ, ac Baptismo per Sylvestrum Papam: de Donatione Constantiniani M. aut alterâ Ludovici Pii: de Animâ Trajani per Gregorii M. preces ex Orco liberatâ: de Hieronymi Cardinalatu, titulo S. Anastasiæ, conferentè Damaso Papâ: de Chrismate, cœlitus missò, quo perunctus fuerit ac delibutus Clodovæus Rex Francorum: de Germano Antissiodorensi Episcopo, sublato Anno Æræ Vulg. CCCXXXV. qui Britonum quandam Regem Reginamque, ob negatum sibi & sociis suis horridâ hyeme hospitium, solo egrediendi jussu Regiâ expulerit, Regnoque abdicaverit, substituto, qui eum benignè exceperat in suâ paupertate, *Regu Subulco, cum Coniuge*. Et quæ propè infinita sunt ejus commatis, chartis Ecclesiasticis tradita, ac passim asserta, defensoraque, ut historica veritatis: ab iis nempe qui, ut eum Blondello eodem loquar, *de posteritatis judicio securi, insuper habitâ sama curâ, id unum anhelare videntur,*

bullæ ut sibi nugis

Fabula surgeat, dare pondus idonea fumo.

Disparitatem inter eas traditiones, fabellasque, & historiam Johannæ Pontificis, sequentes observationes quàm evidentissimè commonstrant.

IV. Primò, illarum plurimæ nonnisi ab uno alterove singulari scriptore, aut etiam nugivendolo,

traditæ intelliguntur, dum Papa scemina à sexcentis, ut ita dicam, Historicis, ex superiori disquisitione. Verbi causâ, fabella de collapso Romæ in ipso Domini Natali *Pacu Templo*, quod *Æternum* dixerint, Auctorem habet Incertum ejus Homiliæ quæ titulo Petri Damiani, clari Seculi XI. falsò inscripta est, & docet ipse Baronius Præfatione ante Annum I. Æræ Christianæ. Ac Martinus Polonus rectè ejus Templi meminit sub Tito, in quo reposita fuerint ornamenta Templi Hierosolymitani, Judæâ subactâ. Ità quæ habet idem Martinus in limine Supputationum, ubi de Christo Pontifice, puta de collapsâ *Statuâ aurâ*, collapsis *Idolis Ægypti*, & aliis quæ in *Ægypto* acciderint, non ipse finxit, sed ex Euagrio, vel ex Palladio in Historiâ Lausiaca, descripsit, origo autem ab Apocryphis, qualis Liber *de Infantia Salvatoris*. Quamquam nec hujusmodi omnia in fabulis habeat Baronius, vel Roma hodierna, ut observamus alibi ad I. Seculum Christianum. Ità illud *de Animâ Trajani* primus commentus est Joh. Diaconus in Vita Gregorii, vel Pseudo-Damascenus in Orat. de Fidelibus defunctis, uti & alterum de Theclâ *πεπονημένη*, quæ *Falconilla* cuidam salutem impetraverit. Sic *Papas* vel commentitios, vel reprobatos, vel recensitos loco non suo, ex gr. Leonem post Liberium, Fabianum post Vigilium, Paulum vel Stephanum aliquem post Benedictum III. Agapetum post Marinum, Basilium post Hadrianum III. unus & alter sic interit Catalogo Pontificum, modò Godefridus Viterbiensis, modò Marianus, & ex eo Sigebertus, modò Compiler Chronologicus, qui sequaces nullos habent, minùs eam testum nubem quâ Johanna scemina circumsepta est. Sic exaurationem illam *Britonum Regis* unus serè Henricus Antissiodorensis Monachus Seculo IX. literis mandavit, ex quo Legendarii, observante ipso Launoio, sic *Hieronymum* Cardinalatu donatum à Damaso, ipse Baronius ad Ann. CCCLXXXII. mutuatum dicit è *fontibus Libellorum ex portentosis mendaciis consecratorum*. Adde quæ Baronius ipse promit passim ex id genus *fontibus*, ex Pseudo-Actis, ex Apocryphis his & illis tabulis, ex Vaticanis monumentis, quale est Ad v. gr. Instrumentum *Donationis Ludovici*, de quo nos A. 817. in Introductione Historicâ, tacente Scriptorum segete qui ea tempora describunt. Et in hunc ordinem referas fabularum sexcenta exempla, quæ Johannæ Papiæ assertoribus nequicquam objiciantur.

V. Secundò, istorum non pauca, tradita licet pluribus aut gravibus si voles Chronographis, interim longè recentissimæ traditionis esse comperiuntur, collatæ ad rerum gestarum tempus, ignoratæque antiquis ac probatis scriptoribus, qui tacendi nullas causas habuerunt. Nempe quæ de circumstantiis *Nativitatis* vel *Infantia* Christi referuntur, non antè Seculum IV. V. VI. chartis tradita, nec alitius repetit ipse Baronius, haud tacituris Evangelistis, nec primarum ætatum Christianis *Assumptam* carne in Cælum *Virginem*, convenientibus Hierosolymam Apostolis, nullum tradidisse probatum Scriptorum, *sex aut septem* prioribus Seculis, inde ab Ignatio, Athenagorâ, Justino, Irenæo, Clemente, Tertulliano &c. ne ipsum tradidisse Venerabilem Bedam, multis Joh. Launoio Sorbonicus, in suis de Parisiensis Martyrologio, & contra Vindicias Parthenicas Nicolai Billiadi. Appulsam *Maria Magdalene*, cum suis, ad litus Massiliense, & fabellas de ejus Antro quod S. Balmæ dicitur, longâ Pœnitentiâ, Reliquis in hunc diem, finxere superstitionissimâ tempora, ac præsidium his demùm in Bullis Pontificum, in Pseudo-Flavio Dextro, in suppositis Tabulis, apud Petrum Equinum, Vincentium Bellovacensem, Antoninum Florentinum &c. vel ex Disquisitione Joh. Baptistæ Guesnæi, pro Adventu Mag-

N. XI. II
XIII.

T. x. ad
A. 853.
879. &c.

P. 65. 66.

Ad
A. 817.

Magdalenæ in Gallias. Primos qui ætate Apostolorum in Gallias, in Hispanias, in Germanias delati fuerint, seu Apostoli, seu Viri Apostolici, fundatores Ecclesiarum, quales Petrus ipse, Jacobus, Paulus, Clemens, Trophimus, Dionysius, Saturninus, Martialis, Crescens, Josephus Arimathæus, &c. tradidit primùm commentitiæ tabulæ circa tempora Caroli M. & deinceps, inferendos in Martyrologia, in Legendaria, in posteriorum Monachorum Chronica. *Imaginem Edessenam*, à Christo ipso sudario vel linteo impressam, primus omnium retulit Euagrius, sub finem Seculi vi. hinc Damascenus; *Veronica* illam (alii Berenices) de quâ multis Chiffetius, & Aringius, post Bazonium, Pamelium, & si quos alios, primus memoravit apud Marianum Scotum Methodius quidam Tyri Episcopus, qui fuerit *Chronici* auctor, id est Methodius aliquis supposititiis, longè diversus ab illo Methodio qui Martyr sub Diocletiano. Idem de *Sacris Sindonibus* & *Linteis Sepulchralibus* iudicium est, quorum auctoritas omnis fundata in scriptoribus recentissimis, vel apud Joh. Chiffetium hac de re commentantem. *Jacobi Majoris* adventum in Hispaniam, dein truncati Corporis navigio impositi translationem ad Iriam Flaviam, configit Baronius ex ignorantia tot seculorum, scriptorumque qui vixere antè Leonem III. vel Gregorium VII. vel auctorem Turpinianæ Fabulæ, ad Ann. DCCCXII. & DCCCXVI. Inter Pontianum, cui *Cyriacus* Papa successerit, & Elizabetham Schonaugiensem, quæ prima *Cyriacum* tradidit, & Legendam de *Urtulâ* ac XI. mille Virginibus, fluxisse ultra *Annos noningentos*, suprâ Launoius observavit. *Septem Dormientes*, qui Decii temporibus intra speluncam clausi fuerint, ante Gregorium Turronensem, hinc Sigebertum, in Græcis Metaphrastem, Cedrenum, Nicephorum, tot seculorum retrò decursu, memorarunt nulli. *Lepram* Constantini M. hinc *Baptismum*, *Donationem*, ignorasse scriptores omnes, indè ab Eusebio, Rufino, Theodoro, Socrate &c. qui Constantini gesta quàm diligentissimè scripserunt, & qui demceps inter idoneos Historicos habiti, summa consensus est. Qui de *Animâ Trajani* fabellam propinavit Joh. Diaconus, vel Pseudo-Damascenus, aut alterum de *Christate Clodovei* Hincmarus Rhemensis, aut de expulsiōe *Britonis Regis* per Germanum Autisiodorensem Henricus Monachus Libro I. de Miraculis S. Germani, hos omnes tribus ferè, aut quatuor, vel ultrâ seculis, posteriores esse rebus quas commenti sunt, res ipsa loquitur. Dispar jam duplici nomine Johannæ Papiſſæ causa est. 1. Quod eam inter & Radulphum Flaviacensem Seculi x. vel si vis Marianum Scotum Seculi xi. scriptorem, (de Anastasio nondum pronunciamus) non is sit hiatus trium, quatuor, & ultrâ seculorum. 2. Quod ibi intererat illa tradidisse, in rei Christianæ incrementum, ut filere ea nec potuerint nec debuerint scriptores coævi vel proximi, si sciverunt, scituri omnino si res accidissent; secus re se habente cum *Papâ feminâ*, quam obscurare damnareve æternis tenebris honos Apostolicæ sedis jubebat.

VI. Tertio, interest plurimum cognovisse quando & à quibus res primùm traditæ vulgatæque, an à Viris probatæ doctrinæ, prudentiæve, nec contemnendæ auctoritatis, & qui Illustrium Scriptorum catalogo inseri meruerunt; an verò à nugacibus, & Legendarum fabricis. *Eruditorum nemo est*, sic alicubi Joh. Launoius, qui memoratas *Anchoras*, (auctorem Libri de Assumptione Mariæ, Simeonem Metaphrastem, Nicephorum, Antonium Florentinum, Andream Cretensem) & similes alios indiligentiâ vitio laborasse, iudicis acrimoniam non valuisse, multa ex Libris Apocryphis desumpſisse, & omnia promiscuè, & sine ulla vel carè parvo delectu, in suos jecisse Commentarios

ignorat. Dum scilicet id unum pensi habuerunt, ut imponerent dementatæ superstitioni, iis ætatibus quibus pseudo-Miracula, Visiones, Revelationes, Somnia, & anilia quæque nullo molimine persuasa Populis, etiam Imperatoribus, Regibusque, rerum ignaris. Et quid de imponendi facilitate dubites, per fraudum id genus architectos, iis ignorantia temporibus, quando v. gr. Christianus Ditmarus, memorans Eclipsim Solis Anno DCCCCLXXXIX. XII. Kal. Nov. necesse judicavit, *cunctis persuadere Christianis, ut veraciter crederent, hoc non fieri aliquâ malarum incantatione mulierum; vel esu; vel huic aliquo modo seculariter adjuvari posse?* Longè verò dispar ratio est traditæ ignominiosissimæ toti Ecclesiæ rei, scilicet Papiæ mulieris, Orbi non ita pridem expositæ, & quidem (ex concessis ferè) traditæ per Marianum, Sigebertum, Godetridum, Radulphum, Othonem Frisingensem, Martinum Polonum, Bernardum Guidonem, Ranulphum Higedenum, & innumeros scriptores alios tot seculorum successione, quorum antè in Romanâ Ecclesiâ existimationem atque auctoritatem dicebamus. Et qui jam est abjectissimus scriptor, simplex, credulus, nullo iudicio, ex. gr. *Martinus Polonus*, Onuphrio, Hardingo, Bernartio, Serario, Ciaconio, id genus Papiſſæ flagellis, idem aliquando in temporum Supputatione, & Historiæ fide, habitus ferè princeps Chronographus fuit; ipsi Platina (ubi de translatione S. Nicolai, in Victore III.) tollendus ut *Vir magna doctrina, singularisque vita*; quanquam *Martinum Scotum*, pro Sarmatâ vel Polono, legam: *Mariani* verò laudes, insignemque doctrinam, restitutoris suâ ætate temporum, & historiæ, suprâ vidimus.

VII. Quarto, quas caventur in *historiam transivisse Fabellam*, inconsultâ temeritate, nemo non intelligit ejus esse generis, quæ se ipsa destrunt, somniantium phantasmata, ac sine ratione insanientium deliria. In hoc ordine esse constat, v. gr. portenta diei Natalitii, vel Ægyptiaca, Dionysium Parisiorum, Jacobum Compostellanum, Cyriacum Papam, Ursulam Britannicam cum Virginum exercitu, Septem Dormientium somnum ad cc. propemodum annos, Donationem Constantini, Purpuram Hieronymi, Ampullam Rhemensis, Casam Lauretanam, infinita alia historiæ, rationi, ac sensui propè communi adversa, pariterque omnibus explosa qui depudere non didicerunt. Nihil cum fabulis istis commune est in traditâ *Johannis Anglici*, latentis scemina sub virili specie, assumptione in Pontificem, Leonem inter & Benedictum. Nihil hic aut novum ac sine exemplo, aut repugnans loco vel tempori; aut ex earum rerum genere quæ suâ se cum absurditate tum impossibilitate produndunt; aut quibus opponas eam Historiæ fidem, quæ universali consensione, certisque & indubiis characteribus firmata sit. An fortè quod sexum seu Virgo seu Meretrix simularit? An quod eam curiositatis desiderium ad peregrinationes, ad studia literarum, ad lustrandas Athenas, aut linguam Græcæ sibi notitiam comparandam, impulerit? An quod Magistri vel Clerici habitu Romæ in Scholâ docuerit? An quod ex eâ Scholâ ad Papatum non sine gradu ascenderit, Leonis antecessoris exemplo? An quod uterum latenter gesserit? An quod doloribus partus præventa enixa fortè sit in viâ publicâ? Horum nulla vel absurda esse vel *admiranda* credidit ipsa Roma, totis quatuor aut quinque seculis, ne Papis, Conciliis, Academiis exceptis, vel oculatissimis eorum temporum Viris. Ac multis absurditatum, quas caventur, officias discutit ipse David Blondellus, contra obstrepentes Ræmundum, Allatum, & gregales, rerum exemplis in medium prolatis. Circumstantiam verò temporis quod attinet, quo Papatum Johanna gesserit, succurrat denuò Blondellus,

P. 35.

lus, in Anacrisi suâ, risurus Allatum, inanemque Græculi conatum, si Deus isti ariserit, inquit facete Vir Optimus. Ostenditque fieri omnino potuisse, ut *Veteres*, quos detestandi scorti memoriam refricare pudent, productis ad libitum Leoniani Benedictique Pontificatus annis, lacunam expleverint. Quâ de re in postremâ hujus Disquisitionis parte.

VIII. Et conferant modò velim quæ urgent portentosa vel incredibilia, in Johannæ Pontificatu, quicquid est hodie Jesuitarum aut Monachorum qui Johannam conficiunt, cum iis quæ aliâs in arce veritatis ipsi illi homines locant, & quæ credulitatis Populorum, Papalis dominatûs, Romanæ superstitionis, publicique & nefandi Cultûs objectum modò sunt, vel fomentum! Lege si lubet Joh. Chifletii (*Fabulam Johanna* Epistolâ aliquâ confutantis) prolixas assertiones; ex gr. *Sudaris Vesontini*, in quo Corpus Christi compositum in sepulchro fuerit, à Cive Vesuntino redempti, allatique ex Oriente Seculo XII. *Sacra Sindonis Taurinensis*, quæ referat Corpus Christi de cruce cruentum, delatæ Camberii ex Græciâ, Anno MCCCLVIII. *Sindonis sepulchralis* Compendium Picardiæ translati, sub Carolo Calvo, apud Bergomatem & id genus alios; *Sudaris Edeseni*, de quo Vir ille ex Damasceno, Nicephoro, & priore Euagrio; *linei Pepli Veronica*, quo deterferit faciem Christi ad supplicium euntis, &c. Lege Baronianas in Martyrologium, & passim in Annalibus, ex Apocryphis nugas; Serarii illas quandoque in rebus Moguntinis; Ciaconii commenta in Vitis Pontificum; Bzovii Monachales præstigias in Continuatione Annalium; Aringianas in Româ Subterraneâ sine fine Fabellas; Jesuitarum Chinesia, Japonica, Indicave portenta; Alatianas paginas de Miraculis Elizabethæ Marpurgensis, ac sexcenta ejus farinae, ubi is de rebus Orientis, & de Vitis Sanctorum; ac frontem percussus stupe eorum Virorum qui Johannam hoc præcipuè expungunt, quod *fabulam* sapiat, videlicet sedisse Romæ Viri specie Fœminam. Audi Ciaconium ad Leonem IV. lancinantem ab absurdo hanc Johannam! *Homines-ne hac tempestate adeo stupidos & stultos fuisse, ut in tanta potestatis gradum ignotum hominem* (imò Romæ, ut ferunt, omnium amorem stuporemque) & qui per longa tempora ipsis probatus non fuisset (probatus utique scientiâ, & quoad speciem externam vitâ, ut Martinus & reliqui) imò *fœminam pro masculo* (errore in personatis Abbatibus, Monachis, Confessoribus, apud Nicephorum & Legendarios obvio) *Leoni IV. substituerint, qui unquam credet? Sed fodes, qui unquam credet Romæ dominatas haud longè postea impurissimas Meretrices, & substitutos in Papali sede, intrusosque in Cathedram Petri fuisse; modò exauthoratum ac perjurii reum Formosum; modò homines facinorosos, fures, latrones, scelera, Stephanum, Bonifacium, aliosque qui Formosum proximè exceperunt; modò stupris, adulteriis, execrandisque flagitiis infames, monstra ipsi Baronio, Johannem X. XI. XII. XIII. hunc etiam puerum omnibus probris ac turpitudine contaminatum!* Sed en fabulæ Johanninæ argumentum aliud, apud Onuphrium Annot. in Platinam, & ex eo Ciaconium, & sequaces! *Præterea tulisset-ne Deus, ut Sedem Petri, quam ipse constituit, à quo Ecclesia Sancta dirigitur, Fœmina nullius Ordinis capax polluisset!* Atqui tulit Deus plus vice simplici, falsis Adversariorum ingenuis, *Sedem Petri polluere Pontifices in Haresim* prolapsos, Liberium Arianum, Anastasium Neitorianum, Honorium Monothelitam, Johannem XXIII. Atheum. Tulit Deus per annos fere CL. (sunt Genebrardi voces) *Pontifices circiter L. Apostolicos, Apostaticosve*, potius quàm Apostolicos. Concinunt Luitprandus, Glaber, Mart. Polonus, Rolwinckius, Sigonius, Nauclerus, Crant-

Chron.
L. IV. ad
A. 901.

zius, Aventinus, Sabellicus, Onuphrius, Baronius, Bellarminus, Spondanus, Duchesnius, ac qui non? Tulit Deus *tricipitem* Ecclesiam, *tria terribissima monstra* ut vocavit Platina, jam Seculo XI. nempè Benedictum IX. Sylvestrum III. Gregorium VI. Deinceps & tempore Concilii Pisani, quod celebratum Ann. MCCCIX. tulit rursus Benedictum XIII. Gregorium XII. & Alexandrum V. cui Johannes XXIII. suffectus est. Tulit Deus *Schisma* illud infandum totis annis *quingenta*, falso Spondano, scilicet à morte Gregorii XI. quando biceps Ecclesia *Romana & Avenionem* simul adoravit. Quod schisma speciali Libro complexus est Theodoricus Nicemus, & execrati sunt insuper publicis scriptis Franc. Zabarella, Hieronymus Marius, Nicolaus de Clemangis, Viri alii quotquot aliquo pietatis sensu tangerentur; præter Regna integra, Scholas, Academias, Synodos, de quibus nos aliâs ad Historiam Seculi XIV. & XV. Tandem *ferre posse* Dei Providentiam, ut *sedem Petri polluat Fœmina*, vel *Infans*, nec eum calum esse eî *admiratum* genere, doceat ipse Paulus Laymannus Pontificius, qui sic in Quæstionibus Canonicis de Prælatorum Electione: *Secundus casus est, inquit, si electus in Pontificem ob alium defectum inhabilis sit, jure divino aut naturali, C. XII ut si sit Infans, Amens, aut Mulier.* Dixerat cum antè Joh. Parisius, Seculi XIII. scriptor, Tractatu de Potestate Regiâ & Papali, C. XXIII. in Syntagma- te Tractatum. p. 149. *Ei iterum Papa propter defectum personæ, cum interdum posset aliquis esse quod esset à Sede repellendus, ut si esset Fœmina, vel Hæreticus. Sicut fuerunt aliqui qui ob hoc non enumerantur in Catalogo Pontificum.*

C. XII
Diling-
1627.

CAPUT VI.

BREVIARIUM.

Dua Observationes momentosa hac in causa. Fabularum insigniorum R. E. fundamenta in Falso aliquo historico sigillatim ostensa. Fabula Johannina comminiscenda ullane occasio, aut origo, excogitari possit. Avenioni conjectura ad examen revocata. Conjectura altera Onuphrii Parvini, pluribus perpensa. Onuphriana, vel fraudes, vel hallucinationes. Baronis, Bellarmini, nuperque Mabillo- ni, hariolatio de natalibus Papa Fœmina. Absurditas conjectura multis demonstrata. Blondelli ingenua confessio. Baronianum commentum aliud, de Johanne VIII. in Photii causa feminina levitatis postulato. Prolixè confusatum. Johannis VIII. seu IX. viriles ubique animi. Leonis Allatii commentum aliud ex Thio- tâ Moguntinâ. Absurditates hujus Græculi notata. Sorberii Medici nova & insulsa hariolatio, ex historia Sec. XIV.

Denique, ne reponam quæ superiùs animadvertia, discrepant fabellæ Monachales, & confuta antè mendacia, à traditâ hac Fœminâ, in his potissimum duobus. 1. Quod illa omnia faverent Romanæ Ecclesiæ, ejusque Dogmatis, Institutis, Ritibus, Disciplinæ, Tyrannidi, ac commodis infervirent Cleri, aut Monachorum. Contraria omnia in Fœminâ Pontificæ, quæ totam Papatûs molem concuteret, fannis Pontificiam sedem exponeret; intemeratæ Successionis atque Infallibilitatis Papalis præstigias dissiparet. Interim compulsi vis veritatis, propriæ ut turpitudinis tot Testes exurgerent, etiam inviti. 2. Quod istorum pleraque, mendacissima licet, habuisse in facto aliquo Historico fundamentum deprehendantur, nec desint fabularum haud obscuræ origines, si forte singulorum quorundam hominum somnia, & Imaginariæ, aut Reliquariæ, vel Monasticæ superstitioni adstruendæ febriculosa commenta, excipimus. Ita quod de *Paci Templo*, quo tempore Christus natus est, ex Homi-

p. m. 548. Homiliâ sub Petri Damiani nomine retulit Martinus Polonus, non caruit specie, postquam Clemens Alexandrinus Stromatum Libro v. tradidisset, Numam Pompilium omnium primum ἰδρύσαντα τῆς πίστεως καὶ ἐπιπέμνους ἱερῶν, possuisse Templum Fidei & Pacis; structum hoc quanquam, quod Pacis dictum est, à Vespasiano fuerit. *Dionysium Arcopagitam*, Parisiorum Episcopum & Martyrem, peperit Dionysius alter Decii tempore, cum aliis in Gallias missus, & *Parisiacis destinatus Episcopus*, apud Gregorium Turonensem Libro i. Historiæ Francorum. *Transi-tum B. Virginis*, vel *Assumptionem Corporalem in Cælum*, peperit abusus vocis; dum Veteres *assumptionis* nomine, seu ἀνάληψις, ita translationis, migrationis, transitus, nil nisi beatam ἀνάληψιν resolutionem hujus corporis cum Paulo voluerunt, frequentibus rei exemplis apud Eusebium de Morte Helenæ, vel illâ Constantini M. apud Nazianzenum de funere Gorgoniæ Sororis, apud Augustinum, Bedam, Ildesonsum, aliosque, & passim in Martyrologiis. *Septem dormientium somnum* sub Decio peperit non modò sequioris ævi mendax superstitio, sed & vox *dormitionis*, *obdormitionis*, quæ figuratè mortem dicit, ad literam accepta. *Cyraco Papa* Pontiani successor, (quanquam ex unius Elizabethæ Visionibus nascituro) potuerunt dedisse originem alii *Cyriaci*, qui vulgò feruntur Martyres sub Decio, & Diocletiano, vel *Cyriacus* ille Hierosolymitanus peregrinaturus ad Loca Sancta, & occidendus sub Juliano, ut in Martyrologio videre est, ad diem iv. Maji. *Hieronymi* Purpuram Cardinalitiam, in recentiorum scriptis, ac picturis obviam, fecit titulus *Presbyteri Rom. Ecclesie*, ex posterioris Romæ, & ex Seculi XII. XIII. ac sequentium moribus, æstimandus. Idem de *Patriarchali*, aut *Metropolitica*, vel *Archiepiscopali*, in his & illis Diocæsis dignitate statuendum est, tributâ ex usu succedentis Ecclesiæ *Apostolis*, *Evangelistis*, & *Apostolicis* viris. Quomodò *Petrinum* in Urbe Româ Episcopatum, ac Martyrium, deduximus alibi ex fabulis de debellato in mediâ Urbe *Simone Mago*; ex malè acceptâ *Babylone*, unde *Petrina* prior scripta fuit; & ex *Romana Ecclesia* affectato principatu, supra Hierosolymitanam, Cæsariensem, Alexandrinam, Antiochenam, Corinthiacam, alias, quæ sibi fundatorem Petrum vendicarent, habitum (quanquam non sensu hodierno) *Caput & Principem Apostolorum*. Itâ *Chrisma* in Unctionem Regiam *Clodovæi* finxit illud ævum, quo Francorum secundæ Dynastiæ Reges inungi cœpère, exemplo Gothicorum in Hispaniâ Regum, quorum primus perfusus oleo unctusque legitur *Wamba*, Anno DCLXXII. in Chronico Bruxellensi. Qui verò *Papa Romani* feruntur apud *Marianum*, vel *Sigebertum*, vel *Godfridum*, vel unum *Compilatorem Chronologicum*, *Leo* aliquis post *Liberium*, *Fabianus* post *Vigilium*, & reliqui relati ad *Seculum IX.* *Paulus*, *Agapetus*, *Basilus*, non planè fuere homines fictitii, fabulosi, qui nulli Romæ extiterint, qualem esse *Johannem Anglicum* volunt: seu isti in *Papatum* quorundam factione intrusi fuerint, seu mox dejecti, seu ex errore nominis recensiti ab uno vel altero, seu etiam transpositi, quomodò *Fabianus* *Papa* locandus inter *Antherum* & *Cornelium* Romæ Episcopos, ætate *Cypriani*. Nunc ad *Johannam*, quæ Romæ fuisse, ac sedisse inter *Leonem IV.* & *Benedictum III.* tradita est infinitis propè Historicis ac Scriptoribus, perpetuâ successione, additis circumstantiis nominis, famæ, electionis, temporis quo sederit, imò partus in viâ publicâ, publicis & ejus facti Monumentis. Uti que si habenda in *fabularum* genere est, certè non ex illis fuit, quibus fundamentum haud aliud, quam in credulâ superstitione, & *Monachi* alicujus, aut

Fraterculi, aut Visionariæ foeminae, atque infantium id genus hominum somnio, ac delirio. Sane quicquid hujus, quos olim tenuit insanabile fingendi cacœthes, somniare collubitum fuit, præstare non cogimur, ut reddamus Clariss. Blondello suas voces, nec fabularum ejus indolis originem ac rationem, quærimus aliam, quam in cerebro Monachali. Ast comminiscendi hujusce in Apostolicâ sede Monstri fuisse occasionem aliquam, seu arreptam seu oblatam, ac tradendæ Papæ Foeminae infinitis propè paginis, credendæque tot seculis, intra Urbem Romam, & Papali Orbe toto, Orientem quoque pervagatæ, ut de eâ nulli vel pauci ambigerent (repeto Joh. Launoii concessa) oportere aliquod extitisse in historiâ fundamentum, undè sit origo erroris, omnes penè largiuntur. Ipse Onuphrius, ex quo ferè sapiunt quotquot Johannam oppugnant: *Omnia insignia mendacia ab aliquâ veritate originem habent, ita hæc fabula.* Undè origini isti pandendæ sedulo & multo molimine incubuerunt, *Aventinus*, *Onuphrius*, *Bellarminus*, *Baronius*, *Allatius*, *Nihusius*, *Labbeus*, *Sorberius*, *Mabillonus*, *Nat. Alexander* qui cæterorum modò compilator est. Omnes hi verò, tantum abest ut frivolis oppidò conjecturis labefactarint historiæ Johanninæ veritatem, ut potiùs vanitate effugiorum commentorumque eandem judicio nostro firmarint, quod modò demonstrandum venit.

II. *Aventinus* historicus inclytus, idemque liberimus, terminans *Annales Bojorum* ad Ann. MDXXXII. & cujus historiâ obrutam immensâ impietate, mersamque profundâ ignorantia, atque offusam densâ caligine, dixit *Cæsar Baronius*, primus omnium *fabellam* confidentiùs appellavit quicquid de *Johannâ* vulgatum esset, ejusque hanc finxit originem, Nempè habitum pro hæc *Johannâ* fuisse *Johannem nonum*, qui veriùs aliis *decimus*, *Platinæ undecimus*, putato huic *Johanne VIII.* Indèque appellandum istum *fœminam*, quod *Alberti locupletissimi Etruria Principis*, (qui tum *Ravennam*, *Bononiam*, *Romam* in potestate haberet) *Socrus Theodora*, *Scortum nobile atque imperiosum*, *Roma* tunc temporis *dominata*, *Johannem nonum*, *amatorem suum*, *Bononiensibus primo*, *deinde Ravennatibus*, *postremò Romanis primarium Sacerdotem creavit*; quod refert *Baronius* ad A. DCCCXXII. alii ferriùs. Unde *fabellam ortam crediderim*, inquit *Aventinus*, *qua temerè vulgaris, hu temporibus fuisse Sacerdotem Maximam, fœminam, que appellata sit Johannes.* Vanitatem hujus conjecturæ ipse *Blondellus* noster intellexit. Primò enim malè *Johannem nonum* dixit, qui minimùm *decimus*, iis qui *Johannem* nesciunt inter *Leonem* & *Benedictum*, quum tamen de *Johanne octavo* quærat. Isque demùm *Seculi X.* Pontifex fuit, tollendus è medio à *Marozia Theodoræ* filiâ, A. DCCCXXXIX. vel DCCCXXX. ex *Luitprando*, *Sigeberto*, *Martino Polono*, & aliis. Secundo, ut non quadrat ætas, sic nec tempus gesti *Papatus*; quum *Johannæ biennium*, alteri *Johanni* ultra annos *tredecim* omnes tribuant, violentâ etiam morte per insidias sublato, suffocando nempè *cervicali in os ejus injecto*; quibus circumstantiis nihil commune est cum historiâ *Johannæ*. Tertio, quanquam postremus hic *Johannes* meretriciis amoribus implicitus fuerit, & à *Theodorâ Scorto infami*, *infami opere in Petri solium intrusus*, ut *Baronius* ad Annum DCCCXXV. tamen in eo virilia omnia, libido, ferocia, militares spiritus, *Vir ubique non Foemina*. Quarto, si ideò *Papa femina*, quod tum potentissima ac sordidissima *Meretrix Romæ* dominaretur, qui factum ut *fœmina Pontifex* (dicam verbis & πᾶν *Anacr. Blondelli*) *de Theodora nomine non dicta sit Theodorus* p. 61, *Papa*? Cur à *Johanne amasio* suo dicenda ea *mulier Johannes*? Cur *Johannes octavus*, qui *decimus* omninò dici debuit? Postremò ratio nulla est, quare Jo-

Anacr. p. 64. 65.

Annor. ad Joh. VIII.

T. IX. ad An. 772. N. XXI. Annal. Boj. I. IV. p. m. 287.

N. IX.

Ad A.
913.
N. 1. &c.

Edit.
Col.
p. 148.
in Joh.
VIII.

Johannes iste decimus, delictum Theodoræ Romæ imperantis, dicendus potius *fœmina* fuerit, quam *Johannes* alter qui *undecimus* vulgò, successor prioris, mediis Leone VI. & Stephano VIII. Nam & hic per Fœminam intrusus, Maroziam scortum, Theodoræ filiam, ex quâ Marozia & Sergio Papâ genitus fuerat; & sub eo Pontifice probrosus Fœminæ dominatus cum primis apparuit, dum illi *non atus*, inquit Baronius, *non natalitia, non legitima suffragaretur electio*. Dicat nobis Aventinus, aut quicumque alius Aventini *et eorum*, cur prior Johannes cum Theodorâ suâ potius occasionem dederit cudendæ fabellæ de Johanne Papâ Fœminâ, quam Johannes posterior cum Marozia suâ, quæ priorem, delicias Matris, nihil degener filia nefariè sustulit, accelerando Pontificatui ejus Johannis qui vulgò *undecimus*? Quamquam alium Johannem XI. præmittat Martinus Polonus, qui *statim ejectus fuit, nec in numero Pontificum ponendus*, ad Annum DCCCXXX.

III. Onuphrius Panvinius, quem compilant ferè quicquid est Papissæ multigum, suis in Platinam Annotationibus quas nondum consummato judicio scripsit, moriturus aetatis XXXIX. magno apparatu ducit nos ad rei totius fontem. *Hinc fabulam*, inquit, *ex Johannis Papæ XII. (Platinæ & aliis Johannis XIII.) Viri impuri vitâ munasse crediderim. Quid ita? Johannes per vim, patris Alberici Principis Romani potentiâ, adhuc penè adolescens Papa factus, aliquot Concubinas, ut Luitprandus Ticinensis illorum temporum scriptor tradit, habuit. In his præsertim erant Joanna, Raineria, & Stephania. Ex Joanne igitur Papâ, & ejus item scorto Joannâ, ad cuius fortè arbitrium, tanquam Papæ, omnia Roma pendebant, Joannis fœmina Papæ fabula manavit, qua processu temporis aucta, in historia auctoritatem imperii alicujus scriptoris operâ paulatim irrepit. Dicitur feliciter! Nempè sic impugnavit Johannam Onuphrius, sic perquisivit tam insignis rei originem, ut suspicionem aliorum firmarit omninò Johannam exuisse. Taceo quæ præmisit ipso illo loco falsa & inconsiderata plurima, Papissæ abrogandæ. Puta, ex quo hanc fœminam Pontificem fuisse scribunt, per annos continuos quadringentos nullam ejus mentionem faciunt; quod ad ducentos ferè restrinxere Baronius, Launojus, Blondellus; neminem hujus meminisse ante Martinum Cisterciensem Monachum, quem confundit cum Martino Polono Dominicano; adeoque non Marianum, non Radulphum, non Othonem Frisingens. non Galfridum Monomutensem, ne de Anastasio præjudicem; Auctorem fabule fuisse eundem Martinum, quo Monacho digna fuerit, sic ille; cuius commenti, auctore jam Onuphrio & ipso Monacho, ac reliquorum vanitatem superiora nostra docuerunt. Quale & istud est, à Launoio & aliis repositum, totis annis noningentis, à Petro usque ad Formosum, neminem electum Papam, nisi ab ineunte aetate educatus fuisset in Romanâ Ecclesiâ, & antè vel Diaconus vel Presbyter Cardinalis. Falsissimâ sanè suppositione de iis temporibus, quibus nulla Cardinalatûs nondum nati habita ratio est, ex historiâ Pontificum, & iis quæ de origine Cardinalium alii dissertarunt; imò ne Ordinum quidem Sacrorum, quum eligibiles fuerint nondum in Sacris Ordinibus constituti, & qui ne Subdiaconi quidem, ex Ceremoniali Romano. Par Onuphrii & sequacium suppositio est, electum nullum Pontificem, qui *eset incerta originis & patriæ*, aut quorum non parentes in Annalibus legantur, quod à Ræmundo, Ciaconio, cæterisque reponi video. Immemores illi quidem eorum Pontificum, quorum Genealogiam aut genus non inveniri, aut cognomen vel patriam ignorari, aut Patrem controversi, Anastasius non semel, Martinus Polonus, B. Platina, Joh. Stella, & alii, qui de Vitis Pontificum scripsere. Tales Sixtus, Telephorus, Hyginus, Dionysius &c.*

Posteâ Johannes XIX. ignorato genere & patriâ, ob ignobilitatem, & Alexander V. obscurissimo genere ortus, ut Historici. Ita quamvis Lini, Cleti, Clementis, Evaristi, Sixti &c. patres nominent Annales, & sive Pseudo-Damasus sive Anastasius, non hoc profecto Genitores illi certi sunt, ac nota Actorum fides est, undè istiusmodi origines promptæ. Sic pernoti Papæ benè multi abjectissimis natalibus, geniti à pauperculis, & infimæ fortis hominibus, vel etiam ex illicito concubitu. Ac de Onuphrianis sive fraudibus sive erroribus, etiam infra. Certè quantum ad Onuphrianam Johannæ originem, nihilo hæc similior vero est illâ Aventini, quin frigidior propè hyme Gallicâ hujus Monachi, quantumvis in doctioribus habiti, conjectura. 1. *Johanna* insignis scorti, cujus ex nutu res Romana penderet sedente Johanne XII. nullus meminit ibi Luitprandus. Finxit eam Johannam Onuphrius. At *Rainera vidua multis præfekte Urbibus*, & hujus amica *Stephanæ*, nominatam apud Historicum mentio est, tum *Lateralensis Palatii* versi in *prostitulum Meretricum*. Quamquam inter cæteras & *Annam viduam* lego in Actis T. IX. Synodi Romanæ Johannem abdicantis, sub Otho- col. 649.
ne 1. nullam rursus *Johannam*. 2. Qui tanti nunc Luitprandus est Panvinius, hunc aliàs falsi arguit, uti in Notis ad Formosum 1. Quæ enim Luitprandus de corpore *Formosi* Papæ exhumato, violatâ sepulturâ, & exercitâ immanitate in exuvias defuncti Pontificis, damnandi sententiâ latâ, mutilandi tribus digitis, ac projiciendi in Tiberim, hæc Onuphrio *sunt procul dubio fabula magis quam vero similia*. Confirmant licet Acta Synodi alterius Romanæ, sub Johanne IX. Conciliorum Tomo IX. & ipse Col. 502.
Cæsar Baronius ad Ann. DCCCXVII. 3. Affine profecto nihil inter Johannem VIII. & hunc Johannem N. VI.
XII. qui antè Octavianus, filius Alberici. Cur hic, patriâ Romanus, dictus fuisset Anglicus, sive Moguntinus? Cur Johannes octavus, qui verius tertius decimus? Cur sedisse annos duos, cum paucis fortè mensibus, qui annos circiter novem Pontificatum tenuit? Cur Johanna illa, ex hoc Johanne nascitura, toto Seculo anterior censetur, illa Pontifex ab Anno DCCCLIV. vel certè DCCCLV. hic verò demùm ab anno DCCCLV. vel DCCCLVI? Cur is Johannes fœmina, qui nimis strenuè se virum probaverat, tum stupris, adulteriis, incestis amoribus, tum perfidiâ in Othonem I. non uno juramento violato? Et quid in utriusque exitu commune, dum altera Roma, inter publica Sacra, ex partu cadit, mediâ læce; alter extra Romam, sic Luitprando jam credit Onuphrius, cui adstipulantur tot Chronographi, dum se cum cujusdam Viri uxore oblectaret, & quidem noctu, seu à Diabolo percussus, ita Luitprandus, seu L. VI.
à marito adulteræ confossus, interiit? En tibi fiduciam Onuphrii, præturi omnibus confutatoribus Fabulæ! Nec imperiti scriptoris fuit, ut ille, sed sagacissimi Impollitoris, ex Johanne isto duodecimo extundere fabulam Johannis octavi, Papæ fœminæ, imprægnandæ, ex partu morituræ, inter Leonem IV. & Benedictum III. Sphingis hoc quoddam ænigma fuisset, ne Oedipo quidem expediendum, & longè evidentiùs latuit homo sub eo animante quod primò *telegætes*, hinc *dætes*, posteâ *teites*, quam Johannes ille XII. sub commentitiâ (ut illi) Johannâ VIII. fœminâ, in publico parturiente. C. XI.

IV. Num felicius sit *Ægyptia* Baronianum, cui plerique post Baronium scriptores assurgunt, perpendendum modò est. Neque unum illud fuit, ut duceret nos ad Johannæ natales, & eos quo obstetricati huic Fabulæ. Primum de quo Purpuratus ad Annum DCCCLIII. Num. LVIII. ipsi cum Bellarmino commune est, disputanti de Romano Pontifice Libro III. C. XXIV. Putant Johannam hanc in lucem primùm editam fuisse, seu medio circiter Se- culo

culo XI. quando florere in Germaniâ cœpit *Marianus Scotus*, non alieno Baronio; seu, ut Bellarminus, demùm circa tempora ipsius *Martini Poloni*, qui primus hoc scripserit. Quo autem ex conceptu ea nascitur? Nempè ex verbis Leonis IX. in *Epist.* ad Michaëlem Patriarcham Constantinopolitanum; exprobrantis Græcis sparsum olim rumorem, *quantam fœminam fuisse Pontificem Constantinopolitanum.* Undè factum, ut remaneret fama de *fœminâ Pontifice*, & *Pontifice Universalis*, qualis etiam diceretur Patr. Constantinopolitanus. Quod mox à Græcis, vel *schismaticis Romanam Ecclesiam odio prosequentibus*, in hujus contumeliam verum sit, *fœminam illam Romanum Pontificem fuisse.* Atque ita, inquit Baronius, ut acceperat ipse eam *fabulam Marianus*, eodem tempore scripsisse quis non intelligat? Quâ conjecturâ, quantumvis speciosâ plurimis, probandâque nuper doctissimo Mabillono in Museo Italico, scilicet *Græcos postea Patriarcham fœminam in Romanos regessisse*, nescio an alia majori se absurditate prodât. Risit ipse Blondellus noster, & explosit. *Itanè verò*, inquit Vir magnus, *ludicram divinatoriam exercere juvat? ut quicquid in buccam venit pro libidine efflare audeamus!* Mox; *digna que in spongiam incubat levior, cetera gravius purpurâque insignis, Auctoris conjectura!* I. Sedisse aliquando Constantinopoli *Fœminam*, dùm Eunuchos promovissent, quales fuere Nicetas tempore Copronymi, & Ignatius tempore Theodoræ, nullus unquam rumor, nulla fama, nisi in literis solius Leonis, unius in hunc diem rei testis. Seu finxerit Leo, astu quodam, captatâ occasione ex Patriarchis Eunuchis affricandi *Fœminam* Græcis, ne hæc soli Romanæ sedi imputaretur; seu, ut putat Mabillonus, habuerit idem Leo ex iis quæ Herembertus Cassinensis Monachus, circa Annum DCCCLXXXVIII. in Chronico suo scripserat, de somnio quodam Arechisi Beneventani Principis, scilicet *Constantinopoli nuper electam Fœminam fuisse, sexum masculinum sub Clerici veste mentitam, sed errore sublato, à Patriarchali sede deiciendam.* Quo ipso intelligitur omnis hujusmodi rumor de Patriarchâ fœminâ, toties reponendus in hac causâ, sparsus modò à Latino Monacho fuisse, fabellam pro historiâ propinante, certè sparsus Romæ, in Italiâ, quo tempore bellum contra Græcos exarserat. Nec levem is rumor Monachalis, cui nullum in historiâ Constantinopolitanâ fundamentum fuisse suprâ dicebamus, suspicionem ingerit erroris nuper Romæ admissi, *electam* videlicet in Pontificem *fœminam, que sexum masculinum sub Clerici veste mentita fuisset.* Undè error similis impingendus Constantinopolitanis fuit, inverso jam Baronii, Bellarmini, Mabillonii, ratiocinio. II. Sed vestram quæso fidem! Quod Latinus Pontifex, in Epistolarum aliquâ, de incerto quodam rumore, quasi fœminam sub Eunuchi habitu Græci promovissent, *quod tamen nec ipse Leo crederet;* id ipsum seu Græci, seu quicumque hostes Romanæ Ecclesiæ, retorsissent illicò in Romanum Pontificem, specie nullâ, fundamento nullo, nullâ hujusmodi antè *famâ*, ne per somnium quidem, minùs *famâ publicâ?* Excogitassent tùm Græculi *Johannam* aliquam, aut *Papam fœminam*, quæ nunquam fuisset in naturâ rerum, additis circumstantiis ludicris, anilibus, & quæ arguerentur apertæ falsitatis, si quidem *Johanna* nulla? Et cavillum hujusmodi, deridiculum oppidò vanissimumque, abiisset mox in certam apud Romanos, Italos, Latinos penè omnes, hinc Chronographos propè infinitos, historiâ? III. Vel etiam quod in contumeliam Græcorum dixisset Leo Pontifex, mox Latini scriptores, Monachi, deditissimi Romanæ sedi, procul odio in eandem, convertissent in opprobrium *Papæ Romani*, ac sedisse Romæ fœminam, tali tempore, tali appellatione, & quæ sunt circumstantiæ reliquæ, fidenter tradidissent? Fecisset hoc *Marianus Scotus*, pau-

Tom. II.

cis post Leonem annis, auctor *Fabulæ* Baronio, Launoio, Melch. Inchofero, aliis, & ipsi Blondello, non is restitutor futurus modò historiæ & temporum in Chronico suo, sed & adorator idem *Papalis sedis*, sedente Gregorio VII. Hildebrando, ut passim ostendit? Aut fecisset *Martinus*, qui rumorem sub Leone IX. natum, mox detritum, nusquam aliàs memoratum extra eam Epistolam Leonis, suscitasset *ducentis* à Leone & eò *amplius* annis? Et quidem versâ ignomiâ in Romanam sedem; excogitatâ *Johannâ fœminâ*, cum circumstantiis gravidationis, partûs; & scripto eo commento Romæ, in tantâ luce, ubi ipse Pœnitentiarius esset Pontificis, ac devotissimus illi sedi? Finge tibi ex incerto rumore de Regio partu in *Angliâ* supposito, aliquem *Gallus* infestum id ipsum propalare de regio Delphino, per fraudem isti Genti obtruso, cujus tamen nulla unquam fama, nullus antea testis extiterit. Fierine posse crederes, ut post unius vel alterius seculi decurium, abitarum illud commentum sit in historiâ, adoptandam ipsis Gallis, ac principibus in eâ Gente Historicis, æmulis aliàs gloriæ suæ Gentis, suorumque Regum? Quinimò futurum, ut illius Pseudo-Delphini, qui nunquam fuisset in naturâ rerum, tradatur aliquando in Regiâ ipsâ Francorum, à Ministris Regiis; & nomen; & tempus nativitatis; & educatio, & si quæ aliæ sunt circumstantiæ? Ne ipse credat Judæus apella, nec illi quidem qui gryphes equis jungere didicerunt. IV. Insuper precarium illud omne Bellarmini est, videlicet *remansisse tamdiu famam & opinionem de fœminâ Pontifice, & Pontifice universalis;* nempè ex paucis verbis in literis Leonis de Patriarchâ quodam Constantinopolitano fœminâ. Undè hariolatus istud Bellarminus est? Quis hæc præter Purpuratum Jesuitam? Et quando Romæ Constantinopolitanus audiit Pontifex simpliciter, vel Pontifex universalis, ut exindè vulgatum Romæ fuerit, *Pontificem universalem fuisse fœminam?* V. Quod idem Bellarminus de *Martino Polono*, qui primus scripserit Papam fœminam, ex incerto hujusmodi rumore, antè discussum fuit. Habuit ex Onuphrio Panvinio, ex his reliqui, & ipse Mabillonus. Legantur quæ nos suprâ ad hujus assertum, Paragrapho XIV. Et succurrat commodum Clariss. Blondellus, dicto loco: *Nec Martinus primus, nec ex incerto rumore, sed ex antiquorum, Martiani, Radulphi, Othonis, Galfridi, Godefridi, &c. testificatione, Papissa assertor fuit.* Appositè & ingenuè, ut virum summum decuit.

V. Baronius salutem nullam sperans, in hoc Infallibilitatis & Successionis Pontificiæ naufragio; ex Bellarminianâ illâ tabulâ, ut scilicet crederentur Latini Chronographi transtulisse seriò in historiâ, & torsisse in Romanam sedem, cavillum minimè serium Leonis IX. adversus Constantinopolitanos, quod ne ipsi quidem Græci, ne ipse Michaël Cerularius vel Leo Achridensis commissi cum Leone IX. in istam retorsissent, ad tabulam aliam præsidiumque confugit. En Baronianum inventum; acclamaturis post Cæsarem plerisque scriptoribus; ipso nuper Lud. Maimburgio, *ὁ γὰρ καλῶς.* Nempè Johannem VIII. fœminam non Johannes decimus; ut voluit Aventinus, non ejus nominis undecimus; vel etiam duodecimus, ut alii, pepererunt, sed Johannes nonus successor Hadriani II. ab Anno DCCC-LXXII. Decembri mense, ad annum DCCCLXXXII. eodem mense, quo locum fecit Marino. Is Johannes fuit, qui *ob nimiam animi facilitatem & mollitudinem, Annal. abjectâ penitus omni virilitate, fractus animo, sacerdotia-* Bar. T. X. *lis constantia expertus, atque robore enervatus, non Papa (ut ad A. 879. Nicolaus & Hadrianus) sed Papissa fuerit contumelia lo-* N. V. *co dictus; utpotè qui nec resistere sciret Eunucho, quiqve vinceretur à Semi-viro, non Vir sed esse Fœmina potius nuncupandus.* Et sic factum, ut nomen contumeliæ transferret (posteris rerum insciis) in veritatis opinionem, atque id à pluribus decantatum fuerit, *Johannem VIII. fuisse fœmi-*

R r

nam;

nam, sicque jactata vulgò inuenerit eo modo locum fabula. Ejusmodi plane scommatibus proscindi sepe solere, levioribus de causis, Romanos Pontifices à maledicis & otiosis, quis Roma versatus ignorat? Nec maledicos tantum, addit ille, sed & sapientes atque prudentes provocasse adversum se Johannem Pontificem, qua dicentur inferius demonstrabunt. Hæc de Johannæ fœminæ per errorem suppositione Purpuratus.

VI. Advertat modò Lector, quæ sit Baronii seu in affirmando fiducia, seu in faciendo furo industria. I. Est ingeniosum istud commentum ex altero natum, nempe ex errore Erphordiensis Chronographi, Anonymi scriptoris, medio seculo xii. qui asserturus Papam mulierem, nomine Johannis octavi, transtulit imprudens ad Johannem nonum, qui sub Rege Carolo Crasso celebrasset Synodum in Hersfordiâ, Hildeberto existente Archiepiscopo Moguntino, Anno D. dccclxxx. Hinc occasio data Purpurato scriptori excogitandi quæ in speciem mollia & fœminea in hoc Johanne viderentur, undè mulier dici per jocum potuerit. Licet istud in mentem nec Onuphrio, nec Aventino, nec Ræmundo, nec cuiquam ante Baronium, venisset hætenus. II. Quicquid ille tùm de abjectâ omni virilitate à Johanne ix. qui se vinci ab Eunuchò & Semi-viro passus esset, tùm de Papissæ natâ hinc appellatione, qualiter contumelia loco fuerit dictus iste Johannes, sunt hæc censenda in fabulis, veri nihil, omnia falsa. Non Eunuchus unquam Photius, seu putetur fuisse à Naturâ destitutus, seu ab Hominibus aut à seipso vim passus, vel ferro, vel pharmaco, seu à Medicis ob agritudinem aliquam eviratus. Supponit hoc quidem perpetuò Baronius, quoties is de Photio, uti de Methodio Constantinopolitano aliisque precario referunt, tacentibus Photii scriptis, Epistolis, Vitâ, Adversariis, Actis ipsis anti-Photianis. Non etiam consensus Johannis Papæ in restitutionem Photii, post acceptas à se Basilii Imperatoris literas, sed eâ lege ut Bulgari Romanæ Ecclesiæ subicerentur, ipsèque Photius gratiam miserationemque Romani Pontificis agnosceret, mortuo jam Ignatio, non (inquam) consensus ille, post habitam Romæ Synodum Anno dccclxxxix. vel improbatum Romanis fuit (quos uno ore, uno consensu, unâ concordia, ivisse in eam restitutionem, testatur in Epistolis Johannes) vel re ipsâ effœminati quicquam habuit. Imò magnum prudentiæ in hoc Johanne, promovendæ concordie, ac submissioni qualicumque Orientalium, moderationisque argumentum fuit. Non denique ab ullo ejus ævi scriptore, seu vivo Johanne, seu relicta jam successoribus sede, ut Hadriano iii. Stephano vi. Formoso &c. in Photium efferatis, usquam legitur dictus per contumeliam fuisse iste Pontifex Papissa, aut Fœmina. III. Quæ jam abjectæ virilitatis, inconstantiæ, mollitiæ, accusat Baronius, alibi adscribunt parasiti Romani, nec invito Baronio, non tam Johanni quàm prævaricationi Legatorum Johannis, qui contra Apostolicam præceptionem episcopi. Multus in his est præ cæteris Leo Allatius, in Libro de Octavâ Synodo Photianâ, Romæ edito, Capite iii. & aliquot sequentibus. Falsissimum, inquit iste, restitutionem Photii literis Johannis confirmatam, falsandis nempe à Photio. Undè Acta ejus Synodi Constantinopolitanæ viii. in quâ restitutus est Photius, præsentibus legatis Johannis, premunt hac parte quoad possunt Gnathones, solo titulo in Tomis Conciliorum expresso; quemadmodum & Johannis Epistolas à Photio ipso interpolatas esse contendunt, ipsaque Acta Synodi viii. portentosis mendaciis & monstruosis falsitatibus esse mixta. Adi cum Allatium, tum quoque Baronium ad Annum dccclxxxix. & Tomum ix. Conciliorum editionis novissimæ. Ac de his nos pluribus in Introductione Historica majore. IV. Undè meris præstigiis illudit modò

Chron.
C. vii.

N. lxxii.
&c.
C. xi.
xii.

Cardinalis, quando Johannem inducit occasione concordie cum Photio, mollem, enervatum, semi-virum, indignum sacerdotio; Nicolao contra, & Hadriano ii. ob tyrannidem in Photium & in Græcos exercitam, adscribit masculinum robur, & viriles animos. Si quæ in Johanne inconstantiæ & levitas acculanda est, ea fuit quæ rescidit priora sua novâ (qualem urgent) damnatione Photii, postquam falsum se expectatione suâ intelligeret. Aliàs consensus pro eo restituendo, sub iis conditionibus quæ cederent in commodum honoremque Romanæ Ecclesiæ, si Photius misericordiam quereret, attribui quidem potuit lenitati Johannis, prudentique studio pacis, ac concordie inter utramque Ecclesiam, nullâ autem specie animo muliebri & abjecto, ut hinc fœmina dicendus per cavillam fuerit. V. Sed De Syn. cavillum ipse rideat Allatius: At leni animo est Johannes, non adversabimur. Esto lenis, ideone & solidissimus omnium? Ideone is, addam ego, fœmina, meretrix, in publico parturiens? Et cur locanda ea inter Leonem iv. & Benedictum iii. & quidem antè Photii causam natam, quæ demùm emerit sub initia Nicolai i. quem isti sedisse volunt ab Anno dccclviii? Undè etiam scripsere omnes, Johannem fœminam sedisse tantum annos ii. cum paucis fortè mensibus, dum Johannes alter successor Hadriani ii. sedit totos annos x.? Ut taceam Johannem ix. fuisse patriâ Romanum, notis etiam parentibus, dum Johanna seu Moguntina seu Anglica fuisse perhibetur, dubio quidem loco natali, ut & illo complurium Pontificum. Quid quæso utriusque Johanni commune, quos nunc componit, ac pro uno eodemque habet Annalium scriptor; imò & dissidens à se ipso Allatius, Capite ii. de Synodo Photianâ: Non videtur ergo mirum, si ob similem in Photium lenitatem Johannem viii. fœminam compellarunt. VI. Ubi testes Baroniani, vel Allatiani, in quaestione facti? Nempè tùm à pluribus decantatum fuisse Johannem viii. (qui verius nonus) fuisse fœminam; eandemque ita jactatam fabulam duobus post & ultra seculis primùm in veritatis opinionem transivisse. Quid hariolari est ac divinare, vel cerebri sui commenta testimonii loco obtrudere, si istud non est? Et factum quidem istud fuisset à Mariano Scoto, Radulpho Flaviacensi, Othone Frisingensi, Viterbiensi Godefrido, Martino Polono, & reliquis primi ordinis eâ quidem ætate Latinisque Chronographis aut Scriptoribus? Hi nempè fuere maledici illi & otiosi, quibus adhibuit ejusmodi scommatibus proscindere Romanos Pontifices? aut qui ex cavillationibus id genus historiam tanti momenti adstruere, eandemque inserere Annalibus temporum, Vitiisque Pontificum, minimè dubitarunt? Sanè fuere in Imperatoribus, Regibus, & Principibus non pauci, ut in Oriente, sic Romæ, in Italiâ, Galliâ, Britannia, quibus fœmina nomen per contumeliam attributum est, nullis tamen indè Historicis earum Gentium versuris istorum sexum in dubium, aut asserturis pari exemplo reverà fœminas fuisse. VII. Rectè in Anacrisi Blondellus noster; sicubi malè audiit hic Johannes, accidisse illud inter Germanos Proceres, verius quàm Romæ, aut inter Monachos. Quod nempè calcatâ scripti à Ludovico ii. Imperat. in gratiam Ludovici patris, consobrinerumque Germania Regum, Testamenti religione, Caroli Calvi temerè partes secutus, Italiâ exclusit legitimis Hæredes, Ludovicum filiosque. Nec tamen mollis Cathedræ istud factum fuit, verùm efferentis se Antichristiano fastu Pontificis, vertentis jam exemplo Nicolai & Hadriani ii. decessorum, pedum Pastoralis in sceptrum Tyrannidis, & Claves Regni Cœlorum in illas Regnorum atque Imperiorum Terræ. Vide VIII. Tandem, qui nunc abjectissima fœmina est, Annal. aliis & meretricio partu infamis, Johannes viii. idem T. x. ab aliis quotiens extollendus Baronio fuit? Ut qui A. 873. Pon-

De Syn.
Phot.
C. iii.
p. 61.

Pontifex tres successivè Imperatores iniquissimis legibus consecravit, Carolum Calvum, dein Ludovicum Balbum, tandem Carolum Craffum: qui Ludovicum Imperatorem *autoritate Dei & S. Petri* absolvit ab eo juramento quo se Adelgiso Principi Beneventano obstrinxerat, affirmans illud *nihil Ludovico obesse, nec Sacramentum dicendum*, ex Anastasio, Reginone, Annalibus Metensibus: qui in *Carolus Calvus* Imperii dignitatem transtulit, in præjudicium Ludovici fratris majoris natu, hujusque Filiorum, interpretatus apud Carolum *summum Beneficium* Apostolicæ sedis: qui hinc Papas exemit ab eâ necessitate ut *investituram* ab Imperatoribus acciperent, sicut factum ad hæc usque tempora, etiam ex lege Hadriani I: qui id effecit, ut *de tempore præcederint Papa, quod ad se pertinere conferre Imperium*, ut ad Annum DCCLXXVI. Mezeræus Historicus, seu ut prætenderit, *novum dicit valere Imperatorem nisi quem Papa delegerit*, ex Glabro Radulpho Historico Gallo, edito Francofurti, & apud Duchesnium: qui in Epist. ad Balbum Regem ausus est ei Regi deferre *vicom Caroli Imperatoris Augusti, & constituere eum à Secretis Consiliarium suum*, intolerando quidem factu: qui *Clavos, Viduas, Pupillos*, teste Anastasio in ejus Vita, subtraxit seculari jurisdictioni: qui tot fulminibus à Laterano vibratis formidabilem se reddere sustinuit. Ducibus Spoletano & Thurco, sic *avtoritate nec Romano adhuc subiectis Ravennatensi & Mediolanensi*, ita quoque Formoso Episcopo Portuensi, à se excommunicato, undè tot postea sunt *matæ lites*. Mittimus alia. Ac desinant posthac Baronianum commentum reponere, quotquot *Johanna Fabulam* imprudentes exhibant.

VI. Nihil equidem sagacior aut vero propior est conjectura Leonis Allatii, in *Confutatione* quam vocavit *Fabula*, curante iteratam editionem Barth. Neuhusio, homine ad omnes rerum ineptias contumeliasque verborum proclivi, ex quo à Protestantibus defecit, Inducit Leo, ejus Dissertationum paragrafo xxiv. ut ex *Francorum Annalibus, & Sigeberto*, foeminam quandam *Thiota nomine, Moguntiaci in Germaniâ res Ecclesiasticas perturbantem, novam se Prophetissam vocantem, usurpantemque publicè dicendi munus, & concionandi*. Addit, *hanc multas quasi Magistræ celibus destinatas secutos esse, sed re postea deserta, Synodali judicio damnatam fuisse*. Quo ita posito, fabulam ipse de Papissâ in hunc modum comminiscitur: *Habe, Lector, quod mihi in animo est corium, nec ambiguum, ne divinationem crederes. Posterioris seculi homines nonnulli, rudes illi quidem & simplices, (Marianus Scotus, Radulphus, Otho, Godefridus &c.) dum audiunt inter Leonem & Benedictum, vel saltem illo tempore, foeminam quandam Moguntiacam, non tantum prophetasse, sed & predicasse, obisseque alia munia, quibus summi Sacerdotes decorantur, animum à Femellâ avertebant, ad principem omnium magistræ, Petri Cathedram scilicet (cujas id munus esse optime norant) & à Germaniâ in Italianam, à Moguntiacâ Romanam, transferunt. Alia, scelerati illi quidem, (Hussitas voluit aut Protestantibus) malitiose totum hoc in innocentem Petri thronum traducunt, & Germanicam infamiam honoratissimæ Romanæ Ecclesiæ attribunt. Idemque ut facilius fallere possim, Johannam istam Anglicam Moguntiacam esse volum, lepidi scilicet fabulatores. Næ tu ipse, Allatii, fabulatorum audias tuo merito princeps, hoc illepidum, quod sanguine tua omnia esse scripta, ac felle temperata, vel respersa maledictis, appareant! Equidem commento hoc Allatiano non aliud unquam insulsius, magisque abhorrens ab omni specie probabilitatis. Primò de *Thiota* ea fingit, quæ nulli Francorum Annales, nullus Sigebertus.*

C. 33. p. 129. 130. Ipsi, exerpente Serario Libro I. Rerum Mogun-

tarum, undè habuit Allatius, *mulierem quandam de Alemannia partibus*; Allatius, *foeminam Moguntiacam* dicit. Illi, turbasse Thiotam anno DCCCXLVII. quanquam Sigebertus notat Annum DCCCXLVIII. Allatius, turbasse inter *Leonem & Benedictum*, id est post annum DCCCLV. quo Leonem obiisse vellet. Illi, fuisse *Pseudo-prophetissam*, vaticinia eructantem; contra *dogmata Ecclesiastica*; quale vaticinium fuit de *curio consummationis seculi die, eodemque momento se. Græcicus*; obiisse munia *Summi Sacerdotis, usurpasse publicam docendi Munus*; & quæ ad principem omnium Magistræ Petri Cathedram pertinerent; quasi verò proprium sit munus Romani Pontificis concionari, prophetare, vaticinari, novas doctrinas eructare. Deinde, minus convenientis est inter Maternitatem Alemannicam, & Johannam Pontificem, quam inter Aquilam & Noctuam. *Thiota* illi nomen; non Johanne, aut Johanne Anglicæ Dogmatum illa sanè, & non docens ex ordine, non in Scholâ, non secundum *Ecclesiæ doctrinam*, non cum omnium applausu, ut de Johannâ tradidit Chronographi. Nec Sacerdotium illa usquam usurpavit, minus Petri thronum invadens, uti fertur de Papâ foeminâ. Nec prima in foeminis *jaçtatura Revelationes Thiotæ*, quales infinitæ in co seculo jaçtarunt, nec diu postea Hildegardis, Elizabetha, Brigitta, Catharina Senensis, Johanna Aurelianensis Virgo, &c. dum *sola hæc Johanna, à condito ævo, specie Viri Bonificatum ausa est intrudere*, ut Coelius Rhodiginus Vir minime ineptus: heque L. XIV. Alemanniæ aut Moguntiaci fines prior egressâ, minus itura Athenas, hinc Romam. Neque sexum eadem mentita, foemineo habitu ubique apparetis, ac tali se Episcopis fultens. Non etiam lætæ pudicitie, imprægnationis, partus, usquam accusanda, sed captati ex vaticiniis *quæstus*. Quin eodem anno, videlicet DCCCLVII. Synodali judicio damnanda, ac *publicis cadenda flagellis*, ex iisdem Annalibus, dum Johanna placidè Papatum tenuit, biennio circiter, post amotam jam Leonem IV. repentino casu intercipienda. Et fuisset Marianus Scotus, ejusdem Diocesis Monachus, aut si vis fuisset Radulphus, qui *Fuldensis* Monachus est Sixto Senensî, hinc Sigebertus, Godefridus, Otho Frising. Martinus Polonus, &c. fuisset hi adeo rudes & simplices, vel scelerati & malitiosi, ut ex hujusmodi pseudo-Prophetissâ, delirante intra Moguntiaci fines, mox verò desitura insanire, obscurâ illâ, vixque uni aut alteri Chronographo memorandâ, & extunderent Papam Romanum, Johannis VIII. nomine, antea Johannem Anglicum, sub virili habitu foeminam, *sessuram Romæ inter Leonem IV. & Benedictum III.* cum circumstantiis reliquis, quæ nihil profecto ad Thiotam? Et ista quidem propinat Leo tanquam quæ *sibi essent in animo certa, nec ambigua*. Prout nempe alii sunt oculi *lævis leporis*, alii *æxæbarylas mule*, familiari Græculis suis dverbio. Ex uno disce cætera, ac fidem Allatii intellige, *Fabulam confutari de Johannâ Papissa*.

VII. Nondum vanissimis commentis finis est; ut ipsa credatur Johanna commentum esse. Prodit post omnes alios Sorberius Gallus, ex Reformato Pontificius, qui Hippocratem quam profitebatur artis fines egressus, modo Philosophi, modo Critici, modo Theologi laudem inter suos affectavit. Hic in eo Libello quo suæ ad Catholicos defectionis momenta exposuit, citante Cl. Marchio, aliam *Johannæ Papissæ nostræ* vidit originem, præcunte illi, ut inquit, Rest. Suarezio Episcopo Vasionensi, Viro à peritiâ rei P. 22. Antiquariæ & Genealogicæ in Itinerario Jac. Spont. 2. ni laudato. Supponit, primò quam ineptissimè, P. 34. *Radulphum* ab Higeden, Cestriensem Monachum, ultra medium Seculum XII. Polychronicon suum

adornantem, fabulæ Johanninæ auctorem esse, qui tamen & Martinum Polonum testem adduxit, & Mariano Scoto tribus propè Seculis recentior fuit. Tum fingendi occasionem huic Ranulpho. natam esse putat, ex schismate inter Johannem xxii. sedentem Avenione, & Nicolaum v. antea Minoritam Petri Corbarii nomine, olim conjugatum, uxore illi Johanna Matthei de Corbario filia, quæ palam relictam Religioni habitum assumpserat, ut refert Spondanus ad Annum. mcccxxviii. Nempe hinc accidit ait Sorberius, ut per jocum diceretur, Johannem quidem Papam Avenione sedere, sed Johannem Papissam (uxorem scilicet Nicolai v. Petri Corbarii quum esset) in Italia esse. Habes Johannæ Papissæ tabulam, ex dictione isto in Nicolaum v. Ranulphi tempore vulgè jactatam. Auctorem verò communis illius. perivulgatius dicitur, sedere Romæ Johannem Papissam, quum sederet Nicolaus favore Ludovici Bavari, cave credas profertur aliquem. Nihil hujusmodi Chronica, nihil Vita Johannis xxii. aut historia Nicolai. Nec sanè marito convixit ea Johanna, seu Minoritæ, seu dein ad Papatum evecto. Nulla hujus Johanna. mentio in prolixa enumeratione gestorum omnium Corbarii, Avenionem ducti coram Johanne xxii. Pontifice, Anno mcccxx. apud Villanum, Massonum, Bzoviam, Giaconium, Spondanum, aut Waddingum in Annalibus Minoritarum. Et quis non allusionem intelligat ad eam Johannam, quæ Papissa fuisse forebatur, inter Leonem iv. & Benedictum iii. Undè etiam illa Johanna retroactio, à temporibus Johannis xxii. ad tempus quod Leonis iv. obitum proximè excepit, annis ante quingentis? Quin annon ille ipse nomine Johanne xxii. suppositus fuisse aliquando. Johannem viii. ipsissimam quam asserimus Fœminam? Nam eâ expunctâ dicendum fuisse Johannem xxi. uti antecessor Johannes dicendus fuerat vigesimo, jam supra observatum est, assentientem quoque Blondello. Sed quod hominem jugulat, est MS. Chronicon à principio Geneleos, Gallico idiomate scriptum. illo ipso tempore quo sedit Avenione Johannes xxii. desinens in historiâ hujus Nicolai, Fol. chartâ. pergam. indubio characterè vetustatis, ex Bibl. Vossianâ, inter MS. Gallicâ. N. 9. Ibi legitur de Johanna Fœminâ, fol. lxxii. pag. versâ: *Après le Pape Leon le quint, (qui Leo iv.) vint le siege Papal Jenu viii. d' Angletorre. 2. ans, 5. mois, & quelques jours. Et après sa vaquante un mois. Or il étoit femme, & fut vestu comme homme par le conseil de un sien especial &c.* Sequitur descriptio sciencie, motum, electionis in Papam, impregnationis, partus; & claudit, *Et pour cette honte occire se fut par un sien Nom exprés entre les noms des Papes.* Est Sorberius cum suis, & fabulam derivent à temporibus Nicolai anti-Papæ.

N. XVI.

CAPUT VII.
BREVARIUM.

Metropoles adversus Papam Fœminam, Allatii, Blondelli, Labbei, Launsi; &c. Silensium Historicorum Arabum, & Orientalium, undè, Judæorum de Papâ Fœm. testimonia. De silentio Grecorum, in specie Photii Patriarchæ. Allatii præsidia emarrata. Allatii plerisque creditum Fœminam profligasse. Photiani silentii causa quidam ab Auctore reprobata. Ex Photii de Johanna taciturnitate nihil adversus eam concludi. Allatii illud evictum, vel teste Blondello. An verò Photium Papam Fœminam tacueris, inquiritur. Blondelli alia confessio. Mala fides Romane Ecclesie, circa Grecorum monumenta, ostensa. Quæ ex Photii Aneædotis surgunt. Cæterorum Photiano ævo in Græcis silentium, Metrophanis, Seyliani, Nicotæ, &c. undè. Breviarium Synodi viii. ab Allatio objectum; e jusque auctoritas expenditur. Blondellus Allatianam illusionem explodens. Allatii nova testimonia. Græ-

corum causa ignorantia Historia Papalis. Dissidia cum Græcis post Johannam nata. Usus & præcis Romana Curie in Allatum retorta. Cavillum Michaelis III. ab Allatio objectum, quale. Historicos Byzantinorum, Cedreni, Scylitæ, Zonara &c. silentium, undè. Blondelli ingenium asserum. De Barlaamo Monacho ab Allatio objecto. Eius pro Papâ Fœminâ locutionum testimonium. Allatii crisis confutata. Eiusdem exceptio deest inimico restituta. Locum ex Diabogo quodam Barlaami. Barlaamus Johanna in Orientis testis an idem qui Barlaamus Calaber, Latinorum defensor. Prolixè de Barlaamo dissertatio. Diversas utriusque deinde præ-

Que cum ita habeant, nullam prorsus casu hujusmodi fabulæ, qualem vellent esse Johannæ Fœminæ Papissæ, originem ex facto aliquo historico; quod Marianum & Scriptores cæteros in errorem induerit, conjectari posse vel minimâ probabilitatis specie, ac ludibrium modò debere quicquid Aventinus, Onuphrius, Bellarminus, Baronius, Allatius, Labbeus, Mabillonus, Sorberius, & qui ex istis sapient, in medium produxerunt; stat habendus in ore tot Tertium, propriam turpitudinem reagentium, mediâ in Urbe atque Orbè Papali; inconcussa veritas, tot facti documentis præfidis que munita. Invadenda nunc est velut causæ totius Acropolis, in quam recipient sese quicquid est Confessorum Johannæ; non uno his propugnaculo inexpugnabili credito. Nec istud præcipit modò Papali causæ quos dixi scriptoribus, sed ipsi quæ Johanni Launoio in Epistolis, & in nostris Davidi Blondello, M. Zwerio Boxhornio, Tim. Geselio, Guil. Cave, pluribus aliis eximie doctrine Viris, quorum authoritate abripitur hodie quicquid ferè Criticorum est in re historica. Opponunt igitur superioribus quos asserimus prolixè Testibus, quæve adstruximus haud perfunctoriè documentis, trinam defensionis arcem. Prima est, silentium Adversariorum Romanæ Ecclesie, quale est Græcorum illud, ac in specie Photii Patriarchæ, contemporanei Benedicto iii. Nicolao i. & aliquot successoribus. Altera, silentium Anastasi Bibliothecarii, Johanne si quæ fuit æqualis, qui non modò Papam fœminam nesciat, inter Leonem & Benedictum, sed ea etiam referat à morte Leonis, quæ Johanni viii. locum prorsus nullum faciant. Tertia, ratio temporum, ac Chronologicus calculus annorum, mensium, dierum, quibus singuli ante & post Johannam Pontifices sederint; collatis annis Lotharii Imperatoris, & Filiorum; quo fit ut falsi arguantur Marianus, Martinus, & cæteri, qui biennium & amplius Johanni viii. fœminæ attribuant, post excessum Leonis iv. ante electionem Benedicti iii. Cui calculo cum primis etiam insistent Leo Allatius, David Blondellus, Joh. Launoius, Phil. Labbeus in *Cenotaphis* quod dixit *Johanna*, & ex his alii.

II. Ac de Græcis primò scriptoribus dicendum est, quâ parte præna canit Allatius, erigitque trophæa, ex *Monumentis* scilicet Græcis, in *Confutatione Fabulæ*, Romæ primùm editâ Anno mdcxxx. dein semel iterumque recusa. Non enim causari potuit silentium in Exoticis Chronographis, vel Arabum, vel Judæorum. Non Arabum illud, qui Papalis successione, procul in Oriente, afflictissimis rebus, ignatissimi fuere; teste Eutyehio Batricide in *Annalibus*, Tomo ii. ubi de Chalifatu Al. Mansuri: *Anno ejusdem primo constitutus est Theodorus Patriarcha Constantinopolitanus, qui annos xxvi. sedit, dein obiit. Non autem scire mihi contigit nomina Patriarcharum Constantinopolitanorum, à tempore quo mortuus est Theodorus, ad hoc usque quo Librum composui; ut nec Patriarcharum Romanorum, à tempore Agathii (Agathonis) Patriarchæ*

Amstel. A. 1645. & inter Symm. A. 1653. P. 400. 401.

Romani, imperante Constantino Pogonato, nec quid de ipsis narretur. Idem de Gregorio Abul-farajo dicendum est, Malatienfi ad Euphratem Medico, eo-que Christiano, Historiam Universalem producturo ad Annum Hegiræ dclxxxiii. id est Æræ vulg. mclxxxiv. sed ignaro ferè rerum Occidentis, in specie Romæ Papalis. At non tacituri Judæi, inferturi omninò suis Chronicis Papam Fœminam. Non filuit Abraham Zachut, circa Ann. md. auctot Libri Juchasin, nempè בִּינֵי הַקִּיָּסִר לְאַתְרֵי דְהַיָּדִין in diebus Cæsaris Lotharii vixisse Johannem Papam, qui fuit mulier sapiens &c. & reliqua quæ spectant ad ejus puerperium, ad declinationem viæ ducentis אַל הַכִּל in Basilicam eorum Lateranensem, & ad explorationem fœtus, אִם נִבְרָא אִם זָכָר אִם נְקִיָּה utrum virus sit an fœmina. Idem postea Auctor Zemach David, qui refert ad annum Lotharii Cæsaris xiii. id est Æræ Christianæ

P. 146.

Parte II. P. 55. P. 110.

mcclxiii. consonans reliquis cum Martino Polono. Et eadem ferè Auctor Schalscheleth-Hakkabbala, sed brevius, tacitis iis circumstantiis quæ sunt de obliquatâ viâ, & attræctatis genitalibus, referensque ad annum לְרִבְעֵי עָשָׂר לְאַתְרֵי דְהַיָּדִין mclxv. ab Incendio, parachronismo Judaico. Sed de Græcis modò videamus, omnesne Johannam Papam, quod contendit Leo; alio silentio prætermiserint? Nec enim parcituri videntur fuisse hac parte Romæ Ecclesiæ, siquidem fœdiffe Johannam aliquam credidissent. Ac de silentio Photii Patriarchæ, omnium acerrimi Latino-rum Adversarii, qui ad defectionem contra Romanos Pontifices omnes compelleret, non constare modò videtur, sed eundem etiam, in enumerandis Pontificibus Romanis illius temporis, non semel Leonis iv. Benedictum ix. subdere, ut successorem immediatum Leonis. Verba refert Allatius Num. xi & xii. quæ

P. 26. 27.

reponit ex eo Blondellus Anacrita. Nec negari possit Allatio, de Johannâ ne voculam legi apud Metrophanem Smyrnam, Stylianum Neo-Cæsariensem, Nicetam Paphlagonem, nec apud quosdam Anonymos, qui de divortio vel defectione Latino-rum, neque in Breviario (quod citat Allatius) Synodi viii. Constantinopolitanæ, palam à Constantinopolitanis affixæ in Embole seu Persica magne Ecclesiæ, primo Formosæ anno. Imò verò omnes illos, ut leguntur citanturque hodie, Benedictum ut. statim post Leonem inducere; hinc Nicolaum, Hadrianum, Johannem, Marinum, &c. urget vehementer Confusator Fabula, post Florim. Ræmundum, aut si vis Richeomium Jesuitam, Bellarminum, Serarium, & gregales. Addit Leo silentium Barlaami, qui postea Hieracensis Episcopus, qui multis scriptis editis Romanam Ecclesiam deprimere conatus sit, sœvat tamen, in citato Libello, injuriam hanc Johannæ fœminæ sive calumniam. Mox taciturnitatem miratur Historiarum Græcorum, quales Cedrenus, Zonaras, Nicetas, &c. qui ferè omnes Romano nomini immiseritâ insensu fuerint, et fabula hujus nullam mentionem fecerint; sic ille. Tandem urgetur silentium Michaelis iii. Imperatoris Constantinopolitani, filii Theodoræ, commissi cum Nicolao Pontifice, nec Romana fœdis dedecora tacituri. Qui etiam cavillo quodam jactarit aliquando, mihi Theophilus, Cæsari Photius, Christianis Ignatius factus est Patriarcha; additurus sanè, (si Johanna illo tempore in throno Petri sedisset) & Romanus Patriarcha fœmina. Hæc Allatius, eo suorum applausu, ut de proficitatâ Fabulâ, etiam ab ipsis Hostibus sumptis argumentis, gratulati eidem sint, profusus editisque laudibus, Antonius Caracciolus, Bartholomæus Vecchius, Franciscus Molinus, Johannes Thuilus, Martinus Sandellius, Laurentius Pignorius, Franciscus Marinus, Aubertus Miræus, Phil. Labbeus, Sylvester Petrasanta, Ferdinandus Ughellus, Floravantes Martinnellus, Melchior Inchoferus, Bartholdus Nitarsus, & si qui plures. Nunc postquam Allatianam, de

Inter Symm. P. 430.

Thiotâ Moguntinâ in Johannam Papissam versâ, commentum ridendum omnibus ingenuis nuper dedimus, æge ducti è Monumentis Græcis argumenti vim experiamur!

XLIV. A Photio ordiendum, Viro omnium suæ ætatis consummatissimo in omni genere literarum, commissio & scriptis & tactis cum Romanâ Ecclesiâ, neque uno Pontifice, indè à Nicolao i. postquam in Patriarchatu constitutus Anno mcccviii. inductu Bardæ Patricii, mox Cæsaris, nec diu postea firmatus in eodem fuisset, presentibus etiam legatis Nicolai, in Synodo primâ Constantinopolitanâ Anni mcccxi. Nunc si quæ Johanna fuit, retens admodum quum esset rei memoria, & oppidò ignominiosa Romanæ sedi, vix potuit eam filuissio Phœrias, totus in exagitandâ eâ sede, & comprimendo factu Paparum. Nihil verò hujusmodi in relictis à Photio monumentis, seu editis, seu etiam venditoris, citatis Allatio, imò contraria omnia, ut visum. Scio defunctos esse nonnullos hos hoc responso, & ipsam Clarissimum Marefium, in Examine Questionis: Non potuisse vel Photium, vel qui ejus partes sequebantur, hoc probrum objicere. Romana sedis, quod per errorem Mulier memita Virum ad Papatum promotâ fuisset. Nempè cum ipse Photius hæmochus palam esset, & per Carones veteres irregularis; ille autem visio cetero debeat qui paratus est dicere in alium. Hinc cum sua irregularitatis hac parte sibi Photius bonè conscius esset, nequivisset Semi-vir Mulierem objicere Romæ, quin illud audiret illico, Cæcus in læscum. Sed præterquam quod haud nova tum res in Oriente Patriarcha Eunuchus, quales jam fuerant Nicetas, Ignatius, & si fides esset Europatæ, Methodius decessor Ignatii à Petro ipso pudendis oratus; abripuit Marefium nostrum in errorem; nec paucos alios, auctoritas Cæsaris Baronii, Eunuchisimum (de quo nihil Anastasius, Nicolaus, Hadrianus, Nicetas David, & anti-Photiani scriptores) falsò & ubique affricantis Photio. Idque ex Epistola quâdam, tanquam ad Photium scriptâ, quæ verius fuit Photii ad Johannem Patricium & Sacellarium, dicendum אֲרִיָּדָא, גַּאֲדוֹן, N. XLV. & ἀνδρόγυνος, quæ Epistola est ordine XLIX. inter XLVI. Photianas. Quæ de re jam Rich. Montacutius; Notis ad eam Epistolam, etiam Martinus Hankius, Vir Clariss. de Scriptoribus Byzantinis. Nec sanè is est Photius, quem excussisse ullum Imperatorem legas; minùs qui sibi ipsi, quâ fuit doctrinâ, prudentiâ, & animi fortitudine, æmulus Tarasii Pro-vunculi, animum violentam intulerit, aut qui cicuta sorbitione se castraverit, ut vir esse desineret, qualiter de Hierophantis Atheniensium Hieronymus in fine Libri i. adversus Jovinianum. Imò ut neophytus, quia antè laicus, ita mæchus, adulter, non semel appellandus à Nicolao i. quod, quocunque sensu intellexerit, minùs certè in fœminam aut semi-virum quadravit, si talem credidit Nicolaus. Quare an omninò tacuerit Papam fœminam is Patriarcha, & undè, inquirendum est paulò diligentius.

Contra Blona. P. 47.

Annal. R. ad A. 868.

C. XVII. N. III. & seq.

IV. Primò supponi observo ab universis, quod fingit Allatius, necessariò debuisse Photium fœtissio mentionem hujus mulieris, quæ Papatum ambiisset, si fuit aliqua; ut mediis potius disrumpi miser maluisset, quam nartiam hanc, ita Pontificum gloria perniciosam, tacere. Audio Græculum suo more declamantem. Et quàm tragicis ille vocibus, post Annalium scriptorem, confodit Virum immortalem, tùm in opere de Perpetuâ Confessione, tùm in altero de Synodo Octavâ Photiana? Qui verò Photium æstimant ex propriis scriptis, ex Epistolis variis, in quibus hic de causâ suâ cum adversariis, ex insigni animi moderazione prudentiâque, quâ etiam oblata Patriarchali dignitati quàm accerrimè fœdit, aditæ

autem ingemuit, ut is in Epistolâ vi. ad Bardam Patricium, & aliis, nâe is sibi facile persuadebit, servasse Photium moderamen inculpatæ tutelæ, ac pepercisse quoad potuit personis Pontificum, & dignitati Romanæ Ecclesiæ. Cum primis in errore facti, admissio ex ignorantia, ab electoribus Johannæ, antè litem sibi intentatam à Successoribus, qui error nihil attineret ad causam Bulgarorum, ad illam Ignatii, & ad motas controversias, præcipuè de Spiritu Sancto, quas recenset in Epistolâ Encyclicâ ad Orientales, quæ est inter Photianas Secunda. Certè prudenter alicubi David. Blondellus, reagens Ræmundianæ tractationis nævos, in quâ urgeret iste silentium eorum qui in Nicolaum & Papas scripsissent, nullâ Johanna mentione. Quid ad nos? ait Doctissimus Censor. An quisquis adversus Romanam sedem bellum suscipit, hoc ipso probra ejus omnia conquerere necesse habet, nec sibi satis cavere dicendum est, si propriam sine aliorum contumeliâ causam tuetur? Recipit idem aliâs, ad objectum silentium eorum qui secuti partes essent Ottonis I. adversus Papam: Non sequitur, Papa adversus sum; Ergo quicquid Romana sedis, sive verè, sive falso, objici potuit; revera objecerunt. Satis fuit Ottonis causam propugnare. Qualiter factum esse noverat in causis adversus Nicolaum I. à Theutgaudo Trevirensi, & Gunthario Colonienfi, ex Annalibus Francorum, & ex Aventini Libro iv. sic & à Johanne Ravenate, ex ipso Anastasio in Vitâ Nicolai I. etiam ab Episcopis Italiæ in Synodicâ Epistolâ, quam habes apud ipsum Annalium scriptorem, ad Annum DCCCLXIII. Hi omnes Nicolai Pontificis gravem & intolerabilem tyrannidem, rapacitatem, fucum, factionem, subversionem legum, consuetudinum Ecclesiæ, &c. ita perstringunt, ut parcant Romanæ sedis, & iis abstineant quæ ejus dignitatem famamque convellerent. Sed exemplo sit Photius. Accipit ab Italiæ partibus Synodalem Epistolam, ἀρρήτων ἐγκλημάτων γέμισαν ἀποκαταστάσεως ἰσχυρὰς repletam, καὶ ἡ οἰκείῃ αὐτῶν ἐπισκοπῇ contra proprium Episcopum, id est. contra Nicolaum, jam tùm commillum cum Photio. Accedunt de diversis aliis locis literæ, τραγυδίας ἀπάσης ἢ μυθίων θρηνην γέμισαι, ἢ ἡ τραγικὴ λέξις, & lamentis sine fine, repleta. Interim nusquam apparent illæ literæ, inter Photiana monumenta; undè colligit doctissimus Auctor Notarum in Photii Encyclicam, Photium non fuisse tam inimico animo, sive in Nicolaum, sive in Romanam Ecclesiam, quam passim Baronius tragicè exaggerat. Et sanè sat aliudè erat accusationum; sive adversus Pontificis Nicolai, dein Hadriani II. tùm Johannis IX. immanem tyrannidem; sive adversus innovationes & heterodoxias Romanæ Ecclesiæ, quas inter ex mente Græcorum præcipua fuit de additamento ad Symbolum, ut nihil necesse fuerit exprobrare Photium eam Formam quæ fuisset ex errore electa, nec molesta Græcis, aut Constantinopolitanis. Idem judicium est de expostulationibus Michaëlis Cerularii Patriarchæ Constantinopolitani Seculo XI. quæ ut acerrimæ in errores Latinorum, v. gr. de Processione ex Filio, de Azymis, de Jejunio Sabbathi, de jejunandi ratione in Quadragesimâ, de esu Suffocati, de Barbis abrafis, de prohibito Matrimonio, de variis Ritibus Rom. Ecclesiæ, deque violentiâ & fraude Legatorum missorum ex Italiâ, &c. ut liquet ex Epistolis quæ supersunt, apud Baronium, & nuper apud Cotelarium, ita procul fuere ab infectandis Papis, aut conquirendis probris Romanæ sedis, aut improbandâ successione, Michaële etiam magnâ cum modestiâ & humilitate locuto de Leone IX. Quin personale magis Photio litigium fuit, cum iis qui se acerbissimè persequerentur, maximè in Oriente; quæsitâ & cum his, & cum Romanis Pontificibus, Nicolao I. (sub cuius extrema ejectione fuit) dein & Johanne IX. concili-

Anacr. p. 85.

Phot. Epist. p. 59.

Ad Ann. 1503. 1504. Monum. Græc. T. II.

liationis viâ, sub hoc Papâ tandem in eundem. Adde Photianum Photii in acerrimos etiam inimicos aliis multis exemplis comprobata. Cui non semel expressæ fuerunt ad Deum Opt. Max. pro iisdem precibus, quas etiam emitteret ἀδελφικῶς ἰνδοσίνευ, ut ex Epistolis diversis Photii ad Bardam Magistrum, ad Manuelem Patricium, & aliis, videre est. Quomodo is Anastasium Bibliothecarium, quo nemo in Photium iniquior, in datâ ad eum Epistolâ, quæ est CLXX. etiam in amicorum ordine censet. Hinc & vibrata in se anathemata gloriæ duxit, quæ ἀνάθητον δόξαν ἀντὶ ποινῆς ἰμμοριανὴν ἑαυτοῦ ποῖνα sibi Epist. procurarent; & paratus haud semel fuit, antequam CXV. egeretur, Patriarchatu se abdicare; gavifurus ἐπι- P. 157. τῷ ἰσλαμικῶν ἢ ἑλληνικῶν ἢ φαρῆς τῆτε, si ista jugo Epist. III. aliquo onere liberaretur. Legantur & Epistolæ ad Theodosium Monachum, quæ sunt CXVII. & CXVIII. In quibus simul descripta hostium in se exercita barbaries, quæ profligatissimarum Gentium excederet τὸ ἀνοδοῦν, ἢ ἀδύνατον, ἢ μωρικόν, ἢ ἐπιβροχίον, ἀλογον ἰμπυδαντιαν, ἰνσάνοσque furoras; simul editum exemplum admirandæ fidei, & spei, & gaudii mediis in certaminibus, intuitu Providentiæ omnia impervestigabili quodam modo, ordineque sapientissimo, librantis ac dirigentis. V. Secundò, supponitur parâ fiducia, quod saltem apud æquos rerum arbitros obscurum dubiumque manebit, videlicet nusquam injecisse mentionem Photium Papæ nuper sceminæ. Nec evincunt satis, seu hodierna Photii scripta, quoniam sunt ab interitu vindicata, seu quæ ex Vaticanis scriptis, aliisve Romæ asservatis, proferuntur. Plurima enim quæ ex locuplete gazâ Viri tanti prodire, speciatim contra Latinos, aut periisse omnino; aut inaccessis oculis esse recondita, invidenda publicæ luci, aut pro ingenio Latinorum fuisse interpolata, nulli Docto obicirum esse potest. Scripsisse enim Photium benè multa & acerbissima, in Nicolaum, in Romanam sedem, in errores atque innovationes Latinorum, certè testatus est Anastasius, in Vitâ Hadriani II. Synodus Romana contra Photium sub eodem Hadriano, inserta Actis Constantinopolitanæ Synodi Anno DCCCLXIX. Actione VII. dein Baronius in Annalibus, Latina tantum Photii professus, & ipse Leo Allatus, citatis ἀντιδοκτοῖς ejusdem Photii, ἡ ἢ παλαιὰς Ρώμης. Ubi verò scripta illa Photii conspiciuntur, si Encyclicam ad Patriarchales sedes Orientis excipias, quæ in editis Epistolis secunda est? Itaque quæ idem Photius contra Latinos de Processione Spiritus Sancti commentatus est, & inseruit Euthymius Zygabenus Panopliæ suæ Græcæ Libro XII. ea Franciscum Zinum consultò omisisse in Latinâ Versione, monuit jam olim DeSymb. Ufferius Armachanus. Qui jam judicium ferri de iis tuto possit, quæ aut siluerit Photius, aut obicerit Nicolao, quocum primò ei lis fuit, nulla autem cum Benedicto, aut Johanna, quicquid aliquando mentiantur? Sanè in editis à Richardo Montacutio Epistolis, nusquam apparent quas inscripsisse dicitur Nicolao I. ac rara ibi mentio est Romanæ Ecclesiæ, Paparum ferè nulla. Quas exhibet Baronius literas ad Nicolaum, ad Annum DCCCLXI. Latinæ tantùm apparent, & quales voluit Roma. Planè ut nonnisi ex versione Humberti Episcopi proferuntur literæ Michaëlis Cerularii Constantinopolit. & Leonis Achridiæ Archiepiscopi adversum Latinos, ad Johannem Tranensem, tempore Leonis IX. interversis aliis ejusdem Michaëlis ad Papam ipsum. Sic Acta Synodi Photiana, seu Photii volumen contra Nicolaum, igni adjudicasse Hadrianum II. in suâ Synodo, dein apud Græcos ulla, ut ea Acta penitus abolerentur, ut igni voranda: traderentur, nec superesset apud quemlibet ex iis omnibus soluta. nunc tota, docent Tomi Concil. Addunt col. 1093. simi-

Epist.

CXV.

P. 157.

Epist. III.

P. 66.

CXV.

P. 30.

Ad Ann.

861. 863.

P. 30.

Baron. ad

A. 1053.

N. XXII.

XXIII.

T. VIII.

col. 1093.

similiter de cæteris scripturis, quæ Viris jam nominatis Authoribus (Photio & Michaële) contra eandem Sedem tempore diverso sunt editæ, gerendum modis omnibus definimus. Confirmat Bibliothecarius in Vitâ Hadriani II. Photii librum in Nicolaum decreto Concilii Romani fuisse in rogum coniectum, ac igni penitus consumptum; ut & nefandissimi Conciliabuli profanata volumina, quibus contra sanctissimum Papam Nicolaum furrâ fauce latraverat, igni combusta. Adde ignominiosissimas in Romanam sedem Bardæ Patricii, ut & Michaëlis Imperatoris Epistolas, quas fuisse initio statim plenas injuriarum, convitiarum, & in Nicolaum ipsum, & in Romanam Ecclesiam, plenas omni pravitate & blasphemâ, diffundentes venena, testatur ipse Nicolaus in Epistola non unâ. Et Hadrianus successor Nicolai, in Allocutione ad Synodum Romanam de Photio conquestus: Putridi gurgitis guttur aperuit, & adversus ejusdem regni cælestis clavigeri Apostolicam sedem, & præcipuam ac summam dignitatem & potestatem, linguam suam more serpentis exaruit; vitam scilicet decessoris mei beata recordationis Papa Nicolai laceßere nullo modo metuens, nec nobis, qui ejus vix digni famuli, ut non dicam sequaces, existimus, parcere uticunque consentiens, sed utrosque maledictis impetere, quantum in se fuit, & blasphemis inficere verbis existimans, falsitatis prestigias fingere conatus; & nescio qua Pythonica est somnia vel argumenta, compilando procul dubio, commentatus. Cavet autem serio uterque Pontifex, & Nicolaus & Hadrianus, ne pudenda illa Romanæ Ecclesiæ objecta retegerent, consulto prætereunda, inquit ipse Blondellus, suppressis iis literis Michaëlis, & Photii, quibus eludendus impares se sentirent. Et quidni, ut ingenue Vir optimus, factum insinuarint Græci, quod factum negat Allatius, verbi gratiâ Joanna Papatum, stuprum, partum? Advertat Lector, & desinat Photii aut Græcorum hodierno silentio in hac causâ commoveri. Ac par ratio fuit hujusmodi scriptorum in defensionem Photii, & in accusationem Romanæ sedis, par fatum quod eorum scriptorum, quibus causam suam egerunt Iconomachi, sub Leone Isauo, & Constantino filio, ac deinceps. Nam abolita hæc in universum fuisse omnia sub Irène, tum sub Theodorâ viduâ, & deinceps, ne exceptis Actis Oecumenicæ sub Constantino Copronymo Synodi, mutilandis atque interpolandis pro arbitrio in Actis Synodi Tarasianæ, quæ vulgò Nicæna II. alibi monuimus, in Historiâ Imaginum Restitutâ. Et quis caveat, in iis scriptis quæ supersunt sub Photii nomine, & quibus pugnat Allatius, pro successione immediatâ Benedicti III. à morte Leonis IV. nihil Romæ immutatum, nihil suppressum, nihil interpolatum, vel etiam suppositum fuisse in istis nihil maximo Photio? Qui amabo Græci, in iis tenebris quibus immersus à tot seculis Oriens est, de mendacio Latinos arguant, contendente istud alicubi Allatio? Et quid non Romæ atq; vel in Monasteriis passim, & ubi Inquisitio viguit, in scripta ipsa tot Patrum antiquorum, in recentiora Anastasii, Mariani, Sigeberti, Martini Poloni, Ranulphi Cestriensis, Platinæ, Joh. Novisani, Messinæ Hispani, sexcenta alia, etiam in hac causâ, ut suo loco prolixè demonstratum, & infra pluribus, ubi de Vitis Anastasii? Quàm non stetit per ministros Aulae Papalis quominus superesset nihil, de totâ Henrici IV. Apologiâ, de Epistolis Friderici II. Imperatoris, de rescriptis Ludovici Bavari contra Johannem XXII. de Actis tot Conciliorum, seu in Oriente, seu in Occidente, quæ fuissent Papis adversa, aut Romæ invisa? Ubique spongiæ, pumices, obeli, styli censorii, novaculæ expurgatoriæ, gladii Dictatorii. Etiam lege latâ, undè tot Indices Expurgatorii, tot Decreta Romæ lata, etiam à Tridentinis, pro corrigendis,

expurgandis, delendis, &c. quæ præsertim Pontificum, & Ecclesiasticorum fama detraherent. Rectissime Vir magnus, in Indicem Librorum Prohibitorum: Fraudulentis rabulis non absimiles, qui è succulis controversæ exenteratis causæ firmamenta auferunt. Itâ quid ex adverso non aula est Roma per fraudem supponere, piam semper, quoties in rem suam? Nec rei exempla propè infinita, passim in specimine nostro Historiæ Ecclesiæ capiunt hæc paginæ, Doctis omnibus exploratissima. Quo factum ut æstimaturi Romæ Græcorum ingenium de suo, usurique specie retorsionis Baronius, Bellarminus, Binius, Pighius, Allatius, Labbeus, editores Conciliorum, impias id genus fraudes Græcis impropèraverint, solâ affirmandi fiducia: Græcos esse generaliter corruptores Synodorum, in Sexta Synodi Actis (in quâ damnatus est Honorius Papa) quamplurima desiderari, complura in iis addita, detrançata; Synodi octavæ Photianæ (in quâ is restitutus fuit assentiente Johanne) Acta esse à Photio ipso conficta, commentitia, falsata; pariter & Synodos priores contra Nicolaum, & Ignatium, nunquàm fuisse celebratas, sed planè confictas &c. & si quid his gravius est perfidiæ Photii accusandæ. Eat nunc Allatius, & quæ sub Photii nomine hodiè extant, dicat intemerata; aut ex Photianis hodiernis securè inferat, ignorasse Johannam Photianum seculum!

VI. Denique minimè stringunt, quæ urget ex Photii ἀνεκδότοις Græculus Leo; nempe semel iterumque Leoni IV. subungi Benedictum III. ut successorum, tacitâ Johannâ intermediâ. Nam immediatam successionem minimè innuunt verba Photii, ut nec illa tot Chronographorum, qui Benedictum III. memorant post Leonem, quod Johanna non numeraretur, etsi ea fuisset. Nempè expuncto Romæ Johannæ nomine, & irritâ fœminæ successione ipso jure. Quâ de re jam in superioribus non semel. Recensentur etgò Papæ, qualiter æstimabatur Romæ eorum successio, & recensentur iis locis ubi planè aliud quàm de Papatum successione ageretur. Ac planum est non censerî potuisse fœminam in ordine Papatum, quæ fuisset per errorem electa. Nihil id ad causam Photii, quæ post Johannam demùm emerit, haud molestam hinc Græcis. Sed quis cavebit rursùm, Photii verbis aut textui nullam vim esse illatam? nullum indè Johannem VIII. expunctum? Equidem MSS. Codices citat Allatius, uti passim in Opere de Perpetuâ Consensione, nobis inaccessos, atque indè quæ vult excerpit, & qualia Romæ probarentur. Noverat autem legem ab Eulogio Alexandrino scriptam, apud Photium Codice CCXXV: Μη δὲν ἐν μέρεσιν τῶν συγγραμμάτων κείναι. Μηδὲ διασπαρῆσθαι τινὰ λαμβάνοντες, διὰ τῶν τῶν ὅλων τῶν γραφῶν ἐν διαβάλλειν διανοίαν. Non oportere scripta disjudicare ex parte, neque fragmenta quadam sumendo, ex his de totâ scriptoris mente judicium ferre. Itâ nec illorum esse qui veritatis studio certant, μὲρ ἢ μὴ διασπῶσαν, partem quidem silere, μὲρ ἢ διασπῶσαν, partem verò arripientes proferre. Nec sine causâ Stapletonus, in Authorum Ecclesiasticorum Defensione: Authores, qui graviter & cum judicio citantur, ut minimum excusi esse debent, & hujusmodi qui in omnium manibus versentur; certè qui omnibus pateant, cum primis in controversiis facti.

VII. Num validius præsidium sit Leoni Allatio in cæteris Græcorum monumentis, seu hujus seu proximæ ætatis, expendendum superest. Principio, exploratum est istorum quosdam, odio Photii Constantinopolitani, quo tempore de ejus Patriarchatu, deque indictis in ejus causâ Synodis, fervebat controversia, palàm cum Nicolao, Hadriano, Johanne, & secutis Romæ Pontificibus, conspirasse, patrocinatos causæ Latinorum, & Ignatio se-

P. 128. 229. Ed. Reg.

Epist. VIII. ad Michaël. LXX. ad Hincmar. T. VIII. Concil. Act. VII. col. 1088.

Anacr. P. 39.

Secl. IV.

P. 759.

L. III. C. XIX. Sect. 13.

mi-viro, eodēque de Photio multa strenuè esse calumniatos. Non isti ergò qui, in horum Pontificum aut Romanæ Ecclesiæ contumeliam, Johannam fœminam cum probro memorarent, quæ vivere desiisset antè belli Photiani exordia. Undè Benedicti solius apud istos mentio post Leonem, nec tamen, quod Allatius de suo apponit, tanquam *immediati* successoris. Inter eos fuit *Metrophanes Smyrnaeus*, qui sedit in Synodo Anti-Photianâ Anno DCCCLXIX. laudibus tollendus Nicolao Papæ Epistolâ VIII. uti vicissim Nicolaus & Hadrianus efferendi in Metrophanis Epistolâ, insertâ Actis Synodi Constantinopolitanæ quam solam Romanæ Oecumenicam & Octavam appellant. Hinc & ipsi Baronio ad Annum DCCCLXX. efferendus Metrophanes ut *vir insigni Orthodoxiâ spectatus*, multis quoque prædicandus Leoni Allatio, Matth. Radero, & similibus fervire doctis. Jungendus est *Syilianus Neo-Casariensis* in Euphratesiâ Episcopus, membrum pariter Synodi adversus Photium coactæ, postea & cum Stephano IV. Papâ conspiraturus, ex vulgatis ejus ad Stephanum Epistolis; dein & cum Johanne IX. in cujus Epistolâ commendatur apud ipsum Baronium, ad Annum DCCCXV. N. X. tanquam *qui nunquam à matre suâ S. Catholicâ & Apostolicâ Ecclesiâ Romanâ declinare voluisset*. Adi Baronium, & Conciliorum Tomum VIII. Editionis novissimæ. Atque hos cum Romanâ sede in Photium conjuratos, idque pro Patriarchâ Eunucho, quales aliquando *fœminis* dixit Roma, mirum Davidem quoque Blondellum iis accensere *qui adversus Johannam stare videntur*, quia scilicet his silentio transmissam. Nec aliud de *Nicetâ Davide Paphlagonæ* judicium esse debet, quem objectat etiam Allatius. Nam & hic juratus Photii adversarius fuit, Ignatii semi-fœminæ adorator, in cujus *Vitâ* à se scriptâ, inserendâ Conciliorum Tomis, adulatur fœdè Nicolao & Hadriano, idemque Baronio *scriptor fidelis & verax*. Et hic Romanis Pontificem fœminam exprobasset? Aut ex Nicetâ petenda annorum ratio fuerit, qui fluxerint ab Anno I. Leonis, ad Annum I. Nicolai, scilicet *undecim* tantum anni, secludendæ Johannæ? Ac benè est hanc quam quærit elabendi viam Allatius præcludi ab ipso Blondello, negante ex calculo Nicetæ confici posse, nullam fuisse inter Leonem & Benedictum Johannam. *Hujus consequentia laqueus quo modo constringantur, qui ex XI. illis annis, partem Leoni, partem Joannæ, partem Benedicto decidendam autumant, non video. Quid enim (addit Vir ille) si octennium non expunxerit Leo, qua Mariani sententia est? Quid si, ex Urspergensis mente, eodem quo electus est anno decesserit Benedictus? Quid si, prout volebat Kramzins, anno secundo nondum expleto, in partu perierit Joannæ?*

VIII. Nec magis constringunt quæ profert Allatius ex *Breviario* Synodi VIII. tempore Formosi producto à Constantinopolitanis, in quo recensiti Pontifices *Leo, & Benedictus, & Nicolaus, qui Gregorium Syracusanum anathemate damnassent, à quo Photius fuisset consecratus; tum & novem Romani Pontifices, έννεα πρέσβεις τῶν Ρώμης*, qui Photium ipsum anathemate feriissent, videlicet à Leone Papâ usque ad Formosum, nullâ Johannâ memoratâ. Si autem *decurtatus fuisset numerus annorum & Pontificum*, addit Allatius, *Romani arguissent Græcos de mendacio, movissentque litem*. Silte paulisper gradum, mi Lector. I. *Breviarium* illud Synodi VIII. insertum Tomo VIII. Conciliorum, factum publici juris à Matthæo Radero acerbissimo Jesuitâ, ut & Græca alia ad hanc causam, meritò sunt suspectæ dubiæque fidei. Ad hoc enim unicè spectant, ut conficiant *Johannam octavam*, sive potius *nonum*, nunquam consensisse in Photii restitutionem, nunquam absolvisse Photium,

imò eundem mox diris omnibus devovisse, cum toto Oriente, statim à Synodo Constantinopolitanâ, in quâ præsentibus legatis Johannis, Paulo, Eugenio, & Petro, fuerat pax sancita inter utramque Ecclesiam. Quæ sanè ex nullis Johannis Epistolis, nullâ sub Johanne Synodo, nullove teste confirmantur, ante hæc sub Formoso Acta, qui *quintus* à Johanne isto fuit, & ante ea quæ addit ibi Stylianus inter necino odio persecutus Photium, de excommunicatione hoc Patriarchâ à XII. *Pontificibus*, numerandis à Nicolao I. ad *Johannem nonum*, vel potius decimum qui obierit Anno DCCC. Imò verò priorem illum Johannem, successorem Hadriani II. cum ante habitam Synodum consensisse *in unionem* cum Photio, jam in Oriente restituto, tum à Synodo *recepisse quæ acta fuerant pro causâ restitutionis Photii*, licet non quæ in causâ Bulgarorum, docent Epistolæ Johannis ad Græcos, CXCIX. CCL. & CCLII. insertæ Tomo IX. Concilior. Itâ *Breviarium* illud falsi arguitur à Johanne Vecco, Latinis quanquam addicte, in *Excerptis de Synodo VIII.* quæ vulgavit Beveregius, ex Opere *τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Εἰρήνης*, quod laudat Allatius *Libro II. de Perpetuâ Consensione Capite XV.* Adde quæ pro causâ Photii, & Synodo illâ Octavâ, tradunt Liber Synodicus, Hamartolus, Alexius Aristenus, Balsamon, Zonaras, Nilus Rhodius, Nilus Thessalonicensis, Symeon Thessalonicensis, Josephus Bryennius, Nilus Damyla, Macarius Ancyranus, Matthæus Blastarius, Anonymi plures, in quos passim invehitur Allatius ut *Schismaticos*, homines *infimi nominis, insanientes, stultos, mendaces, rerum ignaros &c.* Nec aliundè Johannes ille nonus, quem octavam vellent, dicendus fuit Baronio *semivir, fœmina, mollis, enervatus, destitutus omni virilitate*, quam ab initâ cum Photio concordia, & probatâ restitutione, quam illi nunc ut commentitiam explodunt. Sed hæc alterius disquisitionis sunt. II. Accedit, Appendicem illam ad Synodum VIII. seu *Breviarium* istud Allatianum, si genuinum est, conscriptum esse sub Leone VI. Imperatore, per quem ejectus Photius fuit; vulgatumque à perditis Photii hostibus, qui cum Papis & Româ conspirarunt. Dicat Allatius, de Perpetuâ consensione *Libro II. Exa. Photio Græci sententiam Romanorum Pontificum amplexuri, & ejus judicio sese submittentis, non ad proprias Synodos recurrunt, neque ad dignitatem Patriarchalem, & majestatem Imperatorie Urbis confugiant, sed ad Romani Pontificis auctoritatem.* Et ille ipse Stylianus est, sub Stephano & Formoso Photium infectatus, qui *Epist. ad Stephanum VI. laudandâ* Baronio, & Allatio, inferendâque Actis Synodi VIII. *Cum sciamus nos ab Apostolicâ Vestrâ sede regi & gubernari debere.* Atque hi Græculi memorassent in Papatum serie, per quos Photius excommunicatus, Johannem fœminam? Hi probrum illud Romanæ sedis xxxvi. post annis objecissent Formoso, sedenti ab Anno DCCCXI. aut si vis Stephano, vel cuicumque alii Pontifici? Et qui ordiuntur à fulminibus *Leonis IV. retulissent in Photii caput vibratum quoque anathema fuisse ab imbelli Fœminâ, id est ab impotenti brachio, ut rectè Blondellus, ceu P. 37. stramina,*

Quæ turbata volent rapidis ludibria ventis? Jactet nunc Stylianum suum Neocæsariensem Allatius, ut testem quo *sanctiorem nullum produxerit Cregh-tonus*, nempè venditum mancipatumque Romanæ sedi, & factioni in Photium conjuratæ! III. Falsissima asseruntur hoc *Breviario*, quale istud inter alia; Photium per *annos quadraginta quinque*, à Leone IV. usque ad Formosum I. *palam anathemate devinctum fuisse.* Atqui causa Photii emerfit demùm sub initia Nicolai I. vel ex hujus Epistolis, certè non antè initia A. DCCCLIX. neque is vel à Leone IV. vel à Johanne VII. vel à Benedicto III. unquam percussus ana-

Col.
1385.
1397.
1409.

Allat.
Confut.
Fab.
N. XVIII.
Anacr.
P. 34-35.

C. VII.
N. II.

T. VIII.
Concil.
col. 1406.

Allat. de
Syn. Oâ.
P. 51.

Col. 1421.

anathemate fuit. Unde & præfatus Stylianus, Vir laudatissimus Allatio, quia Papalis & Ignatianæ factionis, retulit Photium damnatum à XII. Pontificibus, incipiendo à Nicolao, & desinendo in Johanne IX. qui verius *decimus* appellandus fuit, sextus à Formolo. IV. Ridet Allatium pro suo jure Blondellus, ita ratiocinantem: *Photius fuit excommunicatus à IX. œσέδρος & Ρώμος seu IX. Romanis Pontificibus, Leone, Benedicto, Nicolao, Hadriano, Joanne, Marino, Hadriano III. Stephano; Formoso: Ergo Joannes iste qui ponitur inter Leonem & Benedictum non fuit! Probè, inquit Vir magnus, inde conficitur Joannem œσέδρος non fuisse, seu non fuisse verum Pontificem: non sequetur tamen, eam planè non fuisse. Fuerit enim (ex hypothese) Papissa non Papa, œσέδρος larva, non œσέδρος. Rectè. Qualiter, qui Saulem inter Prophetas, ut visus est olim, non retulerit, nec Pseudo-Smerdem vel Magos inter Persarum Reges, uti non refert Canon Ptolemaicus, nec Constantianum II. inter Papas, ut non facit Baronius, nec v. g. hodiernum Principem Walliæ inter Liberos Jacobi II. aut legitimos Hæredes Anglicani Regni, ut non sit à summo Anglorum Senatu, non eò is inferet, ergò tales omninò non extitisse, non larvas saltem, quæ ita apparuerint. V. Cui non cachinnos moverit impotens animi Græculus? Si Græci, tempore Formosi, decourassent numerum Pontificum, omisso in honorem Latinorum Johanne VIII. foemina, qui reverà sedisset Romæ; Romani arguissent Græcos ipsos de mendaciis, morà lito. Nempe Latini, aut ipse Formosus Pontifex, expostulassent cum Græcis, quod prospicientes honori Romanæ sedis infandam Meretricem, sempiternâ oblivione sepeliendam, publico in Breviario tacuissent? Ac revocassent Romæ in memoriam Græcorum, idque in facie totius Orbis, rem adeò pudendam atque ignominiosam, cessuramque in æternum dedecus Papalis sedis? Ex simbriâ vestimentum, ex datis speciminibus reliqua censeo.*

IX. Pergit Leo in citandis scriptoribus Græcis, iisque incerti & nominis & temporis, quorum scopus fuerit, ut odium in Latinos dicendò excitarent, infamiam Romana Ecclesia malignè inurerent omnibus modis; homines sceleratissimi, acuti sane, qui dum illa scriberent, ut verisimile est, examinaverant omnia, conquisiverantque diligentissimè. Hi tamen Autopes, inquit ille, tantum nefas dedecusque Romanæ Ecclesiæ silentio prætereunt, nusquam in autoribus quos legerant talis fabula fuit, nec alium quàm *Benedictum Leoni* successisse tradunt. Hæc declamationis Allatianæ summa est. Primò autem magnoperè intererat cognovisse, qui illi scriptores fuerint, quando & ubi scripserint, & quo fundamento censeat Allatius illos examinasse omnia, conquisivisseque diligentissimè. Si enim, ut alicubi non diffretur, æquales illi aut verius posteriores *Mariano Scoto*, quales fuerunt plerique *Δελφομάσιγες*, à tempore Michaëlis Cerularii, alterutrum necesse est; vel non conquisivisse omnia diligentissimè quæ in Occidente de Paparum successione à Monachis ipsis traderentur, in specie de Papâ muliere, post Leonem IV. vel non eò collimasse eorum scripta, ut infamiam inurerent Romana Ecclesiæ omnibus modis. Igitur garrit Græculus Leo, intorquetque tela cæco impetu, & incerto jactu. Deindè ignarissimos fuisse historiæ Papalis plurimos, nec aliter edoctos de Paparum successione, quàm ut ab Apocrifanis vel emissariis Romanæ Curia acceperant, res ipsa docet. Vidimus antè ignorantiam Batricidis Alexandrini, ingenuè fassi in Annalibus, obscuros sibi esse Romanos Pontifices post *Agabium* vel *Agathonem*. Sic Nicephorus ipse Hist. Ecclesiast. Libro XVII. inducit falso *Agathonem*, ut *Agapeti* in

I Sam. x.
II. XIX.
24-

Allar.
Conf.
Fab.
N. XXVI.
XVII.
&c.

T. II.
P. 745.

Tom. II.

alteri Synodo *τοπιχῆ* in Urbe Constantinopolitanâ. Atqui Agapeto successit Sylverius, huic Vigilius &c. Sic Græculorum prior, quos citat Allatius, inter Sergium & Leonem IV. inferit quoque *Pelagium*, nisi Sergium binominem facit, *Σέργιος ὁ ἡ Πελάγιος*, quod Latinorum nemo. Alter Photium à Leone IV. anathematizatum refert; qui tamen Leo triennio & ultra excesserit ante Photium Constantinopolitanæ sedi admodum. Præterea eos Papas recentem quibus res cum Græcis fuit, in causâ *Gregorii Syracusani* primò, qui Ignatio Patriarchæ ejusque promotioni acerrimè resisterat, mox deponendus ab Ignatio; dein in causâ *de Spiritu Sancto*, deque additione ad *Symbolum* à Latinis factâ; tandem in causâ *Photii* post annum MCCCLVIII. Johannâ dudum sublata. Implicitos fuisse prioribus litigiis ferunt hi sanè *Leonem*, & *Benedictum*, hinc successivè utrumque memorant. Quanquam disertè Nicolaus Episc. IX. ad Michaëlem, neget *Leonem* vel *Benedictum* decessores suos cognovisse de causâ Ignatii & Gregorii Syracusani, aut *hanc tyrannidem* utriusque esse. Potuit verò ita sedisse intermedius Johannes VIII. qui post foemina apparuit, ut domi curaverit res suas, non implicitus Orientalium rebus, aut certe relictorus hæc eo loco quo reliquerat Leo, morte videlicet præventus, nec diu seclurus. Planè ut Allatius de Leone Johannis VIII. decessore: *Leo rem differt, donec De Syri. Oct. p. 259.* partem alteram audiat, & interea Leone decedente, res ad successorem deferatur; qui Successor pari dilatione usus est, cognituro primùm de his Græcorum diffidiis Nicolao. Tandem, quod minimè tacendum est, prodeunt plerique hi Græci, successione Papales testes, è Vaticanis Romanisque scriniis, unde proferunt præcipuè Baronius, Raderus, Allatius. Quæ autem fide Roma pridem versata sit, verseturque hodie, in tractandis id genus MSS. & quid non permittent sibi Censores, Expurgatores, præfides Sacræ Inquisitionis, monitum aliàs. Certè quod jus in alios statuant idem ut ipsi experiantur jubet ratio æquitatis. Si verò audis Allatium, ne Baronium nunc dicam, Binium, Raderum, Labbeum, similes, quicquid pro Photianis Synodis, pro ejus Patriarchatu, restitutione, assensu Johannis Papæ, damnatione prioris Synodi sub Hadriano, & quæ id genus plura sunt, è *Monumentis Græcis* jam olim excerptum est, hæc omnia à *Photio & Photianis*, vel *Schismaticis*, fuere conficta; sunt ea planè *composita, falsata, deturcata*; & quæ plures accusationes perfidiæ Græcorum. Richerius, doctor Sorbonicus, Hist. Concilior. Parte ult. p. 253. ubi de Actis Tridentinis, à Papâ expurgati; Ex quo patet, *Curia Romana propositum esse delere omnia, atque suppressere Acta quæ jure suis usurpatis adversantur*. Ex hinc etiam fit ut multa Apocrypha pro veris legantur, etiam in antiquis Conciliis. Quin in hac ipsâ de Johannâ causâ, Allatius Confutationis Paragr. VIII. agens de Martini Codicibus: *Ex quo manifestum est Chronica quæ sub Martini nomine, vel typis vel scripto circumferuntur, ab integritate sua gradu, utinam non malevolentia, deturbata fuisse. Unusquisque enim quæ esse digna memoriâ judicabat addidit, erasitque (nota) quæ sibi indigna lectu videbantur*. Ità quàm facile fuit mancipis Romanæ sedis eradere nomen *Johannis*, inter *Leonem & Benedictum*, sicubi occurrit seu in nominatis, seu in Anonymis Græcæ Ecclesiæ scriptoribus? Utinam profectò liceret referare scrinia Vaticana, excutere loculos, aut percurrere Bibliothecas, Mediceam, Barberinam, Altempianam, Venetam, Viennensem, Bavaricam, Parisiacam Christianissimi Regis, aliasque! In quibus sanè conduntur *ἀνέκδοτα* Græcorum plurima contra Latinos, contra Usurpationes Papales, contra Joh. Veccum & socios, contra Unionis & Concordiæ cum Papis molimina! Et adeò verum est, non è *Latinorum* modo Chronicis, qualia sunt.

Sf Ma.

Mariani, Sigeberti, Ottonis Frisingensis, Martini Poloni, Platinae ipsius, *erasam* fuisse Johannam, sed etiam è *Græcorum* scriptis, ut sufficiat malæ fidei circa ista arguendæ Laonicus Chalcocondylas, quantumvis recentior Historicus, relaturus prolixè de Muliere in Pontificatum subvertâ, Historiæ suæ Libro vi. Nam objiciente Ræmundo, fuisse restitutum hunc Chalcocondyla textum à Francico Varrone Blasio Vigenario, & quidem ex Domini Santandreami MS. respondet ingenuè Blondellus, in observatis ad Ræmundianam de Johannâ tractationem: Imò Blasius Vigenarius textum Chalcocondyla corruptis, siquidem sciens prudens quæ in Græco exemplari displicebant vertendo refecit. En fidem Varronis illius Francici, in tractando Græciæ recentioris monumento, quo Johanna expressius traderetur! Quid non auctori Romæ ministri Papalis Curiae, Censores, Expurgatores, Jesuitæ, apostatae Græculi, serva id genus ingenia, & infidæ manus? Et quis deinceps revocet in dubium eam licentiam quâ grassati sunt in scripta Photii, in Acta Synodalia, in chartas causæ vel personis Pontificum adversas?

X. De cavillo *Michaëlis* III. filii Theodoræ, ludis ac vino dediti, *Mibi Theophilum*, (Protospatharius & Hiltrio) *Cæsari Bardæ Phosius*, *Christiana Ignatius factus est Patriarcha*, quod ipse cavillatur Allatius, nempe fuisse additurum hunc Michaëlem, *Romanus Pontifex est Johanna*, si qua tum temporis sedisset in throno Petri, planè prodit ingenium hominis Chii, an Cretenlis. Qui nempe quocunque modo imponat, si tantum Romæ placuerit, nihil profanum ducit,

datus ipse, nefasque

Hac mercede placent.

Supponit primò, quæ sunt historicè falsa, alia certè dubia. Dubium nempe cavillum illud ipsum, quod unus habet Nicetas David, nihil non commentus in odium Photii & Michaëlis. Dubium quoque est, Michaëlem relegasse Theodoram Matrem circa initia Pontificatus *Benedicti*, ut vult Allatius; quum relegaverit Matrem & Sorores ante Papatum *Benedicti*, ut liquebit infra, nempe A. dccc. lv. sedente veriùs Johanne viii. Falsum quoque *Bardam* jam *Cæsarem* salutatum fuisse eo tempore; qui *Cæsar* demùm appellatus ab Anno dccc. lxx. si non seriùs, quando federet Romæ Nicolaus. Falsum denique, quod & vidit Blondellus, arguens *palam* ἀβλεψίαν pudendamque ἀνισορροσίαν Allatii, quo tempore Michaël sibi *Theophilum* elegerat, ex scurrarum mimorumque choro, potuisse objicere Romanis *Johannam* *fæminam*, ut Bardæ Cæsari suum Patriarcham *Phosium*. Nec enim Johanna adhucdum Viri larvam deposuerat, nondùm *Fœmina*, sedens adhuc illo tempore in throno Petri, ut ait Allatius, vel *insultans* *imic* temporis Romanorum *patientia*, ut Blondellus; nec Photius jam tùm Patriarcha fuit, qui talis demùm evasit expirante Anno dccc. lxxviii, Johannâ dudùm sublatâ. Ità neque Michaël Imperator eo tempore in Romanos jam exacerbatus legitur, ut sævo cum joco exprobraret illis Papam *fæminam*. Deindè, quis non videat, illo Michaëlis inter suos scommate, respexisse ad statum domesticum, ad id quod in Aulâ Constantinopolitanâ tùm ageretur, prout salibus inter suos delectantur Principes, dulcibusque cachinnis? Et quid ille Romanum Pontificem, aut Romanam sedem, res suas sibi habentem, nondùm imperantem fastuosè Michaëli, aut interminantem anathemata, imò implorandam mox in auxilium remediumque Constantinopolitani Schismatis missis Legatis ad Nicolaum, quid eam sedem is Imperator familiari dicitio pupugisset?

XI. Nihilo felicius abutuntur Ræmundus, Belarminus, Allatius, cæterique, silentio ex. gr. *Georgii Cedreni*, aut *Johannis Scylitza*, in Compendio Hi-

storico, *Job. Zonara* in Annalibus, dein *Niceta Choniata*, *Georgii Acropolitæ*, *Nicephori Gregoræ*, celeberrimorum in Byzantinis Historicis. Qui modò Cedreni Epitomen aut Zonaræ Commentarios legerit ad hæc tempora, quibus sub Theodorâ matre primò, mox sub nutu Bardæ avunculi, imperavit Michaël, & post Michaëlem Basilius Macedo, cognosceret protinùs res Romanorum Pontificum, aut Paparum successionem, vel Astitata Romana, etiam in causâ Photii & Ignatii, de quibus Nicetas Paphalogo, & Allatiani testes, ne attingi iis Historicis quidem. Intenti illi rebus Orientis, quarum dependentiam à Romanâ sede ignorant, summam consignandis, ut solent qui in Oriente scripserunt. Dixerit Blondellus, castigaturus Ræmundum, in postremâ parte suæ *Anacrisis*: *Zonaram Joannæ mentionem nullam habere mirum non est. Siquidem paucissimorum Pontificum nomina brevissimè suis Annalibus inseruit.* Idem de Cedreno judicium est, deque Johanne Scylitza Curopalata, quorum alter alterum descripsit. Nicetas vero *Acominatus*, *Georgius Acropolita*, *Nicephorus Gregoras*, eas res demùm suis Historiis complexi sunt in quibus Scriptores se priores defecerant. Nicetas quidem orsus ab Anno mxxviii. seu ab obitu Alexii Comneni, in quem defixit Zonaras, reliqui duo ab Anno mcccii. vel mcccv. seu à captâ a Latinis Constantinopoli, & à Theodoro Laicari Nicetæ regnante, post Alexios defectos. Nullus igitur in Commentariis terum Seculi xii. xiii. xiv. *Johanna* locus esse potuit, quæ fuisset Seculi *viii.* Uti nec in scriptis historicis seu *Nicephori Bryennii*, orsi ab Isaacio Comneno, ultra medium Seculum xi. seu *Anna Comnena Bryennii* conjugis, quæ res Alexii Patriæ *Alexiades* suæ Libris pericuta est.

XII. Ast verò modum omnem excedit impudentiæ idem Allatius, dum persuadere nititur, nullum in Scriptoribus Græcis *fabella* hujus fecisse mentionem, eorumque *silentium* *gravisimum* ac *firmisimum* esse argumentum, *talem* *fæminam* in sede Pontificiâ nunquam *sedisse*. Quinimò urget silentium ipsius *Barlaami Monachi*, qui multis scriptis editis Romanam Ecclesiam deprimeri conatus est, scribentis tamen in Dialogo quodam contra Latinos, ubi de Summorum Pontificum successione, *Benedictum* post *Leonem* *Ecclesia* *præfuisse*. Quæ ipse multis exaggerat. Equidem fateor paucos ad nos pervenisse è Græciâ scriptores, qui Papam *fæminam* tradiderint. Vix tamen mihi persuadeo, vel *Barlaamum* illum ipsum Monachum, cujus silentium mendacissimè causatur Græculus, vel *Laonicum Chalcocondylam*, de quo jam in superioribus, primos fuisse in Oriente qui rem tot Latinorum scriptis jam à Seculo xi. vulgatam, firmatamque longâ traditione, nec tacendam in ipsis Hebræorum Chronicis, testatissimam adeò multis Orientalium, atque appositissimam successionis Papalis Idolo subvertendo, chartis suis memoraverint. Et hinc justa nascitur suspicio, vel abolitòs esse, vel in loculis sepultis rei testes ex Græcis alios, vel certè passos esse manus adulteras atque infidas, familiari Expurgatoribus stupro, Romæ pridem in hos fines constitutis. Nam Laonicus Chalcocondylas Atheniensis, scriptor Græcus Historiæ Turcicæ, descripturus Libro vi. rationem eligendi Romani Pontificis, non dicit modò *constare*, scilicet Orbi toti, præscriptione non unius Seculi, *Mulierem* *quandam* in Pontificatum *fuisse* *subvertam*, sic Interpretes in Edit. Regiâ, sed etiam eâ occasione describit ritum Consecrationis Papalis, de quo fusè supra: nempe morem imponendi novum Pontificem *ἢν σὺμπροσῶπιον ἑχοντὸν* *sedili* *foramen* *habenti*, explorando in eâ sede virili sexu, quod multis iste Historicus & emphaticis admodum vocibus narrando commemorat. Et quicquid

Flo-

Florimondus nugatus sit, nihil hic in Laonici contextum illatum esse, sed in omnibus Codd. MSS. Græcis eadem legi quæ in editis, Gretserus quantumvis iniquissimus alias agnovit. Sed jam de Barlaamo, Papæ Fœminæ teste, pluribus dicendum est, qui Laonico anterior fuit.

C. XIV.

XIII. Is fanè Monachus, non obscuri in Oriente nominis, in Libro contra Papæ Principatum, Salmasii curâ secundò edito ad calcem Operis de Primatu, supposuit Papam fœminam, ut suo ævo minimè ambiguum, ut extra dubitationis aleam positam, ut οἰκσιότερον ἀδείγμα exemplum familiare, quod in medium proferret, ἢ ἀπολαύσειν ἢ γυναικὶ φρονίμῳ Πάπα, de imprudicâ illâ mulierculâ qua fuit Papa. Ratiocinium Barlaami est, in prudentibus neminem diciturum esse, quod illa non existerit, quoniam nulla ante eam mulierculam fœmina Papa fuisse cognoscitur. Quod verò Allatius suspicatur, scripsisse Barlaamum ἢ λεγομένη Πάπα, qua dicitur Papa, seu verè seu falso, ex quo amanuenses literarum similitudine decepti fecerint ἢ φρονίμῳ Πάπα, qua fuit Papa, non precarium modò est, sed etiam planè adversum intento Barlaami. Ita enim vim addidisset isti illationi, saltem Papam fœminam nunquam existisse, ut quæ res esset portentosa nimis, & sine exemplo, quicquid fuisse ab aliquibus diceretur. Igitur ad duo alia confugit Allatius: Primo, inimico testi non credendum, nec testimonium improbum admitti; secundò, discedere à se ipso Barlaamum, qui videatur nonnullis esse auctor Græci cujusdam Dialogi, in quo Θεόδωρος Βενέδικτος divinus Benedictus dicitur ἀρχιερατικῶς μετὰ τὸ ἀγιώτατον Πάπαν Διονύσιον summo Sacerdotio profuisse post sanctissimum Leonem. Primum effugium causæ omnis quam aliàs agit Allatius jugulum petit. Vix enim ille seu adversus Photium, & Photianos, seu adversus Leonem Haurum, Constantinum Copronymum, Leonem Armenum, Theophilum, Michaëlem III. Basilium Macedonem &c. tum in causis Gregorii Syracusani, Sisinnii Patr. Mich. Cerularii, Gregorii Palamæ, Adversariorum Vecci, Marci Ephesii, Cyrilli Lucaris, & communiter in causâ omnium Latinorum aut Latinizantium cum genuinis Græcis quos Schismaticos vocat, vix (inquam) validiores testes profert quàm hostes juratos atque improbos, homines ἀληθίνοισιν, testes in rem suam, & qui in adversus castris militarent. Legantur quæ is de Orientalium Confensione, & ejusdem alia, de Synodo Photianâ, de Historiâ Syropuli, & quæ plura iste adversus Creyghthonem vel Hottingerum. Deindè nihil hic Barlaamus de Papâ fœminâ, quod non centuriæ Domelticorum tertium, qui etiam Romæ, in Italiâ, Germaniâ, Galliâ, Britanniâ Papali, propriæ turpitudinis testes Papam mulierem Chronicis, Historiis, scriptis aliis tradiderunt. Alterum, de nostro Barlaamo auctore scilicet nescio cujus Dialogi Anonymi, in quo Benedictum Leoni immediatè suffecerit, nititur solâ affirmandi libidine, quæ frons Allatiana est: *Auctorem hunc (ait iste) quisquis ille fuerit, quidam Barlaamum esse putant, & ego facile mihi persuadeo; nam quæ hic habentur in aliis Barlaami scriptis deprehenduntur.* Quàm apodicticè, ad faciendam dictis fidem! Præterquàm quod scriptor ille Anonymus agit de decretis factisve Leonis, & Benedicti, in causâ Symboli & Fidei, Johannâ fanè nec memoratâ, ut quæ nihil innovasset à Leone suo decessore, neque etiam negatâ.

Confut. Fab. N. XII. & seq.

XIV. Aliud igitur præsidium adversus hunc Barlaamum, elevando ejus testimonio de Papâ Fœminâ, enervandis iis quæ de Primatu Papa commentatus est, & arguendæ hominis levitati dum stringeret in Latinos calamum repererunt Jac. Pontanus, qui Joh. Cantacuzeni Opus Historicum vertit, Jac. Gretserus qui Notas adjecit, ipse quoque

in Opere de Perpetuâ Confensione Allatius Libro II. nec alieno Davide Blondello in *Anacrisi* suâ. Videlicet, esse hunc ipsum Barlaamum eundem cum Barlaamo Calabro, qui postquàm turbasset res in Oriente, Seculo XIV. sub Andronico Juniore, & Johanne Cantacuzeno, simulato cum Græcis consensu, ablegandus etiam Concordiæ causâ ad Benedictum XII. postea ad suos in Italiam rediit, factus Hieracii seu Locrorum in Brutiis Episcopus, & indè exagiturus Græcos, assertâ pluribus scriptis causâ Romæ Pontificiæ. *Ter mutasse Religionem*, modò Catholicum, modò Schismaticum, habet Maimburgius in Historiâ, quam vocat, Schisma. L. V. p. 211. Parcent tamen illi Viri, quibus accessit nuper in Britannis Eruditissimus Continuator Historiæ Literariæ, in *Barlaamo*, si planè adducor ut credam diversissimos hos esse *Barlaamos*, nec *nugas agere* qui ita opinantur. Equidem Calaber ille vel Hieracensis Latinorum dogmatibus fuerat ab infantiâ innutritus; *Λατίνων ἤθεσι ἢ νόμοις ἐκτρέφεις*, ut disertè Cantacuzenus Historiæ Romanæ Libro II. & Nicephorus Gregoras Historiæ Romanæ Libro XI. ejus temporis testes. Hinc ex Italiâ in Orientem missus, conturbandis rebus Græcorum, post amotum Veccum & oppressam factionem Latinam, Thessalonicam primò dein Constantinopolim delatus est, sub Andronico Juniore. Ubi non nisi ex insidiis, assumptâ larvâ, simulasse se additum causæ Græcorum, testantur uno ore præfatus Cantacuzenus Imperator & Historicus, Philotheus Constantinopolitanus in suis contra Nicephorum Gregoram, citante ipso Pontano, Nicephorus Gregoras ubi is de Barlaamo, Jacobus Pontanus Jesuita Notis ad Cantacuzenum, Bzovius in Continuatione Annalium, ad Annum MCCCXXXI. & si qui plures sunt. Ita enim futurum esse præstiebat, ut eâ sub larva Ecclesiam Constantinopolitanam liberius reprehenderet, & mox in partes distraheret, captatâ occasione à Monachis montis Athos quos *Ἡσυχαστὰς Quietistas* dixere, & exagitatâ eorum sententiâ de *Lumine Thaborio* quod *in creatum asserent*. *Nec quietus* ipse ille Barlaamus Calaber, donec perfidiâ ejus detectâ, & sententiâ in eum latâ, in Italiam confugeret, depositurus personam, hinc creandus in præmium Hieracii, ut dictum modò, Episcopus. Huic jam Barlaamo Latina scripta & Epistolæ aliquot tribuuntur, inferendæ à Bzovio quàm diligentissimè suis Annalibus, quibus nempè quàm acerrimè defensus fuit *Primatum Papæ, Unionem cum Romanâ Ecclesiâ, Processionem Spiritûs Sancti ex Filio*, eamque *ex Scripturâ & Patribus* utriusque Ecclesiæ, prolixè demonstrandam. Nunc esse postremum eum scriptorem Latinum hominem, seu vero seu per fraudem assumpto nomine *Barlaami*, planè alium à priori verè Græco, qui modò processionem Spiritûs Sancti *ex solo Patre*, memorante Allatio, multis scriptis asseruit, modò *Primatum Papæ* invictis argumentis Græcè oppugnavit, nec uno scripto, omnia evincunt. Quod nec ipse diffiteri ausus est Abr. Bzovius, suspicatus Barlaamum alterum, Latinos oppugnantem, fuisse *impostorem Græcum*. Hinc Claud. Salmasius, Præfatione suâ ad Nilum & Barlaamum à se editos; *quis & undè fuerit Barlaamus, quando vixerit, quid præterea scripserit, juxta cum ignarissimis scio.* Neque tamen nescivit Vir summus quæ de Barlaamo Calabro, sub Andronico Juniore, & Cantacuzeno, prolixè adeò tradidissent Historici Byzantini. Itâ Barlaamus Græcus sua *ἢ Πάπα de Papâ* dicitur inscripsisse *Nicolao Archiepiscopo, πρὸς τὸν Ἀρχιεπίσκοπον Νικόλαον*, in excerptis Allatianis, qualis *ἐξ ὧν* dici solitus fuit Constantinopolitanus. Nullus autem *Nicolam* Patriarcha ætate Calabri alterius, benè Seculo XI. adultò, sub Alexio Comneno, quo

C. XXXI. p. Ed. 329. Reg. Ed. Basl. p. 252.

Loco cit. L. XII. L. XI. C. de Barl. ad L. XI. C. xi. p. 925. &c.

T. XIV. ad U. A. 1330. 1331. 1332. 1333. 1339.

De Perp. Conf. L. II. C. XVII. col. 825. 826. Ad An. 1331. N. XII.

tempore controversia recruduerat inter Latinos & Græcos, post facta & scripta Leonis IX. adversus Michaëlem Cerularium. Nisi fuerit *Nicolaus* hoc nomine III. qui sedit tempore Eugenii III. ante medium Seculum XIII. ex Chronologiâ Marq. Freheri. Neque profectò Barlaamus Italus, proditor atque exagitator Græcorum, cujus fragmenta describit Bzovius, usquàm meminit scriptorum quæ in Latinos antea vulgasset, contra Primum Papæ, aut Processionem ex Filio. Non uspiam retractat damnatæ lucubrations suas priores, quæ plures fuissent & acerbissimæ in Romanam Ecclesiam, ejusque dogmata; prout Pius II. qui antè Æneas, & in Oriente Johannes Veccus, alique in Græculis, palam sua retractasse Romæ perhibentur. Quin si fecisset, Græcè factum oportuit, Joh. Vecci Patriarchæ, & aliorum *Λατινοφρόνων* exemplo, uti omnia sua in Latinos Græcè conscripserat Barlaamus Monachus. Sed neque Calaber ille vel Hieracensis retractavit usquam *ἡ γυναιξὶς ἡ ἀπομυθεύσα Πάπα* *Papa muliercula* illud probum, inter Græcos pridem disseminatum, & insertum uncialibus literis Libro nostri Barlaami Monachi. Quare in aperto esse putem, planè disparem fuisse hunc postremum, antiquiorem isto Hieracensi, & qui diu in Bibliothecis latuerit. Et quidni plures *Barlaami* fuerint, seu verè hoc nomine appellandi, seu assumpto eo ab aliquo impostore Latino, quo persuaderet rerum ignaris, respuisse Barlaamum Monachum, Latinis fortiter olim opponendum? Posterius factum aliàs fuisse notum est, assumptis per fraudem nominibus, & suppositis scriptis *Simeoni Metaphrasta*, *Germano Constantinopolitano*, *Johanni Vecco* vel *Becco*, *Gennadio Patriarchæ*, ac similibus, quæ ex Latinæ factionis hominum prodierunt officinâ. Prius verò, scilicet Synonymos scriptores, diversissimos quanquam, sexcenta firmant exempla, uti plures fuere in Græcis recentioribus *Symeones*, *Germani*, *Georgii*, *Nili*, *Anastasi*, *Pfelli*, *Gregorii*, sæpè nimis confundendi, quod alterius disquisitionis est. Hactenus de objecto & ad nauseam usque reponendo silentio *Photii*, & *Græcorum*, intutis iis deinceps, si quid judicamus, qui in Allatianam hanc Acropolim sese receperint.

CAPUT VIII.

BREVARIUM.

Ad Anastasii Bibliothecarii auctoritatem transitur. Præsidia omnia ex Anastasio recensita, præcipue Joh. Launoji. An Opus hodiernum, de Vitis Pontificum, sit Anastasii Abbatis, & R. E. Bibliothecarii. Auctoris negans sententia multis asserta, ac demonstrata. Onuphrianarum assertionum levitas. Codices Anastasii quam à se ipsis discrepantes. An in Vita Anastasii nulla olim Johanna mentio, inquiritur. Confessio non una Editorum. Fraus Moguntinensium in premeditata lectione Codicis Palat. MS. pluribus adstructa. Salmasii, & Gerb. Joh. Vossii, de Papâ Fæm. sententia. Codd. alii Anastasiani in quibus Vita Johanna Papæ. Exceptio de illatis in Anastasium verbis Martini Poloni. Considerationes Auctoris. Anastasii plerique Codd. inde à Vita Leonis IV. mutili. Argumentum fraudis; ab indoctis librariis emendanda ex Martino. Corrupti Anastasii plura & certa documenta. Speciatim in extremis Leonis, & designando initio Benedicti. I. Launoji de Anastasianis Codd. sententia. Scriptoris de Vitis Pontificum, in tacendis qua Roma invisa, aut Papis adversa, pessima fides exemplis adstructa. Unus ejusdem scopus quis fuerit? Mendacia Anastasii studio cause Pontificie enarrata. Bibliothecarii ingenium, servium, fides in causâ Photianâ.

Nunc de Anastasio Romanæ Ecclesiæ Bibliothecario, id est Cancellario, dicendum superest,

qui & Monachus & Abbas dici consuevit, etiam *πρεσβύτερος* apud Photium, vulgò scriptor Historiæ Epist. quæ de *Vitis Romanorum Pontificum* inscribitur. Flo-170. ruisse eum jam sub Leone IV. cui à secretis fuerit, & successuris aliquot Pontificibus, urgent precariò Adversarii Johannæ. Et quod habet Onuphrius, refer- Ad Plat. re ipsum Anastasium, se *creationibus Sergii II. Leonis* P. 126. IV. *Benedicti III. Nicolai I. Hadriani II. & Johannis VIII. imersuisse*, in Anastasio hocce minimè legimus. Parte III. Joh. Launojus verius, Epistolâ ad Michaëlem Mo- Ep. II. rollium, *floruisse Hadriano II. & Johanne VIII. Pontificibus*. P. 170. Petrus Lambecius, in Commentario de Bibl. Cæsareâ, *floruisse sub Papâ Nicolao I. Hadriano II. & L. II. Johanne VIII. Sanè Hadriano II. inscripsit Versionem* p. 277. Synodi Anti-Photianæ, vulgò *Ostava*, cujus extremis interfuit Anno DCCCLXIX. Constantinopolim eo Anno ablegatus ad Basilium Macedonem, à Ludovico II. Imperatore, in causâ nuptialis commercii, sic ille, procurandi inter Filium Imperatoris Basilii, & Ludovici Augusti Filiam. Addunt, hunc ipsum Anastasium, creationis Papalis non unius testem, interfuisse speciatim illi Benedicti III. mox ab excessu Leonis, ex verbis, *Missi quoque qui Imperatori nostrum decretum de benignissimi Electione Benedicti porrexerant*. Talem igitur esse qui nonnisi perspecta & animadversa literis mandaverit, nec in rebus hujus temporis memorandis *mala fides accusari possit*, ut idem Launojus in Epistolâ ad Carolum Mauricum Tel- Parte IV. lerium. Atque ex uno illo Anastasio Doctor hic Pa- p. 155. risinus, ne jam Onuphrium, Baronium, ac cæteros dicam, censet *mulieris Pontificatum fictum palam & in omnium oculis desigi*. I. Ex silentio hujus Bibliothecarii, qui inter Leonem IV. & Benedictum III. nullam Johannam descripserit, Auctor licet æqualis, sincerus, prior omnibus reliquis qui res Pontificum hujus ævi tradiderunt. Nam Tertulliani regulam, id esse verum, quod prius traditum, valere etiam plurimum in rebus facti, ubi *tuumdum est Historia Ecclesiastica caput*. II. Ex variis ejusdem Anastasii, vel in unâ *electionis Benedicti historia*, quæ Johannem VIII. id est Papam foeminam prorsus excludant.

II. Primum est, post subtractum hac luce Leonem IV. referente eo Historico, *tunc, mox, illicò*, electum promulgatumque fuisse *Benedictum III. mo consensu, unoque conamine*, vi tandem coactum suscipere Papatum, atque ita ad Lateranensè Patriarchium deducendum. Repetit in Vita Nicolai I. *Leone Papâ defuncto Benedictus mira beatitudinis Vir &c. Romana præponitur sedi*. Nec aliter Guilielmus Bibliothecarius, qui Vitas Anastasii profecutus est, in Vita Hadriani II. dein & Annales Bertiniani, Regino Prumiensis, Ado Viennensis, Rhemensis Hincmarus, scriptor Seculi IX. In specie autem Hincmarus Epist. xxvi. *Missos suos cum literis ad Leonem nuncios*, T. II. in viâ dum essent, intellexisse *de obitu Leonis Papæ*, p. 307. hinc tamen pergentes Romam, incidisse in *Donnum nomine & gratiâ Benedictum*, à quo Hincmarus privilegium quod petebat acceperit. Non igitur mortuo Leone electa est Mulier aliqua, quæ *Johanna* vocaretur, sexum mentita, & quæ *nullum in Romanâ Ecclesiâ gradum obineret*. Quod & mirè urgent Editores Moguntini in Epist. ad Marcum Velferum. Alterum est, Decretum de electo Pontifice Benedicto; illicò ab omnibus confectum roboratumque, quod ut consuetudo prisca poscebat, *invictissimis Lothario ac Ludovico destinaverunt Augustis*. Ubi verò, inquit Launojus, de electâ Antistite Johannâ decretum, ab universis obfirmatum, ad Imperatores Lotharium ac Ludovicum perferendum fuisse legitur? Ubi & quales illi Missi, qui decretum pertulerunt? Tertium ex Anastasio argumentum surgit, ex circumstantiâ *Lotharii adhuc Imperantis*, quo tempore electus est *Benedictus*. Constantissimam verò esse Histori-

itorum fidem, & ipsius Mariani Scoti, quod Lotharius, diviso inter Filios Imperio, in Prumiensi Cœnobio obierit Anno DCCCLV. qui *Mulieris primus fuerit*. Non igitur ea *Mulier* post Leonem IV. sedit annis II. mensibus V. diebus IV. vivente adhuc Lothario, ut opifices fabula sedisse volunt; ita Launoius. Unde quartum adversus Johannam præsidium: Videlicet si hæc sedit usque ad Annam Christi obtingensimum quinquagesimum sesqui-octavum, tum deseri non potuisse ad Lotharium Decretum de electo Benedicto, annis ferè post Lotharii excessum duobus. Quod tamen ad eum perlatum fuisse retulerit oculatus scriptor, & verum in electione Benedicti particeps. Denique, urget Launoius conflatum schisma, statim atque facta est Benedicti electio: nempe à nonnullis in Romanam Pontificem, antequam alter Pontifex eligeretur, optatum esse Anastasium Presbyterum, quem Leo IV. antea abdicatum excommunicasset. Quamquam post alterationes multas & graves Benedictus admittus fuerit, pulso Anastasio. Necessè ergò id factum fuerit confestim à morte Leonis, ut etiam habent Annales Bertiniani, post mortem jam dicti Leonis, ipse anathematizatus atque depositus Anastasius &c. Nisi quis sibi persuadeat, Anastasium, qui se injustè depositum excommunicatumque crederet, expectare voluisse, dum Leonis successor alius, Johannes seu Johannes fuerit, Pontificatu desinitus esset. Quod abhorre putant à veri specie, si modò Anastasius rerum suarum prudenter sategissè existimetur. Hæc summa argumentorum ex Anastasio præcipuè, nullis dissimulatis, quæ sola censuit Doctissimus Launoius, Parisiensis Theologus, ut alios taceam, sufficere Johannæ configendæ; minùs ille tribuens rationibus cæteris, quibus Onuphrius, Baronius, aliique Fœminam istam impetissent.

III. Principio autem supponi video plurima, quorum rursus alia esse ambiguae admodum fidei, alia notoriæ falsitatis, largientur opinor Viri omnes ingenui & perspicaces. Fertur sanè communiter ille Abbas Anastasius, qui Synodo Constantinopolitana, in Photium conjurata, præsens adfuit, auctor Historiæ de Vitis Pontificum. Quamquam Vossius noster, insigni errore, confundat cum Anastasio Presbytero, quem deposuit Leo IV. & postea etiam Hadrianus II. ut est in Collectione Romanâ Holstenii, vocetque ille *Presbyterum Cardinalis Titulo S. Marcelli*, ex usu posterioris Romæ à Seculo XI. Mihi verò nunquam persuasi, Vitas illas aut Damaso, priori sui parte, aut quoad posteriorem, comprehensis Vitis Benedicti III. Nicolai I. & Hadriani II. aut si vis etiam Johannis IX. Marini, Hadriani III. (desint istæ quamquam) Bibliothecario Anastasio esse tribuendas. Ac de falso inscripto nomine Damasi, quicquid fenserit Platina, Trithemius, Onuphrius, ex his alii, magna Eruditorum consensio est, & ipsius Phil. Labbei, ac Car. Annib. Fabrotti, post Moguntinos Præfat. in Anastasium. Rectè etiam Celeberr. Pearson de Success. primorum Romæ Pontificum Diff. I. C. XII. *Auctor Pontificis est Anonymus, & incerto Seculi VI. scriptor, ac fœtus primitivæ Ecclesiæ planè ignarus fuit. Undè pluribus & fœdis erroribus sciat &c.* Cur verò Anastasio Bibliothecario, qui sub Hadriano II. & Johanne IX. potissimum floruerit, abjudicem ego eas Vitas, certè cur ambiguus mihi sit Auctor, hæc me rationes movent. I. Quod nec Guil. Bibliothecarius qui censetur Continuator, nec Sigebertus in Chronico aut in Scriptoribus Ecclesiasticis, nec Trithemius ubi de iisdem Scriptoribus, nec Platina in Johanne IX. sub quo in præfatio fuisse Anastasium dicit, dum alias Versionum Scriptorumque hujus Anastasii cum laude meminerunt, ullam hujus Operis Anastasiani de Vitis Pontif. mentionem injece-
riat. Imò verò Platina in Præfatione, unam Da-

masum si exciperet, (qui sedit ab Anno CCCXLVII. nec scribere potuit nisi ad suam ætatem) alios omnes qui de Vitis Pontificum commentati, nullum ait florem orationis, nullam compositionem & elegantiam fœcos, non de industria ornatum fugientes, sed inscitiam & ignorantiam literarum. Quod in præfatum Anastasium R. E. Bibliothecarium minimè quadret. Unde de Auctore litigatum, aliis unum, aliis plures hujus Operis confarcinatores arbitratis, & inter eos Cæf. Baronio. In multis Codicibus simpliciter titulum, quamquam absurdè, Damasi de Gestis Pontificum. In Vita Gelasii II. qui Paschali II. successit, Pandolphus Pisanus affirmavit se ista scripsisse, ut habentur hodieque, quod de toto Opere intelligi posse usque ad sua tempora, alicubi in Notis Fabrotti. P. Lambecius ex præcariâ hypothesi absurdissimè, pace tanti Viri, tribuit primùm Notariis sedis Apostolicæ, ex S. Papa Clementis Institutione, deinde studio ejusdem Sedis paulatim fuisse conflatum Opus, à R. E. Tabulariis, seu Archivi Vaticani Præfectis, dum in Laterano habitarent Pontifices; continuaturo post tempora Ludovici Pii Anastasio Bibliothecario, & paridem styli barbarie. Certè abrogant huic Anastasio MSS. Codices, interpolati antè ætatem Anastasii, cui nos debere omnia que in eo Libro à veritate aliena sunt, falsò suspicatur David Blondellus. Equidem scriptos esse Codd. antequam natus esset Anastasius, vel antequam emerisset, puta tempore Caroli M. & Ludovici Pii, ut à Phil. Labbeo in Damaso, à Petro Lambecio, Commentariorum Libro II. Cap. VIII. & ab aliis observatum. Pearsonus validis argumentis probat, non ante finem Seculi VI. annis CLX. ab obitu Damasi, vixisse auctorem Libri Pontificum. Quem continuarunt postea usque ad Stephanum tertium, A. D. DCCCL. ut testantur Freherus, Labbeus, Henschenius. Quo factum, ut Codices nonnulli terminent Historiam in Paulo Papa, qui successit Anno DCCCLVII. qualiter Palatinus alter, testibus Moguntinis; sive pertingant tantum usque ad Papam Stephanum II. vel Stephanum III. qui Paulum antecessit, ut refert de Ambrasiano Codice P. Lambecius Tomo II. Commentariorum. Accedat Codex Pontificalis Damasi, ut inscribitur, ævi Carolini, membranaceus nec vitatus dentibus avi, inter MSS. Vossiana Num. 195. ex Bibl. S. Remigii, Vol. LXIX. qui omninò desinit cum Vita Stephani III. antè Paulum I. ut finis respondeat Pagina editionis Moguntinæ 127. Idemque Codex ab editis, indè à Petro Apostolo, ex datis speciminibus in nostra Collatione Chronologicâ, discrepans in quàm plurimis. Adèd ut non nisi paucissimorum Pontificum Vitas addere potuerit Anastasius, dum Codex Thuanus & tot alii terminantur in Leone IV. nec integro; dum Codex Freheri major desideravit Benedictum III. aliis cum Onuphrio usque ad Nicolaum I. produxisse Pontificum Vitas existimantibus; Baronius autem, sed quæ solet affirmandi fiducia, etiam Stephani VI. Papa res gestas conscripsisse Bibliothecarium, non semel statuit, scribentem ita sub Formoso, aut seriùs. Quod verò totum Opus recognitum fuisse ab Anastasio scripsere alii, non nisi quædam istorum conjectura est, ob appositum Codicibus Vaticanis, & si quibus aliis, nomen Anastasii. II. Accedit nusquam hujus sui Operis recordari Bibliothecarium, qui suarum Versionum suorumque Excerptorum alias meminit, uti in Epistola ad Joh. Diaconum quam Sirmondus edidit in Opusculis. Imò qui Honorii causam egit magno studio, ut ex ejus Collestanteis apparet quæ ad Hæresim Manichæitarum spectant, & à calumniatoribus iniquissimè damnatum eum Pontificem censuit, debuisset in Vita Honorii inseruisse mentionem aliquam natæ Hæreseos, ac falsò imputatæ eidem Honorio, ut prolixè istius meminit scriptor Vitæ Agathonis. Nihil autem

Ed. Reg. P. 252.

P. 927.

Ad Ann. 886. N. XI.

hujusmodi in eâ Vitâ Honorii, quæ inter Anastasianas relata est. III. Movet laus insignis quâ præfatum Bibliothecarium omnes exornant, tanquam Virum in utrisque linguis eloquentissimum, sic Guilielmus Bibliothecarius; Græco & Latino peritissimum eloquio, sic Trithemius, sanè in utràque linguâ doctum, sic Platina, & ex his reliqui. Quo factum ut tot illi Versiones, è Græco sermone in Latinum eloquium, ea ætas extorserit, cui sufficeret sata ab aliis rusticâ falce collegisse, & ad arcem Latinitatis fidelis humero transfexisse, ut de se ipse Anastasius, Latiniior longè & aliàs, quàm est Historia quæ ejus nomine inscribitur. Arguit enim ista Auctorem planè barbarum, inconditum, rudem bonarum literarum, barbarissimis ac solæcismis delectatum, opus cacatâ chartâ bardum ridiculum dixit Richardus Montacutius, Notis in Epistolas Photii. Adeo vix quicquam in eo dignum tali Anastasio, seu stylo seu res ipsas spectes, seu etiam conferas cum scriptoribus ejus ævi, Rabano Moguntino, Servato Lupo, Hincmaro, Adone, aliis, quin & cum sequentis ætatis aliquot Historicis, quos inter castigatior Luitprandus, nec is tamen auctor Libri de *Vitis Romanorum Pontificum*. Dixerint Editores Moguntini: In hoc de Pontificibus Opusculo phrasis inculta, rudis & impolita. Adhuc multa in hac Historia afferuntur à veritate aliena, qua nullius gravis & prisca Autoris testimonio confirmari possunt; quæ nec sermonis cultum nec rerum doctrinam habent. Neque testibus opus, solâ apertione lectioneque inficetæ chartæ, citrà cachinnum quandoque non legendæ, ob solæcismos, barbarissimos, anti-chronismos, ut iidem asserunt in Præfat. Moguntini, sed à se ut libuit castigandos. IV. Non etiam sufficit, ut vendicetur hoc Opus extra controversiam Anastasio Bibliothecario, auctoritas Onuphrii Panvini, quâ unâ se tuentur Editores Moguntini, & ex his Fabrotus. Nisi pari auctoritate Damasus Pontifex credatur auctor partis prioris; Guilielmus Bibliothecarius continuasse Vitas usque ad Alexandrum II. qui sedit ab Anno MLXI. Martinus Cisterciensis edidisse Opus *Vitarum usque ad Honorium IV.* aut Galfridus Monachus vixisse post Martinum Polonum, quo tamen anterior fuit toto & amplius Seculo &c. Et quæ alia multa Onuphrius ad Platinam aut palàm falso, aut pugnantia secum invicem, aut dubia certè, tutandæ scilicet causæ Pontificum Romanorum. Quale & illud est ad Vitam Honorii I. quod constat condemnatam ab eo fuisse Hæresim Monothelitarum, & quidem ex Maximi Monachi Epistolis Græcis, quas nunquam viderat, & excidisse fatetur Combesius, in Causâ Honorii Papæ, Cap. III. Sed hæc, & quæ id genus plura sunt, aliâ occasione castiganda. Videtur quæ supra variis locis, atque etiam infra Numer. V. & deinceps, notamus Onuphriæ levitatis & inconstantiae specimina. V. Nihil adeo mirum e mentitas hæc esse Vitas, incerto scriptore, nomen Anastasii, quando & Damasii nomen, & diu postea Luitprandi Cremonensis illud, falsò prætulerunt Vitæ Pontificum Romanorum. Posterius agnovit ipse quoque Lucas Holstenius, ad Breviarium Synodi habitæ sub Leone IV. Sic incertis Auctoribus adscribuntur Vitæ reliquæ, quæ post Guil. Bibliothecarium scriptæ fuerunt, qui & ipse qualis fuerit incertum. Taceo Vitas Simeoni Metaphrastæ, aliisque in Orbe utroque scriptoribus, falsò vindicatas. VI. Tandem quicquid scripserit Anastasius Bibliothecarius, passum est tot mutationes hodiernum Opus de Vitis Pontificum, editum primò à Jesuitis Moguntinis Anno MDCLII. & infinitis in locis ita interpolatum, ut non unum sed sexcentos Auctores referat. Collatis equidem inter se Codicibus quibus usi sunt Editores Conciliorum, & Vaticanis quibus Baronius, aut quibus Onuphrius ad

Epist. ad
Joh. Dia-
conum.

In Epist.
170.

Onuph.
ad Plat.
P. 7. 148.
&c.

Collet.
Rom.
P. II.
P. 121.

Platinam, tum Augustano M. Velferi, Cæsareis, Palatinis, Parisiensi Regio, Cantabrigiensi, Thuanæo, Mazarinio &c. apparent *adjectiones, detractiones, variationes* & rerum & phrasium sine fine, falsis Editoribus, ipsoque Davide Blondello. Exempli gratiâ, in antiquissimis Codd. terminatur Historia, ut monitum supra, in Stephano III. vel in Paulo I. toto seculo antè Anastasium. In plurimis verò desiderantur Vitæ post Leonem IV. antecessorem Johannæ, quæ alibi insertæ. In aliò Cod. deest Vita *Benedicti III.* ut in Palatino pervetusto Marq. Freheri, quæ extat in aliis, & vulgatis. In his Vita *Johannis* Foemina expressa, quæ omiſsa in editis est. Ità integræ modò narrationes, modò periodi; insertæ nonnullis Codd. uti in Vitis priorum Pontificum, sic in illis Leonis II. Hadriani I. Paschalis I. Leonis IV. Benedicti III. Nicolai I. &c. quæ desiderantur in aliis Exemplaribus, ut ex collatione Gratiani, Platinæ, Onuphrii, Baronii, Bellarmini, Conciliorum, ac variantium Lectionum, etiam infra liquebit. Nec quæ habentur in Vitâ Leonis II. esse Anastasii, disertè Fr. Combesius in Dissert. pro Actis VI. Synodi, C. III. *Vox illa nuper satis arguit, quod supra ex stylo deprehendimus, esse hunc alium auctorem ab Anastasio; haud quippe ita vicinæ fuit VI. Synodo, ut hoc modo loqui posset.* Non igitur supponendum pari fiduciâ & securitate tò ἀμφισβήτησον fuerat, modò ab Editoribus, modò à Joh. Launoio, aut Dav. Blondello, aut Phil. Labbeo, reliquisque, Auctorem harum Vitarum, ut leguntur hodiè, necessariò fuisse eum Anastasium Bibliothecarium, *Johanna* coævum, αὐτόχρονον, scribebatem res quibus interfuit, sui que temporis. Quâ de re etiam postea.

IV. Sed verò vendicent sibi Anastasium Bibliothecarium auctorem hæc Vitæ, quæ post Damasum in hoc Opere apparent, isne auctor siluerit omninò *Johannem Anglicum*, inter Leonem & Benedictum, sub iudice lis hodieque pendet. Prima sanè illius Editio prodiit Moguntia Anno MDCLII. hac Johannis Vitâ destituta, curantibus Editionem Jesuitis. Quâ fide, aut securitate, Lectorum iudicio permittatur. Primò fatentur in Præfat. Anastasium nec Pontificum Præfat. cum numerum, nec annos Christi, aut Imperatorum, ad Lect. Consulumve apposuisse, quos ipsi ex *Baronii Annalibus, & Onuphrii Chronico descripserunt.* In quibus tamen rationibus Chronologicis, quæ jam unius Baronii & Onuphrii nituntur auctoritate, cardo difficultatis constituitur in hac causâ. Deindè, quum discrepent in innumeris tam Anastasii Codices MSS. quàm Vitæ sub ejus nomine expressæ in Conciliorum Tomis, & rursus quæ leguntur in Annalibus Baronii, huic se adhæsisse profitentur, *magisque sibi probatam Baronianam lectionem, eo quod affirmavit ipse Baronius, (satis id nempe ad securitatem ac fidem) se vetustissimorum quorundam Exemplarium scripturam esse secutum.* Tertio, asserunt ingenuè se in ipso contextu quadam mutasse, aut detraxisse, vel addidisse, imò etiam loco movisse, nempe quicquid ipsis *Librariis incuriâ videbatur præmissum, vel perperam exscriptum, aut etiam barbarissimè & solæcismè sedum.* Ac ne primos id auctores esse Jesuitas crederes, tuentur se exemplo non solum Baronii, verum etiam eorum qui jam olim pleraque *Vitarum in Conciliorum Tomos retulerant.* Quid jam non ausuri omnes isti, sicubi honorem vel auctoritatem Pontificiæ sedis periclitari animadverterent? Notæ fraudes, notæ manus. Quarto, dum meminerunt iidem Codicis Palatini utriusque MS. suppeditati à Marquardo Frehero V. Cl. quorum major omnium *Pontificum Vitas quas nunc in lucem darent* (exceptis duabus Benedicti III. & Stephani VI.) *complexus esset, idemque ex Freheri & Salmasii oculari testimonio antiquitatis venerandæ, premunt isti fraudem suam, quâ & Frehero, & Or-*

bi.

bi literato imposuerunt. Nam complexus fuit ille Codex Vitam quoque *Johannis Famina*, post Leonem IV. sed-exprimendam iis demum Exemplaribus novæ Editionis, quæ unâ cum restitutione MSS. misere ad Palatinos, omittendam verò in omnibus reliquis, ac rejiciendam ad calcem Leonis IV. tanquam quæ à quibusdam falso esset interjecta, hoc Anastasii Codice Palatino non expressio. Testes rei Marq. Freherus, in Epistolâ quâdam ad Amicum, & aliàs hac de re conquestus; testis ipse Blondellus in Anacrisi de Johannâ, Jesuitas Moguntinos os subivisse Frebero. Prolixius rem narrat & confirmat Vir Optimus, in Epist. præfixâ Libello Gallico, de Johannâ Papisâ, edito A. MDCXLVII. Cum M. Velsers ex præcipio Augusta Magistratibus, misisset Anno MDCI. ad Jesuitas Moguntinos MS. Anastasii, ut pralo committeretur, rogavit Marquardum Freberum Electoris Palatini Consiliarium, ut Symbolam huc conferret, polliciti se bona fide publico daturus quod cum ipsis fuisset communicatum. Misit itaque duo Manuscripta Anastasii, in quibus extabat Papisâ Vita. At illi duo tantum Exemplaria ejusmodi curaverunt exendi, & in reliquis omnibus Exemplaribus suppresserunt quod habebant Palatina Manuscripta, adeo ut illud in publicum non extiterit, & ne cessita Frebero imposta sit conquerendi edito Libello, in speciem Manifesti, ut vocant, fraudis adversus ipsam commissa. Falso hujus fidem in dubium vocare nullus cogito, affirmantibus id tot Viris, quos eo loco habeo; ut nisi meci oblitus, atque eorum existimationi, maximaque virtuti injuriam, eo devenire non possim. Testis denique Heidelbergæ tum agens Claudius Salmasius, qui omnem hanc fraudem solitus fuit amicis commemorare, & mihi ipsi olim, quum adolescens adhuc familiaris Leydæ uter Viri summo, Parentis mei manes reverito. Idem professus in Galliâ fuit coram & literis apud Cl. Sarravium, Senatorem Parisinum; dein in Sueciâ apud J. Henr. Bœclerum Virum Clariss. ut multis iste in Commentario de Rebus Seculi IX. Idem in Belgio apud A. Rivetum, integerrimum Theologum, qui ad Codicem Moguntinum, quem possedit, hæc propria manu, undè illa ego, adscriptit: *Joh. Fœminam ab hoc ipso Anastasio inter Papas fuisse relatam, in Exemplari MS. Freberi, auctor mihi fuit Cl. Salmasius. Quod exemplar Editoribus Moguntinis communicatum fuisse ipsi sciunt. Quod cum restituerent, miserunt ad eundem duo Exemplaria impressa, in quibus Historiam illam expresserunt, sicut aliis omnibus omissam aut rejectam, ut in hoc nostro. De quâ fraude conquestum fuisse publicè Freberum, testatus mihi idem Salmasius. Neque id modò asseruit princeps Eruditorum, sed & auctoritatem vetustatemque ejus MS. qui in verlandis MSS. regnum obtinuit, adjecitque sibi esse persuasum, Marianum Scotum descripsisse compendio sua ex dicto Anastasio, indeque sua Martinum Polonum, sed pluribus. Ac multis apud me profitebatur, quod apud Sarravium, Bœclerum, & alios confidentissimè, se fidem hujus Johannis Fœminæ facturum Orbi Christiano, quicquid destruere visus esset Vener. Blondellus, inter quos olim Nicol. Vignierus, & pauci alii; ita in suis ad Salmasium Cl. Sarravium. Sed partim Miltoniano bello, partim scriptis aliis, distractus, mox interceptus fato, fidem haud præstitit. Neque aliam à Salmasianâ sententiam fuisse Gerb. Joh. Vossii (Varronis Belgici ipsi Philippo Labbeo) ex ejus ore multi sæpè didicerunt, & hos inter Celeberr. Maresius, addito Vossii argumento ab appellatione *Johannis XXI.* qui *Johannem* nostrum VIII. supponeret. Et quia Maresium falsi postulat Cenographum Labbeanum, accedat superstes alius rei apud me testis Stephanus Morinus, V. Cl. Cadomensis nuper, nunc Amstelodamensis Ecclesiæ, sed & Scholæ, grande decus, quum hac de re sermones cum magno Vossio florente ætate miscuisset.*

P. 48.

Bœcler. in Lothar. I. S. IX. P. 118.

Sarrav. Epist. P. 172-175. 227.

Exam. Quæst. P. 12. P. 922.

V. Verum quæcunque sive hujus, sive illius, sententia fuerit, parum interest. Quomodo vel Chamieri nostri, vel Molinæi, vel Bocharti, & si qui plures, ambigam de Johannâ fidem fuisse, nequicquam objiciunt; quibus Papisâ nihil opus fuit Papatui jugulando, non nesciis fore cavillatoris exceptionibus locum, post Onuphrianas & Ræmundianas paginas, certâ ipsis aliunde victoriâ. Non malè equidem Illustris olim Sarravium, Epistolâ ad Claud. Salmasium, datâ Anno MDCXLVIII. in quâ de Latino scripto D. Blondelli: *Omnino tuum est, recentioribus omissis, in antiquis & coætaneis præsertim quid tenendum sit quæcere. Unus Anastasius sibi constans possit rem conficere.* Insistendum igitur ulterius Anastasio est. Non solum Codicem alium Bibliothecæ Regiæ, præferentem nomén Anastasii, protulit idem Sarravium, in quo disertis verbis legeretur *Vita Johanna Papisæ*, sed ipse quoque Vener. Blondellus, in Anacrisi, ac Codicem Viri uterque eâ parte descripsit. Quanquam interpolatum esse iidem suspicentur, à recentiore Librario, qui Papatuum seriem usque ad Martini V. tempora deduxerit. Undè insertum illud, ut dicitur, ut asseritur, quod non quadret in rei testem Anastasium; præter verba quædam è Martino Polono mutuata. Sed & ipse Editor Regius Anastasii, in *Variis Lectionibus*, dilertè de Codice utroque, Regio & Mazarinio; *Heic interseritur Vita Joh. Anglici, in utroque Codice.* Audi tamen quæ mox ipse subjungit! *Sed quia fabula hac jam dudum explorata est, ideo heic expurgendam duximus, ne male feriat homines exinde calumniandi occasionem raperent. Si quis autem egrè ferat hanc Vitam à nobis prætermittam, si Regium Codicem consulat, ibique Martini Poloni verba interpolata leget, qua inepti homines Anastasii Codd. inferuerunt.* Hæc Fabrottus. Quidni verò ea verba utriusque Codicis, extraneis Viris inaccessa, quâ debuit fide, ipsèmet Fabrottus expressit? Ut liberum saltem Lectori judicium esset, nùm derivata omnia ex Martino in Codices Anastasii, an veriùs ex Anastasio, seu quocunque auctore de Vitæ Pontificum, in Martinum compilatorem? Et undè quæso interpolassent eo modo Anastasium, continuo textu, inepti homines, ut etiam infarsissent fabulam quæ nulla unquam fuisset in Anastasio? Delecti scilicet asserendis describendisque MSS. Viri Monachi, Librarii, iub Præfectorum oculis, subque Papali dominatu, interpolaturi scriptorem primæ notæ, Bibliothecarium Romanæ Ecclesiæ, admisâ fraude jam à tot retrò Seculis, diversissimis in Europæ locis, tamque diversis Codicibus, quod magis est in opprobrium Romanæ sedis, æternamque hujus infamiam, quam avertebat aliàs silentium Anastasii? Quidni pari jure censeantur Codices Vaticani, quos secutus Baronius est, ejusque commatis plures, hac parte fuisse mutili, quod accidisse in hac causâ etiam Codicibus Mariani Scoti, Sigeberti, Martini Poloni, Platinae, aliorum, ne ipsi aliquando inficiantur? Inprimis lacunas in extrema Operis parte, jam à Leone IV. (quas expleri cupiebat Lucas Holstenius ex Regiis Codd. MSS.) deprehendi in Italicis speciatim Codicibus, monebat Vir Clariss. Epist. XXI. ad Petrum Lambecium, Nepotem suum. Hinc Editores, *Vitas Anastasii nonnullis in locis, plurimis iis & conspicuis, adulterinâ aliorum adjunctione, vel detractone, ob summam superiorum seculorum inscitiam, adde perfidiam, depravatas fuisse.* Et factus antè Allatius est: *Unusquisque, ut in Martiniano Chronico, sic in aliis, aut qua ipse digna memoriâ indicabat, addidit, aut erasi qua sibi indigna lectu videbantur.* Quo factum ut suppleverint alii in margine, quod in contextu deesse cognoscerent. Hinc Onuphrius ad Platina; *In vetustis quinque Damasi Bibliothecariis, & Pandulphi Vitarum Libris, additam fuisse in margine, alienis characteribus, à posteriore auctore, hujus rei Fabulam.* Et addi-

P. 227.

Epist. ad Salm. A. 1645. P. 175. P. 50. 51.

Car. Anibal Fabrottus I. C.

P. 290. Ed. Reg. 1649.

Confut. Fab. par. VIII.

additiones eas, nisi ex Codicibus aliis de hiatu persuasi, deque facti veritate, tulissentne rei Librariæ in Bibliothecis ac Monasteriis Præpositi, in re tantæ invidiæ tantique probri? Adde Codices alios MSS. Anastasii, sed nobis haud accessibiles, qualis ille Codex qui penes Gabrielem Naudæum fuit, in quo Papisse elogium repertum esse, ipse rursus Blondellus admonuit.

Anacr. P. 57.

VI. Nolumus attamen diffiteri, haud pari integritate veratos esse, qui hanc Johannæ historiam in Anastasiano Opere ante aliquot secula descripserunt. Ratio fuit, quod jam olim mutilatum postremâ sui parte fuerit, ante extrema Vitæ Leonis IV. in plerisque Codicibus, ut ne Johanna appareret, hinc neque in iis Benedictus III. qui eam excepit. Ita Thuaneum Codicem delisse in Vita Leonis IV. nec integrâ illâ, Editores Regii. Idem de Italicis Codd. testatus Lucas Holstenius, *lacunas in extremâ Operis parte, & partim alias, illud Opus deturpare.* Similiter Blondellus; *nullos fere nisi à sine mutilos, utpote in Leonis IV. elogium desinentes, Galliam, Germaniam, Italiam, Hispaniam, Britanniam, Belgium, Manuscriptos Anastasii Codices reconditos habere.* Quo factum ut exscriptores in Monasteriis, *Semidocti librarii Johanni Launoio, qui deesse in suis Exemplaribus Vitam Johannis Anglici, hinc successorum cognoscerent, priorem præcipue, destituti authentico Codice, interpolaverint, qualiter in Chronico Martini Poloni, aut Bernardi Guidonis, de quibus supra, legeretur.* Et ea mutilatio Anastasii, ultra Leonem IV. quâ parte Papa Fœmina alias occurrit, certo indicio est factæ fraudis, studio premendæ infamiæ, & abolendæ Papisæ. Aut si mutilationem negent, nec ultra procelisse Anastasium contenderint, nulum jam ex Anastasii silentio, nec ex Vitâ hodiernâ Benedicti III. vel Nicolai I. tanquam quæ sint Anastasii, duci argumentum potest, Johannæ Papatui obscurando. Sed sint modò alia corrupti de industria, in favorem Rom. sedis, truncatque, etiam aucti, Anastasii exempla. V. gr. Gratianus, Dist. LXIII. Capite Adrianus, refert tanquam ex *Historiâ Ecclesiasticâ* scilicet Anastasii, & Platina quoque tanquam ex *Bibliothecario, Hadrianum Papam concessisse Carolo potestatem eligendi Pontificem* &c. Quæ tamen nulla legas in Historiâ aut in Vitâ Hadriani, apud hodiernum Anastasium. Itâ nec legas in Vitâ Paschalis I. quod rursus tanquam referente *Bibliothecario, (quemcunque voluerit) B. Platina: Paschalis satisfactionem accepisse Ludovicum, postquam se juramento à crimine liberasset: Item, Civitates Etruræ Imperio subiectas literis declarasse, Aretinum, Volaterram, Clusium, Florentiam, Pistorium, Lucam, Pisum, Perusiam, & Urbem veterem: Præterea Ludovicum liberam eligendorum Episcoporum potestatem Paschali dedisse, undè colligatur id juris antea fuisse penes Imperatores.* Rursus quod legit Bellarminus in *Historiâ Anastasii Bibliothecarii, de Honorii nomine; inter eos qui damnati à VI. Synodo, inserto ab amulis Romana Ecclesia, certo indicio est, nisi Lectoribus imposuit hic Purpuratus, extitisse Romæ simile exemplar Anastasianæ Historiæ, interpolatæ in favorem Honorii. Qui inter damnatos aliàs disertè apparet cum Cyro, Sergio, & reliquis in Vitâ Leonis II. à quo sextam Synodum susceptam esse Bibliothecarius iste memorat.* Frustrâ etiam quæras in Codd. Anastasii, ubi is de electione Paschalis I. quod habet Platina, eum *legatis ad Ludovicum missis deprecatum, quod nullâ suâ culpâ Pontifex creatus esset, nullâ interpositâ Imperatoris auctoritate.* Aut quod idem Platina in Gregorio IV. *Non prius Pontificium munus obire voluisse, quam à Legatis Ludovici Imperatoris, ob eam causam Romam missis, qui diligenter tantam electionem discussant, confirmatus esset.* Aut si preffit illa studio qui vulgò cense-

T. VI. P. Lambecij. Anacr. P. 45.

In Vitâ Paschal. I.

De Rom. Pont. L. IV. C. XI. S. Ad. secund.

tur Anastasius, ut solet quæ Romæ invisa & Papis probrosa, indè scriptoris hujus fidem intelligas, quoties laboravit illi Papparum auctoritas. Petrus Lambecius in Comment. de Biblioth. Cæsareâ, T. II. describens Codicem Ambrosianum MS. A. P. 927. Anastasii, non modò terminatum dicit in Papâ *Stephano II. vel III. ut alii, sed etiam ex eo Codice refert integras gravissimasque parentheses, quæ desunt in Editionibus impressis Moguntinâ & Parisiensi.* Claudius Sarravius, in *Epist. ad Salmasium, ubi is de Sarav. Codice Anastasii ex Bibliothec. Regiâ, collato cum Ep. P. 172. Editione Moguntinâ, Anni MDCII. In sequentibus, inquit, multa reperimus varietates, & habet plurima Editus, quæ in Regio desiderantur.* Cæsar Baronius in Sergio II. ad Annum DCCCLVII. *Haftenus apud Anastasium, apud quem multa de Sergio desiderari videntur, NB. quæ haud potuerunt à quovis etiam negligente scriptore prætermitti.* Idem de Adriano II. ad Annum DCCCLXXII. *Res ab eo gesta descripta ab Anastasio (ut N. I. quidem supponit jam Baronius) sine curâ.* Et de Stephano VI. postea, ad Annum DCCCLXXXVI. *A. N. XII. Anastasius Bibliothecarius Stephani VI. Papa res gestas conscripsit, sed eadem nobis haud integra conservata, quæ accurata in multis habentur.* Quomodò inter Hadrianum II. & Stephanum VI. prætermisso esse in Vitæ Anastasianis tres Pontifices, *Johannem VIII. Marinum, & Hadrianum III. alias indignatur.* Mithmus *detractiones, additiones, mutationes, quæ facti supra Moguntini, & quotquot aliæ ex collatione Codd. ac Variantium Lectionum, tum & Onuphrii, ac Baronii passim, sese produnt.* Sufficiat modò quod ad rem præsentem facit. In antiquissimis Codd. quales Regius & Mazarinius collati à Nicol. Fabrotto, prior etiam à D. Blondello, dicitur Leo IV. obdormisse XVI. Kal. Augusti, & *cessasse Episcopatus menses duos, dies xv.* Idem Platina ad finem Leonis, ex suo (ut videtur) *Bibliothecario, idem Chronicon Norimbergense, post Leonem IV. vacasse sedem menses II. dies xv. & quoque Albertus Stadenus, qui notat menses II. dies xii. scil. à XVI. Kal. Jul. ad III. Kal. Octobr. quando inthronizatus fuerit Leonis successor.* Baronius verò ad Annum N. I. DCCCLVIII. dicit hoc ipsum computum *Anastasio hujus temporis scriptori adversari, nempe qualem è Vaticano habuit.* Rursus Onuphrius refert in Epitome Romanor. Pontific. tanquam ex Anastasio, *vacasse sedem à morte Leonis mensem I. dies xv. seu dies XLV. Quod (inquit) ex eorum temporum scriptoribus excerptimus, Anastasio videlicet, & ex Bibliothecario, ubi cum Platina distinguit Anastasium, & Bibliothecarium, qui si Guilielmus est, non jam scripsit prior electionem Benedicti. Sed sibi is minimè constat in Chronologiâ Pontificum Romanorum, ubi vacasse In Leo sedem, ab obitu Leonis IV. usque ad electionem, dies ne IV. VI. Plures alii, quos inter Bellarminus, cessasse Episcopatum non nisi dies xv. ex Anastasio rursus: *Ille igitur (Anastasius Bibliothecarius) scribit post Leonem IV. vacasse sedem xv. diebus, quod Blondellus negat componi posse cum phrasi hodierni Anastasii. Annalium scriptor contendit aliquando, idque secundum Anastasium, Benedictum III. consecratum fuisse die VI. mensis Augusti, diebus XXI. à morte Leonis quæ incidit in XVII. Julii. Alias Leoni volunt Benedictum substitutum fuisse post dies VI. seu vacasse sedem diebus sex à morte Leonis, ipseque in Chronologiâ Onuphrius, idque colligi ex Anastasio, etiam ex Bernardo Guidone, & Magno Chronico, Blondellus in Tabulâ Chronologicâ. Quanquam istud Chronici M. Bel- Ad Ann. gici, Vacavit sedes diebus sex, referri æquè possit ad 855. inter-Pontificium ante electionem Leonis, de quâ N. XXVI. ibi fermo est, ut legenti apparet. Ciaconius Benedictum III. electum fingit (itâ Blondellus in Notis ad Tabulam Chronol.) *ostiduo post Leonis dormitionem.* Denique Blondellus noster, ab omnibus di-**

N. VI. T. I.

N. I.

A. N. XII.

Ad calphrii, ac Baronii passim, sese produnt. Sufficiat modò quod ad rem præsentem facit. In antiquissimis Codd. quales Regius & Mazarinius collati à Nicol. Fabrotto, prior etiam à D. Blondello, dicitur Leo IV. obdormisse XVI. Kal. Augusti, & cessasse Episcopatus menses duos, dies xv. Idem Platina ad finem Leonis, ex suo (ut videtur) Bibliothecario, idem Chronicon Norimbergense, post Leonem IV. vacasse sedem menses II. dies xv. & quoque Albertus Stadenus, qui notat menses II. dies xii. scil. à XVI. Kal. Jul. ad III. Kal. Octobr. quando inthronizatus fuerit Leonis successor. Baronius verò ad Annum N. I. DCCCLVIII. dicit hoc ipsum computum Anastasio hujus temporis scriptori adversari, nempe qualem è Vaticano habuit. Rursus Onuphrius refert in Epitome Romanor. Pontific. tanquam ex Anastasio, vacasse sedem à morte Leonis mensem I. dies xv. seu dies XLV. Quod (inquit) ex eorum temporum scriptoribus excerptimus, Anastasio videlicet, & ex Bibliothecario, ubi cum Platina distinguit Anastasium, & Bibliothecarium, qui si Guilielmus est, non jam scripsit prior electionem Benedicti. Sed sibi is minimè constat in Chronologiâ Pontificum Romanorum, ubi vacasse In Leo sedem, ab obitu Leonis IV. usque ad electionem, dies ne IV. VI. Plures alii, quos inter Bellarminus, cessasse Episcopatum non nisi dies xv. ex Anastasio rursus: Ille igitur (Anastasius Bibliothecarius) scribit post Leonem IV. vacasse sedem xv. diebus, quod Blondellus negat componi posse cum phrasi hodierni Anastasii. Annalium scriptor contendit aliquando, idque secundum Anastasium, Benedictum III. consecratum fuisse die VI. mensis Augusti, diebus XXI. à morte Leonis quæ incidit in XVII. Julii. Alias Leoni volunt Benedictum substitutum fuisse post dies VI. seu vacasse sedem diebus sex à morte Leonis, ipseque in Chronologiâ Onuphrius, idque colligi ex Anastasio, etiam ex Bernardo Guidone, & Magno Chronico, Blondellus in Tabulâ Chronologicâ. Quanquam istud Chronici M. Belgici, Vacavit sedes diebus sex, referri æquè possit ad 855. inter-Pontificium ante electionem Leonis, de quâ ibi fermo est, ut legenti apparet. Ciaconius Benedictum III. electum fingit (itâ Blondellus in Notis ad Tabulam Chronol.) ostiduo post Leonis dormitionem. Denique Blondellus noster, ab omnibus di-

fcc.

cedens, non nisi *biduum* interponit, & *mauult altero à Leonis exequiis die, Julis XIX. feriâ vi.* contigisse Electionem successoris. Si verò cum his omnibus conferas hodiernum Anastasium, qualem citat Baronius, & ediderunt Moguntini, nulla omnino hic mentio *quamdiu* vacaverit sedes, ab excessu Leonis, multo minus vacasse ultra *mensum* unum & alterum. Idque, ut *mox, illico* (Baronius *sine morâ*) Benedictus III. surrogatus illi diceretur. Adde, quod infra monemus, nomen *Lotharii* Imper. additum illi *Ludovici Augusti*, in Vita Benedicti III. ut iste adhuc in vivis fuisse crederetur, quando decretum de electione Benedicti destinatum ad Imperatorem fuit. Quæ sanè documenta nimis quàm arguunt, quâ fide versati olim sint seu in describendo hoc Anastasio, seu in edendo nuper; vel quâ securitate nitantur hoc Auctore, qui ex eo uno, certè præcipuo, Johannam explodunt, quod facit quoque Launoius. Atque id in Parisino Theologo eò magis demirandum, quod nemo liberius perstrinxerit hujus Libri *lacunas, mendas, & falsasum datâ operâ* contextum. In Epistolâ ad Johannem Gerbasium: *Qui opus Anastasii de Viis Pontificum transcripserunt, aut typis mandari curarunt, cum vox PRÆSIDENTE sibi incommo- daret, ab eâ literam P. sustulerunt, & reliqua.* In Epist. ad Raimundum Formentinum, quæ extat Parte VII. *Hic certa duo sunt. Unum est, Anastasii Librum de Viis Pontificum emendatione, & ad præcos Codd. MM. SS. recensione penitus indigere, quia passim lacunas & mendis adspersus, & inobscuratur &c.*

VII. Accedat, quod prætermittendum minimè est, haud quicquam familiare magis esse huic scriptori, qui vulgò putatur Anastasius, consignanti Romæ Vitas Pontificum, quàm ea premere quæ Romæ invisâ esse cognosceret, & causæ Paparum adversâ, prodita autem à fide dignissimis probatiffique Scriptoribus. Ut Tullianam *Historia legem*, eamque *primam*, minimè servarit, *ne quid veri Historicus non audeat, & ne qua suspicio gratia sit inscribendo.* Undè nec ex ejus de Johannâ silentio, si vel maximè istud largiamur, infertur tutò satis, Papam Fœminam extitisse nullam. Age rei demus exempla, vel ex hujus & proximi ævi Historiâ. Inter Sergium I. & Johannem VI. ponunt *Leonem III.* Martinus Polonus, Rolwinkius, & Indices Paparum nonnulli, licet *non ponendum in Catal. Pontificum;* quem tacet omnino Anastasius. Inde & Leo IV. vulgò, qui ante Johannem & Benedictum *sedit*, est *Leo* hoc nomine v. Sigeberto & aliis. Gregorium II. mox & III. privasse interdicto Leonem *Isaurum tributorum Italia exactione, & tum Romanos tum Italos ab ejus obedientiâ recedere penitus fecisse, seu Pontificis suavis deservisse ab Imperatore, excommunicato etiam eo ut Hæretico, tradunt Græci Historici omnes,* ipso Baronio post Onuphrium urgente, & Bellarmino, Perronio, Allatio, Mezeræo, Cangio, ac Româ Pontificiâ universâ. Tacet interim Anastasius, in Vitis utriusque Pontificis, rem tantæ invidiæ, imò tradit, *compescuisse consilium tale Pontificem.* Zachariam haud diu postea, confirmaturo Stephano III. Childericum regno *deposuisse, ac jussisse Pipinum Francorum Regem institui,* una penè omnium Historicorum atque Annalium vox est, in Orbe utroque, ipsiusque Gratiani. Ast verò altum eâ de re silentium esse apud Anastasium, urgent illi ipsi qui Juribus Regiis in Galliâ patrocinantur. Deprædationem Basilicæ S. Petri per Luitprandum, Gregorio III. Pontifice, & alia *multa præmissa ab Anastasio inveniri,* indignatur Baronius ad A. DCCCXXXIX. Hadrianum I. concessisse Carolo Regi *jus eligendi summum Pontificem, & ordinandi sedem Apostolicam, atque investendi Archiepiscopos, Episcopos,* referunt Chronica penè omnia, & Gratianus, *Plati-*

Tom. II.

na, ex his recentiores Galli; cave autem credas tradi in hodierno Anastasio, cujus hac de re silentium Baronius, & quicquid parasitorum est, præcipuè causantur, undè concessionem illam *fabulosam esse* conficiunt. Leonem III. mox ab ordinatione suâ *jurasse fidelitatem Carolo Regi,* postea, appellato eo Imperatore, *adorasse Imperatorem, tanquam Dominum, more antiquorum Principum,* habent Alcuini Ep. LXXXIV. Francorum Annales, Vita Caroli M. Ado Viennensis &c. tacente hanc submissionem, prostrationemque Pontificis, nostro Bibliothecario, uti aliàs testatam illam Hadriani I. & antea Gregorii I. Agathonis, Stephani II, Pauli I. &c. prostratorum ad genua Imperatorum, Regumque, Pipini, & Caroli. Eundem Leonem III. ubi sedere cœpit, misisse Carolo *vexillum Urbis Romæ, & Claves Confessionis Petri,* in signum *fidei ac subjectionis, per sacramenta firmanda,* referunt Annales, Auctores Vita Caroli M. Sigonius, & qui plures; silente rursùm rem tanti momenti Anastasio, quam aliò intorquet pro more & ingenio suo Baronius. Decretum Stephani V. ab Anno DCCCXVI. Pontificis, *ne absque Imperiali notitiâ fieret consecratio,* quod exhibet Gratianus, indignato vehementer Baronio, nullus profecto retulit Anastasius. Sed neque idem de Paschali I. de Eugenio II. de Gregorio IV. quod ult. Annales Bertiniani, Platina, Auctor Vita Ludovici, alii, ipse Gregorius IV. in Ep. ad Francos, nempè non obivisse prius Pontificium munus, quàm à Ludovico & Lothario Augg. vel à Legatis Ludovici Imperatoris, *confirmati essent, jurata etiam fide Imperatori.* Cujus tamen *jurisjurandi facti Imperatori immemor* postea hic Gregorius fuit, totâ rebellionem Filiorum Ludovici in Optimum Patrem, prementem iterum tantum nefas Bibliothecario, cujus testis Aimoinus, Vita Ludovici, & ex documentis indubitatis Stephan. Baluzius in Notis ad Agobar. P. 116. dum. Missum fuisse Romam sub Sergio II. Ludovicum Lotharii Imperatoris filium, *ad confirmandam electionem, & ne deinceps decedente Apostolico quisquam illic præter jussionem Imperatoris, Missorumque suorum presentiam,* ordinaretur Pontifex, non Sigebertus modò retulit, in quem unum debacchatur Baronius, sed insuper Annales Bertiniani, ad Ad Ann. A. DCCCXLIV. quorum auctoritatem in hac de Johannâ causâ unicè crepant. Nihil autem tale Anastasius, cujus se silentio tuetur rursùm Purpuratus; parvi aliàs pendens idem silentium, quoties ommissa ab Anastasio sunt, quæ in favorem Romanæ Ecclesiæ alii retulerunt, ex. gr. de *Angliâ* modò, modò de *Hispaniâ,* Romanæ Ecclesiæ vectigali, ex Polyd. Virgilio, aut Gregorio VII. avidè haurienda ab Auctore Ecclesiasticorum Annalium, ad Annos DCCI. DCCXL. DCCCXLVII. &c. Ità Sergium II. Luitprandus falsò inscriptus inducit, ut *Pontificem imbecillem, qui Ecclesiasticam & publicam curam permitteret solido Fratri Benedicto, & sub quo vigeret Simoniaca Hæresis;* quod & notant Chronographi alii, ut exertum Gobelinus Persona Ætate VI. Cap. XLIV. in Tomo I. Collectaneorum Meibomii, dum Anastasius eum effingit ut absolutissimum omnibus virtutibus Pontificem. De silentio in edito Anastasio, quoad Inter-Pontificium inter Leonem IV. & Benedictum III. tot scriptoribus signandum, diximus Paragr. superiore. Quæ autem non ille premit de Nicolai I. (si tamen is scripsit unquam Vitam Nicolai) Antichristiano factu ac dominatu, eo- que testatissimo scriptis & factis, *ac si Dominus esset terrarum,* usque ad eò ut *abdicationem regni* comminaretur Lothario Regi? Uti insignem Nicolai errorem tacet circâ formam *S. Baptismi,* in Capitulo CIV. ad Bulgaros; & si quæ alia certæ fidei, apud Reginonem, Gratianum, Platinam, & ex Epistolis ipsis Nicolai, Tomisque Conciliorum.

Tt

Ita

Epist. P. VIII. P. 732.

P. 669.

Epist. Lib. II. de Orat.

Ad Ann. 730. N. v.

N. v.

Ad Ann. 874. N. x. &c.

Ad Ann. 796. N. XVI. Ad Ann. 816. N.

P. 116. &c.

Ad Ann. 844. N. v.

Ed. Reg. p. 170.

Ad Ann. 882. N. VII. Ita quoque de Johanne VIII. qui reverà nonus fuit, Annalium scriptor, *ejus res gestas desiderari apud Anastasium*, spontè nempè prætermittis, ob odiosum reputationem Photii. Nec finis exemplorum esset, si iremus per singula.

VIII. Imò verò haud familiare tantum Anastasio, vel quilibet ille fuit, non audere verum dicere, malam ne gratiam iniret Romæ, sed & alterum Tullii monitum, *ne quid falsi dicere audeat qui Historiam scribit*, posthabuit frequenter nimis hic scriptor studio causæ Pontificiæ. Qui Vitas Anastasii legerit, hoc unum negotii illi datum intelliget, ut quorum Paparum Seculo VIII. & IX. Historiæ penè omnes superbiam, tyrannidem, avaritiam, Simoniam, quandoque ignaviam, & si quid his gravius est, cum indignatione referunt, eorum iste majestatem, jura tanquam Principis Apostolorum, pietatem, sanctimoniam, cælo efferat, hancque omnem constituat in studio novarum Reliquiarum, translationibus Corporum, Revelationibus, Apparitionibus Deiparæ, Visionibus id genus, tum Donariis, Ædificiis, profusis Largitionibus supra fidem, idque ornandis Altaribus, Sacellis, Titulis, Basilicis, Imaginibus, Crucibus, Reliquiis, in quibus commemorandis totus est. Et falso quidem scripta ab Anastasio demerendæ gratiæ Romanæ sedis, & augendæ ejus potestati, vel invidiæ creandæ Principibus, in præjudicium potestatis Imperatoriæ, Regiæve, etiam Dignitatis, accusant passim Doctissimi: in Galliâ præsertim Pontificiâ, ac Germaniâ, scriptores, ubi is de Donationibus factis Petro & Romanæ Sedi, & de causis variis inter Papas & summos Seculi Principes. Imò

Ad Ann. 552. N. XVI. 739. N. v. 817. N. I. 844. N. v. & c. Baronius non semel, mendacia ab Anastasio primum tradita, & crebras antilogias, & talia quibus haud assentiendum facile putet, aut quæ corrigenda sint, in Annalibus suis coarguit, quæ describere hoc loco nihil necesse est. Rei exempla nos quoque produximus aliàs, partim in Ecclesiæ Historiâ, partim in illâ Imaginum, ubi mendacissimè Anastasius, si Anastasius est, ex causâ, in Sergio I. Patriarchas Orientis convenisse ad Synodum Quini-sextam; in Gregorio II. Leonem Iaurum omnem operam adhibuisse ut Gregorii necem procuraret; in Adriano I. Catholicam Ecclesiam à prisca temporibus, id est ab Apostolicis, erexisse atque honorasse Imagines &c. Et quæ id genus fallere nata in Paparum Historiâ, Seculi præcipuè octavi & noni, occurrunt passim. Sic in Vita Leonis IV. malè interpolator in editis Codd. refert Danielem quendam Magistrum Militum, accusaturum perduellionis Gratianum, *properasse ad vestigia Domini Ludovici Imperatoris*, tacito Lothario. Quum Lotharius Pater & tum adhuc Imperator, idemque superites Leoni, fuisset primo loco memorandus, quod & fecit Platina. Rursùm ad tempora Benedicti III. quando unus Ludovicus imperavit, inducitur adhuc Lotharius Invidiosissimus Augustus, ut dicendum mox fuerit, quæ fraus & in Sigeberto admittitur, ubi is de schismate in Benedictum, & in aliis huic Pontifici tributis. Sed quid opus est exemplis? Dicant Editores Moguntini, probantibus Editoribus Regiis, Præfat. ad Lectorem: *Multa in hac Historiâ asseruntur à veritate aliena, quæ nullius gravis & prisca Authoris testimonio confirmari possunt; multi in eadem Chronographici lapsus; nonnulla pugnancia & aversata.* Idem tenuisse Illustrissimum Cardinalem Baronium, illi ipsi Jesuitæ moment. Ne jam ad testes alios provocemus, aut retegamus pudenda omnia hujus Anastasii, cujus falsa narrata non pauca persecutus est Vir Doctiss. Alexander Cooke, in scripto Gallice Sedani edito, de *Johannâ Papiâ*. Adde Anastasii Bibliothecarii, quem illi Auctorem hujus Operis ebuccinant, Ministri Pontificii, & horum causæ mancipati, inge-

P. 106. 107. &c.

nium immite, vasrum, *μυερότερον*, abjectæ servitutis, vel ex iis quæ adversus Photium & scripsit & machinatus in Oriente fuit. Legantur modò Præfatio illius in Synodum VIII. ad Papam Hadrianum, hujusque Synodi Actiones cum Notis Anastasii, & Vita Hadriani II. in Opere Anastasiano, item Epistole Photii, in quibus hic de machinis contra se admotis, & vi illatâ. Indè constabit hominis in Photium furor, atrocinalis eo suadente probanteque agendi modus in eâ Synodo anti-Photianâ, libertas facta Anastasio recognoscendi transferendique pro arbitrio Synodi Acta, & vel dispungendi vel addendi quæ viderentur è re Apostolicæ sedis: unâ certè Anastasii fide subnixis iis Actis, & seu *Græco Codice*, seu *Latinâ ejus Versione*, quæ in *Archivo Romana Ecclesia recondi ac comprobari meruerunt*, ut ipse ad Hadrianum. Venditent nunc hujus Anastasii *optimam fidem, candoremque*, ipse Launoius, aliàs ingenuus, & hujus deinceps auctoritate Papam Fœminam explodant! Certè movebit ea neminem paulo æquiores, nec mirum accidet Viris quibus oculi in fronte, si in præfatâ Historiâ Pontificum, & in Paparum serie ac laudibus quas persequitur Anastasius, Johanna nulla compareat: sive factum sit vitio eorum qui Opus illud interpolaverunt, sive ipsius Anastasii, scribentis (ut volunt) sub Nicolao I. vel Hadriano II. vel Johanne VIII. quo tempore rescissum atque abolitum infandum nomen oportuit, non numerandum in *Catalogo Pontificum*, ut uno ore qui Johanne meminere.

Epist. CXVII. CLXX. CXVIII.

CAPUT IX.

BREVIARIUM.

Silentium scriptorum post Anastasium quanti faciendum. Benedicti Vita hodierna in quibus interpolata. Lotharium desisse imperare, quo tempore electus Benedictus. Objectio Joh. Launoi ex historiâ Schismatis Anastasii Presbyteri, multis expensa, & diluta. Documenta alia de Papâ Fœminâ, antè Marianum Scorum. Illationis pro fabulâ Johanninâ vanitas, ex silentio ante Marianum, clarissime ostensa. Confitentis rei in Adversariis. Auctoritas ab illis asserta Fabulis, longè diutius tacitis. An ex phrasi, Benedictum successisse Leoni, sequatur Papam Fœminam nullam fuisse. Nomina & Tempora sæpè ut expuncta.

Nunc quæ tacitæ Johanne ratio est in Vitis Bibliothecarii, quamquam editis Codd. nullam certè parùm tutam esse fidem, demonstratum, eadem & omittæ vel expunctæ hujus Fœminæ in *Guil. altero Bibliothecario*; in *Annalibus Bertinianis*, Monachali Opere, per manus Jesuitarum accepto, ac primum edito à Franc. du Chesne; tum in *Adone Vienne*, in *Hermanno Contracto*, in *Conrado Urspergensis*, & in *Monachorum* quorundam ac mancipum Papalis sedis monumentis, qui Benedictum III. illicò seu immediatè Leoni IV. subjiciunt. Sed de his adhuc postea, & fusè jam in superioribus. Quædam tantum auctarii loco subjicienda. Ex. gr. Editores Moguntini, sub nomine Joh. Albini Typographi, pro immediatâ successione Benedicti III. & ex his alii, urgent tanquam verba Anastasii & Guilielmi Bibliothec. ex Vita Nicolai I. & Hadriani II. quæ in eâ Editione extant paginis 306. 329. At qui Codices Regios inspexere, negant in iis comparere ea verba, inter eos Claudius Sarravius Epistolâ ad Salmasium antè laudatâ: *Johannes Albinus duos locos citat ex Vita Nicolai I. & Hadriani II. quibus idem omnino evincatur, Leoni nempè immediatè successisse Benedictum; at in MS. nostro non comparent.* Minus extant in iis Codd. Anastasii, quos terminari in Leone IV. eoque mutilo, supra docuimus. Ità quæ citantur ex Vita Benedicti III. tanquam Anastasii Bibliothecarii, pari

T. III. Script. Francic.

pari ratione desiderata in prætatis Codd. in quibus nulla Vita Benedicti, forte ne solâ Johannâ mutilati Codices apparent. Et ipsi illi Moguntini taten- tur de Codice MS. Palatino, (quo de supra pluri- bus) *Benedicti III. vitam non complexum esse.* Unde omnibus palam fit, quæ sit vis illi instantiæ, de- sumptæ ex Vitâ hodiernâ Benedicti III. in quâ legi- tur Benedictus surrogatus Leoni, *mox ubi hac luce substractus Præsul occubuit, illico properantibus Clero, universâ Plebe, quasi nullâ interpolatâ morâ. Quod nullâ ratione componi posse cum eo intervallo quod inter Leonem & Benedictum definiunt Codices Ana- stasiani MSS. Regius, Mazarinius, Palatinus, & quibus usi Alb. Stadenus, Platina, Onuphrius, Ba- ronius, Bellarminus, alii, (ut visum modo est) Blon- dellus noster agnovit in Marginal. Notis ad Tabu- lam suam Chronolog. Certo indicio has particulas *mox, illico, & quæ cum iis connectuntur, fuisse in textum Anastasianum illatas, Johanni VIII. Fœ- minæ deturbandæ. Par videtur omnino ratio ejus quod additur, decretum de electo Benedicto invi- sissimis Lothario ac Ludovico destinatum Augusti.* Un- de conficiunt omnes, ipse Doctiss. Launoius, nul- lum esse Johannæ locum, ante hunc Benedictum **IXI.** utpotè quæ ultra *bienniam* sedisse fertur, ab *An- no* DCCCLV. Quo fit ut *migraverit annis fore post Lotha- rii excessum duobus*, mortui scilicet in Piumiensi Mo- nasterio, in quod secesserit diviso Filiis Imperio, An- no DCCCLV. juxta omnes Historicos. Ac de tempore quidem excessus Lotharii Imperat. dicimus infra, uti de characteribus annorum, mensium, dierum, quibus sedisse feruntur hujus ævi Pontifices. indè a Sergio II. Quod verò insertum est Vitæ Benedicti III. de decreto electionis *Benedicti destinato ad Lotharium & Ludovicum Augg.* fraudem Interpolatoris arguit. Aut enim dictum de Benedicti electione, quod elec- tioni Johannæ aptandum fuit, insinuandæ Lotha- rio adhuc superstiti, prout aliàs observatum ex Codd. MSS. Martini Poloni, etiam ex Sigeberto, quod qui *Johannes fuit alibi legitur fuisse Benedictus III.* Aut verius Lotharii nomen additum ad illud *Invictissimæ Ludovici Augusti*, ut semel *Augustorum* positum in plurali (quod nullatenus *Augustorum* jussione præceperam) pro *Augusti*, quod proclive fuit, dum uterque con- jungitur in Leone IV. & aliàs. Hinc immemores sui interpolatores, mox subjiciunt *decretum Ludovi- go benignissimo Casari datum*, nullâ mentione mortis Lotharii quæ intervenisset. Indè etiam unius *Cæ- saris*, unius *Augusti*, *Imperatoris*, unius *Ludovici*, in eodem contextu mentio est, non modo ubi de porrecto illo electionis Benedicti decreto, à Nico- lao & Mercurio Legatis, clam pro Anastasio con- spirantibus, verum etiam ubi de *jussibus, respon- sis, missis Imperialibus.* Nec aliter Platina, *Ludovici Imperatoris Legatis ad confirmandam Cleri & Populi ele- ctionem Romanam missi.* Sed nec Baronius, qui in hac de electione Benedicti historiâ meminit *unius Impe- ratoris Ludovici, & legatorum Imperatorum.* Atque anti- logiæ hujus manifestæ, quales in his Paparum Vitis frequentes largiuntur, & accusat ipse Baro- nius, haud obscura ratio est. Dum Lotharii & Lu- dovici simul fit mentio, item *Augustorum*, pertinent illa ad Johannæ tempus, & consignatum decretum de electo Johanne VII. Scholasticâ & Sacrà erudi- tione, quali & Leo IV. fuerat, Romæ supra reliquos inclyto. Sed ob Johannæ tempus adscriptum Be- nedicto, quod vel ex Sigeberto liquet ad Annum DCCCLIV. & ob confusas res utriusque, hinc & con- fusum decretum fuit quod destinatum ad *Augustos*, vel ad *Lotharium* cum Filio imperantem, in causâ Johannæ, & quod ad *Augustum* seu ad *Ludovicum* in causâ Benedicti, mortuo dudum Lothario. Certè plana fraus est Interpolatoris Sigeberti, *Anastasio à Legatis Lotharii Imperatoris dejecto*, referendo hoc ad*

Annum DCCCLIV. Quo ipso assignavit Benedicto, post mortem Leonis, id tempus quod Johannæ Mu- lieris fuit. Idem judicium est de *Diplomate* quod fertur *Benedicti III. de Privilegiis Corbejenfis Abba- tiæ*, tanquam *dato Imperante Domino Piiſſimo Augusto Lothario, Anno ejus XXXIX. sed & Ludovico novo Im- peratore ejus filio, anno VII. Indict. IV.* & quidem men- se *Octobrio.* Ità in Tomo VIII. Concilior. Edit. no- C. 242. vissimæ, & tanquam ex Archetypo Monast. Corbe- jenſis apud Mabillonum de Re Diplomaticâ, Li- P. 440. bro V. Sed verba illa, *imperante Lothario &c.* ad cal- cem illius Diplomatis adjecta, nec Lucam Dache- rium expressisse in Spicilegio, à quo Diploma pri- T. VI. mò erutum *ex vetustissimis Monasterii Corbejenſis Char- P. 408. tulariis*, nec sibi constare, aut concordare cum hi- storiâ, multis infra demonstramus. Unde de aliis id genus fraudibus judicium esse potest. Hinc et- iam non nisi *jam defuncto Lothario Imperatore* colloca- tum in sede Pontificiâ Benedictum fuisse, disertè Continuator Actonis Viennensis. Et fuisse Benedi- ctum *temporibus Ludovici, filii Lotharii filii Ludovici Imperatoris*, dixit Auctor qui vulgò Luitprandus est, licet non semper sui memor. Neque sedisse hunc Pontificem nisi ab Anno DCCCLVI. juxta rationes Hermanni, aut Compilatoris Chronologici, vel ab Anno DCCCLVII. juxta rationes Mariani, Conradi Ursperg. Martini Poloni, aliorumque, id est post mortem Lotharii Imperatoris, infra pluribus.

IX. Neque stringunt quæ urget præ cæteris Joh. Launoius, in prætatâ Epistolâ ad Tellerium. Multis ille ex historiâ conflati *schismatis*, per *Anastasium ex-Presbyterum*, depositum à Leone IV. ac percussum anathemate, optandum verò in Pontificem, simul ac electus fuerat Benedictus III. conficit, *nullis machinis, arietibus, & tormentis, inter Leonem IV. & Benedictum III. Joannis vel Joannæ Pontificatum inter- poni.* Ratio illi gemina est; prima, quod nemo sibi persuadeat itum Anastasium, qui se injustè ex- communicatum crederet à Leone, nihil movisse se- dente Johanne, sed expectare voluisse *donec iste Pon- tificatus defunctus esset*, quasi præcivisset hujus faturo, post annos duos, *mensis V. dies IV.* Altera ratio est, ab auctoritate Annalium qui dicuntur Bertiniani, in quibus refertur, *post mortem Leonis, ipsum anathema- tizatam atque depositum Anastasium, redeuntem ab ab- ditis, quibus sicut fur latitaverat, locis, Ecclesiam in- vassisse, & quæ ibi plura.* Ego verò hanc machinam, hunc arietem, hoc tormentum Johannæ de folio Pontificiâ deturbandæ impar esse, mihi omnino per- suadeo. I. Anastasianæ narrationi nec secum ipsâ fati- tis, nec cum Annalibus Bertinianis, convenit. Nam si Codd. hodiernis fides est, Benedictus *mox* ab obitu Leonis, & ut vult Blondellus, *biduo* post, alii *sexto* post die, in Papam assumptus est, & quidem summo omnium consensu, *omni Cleri, universorum Procerum, cuncti Senatus, universa plebis*, quasi divi- nâ inspiratione. Si tamen credimus antiquis Anasta- sii Codicibus, & tot Chronographis aliis, à morte Leonis vacavit sedes *mensibus II. diebus XV.* suspensis ad tempus Clero Populoque Romano. Et quum mortuum Leonem ferant *XVI. Kal. Augusti*, illi An- no DCCCLIV. alii Anno DCCCLV. imperante adhuc Lo- thario, narratio illa de electo mox Benedicto, & prælato ab aliis Anastasio *pridie ejus diei*, quo Bene- dicti *pedes de more osculati sunt omnes*, ut Platina, id- que solo tum imperante (ut vidimus) *Ludovico*, & properantibus Romam *Legatis Ludovici*, non connec- ti potest cum morte Leonis. Hinc Bertiniani Ana- nales, *post mortem Leonis* prodisse sanè è latebris An- nastasium, non autem illicò, vel immediatè. Quod nec patitur id quod addit Pontificale, statim ab ec- lectione Benedicti III. nempè lætatam omnem Ur- bem, exultasse Ecclesiam, Senes, Virgines, Pau- peres, &c. *quia extensa in eis tristitia fuerat, comen-*

plabantur confusa, & turbatis modò rebus jam tranquillitas videbatur erecta. Atqui sedente Leone fruita ad extremum Urbs & Ecclesia fuerat summa tranquillitate, & felicibus votis, post fugatos Saracenos; nec confusio illa, & tristitia, & conturbata res, quo tempore electus primùm Benedictus fuit, respiciunt tempus prius Leonis, sed potiùs dolorem acceptum, & confusionem natam, ex infamiâ & casu Johannis Fœminæ. Quâ de re Lectoris iudicium esto. II. Qui penitentiùs legerit in hodierno Anastasio historiam hujus Schismatis & nati & coerciti, cognoscat perplexam illam & secum ipsâ pugnantem, ac phrasi barbaram; ne dicam in Codd. quibusdam MSS. aliter expressam, primis turbis adscriptis cuidam *Johanni Diacono Lateranensi*, qui collectâ seditiosorum manu in Patriarchium per vim fratris jamis ingredere, in throno Pontificali locandus. sed inde magnâ cum turpitudine expellendus. Postea aliis & brevioribus verbis describitur factio pro Anastasio, quæ Francis tribuitur; dum alias primùm studium Benedicti prædicant, (ex verbis Hincmari, & Privilegii Corbejenfis, de quibus nos postea latius) ut gratificaretur Francis. Ex. gr. quis illa satis expedit? *Properantibus quidem ad Martyris jam facti Basilicam, ipsi de quibus jam supra Legati meminimus, eidem deposito anathematizatoque Presbytero Episcopo, Clemens Romana Plebis ac Proceres obviamerant, cum quibus pariter equitantes per Neronis campum, Urbium jam manibus properabant.* Itâ qui tanto consensu Benedictum modò deduxerant ad Lateranense Patriarchium, nunc cum Anastasio anti-Papâ, qui omninò latere non potuit, pariter equitant per Neronis campum, & ad Urbem properant. Rursus, modò Lotharii simul & Ludovici, item Augustorum, meminit scriptor in hac causâ, modò unius Ludovici, qui certè tùm solus Augustus fuit; solus Cæsar, Imperator, Lotharii nomine per fraudem inserto, & hîc, & apud Siebertum, atque in Diplomate Benedicti, de quo multis infra. Itâ narratur ibi quæ nemo satis capiat. Ex. gr. Benedictum misisse ad Legatos Imperiales G. G. Majoremque Episcopos, sed tradendos custodibus; & statim, misisse Hadrianum Secundicarium, & Gregarium Ducem. Rursus, quum omnes victos ac comprehensos oportuerit à factione Anastasii, unus inducitur Hadrianus quem vallatum custodibus deducebant. Itâ tanquàm eodem die, (alterâ autem die) gesta referuntur, directum à Legatis Imperialibus, qui longè adhuc ab Urbe abessent, mandatum ad Clerum Populumque Rom. ut sibi obviam iret; tùm ipse occursum Romanorum, egressorum trans Milvium Pontem (qui ad II. ab Urbe lapidem fuit, Via Flaminia, prope quem Julianus à Severo, Maxentius à Constantino M. oppressi,) longâ viâ, quæ duceret ad Basilicam Leucii Martyris; tùm pompæ omnis equitatus ad Urbem mania; hinc Anti-Papæ Anastasii cum Legatis Cæsareis in Urbem ingressus, invasio Basilica S. Petri, Imaginum confractio, concrematio &c. Quæ intra unius diei angustias, Septembri mense (ut volunt) jam adulto, absurdè concludi, multaque hîc à Blondello gratis suppleri, ut efficeret eodem die incardinatum Benedictum, quo satis concessit Lotharius, pluribus observarunt adversus cum Virum Congratulatus Advocatus, & Celeberr. Maresius, quos non reponimus. III. Absurdissimè Launois, sed & Blondellus, in hac omni Anastasiani Schismatis historiâ, Johannam nullam apparere. Credo equidem, ut quæ historia spectat ad tempus Benedicti III. postquam esse personatus Papa desierat. Sed inquirunt, an expectasset ille depositus atque excommunicatus Anastasius, dum Leonis successor alius Pontificatu defunctus esset? Expectavit non ultrò, non propriâ sponte, sed coactus, occasione turbandi aut invadendi Pontificatum nondum natâ. Retens nimis memoria fuit

Traité de la Pap. p. 179. 180. Exam. Quest. a p. 157.

solemnium anathematum in hunc Anastasium R. E. Presbyterum, Ravennæ primùm, hinc Romæ promulgandorum, Synodali decreto, magnâque consensione, biennio circiter (ut ferunt) ante mortem Leonis. Acta refert Lucas Holstenius, Collectionis Romanæ Parte II. Sententiam eam firmavit per suos Episcopos, eidemque subscripserat Lotharius Imperator. Vivus adhuc spiransque Lotharius, statim à morte Leonis IV. ac plerique Episcopi qui in anathema consenserant. Nullâ igitur veri specie fingunt cum Anastasio ab illis ipsis Episcopis, imò ab ipsis Legatis Lotharii, mox ab excessu præfati Leonis, adspiciente Clero Populoque Romano universo, fuisse ex summo ignominie gradu subvehendus uno saltu ad fastigium summi Sacerdotii. Expectanda à dejecto Anastasio Lotharii mors fuit, illorumve qui se perdidissent, certè opportunum tantis moliminibus tempus, ac sufficiens subdolis longisque machinationibus. Quomodò exempli causâ Formosus Portuensis Episcopus, quem dignitate exuerat Johannes IX. nonnisi aliquot intermediis Pontificibus emerit ad Papatum. Ac facinus illud depositi Anastasii accidisse sub Lothario, nulli Annales Bertiniani referunt. Sed nec vel hi, vel Auctor Pontificalis, abdicandum fuisse rursus Anastasium confirmato Benedicto, ipso XXX. Sept. seu III. Kal. Oct. A. DCCCLV. quo obiisse fertur Lotharius, quæ Chronologia precaria est, & gratis conficta. Igitur motus illi Anastasiani spectant ad tempora Ludovici Imperatoris, & ad Annam veritatis DCCCLVII. Quemadmodum idem Sacerdotalibus expulsum vestimentis à Benedicto, quevit longo intervallo sub hujus Pontificatu, & sub illo Nicolai I. rursus violaturus sacra omnia sub Hadriano II. ut docent ex Synodo Romanâ sub Hadriano habitâ, & ex Bibliothecæ Barberinæ Monumento, Lucas Holstenius in Collectione Romanâ. Neque profectò ullam assentiendi legem imperat Tabula Chronologica Davidis Blondelli, aut Marginales ad eam notæ, solâ affirmantis auctoritate haud semel subnixæ, ut legentibus patescit, & superiora ex parte docuerunt. Par fides Chronologiæ Labbeanæ est, de quâ pluribus postea.

X. Sed verò nullus esto Johanni VIII. Fœminæ inter Pontifices locus, seu in hodierno Anastasio, seu in Annalibus Bertinianis, vel in Adone, Hincmaro, Joh. Diacono, Luitprando, Hermannò Contracto, & si qui plures citantur ab Onuphrio, cæterisque confutatoribus Fabula, quam vocant l'Éône efficiunt, aut Marianum Scotum primùm omnium illius meminisse? aut si omninò primus est, necessariò hinc Fabulam coargui? Neutrum ineluctabili aut evidenti ratione consequitur, opinor. Ac prius quòd attinet, inter Anastasium Bibliothecar. & Marianum Monachum produximus nuper, diversimodè quanquam, testem non unum intermedium. Primò quidem Herchembertum vel Herembertum Monachum Cassinensem clarum sub Stephano VI. Auctorem Historiæ Longobardicæ, vel Chronici editi cum aliis Neapoli Anno MDCXXVI. citatique ipsi Mabillono. Dum enim hic finxit, aut figmentum retulit, xxx fortè annis à casu qui in Johannâ contigerit, in fustore Historia unde descripsit Antonius Caracciolus editor pag. 90. Constantinopoli aliquando (tempore Arechisi Ducis Beneventani, coævi Catolo M. & Adriano I. defunctique apud eundem Herembertum Anno DCC. LXXXVIII.) Patriarcham fuisse, qui *Famina esset, sexum masculinum sub Clerici veste mentita, turpi & pernicioso errore, sed detecto tandem; planum est commentum hoc Monachale de infamiâ Constantinopolitane sedis, cui tùm præesset Mulier habitu virili, scripto traditum quo tempore flagraret Romæ summa invidia Photius eum suis, non fuisse nisi reformationem*

Parte II. à p. 136.

In Cœnograph.

Mus. Ital. T. 1. p. 27.

tionem adversus æmulam in Oriente sedem, ejus quod nuper in Papali ac Romanâ acciderat. Nec enim huic fabulæ, repositæ à Leone IX. Pontifice, ullum fuisse in Historiâ Seculi VIII. Constantinopolitanâ fundamentum, aut obtentum ullum, in superioribus docuimus. Unde nec illa descripsit Baronius, qui Heremberti Chronicon viderat, *non nisi magno cum delectu inde excerpturus*, quæ essent e re sua, *cæteris Auctori relicta*, ut ipse monet Caracciolus editor, ad descriptum somnium Arechisi. Ità idem Herembertus, ad Annum DCCCLV. dicit, *mortuo Lothario relictum Gallicum Pontificis auctoritate divisum fuisse*, at tacito nomine Pontificis; quem fuisse tum Johannem Formosum tot Chronographi. Unde & fabula de *Patriarchâ famina*, ut dictum modo est. Testis alter fuit Radulphus, seu jam Flaicensis ille Cœnobii, seu Fuldenis Monachus fuerit; auctor Commentariorum in *Leonicum*, scripti pro ætate discreti & eruditi, inserti Tomo XVII. Maximæ Biblioth. Patrum. Quem Radulphum, ab ipso Blondello relatum inter *asserentes Lotharia Pontificatus*, floruisse *seculi* circiter ante Marianum, persuasissimum omnibus fuit, ante Blondelli & Labbei asserta, superius expensa, quod redeat Lector velim. Testis haud obscuri præterea videntur, chronice notæ ad calcem *Adonis Viennensis*, & in *Hermanno Contracto*, de quibus ut supra monuimus, sic pressius infra. Nam Adonis quisquis Continuator fuit, tradit *Benedictum in sede Apostolicâ substitutum*, jam defuncto *Lothario Imperatore*, qui tamen Imperator in vivis fuit, quum Leoni successor decerneretur. Alter Leoni IV. largitus *annos IX.* cum aliquot *mensibus*, prorogato valde Leonis Pontificatu (quod & deinceps ab Urspergensis, Alberto Stadenis, aliisque factatum, prout anticipat alii initium Benedicti) suspicionem merito ingerit obscurati temporis, quo media *Fœmina* sederit inter Leonem & Benedictum. Adde quæ Johannæ indicia aut vestigia in ipso *Anastasio* deprehendimus, superiori *Disquisitione*; etiam in *Vita Benedicti III.* ubi meminit *status Urbis & Ecclesiæ*, quando optatus Benedictus fuit, uti meminit *Ludovici solius imperantis*. Ac quæ ratio stuprati Anastasii, ut ex datis sine fine exemplis deinceps ratum esse putem, postea & corrupti *Hermani Contracti*, *Mariani*, *Sigeberti*, *Martini Poloni*, *Platina*, &c. ex demonstratis, adde & vis illatæ monumentis *Photii*, & *Græcorum*, ne dicam *Pontificum Diplomatum*, *Bullis*, aliisque *Vaticani Archivi* documentis, familiaris usu hujus *Præfectis*, *Monachis*, *Inquisitoribus*, *Expurgatoribus*, *Jesuitis*, *Ministris* alijs atque *Emissariis Romanæ Curie*: eandem quidam fraudem merito suspicemus in describendis *Annalibus Bertiniansis*, aut *postremis Adonis Viennensis*, aut *Vitis Guilielmi Bibliothecæ*, vel *Luitprandi*, vel *Abbonis Floriacensis*, ac scriptis id genus, anterioribus *Mariano*, nec nisi e *Vaticanis scriptis*, aut illis *Monachorum*, studentium nimis honori *Rom. Sedis*, propagandis in vulgus?

XI. Verum sit *Marianus Scotus* primus hujus *Johanna Mulieris*, in *Paparam serie*, narrator, largitis ante *Baronio*, *Launoio*, *Blondello*, quin ipso *Flor. Ræmundo*, afforente *Germanos omnes Marianus hujus Historia principem continuans ore celebrare*. Num necessariâ illatione inducatur atque explodatur ea *Fœmina*, prudens *Lector*, paucis obsecro advertat. I. Aut finis de suo *Fabulam Marianus*, nequiter impositurus *Orbi*, aut errore turpissimo rem asseruit, tum novam, inauditam, nullis ante se monumentis traditam, eandemque foedissimam. Neutrum sine stoliditate, fumam certè imprudentiâ, dici aut cogitari posse, prolixè visum, quum de *Mariano teste* ageremus, qui *Aventino*, in *Annalibus Bojorum*, aliquoties appellatur *Divus Maria-*

mus. Neque nos iter per eadem vestigia otiosi relegimus. II. Aut mox à *Mariano* fidem accepit fabula, aut certum omnibus fuit lusisse hominem, qui

— delirus & umens

Undique diceretur merito.

Posterius ne ipse perspicacissimus *Launoio* censuit, qui, in ante allegatis, jam *Mariani ætate*, *ducentis* circiter *annis ab obitu Leonis IV.* in vulgus spargi credidit hanc coepisse *Fabulam* pronunciavit, mox *acquisturam vires*, ut aliquot *seculis nemo vel certa pauci dubitarent*, quin *Fœmina Romanam sedem occupasset*. Nec alienus ab hac opinione *Blondellus* notat. Ità *Mezeræus Historicus*, in *Epitome Chronologica*, ad *Annum DCCCLV.* *passus totis annis quingentis* *habuam rem esse ut constantem veritatem*; sed pro *Ed. de* *quingentis*, in novissimâ *Edit. majoris Operis*, substituerunt *Censores quadringentis*. Ergo inde à *Mariano* *Scoto* ad *Onuphrii*, vel *Ræmundi*, vel *Richeonii Jesuitæ*, ac similibus tempora, superiori ætate, habita res fuit ut constantis veritatis, iudicio sagacissimi *Historici*. III. Vel tempus quo scripsit *Marianus*, & quod proximè eum excepit, id est quo *sparsa primum in vulgus fabula* fuit, demeritum fuisse censetur *barathro teterrimæ ignorantie*, nullis tum *Scriptoribus* qui scædum errorem arguere aut vellent aut possent; vel distinctum fuit *sagacissimis Pontificibus*, & *acerrimis causæ Papalis assertoribus* ac *vindicibus*. Prius illud sustinuerit nemo, nisi *cujus inscitiam* protinùs arguant, cum *Historia Pontificum* inde à *Leone IX.* *Victore II.* *Nicolao II.* *Alexandro II.* *Gregorio VII.* *Victore III.* *Urbano II.* &c. *severis oppidè meruendisque Romæ Antistitibus*; tum *Catalogus celebrium scriptorum*, quos *Mariano* supparet aut proximos fuisse alias retulimus. Si vero hi ipsi sive *Pontifices*, sive *Scriptores*, *Fabulam omninò esse intellexerunt*, quæ jam tum ex *crasso errore*, aut certè ex *improbâ calumniandi libidine*, spargi in vulgus cocepta fuerat, undè illi *supinâ taciturnitate*, ac *præpostero silentio*, scientes volentes permiserunt cum *Mariano* tribui *famam doctrinæ*, *fidei*, *sanctitatis*, tum *radices agere vanissimum commentum*, nullo *obelo expunctum*, nullâ *censurâ notatum*? Quo factum est, ut *Fabula* (itâ *Parisius Doctor*) *inter annorum vires, detrimenta temporum, & labentium Seculorum insolentiam, obtinuerit, inveteratâ persuasione*. IV. Aut perpetuæ veritatis est, *efficax argumentum duci*, in tacto etiam *turpissimo ignominiosissimoque*, à *silentio scriptorum supparium* vel *æqualium*, qui nihil hujus tradiderint; aut pro *confesso* erit, fallere sæpè in *ejusmodi casibus negans argumentum*. Prius ne ipse *Doctiss. Launoio* existimavit, satis intelligens, *propriæ turpitudinis neminem facile esse primum testem velle*. Sic ille *Dissertatione de Auctoritate Negantis Argumenti*: *Nam est Auctores, Leonis IV. vel Benedicti III. æquales vel supparet, de Muliere illâ sfluerim, viciniyores tamen illis minus verecundi, silentium facere desierunt*. *Blondellus* pariter, *ne ipsos qui Papis adversati sunt*, (quales mox à *Johannâ*, *inclinato Seculo IX.* *Photius* in *Oriente*, *Anacr. p. 74* *in Occidente Theutgandus Trevirensis*, *Guntharius Colonienis*, *Johannes Ravennas*, *Hincmarus Remensis*, *Anastasius Presbyter à Leone & Hadriano excommunicatus &c.*) *aut qui adversus Romanam sedem bellum susceperunt, hoc ipso probra ejus omnia conquirere necesse habuisse*. Quinimò ne in *favorabilibus*, quæ retulisse intererat plurimum, concludere *negans argumentum*, à *silentio æqualium Scriptorum*, *sexcentis Baronius*, & *universa Roma*. *Exemplorum abundè supra fuit*, ubi *gravissimas Traditiones Romanæ Ecclesiæ*, sæpè ab *uno alterove Nugivendulo chartis primum illitas*, plerumque *aliquot post res gestas Seculû* auditas demùm, narra-

T. VII. Bibl. M. Patr. col. 382.

De Fab. Joh. C. 11.

Abb Chron. Ed. de Par. T. I. p. 216.

P. 272.

P. 74.

tasque scripto fuisse, pluribus evictum fuit. Sed audi Baronium, in causâ *Hispaniarum* Regni, antequam invaderetur à Saracenis, à *Gothorum Regibus maxime piis*, *B. Petro & S. Romana Ecclesia in jus & proprietatem traditi!* Credi jubebit Purpuratus rem tam intolentem & monstruosam, licet nemo antiquorum Scriptorum enarret, licet à nemine *Hispanicarum rerum historiam prosequente memoria prodicam esse sciret*; idque ex literis Gregorii VII. Qui tamen Pii illis Regibus quatuor aut ultra Seculis posterior fuit, etiam in causâ propriâ testatus. J. Bapt. Thirus, Exercitatione contra Launoii Dissertationem: *Quor, amabo, ab Apostolis per traditionem accepimus, quorum nulli Apostolorum aequales aut supparetes testes produci possunt? Quor in Ecclesia pro compertis & exploratis habemur, quæ si ad Auctores aequales aut compares decurrendum esset, falsissima reperirentur?* Et quæ in hanc rem ibi plura, vi enervandæ *Negantis Argumenti*; ex Scriptorum equalium vel supparium silentio, in factò Historico. Idem professus Hadrianus Valesius, V. Cl. in Disceptatione de Basilicis, citatâ in priori hujus mæ Disquisitionis parte. Taceo assertores Factorum sine fine Pontificios, & in iis superiori & nostrâ ætate Onuphrium, Surium, Molanum, Gretserum, Alanum Copum, Turrianum, Bellarminum, Florimundum, Guesnæum, Bzovium, Chiffetium, Allatium, Raynaldum, Neuhusium, Aringum, Labbeum, Heroas id genus, ne dicam commissos quoque cum præfato Launoio, Johannem Cheronium, Thomam Aquinatem nuperum, Philibertum Fesaium &c. qui de posteriori tempore præscribendum esse negant in punctis Historiæ. Atque in specie Bellarminus hac in re multus est, v. gr. in quæstione de *Petri* in Urbem adventu, & alias passim; *Nihil concludi ex argumentis ab auctoritate negativè: Magis credi debere tribus testibus affirmantibus, quàm infinitis nihil dicentibus*; Satis esse nihil istorum negari à scriptoribus ejus temporis &c. Quæ nos acerrimis istis Johannæ exagitoribus, ducto his initiali argumento à silentio noni & decimi Seculi scriptorum, ad hominem modò opponimus.

XII. Ast verò disparem longè rationem esse omiffæ Papæ Fœminæ, seu ab Anastasio, seu ab Adone, seu ab Hincmaro, seu à reliquis ejus & proximi ævi Scriptoribus, ac est tacitarum Traditionum tot retrò post res narratas Seculis, quarum interim veritati historicæ patrocinatur universa Roma, prolixè est à me demonstratum. Redibit Lector ad superiora, nisi grave est. Intellet longiori omninò intervallo disjungi à se invicem Facta pleraque, quibus Romæ fides est, & primos Factorum illorum testes, ac disjungitur *Johannæ Fœmina* à tempore *Leonis IX.* vel *Mariani Scoti*; quando dispersam jam fuisse per ora hominum; mox & chartis propagatam, æquiores largiuntur. Nulla etiam inter primos illos tabellarum ineptissimosque venditores, & Marianum Seculi sui decus, mox Sigebertum, Radulphum, Ottonem Frisingensem, Galfridum Arthurum, Godefridum Viterbiensem, Martinum Polonum, cæterosque Johannæ supra assertores, justa comparatio est. Sed neque ulla, inter suave somniantium Monachorum deliria, aut propinata Romæ commenta, & inter occupatam à Johanne Anglico Papalem sedem, sub virili specie, post comparatam sibi doctrinæ famam & sanctitatis, in Scholis Romanis, iis temporibus quibus ut sexum fingere, sic nefariis artibus ad Papatum grassari, haud nova equidem res fuit. Adde silentii nullas habuisse causas, qui æquales aut supparetes fuere iis Factis, quæ in fidei historicæ Capita Romæ abiverunt, dum gravissimas habuere Johannam in Paparum ordine nullam memorandi, qui omiffisse referuntur, scientes nempe volentesque.

Hæc enim sine contumeliâ Romanæ sedis, & fulminibus Nicolai, Hadriani, Johannis IX. ac successorum, numerari inter Pontifices haud potuit. Vulgata autem postea tabulis fuit, sed ita ut numerum non faceret; quo tempore testatissimum Orbe toto erat, intra *sesqui-Seculum* vix nisi Monstra occupasse Papalem sedem ac tyrannidem, cui adeò haud parcendum amplius duxere Viri graves & Chronographi insignes. Undè quod argumentum Launojus Doct. Parisiensis aliquando intrinxit, configendæ fabulæ de causâ secessus Brunonis in Carthusiam Eremum, scilicet ex *redivivo quodam Parisiensi Canonico æternis sese supplicis damnatum asserente*, non idem stringit advertus Papam Fœminam. Fuit illud, à tempore quo primum audita scriptave narratio de Canonico *avastor*, ait nempe *post annos à condito Carthusianorum Ordine cclx. & amplius, fictam illam fuisse*. Utique sanè, nam totius non modò Cartusiani Ordinis, sed & Ecclesiæ, & Bonorum omnium intererat, nosse publicum hujusmodi sive portentum sive miraculum, excitandis ad Pœnitentiam animis. Undè silere nec potuerunt rem tanti momenti Parisini Doctores ejus temporis, ipse cum primis Bruno, nec debuerunt. Planè ut nos alibi, de *Petrino* Romam adventu, deque Romano Episcopatu, & Baronianis aliis, quæ tacere nec Lucas, nec Paulus, nec Petrus ipse, nec Clemens Romanus, &c. omninò potuerunt vel debuerunt. Absurdus vero Serarius est de Rebus Moguntinis *Lib. I. C. XLII. Num. xxxv.* qui idem contendit de re ad æternam Rom. Ecclesiæ infamiam comparatâ: *Afirmativa potius auctoritas sic est; Illi tales tantique Viri*, (Anastasio, Guil. Bibliothecarius, Lupus Ferrariensis, Nicolaus r. Hincmarus, Ado Vienn. Johannes Diaconus) *poterant meritoque debeant momenti tanti rem, quæ ipsorum temporibus rebusque quas scribebant coherentem consigisse, scribere*. Quibus verbis imprudens Jesuita jugulat quicquid Apostolicarum Traditionum fertur, quæ Romanæ Ecclesiæ aut Fidem, aut Cultum, aut Regimen, aut Ceremonias, fundant ac stabiliunt. Nec quotquot in his Scriptoribus, aut in Actis Conciliorum, *Benedictum* Papam inducunt ut *Successorem Leonis*, nempe legitimum, ac solum censuratum Romæ, cujus etiam post Leonem Actis ac Decretis sua constitit auctoritas, non illi (inquam) hoc ipso negant ullam occupasse sedem Fœminam, inter utrumque Pontificem mediam, haud longo tamen errore, personâ brevi depositâ. Ipsum Sigebertum, dum Leoni Papæ *centesimo primo* subjungit *Benedictum centesimum secundum*, & quidem ad Annum *deccliv.* interim mediam *Johannem Fœminam* probe intellexisse, non numerandam tamen, relectis ejus annis, & imputatis Benedicto, visum supra fuit. Nec profectò aliàs Benedicti initium referendum erat ad Annum *deccliv.* quod sit in omnibus Codd. Sigeberti, indignato in eum Blondello. Ità *successor* vel *decessor* frequentissime dicitur hujus & illius Imperatoris, Regis, Pontificis, qui non immediatus. Nicephorus Historiæ *Libro xvi.* *Ipsè etiam Agatho μετ' ἐκείνον ἡγνεύθη*, seu interprete Ducæo, *Agapetis in Rom. Ecclesia successer*, cui tamen Agapeto Sylvorius proximè successit. Idem; *Ὁμοίως δὲ ἄγ' ἄλλοις ἐπιθετο ἡ ἀγ' ἄλλοις ἐπιθετο ἡ ἀγ' ἄλλοις ἐπιθετο ἡ ἀγ' ἄλλοις ἐπιθετο* qui ante Agapetum & Agathonem Episcopatum gessit; medio tamen non uno Pontifice. Sic Stephanus IV. dicitur *Pauli I. successor*, intermedio ultra annum Constantino II. removendo licet. Sic & Platina, qui *Johannem Anglicum* substituit Leoni, uti Papam ordine *cvi.* tamen de Benedicto III. Papâ illi *cvi.* quasi Johanna nulla fuisset, *cum unum dignum Leonis successorem habuisset*. Itâ Stephanum VI. vel VII. *Baronius* facit *Formosi* successorum, medio rursus Bonifacio VI. controverso hujus tempore, quem *sedisse annis duodecim quidam referrent*, apud Platina.

Et

T. II.
P. 745.

Hist.
L. III.
C. XI.
B. Patr.
T. XVI.
p. 726.
Baron. ad
A. 947.
N. I.
Platin in
Bonif. VI.

Et Flodoardus Remensis, uti Benedictum Leonis *successorem* vocat, Libro III. Hist. Remensis, sic postea Libro IV. Stephano quoque hujus Formosi successori (licet nonnisi post Bonifacium) scribens idem Dominus Fulco. Quod verò illi de hoc Bonifacio, non numerandum inter Pontifices, utpote qui damnatus fuit &c. tum etiam, in Historiis nullam vel parvam ejus fieri mentionem, quasi ejus res gesta nulla fuerint, planè quadrat id ipsum in Johannem Fœminam, cujus res gestæ obcuratæ sunt, vel etiam Benedicto adscriptæ. Fateor in Adonis Chronico ad calcem legi: *Benedictum fuisse Leonis in Sede Apostolicâ substitutum*; quasi proximè consecutâ Leonis excessum substitutione. Sed additur, factum jam defuncto Lothario Imperatore, imò mendosissimè, Anno DCCCLXV. Ac suprâ jam monitum, non esse illa Adonis, terminaturi Chronicon in morte Ludovici, atque initio Filiorum; in vetustissimo autem Cod. MS. Vossiano, in morte Pipini. Igitur postrema hæc sunt ineptissimi Interpolatoris, uno studio expungendi Johannam. Siquidem post memoratum obitum Lotharii, & sub ejus Imperio illum Bernardi Episcopi &c. subjungit: *Et Pontifex Romanus Gregorius moritur, atque ejus loco Sergius ordinatur. Illo defuncto Leo succedit. Quo obeunte Benedictus &c.* Atqui sub Lotharii Imperio moritur quoque antè Gregorium Paschalis I. Eugenius II. Valentinus, quorum nullus meminit interpolator, non magis quàm Johannæ. Porro non computatorum *Nominum*, neque *temporis*, seu in Gentium Regibus, seu in Romanis Pontiff. ob damnatam memoriam, dedimus jam antè exempla. Quibus & alia adjungere, non planè absimilia, in promptu foret. Ex. gr. apud Matthæum illud, in Genealogiâ Servatoris, quo Ozias ut *filius & successor Josami* recensetur, omissis Regibus tribus, ob maledictionem effusam in Domum Achabi, ut Eru-diti Interpretes. Sic omissi Magi, aut personatus Smerdis, in serie Persarum Regum, in Canone Ptolemæi Astronomico, cujus adeò tempus includitur annis Cambysis. Olim omissi in Fastis Archonticis Atheniensium illi *Archontes*, quorum damnata memoria fuit, ob piaculare tyrannidis nomen, observante & Clariss. Dodwello, in Præl. Oxoniensi. Nec exempla defunt in Fastis Consulium Romanorum, qui & damnatorum Principum memoriam, & facta, puta *Domitiani* aut *Commodi*, abolenda censuerunt. Omissi pariter in Corp. Historiæ Augustæ res *Philipporum*, quæ *Deciorum* rebus permixtæ, quos hostes sævissimos Ecclesia Dei experta est, undè & magna ignorantia rerum ac temporum *Dio-clesiani* Principis alias magni, sed Christianis infestissimi. Ità si Josepho Historico fides esset, & nuperis assertoribus Chronologiæ novæ, *Salomonis* Idololatræ toti anni XL. reticentur, quibus à Deo defecit, dum mortuus censetur βασιλεύσας μὴ ὀνόμαζοντες ἐν τῇ, exactis in regno annis LXXX. Isaacus Vossius Libro de Sibyllinis Oraculis; *Græcis quidem & Romanis quàm solenne fuerit tyrannorum eradere titulos, omnemque eorum abolere memoriam, omnibus est notissimum.* Quod addit ille in *Persarum Chronicis*, & in multis *Orientalium populorum monumentis* observari, in quibus *mali Principes, & mala passim expunguntur Tempora.* Nec implemus hanc paginam documentis id genus. Ferè ut imprecatus olim Jobus diei aut nocti nati-vitatis suæ, *ne in numerum dierum anni, aut mensium, referatur.* Sed aperta nimis ratio est, dispunctæ hujus Fœminæ è *Paparam* censu, quàm ut firmari exemplis necesse sit.

Præl.
Prælim.
p. 10.
II.

Antiq.
L. VIII.
C. III.

P. 5.

C. III. 6.

CAPUT X.

BREVIARIUM.

Palmare argumentum Sirmondii, hinc Labbei, Blondelli, ex Epist. Hincmari ad Nicolaum. Alterum ex Privilegio Corbeiensis, confirmato à Benedicto III. Prior ob-jectio fuscè discussa. Ac primò, electionem suspectam

esse probatum. Hiatus in verbis Hincmari, vel vocu-la qualis mutatio. Exempla fraudum circa Epistolas admissarum. De Epistolis Gregorii I. de illâ Benedicti III. ad Hincmar. de aliâ Lupi Ferrariensis ad Benedi-ctum. De Epist. Gregorii IV. Papa ad Gallos. Aliud argumentum falsi, aut mutilationis, ex Epistolâ respon-soriâ Benedicti. Item ex tempore quo abdicavit Lotha-rius. Dubio quod proponunt occurritur. Rerum con-versio in Imperio & Galliis, à morte Leonis, ante se-dem Benedicti. Iannojus verba Hincmari prudenter non objicit. De Privilegio quod Benedicto III. tribui-tur, vivo adhuc Lothario. Interpolatum ostenditur, ex collatione primò Luca Dacherii, Mabillonii, Lab-bei, & Cossartii. Dati deindeac subscriptionis fides ad examen revocata. Nota Chronica falsitas multis reviv-ita. Lotharius quando abdicaverit. Labbei & Ma-billonii exceptio discussa. Alia interpolati Instrumenti indicia. Nonas Octobr. Annus VII. Ludovici Imp. In-dictio IV. Anni Lotharii, Anni P. C. &c. expensa sin-gula. Diplomatum id genus vitiosos Characteres, exem-plis confirmati. Diploma aliud Benedicto ascriptum. Pontificum Privilegia, in favorem Canoniorum, quot & à quo tempore conficta. Rei exempla ex Adversariis plura. Nobisæque characteres. Blondelli concessio de Lothario. Iannojus Privilegii vanitatem in hac causâ intellexisse.

Nunc de loco Hincmari Remorum Episcopi, in Præfatâ Epistolâ ad Nicolaum Papam, paucis dicendum superest. Extat illa tum apud Baronium ad Annum DCCCLXVII. tum inter Opuscula & Episto-las Hincmari edente Joh. Cordesio Canonico Lemo-Paris vicensi, tum in Magnâ Bibliothecâ Patrum Parisinâ 1615. Tomo XVI. tum in Operibus Hincmari ex editione P. 511. Jacobi Sirmondii Tomo II. Ibi Remensis Præsul de P. 582. literis à se Romam directis per Missos suos, unâ Ep. XXVI. cum Epistolâ & Legatione Imperatoris Lotharii, & quidem ad Leonem Papam, pro confirmatione Synodi Sueffionensis II. de justè cum ejecto Ebbone Præfule, tum ordinato in ejus locum Hincmaro Remensi, ac pro confirmandis Privilegiis Remen-sis Primatûs ac Diœceseos. Addit Hincmarus, quum essent in viâ illi Missi, *nuntium venisse de obitu Papæ Leonis: nihilominus pervenisse Romam, cum præfa-tis literis, ubi invenerunt successorem jam datum Leoni, Domnum nomine & gratiâ Benedictum, qui Privilegium quod petebatur Româ direxit. Ne-gant igitur inter Leonem & Benedictum fingi posse duos annos & quinque menses, quibus interim Papiſſa federit. Hæc speciosè qui Papiſſam in Utopiam ablegant. Quibus addunt Privilegium Corbeiensis Ab-batiæ ad Suminam fluvium confirmatum à Benedicto III. sub initium Pontificatûs, tertio mense ab obitu Leonis, Imperii Lotharii Augusti & Consulatus Anno XXXIX. Indiçt. IV. id est, Anno DCCCLV. Exhibent illud Lucas Dacherius Spicilegii Tomo VI. Editores Conciliorum novissimi Tom. VIII. & tanquam ex Archetypo ipso Benedicti, Joh. Mabillonius de Re Diplomaticâ Libro V. Undè rursus confici autumant, certo documento, Benedictum immediatè succes-sisse Leoni, vivo adhuc Lothario Imperatore, ut nullus Papiſſæ ultra biennium seſſuræ locus esse possit. Ex quo nihil à nobis eorum dissimulari Lector int-elligit, quæ Johannæ fidem vel sublestam reddunt, vel ambiguam. Nec enim aliud intendimus, quàm examen veri an falsi, nullo profectò Papiſſæ adstruen-dæ præpostero studio.*

II. Ad Hincmari verba quod attinet, ipsius se-cum reputet Lector quæ modò observamus. Pri-mò, ex tribus Editionibus Epistolæ Hincmari ad Nicolaum, scil. Baronianâ, Cordesianâ, & Sir-mondii illâ, nulli inter se convenire conferentibus patet. Statim in exordio in singulis discrepantia est, & deinceps passim in Epistolæ contextu. Et quam Sir-

An Ann.
867.
N. XXXII.

Sirmondus ex Codice Laudunensi primùm vulgavit, alterâ parte auctiorem esse liquet. Ita quod habent hoc in loco Cordeus & Sirmondus; *Pervenientes autem Romam cum prefatis literis*, legit Baronius, *Pervenientes autem Romam cum fratris literis*, undè aliâ à prioribus literæ, post acceptum nuncium de morte Leonis, intelligi possent. Rursus, in Editione Cordeus, quam sequitur Auctarium Bibliothecæ Patrum, legitur; *Domnus nomine & gratiâ Benedictus mihi, quod estis, Privilegium inde direxit*. In illâ verò Baronii, & Sirmondi; *Domnus &c. mihi quod vestris Privilegium inde direxit*. Blondellus autem in Anacrisi, priorem quidem lectionem secutus, parenthesis includit; *Dominus nomine & gratiâ Benedictus (mihi quod estis) privilegium inde direxit*. Quo ex specimine colligitur, dubiam meritò esse vel integritatem Epistolæ Authenticæ, vel fidem transcriptorum quasi ex Authentico. Secundò, quàm proclive fuit, amabo, quod in expurgandis scriptoribus propè infinitis factitatum, addere vel dispungere voculam, aut periodum, quæ intermediæ Fœminæ inter mortem Leonis, & surrogationem Benedicti, locum nullum relinqueret? Quidni inter illa verba, *venit nuncius de obitu Papa Leonis*, quæ terminant periodum, & sequentia, *Pervenientes autem Romam*, hiatum aliquem concipiamus? Quî nulla apud Hincmarum mentio mutatae rerum scenæ mox *ab obitu Leonis*; nulla temporis quo Romam Nuncii illi pervenerint; nulla *Benedicti* intereâ electi, ac tandem confirmati, post compressum gravissimum Schisma? Vel etiam, quidni scriptum fuerit, *Pervenientes postea Romam, cum Fratrum literis*, vel cum *novis literis*, aut cum *repetitis mandatis*, Benedicto scilicet in Apostolicâ sede intereâ firmato? Quo magis *litera* priores, cum Epistolâ & legatione Lotharii, directæ fuerant ad *Leonem*. Cujus audito à Legatis excessu, fortè nondùm Italiam ingressis, ac dubio Leonis successore, vacaturâ sede per *mensis II. dies XV.* quis non intelligat novis literis, novisque mandatis, opus fuisse ad novum Pontificem? Imò verò annon illius ingenium explorandum primò fuit, quî propensum in Gallos, in Hincmarum; postquam à Leone Papâ *repulsam* jam passus fuisset Hincmarus, nec nisi per *subreptionem* impetraturus à *Benedicto* quod peteret, ut disertè Baronius, post Flodoardum Historicum, ex Nicolai Epistolis. Revocet nunc ad animum Lector exemplorum myriadas, interpolatarum per insignem fraudem in paucis modò vocibus, modò literis, modò etiam periodis, *Epistolarum*, v. gr. Cypriani, aut Gregorii I. aut tot vulgò Decretalium, vel iudicibus Latinio Viterbiensi, Nicol. Rigaltio, Johanne Launoio, Steph. Baluzio, Dav. Blondello, similibus emunctæ paris Criticis. Cogitet, quid vel in *Epistolis Johannis* ausæ sint sacrilegæ manus, testibus præcæteris Hieronymo, & Socrate Historico, atque ipsâ collatione Codicum. Meminerit, ipso vivo Gregorio Pontifice, fuisse qui ejus *falsarint Epistolas*, ut ipsemet conquestus est Epistolâ ad Eusebium Thessalonicensem. Ne dicam de *Epistolis* falso suppositis seu eidem Gregorio I. seu tot mediæ ætatis Scriptoribus; vel etiam (sicubi adversarentur receptæ hypothese) perperam expungendis, ex ipso Cypriano, ut factum est à Manucio, à Latinio, & ab aliis, præeunte in Editione suâ Erasmo, de celebri Epistolâ *Firmiliani ad Cyprianum*, adversus Stephanum Papam. Ac vel unius literulæ aut vocalæ mutatio, etiam erasio, ut sensum omnem immutet, docent infinitæ Observationes in Scriptoribus Ecclesiasticis, speciatim querimoriæ Latini, Aub. Miræi, Jac. Sirmondi, Dav. Blondelli, Joh. Launoii, Per. Lambecii, Phil. Labbei, &c. qui ipsi in Adversariis Johannæ principes apparent.

Ad Ann.
853.
N. XIV.

Præfat.
in Epist.
Canon.
L. VII.
C. XXXII.
L. IX.
Ep. LXIX.

Factum istud scripsere circa characteres annorum, mensium, dierum, quibus federint Pontifices, aut dederint has & illas Epistolas, in Anastasio, Adone, Annalibus Bertinianis, Luitprando, Sigeberto, Radulpho, &c. & in Epistolis Papparum passim. Sic in causâ Dogmatum, v. gr. *Transsubstantiationis*, quâ ratione ex Epistolis *Alfrici* Abbatis (ut docent MSS. Codices Anglicani) induxerint quæ dogmati illi adversa, pridem est à Joh. Foxo observatum, in alterâ Parte Monumentorum Ecclesiasticorum. In specie præter exempla superiora fraudum in Vitis Anastasianis, quæso in Vita Leonis II. in quâ de Sextâ Synodo sub Constantino Pogonato, quantum interest discriminis, si legas cum antiquis Codd. *Præsidente* piissimo ac Clementissimo Principe &c. vel cum editis exemplaribus demptâ litera P. & diphthongo in simplex E. mutato, *Residente*, scil. eodem Principe, alii *Præsente*, ne Præsides hic fuisse Synodi crederetur? Sic in Vita Leonis IV. ubi de *potestate Petro traditâ ligandi & solvendi Animas* &c. quum illa ad *Animas* restricta fuisset ab Anastasio, descriptis verbis Gregorii I. & anteriorum Pontificum, quæ alicubi habet Launoii, placuit recentioribus vocem *Animas* dispungere, ut etiam ad vinculum subjectionis & obedientiæ, quo ligantur aut solvuntur subditi, Papparum hæc potestas nullis limitibus extenderetur. Sed sint exempla, quæ propius ad rem faciunt. Quî enim mirum videatur, erasâ quædam fuisse ex contextu Epistolæ Hincmari? Siquidem majoris fraudis ipsum Hincmarum postulavit Nicolaus I. *Epist. ad Hincmarum*, insertâ apud Baronium ad Ann. *DECCCLXVI.* & Tomo VIII. Conciliorum in Actis Synodi Sueffionensis III. Ibi Nicolaus, quod uncialibus literis signat Annalium scriptor, *desertum est perpetrata falsationem, tum in mutandis literis Benedicti, sententiâ integrâ subtractâ, quam interposuerat Pontifex, tum in iis depravandis, inserendo quæ idem summus Pontifex aut nunquam aut aliter sanxerat*. Nec semper intemerata fuit fides Hincmari, causæ suæ studio. Alterum exemplum conjectura quædam nostra suppeditat. In Epistolis Lupi Ferrariensis, super Hincmaro, inscribitur Epistola *CIII.* in editione Massoni, *ad Dominum Apostolicum Benedictum III.* Et mox in contextu *Universali Papa Benedicto*, cujus *Leonem decessorem* vocat. Quando verò in antiquissimo MS. codice, undè Steph. Baluzius edidit eandem Epistolam, nullum Papæ nomen adscriptum fuit, simpliciter *ad Dominum Apostolicum*, meritò suspicari possemus, fuisse ab inscriptione erasum nomen Papæ; quod ad *Johannem* spectasset ea Epistola, quæ post Fœmina prodita est, pro quâ nomen *Benedicti* in textu suppositum. Nam Johannem respiciebat veriùs petium Epistolæ, pro impetrandis Libris Scholasticis, *Tullii de Oratore, Institutionum Quintiliani, Donati in Terentium*, & quibusdam *Hieronymi*; nempe ob doctrinæ famam, ac bonarum artium, quam sibi Romæ & apud omnes personatus ille Johannes comparasset, recens ferè è Scholâ, & bonarum Sacrarumque literarum studiis, quod nemo de Benedicto. Tertium adde, ex Epistolis Gregorii IV. ad Episcopos Regni Francorum, quam primus edidit, tanquam quæ Gregorii esset, Steph. P. 53. Baluzius, in Parte II. Operum Agobardi. Quum hæc luculenter testaretur perfidiam Pontificis, transgressi in partes Lotharii contra optimum Patrem, & Gallicanorum Episcoporum in eodem Pontifice arguendo, additis etiam minis, libertatem, cave credas vulgatam eam Romæ, aut inter Epistolas Decretales Pontiff. Hinc & delendum fuit dolo malo præscriptum nomen *Gregorii*, seu *titulum* Epistolæ expungendus, quam Agobardo Massonus, Anonymo scriptori Goldastus, tribuerunt, demptâ etiam Epistolæ clausulâ, restituerunt autem Gregorio

T. II. ad
A. 1538.

Launoii
Epist.
P. 669.

P. 53.
&c.

rio Petrus de Marca & ex eo ingenuus doctissimusque Baluzius.

III. Sed verò ex Epist. Benedicti ad Hincmarum, pro confirmatione Synodi Sueffionensis, ac privilegiorum Remensis Ecclesiæ, quæ inter Benedictinas

T. VIII. Concil. Col. 232. Sirm. T. III. p. 107.

prima est, apud Sirmundum, & Labbeum, evidentissimè patet, pervenisse Romam Missos Hincmari cum literis non jam ad Leonem, sed ad sedentem placidè Benedictum, composito pridem Schismate, quicquid neget Labbeus. *Nostri quemadmodum Pontificii cor dulcisonis tua benignitatis apicibus latius effectum est &c. strenuè quos perlegentes inquisitione nostra te esse conjunctum dilectioni internis novimus oculis &c.* Indè etiam intelligitur, Hincmarum aliquoties pulsasse limina Apostolorum, pro impetrandâ eâ Confirmatione, ut sub Leone, ita quidni sub Johanne VIII. latente adhuc Fœminâ sub habitu Papali? *Et quia ut devotus fidelisque in omnibus Filius, pro instructione seu confirmationis gestorum, ac regularum Ecclesiasticarum, semper ad hanc te sedem recurrere contemplamur.* Ex quibus luce clarius fit omnibus palàm, non immediatè cum præfatis literis, scilicet ad Leonem, pervenisse Romam Missos Hincmari, mox ab auditâ illius morte, hinc & laborare eâ parte Epistolæ fidem. Undè & nulla circumstantia temporis istic expressa, quando Romam pervenerint illi Nuncii. Et precariò, ut solet Phil. Labbeus, in suppositâ Chronologiâ, *Eodem tempore circiter* (i. e. Anno DCCCLV. Nonis Octobr.) *scriptam NB. fas est credere Epistolam Benedicti ad Hincmarum.* Nempè immediatè à consecratione suâ, nondum profectò notâ Hincmaro, & necdum acceptis Hincmari literis, qui haud potuit scripsisse ad Benedictum, nisi post ejus acceptam confirmationem, in placidâ jam possessione Papatûs. Ad hæc consecrationis Benedicti Epocham sub finem Sept. pro arbitrio definiunt. Accedit, eo ferè tempore quo nuncius venit de obitu Papa Leonis, dum essent in viâ non modò Hincmari nuncii, sed & Legati Lotharii Imperatoris, hunc ipsum Lotharium abdicasse semet Imperio, dividendo inter Filios, acceptâ Tonfurâ in Prumiensi Monasterio. Factum demum esse xxii. Septembris, sex antè obitum diebus (quod soli habent Annales Bertiniani, à quibus in non paucis discedunt) post electum jam Benedictum, inthronizandum scilicet ut illi, xxix. Sept. rursus hariolantur, Chronologiâ pro arbitrio in hanc suam hypothesein inflexâ. Imò verò obiit Leo mense seu Julio, seu Augusto, ut posterius disertè Annales Bertiniani, ex iis Mabillonius, Mezeræus, aliique, in his licet dormituri entem Amanuensem fingat de suo Phil. Labbeus: Lotharius autem obiisse fertur Septembris mense, sed incerto die, quem xxv. statuit Mezeræus, aliique mensibus post positam dignitatem, ut idem Historicus in utroque Opere, Krantzius aliquot demùm annis, & octo quidem. Nunc advertat Lector, an sit vero simile, Legatos Lotharii instructos hujus Imperatoris Mandatis, ac Epistolâ ad Leonem, post auditum Leonis excessum, mox & audituros in viâ abdicationem Lotharii, seu jam essent Italiam ingressi seu nondum essent, nihilominus perrexisse Romam, & sub Imperatore Ludovico, Benedicto III. novo intereâ (post tot turbas) Pontifice, exposuisse priora Lotharii ad priorem Papam mandata, nullis novis mandatis instructos? Si autem novâ commissione vel delegatione opus fuit, novisque ad Benedictum Literis, quis non intelligit hiulcam esse Epistolam Hincmari, & studio quædam refecta, ut Benedictus Leoni immediatè suffectus crederetur. Taceo nunc quod jam attigimus supra, ubi de pugnantibus Lectionibus in Anastasio, Benedicti initium, invitis gravissimis Chronographis, duci illis ab Anno DCCCLV. plerisque Septembris mense, aliis Augusto, aliis etiam Julio; certi verò apud eos nihil, ex sententiarum collatione. Quod ta-

men initium in A. DCCCLVI. incurrere, mortuo Lothario, ipse Joh. Launojus, ex dicendis Paragrapho sequente, optimè intellexit, alii verò demum in Annum DCCCLVII. Si urgeas, dum *biennium* & ultra labitur inter obitum Leonis, & surrogationem Benedicti, medio Johanne VIII. ubi intereâ hæserit illi Legati, antequam Romam pervenirent? Solutio ex dictis in promptu est, regressos è viâ ad Hincmarum, & ad Ludovicum Imperatorem, vel certè expectasse nova Mandata, & tempus quod Dominis suis censeretur opportunum ei negotio gerendo. Ac pari ratione urgebo, ubi substituerint Legati. an in viâ, an Roma, an in Gallia, donec Benedictus post longum inter-Pontificium, & compositum Schisma, cognosceretur Remis, & in Aulâ Imperatoris, defungi quàm placidissimè Papatu? Supponuntur insuper quæ merito dubia, dum anceps est tot nominibus Johannis Fœminæ Pontificatus. Quid si apud Johannem urserit Hincmarus, quæ ante apud Leonem, sed expungendo ubique turpissimo Nomine, eradendo è Catalogo Pontificum, abolendis Actis, ut illis Constantini II. vel Formosi, & obscurando ejus tempore, quod imputatum Benedicto fuisse, uti etiam res aliâs sub Johannâ gestas, superius non semel observatum? Et quis miraretur, scribentem Hincmarum post resectam Papiæ infamiam, in Epist. ad Nicolaum, noluisse Privilegium Ecclesiæ suæ à Fœminâ derivare, aut videri in eo acquievisses, sed rem eandem deinceps apud Benedictum egisse, ab hoc ipso terminandam ex voto Hincmari, quod (inquit) probè noverat Nicolaum? Sed nec opus est fingere Johannem, successorem Leonis, sollicitatum ab Hincmaro fuisse, impetrando quod diximus privilegio. Siquidem mox ab obitu Leonis, tum & Lotharii Imperatoris, magna rerum conversio in Imperio acciderat. Ludovicus Imperator apud Patruos suos, Ludovicum Germanicum & Carolum Calvum, initio statim conqueri de angustiis nimis finibus Imperii; Franciæ regnum, sub Carolo Calvo, Anno DCCCLVI. misceri dissidiis, factionibus, deprædationibus, cædibus, conspirationibus in Carolum, Britonum idem ac Normannorum incurfionibus crudelem in modum vastari; intereâ Ludovicus Germaniæ Rex Neustriæ regnum armis invadere, Placito seu Conventu Remis habitò; à Wenilone Senonensi in Regem inungi Anno DCCCLVI; & Calvus in Ludovicum promovere exercitum, mox à suis deferendus. Confirmant Francorum Annales, & Historici passim. Quæ dum fiunt, intereâ sedisse Johannem VIII. Fœminam tradunt Marianus & reliqui. Quo tempore Hincmarus Remensis Præsul turbatis afflictisque in suâ Diocesi rebus, nec Episcopis illius in Synodum convocandis appositofatis tempore, differre rem necesse habuit in opportunius aliud, sub Benedicto eidem oblatum. An verò in ipso consecrationis suæ principio rescripserit Benedictus, ut habet Epistola Nicolai I. quæ est XLVI. ad Sueffionensem Synodum, non ita certum. Nec enim Literæ Benedicti, insertæ Tomo VIII. Concilior. Edit. Labbeanæ, ullum characterem temporis, seu Datum expressum habent. Sanè Doctiss. de Ed. Launoy, Epist. ad Thomam Rullandum, censet Angl. Benedicti III. literas ad Hincmarum, quarum hoc in loco meminit Remensis Præsul ad Nicolaum Papam, scriptas fuisse dudum à morte Leonis, labente saltem Anno DCCCLVI. in quo ponit initium Benedicti. Undè Vir sagacissimus, urgens aliâs ex Anastasio, & Annalibus Bertinianis, suffectum proximè Leoni fuisse Benedictum, verba superiora Hincmari nullus protulit, nec in subsidium causæ hujus adducenda esse existimavit. Atque hæc ad motam ex Hincmaro difficultatem satis, quod palmare argumentum fuisse Jacobi Sirmundi, pridem antè Blondelli Anacrisim, VIII. ex jaçtat alicubi Ph. Labbeus, in Cenotaphio Johannæ mar.

Abbrégé T. I. p. 216. Hist. T. I. p. 549. Saxon. L. III. p. 65.

Epist. p. 186.

Prob. VIII. ex mar.

IV. Num validius telum intorqueant ex Benedicti in. Diplomate, in favorem Monachorum Corbejenſium, ad *Universos Galliarum Episcopos*, ſcripto nempe antequam *Lotharins* abdicaret, aut concederet fatiſ, verbo anquirendum eſt. Quinam illud exhibeant, diximus nuper, ac præcipuus in eo urgendo eſt Phil. Labbeus Jeſuita. Sed primò laborat apud me ſubſcriptionis ſeu *Dati* fides: *Actum Nonis Octobris per manum Theophylacti ſecundicerii S. Sedis Apoſtolica, imperante D. piſſimo Auguſto H Lothario à Domino coronato magno Imperatore Anno xxxix. & poſt ejuſdem Annum xxxix. ſed & HLudovico novo Imp. ejus filio Anno vii.* Ità Labbeus & Coſſartius, in Editione Conciliorum, quamvis in Labbei Cenotaphio legatur, *Imperatore anno xxxviii.* Apud Mabillonum paulo aliter; *Datum nonas Octubrias per manum &c. imperante domino noſtro piſſimo PP. (perpetuo) Auguſto HLothario, à Deo coronato &c. & P. C. (poſt Conſulatum) ejus anno trigeſimo nono &c.* In fine additur, *Indictione quartâ.* Lucas verò Dacherius, Monachus Benedictinus, de Re Literariâ præclare meritis ſuis Collectaneorum Tomis, deſcribens eaſdem Benedicti *Litteras*; primò *datum* illud *imperante Lothario*, & quæ ſequuntur, nullus habet in Spicilegio, ubi totum Diploma vulgavit. Deindè in contextu ipſo ſemel atque iterum aliter legit ac Mabillonus, addito nomine *Caroli*, rursùs *Caroli Auguſti*, ad illud Lotharii & Ludovici. Et quod mirè, ſinguli referunt ut ex authentico Corbejenſis Monasterii. Labbeus, *deſcriptum* illud in *mundiſſimis Membranis, ante annos minus octingentos.* Mabillonus, in *Papyro Aegyptiaca, latâ duos pedes, altâ viginti*, (dixit alio loco *viginti & unum*) *corio equalis menſura impoſita.* Rursùs, quum præceſſerit, *ſcriptum per manum Theodorici ſcriniarii R. E. ſeu Notarii, in menſe Octobrio*, ſubjungitur, (poſt *Bene Valete*, quo terminatur Diploma in Spicilegio) *Datum Nonas Octubrias per manum Theophylacti ſecundicerii &c.* Nec tamen ſecundicerius alius à Notario vel Scriptore aut ſcribâ Pontificio fuit; quomodo Gregorius i. Epif. xxv. Libri quarti; *Hanc Epiftoſam Paterio Notario ſcribendam diſtævimus*, qui idem *ſecundicerius* dicitur Epif. xxiv. Libri Noni. Pariter Sigebertus, Libro de Viris Illuſtr. C. xli. eundem Paterium vocat *Romana Eccleſia Notarium & ſecundicerium.* Idem ergò ſecundicerius qui ſcriniarius, in Notariis ſecundi ordiſis, nec diſſidente aliâs Auctore Rei Diplomaticæ. Quin videtur ille ipſe *Theophylactus ſecundicerius*, qui eſt *Theophylactus Notarius & ſcriniarius*, ſcribâ Pontificiſ, in Epif. Paſchalis i. quâ Pallium Archiepiſcopo Viennenſi conceſſit Anno iv. Imperii Ludovici Pii. Ind. x. id eſt Chriſti dcccxvii. Indè per fraudem in hanc Epiftoſam Benedicti tranſlatum nomen fuiſſe, par eſt credere. Atqui debuit confirmari hujusmodi ſcriniarii Inſtrumentum, ſi fides ipſi Mabillono, appoſito ſigillo, manu *Cancellariſ*, vel *Bibliothecariſ*, aut *Præſicerii*, qualiter Diploma quod fertur ejuſdem Benedicti, pro Privilegiis Monasterii S. Dionyſii, & Diplomata Sergii i. Paſchalis à p. 436. I. Nicolai i. &c. apud dictum Mabillonum, & in Tomis Conciliorum. Nulla ſubſignata à *ſecundicerio*, præter hoc unum quod Benedicto tribuunt, vivo ſcilicet Lothario Auguſto. Adde BENEDICTI nomen inter duas *Crucis* adpoſitum, ad calcem Privilegii, in Editione Labbeanâ, non verò apud præfatum Mabillonum. Prout non infrequenter ſubſcripiſſe propriâ manu Pontifices, ante & poſt tempora Caroli M. aliundè evinci poteſt.

V. Sint verò alia ſi non ſuppoſitæ Benedicto Epiftoſæ, certè poſteâ hoc Inſtrumento interpolandæ, non obſcura documenta. Inprimis quoad additum nomen *Lothariſ*, & notatum tempus Patris & Filii, quod reſpondeat Anno dcccclv. Nonis Octobribus. qui *annus Benedicti Pontificatus primus* fuerit,

à *Menſe Auguſto*, ſic Mabillonus. Fiſta omninò E-pocha, Johanna expungendæ, falſiſſimaque. I. De Re Diplom. p. 440. Mortuo Leone a. d. *Julii xvii.* Anno dcccclv. (Annales Bertiniani demùm *menſe Auguſto deſunctum*) ſi vacavit inde Pontificatus *menſes II. dies 15.* ut ex Platina, & aliis ſupra viſum, ne ipſe quidem Benedictus ante initium Octobris Sedem occupavit, quamquam Labbeus cum aliis figit Ordinationem Benedicti in xxix. Sept. Quod ergò hi à *Julio*, alii ab *Auguſto* eandem ordiuntur, ut facit quoque Mabillonus, omnes à ſe invicem, & à graviſſimis Chronographis diſcedunt, ex ſuperiori diſquiſitione. Nec alio intuitu, quàm ut anticeperint abdicacionem mortemque Lotharii. Nunc ſinge Benedictum inthronizatum jam xxix. Sept. poſt motus Anaſtaſianos, quis ſibi perſuadeat primam fuiſſe curam hujus Pontificis, ut Privilegiorum Corbejenſium confirmationem illicò decerneret, expediendam obſignandamque ſexto poſt die, *Nonis Octobribus*? Quâ ratione ſingebant modò ex Hincmaro, nihil prius habuiſſe Benedictum, quàm ut Hincmaro concederet, ſtatim ab adito Pontificatu, necdùm ſalutatus Hincmari literis, quod pertinaciter negaſſet Leo iv. ejus antecceſſor, ac negavit poſteâ Nicolaus i. ut multis Baronius. II. Abdicaſſe Lotharium, civiliter mortuum, poſito Imperio, & tranſlatâ omni poteſtate in Filios, demùm xxii. Sept. negat Labbeus ipſe colligi *certò* ex Annalibus Bertiniani. minùs ex poſteriori Continuatore Adonis. Nam *aliquot ante menſibus* renunciaſſe Imperio & ſeculo (non definito die aut menſe apud Reginonem, Auctorem Annalium Fuldenſ. Lambertum, Ottonem Friſing. Marianum Scotum, Sigebertum, Urſpergenſem, Godefridum, Martinum, Mutium, plerique alios, neque caractere ullo Chronico expreſſo) plures crediderunt, & inter eos Mezeræus recentiorum primus in Galliaſ Hiſtoriâ. Imò ſi juxta Fuldenſe Chronicon obiit Lotharius vi. Kal. Octob. id eſt xxvi. Septemb. ità vix In Epit. Chron. T. i. L. i. P. 549. Major. Hiſt. quatrimum exegit in *profeſſione* Monachali, & ſanctâ in eodem habitu *converſatione*, quam Lothario tribuunt Chronographi. Saltem à xxii. Septemb. quo tonſus fuerit in Prumiensî Monasterio juxta Blondellum, ſeu potiùs à die xxi. quando *pridie* ſui feceſſus dixit Filiis ultimum vale, uſque ad *Nonas Octobres*, dies omninò xiii. vel xiv. præterlapſi, quibus annon veloces Nuncii deferri equis diſpoſitis Romam potuerint, è Trevirensî Diceceſi, rei tantæ denuntiandæ, æqui rerum æſtimatores judicent. Si verò huic Inſtrumento fides, *Nonis Octobribus* ignota Romæ hæc abdicatio fuit, creditus tùm ſedere ad clavum Lotharius, *obſecrandus monenduſque à Benedicto*, ut exemplo priorum ante ſe Regum Corbejenſi Cœnobio conſervaret Privileg. *eligendi de ſe ipſis Abbatem* &c. Quod excipiunt Labbeus, & Mabillonus, ille, mortuum Lotharium xxviii. Sept. alter, xxix. Sept. hinc *mortis ejus nuncium tam citò Romam pervenire non potuiſſe, per id tempus*, ut precarium ſic miſerum quoddam effugium eſt. Nec enim à die obitùs, qui tamen ex Annalibus Fuldenſibus *decem* diebus præceſſit *Nonas Octobres*, ſed à die tonſuræ Lotharii, & poſiti Principatùs, *ſolus Imperii habenas* tenuit Ludovicus, ut in Chronico ſuo diſertè Huldr. Mutius, & cæteri ferè, atque hujus L. xi. demùm imploranda auctoritas fuit. Præterquam P. 82. quod dies ille obitùs Lothariani iii. Kal. Oct. ſignetur quidem in paucis Chronicis, ut nominatim apud Reginonem, Marianum, ſed dubiâ fide, tacentibus diem vel facientibus dubium tot Chronographis, ipſo Mezeræo notante xxv. Sept. ſeu vii. Kal. Oct. Baronio ad Annum dcccclv. detinente ex Annalibus Bertinianiſ iv. Kal. Octobr. ſive ut *aliis traderem* (quod faciunt Annales Fuldenſes) vi. Kal. ejuſdem: aliis verò Annum quidem dcccclv. quo exceſſerit Lotharius, ſignantibus, & locum in Monasterio Prumiensî non

Spicileg.
T. vi.
p. 408.

T. viii.
Conc.
p. 183.
De Re
Diplom.
p. 40.
24. 36.

In Ap-
pend.
T. viii.
Conc.

Ibid.
L. i.
C. xiv.
&c.
L. v.
à p. 436.
In
Chron.
Jac. Du-
pletii,
Par.
1625.

non verò mensē aut diem, quod observo in Adone, Lamberto Schafnaburgensi, Sigeberto, Conrado, Chronico Aquitan. Chronico Leodiensi, & in plerisque Chronographis. Quin Annalium S. Bertini calculum, v. gr. in Anno uncti Romæ Ludovici, qui fuerit demum *Anno* DCCCL. sic in mense mortui Leonis IV. qui fuerit *Augustus*, ipsi emendant Blondellus & Labbeus, hic etiam obiisse Lotharium XXVIII. *Sept.* non ut prior tanquam ex Chron. Bertiniano, die XXIX. Ne jam advocem non infimæ notæ Chronologos, qui Lotharii mortem rejiciunt in Ann. DCCCLVI. initio ducto Imperii ab A. DCCCXLI. (quo obierit Ludovicus Pius) eoque ultra Annos XV. administrato. Quod ex Chronico Sangallensi, Chronico Saxonico, Hermanno Contracto, Godefrido Viterbiensi, Chronico M. Belgico, Westmonasteriensi, Bergomate, & aliis, pluribus adstruere conatus est in Gallico Tractatu contra Blondellum Congnardus in Normannis quondam Advocatus. Sed in hanc litem descendendi, aut controvertendi initium Lotharii, vel tempus mortis Ludovici Pii, Anno scil. DCCCXL. tot characteribus signatum, Feriæ I. Eclipseos, Indictionis &c. nulla jam nobis necessitas imponitur. III. *Lotharii* Imperat. hic juncti *Ludovico* & *Carolo*, non alia in *Benedictino* hoc Diplomate mentio esse potuit, quam respectu temporis jam exacti, seu præteriti *mandati*, atque *supplicationis*, ad Apostolicam sedem directæ, pro confirmatione privilegiorum Corbejensium, prout quidem inducitur loquens Pontifex. Quamquam nec Caroli M. tempore, nec Ludovici Pii, nec Lotharii, moris fuerit *supplicare* Romano Pontifici Imperatores, vel Francorum Reges, aut ejus implorare *auctoritatem*, vel *jussionem*, quando ageretur de constituendis Abbatibus, jure planè Imperatorio, & Regio, aut de dispensatione hujus juris, per liberrimam Principis dispositionem, datâ Monachis *potestate eligendis ex se ipsis Abbatem*. Dixerit Baluzius, post tot assertores Juris Regii, Notis in Lupum Ferrariensem, ubi ait, demum post tempora Lotharii & Ludovici, *vertisse se Christianorum pietatem ad sedem Petri. Totam verò Monasteriorum dispositionem antea penes Principes fuisse, sive in constituendis Abbatibus, sive in ordinandis rebus Monasteriorum.* Vide eundem ad Capitularia Ludovici Pii, Lotharii, Caroli Calvi, ne alios referam. IV. Characteres additi suppositionem haud obscure indicant. Notatur Ludovici novi Imperat. *Anno VII. Indictio IV. Nonis Octobribus.* Atqui Annus VII. Ludovici, ex quo consors factus Imperii, & à Leone IV. coronatus unctusque fuit, non concurrat cum Anno Incarnationis DCCCLV. secundum Annales Bertinianos, ad quos aliàs provocant. Hi enim inchoant annos Imperii Ludovici, non ut Ph. Labbeus cum suis, ab Anno DCCCXLIX. ex Actis scil. Synodi Romanæ, sed ab Anno DCCCL. uno anno seriùs, fatente quoque D. Blondello. Mezeræus in Epitome Chronologica inchoat ab Anno DCCCLII. Ita si notata *Indictio IV.* inchoetur non à *Septembri* mense, sed à *Kalendaris Januariis* sequentibus, concurrat cum Anno *Æræ* Christi. DCCCLVI. Nulla enim lex imperat, in tam diversâ signandarum Indictionum ratione, ut in *Dato* Pontificis intelligatur Indictio Græca à Kal. Sept. vel Cæsarea, potius quam Romana seu Pontificia à sequente Januario. Quâ postremâ frequentissimè usos esse Pontifices, ævo Carolino, imò in suis Diplomatum Francorum Reges, plerumque certè *Ludovicum Pium*, etiam *Carolus Calvum*, observarunt aliàs Cangius & Mabillonus. Quo fit ut Romana Indictio à Kal. Septembris, vel etiam ab VIII. Kal. Octobres, unitate minor esset, usque ad Januarius. Et quæ tunc *quarta* inchoata fuit, ex more Græcorum, ea nonnisi Indictio ter-

tia Pontificia censenda fuit. Quomodo in Chartâ Ethelwulphi Regis de decimis totius Angliæ, apud Ingulphum, ex eo Spelmannum, Labbeum, *Hist. p. 17.* Editi notatur *Anno Incarnat. DCCCLV. Indictio tertia, & 17.* Editi quidem *Nonas Novembris*, nempe *tertia* Ind. Pontificia, quæ tum *quarta* fuit Græca, aut Cæsarea. Aut si *quarta* Pontificia, *Nonis Octobribus*, jam *quinta* fuit in usu Civili, respondens ita Octobri Anni DCCCLVI. qui & cum *anno septimo Ludovici novi Imperatoris* feliciter conciliatur. Certè in Actis Conventus Ticinensis; quamquam mendoso characteri ejus Conventus, concurrat *Indictio IV.* cum *Anno VI. Imperii Domini Ludovici Imperat. Augusti.* Prout Appendice Actor. ad Capitularia Caroli Calvi, *Nom. LXXVIII.* edente Baluzio, *Indictio IV.* combinatur cum *Anno XVII. Caroli Calvi*; in margine dicitur annus DCCCLVII. Planè ut quæ nonnisi Indictio XI. Pontificia fuit, Anno DCCCXXXIII. Octobri mense, quando exauctoratus Ludovicus Pius, in Concilio Compendiensi, eadem notatur in Actis Indictio XII. quia post VIII. Kal. Octobr. Ità quod exprimitur in Diplomate Benedicti III. annus *Imperii Lotharii XXXIX. P. C. ejus XXXIX.* numerando scilicet ab anno XVII. Ludovici Pii, quo in Conventu Aquisgranensi, nullo interventu Pontificis, Filium donavit Pater Coronâ Imperiali, alienum videtur ab ingenio Papalis Curie. Factum quidem lego in Actis Synodi Romanæ utriusque, sub Eugenio II. & Leone IV. editis ab Holstenio, ubi annus DCCCXXVI. concurrat cum *Lotharii novi Imperat. anno X. Ind. IV.* & annus DCCCLIII. expirans cum Imperii Lotharii *anno trigésimo septimo.* Sed desumpta videtur hæc Epochâ, mendosè quidem notata in Actis Concil. ex Epistola Caroli Calvi, ad Johannem VIII. vel IX. apud Hincmarum Remensem, edente Sirmondo. Aliàs procedente tempore vix Hincsoliti Pontifices censere annos Imperatorum, nisi ex quo à Papis juncti coronatique essent, atque *Imperatores* appellati, vel certè nonnisi à morte Patrum, & inito tum Principatu. Quomodo plerumque solent antiqui Imperii Lotharii numerari, in ipsis Lotharii Diplomatum, scilicet à morte Ludovici Pii, ut fit quoque à Cæsare Baronio. Aliàs *Sapius*, ut alicubi Labbeus, *ab anno DCCCXXXIII. quo à Paschali I. Imperatorio nomine fuit insignitus, exactis ita XXXIII. annis Imperii; nonnunquam ab Anno DCCCXXXIII. Octobri mense, quo abdicare coactus fuit Ludovicus, nefariâ conspiratione Romanæ Curie & Ebbonis Remensis cum Lothario.* Novum verò est, quod hoc Diplomate anni P. C. (*post Consulatum*) exprimentur iidem qui à designato Imperio, seu concurrant cum annis primis assumpti à Patre Lotharii, pridem autè appellatum eum Imperatorem à Paschali I. Anno DCCCXXXIII. Nec simile exemplum produxerit Mabillonus, in suis de Re Diplomaticâ, adæquatorum annorum P. C. iis annis *Imperii* quos cum Patre exegerant Filii. Undè hunc morem, planè insuetum Pontificibus, solent ordiri ab hoc Diplomate Benedicti III. sed nimis eo quàm ambiguae dubiæque fidei. Quale & Diploma est eidem Benedicto III. adscriptum, editumque à Jac. Dupletio vel Doubleto, atque insertum T. VIII. Concil. à Ph. Labbeo, in *Confirmatione Privilegiorum Monasterii S. Dionysii in Francia.* Datum illud scil. per manum Megisti Episcopi & Bibliothecarii, *quinto Idus Maji, imperante D. Piiss. P. A.* (nomine Ludovici non expresso, nec annis Imperii) à *Deo Coron. Magno Imperat. Conf. ejus anno VIII.* (putando jam annos Consulatus ab Anno DCCCL. quando à Patre assumptus fertur, *Indictio quinta, non septima*, ut addunt. Fraudem subolferant Doctri. in Gallia Pontificiâ Viri, seu materiam Privilegii, seu formam, seu Datum ipsum attenderint, hinc illud à Sirmondo, Mabillono, V v z Ache-

Traité
p. 103.
&c.

Notis ad
Lup.
p. 354

Oper.
Hinc-
T. II.
P. 779.
Holl.
Coll.
P. II.
p. 2.

Acherio, Baluzio, neglectum, à Blandello vix bonâ fide asserendum in Tab. Chronol. ad Annum DCCCLVII. Ipseque ad hunc annum Labbeus, hoc de Privilegio: *Sunt equidem in hoc Tabulario quaedam falsa ac suspecta.* Solâ lectione opus est, fraudi Monachorum detegendæ: V. Quam incertis hî characteres *Indictionum*, in Diplomatum aut Bullis Pontificiis, pro arbitrio aut peritiâ Notariorum vel Scribarum, & quam frequenter fallant hujusmodi notæ, monet non semel laudatus Mabillonus in præfato Opepe. Sic in Diplomate Johannis V. *Nescio* (inquit) *an bene Scriba expressit Indictionem.* In alio Sergii I. *In specimine nostro Scriba annum Pontificatus legere non potuit, sed expressit Indictionem II. que in eduis est XI.* De Diplomate quodam Johannis VIII. *Emendandum etiam ejusdem Johannis VIII. privilegium pro Ecclesiâ Papiensi; nempe emendato anno Imperatoris, & Indictione.* De Bullâ Paschalis I. ad Bernardum Archiepiscop. Viennensem; *Corrigenda videtur clausula Bullæ Paschalis I. ubi annum quartum Patriatus Ludovici, loco anni tertii, substituit. Phil. Labbeus Tomo VIII. Concilior. de Dato Epistolæ Eugenii II. ad eundem Bernardum: Falsa Indictio. Falsus annus.* Itâ de Diplomate quodam Ludovici Pii, quod extat Tomo II. Capitularium; *si munda expert. est Ludovici Pii Diploma, pro Cœnobio S. Christiane &c.* Quid plura congererem?

VI. Sed verò quot Privilegia, quot Bullæ, vel certè earum clausula, adscriptæ insigni fraude fuerunt Romanis Pontificibus, quas suppositionis arguerunt Viri docti & ingenui, medio in Papatu? Age rem demonstremus exemplis. Notissimum Privilegium est, tributum Gregorio M. in favorem Monasterii Sammedardensis Sueffionum, cum hac clausula, *Si quis Regum, Antistitum, Judicum &c. nostre præceptionis decreta violaverit, aut contraxerit, aut negligenter duxerit, vel Frater inquietaverit, bonore suo privetur &c.* Quod quamvis affectum Baronio, & Guathonibus, nuperque in Gallia ipsa Anton. Aletieras Antecessori Tolofano, quis nescit à cordatioribus Gallis explosum, ut *sexcentis ab hinc annis Gregorio suppositum?* Id est à temporibus Hildebrandi, ita Joh. Launoius, scribens Anno MDCCLXX. Ne testes alios imposturæ recelam, Peronium Cardin. Petrum de Marca, Ludov. Mamburgiam, &c. Adversariis exploratissimos. Itâ Privilegia Augustodunensî Cœnobio data, ab eodem scilicet Gregorio, cum pari clausula, ejusdem farinae esse, multis idem Launoius, Epist. ad Joannem Rolandum, & ex professo Mamburgius Historias Gregorii M. Libro III. Nec aliter consuit Vir. Doctissimus de Privilegio Sueffionensî, quod *assiduum Johanni III. ut suppositor sibi fidem conciliaret.* Quod ipsum alias pronuntiavit, & cum eo vindices jurium Episcopatum, de Privilegiis variis, quibus Papa Monachos subduerunt *Canonice Episcoporum obedientia, in rebus ad disciplinam & moris.* Sic quoque Bullam quandam Innocentii III. quantumvis *ex Authentico allegatam, propter Indictionis vitium, sententiâ latâ Judicium fuisse habitam suppositum transscriptam, in causâ Episcopi Aurelianensis contra Canonicos suos, monet ea Stephano Baluzio Mabillonus Rei Diplom. Libro VI. Bullam Johannis XIII. de la alteram Alexandri V. quæ vulgò dicuntur *Sabbatine*, pro privilegiis Carmelitici Ordinis ac Sodalitii, & Sabathi Mariani, in honorem Deiparæ, spurias esse & à Monachis Carmelitici Ordinis suppositas, multis probatum dedit Launoius Parisinus, non unâ Dissertatione. Idem evicit Vir. multum ingenus de *subditiâ Bullâ Clementis VII. pro Scapularis Carmelitici Privilegio.* Quod si recentiora Instrumenta ac Diplomata subjicere Pontificibus ausi sunt Monachi, in favorem suorum vel Ordinum vel Cœno-*

biorum, quid mirum est, si longè vetustiora, quale fuerit illud Benedicti III. saltem refingere atque interpolare sustinuerint? Luculentum accedat exemplum de suppositis Privilegiis, ab Abbatis & Monialibus Capuanæ Dioceseos, antiquioribus Papis Zacharia, Adriano, & Leonis. Qui testatur is est Alexander III. Papa, in Epistolis Innocentii III. alterius Pontificis, additis characteribus suppositio- nis. *Suspecta* (inquit) *Privilegia & fide non digna judicavimus: Zachariæ quidem Privilegium, propter vitium declamans, & corruptionem Grammaticæ artis, &c. & propter Purgamentum etiam, quod vix C. videbatur esse annorum; Privilegium Leonis, propter vitium & corruptionem Grammaticæ artis, quod de tanto Licetate Viro absurdum est existimare, quod tam idiotas Scriptores habuerit, & propter Bullam quâ à Bullis ejusdem Leonis omnino comparatur dissimilis &c.* Sed plures sunt *videtur* characteres, ut suppositi, sic & falsati alicujus Diplomatis, aut Pontificiæ Bullæ, expressi in Decretalibus Georgii, ex Innocentio III. ipsâ *vitiosa* Instrumentorum dignoscendi. Certiores vero nulli, quàm ex mendosis Chronographiæ notis. Quomodo Joh. Launoius Bullam *Johannis* & aliam *Alexandri V. ex datis* earundem præcipue explosit, ut *evidentissimo suppositionis indicio.* Nec satis est literarum, aut Alphabeti, quod illi ævo responderit, quædam similitudo, facili imitatione. Mittimus nunc obvias in castris adversis accusationes, de corruptis passim, falsariorum manu improbâ, Gratiâno, Martyrologio Ufuardi, Breviario & Ordine Rom. Capitularibus Regum, Actis Conciliorum, Ecclesiarum ac Cœnobiorum monumentis; quæ res Doctis omnibus testatior est, quàm ut exemplis paginarum repleamus.

VII. Advertant nunc Lectores æqui, quantumvis insit roboris adversus Papam Foeminam, ex hujusmodi *Dato Privilegii* Benedictini, aut ex notis ejusdem Chronicis, vel memoratis ibi annis *Lotharii* tanquàm adhuc Imperatoris, unâ cum Ludovico Filio, & qui cum eodem *Ludovico & Carola supplicasset, Benedicto* scilicet. Desierat omnino imperare Lotharius, sed & vivere, ut disertè continuator Adonis, antè confirmatum Pontificio in throno Benedictum. Certè nihil rei fuisse *delitescens* Lothario cum *urbis* Romæ excitatis in causâ Anastasii & Benedicti, fatetur exercitum Blondellus; accusans errorem in textu Sigeberti, Benedictum à Tab. *Legatis Lotharii relocatum,* reverâ Ludovici. Nec ideo (quod factum à Viris Cl. Cl. Congnardo, Marefio, & aliis) controvertimus tempus fecerit Lothariani, in Prumiense Monasterium, Anno DCCCLV. putatis annis XV. quos in Imperio explevit, ab Anno DCCCL. quo magnâ consensione mortuus fertur Ludovicus Pater. In quo demonstrando dùm totus est Launoius, ex ejus & proximi ævi Chronicis, facturum rem gratam suo Tesserio, Remensium hodiè Archiepiscopo, nihil omnino agit. Nam eundem annum positi Imperii signavit quoque Marianus Scorus, qui tamen Johannam præponit Benedicto. Quæstio igitur tota, an ex his Monumentis conficiatur perspicue & necessariò, *non fuisse Benedictum,* antequàm abdicaret solemnissimâ ratione *Lotharium.* Cujus rei falsitas ante revicta. Idne verò demonstrent pari evidentia, seu ex stoprato foedè Anastasio, seu ex Annalibus Bertinians, seu ex Epistolâ Hincmari, seu ex Privilegio Benedictino, haud perfunctoriè anquisitum est, superiori disquisitione. Equidem cautior Parisiensis Doctor ille fuit, dùm conquisivit studiosissimè argumenta ex Anastasio, Johannæ configendæ; quàm ut niteretur præfato vel loco Hincmari, vel Privilegio Benedicti. Neutrum in causâ hujus præsidium adhibuit. Sublesta nimis illi ipsi fides hujusmodi Privilegiorum fuit. Ac quid de Anastasio

Col. 1869. 1870.

Ad Ann. 593. 603.

Laun Epist. ad Mich. Girard. P. 675.

Epist. P. 626. A pag. mez Ed. 295. Laun Ib. 677.

P. 623.

Dissert. Tres Pa. vil. 1663.

L. XI. CXXV. apud Baluz.

Tit. XI. De Crim. Falsi. C. V.

Notis ad Tab. Chron. A. 855.

lio hodierno editisque Codicibus aliàs senserit, ex eodem Launoio intelleximus. Neque is datas literas à Benedicto credidit *Novis Octobribus*, Anni DCCCLV. quasi tum quieto Bened. in Papali sede, post oppressum Anastasium, & quasi incio adhuc secessus Lothariani; qui Launoius nusquam eum secessum arctavit (quod nec faciunt citati ab eo Chronographi) intra paucos dies ante emortualem Lothario diem, qui etiam Benedicti exordium fixit alibi in Annum DCCCLVI. quod & Chronicon S. Gallense, Hermannus Contr. & alii. Sic enim in Epist. ad Thomam Rullandum; *Benedictus III. cuius initium Pontificatus in Annum DCCCLVI. incipit, in Epistola ad Hincmarum Remensem &c.* Quid iam illos dicam, qui Benedicti initium, nullis equidem certis caracteris insignitum, rejiciunt cum Mariano, Urspergeni, Martino, aliisque, in Annum DCCCLVII. quidam & DCCCLVIII. Undè superiora quæ diximus *Benedictinorum præfugia*, sit venia voci, multis insigni errore pro inexpugnabilibus habita, velim cum nostris conferant æquiores arbitri, singulis æquâ lance libratis, ac perpenfis simul iis omnibus quæ Papam Fœminam superius adstruxerunt, excogitatas autem tam pertinacis (quam vocant) *Fabulæ* origines, vel occasiones, ridendas propinarunt. Securi jam erimus, si non de omnimodo assensu, certè de ancipiti suspensioque illorum iudicio, qui seu Onuphrii, seu Allatii, seu Labbei, seu etiam clarissimorum nominum, Dav. Blondelli, & Joh. Launoii, auctoritate præventi, Papissam expuerunt ut despiciatissimam fabellam.

CAPUT XI.

BREVIARIUM.

Examem Chronologia Onuphrii, Blondelli, Labbei. Quæ sit auctoritas Instrumentorum & Bibliothecæ Vaticanæ, ipse Adversariorum iudicio. Blondelli ingenio confessiones. Labbei à Blondello & ab Annalibus Bertini descriptæ. Confessiones nuperæ & luculentæ de incertitudine Chronologia Papalis. Ocularis demonstratio pargna perpetuæ, Onuphrii, Baronii, Labbei, &c. cum Veteribus, & inter sese. Dissensum in Paparum numero, ordine, initio, fine, Interpontificum. Conspectus primæ antichronisimorum, & variationum, inde à Petro Apost. & aliquat successoribus. Continuata diffusio in subsequentiæ secula. Ex Anastasia nulla certa ratio temporum. Conspectus aliter variationum, circa Papas Seculi IX. & fuisse Demonstrationis Labbeana. De tempore Stephani IV. vel V. Eugenii III. Valentinii, Gregorii IV. Sergii II. quibus successit Leo IV. De initio & fine Leonis IV. Quo anno accusatus apud Imperator. Discrepancia circa mortem Leonis unde. Circa tempus vacantis sedis & electi successoris. Johannæ an nullum tempus superfit, ante Benedictum III. De tempore quo sedens Johannæ. Ex discrepantibus calculis nihil colligi contra Johannam, quod non contra Papas alias. Dissidia circa initium, & finem Benedicti III. Bellum Pap. circa tempus Nicol. Vii etiam Hadr. II. & successorum. Tab. Assensibus circa tempus Sergii III. Turbata successione Pontificum, hoc & sequente ævo, plura documenta. Quæ unius Pontificis, ut sint alteri adscripta. Exempla eorum quæ ad Leonem IV. tempus, non Johannæ illud, spectant. De Ethelwulphi Angliæ Saxonis itinere Romano, & tempore reditus. Quæ re. Sic ad sedem Johannæ Fœminæ referantur. Severitas Historiæ totæ hoc tempore. Quæ denique ad Benedicti Paparum spectent, post Johannam. Conclusio adversus D. Blondellum, & Phil. Labbeum. Hujus ignorantiam, & plagia, qui in Gallis arguerint.

Superest modò de Chronologia Blondelliana, & Labbeana, coronidem ut adjiciam. Horum enim si Tabulis fides est, & allumptis ferè ex Anastasio, Guil. Bibliothecario, Chronico Bertini, Pseudo-

Luitprando, hypothefibus, tum mutuatis ex Onuphrio Panvinio calculis, tantum abest Papatum hæc ut Fœmina gesserit *annis II. mensibus V. diebus IV.* juxta Marianum, ut ne mensis quidem ullus, vix dies, eidem superfit. Primus nempe Onuphrius annos Pontificum in Chronico suo ita digessit, ut Johannæ locus omninò nullus esset. Promiserat in suis ad Pfarinam Notis, ex quibus omnes Papissæ mastiges tela sua promsere. *Ab anno Christi DCC LXXII. quo Hadrianus primus creatus est, usque ad Annum DCCCLXXXII. (ita lege) in quo obiit Johannes VIII. ne mensis quidem unus, nec duo anni alieni Pontificatus interjici possunt, stante maxime temporum & annorum serie, quam ego accuratissime ex Anastasio ipsa, nec non vetustis Inscriptiõibus, Diplomatiibus, & Instrumentis constiterunt.* Crederes affirmanti. Dùm ille ipse Onuphrius est, qui in Johannâ oppugnandâ, & constituendis annis Pontificum, imponit securè Lectõribus, plus semel à se ipso dissidens, frequenter à probatissimis Chronicis; lubrica omninò fide deturpatissimi, etiam in annorum ac mensium numeris, Anastasii Bibliothecar. tum & Instrumentorum ac Diplomatum quæ Archivum Papale Onuphrio suppeditaret. Quod posterius ne ipse negavit Alanus Copus, seu Nicol. Harpsfeldius, ubi Dialogus de Libris Carolinis, ex Romanâ Bibliothecâ productis; *Habere eam Libros tum suppositivos, tum improbatos testantis*, re hodie Doctis testatissimâ, cum primis de vitatis *Pontificum Catalogis, & Pontificabilibus libris.* Non possumus verò non adferre testem ipsumque Baronium, ubi de supposito per insignem *Ad Ann. 604. N. L.* imposturam Instrumento Johanni & Petro Diaconi Gregorii M. inter Codices ipsos Vaticanos: *Sed & execratione æque infectanda sunt quæ nomine Johannis & Petri Diaconorum S. Gregorii in medium adferuntur, ex Codice Vaticana scripta, quæ ob id recipienda simplices putentur tanquam divinum Oraculum. Quasi nam omnis copiosa Bibliotheca referat similitudinem sagena missæ in mare, ex quavis generis piscium congregantis &c.* Interea de Documento perverusto ibi sermo est, deque facto Pontificis, inserto Codici Dialogorum Gregorii M. Suppositionis verò argumentum ducit præcipue Baronius, quod ibi aliena quædam, *ab usu Romana Ecclésiæ,* (ut nos modò de diplomatæ Benedicti) v. g. ut *Sanctus nominaretur Divus; ut ante Episcopas ponerentur Cardinales &c.* Adde Joh. Launoium, *Vitæ Clariss. Dissertat. de Vito Simonis Steochii; Manuscriptus Codex, qui Steph. vitam repræsentat, sive ab aliquo Carmelitâ, sive ab alio homine in Vaticanâ Bibliothecâ positus sit, inde majorem fidem non sortitur. Ex seipsis MSS. Codices, non ex locis in quibus asseruntur, auctoritatem sibi adscribunt. Ac quamvis horum jam facta in superioribus plenissima fides est; ubi de Onuphrio plura, deque sumptis ex Anastasio, ex Hincmaro, ex Diplomate Benedicti III. argumentis; quam bellè conveniat Onuphrio, sed & Phil. Labbeo, nostroque Blondello, seu cum Anastasio quandoque, seu etiam cum probatis Chronographis, ipsove Baronio, in ponendis calculis, & constituendis annis Paparum qui proximè ante & post controversam hanc Fœminam Romæ sederint, ex subjiendis speciminibus constabit. In antecessum sint & *parvè Blondelli quædam ferè data. Agens de Testimoniis Nicolaj, Adonis, Hincmari &c. ipse responsum occupat: Incammodè nihil sequi, si supremum obente diebus, subtrahatque ab hac luce Anacre p. 33. Leone, Joannes primum dein Benedictum subrogatis, Ibid. ubique verò numerorum nota ab Exscriptoribus Romano p. 34. 35. Clero additis interpolata fuisse, dicantur, frequentissimi nimis documentis. Mox, ad objectionem Alatianam ex Anonymo quodam anti-Photiano, scilicet à primo Leonis ad primum Nicolai, XI. tantum annos fuisse, reponit ipse Blondellus: Hujus consequentia laqueis, quo modo, qui ex undecimo illis annis partem**

Parte III. Epist. p. 186.

C. XIX. p. m. 405.

Ad Ann. 604. N. L.

P. 35. Par. 166q.

Anacre p. 33. Ibid. p. 34. 35.

Leoni, partem Johanna, partem Benedicto decidendam autumant, constringantur, non video. Quid enim, si octennium non expunxerit Leo, quæ Mariani sententia est? Quid si (ex Urspergensis mente) eodem quo electus est anno, decesserit Benedictus? Quid sit (prout volebat Krantzius) anno secundo nonasum expleto, in partu perierit Joanna? Annon Leonis, Joanna, Benedicti undecernio facile tempora concludentur? Et statim expressius, Allatiano fastui retundendo, reponit exceptionem Mariani sequacium, id est assertorum Johannæ; Quidni veteres, quos detestandi scorti memoriam refricare puduit, productis ad libitum Leoniani Benedictinique Pontificatus annu lacunam expleverint? An verò necesse est, ut qui in circumscribenda rei quam contigisse credunt durassent, errorem quemlibet incurrerunt, nonnisi falso rem contigisse asseverent? Quæ sibi dicta esse tacite intellexit Vir æquissimus aliàs. Dixerat pridem Bellarminus, occasione dubii temporis quo Petrus Romam venerit, aut dubiorum à Petro Pontificum, non propterea res ipsas in dubium vocari debere. Addit exempla, puta dubii ac controversi Mariti Estheræ, dubiæ Epochæ Mundi Cond. aut Monarchiæ Persicæ, LXX. Hebdomadum, Passionis Christi, &c. Num igitur (inquit ille) propterea dicemus Reges Persarum non fuisse, &c. aut ullum dubitandum censuerit, Maritumne habuerit Esther, an non? Addit, sapissime accidere, ut constet de re, & non constet de modo, aut de circumstantiâ, qualis illa temporis. Quo etiam factum, ut Blondellus in Tabulâ suâ Chronologicâ, imitaturus eum Labbeo, passim non modò à Mariano Scoto, sed etiam ab Anastasio, Reginone, Hermanno Contr. Sigeberto, Luitprando, Annal. Fuldensibus, Bertinianis, Alberto Stadenfi, & aliis discedat, ut legentibus sit obvium. Ità nec semel Labbeus à Blondello discedit, ex. gr. circa diem tonsurati Lotharii Imperat, qui Blondello est XXII. Sept. Non videtur certum quod contendit Blondellus, ex Annalibus Bertinianis, die XXII. ejusdem mensis, Imperio deposito, factum fuisse Monachum. Sic diem Lotharii emortualem ille III. Kal. Oct. hic IV. Kal. Octobr. definit, dum alii VI. alii VII. Kalend. scripsere, plerisque diem obitus prementibus alto silentio, Adone, Lamberto, Sigeberto, Ottonne Frising. Urspergensis, Chronic. Aquitanico, Chron. Leodiensi &c. ut jam antè observatum est. Sic ad Ann. DCCCLXIII. committit Sirmondum cum Annalibus Bertinianis, circa tempus Sæssonica Synodi, neque quicquam opis esse ad eruendam temporis rationem, aut à Libello Rothadi, aut à Gratiano, aut ab Epistolis Nicolai. Hoc verò magis ingenuus Blondellus noster Labbeo Jesuitâ, quod hic in Tabulâ suâ Annotorum XL. dissimulet ferè Chronographorum dissensum, quem non infrequenter Blondellus arguit. Sed quàm tuta fides sit Chronologiæ Papalis, ex quâ ferè unâ Johannam configi declamitant, age Lectorum oculis uno velut obtutu subjiciamus!

II. In genere, esse planè incertam, fallacem, ac lubricam Chronologiam penè omnem Pontificiam, indè à Petro ipso, seu ab ipso Chronici Pontificalis exordio, promovendo ad Seculum octavum, & nonum, seu ad Pontificatum usque Hadriani II. vel Johannis VIII. in quibus nempè desinunt Tabulæ Blondelli, Labbeique, confidenter pronunciamus. Docent collati inter sese tot Indices ac Catalogi Pontificum, seu editi, seu MSS. in principibus Bibliothecis, ac collatæ Vitæ Anastasianæ cum celebratissimis Chronicis, vel cum Onuphrio, Antonio Augustino, Latinio, Carranzâ, Genebrardo, Baronio, Bellarmino, Binio, Sirmondo, Bucherio, Petavio, Henschenio, Papebrochio, Bollandio, Holstenio, Labbeo, Schelstratio, Pagio nupero, & si qui plures restituere eam Chronologiam allaborarunt. Novissimè Anton. Pagi in Criticâ Anti-Baronianâ, citandus hic à me, quia is post om-

nes alios, & totus in ostendendis suorum parachronismis, Ann. LXVII. Fateor mihi non semel aquam hâsisse, N. v. & variorum Pontificum initium & finem, etiam post p. 56. longum molestumque studium, detegere potis non fuisse. Nec longè postea: Indè apparet quàm arduum sit Chronologiam Pontificiam, quàm plurimis in locis labefactam, restituere. Ibidem de Henschenio, & Papebrochio, quorum ille Apparatum edidit ad Chronologiam Pontificum, hic Conatum Chronico-Historicum ad Catalogum Romanorum Pontificum: Non animadvertentem errorem plerumque irrepisse in annos, menses, & dies, qui in Chronico Damasi cuilibet Pontifici assignantur. Paulo post: Incerti nimium numeri, & sæpè inter se discrepantes, qui in Pontificum Catalogis leguntur; sicuti & Interpontificio, tam in Antiochæ Chronico Veterum Pontificum, quàm in Anastasio memorato, multum non fidendum, ut jam Baronius observavit. Catalogi enim illi Librariorum & transcribentium culpa errorum pleni, & ab Auctoribus parum accurate confecti. Magis peccatum in vacatione Sedis, quæ post cujuslibet Pontifici mortem contigit, assignandâ. Idem ad Annum CXXX. Illud hic valdè notandum, antè Alexandrum sciri non posse, quibus diebus aut mensibus sedere cœperint. Mox: Nec complurium Pontificum, Alexandri successorum, dies Ordinationis & mortis certiores, quia tempus Interpontificiorum nobis ignotum. Annotatur quidem illud tam in Libro Pontificali, quàm in Chronico Antiochi Veterum Pontificum, sed præterquam quod inter Librorum horum Auctores non convenit, vacatio Sedis non ex certis monumentis, sed ex proprio calculo ab illis descripta. Adde Joh. Mabillonum Analectorum T. III. in quo Veteres duos Indices Romanorum Pontificum descripsit, in quibus fatetur, miram esse discrepantiam numerorum, tam vniuersi Index ab altero, quàm utriusque à vulgari. Ac dissonantiam eam pluribus professus est Emanuel à Schelstrate, in serie Chronolog. Romanorum Pontificum, antè annos XII. vulgatâ, cum præmissâ Dissertatione: Adductis variorum circa primos Pontifices sententiis, prævideo quidem aliquos conquerituros, ex his nihil certi haberi in re Chronologicâ. Sed vitio verti non potest plures referre, ubi nullius sententia indubitata existit; & quæ in hanc rem ibi plura sunt. Ac res ipsa docet, & collatio Codd. cum primis MSS. de Vitis Pontificum, quales hic nobis Leydæ vetustissimi, inter alios Codex Vossianus Pontificalis Damasi, scriptus in Membranâ ævo Caroli M. desinens in Stephano III. præmissis Ordine Episcoporum R. E. continuando sed alienâ ac recentiorè manu indè à Paulo I. Incipit Ordo: B. Petrus Natione Antiochenus, sedit Annos XXV. mens. II. dies III. scilicet ac in editis Codd. Hinc quàm parùm conveniat Onuphrio Panvinio in Chronico vel in Epitome Pontificum, aut in Notis ad Platinam, ex quo Onuphrio sapiunt ferè ἀντιόχειοι, seu cum vetustissimis Pontificalibus, aut Codd. Anastasianis, seu cum aliorum olim nuperque calculis, quàm etiam fallaci nomine Labbeus vocet uncialibus literis DEMONSTRATIONEM CHRONOLOGICAM, quàm scilicet ex Pontificum annis, mensibus, diebus, instituit, ad Onuphrii, tùm & Blondelli exemplum, Johannæ Cenotaphio evertendo, vel sequentes tabellæ κατέναντι ad oculum demonstrent. Prima exhibebit discrepantias quasdam insigniores in texendâ Chronologiâ Pontificum Romanorum, initio ducto à Petro ipso, à quo Catalogi Pontificii plerique ordiuntur. Altera, ab ipsis Seculi IX. primordiis Paparum tempora, Anastasio & Chronographis aliis notata, conferet cum his temporibus quæ definiunt Papiæ mastiges, Onuphrius ac cæteri, Johannæ prohibendæ. Et ex utrâque Lectori constabit, perplexam omninò ac parùm tutam esse fidem Chronologiæ seu Onuphriæ, seu Labbeanæ, nec ex subductis horum calculis certò atque evidenter confici,

De Rom.
Pont.
L. II.
C. v.

Joh. Pap.
Cenotaph.
ad
A. 855.

N. XVII.

N. III.

p. 32.

Sec. II.

fici, nullum sedisse Johannem inter Leonem IV. & Benedictum III. quod persuasum imprudentibus voluere. Ac valuit post omnes Phil. Labbeus, pari linguæ intemperantiâ, ac verborum contumeliâ, etiam Blondello accusato, discorde jam concordia, quod *bona causa offusis tenebris sapius incommodaveris:*

Maledicta hinc aufer, linguam compescas face,

nisi rem fidemque perdidisse hoc ipso credaris,

Dum ipse fat habes quod in te possit verè dici.

III. Sit jam specimen discrepantiarum quarundam insigniorum, in texendâ Chronol. Pontificum Romanorum, indè à Petro Apostolo; Onuphrio Panvinio cum Anastasio, cum Indicibus antiquis, & cum Phil. Labbeo, ac recentioribus, collato.

Ordiri possemus à dissenſu, in numero Romanorum Pontificum designando, sed nimis illo obvio. Nam v. gr. Onuphrius in Chronico, annexo ad Platinam, numerat usque ad Paulum II. includendum isti calculo, Pontifices nonnisi cccv. & ex eo Ciacconius. Ast plures non numerat modò ex Indicibus se prioribus Platina, qui cccx. sed & Genebrardus, Papyr. Massonus, Ph. Labbeus, ac plerique, pro perpetuâ *Indicium Pontificiorum*, seu veterum, seu posteriorum, discrepantiâ. Ità nec variationes referimus, in ordine ipſo Pontificum constituendo, mox à Petro Apostolo. Quomodò *Clementem* anteponit Cleto Onuphrius, in Epit. Romanorum Pontificum, & cum eo Antonius Augustinus Tarraconensis, in serie Chronologic. Pontificum, præmissâ Gratiano. Ità *Anacletum*, vel *Anenclatum*, hi subjiciunt Cleto, ut quoque Criticus anti-Baronianus A. Pagi, quem expungunt Halloixius, Hear, Valeſius, & vetustissimi Indices, utroque ceterè in unum hominem conflato. Quod & circa *Marcellum & Marcellinum* accidit, quorum ille apud Eusebium, Hieronymum, Prosperum, &c. non diversus Papa à Marcellino est. Ità ex gr. *Anicetum* ante *Pium* locat Anastasius, in editis Codd. uti postea Seculo III. *Amerium* præponit *Pontiano*, quos reliqui omnes postponunt.

Adde dissonantiam perpetuam circa *Interpontificia*, seu tempus *cessantis* vel *vacantis* sedis, plerumque incertum ac dubium, ut ex collatione sententiarum liquet, & ex incerto emortuali die tot à Petro Pontificum. Quod multis Ant. Pagi adversus Baronium & suos urget. Undè mirè conturbari rationes omnes Chronologiæ Pontificiæ necesse est.

Petrus Apostolus, qui primus illis Pontifex est, tacitus tamen in nonnullis etiam Latinorum Catalogis, sedisse vult Onuphrius, Annotat. ad Platinam, hinc Arnaldus Pontacus, Genebrardus, annos

Ann.	Menſ.	Dieſ.
24	5	12
25		
24	3	12
25	1	9

Baronius qui suam sententiam ab Onuphrio accepit, ut nuper in Criticâ suâ Antonius Pagi, ad Ann. LXVII. hinc Phil. Labbeus, cæterique non multum abſtudent: Rotundo aliâ numero datur Romano Petri Pontificatui annos

Alii quos inter Ciacconius, numerant

Quamquam signat Baronius Martyrii Petri Annum Christi LXIX. ex confusione Ætæ Christianæ Veræ, cum Vulgari seu Dionysianâ. Dùm ubique ferè terminant annos Petri in annum Chr. LXVII. vel LXVIII.

Index Seculi IV. Bucherianus, & alius apud Eman. à Schelstrate, tribuit Petro annos.

Index alius Seculi VI. ut & Codex noster MS. quem sequitur

quoque Carranza, sed putans annos Petri ab Anno Christi XXXIII. Index Corbejenſis, productus à Mabillono, Analeſtorum T. III. tanquam scriptus tempore *Vigilii Papa*, habet sedisse Petrum annos

Ann.	Menſ.	Dieſ.
25	2	3
20	2	3
11		
11	3	12
12	5	12
11	2	33
12	4	10
12	4	12
6	9	
9	4	26
12	2	11
11	3	12
8	2	9
6	2	10
12	7	2
8		

Anton. Pagi Criticâ Baronianæ Chronologiæ oppositâ cenſet Petrum Martyrio coronatum, Anno Christi LXV. Neronis XII. quod & Henschenius statuit, neque sedisse ultra annos completos

Nempè primo ejus Sedis Romæ anno cum primo Neronis inchoando, ut ille, quomodò Lactantius disertè libro de Mortibus Persecutor. Romam advenisse Petrum, cum jam Nero imperaret. Et ità quoque ex Lactantio Steph. Baluzius V. Cl. in Notis.

Discrepantias plures exhibet Eman. à Schelstrate, in serie Chronologicâ Pontif. Romanor. Nunc de vulgatis Petri successoribus, ac vario eorum tempore, exempla modò quædam sint, specimen ergò.

Lino, juxtâ Onuphrium à Petri morte, non sedit nisi

Pontificale Damasi, ut vocant, sive editus Anastasius, annos putat

Codex MS. Vossianus Seculi VIII. uti Index primus Mabillon, Analeſt. T. III. p. 426. quem sequuntur Pontacus, Genebrardus, &c.

Index alter, Anal. p. 428.

Ph. Labbeus, post Cæs. Baronium, ut mittamus cæterorum discrepantes calculos, terminans annos Lini in annum LXXXVIII. tribuit eidem

Anton. Pagi, Lini annos terminaturus in Ann. Christi LXVI. tribuit soli Lino, annos

Index seculi IV. apud Schelstratium

Index Bucherianus &c.

Cleto, juxtâ Onuphrium & Veteres alios, postponendus *Clementis*, in Epit. Romanorum Pontificum, secus atque in Chronico Onuphrii, in Baronio, & in Catalogis plerisque Pontificum, Onuphrio sedisse fertur, à Clementis scilicet obitu, annos

In Chronico tamen Onuphriano ad calcem Platinae lego

Anastasius quem sequuntur Pontacus, Genebrardus, habet annos

Index primus Mabillon habet annos

Index alter

Catalogus Schelstratii, & alter Ægidii Bucherii

Ph. Labbeus, uti Baronius, Bellarminus

Antonius Pagi Cleto tribuit (sed post annos Clementis Rom.) annos

Clemens, (quem Cleto præpo-

nunt

nunt Onuphrius, Anton. Tarraccon. Anton. Pagi, & Indices vetustissimi Seculi iv. apud Ægid. Bucherium & Eman. à Schelstrate) juxta Onuphrium, obierit jam anno Christo LXXVII. sub Vespasiano, sederit verò annos —
 Anastasius etiam in MSS. Codd. notat —
 Index primus Mabilloni —
 Index posterior —
 Phil. Labbeus, post Pontacum, Genebrardum, Baronium, Catalogus antiquus Schelstratii seculi iv. & alter Ægidii Bucherii, —
 Antonius Pagi, qui similiter Clementem anteponit Cleto, abdicasse vult Pontificatum modò anno LXXVII. modò anno LXXVI. moriturum anno C. sedisse verò in annum ~~nonum~~ usque, annos totos. —
 Anacletus, secundum Onuphrium, Cleti successor, sederit annos —
 Secundum Codices Anastasii, hinc Genebrardum, &c. —
 Secundum Catalogum Sec. iv. Schelstratianum, & Bucherianum —
 Secundum Catalog. Seculi vi. apud eundem Schelstrat. —
 Secundum Catalog. alium Seculi viii. apud eundem —
 Secundum Baronium, Labb. &c. annos —
 Secundum Ciaconium, —
 Secundum Anton. Pagi, —
 Si verò audiantur Halloixius in Vitam Irenæi Cap. vii. Tomo II. & Henr. Valeſius suis ad Eusebium Annotatis, nullus fuit *Anacletus*, aut potius nullus *Cletus*; fictum alterutrum nomen, quatenus hæc censentur diversa diversorum Pontificum. Nec *Anacleti* ulla mentio in Indicibus duobus Mabilloni; sed nec in Indicibus Pontificum, quos refert Valeſius asservatos in Monasterio S. Germani & in Collegio Claramontano Soc. Jesu.
Euaristus, juxta Panvinium, sedit post Anacletum, annos —
 Anastasius, non modò habet sedit *temporibus Domitiani & Neræ Trajani*, castigante Latino, nec fieri hoc ullo modo potuisse, quum Clemens obierit *tertio Trajani*; verum etiam Euaristò tribuit in editis Codd. —
 At Codex MS. Vossianus Sec. viii. definens in Stephano III. —
 Catalogus Schelstratianus Seculi iv. & alter Bucherianus, —
 Schelstr. Index Sec. vi. ita etiam Genebrardus —
 Catalogus Mabilloni prior —
 Catalogus ejusdem posterior Juxta Baronium, Labbeum &c. —
 Juxta Antonium Pagi, emendantem Anastasii contextum, in

Ann.	Mens.	Dies.
9	4	26
9	2	10
8	10	1
6	1	14
9	6	6.7
9	11	12
8		
12	1	27
9	2	10
12	10	3
12	2	
14	2	10
9	3	10
9	2	18
12		
13	3	
13	6	2
9	10	2
13	7	2
9	10	2
8	10	2
14	3	12
9	3	

quo non legendum sit, *annis tredecim, sed annis duodecim*, incerto mense & die, —
Alexander I. Euaristi successor, de quo vir nuper Doctiss. nullam esse dissensionem, juxta Onuphrium sedit annos —
 Juxta Codices editos Anastasii Index Bucherianus, —
 Index Seculi iv. Schelstratianus habet: —
 Index Seculi vi. —
 Index Seculi viii. —
 Index Mabilloni prior, —
 Index posterior, —
 Baronius, & ex eo Labbeus Pontacus, Genebrardus, —
 Ant. Pagi sequitur Chron. editum Damasi, seu Anastasianum, quoad annos Alexandri; sed ita ut conjiciat Martyrium Alexandri in Annum Christi cxvi. quem Baronius in A. cxxx. Labbeus in A. cxxx.
 At Codex Pontificalis Vossianus habet —

Ann.	Mens.	Dies.
12		
7	5	19
8	5	2
7	2	1
8	2	1
10	7	2
10	6	2
12	7	2
7	6	6
10	5	20
7	10	2
10	7	11

IV. Ac quæ dissensionis ratio est in *sex* istis post Petrum Episcopis Romanis, eadem & major quandoque in reliquis, in succedentium Pontificum longa serie. Ex. gr. *Hyginus*, qui Onuphrio sedit annis ix. aliis xii. & ultra, vix amplius annos iii. aut iv. tribuunt Genebrardus, Baronius, Petavius, Labbeus. Eadem ferè diversitas in annis *Pii I. Aniceti, Setis, Eleutheri*, & consequenter; vix ullo Pontifice in cujus tempora consentiant Papales Chronographi.

Conferantur modò pari ordine, rationes *Onuphrii*, cum illis *Pseudo-Damasi*, vel *Pseudo-Anastasii*; utraque rursum cum Indicibus memoratis primæ, ut ajunt, vetustatis; omnes istæ cum rationibus *Baronii*, aut *Bellarmini*, aut *Labbei*, aut *Henschenii*, aut *Anton. Pagi*, & qui plures in eâ operâ desudarunt. Et intelligetur non aliud quidquam succurrere in re Chronologica magis perplexum, & nutans, & instabile, ac perpetuo secum conflictu præbens jucundius attendentibus spectaculum, quàm est illa Chronologiae Papalis digestio. Seu jam *initium* Pontificatus singulorum attendatur, seu *duratio* sedis, seu *vacatio* ejusdem, seu combinatio cum *annis Ære Christianæ*, aut *Coss. aut Imperatorum*, aut cum *Indictionibus*, & qui alii sunt characteres in collatione temporum. Quomodò deinceps turbati anni Pontificum, cum primis occasione *Papæ* ex Schismate. Ità Seculo viii. inducitur omne id tempus quo sedit *Constantinus II.* & mox *Philippus*, inter *Paulum I.* & *Stephanum IV.* Nam Constantino tribuit *Martinus Polonus, annos duos, mensem unum*; alii quos sequitur *Onuphrius, annum I. mensem I. dies XI.* Philippo autem idem *Onuphrius, quod sederit in Patriarchio Lateranensi per annum.* Baronius verò, *Bellarminus, Labbeus &c.* perpetuâ serie continuant tempora *Pauli I. Stephani III. vel IV. & Hadriani I.* Adde quos antè dicebamus *foedos* ubique errores *Anastasis*, ipso refutante atque arguente passim *Baronio*, *Onuphrio* quandoque, sed & accuratioribus *Chronographis*, ac *Criticis*, quos inter in Bibliothecâ suâ *Latinus Latinus*, observationibus ad *Librum Pontificum.* Adde *Anastasium non expressisse annos Ære Christ.*, sæpè nec *Indictiones*, aut has quandoque in Codd. *mendosas*, quibus singuli sedere inceperint Pontifices, ut nec annos *Imperatorum*, nec *Coss. Romanos*, supplendos ubique ab Editoribus, ac describendos ex *Annalibus Baronii, & Onuphrii Chronice,*

nico, ut illi. En testes temporum omni exceptione majores, sed nimis in rem suam!

V. Ex his jam facilius judicium est, quantum in sit roboris arieti Onuphriano, Labbeano, Blondelliano, Johannæ exturbandæ è censu & ordine Pontificum, desumpto videlicet ex Chronologiâ Papali, cujus ita rationes instituunt, ut spatiis iniquis excludatur Fœmina. Nunc sit Tabella altera Paparum præcipuè Seculi ix. & temporis illis attributi, planè discordibus calculis atque sententiis. Undè quâ *demonstrationis Chronologica* evidentiâ negent post mortem Leonis fuisse locum Johanni sive VII. sive VIII. affirmant verò Benedictum III. paucis post diebus, certè *eodem mense Julio* electum, postquam obierat Leo, in apertam lucem educemus. Initium quidem duci à me posset, jam indè à Leone III. qui sub finem Seculi prioris Hadriano I. substitutus est. Hujus siquidem electionem refert Martinus Polonus ad Annum Christi DCCXCV. Marianus, utique falsus, ad Annum Christi DCCXCVII. qui annus etiam notatur in Epitome Pontificum Onuphriana; ut plurimum verò referunt ad Annum expirantem DCCXCV. hinc Siebertus & alii ad Annum DCCXCVI.

Jam *Stephanum* v. aliis IV. Leonis proximum Successorem, sedisse VII. *mensibus* cum aliquot *diebus*, Onuphrius in Epitome Pontific. Idem in Chronico, *mensibus* VI. *diebus* XXIII.

Anastasius in editis Codd. & in Codice Thuaneo MS. *sedisse annos VII. mensibus VII.* indignato Baronio, *errore Libraris fultum esse.* Qui tamen fatetur ad Annum DCCCXVII. ea tribui huic Stephano in Codice Anastasii, *ad qua consummanda plurimum annorum spatia oportuisset intercessisse.* Sed excipit, multa *adscribi Stephano*, quæ ad Leonem *sunt referenda* ejus decessorem; planè ut à nobis observatum non pauca adscribi Benedicto III. aut referri in ejus tempus, ab ipso Anastasio, Sieberto, &c. quæ ad Johannis decessoris illud spectare videantur. Adde Stephani Pontificatum ordiri Marianum ab Anno Christi DCCXVII. Martinum ab A. DCCCXIV. plerosque ab Anno DCCCXVI. Indiçt. IX. Verum & antiquissimi Codd. Abbonis Floriac. sedisse Stephanum —

Inde ab *Eugenio* II. Paschalis successore, nullæ in aliquot Pontiff. notantur *Indiçtiones* in textu Anastasii, nec Characteres annorum. Quo ipso merito suspecta est seu hujus Anastasii fides, seu veriùs transcriptorum, obscurando Johannæ tempori. Eidem verò Eugenio, cujus initium figunt in Anno DCCCXIV. tribuuntur ab Anastasio anni — —

Ab Hermanno Contr. Mariano &c. simpliciter anni — —
 A Martino Polono anni — —
 A Platinâ rursùs anni — —
 Ab Onuphrio in Epitome Pontific. & à Genebrardo, anni — —
 Ab eodem Onuphrio in Chronico anni — —
 A Baronio, Labbeo &c. anni — —
 A Ciaconio anni — —
 Quos calculos, & quos plu-

Tom. II.

	Ann.	Mens.	Dies.
	0	7	4
	0	6	23
	7	7	
	7		
	4	2	23
	3	0	0
	3	2	0
	4	0	0
	4	6	24
	3	0	24
	3	2	23
	3	6	24

res observamus in Codd. MSS. discrepantes, concilient Viri si possunt.

Valentino, inter Eugenium II. & Gregorium IV. medio, Aimoinus *Lib. IV.* citatus Baronio, tribuit *unum mensem*, — —

Baronius, *alios dicere quod vix mensem unum impleverit*, ad Ann. DCCCXXVII. N. XXIX. — —

Plerique ex Anastasii numeris, tribuunt — —

Rursùs protendunt alii Papatum Valentini in Annum DCCCXXVII. alii in Ann. modo DCCCXVI. quo reverà electus fuerit Gregorius, *triduo* ab obitu Valentini.

Gregorius IV. sedisse fertur, apud Auctorem Annalium Fuldens. Bertinianorum, Metensium, Annalium Francorum Pithœi, Hermannum Contractum, Marianum Scotum, Matthæum Westmonasteriens. Magnum Chronicon Belgicum &c. & Cæf. Baronium, atque editores Anastasii, &c. ab Anno Christi DCCCXXVII. die *Sept. XXIV.* quem sanè diem signat Annalium Scriptor. Quidquid jam alii ordiantur annos Gregorii, post Onuphrium nec sibi constantem, ab anno seq. DCCCXXVIII. modò à III. *Kal. Febr.* modò à VII. *Kal. Febr.* modò à XVII. *Kal.* ejusdem. Eidem in sede tribuit Gobelinus Persona, editus à Meibomio, *Tomo I.* annos — —

Platina, mortuum anno Papatus XVI. quem tamen impletum non dixit.

Plerique autem ex hodierno Anastasio, rotundo numero, nec ad accuratam temporum rationem exacto, tribuunt annos XVI. quasi præcisè adimpletos; ignari scilicet mensis aut diei emortualis, — —

Hinc ipse Baronius ad Annum DCCCXLIII. N. XXVII. rectè accusat Anastasium indiligentiæ, in rebus hujus & aliorum Pontificum prætermittendis, quæ ad *historiam* spectant, solertiæ verè nimix in recensendis iis, *qua minimum obtinent locum in historica facultate.* Quod & suprâ à me observatum est, totum esse hunc Anastasium in enarrandis Paparum donariis, ædificiis, profusis thesauris, immodico luxu, sanctitatis specie. Ex quibus intelligitur. I. Gregorium IV. (electum nempe Anno Christi DCCCXXVII. ac sessurum annis completis XV. aut prorogaturum Pontificatum in annum XVI.) mortuum esse anno Christi DCCCXLIII. quo cessit Sergio II. successori locum. Quod præter Annales Fuldenses à Marq. Frehero editos, & Veteres Francorum Annales à Pithœo aliosque, ipse Baronius adstruit ad eum annum *Num. XI.* refu-

Ann.	Mens.	Dies.
0	1	0
0		Dies incertus.
0	1	10
15	0	0
16	0	0

XX

tatis

tatis iis qui Gregorii obitum in annum sequentem absque Veterum assertionem rejiciant. II. Quam fallax sit Chronologia Onuphrii, Blondelli, Labbei, qui ut locum Johannæ omnem præcludant, inter cætera, Gregorii IV. Pontificatum extendunt usque in Annum DCCCXLIV. mensibus aliquot adjectis, ultra annos totos XVI. gesti Pontificatus. Hinc Labbeus, *Gregorium IV. Papa obiit, Ann. DCCCXLIV. die, ut volunt, 25 Jan. aut circiter*; quo circiter tempore defunctum Sergium II. notant Annales Bertiniani, nempe VI. Kal. Febr. En quam certa sit supputatoris fides! Idque ex precaria hypothese, vacasse sedem à Gregorii obitu diebus XV. quod nullus habet Anastasius, deinde electum Sergium fuisse X. Febr. pari suppositione, hinc dies ille XXV. Jan.

Sergius II. paucis post diebus successurus Gregorio IV. sedere cœpit (quicquid sentiant Papistæ adversarii) ex tot Annalium, quos diximus, fide, Fuldensium, Francorum, Magni Chronici Belgici, Bernardi Guidonis, Gob. Personæ, &c ipsius quoque Baronii, ex dictis, ab Anno Christi DCCCXLIII. mense non ita certo, quia non definitur mensis emortualis Gregorii. Nec sibi constat Annalium scriptor, dum Sergii initium postea conjicit, in IV. Id. Febr. Anni DCCCXLIV. Anastasius nec Indictionem, nec annum Christi expressit, quem Editores pro lubitu notant DCCCXLIV. retulerit licet, quo die electus est Sergius; *tantam nivem in Urbe effusam, ut omnibus candidata cerneretur.* Quod nondum adulto Autumno Anno DCCCXLIII. accidisse potuit, & iste ut rem ominosam narrat, vel potius Verno tempore ejusdem Anni. Neque Annalium Bertinianorum, aut Pseudo-Luitprandi, qui remouent in annum sequentem, major auctoritas esse debet, quam Annalium Fuldensium, Francorum Pithœi &c. Uti nulla est Blondello, vel Labbeo passim Mariani illa, aut Sieberti, aut Martini, qui notant pariter sedisse Sergium II. ab Anno DCCCXLIV. Neque nos profecto, vexatos his ipsis Viris Mariani Scoti anti-Chronismos, vel errores Chronologicos, quales (vel in ipso Leone IV. dum ex gr. ejus obitum refert ad A. DCCCXLIII.) Mariani Codd. exhibent, minimè præstamus. Gravior ille est Compilatoris Chronologici, edente Pistorio, apud quem legitur: *Anno Domini DCCCXLI. defuncto Gregorio Papa hujus nominis IV. Sergius Papa CV. ordinatur.*

Fixo Sergii initio Anno Christi DCCCXLIII. de fine quaeritur.

Ann.	Mens.	Dies.	Ann.	Mens.	Dies.
		Anastasius sedisse annos tres, tribus annis gloriosissime rexisse, —	3	0	0
		Et sic Abbonis Codex MS. Leydenfis, Hermannus Contr. Marianus, & plerique. Platina, mortuum tertio Pontificatus sui anno, an impleto, rursus non dixit. Diem & mensem non adjiciunt, minus Indictionem, aliumve characterem. Onuphrius quidem, Blondellus, Labbeus, definiunt diem emortualem Sergii, XII. April. seu prid. Id. April. idque tanquam ex Anastasio; atque ita volunt sedisse Sergium, putando (ut illi) ab X. Febr. Anni DCCCXLIV. annos.	3	2	2
		Martinus Polonus, sedisse —	3	2	15
		Baronius ut ex eodem Anastasio, sepultum Sergium die XII. mensis April. sedisse tantum annos tres, mensem unum	3	1	
		Ad quæ observo, præter dissentium illum circa sedis tempus, nec in editis Codd. Anastasii, nec in MSS. collatis ab Editoribus, legi ista de electo Sergio IV. Id. Febr. aut sublato die duodecima mensis Aprilis; nec illud, rexisse Ecclesiam Sergium annis tribus, & mense uno, aut duobus. Quæ sunt aliunde ad Anastasium adjecta. Et Bertiniani Annales, ad quos aliàs provocant, <i>Sergium Pontificem VI. Kal. Febr. defunctum</i> , id est XXVII. Januarii, non XII. April. En demonstrationes Chronologicas! Certi equidem apud istos nihil.			
		Igitur, pari si non majori certitudine colligimus, sedentem Sergium circiter annis tribus, ab Anno labente DCCCXLIII. mortuum esse Anno DCCCXLVI. quocumque mense, & die. Quam & Hermanni de Sergio sententiam esse, Leonis etiam IV. exordium referentis ad Ann. DCCCXLVI. professus est Blondellus, sed (inquit) malè, utrobique falsum Hermannum, pro auctoritate ut solet in hac causâ, pag. 24. & in Notis marginalibus ad eum Annum. Itaque quoque Magnum Chron. Belgicum, <i>Leonem cepisse Anno Domini octingentesimo quadragesimo sexto</i> , & hunc fuisse Leonis primum. Concinnant Annales Fuldenses, etiam Bertiniani, & Metenses, dum in hunc annum referunt <i>vastatam Romæ à Mauris sive Saracenis Ecclesiam S. Petri</i> , & quidem Augusto mense; quem annum notat & Sigonius, de Regno Italiæ Lib. V. & alii. Atqui accidisse istud sub tempus obitus Sergii, & concurrisse utramque calamitatem, <i>repentinam mortem Sergii, & devastationem qua facta fuerat in Ecclesiis</i> , disertè Anastasius, sub initium Vitæ Leonis. Necessè est inde quoque ortum esse annos Leonis Siebertum, seu ab Anno DCCCXLVI. hos dum terminat			

in annum DCCCLIV. ut mox dicimus. Bernardus Guido in Codice MS. Bibliothecæ Leydenfis: *Leo IV. cepit A. D. DCCCXLVI.* quanquam addit, *vel DCCCXLVII.* Naclerus similiter: *subrogatum Leonem IV. Papam anno Salutis DCCCXLVI.* Volumine II. *Gen. XXIIX.* Mitto Compilationem Chronologicam, quæ Leonis IV. initium refert ad Annum DCCCXLIV. Platina ex adverso demùm ad Annum *Incarnationis DCCCXLVIII.* alii etiam ferius; adeò Romæ omnia de Pontificum, hujus etiam ævi, temporibus & seu initio seu fine, ambiguae obscuræque fidei.

Igitur *Leo IV.* (qui Sigeberto *quintus* est, & Martino Polono, aliisque Chronographis) sedere cœpit verosimilius, ex dictorum fide, & ipsâ Baronii de exordio & fine Gregorii IV. (undè pendet Sergii tempus) superiori confessione, ab Anno DCCCXLVI. seu jam à mense *Augusto*, seu ab illi proximo. Nempè auctoritati auctoritates opponimus, nec eas inferiores. Quod verò *eodem die* quo obiit Sergius, electum Leonem IV. voluit Onuphrius, Baronius, ex his Blondellus, Labbeus, nec præcisè dixit Anastasius, ut legenti patet; nec simile vero est; neque consentiunt Codices MSS. quos inter Palatinus, & Thuaneus, qui *cessasse Episcopatum menses II. dies XV.* —

Et quoque Platina exertim: *Vacat in ejus morte Romana sedes mensibus II diebus XV.* Quanquam nihil his vacantis sedis temporibus dubium magis atque incertum, uti nec lectionibus seu editis seu MSS. Codicum Anastasii, ex superius demonstratis. At per nos *illo ipso die*, quo excesserat Sergius, substitutus fuerit *Leo!* Prodest magis quam officit causæ.

Quamdiu verò hic *Leo* sederit non-expressit Bibliothecarius, cujus etiam plerique Codd. MSS. desiderant extrema Leonis, ut est antè observatum à nobis. In editis autem fertur obdormivisse *XVI. Kal. Aug.* anno non-expresso, & quidem *non multos post dies* à discessu Romano Ludovici Imperatoris. Quem Imperat. anno primùm DCCCLV. Romam profectum esse, ob injectam suspicionem perfidiæ Leonis, frustra Blondellus, ex uno Anastasio. Imò ad Annum DCCCLIII. refert illud iter, nec solius *Ludovici*, sed *Lotharii* ipsius, diligentissimus Mutius in Chronico, *Lib. XI.* Ità referens Sigonius *Libro V.* delatam accusationem ad *Lotharium*, subjungit eam mox à memoratâ sibi Synodo Romanâ in Anastasium Presbyt. quam

Ann. Mens. Dies.

2

15

constat habitam esse Anno DCCCLIII. Et falsò legitur in Anastasio, *Danielem* accusatorem properasse ad vestigia *Domni Ludovici Imperatoris.* Imò verò ad vestigia *Lotharii* Augusti adhuc Imperantis. Et prodit se Blondellus, dum ait *Lotharii* nullum meminisse Anastasium, sed *solius Ludovici*, quia *Lotharius* hoc fere tempore *Prumiam* secesserat. Qui tamen Blondellus contendit aliàs, *Lotharium* nonnisi *sex* ante obitum *diebus* in *Prumienſe* Monasterium secessisse, *XXII. Sept. Anni DCCCLV.* Et Labbeus, ex eo *Mabillonus* Notis ad Diploma *Benedicti III.* adhuc *Nonis Octobribus* ejusdem Anni, sedente *Benedicto*, *Lotharii* abdicationem *nondum* fuisse nunciatam *Roma*, quæ civilis jam mors fuit, *paucis* post *diebus* à naturali excepta, ut isti exertim. Igitur mortuum Leonem esse Anno DCCCLV. ex genuino Anastasio minimè probatur. Uti tacent ad eum annum *Annales Fuldenses*, *Metenses*, & *Chronographi* benè multi. Ac de *Nons* Chronicis apud Anastasium, habeat sibi Labbeus suas voces, quas ille ad *A. DCCCL.* in *Tabulâ Chronolog. Johannæ* opponendâ, ubi de *Ticinensibus* Synodis: *Certum est* (inquit) *apud omnes vitiatas esse quasdam in iis temporum notas.* *Vitiatæ*, ubi obfunt causæ quam agunt, genuinæ & authenticæ, ubi profunt.

Leonem porrò IV. fecisse locum successori, Anno minimùm DCCCLIV. (legitur apud Marianum Anno DCCCLIII.) ex *Mariano*, *Sigeberto*, *Ranulpho*, *Palmerio*, aliisque colligi, fatetur Blondellus; & superiora docent, ubi de initio Leonis, cui laxiore calculo tribuunt annos circiter —

Quod verò deputant *Leoni* communiter, annos — — — ex precariâ hypothesi natum est, eaque geminâ. 1. Leonem fuisse substitutum *Sergio*, *eodem die* quo hic excesserat; excessisse verò *Sergium XII. April.* 2. Obdormivisse Leonem *XVI. Kal. Aug.* ad quem diem, à *XII. Aprilis*, putantur menses III. dies V. Ità Chronologiam aptare suis hypothesibus norunt. *Annales* verò *Bertiniani* (ne reponam ante dicta) quorum se auctoritate muniunt aliàs *Blondellus* *Labbeus*que, utriusque hypothesi refragantur: *Sergium* quidem defunctum *VI. Kal. Febr.* Leonem IV. duntaxat mense *Augusto*, quod & *Mabillonus*, & alii, qui ab *Augusto* *Benedicti III.* Papatum ordiuntur, mox à morte Leonis, *biduo* ex *Blondelli* calculis. *Luitprandus* verò, & *Alb. Stadenſis*, deputant *Leoni* annos — — —

Seu id ex inversis numeris men-

XX 2

Ann. Mens. Dies.

8

8

3

8

6

3

sum,

sum, & *dierum*, ut vult Blondellus, seu verius ex incertâ & confusâ horum temporum atione, in Chronologiâ Pappali.

In aliud extremum ivère, qui Leonis IV. Pontificatum prorogant in annum exactum *nonum*, vel *decimum*. Sic Chronicon S. Galli quod desinit in Annum DCCCXXVI. Hermannus Contractus, Urspergensis Abbas, Albertus Stadenfis, qui terminant annos Leonis in annum vel DCCCLVI. vel DCCCLVII. Florentius Wigorniensis Monachus, clarus sub initia Seculi XII. terminat adhuc ferius, in annum DCCCLVIII. sed pessimè orsus iste Leonis sedem ab Anno DCCCLIII. Quod inde factum esse jam in *superioribus* monui, quoniam constabat non ante annum DCCCLVII. certè non ante DCCCLVI. sedisse Benedictum, Johannæ verò Pontificatus Romæ censendus non erat. Prolongandus igitur prior iste Leonis, à Chronographis qui Bergomatem præcesserunt, referentem hunc Johannem Fœminam demum ad Annum DCCCLVIII. Hinc & certi Characteres Chronici nulli, quando inceperit Benedictus, nisi precarii, quomodo *Ferias* ubique notat Blondellus, sed supposito illi *Anno*, & *Cyclo*. Et à Bertinianis Annalibus quos in hanc rem proferunt, ut ipsi discedant, ex. gr. in notando initio *Gregorii IV.* aut sine *Sergii II.* vel *Leonis IV.* sic in anno coronati *Ludovici* Imperatoris atque in consortium à Lothario Patre assumpti, & in aliis, dictum suis locis fuit. Qui Annales cæteroque, testante Duchesnio, initio *Tomii III.* prodière ab Exemplari descripto curâ Herib. Rosweydi, & transmissò illâ Joh. Bollandi: utroque Jesuitâ, ex eâ Societate cujus pernota in censendis atque expurgandis Scriptoribus fides est, quomodo supra dictum de editione Anastasii.

Jam à morte Leonis, (quam pari jure, si non potiori, attento Leonis initio, collocamus in A. DCCCLIV. & mensem seu *Julium* ut plerique, seu *Augustum*) observet Lector, quàm adversis inter se frontibus committantur, aut distrahantur sententiis, circa tempus Interpontificii. Imò quàm plerique properent in substituendo *Leoni Benedicto*, ne sit Johannæ locus. Et quod jucundiori spectaculo est, omnes ferè tuentur se auctoritate depravatissimi Anastasii; cujus etiam plerosque ac vetustissimos Codices ne quidem exhibere Vitam *Benedicti*, omnes à *sine mutilos*, & in *Leonis IV. elogium desinentes*, vi-

Ann. Mens. Dies.

sum supra ex confessione Moguntinensium, Fabrotti, Holstenii, Blondelli.

Igitur Codd. Anastasii, Regius, & Mazarinius, Platina, Schedelius in Chronico Norimberg. vacasse sedem

Quo ipso, si excesserit Leo XVI. Kal. August. id est Julii XVII. in Kalendas Octobres incidit évθρονισμός Successoris.

Alb. Stadenfis, Matthæus Westmonasteriensis, & alii, conciliaturi cum III. Kal. Oct. seu XXIX. Sept. sedem vacasse scripserunt, nec falso, ut de iis quidem Blondellus in Notâ Marginali

Quoniam in meis Alberti Matthæique Codd. illa non lego.

Onuphrius, tanquam ex Anastasio, in Epitome Pontificum, vacasse sedem

Baronius, consecratum Benedictum, idque secundum Anastasium, Augusti mensis die VI. ut vacaverit sedes diebus

Bellarminus, supra jam citatus, ait cessasse Episcopatum, seu vacasse sedem, & quidem scribente Bibliothecario, sed somniantes Bellarmino, ut addit Blondellus, diebus

Ciaconius, electum Benedictum, à morte Leonis, IX. Kal. Aug. id est vacasse sedem diebus

Onuphrius in Chronico, rursus ut ex Anastasio, quem sequuntur plerique mastiges Fabulæ Johannæ, vacasse sedem diebus

Blondellus autem post omnes alios, putavit rationibus suis esse accommodatius, si altero à Leonis exequiis die, id est Julii XIX. feriâ VI. contigisse Benedicti electionem statueret, ut vix vacarit sedes diebus

Labbeus verò in Tabulâ Chronolog. *Benedicti tertii primus* procedit à mense Julio scil. A. DCCCLV. Alii XIX. diem, alii XXI. alii alium designant, nec ad demonstrationem nostram refert. Mox, non videtur certum quod contendit Blondellus ex Annalibus Bertinianis, &c. quos & ibidem incuriâ Ammannensis, aut errore Libraris vitiatos censet. Mabillonius autem, Notis in Diploma Benedicti III. ad Tab. XLVII. *Benedicti Pontificatus primus annus* erat à mense Augusto. Mezeræus similiter in Epit. Chronologicâ ad initium Caroli Calvi, *Benedictus electus* in Augusto, ut ante quoque Baronius, Bellarminus &c. Dum *Julium* mensem definiunt hodierni in Pappisam conjurati. Cautius Steph. Baluzius, Notis ad Lupum, pag. 440. sedisse Benedictum anno DCCCLV. mense non definito. Lanoius verò antè citatus, nec sui memor, *Benedicti initium* in an-

Ann.	Mens.	Dies.
	2	15
	2	12
	1	15
		21
		15
		8
		6
		2

Anastasius, ex eo Platina, Onuphrius in Epitome, Genebrardus &c.

Onuphrius in Chronico, ab electione Benedicti, quem Ciaconius, & alii exscribunt.

Blondellus, Labbeus, ut jam ceteros præteream, prorogando Benedicti Papatui tribuunt ab electione d. XIX. Jul. DCCCLY. usque ad mortem Benedicti, quæ contigerit VIII. April. DCCCLVIII.

Alii verò, quorum par fortasse sit auctoritas, quos inter Godefridus Viterbiensis, Auctor Compilationis Chronologicæ, &c. simpliciter sedisse Benedictum annos

Ex quibus palàm fit, si inchoetur Papatui Benedicti, ab Anno DCCCLVI. Septembri vel Octobri mense, post Johanne casum, terminari eundem vel in Anno DCCCLVIII. biennio exacto juxta Godefridum, undè annos Nicolai I. ducunt Annales Bertiniani, Herm. Contractus ex Editione Ursitii, Urspergensis Abbas, Alb. Stadenfis, (sed hi duo intra Annum unum terminaturi Papatui Benedicti) Bernardus Guido, Matth. Wettmonasteriensis, & si qui alii.

Vel certè, si Benedicto tribuas annos II. menses VI. ex superiore calculo; terminabitur ejus sedes in Anno DCCCLIX. Aprilis mense, à quo anno Nicolai Papatui putant Regino, terminaturus scilicet in A. DCCCLXVIII. tum Herm. Contractus ex Edit. Pistorii, Marianus ferè (licet notetur Ann. DCCCLX. uti in Auctore Compilat. Chronolog.) Martinus Polonus, Florentius Wigorn. &c. Quamquam annum initialem Nicolai tacent Anastasius, Regino, Annales Fuldenses, Godefridus, Otto Frising. Gobel. Persona, non pauci alii. Et Arnoldus Pontacus, quem compilavit posterioribus Libris Genebrardus, ad ejusdem Nicolai primordia, notavit in Chronographiâ, hic mirè variare Historicos in annotatione annorum. Utique sanè, ipso Sigeberto referente initium Nicolai ad Annum DCCCLVII. quia anticipavit tempus Benedicti, sepeliendæ Johannæ. Ne dicamus Godefridum Viterbiensem, qui post Benedictum III. ante Nicolaum inserit medios Paulum quendam & Stephanum, in Cod. MS. Leydensi, atque illi tribuit annos X. mens. II. Stephano annos IV. præter Interpontificia.

Jam Nicolai I. Papatui terminat hodiernus Anastasius Indict. I. Id. Nov. quæ Indictio, si Pontificia est, concurrat cum A. DCCCLXVIII. quem emortualem fuisse Nicolai, Annales Fuldenses, Metenses, Ado, Regino, Her-

Ann.	Mens.	Dies.
2	6	9. 10
2	8	16
2	8	20
2		

mannus ex Edit. Pistorii, Albert. Stadenfis, Magnum Chron. Belgicum, & plures alii Chronographi sunt testati: invitis jam Onuphrio, Blondello, Labbeo, *παισι Κομμάσιζι*, qui designant Annum DCCCLXVII. Advocato jam in subsidium Sigeberto, à quo tamen discedunt in constituendo Anno I. ejusdem Nicolai, & quem passim accusat erroris Blondellus ad Annos DCCCLXIII. DCCCLIV. DCCCLV. DCCCLXV. DCCCLXIX. DCCCLXX. Uti is frequente censurâ notat *Annales Bertinianos, Fuldenses, Reginonem, Hermannum, Marianum, Urspergensem, &c.* quia rationibus suis in hac causâ parùm commodos.

Eidem Nicolao tribuit Marianus annos

Anastasius variè interpolatus, citatusque, modò dicitur tribuere Nicolao annos, quos & tribuit Martinus Polonus

Modò, ut Codex Palatinus MS. Fischeri, annos

Modò apud Onuphrium, Baronium, Bellarminum, Ciaconium, & Papillæ oppugnatores,

Codex MS. Leydensis, Fol. in membranâ, longè brevior edito Anastasio, quod observavit de Codice Regio Claud. Sarra-vius, habet annos

Abbonis Floriacensis Codex MS. antiquiss. qui fuit If. Vossii, tribuit Nicolao

Godefridus, Florentius Wigorn. Magnum Chronicum Belgicum, Palmerius, — —

Hermannus Contractus, omiffis quoque (ut isti) mensibus, habet

Platina verò non tribuit nisi.

Addit idem Platina, esse qui scribant; post mortem ejus sedem vacasse annis octo, mensibus septem, diebus novem. Nihil horum omnium in editis Codd. Bibliothecarii, qui nec profecto retulit quod habent Annales Bertiniani, Labbeo sacri, Nicolaum favore magis Ludovici, & Procerum ejus, quam Cleri electione, substitutum. Imò verò Anastasius, ut solet, vel quisquis est, Clerum, Proceres, cum Universo Populo, sidereo accensos fulgore, unanimes illum Apostolica Sedis Prasulem sanxiffe.

Par dissonantia est in describendis annis Hadriani II. Nicolai successoris. Cui alii annos II. alii IV. & decem aut undecim menses, alii annos V. adscribunt, alii ignari quamdiu sederit, simpliciter, Hadrianus sedis ann. nec plura, ut habet Codex MS. Leydensis Abbonis Floriacensis, cui Ado Viennensis annexus est. Et ita in Chronico S. Vincentii, apud Duchesium T. III. pag.

Ann.	Mens.	Dies.
8		9
9	2	20
9	7	10
9	6	20. 21.
10	10	
11	6	7
10		
9		9
7	9	13

670. post annos Nicolai expressos, de Hadriano hoc tantum, *Hadrianus Roma sepelitur ad S. Petrum*. Nihil de tempore gesti Papatûs.

Quid jam, circa secuturos Pontifices, miseram inter Chronographiæ Papalis digestores, & qui de Vitis Pontificum, pugnam ac discordiam memorarem? Consulantur isti ad tempora *Hadriani III. Bonifacii IV. Stephani VI. Theodori II. Benedicti IV. Sergii III.* &c. Quem postremum v. gr. sedisse alii ab Anno incunte dcccciv. ut Ciaconius; alii ab Anno dccccv. ex Matthæo Westmonasteriensi; alii ab Anno dccccvi. ut Onuphrius; alii ab Anno dccccvii. ut Sigebertus, Martinus Polonus, ex his Phil. Labbeus; alii ab Anno dccccviii. ut Marianus Scotus, ex eo Baronius, Bellarminus &c. Rursus eidem *Sergio* Baronius, & Bellarminus tribuunt annos

Labbeus in Indice Pontificum,

Onuphrius, Ciaconius &c. ex Mariano, Martino Polono, — Sigebertus etiam annos plures, ab Anno dccccvii. ad Annum dccccxvii. quo successerit Anastasius III. ultra annos

Index attextus Leydensi Codici membranaceo MS. de Vitis Pontific. de quo supra

Quid adderem conturbatum ordinem successionis, etiam ad hæc tempora, quum hunc illi subrogatum Pontifici, alii alium tradunt? Ità ex gr. *Nicolaus* immediatè subjiciunt *Benedicto* ferè omnes; non ita *Godefridus*, nec *Compiler Chronologic.* qui interferunt omninò *Paulum* quendam, supplementuri (ut videtur) defectum non numerata *Fœminæ*. In Cod. MS. Abbonis Floriacens. de Vitis Pontificum, inter *Hadrianum II.* & *Johannem VIII.* medius dicitur sedisse *Gregorius*. Ità *Stephanum V.* vel *VI.* hi *Formoso* subjiciunt, alii anteponunt. Hi rursus *Formoso* subdunt *Bonifacium VI.* Codex nobis MS. quendam *Romanum*, annis IV. diebus XX. Ità de *Stephano V.* Suffridus Petri Annotat. ad *Martinum Polonum*, Edit. Plantin. *hujus Pontificis præcipuum Cod. MS. nullam facere mentionem*. Sic inter *Marinum* sive *Martinum* & *Hadrianum III.* medius *Agapetus* occurrit apud *Marianum*, & *Sigebertum*, uti *Basilium* quidam medius inter *Hadrianum III.* & *Stephanum V.* apud eisdem, non autem alios. Rursus *Sergium III.* notat *Luitprandus* (non semel appellatus *Blondello* in Tabulâ Chronologicâ) successisse *Formoso*, quem *lapsium Luitprandi* arguit *Baronius*, ad Ann. dccccviii. Num. 1. Hi denuò *Sergium* eundem successisse *Christophoro*, ut *Onuphrius*, *Baronius*; isti *Benedicto IV.* ut *Herm. Contractus*.

VI. Tandem, quod ad institutum nostrum omninò facit, quandoquidem imputata diximus nonnulla *Benedicto III.* quæ ad *Johannem VIII.* pertinerent, nisi numerum facere prohibita fuisset *Fœmina*, ecce ut non desiat varia similis permixtionis ac confusionis exempla. Ac falsus supra *Baronius*, referri nonnulla ab *Anastasio* ad tempus *Stephani V.* quæ spectent ad illud *Leonis III.* Sic *Suffridus Petri* in *Notis* ad *Martinum Polonum* dicit, in *præcipuo suo Codice MS. Bonifacio præcedenti attribui*, quæ attribuunt *Stephano VI.* Ità quæ *Johanni IX.* sive *X.* esse dicuntur, i-

Ann.	Mens.	Dies.
2		
3	4	
7	3	16
9		
6	3	23

dem monet in Codice suo MS. attribui *Theodoro præcedenti*. Similiter *Aub. Miræus*, castigationibus in *Sigebertum*, ad Annum dccccxiii. causatur de *Johanne XIII.* narrari quæ de *Johanne XII.* narrentur & expendantur apud *Baronium*. Sed quid cumulemus exempla? Equidem ut ex abundantia horum quædam demus, confusorum scilicet temporum *Leonis IV. Johannis Fœminæ*, & *Benedicti III.* dùm causantur *Fabulæ* accusatores, nihil ab eâ *Fœminâ*, aut ejus sub Papatu, toto biennio, omninò gestum ostendi, advertat *Lector* ad sequentia. I. Largimur malè referri quædam ad *Johanna* tempus, seu illud à morte *Leonis IV.* quando secundum *Marianum* aut *Martinum* ea *Fœmina* federit, quæ veriùs referenda ad antecessorem *Leonem*. Ità sub *Leone Ticinensis* Conventus, indicente *Ludovico Aug.* qui in Actis refertur ad Annum dccccliii. à *Blondello* ad Annum dccccliv. Indict. II. à *Labbeo* autem ad Annum dcccclv. Indictione III. Dùm in editis Codd. notatur (vitiosè utique) *Indictio IV.* eademque combinanda cum *Ludovici Imper. Aug. anno VI.* quæ *Ind.* in *Diplomate Benedicti*, supra combinatur cum anno *Ludovici Imper. VII.* & quidem *Nonis Octobribus*, quæ de re ibidem. Sic falsum, quod quidam *Johannæ* assertores, *tributum & munera ab Anglorum Rege accepisse Fœminam*. Nempè iter *Romanum Æthelwulphi Regis Anglo Saxonis*, cum filio juniore *Ælfrædo*, (de quo tusè *Anglorum Chronica*, *Chronicon editum Heremperti*, *Sigonius de Regno Italiæ*, *Balæus*, *Foxus*, *Spelmannus*, *Baronius* &c.) susceptum fuit *visendi Leonis* causâ, permoto Rege *vulgatè Leonis sanctitate*, cui & oblaturus fuit dona ac munera. Hæc verò oblata *Romæ* fuisse à Rege *Saxonum*, *postulante sanctissimo Benedicto Papâ*, mentitur *vulgatus Anastasius*; ut & alterum, scilicet eum *Regem*, *reversum ad proprium regnum*, *post paucos dies vitam finivisse*, qui biennio minimum superfuit ab itinere *Romano*. Igitur ad *Leonem IV.* rectè *Annales* referunt; & quidem *Radulphus de Diceto* refert ad A. dccccxlix. *Sigonius Libro V.* ad Ann. dccccli. *Matth. Westmonasteriensis* ad Ann. dccccliv. & quoque *Ingulphus Saxo*, natione *Anglus*, *Vir magnus & celeberrimus*, apud Editores nuperos. Hic enim *Romanam* profectionem *Æthelwulphi* præponit *pæ Donationi Decima omnium suarum terrarum*, factæ *Anno Dominice Incarnat. dcccclv. Indict. III. Non. Novemb. cum de Româ noviter revertisset*. *Florentius Wiggorn.* refert quidem iter illud ad Ann. dcccclv. sed triennio ante sedem *Benedicti*, cujus initium ponit Anno dccccviii. In *Chronico* autem *Longobardico Heremperti*, *Neapoli edito*, de quo nos nuper, quæ de *Æthelwulphi* ad *Urbem* profectione, & annexis, referuntur ad Annum dcccclv. ea deesse in *MSS. Codd.* adnotatur, nec *Benedicti* post *Leonem* ibi mentio est. Et sanè jam vivis excessisse *Leonem* Anno dcccclv. *Julio* mense, fatentur *Benedictini*, & exinde turbas *Anastasianas* censent, ac menses II. dies xv. ante confirmatum *Benedictum*. Quod si *Leo IV. mortuus est dum Rex Romæ versaretur*, ut *Annotationes* ad *Vitam Ælfrædi*, non sequitur aut accidisse Anno dcccclv. ex iis quæ diximus de tempore *Leonis*; aut, si quæ exceperunt *Æthelwulphi* donationes, factas eas esse *Papæ Benedicto*. Imò qui *Rex* juxta tot *Chronographos* redux jam fuit Anno dcccclv. & quidem post celebratas nuptias cum *Judithâ Regina*, *Filiâ Caroli Calvi*, daturus mox *Deo* & *Ecclesiæ decimam* *Regni sui*, eodem Anno, sub initium *Nov. Indict. III.* (*Malmesburienensis* habet *Indict. IV.*) referentibus quoque *Henric. Spelmanno*, & *Labbeo T. VIII. Concil. is non sedente jam placidissimè Benedicto*, post mixtam *Urbem* tot tantisque motibus, *Romæ* adhuc commoratus, curavit confici ea *Ornamenta*, de quibus *Pseudo-Anastasius* ad extrema *Benedicti*. Nec sufficit auctoritas *Annal. Ber-*

Conc. T. VIII. col. 78. Edit. Labb.

Hist. Ingulph. P. 17. ad A. 855.

L. 1. p. 6.

Bertinianorum, apud Blondellum, aut Labbeum, (à quibus discedunt illi plus semel, quoad characteres Chronicos) ut differantur nuptiæ Ethelwulphi cum Judithâ in Annum DCCCLVI. *Kalendis Octobribus*, quo tempore constat turbatissimum fuisse Caroli regnum, ac penè proximum exitio. Nec habent hunc characterem temporis alii Francorum Annales. Quod si vel maximè successorem Leonis vidisset Romæ Rex Anglo-Saxo, ubi dicitur *annum commoratus*, quicquid ei tribuitur pietatis aut donorum, apud Chronographos, non ad *Benedictum* ab ullo refertur, sed ad *Apostolicum, Universalem Papam, Petrum* &c. Ac parum simile vero est, hæsurum fuisse Romæ Æthelwulphum, à morte Leonis; si Roma tùm turbis & factionibus mixta fuit per fautores Anastasii Presbyteri, & quod mirè proprio interea Regno neglecto, ubi Æthelaldus filius in *absentem* Patrem, quò regno eum repelleret, cum Primoribus conjurabat, ut multis Asserius, in Vitâ Ælfredi. II. Sunt verò quædam quæ precario ad *Benedicti* sedem referuntur, paulò post mortem Leonis, veriùs spectantia ad *Johanna* tempus, sed hujus obscurandæ abolendo nomine, & Actis. In hoc ordine fuerint ex. gr. Mors Rabani Archiep. Moguntini: Mors Lotharii Imperat. qui sedente *Benedicto* esse desiderat: Imperii cœpta administratio per solum Ludovicum Augustum: Ludovici Germaniæ Regis molitiones in Carolum Calvum fratrem, favente Ludovico Imperatore: Conventus ad Carisiacum Palatium à Carolo indictus juxta Baronium, Binium, Mezeræum, A. DCCCLVI. concurrente cum *Indict.* iv. quicquid Labbeus & Costartius referant ad A. DCCCLVII. *tempore Benedicti Papa III.* Laborans Gallia cum Barbarorum vastationibus, tùm intestinis dissidiis, cædibus, rapinis, conspirationibus: Decimæ ab Ethelwulpho Deo & Ecclesiæ datae, si hæc largitio proximè reditum ejus ex Urbe excepit. Quæ enim fabulantur ex Sigonio, vel Polydoro Virg. de facto Regno suo *vestigali* Rom. Pontifici, hi Leoni isti Johanniæ, exploitum est doctoribus Britannis. Ità nihil obstat contigisse sub Johanni; v. gr. inundationem Urbis Romæ, de quâ Pseudo Anastasius in *Benedicto*; Terræmotus, portenta alia, de quibus Sigebertus à morte Leonis; Sic Acta Papalia non pauca, ut Consecrationes, Collationes Beneficiorum, indictæ Litanix, &c. & quæ id genus vel dissimulanda Romæ, vel imputanda Successori, ab eoque confirmanda. Neque verò mirari quemquam subeat intermitteri ab Historicis quæ sub *Johanna* gesta fuerint Pontificatu. Præter enim sedis ejus intamiam, nusquam magis sterilis Historia est quàm ad hæc tempora, indè ab extremis Lotharii Imperatoris. Quod ex Chronographorum inspectione liquet, ad Annos DCCCLV. DCCCLVI. DCCCLVII. Ità sterile omne hoc tempus fuisse Synodorum, Collectiones earum docent. III. Denique patimur imputari *Benedicto* alia, sed pessimè relata ad Annum DCCCLV. aut DCCCLVI. inchoatum. Hujusmodi sunt superius expensa, nec sanè perfuntoriè, v. gr. Privilegia confirmata *Corbejensi* Abbatix, aut illi *Sancti Dionysii*; Epistola *Benedicti* ad *Hincmarum*; ejusdem *Benedicti* aliud, in Epist. adversus Hubertum Clericum, de *pace à se munita inter Ludovicum Casarem, suosque gloriosos Fratres*, scil. Lotharium II. & Carolum adhuc puerum, Provinciæ Regem. Quæ verba, nullo characterem temporis, uti nec Epistola ipsa, distincta, gratis Labbeus refert ad Conventum Ludovici cum Fratribus apud Urbam (Blondellus malè *apud Urbem*) in Helvetiorum ac Sequanorum confiniis, notatum ad Annum DCCCLVI. in Annal. Bertinianis. Nec enim habitus is ullo intervenitu Pontificis; neque tam dissidia inter hos Fratres nata fuere, Carolo adhuc puero, quàm inter Patruos Ludovicum Germaniæ, & Car. Calvum, horumque nepotem *Lotharium II.* à quo *Lotharii regnum*,

deinceps demùm componenda Anno DCCCLIX. in Concilio apud Saponarias quod Palatium fuit Episc. Tullensis.

VII. Prudenti itaque Lectori, ac præjudiciis vacuo, dicta probataque sufficiant. Saltem nemo non intelliget posthac fallaces Onuphrii, Allatii, Blondelli, Labbeive calculos, ac vanissimum triumphum, circa tempus excessus *Leonis*; electionis *Benedicti*; *Lothariani* secessus, *duobus circiter mensibus* (itâ Blondellus) post electum *Benedictum*, & quæ alia cum istis cohærent. Ac parùm temperavit affectui Vir magnus, dum supputationibus suis non modò addidit Demonstrationis speciem, sed etiam contumeliosas in tot Chronologos ac Theologos voces; scilicet *imposturam vel fecisse, vel passos, quicumque tandem illi essent, decantata Fabula sive parentes sive amatores, quam ire tandem aliquando eis κόρηνας*, commotiore animo jubet. Imò

— *Θαυμάσιος πλόν*

Οἷας τέχνας τε ἢ δόλους ἐμήσαντο

illi ipsi, quàm certè intenderint omnes industriæ suæ nervos, contendendæ insigni artificio Chronologiæ Papali, ne in splendido theatro, in sacrâ hac scenâ, Johanna ulla spectaretur. Et an *παπισσομανάντων, ὀνοχρόνων, ἑτεροδόξων, triconum, nebulonum, ἀγρὰ mente delirantium*, quos vocat, *obstruxerit ora* Labbeus Jes. *Tabulâ suâ XL. Annorum*, in quâ aliena plurima, quæ nihil ad hanc causam, permiscuit, dissimulavit non pauca, supposuit alia quæ vel perpetuâ scriptorum diffensione controversâ, vel subnixa unius modò aut alterius Chronographi fide, quandoque & ab ipsomet accusandâ, æquis Judicibus pronunciandum committimus. Certè ille ipse Labbeus est, quem pridem Geographorum in Galliis nostro ævo facile princeps, *Nicol. Sanson*, quantumvis Societatem reveritus, Gallus ipse, & addictus Romanæ sedi, publico scripto distulit, atque infamavit, ut *Zoilum, Plagiarium, calumniatorem, sycophantam, futili vanitatis* ^{1647.} hominem, qui in *Pharo Gallia Antiqua*, ab ipso editâ, *ad singula omnium Locorum nomina, aut Furti sive Plagii, aut Falsi sive Erroris argueretur*. Οὐλοφάντων dixisset Festus. Ita Leo Allatii eundem Labbeum plagii insimulavit, qui *alienos labores surripere in Conspectu novæ Edis. omnium operum Joh. Damasceni*, dum ut sua edidit quæ vel Allatii essent, vel Auberti Miræi. Nos mortuo temperamus.

DE JOANNA PAPISSA,
Ex MS. Codice Membranacco Trajectensi 248, x.

Excerptum VIRI CL.

PAULI BAULDRI,

Prof. Traj.

Missum ab Ampl. Viro Paulo Voet ad Auctorem 10. Nov. MDCXCVI.

DCCCXXVII. Valentinus primus. . .
DCCCXXVIII. Gregorius quartus. . .
DCCCLIII. Sergius primus. * . . .
DCCCXLVII. Leo quartus.
DCCCLV. Post hunc Leonem Jo-

^a natione Anglicus
^b Margentinus
^c Defunt in supra dicto codice quæ intra hos uncinulos comprehensa sunt.

* NB. supra vocem *primus* scriptum fuisse alia manu *secundus*, & id melius convenire cum historia.

Variantes
Lectiones
MS. codicis chartacei 247. j.

Hic Papa & cessavit e mense uno. Hic, ut asseritur, femina fuit, & in pœllarietate a quodam f amasio suo in habitu virili Athenis ducta, sic in Divinis scripturis profecit ut sibi par non inveniretur, adeo ut post Romæ triumvium legens magnos magistros discipulos ac auditores haberet; & cum in urbe vita & scientia magnæ opinionis esset, in papam concorditer eligitur: sed in papatu perituum familiarem imprægnatur: verum tempus partus ignorans, cum de Sancto Petro in Lateranen' tenderet, angustiata inter Coliseum & Sancti Clementis ecclesiam peperit; & post mortua, ibidem, ut dicitur, sepulta fuit: & quia Dominus Papa, eandem viam semper obliquat, creditur a plerisque quod ob detestationem facti hoc faciat. Nec ponitur in Catalogo sanctorum Pontificum papa mulieris sexus, quantum ad hanc deformitatem.

DCCCLVIII. * Nicolaus primus. . .

& mortuus est Romæ; Idem Codex, e papatus fluo amasio s pro Scripturis profecit videtur aliud esse in memorato codice, quod non potui legere.

b nullus par sibi inveniretur; &

Coliseum

semper

* Benedictus in natione Romanus. . .

EPISTOLA ab AUCTORE accepta Groningâ 12. Jun. MDCXCII.

Viri Doctissimi accuratissimam sicut & elegantissimam de Papa Feminâ dissertationem summâ cum voluptate perlegi. Hæc argumentum planè exhaustivè mihi visus est, & ita soleriter, solide, erudite, omnes adversariorum objectiones diluit, ut nullum patem exorturum ex eorum numero qui audeat aliquid reponere quo propudium illud ab Ecclesia R. arceri queat. Hoc unum, si aliquid desiderari potest, in opere adeo elucubrato & omnibus numeris absoluto, hoc vitium factum velle, stricuras quasdam non invidisse & pœnu Spanhemium viro de re literariâ optimè merito CL. Sarravio, quibus satisfiat rationibus illis, quæ movebant virum optimum ut crederet Vitam Johanna Papissa Anastasianam esse ὑποβολιμαίαν. I. Quod vocaretur Johannes Anglicus, tunc au-

tem Pontifices vix inventum iri binomines. II. Quod sit parum verisimile, Anastasium historiam scribentem sui temporis illam edidisse verbis tam parum idoneis ad faciendam fidem, ut asseritur, ut dicitur. Quæ verba usurpanti quidem possunt ab Autoribus inferioris ævi: sed ab iis vix possunt qui fuerunt rerum quas narrant tantum non testes ἀνόπται. III. Quod hæc verba, Romæ legens Magistros discipulos & auditores habuit, posteriorum secularum redoleant Latinitatem; nec in usu fuisse ea etate verbum legere eo sensu ut significet in scholis publicè docere, nec tunc Magisteris titulum in Academiis receptum fuisse. IV. Colosseum tunc non fuisse vocatum Coliseum, quæ vox est nupera & more Italica. Hæc obiter observabat, cum librum redderet Authori fratri eximio acque præstantissimo; utriusque additissimus;

JOH. VARNERIUS.

RESPONSUM AUCTORIS BREVE, missum 14. Junii MDCXCII.

Multum debeo Viri Reverendi faventissimo iudicio, quod subactum esse in his literis scio. Ad motas ex Sarravio difficultates verbum habeat. I. Nullo modo me insistere testimonio Anastasi Bibliothecarii, ut coævi Johannæ scriptoris, cui Anastasio abjudico Vitas hodiernas Pontificum, quocumque auctore. Cap. VIII. §. III. &c. II. Sanè illum, qui mentitus est nomen Anastasii, solitum premere quæ Romæ invisâ, & Papis adversa. Hinc nihil mirum foret, si in Codd. vulgò Anastasianos illata esset aliunde Vita Johannæ, quod Sarravius, Blondellus, & alii. Videantur dicta Cap. VIII. §. VII. III. Difficultas de Johanne Anglico binomine levis mihi viderur, quum Anglici cognomen vel habuerit ante Papatum, vel postea à scriptoribus illi additum, Johannes simpliciter appellandus, dum Papa fuit, postea expungendus ex Paparum ordine, hinc non sine epitheto designativo generis aut patriæ hic Johannes nominandus. IV. De vocibus, ut asseritur, ut dicitur, actum Cap. III. §. VI. Hinc patet quidem, Auctorem vitæ Anastasianæ alium videri à Bibliothecario, quod non gravate concedo. Et quid si illa verba (ut asseritur) illata sint, quemadmodum in textum Mariani Scoti, sic in vitam illam Anastasio in Codd. plurimis tributam? V. Romæ legens, Magistros &c. fateor, sapiunt voces hæc Auctorem Bibliothecario recentiore. Sic Barbarissimi innumeris, in Vitæ Anastasianis &c. Contentus tamen est, Romæ docuisse eam scemnam in Scholâ, cujus mentio in Leone. IV. Magistri nomen & Scholastici (i. e. Professoris) non alienum à fine seculi IX. in Monasteriis. VI. Coliseum posuere pro Colosseum exscriptores Monachi & Itali, de quo ego Cap. I. §. IV. Leviora hæc omnia præ iis quæ JOHANNAM persuadent &c.

FRIDERICI SPANHEMII
MISCELLANEORUM

AD

SACRAM ANTIQUITATEM

ET

ECCLESIAE HISTORIAM

PERTINENTIUM

LIBER SEXTUS.

QUI CONTINET

RESTITUTAM HISTORIAM

IMAGINUM,

Præcipue à temporibus Leonis Isauri, Seculo VIII. & deinceps,
Contra Historiam Iconoclastarum Lud. Maimburgii, & Nat. Alexandrum.

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, GRAVISSIMIS,
REIP. AMSTELODAMENSIS

QUATUORVIRIS COSS.

D. JOHANNI CORVER, J. C.

D. JOHANNI HUYDEKOPER, J. C. Equiti,
D. in Marseveen, Neerdijck &c. Præfecto Societ. Indiar. Orient.

D. JOHANNI DE VRIES, Præfecto Societ. Indiar. Orient.

D. WILHELMO VAN LOON, J. C.

NEC NON VIRO DIGNITATE AMPLISSIMO,

D. NICOLAO WITSEN, J. C. Exconsuli ejusdem Rei-
publ. ac nuper in Confessu Celsissimorum DD. Ordinum Delegato &c.

FRIDERICUS SPANHEMIUS F. FELICITATEM.



Irator hujus meæ Nuncupationis aderit aliquis, ILLUSTRIS VIRI, quo clàm fuerit, quid privato Vobis nomine, quid & publico debeam. Illo utique veluti nexu quodam obligatum me Vobis profiteor, quod paucos ante menses, haud promiscuâ benevolentia, indulistis mihi conspectum Baronii Blondelliani, cujus videndi tenebar priorem desiderio. Quamquam fecit exilitas characterum, quibus subindè Annales isti castigantur, & usus hybernæ lampadis, ut contentam oculorum aciem lectio non sustineret. Restitui itaque in tempus opportunus, cursum observatis, & furtivo quasi hinc indè intuitu, quæ Historiam hanc nostram jam tum exercentem operas planè firmarent, ac lucem adderent, si modo diligentiori scrutinio permittantur. Planeque è re literariâ esse censeo, ut strictum genus Notularum, quarum plurimas ex Jacobo Cappello, Viro in his literis Præstantissimo, transcripsit ὁ πᾶν, vertatur in publicos usus, sed à peritiorè rei Antiquariæ & Chronologicæ, qui cum Baroniano Textu conferat, qui Censuram mentem expediat, & ἀναθεωρήσιν quendam ulterius perficiat. Vestrà hoc munificentia & auctoritate effectum iri aliquando, VIRI POTENTES, nullus ambigo, pro eo in Causam Reformatam studio, planè insigni, quod difficillimis hodie rebus, amorem Civibus vestris, admi-

admirationem Exteris, solatium Exulibus, formidinem Inimicis, & universæ huic Reipublicæ gaudium expressit & vota. Publicum hoc jam nomen est, quod & meum facio, nec dispungere illud aut inducere unquam valebimus. Vos nuper ex primis, dum sævit implacabilis Roma, graviora movens animo, nec ausis fixura modum, vos Reipublicæ securitatem, oppressis præsidium, perfugium eiectionis, palatis hospitia, subsidia exutis, destitutis auxilia, cibaria pauperibus, militaribus stipendia, ac Pastoribus denique supplementa & honoraria, conjunctis animis & studiis decrevistis. Hoc demum Emporii vestri Palladium, hoc vallum erit & munimentum. Ac tutius Vobis fuerit, MAGNIFICI PROCERES, apparere supremo Judici magnâ comitante afflictorum catervâ, qui suam Vobis hodie salutem debent, quam fuerit hodiernis Regibus, Jesuitâ nupero improbâ spe lactante, sisti tremendo Tribunali stipatos longâ ferie vel Confessorum qui numerosas circatrices suas, vel Lapforum qui stupratos per vim conscientias, ostendent. Hominum est μικρὰ ἀντὶ μεγάλων, Dei unius μεγάλα ἀντὶ μικρῶν rependere. Maximus sanè hic erit laborum atque operum vestrorum fructus, non quo istum sensu Alexander Macedo sibi precabatur, si quando excesseritis è vitâ Immortalitati consecremini. Lugd. Bat. III. Eid. Febr. Gregor. A. Æræ Dionys. CIQ IO CLXXXVI.

LECTORI BENEVOLO S.



Uter Gallus Diarii Eruditorum, ad Annum M. D. CLXXXI. ita de Natali Alexandro, post editum Historia Ecclesiastica Sæculum VIII. P. Alexander ex fundamento pertractat Hæresim Iconoclastarum, & Concilium VII. Generale, in quo ea damnata fuit. Addidit amplam Dissertationem de Usu & Cultu Imaginum, in quâ refellit argumenta veterum & novorum Iconoclastarum; ac respondet pede pressio IV. Libris Ministri Dallæi adversus Imagines, quibus nullus Catholicus Auctor adhuc responderat. Itâ relicta fuit huic Patri ea gloria, quod primus refutaverit hunc Ministrum, habitum in Doctissimis quos Cærentone celebrarunt. Alter verò Ludov. Maimburgius, editâ Gallico sermone Historiâ de Hæresi Iconoclastarum, ebraisonicè jactavit, ut solet, Præfatione ad Lectorem, Historiam eam nondum satis fuisse expeditam, in difficilioribus quibusdam, & nihil obtante ejus Antiquitate, à tot retro sæculis, exhibere tamen sese in eâ plurima, quæ gratâ se novitate commendabunt. Passimque in Opere isto Maimburgiano, quo verius lusit personam in Theatro quàm Historicum in Republicâ literariâ, indignatur in Surium, Alanum, Suaresium, Sanderum, Baronium, Binium, Bellarminum, Vasquesium, Valentianum, Gretserum, &c. quod non satis fuerint ab his expensa omnia Antiquitatis circa Imagines documenta. Queritur & merito quidem, Historiæ hanc partem confusissimam evasisse, diversitate circuituum & effugiorum quibus semet extricare Viri illi voluerint. Accusatur, confugisse ad conjecturas pro libidine confictas, & sine ullo rationabili fundamento; non veritatem historicam quæsisse, sed præsupposuisse modo reverâ non esse, quæ magnoperè nolebant ut essent. Proficitur autem non semel hic Antoninus de se ipso, dum omnes fallendi arte superavit, se acturum bonâ fide, sine præjudicio, se dissipaturum omnes eas tenebras, ac veritatem hæctenus in obscuro latentem protracturum in lucem esse. Tandem Theologos Protestantæ hac in causâ Iconomachicâ in arenam provocat, si quis tamen eorum futurus uique adeo imprudens, ut opponere deinceps sustinerit Concilium Francofortense, vel Libros Carolinos, vel Synodum suâ Constantino Copronymo habitam, vel Conventum Parisiensem sub Ludovico Pio, aliæve Antiquitatis monumenta. Ac clausurus eam quam vocavit Historiam, ait ille quidem, fore deinceps ut pudeat hodiernos Protestantæ, ut infamiam suæ originis, pudendosque natales in Iconoclastarum illis, agnoscant, ut ringantur quod eorum Patres adeo abuli sunt credulâ eorum simplicitate, fidem Catholicam falso sub schemate iis representando, imponendoque miseris. Fecit hæc Jesuita εαυτὸν ἀυλῶντες, & ubique μαγιστρὸν & δόματα, insignis arrogantia, statuentis de Paribus nostris id ipsum quod de Maimburgianis Historiis, ac mendacissimâ illarum specie, Jansenista è Portu-Regio in Dialogo quodam, adhuc fecit de Monacho altero Dominicano Gallia Pontificia præcepit judicium, ut inter curas alias, omnem hanc Imaginum Historiam, quæ parte nondum satis vestita ac vindicata videbatur, retexerem, hominesque sui plenos, dum alienâ sumitur arcâ, in singulis, certe in gravioribus, observarem. Quo magis præclarè ac vere Usserius olim noster, in Libro de Successione Ecclesiarum: Tùm verò ruere & retrò sublapsa referri res cœpit Christiana, quando illa Deo invisâ seu εὐδωλοκρατία, seu εἰκονοβλαεία, in Christianorum Templis regnare cœpit. Quæ reverâ fundi nostri calamitas, & malorum omnium quibus labefactatus & convulsus est Ecclesiæ status principium & quasi feminarium extitit.

Accessu hodiernorum temporum sæva atque inaudita barbaries, in eos exercenda qui ab omni hujusmodi superstitione atque Idololatriâ abhorrent, à quâ pridem Epiphanius, Augustinus, Severus Massiliensis, dein qui Iconoclastarum nomine infamati, tandem Carolus Magnus, & cum eo Galli, Germani, Britanni, Itali, Hispani. Ægrè etiam fuit mendacissimum sehemata, ut palam fiet, à Maimburgio passim exhibitum, Persecutionum scilicet in Iconoclastis, sub Leone Isauro, Constantino Filio, Leone Armenio, Michaële Balbo, & Theophilo Balbi successore. Fine jam non alio, ut nostra docent, facta collatione cum nuperis eventibus, in ipso hoc opere, quàm ut exemplar quoddam Tartaræ savitiae trux Jesuita fingeret, imitandum Ludovico M. prout ὕβρις φῦτῶν τῶν ἐθνῶν. Undè quæ olim non facta, nisi forte in perduelles furentesque Monachos, iste jam facienda monstravit hac sua Historia, in exterminium (ut suadet) illorum, qui non nisi nominis & sectæ rei, cum Christianorum primis. Certè hoc solum rei, in Europa Gallique universe conspectu, quod probarint suam ergà unum summum Deum adorationis religionem, honoris verò quibus honos debetur, ad hæc positam in uno Christo fiduciam suam, & in solo Crucis sacrificio quæsitam à se expiationem, & hujus solius Mandatis tuum suæ pietatis obsequium, denique ad Scripturas solas exactam omnem Ecclesiæ suæ fidem, morumque disciplinam; conversis simul in unum Christianissimum Regem votis omnibus suis, quemadmodum & fidelitatis, amoris, ac subjectionis officii. Jamquæ aut deletos penè esse miseros Gallia tota, aut delendos proximè noverat Jesuita, extorres deinceps palantesque, qualiter avia turtur suo orba compare, sed & tecto. Noverat immissa novo exemplo, ac porro immittendâ in ordinem omnem, & sexum, & aetatem, quâ latâ patent amplissimi Imperii fines (imò utinam fines intrâ!) Carnificum an Lycæonum an Draconum agmina. Conscius erat vis armata, non quidem animis, nobilem animum vegeta libertas alit nec deserit, sed tamen ori & calamo admovenda, Libellatici ut fiant invitâ subscriptione, qualiter Deciorum tempore. Cernebat ipse Conscientiam in dies excarnificatas, Corpora ferro, igne, inediâ, vigiliis ab-

sumpta, Martyrum veteres cruciatus novis cumulatos, Carcerum ergastula impleta, personantia Virginum Matronarumque planctibus & ejulatibus Monasteria. Acceperat vel ex ipsis malorum fabris, nec dubia rei fama, raptos infantes, transfixas vulneribus Matres, divulsos Conjuges, suppositos tortoribus Senes, revocata Diocletianea aetatis scenam, qua reluctantium Christianorum ori Idololatria, & manibus Thura imponerentur, proclamandum eo ipso in Converterum atque Idololatrarum ordine. Hisque nihil obstantibus Πρωτονοῦν hunc in modum canit Jesuita, novissimo in Scripto, erumpitque in abjectissimas ad Ludovicum M. voces, ac profligata conscientia testes: Tibi soli, sic ille, aeterna erit & immortalis gloria, ac felicitas, quod exterminaveris Christianissimo è Regno Inimicam illam Dei Hæresim, reductis in gremium Ecclesie Catholice per infinitas Conversiones, qui ex ea non sine Schismatis aut Hæreseos crimine exierant. Idque factum à Te sine violentia, secundum Spiritum Evangelii, non armis aliis, nec vi, quam illa Charitatis Tuæ, & Zeli, Justitiæque in omnibus Tuis Edictis expressæ. Et Gregoriana Historia nupera Libro I. ad A. Dxc. premisso sarcasmo, ac publico & insigni (quod non illi profecto ut magno Tatarorum Legislatori capitale est) mendacio, de relictâ adhuc errantibus subditis (Clementiâ Magni Ludovici) eâ libertate, qualem Principes Protestantes, Lutherani & Calvinistæ, Catholicis negent in Ditionibus suis, ita mox Regi suo fictâ acclamatione, sed & impiâ, palpum obrudit, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλο ἢ ἡ ἀληθεία: Quanta erit Ludovici M. in die novissimo supra nos omnes prærogativa, ubi stiterit Ille sese univerforum Judici, stipatus ingenti illâ multitudine Calvinistarum, seu Converterum quos revocat quotidie, suavissimâ & efficacissimâ quadam viâ ad Regnum Jesu Christi! Ac simili quondam petulantia jacentibus Catholicis insubasse feruntur perditissima audacia Monachi, Victoralibus scilicet Hymnis, post restitutas Imagines, & oppressos Iconomachos, in laudem impie, fatente Maimburgio, Irenes. Odes prima initium fuit, ex Græcorum Triodio, auctore (ut ferunt) Studitâ illo turbonum Iconolatrarum antesignano sub Nicephoro, Armenio, & Michaële Impp.

Χαλεπήριον ὠδὸν τῷ ὄντι Θεῷ, &c.
 Ὁ ἡγεεὺς σωτήρων κίρας,
 Βασιλεὺς κατὰ τὸν ὄρθοδοξίαν πρῶτον.

Tu corroborre, Lector, ingemisce, precare, spera, sitque nobis omnibus decretum pati, nec deponere unquam animos. Es si tantum abs re tuâ tibi otii superest, Tu mea præcipiti lustris vestigia cursu; sique non hujus opella successum, insitutum saltem proba.

SECTIO I.
 BREVIARIUM.

Occasio scripti, Scriptores nuperi. Summa Historia de Imaginum Usu vel Cultu, usque ad Leonem Isaurum. Producta nuper loca ex Tertulliano, Eusebio, Eliberitanis, Augustino, Epiphano, Bedâ &c. Strictim vindicata, & retorta adversus objicientes. Pessima in pluribus fides Natalis Alex. ac Maimburgii. Rerum facies Sæculo IV. Constantinus M. ut præverit Imaginibus. Superstitio qualis tempore Augustini. Tempore Gregorii I. Iconoclasta Serenus. Ante eum Epiphanius. Hujus factum illustratum. Sæculo VII. quæ fuerit Imaginum in Templis ratio. In his Imperatorum, Episcoporum, Synodorum pictura. Factum Philippici Imp. & Constantini Papæ, Sæc. VIII. Confessio Baronii. Quæ istud consecuta. Controversia de cultu Imaginum mota ante Leonem Isaurum. Earum in Britannia ratio, Beda tempore. Constantinum Papam prævisse Gregorio II.



*V*sum religiosum Imaginum, aut Picturarum in Locis sacris erectionem, ignorasse vel improbasse sanctiora Sæcula, à cultu & adoratione abhorruisse multo magis, quantum ad veri nominis Christianos, ex indubiis priscae Ecclesie monumentis, cum intellexere nonnulli Latinorum, tum ex professo à nostris demonstratum est. Nunc ingenius aliquis, nec servire natus, nuperam modò Iconoclastarum Historiam Ludovici Maimburgii, sed & Natalis Alexandri, hodieque in Gallia Monachi, novissimam Dissertationem adversus Joh. Dallæum, & nostratum alios, qui id multis evicerant, conferat velim vel cum horum Virorum scriptis, vel cum illis Bellarmini & suorum! Ac quàm is protinus intelliget, recoqui miseram crambem, clarissimæ luci tenebras, oculis pulvisculos ingeri, dissimulari quæ reposuissent nostri plurima, & ubique probationum (quas vocant illi) loco esse inanissima commentorum, ac suppositiones & ἀμφοισθεν μῦθος?

Maimb. Hist. des Iconoclast. Hist. Sæc. VIII. Dissert. VI. Art. I. II. III.

II. Exempli causâ, documenta proferri nulla usus publici & sacri Imaginum, ante Gregorii Nysie

in Cappadocia primâ Episcopi, dein Pauli Nolæ in Campaniâ Antilitis tempora, id est, ante inclinatum Sæculum IV. evictum à Chamiero, Molinæo, Dallæo, Ufferio, Forbesio, M. Bocharto, Martello, aliisque nostratibus prolixissimè fuerat. Nec enim morabantur illi Viri Pseudepigrapha & Apocrypha, producta demum sæculo VIII. in Actis Nicæ T. VII. Concil. Edit. Noviss. nis, de quibus postea, & eo ipso tempore à Carolo M. & Francofurtensis Synodi Patribus explosa. Sed & omnem illum usum, in Asia & Italiae partibus primùm natum, haud fuisse alium quàm biblicum ad instructionem, vel rerum memoriam, & ethicum ad imitationem, politicum ad ornatum, & μυμητικὸν quo Gentiles, Imaginibus & simulachris assuetos, facilius ad Christianam fidem inducerent, nullâ tùm Imaginum adoratione, nulla προσκύνησις, fusè ab iisdem Viris demonstratum, nec in vitis cordationibus in Gallia Pontificia scriptoribus. Et his præverunt Carolus M. Agobardus Lugdun. Jonas Aurelianensis, Dungalus Diaconus, Walafridus Strabo, Durantus Mimatensis, dein Polydorus, Erasmus, Vives, Cassander, Barneius, nec pauci alii.

III. Quid jam Natalis ille nuperus, Articulo II. Ad sæculum Dissertationis suæ? Probaturus usum cultumque religiosum Imaginum, ex priorum sæculorum Patribus, initium facit ab Historia Hamorroissa, quæ extat apud Eusebium, Historiæ Eccles. Libro VII. Mox omnem hujus testimonii vim ipse enervaturus, post Agobardum libro de Imaginib. & ante hunc Carolum C. M. in Capitulari, fatetur, dubitasse de facti veritate Libros Carolinos. Fatetur etiam de statu ibi sermonem esse, & erectâ quidem Gentili consuetudine vel more, ut disertè Eusebius, sicut alii ritus complures à Gentilibus usurpari soliti. Denique largitur, non erectam eam fuisse in loco sacro vel in Ecclesia, nec eo animo erectam ut coleretur, qui tamen totius cardo controversiæ est. Acultu enim Imaginum, suspensarum in Locis sacris, cœpisse bellum Iconomachicum, nos infra pluribus. Hinc transit Natalis ad picturam emblematicam, seu ad parabolam Boni Pastoris, in calicibus quibusdam vitreis expressam de qua Tertullianus in libro de Pudicitia. Supponens rursum, quod est τὸ κενόμυθον, & Dallæus ac nostri pridem refutando occuparant, fuisse ipsissimam Imaginem

T. VII. Concil. Edit. Noviss.

VIII. T. XIV.

C. XX. Ed. Bal. L. IV. C. V.

Entr. d' Eud. p. 135. C. VII. & X.

ginem seu effigiem seu simulachrum *Christi*, pictum in *Calicibus* sacris seu Eucharisticis, asservandum ad eò in *Ecclesiâ*, & quidem religiosæ *salutationis*, *osculationis*, aut *adorationis* ergo. Atqui horum nihil *Tertullianus*. Nec quæstio unquam mota de *sacris Emblematis*, *Historiis*, *Parabolis*, vel coloribus vel ære exprimendis, lignove aut marmore cælandis, quales etiam apud *Reformatos*. Neque hæ profectò ex affectu improbo, sicubi repræsentatæ in tabulis, vasis, poculis, sed omninò ex *pietatis sensu*, quod frustra urget iste. Non ideo tamen ad *cultum*, ad *adorationem*, ad *προσκύνησιν*, & quidem in *Ecclesiis*, *Templis*, *Sacellis*, *Altaribus*, &c. tanquam *Religionis* aliquod debitum, qui rursùm *controversiæ* status est. Ità inter ornamenta *Novæ Romæ*, & *Κωνσταντίνης πόλεως*, refert *Eusebius*, τὰ ἑκατὴ ποιμῆνι & σύμβολα *symbola boni Pastoris*, expressa in fontibus qui essent in medio foro, uti *symbola* alia, & statuæ innumeræ, nec eæ tamen in *Templis*, sed neque cultûs causâ.

IV. A *Tertulliano*, ingenti hiatu ad *Nyssenum*, *Asterium*, *Hieronymum*, *Ambrosium*, *Augustinum*, *Paulinum*, &c. provocat, claros inclinato sæculo iv. aut v. inchoato, probaturus habuisse tum *Christianos* picturas *historicas*, & *Sanctorum* quidem ac *Martyrum*, *Pauli*, *Stephani*, aliorum, certaminibus eorundem coloribus expressis, in tabulis, lintheis, vasis, calicibus &c. Ità multis ex *Nysseno*, *Paulino*, probat horum tempore exornasse hujusmodi picturas, in *Cappadociæ*, *Ponti*, *Campaniæ* partibus, ipsas etiam *Basilicas* seu *Templa*. Hoc verò *ἱεραγύγιον*, concessâ jam *Alexandro* citatorum fide, nec *Dallæus* in *controversiam* verterat, ac modò per *ἀνθυποφορεῖν* à nobis occupatum est, etiam in *Historiâ* nostra ad *Sæc. iv.* Quærebatur quàm rectè factum, & an convenienter ad *praxim* priorum ætatum? Undè ad *objectum* sibi *Gregorium Nyssenum* *Carolus M.* *Hac parte nobis observandum est Pauli monitum, probate Spiritus, an ex Deo sint.* Quæstio etiam, an tum collocatæ in *Templis* *Imagines*, *cultûs* & *adorationis* ergò, cujus quartâ *Ætate* vestigium in *scriptis* genuinis nullum? Nec facta illa, *Nysseni* ætate, conciliantur cum *obvio* *Canone* *Eliberitano* xxxvii. quem laudavit sub *Ludovico Pio* *Agobardus* *Archiep. Lugdunensis*, *Lib. de Imagin. c. xxxiii.* *Placuit picturas in Ecclesiâ esse (vel fieri) non debere*, quascunque tandem, aut quocunque modo in *Ecclesiis* collocandas; additur ratio, *ne (alii Codd. neque) quod colitur aut (&) adoratur*, scil. *Deus* vel *Christus*, unum tùm *cultûs* religiosi *objectum*, in *parietibus* depingatur. Quanto placuit magis, ne in *Ecclesiis* depingeretur, *cultûs* causa vel *adorationis*, aut cum hujus certè periculo, ut *experientia* docuit, quod nec coli debet nec adorari, ut sunt *Apostolorum* *Sanctorum*ve *Imagines*?

V. Excipit *Natalis* pag. 662. *Ex hoc Canone aliud nihil colligi posse, quam sublatum fuisse in Provinciâ* *Basicâ* *Imaginum* *usum*, & *cultum* *actualem* *ex Ecclesiis*. Rectè, non quidem *sublatum*, qui nullus adhuc fuerat inter *Christianos*, sub *Gentilium* *dominatu*, ut aliàs fatetur *Maimburgius*, sed *interdictum* *usum* *Imaginum*, *Picturarum*, ne in *Ecclesiis* *Christianorum* *introduceretur*, ne *Gentilium* *more* *fiorenti* *pictura* *in Ecclesiis*, præcavendæ *omni* *superstitioni* *vel idolatriæ*, ut pluribus *Agobardus* in *Libro* *cit.* *Nec* *Provincialis* *illa* *folius* *Basica*, sed *Nationalis* *Synodus* *fuit* *ex* *omni* *Hispaniâ*, ut *subscriptiones* *docent*, præsentibus *Osio* *Cordubensi*, *Valerio* *Cæsaraugustano*, *Viris* *aliis* *sanctissimis*, *ineunte* *minimo* *Sæc. iv.* *asserturis* *vel* *certè* *instauraturis* *veterem* *disciplinam*. Hinc *maximâ* *ejus* *Synodi* *in* *Occidente* *auctoritas* *postmodum* *fuit*. *Absurdior* *longè* *ex* *suis* *Maimburgius*, qui hoc unum *interdici* *ab* *Illeberitanis*, *ne* *in* *parietibus* *deinceps* *depin-*

gerentur *Imagines*, scil. *corruptionis* *aut* *deformationis* *metu*; quas *permitterent* *appendi* *ad* *parietes*, in *pictis* *compactisque* *Tabulis*, & *ad* *cultum* *quidem*, vel *προσκύνησιν*, sensu *Canonis* *evidentissimè* *opposito*. Quod *ex* *Bellarmino*, *Vasquesio*, *Hurtado*, *Sandero*, *Garsiâ*, *Perronio*, *Mendozâ*, *Coriolano*, *Gonzalezio*, aliisque *haustum*, fuisse *pridem* *explosum* *confutatamque* à *Dallæo*, & à *nostris* *passim*, non *nescivit* *Ex-Jesuita*. *Baronius* *ad* *A. lviij. N. cxxi. cxxii.* *nodum* *secuit*, & *Canonem* *hunc* *suppositum*, atque à *Claudii* *Taurinensis*, *magni* *Iconoclastæ*, aliquo *discipulo* *fuisse* *insigni* *imposturâ* *concinnavit*, puta *sæculo* *ix.* *illaudatâ* *suis* *temeritate* *pronunciavit*. Undè & *mitiùs* *postea* *eo* *de* *Canone* *statuit*, *ad* *A. cccv. N. xlv.* *Albaspinæus* *frustrâ*, *Notis* *in* *hunc* *Canonem*, sed *post* *Alanum* *Copum*, *Ayalam*, *Sixtum* *Senens.* *picturas* *prohiberi*, *non* *quibus* *Sancti* & *Martyres*, *sed* *quibus* *Deus* *ipsaque* *Trinitas* *repræsentaretur*. Imò *quibus* & *Christus*, sanè *objectum* *cultûs* & *adorationis*. Nec aliud quod *coleretur*, *colive* *oporteret*, *Christianis* *notum*. *De* *picturis* *etiam* *indiscriminatim* *fermo* *est*, vel *imaginibus*, quarum *nullæ* *in* *Ecclesiarum* *parietibus* *repræsentandæ* *forent*, *ex* *metu* *cultûs* *vel* *adorationis*. Quod si qui *Christianorum* *Sanctos* *vel* *Martyres* *tùm* *coluere*, *ex* *hypothesi* *Maimburgianâ*, sanè & *horum* *Imagines* *Canon* *respexit*. *Dei* *verò* *invisibilis*, vel *S. Trinitatis* *pictura*, *nullæ* *unquam* *fuere* *apud* *Christianos*, multis *etiam* *post* *Eliberitanos* *sæculis*, undè *sola* *harum* *prohibitio* *fuisse* *absona* & *aliena*. Quod & *vidit* *Gonzalez* *Hispanus*, *Annotationibus* *ad* *hunc* *Canonem*, & *quotquot* *alia* *planè* *effugia* *captavere*. *Habebantur* *ergò* *inter* *privata* *κειμήλια*, *eo* *jam* *tempore*, *Christi*, *Petri*, *Pauli*, & si quæ *aliæ* *Imagines*, in *tabulis* *depictæ*, *διὰ* *χρωμάτων* *ἐν* *χαρταῖς* *σώζομεθα*, *Eusebio* *teste*: *H. Eccl. l. viij. c. xviii.*

VI. Porro ad *Sæculum* *iv.* *tacent* *Maimburgius* & *Alexander*, quæ *Nysseni* & *Paulini* *facta* *præcesserunt*, quæque *nullum* *tunc* *quidem* *in* *Ecclesiis* *Sacrarum* *Imaginum* *usum*, *minùs* *cultum* *obtinuisse* *probant*. Refert *Eusebius*, occasione *persecutionis* *Diocletianæ*, quæ *cœpit* *xix.* *Diocletiani*, *Æræ* *Dionys.* *ccciii.* *fuisse* *Christianis* *in* *amplioribus* *Urbibus* *plures* *Ecclesias*, à *fundamentis* *extructas*, *Ædes* *que* *splendidas*. Refert *idem*, ut hæ *per* *Imperialia* *edicta* *fuerint* *solo* *æquatæ*, *sacri* *verò* *in* *iis* *Codices* *flammis* *absumpti*. *Imaginum* *quæ* *Ædes* *illas* *sacras* *exornarent*, *aut* *contumeliæ* *illis* *illatæ*, *fractionis*, *exustionis*, *meminit* *omninò* *nullus*. Nisi quod *Lactantius* *de* *Mortibus* *Persecutor.* *initio* *persecutionis*, *Cap. xii.* *refert*, *missos* *Duces* & *Tribunos*, & *Rationales* (scu *Procuratores* *Imp.*) *qui* *revulsis* *foribus* *simulacrum* *Dei* *quasi* *verunt*. Nempè *arbitrati*, *Paganorum* *more*, *Templa* *esse* *non* *posse* *sine* *aliquo* *Dei* *simulacro*: *unde* *hoc* *quæsitum* *quidem*, *non* *inventum*. Rectè *nuper* *A. Pagi*, *ad* *A. Christi* *lv.* *Quare* *in* *Controversiâ* *de* *Imaginibus* *ceterioris* *Ecclesiæ* *potius* *exemplorum* & *institutorum*, *quam* *antiquioris*, *duci* *rationem* *oportet*. *Item*; *Credibile* *est* *itaque* *pariùs* *à* *Christianis* *primis* *fere* *iv. sæculis* *usurpatis* *esse*; *Quinto* *demum* *sæculo*, *postquam* *adeptâ* *libertate* *lacertos* *quodammodo* *suos* *explicare* *cœpit* *Ecclesiâ*, *plerisque* *locis* *Imagines* *haberi* *palâm* *cœpta*, *atque* *in* *Templis* & *Oratoriis*

H. Eccl. l. viij. c. i. ii.

Y y 3

H. Eccl. l. iii. c. xlix.

L. ii. c. xvii.

P. 441.

proposita sunt &c. Quod Petavii sententiâ confirmari dicit. Itâ, Constantino ad Imperium admoto, sollicitus est præ cæteris Historicus in describendis Basilicis seu Templis seu Martyriis, & Oratoriis, sub Pio Imperatore passim ædificari iussis, Hierosolymis in loco sepulchri Dominici, apud Mamrem, Bethlehemi, Antiochiæ, Nicomediæ, Constantinopoli, & alibi passim. Cum primis Martyrium Hierosolymitanum, & alterum SS. Apostolorum, in Urbe sibi cognomine, graphicè legentium oculis subjicit. Nihil intermittit eorum quæ atria, porticus, parietes, cameras, concham, lacunaria, Basilicam universam exornarent. Cernere hic est interiora marmoreis crustis, lapidibus politis, auro plurimo, aut si vis etiam tessellato opere, splendentia. *Signum* etiam *Crucis*, auro & gemmis fulgidum, sed intra Palatium suum, erexisse fertur idem Constantinus. Imaginum verò suspensarum in his Basilicis, seu jam Christi Servatoris, seu Virginis, Apostolorum, Martyrum, altum in Eusebio silentium est. Sed & ad apud Socratem, & Sozomenum, descripturos Basilicas Constantini & Helenæ matris. Undè pessima intelligitur fides auctoris *Orationis* III. de Imaginibus tributæ Damasceno, probaturi erectionem cultumque Sacrarum Imaginum etiam tempore Constantini M. ex his Socratis Libro I. C. XVIII. *Εἰκόνας ἢ τὰς ἰδίας ἐν τοῖς ναοῖς ἀπέθετο, proprias autem imagines in Templis collocavit.* Planum enim est. loqui Socratem de *Gentiliis Templis*, ac Deorum delubris, in quibus, sublatis Idolis, suas Imagines substituit Imperator. Nihil de Imaginibus sacris Christi, Virginis, Sanctorumve. Nihil etiam de Imaginibus ad cultum aut adorationem erectis. Sed nec apud Theophanem, Cedrenum, Codinum ipsum de Originibus Constantinopolit. Undè Baronio & suis, ex Nicephoro Callisti, ex Pseudo-Actis Sylvestri, ex Pseudo-Damasceno, & id genus Apocryphis, quærendum præsidium fuit, quâ de re nos in *Eccles. Historiâ* ad Sec. IV. ubi de affectis Constantino. Quanquam certum sit, splendidissimum Imperatorem, recentem ab Ethnicismo, nimis quam decorasse loca foraque publica statuis & ἀγάλμασι, puta *Jovis, Apollinis Delphici, Minerva, Diana, Hercules, Castoris & Pollucis* &c. similitumque, ex Eusebio, Socrate, Sozomeno, & recentioribus Byzantinis. Imò etiam in medio foro Constantinopoli collocatam legimus *Danielis* effigiem, cum Leonibus, ære confectam, & *Symbola boni Pastoris*, ad ornatum splendoremque Fontium. Quo factum est, ut deinceps præposterâ imitatione, labente hoc sæculo IV. & V. inchoato, Imagines *Christianas* loco *Paganarum* passim erigerent, qualiter illas Servatoris, Virginis, Petri, Pauli, aliasque; tandem & Ecclesiis ipsis futuras ornamento, nec ubique tamen, sensim eâ gliscente superstitione. Cui sanè *Nyssenum* in Asiâ, virum nemine dissensuro majoris zeli quam judicii, in Italiâ verò *Paulinum*, ex Monacho Nolæ Episcopum, navasse præ cæteris operam, applaudente Monachorum & imperitæ multitudinis grege, quæ externis capitur, in comperto est. Imò nec in Theodosianâ, aut Justinianâ S. Sophiæ Ecclesiâ, leguntur collocatæ hujusmodi Imagines, cultus & adorationis ergò, quicquid diligenter observaverint Historici quæcunque porticus, atria, προαύλια, aulas, cochleas, parietes, pavimenta, vela, quicquid Narthecem, Concham, Mensam Sanctam, Bema, Soleam, Naon, Diaconicum, cæteraque ornarent. Nec omiffæ tamen statuae Imperatorum, Crucis Constantinianæ signum, Musiva ac tessellata opera, quæ ad causam præsentem non faciunt.

VII. Nunc Sæculo V. quid senserit Augustinus contra *Sepulchrorum & Picturarum adoratores*, docet præprimis indignatio Hipponensis in sui temporis

superstitionem, quæ Christianos quosdam invaserat. Notus inter alios locus est, Libro de Moribus Ecclesiæ Catholicæ: *Nolite consecrari turbas imperitorum, qui in ipsâ verâ Religione superstitionis sunt noviss.* &c. *Novi multos esse sepulchrorum & Picturarum adoratores*, & quæ ibi plura. Duo excipit ad hunc locum Natalis, in præfatâ Dissertatione. 1. Non de quavis adoratione loqui Augustinum, sed *superstitionis, more Gentilium*. 2. De eâ quæ fieret ad quorumvis defunctorum sepulchra, non ad illa *Martyrum*, ut *mentitur* (inquit) *Dallæus*. At prior Exceptio jam Bellarmini fuerat, sed suspensio gradu, addito τῷ forte, loqui Augustinum de *superstitioso cultu*. Eademque fusè à Dallæo ipso diluta, & appositiflimè retorta in *superstitiosam Latinorum adorationem*. Nul- lum enim genus adorationis est, aut religionis, quâ coluere Gentiles sua ἀγάλματα, simulachra, quo non & Roma Pontificia Virginis ac Sanctorum, quos vocat, Imagines, consecratione, prostratione, orationibus, votis, donariis, cercis, suffitu, virtutibus adscriptis &c. fassis pridem Polydor. Vergilio, Ludov. Vive, G. Cassandro, Erasmo, aliis, ac nuper Viris ingenuis. Non adeò igitur securè ab Alexandro reponenda ista fuere, quod facit. Et homines *Christianos*, de quibus Augustinus, *Gentilem* cultum, Ethnicum etiam ritum, sepulchris illis & Picturis tanquam *Diis* detulisse, precario assertum; quod magis est, detulisse, promiscuè religionis eum cultum *quorumvis defunctorum imaginibus*. Quod à verbis Augustini, à moribus tum in Ecclesiâ Catholicâ, & à Christiano nomine, profus abhorret. Posterior Exceptio nihilo veterior est, haud loqui videlicet Augustinum eò loci, *de sepulchris & picturis Martyrum*, Sanctorum, nec de festivitatibus superstitionis quæ hinc inde ad illa frequentarentur. Siquidem primò, non *superstitiosas* vel *imperitias* fuissent postulandi hujusmodi Christiani, quod facit Augustinus; sed Idololatriæ plusquam Ethnicæ, qui *quorumvis defunctorum* Imagines, Reliquias, ut totidem Numina, adorassent. Consulendi modò libri de Civitate Dei, de Verâ Religione, de Doctrinâ Christianâ, & in Psalmos Enarrationes, cum primis in *Psalmi cxxiii.* partem, ut vocatur, alteram. 2. *Luxuriosissima epula super Mortuos*, de quibus eodem contextu Hipponensis, & quidem *Religionis* ergò, omninò tum fuere in Africâ natæ, ad sepulchra *Martyrum*, ad Martyria, ad memorias Sanctorum, in eorum honorem, teste non uno in loco Augustino ipso. Confessionum Libro VI. Cap. II: *Cum ad memorias Sanctorum, sicut in Africâ solebat, pulvis & panem & merum attulisset*, &c. de Monica matre, sed improban- te Filio. In Libro octavo de Civitate Dei Cap. ult. perstringit similiter istum quorundam morem, qui *epulas deferrent ad Martyrum loca, apud memorias Martyrum*, undè occasio se ingurgitandi, quam sustulit Ambrosius Mediolanensis. Nec tamen à *mclioribus Christianis* id fieri, ibidem monet Augustinus. Alibi Ep. LIX. ad Aurelium Episcopum, ex professo queritur, *comestiones & ebrietates in honorem beatissimorum Martyrum*, passim in *Africanâ Ecclesiâ & quotidie* celebrari. Mittimus id genus documenta, natâ superstitione *δὲ τῷ ἐθνικῷ σωμαθείας*, ut pridem observatum Eruditis.

VIII. En verò in producendo vel vindicando Augustino fidem Natalis Alexandri! Primò tacet Vir ingenuus loca alia & expressissima Augustini, eademque notissima, quibus superstitionis istos sepulchrorum & picturarum adoratores revocat ad cultum religiosum uni Deo præstandum. Nec adorationis absolutæ vel relativæ ulla distinctio probata Hipponensi est. Disertè Augustinum illud in Ecclesiâ nomen: *Honorandas* quidem *memorias* Sanctorum, Martyrum, non tamen *constituenda illis Tempora, Sa-*

De Vita
Cont. M.
L. III. &
IV.

L. III.
C. XLIX.

Socr.
L. I.
C. XVIII.
Sozom.
L. II.
C. I. &c.
In Oper.
Damasc.
P. III. 789.

Diff. VI.
p. 680.

De Imag.
L. III.
p. 318.

Entr.
d'End.
P. 148.

T. Op.
II.

era, Sacrificia: Non religioni esse oportere cultum Hominum demortuorum, qui nec tales querant honores: Honorandos propter imitationem, non adorandos propter religionem &c. Et quæ plura legas, vel in Opere de Civitate Dei ad calcem Libri VIII. vel in Libro de Verâ Religione, quæ sanè eminent inter scripta Augustini. Cum primis verò ad rem præsentem facit luculentus Sermo Augustini in Psalmum cxiii. juxta Hebræos Codd. cxv. ubi de *simulachris Gentium qua os habent & non loquuntur*. Prolixè vir sanctus, quàm inane effugium esset, seu Gentilium, seu hos præpoltero & inconsiderato zelo inter Christianos imitantium, *non hoc visibile à se coli, non simulachrum, non signum, non effigiem, sed coli rem cujus effigiem, signum, simulachrum intuerentur*. Addit: *Quis adorat vel orat intuens simulachrum, qui non sic afficitur, ut ab eo se exaudiri putet, ab eo sibi præstari, quod desiderat, speret?* Sibi dictum credant Iconolatæ Pontificii. Hinc in praxim superstitionis indignatio Augustini, erectis in Deum animis Christianorum. Sed istis dissimulatis, quid ex Augustino Natalis pro usu cultusque Imaginum, ut ipse inscribit? Locum profert ex Lib. I. de Consensu Evangelist. C. x. Ridet ibi Hipponensis, qui Christum de Magiâ scripsisse ad Petrum & Paulum delirarent. Cur verò, inquit, ad Petrum & Paulum? *Credo, addit ille, quod pluribus locis simul eos cum illo pictos viderunt, quorum & merita conjunctim, propter eundem Passionis diem, Roma solemniter commendaret. Probatne verò Hipponensis, in hominibus maleficus, picturarum istarum intuitum, aut etiam cultum? Easne simul cum Christi imagine adoratas, aut in Basilicis religionis causâ erectas, vel erigendas, & quidem à veri nominis Christianis, ibidem profertur? Horum sanè nihil. Imò verò audi quæ mox subjungit, & immediatè quidem quæque dolo malo & de industria refecit Natalis!* *Sic omnino errare meruerunt, qui Christum & Apostolos ejus NB. non in Sanctis Codicibus, sed in pictis parietibus quaesiverunt: nec mirum si à pingentibus decepti sunt.* Habes specimen Alexandrinarum citationum, sed & fidei. Ac quo loco haberet Augustinus pictus hujusmodi Imagines Christi, Pauli, Petri, Virginis, alias exertim docuit. Nempè fictas incertaque, sed & inutiles eas species ac representationes habuit. Ità de Trinitate dissertans, deque illius fide ac dilectione, cujus faciem carnis oculis nemo vidit, hac occasione dicit de facie Christi, Pauli, Virginis, Lazari, quæ innumerabilium cogitationum diversitate variarentur ac fingerentur. Simulque quales fuerint illæ facies, quibus lineamentis, penitus ignorari, nesciri, omnino incertum esse, pluribus docet, sed nec ad fidem quicquam facere, vel ad cultum Domini Jesu: satis vero esse, si in his occupetur fides nostra, quia per Dei gratiam ita vixerunt, & ea gesserunt qua Scriptura testatur, & hoc credere utile esse. Undè etiam colligere est, ignorasse Augustinum, & Christianos ejus ævi, Fabellas Euagrii, Bedæ, Nicænorum, Adriani Papæ, Theophanis, Cedreni, Symeonis Metaphrastæ, Nicephori, ac similibus, de facie Christi, Virginis, Pauli, Petri, quales seu sudario à Christo ipso impressas, vel sindoni sepulchrali, seu à Lucâ pictore coloribus expressas, commenti sunt, de quibus alias. Et istas tamen securè nostri Iconoclasticæ Historiæ scriptores, Natalis & Maimburgius, suis reponunt, id est primæ Antiquitatis nesciis, ac nesciis quoque Augustini.

IX. Pariter Gregorii I. Romani Episcopi mentem intelligimus, ad Sæc. vi. in cujus extrema incidit factum Sereni Massiliensis, de quo Gregorius in Epistolis duabus, & nos in nostra Historiâ ad eam Ætatem. *Adorare imagines, inquit ille ad Serenum, omnibus modis veta vel devota. Non illæ ad adorandum, sed ad instruendos solummodo mentes fidelium,*

*(nescientium) in Ecclesiâ collocata. Alibi; Ipsa pictura quasi Scriptura in memoriam Filium Dei reducit, quem unum se adorare profitetur. Vide Epistolam utramque ad Serenum. Alienissimus ergo Gregorius, licet dissentente Natali Alex. pag. 683. à decreto VII. Synodi, cum quo ex adverso pugnat. Unde etiam Gregorii verbis claudit suum Capitulare Carolus M. & passim L. IV. ejus se auctoritate munivit. In fractionem tamen Imaginum, in Severi facto, non probante Gregorio, utpote quibus suum usum esse, ut ad ornatum, sic ad instructionem, existimaret. Unde constat, quicquid ex suis comminiscantur Scriptores nuperi. I. Usus Imaginum, in Occidentis Ecclesiis non paucis, familiarem fuisse sæculo VI. exeunte, probante sanè Gregorio I. ad instructionem imperiti populi. II. Cultum vel adorationem nullam approbatam, quocumque modo ea Imaginibus deferretur. Undè illud, omnibus modis veta; & collocatas esse ad instruendas solummodo mentes, & imperitorum quidem, omne manufactum adorari non licere, & admonendos Christianos, ut in adoratione solius omnipotentis Trinitatis humiliter prosternantur. Igitur & *αρεσκωνον, humilem prostrationem, coram Imagine damnavit Gregorius. Et P. Guffanvillæus, Carnotensis Presbyter, rectè de Gregorio; Sic opinabatur Sanctiss. Pontifex Romanus in fine VI. Sæculi. Idemque ille editor novissimus Gregorii assutamentum ad Epistolam LIV. Libri VII. scriptam Secundino, quod stringit Baronius ad A. dxcix. in quo scilicet legitur, Et nos quidem, non quasi ante Divinitatem, ante illam (Imaginem Salvatoris) prosternimur, observat ingenuè in plurimis Mss. Codicibus non haberi. III. Denique ex Gregorio ipso patet, Iconoclastam jam fuisse Serenum Massiliensem, Sanctissimum Virum, infringentem saluberrimo instituto Imagines, tollentemque offendicula, ad quæ plebs imperita, frustratè de his monita, palam impingeret. Absurdè autem Baronius, ad præfatam Ann. dxcix. N. xvii. omne illud Gregorii ad Serenum ed contorquet, ut inventus tantum ille Pontifex videatur in adoratores colorum in Imaginem super tabulam ductorum, cum Imaginem ratione Prototypi venerari se & adorare debere consentiam Christiani, qui non mente capti sunt. Quo fit, ut Ethnicorum nemo Idololatra fuisse censerit possit. Quis enim Ethnicorum, ut Baronio reddantur suæ voces, adeo obtusus ingenio & mente captus repertus est, ut cum ante Imaginem sterneretur, dicat se adorare colores illos in Imaginem super tabulam ductos? Imò verò quis non dicat, quod & Augustinus observat, se non nisi effigiem intueri & signum ejus rei quam colere debet.**

X. Ex facto Sereni Episcopi Massiliensis, exeunte Sæculo VI. cujus testis ipse Gregorius M. intelligitur commentum ut Baronii, suorumque, sic Maimburgii, Natalis Alexand. & gregalium, fuisse Leonem Isaurum, de quo postea, *Iconoclastarum primum*. Imò verò Sereno, projicienti Imagines, præverat Epiphanius in Cypro Episcopus, sub finem Sæculi IV. scisso velo quod pendens invenerat in foribus cujusdam Ecclesiæ, quam intraverat ut oraret, nempè in Foribus Sanctis ejus Tabulati, quod *βῆμα* seu adytum Sacerdotum separabat à *ναῶν* seu reliquâ Templi parte. Quæ fores quia clathris, cancellis, intercolumniis, erant perviæ, seu jam ligneis, seu lapideis, seu æneis, ita velo seu aulæo obducebantur, Mysteriis dùm peragerentur occultandis, ad imitationem Veli Judaici Sanctuario obducti. Christianorum enim Tempia expressisse Salomonæum, ut Atriis, Porticibus, sic Pronao, Templo, Adyto, hinc velis, *ἀεπετάσματος*, alias observatum; & hac voce mixto-barbarâ dixere, *βυλόθυρα* vela foribus appensa. Scissi autem Veli istius, in villâ quâdam Palæstinæ, Anablathâ, ratio additur Epiphanio, quod non pictum modo esset, sed & haberet Imaginem quasi Christi-

In Psalm.
cxiii.
serm. II.
N. 4.

L. VIII.
c. ult.
C. ult.
T. I.
Edit. no-
viff.
T. IV.
al. VIII.

Differt.
VI.
p. 630.

T. III.
de Trin.
I. VIII.
C. IV. V.

L. VII.
Ind. II.
Ep. CX.
L. II.
Ind. IV.
Ep. IX.

T. II.
Oper.
Epiph.
Hieron.
T. II. p.
m. 161.
Chronogr.
ad A. XVI.
Zenon.

L. I.
p. 65.

L. II.
p. 245.

L. I.
p. 22.

Differt.
VI. p. 667.
668.

T. XIV.

Vide du
Pin,
T. II.
in Epi-
phanio,
p. 746.
H. Icon.
L. III.
p. 140.

Not. ad
Lact.
C. XII.
Misc.
T. II.

Christi cuiusdam vel Sancti, contra auctoritatem Scripturarum, atque ut addit ille, contra Religionem nostram. Nec ipse modò refert Epiphanius, in Epist. ad Johannem Hierosolymitanum, sed & ejus Epistolæ, in odium istius Johannis, Origenistæ scilicet, interpretis Hieronymus. Præverat etiam Sereno Xenaias ille apud Theophanem, Zenone imperante, idemque Hierapoleôs in Syriâ Episcopus, (*Heliopoleôs* Maimburgio, parùm de nominibus sollicito) quo tempore Imaginaria superstitione invalesceret, docens *εἰκόνας μὴ δεχέσθαι*, atque ad eò si quæ essent abolendas. Quare is Maimburgio *Iconoclasta* audit, sed *Manichæus*; neque *baptizans*, ita Græculi hoc postremum, post Theophanem, eo obtentu quod stetit à partibus Petri Gnaphei; sed Imagines fecere nihil ad causam Chalcedonensem. Quas nec recepisse unquam *Armenos* constat, tenaces antiqui moris, ortâ nempe post eorum schisma superstitione. Quo factum est, ut Constantinus ille *δουρύνου*, circa Annum DCCLII. Imperii sui XI. post captam *Melytenem*, olim Armeniæ Secundæ dein Tertiarum metropolim, redactamque *Theodosiopolim* Armeniæ Primæ, utramque ad Euphratem, atque ita post subactos Armenos, eos in Thraciam deduceret, tanquam ab Imaginibus earumque cultu alienissimos. Testis est Theophanes, ad præfatum Ann. & post eum reliqui. Ubi absurdissimè falsissimèque Maimburgius, sed more suo; plerisque Armenios tum *Iconoclastas evasisse ex longo cum Saracenis commercio.* Quidni ex eodem commercio Antitrinitarii evalerant, aut hostes Crucis, retento hoc utique solo signo ab Armenis? Nec ante adultum Sæculum VII. vicinos Saracenos Armeni habuerunt, sed qui *Christianis liberrima sacra permittentibus*, ipso fatente Maimburgio. Nunc ad factum Epiphanius redeundum, cujus imitator Serenus fuit. Nempe ad illud excipit Natalis Alexander; sane *nondum eo tempore usum Imaginum in Ecclesiis Cyprî & Palaestina susceptum videri.* Rectè! sed salvâ auctoritate Scripturarum, & Religione Christianâ, suscipi non posse idem Epiphanius disertè censuit. Et respexisse quoque Optimum Virum ad *Canonem Illiberitanum*, expressimâ hujus prohibitione, in Ecclesiis earumque velis aut parietibus, hujusmodi Imagines vel Picturas suspendendi, Viri in Adversariis ingenui concesserunt. Maimburgius ineptissimo effugio, ut solet, nec de suo tamen, *profanam fuisse Imaginem, sub figurâ Christi vel Sancti, Cupidinis fortè, vel Jovis, aut Martis Venerem compressuri, in Christianâ scilicet Ecclesiâ collocatam!* Atque Epiphanius, memoriâ non satis suggerente, dubius modò fuit, eane imago fuisset representativa *Christi, vel Sancti* alicujus, ac neutrum omninò tulit, quia *contra Religionem nostram, seu institutum majorum.* Undè Baluzius ad istud Lactantii, de ministris Diocletiani, *Simulacrum Dei quaritur in Ecclesiâ, ingenuè ut decet: Simulacris itaque carebant Ecclesia Christianorum, quod & Heraldus, Rigaltius, ac recentiores alii professi sunt.* Planè verò contra mentem Epiphanius, & interdictum Eliberitanæ Synodi, Gregorius M. ad Serenum, *picturas in Ecclesiis adhiberi posse, vel debere, ut saltem in Parietibus videndo legant, qua legere in Codicibus non valent.* Atqui majoris momenti res Gregorio esse debuit, adhibitâ instructione ex Scripturis S. summovere hujusmodi offendicula, & serpentis Idololatriæ instrumenta.

XI. Dehinc verò Sæculo VII. quod nostrum præcessit, & initio VIII. non solæ *Sanctorum* Imagines in Templis vel Oratoriis vel Porticibus sacris collocatæ, ornatus, recordationis, aut imitationis ergò, procul religione adorationis. Sed & illæ Imperatorum, Principum, Episcoporum, Patrum vel Confessuum, qui in Synodis generalibus Hæreses profligassent. Ac de *Imperatorum* imaginibus

certa res est, jamque aliàs observatum de Imaginibus Constantini, Theodosii, Justiniani & Theodoræ, ex Byzantinis. Sed dicat ex Gregorio I. Baronius ad A. DCIII. de Imaginibus *Phoca & Leonis Augustorum, quas jussit S. Gregorius reponi in Oratorio S. Casarii intra Palatium, id est Ecclesiam, positam in via Appia divertio à Latina.* Quin multis acclamationibus, nec sine *suffragio, ac cereis*, excipiebantur Augustorum imagines, Gentilium more, quas *laureata, laureata vel laureata* (quod Vir doctus de laureatis Aquilis) nuncuparunt. Quo etiam se tuiti exemplo Nicæni, exprobrante Paganam imitationem Carolo, in Capitulari. Quomodò & crexerunt Imagines *votivæ*, apud Anastasium in Constantino I. vel *pancaræas*, ut alii substituunt, scil. omnem vultum representantes. Atque hinc factum, ut Philippicus Bardanes, qui favebat Monothelitis, Justiniani II. successor, suam mitteret ad Constantinum Papam Imaginem, de quâ Anastasius & ex eo Baronius ad A. DCCX. N. XII. *undè nec ejus effigies in Ecclesiam introducta est.* Ita nec illam deinceps Leonis Isauri, post natam cum Gregorio contentione, nec Successorum *Εικονομαχων*, aut retineri aut introduci placuit. Sed & *Patriarcharum* atque *Episcoporum* erigebantur in Templis vel Porticibus picturæ, honoris ac memoriæ causâ, aufereudæ si in hæresim essent prolapsi, delendis simul è Diptychis eorundem nominibus. Itâ in Synodo VI. prosperante ad finem sæculo VII. ut Anastasius in Vitâ Agathonis Papæ, *ablata de picturis Ecclesie, figura eorum Patriarcharum, per quos error Monotheliticus pullularat, Cyri, Sergii, Pauli, Pyrrhi, Petri.* Hinc in Vitâ Johannis VII. ad A. DCCV. commendatur ejus Pontificis studium, ornandi Ecclesias Imaginibus, dignoscendis vel *ex vultu Patrum.* Atque in eum modum, iisdemque de causis, in fidei Orthodoxæ *μνημόσυνον* appensæ in locis sacris illorum Episcoporum Imagines, qui *Synodis Universalibus* præfuisent, geitorum Synodaliū quædam historia. Itâ quoque Agobardus, libro de Imaginibus, clarus sub initia sæculi IX. Sic ille *ex editioe Steph. Baluzii: Habuerunt namque & antiqui Sanctorum imagines vel pictas, vel sculptas, sed causâ historiae, ad recordandum non ad colendum. Ut v. gr. gesta Synodalia, ubi pingebantur Catholici veritate fulti & victores, Hæretici autem prævi dogmatis, mendacis detectis convicti & expulsi, ob recordationem firmitatis Catholicae fidei, juxta morem bellorum tum externorum tum Civilium, ad memoriâ rei gesta, sicut & in multis locis videmus. Sed nullum antiquorum Catholicorum unquam eas colendas vel adorandas fore existimavit. Nunc autem error invalens tam perspicuus factus est, ut Idololatriæ vel Anthropomorphitarum Hæresi propinquum aut simile sit, adorare figmenta.* Vide ibi reliqua.

XII. Atque eo intuitu depictæ fuerant in sacra Porticu Constantinopolitanâ Imagines Patrum, ut priorum Synodorum, itâ VI. Synodi adversus Hæresim Monothelitarum indictæ, de quâ Historia VII. Sæculi. Quid Bardanes Fautor Monothelitarum, acclamatus Imperator, seditione in Justinianum motâ, A. Æræ Dionys. DCCXII. Baronio DCCXI. Post habitam Synodum Monotheliticam, *Picturam VI. Concilii è Basilicâ abradi* jussit, reliquasque Synodorum Universalium, inductu Johannis Constantinopolitani *Patriarchæ*, additâ sacra ad Constantinum Papam, An. vulgò DCCXII. veriùs firmato nonnihil Imperio A. DCCXIII. *An etiam omnes Imagines è Templis aboleri præceperit, cujuscunque generis essent, ut Sigonius, & alii, magis dubium esse possit.* Earum enim Imaginum loco, referunt Acta vetera, in Tomo VI. Concil. reposuisse Bardanem illas *Honorii & Sergii* Monothelitarum, eorumque qui cum iis ejecti fuerant. Quicquid hujus sit (nutans enim est hujusmodi *Actorum* fides) sum-

summa sanè confensio est, de ablatâ jussu Philippici Imaginè Sextæ Synodi, è Sacrà Porticu, ἐν τῷ προαυλίῳ, ac principio quidem, non tam hujusmodi Imaginum odio, quàm causæ in eâ Synodo assertæ. Referunt Agatho Diaconus, Scriba vi. Synodi, Johannes Constantinopolit. in illâ quæ ei tribuitur ad Constantinum Epistolâ, nec abluunt quæ habent Anastasius, Paulus Diaconus, Zonaras, Ado Viennensis, Marianus Scorus, Sigonius, Nauclerus, & si qui plures, non dissimulante quoque Baronio. Hinc nata fuit indignatio Constantini Pontificis, non modò restituentis in Basilicâ Petri, habitâ Romæ Synodo, *vosaream sex continentem universales Synodos*, ut habet Anastasius, sed etiam diris devoventis Imperatorem Philippicum, Hæreseôs obtentu, decernentisque *ne Imago ejus, ut asseuerat, in Templum inferretur*, itâ Sigonius, imò ne vel pictam, vel in numis cusam Romani reciperent. Quod factum Baronius, ut solet, extollit, deputans *gloria Romanorum Pontificum, quod adeò sint execrati Hæreticum Imperatorem, ut non solum eum non recipere, sed ne ejus Imaginem intueri voluerint*. Nec contentus Pontifex, si Sigonio fides est de Regnò Ital. l. III. p. 58. erexisse in Basilica Imaginem quæ Universales Synodos exprimeret; sed eâ occasione, prout in oppositum niti indignatio solet, seu ex invalescente indies superstitione, addidit decretum aliud, quo *omnes qui Sanctis Imaginibus venerationem, constitutam ab Ecclesiâ, denegarent, damnati sunt*. Nempè supponens, Philippicum in Oriente non tantum picturam Sexti Concilii è Basilicâ abradi præcepisse, sed & *sacras omnes è Templis Imagines aboleri*; quod tamen non dixit Anastasius, nec habent Historici Byzantini. Itâ detractam à Philippico tabulam restituisse mox in Oriente Theodosium Dramyrtenum, Isauri decessorem, ex Adone, P. Diacono, aliisque intelligitur.

XIII. Porro ex factò Constantini Papæ ea quæ modò dicimus profuxerunt. Primò, misâ de *Monothelismo* controversiâ, quæ Honorium Papam implicabat, damnatum in Sextâ Synodo, & de quâ deinceps ferè silentium in Orbe utroque, una paulo post magnis animis agitata fuit, de *Imaginibus earumque veneratione*, seu cultu religioso; progressum habitura sub Leone III. Isaurico, ad Imperium admoto A. dccxvi. dictoque *Iconomacho* vel *Iconoclastâ*. Hinc mox sub Constantino Papâ visiones seu apparitiones jactatæ, pro veneratione Imaginum, ac *Deipara* cumprimis. Qualis illa Egwini Wicciorum, seu Wigorniensium, in Britannia Episcopi, qui Romam delatus ad Constantinum juramento affirmavit, se divinitus admonitum, ut *Deipara Maria Imaginem in suâ Ecclesiâ colendam vulgo exhiberet*. Referunt pluribus Urspergensis Abbas in *Chronico*, Nauclerus itidem in *Chronogr.* Balæus in scriptoribus Britannicæ *Cent. I.* in Egwino, meminit & itineris Romani Westmonasteriensis ad An. dccxiv. Addunt Anglorum Annales, certè Balæus *Cent. I.* in Egwino Wiccio, ex eo *Magdeburgenses Cent. VIII.* celebratam eo tempore Londinensem Synodum, (de quâ tamen dubitat Spelmanus de *Conc. Britan.* p. 217.) in eâque sub Britwaldo vel Bertualdo Primate, de *cultu Sacrorum Imaginum promulgatum esse decretum*; seu introductas primum Imagines in omnes Anglorum Ecclesias. Nec mirum tacuisse Bedam in Historiâ Anglo-Saxonum, quando eâ jam absolutâ ista contigerunt, exeunte An. dccxiv. Sed nec tacent *Acta Conciliorum*, quamvis Editores, post Baronium, in fine Tomi VIII. Synodum hanc suspectam reddunt; & Annalium scriptor, *facile inducimur ut commentum esse putemus*. Quid ita? Quoniam ex Bedâ constet, ajunt illi, usum Imaginum in Angliâ jam obtinuisse, quo tempore Augustinus Junior in

Tom. II.

Insulam eam delatus est, adductâ secum *Imaginem Domini Salvatoris in Tabulâ depictâ*. Atqui I. Utum Imaginum commendasse illum Augustinum, ad exemplum Gregorii I. nemo negat, illaturum in Britanniam Romanas consuetudines, *Romanismum cum adjunctis superstitionibus, ignarum eundem tam Scripturarum quam patrii sermonis*, Balæo ex suis observante. II. Nondum *Imago Deipara*, sola Christi Domini effigies prælata fertur ab Augustino, apud Bedam, ac de priori demum visionem seu revelationem obtendit Egwinus, *Monasterium fundaturum*, quæ ex id genus apparitionibus novisque cultibus eâ ætate surgebant. III. Non tam de usu quàm de *cultu* deinceps religioso *Imaginum*, intra Ecclesias, moveri cœpta est controversia, simul cum incremento superstitionis Reliquiarum, Marianæ, Hagiolatricæ, Missaticæ, Monasticæ, ad *superstitiones quodammodo nato Egwino*, ut de eodem Anglorum Chronographi. Hinc obsistere in Occidente & in Britannia Viri Pii non pauci, Joh. Beverlaciensis Eboracensis, Bedæ præceptor, aliique, sed & diu postea tempore Caroli M. Alcuinus & Socii, ac discipuli. Undè Chronica benè multa ad hæc Constantini Papæ, & Philippici, Anastasii, Theodosii, Imperatorum tempora, referre ortum Controversiæ circa Imagines, *Hæresim Imaginum serpentem* vocat Falciculus Temporum. Ac præter propensam in omnes tunc superstitiones Romanam, facilè est colligere occasionem illi dedisse facta Philippici, & Constantini P. Ablatâ enim ab isto votareâ Synodorum, & restitutâ eâ à Pontifice Romano, cum strictis in Principem anathematibus, non defuere huic in Oriente defensores. Hinc urgere alii, nullas omninò in Templis Imagines collocandas, minùs deferendam illis *προσκύνησιν*, Saracenis adeò invisam. Contra cum suis Constantinus, ut ferebant Latinorum tempora, Imaginibus multiplicandis colendisque omni studio incumbere. Successit quoque ex Constantini in Philippicum anathemate, quod alterum erat monendum hoc in loco, gravissimum aliud. Primò, occasio nata molitis res novas in Oriente rebellandi in Principem, ut hæreseôs crimine, & execrationis vinculo oblitricum. Deindè, factum Gregorii II. Constantini Successoris, in Leonem Isaurum; qui nempè exemplo sui antecessoris motus, quod ille fulmen ob *Monothelismum* Philippici, hic ob *Iconomachiam* Leonis, haud longè postea vibrare sustinuit, perduellionis præambulum, & Pontificiæ potestatis in majus augendæ adminiculum.

SECTIO II.

BREVIARIUM.

Continuatio Historiæ, sub Leone Isaurico. Fabula de Origine Hæreseôs Iconoclasticæ. Prædictio facta Cononî puero. Multis revicta. Veterum ac recentiorum Iconoclastarum pugna, & mala fides. In specie Maimburgis. Vera origo Iconomachia sub Leone. Eius mitiora initia, & ratio imita à Leone. Verum tempus eversarum Imaginum. An fecerit Leo inconsultis Episcopis. Σιλένιον quid Byzantinis. Fucus ut Baronii, sic cum primis Scriptoris utriusque nuperi. Facta Gregorii II. in Leonem historicè asserta. Doctrina hinc Baronii, & Romanensium. Natalis Alex. inania effugia. Leonis tum in Oriente facta ex vero memorata. Fabula de Leone insigniores, fuso recentiorum absterfo. De eversâ Imaginè Christi Constantinopoli. De extinctis incendio Collegio, Bibliothecâ, Professoribus Constantinopolitanis. De intentatis à Leone in Gregorium Pontif. & in Germanum Patriarcham. De perfidiâ ejusdem in Johannem Damascenum. Pseudomiracula. Omnium falsitas prolixè evicta. Commentitia alia exaggeranda Maimburgio. Extrema Leonis. Criterium affectuum in Historicis.

Zz

Ac

Ad An. Decxxxix. N. vi. &c.

Africæ P. I. L. II. C. XIII.

Chronogr. Ed. Reg. P. 336. p. 68. Ed. Reg. P. 336. Ed. Reg. zido 1. & ita Baronius, Maimburgius, atque (sic postremus) exactâ supputatione, Anno Æræ Christianæ, DCLXXXVI. Adeo hic in putandis annis & primis fontibus aperiendis, accuratus esse consuevit.

T. VIII. Conc. col. 387.

ciens, si quid causæ minus favet, modo multa prætermisit ab Anastasio inveniri &c. & passim in Annalium Opere. IV. Planum cuivis est, narratiunculam de Jezido II. Chalifarum undecimo, impulsu Judæi cujusdam grassaturo in Sacras Imagines, dedisse originem alteri, de Leone Isauro; ut Iconomachiam cum Judaicâ & Saracenicâ impietate componerent Græculi Iconolatræ. Sed neque de Jezido quod referunt, ad præstigijs Judæi impostoris sublaturò è Templis Imagines, narrant Arabes. Tacet certè Elmaces Historiæ Saracen. Libro I. tacet Chalifarum Chronicon; nec refert Marmolius in Historiâ Successorum Muhammedis ex Arabibus, sed ex Græculis, ut liquet. V. Adde pugnantibus ubique circumstantias, Fabellæ testes. 1. In Actis Nicænis, & in nuper editâ *Διηγήσις* Joh. Hierosolymitani in Actis post Theophanem, tribuitur consilium de exterminandis Imaginibus Hebræorum cuidam *ἡρώδη Τιβεριensi, φαρμακομάντι*, cui nomen *Tessarcontapechui* Theophanes inducit Judæum. *Laodicenum* Syriæ maritimæ: Cedrenus, non unum, sed plures à *Cedrenis*: Constantinus Manasses, *ἑμπορεύς Ἰουδαίους Ἰουδαίους mercatores*, qui in Leonem inciderint. 2. Acta Nicæna, & Johannes ille nuper editus, ratione temporis, referunt rem ad *Jezidum* II. Homaris successorem. Ità Theophanes, rem accidisse Leonis Isauri Anno VII. id est Christi DCCXXXIII. adeoque sub Jezido altero, qui Homari patruo successit, Leonis IV. A. Christi vulg. DCCXIX. Hegiræ CI. ex Chronico Orientali, Theophane, aliis. Byzantini reliqui rem accidisse, Conone seu Leone adhuc puero, adeoque sub *Jezido* I. & ita Baronius, Maimburgius, atque (sic postremus) exactâ supputatione, Anno Æræ Christianæ, DCLXXXVI. Adeo hic in putandis annis & primis fontibus aperiendis, accuratus esse consuevit. 3. Johannes Monachus in Actis Nicænis, Chalifarum Saracenum reipsâ quicquid erat Imaginum, & *ἡρώδη τῶν ἑσπερίων*, destruxisse quaquaversum, & Christianos ipsos, ut destruerent, coegisse. Imò, ad Saraceni exemplum, Iconoclastam primum se exhibuisse *Nacolia Pseudo-Episcopum, ἢ τὸν καὶ αὐτὸν, ὃς qui circa ipsum erant*, non utique Leonem Isaurum. Addit Messanensem Episcopus, se puerulo, in Syriâ cum esset, hæc ita gesta, & à Saracenorum illo symbolo imagines fuisse subversas. Nunc si Theophanem, Cedrenum, Zonaram, & reliquos audis, hinc Marmolium, & in recentissimis Maimburgium, falsa èa ad unum omnia. Morte enim præventus fuit Saracenus, antequam decretum adversus Imagines, aut publicaretur, aut executioni mandaretur. Hinc Maimburgius *πέλοισμα* morale conficit, Regibus scilicet humiliandis. Et in unum Leonem, omnium primum, hæc conflanda invidia, summotarum ac damnatarum Imaginum. 4. Adde in Actis Nicænis promissum *Jezido* Imperium annorum XXX. Reliqui omnes, annorum XL. Præterea Nicænus ille, supervixisse *Jezidum* annis duobus & dimidio; contra reliqui, extinctum fuisse eodem anno. Rursus, in Actione V. Synodi, habes *Vlidum* seu Alvalidum filium jussisse Hebræum veneficum interfici, turpissimâ morte: Byzantinos verò Historicos si audis, & ex his Maimburgium, evaserunt fugâ illi ipsi Hebræi, quum in Cononem inciderent, mortem intentante *Μουριά*, Patrem suum ulturo. Imò iidem impostores longâ post annorum serie, Leone ad Imperium admoto, huic Iconomachiam extorserunt, exegeruntque promissi puerilis fidem. Pergula pictorum, sed mendaces oportuit esse memores. Quod cum à Maimburgio tandem esset animadversum, novo commento conciliaturum se pugnantibus circumstantias censuit, si fingeret utrique Jezido auctores fuisse mendaces Judæos, de tollendis Imaginibus, & diversis Chalifis diversas aptari circumstantias. Sic ille velut ex tripode, ad Annum DCCXXIV. ge-

minatâ modò fabulâ, nec eo minùs commissis inter se Historicis, qui alterutrum tantum scripserunt, utrumque nemo antè Maimburgium.

III. Age verò, fabulam hanc ipsam de Leone ab Hebræis in Imagines accenso, summâ impudentiâ ab omnibus Iconolatris venditam, ulterius conficiamus. Primò, si Constantino Manassi credimus quem in hac narratione sequitur Maimburgius, Leo, vixdum capeffitis habenis Imperii, Judæos benignus audit, consilio paret, & rem omnium periculosissimam, qualis erat Imaginum subversio, quæ itentissent à primâ rerum Christianarum per Orientem origine, in Hebræorum gratiam animo molitur. Atqui omnium Historicorum consensione firmatum est, in Leonem, initio statim Imperii, terrâ marique fuisse à Saracenis invasum, quorum & Classes disjecit, succendit, ex Nicephori Patr. Historiâ, à Petavio editâ, ad An. DCCXVII. & ex Theophane, Paulo Diacono, aliis. Saracenis autem faventes permixtique fuere Judæi; pari odio in Christianos animati. Quo posito, mendacium pellucet, exorsurum Leonem imperium Judæorum consiliis obtemperasse, & quidem dominatui suo firmando prorogandoque. Deinde, tantum abest Leonem memorem fuisse insignis Judæorum vaticinii, quo sibi puero prædictus esset Oriente toto dominatus, ut contra nemo Imperator gravius in Judæos sævierit. Certe siquidem expertus esset Leo spiritum Gentis propheticum, eventu mirabili respondente prædictioni, contra omnem veri speciem, post xxx. annorum intervallum, faventem habuisset ea gens Imperatorem. Atqui, testibus Theophane ad An. VI. Leonis, Auctore Miscellæ; Cedreno, Historicis aliis, & ex iis quoque Baronio, ad An. DCCXXII. fuit hic Leo qui feralia in Judæos Edicta Imperio toto promulgavit, quibus *Judæos coperet baptizari*, vi adhibitâ, quemadmodum *Montanistas*, seu Manichæos sub illo nomine. Undè gravis Judæorum persecutio; uti Montanorum, qui non ferentes vim conscientis illatam, semet ipsos intra domos suas incenderunt, ut Theophanes refert, & ex eo Cedrenus. Præterea, fabella hæc suâ se absurditate prodit. Urgent unicè Hebræi sive apud Jezidum, sive apud Leonem, sive etiam utrumque, ut tollerentur Imagines è Christianorum Templis, tum *pictæ* tum *sculptæ*, ut pugnantibus vel ipsâ erectione, ipso usu, cum *Præcepto* I. Decalogi. Posterius esto! Tantumne ad Judæos & Infideles attinebat, si Christiani in Sacris suis Imagines adhiberent, & quâdam sese contaminarent Idololatriæ labe? Purgari scilicet Christianorum fidem recutiti volunt, seu jam Hebræi vaticinatores, seu etiam Saracenus, ne in I. præceptum Decalogi impingere illi videantur? Et quid indè ad Infideles commodi, ex sublatis Imaginibus, dum Christum gens Christiana ut Deum veneraretur, qui *ἡρώδη* Judæis, Mahummedem ut Impostorem damnaret, qui Saracenis *Dei Legatus*, ac *Propheta*? Quidni veriùs stipulantur Apellæ, ut, quicquid de Christo statuerent Christiani, Deus hic summus non haberetur? ut non alium etiam adorationis vel invocationis cultu quàm Deum Patrem prosequerentur? Non certè Deiparam Virginem, Sanctos, siquidem ex Maimburgianâ hypothesi is jam tum cultus inolevisset? Equidem pugnare ista jam evidentiùs cum *Præcepto* I. Decalogi, ex Judæorum mente, videbantur, quàm si Imagines instructionis vel ornatus causâ in Templis tolerarentur. *Statuus* enim seu Imagines *sculptæ*, cultus ergò nondum in Templis Oriens viderat, quas ne Nicæni ipsi, nec in hunc diem Græci, religionis causâ admiserunt. Sed nec *pictæ* Imagines Orbis Christianus adhucdum adorabat, sancitâ aliquâ lege. Deinde si quid vel à Saraceno, vel à Christiano Principe, quod è re Judæorum esset, extorquere Hebræi illi voluerunt,

quidni alia sibi magis proficua? Quidni restitui cultum diei septimæ, ex Præcepto iv. quo nihil Judæis sanctius? Quidni restitui Hierosolymam, instaurari Templum, remitti Tributa, Gentem suam in libertatem vindicari, tum vehementer accisam? Imò verò, si non salutaria toti Genti Judæorum, quidni certè sibi ipsis utilia stipulantur, opes puta, honores, privilegia, homines faciendo quæstui dediti, *ἱμπεροῖσι Ἰουδαίῳ* apud Manassem? Sed haud dum nugamentorum finis est. *Quid non Gracia mendax?* Et quis re paulo attentius pensitatâ satis ad hæc illa comprimatur? Nempè, ex narratione quam sequitur Maimburgius, qui jam Jezidum vaticinando palam fefellissent, & quorum in Chalifam præstigiæ, nulli amplius obscuræ, Jezidi successorem ad vindictam accenderant, portendunt ex vero Imperium Cononni adhuc puero, misello, pauperculo, fortè illis obviam factò! Jezidum fallunt *Impostores*, sic vocat Jesuita, at *Leoni Vates* sunt, & *sinceri admodum*, ita Maimburgius, & spiritu prophetico afflati, prædicto ei Imperio A. DCLXXXVI. quod illi demùm cesurum An. DCCXVI. currente Indiçt. XIV. vel DCCXVII. inchoato, *Indiçt. xv.* Senior enim est Leonni Imperii Epocha, apud Theophanem, & alios. Et quo futuri Imperii augurio? Nempè *ob formam venustam corporis, ἀξίον τοῦ βασιλέως*. Didicerant fortè ex Annalium Romano scriptore, prædictum fuisse Imperium Tiberio, Neroni, Galbæ; neque is tamen *Nero* fuit, sed alter Germanici filius, cui *Juveni modestia & forma, principe viro digna*. Sed priores ex familia Cæsarum, Conon pauperculus, & abjectissimæ sortis. Vel ex Aristotele scilicet cognoverant, Æthiopes olim detulisse Imperium ex *magnitudine & formâ, μὲν μέγας δὲ διενεμονίῳ τῶν ἀρχῶν, ἢ τῆς καλῆς*. Similior vero tuit prædictio Leontii Mathematici, apud Byzantinos, qui *Athenaidi* filix, formâ insigni, fortunam splendidissimam auguratus est, dehinc ad Theodosii conjugium, & societatem Imperii, admovendæ, Eudociæ nomine. Si verò potior fides est alterius narrati, ex Actis Nicænis, & Theophane, Anastasio, Paulo Diacono, ac demùm Jezidi secundo hi se Impositores stiterunt, Leonis jam imperantis anno vii. delufuri Chalifam fallaci vaticinio, & inani pollicitatione quadragenarii Imperii; quis credat Imperatorem Christianum, sagacissimum Leonem, horum non inconscium, spe simili diuturni Imperii, & vitæ ad *centesimum annum* producendæ, passum se ab Impositoribus seduci? Quis putet Leonem, ad recutitorum voces, indè sibi auguratum securitatem, felicitatemque longi regiminis, si sæviret in sacra, in religionem majorum, in sanctas Imagines, quas supponunt Nicæni, Byzantini, & Historici nuperi, fuisse hætenus toto Orbe Christiano objectum religiosi cultûs, & publicæ venerationis! Undè etiam, si vera Maimburgius, monitus à verpis Leo statim in exordio Imperii, de liberandâ fide, monitus hinc de tollendâ quantocyus Idololatriâ, oratione Judæorum gravi & patheticâ, si *centesimum* adimplere annum vellet, pressit consilium idem Leo toto *decennio*, non nisi anno DCCXXVI. adversus Imagines erupturus? Id est annis totis XL. juxta *exaltam suppurationem* Maimburgii, postquam juramento se obstrinxisset Hebræis istis Leo, de grato in vaticinatores animo, deque implendis quæ stipulaturi forent aliquando. Quas enim remoras comminiscitur Jesuita, de suo habet, ut patebit legenti. Et quàm ingenui, quàm Viri boni, quàm flagrantés zelo Dei, illi Judæi, quos *impositura in Jezidum* antea postulavit Jesuita, qui Leone capeffente Imperii gubernacula, *ἀντιπροσβίαις* & præmii loco, (quale merebantur hi Vates, totis ante annis xxx. addicentes Leoni, asinum agenti, principatum) haud extorquent aliud, quàm *no sint Christiani cultores Imaginum?* Et nænias hæc

propinant Viri Docti Sæculo defæcatissimo, & eruditæ oculatæque Gallix, sed sub jugum deinceps mittendæ Jesuitici dominatûs.

IV. Ac præmittenda hæc fuere paulo diligentius, observandaque ad ipsam Iconoclasticæ Historiæ apud istos originem. Possim addere fabulosissima id genus prædictionum, quas ex Cedreno cumprimis, Zonarâ, Glycâ, Constantino Manassè *ἀμύσι πινύ* Jesuita, aut potius hauriendas alijs propinat, in hac suâ *μυθισοείᾳ*. Nec enim ipsummet eâ vecordia esse ut credat, satis passim testatum facit, in hujusmodi narrationum limine. Et qualiter modò *Leoni Isauro*, adhuc puero portendebant nescio qui Judæi Imperii majestatem, ita deinceps *Leoni Armeno*, & *Michaeli Balbo* hanc dignitatem augurati, Anachoreta non nemo, idemque Maimburgio *sceleratus insignis*, quia *Iconomachus*, & Puella quædam servili conditione, eademque maniacis ac phreneticis raptibus obnoxia, multis referente quoque Maimburgio. Scitent id genus vaticiniorum, atque apparitionum, nugis posteriores Byzantini, L. v. præeunte cumprimis Cedreno, quas vel Theophanis silentium, illudque scriptorum *συγχέρον*, atque ipsæ circumstantiarum ineptiæ, & cum Historiâ conflictus, ridendas permittunt Lectoribus. Jesuita noster fateretur in hujusmodi vatum præfagiis, & horoscopiis, quæ omnem *Astrologorum* artem excedunt, latere quid reconditum, & nulli Philosophiæ aut ratiocinio pervium. *Sunt tamen*, addit ille, *libid. lia multa quorum causas latere voluit Deus, fastui nostro p. 157. retundendo: Veras tamen fuisse eas prædictiones*, quantumvis à maleferiatis aut fatuis profectas, omnemque humani ingenii sagacitatem supergressas. Quam

Blanda ibi vultus gravitas, mendacium ore Pectus!

Nunc de reliquâ omni fide ut *Byzantinorum*, ad furorem Iconolatrarum, ut Monachorum in *Actis Nicæne* Synodi Iconolatricæ, & in vulgatis *Actis Martyrum* quos sub Leone & Constantino fingunt (reverà in Principes perduellium, ac reorum Majestatis) sic quoque de fide Cardinalis Baronii, Gretseri, & sociorum, ac nuper Maimburgii & Natalis Alex. in Historiâ *Leonis Isauri*, & *Iconoclastarum*, Lectorum judicium esto. Idque in limine hujus præmonendum, in illâ Iconomachorum segete, qui frequentes fuere Oriente toto sub Leonibus, Constantinis, Nicephoro, Michaële Balbo, Theophilo, Imperatoribus, quique causam Iconomachicam ex Scripturâ, Patribus, & Ecclesiasticis monumentis, tantis animis asseruerunt, nullum superesse voluisse qui transmitteretur ad posteros furorem Iconodulorum. Qui nempè, sub Irene cumprimis & Theodorâ, impotentissimis atque effusæ superstitionis Fœminis (de quibus postea) in Iconoclastas grassati sunt. Hinc exterminanda ut Hæresis vulgò Iconoclastica, ita quicquid ejus superesset monumentorum. Hinc etiam Acta tot Synodorum abolita extinctaque, quæ adversum Imagines decreverant, quarumque *Synodicum* meminit, & Theophanes, ac Byzantini passim, sed & Conciliorum Tomi, sub *Conciliabulorum* nomine: ac cumprimis Acta Synodi vii. sub Constantino, Leonis Isauri Filio, cujus nihil superest quàm quod Actis Nicænis inferi placuit, *Actione* vi. Hinc denique nihil mirum videri debet, favere causæ Imaginum quotquot producuntur scripta & Acta, seu in Conciliorum Collectione, seu in Opere Byzantino, pleraque si non omnia à temporibus Irenes.

V. Igitur belli Iconomachici, sub Leone Isauro orti, verissima origo ista fuit. Publico Imaginum usu degenerante tum magis ac magis in superstiosam venerationem, decreto nupero Constantini Papæ fanciendam in Occidente, accensus Leo fuit in Imagines, re cum piis Episcopis communicatâ, postquam

Tacit.
Annal.
L. IV.
& VI.

Politic.
L. IV.
& VI.

L. I.
A. 717.
à p. 35.

quàm decennium & ultra imperasset, A. dccxxvi. Facti occasio illi non una fuit. I. Quotidianum superstitionis incrementum, quo *usus* publicus Imaginum, damnatus ipsi Epiphanio, ut supra visum, in *culsum* atque *adorationem* deinceps desinebat, ignoratam prioribus sæculis, improbatam vel Augustinis, Gregoriis, ac sancitam nullâ Ecclesiæ lege. *Accusabas*, inquit Paulus Diaconus, *omnes antecessores suos, quasi Idololatras fuerint, super adoratione sanctorum ac venerabilium Iconum.* Imaginum cultui accedebat ille *Reliquiarum, Virginu, Sanctorum*, cui se pariter opposuisset Leonem addit Theophanes, in Chronographiâ ad Ann. xi. Leonis, Paulus Diaconus ad Annum x. & recentiores. II. Offensio Infidelium, cum primis Saracenorum, fatente Mezeræo, qui hinc persecutiones in Christianos excitarent, ut de Jezido & Omare prædecessore referunt. Quamquam reverà hi solliciti non tam de abolendis Imaginibus, quàm de profligandis Christianis è ditionibus suis. Sed ex *Idololatrico* illo tamen in Imagines cultu crevit in majus Muhammedanorum furor, qui nullas omnino, ne privatas quidem aut civiles, ferunt. III. Controversiæ jam hac de re motæ, postquam Constantinus Papa in Occidente *cultum Sanctu Imaginibus* exhibendum decrevisset, ut visum nuper, recente Latinorum factò. Nec dubium, quin percrebuisset in Oriente rei fama, his Latinos probantibus, damnantibus aliis, cum primis à factò Philippici Imperat. de quo supra. IV. Faventes Orientalium alii venerationi Imaginum, quos inter præ cæteris *Germanus* Constantinopolitanus, & *Johannes* cognomento Damascenus, de quo tamen fabulosa innumera Iconolatras, & in ejus Vitâ Johannes Hierosolymitanus: Alii verò strenuè intercedentes, quos inter Episcopi varii, à Leone consulti, deincepsque ab eodem in Synodum congregandi, quâ de re statim. Quomodo & repugnasse plerosq; Occidentalium, testes sunt Libri Carolini, Synodus Francofurtana, Parisiensis, Liber B. Agobardi auro contrâ carus, in quo ad *Ezechia* regis exemplum, decernit

Sub finem *Sanctorum Imagines*, ob delatam illis *adorationem*, **C. xxiii.** *vitutem, cultum, venerationem religiosam, omni genere contemendas, & usque ad pulverem eradendas.* V. Adde portenta, & iræ divinæ signa, de quibus supra ex Nicephori Constantinopolitani Historiâ, quæ viri pii cum Leone adscripserunt fœdæ Idololatriæ circa Imagines. Confirmat Theophanes, ad X. Leonis: *ὅς τῶν καὶ αὐτῶ θεῶν ὄργῳ* (ex portentosa quadam Maris apud Hieram ebullitione) *ἰστέρον αὐτῶ λογισάμενος, Hic accensam in se divinam iram pro se arbitrans, seu pro causâ suâ (mallem παρ' εαυτῆ apud se) de cohibendâ superstitione, & movendis Imaginibus, seu tollendis offendiculis, Christiano consilio statuit.*

VI. Atque his potissimum de causis consultum Leoni visum fuit, re communicatâ cum Senatu, & conventu Episcoporum habito, intra Palatium suum causam gravissimam discuti. Libellus Synodicus, *μαρτυρῶν ἐν τῷ παλατίῳ ποιησάμενος Σύνοδον, νεφερίῃ ἐν Παλατίῳ ἰσθίῃ ἐν Σύνοδο.* Theophanes Chronographus, sed ad A. Leonis xiv. *Σιλένιον ἐπέστησεν, Silentium celebravit*, familiari Byzantinis voce, pro conventu, vel consulatione, collatione intra Silentiarium vel Secretarium, aliâs intra *Τελεβνάλιον*, xix. *αἰκίτιοις ἀσκησίῃς*, seu mensis vel stratis dispositum, de quo in Historiâ Byzantinâ. In hoc autem solebat *ἡ σύγκλητος ἀνακλιθῆναι.* Undè nescio cur Vir Eruditus reddiderit, Leo *Edictum promulgavit*, ut *Σιλένιον* ibi sit *Edictum*, quod sanè illud Silentium excepit. Imò *Silentium* est *βελή, σωέλθους*, & *Silentiarii* sunt *σύμβουλοι* quibus silentium vel secretum erat commendatum. Itâ *Secretarium* pro consessu vel sessione Synodali: *Princeps in Secretario præsidens*, apud Anaitasium in Agathone, & passim. Hinc

in eundem conventum *advocasse Germanum Patriarcham* memoratur Leo, persuadendum ut suffragio suo accederet. Acta Stephani & Sociorum citata Baronio, ad A. dccxxvi. N. iv. *accitâ & coactâ Senatorum classe.* Et in Actis Nicænis, *Episcopus Nacolia, alisque*, dicuntur probasse quod statutum in Imagines fuit: *Nacolia* fuit in Phrygiæ utriusque confinio, sub Constantinopolitano. Hist. Miscella Libro xi. *Leo Silentium contra S. as venerabiles celebravit Iconas.* Ex quibus liquet, non ex unius Leonis arbitrio, sed ex consilio gravissimorum cum in Republicâ Patrum, tum in Ecclesiis Antistitum, de Imaginibus subtrahendis cultui & adorationi fuisse statutum. Imò verò in votis habuisse Leonem, in ipsis causæ disceptatæ primordiis, ut Oecumenica Synodus indiceretur, scriptâ ad Gregorium Epistolâ, testatur ipse Gregorius in *Epist. ad Leonem*, insertâ Operi Baroniano: *Scriptis si ut* **Ad An. dccxxvi.** *Concilium universale cogeretur, & nobis ea res inutilis* **Ed. Col. p. 78.** *visa est.* Undè huic saluberrimo consilio ipse restitit Gregorius Pontifex, intereâ Iconomachiæ obtentu promoturus rem suam in Occidente, & excitaturus in Leonem odia. Sed quid primò intenderit circa Imagines Leo, observasse pretium operæ est. Refert Baronius, ex Actis ipsis suorum Marty- **Ibid. N. v.** *rum: Non huc spectat mea sententia ut ea prorsus deleantur, sed hoc ajo, sublimiore loco eas collocandas esse, id est, longiùs ab oculis intuentium in sublime tollendas, pari instituto ne aut contumelia iis inferretur, aut deferretur adoratio.* Itâ Edictum adversus Imagines promulgatum fuisse à Leone, *tollendâ Idololatriæ causâ*, habet ipse Platina in Gregorio ii. Non igitur id primò agitabat Leo, ut planè deturbarentur quicquid esset Imaginum, aut ignominiosè haberentur, conculcandæ, frangendæ, flammis ultricibus tradendæ. Sed exasperatis paulo postea rebus, ut accidit, & accensis animis, passimque rebellantibus in Leonem, & in oppositum eunte superstitione, Germano Patriarchâ, Johanne Damasceno, Georgio Cyprio, aliisque pro Imaginum adoratione ac cultu conspiraturis, nec sine contumeliâ Principis, desit res in remotionem omnem è Locis sacris, hinc confractionem Imaginum, undè natum *Iconoclastarum* nomen. Atque ut his jam erant fascinatæ plebes, externis id genus capi solitæ, nihil mirum insanum vulgus, Vidorum istorum auctoritate motum, & Monachorum præ cæteris renitentia & clamoribus, fictâ pietatis specie, in seditiones erupisse, quæ tandem Leoni nihil moderabile permiserunt.

VII. Quæ cum ita sint, mirari ulterius subit, ut Cardin. Baronii, Gretseri, Spondani &c. sic nuper Ludov. Maimburgii, fidem ac frontem. Ille ad An. dccxxvi. Leonem, *inconsultis Episcopis Or-* **N. iv.** *ibodoxa Fidei*, pro arbitrio rem adeò arduam definiisse: *Rursus, Inconsulto Senatu de Imaginibus abrogandis dictam atque firmatam esse sententiam.* Mox Germanum Patriarcham inducit, qui Leoni repræ- **N. vi.** *sentaverit, ab hinc septingentis & viginti sex Annis venerandarum Imaginum cultum perspicue fuisse traditum, imò à sacrosanctis Conciliis, variis temporibus, earum adorationem sancitam.* Quorum prius, vel ex citatis *Actis* à Baronio, convellitur, & ex fusè productis modò; posterius Germani Patriarchæ, si modò illa unquam Germani fuerint, aut ignorantiam insignem arguit Antiquitatis, Patrum, Conciliorum, aut pessimam fidem. Hujusmodi sunt quæ ibidem, ut ex Germano Constantinopolit. Leoni dicuntur objecta, de *facie Christi impressâ divino linteo*, de *Imagine ad Abgarum missâ*, de *Imagine Virginis à Lucâ depictâ*, quarum nemo Veterum, ante Euagrium Scholasticum, exeunte Sæculo vi. quod & Valesius observat, & Collectanea Theodoro Lectori à posterioribus tributa, unquam meminit, **ple-**

plerisque verò id genus confictis post tempora Leonis, à Pseudo-Nicænis, Metaphrastâ, Nicephoro Callisti, ac Pseudo-Actorum confarcinatoribus. Nunc Maimburgii quoque stupebis, quisquis es Lector, fortem animum, in contexendâ Historiâ suâ. Statim in ipso penè Hist. Iconoclasticæ limine, post commentum de Hebræis Iconomachiz auctoribus, non eadem modò reponit quæ Baronius, sed novo ac rhetorico schemate vestit. Primo, dicit Leonem, re cum *duobus* tantum sceleratis communicatâ, *illico, nullâ deliberatione, nullis suffragiis acceptis, solâ voluntate pro supremâ lege*, ab executione statim exorsum. Deinde, incepisse eundem, non ab Edicto aliquo de Imaginibus in Ecclesiis sublimiore loco collocandis, aut etiam ab iis removendis, sed à confectione, dirutioneque Imaginum, ac primò illâ *Servatoris*, à Constantino scilicet, ex adverso Fori Augustæ, erectâ, & quæ tot miraculosarum sanationum fuisset effectrix. Hinc subjungit Jesuita, plurimam stragem à Leone editam in ipsis consilii Iconomachici natalibus, ac decretam internectionem *eminentissimorum in Urbe doctrinâ & vitâ Virorum*, nisi secum pro exterminio Imaginum conspirarent. Ità & Germanum, & graves alios Episcopos, ac Doctores inducit, qui Leoni in memoriam revocarent, *Christi, Apostolorum, Patrum, Conciliorum sex Universalium, & omnis Ecclesia*, pro Imaginum veneratione consensionem, intemeratâ à primâ antiquitate praxi. Quæ si non Viris illis afficta ab Iconolatrâ scriptoribus, ac rudibus vetustatis, certè arguunt ejus ævi vel inscitiam, vel impudentiam.

L. I.
A. 726.
à p. 62.
& seq.

L. I.
p. 78. 79.
92. &c.

Ad Ann.
DCCXXX.
N. I.

Vide
T. VI.
Conc. col.
1460.

Anastaf.
P. Diac.
&c.

VIII. Verissimum itaque est, Leonem nullis hujusmodi grassatum esse cædibus, nec *Iconoclaste* nomen promeritum, antequam in Italiâ primùm Gregorius II. cum rebellionis ministris, dein in Oriente perduelles, ac defectionem moliti, in ipsum Imperatorem ejusque Majestatem insurgerent. Unde nonnisi Anno Leonis XIV. id est, currente *Æræ* vulg. DCCXXX. res in nervum erupit, ac ut Baronius, *violentiâ sibi agendum putavit*. Interea verò, post sollicitatum Gregorium à Leone de Oecumenicâ Synodo, quid gestum in Occidente? Gregorius obsequii loco quod (fassis Maimburgio & Alexandro) deferebant Pontifices Imperatoribus, loco probatæ Synodi, obstringit Leonem anathemate; in Concilio Romano Hæresim Iconoclastarum damnat, cultum Imaginum decernit, Christi & Apostolorum praxim in eo decreto, nec sine rei ludibrio, obtendit; Romanorum & Italiæ defectionem ab obsequio Imperatoris Græci promovet; quin sententiâ latâ, Anno DCCXXVII. inchoato, vel DCCXXVI. exeunte, post delata Leonis in Italiam Edicta, Leonem *impietatis* postulatam *ubique apud Christianos Literis* proscindit, ut hostem Ecclesiæ Imperio indignum pronunciat, ne tributa illi solverentur decernit, Imagines de Templis auferri prohibet, & Imperatoris illas quovis genere contumeliarum conculcari permittit. Mox Gregorii II. sententiam confirmat Gregorius III. successor factus A. DCCXXXI. Ind. XIV. Vellet quidem Annalium scriptor, non exauthortatum Leonem, nec in eum vibratum Excommunicationis dirum fulmen ante A. DCCXXX. Baronium sequuntur Maimburgius & Natalis, ut solent. Ast verò non expectasse eòsque Gregorium, ex Anastasio cæterisque satis intelligitur, & ex rebus interea in Italia contra Leonem gestis. Hinc enim factum, ut Paulus Patricius & Exarchus ad Gregorium comprehendendum mitteretur, ducendum Constantinopolim, ex Anastasio Bibliothec. in *Vitâ Gregorii*, & ex ipsius Pontificis ad Leonem *Epistolâ*, ante memoratâ. Hinc etiam Longobardis animi, Luitprando Rege, specie favoris erga Gregorium, & erga causam Imaginum, ac tutelæ tum

Pontificis, tum Orthodoxorum, arma advenit Leonem capessendi, occupaturis munitissima Exarchatûs loca, & in Romanum quoque Ducatum incursum. Sed & Italis indè consilia, Anastasius *omni Italia, de novo Imperatore eligendo*, resistente quidem Gregorio, qui *prohibuisse ac compe-scuisse* dicitur *tale consilium*, apud Paulum Diac. & in Pontificali; sed sine non alio, quàm ne ipse superiorem in Italiâ admitteret, imò ut spolia Leonis in Exarchatu Ravennateni, ac Ducatu Romano, in Petri Patrimonium ipse converteret, novaque exurgeret Reipublicæ facies, ut accidit tandem. Quo factum ut Eutychius Patricius Eunuchus, occiso Paulo in Exarchatu substitutus, ad res pacandas, ac recipiendas Arces Civitateque à Longobardis occupatas, à Leone mitteretur, An. DCCXXVII. alii putant DCCXXVIII. tentaturus frustra viam amicæ transactionis. Frustrâ verò Natalis Alexander, ex verbis illis Anastasii, *compe-scuit tale consilium Pontifex*, colligit fabulam esse de interdictis à Gregorio Italicis tributis, aut Excommunicatione in eum strictâ. Nova enim *Imperatoris electio*, & in Italiâ quidem, qui immineret Pontifici tanquàm *Dominus*, hoc enim Imperatores nomine venerabantur Pontifices, quique milite omnia impleveret, & sibi assereret quæ Pontifex *Petro Principi Apostolorum* (hic tum stylus fuit) acquisita conservataque vellet, planè à Gregorio sit adversus Imperatorem, dicat ipse Anna- Ad Ann. lium scriptor Baronius, quanquam loco non suo: DCCXXX. *Gregorius ubi Imperatorem neque verbis scriptisve à captis N. v. potuit revocare, neque beneficiis continere, quin in deterius laboretur, tempus jam advenisse ratus, ut securis ad radicem admoveretur infelicis Arboris, NB. Apostolicâ auctoritate, succidite eam! clamat. Quo tonitru excitati fideles Occidentales, mox desciscunt penitus à Leonis imperio, Apostolico Pontifici inhaerentes. Sic dignum posteris idem Gregorius reliquit exemplum, NB. ne in Ecclesiâ Christi regnare sinerentur Hæretici Principes, si sapè moniti in errore persistere obstinato animo invenirentur. Tunc enim accidit, quod & Græci Historici omnes affirmant, & idem Theophanes ait Anno XIV. Leonis Imperatoris, ipsum Leonem ab eodem Gregorio privatum esse tributorum Italia exactione. Testantur id Cedrenus & alii. Zonaras hæc Roma (quod par est credere) facta esse Synodice tradit, atque in eodem Concilio ipsum Imperatorem anathematis affectum poenâ. Si non dignum hoc potteris exemplum, certè primum fuit exauctorati Regis, ob dissensionem à fide, vel praxi Ecclesiæ. Passi enim Christiani regnare Principes, etiam Ethnicâ, dein Arianâ labe infectos, Oltrogottos, Vifigottos, Gipedes, Longobardos, Herulos, Suevos, Vandalos, Burgundiones &c. Nec dudum postea Zacharias, confirmante Stephano III. Childericum regno deposuit, etiam extra causam Hæreseôs, quod tanta potestati erat inutilis. Ità deinceps factum, ut non tantum ratione eorum qua ad Fidem Alius. (Hæretico Principe) spectarent, verum etiam qua ad Mores, & Jus Civile, à Summo Pontifice deponi privarique Imperatores posse, Romæ traditum firmatumque sit: testibus post Gratianum, Causâ cit. Celso Mancino de Juribus Principatuum, Bzovio de Rom. Pontifice, Phil. Maynardo de Privilegiis Ecclesiasticis ad Paulum v. Gasp. Scioppio contra Jacobum Regem, sexcentis aliis. Et Bzovius quidem in præfato Libro, Coloniz impresso, An. 1618. ultra xxx. Reges, Principesque summos, à Papis depositos atque anathemate percussos refert. Sed quem facta latent! Nunc addit de facto Gregorii Cæsar Baronius Num. IV. Gregorium non tantum anathemate execratum Leonem, sed etiam tum Romanos, tum Italos, ab ejus obedientiâ recedere penitus fecisse, ingenuè & ex vero. In eandem sententiam itum ab Onuphrio in Gregorio III. à Bellarmino, Perro-*

Gratian.
Causâ 15.
q. 6. Can.
Alius.

nio, Editoribus Conciliorum, ac Româ Pontificiâ universâ. Nuper quoque à Leone Allatio, in Opere de Perpetuâ Orientalium Consensione, ac mediâ in Galliâ à Mezeræo Tomo I. Historiæ Francicæ, à Carolo de Fresne in Familiâ Leonis Isauri, Parte I. Hist. Byzantinæ, sed & à Ludovico Maimburgio, Historiæ Iconoclasticæ Libro priore. Mezeræi verba sunt: *Gregorium II. post acceptas literas à Leone, quibus ut offensionem Infidelium summo-
moveret, ipsas ad eò è Templis Imagines, hortabatur Imperator, appellasse Leonem ignarum, stupidum, nugacem. Mox ad minas Leonis, Papam cui in favore Populi & in Copiis præsidium esset, minas alias opposuisse, & atrocissimas injurias. Tandem ad eò exarsisse contentionem, ut A. DCCXXVI. non considerans amplius Leonem ut supremum Dominum, Gregorius literas scriberet superbia & novitatum plenas, tum Tributa Italica sifteret, Populosque ab Obedientiâ quam deberent Imperatori averteret. Addit Mezeræus, Gregorium III. processisse longin., & Leonem etiam excommunicasse.* Sed utrumque Gregorius II. fecit, nec subtrahere iste Populos imperio Leonis, aut tributa interdicerè potuit, nisi Hæreseôs & Excommunicationis obtentu. Conjungit utrumque, post iuos penè omnes, Jesuita Gallus, sed revocaturus in posteriori Opere: *Nec tardavit Dei vindicta, eâ ratione ut excideret Leo, cum successoribus, reliquâ parte Imperii Occidentalis.* Mox: *Tandem Gregorius, præviâ sententiâ Patrum auditâ, Concilio habito, Leonem excommunicat ut Hæreticum, versus ut Hæresiarcham &c. hinc interdicis & Romanis, & toti Italiæ, solvere ullum Leonis tributum.* Addit, quæsitum fuisse à Gregorio in Gallo patrocinium, quod nec à Longobardis, sæpè in Romanam sedem perfidis, nec ab imbelioribus Venetis, nec ab oppressâ Saracenorum jugo Hispaniâ, expectare potuit; missâ hinc Legatione splendidâ, cum regis muneribus, ad Carolum Martellum, ut ejus adversus Leonem auxilia sollicitaret. Quod factum Gregorii non II. sed III. fuit, postquam deinceps non tam à Leone sibi metueret, quam à Longobardis, seu à Luitprando, qui junctis copiis cum Transamundo Spoletano, & Godeschalco Beneventano (post conciliatos hos Luitprando Duces) Romam tandem obsedit, & Basilicam Vaticanam diripiendam militi dedit. Auctores facti Gregoriani sunt illis Theophanes Chronographus citatus Baronio, Anastasius in Historiâ, Cedrenus, Zonaras, Compilator Hist. Miscella, Sigebertus, Platina, Sigonius, Fredegarus Continuator Historiæ Tur. Hist. Francorum Gregorii Turonensis. Baronius, *Græcos Historicos omnes fidem rei facere.* Ac Theophanes, ad quem perpetuò provocant, *ἐμφατικῶς Gregorius Romam atque Italiam, totumque Occidentem, à Leonis obedientiâ, tum Civili quam Ecclesiasticâ, & ab ejus Imperio ἀπέσχεε subtraxit, deficere fecit.* Mox eadem repetit. Hactenus igitur nihil imponimus Gregorio, & tamen imponi prolixè nuper causatur Natalis Alexander, post Patrum de Marca, & P. le Coite in Annalibus Francorum. Contendit ratiunculis, frigidisque conjecturis, ex Pontificis sanctitate & doctrinâ, fabulam esse quicquid Historici supra de Gregorio II. excutiente jugum Leonis. Putatque alienissimum hoc fuisse à sanctissimo Pontifice, reverentiæ scilicet erga Imperatorem, ultimæ patientiæ, & summæ humilitatis exemplo. Ac producit quædam molliora ac submissiora ex Epistolis Gregorii quibus sanè postea lenire Leonem studuit, postquam se à Longobardis obsideri vidit, à quibus defensionem speraverat. Quâ de re video annotasse quædam Dav. Blondellum ad marginem Operis Baroniani, sed *δυσανάγνωστα*, & suo tempore visura lucem. Hinc falsi arguit Monachus, & imposturæ, quicquid vel suorum est, vel scriptorum in Orbe utroque. Sed verò ipsum Natalem,

aut quos describit, falli conjecturis suis, in id jam intentum, Ludovici Magni in gratiam, ne Pontifices ullam in Reges auctoritatem sibi arrogasse existimentur, hinc negantem facta quæ facta tamen, in Orbis utriusque conspectu; specialius docet nostra Historia ad Sæc. VIII. Ibi nos contra Natalem de facto Gregorii II. adversus Itauricum, & paulo postea de factis Zachariæ & Stephani III. in Childericum Regem, ab eodem negandis, in historiâ *Papalis* hoc Sæculo *dominatus*. Nec mirum istud videri debet, postquam simile quid tentatum à Constantino in Philippicum esset, ut visum ex Sigonio H. Lib. III. jamque accisa majorem in modum esset in Italiâ Græci Imperatoris auctoritas. Sed & *veneratio Imaginum*, P. 63. quâ fuere præ cæteris Itali superstitione, peropportuna consiliis Gregorii visa est, undè ut *Hæresium* omnium summa traducenda Iconomachia fuit.

IX. His in Italiâ ita gestis, tot jam motibus ac dissensionibus, occasione facti Gregoriani, & obtentu impietatis Leonis, agitatâ distractâque, donec An. DCCXXIX. concordia inter Luitprandum & Gregorium firmaretur, ut pluribus Anastasius, Paulus Diaconus, Sigonius, alii; nos ad Leonem in Orientem revertamur. Nempè Leonis Anno XIV. *Æræ Dionys. DCCXXX.* secuta est abjicatio *Germani* Constantinopolit. Patriarchæ, ex Theophane, Libello Synodico, cæterisque Byzantinis. Postquam nempè Synodo à Leone convocata, qualem ferebant tempora, qui Oecumenicam maluisset, Germanus & Synodo, Imaginum abolitionem è Locis sacris decernenti, & Principi Leoni pertinacissimè restitisset, vanissimo obtentu quasi de summâ fidei actum fuisset, deque auctoritate priorum Conciliorum, quæ de Imaginibus nihil. Suffectus ad eò est in locum Germani qui proximus illi esset dignitate, & successionis jure, *Anastasius*. Nempè is ex *Syncello* seu *Concellaneo* (*Coadjutore* Latinorum verius referente, quàm ex mente Viri Docti *uffraganeum*) Patriarcha factus; *ψαδώνιον μαθητιῶν* vocat Theophanes, *discipulum falso nomine dictum*, Interpres male, *falsi nominis virum*. De suo verò Cæsar Baroni- us, hinc nostri Iconoclasticæ Historiæ scriptores Galli, factum id à Leone esse *nullo consilio Sacerdotum*, seu detentionem illius, seu hujus promotionem. Addunt ex Cedreno, & similibus, fuisse eum Anastasium verum *Isariotam*, *proditorem*, *impium hereticum*. Accedunt tabellæ, de vaticinio antiquo sub *Conone* quodam evertendas fore Imagines, quod in Leone adimpletum fuerit; Aliud, de prædictione Germani Patriarchæ ad Anastasium, *τὸ Δίππων ἐκδέχεσθαι* *se Diippus te manet*, id est grave supplicium in *Diippo*, loco publico in *Milio* Constantinopolitano, in quo *Miliarium*, seu moles ad quam exponi ignominie causâ soliti rei, qualiter sunt *Pilloria* vel *Putoria* hodieque, à *piliis* vel columnis, *piliis*, *σύλοι*. Cui prædictioni eventum respondisse addunt, xv. post annis, sub Constantino Copronymo. Immemores jam, seu Byzantini, seu Latini nostri, nullum suffici debuisse Germano alium quàm Anastasium, pro jure antiquo Syncellorum. Et hinc Leonem *Canones* verius observasse, quàm Irenem postea in *Tarasio* Laico, sed qui Iconolatriam promoveret, intrudendo, qualiter & *Nicephorum* ex Laico Patriarcha, sub Irenes successore. Et ab hoc tempore res Constantinopoli & passim exacerbata; Georgio Cyprio, Johanne Damasceno, & Clericorum, cum primis verò Monachorum, passim turbâ, Imaginariæ devotionis obtentu, belli face, ac seditionum promotrice. Indè etiam orditur Theophanes, sub finem An. XIII. Leonis: *Ex quo Tyrannus*, quia seditionum impatiens, & Idololatriæ ad furorem assertæ, *ἐμμανεὶς in dies furore percitus, persecutionem adversus sanctas Imagines movit* Itaque quoque Paulus Diaconus *Cap. XXVI. Libri vigesimi primi, præ-*

L. III.
C. III.
L. VIII.
P. 326.
P. 124.
à p. 147.
168. Edit.
tertia.

Hist. de
PEgl.
Rom.
P. 282.
287.

Greg.
Tur. Hist.
L. XI.
Ed. Reg.
P. 142.
143.

Sec. VII.
Differt. 1.
T. XIV.
de Con-
cord.
L. III.
C. XI.
Ad Ann.
DCCXXX.

In Epist.
ad Leon.
T. IX.
Annal.
p. 87.
Apud Ba-
ron. ad
An.
DCCXXVI.
N.
XLVIII.

mittens persecutioni isti factum Gregorii, & desertio-
nem totius Italiae. Hinc illæ lachrymæ, & Leo qui
ante toto decennio laudatissimè imperaverat, ut ex
Gregorio ipso Baronius, quemque, etiam post pri-
mum Edictum in Imagines, idem Gregorius in Epist.
aliâ ad Bonifacium vocat *piissimum Augustum Leonem*,
ab hoc tempore proscindendus fuit; seu potius diu
postea, ab iis omnibus Scriptoribus qui, post resti-
tutas sub Irene Imagines, causæ huic ad insaniam
addicti, de Leone scripserunt. Ex his Baronius
suos Annales contumeliis in hunc Imperatorem in-
farcit *Tomo IX.* adaugendis etiam nuper à Ludov.
Maimburgio *Parte I.* Historiæ id est Fabulæ Ico-
noclasticæ. Equidem, ex Historicorum indubiâ
fide, certum eminuisse Leonem ut continentiæ
temperantiæque laude, sic virtute bellicâ, & re-
bus fortiter gestis contra Saracenos, Christianismo
maiculè asserto, Orthodoxyâ constanter defensâ,
& adversum Hæreses, prioribus VI. Conciliis Oecu-
menicis damnatas, adstructâ. Animosior sanè fuit
in cultores Imaginum, pio Ezechix zelo accensus;
sed ferociores fuere adversus eum animi in Iconola-
tris, vel teste Româ, & Italiâ universâ, ac quibus-
cum Roma conspiravit. Hinc deinceps, sublato
Principe, nihil non à Nicænis, & Græculis Icono-
latis, confictum est quo memoriam ejus redderent
posteris execrandam. Ac fictis hisce, ut dixi mo-
dò, scelerum imaginibus implent Annalium scri-
ptor, Maimburgius, Alexander nuperus, histo-
riam Leonis, statim ab Anno DCCXXVI. & à factò in
Imagines decreto.

Maimb.
P. I.
à p. 66.

X. Cujus rei jam operæ pretium est subijcere
Lectorum fidei illustriora quædam specimina. Ac
sequemur eum ordinem, quem præfatus Maim-
burgius observat. Primum est, Leonem, etiam an-
te responsa factaque Gregorii Papæ, subito furore
abreptum, sævisse Constantinopoli in *Imaginem*
JESU CHRISTI, à Constantino M. scilicet in
loco publico erigi jussim, *cultamque ab universâ Ci-
vitate summâ animi devotione*, nempe tanquam Ur-
bis Æternæ Palladium, & vel solo *attactu* eden-
tem virtutes, quales à Christo ipso in terris profe-
ctæ, in *Hæmorrhoida* *attactu*. Hæc ille, post Baro-
nium & suos, citatis Theophane, Cedreno, Mi-
scellâ, cum Actis S. Stephani apud Damascenum.
Tum addit, seditionem mox in Leonis Satellites
exortam, quâ factum sit ut Imperator belluinum
in modum sæviret in innocuam Monachorum, Mu-
lierum, Civiumque turbam, cædibus, tormentis,
suppliciis, mutilationibus, exiliis, & si quid bar-
baries his immanius suggessit. Nunc pauca hæc
Lectorem submonemus. Primò, Imaginem illam
Servatoris, non in Basilicâ aliquâ vel Templo,
adorationis ergò, sed supra *Chalceum*, seu Vestibu-
lum Cæsarei Palatii, quæ & Chalce Hippodromi,
hujusque Portam Æneam, ad ornatum splendo-
remque loci, fuisse positam. Deindè, nullum eor-
um quos citat Maimburgius Historicorum scripsisse,
quod fuisset ipsissima hæc Imago à *Constantino*
M. ibidem erecta, quicquid *incertus Auctor* post
Theophanem & *Codinus* in *Originibus* tradiderint.
Nec in Vita Constantini M. ullus retulit Eusebium,
in his recensendis aliàs plurimus, quæ Constantini
jussu Palatium, Porticus, Fora, Fontes aliæque
decorarunt Urbis Loca. Sed nec meminere in fa-
ctis Constantinopolitanis hujus Imperatoris Socra-
tes, Sozomenus, reliqui. Tertio, minùs habuit iis
Auctoribus Jesuita quod refert miraculum, *Hæmor-
rhoissa* scilicet ad ejus Imagines contactum sanatae,
qualiter altera in *Evangelio*, non tacituris Theophane,
Cedreno, reliquis. Habeatque sibi voces suas

H. Icon.
L. IV.
P. 127.

Maimburgius: *Nihil facilius est, in hujusmodi sup-
ponendis Miraculis, quam abuti credulâ vulgi simpli-
citate. Adeo propendes ad habendam rebus extraordina-*

*riis fidem, ut, paululum modo impostura obducatur spe-
cio aliquâ, illico pro Miraculo habeat.* Quarto, *Chal-
ceum* illam ipsam, seu Triclinium fornicatum, ex
adverso Fori, ornabant Statuæ aliæ Imaginesque
plurimæ, etiam Gentilis sepefessionis, de quibus
ex G. Codini Originibus Historia Constantinopo-
leôs Christianæ. Ut vel parùm sit vero simile, ef-
feratum fuisse Leonis animum, prudentissimi hu-
jusque Principis, & si Maimburgio fides à *natura*
timidioris, tutaque omnia veriti, adversus unam
Imaginem Servatoris, eamque tot miraculis mediâ
in Urbe conspicuam. Quod ut à prudentiâ, etiam
à *timiditate* illâ Leonis, qui solo metu coercitus
dicitur pressisse animo quod ante *decennium* agita-
bat, abhorreere videtur, sic etiam à testimonio illi
perhibito laudatissimi hætenus regiminis. Dixit
Gregorius Pontifex *Epist. I.* ad Leonem Isaurum,
productâ à Baronio, & in Tomo VII. Conciliorum. *Ad Ann.
Decem annos Dei benignitate rectè ambulasti, quum
rectè tu curreres* &c. Si etiam statua illa Servatoris
ibi à *Constantino M.* cum aliis fuit erecta, undè est
quod in gravissimo illo incendio, quo conflagravit
publica Bibliotheca sub Basilisco Imp. eodem in lo-
co seu Triclinio *Chalces* reposita, illæsa remansit
hæc statua. Quando Suidâ teste in *Μάχη*, simul
cum *Bibliothecâ* periëre flammis τὰ ἀγάλματα ἃ Ἀν-
γυσαίε statua *Augustalis*. Tandem pessima adparet
Maimburgii & Iconolatrarum fides. Si quid enim
hujusmodi factum, Anno X. Leonis, planum est
vel ex ipso Theophane, & ex Paulo Diacono,
non id statim jussu Leonis accidisse, sed inconside-
rato zelo βασιλικῶν ἀνθρώπων, *regiorum* quorundam
hominum, id est ex Aulâ Principis, qui rem se hujus
gratam facturos arbitrati, occasione decreti in I-
conolatras. Et si quæ tum supplicia sunt de Con-
stantinopolitanis sumpta à Leone, addunt causam
Historici, quia *plebs in ipsum Imperatorem invadere stu-
duit, multosque ex Imperatoris famulatio neci dedit.*
Quis jam Imperatorum, aut Regum, non ani-
madversurus esset in reos Majestatis, in perduellio-
nis Auctores seditionisque, Regiâ in Urbe exci-
tata?

XI. Sed en facinus aliud Leonis, in quo exag-
gerando Maimburgius exerit quicquid in ipso dica-
citatatis! Nempè eodem Anno Leonis *decimo*, Chri-
sti DCCXXVI. mox à strage Civium Constantinopo-
lit. Leonis furor impetum fecit in *Collegium* quod
erat Constantinopoli splendidissimum, & in ejus
Professores omnes, ipsumque Οικουμενικὸν διδασκαλικὸν
Oecumenicum Magistrum, seu προιστάμενον *Præfectum*,
& quidem vivicomburio mulctandos, miscendis eo-
rum cineribus cum illis splendidissimi Palatii, post
negatum Leoni assensum in causâ Imaginum. Ad-
dunt in eâ Æde seu eo in Collegio asservatam fuisse
Regiam Bibliothecam, *tricensis & tribus* volumi-
num *millibus* constantem, itâ Manasses; inter quæ
fuerit admirabile illud Homeri poemation, *Ilias &
Odyssea*, aureis literis in Draconis intestino descri-
ptum. Glycas verò, complexum hunc Theaurum
triginta sex mille & quingentos Libros. Et hunc ipsum
simul fuisse Leonis Isauri immolandum vindictæ, de I-
miedem tradunt. Primus retulit Cedrenus, secutus
Zonaras, auxere novis circumstantiis atrocitatem
facti Michaël Glycas, ac præ cæteris Constantinus
Manasses, cui & insitit præcipuè post Baronium,
Lud. Maimburgius, Iconoclasticæ quam vocat in
Hist. *Libro I.* & Alexander Natalis ad Hæresin I-
conoclastar. *Articulo I.* Sed & assensum huic narra-
tioni nuper præbuit doctissimus Historiæ Byzanti-
næ scriptor, Constantinopoleôs Christianæ *Libro*
II. in Leonis impietatem hoc nomine invecus.
Quo facinore quia vix aliud nefandum magis, &
in eo tetris coloribus effingendo operosus Maim-
burgius est, itâ in calumniatorum caput recidat,
quod

Theoph.
Ed. R.
p. 339.
Paul.
Diac.
Cedr. &c.

L. I.
p. 70. ad
p. 82.

In Leone
II. p. 454
Ed. Reg.
H. I. III.

Leon.
Annal.
p. 17.

p. 287.
Hist. Libro I. & Alexander Natalis ad Hæresin I-
conoclastar. Articulo I. Sed & assensum huic narra-
tioni nuper præbuit doctissimus Historiæ Byzanti-
næ scriptor, Constantinopoleôs Christianæ Libro

II. in Leonis impietatem hoc nomine invecus.
Quo facinore quia vix aliud nefandum magis, &
in eo tetris coloribus effingendo operosus Maim-
burgius est, itâ in calumniatorum caput recidat,
quod

quod improbâ mentiendi libidine, si non furore quodam, impactum Leoni Imperatori fuit. Atque id ipsum modò exponendum publicæ luci est. I. Animadvertendum fuerit, hujus per Leonem excitati incendii, supra aliâ memorandi, & furoris in tot pretiosissima κειμήλια, in splendidissimam Musarum Ædem, in Palatium verè Regium, (παλαίον σεμνόν. πρὸς τῆ βασιλικῇ) speciatim in Professores hocce ac Magistros, Imperii quædam columnina, quos diro ignis admoti supplicio sustulerit Princeps, nullos meminisse anteriores Cedreno, Nicænos Patres, nec Theophanem Confessorem, nec Nicephorum Patriarcham, nec Paulum Diaconum, vel Anastasium. Quinquàm nihil eorum prætermiserint, quæ Leonem redderent toti Orienti invisum, ac posteritati execrandum. Refert sanè Theophanes, sub Leone, *Scholas unâ cum sacrâ doctrinâ excidisse, animadversumque à Leone in Viros pietate & doctrinâ præstantes, nempe in varios Episcopos, Doctores, Monachos, Idololatriæ quæ illi sacrâ doctrinâ est, ad seditionem usque, defensores.* At incendi vastatricibus flammis Palatii, Bibliothecæ Regiæ, Collegii, Magistri illius Oecumenici, qui sol esset Orientis, & Professorum XII. qui veluti XII. Zodiaci signa & luminaria, cum additis circumstantiis, scilicet monitione præviâ, responsis ad Leonem, cæterisque, neque Theophanes verbum addidit, neque in reliquis octavi, noni, decimi, Sæculi scriptoribus, vestigium apparet. II. Magna jam apud Natalem Alexandrum auctoritas est Cedreni, Glycæ, Manassis, quia Leonem proscindunt; exigua aliâs aut nulla, ubi expedit rebus suis, ubi de Gregorio II. negante Leoni tributa, ex ante memoratis. Nec his ipsis testibus Baronius, Allatius, gnathones, stare quandoque suos Lectores vellent. III. Ut mendacium sibi parùm constat, ita nec in omni hac narratiunculâ. Glycæ, absumptos fuisse Libros 36500. Manasses 33000. *εις τελομυρίας φθάνουσι βιβλίαι, & ἀπὸς τελομυρίας, Libros qui asurgerent ad tricena & tria millia.* Maimburgius, futurus Manassis interpres, ut probaret peritiam utriusque linguæ, sed & fidem, puerili errore constitisse dicit eam Bibliothecam, Leonis tempore, *de trois cens trois mille volumes, id est, ter centum ac tribus millibus, reddita voce τελομυρίας, & tricena millia.* Nul- lum verò hujusmodi numerum Cedrenus expresserat. Istud etiam de *Homeri poematio*, admirando illo quidem scriptionis arte, supra intestinum cxx. pedes longum, hoc Leonis facinore in cineres abituro, unus Constantinus Manasses retulit, Manuëlis Comneni temporibus, id est, adulto Sæculo XII. & ex eo posteriores. IV. Sed & ipsum illud Constantini Historici arguit supinam mentientis securitatem. Qui enim concilies cum historiâ conflagratae pridem Bibliothecæ Constantinopolitanæ, quæ in Chalce asservaretur, cum omnibus Cimeliis suis, & ἀγάλμασι, ac cxx. Librorum millibus, ipsâque illâ Homeri Iliade & Odyssæâ, absumptis sub Basilisco Tyranno, id est, duobus ante Sæculis cum dimidio circiter? Testes rei sunt Cedrenus, Zonaras, & Suidas in Malcho, Byzantio Sophistâ. Ex quo patet Constantinum Manassem, seu ex ignorantia, seu fraude, imputasse Leoni III. Isauro, quod accidisset temporibus Zenonis, qui post Leonem II. Filium suum, ac nepotem Leonis I. imperare cœpit A. vulg. CCCCLXXIV. Quo ex specimine, & compluribus id genus hac in Imaginum historiâ, liquet factis non fuisse quod tantùm illi Historico tribuerent Belgii nostri præclara lumina, Joh. Meursius, & & Janus Doula. V. Sed & ipsa Loci ac Palatii, in quod Leonis Isauri furor scilicet impetum fecerit, ratio ac situs imposturam prodit. Zonaras fuisse eam Bibliothecam in ipsâ Basilicâ, *ἐν τῇ βασιλικῇ πρὸς τὴν ἀγορῆν* proxime forum ariarium, Glycæ, *ἰσχυρῶς &*

Tom. II.

Θεῶ Σοφίας propè Templum S. Sophia, Codinus, *πλησίον τῆ χαλκῆς, propè Chalcedem*, seu Porticum Regiam, in quâ reverâ fuisse repositam Bibliothecam Regiam, à Valente Imperatore cum primis auctam, sub Basilisco flammis deletam, ac sub Zenone instaurandam, Byzantini tradunt. Igitur id saltem in confessio est, Basilicam Bibliothecæ, Chalcedem, Regium Palatium, Capitolium, Patriarchæum, Triclinium dictum *Θωμάτις*, in quo Patriarchalis Bibliotheca, & Ædem Sophianam, miraculum illud Orientis, fuisse loca contigua, ac sibi invicem proxima: atque adeò ignem admoveri non potuisse illi Basilicæ, in quâ *Bibliotheca*, tot chartæ flammam illicò & concepturæ & sparsuræ longè latèque, absque evidentissimo discrimine, dùm proximus ardet Ucalegon, ne reliqua omnia Ædificia ignis ille pervaderet, inque favillas redigeret, aut certè in miserandum spectaculum converteret. Ac quò studio fuerint Imperatores Constantinopolitani, in restringendis iis incendiis quæ latè in Urbe regiâ popularentur, qualia sub Marciano, Zenone, Constantino Isaurici pronepote, sub quo exarsit Bibliotheca Ecclesiæ, & cum eâ (Zonara referente) *Chrysofostomi* in Scripturam S. *αὐτοχρῆστα*, dixerint Historici. VI. Attendat igitur Lector, ac judicium suum interponat, an vel similia vero sint dira ista Leoni à juratis hostibus impacta, Phalaride aliquo aut Lycaone digniora; & quæ Principis, Conjugem, Liberos, Domum, vitam, fortunas, thesauros, subditos, Urbem Regiam, Imperium ipsum conjiciebant in præsentissimum discrimen? Illane conveniunt Principi à natura meticuloso, ita Maimburgius, & de quo tot præclara alia superius Historici? Quod magis est, illo ipso tempore quo *portentis* coeli mariumque territus, *iram Dei* placandam sibi existimaret, mox ante excitatum bellum adversus Iconolatrias, ut nuper visum ex Theophane, expressius autem ex Breviario Historico Nicephori Constantinopolit. quod in eâ Historiæ brevitate palmam præ cæteris meruit. VII. Accedat fabellæ argumentum aliud. Fuere à Byzantinis Iconolatriis, in odium Leonis & Constantini, & in favorem causæ Iconolatriæ, quàm diligentissimè ac sollicitè admodum expressa obicuriora aliâs Nomina Episcoporum Monachorumque, qui duriora passi sub utroque Imperatore, mutilationes, opprobria, flagra, mortem ipsam. In *Confessorum* hi omnes ordinem inque *Martyrum* catalogum studiosè referendi, nomine, loco, tempore, circumstantiis passionis designatis, in Menologio Græcorum, & in Pseudo-Actis, Vitisque eorundem, auctoribus Metaphraste, Monachis, Rhapsodis. Undè nati S. *Emilianus*, S. *Germanus Cyzicenus*, S. *Hypatius Ephesus*, S. *Gregorius Limniota*, S. *Eudamon*, S. *Basilium*, S. *Nicolaus*, S. *Michael Synnad*, S. *Theophylactum Nicomed.* S. *Andreas Calybitis*, S. *Stephanus junior*, S. *Plato Abbas*, alii quàm plurimi. Nunc fidem tuam volumus, quisquis es. Si vera sunt quæ de hoc *Magistro Oecumenico*, de Orientis illo lumine, ex Græculis Baronius, Maimburgius, Natalis, deque *Professoribus duodecim* qui doctrinæ sapientiæque laude eminent, qui factum est ut cum illis, tum horum nomina in obscuro latuerint? Cur eorum nullus appellatus suo nomine legitur? Cur honore locoque Martyrum fraudati, seu in Menologio Græcorum, seu in Historiarum monumentis? VIII. Posito etiam hujusmodi *ἐμπρησµῶ* sub Leone Isauro, nùm statim si quod Constantinopoli incendium exortum est, Urbe id genus vastatricibus flammis expositâ, tribuendum Imperatori fuit? Annon casu quocunque alio, seu inopino ac fortuito, seu quorumcunque tandem vel furore vel imprudentiâ, excitari potuit? Et quid Leoni tandem lucri ex incensâ eâ Bibliothecâ, cujus causæ præsidium fuit in priorum

A44

S47

Sæculorum monumentis? Cur in Palatium, in Etruscos, in tot κειμήλια, furere, ob paucorum hominum pertinaciam, quos aut movere gradu suo, aut in ergastulum mittere, aut ad furcam agere, seditionis nomine, potuisset? Quam fatuum hoc vindictæ genus in saxa, lapides, libros, vasa, cum proprio discrimine, tamque insigni publicoque dispendio? Et quam longè abusuere ab hujus facti venianâ, qui in Gnydam fluvium, in Homeri statuam, in Neptuni tridentem, in Hostium ἀγάλματα, in Athon montem, in Hellespontum, in Jovem ipsum fulgurantem, in domos, parietes, arcus, sagittas, malefani sævierunt?

Telumque iratâ receptum

Impetis!

& quod habet proprium furor, in se ipse sævit grassaturque. IX. Denique, cur Græculorum figmentis nova cumulat Jesuita, promittitque ex foecundo illo penu suo, quæ frustra requiras in Byzantinis? Hujusmodi sanè est proluxa ad Leonem Oratio, habita scilicet à Doctoribus istis Collegii Constantinopolitani, pro asserendo cultu Imaginum, iisdem planè quibus Papistæ solent argumentis, ac multo cum affectu profusiusque lachrymis enunciata, planè ad scriptorum ἐρωτικῶν imitationem. Ac ne dubites, Lectorum ipse sic occupat, in Præfatione hujus Historiæ Iconoclasticæ: *Tuy tâché de faire en sorte que ma manière d'écrire l'Histoire donnât le plaisir du Roman; Id operam dedi, ut ratio mea conscribendâ Historiæ, afficeret pari voluptate quâ solent Libri Erotici, quos Romanos vocant. Quasi diceret, fallendi*

Noster in arte labor positis, spes omniū in illâ.

Hinc & se de Leone Mauro nova omninò scripsisse, de nouvelles découvertes, seu ingeniosè conficta, ut hoc sub nomine nihil non sæpè commentorum venditur.

XII. Pergant affingere Leoni, quæ falsitatis arguenda. Si quæ est Anastasio fides, in Vitâ Gregorii II. hinc recentioribus Iconolatris, ac prolixè Maimburgio, subornavit Leo primùm Sicarios, per Marinum Spatharium, qui jussu Principis, ope Johannis cujusdam Diaconi, & proditoris, Papam interficerent. Quo minùs succedente, idem Paulo Exarcho in strictissimis mandatis datum fuisse ab Imperatore, qui etiam omnem operam adhibuit ut Gregorii necem procuraret, addit Maimburgius. Id verò fide Anastasii, fateor, pessimâ tamen. Primò, demus in votis habuisse Leonem, ut tolleretur Pontifex, fecerit defensionis quodam jure. Devotus nuper anathemate à Gregorio fuerat, Hæresis obtentu, & quantum in Pontifice fuit, Imperio Italico exuendus Leo. Quo ipso Leonis vitæ fuerunt insidiæ undique struendæ, uti in Italiâ projecta ejus laurata, & Icones proculcata. Nec tutus Imperator à ministris Gregorii. Lex enim in Jure Canonico est, confirmante Urbano secundo, apud Gratianum, *Non esse homicidas, qui adversus Excommunicatos armantur, eosque irucidant.* Undè tot parricidia in Imperatores, Reges Reginaeque, aut admittit, aut tentata, post sententiam à Pontificibus latam. Sux ergò & Imperii securitati consultum voluisset Leo, si vel maximè Imperatoris jussione Pontificem conati fuissent interficere, quæ sunt verba Anastasii. Sed mendacissimè ista Auctor Pontificalis. Nihil tale Theophanes, nec Paulus Diaconus, nec Nicephorus in Breviario Historico, nec Hadrianus I. aut Nicæni. Sed neque id Leoni exprobravit Gregorius, in Epistolis duabus ad eum datis, & à Baronio inferendis ad Ann. dccxxvi. Id modò, interminatum fuisse Imperatorem, se Gregorium Pontificem Româ vincitum adduci curaturum, sicut Martinum Constantinum adduci jussit. Rectè, si Pontifex grassari peigeret in Leonem, Dominum suum atque Imperatorem, ducendus Constantinopolitâ erât, nec novo exemplo. In nece

L. I. à P. 74. ad 91.

Avertisicm. p. 3.

L. I. p. 100. 101.

Caus. XXIII. q. 5. C. 47. Excommunicatorum.

Apud Baron. T. IX. P. 94.

Pontificis, dùm Italia universa in Leonem fureret, parùm Imperatori præsidii, in comprehensione illius, futuri sic in potestate Leonis, plurimum. Par commentum aliud est, exaggerandum fuscè Maimburgio, de S. Germano, post abdicatum Patriarchatum non modò indignissimè habito ab Imperatore, hinc tradendo in Monasterium, sed paulo postea, jussu Leonis ac trissis satellitibus, strangulando, quum propè centenarium esset. Hinc paratragcediantem Historicum videas, ad tam inhumanum facinus. Ficta omnia, quantum ad sublatum violentâ hujusmodi morte Germanum. Fateor in Libello Synodico, sed sequioris ævi, legitur, ἀρχὸν αὐτὸν ἐκνώτατον, λαβὼν εὖν suffocᾶσθαι. Nihil verò hujus Theophanes, referens modò, Germanum recepisse se eis γονικὸν αὐτῆ ὄνον, in paternam domum, ibidemque ἡσυχᾶσαι. seu vita reliquum summo silentio transigisse. Idem habent Paulus Diaconus, Anastasius, Cedrenus, non omiffuri scelus hocce Leonis, inter prima memorandum. Vixit ergò Germanus privatus, post abdicatum Patriarchatum, & quietus ad extremum usque senium, in eâ domo in quâ lucis usuram primùm acceperat. Quo vitæ genere nullum senibus exoptatus; Hæc sit mea sedes usinam semita! Maimburgius autem ubique ut certa, undubitata memorat, modò hortorem incutiant suis Lectoribus, quæ noverat vel ab ipsis Byzantinis detruui.

XIII. Vix jam operæ pretium est, insistere commentis hoc de Leone reliquis, Maimburgio præcæteris in id unum incumbente, ut putidissimis quibusque fabellis speciem addat Historiæ, & ficum illinat. Exemplum aliud omnium instar fuerit, perfidia Leonis in Joh. Damascenum, præfectum Urbis tum Syriæ principi, cujusque esset flagrantissima apud Chalifam gratia, Imaginum autem acerrimum defensorem. Summa est, Leonem ulturum Johannis hæc molimira pro asserendis Imaginibus, confugisse ad falsi abjectissimum crimen. Hinc jussisse peritum aliquem nefariæ artis, imitari quàm accuratissimè posset Johannis characteres, tum literas fingere tanquàm datas ad Leonem, quibus Damascenus Urbem sibi commissam proderet Græco Imperatori: atque his literis, mox ad Chalifam per Leonem transmissis, accessurâ Saracenorum in Johannem invidiâ, id intendisse Imperatorem, ut inter suppliciorum cruciatus expiaret iste contumaciam, in causâ Imaginum, adversum Edicta Leonis. Addunt, successisse quidem hanc perfidiam ex voto Leonis, dùm sententiâ Chalifæ Johanni præcisâ dextra fuit, quâ Principem suum prodidisse credebatur: sed non longâ interpositâ morâ, post adoratam à Johanne Imaginem Virginis, fufasque ad eam preces, ut, ejus intercessione sua sibi dextra redderetur, irrepsisse Johanni placidum somnum, auditalque illi subridenti Imaginis voces, quibus dextra usum benigna concederet, eâ lege, ut promissis staret Chrysostras, ac scriptis deinceps suis impietatem Iconoclastarum debellaret. Remque hanc omnem ita refert Maimburgius, ut non unus Auctor Vita Damasceni commisisse hæc chartis existimari possit, sed etiam quos ad marginem signat, Elmancines, Chronicon Orientale, Rodericus Tololanus. Refert Baronius, ex uno Johanne Hierosolymitano in Vitâ Damasceni, ad Annum dccxxviii. Urget ex eodem Natalis Alexander; at soli Maimburgio datum est larvas id genus ornare specioso habitu, & addito schemate quodam veri Lectorem oblectare, donner le plaisir de Roman. Fabulam arguunt singula. I. Nihil hujus in Johanne portenti vel miraculi, & recentis quidem, ab Imagine Deiparæ profecti, meminerunt Historici, quantumvis Iconolatræ, & infestissimi Leoni Isauro, nihil certè Theophanes, Paulus Diaconus, Nicephorus Patriarcha, Anastasius,

Maimb. L. I. P. 139. 140.

Maimb. Hist. Icon. L. II. à p. 153. ad 173.

T. II. N. III. & seqq. De Hæc. Iconocl. Art. I.

sius, Cedrenus, Glycas, Constantinus Manasses, reliqui. Nihil etiam Acta Nicæna, in Fabellis id genus & miraculis conglomerandis ferè tota, cum primis *Actione* iv. & v. Nihil ipse quoque in suis Operibus Damascenus, cui præsidii inde plurimum pro Iconoclastis arguendis. Præter silentium Arabum, in Historiâ Chalifarum, ipsiusque Marmolii, qui perreptasse se profiteretur quidquid *Græci, Latini, Arabes, Afri*; literis tradidissent, ad eam quidem Historiam spectans. II. Omnis igitur fides penes unum Johannem Hierosolymitanum, auctorem *Vitæ Damasceni*, vel potius Interpretem ex Arabico sermone, *ἡ ἀγάπη καὶ χαρμῶσι τοῖς Ἀραβικοῖς*, ut ipsemet profiteretur. Notum autem Syrorum & Arabum *ἡ ἀδοξασίας* ingenium est, sicubi adstruendæ illis superstitiones; atque hanc unam *Vitæ* hujus conscribendæ rationem Auctori fuisse, *ταῖς σεβασμίαις εἰκόνας venerabiles Imagines*, principium, medium, clausa, fidem abundè faciunt. Sed uni jam infisteremus adversus Leonem Imperatorem narratiunculæ, qui initio statim huic Historico est *λέων ἀρπαζὼν ἢ ἀρπυζὼν Leo rapiens & rugiens*. Scripta etiam eo tempore *Vita* est, quo jam restitutæ fuerant per Irenem Imagines; nec enim ad Constantini Copronymi postrema, cum Vossio, hic Johannes referendus est, sed ad illa Theophili Imperat. à *septimo* Chalifatûs Almotafemi, qui cœpit A. *Æræ* Christi *DCCCXXIII.* ex Chronologiâ & Annalibus Eutychie Patriarchæ. Quo factum ut hujus fabellæ, à Syris profectæ, nec Theophanes, nec si qui anteriores alii, meminisse potuerint. III. Ipsa loquatur Historiæ fides. Primò Saracenorum illum Ducem nullo nomine expressit Auctor *Vitæ Damasceni*, quod factum oportuit. Hariolatur Maimburgius, fuisse *Hispanum fratrem Jezidi* II. quod ex *disigemi in Historicis Arabibus* scrutinio tandem intellexerit. Atqui nullus eorum, quos citat, Historicorum Arabum Johannis Damasceni quicquam componit cum hujus Hispami Chalifatu. Quæsitivè modo Jesuita, quem ad Leonis tempora Chalifam signarent Chronica, & reperit *Solimannum, Omarem, Jezidum, Hashiamum*, & hunc sub tutelâ primò constitutum, apud Marmolium. Hic autem imprimis placuit, quia inde occasio nata Maimburgio implendi aliquot paginas hujus *περὶ σωπογραφία*, & descriptione immensarum opum, quas inter fuere *mille fascia braccarum, decem mille interula, vestimenta septingenta* &c. dum interim mortuo negatum fuit cadaveris *involutum*. At verò, sub Jezidi II. vel Hashiami Chalifatu *Damascum*, præcipuam Chalifarum sedem, tuisse præsidio destitutam; permiffam eandem *Muzuri* Christiano, & Monacho, à Saraceno Principe, *politia & regiminis peritissimo, invigilante* supra alios *rebus suis*; denique ita comparatas res in Syriâ fuisse, ut facile Leoni esset *inexpectatò adesse*, quod literæ suadebant, & dormientem Chalifam opprimere, vel certè facile ut esset id Leoni persuadere; sunt hujusmodi, quibus omnis historiæ fides, prudentiæque leges, refragantur, & illi ipsi testes citati Maimburgio. IV. Accedat ipsa commenti absurditas, semet implicantis. Inducitur Johannes assurgens Leoni Isaurico, ut qui *ejusdem secum esset fidei*, qui *singulari prudentiâ & bonitate præcelleret*; & quidem aliquot annis post Isauri adversus Imagines Edicta, & de Germano Constantinopolitano, cæterisque Iconolâtris, sumptam vindictam. Retert enim Maimburgius hanc perfidiam Leonis ad Annum *DCCCXXI.* Atqui memorat Auctor *Vitæ Damasceni*, simulac huic constitisset Leonis in Imagines decretum, An. *DCCCXXVI.* Johannem quaquaversum *libellis & epistolis* in Leonem animas Ecclesias, ostensurum *ἀναγκαῖον εἶναι τῷ ᾧ θεῶν ἐκτυπωμάτων ἀποκάλυψιν*, necessarium esse *Divinarum effigiem adorationem*. Theo-

phanes eundem *ælum Damasceni* describit ad XIII. Leonis, id est, Christi *DCCXXVIII.* ex calculo ipsius Baronii; ita quoque Paulus Diaconus, quando *Johannes cum Orientis Episcopi Leonem anathematibus subdidit*. Concilia jam ista Lector, si potes, cum literis affictis Leoni, vel Damasceno, Leonem à consonâ secum fide laudanti. Ut taceam, amputationem illam dextræ, jussu Chalifæ, exponendæ *in publico foro*, omnium oculis, mox iisdem testibus restitutæ; mirificâ Imaginis virtute, precibus scilicet exorandæ; Saraceno & ipso oculato; ac certiore omnium facto Leone, sed hoc ipso impotentius in Johannem, & in Imagines grassaturis Iconomachis; esse eas circumstantias quæ vel mediocriter sano cachinnum effusissimum commoveant. Ne ipse credat Judæus Apella. Et nugacissimis hujusmodi nugis, ex officinâ Monachorum & Legendarum textoribus confutis, *Historiam* suam consarcinat Jesuita. Tu, Lector, ex uno disce omnes, sed & omnia. Familiare autem hinc temporibus esse cœpit, si nescis, Imaginum virtute, Reliquiarum tactu, Virginis clementiâ, Sanctorum intercessione, præcila capita, linguas, manus, oculos, & si quæ membra alia, nullo negotio recuperare. Qualis ex. gr. fabella altera, memorata quoque Maimburgio, post Baronium, de *L. II.* *Basilio* Leonis Armeni filio, ante Imaginem p. 239. verò vel statuam Gregorii Nazianzeni, devotâ mente in Imagine culti, linguæ usum quem amiserat recipiente. Scitent exemplis Monachorum & Byzantinorum Chronica, & Acta Sanctorum ac Martyrum hujus ævi. Cæterum, si vera sunt quæ de Joh. Damasceno memorant, cui sunt afficta & dicta, & facta, & scripta plurima, atque hæc inter Pseudo-Acta Martyrum, & Orationes de Imaginibus, promeritus is sanè fuit indignationem Leonis, quem ferire anathemate, ob damnatam Iconomaniam, *Johannis* non fuerat. XIV. Vix illorum finis est quæ hoc de Leone Isaurico mentiti sunt, seu Græci Byzantini, seu Latini cultores Imaginum. Id certum, perrexisse Romanos Pontifices in fovendâ adversus Leonem rebellionem, & vix Gregorius III. *Pontificatum* *inierat, quum Leonem Imperatorem Constantinopolitanum Imperio simul & comunione fidelium privavit*; sunt Platinæ verba ex Historicis se prioribus, nec abluentibus Onuphrio, Baronio. Anastasius in *Vitâ Gregorii III.* id factum esse *Synodali decreto*, quam non nominatim in Leonem, sed in quemcunque qui deinceps *usum ac venerationem sacrarum Imaginum contemnens, earum depositor, atque destrutor & profanator, vel blasphemus existeret*. Maimburgius, ad Annum *DCCCXXII.* literis *injunxisse Gregorium Leoni & Anastasio, ut restituerent quanto citius Sanctas Imagines, si vellent ipsimet restitui*. Undè justa indignatio Imperatoris; ac præter Baronium, Allatum, Maimburgium, Natalem, & ejus familiæ Viros, nemo vitio vertat Leoni, si *Pontificis canasus ultimus*, ita illi ipsi, Classem adversus Italos intruxerit, & sibi fitoque Imperatorio vindicaverit *Calabria Siciliaque patrimoniam & latifundia*, imposueritque tributa, apud Theophanem, Paulum Diaconum, cæterosque Chronographos. Nec enim alia compescendæ rebellionis, ac vindicandorum Imperii jurium, ratio supererat. Ut ineptissimè hinc Maimburgius *furorem impietatemque Leonis* accuset. Interea exercuere Imperatorem invasiones Saracenorum, *cernantium Leonem occupatum bello contra Papam*; ac motibus *per Thraciam, Caudiam, Apuliam, Calabriam, & Siciliam*. Nec in rebus Leonis Iconoclasticæ Historiæ scriptores memorant deinceps præter commenta, unicum causæ suæ firmitamentum. Jesuita nuperus omnes mentiendi libidine vicit. Ex Græcorum Legendis & Menologiis,

Præfatio ex Verf. Richel.

Vide Tab. Chron. & T. XI. P. 440.

Chron. Orient. p. 68. Elmac. L. I. P. 81.

L. II. Ad Ann. DCCCXXIII. N. XXIII.

p. 178. p. 179. p. 183. 184. Marmol. Afr. L. II. p. 181.

Maimb.
L. I.
P. 175.

unâque apocryphorum fide, nullâ probati Historici, debacchatur in Leonis sævitiam, exercitâ scilicet in Episcopos Imaginum defensores: cum primis in Theophylactum quendam Nicomediensem, quem fatetur, *excessu quodam zeli, traduxisse palam Imperatorem coram universis, ut præcursorem Antichristi, Christi verò proditorem, & alterum Judam.* Unde accensam fuisse dicit Leonis indignationem in hunc Theophylactum. Credo equidem, & si quis mediâ in Galliâ, in quâ scripsit Maimburgius, pari furore in Ludovicum M. & in hujus Edicta, destruendis Reformatorum Templis, insurgeret, non assensuro Maimburgio insanissimi furoris meritissimas illæ poenas daret. Rursùm Leonis moderationem erga Johannem quendam in Phrygiâ Episcopum, Imperatoriis Edictis reluctatum, miratus Jesuita, causam non inlepidam reddit. Ait vim sibi fecisse Leonem, reprimendis iræ motibus, quod esset Johannes ille *insignis Thaumaturgus, hominemque metueret, tanquam qui Dei flagella haberet in suâ potestate, qui dispoit des fleaux de Dieu, & cui miracula pro lusu essent, & à qui les miracles ne coutoyent rien.* Qualiter de Francisco Assisiate, Antonio Paduano, & similibus Thaumaturgis, nugacissimæ paginæ.

Ibid.
P. 176.

XV. Pari ingenuitate Maimburgius, ad calcem Historiæ Iconomachicæ sub Leone, alia nugatur. Si in quos Episcopos aut Monachos animadvertit Imperator, evocandos in Urbem Regiam, ex. gr. in *Hypatium Ephesium, aut Gregorium Limniotam, ex Menologio Græcorum noscendos, dissimulat Jesuita rebellantium horum motus, miscentium ima summis, Populosque ad defectionem impellentium, Imaginum venerandarum obtentu.* Si quæ supplicia de seditiosis aut reis Majestatis sumpta, aut si in quibus satellites vel apparitores excesserunt fines mandati, modò Iconoduli paterentur, *Martyrum* protinùs ordini inserendi. Si juncta Constantino Leonis filio Irene, Scythicæ originis foemina, Imaginibus dedita fuisse Byzantinis memoratur, ad Ann. Leonis xvi. gloriatur Jesuita, *veritatem Catholicam triumphasse in ipsa Regiâ Leonis, non ausi rem ulcisci.* Baronius ad An. dccxxxii. *Mirandâ planè Dei providentiâ factum, ut Barbara femina, & peregrina, atque Neophyta, invito & contradicente Imperatore, insuper & persequente suppliciiisque addicente cultores Sacrarum Imaginum, eas ipsa coleret, atque colendas esse liberè testaretur.* Bona sanè verba! Atque obsunt ista veriùs causæ Imaginum. Dumque fatentur, foeminam hanc Barbaram, Ethnicâ superstitione hæcenus imbutam, ab istâ recentem, & neophytam, miretur utique nemo placuisse illi magis Christianam religionem sub eâ Imaginum specie quæ ad Idolomaniam propiùs accederet. Itâ si Classis Imperatoria passura naufragium fuit, in Adriatico sinu, immemor Jesuita tot infelicitum expeditionum in Bello Sacro, aut Classis Hispanicæ adversus Elizabetham missæ, protinùs adscribit irato Deo, & vindici læsarum Imaginum. Si etiam gravi terra motu concussa Constantinopolis fuit, sub extrema Leonis, duraturo in annum ex Theophane, Nicephoro, & Chronographis aliis, si quæ pestis depopulata, aut sicubi deficiens annona, causâ non alia, quàm ultio Numinis in Iconoclastas, uti olim Christiani sub Ethnico Dominatu malorum causæ. Leo verò, cum piis innumeris, Iconodulorum ista motibus ac foedæ superstitioni, apud Nicephorum Patr. adscripsit. Denique si, post diuturnum Imperium, tot laboribus exercitus Leo, bellisque fatigatus, adhæc ætate grandævus, moriturus fuit, ex aquâ intercute, familiari morbo, A. Æræ Dionys. dccxli. qui humoris acrimoniâ in *dysenteriam* desierit, hæc iterùm Maimburgio fuere tribuenda Nemesis, poenas à

Ibid.
p. 188.
N. 1.

Leone repofcenti oppugnatarum Imaginum. Scilicet

Rarò antecedentem scelestum

Deseruit pœna pede claudo.

Et qui paucis diebus ex morbo decubuit, huic scilicet dies poenarum pro annis culparum, juxta illud, *diem pro anno tibi dedi!*

XVI. Cæterum ingenium Historicorum, servitutem, affectum, nullquam certiore indicio cognoscas, quàm ubi Imperantium aut virtutes omnes obscurant, aut scelera virtutes vocant. Cujus rei speculum expressius nullum intueri datur, quàm in eorum Historicorum commentariis, qui res ad Religionem spectantes tradiderunt. Ingenui illi qui in Iconoclasticâ Historiâ, nec Leonis Isauri omnia laudarunt, sicubi *excessit medicina modum, nec deinceps Constantini vulgò Copronymi, aut Nicephori, aut Leonis Armenii, aut Michaëlis Balbi, aut Theophili hujus successoris, facta singula, de quibus loco suo.* Itâ qui in describendâ Historiâ Reformationis, exempli causâ, nec Principum Germaniæ, aut Elizabethæ Anglicæ nævos, vitia, nec Philippi II. aut Mariæ virtutes, si quæ in iis conspicuæ, tacuerunt. Rursus infidi omnes illi Historici, vix eo nomine censendi, qui in aperiendis totius Controversiæ Iconomachicæ originibus, id unum sibi datum pensi crediderunt, ut adoratarum Imaginum eversores, Leonem Isauricum, Constantinum Filium, Armenium, Balbum, Theophilum maritum Theodoræ, suppressis omnibus virtutibus quæ in iis fulsere, in portenta monstraque Principum converterent; dum Irenes, restitutricis Imaginum, *Divinum nomen, dein & Theodoræ illud, propemodum adorarunt.* Itâ qui in Historiâ superioris ævi, dum *σποδαιὸς* quâdam cœlo inferunt Philippum II. aut Mariam, tot Martyrum cruore rubentes, in Dæmonas transformant Principes, seu Viros, seu Fœminas, quos Roma anathematismis suis ferit. Nunc de *Iconomachia* progressu sub Constantino.

SECTIO III.

BREVIARIUM.

De Leone Isauro, Carolo Martello, & Gregorii III. eodem Anno sublatis, iniquum Baronii judicium. Constantinus, invisum nomen. Fabula de conspurcato fonte Baptismali. Principis hujus vera effigies, ex Historico. Monstruosa Imago apud Byzantinos, & Baronium, Maimburgium. Cause terribilissimi odii. Auctores calumniarum Monachi, & hostes jurati Constantini. Cur Copronymus, & Caballinus dictus. Fallax conjectura Glyca Historici. Origo non una contumelia aperitur, & illustratur. Constantini prudentia, in causâ Imaginum. Falsa Historicorum narrata. Cœli portenta, & flagella, & clades, falsè imputanda Iconomachia. Causa Imaginum ad Synodum Oecumenicam ab Imperatore referenda. Synodi VII. sub Constantino Historia. Ut depravata à Byzantinis, & Nicanis. Prolixè restituta. Legitima in eâ omnia. Processus in causâ Imaginum. Argumenta Patrum contra Imagines Christi. Alia contra illas Virginis, Sanctorum. Loca Scriptura. Patrum. Decretorum hujus Synodi summa, ad v. Capita. Iconolatrarum mendacium occursum. Exceptiones varissimæ de absentia Papa. De absentia Patriarcharum Orientis. Hujus rationes. Exempla Synodorum aliarum. Reliqua que in hanc Synodum stringunt. Maimburgii in omnibus mala fides. Constantino Imp. nequiter afflicta. Actorum ad que provocant mendacia, contumelia, fabelle. Impostura Baronii, & Maimburgii. Confessio Natalis Alex.

FUIT Annus dccxli. fatalis tribus in Orbe summis Capitibus, Leoni Isauro, quem hydrops

ex-

extinxit Junio exeunte; mox Carolo Martello Pini patri, cujus opem Gregorius III. non tam adversus Leonem quam adversus Longobardos implorarat; ac denique huic ipsi Gregorio, Novembri mense facturo locum Zachariæ, mox ad Pontificatum assumpto. Gregorius omnia seditionibus & bellis miscuerat adversus Leonem, tum & Luitprandum Longobardorum laudatissimum Regem, afferendo sibi temporali Dominio, fortis etiam rebellibus in Luitprandum. Carolus Martellus Monasteria passim diripuerat, Episcopos sedibus moverat, Ecclesiarum opes in usus belli suorumque Ducum converterat, atque *immunitates Ecclesiasticas violaverat*, fasso Baronio. Leo Imperator, post laudatum etiam decennium, multa fortiter contra Saracenos gesserat, nihil verò eorum in fide sollicitaverat, quæ à VI. Conciliis Oecumenicis fuissent definita. Quid accidit tamen? Gregorius Beatorum Catalogo adscribendus fuit, ob defensas Imagines, atque oppugnatum vexatumque Leonem. Carolus Martellus, quem diris aliàs devovit Cleri avaritia, cujusque *animam* S. Eucherus pœnis Inferorum mancipatam vidit, apud Surium, Gratianum, Baronium ipsum; quia tamen respexisset Pontificem, ac Petro & Ecclesiæ tandem donasset quædam, cultor ipse quoque Imaginum, Sanctorumque; hinc tollendus laudibus Baronio fuit. Eucherus verò falsi arguendus, aut qui illa de Eucherio, ac de Martelli salute optima quæque speranda Annalium scriptori. Miser Leo, propter hoc unum, quod Imagines primò collocare extra adorationis discrimen, dein etiam tollere è Locis Sacris sustinisset, ac peruelles rebellantesque passim coercere, suæque prospicere securitati, devovendum fuit dæmoni & inferis, efflaturus nonnisi blasphemam animam, sed & apud omnem posteritatem infamandus, ut qui Caligulas & Neronis & Domitianos sævitia atque impietate superasset.

II. Et hæc quoque Ludovici Maimburgii, supra Baronium, in Iconoclasticâ Historiâ ingenuitas fuit. Idemque exorsurus res Constantini vulgò Copronymi, claudit Leonis Historiam ab hujus crimine *omnium maximo, quod reliquisset Constantinum successorem, bipedum* quotquot unquam vixerint *perditissimum, nullâque ornatum laudabilium qualitatum que in Leone fuerant.* Nempe in majus crevit diffidium, in causâ Imaginum, sub *Constantino* VI. Leonis Isauri filio, & successore non modò Imperii, (numerandis Annis à Kal. Sept. A. D. dccxli. Ind. ix.) sed & zeli pro Iconomania profligandâ. Cujus quia diuturnum regimen fuit, & auctoritas maxima, & parùm propensus erga inertes Monachos animus, ac prudentia convocandi Oecumenicam (ut potuit) Synodum, causæ Imaginum cognoscendæ definiendæque, hinc illa plaustra mendaciorum ac contumeliarum quibus omnes ad unum Byzantini, iidemque ad insaniam Imaginum cultores, ac Latini quoque, Paulus Diaconus, Anastasius, cæteri, eum Principem proscindere ausi sunt ac discerpere. Undè etiam uno *Copronymi* ac *Caballini* nomine dicendus fuit, ob baptismalem scilicet fontem, ab regio hoc Infante conquinatum, quum à Germano Patriarchâ tingeretur, insigni Imaginum assertore. Idem de *Winceflao*, postea Cæsare, referunt, invisissimo Sacerdotibus, & toti Clero, eum sacrum fontem lotio infecisse, & Altari impositum stercore foedasse. Sic *Dubravius*, & alii. Nempe illud vulgatâ à Græculis fabellâ, post nata in Constantinum odia, & restitutas Imagines, ut ex scriptoribus patet. Undè nec ejus meminit Nicephorus Patriarcha in luculento *Breviario Historico*, ad Annos dccxviii. & dccxx. ubi de imposito Constantini nomine, deque coronatione ejusdem, Anno sequente per Germanum Patriarcham. Sed quia rabies omnis in hunc Constanti-

num efferbuit, jam ab infantia & baptismo quaerendum *omen* fuit futuræ Iconomachiae scilicet, & S. Germano quidem vate qui, post iterus ab regio infante emissum in Lavacrum, dicitur erupisse in hanc vocem: *Constat Christianis & Ecclesie maximi mali, per eum efficiendi, hoc signum esse futurum!* Et eo quidem tempore quo Leo esset omnium amor, in primordiis Imperii, Constantinus omnium desiderium, octennio toto ante motam de Imaginibus controversiam. Quis etiam credat, Germanum eò imprudentiæ lapsurum, ut inter tot acclamationes, ac vota, inter publica gaudia, festissimo die, præsentibus Augustis, ex casu innocuo & obvio, si vel contigisset maximè, nihilque mirando in nudo infante, immergendo ex Orientalium more fonti sacro, prorumpere ausus fuerit; in tam dirum tamque infaustum prælagium? Et huic putidissimo o-lidoque commento inædificata sunt foeda & execranda illa, quæ mox de hoc Constantino commenti Iconolatræ, Maimburgianæ maledicentiæ pabulum, & puerilium declamationum argumentum. Quæ de re mox paulo diligentius.

III. Reverà, ut in summam contrahamus, & brevi tabellâ, præeuntibus Historicis, Constantini effigiem delineemus, ivit hic Princeps in paterna vestigia, victurus etiam superaturusque in nonnullis Patrem. Intelliguntur singula vel ex ipsâ *Historiâ* Nicephori Patriarchæ Constantinopolit. à Petavio primùm editâ, infestissimi licet Copronymo, sed tamen in eo Breviario magis præstituri Historici fides, circa res à Constantino laudabiliter gestas. Accedant historiæ vestigia, inter tot mendaciorum quibus scatent nugas dirasque imprecationum, in ipso passim scriptore Historiæ Miscellæ, Theophane, Cedreno, Zonarâ &c. Quanquam iis, ut Doctis notum, sæpè interpolatis, mutilis, sæpè violatis, adulterâ Iconolatrarum manu; sed & affectum ubique maniacum in Constantinum, uti immodicum erga Imagines studium, contra Historiæ leges, prodentibus. Adèò ab unâ Iconolatrarum fide, sub Irene, & securis fautoribus Imaginum, tum sub Romanis Pontificibus, post interversas genuinas tabulas, omnis illorum veritas pendet, quæ Constantinum hunc non jam Diocletianis, aut Maximianis, sed omnibus conjunctim dæmonibus exæquant. Et *Fragmentum* illud ex Theophane desumptum ac *Nicephoro Patriarcha* tributum, ad calcem Editionis Petavianæ, non *preferre Historiæ speciem, sed declamationis alicujus*, & *Invectivæ contra Iconoclastas, eorumque signiferum Copronymum*, ipse Loyolita agnovit. Inter hæc omnia tamen in Historiâ Constantini, & in diuturno Imperio, annorum circiter xxxv: inter tot Barbarorum irruptiones, & Tyrannorum ac rebel-

Not.
Chronol.
Per.
p. 196.
197.

L. II.
P. 199.

Parte I.
P. 124.

basidum Jesuita, ejusque tyrannidi assurgit, asserturi scilicet *fidem Catholicam*, prodit ingenium Societatis, & Guisianorum in Henricos moliminibus, Regumque aut proditoribus aut parricidis, *fidei Catholicae* prae-textu, album calculum adjungit. Postea idem Constantinus *Sisinnium* Patricium, *conjurati-onis convictum*, & *affectata Tyrannidis*, Nicephoro Iconodulo teste, oculis mulctat, uti Artabasidum & filios, familiari Orientalibus animadversioe. Maimburgius omnia invertens, in odium Constantini, *Sisinnium* caelo effert, zelum collaudat, Constantinum *Phalaridi* exaequat, & hujus ultionem adscribit ingratisimo Principis animo, *ferre illum nescienti, cui deberet Imperium*:

Hoc pretium cura vigilatorumque laborum?

Rursus, in obsidione Urbis Constantinopolitanae, quotquot indigenae civisque ad Constantinum confugerent, subducturi se calamitatibus quibus implcantur ita obsessi, in Urbe perduellium Arce, *humaniter illos & honorifice excepit, διμῶς εἰδέχεται πάντας, ἢ ἀελοποιτο μάλις*, sunt ejusdem Nicephori voces. Annonae summa illi cura fuit, ne Urbs Regia, ne subditi *abundantia* illius destituerentur, ipso fate ne Maimburgio. Deinde hic ipse Imperator est, qui bella adversus Saracenos in Armeniam, Syriam, & Orientis partibus, quin in ipsam Assyriam, trajecto Euphrate, in Europam autem adversus Bulgarios, Sclavinos, Hunnosque, Thracias depopulantes, terram marique feliciter ac fortiter gessit, animo intrepidus, laboribus vigiliisque fatigari nescius, donec iis tandem succumberet, ac *continua illius applicationi ad belli apparatus*, nec inficiari auso Jesuita.

In quibus tamen describendis virus suum hic ipse prodit, animumque nec Historici nec Christiani fatis. Nempè, si quando armis inferior fuit Constantinus, inter tot laureas ac triumphos, ut est *Ἄρης ἀνιορῶσα*, Mars anceps; si quibus adversis exercitus, extus Sclavorum Bulgarorumque irruptionibus, intus civilibus discordiis, ac rebellantium Iconolatrarum motibus, quod & Davidis, & optimorum quorumcunque Principum fatum fuit, non intermittit Jesuita quin refundat illa protinus in *impietatem* Constantini, & in *vindictam* Numinis, ipsosque etiam Barbaros penè laudet ab editis stragibus, partisque aliquando victoriis. *Quaeritur* huic nostro semper *belli exitus, non causa*, arguente Tragico. Ità piè Christianèque facta à Constantino plurima, aut silentii velo involvit, aut foedis coloribus deformat. Quale istud inter alia, relatum à Nicephoro Patriarcha, ad An. DCCLXXIII. quando hic Imperator Christianorum aliquot millia à Sclavinis multo aere redemit, ac muneribus etiam pro regia munificentia clementiaque dotavit, & quò vellent abire permisit. Et quod cedere debuit laudi hujus Principis, ac praedicatorum fuissent priora sanctioraque saecula, hæc Natalis Alexander ac Maimburgius ille, nec primi hi fateor, vertunt in odii, imprecationum, anathematum, & accensi furoris materiem. Hujusmodi sunt Iconolatrarum & Reliquiariorum, ut increvit in dies hæc sub Leone & Constantino, cohibita superstitio; Monachorum inertiae impuroque coelibatui praescripta ea remedia, quae Christus, quae Paulus injunxere, opus manuarium, ac cubile impollutum; Synodi universalis, cognoscendae cumprimis causae de Imaginibus, & firmandis Synodis Oecumenicis prioribus, more majorum, indictio ut primum licuit, & ut permisere tempora, Anno Aerae Dionys. DCCLIV. Dein Legatio ad Pipinum Regem, componendis in Republica & in Ecclesia de Religione diffidiis An. DCCLXVI. Et quae hujusmodi alia, compescendis rebellibus, ac sedandis motibus, aut discernere aut tentare necesse habuit, inferius ab atrocibus injuriis vindicanda. Denique, ut Principem se in admini-

strandam Republicam, ut Imperatorem in bellis gerendis, ut in Ecclesia tutandam se Legis divinae assertorem, contra Iconolatas, & Fidei Defensorem, contra Haereses, ostendit, ita se in Familia regendam Maritum & Patrem. Nullius hic quidem vagae libidinis, aut adulteriorum, aut incestuum, aut si quid his enormius, media in Purpura, & in potentiae illo fastigio, jure postulandus: Irenae primo conjugii ex qua Leo, filius & successor, tum Mariae alteri in secundis votis, tandem Eudoxiae vel Eudociae, ex qua suscepit Christophorum, Nicephorum, Nicetam, & Eudoxum, legitimis honestisque nuptiis conjunctus, quae *flagitiosa pollutio* audit in Actis Iconolatrarum. Homo is sane, nihilque putans a se humani alienum, patientiam saepe à tumultuantibus læsam, quandoque in summam indignationem versam. Unde in auctores rebellionum leterior animadversio, plerumque delictis congrua, & ἀκόλῳτῳ ἢ ἀδικίας. Aut si subinde modum excedens, non ea semper conscio Principe, nisi simul conscio testeque ipso perduellis desperatque furoris, non uno inferius rei exemplo. Ac de persecutione in Monachos excitata, unde species aliqua acculantium maledictis, nos quoque postea.

IV. Et hæc in antecessum de Constantino vulgò Copronymo, ut deinceps ingenuitas constet non modò Byzantinorum quos diximus, sed & Baronii illa, Gretseri, Spondani, Petavii, aliorum, nuperque Ludovici Maimburgii, & Natalis Alexandri, quos hac in causam ut novissimos Historicos cumprimis observamus. Primò illi viri ad unum omnes obliiti fuere legum, quas sibi dictas crediderunt historiam scripturis, ac præ cæteris Maimburgius in

Præfat. Historiæ Iconoclasticæ, multis declamans *in præconceptas opiniones*, & *caecam fidem* Historicorum, nec nisi certa & sincera pollicitus, & à studio partium aliena. Interim in rebus Leonis utriusque, & Constantini, ac hujus præ cæteris omnibus, ordiuntur statim à contumeliis & maledictis supra omnem fidem, quibus lacerant diffamantque Principes, maximè Constantinum. Ac statim initio narrationis Historiæ de hoc Imperatore, quando Patri successit, ut præjudiciis Lectores occupent, hanc ejus effigiem describunt. Est illis Constantinus, præeuntibus in multis (fateor) Græcis Iconolatris, indè à Theophane; *Ex semine Leonis versutissimus pardalis; ex semine serpentis aspis & anguis volans; idoneum Antichristi instrumentum; Monstrum horrendum animo & corpore, nihil habens humani, in quo nihil unquam laudabile; à teneris dedimus vitis, luxuriis, abominationibus omne genus; Magus execrandus; Daemonum invocator, evocatorque Manium; maleficis, cruentis sacrificiis, caballinis fæcoribus & lotio delectatus; his totum Corpus non modò conspergens, sed & familiares ut idem facerent adigens: Photinianus idem, Arianus, Socinianus; impius Nestorianus; Blasphemus in Deum, Christum, Virginem, & omnes Sanctos; Crudeles, inhumanus, dulosus, subornator perjuratorum testium; aliter Nero, Diocletianus; & quæ vel in limine Historiæ Maimburgianæ plura. Et ab his deinceps expectes, mi Lector, fidam rerum factorumque Constantini narrationem! Ac duæ potissimum fuere causæ, istud ut præmittam examini præcipuorum in hac Historiam capitum, teterrimi in illum odii, ejusque omnis quæ flagravat apud superstitiosos & cucullatos infamiae. Prima fuit *Iconomachia*, Parentis ad exemplum, hinc Synodus ejus auspiciis habita, adversus Iconolatas, & quidem invito Romano qui tum Stephanus III. quo tempore hic unum moliretur, ut *Exarchatum Ravennatensem*, & si quas alias Italiae partes, Pipini favore, Constantino surriperet. Altera, superstitiosi *Monachismi*, & impuri *Celibatus*, castitatis larvâ velati, profligatio passim in Oriente, ac ludibria quibus ignavos hinc inde*

H. Ed. Pet. p. 193.

L. II. p. 138. 139.

L. III. p. 356.

L. III. p. 354.

Hist. p. m. 237.

Advert. fol. 1. 2.

Baron. ad A. DCCL. Maimb. L. I. a p. 196. &c.

dè Monachos cotidie pallulantes, ac supra reliquos Iconolatriæ assertores, exposuisse fertur: nempe aut plectendos perduellionis nomine, aut adigendos ad castas Matrimonij leges, & ad vitæ genus Reip. proficuum. Quâ tamen in causâ plurima sunt à Græculis deinceps invidiosè in Constantinum conficta, Monachis ipsi & Iconolatri. Qualis præ cæteris Theophanes Confessor, Imaginum nempe, sub Leone Armenio, ex quo Anastasius Bibliothecarius, Continuator Pauli Diaconi, & Byzantini posteriores suâ ferè habuerunt in utrumque Imperatorem contumeliosa, augendâ etiam per hos accusationem invidiâ. In his quoque Johannes Hierosolymitanus, cui tribuitur *Vita Damasceni*, & nupera *Diogenis* in Synodo Nicænâ facta, superstitionissimus Monachus, quem & professionis suæ titulum præfert. Eodem habitu & ingenio Theodorus ille *Studita*, cujus Vitam scripsit Michael Monachus, unde plurima Baronius, ex quo hauriunt reliqui, sed æquiore isto quandoque tamen, ut patecet inferius. Si non Monachi plerique, certè Græculi, effusâ iidem ergâ Imagines superstitione, ac mentiendi libidine, qui *Vita Tarasii* Patriarchæ, Platonis Abbatis, Theophanis Confessoris, Nicephori & Methodii Patriarcharum, Nicetæ Monachi &c. aut qui sub nomine *Job. Damasceni* Historiam duorum Martyrum, qui Acta Andreæ Calybitis, Stephani junioris, & Sociorum, similesque fabellas ac rhapsodias confarcinarunt, etiam sub *Inceptorum Auctorum* schemate. Quin plurima horum *ἰσχυρογράφα*, nec eorum esse quorum nomina Auctorum præferunt, anachronismi, absurditates, contradictiones testantur. Et cum illos ipsos vel *laudatos* Confessores, vel *laudatores*, constet sub Imperatoribus Leone Isaurico, Constantinis, Nicephoro, Armenio, Balbo, causam Imaginum, harumque *εὐσεβειῶσιν*, ad insaniam usque & rebellionem asseruisse; ad hæc Monastico vitæ generi, cui Constantinus bellum indixerat, sacramentum dixisse, utroque nomine juratos hostes Imperatorum, quis adeo credulæ simplicitatis sit, ut credat narrantibus? Sed quæ, amabo, narrantibus? Illinc de Leone, deque Constantino Filio ludicra, aut monstrosa, ac notoriæ falsitatis modò revincenda; hinc de Martyribus scilicet, ob datas plerumque poenas rebellionis, aut contumaciæ, anilia quæque & puerilia, convertendis in *θαυματουργίας* & *τελετουργίας* singulis, ac Maimburgio his nugis paginam omnem suam impleturo. Non sanè ex Ascetarum primò familiâ *Nicephorus*, Constantinopolitanus Patriarcha; sed cum parentis Theodori, à Constantino ob Iconolatriam pulsî, nomine, tum & suo tandem, qui exul sub Leone Armenio & Michael Balbo, ob assertam mordicis venerationem Imaginum, infensissimus Imperatoribus Iconomachis. Si tamen credenda est Nicephori impotens illa debachatio in Copronymum, edita Petavio, ad calcem *Ἰσχυρίας Σιωτίου*. Monasticam quoque vitam professi *Georgius Cedrenus*, priorum modò exscriptor, atque interpolator; & posterior huic *Job. Zonaras*, sæculi xi. & xii. scriptores, remotioresque à rebus sub Leone & Constantino gestis, & Iconolatriæ mancipia. Itâ quæ *Symeoni* vulgò *Μεταφράστα* fides habenda sit, in Pseudo-Martyrum Vitis, quas inter illa Andreæ Cretensis, Iconolatriæ sub Constantino Copronymo, non dixerint servire nati *τῆ ἐπιτομῆς*, Bollandus, Gretserus, Leo Allatus & ipse Græculus Diatribâ de Symeonibus, sed dixerint aliquando Canus, Baronius, Bellarminus, memorati ipsi Allatio: ac professi idem omnes ingenui, & Viri non mucosæ naris, Casaubonus, Vossius, Blondellus, Cappellus, Godwinus, alii. Nunc quicquid de Constantino Copronymo immane atque impium *Latini* Chronographi memorarunt, ab unâ Græcorum fide pendet. Theophanem Miscel-

læ Auctor & Anastasius descripsere. Itâ Sigonius in Historiâ Italiæ Libro iii. Annales Francorum ad tempora Pipini, & quotquot alicujus notæ Scriptores sunt, de *Constantino* dicturi, præmonent se ex *Græcis scriptoribus* ea referre, aut etiam *Græcos ad verbum exscribere*, ut in Pipino Paulus Æmilius.

V. Ut verò præfati Scriptores, sed & omnes super- De Reb. raturus fingendi detrahendi maledicendique li- Franc. centiâ Ludov. Maimburgius, historiam omnem p. m. 49. Constantini, & oppugnata per eum superstitionis, improbè foedaverint, illustrioribus aliquot exemplis exponendum fuerit publicæ luci, quo sua restituitur Historiæ integritas. Primum esto, *Stercoraria*, & *Caballina* impuritas. Ad hunc tandem excessum brutalitatis, ita Ludovicus ille, horrendum illum quidem, progressus est Constantinus, ut scripsisse esset illi in deliciis Corpus omne equina stercore conegere; ut etiam ad idem facinus obstringeret, quotquot favorem illius demereri vellent. Quo factum est, ut præter præfatum illud Copronymi cognomentum, imperatorum illi. *Caballinum* Caballini, quod habet ipsi hæretice etiam nunc in *Historiâ*. Citat ad marginem Theophanem, Cedrenum, Zonaram, Miscellam in Constanti. Principio Maimburgii seu in citandis, seu in vertendis, fidem observe Lector. Theophanes, & Miscella simpliciter, Constantinum equinis stercorebus & lotiis delibatum, quod de *φιλιππῶ* aliquo insigni, aut stercoreare amante hortos, arbores, dici possit, ut *κόπευθ' ἀνῆρ*, apud Aristophanem. Cedrenus, *δεδίκαται πλάγχθων ἀναλομαῖς* victimarum executionibus, quibus sanè & dediti Anatomicorum filii: Zonaras quidem, *τερεῖων ἀναλομαῖς*, victimarum dissectionibus, qualiter fortè Haruspices, in extispiciis victimarum, sed Paganus itâ Constantinus, placaturus sacrificiis, mediâ in regiâ Leonis, Gentilium Numina! Hæc jam compone cum Maimburgianâ paraphrasi, & mirare fidem Historici. Deinde, fabellam stercoreariam nemo non videt primùm natam ex alterâ de ejecto stercore in fontem baptismalem, unde (inquit Jesuita) *infame cognomentum Copronymi*, ast modò falsi mendacique revictâ. Sed & cognominis *Caballini*, *Copronymi*, longè diversam apud Michaellem Glycam habes originem. *Χώρα τις ἐστὶ Κῶβαλα ἔτη λογομήνη, οἱ ἐν ἐκείθην ὀρμηθῆνοι, καβαλίνοι πάντες ἐλέγοντο. Ἐκείθεν ἐν τῇ αὐτῆς τῆ ἡννησιν ἔρχεται, ἢ ἐπειδὴ κατὰ τινὰ συνθηθεῖαν Κῶβαλίνα ἢ κῶπεινα λέγεσθαι, δικαίως ὁ καί τις ἐκεῖν ἐπεκλήθη Κοπρόνυμος, ἢ ὡς ἄμα κοπέρας ἐν ἐαυτῷ δῆθεν ὑποφερόμενος. Regio quedam est quæ Caballa dicitur. Ex eâ quotquot oriundi sunt, Caballini omnes vocati. Quamobrem quum Constantinus hic inde originem traxerit, ac more inoleverit, ut stercus Caballinum dicatur, non abs re vir sceleratissimus à stercoreo nomine Copronymus est nuncupatus, quasi stercoreum nomen in se circumferret.* Addit ibidem Glycas se, post diligentem inquisitionem, quum frequenter de hujus cognominis origine quæreretur, idem ἀπο, τῆτο μόνον διηκέσαι, nihil aliud, sed hoc tantum reperisse. Sed fabula fabulam trudit, ac falsus conjecturâ suâ Glycas. *Κῶβαλα* regio nulla, nisi sit *Cabalina* Lyciæ apud Plinium, *Καβαλῆς* Straboni & Stephano, versus Taurum & Lyciam, hinc *Καβαλῶς*, *Καβαλῆς*. Ast undè Constantinus inde traxerit τῆ ἡννησιν? Verius ratione paterni generis, Isaurus, vel Syrus, ἐκ τῆ Γερμανικῶν Γερμανικῶν oriundus, apud Theophanem & hujus exscriptores, Urbe & Episcopatu in Syriæ Ciliciæque confinio. Cui sanè proxima ad occasum Urbs *Castabala*, undè Maria *Κασαβαλίτις*, cui adscripta legitur Epistola ad Ignatium, non ἐκ *Κασοβίλων*, ut rectè If. Vossius. *Castabala* autem nihil commune fuit cum *Caballâ*, undè *Caballini* cognomentum, & omen *Cabalini nominis*, tanquàm *Stercorei*, interprete Glycâ. Res itâ habet. Nec *Copronymi* nec *Caballini* perpetuum hoc epithetum tulisse Imperatorem, nisi dudum post

De Reb. Franc. p. m. 49. Maimb. L. II. p. m. 179.

Annal. P. IV. Ed. Reg. p. 284. 285.

post stabilitas in Oriente Imagines. Unde nec apud Theophanem legas, nec apud Nicephorum Constantinopol. Paulum Diaconum, Anastasium Bibliothecar. Sigebertum, alios. Fortè *Καβαλλίαις* equis delectatus hic Princeps ferebatur, supra modum, ut *ἰππομανῶν* ille Theophylactus Constantinopolitanus, Romani filius, quemadmodum equitatu hic valuit Imperator. Fieri etiam potuit ut frequenter inter equos ille suos in *ἰππέῳ* versatus, subinde eorum stercore aut lotio conquinaretur. Ex quibus postea cavillum & cognomen ambiguum *Caballini*, tum & *Copronymi*, natum. Cui successit putidissimum commentum, de lotio & stercore *caballino* seu equino, quo non delectaretur modò, sed & univèrsum corpus cum ipse, tum parasi fœdarent, imò totum involverent. Addimus originem aliam contumeliæ, nec obscuram illam, ex *Fragmento* tributo Nicephoro, dissimillimo quanquam τῆ Ἱστορίας Σωτήριου, qui genuinus est Nicephori Historici fœtus. Refert ea *Invectiva*, Constantinum Imperator. uti animum suum, sic τὸ σῶμα ἐμολλωμένον κοῦρῳ κοῦρῳ-*casse* omni genere libidinum. Addit, *cibum quem in prandio ingessisset, vomitibus imetòis subindè excrevisse*; quod conversum in excretionem stercoream, in τὸ καβαλλῶν, seu καβαλλῶν vel καβρίψαι, undè καβαλλῆς, & καβαλλίς, de eo quod excernitur, declinando καβαλλῶν, καβαλλῶν. Atque ex his nata scommata de cabbalinis stercoreibus, fœdis excrementis, quibus corpus omne conspergeret. Hinc καβαλλῶν, & κόπρῳ ἀνῆρ seu κοπρῶνυμ, per contumeliam appellandus. Sed post dudum extinctam familiam Leonis Isauri, atque oppressos planè Iconomachos, sub Theodoræ viduæ Theophili longo regimine, ab Anno DCCCXLI. ad DCCCLV. & deinceps, toto post admotum Imperio Constantinum sæculo. Quo etiam tempore fuit cavillum alterum disseminatum, de concacato fonte Baptisterii, seu conspurcato eo regii Infantis τῆ καβαλλῶν, ne jam omen defuisse crederetur. Quod tamen accidat cuivis Infantulo, frigidâ adpersio, aut etiam Fonti vel Natatorio immergendo toto corpore. Ac prius illud quidem in præfato *Fragmento*, de corruptissimis moribus Principis juventutis, quod unâ constat hostium fide, non est quod in causæ Constantinianæ invidiam vertant. Nec vellet Jesuita, ut ex solutissimis Aularum moribus, cum primis in lubricâ ætate Principum, quibus quod lubet licet, & ex iis quorum Gallia ipsa testis est, testes Historici, indè ab Henrico II. & III. quum maximè in Reformatos odia accensâ fuère, præjudicium nasceretur adversum causæ Pontificiæ. Alterum verò quod de hoc Constantino Nicephorus, frequens scil. per vomitum ejectione ingesti cibi, familiare sæpè voraci juventuti est, vel etiam stomacho laborantibus, ultro provocaturis τὰς ἐμετῶς. Quare addit, *variis corporis incommodis & doloribus obnoxium fuisse hunc Principem, quod non illicò vertendum animi vitio fuit.*

Ex Edit. Petav. p. 208.

Maimb. L. II. p. 197. & sep.

L. III. p. 339. 340.

VI. Nunc quæ à Constantino hocce *δυσωνύμιον* adversum Imagines, vel Sanctos, suscepta decretave, paucis expendendum venit. Insistemus Jesuitæ narranti, in præcipuis Historiæ capitibus. Simul ac Imperii habenas tenuit, renovavit (inquit ille) in *Imagines Edicta*, neque hoc solummodò, sed & *Sanctos invocari* vetuit; *Reliquias eorum* indignissimum in modum prostitui ac contumeliosè haberi jussit; denique in *Mariam Virginem execrandâ impietate* grassatus est, multis in eam *blasphemis, distertiis*, imò etiam excarnificatis iis qui *Sanctum ejus Nomen invocarent*. Et hæc Jesuita passim *τραγωιδῶν*, ac teterrimis descripta coloribus, venenoque maledici calami ubique affuso, repræsentat. Abstergendum nunc virus est, restituenda Historia, veraque à falsis discernenda. Constantinum iyisse in

paterna vestigia, Edictaque suo tempore promulgasse adversa *Iconolatriæ*, proscibendis *Imaginibus* è *Locis sacris*, constans Historiæ fides est. Falsum tamen est quod persuasum vellet Maimburgius, factum mox à morte Leonis. Imo *disimulasse* aliquandiu, nec nisi post domitos rebelles, oppressam tyrannidem, Constantinopolim reductam, felicemque adversus Saracenos expeditionem, ipso Euphrate superato, ac nobilissimis Syriæ Urbibus Imperio redditis, Ann. DCCXLV. *aggressum esse abolere cultum Imaginum, toto Imperio*, memorat deinceps Jesuita. Et quidem refert ad v. vel potius vi. Annum Constantini, quo juxta Theophanem sæva lues Græciam omnem, & Insulas maris Ægæi, aliaque Orientis loca, pervagata est. Ut scilicet hoc Dei flagellum adscribatur opportunè *impietati Constantini, in quam Deus terribili modo animadverterit, missis Angelis exterminatoribus, ulturis profanationes & sacrilegia Hæreseos*. Ità quoque Græculi. Verissimum autem est, Constantinum, post devictum Artabaldum, usque ad Annum Imperii XII. Ægræ Vulg. DCCCLIII. quando revixit Controversia circa Imagines, ut ex Theophane Maimburgius, causam hanc eo loco reliquisse quo tempore morituri Leonis fuerat. Id est, exulasse Constantinopoli, & alibi per Imperium Orientis, è *Locis quidem Sacris, cultui præcavendo, Imagines, amotasque solummodò* quas à morte Leonis restituerat Tyrannus cum suis. Et quicquid molirentur clanculum Iconolatræ, steterunt res eo loco, & pacatæ, donec Constantinus opportunum judicaret, componi tantas lites, & coërceri deinceps turbones publicæ pacis, Decreto Oecumenicæ Synodi. Quo factum est, ut eo Anno qui Concilium præcessit, indicendum Ann. DCCCLIV. haberi passim *silentia* jusserit, καὶ ἐκείνῳ πάλιν, seu *cæcis & consulta*, præparandis ità rebus & animis ad *Conventum universalem*. Dixit rursùm ex Theophane Maimburgius: *Postquam Episcopi in plerisque Urbibus sædo complacendi studio voluntati Principis se conformassent, conventus particulares haberi voluit in præcipuis Urbibus, ut leni viâ præpararet ingenia (pour disposer doucement les esprits) ad amplexandam definitionem Synodi Generalis*. Quo nihil à Principe prudentius convenientiusque antiquis moribus institui poterat. Quamvis idem tot victoriis elatus, ac successibus felix, pro absolutissimo imperio, potuisset Imagines æternum proscribere, Edictorum Imperialium severitate. De contumeliis intereà, aut Virgini, aut Sanctis, aut Reliquiis scilicet horum illatis, ut supra Maimburgius, nihil istorum quæ ibi Criminator, Nicephorus Patriarcha, Theophanes, Paulus Diaconus, Anastasius. Unumque Jesuita *Cedrenum* ad marginem notat, totis Sæculis tribus à Constantino suam Ἱστορίων σύνοψιν commentis, fabellis, & ἀνισορροίας infarcientem, ac de Copronymo multa mentitum, Quo etiam factum, ut nihil Romæ in Constantinum Iconomachum decreverit Zacharias Pontifex, contra decessorum exemplum, quicquid Artabaldo tyranno, secundiore fortunâ ufo, principio favisset. Sed parùm ad Zachariam attinebat Imaginum in Oriente proscriptio; longè magis augendum Patrimonium Petri, illine liberalitate Constantini, ut ex Anastasio Baronius, hinc Exarchatûs Ravennatis cessione, per Rachin Longobardorum Regem, de quo Exarchatu postea. Iisdemque vestigiis institère Stephanus III. & Paulus I. Successores. Imo in Epistolis passim Pontificalibus ornatum legas Constantinum *piissimi Augusti, magni Imperatoris*, encomio.

P. 239. 241. ad An. 744. 745.

Ib. p. 246. Theoph. p. 358. Ed. Reg.

Ad Ann. 753. p. 246.

VII. Nec improbi affectûs, seu in Byzantinis Chronographis, seu in Maimburgio nostro, indicium luculentius est, quàm ubi diram luem, Anno DCCCLVI. accensam, ac triennio grassaturam, adscri-

scribunt iræ Numinis in Iconomachos, ac Cœli vindictæ ob negatum Imaginibus, aut Reliquiis, aut Sanctis, religionis cultum. Primò enim grassari cœpit ea pestis, ex Nicephoro Constantinop. Theophane, Paulo Diacono, cæterisque, quo tempore Constantinus Imperator cœlo propitio in omnibus uteretur, Arabes ac Saracenos in Syriâ profligaret, *hostes eos Imaginum*, ut ibidem Jesuita, Christianofque subduceret durissimæ servituti, Victor ubique ac Triumphator. Necdùm etiam Edicta feralia in Imagines, nondùm in Monachos mota persecutio. Deindè, populata ea lues est iis in locis cum maximè, in quibus agerent Iconolatræ. Cœpit enim ab Italia, Calabria, Siciliaque partibus, quæ Imagines præ cæteris venerarentur. Dehinc in Syriam penetratura, ubi & Iconoduli plurimi, & Monophysitæ Hæretici, quos Constantinus ab Hæresi revocaturus vinctos captivosque à sedibus suis abduxit. Præterea sævit ea præprimis lues, & indè nata consternatio, in superstitionam plebeculam; quæ Imaginibus quam maximè adhæresceret, non in ipsum Constantinum, eo ipso tempore votis fructurum armisque in Syriâ Comagene, & in Assyriâ ipsâ, supra modum felicissimis. Denique, undè habent Iconoduli, undè Maimburgius, destinari cœlitus immittique flagella in eos qui Dei unius, unius Servatoris cultum restituunt, proscripto illo Imaginum, Idolorum, Creaturarum? Ubi Moses, ubi Prophetæ, ubi Christus, vel Apostoli, detonant in hujusmodi Principes, tanquam sacrilegos, qui urgerent adorari unum Deum, unum Christum, in spiritu quidem & veritate? Imò verò an non extrema quæque interminantur illis Viri Dei, qui se coram simulachris prosternerent, qui Deum adorarent ἐν ὁμοιωµατὶ εἰκόνας, qui gloriam ejus ad res creatas transferrent, δεικνύοντες seu doliâ exhibentes non naturâ Diis? Et annon similis vero est, Deum Opt. Max. invalescente Iconolatriâ, sed & cultu immodico ac religioso Virginis, Sanctorum, Reliquiarum, cœlo exarxisse in verè sacrilegos, in violatores divinæ Legis, in raptores honoris deferendi sibi uni? Par judicium esto, de prodigio altero cujus meminit Theophanes, ad Annum xxxiii. Constantini, & ex eo Anatasius, Paulus Diaconus, alii, nempè de amarissimo gelu ab Octobri ad Februarium, ut flumina & maria ad imum usque concreverent; mox imbrium inopiâ exarituris fontibus, omnibusque squalore & siti penè exhaustis, dùm pluvio supplicat herba Jovi. Maimburgius ut multus est in horum descriptione prodigiorum, ita causam cum Græculis adscribit, ut odio Monachorum, ita in specie Martyrio Stephani Junioris, qui Principis Imaginem, eo spectante, pedibus conculcasset. Fuit tamen ille ipse annus, Nicephoro Patriarchâ in Breviario, cæterisque testibus, quo Constantinus Bulgaros ad pacis conditiones quas voluit adegit. Ventis quidem ac procellis dispersa afflictæque legitur Classis Imperatoria, sed post coercitos Barbaros. Et si de irâ Numinis, ex hujusmodi portentis, aut ex Classe Constantini disjectâ, judicandum est, quidni æstantium Iconolatrarum furores Deus insolito gelu coercuisse censendus est? Undè etiam paribus portentis territos afflictosque legimus Populos, sub optimis Principibus? Aut etiam sub Iconolatræ, deditisque superstitioni, exemplo in formidandâ Classe & Copiis Irenes, delendis penitus eo Anno qui Pseudo-Nicænam excepit, ex Theophane? Sed & exemplis obviis innumeris apud Byzantinos, Paulum Diaconum, Sigebertum, Sabellicum, Crantzium, similes, ac quicquid Chronographorum est. Et quale nobis igitur judicium fuerit de tot cladibus in expeditionibus Belli Sacri, planè cœlitus immittendis, vel Maimburgio sæpè teste, aliisque Austriacis, vel Hispanicis? Cumprimis de portentosa illâ

clade, nec nisi conjuratis in perniciem ventis cœloque, ipso Philippo pronunciante, invincibilis illius ac fulminatricis Classis Anni 1588. quæ Belgium omne Pontificium, omnes Hispanias, luctu ac lamentationibus implevit, Angliam verò Reformatam, Fœderatasque Provincias, ab imminente certoque exitio vindicavit?

VIII. Sed ad Imagines à Constantino proculcatas redeundum. Unum istud supererat, quod à Leone Isauo Patre tot expetitur votis, ut causa omnis illa quæ ad Imaginum, Sanctorum, aut etiam Reliquiarum cultum venerationemque attineret, in Synodo Universalis expensa agitataque, ex Scripturâ tandem, Conciliis, Patribus, ac praxi Ecclesiæ purioris, ante novissimorum temporum superstitionem, definiretur. Huic jam habendæ Synodo præparasse omnia prudentissimum Principum, præmonitis quaquaversum Ecclesiis, Episcopis, ut conveniebat sanè, supra visum. Indicitur ergò ea Synodus Anno DCCLIV. Constantini XIII. Ind. VII. quo Anno Stephanus III. post susceptum in Gallias iter, de Imaginibus parum sollicitus, regna mundi aut transferret ipse in alios, aut sibi & Petro vendicaret, ut ad initium hujus Anni ipse Baronius. Dolendum verò est, hujus Synodi nihil reliquum fecisse Iconolatræ, præter ea quæ conjurati sub Irene & Tarasio prodixerunt, ac pro arbitrio interpolant, in Pseudo-Nicæna! *Actione VI.* Aut quæ habent mendacissimæ simul & contumeliosissimæ pagina, Acta Stephani & Sociorum (Binus ignorantissimè, Acta Stephani Pape) ex quibus, id est, ex solutis in Constantinum furiis, sua promittit Baronius, ac post eum Scriptores nuperi. Theophanes paucis, ad A. XIII. Constantini, sed cum mordaci sale, congregatum *ἄνοµον Σύνοδον illegitimum Conciliabulum*; addito loco Conventus, in *Hiera Palatio* (malè Cedrenus ἐν τῷ Ἱερῷ Παλατίῳ) seu Heræo vel Heriano, è regione Urbis, in Asiatico litore ultra Bosphorum; additis & præsidibus, Ephesio & Pergensi Episcopis, mortuo scil. Anastasio Constantinopolitano, ac denique numero Episcoporum τ λ η̄. *trecentorum triginta octo*. Liber Synodicus vocat *ἄθεον Σύνοδον Synodum impiam*, indictam post *iniam conspirationem cum Constantino, Anastasii successore, & Episcopis aliis τοῖς παραίθερον vanissimis*. Ab his nempè testibus, qui se *Martyres* aut *Confessores*, ob causam Imaginum, profitentur, suave aut suorum sub Copronymo perpeffiones in Cœlum planctibus & lamentis mittunt, expectes fidam *sincerissimamque*, ut Baronius, narrationem! Et credine vellet fortasse Maimburgius, extrema nuper passis Reformatis in Occitanis, Aquitanis, Xantonibus, toto Regno, post immisos ex orco Dracones, si quæ hi de nupero Cleri Gallicani Confessu, deve Jesuiticâ Societate, per quos petière, perfida & parum Christiana testarentur? Quamvis sanè hoc intersit discriminis, quod priora ista de Synodo Copronymi soli dudum postea hostes, postrema Sol ipse, & fremens Gallia, etiam Pontificia & oculata, omnisque hodie Europa testentur. Sed benè habet, cum Annalium Scriptorem, tum quotquot cum illo sentiunt, Binium, Bellarminum, Pighium, cæteros, istud aliàs de Græcis profiteri, ad Acta Synodi VI. in Honorium: *Græcos generaliter esse corruptores Synodorum; in Sexta Synodi Actis complura desiderari, complura in iis addita, detruncata à Theodoro Constantinopolit. &c.* Quidni pari jure affirmemus de Synodo VII. dùm profert eam cum suis Tarasius Constantinopolit. proferunt soli Græculi, ad reprobendam eam Synodum conjurati? Nempè detruncasse, corrupisse, pro ingenio suo, quicquid libuit.

IX. Verissima autem Synodi Constantinianæ historia, vel ex Adversariis tabulis, ad ista compendio refertur. I. Modus indicendi legitimus fuit, auctori;

Maimb. p. 241. A. DCCLV.

L. 1. p. 284. 286 & seqq.

Ed. Pet. p. 226. &c.

Hist. des Crois.

Ad Ann. DCCLIV. N. LIX. & seqq.

Tama; gini Hist. Monoth. p. 238. Baron. ad Ann. DCCLXXX. N. II. XXXIV. &c.

etoritate Imperatoriâ, quâ & Oecumenica priora omnia. Re etiam cum Episcopis in antecessum communicatâ, missisque sacris iussionibus, *πανόσεβροι θεοπύμοις*, quôcunque mitti potuerunt, & quâ paruit orbis Constantino. II. Convenerunt plures ad hanc Synodum Episcopi, quàm ad priores Oecumenicas, aut ad Synodum vi. sub Constantino Pogonato. Nempè Episcopi cccxxviii. ipso Theophane referente, & Pseudo-Nicænis in Actor. Tomo II. ex omnibus partibus Orientalis Imperii. Nicænam constituerant Episcopi cccxviii. Constantinopolitanam primam Episcopi cl. Ephesinam, dum abessent Afri, & Johannes Antiochenus cum suis, Episcopi haud multo plures cc. Constantinopolitanam secundam sub Justiniano, Episcopi circiter clx. Tertiam denique sub Pogonato, in causa Monotheliticâ, nedùm Episcopi ccc. De abientiâ Romani, aut Patriarcharum Orientis, statim. Undè jure merito se inscripsit, *τῷ ἀγίῳ μεγάλῳ & οἰκουμένῳ ἐβδόμῳ Σύνεδον, Sanctam magnam ac universalem septimam Synodum*. III. Præsides Synodi, ex Theophane, Episcopi duo insignes, *Ephesinus* totius Asiæ Exarchus, & *Pergensis* Pamphyliae Metropoli, mortuo paucis ante diebus Anastasio Constantinopolitano. Et quamvis potuisset Imperator, quod Irene postea in Tarasii exaltatione, Patriarcham primò designare, qui Concilium moderaretur, omniaque ad nutum dirigeret, noluit prudentissimus Princeps. Nec nisi post causam in Synodo disceptatam, à x. Februarii ad vii. Augusti, toto Semestri, electus est præsente Synodo Constantinus, qui finem imponeret. Non is *Laicus* ut mentiuntur, quales postea Tarasius, Nicephorus, sed Episcopus ἔ *Συλαίς*, vel *Συδαίς* *Syllai*, Urbis Pamphyliae, habitu quidem & vitæ genere *Monachus*, nec abjecto tamen illo in ipso Episcopatu. IV. Quod *Pseudo-Acta* Stephani, & *Liber Synodicus* de hoc Constantino mentiuntur, & ex iis securè Maimburgius, fuisse hominem nefarium, ignominiosum, ob scelera ejectum, & motum Episcopatu, *chassé pour sa vie débordée & tout à fait scandaleuse*, nec Theophanes, nec Nicephorus Patr. nec Cedrenus, aut Byzantini alii, infestissimi licèt huic Patriarchæ, referunt. Parumque sanè hujusmodi electione vel Synodo auctoritatis, vel Iconomachiae roboris, addidisset Imperator, imò vim omnem decretorum enervasset. Falsum etiam, quod per *Ἐποκοελμὸν* Jesuita, fuisse hunc Constantinum olim *exigui in Pamphylia oppidi* Episcopum, ne hujus quidem nomine expressio. Siquidem Urbs *Sylant*, malè in Tabulis, aut Notitiis quibusdam, *Silunt*, ad oram maritimam Pamphyliae, una fuerit ex præcipuis hujus Provinciae Urbibus, in quam & jus Metropoliticum transit, ex Notitiis Leonis, Doxopatrii, Byzantini aliis, ἢ *Πέργη*, ἢ *τοὺ Σύλαιον*, *Perga*, aut *Sylant*. V. Tempus impensum examini causæ Imaginariae, non dies fortè pauci, qualiter in Nicæna verè *λησρικῆ*, sed *mensis integri sex*, ex Theophanis & Chronographorum omnium consensione. Sed & ratio hujus examinis, cognoscendi ac definiendi modus, planè fuit comparatus ad exemplum primæ Antiquitatis. Doceant ipsa Acta, vel qualia nituntur fide Nicænorum adversus hanc Synodum cœcuntium. Argumenta adversus Imagines, ut liquet ex Tomo III. iv. v. petuntur ex *ῥαφικαῖς ἢ πατρικαῖς μαρτυρίαις* *Scripturae & Patrum testimoniiis*, atque ex illis primò, tanquam *θεοπύμοις μακαροῖς τε divinitus inspiratis & beatis*, tanquam *petrâ cui essent firmiter inaedificati, & secundum cuius doctrinam* profitentur, ad calcem decretorum, se omnia sua *definiisse*. Quâ de re mox plura. VI. Adde confirmatam totâ hac Synodo, & sæpiùs, atque *ἐμφατικῶς*, omnem doctrinam, omniaque decreta *sex Synodorum Universalium*, tanquam Catholicam fidem, anathemate devotis *Ario*, *Nestorio*,

T. VII.
Conc. à
Col. 298.
530.
Col. 504.
530. &c.

Eutychè, *Severo*, &c. horumque Hæresibus. Sed & fidem omnem Orthodoxam, ut ab Apostolis acceptam, de Naturâ Dei, de Peccato, de Miseriâ, de Redemptione per Christum, de prædictionibus Prophetis, de Incarnatione Verbi, & Unione Naturarum, deque reliquis Fidei Capitibus, Tomo I. & II. exertim declarant, roborant, sanciunt. VII. Adde, neminem in tam numerofo Confessu dissentientem, summoque & vocum & animum concontentu, translatis Episcopis a. d. VIII. Augusti, in Urbem Regiam, & in Basilicam *Blachernarum*, cujus parietes fuerant pridem dealbati, Imaginibus sublatis, acclamatum ab universis: *Omnes ita credimus, omnes idem sapimus, omnes consonanter & ultro subscripsimus, πάντες οὐαινέσαστες & ἀσκησάσαστες*, &c. Rursùs, *Hæc est fides Apostolorum, hæc est fides Patrum!* Ac licet à *Θεολόγω* nomen esset illi Basilicæ in *Blachernis*, sitæ in Urbis angulo, versus Muros, & caput Sinûs Ceratini, qui portum Byzantinum constituit, voluit hoc ipso Imperator, & cum eo Concilium, probare Orbi universo, quemadmodum ex ipso *ἔρω* seu ipsâ definitione Synodi, hanc proscriptionem Imaginum è Locis Sacris, nihil habere in *B. Virginem*, nihil in *Santos* contumeliosi, non magis quàm in Christum ipsum Servatorem. Atque ita terminata hæc VII. Synodus, verè eadem Oecumenica, si ullæ Orientales aliæ, mox publicè ac solenniter promulganda. Constituto etiam antè illius exitum, novo Patriarchâ, quem pro jure Imperatoris præsentavit Synodo Constantinus, additâ ad Constantini M. Theodosii, Marciani, & prædecessorum exemplum, *brevi oratione de iis que ad Religionem attinerent*.

Maimb.
p. 249.

X. In specie verò, quæ se in causâ *Imaginum* hæc Synodus gesserit, quæ de Imaginibus *Christi*, *Virginis*, *Apostolorum*, *Martyrum*, fuerit sententia Patrum, quæ argumenta ex Scripturis, ex Patribus, ex usu Christianorum primævo in medium producerint, quid tandem de illis definiverint, operæ pretium ex Actis ipsis, insertis *Actioni* vi. Nicænae Synodi, summatim cognoscere. Intelliguntur omnia, ex Tomo, (ut vocant) præcipuè *tertio*, *quarto*, *quinto*, & *sexto*. Ordiuntur ab *Imaginem Christi*, accusatâ impietate illorum qui eandem effingerent, cultûs causâ. Argumenta Patrum potissima hæc observo. I. Quædam respiciunt Christum tanquam quoque *Deum*, & respectu suæ *Divinitatis*, inseparabiliter unitæ Carni. Hanc verò spiritualem esse, *ἀκατάληπτον, ἀπερίγραπτον*, minimè confusam Carni, non pingendam adeò, nisi Anthropomorphitarum impietas revocaretur. II. Sed & censent Patres Septimæ Synodi, repræsentare pictas Imagines Christum ut *ψιλὸν ἀνθρώπων purum Hominem*, ejusque *Carnem* effingere *ἀθέωτον sine Deo, ἢ διηρημένῳ & divisam* à Deitate. Sicque ideam Christi formari injuriam ejus Divinitati. Aliàs fore *Imaginem Dei & Hominis* simul, *εἰκόνα Θεῦ ἢ ἀνθρώπου*. III. Planè arbitrantur, hujusmodi Imaginibus Christi *Nestorianismo* tacitè favori, *τῇ Νεστοριανῇ κακοδομῳίᾳ*. Sic enim necesse esse ut dividatur vel *separetur Humanitas à Divinitate*, dùm illa coloribus effingitur sine istâ, quæ effingi nec potest, nec debet. Et ubi Corpus Christi, ibi Deitatem illius esse, quæ etiam *ἐν τῷ πάθῃ ἀχώρητος & ἑμμενεν in ipsâ passione inseparabilis mansit*. IV. Addunt, Christum Servatorem reliquisse nobis *unam* vivifici sui Corporis *Imaginem*, *veram* illam & *ἀψόδοῦ*, in Eucharistiâ scilicet, dùm dixit, *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*. Eandemque non figuratâ Hominis formâ, sed in *panis substantiâ*, in *Eucharistia pane*, quem præcepit offerri *εἰς τύπον ἢ ἀνάμνησιν ἐναργεστάτω, in typum & rememorationem evidentissimam*. Explicatâ simul sententiâ Græcorum, qualiter Panis fiat Corpus Christi, *sanctificatus per Spiritûs Sancti advenum*,

T. VII.
Conc. à
col. 455.

mediante Sacerdote, quâ de opinione Theologi. His ratiociniis addunt Patres argumenta alia, & urgentissima quidem in Tomo iv. Potissima ex Scripturis promunt, seu ex Mose *Deut. v.* de non faciundo Idolo, aut similitudine; seu ex Christo *Joh. I. iv. v.* &c. docente Deum esse Spiritum, à nemine unquam visum, nec in specie ullâ, adorandum in spiritu & veritate &c. seu ex Paulo *Rom. 1. 2 Cor. v.* qui nolit Deum repræsentari sub Imagine corruptibilis Hominis, nec Christum à suis deinceps cognosci *secundum carnem*, sed per fidem ambulari. Subjiciunt Tomo sequente traditionem Ecclesiæ veteris, ac testimonia clarissima Patrum. Quibus sanè *Imagines*, sed in Scripturis S. expressas commendant, hæque cordi insigendas, aut imprimendas memoriæ Christianorum; reliquas verò coloribus effictas pictasque, vel *inutiles* ad spiritualement contemplationem esse docent, vel cum *Idololatriæ* præsentissimo discrimine conjunctas, & omninò non inducendas in Ecclesias, in Cæmeteria. Loca citantur ex Epiphanio Cyprio, Gregorio Theologo, Joh. Chrysofotomo, Athanasio, Amphilochio, Theodotio Ancyrano, Eusebio Pamphili, qui postremus hoc nomine ut Nicænis, sic Baronio, Gretsero, & Gregalibus dicitur in reprobum sensum traditus, vir duplici animo, inconstans, Arianus, in cujus Scriptis varia blasphemias, & quæ apud istos plura. Nec modò *Imagines Christi*, seu cultûs causâ, seu recordationis obtentu, reprobant illi Patres, sed & illas *Virginis, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum*. Licet hi quidem φιλοῦνθρωποι fuerint, puri homines, hinc absque erroris periculo coloribus delineandi, quod urgebant Iconolatræ. Rationes Synodi vii. neque has probantis *Imagines*, religionis causâ pingendas, fuere & solidæ & piæ. Non eas tradidisse Christum vel Apostolos, ac contrâ horum seu doctrinam seu praxim sensim fuisse introductum illud Idololatriæ genus, ἐν προαρχικῇ Χριστιανισμῷ sub specie Christianismi: Esse *Imaginum* earum fabricam *Pagana* imitationis, & ab Ethnicismo profluentem, à moribus δαιμονολάτρων ἐθνῶν, qui spem resurrectionis non haberent, nec Deum adorarent in spiritu & veritate, sed adorarent manufactum: Christianam Ecclesiam, mediam inter *Judaismum* & *Paganismum*, neque *Judaorum Ceremonias* admittere, sacrificia, holocausta, neque *Paganismi Idola*, seu *Imagines*, statuasve, cultûs causâ erectas, nihil adeò ἕξενον quod extraneum esset: Pugnare etiam hanc εἰκονολατρίαν cum ipsâ gloriâ *B. Virginis*, παννυμνῆ superlaudabilis, & excellentioris Coelis, ac Cherubinis, cum ipsâ adeò conditione *Sanctorum*, qui conregnaturi Christo talem honorem non quærant: Imò veriùs ignominia sic affici Sanctos, esse enim eos καθυβρίζειν ἐν αἰδοῦν καὶ νεκρῇ ὕλῃ debonestare in ingloriâ & mortuâ materiâ: Denique pingendos esse Sanctos in nobis ipsis, per animatus quaedam *Imagines*, οἷον ἐμφύχως εἰκόνας, exprimendo virtutes eorundem in Scripturis S. memoratas.

XI. Atque ita hæc Constantiniana Synodus, post longum ac ferium rei examen, ad normam Scripturarum & analogiam Christianæ fidei, & praxim purioris Antiquitatis, tandem Tomo ultimo, tanquam *Spiritus Dei* habens, ad exemplum ἕως αὐτῶν ἀνεccessorum suorum, piè ac Christianè definit. I. Nefas fore ulli καλοποιῶναι εἰκόνα constituisse *Imaginem*, vel aliquam adorare impio studio, aut εἶναι ἐν ἐκκλησίᾳ, ἢ ἐν ἰδιωτικῷ οἴκῳ collocare in Ecclesiâ vel in privata domo, aut etiam κρύψαι abscondere aliquam, nempe metu προσπιωθήσεως adorationis, quò unice respicit tota causæ disceptatio. Atque adeò vult ea Synodus, amoveri deinceps religiosas *Imagines* ab hominum populorumque conspectu, ad præcavendam omnem Idololatriæ speciem. Rationes in summam contrahunt; Si qui contraven-

rint, facturos esse contra *præcepta Dei, Edicta Imperatoria, & Patrum dogmata*. II. Nec tamen eo obtentu, amovendarum scilicet *Imaginum*, sacrilegii ullam speciem à quocunque esse committendam. Atque adeò nulli fas fore, nequidem ἕξενον, *Principum, Præsidum*, immittere manus in *divina Tempia*, in *vasa, vestes, pallas, vela* consecrata, eademque ex Ecclesiis auferre, prudentissimâ sanè ac pientissimâ cautione. III. Subjectâ confessione Orthodoxâ, de S. Trinitate, Divinitate Verbi, Unione Naturarum individuâ & inconfusâ, Sessione Christi à dextris Patris, adventu indè ad Judicium &c. interdicat Veneranda Synodus quibuscunque tandem, χρωμασιν ὑλικοῖς coloribus materialibus ἢ Θεῶν ἢ Θεοῦ λόγον *Divinum illud Dei Verbum*, Christum *Servatorem* effingere. Quærendum enim illum esse ubi sedet à dextris Dei, sed oculis νοεροῖς intelligibilibus, id est animi, fidei, atque ita toto corde adorandum. Nec obtentu Incarnationis, διὰ τὸ σεσαρκῶσθαι, *humanâ formâ* circumscribendum esse λόγον, aut pingendum in *Imagine*; quasi purum *Hominem*, nominando eum *Christum*, quod nomen Deum & *Hominem* significet, inseparabili unione Naturarum; prolixè rejecto à Patribus, & anathemate devoto errore Nestorii. IV. Sic prohibent *Imagines Virginis, universorumque Sanctorum*, tanquam rem vanam, & *Διαβολικῆς μεθοδείας Diabolica seductionis*, ut confiteantur seu illius gloriam, ejusque intercessionem pro fidelibus, seu horum decus, qui sint τίμιοι ἐνώπιον ἢ Θεῶν honorabiles coram Deo, & qui fiduciam etiam habeant ὑπὲρ ἢ κόσμου προσεβῆναι pro mundo intercedere, ἢ τῷ ἐκκλησιαστικῷ ᾠδῶδοσιν, secundum *Ecclesiasticam traditionem*, quam hac quidem parte agnoscunt Synodi Patres. V. Tandem, rejectis erroribus qui cum fide Orthodoxâ pugnant, circâ statum novissimum, *anathema* dicunt omnibus non recepturis *Sanctam hanc & universalem septimam Synodum*, aut innovaturis aliquâ ex parte etiam καινοφωνίας ἢ τοῦ λέξεως ἐφευρέσεως, id est inani distinctionum commento. Quales utique sunt illæ cultûs *latræ, duliæ, hyperduliæ*, adorationis *absolutæ, relativæ*, ac similes deinceps natæ, à Patribus prudenter præcavendæ. Confirmatisque omnibus, animorum, linguarum, ac subscriptionum pari consensione, cum solitis acclamationibus ad *Constantinum & Leonem* Augg. postremò *anathema* dicunt *εὐκολατρίαις, εἰκονολατρίαις, κακοδόμοις, διγνώμοις, ἢ Χελεῖ ὕβρισις*. Nominatim *Germano Constantinopolitano, Georgio Cyprio, & Manzuri* seu *Joh. Damasceno*, ut horum omnium in publico convictis, pari fide & scriptorum & factorum hujus triumviratûs.

XII. Hæc de Synodo Septimâ Græcorum, seu Constantinianâ, seu Iconomachicâ, eò curatius ex ipsâ adversantium Iconolatrarum fide, ut indè intelligatur cum impostura Pseudo-Monachi illius qui *Acta Stephani* confarcinavit, tum ex lutulentis istis fontibus haurientium mala fides; violatæque Historiæ leges, post *Baronium, Binium, Bzovium, Spondanum, Petavium*, reliquos, nuperi *Scriptorum paris Alexandri Maimburgii*que. Omnes in Synodum hanc Septimam, pari furoris æstu, deblaterant ut in Synodum *Ληστικῶν Latrocinalem, Pseudo-Synodum, Hæreticam, Illegitimam, Antichristianam, Conciliabulum, Satana Synagogam, Conventum scelestissimorum hominum*, & si quæ sunt ludibria aut maledicta verborum his graviora. Contra Pseudo-Nicæna & Iconolatrica Synodus, in quâ omnes Synodorum leges ad unam proculcatæ, ut in sequente Historiâ, cælo his efferenda est tanquam *Sacro-sancta, Oecumenica, Magna, Septima Synodus*. Sed Maimburgium ac Natalem audiamus, vel priorem instar omnium, quia ubique jactantem *bonam fidem, sinceritatem, diligentissimum examen, leges Hi-*

P. 247.

*storia servatas, fontes consultos, studium partium ejuratum, & quas alias suarum Scriptionum laudes disertus sui jactator, ac se ipse amans, fortè sine rivali, passim ebuccinat. Primum est, nec Papam interfuisse per legatos suos, neque ullum ex quatuor Patriarchis Orientis, nisi fortè Byzantinum, creandum sub finem Conciliabuli. I. Dissimulat Jesuita, sollicitatos antè Romanos Pontifices ad Synodum Oecumenicam, in causâ Imaginum, certè Gregorium à Leone, sed frustra, istis reluctantis. Quia in Oriente habenda hujusmodi Synodus esset, procul nutu arbitrioque Pontificum, recente adhuc nutanteque Iconolatriâ, & alia quoque molitis Gregoriis, Zachariis, Stephanis, excussionem scilicet jugi Imperatorii. Dixit jam supra Gregorius, quom de Leone Isauro ageretur: *Scriptisti ut Concilium universale cogeretur, & nobis inutilis ea res visa.* Credo equidem, inutilis moliminibus consiliisque Gregorii, ex Iconomachicâ quam vocabat Hæresi promoturus rem suam & B. Petri. II. Subtraxerat se Romanus, & magna pars Italiæ, Orientali Domino Imperioque. Stephanus jam ad Pipinum confugerat, ante indictam Synodum A. DCCLIII. Novembri mense appulsurus in Gallias, ac firmaturus cum Gallo foedus, in Constantinum simul, & in Longobardos, devorato jam spe *Exarchatu Ravennatensi*, tanquam spolio Imperatoris Græci, percussus scilicet anathemate. In Græcos pariter animati Pontifex, Gallus, Itali, Longobardi, quo tempore Aistulphus Exarchatum sibi retineret, Constantino deluso, nec huic alio quam in armis præsidio. Undè fane nequicquam vocandi fuissent ad Synodum omnes isti, etiam Imaginum superstitioni deinceps devoti. III. Sed nec vocari faserat Pontificem, ad placidam disceptationem causæ, ex Scripturâ S. & primâ Antiquitate, qui jam *Judicis* partes usurparat, qui pronunciaverat in hac causâ Imaginum, atque Orientales anathemate percusserrat, etiam Imperio, ut potuit, multaverat. IV. Supponunt τὸ ἀμφισβητέμενον, Synodum nullam haberi pro Oecumenicâ posse, nisi interventu Romani Pontificis, per se aut suos Synodum moderantis. Atqui pro Oecumenicâ habitæ, Constantinopolitana *Prima* sub Theodosio M. & *Secunda* sub Justiniano, à quibus tamen abfuisse Damasum, & Vigilius, nequidem præsentem per legatos suos, Baronius cum suis largiuntur. Sed & disertè Maimburgius, qui in *Tractatu* nupero de Ecclesiâ Romanâ, non modò absentem, sed & adversantem Concilio Papam inducit, tamen pro Oecumenico tum habito, & verè, seu Papa confirmaverit, seu minùs. Undè judicium de *Pseudo-Actis* Stephani, ex quibus de hac Synodo pronunciant Baronius, Binus, cæterique, negantibus citrà auctoritatem *Romani Antistitis res Ecclesiasticas ad normam reduci posse.* Quod ex professio impugnat Maimburgius, in dicto *Tractatu* pluribus exemplis: *Falsissimum*, inquit, *Concilium Generale non posse de Fide decernere sine Papâ.* Adfertque exemplum *Concilii Constantinopolitani Primi*, decernentis contra Macedonium; *Concilii v. decernentis contra tria Capitula; Concilii Constantiensis*, à quo recesserat Johannes xxiii. decernentis etiam contra Papam; *Concilii Basileensis* itidem, omnem sibi auctoritatem decreto vindicantis, etiam sine Eugenio iv.*

XIII. Quod addunt, infirmandæ huic Synodo, abfuisse omnes *Patriarchas Orientis*, planè ad fraudem comparatum est. Nam I. Constantinopolitanus tùm nullus, mortuo nuper *Anastasio* paulo ante coactam Synodum, An. xiii. Constantini, Theophane ipso referente. Et quod neminem ex sibi obnoxiiis, qualiter Tarasium Irene, in cam Sedem evexerit Imperator, qui Synodum ad nutum dominantis moderaretur, argumentum est candoris pru-

dentæque Constantini. II. Patriarchæ reliqui, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, oppressi tùm fuere Saracenorum jugo, quorum pars Ægyptum, altera Palæstinam & Syriam, ad Amanum usque, occuparet. Docent Byzantini, Saracenicæ Historia, Marmolius, reliqui. Undè bella cum Saracenis, ut deinceps cum Bulgaris, acerrima Constantino. Igitur nec vocari Patriarchæ isti ad Synodum, nec adesse potuerunt. Quod dùm dissimulant hoc in loco Theophanes, Cedrenus, ac quotquot hypothèsis deserviunt, accusatâ horum *Patriarcharum absentia*, produnt in his ut in reliquis candorem. Et Pseudo-Stephanus ille, quem Theophanes dicit *annos LX. in clausurâ exegisse*, seu in cellulâ, in Bithyniæ quodam deserto, quâ fide, quibus documentis testari potuit, quod ex Pseudo-Actis ejus promit Baronius, *nec Romanum gratum* *habuisse Concilium, nec Alexandrinum comprobasse, nec Antiochenum, nec denique Hierosolymitanum?* Quamvis in Syriæ partibus, quibus præfuit Theodorus Antiochenus, & in Cypro Insulâ, cui Georgius ille Cyprius, anathemate feriendus, fautores Imaginum fortasse fuisse aliquos, haud ægrè largiamur, hoc ipso *Schismaticos, & refractarios*: sed horum absentiam non præjudicare Concilio Oecumenico, Tridentinæ Synodi defensores contendunt, & Maimburgius in citato Opusculo. III. Ast verò, C. XIII. annon iidem trium Sedium Patriarchæ, eademque P. 211. de causâ, jugo durissimo pressi, absuerunt ab Oecumenicis aliis? Non illi certè in Synodo *Quinisextâ*, nec per se nec per Vicarios, quæ quandoque Græcis est Septima Synodus, & Eutychio Patriarchidi in Annalibus, sub Justiniano II. Et tamen ab ipsis Iconolatriis, uti à Græcis omnibus, pro *Universali* habita fuit, etiam ab illis ipsis Monachis Palæstinis, in Literis ad Tarasium scriptis. De hac enim Synodo loquuntur, ut reddidit ipse Anastasius: *Hoc autem subtilissimum est considerandum, etiam ab ipsâ sacrâ & venerabili sextâ Synodo, in quâ nullus eorum, qui per idem tempus in his partibus Episcopi erant, convenisse reperitur est, &c.* Sed nullum NB. ex hoc *Sanctæ adbasit Synodo præjudicium, neque secuta est prohibitio aliqua statuendi, & quæ legas ibi plura.* Quamquam hæc ipsa Synodus Latinis hodiernis *Conciliabulum* audit, de quâ re nos in *Historia* ad Sæcu- C. VIII. lum VII. plenissimè. Sed quoque nullos interfuisse Patriarchas Orientis in *Pseudo-Nicanâ* Iconolatricâ, quicquid clament, infra demonstramus. Imò ab *Ephesinâ* decernente contra Nestorium aberat primò Romanus, Antiochenus, Constantinopolitanus, ut ex Actis Ephesinis constat, Oecumenicâ tamen. IV. Denique ut Synodus legitima, ut sancta, ut Oecumenica habeatur, non hujus vel illius Episcopi, aut Patriarchæ, seu præsentia seu absentia respici debet. Benè coëuntium Ecclesiarum numerus, quâ latè tunc patuit Imperium *Orientis, & Oecumenici* Patriarchæ Constantinopolitani districtus. Cum primis verò legitima convocatio, legitimus procedendi ac definiendi modus, doctrina Catholica, seu quæ ex Scripturis, Patribus, & Conciliis Oecumenicis prioribus asserta ac confirmata intelligitur.

XIV. Reliqua quæ adversus hanc Synodum evomunt, suapte concidunt. Ex causâ, debacchatio illa in *Constantinum* novum Patriarcham, productum ab Imperatore in ambonem, antè definitionem promulgationemque Synodi, quâ de re dictum supra est. Sic, quod urget Jesuita nuperus, *Hæc Sec. preparata fuisse in Palatio decreta Synodi, antequam N. II. formam debitam in Confessu acciperent.* Quasi verò non id potiori jure quadret in decreta Nicæni Conciliabuli, paucis diebus atque sessionibus terminandi, à fine Sept. ad XII. Octobr. & in quo omnia tumultuariè, confusè, ac pro Tarasii libidine,

C. XI.
XVII.
XXIII.Baron ad
A.
DCCLIV.
N. XXX.
C. XXIII.
p. m. 225.
&c.T. VII.
Conc.
col. 175.

C. VIII.

T. VII.
Conc.
col. 459.

L. II.
p. 179.

Ad Szc.
VIII.
T. XIV.
p. 76.

perpetuò *αἴγλης*, τὸς *αἴγλης*, à Patribus nuncupari, tanquam à Deo honoratos τῶ *ἀξιομαθῆ* & *ἀγιότητι* & axiomaticè Sanctitatis? Annon & B. Virginem, ut τὴν *αἴγλιαν*, τὴν *παργίαν*, vel *παρὰμωμον*, *ἀεπαρθέρον*, planè Sanctam & immaculatam, semper Virginem, aliisque encomiis ornatam inducunt? Et quæ frons impostori isti fuit, aut qui jam Baronio pudor, Maimburgiove; Sanctorum glorioso titulo ornari velet Constantinus? Sed & ad reliqua Baronio descripta quis non attonitus hæreat? Concilium hoc sex priorum Conciliorum Sanctiones abrogasse; In omnibus Templis, ubi congregata ista fuerant, Imagines pictas fuisse, scilicet Christi, Deigenitricis, Apostolorum, Martyrum; Sed & Patres hujus Septimi asseruisse Dei genitricem inutilem rem esse, omnis commodi experientem, nihil in illâ præsidii esse; Imò, ut ipse Baronius, nefandum eos Canonem edidisse, quo negarunt non solum Sanctos omnes, sed & ipsam Deiparam aliquid juris habere post obitum, ad intercedendum pro nobis. Ad quæ Natalis Alexander, Deceptus est Doctissimus Cardinalis Baronius, cum scripsit Synodi Pseudo-Septimæ Antistes edidisse nefandum eum Canonem. Imò oppositum isti Canoni statuisse modò docebimus, in discussione historica eorum quæ Copronymo impudentissimè simul ac contumeliosissimè attributa sunt.

SECTIO IV.

BREVIARIUM.

Continuatio calumniarum in Constantinum. Undè Magia accusatio? Nestorianismi & Arianismi altera. Falsitas demonstrata. Sed & origo. Maimburgius confitens. An Blasphemus in Virginem, aut contumeliosus in Sanctos Copronymus? Rei examen. Vindicta Imperatoris. Quid de iis statuerit Princeps. Quid improbaris. Factum ejus emblematicum explicatum. Epiphaniæ sententia collata cum illâ Constantini. Accusatio crudelitatis. Persecutionem in Monachos qualiter describant. Baronius, Maimburgius ad partes vocati. Rei totius veritas aperienda. Imagines post Synodum Septimam in Oriente abolita. Monachorum hinc indignatio, furor. Hinc & pœna. Persecutionis Monachalis prima causa Maimburgio, Impietas Principis. Dire Jesuitæ voces. Scriptorum furor. *Ἐπίκρισις* aqua. Excessus in ministris Constantini. Draconis Præfelli, & legionis Asiaticæ Barbaries Maimburgio descripta. Non expressior unquam effigies Draconum hodie Converterorum. Observatio Auctoris. Causa altera persecutionum ex mente Jesuitæ. Odium Dei Christi, Virginis, Sanctorum, Castitatis. In accusatorem retorta accusatio. Causa Monachorum, in quos animatus Constantinus, & Reformatorum in quos Maimburgius Reges accendit, facta collatio. Immane discrimen. Rebellionum seditionumque Monachalium exempla quadam. Andreas Calybites. Stephanus Junior. Petrus Stylita. Quo hi jure Martyres. Crudelior Copronymo Stephanus IV. Papa. Barbaries Roma exercita A. DCCLXVIII. Nova causa furoris Constantini. Amissus Exarchatus. Hujus historia, & limites. Pontificum successivè molissima adversus Græcos. Et Longobardos. Donatio Pipiniana. Hujus veritas & circumstantia. Sed & iniquitas. Græci reclamantes. Legatio Constantini ad Pipinum. Finis legationis, falso Jesuita. Synodus Gallicana in causâ præcipuè Imaginum, A. DCCLXVII. Ejus accuratior Historia. An Imaginum cultum sanxerit? Rei falsitas pluribus evicta. Maimburgii circa hanc Synodum fraudes varia. In aperta luce posita. Synodus Romana A. DCCLXIX. Causa Imaginum ut diu Roma neglecta. Quid unum agerent Pontifices. Mox & Hadrianus I. De donatione Caroli Regis. Vera à falsis secreta. Que sibi retinuerint Franci. Constitutio Ludovici Pii supposititia. De Synodo Romanâ pressius. Certa ab incertis distincta. Maimburgii rursus pessima fides. Varia hujus documenta. Episcopos Gallorum non accessisse adorationi Imaginum. Gregorius I.

& Ambrosius vindicati, adversus assertum Jesuitæ. Epistola Patriarcharum Orientis commentitia. Que interea Roma gesta ad mortem Constantini. Hujus novissima. Ut describant illa Maimburgius & Baronius. Memoria Principis restituta. An morbus Constantini, plaga *θελῆλα*? Vanitas rei demonstrata. Retorsio de mortibus Persecutorum superiore seculo. Calumnia immanes. An Copronymus blasphemias confessus sit? An se æternis ignibus damnatum? Par fors Car. Martelli, que Constantini. An cultum B. Virginis penitens injunxerit? An facta sua revocaverit? Omnium falsitas exposita publica luci. Argumentum evidens adversus Iconodulos. Constantini fatum fuit, quod Orthodoxorum, & Christianorum ab ævo. Calumnia in Reformatos ævo superiore.

Porro ex Actis descriptæ modò Synodi, qualia etiam interpolantur pro arbitrio suo Iconoduli, maledicta reliqua mendaciaque adversariorum Constantini-Copronymi retundenda veniunt. Suprà vidimus, infortunatum hunc Principem, quia tot flagraturum odiis, ac maledicis calamis confodiendum post fata, accusatum fuisse Magia, intantationum, prestigiarum, invocatorum Demonum, evocatorumque Manium. Præterea postulatum Nestoriana, Ariana, Sociniana hodiernæ impietatis, ac blasphemiarum in Christum, in Mariam, in Sanctos Dei. Omnium instar nobis jam esto Ludov. Maimburgius, cum suo Natali Alexandro, pari insectandi in utroque libidine. Magus scilicet Constantinus; aut invocator Demonum! Fateor, præverunt utcumque Theophanes, Cedrenus, Zonaras, Miscella. Nihil verò hujusmodi Nicephorus Patr. in Breviario Historico, imò ne Fragmentum illud quidem ex Theophane, de quo supra, seu declamatio in Constantinum. De Magiâ Constantini, seu vivo Patre, seu eo sublato, nihil in Vitâ aut Operibus Damasceni, nihil apud Michaëlem Monachum in Vitâ Studitæ, Michaëlem Glycam in Annalibus, Sigebertum in Chronico, complures alios acerbissimos in Principem utrumque. Sed nec vestigium rei ullum, in omni Historiâ Leonis Isauri, seu ante nuptias Constantini cum Irene, seu post easdem. Neque etiam exprobrasse tantum nefas leguntur, aut Artabasdus invalor tyrannidis, aut Nicæni, aut Romani Pontifices. Sed Magus ille scilicet, cujus auspiciis omnis Idololatria species profligata, adoratio unius Dei Trinitati sancita, ac Sex Synodorum Universalium fides, omnisque Orthodoxia prioris ævi, solemni Sacramento firmata roborataque fuit! Docent Canones, ac definitiones ad calcem Synodi Septimæ. Inquies, undè atrocitas accusationis? Ex superiori nempe commento de bestiarum cruore, viscerum excitationibus, aut equinis stercoreibus, quibus impensè delectaretur Princeps Juventutis. Hæc jam interpretati mendaces Græculi de haruspicinâ, & extispiciis, hinc divinandi arte, omnique adeò *μαγείας* & *μαντείας* specie. Nec vellent profectò Maimburgius, aut Natalis, Magos fuisse, invocatoresque Demonum, omnes eos Romæ Pontifices, quos indè à Sylvestro II. aut Benedicto IX. hoc stigmatem notarunt Chronographi, aut qui Pontificum Vitas tradiderunt.

II. Num fortassè vero proprior criminatio est, negatæ à Constantino aut Divinitatis Filii, aut sententiæ Catholicæ contra Nestorium? Nihil tamen certius, si Maimburgio aut Natali fides est. Imò nihil hoc de Principe mendacius effèri potuit. Legantur modò expressissimi Canones Synodi Constantinianæ, VI. IX. X. & sequentes, pro S. Trinitate, Divinitate Filii, indivisibili Naturarum unione, Mariæ *κρείως* & *ἀληθῶς* Θεοτόκῳ, propriè ac verè Dei genitricis. Legantur Acta Synodi, ipsaque mox Synodi clausula, & exclamationes Patrum. Ac mirare, quisquis es, frontem animumque Monachorum! Quinimò

Hist.
Icon. Ed.
tert.
p. 196.
206. 296.
300. 339.
355. &c.
Szc. VIII.
C. II.
Art. I.
C. VI.
Art. IV.

T. VII.
Concil.
col. 514.
515. 519.
&c.

in

olim Matris in utero præfens, unde ἀγαθίας foētus Elifabethæ, non ad Mariæ ipsius, sed ad Christi aduentum, ita Maldonatus. Hinc Θεοτόκον naturâ suâ nihil differre à cæteris mulieribus, nec esse pari honore Matrem prosequendam, quo Filius quem gessasset utero. Aliàs controversia nulla fuit de honore Mariæ deferendo, eandemque τιμᾶσθαι honorari supra omnem aliam creaturam, ipse decerni voluit Constantinus in Synodo VII. Ac planè ita Epiphanius (cui, vel ex citandis modo, falso inscribitur sermo Mariolatricus, ἐγκώμιον εἰς τὴν Θεοτόκον) adversus Collyridianos Hæresi LXXIX. Ἐν τιμῇ ἕσω Μαρία, ὁ ἡ Πατήρ, ἡ Υἱός, ἡ ἅγιον Πνεῦμα προσκυνεῖσθαι, τὴν Μαρίαν μηδεὶς προσκυνεῖτω. *Honoretur sicut Maria, Pater verò, Filius, & Spiritus S. adorantur: Mariam adorare nemo velis.* Paulo ante idem Epiphanius: Ναὶ μὴ ἅγιον τὸ σῶμα τῆς Μαρίας, ἡ μὴ Θεός. *Sanctum erat Maria corpus fateor, non tamen Deus illa fuit.* Mox: Ἀπὸ τῆς Γῆς ἢ ἡμεῖς εἰ σοὶ; μή τινες νομίσωσι πλεονόστερον εἶναι τὴν ἁγίαν Παρθένον, γυναικὰ ταύτην κέκληκεν; ὡς προφητῶν, ἡ μελλόντων ἕσεσθαι τῆς γῆς σχισμάτων, &c. *Quid mihi, inquit, & tibi mulier? Ne quis B. Virginem excellentioris alicujus natura esse credamus, (quod ipsum supra Copronymus) eoque vocabulo, quasi vaticinans, ad ea Schismata Hæresisque refutandas usus est, quas in Orbe terrarum olim excitandas cognoverat.* Rursus; εἰ τὸ Ἀγγέλου προσκυνεῖσθαι ἡ θεῖον, πόσῳ μᾶλλον τὴν ἀπὸ Ἀννης γεννηθεῖσθαι; *Nam ne Angelos adorari permittit, quanto minus id Anna filia tribui concesserit? Mitimus reliqua, quæ ad unum omnia Petavio in Animadversionibus fuere dissimulanda.* Conferat nunc Lector ista Epiphanius cum superioribus Constantini Imperatoris, & cum doctrinâ ac praxi Pontificiâ, foedâque Μαριουλαεία, & judicet, qui propius ad *Sacrilegium & Hæresim* accedant, Copronymus an Maimburgius? Nihil enim Epiphanius de λατρεία dixerat, sed de προσκυνήσει tantum, quam nec Angelis, nec Mariæ Θεοτόκῳ, ut ejusdem cum mulieribus cæteris naturæ, absque sacrilegii crimine deferri posse pronunciat, quæ quidem Jesuitæ nostro *execranda impietas est.* Imò verò *execranda hæc omnis* in iis qui Historicorum nomen mentiuntur, & efræna maledicendi licentia est, in iis quæ ad Constantinum attinent. Sed modum omnem excessura, in describendis extremis hujus Imperatoris, ubi plurâ de *blasphemis* in Mariam, ad calcem hujus Perioches.

V. Succedant nempè atrocia facta hujus Principis, *Cruelitas & Barbaries* in fideles exercita, *raptati passim Catholici* seu cultores Imaginum, *membris mutilati, orbati luminibus, excarnificati, tosti, fustibus contusi, in profundum præcipitati, omni genere contumeliarum & suppliciorum affecti*, ac cumprimis *Monachi & Moniales*, quorum persecutionem refert Jesuita, ad Annum Æræ vulg. DCCLXIX. Baronius recruduisse persecutionem in *Orthodoxos Christianos*, Anno DCCLXI. Sed observabimus inprimis posteriorem Baronio cæterisque Maimburgium. Ut Lectorem suum illiciat, ac perfundat voluptate quâdam, *pour donner le plaisir du Roman*, ut ipse supra, præter ea quæ mentiti Byzantini, fingit de suo non pauca, ἐτυμοῖσιν ὁμοία. Illinc quidem in Principe efferatos animi motus, impias voces, ac caninam quandam in Viros scilicet sanctissimos rabiem; hinc in Monachis nocturnas, assiduasque preces, orationes patheticas, constantiam qualem sub Deciis, vel Diocletianis, crebris portentis ac miraculis illustrem. Et una horum omnium penes ipsos fides est, promptorum maximam partem ex *Actis apocryphis*, impostorumque tabulis, de Passionibus *Martyrum* sub utroque Principe. Ne ipso Petavio, & Doctissimis quibusque, ausis diffiteri, multa quæ sub *Nicephori-Patriarchæ, Theophanis, Pauli Diaconi, Ce-*

areni &c. nominibus leguntur, sæpè à posterioribus adjecta, aut de cætero interpolata fuisse. Ac quod Jesuita *Fragmentum* addidit ad Ἰσορίαν Σύντομον tanquam Nicephori, prodit (ut supra) non tam in Constantino ipso, quam adversus Constantinum in Scriptore furorem quendam, & ex stylo declamatorem exulceratâ mente, veriùs quàm Historicum. Quid dicendum jam de Annalium scriptore Baronio? Eò certè avidius hausit his ex fontibus, quod utrique Imperatori, Leoni & Constantino, fuere gravia cum *Romanis Pontificibus* certamina, à quibus indigna omnia & dura passos esse Principes, ex parte jam visum. Id causæ factis Baronio lacerandæ memoriæ utriusque. Hinc declamationes, exaggerationes, imprecationum diræ, & gravis improbis Capitibus tellus. Hinc si qui *terra motus*, familiares in iis Orientis partibus, si quæ pestes depopulatæ ac contagia morborum, si quæ illatæ Imperio *clades*, si quæ minùs felices adversus *Barbaros* expeditiones, si quæ *prodigia* ab imperitis vulgata aut mulierculis, si quo morbo invasi ipsi Principes, *aqua intercutis* puta, *dysenteria*, aut *febris maligna*, &c. omnia protinùs adscribenda vindici in scelerata Imperatorum capita Numini. Et cur scelerata? Ob subtractas *adorationis* picturas, tabulas, & sublata *cultus* superstitionis objecta. Vel ob coërcitam Monachorum turbam, passim seditio- nis plebum excitantium, & ruentium præ cæteris omnibus infani furore in assertionem Imaginum, an Idolorum, ex quo evaserant foedissimæ superstitionis, & religiosæ προσκυνήσεως objecta. Adhæc sub specie sanctitatis, & sacræ vestis larvâ, quam *Tenebrarum indumentum* appellasse Constantinum referunt, quum imponi Populis cerneret Imperator, ac delitescere ut plurimum, sub eo mantello, nequitia scelerumque semina, hinc nata ea quam vocant *persecutio*, de quâ paucis referendum.

VI. Post decretum Constantinianæ Synodi, oppressa in Oriente Iconomania videbatur. Roma verò parùm de Synodi illius definitionibus sollicita fuit, sub Stephano III. & Paulo I. Nec enim Concilium ullum oppositum legitur Synodo illi Septimæ, pro Oecumenicâ quantumvis habitæ, antè Concilium Romanum sub Stephano IV. Anno Æræ Dionys. DCCLXIX. Imò Constantino plurimus adhuc honos habitus fuit, ut *piissimo* Augusto, ex scriptis ad eum Româ Epistolis, missisque Legatis, apud Anastasium, quibus *Imperialem Clementiam* Stephanus supplex orabat, ut sibi & Italiæ succurreret. Tunc enim unum Pontificibus studium, *Exarchatu* pellere Longobardos, Pipini tandem donatione vendicando Romanæ sedi, & in Petri Paulique patrimonium convertendo. Undè Aistulphus Longobardorum Rex, quantumvis Imaginum cultor, quia tamen sibi Exarchatus dominium invaserat, post mortem Rachisis, pari loco habendus fuit quo *Gentilis* quispiam, hinc in Literis Pauli Pontif. apud Baronium, post Pipinianam donationem, dicitur Exarchatus redemptus *de manibus Gentium*. Quod factum est sub Stephano III. ad Pipinum in Gallias profecto, quâ de re etiam infra, & *Historia* nostrâ ad res Sæculi VIII. Igitur ut hæreamus in Oriente, angusta illa fuere ac remotiora terrarum spatia, quæ ab *Hæresi Copronymi*, ab ejus veneno, ita Græculi, pura intactaque remanerent, id est quæ Imagines adorarent. Dixerint Pseudo-Acta Stephani Junioris, citante Baronio, ad Annum DCCLV. Nullum ista Monachis perfugium tunc novè, quàm in regionibus Barbaris ferè trans *Euxinum*, & ad Mæotida Paludem; aut in *Italia* locis ab Orientali Imperio avulsis; aut in *Lycia Provincia* montosis climatibus, & in *Cypriâ Insulâ*, ac Phœniciaë maritimis locis, versus *Tyrum & Joppam*. Non *Antiochæno*, non *Alexandrino*, non *Hierosolymitano* sub-

T. I.
p. 1064.
1065.

Ibid.
p. 1061.
1062.

L. II.
p. 199.

L. III.
p. 336.
T. IX.
N. XV.
& seq.

Ad Ann.
DCCLX.
N. I.

N. L.

subjeatæ Sedes inter Iconodulas referuntur, neque passuri tùm Saraceni. Quo factum est, ut ad dictissima superstitionibus Monachorum, toto Oriente pullulantium, turba passim fureret, horumque antesignani & calidiores, in ipsum Principem, in ejus Edicta, in Ministros, seditiosi ac rebelles insurgerent. Atque hinc animadversiones, exilia, supplicia, probra, ac pœnæ de contumacibus sumptæ, tandemque Monachismi proscriptio, quandoquidem Monasteria essent religiosarum Imaginum, scædæ *περὶ εἰκονομασίας*, interdictæ novissimis Canonibus, & conspirationum adversus publicam tranquillitatem, quædam receptacula. Referunt hujus Monachalis persecutionis æstum, ad Annum Constantini xxv. & xxvi. ita Theophanes, id est, Æræ Vulg. DCCLXVI. & DCCLXVII. continuandæ annis sequentibus. In cujus persecutionis historiam, tragicis vocibus memorandæ, multisque in Copronymum maledictis jactatis, prolixi sunt Nicephorus Patr. Theophanes, Cedrenus, Pseudo-Acta Martyrum, &c. At prolixior iniquiorque cæteris est *Iconoclastica Historia* confarinator nuperus Maimburgius. Utque ingenuum se Historicum sincerumque iste demonstraret, duo sibi faciendæ esse censuit. Primò, ut ejus quam fingit in Constantino, adversum Monachos *λυτήσιος*, revera indignationis, causas ex se comminisceretur, invidiosissimas sanè, sed & ex dicendis modò falsissimas. Deinde, ut in atrocioribus quibusdam factis recensendis, cum augeret omnia, ac paratragœdiaret more suo, tùm in Principem ipsum, ejusque barbariem atque impietatem, magis quam in eos quos vocat *Carnifices, Infernales furias, Dracones* hodie dicunt, culpam omnem conjiceret.

VII. Igitur inter causas accensæ bilis in Copronymo, quas refert Jesuita, primum locum obtinent, & horret animus memorasse; *Impietas Principis, peccatorum cumulus, induratio, animi rancor, furor, perfidia, crudelitas, quotidiana quibus se volutaret libidines, passionum vehementia, vita infamæ, actiones execranda, detestanda facinora*, quibus etiam alios invitos implicaret. Hinc *metus ne illorum vel conscii vel complices ea propalarent*, ne etiam essent *Viri pii, verè conversi, & Confessores, qui suis ad Deum gemitibus quotidie tot horrenda crimina deserent*. Hæc ille, & multo plura ac graviora, lacerandæ horrendum in modum personæ Principis, sui que Iconolatriæ & Mariolatris ut placerent quas faceret ipse fabellas. Undè claudit: *Princeps fuit, absque contradictione, quo sceleratorem brutalisoremque alium Historiæ veritas transmisit nullum ad posteritatem. Nullum genus est flagitiorum, & abominationum, cujus semet non reum constituerit, nullo unquam in ipso vel minima virtutis vestigio observato, que opponi tot criminibus possit. Atque ita, postquam Antiochum amulatus est, in opprimendâ fidelibus omni genere calamitatum, parem cum eo vita exitum sortitus est. Stupe Lector quisquis tandem es, ac cogita annon Scriptoris verius illa furorem prodant, quam Principis. Certè nemo extra partes constitutus istud non largietur, haud extremæ modò imprudentiæ esse, sed & projectæ in Historico maledicentiæ, ut mollissimè dicam, perfodere ac profcindere supremum Orbis Caput, eo genere accusationum ac probrorum quibus in solâ affirmantium libidine, ac juratorum hostium conspiratione, contra fidem certioris Historiæ, fundamentum est.*

De Constantini factis, meritisque laudibus, supra ex Nicephoro ipso Patriarchâ, & ex adversantium fide, occupatum est, quò redeat Lector. Nunc, si Maimburgium audis, rabie fera corda Principis tument, est aliquid Hydrâ potius hujus scelerati dolor, & tempore non alio sævior campis erravit Leæna, catulorum suorum oblita, quam grassatur Copronymus, cum in Urbe Regiâ, tùm in Provin-

Tom. II.

ciis ipsis, solâ scelerum conscientia, & perditæ ulceratæque ac desperantis mentis furore.

VIII. Primò quidem eâ nos sumus æquitate, ut si quæ durius à Principe statuta, in pertinaces seu Iconolatrias seu Monachos, quandoque damnandos plectendosve aliorum crimine, vellemus non factum. Eradicanda fuere fateor Idololatriæ & superstitionis semina, hinc validæ manus, fortia consilia. Ac prohibebantur modò quæ nihil facerent ad essentiam Religionis, falsis infra Petavio Sect. v. & Maimburgio, ad offensionem autem plurimum. Undè quo contumacior turba fuit, & in Principem animosior, hoc ferociore in Principe animi. Nec semper tamen frangas, vires tuas experiundo, quod flectere non potes. Curandi ægroti, & malè affecti, non mactandi, undè illud væ Propheticum, quia *vi dominamini in oves morbias*, & Ezech. per *sevitiam!* Secundò, indubium esse debet, post ante observata, innumera quæ commemorantur ut de Leone, sic de Constantino filio, horrendas cumprimis cædes ac strages editas, solo *Iconolatriæ* nomine, commenta esse Monachorum. Nesævissimus quidem *Michael* deinceps legitur cædibus, sed magis exiliis, flagris, in eos animadvertisse, apud Ciropalatem, aut Cedrenum. Tertio, non illicò imputanda fuere Constantino, quæcunque per Ministros, aut legionarios immitiùs violentiusque perpetrata. Saltem fuisse qui in Provinciis, procul Aulâ Copronymi, hujus mandata *excederent*, ut barbarus miles consuevit, ne ipse alicubi inficiatur Jesuita. Exemplum in *Dracone* isto luculentum, re & nomine tali, Præfecto *Thrace* *τῷ θεματὶ, themati*, seu *τῷ τάγματι*, id est, militiæ dispositæ per *Lydiam, Ioniam, Cariam, Mæonas, Mysiorum Thracum olim Colonias*, undè *Thrace* *Thracensium nomen*. De hoc Duce prolixè Cedrenus ad Annum xxv. Copronymi, sed prolixius auctiusque pro jure suo Maimburgius. Et hîc Lectorum fidem appellamus, annon *Dracones* suos Gallos, nuper in miseram & innocuam gentem effusos, verius quam *Draconem* illum Asiaticum, graphicè expressos voluerit Jesuita. *Solutis* (inquit) *furiis* Draco ille *similis factus*, qui & *κατανοθεύων*, convocatos in unum, patente loco, *Monachos Monialesque, aut stolam & uxorem eligere extemplo jussit, ex mandato Regis, id est professionem ejurare, aut eligere mutilationem & exilium. Si qui imbelles adeo & molles, amore seculi, ut cederent Tyranni violentiæ, perfidia premium blanditiæ fuerunt, cæteris irresiendis. Si qui verò Principis obsequio Dei illud anteponerent, essetque Fides Vita potior, (sic ille, quum de habitantibus tantum vitæque genere Monachali ageretur) in hos immissi Carnifices, qui barbarâ crudelitate diriperent ac divenderent omnem suppellectilem, vasa, ornamenta, greges, libros, facultates, & quicquid sacrum illis esset ac pretiosum. Si qui autem ederent constantia sua signa, tanquam rebelles in Principem afficiendi omni genere cruciatuum. Vivi flammis ustulati, cuse illiti, & crinibus, igni admoti ac semitosti; fugientes etiam ex desertis, cavernis, abditisque locis retracti, flagris aut morte sævum in modum mulctandi. Quidquid excogitari potuit suppliciorum tormentorumque, NB. sed tamen non mori possent, in miseros adhibitum. Donec planè exterminaretur in iis partibus nomen Monachi, conversis omnibus ad Saculum. Ac postea cum has Conversiones placere Principi, (etiam gratias acturo Draconi Præfecto, tanquam qui omnium maximè effectum dedisset quod intenderat) compertum esset, par in Provinciis reliquis barbaries exercita. Duces omnes certatim, fidei zeli specie, re ipsâ Principi ut placerent, conversiones Monachorum promovere. Ipse tandem Patriarcha Nicetas, reverâ sub habitu & nomine Archi-Præsulis, primus Regionum mancipiorum, ne vestigijs superesse voluit damnata à Principe Religionis. Et hoc mollium*

Ccc

Epi

Episcoporum ingenium est, qui produunt Characterem suum, trahissent leur caractère, ut fœdè serviant passionibus Principum, quorum Patres esse debuerant, & ad seva quaque & abjecta se transversos agi patiantur, Domino ne displiceant. Sed tandem servitutis premium referunt, contemptum & odium. Hæc Maimburgius, non Historicus verè geitorum sub Constantino, addit enim ubique ad Theophanem, Miscellam, Cedrenum ipsum, sed Vates eorum quæ mox, ministris *Draconibus*, in Galliâ suâ faciendâ esse cogoverat, fieri posse negasset nuper Europæus Orbis. Si quid discrepantiæ est, observatur illa multiplex, & in *Causâ* hodie diversissimâ, nec enim de omittendis Adiphoris agitur; & in novo atque inaudito prorsus genere *Cruciatuum*; & in *Personis* ab ipsâ barbarie oppressis. Non hæc jam rebellantes aut seditiosi vel immodicæ superstitionis Monachi, Cuculli infano studio, & Imaginum. Sed innocui fidelissimique toto Regno subditi; Muliercularum, Virginum, Matronarum, Senum, Infantum myriades; divulsi à Patribus Liberi, à Liberis Patres, Mariti ab Uxoribus, à Maritis Conjuges; quorum omnium tenerrima aut *Corpora* excarnificata, aut *Vincula* æternum disrumpita, aut *Conscientia* adorare per vim Creaturam ac Romam adactæ. Neque tamen aut maximo Regum imputare sustinent hi miseri quæ perpetiuntur singula, aut maledictis, quod absit! proscindunt perionam Principis. Diderunt illud, *non maledices Principi populi tui.* Hic verò Jesuita in Constantinum Imperatorem conjicit omnem barbariem, sed & ultimæ maledicentiæ fræna laxat, in quem quidvis harum rerum conveniat quæ sunt dicta in

Monstrum nullâ virtute redemptum

A Vitio.

IX. Sed inhærendum adhuc nonnihil est causis excitatæ à Constantino persecutionis Monachalis. Maimburgius factum odio *Dei, Christi, Virginis, Sanctorum*, ferre nescio Constantino honorem illis habitum. Quæ calumnia jam superius retusa est, ex Actis Nicænis, ipsâque adversantium testificatione. Aliud longè est, indignatum Constantinum, sed & Synodi vii. Patres, in *invocantes Sacro-Sanctum Nomen Virginis*, deferentes Creaturis honorem divinum, Imaginibus aut Reliquiis adorationem, precibus ad Mariam aut Sanctos directis, S. Sancto istius Nominis religiosè appellato, implorato auxilio, virtute divinâ adscriptâ, votis nuncupatis, Pseudo-Miraculis affectis. Dixerit Theophanes in hujus Persecutionis serie: *Preces ad S. Virginem Deiparam, omnesque Sanctos, aut scriptis aut mente conceptas, ex quibus πᾶσα βοήθεια πρυάξει auxilium omne scaturit, tanquam inuiles, πανταχῶς ἀποκρηνύλων ubique interdictas illam vocem, Θεοτόκε βοήθει, O Dei genitrix adjuva!* Ubi verò hujusmodi preces concipere, cum fiduciâ in Virginem, Sanctos, Creaturas, aut Christum jusserrat, aut Apostoli præceperant, aut suo exemplo primi Christianorum docuerant? Sed, ex Maimburgianâ hypothesi, *uiles* quidem illæ preces, sic *uiles* Imaginum usus, necessaria ista minime, nec essentialia Religioni, ac nullâ lege imperata, noxia verò plurimum ob *indiscretum cultum*, de quo querelæ etiam medio in Papatu. Quæ nunc, obsecro! major vel in Principe impietas, jubente ad Deum, ad Christum confugere precibus, adoratione, fiduciâ; vel in Monachis pertinacia, cælum terræ miscentibus, omniaque seditionibus, turbis, clamoribus impleturis, pictarum Imaginum & cultus non necessarij, nec divinitus imperati, unâ causâ. Itâ, quod ut rem atrocissimam omnes isti referunt, Monachos jungi uxoribus, Moniales maritis jussit, *legitimis nuptiis*, atque individuâ vitæ

consuetudine, ex Dei Christique instituto. Hinc Patriarcham Constantinum, olim Monachum, Theoph. P. 368. Theophane referente, *ἐπειρὸς persuasit fieri σεφάιντω*, seu Maritum, coronâ nuptiali redimitum, relicto habitu Monachali, & Asceticæ vitæ genere. Sic in publico aliquando produci Monachos in Hippodromum jussit singulos mulierem Monacham manu circumducturos, ut assuefierent honestæ sexus consuetudini, ex Nicephoro Patriarchâ. O scelus! ajunt isti, ô facinus, quo nullum uspiam concipitur gravius! Nempe *incesta* his nuptiæ, quæ Divino quidem juri & Naturali conformes, Canonico adversæ. Et uri his satius est, aut nefariè pollui, quàm nubere. Denique *Monasteria* relinquere compulsi Solitarii, è desertis suis retracti, ac domos habitare. En expiandam rursus Inferorum flammis Constantini impietatem, ad quam mentes percussæ meritò stupeant! Atqui Monasteria tum Idololatriæ officinæ, Imaginum adoratarum latibula, ac rebellantium in Principem seminaria. Sed & inertium hominum, devotionis obtentu, atque inutilium publicæ rei, perfugia, si non quandoque obstrictorum nefandis ante flagitiis.

X. Nunc compone, Lector, ista omnia cum ratione novissimæ totâ Galliâ persecutionis, cui patrocinator Maimburgius, imò cui excitandæ *Calvinismum* suum Ludovico Regi inscripsit. Infestus Constantinus, fateor, *invocaturis Sacro-Sanctum nomen Virginis, Ligni Lapidumque cultoribus, facturis Carnem brachium suum, recessuris in hoc à Christi & Apostolorum doctrinâ, praxi, Conjugium quoque ut rem pollutam prohibeturis, quæ Demoniorum doctrina* Paulo fuit. Averfus idem Imperator ad isto hominum ge-

nerere, qui & *Principis, & Concilii habitis, & decretorum Synodalium, & Imperialium legum, Publicaque tranquillitatis*, hostes sese *ἀπαρόνδης* profiterentur. Quæ mox subjungenda ex Historicis, & ex Maimburgio, pluribus evincunt. Nunc Reformatæ Galliæ hodierni Cives, quorum in corpora, in animos, sævire Dracones tuos ac Præfectos probas, quid tandem totius in facie Europæ scelerum admiserunt? Nempe ad unam Scripturarum normam, secundum doctrinam ac praxim primæ Antiquitatis, fidem salutemque suam exigi volunt. Unius Dei, & Christi Servatoris, invocant S. Sanctum nomen. Induci nulla modo possunt, ut se coram Imagine, aut Ligno, aut Pane, aut Reliquiis nescio quibus, religioso adorationis venerationisque cultu prosternant. In uno Christi expiatorio Sacrificio fiducia est; cujus Memoriam in Eucharistiâ studiosè recolunt, sub utrâque Specie à Christo institutâ. Peccata Deo humiliter, contrito corde, quotidie confitentur, Pastorum solatiis admissis. Horum conjugium, vagæ libidini, aut concubinatui, aut fœdis pollutionibus anteponunt. Capita fidei morumque positiva, quatenus aut credere Confessiones jubent, aut facere, pudibunda Roma damnare nulla sustinet; Durioribus, si quæ pridem Theologis expressa, in disputationis æstu, ac plerumque extra Galliæ fines, proni lubentesque abstinent, sed & eo in Regno abstinere, longo annorum decursu. In Reges Sacratissimos nullo Hæreseôs, nullo Tyrannidis, aut quocunque tandem prætextu insurgere, aut machinari fas esse, contra Jesuitas & docent & praxi suâ firmant. Si hac parte reatu se ulli unquam, Protestantium sub nomine, obstrinxere, toto peccatore execrantur. Ludovicum Magnum, ex quo à *Deo datum*, pupillâ oculi sui cariorem habitum, omni fidelitatis, amoris, venerationis, atque obsequiorum genere cultum inviolatâ lege, etiam extorres palantesque respiciunt, fortè nescium omnium calamitatum quibus similes Sol non adspexit alias. Et hic quidem Reformatorum, ut in pauca contra-

Maimb.
P. 1.
P. 339.

Chron.
A. XXVI.
Const.
P. 370. A.
XXVI. P.
373. &c.

Hist.
P. 229.
Ed. Pet.

1. Tim.
IV. 3.

ham, Galliâ totâ hucusque status fuit, quibus etiam Regia Edicta, ac jurata toriens, publicam securitatem præstitit. Hisque nihil obstantibus, sustinebis tu, Maimburgi, Monachorum sub Constantino, quibus juratum fuerat nihil, fuisse sanctiorem causam, truculentiora in eos Edicta, veriorumque Martyrii gloria? Reformatorum verò exitiosam esse pestem, & perduellem? Delendo etiam Nomine, Templis solo aquandis, Sacris æternum proscribendis, Conscientiis ad Imaginum, Sanctorum, Reliquiarum, Eucharistici Panis, adorationem, lege Regiâ, meritò contringendis? Ac movendâ tandem quovis jure in sexum omnem & ætatem, tot centenis subditorum millibus frustra supplicibus Christianissimo Regi, eâ Persecutione, cujus Historia omnem illam Monachalis aut Imaginariæ persecutionis obscurabit, lenietque suâ atrocitate, nec auditâ hætenus, ex quo auditum Christianorum nomen fuit?

XI. Sed verò quales fuerint horum Monachorum atque Iconolatrarum, in quos severius animadversum, antesignani, ex Byzantinis, ipsoque Maimburgio, cognoscere pretium operæ fuerit. Inter *πρωτομάρτυρας* Constantini referunt Theophanes ad hujus A. XXI. Æræ vulg. circiter DCLXI. hinc Cedrenus, Miscella, Pseudo-Acta, *Andream Calybitem, οὐ καλύβης* seu tuguriolo insulæ Creticæ, turore quodam percitum, properaturum Constantinopolim, ut Edictis Imperatoriis seditione motâ resisteret. Maimburgius emphaticis verbis: *Nocte in tugurio transactâ, ad Blachernas, interdum Urbem Regiam perreptabat, excitaturus Orthodoxos, ut palam Hæreticorum impietatem, id est Constantini, oppugnarent.* Mox; *Quo die Constantinus Martyres cruciaret, id est, de seditionis pœnæ fumerentur, Andreas viâ sibi factâ, medios inter satellites, ad Thronum Imperatoris, in os ipsi seivam impietatem exprobravit, vocans eum alterum Valentem, Julianum, Persecutorem I. Christi, in suis membris, & Imaginibus.* Hæc Jesuita, mox accensû furoris non tam in Constantino, quàm in Prætorianis militibus, causam fuisse memorans. Alter Monachus huic Andræ non absumilis fuit, antè tuguriolo inclusus, ut ferunt, ad radices Montis Auxentii Bythyniæ, idemque vulgò Proto-Martyr, quia *Stephanus* nomine, sed *στέφανος*, referendus in Menologium cum sociis, & in Acta Martyrum. Meminit hujus Theophanes ad A. Constantini XXV. & Nicephori Breviarium ad A. Æræ Vulg. DCLXVI. Ac de illius sanctitate, miraculis, passione, certaminibus, plena sunt nugamentorum illa Acta quæ inferuit Billius operibus Damasceni, & Baronius, Binus, Allatus, Labbeus, cæterique passim efferrunt, nosque Græcè MSS. cum Vitis aliis asservamus. Nunc proximam passionis causam ex memoratis scriptis, dicturo Maimburgio, habe. Planè contra Edicta Principis, omnes quos poterat ad amplectendum Monasticæ vitæ genus, sed & ad Iconoduliam hic Stephanus impellebat; ita Theophanes & Nicephorus, ipsaque Acta supposititia. Hinc delatus ad Constantinum, ut reus seditionis, tandemque Constantinopolim perductus, præsentem Imperatore, fertur *ejus Icona Nummo expressam in solium projectam pedibus conculcasse, ἰσχυρὰ τὸ νόμιμον κατεπατήσεν αὐτό.* Addit Jesuita; *factum indubiè ex speciali afflatu, neque hoc esse exemplum quod imitari debeas.* Fateturque iram cohibuisse illicò Constantinum, sed postea hominem in carcere ipso contumacem permisisse furori Iconoclastarum. Nec alia ratio fuit *Petri illius Stylita*, cujus meminit Theophanes ad A. XXVII. Constantini, & post eum Cedrenus, alique, malè mulctandi, quia refractarius & seditiosus, *μη ἐπειξας cedere nolens* mandatis Principis. Falsum verò est quod Maimburgius refert, quasi vel Theophanes vel Cedrenus tradiderint, hunc ex

alto Columna sua fuisse precipitatum, quod in Græco Theophanis non extat. Ita exaggerant hi alii Chronographi, & præ cæteris Maimburgius, seditiosam Imperatoris, in *Constantinum* Patriarcham suum exercitam. Et tamen referunt ex Cedreno, illum fuisse Præfulcem qui etiam in exilio *furibundus* in Imperatorem debacchatus sit, indignissima quæque de illo effluens, eundemque accusans, qui *Nestorii Hæresim voluisset Constantinopoli restitutam.* Undè intelligere est, quibus rationibus inductus Imperator, quandoque acerbiora in Monachos vel in Episcopos contumaces ac perduelles decreverit, omnium penè motuum ac seditionum Auctores. Quo factum est, ut petulantiam eorum coercere Edictis, sed & exiliis, flagris, mutilationibus, carcere, morte ipsâ, plectere necesse habuerit. Et ita post Constantinum deinceps, sæculo sequente Nicephorus, Leo Armenius, Michaël Balbus, quos mirè vexavit inquietum, audax, superbum, ac superstitionis hominum genus, ut loco suo. Nunc fingat sibi Jesuita hujusmodi aliquem, ex ordine seu Ministrorum seu de plebe Seniorum, vel cæterorum flagrantem zelo Reformatæ fidei, qui in Urbe Regiâ, aut intra Palatium Ludovici M. æmulari sustineret *Andræ* seditiosas voces, aut *Stephani* insolens factum! Ponat, erumpere aliquem in os Augustissimi Regis, ut in *alterum Antiochum, Julianum, Persecutorem Christi*, aut qui *Imaginem Ludovici M.* indignè projectam pedibus contereret! Censeretne inlanorum hominum supplicium *Martyrii* esse deputandum, aut Regis indignabundi accusandam fore *sevitiam!* Sed verò, quidni respicit Jesuita manticæ quod à tergo est? Ac ne referamus immites persecutiones quas deinceps Iconolatræ in Orthodoxos excitarunt, & ipso hoc Sæculo Irene Imperatrix, cum Tarasio suo, annon illo ipso tempore quo Copronymo ipsa feritas & inaudita barbaries imputatur, scilicet Anno D. DCLXVIII. annon vidit Roma *Stephanum* Pontificem, cum suis, in Antipapam *Constantinum* Nerone aliquo aut Diocletiano efferauiorem? Obtentu enim exaltationis iniquæ Constantini, ex Laico scilicet, factione Totonis Ducis ad Pontificatum evecti, quicquid illa Stephani, amoturi Constantinum, nihilo fuerit violentior, quid iste in Constantinum decerni aut procuravit, aut permisit certè? Exhibent hunc miserum Papam *Annales*, & Anastasius, sententiâ latâ ferreis compedibus adstrictum, in Monasterium trusum, postea truculentissimè cæsum, prostratum, oculis orbantum, habitâque in Laterano Synodo, novo præsentem Pontifice, alapis percussum, ejectum, ac permissum malorum extremis. *Tyrannicè quidem invaserat Sedem, sed inde disturbandus horrendâ violentiâ* nempe majori tyrannide, ut *Stephano* locum faceret, non dubiis *Comitiis de creando Pontifice uno Stephano.* Nec dixerint, omnia ea *inscio vel invito Stephano* perpetrata: dùm oppositum constat ex *Anastasio*, in Vita Stephani III. aliàs IV. & ex unâ tùm hujus factione vi prævaliturâ in Constantinum, atque ex superbâ Stephani indole. Hanc autem cognoscas vel ex Epistolâ ad Carolum & Carolomanum Reges, in quâ *anathematis vinculum, & æterni cum Diabolo incendii pœnam, auctoritate B. Petri* interminatur. Quid ita? si videlicet Carolus Desiderii Longobardi Filiam, aut Desiderii Filius Caroli Sororem uxorem ducerent, contra interesse Pontificis, Longobardo aliàs Romanis traditionibus additissimo.

XII. Pergit Historicus nuperus comminisci causas alias Constantiniani in Monachos & in Iconolatras odii. Quas inter, ad A. DCLVII. Constantinum XVI. refert *indignationem* Principis, *ob-jacturam sui Exarchatus, & quod Pape ad protectionem Galli adven-* sum se confugissent. Indignatum justissimè Imperato-

Maimb. Ibid. p. 300.

Maimb. P. III. P. 326.

Sigon. de R. Ital. ad A. 768.

F. VI. Concil. col. 1717.

Maimb. P. 1. P. 374.

Part. I. P. 276. 277.

Maimb. P. 1. P. 284.

L. III. P. 336. 337.

Traité
Hist. C.
XXVII.
XXIX.

rem de *Exarchatu Ravennatensi* sibi per vim erepto, artibus Romani Pontificis, ne ipse inficiatur aliàs Maimburgius. Nullum enim hic Papis vindicat dominium temporale, *nullam potestatem Dignitates Regias* aut sibi usurpandi, aut in alios conferendi, ut fastus ipse Gregorius II. in *Epist.* ad Leonem Isaurum. Sed de jacturâ illâ Græcorum, res paulò altiùs repetenda est. Exarchatus amplissima Præfectura fuerat, nomine Imperatoris ab Exarchis administranda, indè à Narsete Duce, post ejectiones Gothos, Justiniano II. Imperante. Complexus idem *Flaminiam Æmiliamque* Provincias, à Trebiâ fluvio ab Occasu & Placentiâ urbe, ad ipsos Senogalliæ in Piceno Annonario fines, Apennino ad Meridiem Pado & hinu Adriatico ad Septentrionem terminante. Flaminix pars & *Pentapolis* dicta, à quinque præcipuis olim Civitatibus, præter Ravennam caput, quæ Imperatorum quandoque, dein & Oitrogottorum Regum sedes, tandem Exarchorum: hinc sæpè *Ravenna & Pentapolis, Ravennates & Pentapolitani*, & horum Urbes principes, Ariminum, Pisaurum, Fanum, Seno-Gallia, Auximum, Ancona, Urbinum, &c. Ac primùm Leone Isauo imperante, hi cum *Romanis Campanisque*, accepto Gregorii in Leonem decreto, à Cæsare defecerant, tributorum immunitate illecti, Exarcho suo Paulo mox interfecto, uti & Petro Romæ, Exhilarato in Campaniâ Ducibus, tollendis factione Gregorii. Hinc *Luitprando* Longobardo occasio in Æmiliam & Pentapolim invadendi, ad Auximum usque & Æsim fluvium penetraturo, postea etiam in Pontificem ipsum Romanumque Ducatum arma prolaturus. *Ravennam* tamen ipsam missus cum exercitu Eurychius Patricius, Leonis nomine, tenuit, Ravennatibus sub Imperii fidem reductis, labente Anno dccxxvii. Postea & *Pentapolim*, fuso ad Ariminum Longobardorum exercitu, recuperavit, Anno dccxxx. Ità Exarchatus maximâ sui parte Juris Imperatorii fuit, *Luitprando* Rege. Licet enim *Luitprandus*, dum inter Constantinum & Artabasdum de Imperio in Oriente certaretur, in Exarchatum rursùs invasisset, *Casena* inter Ravennam & Ariminum mediâ, variisque *Æmilia* Provinciæ locis recuperatis, Ravennæ ipsi jam imminens, mox tamen occupata *Luitprandus* restituit. Factumque est Ann. dccxlvi. ad intercessionem *Zachariæ* Pontificis, Papiam ad Regem hunc in finem profecti, exorante Pontificem Eutychio adhuc Exarcho, sed stante tùm ab Artabasdi tyranni partibus, *Zachariæ* inductu. Rursùm Exarchatus à *Rachisio*, ex Duce Foro-Julienfi in Regem Longobardorum electo, invadendus fuit, subjectâ sibi armis victricibus *Pentapoli*, A. dccxlix. hisque in Romanum etiam Ducatum, Perusiam usque, proferendis. Nec diu tenuit *Rachis*, cessurus convenienti se in Castris *Zachariæ* Pontifici, gravique oratione exostulanti, *Bona S. Petri* violari. Quâ permotus Longobardus, *Pentapolim* cum occupatis oppidis restituit, non longe post adoraturus cum Uxore & Filiâ SS. Apostolorum limina, quæ summa tùm religio fuit. Sed sublato è vivis *Zachariâ*, postquam *Pipinum* sibi devinxisset, Regem à se declaratum, rediit Exarchatus universus ad Longobardos. *Aistulphus* nempe *Rachis* successor, ingenio percitus, addente ferociam potentiâ, cum valido exercitu Ravennam expugnat, cessuro Eutychio viribus impare: auxiliisque omnibus destituito, A. dccclii. quo tempore Constantinum Saraceni & Bulgari incursionibus bellisque fatigarent. Ravennâ deditâ, nullo negotio cætera Exarchatus & *Pentapoleôs* loca in Victoris potestatem concesserunt. Et ex eo Græci Exarchatu prorsùs excidère, specioso hoc *Aistulphi* obtentu, facere se rem Ecclesiæ & Pontifici gratam, dum esset *Constantinus* nefandâ *Hæresi* obstrictus. Sed vel hoc ipso

Sigon.
L. III.
in Ra-
chis.

nomine Exarchatum, ut *spolium Heretici Principis*, sibi & *Petro* deberi, Pontifices tacitè primò, deinde palàm contendere, post initum cum *Pipino* foedus, & *Stephani III.* in Galliam adventum. Antea invidabant Longobardis, quantumvis Iconodulix addictissimis, Exarchatum, sed eâ specie quod esset de Imperiali dominio. Ipse *Stephanus*, sub finem Anni dcccliii. Papiam cum appulisset, restitui Imperio eas ditiones, etiam cum *lachrymis*, unâ cum *Misso Imperiali* urgebat apud *Aistulphum* Regem. Nondùm *Patrimonium Petri* audiebant, restrictum intra quædam agri Romani Campanive loca, quorum *donationem* confirmaverat *Zachariæ* *Constantinus*, exeunte Anno dccxlvi. Quid verò corde premerent Pontifices, mox prodidit ille ipse *Stephanus*, post suum ad *Pipinum* adventum, à quo itinere nullus dimoveri potuit, nec ab *Aistulpho*, nec à Legatis *Constantini*. Nempe, ubi se à *Pipino* etiam adoratum vidit, cui vicissim confirmavit Regium axioma, ab eo extorsit in præmium tanti beneficii, & ut *saluti animæ suæ* consulere, promissionis tabulas, sacramento munitas, de *Exarchatu* cum *Pentapoli* subtrahendo *Aistulpho*, & donando *B. Petro*, seu Romanæ Ecclesiæ. Hinc legatio primùm *Pipini* ad *Aistulphum*, sed eludendi à Longobardo; qui & *Constantini* Legatos pari ratione ludificabat. Mox delectu habito, & superatis Alpibus, *Pipinus* *Aistulphum* ad pacis conditiones adigit, & in duram hanc legem de restituendo Exarchatu & *Pentapoli*. Factum A. dcccliv. ut quo tempore *Constantinus*, coactâ Universalis Synodo, invigilabat Ecclesiæ rebus, eodem Pontifex, bello in Italiâ excitato, temporali Dominio inhiaret. Anno autem sequente, *Aistulphus* rediturus ad ingenium, ac sumpturus de *Stephano* vindictam, Romam ipsam armis obsedit. Quid *Stephanus*? *S. Petri Apostoli* nomine, imò *inspiratus à Deo*, & *ejus Principe Apostolorum B. Petro*, dat literas ad *Pipinum*, novo exemplo, quibus ni promptè succurrat, pronunciat Pontifex *pro datâ sibi potestate, alienandam fore à Regno Dei & vitâ æternâ*. *Maimburgius*, qui fastum hunc Papalem aliàs retundit, imò qui scriptionem eam *Stephani* ridet, dicens *similem illi aliam nec antè fuisse, nec futuram unquam*; nunc vocat *excellentem Epistolam*, reverà partim blasphemias, partim ridendam ejus ineptiis, quam vide vel apud *Baronium*, ad Ann. dccclv. Effecit tamen illa, ut *Pipinus* alterâ expeditione Papiam obsideret, *Aistulphum* ad extrema redigeret, tandemque *Exarchatum & Pentapolim* illi extorqueret. Quæ protinùs *possidenda in perpetuum* donavit *Pontificibus*, Ravennâ ac plerisque Civitatibus mox traditis *Fulrado* Abbati procuratorio nomine, *Ferrariâ* tamen, *Faventiâ*, paucis aliis exceptis. Dati & singularum obsides in fidei pignus; missæque Romanam Urbium Claves, deponendæ ad *Confessionem B. Petri*, id est, suprâ illius Tumulum, ad Altare majus, in *signum Veri Perpetuæque Domini*, ut habet *Inscriptio numismatis Pipiniani*, sed *Pietate Regis Gratuitâ*. Hæc *Anastasius* in *Vitâ Stephani*, *Francorum Annales*, *Sigonius*, & qui non? A quo tempore junxere Pontifices Sacerdotio Principatum, & *Clavibus Sceptrum*, planè (sic alibi *Maimburgius*) contra interdictum *Christi*, *Regnum meum non est de hoc mundo; Reges Gentium dominantur; vos autem non sic* &c. Atque ità rectissimè suprâ idem *Maimburgius*, fuisse causæ plus satis, cur indignaretur *Constantinus* perfidiæ nuperæ Rom. Pontificis, qui post tot molimina rapuisset tandem, ope *Pipini*, quod nec hujus fuerat concedere, utpotè *Provincias alienas, revera ad Constantinum spectantes*, ut rectè *Mezeræus*, nec Pontificis ac Sacerdotis invadere. Si quæ donatio justa, non *Pipinianam*, sed *Constantinianam* esse oportuit, undè quidam voluè-

Baron.
ad A.
Dccclii
N. ix. i.

Baron. ad
cum A.
N. xxx.

P. i.
P. 265.
cum 273.
N. xvii.
& seq.

Tr. de l'
El. Rom.
C. xvii.

Mezer.
L. ix.
P. 367.

Paulus Æmil. in Pip. p. 112. 52.

luère, sub Constantini nomine factam esse & hinc fabulam, de *Donatione Constantini*. Certum reclamasse Legatos Imperatoris, delatos in Pipini castra, urgentes, *Prefecturam Ravennatum tam esse juris Augustorum, quam Lutetiam Regum Francorum*: Iniquissimum etiam esse, invadi *Italicas* Cæsaris ditiones, dum ipse in *Oriente*, præsidium Christianæ rei, sustineret tot Barbarorum vim, tantarumque rerum molem: *Turcis* nuper superato Caucaso in Armeniam, *Sclavinis* quoque trajecto Euxino innumerabili multitudine in Imperium effusus. Ità non neglexit rem suam Imperator, urgere amicè seu Pontificem, seu Aistulphum, seu Pipinum nullatenus intermittens. At verò perfidiam hanc Stephani, & Pipini de alieno munificentiam, fuisse causam cur Constantinus in *Monachos & Religiosos* ab eo tempore sævierit, in ultimo Oriente, cujus persecutionis inde orditur commemorationem Jesuita, precarium juxta & absurdum omnes nobiscum censebunt. Ac causas longè alias supra vidimus. Hactenus de avulso Exarchatu Ravennatensi, & Pentapoli, à Græcorum Imperio, invasuro tamen rursus in eas ditiones Desiderio Longobardo, donec armis Caroli caderet. De ampliata verò, ut ferunt, donatione Pipini per Carolum M. hinc Ludovicum Pium, fortassis infra. Pipinianam quoque à Leone Ostiensi, hinc Baronio, & gnathonibus, nimium extendi, summa doctiorum consensio est. Ab hoc verò tempore cessarunt Pontifices, in Epistolis & Diplomatum, notare Annos *piissimorum Augustorum*, ut factum antè, Gallorum patrocinio tuti.

Ad Ann. DCCLV. N. XXVII.

XIII. Nunc de alià Constantini legatione ad Pipinum Regem, paucis referendum est. In cujus *infelicem successum* rejicit Jesuita *adauctum furorem in Oribodoxos*, id est, *Monachos & Solitarios*. Atque eo dignior memoratu Historiæ Iconoclasticæ hæc circumstantia est, quod implicat Synodum *Gentiliaci* Parisiorum habitam, in causâ Imaginum, A. DCCLXXII. non diu antè Pipinum humanis rebus exemptum, Paulo I. adhucdum sedente. Quam historiam penè omnem adulterant atque obscurant fautores Imaginum, ac præ cæteris infidus Jesuita. Res ità habuit. Constantinus Imperator, qui nihil hactenus intentatum reliquerat, ut cum Gallis Italivè de pace transigeret, decernit denuò splendidam ad Pipinum legationem. Mittuntur hinc *Sex Patricii*, sed & *Episcopi* ac *Sacerdotes* aliquot insigniores, qui de Fide agerent. Finis legationis geminus fuit, alter ut firmâ pax stabiliretur inter Constantinum, & Occidentales, contracto inter Leonem Aug. & Gisilam Pipini Filiam matrimonio, cui *Exarchatus* in dotem concederetur. Alter verò, ut controversiæ de Religione, præcipuè circa *Imagines*, & *Professionem Spiritus S.* tollerentur. Testantur ut Epistolæ Pauli Pontif. quarum summam exhibet Baronius, ad A. DCCLXXII. sic Tomus VI. Conciliorum, Aimoinus, Ado Vienn. Regino, Chronographi alii. Maimburgius ipse refert Orationem à Legatis habitam ad Pipinum: in quâ, præmissis quæ ad nuptias Leonis & Gisilæ attinerent, de Imaginibus sic ordiuntur: *Novimus, Domine, id operam dedisse Occidentales, ut Heretici atque impii haberemur, quia Idololatriam sensim in Ecclesiam inductam, eo Imaginum aut Statuarum cultu, quem Deus præcepto I. diserte prohibuit, in Oriente exterminavimus. Quanquam horrendus hic abusus ex se liquido satis appareat, sufficitque esse Christianum, armis optimo jure adversus hanc impietatem capessendus: Imperator tamen, ad exemplum Prædecessorum, Magni Constantini, Theodosiorum, Marciani, Justiniani, & Constantini Pogonati, qui Sex Concilia Oecumenica adversus Hæreses indixerunt, voluit quoque Septimam cogi, CCCXXXVIII. Episcoporum, qui doctrinâ & meritis toto Imperio præcellerent, à quibus postrema*

P. I. P. 336.

L. III. p. 307. & seq.

Hæresis unanimes voce damnata est. Tum addunt querelas de *Symbolo Constantinopolitano ab Occidentalibus corrupto, hocce additamento, procedere Spiritum S. à Patre FILIOQUE* &c. Tandem petita à Pipino Rege indictio Synodi, in quâ ad unam Scripturam normam Episcopi Gallicani, unâ cum Græcorum illis, Articulos controversos expenderent. Quâ re cum Paulo I. communicatâ, annuit Pontifex, & Legatos suos interesse Synodo jussit. Facile passurus Paulus discuti quæ ad Religionem spectarent, modò de Pipinianâ donatione nihil detraherent, scriptâ Epistolâ ad Pipinum, quæ est xxvi. inter Carolinas, quâ confidit curaturum Regem, ne *exaltationi S. S. Maris sua Rom. Ecclesia* quicquam decederet. Et eò spectant Pauli Epistolæ ferè omnes, vel ex argumentis Baronianis. Ex quibus sane colligitur, quâ Constantinus moderatione & æquitate, post tot acceptas ab Occidentalibus injurias, rem omnem componi, & in Republicâ & in Ecclesiâ, concupiverit. Quo successu mox dicendum.

XIV. Hactenus nec Itali, nec Galli, nec Germani, si Romanas Synodos excipias, sub nutu Pontificum, definiverant quicquam circa *Imagines*, habitis Conciliis. Retentus istis sanè illarum usus fuit, ubi jam invaluerat, non everfæ, non fractæ ut in Sereni Massiliensis Diocesi, sub initia ævi prioris. At quid de cultu statuerent, cum hæc sub Pipino Synodus, habenda suafu Græcorum, tum Francofortana deinceps sub Carolo Magno, haud obscure testantur. Igitur convocatis Regiâ auctoritate totâ Galliâ Episcopis, *Gentiliaci* propè Parisios, villâ suburbanâ, in quâ Pipino loci amœnitate capto Palatium fuit, frequentes convenerunt, undè *Synodus magna* in Annalibus Francorum nuncupatur. Tempus fuit mox à festo Paschali, A. DCCLXXII. Indict. v. Paulo I. adhuc superstitè, sed mox obituro diem extremum iv. Kal. Jul. sequentes. Adfuère hujus Nuncii, unâ cum Legatis Græcorum, & quos adjunxerat Constantinus Episcopis ac Doctoribus. Cæterum nulla licet hujus Synodi Acta usquam extant, haud ambiguum tamen est quid de *Imaginibus* statuerit. Malumus *Sirmundi* verbis referre quàm nostris, qui Maimburgio supra omnes sui Ordinis, in iis quæ ad has Antiquitates spectant, meritò tollitur. Nempè *Admonitione* ad Lectorem de *Canone II.* Concilii Francof. monet, in *Synodo Gentiliacâ contra Græcos Iconoclastas adstruxisse Gallos, retinendas Imagines esse, sed memoria tantum causâ & instructionis habendas, non adorandas, quod penitus respuebant*, ut deinceps in Synodo Francofortensi. Confirmant hanc definitionem Gentiliacorum Patrum facta scriptaque omnia Caroli M. Synodus Francofortana, Parisiensis sub Ludovico Pio, & constans sub utroque Imperatore sententia Gallorum. Accedit, nisi cultus vel adoratio Imaginum fuisset eâ Synodo damnata, permisso tantum usu, instructionis & ornatûs quoque causâ, non tacituros fuisse hanc Synodi Gentiliacæ sententiam, multis nominibus conspicuæ, tot in Latinis Græcisque Iconodulæ assertores. Retulisset Adrianus, in suis ad Irenem & Constantinum literis; extulissent Legati Adriani in Pseudo-Nicænâ Synodo; memorassent Chronica priora, saltem quæ Iconolatricis temporibus scripta, certè Aimoinus, Sigebertus, Ado, Regino, Urspergensis, Paulus Æmiliius, & qui plures. Sed illorum nemo affirmare istud de Pipinianâ Synodo sustinuit, quicquid hic & ille fortè in recentioribus. Eadem Dion. Petavii prudentia fuit, hanc Synodum memorantis *Libro xv.* de Incarnatione. Nec Pauli Æmilii ista, *Grati Oratores Cæsarem suum admonere jussi, ut cum cæteris piis sentiret*, aliud innuunt quàm monendum fuisse Cæsarem, ne Imagines, ut factum, proliis exterminaret,

T. VI. Concil. col. 1703.

Ad Ann. DCCLXXII. N. II.

T. II. Conc. Gall. & T. VII. Conc. Gen. col. 1055.

T. V. P. 571. In Pipino p. m.

naret, retentione earum ad instructionem saltem ac recordationem utili. Natalis Alexander, de hac Synodo cautè, sed ambigè: *Quis fuerit istius Concilii exitus, ex iis quæ à Gallicanis Præsulibus in aliis Conciliis postea gestasunt, Francofordiensi, & Parisiensi, & ex fide Ecclesie nostræ, illorum temporum monumentis probatâ, id est Gallorum scriptis sub Carolo & Ludovico, colligere est, damnatam fuisse in eâ Synodo Iconomachorum Hæresim.* Quatenus hæc nempe usum omnem Imaginum etiam historicum reprobarer, sed damnationis aut anathematis non meminere Annales, verum admonitionis tantum factæ ad Græcos. Quo factum ut Baronius de hac Synodo parùm æquè fenserit: *Obsuit, inquit, Franciscus cum Græcis iis Hæreticis per Legatos habita consuetudo.* Paulo antè: *Fortis conjectura suadet, ut Græcorum merces (contra cultum Imaginum) per Legatos perfidi Imperatoris, una cum donis pluribus ab eodem ad Pipinum allatis, more Orientalium, fuerint infeliciter allata.* Quid expressius, superioribus nostris de hac Synodo roborandis?

XV. Ex quibus Maimburgii Jesuitæ candorem, ubique videlicet ab ipso ejurandum, omnes rursum observent, in historiâ Gentiliacæ Synodi. I. Qui in Admonitione ad Lectorem perstringit Historicos, qui *conjecturis, & ratiociniis* agunt, & ad levam deflectunt, nullo Veterum ductu, ipse in Synodi hujus descriptione, nullo in Veteribus duce, in has leges impingit ἀναγκάτως. Fingit de suo, ac graphicè repræsentat, sine ullo quidem teste, omnem ordinem hujus Confessûs, & definitionem Synodi, & modum illius, ipsaque argumenta Patrum, illinc Græcorum hinc Latinorum, ac tandem ignominiosam Constantinianæ Hæresis damnationem. II. Sub hoc damnata Hæresis nomine persuasum vult Lectori suo, assertum fuisse in Gallicanâ Synodo Imaginum aut Statuarum cultum. De hoc enim conquesti unicè Legati in Oratione ad Pipinum, ut de Idololatriâ quâdam in Ecclesiam inventâ, suprâ referente ipso Maimburgio. Nec nisi inhibendæ adorationis causâ remotæ fuerant in Oriente ab Ecclesiis Imagines. Hinc & supponit, idem definitum fuisse in Synodo Gentiliacâ, quod biennio post in Concilio Romano, sub Stephano IV. de quo mox dicendum. III. Inferit παρενθελικώς, congregandæ in Regno suo Synodi veniam petiisse Pipinum à Romano Pontifice, quod & Natalis Alexander. Significaverat sanè Pipinus Paulo Legatorum adventum, ac postulatum, detentionemque Missorum Pontificis, ad conventum Sacerdotum atque Optimatum. Et hoc nomine gratias egit Paulus, ac commisit rem prudentiæ Pipini, Epist. xxvi. inter Carolinas. Jus verò convocandarum Synodorum, intra Regni sui fines, planè Regium fuisse, post tot assertores Gallos, ipsi aliàs Maimburgius & Natalis largiuntur. IV. Nullo etiam eorum temporum duce addit Jesuita, moderatum esse Romanum Pontificem hanc Synodum, & quidem per Sex Legatos, quos fingit, citatis Epistolis Pauli I. Pontificis, in Tomo VI. Conciliorum. In quibus certè nulli hi Præsides, aut Senarii ille Missorum Pontificiorum numerus, apparent, imò bini tantum Legati memorantur. Rationem addit, siquidem Græci & Franci habuerunt tum Papam pro primo Patriarchâ & Capite Ecclesie. Quasi verò forent hæc Græcis ἰσοδυναμία, esse primum ordine Patriarcham, & esse Caput Ecclesie universalis, sensu Maimburgiano. Aut quasi ubicunque adfuere legati Romani Episcopi, hoc ipso præsidii jus indubium habuerint. Fingat jam, contra Actorum fidem, Præsidium in Synodis aliquot Oecumenicis, vel etiam in tot Gallicanis, indè ab Arelateni I. sub Constantino, & Africanis, Hispanicis, Thracicis, qualis Sardicenis fuit, aut Constantinopoli-

tanis, Asianis, quando Legati Romani adfuisse perhibentur, nec præsidisse tamen. Imò si quæ vis ratiocinio est, ubi non Præsidii jure gavili sunt, ibi nec habitus Papa pro Capite Ecclesie, aut primo Patriarchâ fuit. V. Pro iisdem nunc habet Maimburgius, quæ alibi fatetur diversissima, scilicet confirmatum usum Imaginum, & sancitum cultum earumdem. *Non dubitandum est, inquit ille, quin Concilium confirmaverit usum Imaginum.* Quod mox interpretatur, *de percusso anathemate Conciliabulo Constantinopolitano.* Rursus: *Gallorum Episcopi, in Synodo Romanâ, fortiter asseruerunt sanctum Imaginum usum.* Tum, quasi eadem res esset, *cultus ille SS. Imaginum, cum relatione ad Prototypa, adeo validis testimoniis adstructus fuit* &c. En candorem fidemque hujus Historici, confundentis res quas noverat diversissimas, & quas ipse alibi ita distinguit, ut inter errores contrarios veritati hunc reponat, *usum probantium Imaginum, non venerationem ullam religiosam.* Sed hunc lusum familiarem Maimburgio nostro esse, pridem Porto-Regienfes Galli observarunt, & Historiæ Calvinismi flagellatores.

XVI. Nunc de Synodo Romanâ paucis, quatenus in eâ Imaginum causâ agitata fuit, A. DCCLXIX. Stephano IV. Papâ, præsentibus à Galliâ Episcopis selectis duodecim. Quam Synodum, pari rursus quæ omnia sua fide, Jesuita hoc potissimum instituto dicit indictam, *ut in eâ confirmaretur quod statutum nuper Gentiliaci fuerat, in causâ Imaginum.* Ac fecissent utinam, nec recessisset unquam seu Roma seu Gallia Pontificia, à Gallorum ejus temporis, & à Caroli M. doctrinâ. Sed indicendæ Synodi causâ potior Stephano fuit. Nempe ut confirmaretur Stephani exaltatio, damnaretur Constantinus Pseudo-Papa, ejus Acta omnia rescinderentur, & à Pontificis deinceps electione arcerentur Laici, & armati, unusque de Presbyteris aut Diaconibus Romanæ Ecclesie, qualis iste Stephanus ex Monacho Presbyter, ad culmen Papatûs eveheretur. Docent quæ ex Actis illius Synodi supersunt, & ipse Baronius, sub initium Anni DCCLXIX. Controversia Imaginaria hætenus postposita Romæ fuerat. Nulla Synodus totis annis xv. Constantinianæ adversus Imagines Romæ opposita legitur. Stephanus III. & Paulus I. interea id unum egerant, ut excusso jugo Imperatoris Græci, sed & Longobardico, ac Pipino sibi conciliato, dein Carolo filio, suum auferent dominatum, fieretque Petrus, Christo invito, Terrarum Dominus. Quò spectat superior historia Exarchatus Ravennatensis, & Pentapoleôs, Pipini tandem facto ad Pontifices jure principatûs devolvendæ. Nec aliud penè argumentum Epistolarum utriusque Pontificis ad Gallum Regem, ac Pauli I. cum maxime. Huc vota, huc molimina omnia, huc adulatoriæ ad Pipinum, & comminatoriæ in Aistulphum ac Desiderium, tendebant, moras in Urbium aliquot restitutione nectentes. Nec quieturo paulo post Adriano I. ut ex Epistolis ad Carolum liquet, donec oppressio per Carolum Desiderio, & coercitis Ducibus, Civitates Exarchatûs & Pentapoleôs, donatas scilicet Romanæ Ecclesie, undè *Romanula & Romandiola* nomen, à Carolo Rege impetraret. Factum istud referunt, ad An. DCCLXIV. Constantino adhuc imperante, ut pluribus ex Anastasio, teste domestico, Cæsar Baronius; sed tacentibus Græcis Chronographis. Quicquid verò sit, de traditione Exarchatûs, totiusque Pentapolitanæ, Caroli munificentia, observamus. I. Nec Pipinianæ nec Carolinæ donationis Tabulas, vel Instrumentum, produxisse unquam Archivum Vaticanum, ex quo tot alia documenta, longè inferiora rei dignitate, produxit Annalium scriptor, dehinc Allatius, Holstenius, alii. II. Parcius hac de donatione Caroli M. loqui Veteres Francorum Annales. III. Anastasium

Sæc. VIII.
T. XIV.
P. 80.

Ad Ann.
DCCLXVI.
N. XXI.
XXII.

L. III.
P. 318.
Præf. fol.
e. Ed.
tert.

N. XII.

Ad Sæc.
VIII.
P. 80.
T. XIV.

P. I.
P. 321.

Ibid.
P. 333.
334.

P. I.
P. 449.
450. &c.

T. VI.
Concil.
col. 1721.

P. I.
P. 328.

T. VI.
Conc.
1757. &c.

Ib. N. VI.

in

Canter.
T. I. P. II.
Differt. II.
C. IV.

In Caro-
lo M.
p. m. 18.

in ampliandâ eâ donatione, hinc Leonem Ostien-
sem in Historiâ Cassinensî, Sigonium, alios, po-
steâque Baronium cum suis, ac nuperum in Gallis
de *Metropolitibus* Commentatorem, turpiter sese da-
re. Satis profectò Pontificibus fuit, si in possessio-
nem tandem plenariam mitterentur eorum, quæ prom-
missa quidem à Pipino, vel ex parte tantum tradi-
ta, quia à Longobardis aut rursùm invasa aut re-
renta fuerant. Quo sensu *Carolus munera Pipini patris
non confirmasse modò dicitur, sed auxisse*, apud Paulum
Æmilium. Quando nempe ipso factò *Exarchia Ra-
vennatium sub ditione Pontificis esse iussa*; & fortasse,
restitui quædam alia in *Campania* partibus, *justitias
Ecclesiæ* dixerunt. In fabulis verò deputandum est,
addidisse Carolum M. ad Pipinianam munificentiam
Territorium Sabinense, inter Umbriam & Latium,
partem *Tuscia & Campania*, imò *Spoletanum* in Um-
bris, *Beneventanum* in Samnitibus Ducatus, aut si
placet etiam *Provincias Venetiarum & Istriæ*, quin nec
suas *Siciliam, Sardiniam, Corsicam*, quod magis est
Saxoniam à Carolo subactam. Non usque adeò insa-
nus Carolus, ut quas Deo victorias deberet, *Prin-
cipi Apostolorum acceptas ferret*, sic illi, hinc & tot
territoria concederet *B. Petro*, jure scilicet supremi do-
minii possidenda. Imò ex Historiâ constat, reti-
nuisse sibi Carolum Regem, nomine *Regni Italici, Li-
guriam, Æmiliam, Corsicam, Venetiarum* Provin-
ciam, & *Alpes Cottias, Pedemontium* has omne &
Genuense territorium complexas, quæ à Longo-
bardorum dominatu mox transivere sub Franci po-
testatem. A Romano certè hæc pars Italiæ, quid-
quid referant de donatione Ariperti, possessâ nun-
quam. Indubium quoque est, Ducatus *Forojulien-
sem, Spoletanum, & Beneventanum*, suis Ducibus ac
Præfectis fuisse à Carolo adscriptos, recipiendis in
fidem ac clientelam, ut ex Francorum Annalibus
rectè quoque Mezeræus, ad A. DCCLXXIV. Et si quid
de Ducatu Spoletano aut Beneventano fertur pro-
missum donatumve *S. Petro*, in *Epistolis Adriani*, qua-
rum argumenta ex Codice Vaticano Baronius pro-
tulit, nonnisi de quibusdam locis aut oppidis, de-
que dominio *nili*, intelligendum venit. Crevit
deinceps mentiendi fiducia, in iis qui *Constitutionem
Ludovici Pii*, de quâ ex Gratiano Baronius ad A.
DCCCXVII. diu post hunc Imperatorem fabricarunt,
Hildebrandinis temporibus. Cui si habenda fides
esset, nihil sibi penè reliquum voluisset Ludovicus,
præter Imperatoris inane nomen, donatâ *B. Petro &
Successoribus* totâ omninò Italiâ, ab extremis Alpium
finibus ad ultimos Calabriae, cum *Siciliâ, Sardinia,
Corsicâ &c.* Sed verò in Urbem Romanam, Romanum-
que Ducatum, remansisse Imperatoribus Græcis spe-
ciem quandam Domini, in ipsum adeò Romæ Pon-
tificem, usquedùm sub Leone, Adriani successore,
traderet se *Pop. Romanus in fidem ac subjectionem* Ca-
roli M. ipse Maimburgius aliàs profitetur. Nec de
jure tamen suo remiserunt Imperatores Orientis,
notâ ipsa Irene, molitionibus variis pro Exarchatu
redintegrandò. Sed ad Synodum modò Romanam
redeundum est.

Hist.
Icon.
P. II.
P. 58. &c.

T. VI.
Concil.
col. 172.

XVII. De quâ sunt certa distinguenda ab incer-
tis, nec enim extant Synodi Acta. Certum, conve-
nisse Episcopos aliquot *Gallia*, ablegatos à Carolo &
Carolomanno, cum Episcopis *Tuscia & Campania*.
Nec dubium, post ea quæ novo Pontifici cumpri-
mis cordi essent, etiam de *Imaginibus* quæstionem
in hoc Concilio agitatam. Facile etiam largimur,
prævaluisse in Synodo qui *cultum Imaginum* decerne-
rent, affirmante Adriano ad Carolum M. in defensionem
Synodi Nicænæ: *Adorare asque venerari Sacras I-
magines statuerunt*. In eam enim superstitionem ab
Italici pridem itum fuerat, indè à Constantino I.
Pontifice. Anastasius ambiguit: *Statutum, magno
honoris affectu venerandas esse Imagines*. Ast falsa mul-

ta hac de Synodo vel dubia, post Baronium, Bi-
nium, cæterosque, Maimburgius. I. Francorum
Episcoporum XII. *nomina & sedes* non certâ fatis fi-
de ex Binio recententur, desiderata in ipso Anasta-
sio. Undè de asserti Maimburgiani securitate judi-
candum. Imò conficta esse pleraque satis apertè
liquet. II. Precario hariolantur, hos ipsos Episco-
pos concessisse in sententiam Itolorum, quæ & post-
eà Nicænæ Synodi fuit, de *adorandis Imaginibus*,
religiosâ *προσκύνησι*. Nullus Anastasius dicit, nul-
la Acta testantur. Imò verò sic recessissent à suo-
rum disciplinâ, & excessissent limites Gentiliacæ
Synodi, ut visum. Vix etiam suspicandum, adeò
abjectos fuisse Episcopos XII. primarios, ut in gra-
tiam Itolorum sententiam mutaverint, fortè animos
non asperaturi. Quin hoc ipso nomine, ob sancit-
am *adorationem* Imaginum, inducti haud longè po-
steâ Franci ad Synodum Nicænâ reprobendam, ut
infra *Seç. VII.* Nec confundendam quæstionem, de
permissò usu Imaginum solius *instructionis ac recorda-
tionis ergo*, cum necessario *cultu, adoratione, προσκύ-
νησι*, lege sancitâ, monitum aliàs. III. Falsissimum,
Francorum illos Præsules, *plurimis Patrum testimoniis*
asseruisse cultum Imaginum, cum relatione ad prototypa.
Testimonia illa, aut supposititia, aut aliena à quæ-
sito, referunt sanè Anastasius & Hadrianus I. in
Epistolâ ad Carolum, ut producta non à Francis,
sed à *Stephano Papâ*, & in *Epistolâ* quâdam, tributâ
Theodoro Hierosolymorum Episcopo. Unus Gallorum
Præsulum, *Herulphus* scilicet, refertur fide Episto-
læ Hadriani, qui unius *Gregorii Papa* verba ad Secun-
dinum recitaverit, pro *adoratione* relativâ *Imaginum*.
Ast verò Gregorium alienissimum fuisse ab *adoratio-
ne Imaginum*, quâcunque illâ tandem, aliàs visum,
hinc stringendum in Hadrianum & Nicænos à Caro-
lo Magno non semel, in Capitulari. Sed & fraus
pellucet. Postrema illa Epistolæ Gregorii ad Se-
cundinum, quæ est *LIV. Libri VII.* nunquam Grego-
rii fuere: *Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidium
Diaconum rogasti &c.* & quæ ibi sequuntur, de *I-
maginibus Dei Salvatoris, Sancta Dei genitricis Maria,
Beatorumque Apostolorum Petri vel Pauli, ante quas
Gregorius se prosterneret &c.* Sic, de *unâ Cruce, Cla-
vo pro benedictione, à sanctissimo corpore Petri Apostolo-
rum Principis, ut per ipsum (Petrum) à maligno defen-
sus permanens &c.* Planè clauderant Epistolam quæ
præcedunt hanc laciniam; *Peto ut pro me orare eni-
xius debeas &c.* Editor novissimus Gregorii, in
Notis: *Sed neque ista usque ad finem habentur in pluri-
bus MSS.* Et sanè qui Gregorius Romanus usum so-
lummodò Imaginum permisisset, *adoratione* repro-
batâ, fingendus Romæ fuit pro ingenio loci, &
Iconolatrarum licentiâ, quo hæc tempore ferveret
Controversia, hujusmodi ad Epistolarum aliquam
apposuisse appendiculam. V. Ejusdem roboris est
locus ille ex *Ambrosio* productus à Sergio Ravenna-
tensi, quem in eâ Romæ Synodo *plurimum valuisse*
ait Jesuita, ab Hadriano etiam Carolo M. objectan-
dum, in dictâ Epistolâ ad Carolum Regem. Ci-
tatur nempe, ut ex *Epist. LIII. Libro VII.* visio quæ-
dam Ambrosiana, *persona similis beato Paulo Apostolo,
cujus vultus me pictura docueras &c.* Sed ubi non jam
fides aliqua, verum qui in publico saltem desidera-
tur pudor? Nihil tale continet Ambrosiana Epistola
LIII. sed nec similis alia, etiam ubi de Gervasio &
Protasio, qualiter *Epist. LXXXV.* Nihil etiam aliud
citata verba, quàm Ambrosii tempore exstitisse *pi-
cturam* aliquam quæ *Pauli vultum* repræsentaret. Ast
verò in Ecclesiâ aliquâ erectam fuisse nedùm cultam,
adoratamve eam Pauli picturam, (cujus vultum *peni-
tius ignorari, nesciri*, post Ambrosium dixit Augusti-
nus) nulla Ambrosio tributâ verba referunt. En ti-
bi *Patrum testimonia* Maimburgiana! VI. Denique,
nulla fraus evidentior quàm in supponendis Romæ
Lite-

Maimb.
P. 334
P. I.
T. VI.
Conc.
col. 172.
T. VII.
Concil.
col. 923.
&c.
Ibid.
col. 948.
Baron. ad
A. DCCL-
XIX.
N. VII.
Suprà
Seç. I.
Op. Greg.
T. II. Ed.
Noviss.
col. 82.

Maimb.
P. I.
P. 333.

De Triu.
L. VIII.
C. IV. V.
T. III.

Ibid. P. I. Literis trium Patriarcharum Orientis, post habitam Hierosolymis magnam Synodum, ex tribus Patriarchatibus, in qua damnata Hæresis Iconoclastarum. Et has literas Romam primùm fuisse directas ad Paulum, quo mortuo Constantinus Pseudo-Papa miserit ad Pipinum, A. DCCLXVII. mox à Synodo Gentiliacâ, in Apographo Græcè & Latinè descripto, futuras deinde præsidium huic Synodo Romanæ, sed & Synodo Nicænæ. Undè Hadrianus, in Responzione ad Carolum, his Literis Synodicis magnoperè insistit. Quibus tamen nihil ineptius, nihil subleptius esse, evidentissimè $\psi\delta\delta\epsilon\pi\iota\chi\epsilon\alpha\phi\omega\iota\varsigma$, ut Francis ab Oriente remotioribus imponeret cultrix Imaginum Roma, infra monendi locus est; ubi de legatione & Literis trium Patriarcharum ad Synodum Nicænâ.

XVIII. Hinc verò ad suprema Copronymi, nihil quod ad causam Imaginum referunt Iconoclasticæ Historiæ Scriptores isti. Alia etiam Baronium morantur. Totus penè occupatur ad Annum emortualem Constantini DCCLXXV. in proscindendo Desiderio Longobardorum Rege, ut perfido in Romanam Sedem, perjuro in Deum &c. Ità in exaltando Carolo Rege, cum primis ubi victo Desiderio, munificum se exhibuit erga Romanum Pontificem, Donatione Exarchatus, de qua suprâ. Sic quando Romam delatus, A. DCCLXXIV. victoriam acceptam tulit Principi Apostolorum. Sic, quando Carolus obnixè deprecatus est almsimum Pontificem, sibi licentiam tribui Romam ingrediendi, ut impudentissimè Pontificale Anastasii. Qui Carolus triumphator esset Italicorum, jure saltem Patriciorum gavisurus, & cui Romæ appropinquanti obviam ivissent omnes Judices, universa Schola militia, expectante ad Basilicam Petri Hadriano. Sed alterius hæc & alia loci sunt. Cum primis verò quæ prolixè Baronius ad eum Annum de jure eligendi Pontifices & Episcopos; quod ab Hadriano indultum fuisse Carolo, dixit ex Sigeberto Gratianus, in utrumque indignato vehementer Cardinali. Illud non tacendum Viris fuerat, haud adeò execrandum fuisse Constantinum Imperatorem Hadriano Pontifici, ut etiam Literas hic supplices ad Constantinum & Leonem dederit, tanquam piissimos Augustos, An. DCCLXXII. quibus supplicaret Imperialem Clementiam, ut Paulus Exarchus ad emendationem sui reatûs susciperetur. Quod non soliti Pontifices erga eos Principes, quos nefandæ Hæreseôs reatu, & anathematis vinculo illigatos censent. Parùm etiam Christianè Maimburgius Constantino insultat, ob insidias illi structas à Bulgarorum Rege, & cladem acceptam, & vindictam quam de Barbaris frustra meditaretur, dum tot laboribus & vigiliis fracto morbus lethalis obrepfit, propè sexagenario, A. Imperii xxxv. ex Byzantinis.

XIX. Nusquam verò ingenium factionis Iconoclasticæ, in Constantini manes postea furorem omnem quasi effusuræ, cum primis illud Historici Galli nuperi, prodit sese luculentius, quam in describendis novissimis hujus Imperatoris. Quâ in re Lectorem paulisper morari mihi liceat. Ac primò Maimburgium, omnium instar, declamantem audiemus, summâque (ut ait) fide ipsis ex fontibus haurientem, mox nobis adeundis. Præmittit iste, percussum divinitus Constantinum, in ipsâ adversus Bulgaros expeditione, repentino morbo, tamque violento, inferiore scilicet corporis parte mox anthracibus cooperiâ, cum ardenti adeò febre, ut Medici faserentur non observatam à se similem aliam, seque morbi naturam penitus ignorare. Indè subjungit Historicus, de vectum ægrum ad Castellum suburbanum, Strongylum dictum, in ipso navigio, $\chi\alpha\lambda\alpha\upsilon\delta\iota\omega\upsilon$ vocat Theophanes, horrendo ejulatu vociferasse, se vivum adhuc damnatum, æternisque ignibus addictum, hoc ipso quod B. Mariam blasphemis suis impetisset. Mox, com-

posito nonnihil Egro, rogasse, imò imperasse omnibus quotquot adessent, ut hanc esse ultimam voluntatem suam quaquaversum promulgarent; Videlicet, ut non attentis iis que ipse in Virginem admisisset, eadem posthac per totius Imperii spatia honoraretur ut Deipara. Quibus dictis, inter vota precesque pro incolumitate Populi, Senatûs, Leonis filii, Ecclesiarum S. Sophia, & $\Theta\epsilon\omicron\lambda\omicron\upsilon\varsigma$ in Blachernis, quas horrendum in modum profanasset, expirasse in navigio, seu pessimam animam efflasse, ut nuperus Historiæ Byzantinæ scriptor. Baronius ad Annum hunc DCCLXXV. Sic igitur eâ, N. II. quam audisti, ab eo extortâ divinitus confessione veritatis, tum de suâ in perpetuum damnatione, tum de cultu quem execratus erat Deipara, diem clausit extremum, hac ex parte Antiocho similis. Nec ullus deinceps Historicorum est, qui non obiisse desparandum, jamque Inferno etiam vivum spirantemque illatum, de hoc Constantino tradiderit. Aded ut alienissimis etiam à causâ Iconoclasticâ, & Eruditis non paucis, hæc constans fama, & tradentium consensus, in hunc diem imposuerit.

XX. Sed vindicanda in tantum hujus Principis memoria est, in quantum patitur Historiæ fides; ac Byzantinorum illa, hinc & Baronii Maimburgique, suâ in luce collocanda est. Paucis observationibus defungemur. Ac primò, pestilentem sanè anthracem describere Theophanem, indubium est, quo correptus fuerit Constantinus $\kappa\alpha\iota\ \tau\epsilon\lambda\omicron\upsilon\varsigma$ in cruribus, $\kappa\alpha\iota\ \delta\epsilon\upsilon\epsilon\iota\varsigma$ πυρετὸν σφοδρότατον, & hinc febrem vehementissimam. Miscella pariter vocat $\delta\upsilon\theta\epsilon\alpha\kappa\alpha$, hinc febrem validissimam. Fragmentum tributum Nicephoro Patriarchæ, Tarasii successori, quanquam dubiâ fide, febrili æstu, morbum omnem describit: $\text{Πυρετὸν ὀξύτην ἢ φλογώσεσι καὶ ἐπιπυρεσίου, acuatam febrium ardoribus exastians}$. Mittimus his posteriores, aucturos omnia pro ingenio suo, nec ullus Veterum tamen, mediam ferè partem corporis totam fuisse carbunculis cooperatam. Quo nunc jure hujusmodi $\delta\upsilon\theta\epsilon\alpha\kappa\alpha$ carbunculum, aut si vis carbunculos, hinc flammam venis conceptam, dixerint Iconoclasticæ plagam $\theta\epsilon\iota\lambda\alpha\iota\omega\upsilon$, qualiter immisse calidius in Alastoras, Antiochos, Diocletianos; quâ veri specie morbum nulli Medicorum hactenus exploratum, planèque ignotum, arbitrentur æquè judices? Et an non prius affectum Historicorum, posterius Medicorum ejus ævi ignorantiam, si res ità habuit, coarguat? Deindè, morbi causas naturales ipse Maimburgius describit: *Ardens vindicta desiderium, quo in Bulgarorum Regem accensus fuit; Continuatam applicationem ad belli apparatus, hinc sanguinem inflammatum; Et quidem mediâ ætate, quum calore & æstu omnia arderent &c.* Si jam vehementior indè febris excitata, dicitur tu impervium novumque Medicorum filiis morbi genus! Præterea, si ex morbo illo Constantini de hujus impietate, aut reprobratione judicium est, quid de Davide, Ezechiâ, Jobo, quid de piissimis Capitibus, etiam in fastigio illo Regio, censendum fuerit, non ab similibus $\delta\upsilon\theta\epsilon\alpha\kappa\alpha$, aut ulceribus percussis, vel flammâ restingui nesciâ vivis depascendis? Regumne, aut Cæsarium, aut hominum portenta & victimæ quædam divini furoris, $\tau\epsilon\ \Theta\epsilon\omega\upsilon\ \kappa\epsilon\chi\omicron\lambda\upsilon\sigma\mu\delta\iota\omega\upsilon$, quotquot vel præcordiorum ingens Æstus absumpsit, vel Lepra exedit, vel Apoplexia corripuit, vel Phrenesis invasit, vel Pestis sustulit, vel gravior Plaga in miserandum spectaculum vertit! Immemorè verò Maimburgius factorum, quibus illi Principes periêre, qui & Imaginum, & superstitionum omnium, cæco studio Ecclesiam vehementer affligerunt! Ponamus Iconomachos fuisse Henricum II. Carolum IX. Henricum III. Galliarum Reges, Philippum II. Hispaniarum, Mariam Anglorum Monarchas, ne de Persecutionum ministris dicam! Quàm luxuriaret Maimburgiana pagina, in exaggeran-

Baron. ad A. DCCLXXIV. N. IV.

N. X. XI. & seq.

Baron. ad A. DCCLXXII. N. XIII.

P. II. P. 353. 354.

L. III. P. 354. 355.

Ex Edit. Pet. P. 217.

gerandâ adversum Regia Capita Nemess; dùm Henricus percutitur, media inter Orgia & Hætiludia, *dextro illo oculo* quem paverat nuper Martyrum certè fidei causâ ustulandorum adspectu: dùm Carolo, *stragem Parisinam* nuper decernenti, sanguis integer ævi undique poris, totiusque corporis meatibus, insolito morbo verèque *θρηλάτω*, erumpit: dùm Henricus alter ficarii Monachi ferro peris, *eodem loco & die quo Bartholomæanam internecionem suaserat*: dum Guisus pariter, instrumentum potissimum accelerandæ illi nocti, cujus

— *quis funera fando*

Exprimat,

cadit eadem in Urbe, Blesensi Castro, *eodemque in Conclavi, in quo ad ejus præcipuam instantiam decreta illa primum fuerat*: dum Mariam Anglicam, tot flammarum rogorumque incentricem, animi mæror, hinc aqua intercutis, in ipso vitæ & Imperii flore, opportunâ adeo Elizabethæ morte, extinguit: dùm eo ipsâ tempore, ultra quinquaginta Regni Pares, Episcopos aut Abbates triginta, *Canonicos triplicato ferè numero*, malignâ febre in Angliâ Pontificiâ sublatos; Anglorum Annales testantur: dùm Philippum II. quo in *Reformatos* Rex nullus truculentior, pedicularis morbus, ut alterum Herodem, corrodit, ac vivum depascit; non jam equinis stercorebus, sed interecanorum foetore sibi ipsi gravem, nec ferendum. Non jam Annales perreptamus, aut horrendæ atque inauditæ mortis, in ipsis quoque Pontificibus ac Persecutoribus Euangelicæ simplicitatis, exempla congerimus. Nunc ad plagæ Constantinianæ caulam, quam ipse, desperabundo similis, in ipsis quasi Inferni faucibus professus sit!

XXI. Advertat quæso ad sequentes observationes Lector: I. Hanc æstuantium præcordiorum causam, *blasphemias in B. Virginem*, nullus habet Theophanes Confessor, hinc nec Paulus Diaconus, nec Anastasius, sed neque Fragmentum illud Petavianum sub Nicephori Patriarchæ nomine. Cedrenus pro more adjunxit, fateor, exclamasse videlicet Constantinum, *ardere se διὰ τῶν Θεοτόκων, quod blasphemias in Virginem interpretatur Jesuita*. II. Illa languentis æstuantisque Principis verba, *ζῶν ἐν πυρὶ ἀσβέσω παραδόξως, vivus etiam mittor in ignem extingui nescium*, odiosissimè Historici reddiderunt. Nemo non videt exprimi ista ægro potuisse, in febrili ardore, & incendio quasi, nullâ remediorum ope restinguendo; *Ardeo totus, vivum voror, ignem quo conflagro nihil temperat, nihil extinguit, est vehemens flamma medullas, me miserum &c!* Vel ut Psalteres: *Est cor meum simile cera, liquefit in visceribus meis; arefcit ut testa vis mea, putruerunt tumices mei, contabesco totus, distorqueor, asseror, rugis præ fremens*, & quæ his gemina. Nec profecto novum, ægros hujusmodi in clamores erumpere, *gemere, pipire, ejulare*, mediis in cruciatibus; aut inter febriles æstus, cumprimis insuetos morbis ac doloribus Principes. Componat nunc quisquis est cum Maimburgianâ vel Baronianâ paraphrasi, de *horrendo ejulatu, ob sententiam damnationis æternæ, æterni ignis, cui se cum Demonibus addictum cognosceret, mittendum in stagnum sulphure & igne exundans*. III. Demus etiam, desperantes quasi voces emisisse in ardoribus illis Principem, exploratum Medicis est, in acutioris febris paroxysmo, & quasi incendio, cerebrum occupari, deturbari mentem, delirium, terrorem, inquietem, aliaque id genus symptomata suboriri. Nec si sana tùm mens Constantini fuit, de *Mariâ offensâ*, sed de offenso Numine, de neglectâ sæpè in Deum pietate, in Christum fide; in subditos clementiâ, æquitatè, beneficentiâ, aliisque Principum officiis, sollicitum eum esse oportuit. Placandus universorum ille Judex, non

Tom. II.

Hymnis in honorem Virginis, sed commemoratione Crucis Christi; sed precibus, lachrymis; pœnitentiâ, pietatis depositis; atque interdictis eorum omnium quæ unice adorandam Dei Majestatem læderent ac proritent. IV. *Blasphemias* illas Copronymi in *Virginem* scilicet, tanquam *ἔχθρα* hujus *ἁγίωνος*, vidimus ante solâ improborum testium, ac pessimâ adversantium fide subnixas esse; ac reipsâ nullas. Imò quæ de Θεοτόκῳ statuerat Constantiniana Synodus, probante subscribenteque animatus Imperatore, ipsaque Synodorum priorum & Orthodoxæ fidei in eadem confirmatio, cum jubebant securum esse hac parte moriturum Principem, tùm supervacuum reddebant illam ultimæ suæ voluntatis significationem. V. Non etiam, quod notandum in *Mariolatras*, injunxisse fertur agonizans Princeps adorationem aut invocationem Virginis; non fiduciam illi habendam; Orationes ad Mariam dirigendas; Litanias Marianas; Festa, Sacrificia, Vota; in ejus cultum; Epitheta quæ aliâs Summi Dei; Officium Marianum; Psalterium, Symbolum, Sabbathum, aut reliqua Monasticæ ac Jesuiticæ superstitionis pignora. Id modò commendasse dicunt, *ὑμνεῖσθαι* (seu *βλογαῖσθαι, ἄδεισθαι, λέγεσθαι, ἐπανεῖσθαι, μακαρίζεσθαι*) Θεοτόκον, *celebrari, laudari, ut Deiparam, qu'on la reconnuît & qu'on la reverast en qualité de Mère de Dieu*. Sanè juxta sententiam Ephesinæ Synodi, & piæ Antiquitatis, *μακαρισμὸν* etiam B. Virginis, *βλογημῆος ἐν γυναιξί*, nemine negante Christianorum. Nec aliter interpretatum esse Leonem IV. successorem, nec adstantes Græcos; quàm de retinendo dogmate *ὅτι ἡ Θεοτόκος*, non verò de cultu Mariolatrico; hujus sub Leone quidem silentium docet. VI. Sed & istud supra alia omnia dignissimum observatione est, & ad causam quam agimus cumprimis faciens. Nempe inter eas voces quas ultimas extrusisse fertur, pœnitentiæ scilicet testes; nihil omninò Constantinus de dolore suo ob *proscriptas Imagines*. Inter *vota* pro incolumitate Filii Urbis, Senatûs, Ecclesiarum, editâ simul confessione Orthodoxâ de Θεοτόκῳ, adversus iniquam Patriarchæ Constantini accusationem de quâ in superioribus, ne *πρὸ* Theophanes, Nicephorus, Miscella; Cedrenus ipse, aut Zonaras, de *restituendis Imaginibus*. Edictum nullum promulgari justum de pessimè oppugnatâ à se *εἰκονομαλείᾳ*, de revocandis hoc nomine Exulibus, de restituendo Monachatu, de rescindendis prioribus *Silentiiis*, aut de Synodo *Septimâ* abolendâ. Faciendum tamen fuit, si per hæc Religio, Ecclesia, Catholicismus, perierant.

XXII. Judicet deinceps Lector, atque infortunati hujus Principis, in odium vjetricis Imaginum causæ per Monachos primùm, ac Pseudo-Nicænos, hinc per successuros Iconolatras, adducendi, desinant incauti aut virtutibus detrahete, aut saluti invidere, aut in nomen famamque Copronymi; nec sine maledictis atque imprecationibus, impotenter grassari. Quod & accidisse nuper Johanni Boeclero, Viro Clariss. in *Carolo Magno* suo p. 29. ægrè observavimus. *Constantinus VI. cui à fædo omine Copronymi cognomen datum est, posterioribus annis huc pertinet. Omnibus vitiis infamatus est, religione variâ ac partè nullâ. Magicis incantationibus deditus, crudelis, sacrilegus, luxuriosus, & propinquus exitio, æternos cruciatum veluti præsentire visus est*. Nempe ad Cedrenum; & Zonoram, provocat Vir Eruditus, nullo rei examine. Nec mirabitur prudens Lector, scio, fefellisse omnem hac parte Byzantinam Historiam, aut imposuisse Orbi toti Iconoclastarum hostes *ἁγίωνος*. Meminerint nuperi isti; Maimburgius & Natalis, parem ferè sortem expertum, hoc ipso VIII. Sæculo, *Carolus Pipini Patrem*; odio Episcoporum, totiusque Ecclesiasti-

Ddd

Thuan.
Mezer.
&c.
Ibid. in
Car. IX.
1574

Mez.
Abbr. ad
A. 1572.
p. 1079.
1080.

Mez.
ibid.

Suprà
N. II. III.
hac scet.

Maimb.
P. 1. 361.

Est.
XXXVIII.
14

ci Ordinis. A quibus, nec sine fictis Angelicarum apparitionum ac Revelationum miraculis, constanti famâ transmittendus fuit ad posteros, tanquam æternum damnatum, Animâ ejus in Infernum inferiorem, ut à Purgatorio distinguerent, trusâ. Accessit par Cognomenti invidia, sed planè ad Constantini exemplum, observante pridem doctissimo Valesio, addendi Carolo diutissimè post hujus fata, auctoribus consimiliter *Monachis*. Quale fuit illud Caroli *Tudis*, & *Martelli*, tanquam Mallei vel Flagelli Ecclesiæ, & Clericorum. Adde constantem Annalium fidem, de aperto *Caroli* ejus monumento, per Bonifacium Moguntinum, & Fulradum Abbatem; ac loco Corporis Carolini exiisse *Dracorem*, totumque illud sepulchrum interius inventum denigratum, ac si fuisset exustum. Hæc & alia si Monachorum ac Cleri invidia, mediâ in Galliâ, de Carolo Martello, in Annales omnes referenda, etiam in Decretum Gratiani, Baronio ipso indignato, & in Vitas Sanctorum apud Suriium; eccui mirum videatur, in mendacissimâ Græciâ, redeunte Iconodulorum & Monachorum tempore, diu post mortem Constantini, cùm *Inferis* hunc Principem adjudicatum, tùm *voces* desperantis illi affictas, sed & *Copronymi* vel *Caballini* cognomen postea inditum fuisse? Ac meminerint præterea Lectores æqui, quam pertinaci maledicentiâ quicquid olim Gentilium, etiam oculatorum, eslet, traduxerint Christianorum & fidem, & mores, nullis Apologiis abstergendâ, eluendâve. Revocent pariter ad animum Inquisitorum, Monachorum, Chronographorum imposturas de *Berengarianis*, *Valdensibus*, *Albigensibus*, *Leonistis*, *Wicelitis*, *Husitis*, *Bohemis*, &c. ut Manichæis, Catharis, Arianis, Atheis, Monstris. Cogitent propudiosa hujus & superioris ævi de *primis Reformatoribus*, horumque seu doctrinâ, seu vitæ consuetudine, commenta. Attendat Gallorum de *Hugonotis*, spargenda etiam in Aulas Regum, inque suprèmas Curias, sed & persuadenda mendacia, reis scilicet *Infanticidii*, *Thyestæarum epularum*, *promiscuarum libidinum*; ne oppressos Hispanorum calumniis Belgas nostrates, & Monachorum illis Protestantes quaquaversum referam. Ac denique perreptent Ludovici Maimburgii *Lutheranismum*, *Calvinismumque* nuperum, obstericante cumprimis Societate, in excidium innocentie, & Protestantici nominis exterminium, occupandis etiam Regum maximis! Et colligant ex istis omnibus, quâ sit prudentiâ versandum in Historiarum monumentis, quoties de Religione sacrisque referunt, *εὐφρονα ἀπίστου* dixit alicubi Tragicus. Sed & inferant beatos illos esse Christi Servos, qui probris, maledictis, cruce ipsâ conformes Domino suo, regiâ illâ viâ ad parem immortalitatis metam coronamque properant.

Ad Ann. Decclxi. N. xv. T. i. xx. Febr. & iv. Jan.

Mezer. Abbr. in Henr. II. P. m. 975.

SECTIO V.

BREVIARIUM.

Leonis IV. Successio. Irene uxor qualis. Prudens Principis erga Iconodulos & Monachos moderatio. Orthodoxia, & rei Christiana in illo studium. Mors inopinata undè. Irene rerum potita. Hujus Famina, consensu omnium Historicorum, execranda imago. Facinoris in Filium admissi circumstantia notabiles. Inhumana alia. Fæda laudes Irenes, apud Iconolatras veteres & novos. Parricidium Baronio laudatum. Causa Imaginum summa his Christiana rei. Confessiones opposita, de Imaginum ἀνάθεμα. Mira horum pugna. Media ab Irene adhibita. Abdicatio Pauli Patriarche. Mala fides Historicorum. Substitutio Tarasii Laici. Maimburgii in vertendis candor. Baronii & sequacium levitas. Ut aliâs in Laicas ordinationes declament. Tarasius ipsi Maimburgio qualis. Abjecta & contradietoria Baronii. Et Græcolorum. Censuratio

cum Hadriano I. Hujus astus, & ad Orientales litera. Vicissim cautela Irenes, & Tarasii. Media alia in Oriente adhibita. Fraudes Iconolatrarum. Exempla. De inscriptione quâdam antiquâ, & propheticâ. Maimburgio ut narrata. Ejus vanitas demonstrata. Es origo. Fraudes id genus in Historiis.

Constantinum Patrem æmulatus est Leo IV. Filius & successor ab Anno DCCLXXV. natus Ætæ Dionys. incunte DCCL. ex Byzantinis. Cognomento is quandoque *Porphyrogemus*, à Porphyrà loco natiuitatis; & *Chazarus*, quia matre Chazarâ, Scythicæ originis; etiam *Leo Copronymus*, in odium paterni nominis. Huic uxor *Irene* Atheniensis à Patre data, exeunte A. Ætæ Vulg. DCCLXIX. formâ & ingenio præstans, sed

animo corrupta superbo,

in Sponsi Natique exitium, & in Iconolatricæ triumphum, permittentibus Fatis, Leoni socianda. Non antè tamen quàm solemnè se sacramento obstrinxisset utrique Principi, de non restituendis unquam vel colendis Imaginibus; ut consentiunt Historici, nec inficiantur diri juramenti religionem nuperi, Maimburgius & Natalis Alexander. Sed faulrix deinceps illa Imaginum ac perfida, asserendo sibi Imperio; adeò cupido dominandi, foemineum ubi animum incescit, cunctis affectibus flagrantior est, cui cedant *jurâ, fides, commissaque dextera dextra*. Dissimulavit tamen vivo Leone marito, peritissima hujus artis, in quo magnum Orthodoxiæ studium, idemque ab Imaginum superstitione alienissimum, observaret. Sub hoc enim Principe exularunt à sacris Imagines, quanquam, ut moderata illi consilia placuere, clementiorem se in Iconodulos Monachosque præbuerit, peracturus tranquillâ potestate, quod violentâ non potuisset. Sed verò ubi deprehensis apud Irenem in pulvinari duabus Imaginibus, Sponsam hoc ipso perjuram, ac suspectam clandestinarum cum Aulicis machinationum deprehendit, cum eâ non amplius consuefcere voluit, *αὐτὸς ἐν ἀνάθεμα αὐτῶν μὴ ἐγνωνὼς αὐτὴν ἔτι*, ita Cedrenus. Quod unum huic Leoni, laudato aliâs adversariis Principi, apud Imaginum cultores defensorisque, invidiæ plurimum, apud Irenem odii, nec ponendo huic deinceps modo, conflavit. Et inde sunt Byzantinorum in Leonem hunc contumeliæ, ex quibus Clariss. Boeclerus in rebus seculi ix. eundem *κακῆ νόστος κακὸν ὄν* temere nimis appellat, *omnia patris vitia non imitatum modo, sed & superaturum*. Hæc ex Græculis, non satis expensâ Historiæ fide, & ob reprobatas sub eo quoque, quoad usum, Imagines. Ac nequicquam is accusatus *dis-*

Cedr. T. II. P. 469.

Maimb. L. III. P. 360-377.

Ibid.

Famil. Byzant. P. 126.

verâ enim in eodem cum Patre errore versatum esse, fatetur Jesuita; & precariò nuper Historiæ Byzantiæ scriptor, in hoc Flavio Leone; *Catholicum principium cultum simulasse*. Præterquam quod *Catholica fides*, ex Imaginum vel assertione vel remotione, quas nihil facere ad *essentiam Religionis*, infra largientur, perabsurdè æstimanda nunc venit. Et si minus *Catholicum Leo*, ob Imaginum cultum reprobatum, pariter *Catholicismi* elogio fraudandi Eliberitani, Epiphanius, Augustinus, Sereus, reliqui, de quibus *Sessione* primâ. Imò verò sex Synodorum universalium, & Orthodoxiæ veteris, fuisse tenacissimum hunc Leonem, nec de primævâ fide quicquam delibasse, vel ex silentio Iconolatrarum liquet. Adde Cedrenum, disertè referentem magnam *Jacobitarum* seu *Syrorum Hæreticorum* multitudinem captivam ab hoc Imperatore abducendam in Thraciam fuisse. Quomodo infestissimus idem Arabum ac Saracenorum hostis,

in

in quos ingentes misit exercitus, non uno commisso prælio debellandos. Idque in Iconomachicis Principibus dignum animadversione est, maluisse in Barbaros arma sua convertere, quàm in Christianos, vel Occidentales, etiam dum spolia Orientalis Imperii Longobardi Franci ac Pontifices inter sese partirentur.

II. Postèaquam verò cognovit Leo conjugem suam Irenem perfidam perjuramque, sed & ministros quosdam Irenes, nihil mirum indignationem huic Principi natam, præcavituro occultos Iconolatrarum motus. Quo factum est ut Leonis extrema, sublata haud longè postèa inopinà morte, vix quinto anno Imperii adimpleto, interpretati sint pro more vindictam immediatam Numinis. Ferunt nempe Byzantini, & operosè Maimburgius, Leonem hunc mox ab imposità Regio Capiti Coronà quâdam gemmis rutilante, quam sive Mauritius Imperator, sive Heraclius in Æde Sophianâ consecrasset, cœlitus ad spectabili plagâ percussus, *carbunculis* subitò in Capite enatis, quibus mox extinctus fuit, in *pœnam* scilicet *Sacrilegii, cum insanires, inquit, circa lapides.* Auctores sunt Theophanes, Miscella, Cedrenus, alii, assensuro in speciem fabulosis circumstantiis, post Baronium suum, Maimburgio. Sed ità tamen ut satis apertè rideat credulam Byzantinorum simplicitatem, assurgentium ad causas *supernaturales*, dum fatetur *naturales* dari potuisse, videlicet aut sanguinem jam ante ex causis aliis *accensum*, unde ardentissima febris in *carbunculo* eruptura; aut *suspicionem veneni*, ab Irene scilicet vel Ministris injecti, postquam *ambitiosissima Fœmina Leonis gratiâ excidisset.* Et quidni venenum hujusmodi Marito propinaverit, Fœmina cui nihil sacrum, quæ Tutricis nomine Imperium hoc modo esset administratura, Filio Constantino vix decenni, quæque hunc ipsum deinceps Filium oculis orbare, omniaque divina & humana, regnandi causâ, violare sustinuit? Et quid adèd in facto Leonis dignum ultrice Dei manû, dum Coronam Regio capiti imponeret, Imperii gemmis fulgentem, mox reponendam loco suo? Aut quid in *carbunculis, ex validâ ardenti que febre*, adèd præter naturam portentosum fuit, in Principe Juvene, cui facilè ebulliret sanguis in venis, ut adscribendum veniat justitiæ scelerum vindici? Quum vel pientissimos Reges hujusmodi plagâ, ac pestilenti seu ulcere, seu carbone, cœlitus afflictos ipsa Scriptura memoret. Ac quanto illustrior Dei vindicta fuit in superioris ævi Reges, Reginasque, à quibus cruentæ persecutiones in eos excitatæ, qui *Idololatriam* omnem proscriptam vellent? Tollendis singulis inopino ac miserando casu, plagisque verè *θεοπέμποις*, ac Herodianæ simillimis, haud duraturâ eorum tyrannide. Sed jam parcimus Principum nominibus.

III. Igitur advenerat illud tempus, quando *ἀκμήν* quandam superstitionis Iconolatricæ, ac miram rerum catastrophem, in Oriente primùm apparere, sub *Irene* Imperatrice, in fatis erat. Ac *Tempus* quidem hujus conversionis coepit, statim à morte Leonis IV. Anno Christi *DECLXXX.* Filio ejus Constantino adhuc impubere, hinc permissis habentis Imperii viduæ Leonis, Fœminæ jam marito vivo Iconolatrarum gratiam occultis artibus aucupatæ, contra jurisjurandi religionem, ut pluribus Theophanes, Cedrenus, & reliqui. Ac de Irene consentiunt Græcorum Annales, post Theophanem Chronographum, sed & Latini, fautores licet Imaginum, vix post fœminas natas imperasse aliam, quæ hanc ambitione, crudelitate, malis artibus, perjuriis, cædibus, facinoribus in familiam omnem Constantini Soceri, quin in proprium Filium admittis, ac denique ipso parricidii scelere, superaverit. *Pereant*

omnia, dum imperem, fuisse hujus Fœminæ symbolum meritò credatur. Nec ipsi nuper ausi sunt diffiteri Maimburgius & Natalis Alex. in libris citatis; quorum ille *horrendorum criminum, furiosa ambitionis, fera crudelitatis, immanis tyrannidis, impia dissimulationis, inaudita superbia* &c. passim postulat Irenem, *Agrippinâ* Neronis matre longè sceleratiorem. Un-

L. *rv.* de etiam cum *Athalia* componere nulli dubitarunt P. 67. Carolus & Francofurtani. Equidem non satis Fœminæ illi fuit, constitutum Principis minorennis tutorem & patrum *Nicephorum* ab Imperii administratione remove. Non satis; Filium quoad potuit prohibere ejusdem gubernaculis; omnium eum odiis exponere, illis ipsi factis quæ improba suaderet; *Maria* uxoris repudium, malè Cedrenus *μαρτυρίας, & Theodora* cubiculariæ in Torum conjugalem admissionem, sola causari; denique ad se unam rerum summam convertere, perpetuis insidiis Constantino Filio structis. Quum hæc nequicquam tentasset infelix Mater, tandem hunc ipsum, Anno VII. Imperii, maternæ ambitionis lamentabilem victimam esse iussit. Orbavit nempe Filium, per nefarios conjurationis munitros, & vitâ & luminibus, in eadem *πορφύρα* (sic appellatâ Domo, aut Triclinio Palatii, quod nascentes Imperii successores primùm exciperet) in quâ vitæ usuram ex Matre nactus, *ἐν τῇ πορφύρᾳ ἐν ἣ ἐγεννήθη.* Illud verò

Theophanis, *ἐκτραφέσθαι πρὸς τὸ ἀποθανεῖν αὐτὸν*, Interpretes emollit, *ut penè mortem inferrens.* Addit Theophanes, ad tantum facinus *σοδοῦσθαι τὸ ἥλιον ἄπὸ τῆς ἡμέρας ἰζ.* Solem per dies xvii. obscuratum. Accedit tempus perpetrandi facinoris à sceleratissimâ Matræ observatum. Nempe expectata natiuitas Filii Constantino nati, *Ὀκτωβρί* mensis A. Æræ vulg. *DCXCVI.* ex Theophane, ut impuberis Nepotis nomine Imperium ipsa rursus pro libidine moderaretur. Hinc Anno sequente *DCXCVII. Ind. V. Constantinus orbatus oculis simul & vitâ, Imperio in Matrem rursus devolvendo*, ità Baronius initio illius Anni. Hinc quod planè novum in Orientali Imperio, ecce imperantem fœminam, & *solan*, nec tam Tutricis nomine quàm proprio *Βασιλίσσης Ἰμπερατρικῆς*, cum supremâ Imperii potestate. Quinimò laudanda deinceps fuit tot facinorum detestandique parricidii rea, ut est *adulandi perditissima gens* Græcorum; ex adverso infelix Constantinus criminationibus lacerandus erat, postquam ire in majorum vestigiâ coepit, in causâ Imaginum. Tacemus Irenes, ex quo sola potita rerum est, inhumana alia, Theophane ipso referente. Et cujus *consiliis*, vel *oculis* vel *linguâ* ante mulctandi fuerant Fratres quatuor Leonis IV. ecce ejusdem postèa jussu, in exilio, hi ipsi cruentâ morte interempti, Anno Irenes II. Et sic *tota Leonis Isauri posteritas* nefariæ hujus Fœminæ ambitioni, satiari nesciæ Regio sanguine, immolanda fuit, quemadmodum & Iconolatrarum odiis. Eat nunc Maimburgius, & hoc nomine Leonis

P. 11. *Isauri* memoriæ, ut abjectissimè facit, insultet! P. 70. 71.

IV. Atque hæc ipsa Irene est, quæ quum religionem, sacramenta, divina omnia humanaque, posthabuerit regnandi libidini, ut fatetur aliquoties Exjesuita nuperus, *cultum Imaginum* prima in Oriente instituit. Hinc jam à *Religione, fide, pietate, Catholicismo*, ac *Sanctorum vestigiis* commendanda, quin *immortali laude digna*, apud nuperos Iconoclasticæ Historiæ scriptores. Præiverunt, fateor, Byzantini, ad furorem Iconolatricæ, quibus hoc uno Irene, scil. ob sancitam Iconolatriam, *πῶ ἢ ἱερῶν εἰκόνων προσκύνησιν*, audit *φρόνιμος, ἐν ἑβραῖσιν, συνεισὸς & πρῶγματᾶ διοικήσασα, ζῆλον θεῶν ἔχουσα, μαρτυρικῶς ὑπὲρ τῆ πίστεως ἐνανθήσασα, prudens, pientissima, res sapientissimè moderata, divino zelo accensa, &c.* quin ipsi *Martyribus, fide, pietate, constantiâ equanda, νέα Ἑλένη* nova *Helena*, & quæ sunt id ge-

L. IV. P. 66.

C. IV. ART. VI. P. 413. Annal. T. IX. ab A. DCCLXXX.

Ad Ann. DCCXCVI. N. VIII.

Ad Ann. DCCCI.

Baron. ad A. DCCXXI.

nus præconia, in ipsis literis Hadriani ad Constantinum & Irenem. Undè non dissimulavit Maimburgius, *execranda suis actionibus* Fœminæ immodicas hæc laudes adscribendas esse *vitio Græcorum, quorum indoles abjectè adularix.* Interea ipse nullis non laudibus Catholicismum passim ac fidem Irenes extollit. Et Alexander Natalis ad Sæculum VIII. *Ob religionem, fidem, ac pietatem, cui restauranda tuendaque egregiam navavit operam, immortalis laude digna Irene.* Sed Baronius modum omnem excessit, *parricidii etiam ab Irene admitti institutâ defensione, ac dissimulatis plerisque hujus Fœminæ execrandis.* Nempe ad Annum DCCLXXX. exorsus à præconio *mirabilem Dei, qui hanc Fœminam excitasset, totus deinceps in Imagines intentus, & in illorum præconia qui has restituisent, Irenes scilicet, Tarasii, Hadriani, Theodori Studita &c. tandem acturus de gemino Parricidio, in Filium proprium & in Imperatorem admisso, cœdè hunc in modum palliat. Vocat justitiæ zelum, quo nomine eadem meruerit post hæc commendari: Licere è manu furiosi gladium auferre: Docuisse Christum, summum pietatis genus esse in hoc, N. B. adversus Filium esse crudelom: Jam olim Dei præcepto justas esse armatas manus Parentum in Filios, abeuntes post Deos alienos: Plurimum interesse, quo quis aliquid animo agat: Quod ista Religionis causa, & amore justitiæ, in Filium perpetrata credantur, hinc Irenem ab Orientalibus nonnullis, viris sanctissimis, qui factò aærant, meritam præconio celebrari.* Mittimus Baronii plura, quibus Irenem cœlo effert, ad penè Divarum Catalogo inscribit. Horret animus, & legendo horruere comæ. Lectorum modo fidem imploramus. Quin post tot immania & cruenta Irenes facinora, tamen ob restitutas Imagines, & donata fortè quædam civilia Tributa, inducit rursus Annalium scriptor ipsum *Theodorum Studitam, scilicet Virum illum Dei, tot miraculis illustrem, tot virtutibus coruscantem, quin in Iconolatri primipilum, impiissimæ Fœminæ ita blandientem! Irene divinum nomen! Os omne & lingua in laudes tuas aperitur: Afferrix Fidei Orthodoxæ, Vindex Dei, Veritatis propugnatrix, &c.* Vide integram Theodori hujus apud Baronium Epistolam. Sed hic ipse *Theodorus est, quem sub insigni specie sanctitatis, & doctrinæ, sed & eloquii, totum ad cœdæ assentationis artes fuisse comparatum, Epistola ad Imperatores ac Pontifices docent: imprimis etiam illa ad Michaellem Balbum, quamvis Principem Iconomachum, ut alterum Davidem, Josiam, Jovianum &c. ab Iconodulis autem immitem in modum dilacerandum. Ac de Studitâ pluribus infra.*

V. Id *παρενδελκῶς* inferendum, utique hanc causam Imaginum, tantis moliminibus ab Irene, à Græcis Iconolatri, & à Pontificibus Romanis hoc ævo promovendam, perpetuo repræsentari, non dicam à Baronio & rigidioribus, sed nuper quoque à Lud. Maimburgio in hac omni Historiâ, & ab Alexandro Natali, quasi actum eâ fuisset de summâ *Catholica Fidei.* Hinc illis passim Iconomachorum *Hæresis, impietas execranda, sacrilegium, oppugnata Fides, Religio, Catholicismus, Salm ipsâ; revocata impietas Judæorum, Marcionitarum, Manichæorum, Theopaschitarum; cum Hæreticis illis nullum fuisse habendum commercium, & quæ his graviora.* Hinc etiam pro afferendis Imaginibus peræquè ac pro Christi nomine, & fide ab Apostolis acceptâ, & Regno Dei, *Catholicorum suscepta certamina; habita Concilia; Anathemata stricta; adita ob Iconas Martyria; Rebelliones in Majestatem hoc solo fuscitatæ; Miracula divinitus scilicet edita; Canonizationes Iconomartyrum secutæ; ac æterna Iconolatrarum in Cælis præmia: dùm Iconomachi miseris animas, blasphemias, sacrilegas, in ignem æternum mitterent, Hostes Dei, Christi, Virginis, Sanctorum, Orthodoxia omnis, Catholi-*

ca fidei &c. & quæ sexcenta id genus. Et indè Irenes, detestandæ tot facinoribus, sunt profectæ laudes. Si verò alibi eundem Maimburgium audis, in hac ipsâ Iconoclastarum Historiâ, lis re ipsâ omnis fuit, de re *ἀναφῶρα*, seu in se liberâ nec necessariâ, aliquot etiam *Sæculis* post Apostolos introduci cœptâ. Fatetur enim non semel, Imaginum *usum sacrum* in Ecclesiis Christianorum prioribus *Sæculis* Lib. I. fuisse *varissimum*, id est nullum, *ac post Paganismum* P. 77. 98. *triumphantum sub Constantino* M. & *Templa à Christianis structa*, NB. *cœpisse exponi publicè in Ecclesiis Imagines sacras, & haberi in Aedibus privatorum &c.* Alibi; *Cultum Imaginum quod attinet, ut hæc res non est de essentiâ Religionis, neque absolutè ad salutem necessaria, Patres liberum eum reliquerunt, declarando se neminem cogere velle ut eas colat, adoret &c.* Iterum; *nulla est obligatio Imagines honorandi, neque universas in genere, neque singulas in specie; Quemadmodum nemo absolute obligatur invocare Sanctos.* Idem aliàs; *Imagines ex se indifferentes esse, ut qua nec præcepta in Evangelio, nec interdita &c.* Nec alia hypothesis fuit Dion. Petavii; *Imagines ex eorum genere esse quæ ἀδιάφορα nominantur, hoc est qua ad salutem omnino necessaria non sunt, nec ad substantiam ipsam Religionis attinent: sed in potestate sunt Ecclesia ut eas vel adhibeat, vel ableget, pro eo atque satis esse judicaverit.* Non alia est in novis Methodis, quibus invitatur ad reditum Reformati, sententia Cardin. Richelii, Gallorum hodiernorum, Walenburgiorum, speciatim Condomiensis nuperi, hodie Meldensis Episcopi, in Controversiâ de *Imaginibus*, hunc articulum, etiam ex mente Tridentinorum (sic illi) extra necessariorum censum referentium. *Æquiores hi jam Gretsero Jesuitâ, in Libro de Imaginibus Non-Manus. Necessarium fidei Articulus est, credere Imagines Christi & Sanctorum esse reverenter colendas & venerandas. Nec dubium, Christum voluisse, ut sua & Sanctorum Imagines religiose habeantur, & quæ ibi plura, digna Gretsero.* Alexander ipse Natalis orsurus hanc controversiam, cautè: *Probat, Imaginum usum cum Lege Dei nullatenus pugnare; uti nec adiaphora alia, ex se media, quorum usus nullatenus pugnet cum Verbo Dei.* Itâ nec *pugnantes cum Dei Lege Ritus* in veteri Ecclesiâ bene multi, circa Eucharistiam, Baptismum, Precationes, Jejunia, Disciplinam, in se adiaphori, nec ad salutem necessarii. Undè pridem Carolus M. & Francofurtani, *Imaginum usum liberum esse voluerant, utilem solummodo ad ornatum, ad memoriam, & ad instructionem, interdicto omni religionis cultu, de quo postea.* Imò illi ipsi; *Imagines parum utilitatis habere, exceptâ recordatione; ad peragenda salutis nostræ mysteria nullum penitus officium habere; & id genus alia frequentissimè.* Ac Patres *Conventus Parisini, sub Ludovico Pio, A. DCCXXIV. suadebant Eugenio Pontifici, ut rediret cum Græcis in gratiam, hoc argumento; nulla unquam picta-vel ficta fuisset Imago, NB. nihil perires de fide, spe, & caritate, quibus ad Regnum pervenitur æternum.* Idem suavit Eugenio Ludovicus, ex consilio Patrum, datâ ad Pontificem Epistolâ per Jeremiam Senonensem & Jonam Aurelianensem, *cu-jus summa fuit, dixerit Maimburgius, hortatio ad concordiam, ruptam propter rem tam exigui momenti, ac sunt Imagines.* Et indè Baronii ad Annum DCCXXV. hinc Binii, Bellarmini, reliquorum, in Parisienses istos debachatio, ut *Hæreticos Iconoclastas.* Nunc judicet Lector. Ex confessis, fuit lis hæc omnis de re liberâ, minime necessariâ, nec de essentiâ Religionis, qualis jam *usus publicus Imaginum, vel etiam cultus* merè externus, honos relativus, ut deinceps causantur. Ergone meruerint illinc Græci, ob sublatas eas *scandali* tollendi causâ, *execrandæ Hæreseos* accusationem; hinc Irene, *Agrippinâ detestabilior, laudem assertæ Religionis, Fidei, Catho-*

Lib. I. P. 77. 98.
P. 49. ad A. 794.
Ibid. P. 50. 51.
L. III. P. 448.
L. XV. de Incarn. C. XIII. T. V. N. I.
C. II. post Ob. ser. in Codin.
Maimb. Hist. L. IV. P. 50. &c. L. I. C. IV. L. II. C. XXI. &c.
T. VII. Concil. Col. 1647.
Ibid. Col. 1648. L. V. P. 268.

L. II.
C. XXI.

tholicæ Ecclesiæ, ob Imagines restitutas? Ac præclare Libri Carolini: *Si Imagines non colere contra Religionem Christianam est, ut illi delirant, solum Deum adorare seu colere, contra Religionem Christianam erit.* Argutè. Sed jam ad restitutionis sub Irene historiam.

N. XI.

VI. Igitur *media* quibus usa est ambitiosissima mulier promovendæ Idololatriæ, simul & asserendo sibi Imperio, ex devinctis sibi Iconolatriis, potissima hæc fuere. Primò quidem obstare videbatur Paulus Patriarcha Constantinopolit. Iconomachus, Præful insigni virtute & existimatione, vel ex Theophanis confessione, & quo sedente *Imagines colentibus minime disputare palam licebat adversus Iconoclastas*, fatente Baronio ad Annum DCCLXXIV. Inductus igitur ut spontè abdicaret, cessurus molitionibus Irenes, & clandestinis cum Tarasio consiliis pro decernendâ Iconolatriâ. Quod enim finxere in Actis Nicænis Actione I. & inde Theophanes, Cedrenus, cæterique fautores Imaginum, Paulum abdicasse *penitentia causâ, πρὸς μετάνοιαν καὶ φέρων*, ex anxietate conscientia motibus, ob ejectas à se damnatasque in gratiam Leonis, *ex ignavo metu, ac contra conscientiam*, Imagines, & ob *scissam Ecclesiam* ab aliis *Catholicis Thronis*, à *Catholicâ Ecclesiâ*, haud obscurum commentum est. Et hîc volupe est legere exaggerantem ista Maimburgium patheticis vocibus, sed ita ut pelluceat in Historico artificio

Hist.
Icon.
L. III. à
P. 396.

Irenes. Siquidem non ita diu à Pauli hujus exaltatione, in Nicetæ locum, Februario mense, fatis concessit Leo Imperator sequente Septembri, Anno DCCLXXX. Undè causâ nulla fuerat Paulo ulterius dissimulandi, toto quadriennio, quo sedit sub Irene Patriarcha, ad An. exeuntem DCCLXXXIV. quo Patriarchatu, mox etiam vitâ, excessit. Noverat Irenem cultricem esse Imaginum, & impuberem Constantinum, vix decennem. Undè si ea illi conscientia fuit, potuit deinceps cum Irene facillimè conspirasse, & junctâ auctoritate Imperatoriâ simul & Patriarchicâ, sensim restituere ablatas Imagines. Si verò perrexit dissimulando usque ad tempus abdicationis, culpanda in Paulo pariter & hypocrisis detestanda, & imprudentia summa ignaviaque, cujus tamen eminentem omnes virtutem collaudant. Adèò verò ad mortem usque Pauli, quæ illicò abdicationem excepit, jacuere *Imagines*, ut demùm ab eo tempore earum cultores caput efferre, ac liberè de iis verba facere sustinuerint: *Ἐκδοτε ἕν ἡρξάτο λαλεῖσθαι ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων εἰκόνων λόγῳ παρρησίᾳ, ὑπὸ πάντων, Exinde liberè ab omnibus ceperunt verba de Imaginibus fieri.* Quare Pauli illam conscientiam colendarum Imaginum, ac deinceps poenitentiam, & morientis verba ad Irenem, ficta esse nemo non videt à morte Pauli, postquam jacerent Iconomachi, & nullus non color, nullæ non fraudes advocarentur obtrudendis Imaginibus. Nec parùm fabula hæc, hoc præjudicium in vulgus sparsum, juvit Irenes molimina, & Iconodulia causam. Falsum etiam, sub Leone & Constantino scissam fuisse Ecclesiam Constantinopolitanam à reliquis omnibus *Catholicis Thronis*, vel à *Catholicâ Ecclesiâ*, prout inducitur gemens Paulus, dein perorans Tarasius, quæ tantum à Throno Romano schisma passa est, invasuro etiam inde à Gregorio II. in jura Imperatorum. Nec enim si qui fuit hujus vel illius, inter *Orientalis*, Episcopi dissensus, in causâ Iconoclasticâ, innumeris accessuris Constantino & sequacibus, probat id reos fuisse Iconoclastas temerarii *Schismatis*. Denique *Palinodia* illa morientis Pauli Patriarchæ fidem eandem meretur, quam tot palinodiarum aliarum à Romanensibus in Historiâ vulgaræ, in compendium causæ Pontificiæ, & in Actis quoque Nicænis nonnullæ, uti à temporibus repurgatæ Ecclesiæ frequentes. Imò suprâ visum est, Capite superiore,

Cedr. ad
A. IV.
Iren. Ed.
R. p. 470.

paucissima superfuisse loca, intra Orientale Imperium, quæ pro Iconodulia decertarent. Et quicquid jactent de tribus Orientis Patriarchis, exularunt ab horum sedibus Imagines, neque ferentibus Saracenis. A quibus etiam *Theodorus Amioebemus*, conspiracy accusatus cum Constantino, exilio mulctandus fuit, apud Theophanem, ad Annum Constantini XVI.

VII. Alterum stabiliendæ Iconolatriæ medium fuit substitutio *Patriarchæ*, in locum Pauli qui cum Irene affectu & studiis conspiraret, sed & animis. Opportunior jam nemo videbatur *Tarasio*. Laicus is hæctenus, *καὶ λαϊκὸν ἡγεμονεύει*, Vir Consularis, à Secretis Constantino & Irenæ, Aulicis negotiis implicitus totus, addictissimus autem Imperatrici, atque arcanorum hujusce conscius, & restituendarum Imaginum zelo flagrans, mox ex Laico, contra Canones, factus Patriarcha. Sed repugnaturus primò in speciem, *tanquam qui vincere nollit*, quod subtilissimum occultæ ambitionis genus est. Tandem eâ lege aditurus dignitatem, ipomet ad Populum perorante, mox ab intimatione sibi factâ, prout clam eum inter & Irenem convenerat. I. Ut restituerentur sacræ Imagines, *abolita contra antiquam praxim omni ævo in Ecclesiâ receptam*, sic perorans inducitur. II. Ut eum in finem Oecumenica Synodus Maimburgii indiceret, se Patriarchâ, quâ *Hæresis Iconomachorum damnaretur*, flectendis facillè in oppositum, pro nutu imperantium, mobilibus Græcis. Nunc adverte rursus Maimburgii Historici *exactissimam*, quam pollicetur, *fidem*. Redditurus, verbi causâ, hanc Tarasii ad Populum Byzantinum Orationem, quæ habetur in præcedaneis Synodi Nicænae, addit ille, *truncat, inflectit, pro jure quodam suo. Dixit Tarasius; Video Ecclesiam τὴν ἐπὶ τῷ Πέτρῳ Χριστῶν τὸν Θεὸν ἡμῶν τεθεμελιωμένην, quæ super Petram Christum, Deum nostrum, fundata est; non utique, ut perpetuò hujus ævi Pontifices, super Petram Petrum, minùs super Romanum Patriarcham. Cave credas ea, aut id genus alia, causæ Romano-Papisticæ adversa, redditurum Maimburgium. Addidit Tarasius lugubres voces, de loquentibus diversa inter se Orientalibus, & qui concordarent in Occidente, ὁμοπίστους licet, licet unius secum essent fidei. Reddit Maimburgius cum auctario; *Nostris, Fratres, omnes alias Ecclesias Patriarchales Orientis, & omnes illas Occidentis, hanc Constantinopolitanam à sua communione rescussisse, in Fide divisas*, ob Imagines scilicet. Rursum usum Imaginum vocat Tarasius *ὑπερβαλὸν συνθηκῶν antiquam consuetudinem, traditam in Ecclesia*, quâ de phrasilogiâ passim in Conciliis veteribus usurpatâ nos in *Dissertat.* de Canone VI. Nicæno pluribus. Reddit Jesuita, *antiquam consuetudinem receptam in Ecclesiâ* NB. *omni ævo.* Imò quæ à seculo uno & altero sensim invaluisse, addictâ id genus externis & superstitiosis plebe, turbâque Monachorum. Tu ex simbrîâ vestimentum.*

L. III.
P. 410.
C. V.
T. VII.
Conc.
Col. 34.

Diff. Hist.
P. 450.
451.

VIII. Sed quoque & Baronii, & recentium horum Scriptorum, observanda incauta levitas, quorum nec calamus osseus est nec animus, id est, flecti in opposita nescius. Siquisquàm alius certè is Purpuratus est, qui in *ordinationes Laicis* acerrimè debacchatur. Quare ad ipsum hoc Sæc. VIII. suffecto Romæ Constantino in locum Pauli Pontificis, quia *Laico*, hic enim unus obtentus fuit immanis sævitiæ à Stephano IV. successore in eum exercitæ, ita Baronius: *Ceterum Constantinus Pseudo-Papa, quod sciebat suam ordinationem sacris Canonibus penitus labefactari, & reddi irritam &c.* Iterum; *ita factum permittente & ulciscente Deo nefarium scelus, ut posteris esset exemplo, ne unquam Sacro-Sanctam Apostolicam Sedem invaderet Laicus homo.* Unde decretum Romanæ Synodi, sub Stephano IV. A. DCCLXIX. laudatum quoque Baronio, contra *Laicorum* electiones. Et *Sergii*

T. IX. ad
Ann.
DCCLVII.
N. VI.
Ad Ann.
DCCLVIII.
N. IX.

Ravennatenfis causa, ut ex Laico electi, diuturna: etiam disceptationis materiam præbuit. Deinde in causâ Photianâ, ad sequens Sæcul. non invidia major à Latinis, & à Nicolao I. Pontifice, conflata in Photium, (Virum pariter à Secretis Imperatori, Tarasii Patriarchæ Nepotem, ad miraculum etiam in *Theologicis* eruditum, *prodigium natura & artis* Maimburgio, & administrando illi Throno omnium suffragio præ reliquis parem) quàm quod ordinatus esset *ex Laico*. Vide paratragœdiantem Baronium, in Tomo x. Annalium, sed & Maimburgium in Historiâ Schismatis Græcorum, Alexandrum Natalem ad Sæculum ix. ut Leonem Allatum, reliquosque taceam. Ac de Tarasio Maimburgius, *transgisse omnem vitam in negotiis Mundi, in tumultu Belli, & in rebus Aulae administrandis*. Nunc audite effequentes laudibus eam ordinationem Tarasii ex Laico & Aulico homine Patriarchæ, Irene actu, sed futuri restitutoris Imaginum! *Vulnus* quidem, inquit Annalium scriptor, *inflictum sacris Canonibus, sed quod honestum dixerim, & non deforme, salubre & non lethale vulnus, per quod salus universo Corpori fuit feliciter comparata, & pristina gloria in communicatione Catholica reparata*. Ceterum etsi ex Laico fuit Tarasius promotus ad Sacerdotium, ex sacerdotalibus tamen moribus, dignis in Episcopo, in Episcopatum assumptus est, cui ex cognita Nobilitate fulgor accessit. Imò Sanctis principibus permiscendus, adeo etiam ut moriturus describeretur Ignatio Monacho in *Vita Tarasii*, id est Pseudogræculo, qui opposuerit Dæmoni inculpatam, nullius sibi consciam, nulli culpa affinem cum Deo conjunctionem, Deo proximum. Planè sic censet Purpuratus de electione Nicephori Patriarchæ, consimiliter ex Laico & à secretis Imperatori, in Tarasii locum suffecti, sed accerrimi quoque defensoris Imaginum. Undè jam Baronius; *Placuit tandem eligere Nicephorum, Laicum adhuc hominem, sed quem virtutes ornabant &c.* ἀνοθεύσει etiam, Imaginum assertarum nomine, deinceps consecrandum. Sic laudat & culpat, probat & reprobat, nigrum in candida & candidum in nigra pro libidine convertit Purpuratus, prout è re Catholica Ecclesiæ suæ, id est Romani Pontificis, esse cognovit. Ingenui magis fuere ejus temporis Iconolatræ, Plato & Theodorus Studita, quos ab horum Laico-Patriarcharum communionem secessisse, ex Theophane, & Byzantinis aliis, intelligere est, & de quibus nonnihil in sequentibus.

VIII. Accessit conspiratio cum Hadriano I. Pontifice Rom. mox ab electione Tarasii; scriptis ad istum literis sub initium Anni DCCLXXXV. tùm ab Imperatoribus, tùm à Tarasio ipso, missâ pro more Synodica, quemadmodum misit ad reliquos Patriarchas Orientis. Ac plenæ priores istæ blanditiarum, si modò genuinæ, quas exhibent Latinas Acta Nicæna, quibus Augusti Hadrianum ad Synodum invitarent, ut *primum Sacerdotum*, in quo dignitas principalis Sacerdotii, seu primi Patriarchatus; dùm tamen illi ipsi Constantinopolitanum *Universalis Patriarcha* titulo insignirent. Noverant enim quo ille in Iconoclastas ferretur affectu, quæ etiam ejus in Occidente esset auctoritas, & apud Carolum gratia, agentis jam Annum xiv. Romani Episcopatus. Hinc ab invectivâ ordiuntur in *destructores Imaginum, qui Imagines dehonestassent, manus suas immisissent in Ecclesiam, populum omnem Orientalem seduxissent &c.* De exutis operâ quoque Hadriani in Italiâ Græcis, sed & Longobardis, ac Sedi Romanæ amplissimis Urbibus Agrisque subjectis, altum silent, modò is secum conspiraret, promovendo cultu Imaginum. Nec diu post rescriptum Hadriani fuit, ad Constantinum & Irenem, quo *venerandas jussiones Imperatorum suscipit, pro Imaginibus restituendis supplicat, ac clementissimas au-*

res humillime deprecationi suæ inclinare juberent rogat, etiam *ὡς παρὼν γονυπέτων, ἢ τοῖς ἰχθυοῖν κυλινδρῶν, ἢ ἰκελῶν, tanquam præsens humi prostratus, & vestigiis eorum provolutus, ac supplex*. Sic enim ad Imperatores *ὡς Δεσπότης* Dominos suos, sed & ad Reges ipsos, Pipinum, Carolum, scribere hoc ævo Papæ omnes consueti, ut ex Epistolis liquet, dissimulante quidem ista Baronio, quâ de re nos in Historia ad hoc Sæculum. Sed cautè simul Hadrianus, in Tarasii exaltationem ex Laico ordine invectus, ut *factam contra sanctorum Canonum censuram, eâ lege se consenturum in ejus electionem pollicetur, & non aliàs, si pro sanctorum Imaginum erectione fideliter concurreret, si sacras ac venerabiles Imagines in illis partibus restitueret*. Ita Baronius, Hadrianum *exhoruisse tanquam monstrum* provectionem Laicam Tarasii, electionem ejus *perperam factam detestatum*, excusaturum tamen, *si Hæreticos profligaret*, id est Iconomachos, ac secum conspiraret. Vicissim Tarasius exprobrabat Hadriano *Simoniam & ambitum*, cum ipse non ambivisset Episcopatum, scilicet! quia ab Irene obtusum. Ità personam agebat quisque suam, in uno tertio concordēs. Atque ità ubi commodum Pontificibus fuit, ac consultum suæ Sedi, probarunt modò, quod aliàs anathematismis ferierunt. Qualiter Nicolaus Pontifex invectus in Photium, ex Laico consimiliter provectum, sed à Romano jam in aliis dissentientem. Hoc verò ipsum intendebant Irene & Tarasius, tùm ut Romanus secum in hac causâ adversum Iconomachos ageret, tùm ut hocce illicio, quo signa in eos tollebant suis in literis ad Hadrianum, litem verò movebant ei nullam de invasus in Italiâ Provinciis, hic ipse Synodicam novi Patriarchæ susciperet. Undè Baronius ad Annum DCCLXXXIV. *Debetur tanta rei palma Tarasio* (credo equidem, qui debebat huic rei Patriarchatum) *vel potius Hadriano Papa qui hoc exegit ab eo*. Et inde à Tarasio deducit Leo Allatus, *auctoritatem à Romanis Pontificibus exercitam* (sic ille quidem) in Patriarchas Constantinopolitanos. Quamquam fateatur *Universalis Patriarchæ titulum sibi vendicasse Tarasium, parem cum Romano, si non majorem, qui Papa communi tùm adhuc nomine dicebatur, & distinctionis ac restrictionis ergò, Papa Urbis Roma, vel Senioris Roma*.

IX. Conversa etiam cum suis Irene est, jam ante indictam Synodum, occupandæ plebeculæ, & enervandis sensim Edictis Imperatorum, mox rescindendis ab Irene, ad familiares artes ut Græcis, sic novarum superstitionum auctoribus. Nempe ad cœli portenta confugere Iconolatræ, ad miraculosas conversiones ab hæresi Iconomachicâ, ad fabellarum commenta, quarum deinceps infinitas addidit auctoritatem Pseudo-Nicæni. Exemplum refert Baronius ad Annum DCCLXXXI. & quidem *ex Auctore ejus temporis, quem cave credas esse Theophanem, aut Nicephorum Patr. aut Paulum Diaconum*. Summa est, Joannicio cuidam, Regio excubitori, cum Stauracio Patricio adversus Sclavos in Græciam profecto, divino nutu apparuisse è sylvâ Anachoretam, hac voce velut fulmine Iconoclastam percellentem: *Si magnum tibi est Christianum esse, cur Christi Imaginem dispiciens, labor virtutis à te frustra suscipiatur*. Dicitum factum, Joannicius in viâ, ut Saulus alter concidens, ac divinâ jam luce perfusus, promittit se ex Iconomacho fore Iconolatram, *Imaginem se Christi, & omnium qui ei placuerunt, prolecuturum cultu religioso*. A quo tempore, in vestibulo Regiæ, Excubitoris officio functus, accubare *in nudo solo* consueverat, dein solitarius, & Prophetiæ ac Miraculorum dono insignis. Nempè hæc Cæsar ex *Actis Joannicii Anachoretæ*, quanquam auctore illi tacito, undè *fabellas deinceps alias propinat, & ex eo Maimburgius,*

L. i. p. 28.
29. &c.
T. xvi.
Dissert.
iv.

Ad Ann.
Dcc-
LXXXIV.
N. xi.

Ad Ann.
Dccvii.
N. viii.

T. vii.
Conc.
Col. 32.

Ad Ann.
Dcc-
LXXXIV.
N. xii.

N. xi.

De Perp.
Conf.
L. ii.
C. iv.

N. i. ii.

Hist.
Icon.
L. vi. p.
311. 312.

gius,

gius. Ac si quis tum hujusmodi Regius excubitor fuerit, nemo non videt artem Irenes & Ministrorum, ut miraculosæ conversionis specie, & sanctitatis mediâ in Aulâ, imponerent rudibus Iconomachis. Aliud motivum urget Maimburgius, ad Annum DCCLXXXIII. quod mire *auxis propensionem Populi Constantinopolitani erga B. Virginem, & reviviscere eandem fecit religionem, quâ erga Dei genitricem ferebatur.* Nempe ex Theophane (qui refert ad I. Irenes, & à quo habent Cedreus, Zonaras, Miscella, Chronographi, ipse quoque Baronius) commemorat repertam forte, à fossore rustico, in aperto Vatis cujusdam monumento, hanc inscriptionem Græcis literis lapidi inculptam vel loculo, ἐν τῷ λατῶναι, videlicet; ΧΡΙΣΤΟΣ μὲν ἠννάθη ἐν ΜΑΡΙΑΣ ἡ Παρθένου, ἡ πισθίω εἰς αὐτόν. ἐπὶ δὲ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ἡ Εἰρηνης ἡ βασιλείων, ἡ ἡλῆς πάλιν μὲν ὄψεις, CHRISTUS nascetur ex MARIA Virgine, & credo in eum. Sub CONSTANTINO & IRENE Imperatoribus, ὁ Sol, iterum me videbis. Locus fuit ad Longos Muros Thracia, qui quadragesimo circiter ab Urbe lapide, munimentum præsidiumque Thraciarum contra Barbarorum excursiones, quò sub Justiniano translati duo Thraciæ Vicarii, reddit Maimburgius appellativis vocibus, *après des longs murs de la Thrace.* Addit Jesuita, *vulgatam hujus Inscriptionis famam efficacissimam fuisse excitanda devotioni populi, qua per vim magis repressa fuerat, quam suppressa.* Si quæ autem narrationi fides, vetustior multo hæc Inscripção fuit ipsâ ἐνορανοῦ Servatoris, Platoni etiam tributa, apud Bapt. Fulgosium & alios. In quâ tamen & CHRISTI nomen, quod parùm videretur, & MARIE Virginis, quod amplius; quod verò portentosius, illud CONSTANTINI & IRENES, horumque Imperium expirante sæculo VIII. disertis verbis expressâ, ipsaque illa vaticinatio, non ante Irenes imperium apertum ita istud monumentum. Sic Prophetarum maximus Plato, aut quisquis alius, idemque Christianus ἐξ ἡμετέρων ἡμῶν, qui non jam βιώσας μὲν λόγῳ, ut de Socrate & aliis Justinus Martyr, sed πισθίω εἰς χεῖρῶν, eumque παρθενοῦ ἡννάθη & θεάνθερον. Ac mirandum hoc aliud, non modò nomen suum reticuisse tantum Vatem, cujus non puduit unquam Dei viros: sed præterea in horum Murosum substructione, Anastasio imperante, dein ἀνοικοδομήσας sub Justiniano, instauratâ etiam ibi Urbe ex ruinis antiquis, dum moventur omnia & eruuntur ex imis terræ visceribus, intactum mansisse hunc tumulum, hanc cistam. Adde portentum, indè à Platonis temporibus integrum in eâ cistâ corpus aservatum, κείμῳν ἀνδρῶν, Maimburgius *un grand homme mort.* Primus autem locus Inscriptioni illi esse debuit in Antiquarum Inscriptionum serie, quarum auctaria, post Reinesiana, & Sponiana, eruditum hoc sæculum expectat. Sed prodit se forrex, nota fraus, nota est manus. Ambitosissimæ Irenæ, nova molitæ mox à morte Leonis, cum primis verò ut restitutâ superstitione odium in Constantini loceri familiam accenderet, vota que in se plebum converteret, Cœli cum primis favor, & portentorum fides, ut erant ingenia Græcorum, opportunum auxilium visa sunt. Undè effossio illa Lapidis, cum inscriptione, fortuita scilicet, sed quæ peropportuna fuit conciliandæ cum Imaginibus Virginis, tum Imperio Irenes, apud credulam imperitamque turbam, auctoritati. Ut est etiam Græculus esuriens, & nummorum pariter ac voluptatum avidus, sed & ad fraudes natus, nihil mirum repertum eo tempore fuisse, qui Irenæ facturus rem gratam, & consiliis opportunam, spe præmii hanc fraudem excogitavit. Ac par fabellæ fides, quæ complurium id genus ἐπιστοφῶν & παντοῦσων. De quâ dicendum, quod de simili Lapidis

effossione, inscriptioneque, repertâ sub Andronico Palæologo (in quâ & Imperatoris nomen, Νικανόμῳ, & instauratio urbis Trallium ultra Mæandrum, & fatales Annorum numeri) Nicephorus Gregoras, Historicus Byzantinus: *Multi non veteri præsigium, sed recens commentum putabam, νεωτέρον πλάσμα ἰνῶν.* Omnino similis vaticinatio, Libro cuiusdam foliis ligneis inscripta, Toleti in Hispaniâ effossa in Judæi cujusdam vineâ memoratur, Ferdinando Castellæ Rege, Anno MCL. De triplici Mundo ab Adamo, juxta traditionem Elianam, & quod initio Tertii Filii Dei nasciturus esset, ex Mariâ Virgine, quodque tempore Ferdinandi Regis Castellæ sub lucem venturus esset Liber, planè, ut prior inscriptio lucem adspectura sub Irene. Refert Crantzius in Metropoli suâ, & Wandaliæ Libro VII. addens simile quid accidisse sub Irene, sed se hæc inter neutra deputare. Nempe, si quæ narratis habenda fides, fictio hæc Judæi fuit, sub Ferdinando baptizandi, ut apud recutitos prætexeret suum ad Christianos, cum omni domo suâ, transitum. Vide & Librum in Ægypto repertum, de quo etiam Maimburgius Hist. Cruc. I. IX. p. 295. Sic Gennadio Patriarchæ Constantinopolit. tribuitur expositio *litterarum excisurarum* in sepulchro Const. M. de excidio U. Constantinopolit. per Turcas, Græcè excusa Venet. 1637. ad calcem *Chronici Monembatræ* Metropolitæ, & Synopf. *Historiarum Marth. Cingula.* Sed vero Byzantina Historia hujusmodi inscriptionum ac vaticiniorum præ cæteris ferax est, Imperatoribus Michaële, Leone Armeno, Balbo, Theophilo, Tzimische, Comnenis, Palæologis &c. ut credulâ superstitione fuere Græci. Ac finis vix ullus foret exemplorum, ex Theophane, Cedreno, Nicetâ, Glycâ, Zonarâ, Gregorâ, reliquis, observantibus ista pridem Chronographis; & Cuspiniano, Sabellico, Fulgoso, Marmolio Hispano, Crantzio, recentioribus aliis, quos vide. Indè etiam Monumenta id genus lapidea, marmorea, ænea, eademque futurorum præfaga, uti Regum, Regnorum, everisionum, cladum, factorum, Virorum insignium, expressis nominibus, ipsius quoque ΛΥΤΗΡΡΙ, exhibent Gothorum, Anglorum, Gallorum, Germanorum, Italarum Annales, totis penè plaustris. Ea tùm fuerunt ignorantia tempora, quibus nullis non commentis, prædictionibus, apparitionibus, portentis, miraculis, locus fuit, excæcatis foedâ superstitione Populis, sed & Regibus, ac feracissimo talium ingenio Monachorum. Sed & pridem in *χηρημοῖς & ψεδομαντείαις* præsidium Græcis omne fuit. Sic obvia est tabula ista ænea ex *Plutarchi Alexandro, δὲ Ἰσχυρίῳ, τύπος ἔχουσα γεγραμμένων ἀρχαίων*, reperta in Lyciæ quodam fonte, propè Xanthum oppidum exundante, cujus inscriptio fuit, *παντοῦσας τῶν Παρσῶν ἀρχῶν ἐπὶ Ἑλλῶνων κατὰλυθείσαν, σινεσφορε Παρσῶν ἰμπερίῳ ἀ Γρακίς subvertendo.* Nempe hæc animandis Macedonibus, paulo ante pugnam ad Granici ripam, prout ingeniosæ id genus fraudes, ac fausta scilicet omina, frequenter ab Imperatoribus, commissuris prælio Exercitum, conficta. Nec in Ægyptum jam, vel in Orientem concedere, aut etiam in Latium, requirendis id genus fictionibus fatidicis, hujus loci ratio finit. Nunc ad ea quæ vel in Pseudo-Synodo asserta finitaque, vel adversus eam mox in Orbe utroque decreta.

SECTIO VI.

BREVIARIUM.

Historia Concilii abulsi Nicensi. Synodus primò Constantinopoli indicta. Causa transferendi Nicaeni. Tempus omninosum. Facta Irenes Synodo prævia. Circumstantia ælia Synodi verè ἡγεμένης. Præses Tarasius. An Occumenica censenda sit. Argumenta in contrarium, etiam

Ibid. L. III. P. 395.

Theoph. Chron. Col. 384 Ad Ann. DCCLXXX. N. VIII.

Nov. IXVI. de Præ. Thr.

Procop. de Edif. L. IV. C. IX.

Hist. Rom. L. v. Ed. Bas. p. 67.

Met. L. VIII. C. XXXIV. Wand. L. VII. C. XXV.

T. I. p. 673. Edit. Wechel.

ex Oriente. Pseudo-characteres Iconodulorum. Collatio hujus Synodi cum Septimâ sub Constantino Copron. An Pseudo-Nicana interfuerint per Legatos Patriarcha tres Orientis? Temeraria rei assertio. Prolixè falsi revicta. Baronii confessio. Fraus similis, de legatione ad Synodum Romanam A. DCCLXIX. Contradicere etiam Acta Nicana. Commentum Maimburgii, distinguendis duo tempora. Illius vanitas. Pugna cum Actu, & cum Theophano. Contradictionum farrago. De Patriarchis Orientis, quo tum illi loco, & quales. In specie de Antiocheno & Alexandrino. De Epist. Synodicâ Theodori Hierosolymitani. Et anti-Synodicâ reliquorum. Rei accuratus examen. Fallacia plures detecta. Similis Epistola falsissimè Theodoro tributa ab Hadriano I. De traditione antiquâ Ecclesiarum Orientis. Asserti vanitas. Sessiones Nicanorum intra quod tempus. Summa singularum. Argumenta pro usu cultuque Imaginum. Judicium Caroli M. Specimen locorum ex Mose. Ex Prophetis & Psalmis. Ex Novo Testamento. Futuras objectionum. Exceptiones ad loca Scripturae S. ab Iconomachis objecta. Patres à Nicanis us producti. Fabella Athanasio tributa, à Maimburgio defensa. Commemori impudentia. Maimburgiana effugia. Traditiones alie de Imaginibus Petri, Pauli, B. Virginis, Anastasii, Cosma, Damiani, Euphemia, Theodosii Abbatis &c. Nania, somnia, aniles fabella. Conditio à Demone prescripta, & responsum cujusdam Abbatis. De Statuâ ancâ Pancadeni. De Imagine Abgarenâ. Observandorum summa. Loca objecta ex Gregorio Nazianz. Chrysostomo, Basilio, Nysseno, Cyrillo Alex. Asterio &c. Fabula de Euphemia Lipsanis. Maimburgii acerbissima voces. Objectio ex Synodo in Trullo. Retorta. Testimonia alia Nicanorum qualia. Conciliabuli varia Criteria. Profana auctoritas. Summa decretorum. Idololatrica esse demonstrantur. Maimburgii inania, & pugnantia.

Efficacius verò medium nullum videbatur faciendæ Iconolatriæ, ac firmandis rebus Irenes, sed & Tarasii, quàm indictio Synodi in speciem Universalis, opponendæ Synodo Septimæ Constantin. Atque hæc Constantinopoli primò cogenda, A. DCCLXXVI. Kal. Jul. habitâ unâ & alterâ sessione, in Ecclesiâ SS. Apostolorum, post delatos eò Missos Hadriani, & qui trium Patriarcharum Orientis nomen mentiebantur. Testantur Libellus Synodicus, Theophanes, Anastasius *Præfatione* ante Acta Nicæna, ac multis Maimburgius, illiturus familiarem sibi fucum. Non verò respondere Synodi initia votis Irenes, novique Patriarchæ. *Scholaris* enim seu militiæ veterani, nec Imaginibus dediti, quotquot sub Constantio & Leone meruerant, adhæc frequens Civium Byzantinorum turba, ἀτακτον ἔλαβον φοβῶν vocant Acta, in ipsis Conventibus primordiis videbant conspirasse Imperatricem & Tarasium, κατασπένδοντας ἀναθεματίζουσαν Εἰκονομάχους, festinantes anathemate percussura Iconomachos, ex Synodico apud Justellum, vel Labbeum. Observabant nullum suffragiorum libertati futurum esse locum, inferioresque non numero sed auctoritate futuros esse eos Episcopos qui Iconolatriam averfarentur, ὅπως γινέσθαι συνεχώρησαν quod fieri non permisissent. Quare factò tumultu, atque ut notant Byzantini, impulsu Episcoporum κακοφρόνων qui male sentirent, ad primam & secundam coitionem Patrum, Synodum dissolvit Imperatrix, voce Cubicularii sui. Sed vera dissolvendi causa, hinc transferendi Nicæam, non una fuit. Prima, quod observasset Irene frequentes in eâ Synodo Episcopos, qui Synodi Septimæ decreta, & Constantiniani ac Leonis memoriam venerantur, undè clamores egredientium e Templo, τὴν ἐκδόμην συνέδορον ἐψημέντων septimam Synodum collaudantium. Deinde, quod metuerit sibi à militum scholis, Iconolatrias nullos in Prætorianis suis ferente pridem

L. III. p. 423.

T. VII. Conc. col. 38.

Constantino, ut fatetur post Baronium Jesuita. De- Ibid. nique, quod translatis Nicæam ministris Irenes, & P. 425. conjuratis, procul ab Iconoclastarum assultibus, augustinus futurum esset nomen Nicæna Synodi, & sub eo nomine ratum jam adversus Iconoclastas decretum. Dimissa igitur turba omnis Episcoporum fuit, retentis iis Constantinopoli, cum Monachis Palæstinis, & Missis Hadriani, quibuscum nova rei perficiendæ consilia Irene agitaret.

II. Igitur Anno proximè sequente, DCCLXXVII. Indiç. x. rebus ex nutu dominantium & ex voto legatorum Hadriani dispositis, cogitur Nicæa Bithyniæ Synodus, Septembri mense. Quo ipso Mense, die Dominicâ, post peractam τὴν θείαν λειτουργίαν, reddunt illi Missarum solemnia, apparuit ingens solis defectio, ἐκλειψις μεγάλη, ex Theophane, Cedreno, reliquis. Ac terè eo tempore sanguinem de celo & terrâ profusisse, Sigebertus notat ad eum Annum LXXXVII. Quæ si phænomena, ac cœli portenta, incidissent in Annum & Mensem Constantinianæ Synodi, quàm volupe foret audire Maimburgium declamantem, conversurum proluxè in totidem præfagia obscurandæ veritatis, ac sinistra auguria! Qualis postea Eclipsis solaris fuit, sub tempus excacati ab Irene Constantiniani, Chronographis supra observantibus, ubi de Irenes facinoribus. Ac tria cum primis faciendæ in antecessum esse Irene censuit. Primò, ut veteranos illos milites, Constantiniani disciplinâ imbutos, accitis interea per Stauracium Patricium e vicinâ Thraciâ Thematibus, advocatâ fraude exauctoraret, urbeque extorres in Provincias suas ire juberet. Deindè, ut evocatam in Urbem ex stationibus suis militiam in fidem suam obstringeret, novosque Prætorianos, novos Duces, obnoxios sibi uni, crearet. Tandem ut ablegatis ex Aulâ ad regiones omnes Orienti subjectas, Episcoporum, Monachorumque vota prensaret, quos facile esset ad Dominæ arbitrium inflectere. Nec dubitare sinunt Acta, Theophanes, Anastasius, ipsaque adver- Maimb. santium consensio. Quæ singula dum largitur Je- L. 111. p. 428. 429. suita, fateri hoc ipso necesse habet, omnia fuisse in eâ Synodo pro hujus Fœminæ libidine gerenda definiendaque. Quæ hinc ut institutrix, doctrix, Præses Concilii, novo exemplo, in libris Carolinis L. 111. falsè perstringitur. Constantiniani enim Filii nomen, C. XVI. &c. dicis tantum causâ & honoris, ubique præfigendum fuit. Sed nec auctoritate & jussu Hadriani, ut Romæ vellent, coactum Concilium fuit, uno Augustorum decreto, Hadrianum eo quoque per Divalem sacram evocantium, ut Acta docent in Tomo Ad. 1. VII. Conciliorum. Ità moderatus omnem hanc Synodum, sub auspiciis Irenes, pro arbitrio suo Tarasius est, cui directionem Synodi reliquisse Legatos Apostolicos, fatetur Natalis Alexander. Sed libellus Syno- Differt. dicus, & Photius in libro de Synodis, hujus Syno- cit. di πρώτος ἄνω, ἔξαρχον, προκαθεζόμενον, faciunt Art. IV. Tarasium Patriarcham, legatis Hadriani præmit- T. VII. tendum; qui si quoque Præsides, ut urget Natalis, Conc. Col. 696. certè secundarii fuere, nonnisi specie honoris illis relicta, sed post Tarasium tamen. Ac moderari Confessum oportuit eum Patriarcham, qui pro ingenii solertiâ, ac peritiâ rerum gerendarum, sed & pro imperio, & ex composito cum Irene, omnia dirigeret, certâ Synodi sententiâ ejus initium pridem prævertente, retigitque industria finem. Porro Synodi hujus membra, ex Actis ipsis, intelliguntur fuisse magnam partem Abbates, Monachi, intensissimi memoriæ Constantiniani, & in iis Monachi Palæstini, Plaso, Theophanes, alii venerabiles Monachi, ut Baronius, passi multa sub Copronymo. Ignatius in Vita Tarasii; Et quicumque erant venerandi & eximii Monachi, qui movebantur zelo disciplina, profecti sunt Nicæam. Nec dubium quin essent ex eâ disciplinâ plerique Episcopi, noviter in eum finem crea- ti,

Theoph. A. VIII. Const.

Maimb. L. 111. p. 428. 429.

L. 111. C. XVI. &c.

Ad. 1. Col. 32.

Differt. cit. Art. IV. T. VII. Conc. Col. 696.

Ibid.
Col. 54.
& sc. 44.

T. XIV.
C. II.
Art. III.
Hist.
Icon.
L. III. à
P. 418.
Notit.
P. 307.

Maimb.
à P. 429.

Baron.
T. X.
A. DCCC
XL II.
Ep. VII.
T. VIII.
Concil.
& apud
Baron.

ti, præter apostatas plurimos, blanditiis Irenes attribuit Tarasii in Iconolatrarum partes illectos. In his *Basilini* ille Ancyrae, *Theodorus Myrorum*, *Theodosius Ammori*, Episcopi, qui foeda palinodiâ, & horrendis contumeliis in Constantinum & Septimam Synodum, venalem abjectamque mentem prodiderunt. Ex quibus nihil mirum, præter agendi modum planè tumultuarium & violentum, de quo postea, promeruisse hanc Synodum nomen *λησελικής* *latrocinalis*, cum Ephesinâ Dioscori; & *Pseudo-Synodum*, *Synodum impiam*, *erroneam*, *hereticam*, aliisque id genus nominibus, a Carolo M. à Francofurtanis, Gallis, Britannis, hoc & sequente sæculo, habitam fuisse.

IV. Precariò igitur admodum nuper Natalis Alexander, Ludov. Maimburgius, Cabasütius in Notitiâ Conciliorum, sed post Baronium, Bellarminum, Binium, Spondanum, Petavium, & quicquid Iconodulorum fuit, hanc Synodum verè *Oecumenicam* ac *Septimam* pronunciant; cui interfuerint *tres Patriarchæ Orientis*, saltem per *Legatos & Vicarios*, qui *Ecclesiarum Egypti, Orientis, & Palaestina, fidem ac antiquam Traditionem restarentur*. Ità Synodi majestatem multis & magnificis verbis effert Jesuita; *presensibus*, inquit, præter *Tarasium & Legatos Hadriani*, etiam *sancti Monachis*, tanquam *Deputatis trium Patriarcharum*, & *S. Platone Abbate, S. Theophane* in conjugio ipso semper *virgine &c.* *Confessus fuit insignissimus, numerosissimus, sanctissimus, plusquam ccccl. Episcoporum*, & quæ ibi plura, crederes remferiò narrari. Quare in limine fraus aperienda, fucus detergendus, probandumque est, neque *Oecumenica* nomen huic Synodo rectè aptari, neque interfuisse *tres illos Patriarchas Orientis*. Non *Oecumenicam* fuisse Synodum, nullaque ex parte accessisse ad Constantinianæ Synodi sanctitatem, gravitatemque, sequentia demonstrabunt. I. *Universalem* fuisse totidem negarunt, hac & sequente ætate, quotquot eam habuere pro *Pseudo-Synodo*, vel certè ut *Sirmondus*, ad Canonem II. Francofortanum, pro *peculiaribus Grecorum*, ejusque præterea doctrinam reprobant. In his Imperatores aliquot Orientis, & sub his Patriarchæ, Episcopi, Carolus M. Germani, Galli, Britanni, ut ex *oppositiois* historiâ infra constabit. Ac falsè perstringunt & explodunt hanc *Synodi Universalis* vel *Concilii Oecumenici* appellationem Libri Carolini, non uno in loco, de quibus dicitur loco suo. II. Sed neque in *Oecumenicis* Nicænam diu habuere, octavo & nono sæculo, qui alias fautores Imaginum, non magis quam Constantiniani Synodum VII. Ipse Theodorus Studita, Iconolatra insignis, sed qui pessimas artes Tarasii Patriarchæ, à quo & palàm divisus fuit, improbaret, Synodum hanc *τοπικῶν* *localem* dixit, in Epistolarum aliqua, quæ est xxxviii, indignante Binio *Notis* ad inscriptionem Synodi Nic. Ità *Ecclesias omnes Patriarchales Orientis*, solâ Constantinopolitanâ sede exceptâ, in Synodicis suis & publicis Confessionibus fidei, *sex tantum Oecumenicas Synodos* connumerare consuevisse, ac *Septimam præter eas non agnoscere*, docet Photii Encyclica ad eandem Sedes, & falsus quoque qui eam exhibuit Annalium scriptor. Ità Nicolaus I. medio Sæc. ix. in Epistolâ ad Constantinopolitanos scriptâ, adversus Photium, meminit modò *notitiam venerandorum sex Conciliorum Universalium*. Et quoque post Nicolaum Hadrianus II. successor, ab Anno dccclxvii. Quod Pontificibus à Photio etiam exprobratum, magno jam Tarasii Patriarchæ defensore, ejus scilicet nepote, hinc & assertore *Pseudo-Nicænae*, sub Imperio Iconolatrico, post extirpatos a Theodorâ, matre Michaëlis III. cessurâ improbis artibus fœminâ, Iconomachos. III. Nec censeri potuit Synodus *Oecumenica*, cui ex Oriente quidem nulli trium Patriarcharum (quicquid commi-

Tom. I I.

niscantur) neque coram interfuerunt, neque per ablegatos, debitis Literis & requisitâ Synodicâ instructos, quâ de re statim. Ex Occidente, præter missos duos ab Hadriano Presbyteros, quocum conspirabat Tarasius, nulli, nec in Afris, nec in Italis, nec in Gallis, nec in Germanis, nec in Britannis, nec in Hispanis, Episcopi, ex confessis, quod etiam Acta ipsa Nicæna, ac subcriptiones docent *Actione Septimâ*. Quum in Synodo Oecumenicâ VI. Papâ Agathone, præter locum tenentes Agathonis, & hi ipsi Legati, & Theodorus Ravennas, Johannes Portuensis, Johannes Thesal. Occiduas Ecclesias repræsentarent. Quod illi de *Vicariis* seu *locum tenentibus* trium Patriarcharum, audax commentum esse & quo vix impudentius aliud, modò constabit. IV. *Universalem* Synodum non profectò *numerus* Episcoporum ccccl. constituit. Qui aut suppar, aut proximè accedens in Synodis aliis fuit, in Constantinopolitanâ VII. in Francofortanâ sub Carolo, Octavâ sub Photio, & aliis. Ac major quandoque numerus in Synodis Occidentalibus, nec Oecumenicis iis tamen apparuit. Sed dicat Nicolaus Pontifex, Epist. v. de numero depositorum Ignatii, in Synodo VIII. *Ex T. VIII. quid prodesse consideramus, ejusdem numeri Collegium præesse, ubi ipsius sententia prævaricantur, cujus & numerus imitatur? Quod non laudi magis quam reprehensione dicimus dignum, quia omnino magis peccatis est cumulus, ubi multipliciter fuerit agmen prævaricatorum. Nos quidem non numerosum tantum SS. Episcoporum Collegium, Nicæni & Chalcedonenfis Conciliorum, cæterorumque Patrum Synodicas constitutiones sequimur, id est non numerum respicimus, sed eorum libérales veneramur sententias &c.* Barbarè quidem, cum penè nullum habeat Latina integritatis vigorem, verbis inlepidum; ut dixisset Carolus M. V. Non profectò *locus*, Nicæna *Capit. Bithyniæ*, universalem hanc Synodum haberi jubet, *L. II. C. XVIIII.* non magis quam Synodos alias Constantinopolis, vel Ephelus. Non etiam præsentia *missorum* à Romano; quales adfuere in Topicis, in Nationalibus, ac Provincialibus variis. Ex Gr. in Synodo *ἐνδημῶν* sub Mennâ, & vel hoc Sæculo in Synodis *Gentiliacâ, Francofortanâ*, ubi hæc ipsa de Imaginibus causa acta fuit. Ità præsentis iidem ac *προεδρόκortes* in Synodo Photianâ, quæ *latrocinalis* tamen à Latinis habita. Sed nec *Oecumenica* Synodi nomen, sibi vendicatum à Nicænis, probat *Oecumenicam* reverà fuisse; nisi jam pro *Oecumenicis* Latini quoque venerentur pari inscriptione ornatas, *Trullanam* Synodum, Constantinopolitanam *septimam*, sed & *octavam* sub Photio; vehementer illis invisas. Ipsi Romanenses Constantinopolitanæ I. sub Theodosio M. *Oecumenica* nomen constanter promeritæ, hanc aliquando prærogativam negant. Nihil nos de Lateranensibus, Constantienâ, Florentinâ, aliisque Pontificiis, quas *Oecumenicas* precariò vocant. Denique nec præsidium *Tarasii*, recentis ex Laico Patriarchæ, nec sanctitas *Monachorum*, quam deprædicat Maimburgius, nec *splendor* Confessus, *Oecumenicam* esse hanc Nicænam jubent, ut quisvis facillè largietur. VI. Non etiam *Oecumenica* haberi potest ea Synodus, cujus sententia, *εἰς*, repugnavit cum doctrinæ, tum praxi *Oecumenicæ* seu *Catholicæ*, *Capitul. priorum omnium ætatum*. Et hæc quidem indig- *L. IV. C. gnatio* fuit Caroli Magni, urgentis cum universo *XVIII. penè Occidente*, hoc *soluta unitatis Catholica*, Ni- Scoglio cænâ temeritate, argumentum, eodem etiam no- *Hist. mine gementibus in Oriente piis innumeris*. Hu- *Eccl. jusmodi* fuit decretum *de adorandis Divorum Imagini- L. I. bus*, ut in compendium referunt Historiæ Pontifi- *P. 486. ciae* scriptores: seu de deferendo *Imaginibus Christi, &c. Deipara, Angelorum, omniumque Sanctorum religionis T. VII. cultu*, non quidem ajunt illi *τὴ ἀληθινῆς κατὰ εὐαγγ. natura*, quasi forent *θεῖα φύσις Divina natura*, sed *ΑΑ. VII. tamèn προσκυνήσεως adorationis. ἀπαράκλητος salutaris, & pass. Col. 555. & pass.*

Ecc

ofm-

ofculi, ἀσκαρῶν ὀβλιῶν καὶ φώτων oblationis incensorum & luminum, ita religiose venerationis; ut pluribus infra. Quem cultum, sanè cum relatione ad πρῶτον, dùm novitatis, impietatis, temeritatis, vesaniae, insipientiae, erroris gravissimi, execrabilis, priscae Gentilitatis, contra Scripturam, & Patrum sententias &c. accusant Carolus M. & pleræque per Occidentem Ecclesiae, qui ab Oecumenicâ, à Catholicâ Synodo, proficisci ea definitio sanctioque potuit?

V. Accedit, nullo potiori jure *Oecumenicam* cenferi Nicænam hanc Synodum, quam censent *Constantinopolitanam* priorem sub Constantino Copronymo. Hanc nempe ex cccxxxviii. Episcopis toto Oriente, quâ paruit is quidem Constantino, congregatam, summâque *omnium Episcoporum consensione* definitentem, ut prolixè visum *Sectione III.* reprobantemque cultum omnem & adorationem Imaginum, ex sententiâ *αἰτίας μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς ἐκδόμης Συνοδῶν sanctæ magnæ & Universalis septima Synodi.* Cur hæc, fodes, *ληστρικὴ* tibi est, *Latrocinialis, Pseudo-Synodus*, & si quæ id genus apud projectos Iconodulos, apud Baronium, Binium, cæteroque ejus familiae, ac nuperos hosce in Galliâ scriptores, sunt maledicta verborum? An ob reprobatam huic Synodo Septimæ adorationem Imaginum? Atqui & reprobavit Synodus Francofortana, reprobarunt quicquid pene tum Occidentalium. Ac par jus retortionis est in Synodum, adorationem eam decernentem. An fortè ob Synodalis processûs modum illegitimum? Imò, ut postulem jam antè demonstrata, pari *auctoritate* Patres convocantur, Imperatoriâ scilicet, quâ *Oecumenica Concilia* priora, toto *semestri* spatio, à *IV. Idus Februar.* ad *VI. Idus August.* quàm diligentissimè hanc causam omnem expendunt; ad *unius Scripturam* normam, ut inquit, definiunt; *Patrum* se priorum sententias fidelissimè proferunt; *Concilia VI.* priora suscipiunt, roborant, omnemque Catholicam fidem, ut vel Acta ipsa *Pseudo-Nicæna* testantur. Ac componantur modò inter se causa cum causâ, rationes cum rationibus, Episcopi cum Episcopis, conferantur *Argumenta* Synodi Constantinianæ, superius in summam contracta, cum *Responsionibus* quas legit Epiphanius Diaconus *Actione VI.* Attendat quisquis extra studium partium constitutus est, conjuratum illum festinantissimumque processum Nicænae Synodi, inchoatæ *xxiv. Sept. mox. XII. Octobris* sequentis solvendæ. Observet sessionum breve tempus, earundem numerum, rationem omnem, tumultuantes Episcopos, venditatas fabelas, data argumenta pro colendis Imaginibus, *nugarum adglomerationem* dixit Carolus M. Præter effrenam illam maledicendi libidinem, & petitam ex popinis & ex Orco verborum infamiam, contra *Augustos* priores, & *Synodum VII.* prolixè in superioribus vindicatam. Et pronunciet pro æqui judicis officio, cui harum Synodorum veriùs *Conciliabulis* nomen adapteatur! Nec deinceps urgeant, *inconsulto Romano & absente* habitam sub Constantino Synodum, non verò quæ Nicænae coacta fuit sub Irene. Huic jam præjudicio in superioribus occursum est, & adspargendus his luminibus pulvis planè diffusus. Nunc de *trium Patriarcharum* legatione ad Synodum Nicænam, deque literis eorum *Synodicalis*, pressius dicendum venit.

VI. Igitur identidem ingeminant ex suis Natalis & Maimburgius, vocatos nullos ad Synodum Constantinopolitanam è *Sedibus Patriarchalibus* Orientis! Contra, addunt illi, in Nicæna apparuerunt *Legati* seu *Vicarii trium Patriarcharum*, & *testata* per eos *Ecclesiarum Egypti, Orientis, & Palestinae fides, & antiqua traditio!* *Ἀἰεὶ & λέξαις*, & fraus malè consuta, quâ impositum hucusque Orbi Chri-

stiano. I. Diffimulant Viri cordati, *Sedes* illas *Patriarchales* Orientis, Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolymitanam, tam parum fuisse in potestate Constantini, quàm deinceps in illâ Irene, ut ex Actis modò patefceret. Atque adè nec *divales sacras* Constantini eò mitti potuisse, nec eorum absentiam intercedere *Oecumenico* Confessui, sub *Oecumenico* Imperatore, & Patriarchâ, visum est in *Historiâ* Septimæ illius Synodi. II. Planè idem acciderat in Synodo *Quinti-Sexta*, quæ quandoque Græcis est *Septima* Synodus, & Eutychio Patricidi in Annalibus, sub Justiniano II. Nulli in hac Patriarchæ ex tribus Sedibus, nulli etiam Vicarii, quales qui fuerint sub durissimo jugo, nequidem fatis constat. Et tamen ab ipsis Iconolatriis, uti à Græcis omnibus, pro Universalis habita, etiam ab illis ipsis Monachis Palæstinis, in Literis ad Tarasium scriptis. De hac enim Synodo loquuntur, ut reddidit ipse Anastasius: *Hoc autem subtilius est considerandum, etiam ab ipsâ sacrâ & venerabili sextâ Synodo, in quâ nullus eorum, qui per idem tempus in his partibus Episcopi erant, convenisse reperitur est &c. Sed nullum ex hoc Sanctæ adbasit Synodo præjudicium, neque secuta est prohibitio aliqua statuendi, & quæ ibi plura.* Quanquam hæc ipsa Synodus Latinis hodiernis *Conciliabulum* audit, quâ de re nos in nostra *Historiâ*, ad Sæculum VII. plenissimè. III. Tantùm abest ut interfuerint iidem Patriarchæ *Pseudo-Nicænae* Synodo, ut vix commentum ullum in *Historiâ* putidius sit. Constat enim, non pervenisse Tarasii quas ferunt literas, nec Irene Legatos, ad *tres illos Patriarchas Orientis*, adeoque nec hos rescriptissè ad Tarasium, nec misissè ad Synodum. Dicat Baronius, ad Annum *DCCLXXXV.* additâ ratione; *cùm regnaret Aaron Princeps Saracenorum, acerbissimum Tyrannum, in Christianos infensissimum.* Addit, simulac Legati Constantini in Palæstinam pervenissent, *audisse Theodorum Patriarcham Hierosolymitanum exulem jam defunctum. Hinc divertisse ad Monachos vitâ sanctissimos, à quibus acerrimam quam pateremur Christiani Orientales servitutem intellexerunt, quamque periculosissimum esse adire sive Antiochenum sive Alexandrinum Patriarcham. Nimirum si defecti essent, fore ut non ipsi tantum Legati extremum subirent periculum, sed in illud ipsum omnes Orientis fideles conicerent. Quamobrem eos à proposito revocarunt illuc proficiscendâ.* En confitente Purpurato, & jubente *Historiâ*, ipsisque Actis Nicænis, mortuum Hierosolymitanum ante Legatorum adventum, Antiochenum verò & Alexandrinum, eorumque Sedes, planè iisdem Irene Legatis inaccessas, sed nec quæfitas. IV. Nihil mirum, fingi trium Patriarcharum legationem ad hanc Synodum, quæ pro *Universalis* venditanda fuit, *duobus Monachis* hanc personam inducturis, postquam simili fraude impositum Occidentalibus esset, in Synodo Romanâ sub Stephano IV. Primus produxit hanc legationem Hadrianus, post Synodum Francofort. in *Epist. ad Carolum Regem pro Synodo Nicæna*, & ex eâ Baronius ad Annum *DCCLXIX.* & nuper Maimburgius. Ast eâ legatione, ad *Papam*, pro *sanctarum Imaginum veneratione*, additis literis, ut scriptis à Theodoro Hierosolymitano, nihil dilans magis est à veri specie. Præterquam enim, quod in Actionibus ipsis *Nicænae* Synodi nulla hujus legationis mentio, nec à Monachis Palæstinis, nec ab Hadriani nunciis injecta fuit, ecce reum confitentem Hadrianum in *Epist. ad Constantinum & Irenem*: *Omni populus qui est in Orientalibus partibus, toto Oriente, erraverunt (circa venerabiles Imagines) usque quo Deus exercet vos regnare.* Qui ergò pridem tres Patriarchales sedes, solemni legatione, Annis ante has literas Hadriani propè xxx. testatæ essent constantem suam, suorumque, in nobilissimis amplif-

Theoph. reliqui.

Vide de-
Syn.
I. VII.
Conc.
Col. 530.
Act. VI.
à col. 395.

Secl. III.
N. X.

N. XL

P. I.

p. 332.

T. VII.

Conc.

Col. 99.

simisque partibus Orientis, pro Imaginum cultu & doctrinam & praxim? Adde silentium Theophanis, Nicephori, Byzantinorum, ac durissimam tùm servitutem earum Sedium, sub Abdallâ Habbasidarum Chalifâ, invasore Imperii. V. Omnis igitur illa quæ jactatur delegatio ad Synodum, à tribus Sedibus Orientis, cum harum Literis, confessione Fidei, ac plenariâ instructione, qualis dari solet locum tenentibus, huc tota redit. Nempe paucos illos Monachos Palæstinos, in quos inciderant miraculo quodam Legati Constantinopolitani, (sic literæ referunt, quæ tamen subscriptione carent, mendaci etiam, ut statim, inscriptione) tandem à Legatis ipsis persuasos, inconculta autem nesciisque Patriarchis, duos de se Monachos, Johannem & Thomam, Legatis adjunxisse, cum Literis ad Tarasium, qui de Apostolicâ traditione in Ecclesiis per Ægyptum & Syriam testarentur, scilicet! Et quales hi Monachi? Ἰδιῶται ἔ ἀγνώστες ὄντες, ἔ πρὸς τὴν ἀποθεῖον ἀσθενῶς ἔ ἀμαθῶς ἔ χοντροί, ἔ ἀπειροί, idioti & inexpertes, & ad tantam causam infirmi, vilissimi homunciones, ut ipsi de se profiterentur, pauculi numero, in desertis Palæstinæ latitantes, & ἔ τὴν ἐρημὸν παροικεῖν ἐφιστάμενοι ἔχαται, eorum qui desertum incolere gestirent ultimi. Quod verò Johannem illum & Thomam dicunt duorum magnorum Patriarcharum Συγκέλευς Syncellos, cave credas tales tunc fuisse, aut à latere horum missos. Quâcunque olim dignitate eminuisse fingantur, tùm sanè vitam eremiticam agebant, ἀγιοποιῶν ἠουχίαν, ac ne ipsi Patriarchæ expressi quorum fuisse dicuntur Concellanei. Quinimò Monachos se vocant ignotos, inexpertes, idiotas, quales haud soliti esse Syncelli, quæ prima secundum Patriarchalem dignitas fuit, ut jam antè observatum, ubi de electione Anastasii, sub Leone Isauro. Omnis etiam illa delegatio facta dicitur ad multam persuasionem Legatorum, additâ ratione, ne redirent ad Irenem & Tarasium planè destituti, nihil eorum que secundum votum suum sperabant omninò ferentes. Denique ipsæ Literæ ad Tarasium, per hos Monachos latæ, fatentur fore eam Synodum quam Græci moliuntur destitutam presentia trium Apostolicarum Sedium, almorum Patriarcharum, sed & ἔ τὸν αὐτὸν Ἐπισκόπον, Episcoporum qui sub ipsis agerent. Undè etiam Carolus M. passim miscellorum ignorantiam perstringit, & de Johanne, primo inter Legatos illos scilicet, fuisse Episcopis in eadem Synodo residentibus minorem honore; præcessisse hos cum gradus sublimitate, qui non minor esset errore. En, Lector, tres Patriarchas Orientis, per Legatos suos seu locum tenentes, ut mendacissimè à conjuratis Nicænis appellantur, presentes in eâ Synodo! En genuinos scilicet testes, in illâ suâ imperitiâ & ignorantia, quam ipsi quidem ingenuè profitentur, Apostolica traditionis, & fidei Ecclesiarum Ægypti, Orientis, & Palestine, quam liquidè scirent! En etiam, quo jure, quâve fide inscribant se pauci hi in Palæstinæ desertis Idiotæ & Monachi, in Literis ad Synodum, τὸς ἔ Ἐπίσκοπος Ἀρχιερεῖς, Orientis summos Sacerdotes! Observa etiam fidem nuperi scriptoris, Alexandri Monachi Dominicani, in Historiâ hujus Synodi: *Lesse sunt Literæ eorundem Patriarcharum, (Alexandri, Antiocheni, & Hierosolymitani) ad Tarasium, quibus absentiam à Synodo suam excusabant. Lege Acta, quisquis fueris, & hominum frontem vel supinitatem, ut molliter dicam, suspicito!*

VI. Nec evadir Maimburgius, novo (ut ipse jactat) excogitato commento. Credidi, inquit, debere me paucis elucidare hanc difficultatem, qua posset crucem figere, quæque nondum satis, opinor, fuerat expedita: Ut evidenter constet, quomodo conciliari possint Literæ illæ Monachorum Palæstinarum, cum testimonio Historicorum ejus avi, qui asseverant duos illos Sacer-

dotes fuisse Deputatos Patriarcharum Orientis, quorum Ecclesia tam gemebant sub jugo Principum Saracenorum. Expediens Maimburgianum quale est? Scriptores Ib. p. 420. illi non observarunt, Concilium non habitum nisi post 421. 422. anni intervallum & amplius, quo tempore intermedio tribus illis Patriarchis & tempus concessum, & media, Deputatos illos debitâ auctoritate muniendi, mittendique plenam potestatem agendi suo nomine, quemadmodum hoc fecisse certum est. Probat auctoritate Theophanis coævi, asserentis Johannem, doctrina laude celeberrimum, deputatum fuisse ab Antiocheno, & ab Alexandrino Thomam, qui fuerat Archiepiscopus Thessalonicensis, maximâ cum existimatione. Addit Jesuita testimonium Ignatii, Auctoris contemporanei, qui scripsit Vitam Tarasii, apud Surium xxv. Febr. quique hæc adjecit; *Politianum Patr. Alexandrinum deputasse Thomam, & Johannem eodem honore beatum à Theodoro Antiocheno, & ab Elia Hierosolymitano.* Hactenùs Maimburgius. Gailis ingenium Musa dedit, Jesuitæ fiduciam fingendi habitus. Huic primò datum est solvere eum nodum, qui nec à Baronio, nec à reliquis fuerat satis extricatus! Et hunc inter cæteros, quos locis suis designamus, voluit in hujus Historiæ Prefat: *Deprehendemur in hoc Opere difficultates quidem circa Historiam, que nondum fuerant planè extricata, & qua omninò appaerunt cum aliquâ gratiâ novitatis.* Vide ibi reliqua. Sed verba dat Jesuita, ἀνευον μαγιστῆρ, undè præbeat κατὸν γδμακίζεν. Et conciliaturus Acta Nicæna cum Theophane suo & Ignatio, atque expediturus nodum, diffidium auget, & nodum fortius adstringit. I. Literis Monachorum, quas exhibet præter Acta Nicæna etiam Anastasius Bibliothecarius, & quidem sincerissimè scriptas, id est auctores ut accidit, aut sua constat fides, aut nulla. Si constat omninò, quicquid postea Theophanes, quicquid alii commenti sint, id ratum esse debet, quo tempore sunt exhibitæ hæ Literæ, & lecta in Synodo, *Actione III.* omnem auctoritatem Johannis & Thomæ Monachorum ab his vilibus, & idiotis, & inexpertis desertæ Palæstinæ Monachis profectam fuisse, Patriarchis tùm neque ausis scribere, neque super talibus, quolibet modo mutire. II. Certum etiam, nihil ulterius Patribus constituisse, de submissa scilicet à tribus Patriarchis, intermedio tempore, plenâ potestate, vel auctoritate debitâ agendi suo nomine. Factum enim fuisset aut per Literas, & hæ exhibitæ rursùm fuissent in Synodo; aut per Delegatos alios, & hi in eadem apparuissent; nec filuisset Anastasius, in pleniori Actorum editione, laudatâ præ cæteris Baronio. III. Intervallum sanè effluerit aliquod, inter profectionem duorum horum Monachorum è Palæstinâ cum Legatis Constantinopolit. & inter habitam Nicææ Synodum, exeunte Septembri, A. DCCCLXXXVII. ex calculo etiam Latinorum! Ergone interea tempus, & media tribus Patriarchis concessa, supplendi quod in Monachis defuerat? An istorum igitur mitior quàm antè conditio, & sublata servitus? An jam ausi vel Monachi adire Sedes singulas, vel Patriarchæ rescribere? Literas has confirmatorias quinam à Patriarchis detulerunt? Quidni lectæ illæ in Synodo? Aut quo documento probabit Jesuita, post Synodum ratum habuisse illos ipsos quos dicit Patriarchas, quicquid fecissent aut dixissent suo nomine Monachi? Fatetur enim hæfisse ab eo tempore illos prætentos Legatos, in Aulâ Irenes & Constantinii, pertractos vitæ solitariae, nec ad suos rediisse quisquam somniavit. IV. Sed si interea, donec Nicæa convenirent, instructi fuerant debitâ Legatorum potestate, undè jam pro Legatis Patriarcharum habendû ab Irene & Tarasio, imò pro ipsis Patriarchis, quasi ἢ πρὸς τὴν personam referentes, totis ante congregatam Nicææ Synodum mensibus XIII. aut XIV? Nam

L. II. C. IV.

Art. IV. p. 91. T. XIV.

Hist. Icon. L. III. P. 422. 423.

Baron. ad Ann. DCC-LXXXV.

N. XLII.

Maimb. p. 11. ad Ann. dcccxiii. p. 18. 19. Theoph. Chron. Edit. Reg. P. 389. 390. Baron. ad Ann. dccclxxxv. N. VI. Cod. de SS. Ecc. L. VI.

veniunt hoc jam nomine, apud Theophanem, & in Actis Nicænis, in *Conscriptione eorum qua facta ante Synodum*, ad A. VI. Constantini, quando habendum Concilium erat Constantinopoli, in Templo SS. Apostolorum, à Scholaris & à plebe turbandum. Ac postea dicuntur, ad A. sequentem, *reventi fuisse apud Irenem*, unà cum legatis Romanæ sedis, donec res ad Nicænum conventum præpararentur. V. Igitur nec in Theophane, nec in interprete ejus Anastasio Bibliothecario, præsidium ullum Maimburgio est. Ille enim nullius missionis, nullius deputationis alterius meminit, factæ à Patriarchis, quam dùm prædicti *nuncii Imperatoris & Patriarchæ* duos illos Monachos Johannem & Thomam *secum abduxerunt*, exeunte A. v. Constantini. Et hi statim Anno sequente, ut idem Theophanes, apparuerunt in Urbe Regiâ ad Synodum ibi indictam, dùm in Oriente Arabum dux Aaron in Christianos immitis grassaretur. Ast verò Theophanes Confessor, id est Iconolatrarum acerrimus, aut si quis Theophanem hac parte interpolavit, sanè de suo finxit, alterum *Antiochiâ* abductum, alterum *Alexandriâ*; quos ex Palæstinæ desertis dedisse se in viam unà cum Legatis Acta docent, *Patriarchis*, quos dicuntur repræsentasse, neque coram aditis neque per literas. Et pari jure Chronographus mox ad A. VI. Constantini, eosdem Monachos, accedentes ad Conventum Episcoporum habendum Constantinopoli, vocat alterum *Antiochia*, alterum *Alexandria Patriarcham*; dicit nempe accessisse Legatos Hadriani Papæ, *ὁ ἄντιοχείας ἡ ἀλεξανδρείας*. VI. Sed miretur Lector commentorum & *ἐπιτολογίων* farraginem! In Actis Nicænis, & apud Anastasium, productum Baronio, profitentur se Monachi illi & Silentarii Palæstini homines *idiotas, viles, inexpertos, ad tantam causam infirmos, indoctos*. Si verò Theophani fides, fuit Johannes *Vix μέγας ἡ ἀεικόνη μαγνὸν ἡ ἐλεηρρίμος*, etiam *doctrina laude*; Thomas verò fuerat *ἡγεμονία ἐπιτολογίων*, sic Maimburgius, *ἡ ἀρχιεπισκοπὴ ἡ μεγαλαπόλειος Θεσσαλονίκης*, id est, Primas totius Illyrici, qui aliquando etiam dictus *πατριάρχης*, vel apud Theophanem, idemque Vicarius olim Apostolicæ Sedis, indulgente tandem Theodosio in gratiam Honorii Augusti, inde ab An. ccccxxi. Rufo tum Thessalonicensi. Antè enim, quicquid obnitantur Henr. Valesius & Petrus de Marca, obnoxius redditus fuerat Sedi Constantinopolitane, vel ex lege Theodosii, quâ de re aliâs. Deinde si priorum literis credimus, pridem agebant isti vitam Solitariam, *τὴν ἐρημὸν παροικούντες*, quicquid olim *Syncelli* fuisse dicantur; Theophanes verò repræsentat, ut abductos immediate *Antiochiâ*, & *Alexandriâ*. In Actis præcedit semper *Johannes Thomam*, cum in suffragio ferendo, tum in subscriptionum serie, imò Johannes ut plurimum solus sententiam dicit: si verò Maimburgianos testes audimus, Thomas ut Vicarius *Alexandrina* sedis, pro recepto ordine inter Patriarchales sedes, & constanti subscriptionum lege, debuit primus & recenseri, & suffragari, & subscribere. Uterque etiam in Actis apparet, ut *locum tenens trium sedium Apostolicarum*, pari utriusque titulo & vicariatu; apud Historicos istos, alter ab Antiocheno, ab Alexandrino alter speciatim delegati, nullâ etiam mentione Hierosolymitani. Mirum etiam est, Thomam olim *Archiepiscopum Thessalonicensem*, supra omnem Diocesim Macedonicam, deinceps describi ut *Syncellum Alexandrini*, hinc *locum tenentem*: cujus Alexandrini tum conditio miserrima, non tantum sub jugo Saracenicò, sed & sub Jacobitarum in Ægypto dominatu. Hi enim omnes penè Ecclesias tam Inferioris quam Superioris Ægypti, administrabant Patriarchico

jure, protenso etiam in Æthiopiâ & Nubiam, vix ullo amplius Melchitis seu Orthodoxis Patriarchâ, nisi fortè nomine tenens, ut pluribus ad ea tempora Ibn-Patrik seu Patricides, ipse Melchitarum Alexandrinorum Patriarcha, editus à Selde-no. Sed audi quam bellè inter se consonent patroni hujus *Septima* Synodi! Nec Acta Nicæna, nec ad id tempus Theophanes, nec Anastasius, nec Liber Synodicus memorant, qui tum fuerint ille Antiochenus & Alexandrinus Patriarcha, vel etiam Hierosolymitanus, obscuro tum illi si qui fuerunt, hinc vacuæ sedes in Tabulis Chronologicis Theophanis. *Ignatius* jam ille apud Surium, scriptor Vitæ scilicet *S. Tarasii* impurissimus, Alexandrinum dicit fuisse *Politianum*, Antiochenum *Theodorum*, & Hierosolymitanum *Eliam*. Photius autem de Synodo VII. Alexandrinum tum Patriarcham, à quo missus dicitur Thomas, vocat *Apollinarium*, Antiochenum verò *Theodoritum*, à quo Johannes. Et hinc Iconolatrarum in fingendo libidinem intelligas. Primò enim *Politianus* ille in serie Alexandrinorum Præsulum omninò nullus, neque apud Byzantinos, neque apud Patricidem Alexandr. nec meminere Copticæ Historiæ Scriptores, ex quibus, post editum Chronicon Orientale, Catalogum Patriarcharum Coptitarum descripsit in Urbe Cairo Vanslebius Dominicanus. Sed neque *Apollinarium*, si quis fuit hujus nominis Alexandrinus, ad Irenes tempora refertur, sed ad illa Justiniani Imperatoris, longè profecto anteriora, etiam apud Theophanem qui ejus meminit, uti apud Patricidem in Annalium Alexandr. Tomo II. *Theodorus* verò Antiochenus, qui Johannem ablegasse fertur, in Throno illo collocatur jam inde ab Ann. XI. Constantini Copronymi, Incarnationis DCCLI. quanquam Tabulæ Theophanis referant ad Ann. DCCXLIII. deficientes, ut Eruditis observatum, *olementio* toto. Nec sedit Theodorus nisi sexennio, ex Theophane, usque ad A. Constantini XVI. quando in exilium deportatus, ac Sede pulsus, quod res Arabum prodere Constantino Iconomacho crederetur. Et ab hoc Theodoro *quis deinceps Antiochia Episcopus fuerit incertum*; ac diversus omninò ille *Theodoritus* Antiochenus, apud Photium, non confundendus cum Theodoro, & post eum recensitus apud Eutychem in Annalibus. Porro Theodoro Antiocheno contemporaneus fuit, in Melchitis Alexandrinis, non Apollinarius aliquis, vel *Politianus*, sed *Cosmas* apud Theophanem, homo idiota, postquam vacasset Sedes totis annis XVII. ut non uno in loco Eutychem. Post *Cosmam* fertur *Balathianus* Alexandrinus, pluribus memoratus præfate Eutychio; Theodorito autem Antiocheno *ὀμῆλιξ* fuit *Christophorus* itidem Alexandrinus; probè hujus successione conscio Patricide illo Eutychio, ipsemet Alexandrino Patriarchâ, Sæculo X. En jam quâ fide relati illi Patriarchæ sint ad tempora Nicæna Synodi, aut huic proxima, totis annis XXX. postquam sedere desiit Theodorus Antiochenus, cui *Cosmas* diu antè prævit in Sede Alexandrinâ, laudatus Theophani ad A. Copronymi II. Habes etiam novum specimen *exactissime fidei* Maimburgianæ, quam pollicitus est in Historiæ Iconoclasticæ limine. Dixerat se omnibus *exactissime libris, ex fontibus ipsis & Originalibus* singula enarraturum, accusatâ *negligentiâ* aut *infidelitate* Historicorum se priorum.

VII. Sed *Theodori Hierosolymitani*, subdunt illi, Synodicam Epistolam, ad Theodorum Antiochenum & *Cosmam* Alexandr. exhibent quoque hi Monachi Nicænis Patribus, inferendam *Actioni* III. ejusdem Synodi! Et in eâ proficitur Hierosolymitanus, se *προσκύβειν τὰς ἀγίας* adorare Sanctos; adorando etiam amplecti salutare Reliquias, à *Christo* traditas,

T. 11. p. 387. &c.

Edit. Just. T. 11.

Hist. Eccl. Alex. Part. VI.

Theoph. Chron. Ed. R. p. 358.

Chronol. Orient. apud Leuncl.

T. 11. P. 411.

T. 11. Annal. p. 267.

Admonit. ad Lect.

ditas, Martyrum ossa, quibus genus omne Miraculorum ac virtutum, & ex Athanasio quidem, attribuit, per Christum in illis habitantem; denique se adorare Sanctas & venerabiles Imagines, Christi Icones, S. Dei Genitricis, SS. Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, Confessorum &c. Et inter epitheta B. Virginis est illud *παναμίμητος θεωότης ημών, immaculata Domina nostra*. Addit Theodorus illorum damnationem, qui *ιερώνυμς* contenderent non oportere Sanctorum Imagines adorare, cum sint manufacte. Sed & adjicit Maimburgius, professionem hanc Fidei, scriptam à Theodoro, fuisse exceptam à duobus aliis reciprocè scriptis à Patriarchis, Cosmâ Alexandrino & Theodoro Antiocheno, qua ad amussim conformes essent illi Theodori. Baronius amplius, Monachos eos penes se habuisse Libellos ipsorum, Patriarchæ Alexandrini & Antiocheni, Literas videlicet eo argumento conscriptas ad Theodorum Hierosolymitanum Episcopum, cum ab eo recens creata, ex more, de fidei Catholica professione Synodalem Epistolam accepissent. Crederes iterum narrantibus, sed credere ne prope, & oculis modò fidem habe tuis. Paucis, retædio præcavendo, defungimur. I. Notes in Actis Nicænis, fatente etiam Baronio, & Maimburgio, representari hunc Theodorum tanquam mortuum admodum nuper, ad quem etiam missi Irenes Legati fuissent, sed istic audientes Theodorum Patriarcham Hierosolymitanum jam defunctum, ita Purpuratus. Atqui Theodorus ille Hierosolymitanus, Theophane teste, occupavit eam Sedem, quo tempore præflet Alexandrinæ Cosmas, Antiochenæ Theodorus: quorum ille, Cosmas, jam Patriarcha fuit Anno Christi dccxlii. notante quoque ad eum Annum Baronio, alter fede pulsus Anno Christi dccxlvii. ut qui *sederit annos sex, ut Theophanes auctor est*. Eutychius etiam illum Theodorum Hierosolymitanum, cui Elias suffectus, refert ad anteriora tempora, imperante Justiniano II. Chalifâ Waalid r. Libellus Synodicus meminit Synodi sub hoc Theodoro Hierosolymit. habitæ, contra Leonem, mox ab elato in Imagines signo, quod factum A. dccxxvi. Vides quàm bellè Græculis, & inter se, & cum Actis illis Nicænis, conveniat! II. Mirum etiam est, nihil meminisse nec Synodicæ hujus Theodori, nec *ἀμολογίων* Alexandrini & Antiocheni, nec factæ exhibitionis per Monachos, Chronographum Theophanem: qui nihil eorum prætermisit, quæ & Synodo Nicænz auctoritatem, & Iconolatricæ pondus addereat, Confessorum antesignanus, id est Iconolatrarum; nec ille tamen est, cujus preces ad S. Nicephorum Patriarcham, Confessorem alterum, planè superstitionos, refert Annalium scriptor, in Tomo x. Quo factum, ut parcius harum literarum meminerit Baronius, & ejus exemplo Maimburgius, qui in historia *Actionis* seu *Sessionis* III. (quanquam aliàs differat Actio à Sessione) lectas solummodò referat *Tarasi litteras ad Patriarchas, & horum responsum ad Tarasium*. Idem quoque Historia Concilii, Actis præfixa, initio *Tomus* VII. Concilior. literis Theodori tacitis. III. Sed & tenor literarum Græculum Iconolatricam auctorem prodit, effusè superstitionosum. Mendacissimè refert *Ossa Martyrum, Reliquias, ut salubres fomes, à Christo traditos, qui etiam in illis habitas*. Abicitur etiam nomine Athanasii, æquè ac Petrus ille Nicomedæ, in *Actione* IV. Synodi Nicænz, memorans tanquam ex Libello Athanasii sabellam *de Imagine Christi*, in Urbe Beryto à Judæis transfixâ, emittenteque aquam & sanguinem. Par abusus Mosis, quasi fuissent ad adorationem constructi *Cherubim, & Propitiatorium, & Arca, & Mensa*; quo & usi argumento Nicæni, accusante Carolo M. Libro I. argumenti *summam absurditatem & demeritiam*. Idem, præter usum Antiquitatis, certè genuinæ,

B. Virginem vocat *παναμίμητος θεωότης ημών, immaculatam Dominam nostram*; quale Christi epitheton Paulo & Patribus fuerat. Ac recentiores demùm Iconolatricæ, pari adorationis cultu profecturi imaginem Virginis & Christi, animis ad eum cultum excitandis, perpetuò dixere *ἀρχαίον, παλαιόν, παναμίμητον &c.* Quæ singula epistolæ Hierosolymitani, si fas est ejus credere, revincere pluribus hujus loci non est. IV. Par rursus hujus suppositionis ratio est, quæ prioris in Synodo Romanâ, si vera Hadrianus in *Epist.* ad Carolum antè indicatâ. Nam & in hac dicuntur lectæ hujus *Theodori Hierosolymitani* literæ, planè commentitiæ, ac ipso orationis rerumque caractere arguentes *παρεχρητισμόν*. Sed & eadem, tanquam *Synodica Conc. T. VII. Conc. Col. 979.* *trium Patriarcharum Orientis*, promulgandæ. Diverfi etiam tenoris *litteræ*, ab his quæ Nicænis feruntur exhibitæ, ac palpam obtrudentes Romano, ut qui *Petra & Patris*, describente Baronio, ad A. dccxlxi. Num. ix. Præter ea quæ in Theodori hujus professione Carolus M. castigavit, *Libro* III. sui de Imaginibus Capitularis. V. Mira etiam Baronii in affirmando, hinc Lud. Maimburgii, præfidentia est: dùm fingunt extitisse tum hujusmodi literas Alexandrini & Antiocheni ad Theodorum, *pari tempore cum* literis Hierosolymitani, ac pari approbatione *εικονολατρίας*. Nihil tale in literis Palæstinorum, sed tantum *ἀντι(συν)οδικὰ αντισυνοδικὰ accepisse* Theodorum dùm viveret. Imò Annalium scriptor, *libellos eos secum habuisse* in Synodo Monachos Palæstinos, certè nec memoratos in Actis, nec usquam lectos: quod factum præprimis fuisset, futuris longè efficacioribus iis Libellis, quàm litteræ scriptæ ab Eremitis Palæstinis, si quid in illis hujusmodi pro causa Imaginum. Ut taceam, *Cosmam* illum Alexandrinum describi in Annalibus Alexandrinis, tanquam idiotam, nec legere doctum nec scribere, unâ ejus arte *acut conficere*, apud Patricidem. VI. Quod addunt, de delegatione factâ ab *Eliâ* Hierosolymitano, *parem fidem impetrat*, ta cito hoc Eliâ ipsi Theophani, & Monachis Palæstini; quem & Theodoro Antiocheno fatentur fuisse *εὐχρηστον*, longè anteriori hisce temporibus, ut modo visum. Et sanè *Elias* in serie chronologicâ Patriarcharum Hierosolymitanæ refertur ad tempora Constantini Copronymi, saltem à xvii. Imperii, quo juxta Theophanem sede motus Theodorus; Chalifatu autem Heshami, apud Patricidem. Quem Heshamum vel Hishamum Maimburgius ipse fecit supra cœvum Leoni Isauro. VII. Denique, falsissima est illa quæ apud eodem obtenditur *constansfides, & antiqua traditio Ecclesiarum per Ægyptum, Orientem, & Palæstinam* de adorandis Imaginibus, Reliquiis &c. Quâ igitur definitione Synodorum priorum Orientis? quâ consensione Patrum Græcorum, si *depravatus à Nicænis sententias* excipias *quorundam Patrum, & stolidissimè* quidem, ut multis Capitulare Carolinum, *Libro* secundo & nos infra? Undè igitur in Synodo Constantinopolitanâ quâ damnati Iconolatricæ, annis ante xxxiii. opposita traditio ostensa, ut ex Actis *prolixè visum, Sessione* meâ III. Undè consonis vocibus omnes Episcopi, *Omnes itâ credimus, omnes idem sapimus &c.* *Hæc est fides Apostolorum, hæc est fides Patrum?* Unde quoque idem Latini ipsi judicant, Carolus M. Francofurtani, Galli, provocantes ad *traditionem Patrum* contra Nicænos? Sed & Hadrianum ipsum vidimus nuper professum, in Responsione ad Divalem sacram Irenes & Constantini, *omnes hæctenus in Orientem populos errasse*; in hac causâ Imaginum. Et num forte una vox Monachorum ejus ævi, qui ut ad omnem superstitionem sed & ignorantiam nati, sic in Copronymum, inertis turbæ flagellum, furore quodam accensû fuere, *traditioni* isti Iconolatricæ fidem

Hist.
Icon.
L. III.
P. 420.

Ad An.
DCC-
LXXXV.
N. XLI.

Ad Ann.
DCC-
LXXXV.
N. XI.
Ibid.
P. 420.
Chron.
Ed. R.
P. 365.

Baron,
ad A.
DCCII.
N. ult.
Annal.
T. II.
P. 376.

Ad Ann.
DCCCLV.
N. IV.
Hist.
Icon.
P. 434.

Vide
Sec. II.
N. XIII.

T. VII.
Conc.
Col. 531.

fidem facit? Vel nudum illud Tarasii assertum, aut hujus illiusque inter Nicænos Græculi, subversam fuisse à Leone, à Constantino, *αεχαιαν ουρηθιαν*, ut causabatur Tarasius ante aditum Patriarchatum, Oratione ad Populum habitâ? Damus sanè invaluisse sensim eam *ουρηθιαν*, cum primis à *Sexto & Septimo* Sæculo, ut fatis doceant præsidia Nicænorum, qui certè nullum priorum sæculorum testem produxerunt. Et quando cœperunt tum Imagines esse in usu sacro, publicis in Templis erectæ, nullum illis exhibitum fuisse cultum prostrationis, cercorum, suffium, sed hæc sensim introducta, disertè Galli nuperi, iique Pontificii, in Dialogo quo flagellant Maimburgianas Historias. Neque Christianis objectam unquam fuisse Imaginum superstitionem, seu ab Ethnicis ante Constantinum Imperatorem, seu à Judæis qui ante v. vel vi. Sæc. cum primis verò fecisse Judæos Scriptores circa xi. Sæc. idem Viri consentiunt atque largiuntur. De *Quarti* Sæculi praxi, & *Quinti* adulti, certè in Oriente, Hispaniâ, Cypro, Africâ, fusè in superioribus, Sectione I. De Imagine etiam *Edeffenâ*, aut statuâ *Panæadensi* Servatoris, pluribus adhuc postea ad objectionem Nicænam. En tibi præscriptionem Iconolatricam!

VIII. Ut verò hujus Synodi *Actiones* singulas, & tumultuarias illas quidem, persequamur, Alexandri nuperi Maimburgiique importunitas jubet. Quis crederet causam hanc omnem, quæ semeltri spatio Constantinopolitanos Patres diligentissimo examine exercuerat sub Constantino vi. à Nicænis hinc expeditam fuisse aliquot *dierum* intervallo, & paucis *Sessionibus* quas *Actiones* vocant, mirâ, ut factiosis accidit, rapiditate, & vibrandorum anathematum incredibili impetu? *Prima* siquidem *Sessio* incepit xxiv. Septembris, ex concessis, & *Sexta* v. Octobr. in quâ examini totius causæ impositus finis, sententiâ mox latâ *Septimâ* Sess. In primâ etiam statim imprecationum diræ, in *Iconoclastarum* scilicet *Hæresim*, nondum expendi cœptam, ab illis ipsis Episcopis qui paulo ante Imaginum cultum devoverant. Quo factò iis demùm fuit concessus sedendi ac suffragandi locus, admittendo nemine in Confessum nisi conjurato. Falsissimum verò est, quod post Baronium Maimburgius & Natalis Alexander, in *Actione* primâ, lectas fuisse literas Hadriani, tanquam *convocatorias Synodi*, aut *directrices* ejusdem, quod illis est *Fus Synodicum* omnium Oecumenicarum Synodorum. Verba dant, dùm sua dant. Imò lectæ *Actione* i. solummodò literæ Imperatorum, quorum *jussione convenissent in Synodo*; *Actione* autem ii. lectæ demùm literæ Hadriani, ut *Papa*, vel *Praefulus*, vel *Archiepiscopi Senioris Romæ*, ubique cum eâ restrictione. Et hæc quidem literæ, tum quæ obsequii sui testes essent ad Sacram Constantini & Irenes, & in modum libelli supplicis pro restituendis Imaginibus; tum aliæ responsoriæ ad Synodicam Tarasii, *Sanctissimi & Universalis Patriarchæ*, ut hic à Synodo appellatur. Ac de his literis rogatur à Legatis Tarasius, an consentiat? responditur se consentire & confirmare. De Literis verò Orientalium lectis *Actione* iii. tanquam *trium Patriarcharum*, quas obtulissent eorum *Vicariis*, fusè modò hac *Sectione*, Baronii, Natalis, Maimburgii expositâ fide in luce hominum. Et hac rursùm tertiâ *Actione*, partim in *anathemata* eruperunt Græci, ante ipsum examen causæ, partim in adulatorias voces, quibus Patriarchæ Tarasio assurgerent, pro consuetudine Græcorum. Ac demùm *Actionibus* iv. v. vi. species quædam inest argumentorum pro cultu Imaginum, & disputationis adversus Iconomachos institutæ. Sed quæ causæ præsidia? quæ argumenta? quæ aut rerum gravitas, aut verborum? Dixerit Capitulare Caroli M. probatum Francofortanæ Synodo, id est, Italis, Gallis, Germa-

nis, Hispanis, sed & Britannis quorum sententiam expressit Alcuinus. Vocant seu ex Scripturis detorta, seu ex Patribus imperitè producta, seu ex Apocryphis cruta; seu frivolis exemplis, historiis, fabellis, ratiocinatiunculis, nixa, toto passim Opere, *ineptissima, falsissima, absurdissima, dementissima, insanissima, visu digna, ignavia obstata, ratione & sensu carentia, non mediocrem socordiam, vesaniam, insipientiam, malignitatem, hebetes conjecturas, stolidissimas dictiones, errorem execrabilem, obsoletum ex præscâ Gentilitate, Scripturas ad extraneos sensus usurpatas, penè nullum Divinorum apicum testimonium compe-* L. I. *tenter positum, Patrum sententias mutilatas, depravatas,* C. XXV. *turbatas ordine, sensu, verbis, naniis apocryphas, de-* L. II. *risione dignas &c.* Exemplis illustrioribus res fiet C. IV. *evidentior, quia nullus Maimburgio, nullus Nata-* L. III. *li Alexandro pudor est, in iisdem argumentis vel* C. XX. *reponendis passim urgendisve, vel certè commen-* *Nat.* *dandis, in Historiâ singularum Actionum.* T. XIV. *IX. Vis argumenta ex Mose, pro cultu religio-* P. 87. &c. *so Imaginum, vel προικωνιστος, producta seu in Lite-* Maimb. *ris Hadriani ad Imperatores, Actione ii. seu à Mo-* III. *nachis Palæstinis, à Tarasio, ab ignorantissimis* p. 434. *Græculis, Actionibus tertiâ, quartâ, quintâ? Abra-* &c. *ham adoravit Populum Terra. Moses adoravit Jethro.* *Exerxit Jacob titulum Deo. In hominis formâ luctatus* *est cum Israël. Jacob osculatus est vestem tabernaculi* *Josephi. Idem adoravit summitatem virgæ. Idem bene-* *duxit Pharaoni. Moses fecit Arcam Testamenti, Pro-* *positiorium, Cherubim, Serpentem Aeneum adspicien-* *dum. Dedit Tabulas Testimonii. Jussit opus ex auro* *& argento perfici. Purpura hyacinthina fuit in sinibus* *vestimenti ponenda. Et si quæ id genus ex Mose* *plura, quibus occurrunt distinctè singulis Libri Ca-* *rolini. Et quoniam familiaris nullum esset Icono-* *latris argumentum, quàm illud à Cherubinis, &* *ab Arcâ testimonii, & à Serpente Aëneo, qui &* *perpetuus est nostrorum clypeus, fusè illis insisit* *Carolus M. sed diffimulandus hac parte recocturis* L. I. *Γαβριελ, Natali Alexandro, & Lud. Maimburgio.* C. xviii. *Urget Carolus, fuisse illud tempus umbrarum, figu-* XIX. XX. *rarum; Instituta quidem illa Symbola à Deo fuisse,* L. II. *non autem Imagines; Arcanos habuisse sensus &* C. XXVI. *mysticos, non Imagines; Habere nos in veritate* Dissert. *spiritualiter, quæ Judæi carnaliter in figurâ; Veram* VI. Art. i. *nobis Arcam, verum Propitiatorium quærendum,* T. XIV. *non in depictis tabulis, sive parietibus, sed in penetra-* L. I. *libus cordis nostri, mentis oculo adspicienda; Ma-* P. 74. &c. *gnum discrimen esse inter Arcam Fœderis, & inter* *Imagines; Per duos Cherubinos duo Testamenta* *fuisse significata; Serpentem Aëneum in sublimi* *quidem fuisse positum, non certè ut adoraretur, quod* *ubi factum laudatissimo exemplo confregisse eum* *Ezechiam Regem, & vana superstitiones abstulisse;* *Sic nec adoratam ipsam Arcam, non Tabulas, non* *Cherubinos, quanquam in Sanctuario reposita, &* *digna sanè, ut Sanctuarium ipsum, venerationis. Vi-* *de ibi reliqua, nec jam disputandi locus est. Pri-* *demque ingens discrimen observatum ipsis Ponti-* *ficiis: Non solum pinguntur, ut ostendantur, sicut Che-* *rubim olim in Templo, sed ut adorentur. Et Galli* *nuperi Portu-Regienses: Aliud usus Imaginum sub no-* *vâ Lege, aliud Cherubini & Serpens Aeneus sub Vet.* *Testamento. Nunc quæ ex reliquis Veteris Instrumen-* *tis Libris obtenderint hi Nicæni Imaginum cultui* *& adorationi, accipe. Jesu Nave XII. Lapides statuis* *in Dei memoriâ. Nathan adoravit Davidem. Salomon* *fecit in Templo Boves & Leones. Sponsa dicit, Ostende* *mihi faciem tuam. Erit altare Domino in medio Egyp-* *ti. Et David passim; Domine dilexi decorem domus* *sue. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* *Sicut audivimus, ita & vidimus. Adorate Scabellum* *pedum ejus, quoniam Sanctus est. Adorate in monte* *Sanctitatis ejus, & quæ ex Psalmis plura, ipseque in* *suis*

Suprà Sect. v.

Infrà N. XI.

XI. XIII.

Entret d'Eud.

P. 134. 139. 140.

N. IV. v. VI. VII.

Hac Sect. N. XII.

L. III. p. 432.

De Hzr. Iconocl.

Art. IV. p. 87.

T. VII. Concil.

col. 127.

N. v. VI. VII.

Apud Goldatum, &c.

fuis Romanus Pontifex Hadrianus. Accedant ad-
 versus Iconoclastas etiam vaticinia. *Quanta maligna-
 tus est Inimicus in Sanctis tuis*, de his qui Hierosoly-
 mam & Templum inverterent, inquit Capitulare.
*Quoniam non est jam Propheta, & nos non cognosce-
 amplius. Domine, in Civitate tuâ Imaginem illorum
 ad nihilum rediges. Ut non extendant iusti ad iniquita-
 tem manus suas. Me dereliquerunt fontem aqua viva,
 & foderunt sibi lacus contritos &c.* Quin audi vati-
 cinium, de consociatione Hadriani cum Tarasio Pa-
 triarchâ, adversus Iconomachos! Profert Johannes
 Legatus scilicet Orientalium Actione II. *Miseri-
 cordia & veritas obviaverunt sibi, iustitia & pax com-
 plexa sunt se.* In Novi autem Testamenti Libris, quæ
 putes gravissimis his Patribus colendarum Imaginum
 præsidia fuisse? *Nemo accendit lucernam, & ponit
 eam sub modio. Ut videntes Sanctorum bona opera glo-
 rificent Patrem qui est in cælis. Mulier contingens sim-
 bria vestis Dominica exoptatam recepit sanitatem. In
 nomine Jesu flectatur omne genu. Tabernaculum factum
 est primum, in quo erant Candelabra, & Mensa, &
 propositio Panum &c.* Piget descripsisse reliqua, nec
 necesse est, agebat de Montanistis Hieronymus, ut
 singula deliramenta qua profervunt, brevis sermo subvertat.
 Ubi verò, inquiebant Occidentales, ab Apostolis,
 exemplis aut verbis, ut illi garrunt, Imagines adorare
 institutum? An forte Petrus instituit? an Johannes? an
 Barnabas? an Evangelista? Et quanta absurditatis esset
 equiparare Imagines, vel Corpori & Sanguini Domi-
 nico, vel mysterio Dominicæ Crucis, vel Sacratiss
 Vasis, vel Libris Divinæ Scripturæ, nec adoratis
 iis, nec pictis, sed scriptis, & à Deo ipso profectis,
 ut in iis doctrina spiritalis eruditionem disceremus?
 Non profectò moniti unquam, ut istam edoceremur
 à Imaginibus, Picturis, Simulachris. Hæc omnia
 fusè iudem Carolini aliquot Capitibus, præcipuè à
 xxv. Cap. Libri Secundi, quos apud Tillium vel Gol-
 dastum si lubet vide. Ac Libro I. sub initium Cap. I.
 Penè nullum Divinorum apicium testimonium competentem
 in memoratâ Synodo positum fuisse.

X. Par est hujus Pseudo-Syllogi futilitas, liceat u-
 surpare vocem Nicænis istis familiarem, in eluden-
 dis S. Scripturæ locis, quibus se Iconomachi tue-
 rentur. Ad locum ex Mose, repetitum Servatori,
Deum tuum adorabis, & illi soli servies, excipiunt
 non semel, ipse Tarasius Patriarcha; Dictum qui-
 dem, *soli Deo servies*, sed non solum adorabis; A-
 dorare actum esse honoris, undè si honorandæ Ima-
 gines, adorandas quoque esse, quasi hæc essent
 ἰσοφω. Ad interdictum Mosaicum, *Non facies tibi
 ullam similitudinem*, respondent Viri; intellexisse

Mosem, non faciendâ esse *Idola Egyptiorum*, non
 servendum *Damoniis, Soli, Luna, quadrupedibus,*
 Diis alienis; nihil hæc ad Imagines Christianorum.

Ad præceptum Christi, de *adorando Deo in spiritu
 & veritate*, in promptu Viris est; Sanè Dei essen-
 tiam invisibilem, & incomprehensibilem, non esse co-
 loribus effingendam; sed neque Imaginibus deferen-
 dam eam λατρείαν quæ solum Deum decet. Ad Pauli

ista, de *Dei incorruptibilis gloria commutata in similitu-
 dinem Imaginis corruptibilis*, effugium patet illicò Pa-
 tribus: Loqui Paulum nonnisi de Sacris *Egyptio-
 rum, Persarum, Gentilium*, qui servirent animanti-
 bus, reptilibus, volatilibus, Soli, igni, creaturis,
 Idolis; non interdiceret Apostolum suas Christianis
 Imagines, similitudines, quarum transferrent ad u-
 num Deum honorem, ab Idolorum errore redempti.
 Ac speciosior nulla Nicænis Exceptio est, quàm
 quæ Iconolatrarum omnium est, identidem Maim-
 burgio reponenda; Non exhiberi Imagini cultum
 λατρείας, tanquam *Divina natura*, tanquam *Deo*, sed
 neque se adorare *colores, ceram, tabulam*, cultu Ima-
 ginis absoluto & summo; verùm adorare se Ima-
 ginem cultu *πρακτικῆς*, cum relatione ad πρῶτον

προν, ad eum cuius Imago est, ἐτι ἢ τὸ εἰκόντι τιμῇ
 ἢ τὸ πρῶτον ἀγαθαί, quia Imaginis honor ad
 principale refertur. Quo de effugio quid Carolus M.
 quid Francofortani, quid Galli mox senserint, &
 quàm parùm sibi constiterint Nicæni, & quotquot
 Iconoduliam adstruxere, ipsa praxi coarguente, e-
 rit infra pro hujus Historiæ modulo dicendi locus,
 ubi conciliantem Maimburgium Nicænos cum
 Francofortanis, & cum Libris Carolinis, non ingrat-
 tum fuerit observasse.

XI. Quid jam memorarem Ecclesiæ Patres, im-
 imperitè simul & in fraudem isto in Pseudo-Syllo-
 go producendos? Exemplum unum vel alterum pal-
 lam iterùm faciet, quâ integritate Natalis & Maim-
 burgius, viri nuperi, crepent tutam fuisse Synodum
 traditione Patrum, Ecclesiæ, ubique assertâ & de-
 monstratâ. Præclarè Carolus Rex in Capitulari,
 occasione loci *Ambrosiani* à Nicænis ad Imaginum
 adorationem detorti: *Facillimè Sanctorum Prædicato-
 rum sententias criminari audebunt, qui Divina Legis &
 Prophetarum Oracula criminari non metunt, nec for-
 midabunt Juniorum documentis quandam inferre vio-
 lentiam, qui Seniorum doctrinam, imò Senioribus, non
 formidant inferre injuriam.* Primus esto, exempli
 causâ, *Athanasius*, à Petro Nicomediæ Episcopo
 productus, Act. one IV Synodi, & legendus à Ste-
 phano Diacono, ex *Libello de Passione Imaginis Chri-
 sti in Beryto*. Summa est, Imaginem quandam
 Christi in Urbe istâ Syriæ Phœnicia, postquam
 Judæi in illam sæviissent in ludibrium Crucis, emi-
 sisse tandem ad percussorem lanceæ, multitudinem
 sanguinis & aquæ; undè deinceps infinita alia Mira-
 cula, & ipsa Judæorum illorum convictio, ac deni-
 que conversio. Vocat Loyolæ nepos Gallus, inclu-
 tum miraculum, in conspectu infinitorum testium qui essent
 irrefragabiles, cui sine summâ impudentiâ non potuit con-
 tradicere, & hoc ne quidem factum ab acerrimis Iconocla-
 stis, & quæ ille plura. Os Jesuitæ! Impudentia
 jam arguit Francorum Regem Carolum, & quicquid
 tum Gallorum, Germanorum, Itolorum, accessit
 re Carolo. Hi enim & hanc & id genus alias nar-
 ratiunculas, quibus luxuriant Acta Nicæna, vocant
*Apocrypha, & risu digna novitas, ad quas pedem ver-
 tarum, cum viderent Divina Legis testimonia incompete-
 tenter adhibita, frivola, ex Apocryphis libris petita,*
spemenda, somnia, deliramenta &c. Quinimò ipse
 Jesuita falsi arguit Græculum, rem referentem tan-
 quàm ex scripto Athanasii. Ait enim, post Baro-
 nium tamen, ad A. DCCLXXXVII. miraculum istud
 Berytense recens tum accidisse, tempore Nicænorum,
 quod & Sigebertus in Chronico, ad A. DCCLXV. ac-
 cidisse tempore Constantini Imperat. & Irena uxoris ejus.
 Undè ergò ab Athanasio, quadringentis ante annis,
 & quod excedit, memoratum! Et undè præterea
 Maimburgius, eo tempore, iisque testibus, rem
 omnem illam ita gestam! Nec enim uniusfortè Si-
 geberti, aut recentiorum sufficit auctoritas, tacenti-
 bus Theophane, Miscellâ, Cedreno, Byzantinis
 aliis. Si etiam factum illud nuperum admodum
 fuit, recentissimâ rei memoriâ, qui in Synodo re-
 ferri potuit, tanquam ex testimonio & libro S. Atha-
 nasis? Undè etiam Tarasius, statim à lectione ejus
 Miraculi, negat ex ratione sui temporis, quo Ima-
 gines miraculis nullis signarentur, de præteritis esse
 judicandum? Μὴ τις εἶπη, τίς ἐρεκεν αὐτῶν ἢ τῶν
 εἰκόνες ἢ θαυματουργῆς. Ne quis dicat, cur illæ Icone
 que apud nos sunt miracula minime faciunt? Rationem
 addit, quod signa infidelibus data sunt. Neminem etiam
 in Synodo contraxisse, huic ex Pseudo-Athanasio fab-
 ellæ, quid mirum? Sed nec contradictum Apocry-
 pharum id genus narrationum, in eadem & sequen-
 ti Sessione, uberrimæ segeti, quæ paulo post à Carolo
 M. & Latinis explosæ fuerunt. Ac supponit Maim-
 burgius acerrimos in eâ Synodo sedisse Iconoclastas,
 quæ

Act. IV. Col. 261.

L. II. C. XV.

Col. 218.

L. III. P. 435.

L. III. C. XXX. L. IV. C. X. XI.

T. VII. Conc. col. 223.

L. II. C. I.

T. VII. Conc. col. 130.

Epist. ad Marcell. T. II. L. Carol. II. C. XXV. III.

L. VII. Act. IV. col. 248.

Act. VI. col. 467.

Ibid. Col. 465.

Ibid. Col. 467.

quæ tota coacta ex conjuratis, turpi ad Tarasium defectione Basilii Ancyran, Theodori Myrensis, Theodosii Ammarii Episcopi, Gregorii Neo-Cæsariensis, aliorumque qui Iconolatriam ante damnassent. Nec unum hoc portentum Maimburgio placuit. Probat, pari scilicet credulitate *conglomerata deliramenta reliqua*. Ex. gr. proferuntur tanquam ex genuino

Antiquitatis monumento, *Imagines Petri & Pauli à Sylvestro Romano delatæ ex Ecclesiâ, ubi fuissent erectæ, ad Constantinum M. leprâ laborantem*. Quod commentum, Doctis omnibus explosum, certè in eruditâ Galliâ, ex *Pseudo-Actis Sylvestri* urgendum ab Hadriano in Epist. ad Augustum, sed qualis Romæ sequiori ætate ex Archivis eruenda, ridet meritò Carolus, ipseque indubiè Maimburgius. Ac rectè Francorum Imperator, si quid veri subesset, delatas fuisse Imagines ad videndum, non ad adorandum. Ita de Imaginibus Sacris donandis à Constantino, aut etiam de Imagine Christi Dei Homini, *Θεοδωρικὸν χαρτοῦν* dixit Damascenus, ab eodem Imperatore *Numismati* impressâ, fabellas non fert eruditi hujus Sæculi ratio. Urgent porò graves illi Patres, ut ex authenticis scriptis, & Ecclesiæ prioris Tabulis, ordine ubique inverso, confuso, præpostero, sequentia adoratarum cum fructu Imaginum documenta. Refertur historia Imaginis *Dei Genitricis*, cui lucerna quædam accensa, ad supplicem orationem, in sextum etiam mensem inextincta mansit. Alia de Imagine *Anastasi* Martyris, quæ mulierem quandam Cæsariensem Palæstinam, præviis apparationibus, & prece ad Imaginem directâ, miraculo sanatura fuit. Aliæ, de Imaginibus *B. Virginis, Cosma, Damiani, Euphemia* Virginis & Martyris, *Theodosii Abbatis, Polemonis*, sexcentæ id genus, per quas voces editæ, dæmonia fugata, morbi sublati, vincula soluta, sanguis emissus, mortui suscitati, steriles fœcundatæ, aquæ deficientes effusæ, illatæ Imaginibus contumeliæ severissimè vindicatæ, & quæ id genus plura sunt febricitantium somnia, & anilia deliramenta, ubique aliàs, præterquam in hac causâ, à Maimburgio studiosè explodenda. Ità semel iterumque repetitur *Actio* iv. & v. tanquam ex Sophronio Hierosolymit. & ex Limonario, historiola de *Damone* vexante Inclusum quendam, ac stipulante, si quietem ab hoc certamine sibi vellet, cessaret adorare *Imaginem Desiparæ*. Petit Inclusus deliberationi tempus, remque Abbati significat, cujus responsum fuit; Magis illi *συμφέρον expedire, omnia in Civitate lupanaria ingredi*, quam abnegare adorationem Imaginis Christi, aut Matris ejus. Ad quæ Capitulare Carolinum meritò cohorrescit; *O incomparabilis absurditas! O exitiabile malum! O vesania &c!*

L. III.
C. XXXI.

XII. Nec omittuntur his Patribus, inter tot miraculosas Imaginum virtutes, *Statua aenea* Paneadenfis, ex Eusebio, & *Imago Christi Θεοτόκου*, ex Euagrio, in quibus Maimburgio nostro & Natali, post Baronium suum, vel Gretserum, præsidium præcipuè poni videtur. Sed de his actum agere non lubet. Indignatus pridem in Nicænos, ficulneis his causæ fulcris muniendos, Carolus Magnus. Ità de Imagine vel Statuâ Paneade à muliere erectâ, primò factum ait dubium esse, *si tamen factum esse credatur*. Deindè, non præcisè *effigiem Christi* fuisse; licet nonnulli dicerent, affirmatum ab Eusebio est, minùs eam *adoratam*, aut *adorationis* ergò conflata, sed tantùm amoris & recordationis causâ. Præterea, aut Gentilem fuisse fœminam, necdum liberatam ab *Idolorum cultibus*, hinc suos imitaturam in *Statuis* Mortuorum erigendis, undè sanè *Χριστὸ ἀγαλλμα Christi statuum* dixit Sozomenus: aut saltem mulierem eam in *rudimento conversionis sue* fuisse positam, necdum *solidi cibi* capacem, factum igitur incautè, nec ad *imitationem cujusquam*. Denique, quod additur de *herba* ad pedes succrescentis virtute, non eò factum fuisse, *ut herba aut imagines adorentur*. Mittimus quæ ab Agobardo Lugdunensi, ad hoc non religionis aut *enerationis* signum, sed *amoris potius & recordationis*; ab Henr. Valefio, de re factâ *ἀπαράφωλῶντος inconsideratè, imprudenter*, contra Christianorum disciplinam; & omnium instar à Joh. Dallæo nostro, ad hanc ex Eusebio, tum & rem auctoris Joh. Antiocheno, Damasceno, Nicænis, objectiunculam, pridem reposita observataque fuerunt. Ac eo minùs conveniens Nicænis objectio fuit, quod τὰ ἀγαλλματὰ *statuas* ne ipsi, aut Germanus Constantinopolit. aut Damascenus, aut ullus vetustiorum probaverit. Pariter perstrinxit Francorum Regum maximus obtendentes *Imaginem* illam Christi Θεοτόκου, miraculosè *linteo*, vel *sudario*, vel *panno* impressam, & ab ipso scilicet Domino ad Abgarum Edessenum cum *Literas* missam, de quâ post Euagrium Nicæni, & Hadrianus I. Nec intermittit frequentem hujus Imaginis commendationem Maimburgius, addens etiam, *iis testimoniis rem nisi, quibus nihil est quod rationabiliter opponi possit*, indubiè in risum effusus quum scriberet. Negabat verò Carolus, si res vel maximè ità fuisset geita, aut *Abgarum Imaginem* postulasse *adoraturum*, aut *Dominum Abgaro Imaginem* adorandam destinasse. Sed meritò urget insuper Carolus silentium Historiæ Euangelicæ, in re supra aliàs memorabili. Adde illud Eusebii, quantum ad *Imaginem* Edessenam, quicquid iste de Epistolis Christi & Abgari, à Gelasio Papâ explosis. Accedit Procopii illud in historiâ obsidionis Edessenæ per Chosroem, omniumque quotquot Euagrium præcessere Historicorum. Nata ergò fabella Sæculo jam Imaginario, quando vires acquirebat in dies superstitionis. Et hanc ex Euagrio Scholastico, non unius commenti scriptore, sub finem Sæculi vi. tradiderunt postea Sæculo viii. Gregorius II. in Epist. priore ad Isaurum, & Damascenus, sed hæsitanter, *φίεγο ἢ ἡς ἰσορία, ἢ ὁ Κῦριος, fersur autem quadam Historia, quasi Dominus &c.* Hinc Nicæni, Hadrianus I. Theophanes, Leo Grammaticus, Porphyrogenitus, Cedrenus, Menologium, Xanthopulus, & qui non, sed plerique diversissimis circumstantiis. Ac ipsa illa scilicet Imago fuit, quæ deinceps Constantinopolim, sub Constantino Porphyrogenito, transferenda fuit, quo tempore obfirmata esset in Oriente Iconolatria, Sæculo x. Urget etiam Baronius, ad A. DCCCLXIX. ejusdem Imaginis Edessenæ *habitam esse mentionem in Synodo Romanâ*, ex Pseudo-literis nempe Patriarcharum Orientis, de quibus paulo antè fuit disertatum. Sed acta sæpius non agimus, & vanissimi commenti originem, frigus, absurda, contra Baronium, Bellarminum, Pamelium, Gretserum, alios, istum cum maximè Casaubono & Hospiniano insultantem, prolixè exposuere Viri nostrates, nec cordatiores pauci intellexerunt in ipsâ Galliâ Pontificia. Ac omnium instar *Synagmati* Gretseriano opposuit aliud novissimè, de *Imaginibus Christi*, Joh. Reyskius Saxo Gymnasiarcha, Vir Doctissimus, qui hoc argumentum collatis utrimque scriptis fusè persequitur.

L. IV.
C. XV.

XIII. Vix stadio huic metam inveniremus, aut labori finem, si absurdas, jejunas, præposteras, sed & infidas Nicænorum citationes, dum ad Patres provocant, in apricum proferremus. Vis *Gregorium Theologum* patronum *εικονοματίας*? Accipe ex ejus Carmine *ὅτι δεσπότης*, in quo refert *mirabilem Iconam Polemonis*, ad cujus aspectum mulier quædam ad stuprum vocata, ut erat hæc Imago *σεβασμία venerabilis*, illicò pudore suffusa pedem retulit, & itupro abstinuit. Nempè Nazianzenus ibi de vir.

Ex Ed.
Baluz.
P. 248.
Not. ad
Euf.

P. 150.
De Imag.
L. III.
C. II.

L. I. &
III. p. 78.
332.

L. IV.
C. X. XI.

L. IV.
Orth.
Fid.
C. LVII.

V. post
Valef.
&c. En-
tret. d'
Eud. & d'
Euchar.
p. 126.
& seq.

Ad. IV.
col. 206.

virtutibus Gentilium, & quoque Polemonis, Philosophi Ethnici, magistri Zenonis, de quo Laertius. Cujus Imago nec profecto Sacra Nazianzeno fuit, nec colenda nisi ab Idololatriis, nec conferenda cum *Imaginem Dei & Hominum Mediatoris*, ita Carolus M. nec profecto Theologo isti memorata ad commendandum Imaginum usum cultumve Christianum. Vis *Chrysostomum* faventem Imaginum cultui? Proferendus locus fuit, ex Sermone Encomiastico in Meletium Antiochenum, ubi tam charam fuisse hujus Antistitis memoriam universæ Civitati, ut etiam *ejus Iconam gesserint* in annulis, calicibus, phialis &c. Quam appositè, & ad quaeritum! Alibi, ex Sermone Chrysostomi *eis τὴν τῆρα*, urgent verba, quibus ait, creaturas, dum *ministrant homini, magis ministrare Imagini Dei*; seu Deo cujus in homine Imago est. Addit simile, dum *honoratur Imago Imperialis, honorari characterem Imperatoris, non tabulam aut picturam*. Quam inferunt hæc, Deum ritè adorari, vel Christum, ex ejus instituto, docente videlicet Johanne, sicubi Imago Christi adoratur! Exspectas magni *Basilii Cæsariensis* cum Iconodulis consensionem! Habe, ex *Sermone* contra Sabellianos, Arianos: Nempe probaturus unum principium, unitatem substantialem in S. Trinitate, docet Filium quidem esse *Imaginem Patris*, ex Patre genitum, sed unam tamen eandemque cum Patre *substantiam*. Addit simile, ab *Imaginem Imperatoris*, de qua si dicatur *hic est Imperator*, non eò tamen *Principale* privatur *appellatione Imperatoris*, sed nec eo colliges duos esse *Imperatores*. Quis præter Nicænos confecisset ex hac loquendi ratione metonymicâ, quâ Imago venit nomine sui *Prototypi*, Imaginum in Templis erectionem cultumque religiosum? Nam quod urgent alii, ut ex *Basilio*, locum ex *Epist. ad Julianum*, in quo Imaginum adoratio adscribitur *traditioni Apostolica*, per fraudem ejus nomine inscribi, doctiores Pontificii professi sunt. Vis ex *Greg. Nysseno*, *Cyrillo Alexandrino*, *Asterio*, &c. pro causâ Iconolatricâ quæ stringant argumenta? Habebis citata loca, in quibus memorantur à Viris piis *Imagines*, vel *Pictura*, exprimentes vivis coloribus Historiam Abrahami, Sacrificium Isaaci, Passionem Christi, Martyrium Barlaami, vel Euphemie Virginis; &c. Nusquam habebis cultus eas vel honoratas. Ac quia de *Euphemie* mentio est, hujus postremæ *ἀειψανόν, distillans sacrum balsamum*, à Constantino Copronymo in mare projectum, divinam Providentiam in Lemnum deduxisse, religionis ergo tanto miraculo asservandum, *revelandumque per nocturnam visionem*, pluribus ostentat Jesuita. Addit apostrophem ad *Protestantes*, hujus historia lectione *perfundendos pudore*, & observatos Majores suos nonnisi *ectypa fuisse* (des copies) *sceleratissimi mortalium Constantinii*, quem expresserint *exactissime doctrinâ & exemplo*. Prudenter, moderatè, & opportunè, ad insulam ex Theophane fabellam, quam, certò scimus, risit in sinu suo dum post Baronium reponeret. Quoties enim aliàs hujusmodi incidunt miracula, aut visiones, apparitiones, totiens ferè solet Maimburgius ita occupare Lectorem, ut fidem faciat ambigam, seu res vere ita gesta fuit, seu a *nimium credulis* profecta, aut à *vi imaginationis*, aut ab Historicis qui rem non satis expendierint, aut qui nullo rei documento, nullo teste idoneo, scriptis confignarint. Ità in Historia Belli Sacri, cum aliàs passim, tum ubi de miraculis S. Bernardo tributis; *Multum abest*, inquit, *ut sis temporibus fuerint tam exactâ diligentia, ut hodie sumus, in hujusmodi rerum examine*; Sæpè *nimiam credulitatem meritum putant*; Credo liberum unicuique esse in talibus quod libuerit opinari. Ac Galli nuperi, iique Pontificii, in *Dialogo* de scriptis Maimburgianis, hac viri levitate ani-

madversâ: *Argumentum a Miraculis fallit: Quia absque revelatione non certo constat, sitne verum aut falsum quod narratur Miraculum*, allegatâ auctoritate Augustini contra Donatistas, & Tertulliani contra Gentiles. Sed ad Nicænos revocamur. Ac ne deesset auctoritas Synodi Universalis, Canonem proferunt Synodi *Sextæ*, qui est *LXXXII*. Summa Canonis est, Christum malè representari, in quibusdam *Imaginibus*, sub *formâ Agni* à Johanne digito commostrati; quo ipso damnari praxim *Romanae Ecclesie*, fatetur Cæsar Baronius, hinc *Canonem* cum *improbatione* penitus. Definiunt igitur Trullani, *Titulari* Christum oportere, *ἀνασκηδασαι*, seu figurari, *καὶ τὸ ἀνθρώπινον χαρακτηρῆσαι humanâ formâ*. An cultus, aut *προσκύνησις* fortè causâ? Audi Patres! Imò *πρὸς κατάνοσιν ἢ ταπεινώσεως ἔδωκε*, ἢ *πρὸς μνήμην ἢ ἐν σαρκὶ πολιτείας ἢ τὸ πάθος αὐτῶ*; &c. ad *revolvendam animo humilitatem Verbi*, ex fastigio illo Divinæ celsitudinis, & ad *memoriam conversationis in Carne factæ, & passionis ejus, mortis, redemptionis*. Quos intra terminos si constitissent Imagines, seu in Oriente seu in Occidente, quanquam alium nobis rememorandi modum & Christus & Paulus injunxerint, sique nullum fuisset unquam periculum religiosi cultus Imaginibus exhibendi, non profecto aut dejectæ à Leone, aut prohibita ex in Synodo *Septimâ* fuissent, aut turbæ postea enatæ quas Iconolatrarum furor excitavit. Mittimus quæ Nicæni isti ex posterioribus in medium proferunt, Sæculi vi. vii. viii. puta ex *Leontio Cyprio*, *Sophronio Hierosolymite*, *Symeone Stylitâ*, *Germano Constantinopolit.* *Joh. Damasceno*, *Gregorio II. Romano*, quo tempore & fabulis & superstitionibus impleri omnia passim cœpta, in Orbe utroque. Præterquam quod ab Iconodulis sub iis nominibus conficta non pauca, aut ab iisdem apocrypha pro veris assumpta, uti patet vel ex uno Damasceno, in superstitiones valdè propenso. Dixit Cæsar Baronius ad A. Christi xxxi. occasione mulieris *Hæmorrhoiisæ* Paneadensis: *Πορρὸ recenset Joh. Damascenus, ex Chronico Johannis Antiochia Episcopi, supplicem libellum oblatum Philippe Terrarche Trachoniidis regionis, ut de beneficio quod acceperat liceret in perpetuum ejus rei monumentum Statuas erigere. Sed cum in multis ejus scripti fides vacillet, & NB. compluribus scateret mendacis agnoscat, indignum putavimus his nostris chartis intexere.* Habes consensum totius Christianæ Antiquitatis Nicænum, quem etiam laudibus tollere nihil verecundantur nuperi Historici; Carolus verò Magnus ut illusorium ac fraudulentum exhibilavit, quia ubique sententiis Patrum, si quæ genuinæ fuerunt, perverfis ordine, sensu, verbis, cumprimis in Libro ii. sui Capitularis. Sed, quod maxime dignam fuisset observatione Maimburgianâ & Alexandrinâ, nullum planè iidem Nicæni, ex innumeris quos proferunt Testibus, *Actione quartâ*, aut *quintâ*, produxere Patrem *trium* priorum Sæculorum, quibus certè hac in causâ primus locus debebatur. Undè omnis illa quam jactant *Traditio Apostolica* eò tandem redit, ut à *duobus tribusve* sæculis ad summum, repetenda veniat, eademque, dum eo usque assurgunt, de solo *Imaginum usu*, sensim introducto in Ecclesias, accipienda.

XIV. Ut verò Confessus hujus Tarasiani, & Pseudo-Syllogi Nicæni, *gravitatem, pietatem, sanctitatem, exactitudinem, ordinem, Orthodoxiam*, & si quæ alia apud Maimburgium encomia, postremò cognoscas, cum de processus totius methodo, tum de definitione ipsâ sententiæque, verbum nobis addendum superest. Primò, ut constet nulli Episcopo nisi conjurato liberum suffragium fuisse, statim *Actione I.* ante lectas etiam literas Hadriani, & quas Col. 54. vocant Synodicas, solemniter recantant & Icono-

L. III. C. XII.
Ad. IV. col. 100.
Col. 259.
Ad. IV. col. 261.
Ibid. col. 203. & seq.
Hist. Icon. L. I. P. 291. 292.
Ad Ann. DECLVI. N. IV.
L. III. P. m. 319.
Tom. II.

Enter. d'Eu. doxe. p. 124.
Act. IV. Col. 234.
Ad Ann. DCXCII. N. XLIV.
T. I. N. LXXV.
& Seq.

Ibid.

Col. 59.

L. III.

C. XVIII.

Act. vi. col. 474. Epiph. Hæz. LXXIX. Suprà Sect. IV. N. X. XI.

latriam profitentur, qui antè damnaverant sub Copronymo. Quo factò, & deliberatione habità, demùm ab Hæresi reversos admitti decernit Synodus. Secundò, in editis *Confessionibus Fidei*, qualis ex causà illa Basilii Ancyрани, tacitis præcipuis Christianæ fidei Articulis, puta, Mysterio Redemptionis, Remissione Peccatorum, Resurrectione, Vitâ æternâ, vix apparet nisi Confessio *Domina Maria, Angelorum, Sanctorum, Imaginum, Reliquiarum*, & deferendi illis religiosi cultus, sub nominibus *expedienda intercessionis, venerationis, adorationis, salutationis*. Confessio Theodosii, Amorii Episcopi, nihil nisi *Isonoduliam* professâ, incipit: *Confiteor, & pollicor, & recipio, amplector, atque adoro principaliter intemeratam Iconam Domini nostri Jesu Christi, & Iconam Dei genitricis &c.* Ità Confessiones reliquæ *Actione III. Johannis Ephesii, Constantini Cyprii, Euthymii Særdensis, Petri Nicomedensis, Hypatii Nicæni, Stauracii Chalcedonensis, cæterorumque successivè Episcoporum*: omnes ante disceptationem causæ, ante Scripturas expensas, loca Patrum consulta, Iconomachos auditos, horum argumenta librata, quod demùm fit eâ Sessione quæ *definitionem* immediatè præcessit, *Sextâ* nempe, omnes ad unum confitentur, amplectuntur, salutant, adorant venerandas Imagines, quidam etiam *ex toto corde eas suscipientes, & adoratione amplectibiles*. Quod postè impietatis postulavit Carolus M. & meritò, docens Catholicam Ecclesiam *toto corde suscipere Dei Misericordiam, Deum, Christum, qui est pax nostra &c.* Tertio, erumpunt statim pii illi ac Christiani Patres, in ipso Confessûs limine, in dira *anathemata*, & horridas *execrationes*, projiciendas in singulis Actionibus, ac penè suffragiis, in Constantinum, in Leonem, in Patres omnes Septimæ Synodi; atque adè in omnes Ecclesiæ Patres, vel Synodos, qualis certè Eliberitana fuit, à quibus illud *εικονοποιόν ἑπιτήδευμα, studium circa Imagines, inducendò in Ecclesias, in Cæmeteria Sanctorum*, improbatum, damnatumque fuit. Quæ anathematum ac devotionum levitas, collata cum definitione Synodi VII. sub Copronymo, eò minùs probari Maimburgio debuit, quod in iis se unum professus sit, qui Imaginum usum, aut etiam venerationem, pro re *liberâ, indifferenti*, nec de *essentiâ* Religionis esse censent. Unde Carolus, & cum Carolo Francofortani, impotentem hanc Græcorum Patrum imprecandi libidinem, ac penè rabiem, amarissimis vocibus detestati sunt. Quarto, qui modò Acta legerit, attenderitque ad præposterum ordinem interloquentium, testimoniis aliena, insulsa judicia, acclamationes ineptas, Monachalem ubique ignorantiam, ac vehementiam affectuum, effundendorum modò in absurdas & immodicas laudes, modò in contumeliosas ac maledicas voces, potiùs pergræcantium fuisse cœtum, quàm Synodalem Confessum, judicabit. Quintò, ex VI. modò *Sessionibus*, in quibus processus Causæ universus visitur, tres primæ in legendis literis Augustalibus, Patriarchalibus, Romanis, & quas supposuere Thronis Orientis, terminatæ; *duæ* sequentes impensæ in producendis quos dixi vel alienis, vel suspectis, domesticive Testibus, & verè *συνίκαυσις ἑπισημαίσις*; *sexta* transigenda tota in legendâ *ἀναστυλή* refutatione (quam vocant) Synodi Septimæ, pridem ante Synodum scriptâ, & adornatâ, quæque veriùs, ut ex datis speciminibus liquet, concatenatio quædam fuit injuriarum è popinis & plaustris, & captionum, detorsionum in iniquissimum sensum, effugiorumque propè puèrilium. Ac tandem excepit definitio Nicæna Sessione VII. quam ex ipsis Actis reponere operæ præmium fuerit, ne deinceps fucò perfundat Jesuita.

XV. Nempe I. Incipit ἐξ ἑῶν ab *invektivâ* in τὰς Ἀκτ. VII. *ἀνίερος σκολερατος*, qui violassent τὴν ἔθειον καθ' ἑσθ' δὲ Col. 552. *Deificam traditionem* Ecclesiæ Catholicæ, & qui Sanctas Imagines vocassent *ἑσθ' ἀσθενικῶν εἰδώλων* *statuas diabolicorum Idolorum*, cum *αὐξήσθ'.* Quum in aperto sit, non *Imagines* in se ipsis detestatos Iconomachos, sed respectu *cultus, adorationis*, dixissèque *Diaboli seductionem* hanc Synodum VII. ipsam circa Suprà Imagines superstitionem. Et quidem post Epiphaniū in Panario, qui vocavit *ἐπιχειρημα διαβολικόν*, Hæz. *diabolicum conatum*, quo mortalis Natura propositis LXXIX. *Imaginibus* quasi *θεοποιεῖται*, seu *Deificatur*. II. Præadv. Col. 1061. *missò Symbolo*, hinc *anathematismo Hæresium*, & Hæresiarcharum, quos inter *Honorium Romanus Pontifex*, mox ad *traditiones de Imaginibus* accedunt. Et has in genere primò se *omnes recipere, sive scripte, sive sine scripto sancitas*, profitentur; id est, seu *genuinas* seu *supposititias*, seu *veteres* seu *musteas*, seu in scriptis lectas, seu *oretènis recitatas*, & fando ab his & illis *Mulierculis, Monachis, Solitariis, Testibus* id genus, acceptas. III. Sanciunt in specie, uti figuram *vivifica Crucis*, sic τὰς σεπλὰς ἢ ἀγίας εἰκόνας *sancitas & venerabiles Imagines*, tam *πίκτας* quàm *teffellato opere expressas, proponendas esse in SS. Ecclesiis, vasis, domibus, viis &c.* sub anathemate; atque adè *debere eas exponi*, sancitâ Imaginum necessitate. Et quidem Imagines volunt non *Christi* solummodò, aut *Intemerata Virginis*, aut *Sanctorum*, sed & *τιμίων Ἀγγέλων honorabilium Angelorum*. IV. Porro cultum illis exhibendum definiunt, & quidem *per se, & propriè*, ut fatetur Bellarminus, per *ἀσπασμὸν* *salutationem, religiosum osculum*; per *τιμητικὴν προσκύνησιν* *honorariam adorationem*, adorationem d'honneur & de respect; per hujusmodi *προσκύνησιν* *quali adoratur ὁ ζωοποιὸς σαυρὸς* *Crux vivifica*, ut addunt *ἐξηγητικῶς*; per *θυμιασμάτων ἢ φώτων* *προσευχῶν* *oblationem incensorum & Luminum*; per τὸ *σέβασθ'*, usò hac voce Zonarâ de decreto Nicæno, quod est *προσκυνεῖν*, etiam *λατρεῖν*, undè *σέβας, σέβασμα, σεπτεῖν*, quo illis sensu dictæ *σεπλὰ εἰκόνας*. Specie tenùs interim excipiunt *ἀληθινῶν λατρείων* *veram latritiam*, qualis defertur *Divina Naturæ*. V. Rursus docent, quod *adorando Imaginem adorem* hoc ipso τὴν *ὑπόστασιν ἢ ἐστραφομένην personam vel subsistentiam in eâ depicti*, putâ Christi. Undè sequatur necessario, affirmante Thomâ illo Angelico, *uno ex quatuor Ecclesia Doctoribus*, & cum eo plerisque & insignioribus in Romanâ Ecclesiâ, *quod eadem reverentia, cultus, honos, adoratio, tributatur Imagini Christi, & ipsi Christo*. Cùm ergò *Christus adoretur adoratione latritia, consequens est, quod ejus Imago sit adoratione latritia adoranda*. Et dùm Imaginibus decernunt Græculi eandem adorationem quam *Vivifica Crucis*, utique adorationem quæ per *latritiam* est reverâ decreverunt certè Imagini Crucifixi, saltem ex Thomæ & Romanensium doctrinâ & praxi, ante exortam Reformationem. A quo tempore cautiùs loqui didicerunt, variis distinctionum officiiis, praxi semper eadem. Dùm præterea suâ approbatione addiderunt Nicæni isti auctoritatem tot exemplis *invocatarum Imaginum*, passim Actione IV. & V. ac petita ab iis salutis, rursum, quæcunque sùnt verborum effugia, probasse quoque *serviutis cultum* in propatulo est. Undè Carolus M. hoc intuitu; *Demonstrant L. III. se aliud ore profiteri, aliud corde credere; errorem videntur plebibus ingerere palliatum*. Quando verò *λατρείαν* Imaginibus negant, subjiciunt exegericè, negari *λατρείαν* tanquàm *θεία φύσις Divina Naturæ*, quæ *adoratur in spiritu*, qualem censerì nolunt ipsas Imagines, si fortè *Idola* aliquando pro Diis, & quasi *Divinæ Naturæ*, ex Nicænorum mente, habita fuissent crassiori Gentilitati. Quod Bellarmino est, *negari λατρείαν Imaginibus seorsim ab Exemplari*, non *verò ut concipiuntur conjuncta cum Exemplari*. Dixe-
Quod, rat

De Imag. L. II. C. XXI. Maimb. p. 447.

Summa P. III. q. 25. 4. 3.

L. III. C. XVII.

De Imag. L. II. C. XXI. 5. Quod, rat

T. VII. col. 263. rat ad Basilii quendam locum *Actione* iv. Johannes ille *Vicarius Patriarcharum Orientis*, *μίαν εἶναι προσκύνησιν*, & εἰκόν & ἡ Ἀρχιεπίσκοπος, unam esse adorationem Imaginis, & Principalem. VI. Denique confirmant suo *ῥῆμα* quæcunque de Imaginum cultu, adoratione amplectibili, susceptione toto corde, virtute deificâ, precibus ad eas directis, ex fide sanè, ingeminaſſent ejus Confessus membra, in Episcopis & Monachis conspicua. Ità quæ de hujus adorationis iidem necessitate, ut gravius longè censeret delictum Theodor

Col. 251. 383. rus *Æliota*, gemino in loco laudandus Patribus, non adorare Imaginem *Deipara*, quàm non dimittere *Civitas lupanaria*, sed ea omnia stupri causâ ingredi. Undè concludunt, tenendas esse omnes Ecclesiasticas Traditiones, quas accepissent, eisdemque pro veris & legitimis haberi decernunt, anathematum vibratis fulminibus in secus statuentes, & in *Caisphaicum Concilium* Copronymi. Utque omnes intelligerent quo spiritu agerentur hi Patres, nefariæ quoque *Irenæ*, quæ *Maimburgio* tota scelus est, & cui Religionem pro larvâ fuisse profiteretur, scedâ protervâque adulatione assurgunt, ad calcem Actorum, tanquàm nova *Helena*, præfulgido fidelibus *Luminari*, & *Δαβιλωὺς* & *Δισβὺς πρὸς τὸν δαβὶδ* *Davidicè* & *pic* omninò gubernanti, & custodienti Ecclesiam.

Part. I. p. 249. &c. P. II. p. I. 14. 16. 61. 62. 64. 67. 68. 70. &c.

XVI. Hactenus restituta, ex authenticis ubique documentis, *Nicæni Conciliabuli* historia. Nec temperabit sibi facilè quisquam, hic indignationis sensu, ille risu effusore, qui obtervaverit Jesuitam nuperum, post decreti *Nicæni* partem expositam, involvili in modum, aut chamæleontis vulgò, vel conati hac & illac perrumpere & elabi, dissimulantem plurima, eludentem distinctiunculis alia, modò hanc modò illam formam induentem, leque ipsum miris contradictionibus implicantem. Illinc enim, probè conscius agendum sibi fore de *Libris Carolinis*, deque *Francofordiensi Synodo*, meritò opponendis huic *Pseudo-Nicænæ*, uti & sententiâ *Gallorum omnium veterum*, sic rem explicat, ut in castra horum transire videatur. Mox, ne aut à *Nicænis*, aut à *Tridentinis* suis recedere crederetur, ipsaque Societate, Lectores sibi pollicitus blennos & luscos, quæ concesserat ad unum evertit. Ac subijcienda hæc Lectoribus erunt, ubi præcesserint *Caroli & Occidentalium adversus doctrinam Nicænorum scripta & decreta*, à cavillis nuperis deinceps vindicanda.

Part. I. p. 447. ad 457.

Ioſtâ Sect. VII. N. III.

SECTIO. VII. BREVIARIUM.

Successus Nicæna Syn. Maimburgio qualis. Lusus Jesuita. Irenes intentio. Summa securura Hist. De oppositione factâ per Carolum M. Indoles hujus Principis & Doctrina. Adversus Synodum cur animatus? Qui ipse scripserit? Summa Librorum. Synodus Francoford. cum Carolo concurrens. Eius dignitas. Canon Secundus Nicænis oppositus. Recensiorum effugia, repudiatis omnibus aliis. Maimburgii cautela, objurgatio suorum, promissa de se splendida. Conspectus singularum exceptionum, adversus Libros Caroli, & Synodum Francoford. Prima, nondum confirmatam fuisse Synodum Nic. ab Hadriano. Effugii Petaviani vanitas, & falsitas. Maimburgius ἀντοναλῶν & c. Hincmarus frustra objectus. Hujus hic etiam errores. Carolus imitatus Constantinum M. Exceptio de Gallorum dissensu explosa. Alia de Caroli in Græcos odio. Confutata. An Libri Carolini non referant Spiritum Caroli M? Pugna Virorum inter se. Princeps exceptio de errore facti, quæ & Petavii & P. de Marca. Hinc insisitur. An damnarint Franci solam Latrîam, quæ explicatur? Rei falsitas fusè ex Francis ostensa. Damnasse omnimodam adorationem. Occurrisse etiam id genus cavillis. Ingenui magis principes in Adversariis. Sed & Gallorum recensiorum opposita concessio. Maimburgii impostura,

Carolus M. liberum fecisse cultum Imaginum. Ex Carolo, & Gregorio I. revicta. Usus solum historicum permisisse liberum. Alicubi etiam improbari. Effugia alia Natalis Alex. Omnium falsitas demonstrata. An equivocatio fuerit in voce Adorationis? Aut Servitutis? An spes in Imaginibus nulli unquam collocarint? Impositura alia Natalis Alex. Carolus M. nusquam dixisse, Cultu Imaginum posse aliquos bene usi. Confessio istorum de abusu, & superstitione. Exceptio de errore Caroli M. & Francofordiensi, ex verbis Constantini Cyprii. Prolixè expensa. Falsitates, absurditatesque plurimæ. Etiam posito errore Versionis Latina. Maimburgii in Synodum Francoford. injuria. An error postea à Francis detectus? Fucus Petavianus de Christianocategoris Damasceni. Qui hi fuerint. Cultus Paganorum qualis. Damasceni vera de Imaginibus sententia. Lusus Maimburgii de summo consensu Caroli M. & Hadriani, uti Synodi Nic. & Francoford. Candor Maimburgii in hac causâ expensus. Ejusdem data. Planè adversa causa quam agit. Ut singula deinceps evertat. Consensus ejus cum scholâ Jesuiticâ. Undè lauerint Monumenta hujus Seculi. Baronii assertum. Conclusio.

Conventu Iconolatrico ad exoptatum *Irenæ & Tarasio*, sed & *Hadriano*, finem perducto, excunte *Octobri Anni DCCLXXXVII.* hujus Decreta, siquidem *Historicum nuperum audis*, cum generali applausu excepit omnis Ordo, omnis Populus, pax tuit *Ecclesia Imperioque restituta*, apparuit suavis ubique tranquillitas, ac denique suum Ecclesiis ornamentum, quo eisdem sacrilego ausu spoliasset nefaria *Hæresis*, redditum postliminio fuit. Hæc verò dum præfatur *Jesuita*, lusurus *Lectorem*, illicò personâ depositâ, refert statim à *Synodo*, & à dimissis Patribus, illo ipso Anno, ambitione, malitiâ, & imperiosâ indole *Irenes*, Imperium in novas rursùm turbas precipitatum, futuras ex equo Religionis & Imperio exitiosas. Et ex vero quidem istud posterius. Nec enim sine alio oppressi ab *Irene Iconomachi*, quàm ut *Concilii in speciem Oecumenici*, & *Tarasii Patriarchæ*, & *Iconolatrarum Monachorumque toto Oriente applausu ac desiderio tuta*, conciliato etiam eâ ratione *Hadriano Pontifice*, infesta quæ animo agitabat in *Carolum Regem*, mox in proprium *Filium*, ipso factò, tota nil nisi *τέχνη & δόλος* (par mille lâches artifices) exequeretur. Et hæc proluxè ex *Theophane*, *Cedreno*, *Annalibus Francorum*, an veriùs ex *Baronio suo*, & quos describit recentioribus, ipse *Maimburgius* persequitur *Libro IV.* Ubique tamen cavens securitati causæ ut *Iconolatricæ*, sic & illius *Caroli Magni*, quo antecessore, fundatoreque potentix *Francicæ*, superbire *Magnum Ludovicum* novit *Jesuita*; hinc etiam multus in clade mox secutâ *Irenes*, in præmium scilicet sancitæ *Iconolatriæ*, & in *victoriâ Francorum* describendâ. Sed nos, iis sepositis quæ extra circum *Historiæ Imaginum*, plus jam justo prolixiores, & ad metam properare jussi, quod supererat ad institutum nostrum perficimus. Strictim videlicet exponemus in publicâ *Historiæ luce*, ea quæ *Synodum Nicænam* exceperunt, in causâ *Imaginum*, hoc ipso *Sæculo VIII.* & inchoato *Sæc. IX.* Atque adeò quâ animorum, scriptorum, factorumque contentione, scedæ *Iconolatriæ*, & ruituro in *Hellenismum* præcipiti *Christianismo*, opposuerint sese in *Orbe utroque Reges*, *Imperatores*, *Synodi*, ac pientissimi quique *Præsules*, & imbuti veterè disciplinâ *Theologorum* & *Doctoresque*.

II. Rem omnem cogemus in pauca, orfuri ab oppositionibus factis in *Occidente*, ut laboranti violatæque per *Scriptores nuperos Historiæ*, quæ *Maimburgio* iudice à nemine adhuc satis expedita, e-lucidata, quia non veritati litetur sed affectui, pro

Hist. Icon. sine III. & init. IV. L.

P. II. P. I. 2. &c.

Maimb. P. II. 60.

Baron. Ad Ann. DCCLXXXVIII. iniq.

P. II. P. 37. pa-

Baron.
Ad A.
Dcclxx
viii.
N. xv.

T. vi.
Concil.
col. 1780.
& in
Conc.
Gall.
T. ii.
p. 122.
Capitul.
T. i.
col. 203.
Præf. lb.
col. 210.
Ibid.
col. 221.

Secl. iv.
N. xiii.
xiv. xvi.

Capitul.
de Imag.
Præf.

P. ii.
p. 31.

T. i.
p. 412.

paginæ nostro modo succurratur. Carolus Magnus, stipatus à teneris sapientissimis Episcopis, Abbatibus, Doctoribus, quos inter Flaccus Albinus, qui & Alcuinus, Anglus natione, (quo usum esse Præceptore ferunt Annales, viro in Scripturis ac disciplinis sæcularibus undequaque Doctissimo) exhaurerat ipsemet quicquid esset in Sacrarum rerum scientiâ reconditum, ut *Magistri potius quam Discipuli*, si quid obscurum arduumque videretur, locum impleret. Cum primis in versandis Scripturis S. utriusque Fœderis fuisse assiduum eum Principem, callentissimum etiam Ecclesiasticæ Antiquitatis, omnes uno ore Historici Vitæque Carolinæ Scriptores tradiderunt. Sed & in eam curam incubuisse totum piorum Regum exemplo, Davidis, Josaphati, Ezechiae, Josiæ, ut ad Scripturarum præscriptum, & Veteris Ecclesiæ disciplinam, fidem moresque conformaret. Undè expressâ fuere Capitularia illa Carolo M. quibus studium SS. Litterarum in *Episcopis & Monasteriis* promovendum sanxit, planè circa tempus Nicænæ Synodi, apud Jac. Sirmondum, & Steph. Baluzium: *Hortamur vos Litterarum studia non solum non negligere, verum etiam humillimâ & Deo placitâ intentione ad hoc certatim discere, ut facilius & rectius Divinarum Scripturarum mysteria valeatis penetrare.* Capitulari Aquigranensi Anni Dcclxxxix. quo tempore in refutandâ Synodo Nicænâ occuparetur: *Nam Legimus in Regnorum Libris, quomodo S. Josias Regnum sibi à Deo datum circumveniendo, corrigendo, admonendo, ad cultum veri Dei studuit revocare.* Et Capit. xx. sanctionem addidit, ne Libri alii in Ecclesiâ legerentur præter *Canonicos solos*, juxta Can. Laodicenum LIX. Et mox in Capitulari anni sequentis Dccxc. præmissis Libris de Imaginibus: *Si quis Evangelizaverit vobis præter id quod Evangelizatum est, contentum nempe (ut mox explicat) Prophetis, Evangelicis, & Apostolicis Scripturis, Anathema sit!* Porro recens erat Carolo memoria Synodi in *Geniliaco* habitæ, de quâ fusè suprâ, circa Pipini extrema, quam ab *Imaginum* saltè cultu, adoratione, *περσωνισμῶ* alienissimam fuisse, invictis rei documentis ostensum, Maimburgianis-offuciis discussis. Haud igitur novum vel absolum cuiquam videatur, perlatâ Synodi Nicænæ ad Carolum famâ, hinc Actis ejusdem, indignatum in Irenes Tarasique molimina, quibus *Imagines adorare compellerent*, quo fuit ille zelo & veritatis studio, ac quotidiana etiam cum Viris doctis piisque consuetudine, opposuisse prolixum *Capitulare*. In quo sanè permixtis Imaginibus, contra sententiam prioris Synodi, in *ornamentum Ecclesiarum & memoriam rerum gestarum*, docuit præcepitque *solum Deum adorare, in adorationem omnem Imaginum & cultum*, quocunque sub vocum, distinctionum, & stultiloquarum *adventionum* involucro, Libris iv. acerrimè invectus fuit. In quibus fatetur Maimburgius, *centum & viginti Capita accusationis proponi contra Concilium Nicænum*; omnes Historici & Chronographi uno ore, eam ut *Pseudo-Synodum* à Carolo abdicatam. Atque hoc Opus illicò aggressum esse Carolum M. indubiè Alcuino operam commodante, post cognita Irenes & decreta & facta in Oriente, *cum contribentiâ Sacerdotum, in Regno à Deo sibi concessa, Catholicis gregibus prelatorum*, perficiendum illud ipsum intra *triennium* fermè elapsam à *gestâ Synodo*, id est sub finem Anni Dccxc. Præfatio ipsa testatur. Quem etiam Annum transigisse Wormatiæ Carolum, *sine ullâ expeditione militari, non aliâ occupatione quam in literarum studio*, & quæ ad *justitiam* aut *pietatem* attinerent, ex Annalibus & Vitâ Caroli Mezeræus observavit. Publicandum deinceps Opus, *non modicum volumen* dixit Hincmarus, confirmandumque in Synodo Francofortanâ Anno Dccxciv. de quâ postea, ac tandem

Romam mittendum ad Hadrianum I. per *Angilbertum* Abbatem, & *quosdam Episcopos*, eodem Anno Dccxciv. Quod ex Inscriptione ipsâ, ex Canone Francofortano Secundo, ex Responione Hadriani, attendâ Actorum Nicænorum Collectioni Latinæ, ex Epist. Synodicâ Synodi Parisiensis, & ex Hincmaro Rhemeni in Libro ad alterum Hincmarum Laudunensem, certissimè colligitur.

III. Eò verò fortiùs stimulatus Rex Carolus ad causæ totius examen, & ad admovendam etiam manum refutationi Græcorum, quod ipsos in Oriente Imperatores, *Orientalium partium Reges*, illic *Constantinum* Copronymum, hinc *Irenem* Matrem junioris Constantini, *Faminam* eam, *doctrinam ductricemque* Concilii, decretorum omnium factorumque in causâ Imaginum fuisse præcipuos architectos, haberet exploratum. In utroque jam stricturus calamum, cum per se ipsum tum per adjutores Episcopos & Sacerdotes, acriter quidem reprehensus illorum levitatem qui *fregissent* Imagines, longè acriùs illorum *dementiam, prisca Gentilitatis aboleto errore*, qui *adorandas colendasque* sanxissent, quod unum toto Opere præcipuè intendit. Undè etiam Libri Carolini, hinc Francofortani Patres, non dicuntur oppositi Synodo *Constantinopolitana* adversus Imagines, sed Synodo *Nicænâ*, in *Bithyniâ* habitæ, *Pseudo-Synodo Græcorum* *ἐξόχως*, *destruenda & penitus abdicanda*. Mezeræus, post omnes Chronographos qui scripti meminerunt; *Charlemagne* *mesme* *écrivit, ou ordonna qu'on écrivit un Livre pour la combattre, nempè Synodum Nicænam, & adorationem Imaginum* in eâ decretam, oppugnasse scripto in hanc rem Libro Carolum M. Licet hæc postrema, quia Constantinopoli ultimo terminata, per Imperatores Constantinopolitanos, in Canone Francofortano, & apud Eginhardum, vocetur Synodus *Constantinopolis* facta, congregata. Nec jam conferemus in hunc locum maximi Regum in eam Synodum, in Irenem, in Tarasium, in Patres, in eorum decretum, in *argumenta insensissima & absurdissima* Græcorum, in *depravatas* Scripturas, Patres, Historiam, in *Apocryphas & derisione dignas nanias*, perpetuâ serie invectivas, sarcasmos, obelos. Occupatum istud abundè est, frequentibus excerptis ex libris Carolinis, à Dalzæo nostro Libro iv. de Imaginibus, à Forbesio Instruct. Historiarum Libro vii. aliisque, repente pleraque ipso nuper Natali Alexandro, in Dissert. quam inscribit *adversus Iconomachos*. Passimque nos in historiâ superiore Tarasiani Concilii, quid de præcipuis hujus præsidii & firmitatis pronunciaverit Regium Capitulare, ex ipsis fontibus observavimus. Quin in manibus omnium versantur illi Libri quatuor, non quales, ut subdolè Maimburgius, *ab insectatore Liberano* Anno 1549. sed quales à Joh. Tillio editi, Meldensi Episcopo, & acerrimo Imaginum promacho, tum à Melchiore Goldasto Constitution. Imperial. Collectionis uno Tomo, præter ea quæ Epistolæ refutatorie Hadriani, & alibi inserta sunt. Cur verò non exhibuerint in Conciliorum Tomis, seu Generalium, seu Gallicanorum, Binus, Sirmondus, Labbeus, res ipsa docet, & fatetur Sirmondus ad Canonem Francofortanum, *quia Libros Carolinos majores nostri re tandem ipsâ damnarunt*. Ast probatum illud Capitulare fuisse à Synodi *Francofortana* Patribus, cui & adscribi solet, & in quo sine dubio scriptum vellet Bellarminus, cujus etiam Synodi auctoritatem Inscriptio præfert, *Synodum generalem in Franciâ convocante Imperatore Carolo Magno* dixit Hincmarus in Opusculo Lv. Capitular. facti sunt Baronius, Bellarminus, Sirmondus, omnes ingenui. Quæ Synodus habita fuit, *Ætate in-*

Concil.
T. vii.
col. 1054.
1057.
Ibid. col.
915. & c.
Sirm.

Conc.
Gall.
T. ii.
C. xx. in
Opusc.
Hincm.
P. 93-94

Libr.
Car. i.
C. iiii.

Hincmar.
l. cit.
T. i.
P. 462.

L. iiii.
C. xii.

C. ii.

Sac. viii.
T. xv.
Art. v.

P. 93.
Ed. 1615.

Francof.
1613. a.
P. 93.

eun-

Maimb. P. 11. P. 33.

Hist. Sæc. VIII. C. VIII. de Hæres.

Petav. de Incarn. T. v. p. 72. Vide Dall. L. IV. à P. 434. T. VII. Concil. col. 1057.

Lib. IV. de Imag. C. IV.

Differt. VI. A. VI. & VIII.

Ibid. p. 707. & seq.

Ibid. p. 732. & seq.

Ad Ann. 794. p. II. p. 26. & seq.

eunte, Anno DCCXIV. præfente aperienteque Synodum Imperatore, qui Pascha Francoforti celebrat, præsentibus missis duobus Hadriani, Theophylacto & Stephano, ac trecenis circiter Episcopis è Franciâ, Germaniâ, Italiâ, Hispaniâ, & Britanniâ, fatente Jesuitâ: undè universalem vel generalem Synodum, haberi voluit præfatus Rhemenfis Præful. Sanè agenda rursùs in eâ Synodo fuerat causa Felici Urgellitani, & Elipandi Toletani, damnata jam antea sententiâ latâ, etiam ante damnationem Hadriani Romæ factam, in Conciliis Foro-Julienfi & Ratisbonenfi, ut nos pluribus in novissimâ Historia, contra Baronii & Nat. Alexandri injecta præjudicia. Sed præterea actam in eâ Synodo fuisse causam Imaginum, damnatamque Nicenam Synodum, quam Historici nuperi, post Petavium aliosque, vellent tantùm credi damnatam, omnia docent: fides constans Annalium, Chronographorum, ab aliis asserta; memoratus ante Hincmarus; Epistola confutatoria tributa Hadriano I. in fine Collectionis Nicænæ; ipseque tandem Canon Secundus; *Allata est in medium quaestio de novâ Græcorum Synodo, quam de adorandis Imaginibus Constantinopoli fecerunt*, seu ibi terminarunt, confirmarunt, octavâ quasi Sessione, ex Theophane: *In quâ scriptum habebatur, ut qui Imaginibus Sanctorum, ita ut Deificæ Trinitati, servitium aut adorationem non impenderent, anathema judicarentur. Qui supra sanctissimi Patres nostri, NB. omnimodis adorationem & servitutem renuentes, contempserunt, atque consentientes condemnaverunt.* Missaque ea condemnatio Romam ad Hadrianum Pontificem fuit, cum Capitulari Carolino, ut monitum Paragrapho superiore. Quod ipsum, de Nicenâ Synodo (cui subscripsisset Hadrianus) per Francofortana Synodi Patres damnatâ, prolixâ disputatione contra Alanum Copum, Vasquesium, Suaresium, Binium, de Valentia &c. instar omnium Joh. Dallæus, Hincmarum etiam loco fusè vindicato, evictum probatumque dedit. Et quia nec id ipsum inficiari ausi Natalis Alexand. & Ludov. Maimburgius; neque etiam sustinere cum Binio, Surio, Bellarmino, & aliis, *Libros Carolinos non habuisse Auctorem vel promotorem Carolum*; crassis id genus effugiis per istos explosis, ac fusè à præfato Alexandro, ita supponimus nos utrumque, ut deinceps ratum & ἀπολογητέον. Idque unum paucissimis subjiciendum venit legentium oculis, sed & iudicio, quid uterque Historicus ab istis diversum exceperit nuper, seu ad Libros illos Caroli M. seu ad Canonem II. Francofortanum, & quæ nova Virorum pari κρησφύγετο placuisse præ cæteris videantur.

IV. Natalis quidem magis apertè, quâ viâ elabendum sit Iconolatriæ propugnatoribus in his angustis, tradit. Summa est: Libros Carolinos negasse Imaginibus solum cultum latria, seu adorationis absolutæ, quæ soli Deo debeat, deceptos voce equivocâ adorationis Nicænæ probata, & verbis Constantii in Cypro Episcopi, prout Latine legebantur in Actis ejusdem Synodi, de quibus postea. Ac fecisse id Carolum M. eò acerbius, eoque procliviorum fuisse ad credendum ista de Græcis, quod offensus esset Constantino Imperatori, ob repudiatam sororem suam, quam ipsi despenderat. Undè politica studia Carolum M. & Gallicenos Præsules in partes traxerint, contra Synodum à Græcis Nicæa celebratam. Pariterque Patres Concilii Francofortiensis, damnasse septimam Synodum errore facti, putantes adorationem latria, quæ soli Deo debetur, à Nicenâ II. Synodo fuisse Imaginibus decretam: magisque attendisse ad Confessionem illam Constantii Cyprii, quàm ad ipsam Synodi definitionem. Maimburgius defæcatori ingenio, probè conficius omnes evadendi rimulas pridem obstructas esse, nec nisi commissos inter sese, & cum historiâ ipsâ, quicquid penè esset recentiorum, catus ac personatus incedit: Con-

cilium Nicænum, inquit, *validè petiit fuit in Occidente, à Concilio Francofordiensi. Sed quia unum hoc est ex maximè momentosis & delicatioribus Historia meæ capitibus, oportet, ut illi extricando ac feliciter expediendo rem altius repetam, examinandam paulo diligentius quàm ab Historico expectari debeat.* Postquam Lectorem ita præparavit, varia postulat, pro solità in affirmando supponendoque fiducia. Ac de Libris Carolinis is quidem parcius, & prudenter utique, datâ operâ, quos fatetur infensissimos Synodo Nicænæ, *propositis adversus eam cxx. Capitibus accusationis*, hinc ferè dissimulandis puerili ineptoque silentio, ut legenti Historiam Iconoclasticam patet. De Synodo autem Francofordiensi longâ paginarum serie differtat, quod instructor ad hanc sibi esse videretur, infirmendis Ministrorum Protestantium ex P. 32. eâ præfidiis, aliâ quàm factum hætenus esset ratione & viâ. Undè indignatur majorem in modum in Theologos suos, *semet ita implicantes, ut hac Historie pars tandem confusissima evaserit, diversitate circuituum & effugiorum quibus semet extricare voluerunt.* Notat hinc flagellatque sacras anchoras Surii, Alani, Sanderi, Suaresii, Binii, Vasquesii, sed quoque illas Baronii & Bellarmini, qui ad conjecturas pro libidine confictas, faites à plaisir, & sine ullo rationabili fundamento, confugerint, non veritatem historicam querentes, sed præsupponentes modò reverà non esse, quod magnopere volebant ut esset. Nempè, vel Francofordiensem Synodum reverà non rejecisse aut damnasse illam Nicænâ, ut ferè priores; vel deceptam certè fuisse à Libris Carolinis, qui isti imposuerint, & ex quorum falsâ informatione de sententiâ Nicænorum pronunciavit, ut sensit par Purpuratorum. His explosis, persuasum vult Lectorem suum Jesuita, se quâsi in suis primum acturum esse bonâ fide, *fine præjudicio, nulloque negotio dissipaturum esse omnes has tenebras, & veritatem, hætenus in obscuro latentem, protrahaturum in lucem, præcisè Actus Synodi adherendo.* Ac post longas ambages, & obtestationes, magnumque nihil prolixâ actum declamatione, accingit se ad Canonem Francofordiensem conciliandum cum Nicænis, & Carolum cum Hadriano, tanquàm reverà sententiæ ejusdem. Omnique illa tandem conciliandi ratio non est nisi illa ipsa cui præverat ex parte Bellarminus, perfecterant Petrus de Marca, & Dionysius Petavius, de errore scilicet in factis Patrum Germanicæ Synodi, ex falsâ versione Actorum Nicænorum, quæ & citata in Libris Carolinis. Ac licet eo ipso tempore Gallus alter, Natalis Alexander, huic uni effugio longè fortius insisteret, interim applaudit sibi hunc citat. in modum Jesuita: *Ecce, inquit, veram Historiam famosi illius Concilii Francoford. Quam (ut mihi videor) satis feliciter erui ex tenebris illis & difficultatibus, quibus hucusque implicata jacuit, ob non satis examinata ab aliis omnia ea Antiquitatis documenta, que poterant hanc rem elucidare, uti à me factum est. Tum conversus ad Theologos Protestantes, si in quibus esset aliquid eruditionis, & bonæ fidei, jactitat eorum fore neminem usque adeo imprudentem, qui deinceps sustinerit opponere Concilium Francofordiense, reverà, inquit ille, non minus ipsis contrarium, quàm est Nicænum alterum.*

Plauditur; & magno palma favore datur!
 N. Artis est artem occultare, & quo magis ejurat Jesuita fidem omnem Historici, quo se magis contradictionibus involvit, quo plus in eo circuituum, & ambagum, & plagii, ut etiam quid statuere velis satis ipse nesciat, sicut ille de Gallis Præfibus, hoc magis suam fidem, candorem, industriam, in folis Authenticis versandis diligentiam, & rectum quo incedat ipse talum, verbis extollit. Nec profectò invidemus illi Viro hanc præclaram de se suisque opinionem, nec quas ipse de se laudes
 Fff 3 des

des cum in hoc passim Opere, tum in aliis præconifit, ne hac parte Scaligeris, Lipsiis, Balsacii, Arnaldis, Voituris, aliisque Viris nostrâ ætate inclutis, sed nimium quandoque sui amantibus, decederet. Summa omnium huc tandem tota redit.

Maimb. P. 11. P. 29-32. 33-39-57. &c.

I. Concilium Nicænum approbasse quidem pro se, seu in suâ personâ, Hadrianum Pontificem, nondum tamen authenticè, juridicè, solemniter, illud ut Oecumenicum confirmasse, quo tempore confutatum est Libris Carolinis, & deinceps congregata Francoforti Synodus fuit. Sed neque confirmasse postea, quicquid Apologiam pro eo Concilio ad Carolum Regem scripserit. II. Caroli M. tempore Gallorum Præfulum in causâ Imaginum valdè fuisse sententias distractas, quum plures essent qui, ad exemplum XII. Francorum Episcoporum, qui subscripserant Synodo Romana sub Stephano, tribuerent Imaginibus cultum & honorem religiosum, negantibus omnem aliis. Accessisse indignationem Caroli M. valdè in Græcos animati, cum primis ob repudiatam à Constantino Sororem Caroli, & Mariam uxorem ductam, undè pariter Concilium utrumque rejecerit Francus, tum illud sub Copronymo, tum alterum sub Irene. III. Libros etiam vulgò Carolinos conceptos esse verbis adè atrocibus & injuriis, ut hinc satis appareat, eorum Auctores nullo modo ductos fuisse Spiritu ejus Principis, quare etiam latuerint in obscuro, usque ad publicationem factam ab homine Lutherano, sub nomine Eli Phili, circa An. 1549. IV. Utique sanè Nicænam Synodum non modò reprobata fuisse à Carolo, scriptis cxx. seu objectionibus, seu capitibus accusationis, Hadrianus Reprehensiones dixit; sed planè quoque rejectam damnataque fuisse, testibus antiquissimis omnibus Scriptoribus, à Synodi Francofortiensis Patribus, missâ Actorum Nicænorum Copiâ ab Hadriano Pontifice, per Legatos suos interfuturos illi Synodo. At nihil mirum, in Nicænos exacerbata fuisse Carolum Regem, & Germanicam Synodum. Errore facti accidisse, persuasumque fuisse illis omnibus, traditam esse à Græcis Patribus doctrinam abominandam, quam meritò damnarint.

Ibid. p. 30-31.

P. 32.

P. 34.

P. 39-40-41.

Quænam illa? Tribuendum scilicet Imaginibus cultum latria, servitutis, quæ soli Deo debeat, aut S. Trinitati; cui jam doctrinæ opposuerint Canonem II. Francofortanum, ut ex verbis superioribus liquet. Erroris verò tanti quæ causa? Accipe: Non fraus ulla, aut impostura Auctoris Librorum Carolinorum, quæ fuerit Baronii & Bellarmini imprudens conjectura, fundamento nullo nixa, sed Versio Latina, eaque pessima & falsa, Actorum Nicænorum, quam præ manibus habuerunt Carolus, & Francofortani, Authentico Græco tum desiderato. Rursum, quid in eâ Versione Occidentales illi scriptum legerant? Nempe offenderunt ad verba illa Constantini Constantiæ in Cypro Episcopi, in Actione III. Synodi: Suscipio & amplector honorabiliter sanctas & venerandas Imagines, secundum servitium adorationis quod Consubstantiali & Vivificatrici Trinitati emitto. Verba hæc, hinc sententia de adorandis Imaginibus cultu λατρείας, quæ

Maimb. p. 1. P. 450.

Nat. Alex. Sac. VIII. P. 733.

Χερισιανοκατηγόρων fuerit apud Damascenum, Nicænis per errorem ab Occidentalibus imputata, una jam Viris illis damnatæ confutatæque Synodi causa fuit. Vitium verò non in Nicænis Patribus fuisse dicunt, sed in Interprete, qui Septimam Synodum jussu Hadriani Papæ Latinitate donaverat, de cuius imperitiâ conquestus sit Anastasius. Nempe interpungendum fuisse post illa verba, His consentio, suscipiens & honorariè amplectens SS. ac venerabiles Imagines. Tum sequi in Græco alteram partem sententiæ: Καὶ τὴν ἐν λατρείᾳ προσκύνῃσιν μόνῃ τῇ ἁγίῳ πνεύματι ἢ ζωοποιῶντι τελευτῶντι δόξα δέμῳ. Et adorationem que fit secundum Latriam, soli consubstantiali & vivifica Trinitati emitto. Ea, inquit illi, nodum causæ! Ecce

quid damnarint illi Patres! Et hoc ipsum est quod non Maimburgius aliquis ex Actis authenticis primus suspicatus est, sed quod ex Gallis se prioribus descripsit. Urserat sanè, quoad rei summam, Belarminus ad objectam sibi Synodum Francofortiensem, & Baronius ad eandem Synodum. Deinceps verò sed cautiùs Petrus de Marca, ubi de repudiata Nicæna Synodo, & Dionysius Petavius, acturus de Sacris Imaginibus, Tomo postremo Dogmatum Theologicorum. V. Ac tandem concludunt præfati Maimburgius & Natalis, Synodum Francofortensem subjecisse sua judicio Romani Pontificis, probè consciis illis Patribus, Concilium nullum vim habere aliquam posse, nisi confirmatum à Papâ. Addunt, Latinitatem quidem ab Hadriano fuisse illam Synodum ut venerabilem & sacram, licet non authenticè confirmaverit. Ac reverà non aliam fuisse Synodi Francofortanæ sententiam, sed nec Caroli M. quàm quæ Nicænorum, aut quæ Hadriani Pontificis, sed, ut ex Petavio habuerunt, exactè convenire, nec minimè dissentire. Quod satis doceat postremus Articulus, additus à Patribus Francofortanis ad suum Capitulare, in hæc verba: Postremus Articulus quem addimus hic est: Sciat Dominus Apostolicus, & Pater noster, & cuncta simul Romanorum Ecclesia, ut secundum quod continet in Epistola beatisissimi Gregorii, quam ad Serenum Episcopum Massiliensem dixerit. Permissimus Imagines Sanctorum quicumque eas formare voluerint, tam in Ecclesiâ quàmque extra Ecclesiam, propter amorem Dei & Sanctorum ejus: Adorare vero eas nequaquam cogimus qui noluerint: Frangere vel destruere eas, etiam si quis voluerit non permittimus. Et quia sensum sanctissimi Gregorii sequi, in hac Epistola, universalem Catholicam Ecclesiam Deo placitam, indubitanter liberè profitemur. Adde, judice Maimburgio, quod non diversim senserit à Pontifice Carolus M. circa Imagines, vel ex Epistaphio illo colligi, quod Carolus scripsit Hadriano, ut qui Pontifex

Populos & dogmate sancto Imbuerit.

VI. Quot, Deus bone! circuitus, ac viarum ambages, sed & dissentientium Scriptorum classes, in eadem causâ, ne cultum Imaginum damnasse aut Carolus M. aut plenaria ex toto Occidente Synodus, crederentur. Nobis quidem, dum jam excrevit pagina nostra, constitutum est brevi tabellâ, ac distinctis observationibus, utriusque Scriptoris nuperi exhibere seu oscitantiam, seu malam fidem, restitutâ rursùm Historiæ veritate. Ac primò nihil aut precarium magis excipi, aut pugnantem secum ipso affirmari potuit, quàm quod isti, ac præcipuè Jesuita, eo liberius potuisse Gallos de Nicæna Synodo judicare, quod approbata licet singulari judicio Hadriani, nondum tamen ab eo juridicè confirmata fuisset. Atqui I. Supponit hic immemor sui, quod alibi præfractè negat, Concilium tamdiu non haberi authenticum vel juridicum, donec authenticè & juridicè Papa confirmaverit. Imò pro Oecumenicis etiam habita fuisse priora, certè Constantinopolitanum I. & Constantinopolitanum II. sub Justiniano, sed & recentiora, saltem fuisse habita pro authenticis, quorum decreta auctoritate supremâ obstringerent, seu jam approbata aut confirmata à Pontifice, seu minus, ex professo Maimburgius docet, ubi de superioritate Concilii supra Papam. Nec aliter censent quicquid Jansenistarum est, sed & assertorum Gallicanæ Libertatis, ad majorum suorum exemplum. II. Habuit Jesuita hoc quicquid effugii est, ex altero ejusdem Societatis, Dionysio Petavio: Septimam Synodum nondum Oecumenicam & ab Hadriano probatam esse sciebant, ut potè cujus ad illos Acta miserat Pontifex, utique consideranda, & recognoscenda, ut Hincmarus restatur,

De Imagin. L. II. C. XIV. 5. His duobus.

Ad Ann. DCCCIV. N. XXVI. De Concord.

L. II. C. XVIII. P. 130. 131.

L. XV. de Incam. C. XII. P. 580.

Nat. p. 740. &c. Maimb. P. II. P. 44. 1b. p. 48. &c. Dogmat. Theol. T. V. P. 581.

Maimb. P. II. P. 57.

Vide Maimb. P. II. P. 34-35. 36-37.

Traité Hist. de l'Egl. Rom.

Imprim. à C. VII. XVII. &c.

De Incarn. L. XV. C. XII. P. 581.

Bo-

Bona verba! Sciebant tamen ex Actis ipsi transmissis ab Hadriano, & ex Legatis quoque Romanis, Synodum eam inscribi *Unversalem* vel *Oecumenicam*, in initio, medio, fine, & in literis post Synodum exaratis, seu ad Imperatores, seu ad Clericos CP. Sciebant, *consensiente* Hadriano habitam, imò si ipsum Hadrianum audis, *secundum ordinationem suam factam*, quod magis est, ut content Natalis Alex. *presidentis Papæ per Legatos*, quæ de diff. III. re volumus jam contendere. Sciebant, hos fecisse partem magnam Concilii, eidemque in omnibus subscripsisse, exultantibus Græcis, de consensu illo *Tarasis & Hadriani*, deque *complexu mutuo iustitiæ & pacis*, ut Scripturas isti usurpabant. Sciebant Francofortani, approbatam eam subscriptionem ab Hadriano, *suscipiam* ab eo Synodum, ut ipse aliquoties professus, nec alium in finem transmittente Acta, quam ut Francum & Occidentales reliquos in consensum pertraheret. Quem ut negari intellexit, protinus Synodum eam, scriptâ *eruditâ Apologidâ*, & prolixâ illâ quidem, suscepit defendendam, falso Maimburgio, *adversus LXXX. Articulos obiectos ab Auctoribus Librorum Carolinorum*. Non quieturis ante posterioribus Pontificibus, donec in Galliis quoque reciperetur, quod tardius & longo post tempore factum, gliscente sensim circa Imagines superstitione, idem rursus Jesuita, post Sirmondum, Petavium, alios. III. Actus illius *confirmatoris* scilicet, ab Hadriano *dilatâ*, planè causa alia adfertur ab ipso Maimburgio. Expectata nempe opportunitas rescribendi Imperatori Græco, quâ simul repeteret *Patrimonium Ecclesiæ Sæculum*, quod *ni redderet Constantinus, Hereticus declararetur*. Id urebat nempe Hadrianum, parùm fuisse sollicitos in eâ Synodo Græcos de juribus temporalibus *Patri*, seu de *iustitiis Ecclesiæ Romanæ*, ut loquebantur ea tempora, quas negare *Hæreson* maxima fuit. Sed pace tuâ, Maimburgi, nec Græci, nec Concilia Oecumenica priora, ac novissimè *Quini-Sextum*, quod Græcis est simpliciter *Sextum*, confirmationem ullam expectarunt à Pontifice. Neque Tarasius, rescribens Hadriano, ut *Fratri, Commisistro, Papæ Senioris Romæ*, ullam approbationem petit, consummata modò ac terminata esse feliciter omnia historicè narrat. IV. Nequiquam etiam ad Hincmarum provocat Petavium. Id unum Rhemensis Præful, *Papam Romanum in Franciam direxisse Pseudo-Synodum de Imaginibus*. Undè constat, quo loco haberetur Nicæna Synodus Hincmari Senioris tempore, mortui toto ferè post habitam eam Sæculo. *Direxisse* autem in Franciam dicit Hadrianum, an ut *recognoscerent Galli*, ut fortè retractarent, expungerent? Nugæ! *Direxit* tamen ex officio, etiam à se approbatam firmatamque, quia Acta communicare officii debique fuit. Ac nulla Romani *approbatio*, vel etiam *confirmatio* aut *sanctio*, præjudicium attulit Episcopis reliquis per Occidentem, quo minùs liberè reprobarent. Paparum decreta judicialeque subjici Conciliis, non vicissim Papis decreta Conciliorum, ipsum illud est quod ex professo Maimburgius docet, in posteriori Opere de *Prærogativa Episcoporum Romanæ Ecclesiæ*. Ibidemque hoc unum agit, præcipuè sanè intendit, ut destruat suum illud assertum prius, sociique sui Natalis; *Judicio Papæ subjici Concilium; Nullum Concilium habere vim posse, nisi fuerit confirmatum à Papâ; Aut, Confirmationis Papalis & juridica requisitum fuisse Instrumentum*, ut haberetur Synodus aliqua Oecumenica, vel Authentica. Qui error hodiè Maimburgio est *perniciosissimus & toti Ecclesiæ periculosissimus*. Probeque intelligebat, ignorasse hoc jus Romani, *juridicè confirmandi* Synodos, omnem Antiquitatem: sed nec fecisse Carolum M. aliud, in convocandâ Synodo Francofortanâ, quam quod pridem Constantinus M. in convocandâ Arelatenfî Synodo plena-

riâ, & generali. Hic enim pari ratione, ut pridem observatum ab Eusebio, Optato Milevit. & ab Augustino, *judicium Melschiodi Papæ, ac Synodi Romanæ, diligentius examinandum curavit*. At dispari August. Epist. CLXII. al. XLIII. Ep. CLXV. al. LIII. T. II. Op. eventu, dum Arelatenfes confirmavunt iudicium illud Romani, Francofortani autem unâ cum Carolo M. reprobavunt. V. Adde, Hincmarum illum citatum Petavio, sed & Maimburgio, falli non uno modo. Confundit Synodum utramque, priorem pro *confringendis Imaginibus*, & alteram pro *adorandis*, tanquam si diverfæ partes essent unius Synodi, ejuque *Constantinopoli habitæ*, ac postremæ etiam sine interventu *Apostolicæ sedis*. Rursus, *iussione Apostolicæ sedis, celebratam generalem Synodum in Francia*: quæ veriùs in Germaniâ, ubi agebat tùm Imperator, sed & iussione Caroli, uti Ratisbonensis vel Reginensis prior Anni MCCCXII. vocando sanè ad illam Hadriano, invitandoque.

VII. An feliciùs excipiunt Galli nuperi, sed post Petavium suum, ex quo uno sapiunt, Gallorum tùm plurimos, Synodi Francoford. tempore, exemplo *Episcoporum XII. in Synodo Romanâ*, sensisse pro *cultu Imaginum*? An Carolum M. ivisse in partes oppositas, *odio Græcorum* certè Constantini Imperat. *ob repudiatam Caroli sororem*? Hinc Opus Carolinum universum *sui Auctoris in Græcos offensivum & irvidiam spirare*, ut Natalis; vel ut Maimburgius, *non referre Spiritum ejus Principis*. Hæc illi, nec magnoperè tamen proficientes his verborum rerumque præstigiis I. Commentum illud de Gallorum Episcopis XII. *cultum Imaginum asserturis in Synodo Romanâ*, sub Stephano IV. prolixè ante explosum est. *Distractus* in eo Gallorum sententias fuisse affirmant quidem, consuetâ temeritate, documento nullo probant. Summa *Gentiliaca*, summa *Francofortana*, summa deinceps *Parisina* Synodi, sub Ludovico Pio, consensus fuit. In idem conspirant Libri Carolini, deinceps facta scriptaque Gallorum, ut Imaginum cultum omnem destruant, quemcunque tandem, solo *usu historico permisso*, adversus Copronymum, ac deinceps Claudium Taurinensem, qui ne hunc quidem ferrent. Nunc si homines audis, Gallia Caroli tempore non modò hoc nomine distracta fuit, verùm etiam Francofordiensis Synodus, Generalis illa, *ne mirinum à Nicænâ disjuncta*. II. Pari fiduciâ illi Viri, reprobasse Carolum Nicænam Synodum *ex odio Græcorum, animatum* scil. in Græcos, ob repudiatam Sororem suam, desponsatam ante Constantino. Ea certè fuere tùm Caroli tempora, ut non tam hic ambiret affinitatem Constantini, quàm Constantinus illam Caroli. Hinc missi iteratò Legati in Occidentem fuerant, qui filiam Caroli *Rotrudam* (*Ἐρωδία* Græcis) quam deperiret Constantinus, huic Conjugem deposcerent, juxta pacta priora, sed negante Carolo, *qui consilium mutasset*, ut ex Annalibus Francorum ipse Maimburgius, *magna cum dolore Imperatoris Græci*. Nec tam infensus Irenæ Francus, quàm hæc ipsa Carolo, saltem præ se ferens *se admodum in eum accensam, ob repulsam quam esset passa*, indeque velle *εὐαγγελοῦ καί εὐδοκίαν ulcisci Carolum*, ut Theophanes ad A. Constant. qui Synodum excepit. III. Sed indignationem Caroli demus! Quid indignius eo Rege, quid iniquius statui potuit in tot graves Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Hispaniæ, Angliæque Præsules, Francofordiæ cogendos? Nempe ob privatum Caroli affectum adversus Irenem prodidisse eos fidem, *olitannam Ecclesiæ traditionem* oppugnasse, sic Hadrianus Papa, id est receptum cultum Imaginum, ipsamque Nicænam Synodum, Pontifici approbatam. Hoc si fuit, cur istud neque Græci, neque Hadrianus I. exprobasse tanto Principi memorantur? Saltem continere Carolum debuisset reverentia Hadriani, à quo Synodus promotâ, approbataque, sed & ami-

Epist. CLXII. al. XLIII. Ep. CLXV. al. LIII. T. II. Op.

Loco cit.

Secl. IV. N. XVI.

Lib. IV. P. 3. 5.

amicitiâ illa quam inter Regem & Pontificem illum teneantem semper fuisse, Maimburgius aliâs urget. IV. Non igitur patiebatur causâ momentum tacere vel Carolum, vel Gallos Præsules. Non sinebat definitio Synodi planè nova, aduersaque Scripturis, Antiquitati, Synodo Gentiliacæ, Gallorum constanti & doctrinæ & praxi, eademque præfidiis ficalneis, & confutis fabellis mendaciisque tulta. Et si in Tarasium Patriarcham indignantur Franci, ut ex *Isidoro ad Bedem Constantinopolitanum assumptum*, arguentes *vitium ordinationis*, quod ibidem addit Natalis Alexander, faciunt juxta Ecclesiæ Canones, faciunt quod Latini postea in Photium; imò quod ipse in Tarasium Hadrianus, ut pluribus supra. V. Illiac negant, referre *spiritum Caroli M.* Libros Carolinos, *spirantes ubique invidiam, & offensionem*, hinc prolixè adstruunt; certè Natalis Alexander, reverà *illorum Auctorem esse Carolum Magnum*. Quod testentur satis, inquit, Intercriptio Operis, præfixum Operi Capitulare, mentio *Pipini* ut *Genitoris*, Hadriani ad Carolum Responsio, Synodus Parisiâ sub Ludovico Pio, Hincmari diserta verba ad Laudunensem, Exemplaria Mss. Vaticanum & Tilianum, & quæ alia mitto. Maimburgius ipse, effugio Bellarmini, Baronii, aliorumque notato, planè adscribit auctoritati Caroli M. *refutationem Concilii Nicæni triennio post factam*. Hinc etiam Capitulare illud *Caroli nomine* inscriptum fuisse largitur, conscio Principe, *missumque ab eodem Imperatore Romam* ad Hadrianum, ex Hincmaro, rescripturo etiam Hadriano ad Carolum, & ad LXXXI. capita in Libris illis objecta. Ne jam addamus quæ paulo ante à nobis hac de re occupata sunt. Et tamen persuasum vellet Jesuita, nec spiritum Caroli, nec genium, nec doctrinam satis exprimere præfatum Capitulare. VI. Adde, in hoc rursùm committi inter sese, qui in Libros illos indignantur. Laudantur enim à Natali Alexandro, *ab ingenti acumine, & eruditione, longè supra Græcos*. Si verò Bellarminum audis, & *ὀμοψήφους*, Libri isti Carolini *videntur fuisse hominis barbari, imperiti, levis, ac planè stulti*. Maimburgius, conceptos *verbis injuriis & atrocibus*; Petavius, esse *impendingia virulentos & acerbos*. Immemores, verborum acerbiter, ut patebit inspicienti, natam fuisse ex atrocitate rerum quas notat, *doctrina abominanda, impie, & injuriarum, maledictorum, anathematum*, quibus virulenta Nicænorum pagina tota turgescit & fulgurat. Rursùm Maimburgius, vulgatos illos primùm esse Libros ab homine *Lutherano*, & *debauchante in cultum Imaginum*; mox, *verum fuisse Opus irributum Carolo M.* & quale ex Mss. Vaticano & suo Tillius Episcopus publicavit.

VIII. Nunc ad cardinem causæ properamus, & ad eam in quâ tuti sibi videntur recentiores isti Hac Sect. Acropolim. Compendium modò descriptorum N. v. 6. 4. est: Errasse in facto Libros Carolinos, & Francofordiensis Synodi Patres, ac confutasse eam sententiam, quæ Nicænorum nunquam fuit. Deceptos videlicet verbis *Constantini Cyprii*, & his quidem non ut fuere in *Authentico*, sed ut repperunt in *Latinâ* Versione, ad eos transmissâ. Addunt, summam fuisse consensionem doctrinæ utriusque Synodi, Nicænæ & Francofordiensis, quemadmodum & sententiæ Caroli & Hadriani. Cujus commento nupero, ingenioso in speciem, reipsâ crasso, & ab ipsâ impudentiâ profecto, paucis ita obviam imus. Ac primò Librorum Carolinorum, hisque consentientis in Germaniâ Synodi, in iis Capitulis LXXX. quæ ad Hadrianum transmissæ fertur, supponenda de Imaginibus certa doctrina est. Secundò, excogitatum illud commentum de errore facti, & imputatâ Nicænis doctrinâ quæ minimè eorum fuit, & quidem ex solis illis verbis Constantini Cyprii falso translatis, in auctores retorquen-

dum. Denique, quàm probè rursùm sibi constet Maimburgius Historicus, ubique immemor sui, illorum ubique reus quæ in aliis perstringit, verbis paucis aperiendum fuerit.

IX. Quotquot suis modò luminibus usurpaverint Capitulare Carolinum, hinc consonam Gallorum *oſtavi nonique Sæculi doctrinam*, vel Gallis hodieque judicibus; procul affectu Monachali aut Jesuitico, in sequentia nostra opinor consentient. Principio, damnasse Carolum, cum suis omnibus, non hanc aut illam modò *speciem*, hunc vel illum *gradum* adorationis religiolar, puta adorationem *supremam, absolutam, lauriam, servitutis, per se, & propter se*, aut ratione *materie* Imaginum; quæ adscribat ipsis Imaginibus *divinitatem, vim divinam, sanctitatem internam*, convertatque in *Idola Gentium*, ut restringunt absurdè Natalis & Maimburgius: verùm damnasse quemcunque tandem religionis cultum, quamcunque *adorationis* speciem vel imaginem, pictis sculpsitve tabulis, vel figuris Christi, Virginis, Sanctorum, Angelorumve deferendam, quocunque etiam sub nomine, vel obtentu, vel loquendi modo, ad rem ubique respiciente Carolo. Atque adeò, contra quam contendit Jesuita, cultum eum, qualem Nicæni sanxerant, non *permisisse* ut *liberum*, ut bonum, ut utilem, solâ scilicet improbatâ cultûs illius necessitate, verùm omnem acerrimè interdixisse, vehementerque reprobasse. Quod adeò verum est, ut vel ad scripti Carolini apertionem modò provocemus. *Lauria* voci vel cultui nusquam insitit, quicquid alicubi Constantinum Cyprium peritrixerit. Nusquam designat sibi adversarios eos esse tantummodo, quos Natalis & Maimburgius interpretantur, *Christianocategoros* Damasceni. Nusquam se rem permittere, venerationem religionis, solo offendi nomine *adorationis*, vel *προσκυνησεως*. Nusquam de Nicænis conquestus, qui *divinam naturam*, divinas perfectiones, virtutes, & intrinsecas illas, Imaginibus tribuissent; quum in Synodo Nicæna nihil sit expressius, quàm *adorationis seu προσκυνησεως que Imaginibus tribuitur nomine non intelligi veram Lauriam que Natura divina debetur*. *Κρησφύγετα* hæc miseræ jacentiq; causæ, apud æquos rerum arbitros, certissimum indicium censebuntur. Carolus omnem abjudicat Imaginibus ut *adorationem*, ut *servitutem*, ut *supplicationes*, sic quæque *omnimodum cultum*, sic *venerationem*, sic *salutacionem*, sic *observationem*, sic *inflexionem colli*, L. II. *capitis*, genuum coram Imagine, sic *oblationem ihu- C. XXI. ris, luminarium*, & quicquid censerî potuit honos *XXIII. XXIV. XXV. XXVII. XXIX.* religiosus, seu *τιμηλική προσκυνησεως*, qualem Nicæni decreverant. Nullum hic vocum aut distinctionum effugium admittit, quibus res ipsa, cultus, veneratio &c. ratio Imaginibus decreta, palliaretur, *omnes novitates vocum, & stultiloqui adinventiones abjiciens, & pitular, non solùm non suscipiens, verum etiam tanquam purgamenta despiciens*. Noluit pari loco censerî Imagines, abique summâ temeritate, quo olim habiti *Cherubini, Propitiatorium, Arca Testamenti, aut consecrata* I. cit. id genus plenaque *mysteriorum κειμήλια*, quæ non profecto adorationis, venerationis tamen objecta. Nequidem parem honorem haberi Imaginibus permittit, qualem *Vasis sacris, divino cultus mancipatis*, L. II. C. *aut Divine Scripturis Libris, in quibus, non in Imaginibus, doctrina spiritalis eruditionem discimus*. Hæc verò adorata religiose vel adoranda, quis censeat! Consimiliter negat Imaginibus illam *venerationem* L. II. quâ prosequimur *Sanctos qui triumphato Diabolo cum Christo regnant*, quâ etiam *Angelos, minime tamen adorandos*; quod magis est, & illam quâ prosequimur *hominibus vivos*, quæque nonnisi *civilis* adoratio sit, *salutationis gratiâ, & charitatis officio*. Ubique Carolus, si ne isti quidem ratione ullâ adorandi, *multo minus Imagines adorandas, qua rationis expertes,* quæ

quæ etiam *homini* cuius longè inferiores sint dignitate, honore, & in quibus nequidem par sit salutationis aut charitatis aut humilitatis exhibendæ ratio. Alibi etiam minus venerationis deberi Imaginibus, quàm *Templo*, aut *loco Dei*, seu Dei locum interpreteris *Templum*, seu *Animam iusti hominis*, in quâ Deus habitat. Mittimus alia, jam quæ Dallæo, Forbefio, & nostratibus excerpta. Quid multis? omnimodam adorationem, cuiuscunque illa modi, generis, gradus existimetur, passim respuit reprobaturque, ut *superfluam*, *superstitiosam*, *vanam*, *incautam*, *sacrilegam*, *dementem*, *absurdissimam*, *summa absurditatis*, & quæ etiam his gravior est passim verborum invidia. Gregorius instruit, qualiter ad-

L.III.C.
XXVIII.L.II.
C.XIII.
Ibid.

Ib.C.XXI.

L.IV.
C.IV.

L.I.C.XV.

P.II.2
p.261.&c.
Eutret.
d'Eud.
p.187.T.VII.
Conc.
col.31.L.I.
C.XIV.
L.III.
C.XVI.
XVII.
XVIII.
L.IV.
C.II.&c.

rare Imagines omnibus modis devitandum sit: Imaginum adorationem prorsus abdicamus: Imaginum cultus modis omnibus cessabitur, si soli Deo cultus debeat: Cavendum omnibus modis, ut omnis sit adoratio seclusa. Rursus, modis omnibus spernimus adorationem. Hinc ubique, solummodo retineri posse Imagines, ad *memoriam*, *instructionem*, *venustatem*, *ornamentum*, *recognitionem*, aliâs certè, parum utilitatis habere, exceptâ recordatione rei cuius sunt. Qualem etiam utilitatem præstant Picturæ quæcunque aut Tabulæ historice, chronologicæ, mnemonice, emblematicæ. Sexcenta id genus in scripto Carolino. Quod confirmarunt Francofortani his verbis: *Omnimodis adorationem & servitutem reprobantes*. Dein & Parisina Synodus, sub Ludovico Pio, Ann. DCCCXXIV. omnimodam adorationem damnatura, etiam *cultum honorarium*, *τιμηλικὸν ποσικωνησιον* Nicænam, uti omnium ferè consensus est, nec ipse diffitetur Maimburgius, non diffitentur *Porto-Regienses* Maimburgii Censores. Ne jam de Agobardo Lugdunensi, Jonâ, Hincmaro, & Gallicis principibus dicam, sub Ludovico Pio, Lothario, Car. Calvo &c. Quin ipse Anastasius Bibliothecarius, toto ferè sæculo Nicæni posterior, præfat. in hanc Synodum, ad Johannem VIII. excipit à consensu *super adoratione venerabilium Imaginum Gallorum quosdam, quibus utique nondum esset harum utilitas revelata*. Et si adorationis vox Francos offendisset, ut *equivoca*, trahenda facilè ad eam adorationem quæ soli Deo debeat, undè factum, ut *supremâ* illâ adoratione, & *absolutâ* rejectâ, nusquam repofuerint aliam isti inferiorem? Cur nusquam vel Carolus, vel Francofordienses, vel deinceps Parisini, aut Agobardus, Jonas Aurelian. reliqui, permittere se saltem adorationem, seu cultum, seu venerationem, seu honorem religionis inferiorem, *relativum*, *indirectum*, *externum*, *dulia*, *propter Prototypum*? Imò verò cur hæc verborum ac distinctionum effugia ex professio refellit Capitulare, in illos qui errorem palliant; qui *indocilis* imponerent; qui dicerent *honorem Imaginis*, transfere ad ipsum *Exemplar*; qui distinguerent inter adorare *ut Imagines*, & *ut Deum*; vel inter adorare *Imaginem* ipsam, & *Dominum per Imaginem* &c? Cur etiam vel *salvantes*, *honorantes*, *osculantes* Imagines, magis *genu flectentes*, acriter perstringit Capitulare, non uno in loco? Et cur de aliâ adoratione loqueretur, quàm quæ Nicænorum perpetuis suffragiis, argumentis, exemplis, ac tandem definitione ipsâ probata, sancitaque fuerat? Nempe de *προσκύνησι*, *αιωνικῶν*, & quocunque honore religionis. Aut an nugas acturus fuit Carolus, & cum larvis luctaturus, seque modò ipsum, & Gallos, & Synodi Generalis Patres ridendos præbiturus Rom. Pontifici, totique Orienti? Qui denique factum, ut hoc nomine Roma universa, post Hadrianum, indignata fuerit in Libros illos Carolinos, ex quo innotuere, ut sententiæ suæ reverà adversos, magis in Parisinos, in Agobardum, cuius esse expungenda omnia, qua sub hoc titulo de Imaginibus continentur, Hispani

Tom. II.

decreverunt in vulgato Indice Expurgatorio? Ac longè jam magis ingenui vel Petavio, vel de Marca, vel Natali, Surius, Baronius, Bellarminus, Gretserus, ac reliqui ferè, qui *omnem* Imaginibus adorationem negatam illis Libris probè intellexerunt, hinc *Hæresis* notandis. Mezeræus Gallus de Synodo Francofortanâ, ut Historicum decuit: *Patre tres hujus Concilii Occidentalis Nicænum pro Oecumenico habere renuentes, hanc adorationem NB. omnibus modis rejecerunt, damnaruntque communi consensione. Ipsa Carolus M. conscripsit, aut certè conscribi iussit Librum, illi oppugnandæ*. Hinc etiam P. Pithœus, Jac. Sirmondus, Steph. Baluzius, Anonymi Porto-Regienses, ipseque Maimburgius, parum sui plerumque memor, facti sunt, *mutatam* fuisse tandem Gallorum *sententiam*, *mutatum consilium*, qui *Synodi Nicæne, adorationisque Imaginum, pertinacius inuito re-* *fuerunt*, neutrum postea facturi, sed amplexuri utramque, saltem *re* & *praxi*. Quod seriùs accidisse largiuntur Viri Docti, idque demonstrant præfati Porto-Regienses, ex Aimoino, Gersone, Pithœo ipso, J. C. & Historico ævo superiore in Galliis eximio, falso *homines suos imper admodum imaginosos esse cœpisse*. Quæ loca jam à Dallæo nostro producta fuerant Libro de Imaginibus IV. & de Pithœo Thuanus, neminem privata & domestica negotia exactius tenuisse, quàm *Pithœus Gallicam historiâ, origines, leges, mores, consuetudines*. Quin Papir. Massonius, Vir inclytus sub initia hujus sæculi, tradidit, his scriptis *Græcorum errores de Imaginibus & Picturis adorandis manifestissime detegi*. Nec aliter quicquid Francorum Annalium aut Historicorum, post Eginhardum, Hincmarum, Anastasium, Strabum, Aimoinum, Adonem, Rheginonem, Conr. Urspergensem, &c.

X. Quâ nunc fronte Maimburgius Carolo tribuit, aut certè Francofortanis, *cultum* hos Imaginum *liberum reliquisse, permisisse, quem Nicæni statuerent* nempe ut *necessarium*? Hoc si permittere est, quod omnibus modis accusas ultimæ vesaniæ, & vanæ substitutionis, imò execrabilis erroris, permittente fateor Carolus M. & Carolini Theologi cultum Imaginum. Sed urget Jesuita *postremum Articulum Capitularis ad Hadrianum missi, ac decreti in modum conceptum, in quo ista, adorare Imagines nequaquam cogimus qui noluerint*. Undè verò tu, Maimburgii, illa verba, quæ inscribuntur *Caput Ult. Libri IV. Carolini, facis decretum Francofordiense Synodi de Imaginibus*? Et num fortè discessit hæc Clausula à totâ disputatione Caroli, jamque permittit aut adstruit sub finem Operis, tanquam rem liberam, quod totis quatuor Libris deltruxerat, ut rem vanam, sacrilegam, superstitiosam, ne quid gravius dixerò? An etiam alia mens Synodi Francoford. fuit, quàm eorum Librorum, aut ejus Capitularis, quod suo consensu, suâque missione ad Hadrianum, ea Synodus confirmaret? Et quid, obsecro, ille tuus Articulus statuit? Nempe id ipsum quod *comineret Epistola Gregorii ad Serenum Massiliensem*, de quâ jam Libro II. Capite XXIII. & alibi dixerat. Hanc autem *usum* solummodò permisisse, approbasse, *adorationem omnibus modis vetuisse*, jam in hujus Historiæ *limine* ostensum. Neque hætenus de Gregorii mente ullus in Gallis cordatoribus dubitavit. Ac ne Maimburgius aliquis vel Natalis sustineat, damnasse Gregorium nonnisi adorationem *absolutam*, *ut latria*, intercedunt illa verba, *omnibus modis vetata, quod Galli Porto-Regienses rectè vertunt, Défends qu'on adore les Images, en quelque manière que ce soit*. Et cur unam *latria* adorationem tantâ contentione vetuisset Gregorius, de quâ nec metus aliquis fuit, nec Sereni ulla querimonia, quasi Imagines habuissent Galli pro *Diis*, pro *Divinâ Natura*? Imò Se-

Ggg

Vide supra

L. I. C. XV.

L. II. C. XXI.

L. II. C. XXI.

De Imag. p. 242. 243. Ed. Bal.

L. III. C. XXIII.

Differt. VI. Art. VII. VIII. à p. 710.

Agob. de Imag. p. 248. Ed. Bal.

renus ne coram illis prosterni voluit fideles, aut quomodo adorari. Quod ei concedit Gregorius, solummodo ad instruendas mentes retineri Imagines suadens. Adorandi vox etiam, ut ad picturas refertur, cur ubique Gregorio sit cultus *latria*? Cur aliam adorationis aut venerationis speciem, legitimam illam, non expressit? Quibus etiam ille vocibus permisit adorationem *relativam* Imaginis, Picturæ? Qui sæpius, etiam in Epist. ad Secundinum, de quâ antè, se non picturam adorare, non imaginem, sed illum adorare & solum, quem per Imaginem natum, aut passum, recordaretur; item, per picturæ historiam quid sit adorandum addiscere rudiores. Nunquam ille se Christum adorare in *Imagine*, aut coram *Imagine*, aut per *Imaginem*, qui cultus relativus est, ut supponit rursùm Jesuita. Quin hoc discrimen intercedit inter Carolum M. & Gregorium, quod Carolus permitteret quidem Imagines formari, haberi, retineri, sed tamen non præciperet, non magnoperè urgeret, non magnam admodum esse Imaginum utilitatem contenderet. Unde ista: *Præsertim cum Imagines parum utilitatis habeant, exceptâ recordatione rei cuius sunt Imago.* Rursus: *Imagines verò, NB. omni sui culturâ & adoratione seclusâ, utrum in Basilicis sint, propter memoriam rerum gestarum & ornamentum, an etiam non sint, nullum fidei Catholica adferre poterunt præjudicium; Quippe cum ad peragenda salutis nostræ Mystera NB. nullum penitus officium habere noscantur.* Postea: *Aliud Imagines habere voluntate, aliud indigentia, &c. Cum videlicet sine Imaginum insuitu homo salvari possit. Imò eodem Capite, docet summæ infirmitatis esse, & cæcitatibus, confugere ad illud Imaginum adminiculum, seu idcirco Imagines erigere, ne Dei, aut Christi, aut sanctorum ejus valeat quis oblivisci.* Alibi etiam, quod & Agobardus ex Augustino, *visibilia ista nocere ad invisibilia capienda: Et hominum ab exterioribus trahendum introrsus, non ab interioribus exterius projiciendum, ut proficiat.* Rursus Carolus: *Si Pictura quandoque ad veritatem recolendam mentes promovent, versâ vice, pro veritate ad mendacia cogitanda sensus promoveri, coloribus fingendo quæ nec sunt, nec fuerunt. Ex quibus planum est, clausam illam Librorum Carolinorum, adorare Imagines nequaquam cogimus, damnarum Nicænorum decretum, ut impium, temerarium, quo adorare Imagines præcepissent. Quamquam nec satis illa cohæret cum præcedentibus; Permittimus Imagines Sanctorum formare, adorare verò eas nequaquam cogimus, neque inter ista iusta oppositio est: benè si legatur, formare quidem permittimus, adorare nequaquam permittimus, quæ summa est totius Operis Carolini.*

XI. Nihilo felicior in excipiendo est Natalis Alexander. Alter fumum, inanem alterauram vendit, pigmentarius iste, carbonarius alter. Negat Dominicanus, abjudicare Carolum Imaginibus omnem religionis cultum, id est, à religione imperatam. Atqui omnibus modis coli ubique prohibet, etiam eo modo quo Codicem Evangeliorum, aut Vasa Sacra veneratur. Adde, ea officia quæ præstamus pauperibus, liberis, servis, proximo, esse à religione imperata, neque eò dici cultum, honorem, venerationem religionis. Sed circa Imagines imperatum à Christo aut Apostolis nihil. Pergit Monachus: Putasse Carolum, hanc esse mentem Nicænorum, quod inesset Imaginibus *Sanctitas interna*, in coloribus scilicet, arte, materiâ Picturæ? Quàm tibi Carolus M. nunc vervex est, crasso sub aère natus! Imò vel appellari *Sanctas* indignabatur; sanè cum relatione ad Prototypum, quemadmodum non longè post Agobardus; *sacri-legi* sunt qui *sanctas* appellant Imagines. Porro Dominicanus ubique oberrat eadem chordâ, ubique

κοινὸν ac principium petit, unumque illud occentat; Offendisse modò Carolum & Francofordienses Loc. ad vocabulum adorationis, quod invidiam fecerit; cit. 710. 723. &c. quam interpretati sint adorationem *servitutis*, cultum soli Deo debitum; *spem* in Imaginibus noluisse collocatam; qualem cultum Gentiles ad *Idola & simulachra* transtulissent; & hanc fuisse Hæresim *χρειανοκατηγόρων*. Præterea non damnasse cultum Imaginum, ut *illicitum ex divinâ Lege*, sed ut *periculosum propter abusum*, ut ex quo *superstitionem* re-721. formidarent, hinc *usum prohibere honoraria adorationis ne abusus oriatur*, fateri aliàs, *cultu Imaginum quosdam benè uti posse*, & quæ in eam sententiam ille plura. Atqui. I. *Æquivocatio* latere nulla potuit in voce *adorare*. Sexcenties Carolus utitur vocibus, *colendi, honorandi, saluandi, osculandi, observandi, venerandi, inflectendi collum, caput, genua, offerendi incensum, lumina* &c. & omnia ab Imaginibus procul esse jubet. Ipse Natalis, *αὐτοκαταχρησῶν, usum prohibere videntur honoraria adorationis, τιμηλὴς προσκυνήσεως*, fancitæ expressimè à Nicænis. Adorare igitur Carolo, & Gallis omnibus, significavit id quod omni Antiquitati, quod Cypriano, Minutio, Arnobio, Lactantio, Hilario, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Leoni, Vigilio, Gregorio I. deinceps Hadriano I. tum & Thomæ Aquinati, & Scholæ universæ; nempe *cultum religionis* exhibere, qualemcunque tandem, etiam *relativum*, genuflexione, prostratione, incurvatione, oblatione munerum, incensi, similibus. Adorare etiam Caroli & Francis fuit, id ipsum quod Nicænis, *τὸ προσκυνεῖν, προσκυνεῖσθαι*, & his affinia, ut suffragia omnia eorum Patrum, & definitio Synodalis, ferebant. Nec modò illa adorationis speciem damnata Carolo, quæ directam Idololatriam implicaret, sed etiam ut visum, quæ *superstitionem*, vanam illam, inanem, superfluam, vesanam, circa res inanimas, argueret; Agobardus dixit, *non solum divinum deferre honorem, sed etiam ambitiosè honorare.* II. Cultum *servitutis*, fateor, Latini recentiores restrinxerunt ad *latriam*, quam etiam Imaginibus *Crucis & Christi* deferendam esse, post Doctorem Angelicum, & principes Scholasticos, etiam Jesuitæ, certè Gregorius de Valentia, in suis de *Idololatriâ*, acerrimè defendunt. Sed verò *servitutis cultus* Carolo M. rursùm fuit, dein & Agobardo, & vetustioribus, idem quod Augustino. Hunc autem Augustinus contradistinxit cultui *charitatis, societatis, imitationis*: vocavitque hoc nomine speciem omnem divini cultus, omnem eam *servitutem* qua pertinet ad *colendum Deum*, etiam *incensum* adolere, *Sacrificium* offerre, *dona* votere, *solemnitatibus, festis, diebus stativis* memoriam sacrare, recolere, ut pridem Theologis observatum, post Agobardum Lugdunensem, ex Libris de Civitate Dei. III. Supponit Natalis *τὸ κενόμυθον*, cum Maimburgio suo, dum respexisse volunt Francum Imperatorem cum suis ad Hæresim, quæ dicitur *χρειανοκατηγόρων* apud Johannem Damascenum. Qui nempe Imagines haberent pro *Diis* aut pro *Deo*, aut *Divina Natura* censerent, qualiter Gentiles *Idola* sua. Quâ de re paulo infra dicendum. I. Hac Sectâ supponit Natalis, eum modò cultum improbatum Francis, quo *spem auxilii* collocarent in *Imagine*, exorandâ *precibus, supplicationibus*. Equidem infanæ hujus superstitionis exempla plura Carolus in Actis ipsis Nicænis deprehenderat, expetiti ab *Imagine* vel per *Imaginem* auxilii, & accepti, *Actione* IV. & V. sed & Scripturæ loca eò detorta, uti de vultu Imaginis ista, *Vultum tuum Domine requiram; Vultum tuum deprecabuntur omnes divites* &c. Legerat etiam Confessionem eam Euthymii Sardensis; *Ex toto corde suscipio venerandas Imagines.* Hæc Carolus ita uno ut altero loco flagel-

Vide Sect. VI. N. XIV. XV. XVI.

L. cit. p. 245.

Ibid. p. 222. 223. & seq.

Hac Sect. N. XIII. Loco cit. p. 712. 716. 719.

L. I. C. XXIII. C. XXIV.

L. III. C. XVIII. gel-

gellavit, ut etiam ad reliqua omnia quæ aliquem religionis cultum Imaginibus tribuerent respexerit. Tacemus jam Pontificiæ superstitionis *invocationes, deprecationes, vota*, ad Imaginem Crucifixi, *Veronica, Virginis* &c. de quibus Testes authentici. IV. Non minùs impudens assertum est; Neque Carolum, neque Gallicanos Germanosque Præsules impugnasse venerationem Imaginum, *ut illicitam ex se, & divinâ Lege prohibitam*. Imò verò ubique, ut pugnantem cum præceptis, *solum Deum tuum adorabis, coles; adorate Dominum; mihi flectet omne genu; non adores manufactum*; &c. Hujusmodi istud alterum, ex doctrinâ Caroli & Germanorum, *cultu Imaginum quosdam bene uti posse*. Da locum fodes, nec enim dixere citato Capite XVIII. Libri IV. Id modò Carolus, per occupationem quandam, sanè se *Imagines in Basilicis positas nolle nuncupare Idola*, quatenus scilicet in Basilicis erigerentur, *ob ornamentum Basilicarum & Memoriam*. Sed ne degenerent in *Idola*, idèò (inquit) adorare, aut colere, aut servitium religionis eis impendere recusamus. *Rem ipsam, Imagines in se, aut in usu illo civili & mnemonico, non scelus aut piaculum reputari; bene causam rei, seu positas Imagines eum in finem ut colas, adores, aut servitium impendas*. Prius vocant *usum Imaginum*, in quibus non fit causa piaculi; posterius *malum usum*, quod in flagitium convertatur. Ubi jam, Natalis, *cultu Imaginum quosdam bene uti posse*, dùm in ipso illo cultu abusum & flagitium & periculum notat Capitulare? Habes etiam descremen Carolinum inter *Imaginem & Idolum*. *Imago extra usum adorationis, vel cultus, Idolum si colueris aut adoraveris: Imago, ut idem alibi, quæ fit ad ornamentum vel ad res monstrandas; Idolum, accedente sacrilego ritu, & vanâ superstitione*. Undè nuperi in Galliâ Pontificiâ Censores Historiarum Maimburgianarum fatebantur, primis Sæculis non obtinuisse *Imagines*, minùs earum *cultum*; quod aliàs Pagani *objectum sibi cultum Idolorum restorissent in adoratores Imaginum, nec in cultu exteriori ullum videri discrimen*. Eant nunc Maimburgius & Natalis, ac Nicænas *Imagines* toto cœlo distare ab *Idolis* causentur! V. Denique opportunè largiuntur, absterruisse Carolum & Gallicanos Præsules *metum abusus periculosi, ac superstitionis*, ex Imaginum cultu. Optimè! Hunc verò abusum, hanc superstitionem, & nefandam illam, quis negabit obtinuisse praxi perpetuâ, & universali, ex quo stabilitus fuit ille cultus? Non jam dixerint Carolus, Francofortani, Parisini, Agobardus, Jonas, Strabus, eorumque temporum Viri: sed qui invalescente magis ac magis eâ superstitione ingemuerunt, in ipso Papatu, Durandus Mimatensis, Joh. Gersonus, Pius II. auctor Commentariorum, Polydorus Virgilius, Ludov. Vives, Erasmus, Casfander, complures alii, à nostratibus, Raynoldo, Molinæo, Dallæo, Drelincurtio, Forbeseo, aliàs producti. Neque hanc superstitionem ex animis plebum aut Monachorum unquam evellas. Undè, ex hypothesi Maimburgianâ, quæ & Petavii est, si Imaginum cultus res libera, & indifferens, iſque causa perpetua fuerit *piaculi, & periculi*, sequitur nec Nicænos, nec quoscunque alios, imperare aut sancire hujusmodi cultum vel potuisse, vel debuisse. Quo factum, ob abusus execrandos, & perpetuos indè à primâ Iconodulæ origine, ut omnis penè Reformatio ab Imaginum & Simulachrorum everſione processerit.

XII. Hactenus constat doctrina Caroli M. & Gallicanorum Germanorumque Præsulum. Qualis etiam fuerit doctrina Nicænorum, fusè docuit Sectio prior, in totius illius Synodi compendiosâ anatome, etiam audito Maimburgio. Nunc ad fa-

cram illam anchoram, quam Dion. Petavius & Parisinus Præful nostris subministrarunt! Qualis illa sit, descriptum supra, scilicet intentos fuisse Carolum & Francofordienses in verba *Constantini Cyprii*, N. v. S. 4. in Versione Latinâ, quæ sanè errorem detestandum contineret, *Latria Imaginibus exhibendæ, qualis S. Trinitati*. Jam nimis pagina nostra succrevit, hinc summatim ista notamus. I. Supponunt illi Viri, probant nullo teste, nullo Auctore, videlicet respexisse totum Capitulare Caroli, hinc Synodi Germanicæ, ad pauca illa verba Cyprii Episcopi, quæ sunt in *Actione III*. Fateor, perstrinxit illa Imperator, sed semel fortè, & ut privatam pugnantemque secum ipsâ Confessionem *Constantini, comme l'avis d'un particulier*. Expenſis, ante & postea, Confessionibus Basilii Ancyranii, Theodosii Ammorienſis, Euthymii Sardenſis, reliquorum omnium. Nusquàm Carolus ea verba toti Synodo imputavit, aut pro definitione Synodali habuit. Optimâ etiam fide recitasse, ut erant in Exemplari Româ transmissò ab Hadriano, hi nostri consentiunt. II. Facile damus, vitium Versionis esse potuisse, quæ Constantinum illum exhibuit tanquàm veneratum Imagines, *secundum servitium adorationis quod Trinitati emitteret*. Quanquàm oppidò mirum sit, sefellisse eam Versionem ipsum Hadrianum, sefellisse Legatos Hadriani qui Synodo interfuerunt, neque ad dura illa errorem suspicatos. Nam explicanda quidem cenſet Hadrianus ex definitione Synodi, at non negat expressâ fuisse Constantino. Neque etiam Anastasius Bibliothecarius, qui alteram Versionem adornavit, toto ferè postea Sæculo, hunc errorem notat, imò planè *verbum è verbo secutum esse Interpretem* priorem, sed hoc ipso obscurum & fastidiosum. Undè par suspicandi ratio est, emollitum postea fuisse textum Græcum, quæ est ratio accusandi veterem Interpretem. III. Esto igitur! Constantinus non alium Imaginibus cultum adscripserit, quàm eum quem adscribebant Literæ Synodicæ Theodori Hierosolymitani, quibus his suis verbis consensum addebat Cyprius, ex Actis: Nempè *τιμῶν, ἡ σεβασμῶν, ἡ ἀσπασμῶν*, distinctè à *λατρείᾳ* quæ decet S. Trinitatem. Atqui illam ipsam *προσκύνησιν* vel *τιμῆσιν* *προσκύνησιν*, & *omnimodam*, etiam *relativam*, ut *transit in primam formam*, seu Prototypum, toto Opere oppugnare Carolum, modò demonstratum est. Quemadmodum ad ista verba Cyprii Episcopi occupat hanc ipsam exceptionem Rex prudentissimus: *Ajunt, inquit, non adoramus Imagines ut Deum. Sed dùm illas adſpicimus & adoramus, illò mentis nostra acumen defigimus ubi quorum illa sunt Imagines*. Quid ad ista Carolus? *Hos errorem plebibus ingerere palliatum, quem iste detegit infausum; hinc obumbrari, illic pandi absque ullâ obumbratione cogitationem; homines instabiles aliud ore proficientes, aliud corde credentes*. IV. Quid absurdius, quàm judicasse Carolum & Francofortanos de sententiâ Nicænorum, ex verbis unius Episcopi, qui unus fertur ex cœcl. Patribus, præter Patriarchas & Archimandritas? Et quid expressius universo illo Opere, quàm destrui cùm suffragia singulorum horum præſidia omnia, & argumenta, seu ex Scripturâ S. seu ex Traditione, tum denique ipsum Synodi *ἕρον Terminum*, cum adjectis *anathematismis*? Et terminus ille qualis? Annon is fuit, quo non modò Imaginibus tribuere jubent *salutationem, venerationem, osculum, amplexum, oblationes incensæ, luminum*, sed & *προσκύνησιν adorationem*, quâ dùm *adoratur Imago*, simul *adoretur, unicâ adoratione, ipsa Persona*, ipsum Exemplar, ipsum Prototypum in eâ depictum? Ac redi, si lubet, mi Lector, ad historiam definitionis Nicænz, superius restitutam, Et quâ fronte, quo-

Ibid.
L. IV.
C. XVIII.

Præfat.
Capitul.

Entres.
P. 139.

L. III.
C. XVII.
Maimb.
P. II.
P. 46.

T. VII.
Concil.
col. 946.

Ibid.
col. 196.

L. III.
C. XVI.
N. IX.
hac sect.

Sect. VI.
N. XY.

P. II.
P. 46. 47.

ve jure, Maimburgius, *Patres Francofordienses* (ipsumque adeo Carolum M. cujus ferè Libros difsimulat) noluisse respicere neque ad definitionem Concilii, neque ad sententias Episcoporum reliquorum, neque ad calculum quem Constantinus adjiceret Literis Tarasii, & Orientalium, sed judicare voluisse de sententiâ Nicænorum omni rigore, & quidem præcisissimè ex verbis quæ uno tantùm in loco reperissent? Quo ipso Jesuita commentu vanitatem tacitus ridet. Nisi jam Carolum & Patres omnes, & adstantes Legatos Hadriani, neque intercedentes, aut pro iniquissimis Judicibus habeat, aut pro ignarissimis certè. Iniqui oppidò Judices, si unius Hominis verba, & quidem in rigidissimum sensum accepta, toti Synodo imputarunt. Quo magis ea Synodus, *exertim declararet, plusquam centenis in locis, se non verum Læria cultum Imaginibus deferre, verum adorationem honoris & venerationis, propter Prototypum.* Ignarissimè verò, & penè fungi, si ad unum omnes nescivè, quid paucis antè annis statutum ex vero fuisset in Græciâ & Orientali Synodo, aut quid continerent illa Acta quæ præ manibus essent. Rectè jam Maimburgius, *difficile est, fateor, hoc ipsum concipere;* ità laudat & naso suspendit, adstruit & confodit. V. Demus etiam, erratum in facto fuisse à Carolo M. & à Synodo Francofordiensi, Legatis Hadriani obmutescens, aut in cucurbitas versis, quidni hunc errorem, ex Constantini verbis conceptum, exprobravit Hadrianus, & huic uni responsioni inhæsit? Quidni Græci Apologiam edidè, post vim publicam suæ Synodo illatam, hinc diffamandæ, ut quæ fuisset *impia, sacrilega, Idololatrica, &c.*? Quidni postquam Græcus Textus apparuit, vel etiam post defensionem scriptam ab Hadriano, æquiora de Nicænis, deque Iconodulis, Galli senserunt, sive sub Carolo M. sive sub Ludovico Pio, aut hujus Filiis Lothario, & Carolo Calvo? Sub his enim tenaces Gallos fuisse sententiæ Carolinis Libris expressæ, Iconoduliæ omnis hostes, sed & contemptores Nicæni Synodi, quæ *Pseudo-Synodus Græcorum* diu postea etiam Hincmaro Rhemenfi fuit, id verò est quod nulla Maimburgii Sophistice, nulla Natalis Alexandri inverecundia obscurabit. Monitum jam antè est, hac Sectione, & paucis adhuc infrà in serie Historiæ, ad præstigijs utriusque Scriptoris nuperi.

Opusc. &
Epist.
P. 93.
N. IX.

P. m. 587.

XIII. Par reliquis commentum est, cum Nicænos decrevisse adversus *Christianocategoros*, de quibus Damascenus, tum Carolum & Francofordienses hos solos damnasse, quos putarent scilicet à Græcis defensos. Quid decreverint Nicæni, quid damnaverint Franci Germanive, prolixè visum, non oculis Petavii, Natalis, Maimburgii, sed iis oculis quibus se Authentica usurpari patiuntur. Nunc de *Christianocategoris* fucum advertit. Si Viros illos audis, ii fuere Damasceno, qui Imaginibus deferrent *veram læriam*, ut *Divina Natura*, & qualem *Idolis* suis Gentiles. Ast primò, non inveniunt illa quæ tribuuntur Damasceno, sub finem Libri de Hæresibus. Verba hujus sunt: *Christianocategoros venerandas Imagines Domini nostri Jesu Christi, Dominaque nostra S. Maria, Sanctorum Angelorum, atque ejus Sanctorum, ità coluisse ut Deos, more Græcorum.* Simili nempe cultu qualem Græci Romanive, juxta Hellenismum, deferrent suis *ἀγάλματα, σεβάσματα, simulacris, Idolis.* Quæ certè ipsa non habuere pro Divinâ naturâ, pro Diis ipsis, sed neque pro talibus coluere, nequidem in maximè Idololatris. Quod pridem causatos esse Gentiles, colere se simulachra ut *signa Deorum*, quandoque Dei Veri, ex Athenagorâ, Origene, Arnobio, antiquissimis Patribus, ne dicam ex Platone, & Platonicis, ex Diodoro, Varrone, Se-

necâ, Plutarcho &c. intellexere etiam Doctiores è Pontificiorum grege. Nec dubitare sinit vel unus Augustinus; *Gentiles respondere solitos, cum accusarentur Idololatris, se non colere ipsa Idola, sed Numen quod per Idolum significatur.* Centies professi isti, *se non visibile illud colere, non signum, non effigiem, sed per effigiem corpoream intueri ejus rei signum quam colere deberent.* Quâ de re pridem in nostris Hospinianus, Raynoldus, Chamierus, & qui plures. Sed & novissimè Porto-Regienses Galli, in citato *Dialogo*, quo Maimburgium & Jesuitas flagellant! *Doctiores Pagani sane non adorabant Imagines ut Deos.* Deinde, neque de Christianis illis verum istud est, quantumvis Iconolatris. Non certè Carpocrates, aut Simon Magus, aut Gnostici, Imaginibus deferebant eam adorationem quæ *solum Dei* est. Adorasse sanè, *incensum posse, coronasse floribus, fertis, circa eum Gentium observasse ritum,* qualiter circa Imagines *Pythagora, Platonis, Aristotelis,* referunt Irenæus, Epiphanius, Augustinus. Igitur respexit verius Johannes ad recentiorum Christianorum praxim malefanam, quâ reverà Christianismum accusarent, ac prostituerent apud *Saracenos.* Et hinc Leoni Isauo, dein Constantino Filio, nata consilia tollendi Imagines. Ac ipse Damascenus, de *Imaginibus* agens, *ὡς εἰκότων,* malè Interpres de *Adoratione Imaginum*, hæc tantùm tradidit: *Homines ipsos se invicem adorare, προσκυνῶν ἀλλήλοις,* pro salutandi more apud Orientales, quatenus ad *Imaginem Dei* facti sumus; Ea quæ legere non possent Idiotæ, majores suos voluisse *repræsentare* in Imagine, ad *promptam memoriam, εἰς ἐπιμνησιν σύντομον;* Denique non se adorare *Imaginem, Crucem, τὴν ὕλιν,* sed tantùm intuitu Imaginis redire *memoriam Crucifixi, ἡ εἰκονίζομεθα, quem solum procedentes adorarent.* Undè liquet afficta esse omnia Damasceno, in hujus *Vitâ, & Oracionibus, & Passionibus Martyrum,* quæ hos limites excedunt. Ac longiùs processisse superstitionem, ac Patres Nicænos, acerrimè defensos ab Hadriano, *suscipiente ipsam Synodum,* superiora docuerunt, & secuta omnis Schola Pontificia. Ac nuperus in Italiâ, post Baronium & Epitomatores, Historicus, J. Horatius Scoglius; *Consentiens omnium (Nicænorum Patrum) vox est subsecuta; Adorandas Divorum Imagines.*

XIV. Eant nunc Historici nuperi, & contendunt posthac, per omnia convenire Carolo cum Hadriano, Francis cum Græcis, aut Francofordiensibus cum Nicænis? Atqui laudavit Carolus Hadrianum insigni Epicedio, ornavitque Epitaphio tumulum! Ità ferunt; hinc verò idem de *Imaginibus* cum Hadriano sensisse Carolum, & ad Imagines respexisse illa verba, *Populos & dogmate Sancto Imbuist,* nemo præter audaculos dixerit, queis perit pudor. Condonavit sanè Hadriano Carolus, cujus aliàs & doctrinam, & pietatem sibi persuaderet, eam circa Imagines imprudentiam ac *indiscretum* zelum, post emollita, ut potuit Pontifex, Nicænorum plurima. Nusquam tamen Carolus retractavit sua, aut approbavit Responsiones Hadriani. Quin has ipsas mox sub Ludovico Pio, revocatâ ad examen causâ Imaginum, Franci in Parisinâ Synodo, de quâ verbum postea, ut sæpè *valde absens, superstitiosus, atque incongruus,* excervarunt. Sed quid mireris, juxta Maimburgium, coincidere sententiam Nicænorum cum Francofordiensi illâ, qui ipse ità de Imaginibus pronunciat, ut utrisque accedat. Se ipse planè voluit, non Gallos suos Caroli M. ætate, his verbis: *Non de-*

De Doctr.
Christ.
L. III.
C. VII.
Idem in
Pl. cxlii.
Vide
supra.

Entret.
P. m. 141.

Iren. l. I.
C. XIV.
August.
de Hær.
Hær. VII.
T. VI.
Epiph.
Hær.
XVII.
P. m. 103.
De Orth.
F. L. IV.
C. XVII.

Ecc.
Hist. LX.
Ad Ann.
DCLXXV.
VII. p. 486.

Synod.
Parif. Ed.
Francof.
1596.

Part. II.
P. 30.

Arist. II. cix licitum, pium, ac religiosum effecerint. τὸ
 Top. II. ἀπλῶς ἀδύνατον, ἕτερον ἢ τι, ἕτερον ἢ πᾶ, ἕτερον ἢ ποτε ἐνδέχεται : Quod simpliciter impossibile est, vel illicitum, id neque secundum quid, neque usquam, aut nunquam possibile, licitumve fuerit.

SECTIO VIII.

BREVARIUM.

Reditus in Orientem. Infausta omnia accidunt Irene. Constantini facta invita. Theodori Studitæ & Platonis Schisma. Maimburgii de his Sanctis confessio. Animus Constantini erga Iconolatrias. Irenes extrema. Nicephori Logothetæ Successio. Favet Iconoclastis. Exocionita qui dicti. Tolerantia sub eo Iconolatrarum. Schisma alterum Theodori, & Platonis. Horum Monachorum audacia. In ipsam Romanum Pontificem inventus Theodorus. Quid Baronius? Nicephori ultima. Michaël Rhangabe per tyrannidem succedit. Iconodulis undè faventior. Theodori Studitæ sub eo molimina. Platonis obitus. Maimburgii de Miraculis iudicium. Retortum in Jesuitam. Leonis Armenii tempora. Maimburgii iniquitas. Prosopographia Leonis. Principis omnium consensu rara virtutes, merita. Detestatum bis Imperium. Infelicitas ex odio Iconolatrarum. Horrenda in eum maledicta. Contradictiones putida Græcorum, & Maimburgii. Fabula de Leone plusquam aniles. Ex re ipsa, & ex Histor. Byzantinis prioribus revicta. Maimburgii confessio luculenta. Et Iconolatrarum. Exceptio vanissima. Summa factorum sub Leone in causâ Imaginum. Eius prudentia, moderatio. Nicephori & Monachorum pertinacia. Aliorum mens sanior. Mendacia Byzantinorum. Petulantia Theodori Studitæ. Leonis in eum lenitas. In carcere ipso audacia. Iconolatria horrenda specimina. Theophanis Confess. obitus. Comparatio persecut. Leonina, & hodierna, ex Maimburgio. Leonis ultima. Sub Mich. Balbo status Imaginum. Equitas & moderatio Michaëlis. Legatio & littera ad Ludovicum Pium. Theodori Stud. adversa studia. Factio, obitus. De eo mendaces pagina. Michaëlis virtutes. Creta undè sub eo amissa? Probra qua in Michaëlem, & origo. Atting. mi qui dicti. Theophilus successor. Laudes tanti Principis. Facta in Imagines. Hinc calumnia, ac præ cateris Maimburgii. Retorte. Theophili ultima. Theodora Vidua, & Regens. Cur imagines restituerit. Inducta à quibus. Historia Iconolatria restituta in Oriente. Maimburgii in omnibus pessima fides. Discrimen Græcorum à Latinis multiplex. In sex potissimum rebus, quod ad Imagines, ostensum.

Hucusque Iconomaniam Græcorum magnis animis, ac pientissimo studio, à Carolo M. & à coactis ex toto Occidente Episcopis, paucis post Nicænam Pseudo-Synodum annis, oppugnatam vidimus. Neque illorum quicquam dissimulavimus quibus declinare aut effugere momentum huius oppositionis Carolinæ, quæ princeps est totius huius Historie difficultas Ludovico Maimburgio, par novissimum Scriptorum conaretur. Nunc in Orientem revocamur, & quàm difficulter stabiliri hæc Imaginum superstitio potuerit, quibusve certaminibus, mox à sublatâ Irene, strictim modò & velut intra tabellæ unius spatium enarramus. Quàm etiam Superis accepta illa fuerit, colligeret præ omnibus Maimburgius, sed & Baronius, adversa quæque Leonis & Copronymi imputare soliti Causæ iniquitati; dùm ab eo tempore Irenes omnia retrò sublapta referri, domi forisque, ut in Italiâ & Occidente, sic Constantinopoli, & intra fines Orientis, victoribus Bulgaris, Saracenis, dixisset Terram & Cælum adversus Irenem agere ex compositio. Equidem sub Irene Iconomachiam vis & metus continuavit, ac tollendus postea Matris scelere, Con-

stantinus fuit, A. DCCCXVII. non invitis admodum Iconolatriis, ut securiores essent Imagines. Invito enim Constantino, ac passo Matrem frui votis suis, cujus sese ad nutum composuit, gesta penè omnia fuerant, dum regnavit Irene. Nam huius unius inductu, ut pluribus Theophanes, Miscella, præter restitutas Iconas, factum fuerat ut Caroli filiam sibi desponsatam repudiaret Constantinus, ut Mariam sibi uxorem jungeret, deinceps etiam hac demissâ, nullâ causâ quam quod Irenæ invisa Mariæ virtus, Matris suæ Κεκυκλαεῖαν Cubiculariam superinduceret. Quibus nuptiis molliùs quidem Tarasius, cum Irene plerumque conspirans, passurus eas consecrari à Josepho Abbate Constantinopolitano, ac tundi Mariam, acriùs verò restitère par Monachorum, Theodorus dein Abbas Studii, & Plato alter, accusantes mollitiem & ignaviam Tarasii Patriarchæ, à quo secesserunt.

II. Theodorus ille, cognomento Studita, cujus Vitam scripsit Michaël quidam Monachus, ejus scilicet discipulus, reverà impostor, & cujus unius fide nituntur pleraque quæ de Theodoro Baronius, fuit sanè Iconolatrarum deinceps Antesignanus, sub Constantino & Irene, Nicephoro, Leone Armeno, & Michaële Balbo Imperatoribus. Studita nomen illi à Στυδίω, Monasterio J. Baptistæ Sacro, cujus Archimandrita Theodorus, intra Urbem postea concluso, versus eum Angulum in quo Arx vir. Turrium hodieque visitur. Suppar Theodoro illi Plato fuit, Monachus itidem, Hegumenus postea ἔ Σακκιδίων, Saccudiorum Monasterii in Suburbano, addictissimus quoque Imaginum superstitioni, moriturus sub Michaële Curopolatâ, & cujus Vitam tribuunt, ob communia utriusque studia, Theodoro Studitæ, fabellis mendacisque, pro Monachali indole, refertissimam. Audaciam utriusque Monachi, & ingenium ad seditiones natum, furorem nemo non dicat, partim ex Theophane, & Cedreno, partim ex Vitis ipsis intelligere licet, atque omnium instar, ex Baronio Tomo IX. Annalium. Jamque sub Constantino Irenes, occasione Mariæ repudiata, certè hoc obtentu, non modò perhibentur Schismatici auctores à Tarasio Patriarchâ, sed & rebelles in ipsum Imperatorem, quem unâ cum obnoxiiis sibi Monachis omnibus consumeliosissime habuerint, eundemque excommunicatum pronunciarint. Theophanes ad A. VI. Constantini, dicit ἀνὴρ ἄλογος, ἄδικος τῷ βασιλεῖ, καὶ κατααχρόνολος αὐτὸν, adversatos Imperatori ac probris eum incessentes, & hoc nomine fovendos ab impiâ Irene, quæ illis ὑπερησίζετο, seu defendendos eos suscepit. Qui Monachorum furor, in causâ quæ ad eos nihil attineret, cujusque in Irenem vel Tarasium culpa recideret, Maimburgio non inlepidam confessionem expressit: Reverà horum Abbatum processum excessisse modum; sed Sanctos non esse im-peccabiles, dùm vivunt. Risit ut apparet Græculos, qui homines in Ecclesiâ Schismaticos, in Imperio seditiosos, adscripserint Sanctis, & quidem, in Stellario illo, primæ magnitudinis. De quorum Sanctitate, id est modò lædâ adulatione, modò Schismaticibus, seditionibus, turbis per eos excitatis, statim plura. Undè colligere est meritò alienatum fuisse animum Constantini ab insignissimis hinc Iconolatriis, rebellionum fomitibus, qualiter sub Leone & Copronymo. At interminatam fuisse Juniorem Principem, se Fana Idolorum aperturum, unus Cedrenus habet; veriorque altera comminatio, se Imagines everfurum. Sed non sivit Irene, nec ministri infandi parricidii. Atque ita viguit cultus Imaginum, quamdiu viguit Irene, per Eunuchos suos tandem Imperio mota, An. Vulg. DCCCII. Octobris ult. & in Monasterium trusa, dein Lesbum releganda, ac conficienda animi ægitudine, non annis sed flagitiis gravis.

III. Nunc

P. II.
P. 27.

Maimb.
P. II.
P. 69.
Vide sect.
V. N. III.

Maimb.
P. II.
P. 21. ex
Theoph.

Ib. p. 23.

Maimb.
P. II.
P. 24-25.

Ibid.

T. II.

P. 472.
Maimb.
ex Mich.
p. 19.

III. Nunc quæ mutationes in causâ Imaginum per Orientem successerint, inde à Nicephoro Irenes successore, ex Patricio & Generali Logotheta, (quod *Archithesaurarii*, veriùs quàm, ut Maimburgius reddit, *Archicancellarii* dignitati respondet) paucissimis indicamus. Ac quicquid sit de Nicephori indole, ad sævitiam & avaritiam, ut ferunt, propensâ, ista eo sub Principe observo. I. Oppressis Iconoclastis favit Nicephorus, quibus reddidit libertatem Concilio Nicæno illis eripiam. Quod unum sufficiebat, ut non modò tyrannidis, sævitiz, concussionum, sed & *Impietatis, Incantationum, Manichæismi*, omniumque maximè execrandorum criminum postulerent omnes Byzantini, hinc Miscella, Chronographi, præ cæteris Maimburgius. Ità Nicolaum quendam Eremitam, aliosque cum Nicolaomachos, defendisse ac devinxisse sibi Imperatorem, Theophanes, Miscella, Cedrenus, referunt. Quod verò Nicolaum dixit Theophanes habitasse *ἐν τῷ ἑξακοντίῳ, in Exacionio*, Cedrenus, *ἐν τῷ ἑξωντίῳ in exteriori columellâ*, non eo sensu accipiendum, quo iidem aliàs Arianos vocant *ἑξωντίους Exacionitas*, & frequenter Byzantini, ipseque Auctor Chronici Alexandrini, in Theodosio M. & deinceps. Sanè ità dicti Ariani, ex quo Theodosius M. eos Urbe exegerat, & extra Civitatem habere suos Conventus iusserat. *ἑξωντίους* ab *ἑξωντίῳ*, loco extra Muros Civitatis, *κίον* seu *stana* Constantinii, aliisque decorato. Deinceps verò intra Civitatis mœnia, infra Hebdomi Campum, conclusum fuisse ferunt, *ἑξωντίον*, in quo tùm Solitarii isti Iconomachi. II. Non tamen vel Imagines evertit, vel in Iconodulos persecutionem ullam movit. Argumento est, quod Tarasio defuncto, *Nicephorum* Patriarcham eligi passus est, Laicum quanquam, atque à Secretis Imperatori, An. dcccvi. & in quo fiduciæ deinceps plurimum habuit. Qui ipse Nicephorus est, quem ob assertas Imagines, sub Leone Armeno, & discerptos Iconomachos, Sanctorum Catalogo adscribi placuit, à multis magnisque miraculis celebrandum. Ità Theodorus Studita, abjectissimè adulator, & vertumnus, Nicephorum Imperatorem, quantumvis jam accusatum tyrannidis, sævitiz, avaritiz inexplibilis, ab ipso Imperii exordio, datâ ad eum Epistola, Anno v. Imperii, dixit *præfectum Imperio divinitus, Deo Ecclesie sua curam gerente*. Contra Michael Monachus, in Vitâ hujus Theodori, ad eundem Annum: *Nicephorum dico, improbum illum, qui Imperium per vim atque injuriam invasit*, & quæ plura, describente Baronio. Ità perpetuò pernotatos hosce Monachos pugnantia scripsisse observo. III. Quod in Platonem, & Theodorum Studitam, animadvertit Nicephorus Imperator, non causâ Iconoclastica fecit, sed seditio, & schisma, cujus ipsi rursùm Capita, specie sanctitatis. Nec ab Imperatore ejecti in exilium, sed à Synodo Constantinopolit. ut disertè Theophanes. Nempè alteram hi secessionem fecere à Patriarchâ Nicephoro, & Ecclesiâ, obtentu primò *Laicatus*, tùm restituti habitâ Synodo *Josephi Oeconomis*, qui nuptias Constantinii & Theodoræ, permissione Tarasii, consecrasset annis antè ix. & hoc nomine deponendus. Et quidem absolutus restitutusque ille Josephus fuerat, culpam in Synodo deprecatus, quod iussus consecrationem eam peregisset, exactis novem annis poenitentiz. Quid Plato, & Theodorus Monachi? Cum suis secedunt, quos inter Josephus Thessalonicensis Theodori frater, & plurquam dcc. sub uno Theodoro Monachi: In Patriarcham, simul & in Synodum, contumeliosissima & scribunt & effundunt: Synodum vocant *Impiam, Machianam, Hæreticam, Sacrilegam*, &c. ac petulantissimum in modum ob causam meræ disciplinæ,

duabus in Synodis expensam, odio Josephi illius, & Nicephori Patr. hi Monachi grassantur, permixturi ima summis. Imò verò, qui Theodorus aliàs blandiretur Romano Pontifici, postquam displicere Leoni III. suum schisma cognovit, protinus Romam literas irarum, superbiæ, & increpationis, plenas scripsit, ne ipsi parciturus Pontifici. *De Papâ quid ad nos, hoc agat, an illud? Propriis caput est alis. Caput Ecclesie derisit. O Hierarchiam!* &c. Quid Baronius ad eam Theodori impotentiam, quem Sanctis omnibus eminentiorem ubique sublimat? *Passi sunt*, inquit, *instar Solis & Sancti deliquimus. Theodorus atra bilis nube ad momentum passus Eclipsim*. Planè ut jam passus fuerat, sub priori Imperatore Constantino, fatente Maimburgio, & passum deinceps frequentissimè, sub Leone Armeno & Michaële, constabit. Neque profecto hos turbones furentesque Monachos solo vel carcere vel exilio mulctandos decrevisset hodiè, vel Gallicanus Clerus, vel Gallorum Imperator, uti factum ab Imperat. Nicephoro, quantumvis ad sævitiam propensiore. Atque hæc omnia silentio Maimburgius transmittenda esse prudenter censuit, ad A. dcccvii. dcccviii. dcccix. dcccx. dissimulaturus Sanctorum suorum furores, Nicephorum verò, quod & istis exilium, & *Iconoclastis libertatem* decrevisset, ut *Pharaonem alterum in peccatis suis peris*, parùm Christianè ex unâ Monachorum infensissimorum fidè, asseveraturus.

IV. Nicephoro à Bulgaris interfecto, suffectus fuit *Michael Rhangabè* Curopalates, seu cui suprema Cura Palatii, gener defuncti Nicephori, Anno dcccxi. Ind. iv. Octobri mense, contra successioneis jura, factione Nicephori Patriarchæ, & Monachorum. *Stauracio* nempe Nicephori filio ab istis ronso, & in Monasterium violenter truso, quem annis ante viii. Imperatorem à Patre dictum Tarasius diademate ornat. Sed Michaelis tyrannicam evectionem ut probaret Baronius, hinc Natalis, & Maimburgius, causæ satis, quod *Imaginum culti* favisse referatur, sed & factiosis, Theodoro, Platoni, Josepho Thessalonicensi, postquam redire in gratiam jussisset cum Patriarchâ, carceris secessisse libertatem. Fecit autem, uno pacis studio, perspectâ Iconolatrarum potentiâ, sed & Monachorum audaciâ. Undè frustra sub hoc Principe jugum, quo premebantur Iconomachi, frequentes illi vel in Urbe regiâ, ablatum iri speravere. Michael à Monachis inductus, cæterâ clementiæ & paci deditus, Constantinii filios, pridem excæcotos, deportari; Iconomachos (*Paulicianorum, Athinganorum, Manichæorum* nominibus pro more traducendos) plagis affici; Nicolaum Eremitam, propter *abram Imaginem Dei genitricis* linguâ præcisâ necari iussit. Cæterâ ignavus Princeps, ac meticulosissimus, hinc & Nicephori Patr. vel suavis vel assensu recludendus, Leone Armenio, Orientalium copiarum Duce, ab eodem Patriarchâ mox coronato, A. dcccxiii. Julio mense. De quibus adi Theophanem, & Auctorem Incertum, sed longè recentiore, qui loco Julii *Junium* signat. Et hujus Michaelis filius fuit, *Ignatius* ille, cum *Photio* postea de Patriarchatu certaturus, Nicetas ante tonsuram Monachalem appellatus. Sed quoque sub hoc Michaële *Theodori Studitæ* sanctitas Baroniana denuò suspicienda. Per hunc enim pacem cum Bulgaris, quam urgebant afflictis rebus Imperator, Patriarcha, Metropolitæ, temerario ausu prohibitam fuisse, & vanissimo hoc obtentu, *quod pax hujusmodi rescinderet Dei mandata*, Theophanes pluribus refert ad A. ii. Michaelis. Ac Theodorum hunc cum suis rectissimè idem Theophanes vocat *κακὸς συμβεβλῆς improbos consiliarios, μη εἰδότες μήτε ἀλέγειν οἱαμ qua proferrent nescientes*.

Baron. ad
DCCVI.
N. XIV.Baron.
ad A.
DCCCVIII.
N. XXIX.Hacscæ.
N. II.P. II. P.
107. 108.Vide
Theoph.
P. 419
Baron. ad
A. DCCC
N. XV.Post
Theoph.
P. 431.Ad A. II.
Mich.
P. 422.

Ac

Ac frustra Baronius est in defendendo Studitâ, & quærendis coloribus hujus ardelionis (cujus fuerat intra Cellam se suam continere, & Deo vacare) motionibus pace belloque, in Aulâ, in Ecclesiâ, in Republicâ, turbandis ubique modò & asperandis rebus. Ac benè actum fuisset, humanitùs loquimur, cum Ecclesiis Orientis, si hoc Anno cum Platone suo emigrasset ad plures, cujus Platonis obitum referunt ad iv. April. Ann. dcccxiij. Qui dies, observante Jac. Cappello, fuit eo anno Paschalis, undè Pseudo-Theodori, cui tribuitur Vita Platonis, mendaces circumstantiæ apparent, uti omnes aliæ.

In Not. Mff. D. Blond.

Ed. Reg. p. 425.

A. p. 125. ad 129. P. 11.

Matth. xxiv. 24. Marc.

xxiv. 22. 2 Theff. 11. 9. A. poc. xlii.

13. Tract. in Joh. xlii. T. 117. noviss. Ed.

p. 398. Vide Sect. 71. N. xlii.

Sect. 14. p. 235. & seq.

Parte 1. p. 130.

V. Porrò Maimburgii Historici notanda digressiuncula venit. Retulerat Theophanes fufas Constantinopoli publicas preces, pro Michaëlis exercitu, & quosdam Hæreticos, Iconomachos nempe, aperto Copronymi sepulchro, ad illud fudisse preces, ut succurreret perennis Reip. Hinc per nonnullos istorum disseminatum, Constantinum equo insidentem ad prælium in Barbaros processisse. Satis id causæ Maimburgio, ut plures paginas impleret, ridendis id genus Miraculis. Hinc iste, nihil facilius esse quàm abuti credulitate simplicis vulgi, in istiusmodi rebus: Semper ad superstitionem inclinare plebes: Modò paululum impostura larvetur, illico Miraculum credi, &c. quæ suis omnino dicta voluit, accusatis illinc frequentibus Monachorum imposturis, hinc credulâ simplicitate & Historicorum & Plebum. Ne tamen reus listi posset, convertit tandem accusationem in Hæreticos: Sed hoc Hæreticorum fatum est, nunquàm potuisse edere miracula, & velle tamen semper Miracula imitari. Volunt scilicet! qui hanc notam Antichristianæ Ecclesiæ cum Christo & Paulo & Johanne esse censent, ridentque cum Augustino Mirabularios, contra quos cautum me fecit Deus, inqueibat Hipponensis. Sed personam in Theatro agere Maimburgium, & ubique Lectoribus ludos facere, pridem est à Porto-Regiensibus observatum. Nunc certè qui composito sale, ut sæpè aliàs, subfannat jactata suis Catholicis miracula, quanquàm ejus chartæ verè sint ἀγέλας & πέτεγ, hunc tamen non injucundum est observare, toto hoc Iconoclasticæ Historiæ Opere, Miracula ubique absurdissima, ac putidissima commentorum, ex Legendis Græculisque hausta, propinantem tollentemque magnificis verbis, sed ità ut Momum videas.

VI. Sequuntur Leonis Armenii invisissima Iconolatriæ tempora, hinc & Baronio, Petavio, ac cumprimis Maimburgio, posituris omnem industriam, ut Leonem hunc, non minùs quàm priorem Isauricum, convertant in piacularè caput. Undè nos ex Theophane, Miscellâ, Continuatoribus Theophanis, Pseudo-Michaële, Cedreno ipso, sed & Maimburgio, quanquàm exundante horum furore in Armenium, dabimus hujus Principis ἰσοειαν εὐνομοῦν. Simulque mendaciorum, contradictionum, fabellarum, & Maimburgianæ fidei, quam toto Opere ejuravit, brevem exhibebimus conspectum. Id etiam observaturo Lectorè, dùm de oppressis per Leonem Iconodulis cummaximè queritur Jesuita, viam eum commonstrare quâ opprimendi essent ratione in Galliâ suâ Reformati. Quod infidi Historici artificium jam suprâ, in persecutione à Copronymo excitatâ, Lectorum judicio permisimus. Nunc de Leone. Primò illustri loco natum fuisse Leonem, consentiunt Theophanes, Ignatius in Vita Nicephori, Francorum Annales, citati Auctori Historiæ Byzantinæ, sed & Continuator Theophanis, Miscella, alii. Bardis is Patricii filius, incluti jam sub Copronymo, Patricius ipse, dein Prætor Orientalium, Dux fortissimus, nec nisi longo usu hanc bella gerendi peritiam, hinc & gloriam nominis, existimationemque apud omnes consecutus,

assentiente Maimburgio in ejus *περὶ σωτηρίας*. P. 11. p. 229. Pietate adhæc fuisse conspicuum, etiam ante aditum Imperium, disertè Theophanes, & Miscella, undè etiam Sacris interesse, & Psalmos publicè cantare, in deliciis habuisse Byzantini tradunt. Sed & fuisse Leonem *voluptasum omnium hostem, sobrium, liberalem, laboriosum, ἀρεπτότατον vigilantissimum, faventem optimis quibusque, ἀδωρότατον seu a muneribus captandis alienissimum, pecunia contemporem summum, justitia tenacissimum, in delicta sine acceptione personarum animadvertentem*, ex Cedreno ipso, Zonarâ, cæterisque fatentur Natalis & Maimburgius. Undè memorabile illud exemplum, quo Præfectum Urbis, ob Senatorem alienæ uxoris raptorem non punitum, exauctoravit, ipsumque Senatorem plebici secundum Leges justit. Præterea ab invadendâ Tyrannide abhorruisse Leonem, omnia probant. Nempe declinatum jam Imperium, quo tempore illud renuens Michaël Curopalates Leoni, *tanquàm Pio, & fortissimo, & per omnia strenuo Duci* concederet, sed ἀνάξιον αὐτὸν indignum sese eo fastigio contententi: Fides Michaëli & Republicæ in omnibus probata, ac *meritum extraordinarium*, novissimeque Barbarorum impetus, dùm fugeret Princeps, suâ virtute sufflammatum, servatæque Imperatori Copiæ, Maimburgio *pugnâ strenuâ*, dùm Palatina cohortes terga verterent: Vehemens lucta, & renitentia, dilatioque interposita, quum Imperatorem eum Milites appellarent: Opposita, ejus implorantibus auxilium, *fids servitutor vanda Imperantibus, rectus animus & ab insidiarum latro* Porphybe immunis, temporum difficultas, Barbari immigrantes, & quæ alia causatum esse Leonem disertissime Theophanes, ejus temporis Chronographus, gnarissimus rerum, & post eum Miscella Anastasius. Ac confirmant sanè Leonis indoles, ex concessis modò, ab ambitione, luxu, mollitie, voluptatibus, thesaurorum cupiditate, injustitiâ, cæterisque quæ Potentiæ illud fastigium splendore dignitatis offerre solent, perquam aliena, ac toto Imperii curriculo probata. Imò eousque restitisse oblatæ tyrannidi, donec ense admoto Michaël Balbus *lethale se ei vulnus inflicturnum*, minaretur, ipse quoque refert maledicentissimus aliàs Historicus, nomine Continuatoris Constant. Porphyrogeneti.

VII. Talis quum fuerit Leo, invitus renitensque Imperio admoveendus, ex ipsâ adversantium Historicorum consensione, Maimburgii ex uno & altero Impostore historicam fidem obliera, sed & infelicitatem Leonis, qui si modò Imagines adorasset, aut adorantibus addidisset patrociniûm, fuisset ab illis ipsis supra omnes Principes evehendus. Vis jam vitia Leonis? compara hæc Maimburgiana cum prioribus virtutibus. *Non Impostor aut Plazus extitit alius major, mens nulla unquam retrior & scelerator nemo peritior dissimulandi, fallendique, & sub bellâ specie occultandi execranda consilia, que illi ambitio suggereret. Passimque est Jesuitæ, Hypocrita, sceleratus, perfidus, impius, crudelis, proditor, infinitis criminibus obstrictus*, & si quæ his duriora sunt. Vis Leonis Natales, originem, conditionem? Qui nuper erat Bardis Patricii filius, Dux expertissimus, is nunc obscuro loco natus, abjectissimus miles, in Bardanis famulatu vix biennio ante mortem Rhagabis, nullâ adhuc dignitate conspicuus. Vis ingenium Armenii? Qui antè Maimburgio ipsi valeret acumine singulari, judicio, prudentiâ, mirâ dexteritate, pace belloque, is nunc evasit *Incantatoris, Impostorisque*, postea & *Monachorum* ludibrium, homo credulæ superstitionis, *visionum & apparitionum* phantasmatibus dementatus, & territus, & ni destrueret Imagines, arbitratus se perditum, ob solam scelerati Iconoclastæ vocem. Vis occupati modum Imperii? Qui ante ejus ambiendi causas procul habuit,

T. xv. Sec. 11. P. 1.

p. 701. P. 11. p. 229. 230.

Theoph. Anast. Cedren. p. 482.

Ed. Reg. P. 11.

P. 133.

Theoph. l. c. Continuatur

Porphyrogenn.

L. 1. Ed. Reg. p. 426.

L. xlii. in fin. Anast. Hist. fin.

Maimb. P. 11.

p. 131. 132. 229.

in 1b. p. 151. & seq.

Ibid. & 172. &c.

Ibid.
133. &c.

Sec. IX.
p. 47.
& seq.

Maimb.
11. p. 154.
&c.

P. 11. 2
p. 131.
ad 229.

Cedren.
in Leon.
p. 490.
L. 1. p. 19.
Ed. Reg.

buit, bis detrectato Imperio, testibus Byzantinis prioribus, is nunc tyrannicè illud sumpsit, prodito exercitu Michaëlis, Imperatore clam traducto, ignaviæ apud suos accusato, rebusque Imperii detestandâ fraude in extremum discrimen adductis, ut se auxiliatorem deposcerent. Omniaque illa molimina Leonis, ac fiduciam futuræ magnitudinis, nixa fuisse dicunt prælagijs quorundam Vatum, quo tempore Leo esset abjectissimæ sortis homuncio, planè ut de Leone Isauro fabulati. Vates autem hi quales? Illinc Eremita nescio quis, Imperante Nicephoro, insignis nequam, sceleratus, Manichæus, Incantator, Impostor, qui Leoni & Balbo & Thoma, tribus militibus Bardani tum famulantibus, & humillimæ fortis, prædixisset tyrannidem, eventu accuratissimè comprobatur (in his ipsis tribus) Vatis illius Spiritum Propheticum. Hinc verò serva quædam, malefana, maniacæ, misella, infauktis clamoribus implens Aulam Michaëlis, ac descriptura successorem Imperii Theodoto cuidam Aulico, etiam à Vate ipsâ non visum, sed eidem Theodoto tali loco & tempore occursurum, & nullo quidem infidentem, qui Leo Armenius fuit. Undè hujus Theodoti præcautio, colloquium cum Leone Armenio, stipulatio in futurum, dein confuti doli, imposturæ, & molimina inter utrumque, pro destruendis Imaginibus, ac præmium tandem tot fraudum, Patriarchatum Constantinopolitanus Theodoti. Qui rugas has volet, ex Maimburgio ipso petat, impleturas ferè omnem historiam Leonis. Ac cave credas earum confutationi hic locum fore, quas nec anus superstitionis admittet. Et contexit illa Maimburgius, partim de suo, partim ex Cedreno, Zonara, posterioribus aliquot sæculis, partim ac præcipuè ex mendacissimis Anonymis, quos inter Continuator Theophanis, alter Porphyrogeneti, Auctor vitæ Theoph. Omnes & cum Theophane, Miscellâ, Anastasio, Nicephoro Patr. & secum ipsis turpiter commissi, effusèque mendaces, vel ex iis quæ modò contulimus. Sed nemo turpius se dedit Exjesuitâ Gallo, qui post cacatas iis hugis penè centum paginas Edit. Parisinæ, & post ea narrata de Leone, quæ vix cadant in fatuum, dementem, passum chimæris, visionibus, somniis, nec nisi cum insulissimis nebulonibus conspirantem, tandem post Leonis exitum (ut libuit) memoratum, sic inquit: Nisi perditissimus mortalium fuisset Leo, repetitâ ibi accusationum contumeliâ, plurimam gloriam meritus esset præclaris virtutibus, magnisque adscribendus Principibus fuisset. Valebas ingenio, fortitudine, prudentiâ, quantum ea ad Magni Imperii administrationem desideratur. Strenuus ille, Ducum maximus, tentare ausus sine temeritate, exequens cum industria, felix in captivitate, dexter, vigilans, laboriosus, voluptatum hostis, liberalis, de publico semper sollicitus, ne quid deesset vel ad commodum Reip. vel ad securitatem subditorum, vel ad Justitiâ exactissimam rationem, quam ipse, statim in hebdomade diebus, intra Palatium administrabat, severissimè animadvertens in delicta, nec personas ullo modo accipiens; subjuncto exemplo Senatoris, qui per Præfectum Urbis impunè rapuisset uxorem viri fortunæ tenuioris. Pergit Jesuita: Quod maxime laudandum in eo Principe, nunquam nisi ad merita respexit, nec Provincias unquam, Præfecturas, Officia, seu Civilia seu Militaria, distribuit, nisi dignioribus, nihil dans favori, minus nummis, quos ut magnoperè contempsit, ita non passus unquam fuit eorum rationem haberi ullam, sed solius meriti, ne emptæ pretio Justitiâ cariori venderetur. Quo factum ut Patriarcha Nicephorus, quanquam ob pertinacem Iconoduliam motus Patriarchatu, tamen auditâ cæde hujus Principis eruperit in hanc vocem, Ἡ πολιτεία Ρωμαίων ἄρα, εἰ καὶ δυσσεβῆ, ἀλλὰ καὶ μέγα προσάτιν ἀπέλεσε, Continuator Porphyrogeneti habet, Ἐπιμελητὴς

κοινῶν, Republica Romanorum quantumvis pio minus, ob amotas scilicet Imagines, tamen magno Præside orbata est, cui Republica verè cura fuit. Hæc tu, quisquis es, concilia cum superioribus maledictis quibus proscinditur Leo: dum totus quantus is Maimburgio est, & maledicentissimis Monachis, scelus, monstrum, Dei hominumque inimicus, qui ne quidem Deum nominare honestum putavit. Hinc causatur Jesuita errorem Theophanis, Nicephori, quos decesserit externa species Leonis. Scilicet! qui testes aliquot annis Leonini Imperii fuere, etiam exilio & carcere multandi, ob pertinacissimum Imaginum studium ad seditionem usque; confirmatur Miscellâ & Anastasio historiam Theophanis.

VIII. Ac præmittenda hæc fuere, ut quid in Historiâ ausi sint Iconolatræ, quid furentes abjectissimique Græculi, diu post tempora Leonis, quum ubique triumpharent Monachi, & Imaginarij, quid denique præstiterit Jesuita, oblitus & sui & pudoris, omnes intelligant. Igitur vel ex furore isto in Leonem constat satis, alienum fuisse eum Principem à superstitione Nicænorum. Sed quæ eum prudentia, & moderatio, præterquam erga facinorosos, toto Imperio comitata est, eadem in omni hac causâ, circa Imagines, enituit. Summa factorum, hoc quidem in negotio, huc redit, ex certâ Historiæ fide. I. Certum, Leonem eadem de Imaginibus sensit, quæ Carolus Magnus in Occidente, hinc Ludovicus Pius, & Francfortani, Galli omnes. Undè etiam splendida Legatio Leonis ad Carolum, statim ac capeffivit Imperii gubernacula, sed quæ in Ludovicum Pium incidit An. dcccxiv. Carolo factis interea perfuncto, firmatoque cum Ludovico fœdere. II. Ea fuit Leonis indulgentia, ut qui ad motus ad Imperium An. dcccxi. cum Iconodulis egerit mitissimè, contentus amicis collationibus, colloquiis, ac diligentissimo rei examine, tandem indictâ Constantinopoli Synodo, An. labente dcccxiv. in quâ damnata Pseudo-Nicænæ Synodi Iconolatria. Ac demùm An. dcccxv. ob pertinacem Iconoduliam statione pulsus est Nicephorus Patriarcha, qui ix. annos sedit, ab An. dcccvi. fatente quoque Maimburgio. Undè commentum illud Græculorum, Leonem ex Orthodoxo factum fuisse postea Hæreticum Iconoclastam. Sed & de Concilio illo Constantinopoli. sub Leone mendacissima retulit Theosterictus in Orat. de Nicetâ, solo eo teste; v. gr. de concalcatis pedibus, in ipsâ Synodo, Episcopis iis qui dissentirent, de versuto agendi modo primùm, dehinc tyrannico, planè contra prudentiam & mores Leonis. III. Petebat Leo cum primis, monstrari sibi cultum Imaginum à Nicephoro Patr. & cæteris Iconodulis, in scriptis Apostolicis, & Patrum illis primæ Antiquitatis, siquidem esset δεχάια ἡ ἐξ ἁγίων. Excipiebant isti, Traditionem ἀρχαίων sufficere, plura namque scripto tradita non fuisse: non etiam retrahenda, quæ jam definitivè Concilium Oecumenicum, qualiter cultus Imaginum à Nicænis. Quasi verò non par fuisset ratio definitionis factæ in Concilio Generali sub Copronymo, deinceps in Concilio Generali Occidentis sub Carolo M. Invidiosè autem Continuator Theophanis, voluisse Leonem testimonia quibus ἰησοῦς ad verbum Christus præcepisset, προσκυνῆσατε τὸν εἰκόνα μου, adorate Imaginem meam, quæ Pontificiorum hodierna Methodus est, urgendi terminos expressos Scripturæ S. Contra Imperator urgebat illa omnia, adversus eam προσκυνῆσαι Imaginum, ex Mose & ex Scripturis loca, quæ ante Concilium vii. sub Copronymo, & in Occidente Carolus M. in Capitulari, de quibus fusè supra. Neque tamen certa fides est omnium circumstantiarum Collocutionis inter Leonem & Nicephorum, quæ recensentur à parte Leoni adversâ, apud Continuatorem Theophanis, Ignatium in Vi-

Maimb.
P. 11.
P. 133.

Eginh.
Annal.
Franc.
&c.

T. VII.
Concil.
col. 1299.
Conzin.
Theoph.
p. 435.
Ed. K.
Baron.
ad Ann.
dcccxi.
N. 11.

Maimb.
ex
Theost.
p. 181.

Ibid.
P. 437.

tâ Nicephori, Theodorum Graptum in Fragmento quod exhibet eam Disputationem, Michaëlem Monachum in Vita Studitæ, Theosterictum in Nicetâ, qui omnes mirè hypothefi ferviunt, in plurimis discordes. IV. Excepit tandem, quam vocant, Persecutio Leonis, Anno dcccxv. quæ Baronio incrementum *capta superiori Anno persecutionis* falsò dicitur. Nempe is fuit Nicephori obstinatus animus, Theodoro Studitâ Virum aliàs prudentem stimulantem, ut postquam moderata Principis consilia nihil præficerent, moveretur Dignitate, tempore Quadragesimæ, Martio mense, nondum impleto biennio Leonis Armenii. Mox translatus in vicinum Urbi locum, à se structum, suffecto Theodoro, Viro illustri ac Patricii filio, in sedem Patriarchalem. Par ratio fuit contumacium Monachorum, qui vel indulgentissimum Principem ad vindictam proritasent, ut fecerant Isaurum, Constantinum, Leonem iv. Principes priores, antesignano deinceps illo *Theodoro*, de quo mox pluribus, hinc *Nicolaus* ejus locio, *Theophane* vulgò Confessore, *Nicetâ* Abbate, deinceps *Methodio* sub Michaële, &c. Quorum Vitas, utpotè Icono-martyrum, dudum postea, personatis sub nominibus, effrænatae maledicentiae & superstitionis Monachi, inferendas *Mnologis & Visis Sanctorum*, conscripsere, in quibus res, ut lubuit Iconolatris, memorantur, obscurantur vera, vel tacentur omninò, falsa finguntur, posteris imponitur. V. Plurimos tamen Episcopos, Abbates, Monachos, seu convictos à Leone, seu ejus mansuetudine ac moderatione inductos, *permissis illis intra Monasteria quicquid vellent*, modò nec *seditionis* forent, nec *schismatici*, discessisse à factiosis Iconodulis, Continuator Theophanis refert. Mendacissimè Continuator alter Const. Porphyrogenneti, nuper editus ex Bibl. Regiâ, Leonem eos *muneribus obruisse*, corrupisse, ut in sententiam suam pertraheret, *προσεπιλύσας τὰς ἀφελείαις*. Quod ipsum est à quo abhoruisse animum Leonis, ab omni videlicet corruptione, *δωροφαγία*, cui nihil *ὄνιον* esset, nullæ *ἀργυρίαι λόγχοι*, & qui non *aurum loqui* vellet, sed rationem, virtutem, meritum, omnium supra & Maimburgii ipsius consensus fuit. Utque furor suum prodant, qui Iconolatricæ & Monachismi character est, si qui Imaginum cultum, (quem nuper facti sunt rem *ἀδιάφορον*, & hodieque profitentur) aut omitterent, aut repudiarent, aut certè non urgerent, eo impetu quo Theodorus Studita cum suis, hos omnes *apostasia* infamiâ notant, rebelles verò, seditiosos, furentesque Iconolatræ, *Martyrum, Sanctorum, Divorum, Confessorum* nominibus ornant, ac consecrandos colendisque Christianis sistunt.

IX. Nunc de *Theodoro Studitâ*, qui apud Baroniùm, Gretserum, Petavium, Maimburgium, Natalem, primo Sanctorum ordini, ac Seraphicis spiritibus adjungitur, quod ad Leonem Armenium spectat, verbum dicimus. Hominis impotentiam, fastum, furores, sed & blandiendi quando vellet improbam artem, indè ab Irenes temporibus, superiora docuerunt. Quid ille, postquam de Imaginibus sentire Leonem, quod in Occidente sensit Carolus M. & sentirent adhuc Galli, tandemque Nicephorum exauctoratum esse, cognovit? Quem intra Monasterii sui claustra contineri oportuerat, conversum ad preces, lachrymas, jejunia, quæ sunt arma Ecclesiæ, & Asceticæ Vitæ character, hic seditionum flabellum, turbarumque quaquaversum incentor, dux, fomes fuit, vel *Michaële* illo teste, cujus nomine legitur Vita Theodori, sed & testibus hujus *Epistolis*, & ex iis Baronio. Hinc, invito Principe, *Imagines* Processionibus in publico celebrare; Hymnos canere, qualis iste, *Imaginem tuam Immaculatam adoramus, ô Bone*; belli tubas in-

flare, scriptis quaquaversum Epistolis, *tanquam ex personâ omnium Præpositorum*; Niephorum Patriarcham adversus Leonem animare; Synodum à Leone congregatam, tanquam *Iconomachicam*, literis proscindere; urgereque illud Apostolicum, *Deo obediendum potius quam hominibus*, nempe in re merè externâ, & ex confessis nec præceptâ divinitus, nec necessariâ, ne dicam, in Deum ejusque Legem contumeliosâ. Et Leonis quanta ad effrænâ hanc audaciam, atque improbitatem lenitas? Solo *exilio* Theodorum mulctat, ac carcere tandem, quum hominis animos in furorem verti cerneret Imperator, neque tamen arcto illo admodum aut duro, aut hodiernis in Galliâ carceribus simili, quicquid mentiantur Iconolatræ. Cujus rei invictum argumentum est, quod toto tempore quo *vinculus* incarcerationisque fertur, libertas illi fuit integra innumeras *Epistolas* scribendi mittendique, irarum, seditio-num, accusationum in Leonem, minarum, superstitionum, ac contumaciæ plenas, ad Episcopos, Abbates, Confessores sic dictos, ad Romanum Pontificem, Patriarchas Orientis, ubique Dispersos Fratres &c. Ac rectè jam Baronius: *Inserere Theodorus non quiescit. Loco miraculi plane habendum, ut in artissimo carcere constitutus, tot custodibus vallatus, facultas ei scribendi fuerit suppeditata.* Imò miraculi loco habenda Leonis indulgentia, qui non arctius custodiri observarique hominem, belli facem, jusserit, & hic si incidisset in Ludovici M. tempora, ac pari temeritate in Principem, & in Edicta regia strinxisset calamum, experturus fuisset *iracunda Jovis fulmina*, & si non taurum Phalaridis, vel lectum æneum Agathoclis, vel culleum Parricidarum, certè vim ultricis flammæ, aut ossifragium, aut quicquid leges statuunt in reos Majestatis. Sed ad immodicam insanamque hominis superstitionem quis non penè cohorrescat? Ex. gr. in Epist. ad Naucraticum, quærentem de pœnâ statuendâ *in lapsus*, qui scilicet missas fecissent Imagines, aut paruisent decretis Leonis, respondet; *Habendos ut qui Dei nomen abnegassent*, ut *Christo-machos*, ut *negatores Christi*, nec ullam esse societatem luci cum tenebris, &c. *Negationem Imaginis*, seu cultus Imagini exhibendi, esse *negationem Prototypi, negationem ipsius Christi; Esse Judaicam & Ethnicam impietatem; Imaginem Christi & Desipara eodem nomine Christum & Desiparam nuncupari; Inseparabile esse unum ab altero in adoratione; Archetypum ab Imagine; Martyrem Imaginum esse Martyrem Christi, Maria, & contra abnegatorem earum Imaginum, negare Christum, negare Mariam* &c. Itâ Theodoro huic fuit, non credere in Christum, si qui fiduciam in Imagine Crucifixi non collocaret; fuit abolere Christum, si abolerentur Imagines; fuit, negare Christum esse adorandum, si quicquam negaret adorandam Imaginem. Et pari loco, identitate quâdam, habenda fuere, juxta Studitam, Christus in cælo regnans, & Vultus ejus, aut species Crucifixi in Tabulâ, quia hæc eodem nomine nuncupatur quo Prototypum. Et hæc ipsa quæ non modò horruisset Carolus M. sed quæ etiam ipse aliàs Maimburgius confodit, *Imagines* tradens esse *res inanimes*, Vide *adiaphoras*, nullâ obligatione eas honorandi, hæc supra ipsa jam Theodorum cælo locant, Seraphico Ordini inserunt, Martyrii gloriâ fulgentem exhibent, ac Confessorum penè maximum, quia Idololatræ principem, sed & perduellium in Imperatorem signiferum. Et queri adhuc sustinet Jesuita, post Baronium suum, quod *artiori custodia traditus fuerit, Smyrnas transferendus*, aut fortè flagris ac verberibus exceptus ab apparitoribus, parcente Leone vitæ Theodori. Qui Leonem, Principum maximum ut supra, proscindere ausus fuit tanquam *Leonem Amorrhæum, Oggum Basanitis regem, magnum Draconem, tortuosum Serpentem, Vas ira, Filium Tabee*,

N. IV. co A.

Maimb. P. 11. p. 202.

L. I. p. 20.

Baron. ad Ann. dcccxiv. N. xxxiii. &c. Maimb. P. 11. p. 187. &c.

Maimb. P. 187.

Vide Baron. ad An. dcccxiv. dcccxv. dcccxvi. dccc. xviii. &c. Ad Ann. dccc. xviii. N. vi.

Baron. ad Ann. dcccvi. N. xviii. xxxi. &c.

Sec. vii.

Baron. ad Ann. dcccxi. N. xi.

beel, Achabum, Juliani exemplar, complementum mali, adversarium Christi &c. Æquior in Armenium Theophanes Chronographus, vulgò Confessor, Imaginum scilicet & simulachrorum, Abbas vel Præfectus Monasterii Magni Agri ad Sigrianæ montes in orâ maritimâ Asiaticâ, quæ adjacet Propontidi, Thematis dicti Ο'Ικίων Obsequium. Tamen ob pertinaciam in cultu publico Imaginum asserendo tandem exul moriturus, in Samothrace Insulâ, sub extrema Leonis, diversus à Theophane Presbytero, de quo Baronius ad tempora Theodoræ Imperatricis.

X. Parcet Lector, si Maimburgiana omnis pagina, quâ persecutionem sic dictam Leonis Armenii, hujus in Iconolatræ decreta, perpeffiones Monachorum; laudatam in his constantiam, qui *mallerit Deo obedire quam hominibus*, lugubribus tragicisque vocibus effingit, revocet mihi ad animum hodiernos in Gallis furores, ignotos sanè Leonis temporibus, eisdemque a Maimburgianâ Societate in turbam omnem Reformatorum excitandos. Sic describit Jesuita Armenii ea tempora, ut rursus Gallis Persecutoribus quasi tabellam modumque extinguendæ Religionis, quæ Idololatriam nescit, præscripturus fuisse videatur: falsa enim sunt de Leone pleraque. Observat primùm Ministros qui Magni Leonis animum acerbarent in Iconolatræ; nempe adhibitos illicò missionis in modum Monachos, *Scelerum omnium capaces, Aula captandæ gratiâ*; hinc Theodorum Patriarcham, totum *ad Aula mores & ad blanditias comparatum*; tùm *Episcopos vendentes se Principi, pro Aula aliquo fumo*; tandem coactum sub oculis Leonis *Conciliabulum, ex deditis Leoni & Patriarchæ Episcopis*, ac præ cæteris *Protosaltem, seu Magistrum Cleri Sacri Palatii, insignem hypocritam sub sanctitatis larvâ*, qui conscientiam Principis obstringeret, eidemque consilia clanculùm inspiraret pro exterminandis Iconodulis. Quibus jurares intentum fuisse Jesuitam in Ministros hodiernos, auctoresque exploratissimos feralium Edictorum, pro exterminandis in Galliâ Reformatis. Pergit, ac modum exercitæ in Iconolatræ, id est in seditiosos rebellantesque Monachos, vel Episcopos, sævitæ, ita describit; *Invidebat ipsis Leo gloriam coronamque Martyrii, ita tamen ut furor omnis in eos exundaret, ut afficerentur infinitis cruciatibus, ut in horrendos carceres conjicerentur, atque ibi opprimerentur arumnis, longè ipsâ morte magis intolerandis*. Loquantur hodie parietes Gallicanorum carcerum, & lamentabiles non jam hujus & illius seditiosi Episcopi, aut Monachi, sed innocentissimorum Senum, Matronarum, Viduarum, Virginum, Infantum, toto Regno voces, ac Matrum ejulatus, *plorantium filios quia non sunt, & quibus laquei etiam, & secures, & rogi, certè capitis pœna, supremo solatio forent, uti suppliciorum extremum est, non licuisse mori*. Crimine certè non alio, quod quidem de Iconolatræ falso Maimburgius, quàm *quia Deo obedire, quam hominibus malunt*, imperantibus his, non jam abdicari minimè necessarias neque essentielles Christianismo Imagines, sed *Religionem & Conscientiam ejurari*, aut reos fisci Majestatis Regiæ, cui sit immediatum in Conscientias & in Æternitatem Imperium. Rursus Jesuita, coactas invitasque defectiones, partim minis, partim blanditiis tanti Principis, descripturus, dicit, plurimos tandem *subscripsisse oblatæ à Patriarcha formula, non satis explorantes cor suum, detestandâ prodicione fidei suæ, infami ignavia, perjurio in Deum suum admisso, seram pœnitentiam acturos, lapsurumque eluituros lachrymis, Confessione, Martyrio*. En tibi longè veriori imagine hodiernas subscriptiones, defectionesque, & quæ eas excipiunt angores, ægritudines, planctus, quæsitumque aut fugæ, procul infortunatæ patriæ fini-

bus, aut Martyrii remedium! Mittimus quæ ille contumeliosissima horrendaque in Leonem Imperatorem, pro ingenio Societatis; cui favens Princeps Numen est, alienior à Societate Tyrannus, quem è medio sustulisse proximus sit ad Martyrium gradus. Hinc & mortuo Leoni, quem (ex confessis) nemo fortè Principum virtutibus superavit, æquarunt pauci, parùm Christianè insultat, ad Theodori Studitæ ac perduellium exemplum. Leoni, inquam, parricidis manibus, obtruncando, A. dcccxx. factione Michaëlis Balbi & conjuratorum, in ipso Festo Natalitio, mediis in Sacris, inter Matutinas laudes, intrâ Naòn Ecclesiæ S. Palatii, quum ipse præcineret grandiori voce, (ut erat Hymnorum Sacrorum, & ἔξάρχεν ἐν ταῖς ψαλμοῦδαῖς, pio studio amantissimus) intonaretque Odes Sacræ hoc initium,

τῷ πανόρακι ὁ ἐξεφαύλισαν πόθῳ
Sprevere summi cuncta amore Principis.

Hæc quidem Cedrenus, & Theophane multo posterioribus aliquot Byzantini, addentes fatidicas Leonis ad Theodosiam Uxorem voces, & postremas ad parricidam, *Parce Principi tuo, adjuro te per temporis & loci Sanctimoniam!*

XI. Quid sub Michaële Balbo, τῷ τεγάλῳ, è superiori Phrygiâ oriundo, Leonis primùm familiari, & Comite cohortis Excubitorum, hinc rebellis & parricidâ, tandem Successore Imperii, ab Ann. dcccxx. ad dcccxxix. actum fuerit in causâ Imaginum, paucissimis modò, dum observamus Scriptores nuperos, subnotandum est. Summa est, testibus vel ipso Michaële Studitâ Monacho, G. Cedreno, & Francorum Annalibus. I. Michaëlem, mox à remotis exectisque Filiis Leonis, Constantinopoli Synodum indixisse, quæ componeret causam Imaginum, revocatis Exulibus, ipsoque Theodoro Studitâ, ac utrisque futuro in Synodo loco. Quæ non eadem Irenes æquitas fuerat in Pseudo-Nicænâ λησεῖν. Sed restitit salutari consilio, inde à Constantino M. approbato in Imperatoribus, factiosus Theodorus, cujus Epistolam esse, scriptam nomine Episcoporum facturientium, fatetur quoque Maimburgius. In hac enim, declinatâ Synodo, & scdè proditâ libertate Orientalis Ecclesiæ, expectari volunt *declarationem à Vetere Româ*, ut *Sede Petri*, Paschali tùm sedente, certâ jam istis Iconolatræ sanctione, eâ viâ. Undè effræna Theodorianæ factionis audacia & iniquitas summa liquet, dùm Synodum vellent ex solis Iconodulis coactam, & eum præterea Judicem appellarent, quem sciebant *Imaginum cultui* mancipatum. II. Mox Michaël Imperator, quantumvis de se profiteretur, se *hactenus Imaginem nullam coluisse vel adorasse, mansurum eundem*, interim probaturus summam hac in causâ *ἰπείκειαν*, fecit Theodoro & suis *opinionem suas sequendi* libertatem, relictis Imaginibus sicubi essent positæ, modò Imagines nullas erigerent in Urbe Regiâ. Hinc & *silentium* hac de Controversiâ indixit, *faceffereque jussit, tùm Constantini Synodum, tùm alteram Tarasis*, id est, Pseudo-Nicænâ, ut disertè Georgius Monachus nuper editis in Mich. ex Biblioth. Regiâ. Nec fecisse ex aliquo metu, dicat Maimburgius, qui Imperatoris prædicat *intrepidum animum, & audacem*, quod ipsa ratio quæ Tyrannidem invasit, ejusque fortitudo militaris, satis evincunt. III. Constantem hanc Michaëlis æquitatem ulterius confirmat legatio ad Ludovicum Pium, An. dcccxxiii. ejusque & Theophili Imp. nomine scripta Epistola ad Francorum Regem, quam totam exhibet Baronius, *valde Orthodoxam*, inquit Maimburgius, *si articulum de Imaginibus excipias*. Nunc de Articulo isto judicet Lector. Hic enim, primò recitat Imperator horrendas superstitiones Iconolatræ, quibus *Imagines Crucis loco*

H h h 2 ubi-

Const. Porphyr. Them. 11. L. I.

Maimb. L. v. P. 187.

Ibid. p. 172. 196. 197. &c.

Ibid. p. 200

Ibid. p. 192.

Ibid. p. 192.

193.

Hist. Compend. P. 491.

Parte II. P. 140. Baron. ad A. dcccxxi. N. xxxvi.

Baron. ad A. dcccxxi. N. xxxix. xl.

In Mich. P. 510. script. post. Theoph. Maimb. P. 11. p. 236.

Ad Ann. dcccxxiv. N. xvii. xvi. a. &c.

ubique statuerent, ab Imaginibus auxilium peterent, susceptrices infantum facerent, colores de iis abrasos sacris oblationibus immiserent, supra eas, vel de earum manibus, communicarent &c. Dein has ipsas, & alias, quas confirmant satis vel Acta Nicæna, & subsequens Græcorum Iconolatria (cujus exemplum ex Pantaleone Monacho profert Natalis *Dissert.* vi. & Rev. Alixius *Dissert.* de Conciliis) docet Michaël causam fuisse Leoni Isauro, *Imagines de humilioribus locis efferendi*, relictis tamen qua in sublimioribus locis posita erant, solâ prohibita adoratione, lucernarum accensione, incenso, & vesanâ superstitione. Tandem concludit, *idem se nunc sentire, & tenere, abjiciendos de Christi Ecclesiâ eos qui hujusmodi malignis inventionibus studerent*; editâ simul Confessione Fidei, & Ludovici petito consensu adversus seductores Christianos, missis quin etiam ad ipsum Papam antiqua Roma & legatis, & muneribus, concordia stabilien-dæ causâ. Nec enim finis alius legationis fuit, quàm ut Ludovicus, qui *suprematis jura sibi adhuc servasset in ipsâ Româ, & ubique in Ditionibus donatis Rom. Pontifici*, in id pro virili & pro auctoritate anniteretur, ut Româ egerentur omnes Græci calumniatores, & schismatici Iconolatræ, ex Oriente eò delati. Et quare? Quia hi turbones omnem operam adhiberent, impedienda concordia, in unitate Fidei, inter Orientem & Occidentem. Quibus sanè nihil à Christiano Principe æquius digniusque expectari vel institui potuit. IV. Haud verò novum videri debet, si ab illâ mansuetudine in Iconolatrâ recesserit postmodum Michaël, in seditiosos ex iis poenâ mitissimâ animadversurus. Dùm nempe Theodori factio in moderata hæc Michaëlis consilia palàm moliretur, nihil moderabile suadens, nec modum ullum superstitioni ponens; dùm etiam eadem Thomæ Tyranno, Iconolatrâ in suas partes inducenti, sed post triennale bellum frustra obfessam Constantinopolim, opprimendo à Michaële, in Asiâ & Oriente faveret, ut olim Tyranno Artabaldo, sub Copronymo, dein Irenæ, & Michaëli Rangabæ, factiosi accesserant. Cæterum in extremo senio opportunè sublatus est, naturali morte, Theodorus ille Studita, An. dcccxxvi. in Chalcite Insula. De cujus pseudo-miraculis, propè infinitis, extremo morbo, ultimis vocibus, unus testis est Michaël Monachus, in ejus Vitâ, apud Surium, Baronium, hinc Maimburgium nostrum & socium Natalem. Dùm tacent absurdissima mendacissimaque Byzantini Historici, qui de Theodoro illo pauca, aut non satis quandoque faventia isti Monacho, certè Theophanes, jam supra, & hujus Continuator, tùm Anonymus alter Chronographus, Cedrenus, Curopalates, Zonaras, Georgius Monachus, alii.

Vide
Cedr. à p.
499. &c.

XII. Mittimus hoc loco putidas insulasque de hoc Michaële, quia minimè Iconolatrâ, uti deinceps de Theophilo ejus Filio & successore, mendacissimorum Græcorum fabellas, aucturo etiam Maimburgio, ut solet. Fuisse certè vigilantissimum hunc Principem, omnium consensus est, Ducem intrepidum, bello felicem, factionum domitorem, & usurpatâ à Thomâ tyrannidis, sed & Saracenicæ potentia repagulum. Quanquàm hi, distracto Michaële Civili bello, infestissimo hoc Cedr. Ed. Republicæ, Cretâ Insulâ potiti sunt (aliisque Cy-R. p. 510. cladibus, & Sicilia) Anno dcccxxii. ædificatâque Georg. Mon. Urbe in Cretæ opportuno litore, cui nomen *Χανδαξ*, hinc toti Insulæ *Candacis* & *Candia* nomen hæsit. Laudem etiam promeruisse hunc Michaëlem assertæ Catholicæ Fidei, & priorum vi. Synodorum Universalium, in causâ verò Imaginum summæ *Πνεύμας*, fassus supra Maimburgius est, ex Literis ad Ludovicum Pium, & ex ejus ad Iconoclastas responsis, quanquàm calumnians addit,

Maimb.
P. II.
P. 257.
Maimb.
P. II.
P. 253.

non hæc sincerè egisse, dissimulatione usum, ob incum-bens illi grave bellum. Uno verbo Michaël, in vasor fanè Imperii, studuit postea Dei hominumque sibi gratiam conciliare, iis omnibus impletis quæ ab Imperatore, à belli Duce, & ab Ecclesiæ gubernatore desiderari potuerunt. Ut etiam Georgius Monachus, Iconolatra quanquàm, describens Michaëlis obitum A. dcccxxxix. Oct. mense, *ἐν δυνάμει* In Michæli, *καὶ τῆ νεφρῶν ἀλγυδόνῳ*, ex urina difficultate & dolore nephritico, dicat *malè extinctum*, κακῶς ἀπὸ πηλῶν & ζῶν, seu Reip. Christianæ malo. Sed & laudaverat impensè Theodorus Studita, An. dcccxxi. apud Baronium, vocans Christi amulum Imperatorem, novum Davidem, alterum Josiam, pacifici Imperii Regem, &c. post factam sibi suisque exilii libertatem, existimans (inquit Baronius) Imperatorem verè Orthodoxum. Bona verba! Apage igitur Cedreni, Curopalatræ, Continuatoris Incerti, Zonaræ, hinc Baronii, & cumprimis novissimi utriusque Scriptoris, imposturas, quibus hic Michaël ut infectus Athinganorum, Sabbatiorum, Manichæorum, Incantatorum, impietate insultè traducitur; ut felices belli successus non Deo, sed sibi suæque prudentiæ adscribens; ut Hæresum omnium fautor, Semi-Judæus, Sadduceus; ut bonarum literarum & doctrinæ omnis inimicus, undè ne Pueros quidem sineret instrui; ut sacrilegis & incestis Nuptiis pollutus, nempe ob legitimum cum Euphrosynâ matrimonium, Principe Virgine è Monasterio educatâ, & post Theclam mortuam, ad Procerum multam instantiam, & ex omnium voto ac Christiano ritu Michaëli sociatâ. Nempe harum omnium auctores calumniarum partim Thomas Tyrannus fuit, ejusque factio, partim Monachi Iconolatræ, quibus impij audiunt omnes illi Principes, quotquot Imaginum cultum, ab Isauri temporibus reprobarunt. Athinganos si nescis, sic vocabant homines *ψάδοπαυρίαις* & magicis artibus deditos, quales vulgò dicti Boëmi, Ægyptii, Zingali vel Zingari Italis; & quia in Phrygiæ partibus hi plurimi dicebantur, essetque Amorio Phrygiæ oriundus Michaël, hinc occasio fabellæ. Pari isti impudentiâ, Michaëlem unum sibi exemplar proposuisse imitandum, Copronymum vel Cabalinum; quum tamen superior historia, ex ipsis Byzantinis, & ex Francorum Annalibus, probet *Constantini Synodum* pariter rejectam fuisse à Michaële, ac *Nicanam Tarasii*, institisseque vestigiis Caroli M. & Ludovici Pii. Absurdiores sunt, dùm quicquid malorum Rempubl. affligeret, terræmotus, pestilentia luem, clades acceptas, Cretam à Saracenis Hispanis occupatam, tribuunt Michaëli Cedrenus, Zonaras, posteriores Græculi; qui veriùs Thomæ in Principem rebellionem, seditionum motibus, civilibus discordiis, foedæ superstitioni quæ animos fascinaret, ac communibus flagitiis Imperio toto, adscribere debuerunt. Imò favisse Cælum Michaëli adversus Thomam tyrannum, mirificus ille *terra motus*, quo Panadenis Castelli, velut *Hierichuntis* alterius, mœnia conciderunt, opportuno Imperatori portento, tùm & Saracenum clades, ac crebræ victoriæ Michaëlis, luculentius demonstrant. Ac mirum, viros eruditos, etiam in Protestantium choro, calumniosos Græculis habere historicam fidem, sicubi in hos Imperatores incidunt, ipsum quoque Boeclerum in rebus *Ludovici Pii*.

XIII. Superest *Theophilus* Imperator, Michaëlis ex Theclâ priore Conjuge filius, virtutibus ornatissimus Princeps, maximis Imperatoribus æquandus, exactor justitiæ rigidissimus, omnique Impietatis severus vindex, Tydides melior Patre, ipso fatente Maimburgio, vi veritatis compulsio. Adeò etiam, ut complices omnes necis Leonis Armenii, licet ea Patri suo gradum fecisset ad Augustorum So-

Joh.
Scyiz.
Zonar.
&c.

Maimb.
P. 247.

Baron.
ad. Ann.
Dcccxxiv.
N. xxii.

L. vi. p.
294. 309.
910. &c.

lium,

lium, intio statim Imperii gladio percusserit. Igitur omnium etiam adversantium scriptorum calculo, Nicetæ Paphlagon. Cedreni, Zonaræ, Georgii Monachi, &c. ubi de hoc Theophilo, non modò is Justitiæ profata fuit insignis, sed & clementiæ, pluribus apud Byzantinos exemplis: avaritiæ & sordidarum artium ofor summus, in ipsâ Theodorâ conjugè: in Deum, Christum, Sacra, religiosissimus, τῆ Θεοτόκῳ etiam suo honore tributo: publici egregii studiosissimus, publicorumque Ædificiorum, seu ad ornatum Urbis, seu ad munimentum: nec pauperum, senum, miserorum, abjecta huic Principi cura, erectis Xenodochiis, & Charitatis Domibus: Dux autem strenuus, & fortissimus, quicumque esset belli exitus, variâ fortunâ dimicaturus. Unumque tandem in hoc Theophilo desiderarunt Iconolatræ, patrocinium *Imaginum*, unum maledictis incessunt, Hæresim *Copronymi*. Nam cultum Imaginum severissimè interdixisse, Nicænam Synodum reprobasse, Imagines etiam à Patre relictas sustulisse, in Iconolatrâs pertinaces exilio, carcere, supplicii quoque animadvertisse, una omnium Historicorum vox est. Sed in exaggerandis iis, quæ passi sint Methodius Abbas, dein Patriarcha Constantin. Theodorus & Theophanes fratres, ex Oriente turbaturi, Lazarus Imaginum contumax Pictor, Monachorum seditiosorum agmina, non sine crebris portentis & miraculis in his Viris conspicuis, ingenium rursus produunt Græculi, Curopalates, Cedrenus, Zonaræ, Constant. Manassies, Pseudo-Acta Martyrum, luxuriaturo in his Maimburgio, & nugas cumulaturo. Præterquàm enim quod omnes illi non modò essent in Principem contumeliosi, in Edicta rebelles, in publico seditiosi, & effusæ superstitionis erga Imagines, fomitesque belli Imaginarij, accedit, plerasque horum perpeffiones, certamina, & circumstantias sæpè ludicras, niti Iconolatrarum unâ fide, parique habendas esse loco, quo Acta priorum Martyrum & Confessorum sub Leone, Copronymo, Nicephoro, Armenio, Mich. Balbo. Undè etiam supervixere Theophilo antesignani plerique Iconolatræ, Methodius, Lazarus &c. in quos exilio, aut carcere, veriùs quàm supplicio capitis, aut diris cruciatibus, aut vivâ sepulturâ, qualem de Methodio fabulantur, indignationem suam ostendit, confictis istis ut esset Pseudo-miraculis locus in iis Viris in quibus nullum rei vestigium apparuerit. Ac talis quum fuerit Theophilus, Imperium felicissimè administraturus Annis XII. & mensibus III. ad An. DCCCXLII. quo dysenteria extinctus est, multis fortiter adversus Saracenos gestis, nihil mirum si virtutes tanti Principis maledicentia Iconolatrarum obscurarit. Et Maimburgius, postquàm gloriâ æquasse Theophilum *Celeberrimos Imperatores* dixerat, *virtutibus majorem Patre*, ipse ille est qui propinans Orbi erudito & oculato furores mendacis Græciæ, Theophilum deinceps sistit, ut *Principum sceleratissimum, impium Hæreticum, qui omnes crudelitate superaverit, ad furorem iracundum, violentum, suspicacem, credulum, Magicis artibus deditum, consilere Magos consuetum, omniumque profligatissimum ad Patriarchalem dignitatem evelturum*. Et hic Johannes Patriarcha est, de cujus & Fratris germani impietate, magiâ, stupris, incestibus, cum *nuptis, Monachis, formâ præstantibus* fœminis, horrenda narrat ex Iconodulis Baronius. Et tamen non is modò tolerandus à *juris exactore omnium rigidissimo Theophilo*, sed & toti Ecclesiæ præficiendum Caput. Qui reverà Johannes, ipso fatente Maimburgio, Vir fuit ob eruditionem ac merita jam acceptissimus Michaëli, hinc præfectus, teste ipso Curopalatâ, educationi Theophili, cujus finxit ad omnes res præclaras ingenium, præterquàm ad *Iconola-*

triam, undè istæ lachrymæ. Ac pari exemplo evendendus à Theophilo Johannes ad Sacerdotium, quo suos Præceptores ad Papatum sublimarunt, v. g. Sylvestrum II. aut Hadrianum VI. Otho III. ac Carolus V. Quid jam agas cum eo homine, qui candidum in nigra, nigra in albedinem vertit, qui ex Trajanis Nerones, ex Neronibus Trajanos pro libidine facit, hos ubi expedit causæ profcindit, illos cœlo locat, prout causæ Iconolatricæ vel faventes vel adversi, quæ una illis Christianismi, Orthodoxiæ, pietatis, fidei, virtutis, index est? Itâ qui totiens miracula, visiones, apparitiones, prædictiones Sagarum, magicas incantationes, & *μαντεϊῶν* omne genus, Historicis passim memorata, accusat credulæ simplicitatis, fraudum, suspectæ saltem laborantisque fidei, istum toto hoc Opere *Iconoclastica Historia* in his næniis recensendis, addendâque iis veri specie, nulli ne supersticiosissimo etiam Monacho, *nugarum laude secundum* esse, quis non admiretur? Expressit tamen Maimburgio, non amor Theophili, sed major illi invidia conflanda apud suos, veram sanè atque ingenuam Confessionem: mendacissimum fuisse Gennadium Constantinopolin. clarum circa medium *Sæculum XV.* dùm p. 340. scripsit, in Expositione pro Conc. Florentino, Theophilum in vitæ extremo *detestatum fuisse Hæresim suam*, laudante Baronio. Quum ex opposito Ad Ann. Zonaræ, de hoc Theophilo, reterat, moriturum *DCCCXLII.* Principem *ingenti cum animi ardore commendasse, ne restituerentur post ejus fata, aut deinceps Imagines*, relicturum ingens sui universis desiderium, A. DCCCXLII. ac fidem priorem obfignaturum supremis vocibus, quod & confirmatur ex Historiâ Joh. Curopalatæ, seu Georgii Cedreni. Ex quo etiam T. II. intelligitur Baronii, hinc Maimburgii, mala si p. 585. des, in accusandâ sævitiâ Theophili morientis, ob truncatum *Theophobo*, strenuo ante Duci, dein proditionis accusato, caput. Nam addit disertè Byzantinus, non Theophili mandato eam necem ab aliis adscriptam fuisse, sed factò *Drungarii seu Præ-* Ibid. *fecti Vigilia*, qui Theophobo *αὐθαγέτως, μηδενός* p. 533. *καὶ δούλιον*, spontè, *nemine jubente, vitam eripuisse*. Nunc ad *Theodora Byzantinas, Baronianas, Maimburgianasque laudes, viduæ Theophili, quia restitutricis Imaginum.*

XIV. In fati erat, ut per *Fœminas* Iconolatria sanciretur primùm in Oriente, qualiter sub *Irene* factum, dein profligata à piis Imperatoribus, & Synodis, postliminio restitueretur, qualiter sub *Theodorâ*, viduâ Theophili, Imperium ex nutu Iconolatrarum administraturâ, usque ad Michaëlis Filii maturam ætatem, Annis ferè xv. Neque est quod conversionem eam rerum, aut Theodoræ conc. m Iconodulis patrocinium, quisquàm adscribat vi veritatis. Primò fatentur Byzantini, & fuscè Cedrenus sive Curopalates, pridem addictam Imaginibus fuisse, vivo Theophilo, matrem *Theodoræ Theotistam*, supersticiosissimam fœminam, quæ imagunculis seduceret Filias Theodoræ, ut puppis. Dein, statim à morte Theophili, adjutam eam matrem *Avunculis* Theodoræ, Viris *Patricis* Tutoribus Michaëlis, Filiam intigasse, *Απαπαιτὸς ἐπεβίζουδιον*, seu *perpetuo illi convicio facto*, pro consecrandis rursùm Imaginibus. Constat prætereâ naturalis quædam sexûs propensio ad superstitionem, & ad ea quæ sensus afficiunt. Cumprimis si accesserit vis major, & injectus ab iis metus quorum auctoritas sit Fœminæ metuenda, tùm speciosæ larva sanctitatis, & fama recentis alicujus miraculi, tanquàm divinæ vocis. Concurrerunt hæc omnia ad reluctantis Theodoræ inflectendum animum in favorem Imaginum, præter superstitionem Matris, à quâ & corruptæ neptes, filiæ Theodoræ. Nempè auctoritas Theotisti & Ma-

Ibid. p. 313.

L. VI. p. 310. 311. &c.

Ad Ann. DCCC. XXXV. N. XXVII. L. VI. p. 321.

nuëlis, Virorum tum in Aula Militiæque principum, Patriciorum, & ὀπιπέπων ἢ ῥυθμισῶν τινῶν ac moderatorum infantis Principis, haud dubiè ut dejectis Iconomachis res sub Theodorâ pro libidine administrarent. Fuerat autem Theodotistis sub Theophilo Λογοθέτης ἢ Δρόμος, propriè *Cursorum* toto Imperio summus *Procurator*, conjunctâ Dignitate cum illâ ἢ Πρωτοασκερῆς seu ὀπι κανικλῆς, qui præfisset Chryfobullis seu sacris Diplomatis, & asservaret *Canicleum* seu *Caniculum*, vas gemmis splendidum, in quo rubrumentum seu purpureus liquor, quo Bullas aureas subsignarent Imperatores, Maimburgius ex aliis reddit, *Grand Chancelier*. Manuël verò Dux Legionum, Magister & Δομέσικος seu *Procurator*, *Comes*, *Præfatus* ἢ *χολῶν* seu ἢ ταγματῶν Ordinum militarium, quali minimè *χολαζόντων*, à perpetuâ disciplinâ. Auctoritati vigorum accessit fraus Monachalis, vulgatâ, scil. ad prædictionem Monachorum Studii, convalescentiâ Manuëlis planè miraculosâ, eâ lege ut *Sacras Imagines restitui* procuraret. Quum ne ista quidem sufficerent, vincendæ Theodoræ, quæ, ut expressis verbis Cedrenus, ἀντέπιπλεν restitit huic instituto, causata Mariti in Imaginum cultu proscribendo *circumspectionem*, qui nihil fecisset ἀπειροσκέπῳς, nisi summâ cum *accuratione*, juxta *Leges* & *S. Scripturas*; causata etiam religionem *juramenti* quo fuisset Theophilo obstricta, & extremas sui Conjugis voces; tum Manuel ad minas, terrendæ Fœminæ, confugit. Interminatus Theodoræ est ταχίαν κατὰ σφοδρῶς ἢ ζωῆς ἢ ἐπιπέσεως ἢ βασιλείας *subitanæ conversionem* quâ & vitâ & Imperio excideret, unde ἐκδειματωθῆσαν *perterritam* fuisse, Cedrenus & Curopalates. Sed recentioribus Byzantinis, hinc Baronio, ac præcipuè Maimburgio, placuit omnia invertere. Hic enim fuisse Theodoram semper *Catholicam* fuisse, id est, adoratricem Imaginum, simulasse vivo Theophilo, eo autem mortuo de his omnibus, quæ per Theodotistum & Manuëlem acta, clam convenisse, scenam omnes luisse in Theatro, Manuëlem post hæc Theodoræ consilia primùm incidisse in lethalem morbum, hinc miraculo, ad propheticas voces discipulorum Theodori Studitæ, restituum, magno Imperatricis gaudio, cui hoc unum deerat ad Sacra innovanda. En fidem Historicorum, ac legentium securitatem! Id jam certum, nullam moram interposuisse factiosos Iconolatræ, post Theodoræ inflexum animum: hinc mox revocandis Exulibus Imaginum causâ, deponendo Johanne Patr. substituendo Methodio defensore pridem Imaginum, Concilio indicendo Constantinopoli Anno eodem dcccxlvi. in quo confirmata Nicæna Synodus, Hæresis Iconoclastarum damnata, & *Sacra Imagines* ὀπι τὸ δὲ χῆθεν ὀφειλόμην σέβας, ad eam *venerationem* quæ olim eis debebatur *reducta*, ita Libellus Synodicus. Utque de hujus Synodi indole constet, initio statim Methodius illi moderandæ electus, habitaque *intra Palatium*, fatente Maimburgio, ἐν τοῖς κανικλῆς *in Canicleo*, quasi diceret, in Cancellariâ seu in Secretario S. Palatii, cui præfessus Theodotistis erat. Aded ut nulli Iconomacho vel mutire fas fuerit, ac *vix ingressi Episcopi, Abbates, Monachi, innumerabili multitudine*, ita Maimburgius, *etiam qui ab Iconoclastis promoti fuerant, protinus illi, antequam propositum adhuc fuisset quicquid potuerunt vocis contentione erumpere in Anathemata adversus Iconomachos*. Dictum factum, & solutâ, post speciem quandam examinis, Synodo, triumpho quasi in modum reductæ in Ecclesias Imagines, à quo tempore totus Oriens, Armeniis tamen exceptis, miratus est se Iconolatram. Et hinc volupe est audire Baronii, & recentiorum istorum, in Theodoram præconia, laudes, vota effusa, adscribendam hoc nomine Ecclesiæ Canonis, & Sanctis quos colit Ecclesia, Festo

ejus relato in xi. Febr. in *Menologio* Græcorum. Unde non inlepidè Maimburgius, *mala sanè per Fœminam, sed & per Fœminas quandoque bonorum maxima, & uni Theodoræ gloriam* rei tantæ deberi. Sed & gloria restituti quandoque Arianismi, Eutybianismi, ac Gentilis superstitionis, ut de Irene Carolus M. Fœminis debetur, omnemque penè Hæresim à sexûs hujus perversione propagari cœpisse, Annales Ecclesiastici testantur.

XV. Nec mirum magnoperè videatur, post Theodoram reclusam, An. dcccclv. stetit in Oriente Imagines. Non aliud permittère, corruptissimi Michaëlis mores, Neronibus & Heliogabalis æquati, Bardæ Cæsaris potentia fratris Theodoræ, à quâ Imagines, dein Basilii Macedonis Imperium, nefarii Parricidæ Anno dcccclxvii. quando de Patriarchatu Constantinopolitano vigerent certamina inter Photium & Ignatium: Ignatium, inquam, filium Michaëlis Rangabes, à Theodorâ substitutum Methodio, effusæ superstitionis Virum, quo à Michaële ejecto, Photius fuit institutus Patriarcha, An. dcccclxviii. Tarasii hic quidem Iconolatræ principis ex sore nepos, Bardæ Cæsaris creatura, nec sanè mutaturus rerum faciem, aut exacerbaturus, dum Iconolatræ rerum quaquaversum potirentur, fatisque jam infensos haberet fautores Ignatii, ipsumque Romanum Pontificem, cum quo præterea de jurisdictione in *Bulgarorum* Ecclesias controversia fuit. Quo factum ut Photius An. dcccclix. ad Nicolaum scribens, *Iconomachos* damnaverit, ac Nicænam Pseudo-Synodum, tanquam *septimam*, in Libro de Synodis laudaverit, ipso etiam Tarasio Patriarchâ Avunculo summis laudibus efferendo. Synodus adversus Photium, decennio post coacta Constantinopoli, A. dcccclxix. quæ, vulgò viii. generalis, multa est in *Anathematis* vibrandis, in omnes Iconomachos, *indè ab Isaacis temporibus*, confirmatâ Synodo vii. Et ita Auctor quoque Libelli Synodici, omnesque Synodorum & Canonum deinceps in Græciâ Epitomatores, ac Græci in Synodo Florentinâ *Sessione* v. in quâ Nicænam confirmarunt. Quanquam non unum à Latinis discrimen in Græcis observetur, in hunc diem. Primò enim convenit, & observavit quoque Mimatensis, non ferre Græcos in Ecclesiis, locisque sacris, sculpta simulachra, statuale seu sculptas seu fusas, cujuscunque materiæ, ἀνδράντες, ἀγάλματα, ξόανα, γλυπτά, λαξόβτες εἰκόνας, quæ strictè sunt εἰδωλα τοῖς LXX. prohibita utpote Lege Moysi, & Gentilis Idololatriæ propria, solis admittis εἰκόσιν χαρπίαις *Imaginibus pictis*, quæ ἐκ χρωμάτων vel ἐκ ψηφιδῶν, *ex coloribus* vel *ex tessellis*, aut si qua alia congruens materia. Secundò, in confessio pariter est, ut supra Maimburgius ex Actis Nicænis, neque hanc Synodum, neque subsequentes in Græciâ Iconolatræ, ulla probasse Imagines *Dei ἀσέβητος ἢ ἀκατάληπτος*, aut *S. Trinitatis*, quod multis notrates Theologi adversus Latinos recentiores evicerunt, & Dallæus ad finem Libri iv. de Imaginibus. In quo, & compluribus aliis circa Imagines superstitionibus, auctarium ingens accessisse Iconolatriæ Græcorum, questi jam Durandus, Polydorus, Vives ad Augustinum, Casfander, complures alii, obvis in scriptis. Tertio, quocunque ἀσπασμῶ alias Imagines venerentur, solam προσκύνησιν, quæ cum genuflexione fit, adscribere Imaginibus Christi, quandoque & Θεοτόκος, pridem observatum, & pluribus Edwinus Sandis de Statu Ecclesiæ Orientalis. *Latriam* certè nullam, cum Latinis, ligno Crucis, aut Imagini Crucifixi unquam tribuere. Quarto, honorem etiam Imaginibus exhibendum non alium esse volunt, saltem doctrinâ & verbis, quàm qui exhibetur Vasis Sacris, Libris Evangeliorum, Vestimentis, Ædificiis Deo consecratis, quò sæpè videntur spectare

Georg. Mon. P. 526.

P. 534-535.

L. vi. P. 344. & seq.

T. vii. col. 1782. 1784.

Maimb. L. vi. P. 356.

T. vii. Concil. col. 1108.

T. xii. Concil. col. 82.

Ration. l. i. C. 118. §. 2.

A. Nic. T. viii. col. 555.

Sec. vii. P. 523.

Relat. C. xlii. p. 398.

argumenta Nicænorum Patrum, de quibus *Sectione*
 Constant. vi. & vii. Quamquam, ut prolixè Auctor Historiæ
 Christ. Byzantinæ *Libro* III. mira circa Imagines *Deipara*
 Ed 1680. fuerit Constantinopolitanorum præprimis supersti-
 p. 89. tio, & hodieque alii aliis rudiores sint, cumprimis
 90. 91. Russi, quos Imagines venerari ut Deos, ità etiam
annuncians, Olearius in Itinerario retulit. Ut pluri-
 mum aperto capite τοῖς χεῖλεσι φίλῶσι labris osculan-
 tes Imagines, quod est illis κῆρυξ, κῆρυξ, προσκυνεῖν,
 nec ultra quid voluisse Nicænos, prudentiores qui-
 dem Græci. Non hos intra terminos constituisse
 Romam Iconolatricam, ejusve seu doctrinam, de
 Sect. vii. quâ supra obiter, seu scædam universalemque pra-
 Loco cit. xim, satis jam exploratum est. Quintò, id cer-
 tum, quod pridem & Durandus Mimatensis nota-
 vit, longè moderatius & parcius uti Græcos pictis
 Imaginibus, quàm Latinos. Hinc pauciores in
 Basilicis Græcorum picturas observaveris, quando-
 que nullas, quod de Armeniorum, Christianorum
 Persiam incolentium, quandoque & Russorum Tem-
 plis, qui in Portis effingunt, ut saluent ingressuri,
 jam alii retulerunt. Denique modestiores longè
 sunt Græcorum & Orientalium Imagines. Duran-
 dus monet, solum ab umbilico supra, & non infe-
 rius, pingere Imagines, ut omnis stulta cogitationis oc-
 casio tollatur. Vanflebius Dominicanus in Historiâ
 C. vii. nuperâ Ecclesiæ Alexandr. Id apud eos, in Ægypto
 P. 53. Christianos, laudatissimum repertum, quod sunt omnes
 eorum Imagines modestissima, omnesque eadem formâ B.
 Virginem semper capite velatam representant, & habitu
 quo totam obtagit, more Orientalium, ut nulla nec sinus
 Virginei, nec ipsius Infantuli nuditas, quem ulnis gestat,
 pariter obvelatum, appareat. Addit, scandalum ingens
 Schismaticis, & Turcis quoque videntibus nostram Reli-
 gionem, subnasci, adpectu Imaginum B. Virginis,
 nudatis uberibus, nudatoque Infante. Quibus de causis
 pridem factum, ut Græci Latinos coarguerent immodi-
 cæ circa Imagines superstitionis; sed retorsuro facta
 quædam Constantinopolitana Pantaleone Mona-
 cho, qui de Græcorum Erroribus scripsit Sæculo XIII.
 & quæ satis confirmat Historia Byzantina Imaginis
 B. Virginis in Blachernis, vel Deipara Hodegetria, quam
 à Lucâ depictam crediderunt, de quâ post alios
 Carolus du Fresne, Historiæ Constant. *Libro* III.
 Nihil jam de recentioribus Orientalium Confessionibus
 dicimus, quibus reprobata Imaginum omni ado-
 ratione, soloque usu historico admissio, recesserunt
 plurimum ab Iconolatriâ Nicænâ, & succedentis
 Græciæ.

SECTIO. IX.

BREVIARIUM.

Oppositiones in Occidente post tempora Caroli M. &
 Synodi Francofortana. A quibus hæc opera occupata.
 Quæ supersint contra Maimburgium, & Natal. Alex.
 Iconomachi Britanni. Hispani. Itali. Germani. Galli
 sub Ludovico Pio, & deinceps. Conventus Parisinus.
 Assensiones Præsules, & Theologi Sæculo IX. Excep-
 tiones nuperæ contra Parisiens. Synodum. Maim-
 burgiana singula excussa. An Conventus fuerit, non
 Synodus? Retorta alia. Discrimen inter Crucem, &
 Imagines ostensum. Effugia Natalis Alex. circa senten-
 tiam Gallorum Sæc. IX. Fracta & enervata. Docu-
 menta ex Gallis ipsis contra Imagines. Recentiorum
 de facto assensus. Sirmondi, Petavii, Baluzii,
 Mexerei data. Sed & Maimburgii. Jesuita ini-
 quissimus in Gallos suos. Ejus acrimonia, & sevi-
 ritas. Spiritus Evangelii Maimburgio qualis. Continua-
 tio Iconomachia observata in Gallis, adhuc Sæc. XII.
 & sequens. Moderata Superioris ævi Gallorum Judi-
 cia. Gallia Jesuitica in aliud extremum prolapsa.
 Persecutio novissima ob repudiatam superstitionem. Con-
 troversia de Eucharistia symbolis, occasione Imaginum
 nata, aliò spectans.

Portum tandem, secundis ventis, post longam
 satis velificationem, contingimus, ortu pro-
 gressuque omni Iconolatriæ, cumprimis à primor-
 diis Octavi Sæculi, ad stabilitam illam firmatamque
 in Oriente, indè ab A. DCCCXLII. prolixè recensito
 hætenus ac vindicato. Superfunt sententiæ Occi-
 dentalium, post ea quæ de Caroli M. & Francofor-
 tantæ Synodi definitionibus, *Sectione* VII. adversus
 Petavianas, Maimburgianas, Alexandrinæque nu-
 per instantias, asserta fuere atque historicè demon-
 strata. Sed hoc labore mecumprimis sublevarunt,
 post Catalogos Festium Veritatis, Viri in nostratis
 Doctissimi, Usserius de Successione Ecclesia-
 rum in Occid. Joh. Dallæus *Libro* IV. de Imagini-
 bus, Joh. Forbesius Instructionum Theologicarum
 Libro VII. Petrus Allix Dissertatione de Concilio-
 rum definitionibus. Quod magis est, assensum
 nostris historicum hac parte præbuerunt Censores
 Galli, iique Pontificii, in judicio de Maimburgia-
 nis Historiis, in quo de gestis Gallicanis sub Ludo-
 vico Pio, & deinceps, in causâ Imaginum. Hi
 enim Viri exorti præcipuè ab Historiâ Synodi Pari-
 siensis, sub Ludovico Filio Caroli M. Anno DCCC-
 XXIV. indictæ occasione literarum legationisque Mi-
 chaelis Balbi, de quâ supra, ac productâ serie acer-
 rimarum inter Gallos præcipuè oppositionum, ad-
 versus cultum Imaginum, nihil ferè reliqui nobis
 fecere, nisi ut novissima Ludov. Maimburgii, &
 Natalis Alex. (post Bellarminum, & Petavium ex
 quo ferè sapiunt) commenta modò digito monstre-
 mus. Indicasse enim ista post fulgentem in Scriptis
 authenticis hodieque veritatis lucem, confutasse est
 destruxisse. Neque nobis iudicis partes vindica-
 mus.

II. Igitur adversus Pseudo-Synodum Græco-
 rum, & cultum religiosum Imaginum, quem-
 cunque tandem, producuntur, post Libros Ca-
 rolinos, & Canonem Francofortanum. I. Con-
 sentientes Britanni, & Britannorum Ecclesiæ;
 quas per delegatos interfuisse Synodo Germanicæ,
 consensus est. Accessit Epist. hac de re Alcuini,
 nomine Episcoporum ac Principum Britannia scri-
 pta, postquam ad eos Carolus misisset Synodalem
 Græcorum Librum. Quam aliqui absurdè vellent
 fuisse ipsum Capitulare Carolinum. Sed de Britan-
 nis Imaginum adorationem execrantes, ex Simeone
 Dunelmensi, Rogero Hovedeno, Auctore Rossen-
 sis Historiæ, aliisque, Usserius Libro citato. Quos
 inter ceteri debent Sæc. IX. inclyti Scoti, Johannes
 Mailrosius, Claudius Clemens, Rabanus Maurus
 Alcuini Discipulus, ipse Magnus Alfredus fundator
 Scholarum Britannicarum: Qui in Scripturis Sacris
 vertendis, commendandis, interpretandis ferè toti,
 ab Iconolatriâ alienissimi fuere. Undè Spelmannus
 in Vita Alfredi Regis, Regem secundum præceptum, L. III.
 de non adorandis Imaginibus, contra illius à Concilio Ni-
 cano II. confirmatam omissionem, ipsummet substituisse.
 Adi & Balæi Centurias, ex quibus præterea liquet,
 & ex Catalogo Testium ex Fullerii Historiâ Ecclesiæ
 Anglicanæ, ex Usserio, aliis, prodisse ex hac di-
 sciplinâ, successivis temporibus, Viros ab omni
 Idololatriæ specie, & ab Imaginum singulariter
 cultu abhorrentes, quos inter Sæculo XIV. inclina-
 to Joh. Wiclefus, ad Bohemos in exilio transiturus.
 Henrici VIII. Eduardi VI. & Elizabethæ tempora ex
 Historiâ deinceps Burneti, viri Eximii, repetantur.
 II. Nec aliter Hispani, quos & cultui Imaginum re-
 stituisse, eademque sensitse cum Carolo & Franco-
 fortanis, docet Synodus Germanica, cujus & ipsi
 pars aliqua. Sed nec Elipandum Toletanum, nec
 Felicem, damnatos ob Hæresim adoptianam, in
 Capite de Imaginibus dissensisse à Gallis, Germa-
 nis, ullus dixit. Imò ut Iconomachos describunt
 Pla-

Constant. Christ. Ed 1680. p. 89. 90. 91.
 Sect. vii. Loco cit.
 Hadr. de Relig. Græc. P. 74.
 C. vii. P. 53.
 Bibl. Patr. T. XXVII. Alex. Nat. T. XIV. P. 761.

C. II. p. 33. & deinc. C. v. vii. VII. C. XII. & seq. C. VII. & seq. Entrec. P. 179.

Sect. VIII. N. X.

T. XIV.
Sect. VIII.
P. 229.
Baluz.
Nor. ad
Agob.
P. 12.

Jonas
Aurel.
L. I. de
Imag.
Bibl.
Patr.
T. IV.

C. VIII.

Dissert.
VII. §. XV.
T. XIV.

Cent. I.

L. II.
p. 258.
Ed. R.

L. IV.
p. 51. 52.
L. v. p.
257. &c.
Sect. VII.

Platina in Hadriano I. Joh. Nauclerus, Bern. Lut-
zemburgus, Alphonsus à Castro, Gabriel Prateo-
lus, & si qui plures Hæresologi. Natalis Alex pro
auctoritate quidem suâ suspicatur, *hallucinosos* esse
in eo Scriptores præfatos. Adde Hispanum fuisse
Claudium Taurinensem, insignem Iconomachum;
de quo statim: sed nec in Hispanicis *Conciliorum*
Tomis, ante Saracenorum tempora, Imaginariæ
superstitionis quicquam apparet. III. *Italorum* ad-
versus *εικονομαχίας* accessio, in ditionibus Caroli
M. & Ludovici Pii, quorum præsentis Episcopi
in Synodo Francof. indubia est. Cum primis
verò sub Ludovico Pio, quando *Claudius Tauri-*
nensis Episcopus, in magnâ apud Ludovicum gra-
tiâ & existimatione, eradicaturus *superstitiosam imo*
perniciosam Imaginum adorationem, cui ex inolitâ
consuetudine nonnulli Italorum dediti fuerant, Ima-
gines omnes, ad Leonis Isauri, dein Sereni
Massiliensis, exemplum, è Basilicis suæ Dice-
ceseôs sustulit, undè *Iconoclastæ* illi nomen. In-
surrecturis quidem Gallis in factum illud Clau-
dii, tanquam inconsideratum zelum, & asserturis
usum Imaginum historicum; at simul suis in
Claudium scriptis *adorationem omnem, & Iconodu-*
liam Nicænam, acerrimè damnaturis. Et à Clau-
dii temporibus hæsisse semper, in tractu Pede-
montano, & Lombardiæ partibus, tenaces Chri-
stianos primævæ simplicitatis, cultu *Sanctorum*
& *Imaginum* reprobato, à quibus Albigenes ori-
ti, ex M. Aurelio Roreno, Reinero Inquisitore,
Confessionibus antiquis Mss. collegit documenta
plura J. Legerus, in *Historiâ Valdensem*, post Il-
lyricum, Usserium, Comenium, alios in nostratis.
IV. *Germanos* adhæsisse quàm diutissimè Synodo
apud se habitæ sub Carolo M. multa docent. Cer-
tè Walafridus Strabus, Germanus ipse, & Abbas
in Dioecesi Constantiensi, mortuus ante medium
Sæculum IX. *Vir literarum scientiâ illustris*, in Li-
bro de Rebus Ecclesiasticis, multus est illinc in
commendandâ *utilitate Imaginum, ad instructionem*,
hinc in reprobandâ *superstitione & habitudine in iis co-*
lendis vel adorandis. Excerpta ipse Natalis Alexan-
der exhibet, Articulo ultimo suæ Dissert. Nec in
quæstione de *Imaginibus* credendi aliter sensisse à
Magistro Alcuino, & à Germanis Gallisque sub
Carolo M. Ludovico & Lothario Imp. par Ger-
manorum Antistitum eo tempore eximium, ex Ab-
batibus: volo *Haymonem Halberstadiensem, &*
Rabanum Maurum tandem Moguntinum Archiepi-
scopum, qui toti Scripturis S. interpretandis incu-
buere, laudandi Balæo in *Centuriis*, post Trithemium
in *Catalogo* suo, qui de Rabano, *illi nec Itali-*
am similem, nec Germaniam peperisse æqualem. Adde
testimonium luculentum Nicetæ Choniatae descri-
bentis res sub Isaacio Angelo, & expeditionem Æ-
nobarbi in Orientem, circa A. MCLXXXVIII. Συγ-
χεῶνται τοῖς Ἀρμενίοις Ἀλαμανοί, ἢ καὶ αἰρέσεων τῶν
πλείστας, ἀδύλοιοι συμφέρονται. *Alemanni & Armenii*
commercium inter se agitant, & in plerisque dogmatibus
consentiunt. Pergit; Ἀρμενίοις καὶ Ἀλαμανοῖς ὁπίσης
ἢ ὁρίων εἰκόνων προσκυῶσις ἀπηγορεύεται. *Nam apud*
utrosque sacrarum Imaginum adoratio peraquè interdita
est. Mittimus Annales Fuldenses, Uspergensem,
Aventinum, Chronica alia, & qui res Bohemica-
rum ac Slavonicarum Ecclesiarum conscripsere,
ipsaque tandem Lutheri & succedanea his tempo-
ra. V. *Gallos*, aliquot Sæculorum decursu, tenaci-
ssimos fuisse doctrinæ Caroli M. Synodumque
Græcorum reprobasse, & omnem Imaginum ado-
rationem, summa est consensus Pithœi, Pap. Mas-
sonii, Sirmondi, Mezeræi, Baluzii, Portu-Regio-
riorum, ipsiusque Maimburgii, quod jam supra
dicebamus. Hinc apud laudatos antè Scriptores,
prolixa narratio Synodi Parisiensis, coactæ ex præ-

stantissimis toto Regno Episcopis, in ipsâ Regiâ,
auctoritate Ludovici Pii, An. DCCCXXIV. Nov. men-
se, monito ante per Legatos Eugenio II. Et occa-
sionem istius fuisse legationem Michaelis Balbi, de
Iconolatriâ Græcorum apud Ludovicum conque-
sti, deque Schismaticis ad Romanum Episcopum
transfugis, jam ex superiori Michaelis historiâ con-
stat.

III. Ut vero hæc *Synodus*, aut si malint, *Conven-*
tus Parisinus, expensis Literis Hadriani, & defini-
tione Nicænâ, reprobravit & hanc ipsam, & omnem
cultum aut adorationem Imaginum, junctâ *Colle-*
ctione de Libris Sanctorum Patrum, mittendâ ad Eu-
genium, per Imperatores Ludovicum & Lotha-
rium, quos de faciendis in hac causâ per *Literas*
instruunt, id verò est quod prolixè, ex Dallæo
ipso, Natalis Alexander commemorat. Et in eâ
Collectione, ad xvi. Capita reducerunt quicquid
ad Controversiam Imaginum, damnatis *primò Ca-*
pitate Iconoclastis, secundo confirmatâ sententiâ Gre-
gorii I. de usu Picturarum historicarum; in cæteris,
invecti in Græcorum Synodum; & omnem circa
Imagines superstitionem, everfis effugiis & respon-
sis ipsius Papæ Hadriani. Doctrinam hanc appro-
barunt (*errorem, Hæresim*, Gallorum vocat Maim-
burgius) mediâ in Galliâ, hoc Sæculo IX. Viri-
tùm temporis doctrinâ & auctoritate eminentissi-
mi:

Jonas Episcopus Aurelianensis, pars Synodi Parisi-
næ, Auctor Libri qui malè inscriptus de *Cul-*
tu Imaginum, à se damnato, undè frequens er-
ror.

Jeremias Senonensis, cum Jonâ delaturus Ro-
mam Collectiones Synodi Parisinæ, adversus Ico-
noduliam.

Dungalus Doctissimus Theologus, & Monachus S. Natal.
Dionysii, edito in hanc rem scripto sub Carolo M. Sæc. IX.
& Ludovico Pio: T. XV
P. 157.

Agobardus Lugdunensis, coævus, Sanctorum
Catal. insertus, cujus aureum de Imaginibus Librum
recensuit Steph. Baluzius.

Theodemirus Abbas, cujus tamen Liber luculen-
tus desideratur, memoratus Jonæ Aurelianensi, non
semel.

Halitgarius Cameracensis & Atrebatensis Præful,
mittendus in hac causâ à Ludovico Pio ad Michæ-
lem Balbum Imperat. Græcorum:

Amalaricus Episcopus, nec is videtur esse Trevi-
rensis, mortuus hic sub initia Ludovici Pii. Istum
autem cum Halitgario præfuisse *Collectioni* adversus
Nicænam Synodum; testatur Epistola Ludovici
Pii. T. VII.
Concil.
col. 154p.

Fresulphus Lexoviensis Episcopus, membrum
Conventus Parisini, contra Iconodulos, antea mis-
sus ad Eugenium.

Hincmarus senior Rhemensis, inclinato jam Sæc.
IX. cujus antè meminimus, indignatus in *Græcorum*
Pseudo-Synodum, tanquam *secundum Scripturarum tra-*
ditionem, Traditionemque Majorum, à Carolo M. *peni-*
tus destructam.

Mittimus Chronicorum scriptores, *Eginhardum*,
Auctorem *Annalium Fuldensium, Uspardum, Aimoi-*
num, Reginonem, alios, ex quibus hæc constans
Gallorum de Imaginibus sententia, sub Carolo M.
Ludovico Pio, & proximis Successoribus, abun-
dè firmatur. Ac viguisse hanc in Galliis doctrinam,
aliquot Sæculorum decursu, ὁμοψήφῳ adhuc Sac. Maimb;
XV. Gersono Cancellario Parisiensi, nec nisi *serius*, P. II.
longo tempore post Parisinam Synodum, mutasse Gal-
los sententiam suam, adoptatâ Nicænâ Synodo, jam 283.
est ex Pontificiis scriptoribus à me indicatum, Se-
ctione VII. Adi præterea ipsum Petavium, Do-
L. XV.
C. XV.
los suos perstringit.

IV. Quid

IV. Quid ad evidentem Historiæ lucem Maimburgius & Natalis Alex. post indignationem in Gallos Parisienses Baronii, Bellarmini, Binii, sequacium, qui etiam fictam esse omnem illam *Synodi Parisiensis* Historiam, ex Libello qui inscribitur *Synodus Parisiensis*, voluerunt? Maimburgius quidem Synodi ejus Patres prolixâ declamatione exagitat, quos tamen fuisse Galliæ totius splendidissima & sanctissima lumina aliàs largiuntur. Primò est illis *Pseudo-Synodus*, *Conventus* modò, *Synodi* nomine indignus, *parum rationalis*, *temerarius*, *ultimo contemptu dignus*, hominum *cacorum*, *absurdissimorum*, *Conventiculariorum*, (ces faiseurs de Conference, ces Messieurs) & si quæ id genus elogia. Quæ retorquentur singula pari jure in *Conventus* omnes, seu Constantinopoli habitos ab Iconolatriis, seu deinceps in Galliis auctoritate Regum, adversus Hæreses aut Reformatos, habito delectu Episcoporum. Et seu *Conventus* voces, Græcis *συνόδον*, seu *Synodum* dicas, satis est, consensisse tùm Galliæ Præsules, quorum aliqui etiam *Sanctis* fuere adscripti, adversus Iconodulos. Sed *Conventus* vox familiarissima in Galliis, pro Synodo à Rege indictâ, undè *Synodus* seu *Conventus*, in Collectione Sirmondi aliquoties. Et Maimburgius disertè, *Imperatorem à Papâ veniam petiisse Conventum habendi*; quasi verò absque Pontificis indultu non potuisset indici ab Imperatore particularis Conventus aliquot Episcoporum. Deinde sugillant dicta quædam Patrum in *Collectione Parisinâ*, quæ ad causam parum facerent. Par accusatio fuit in Nicænos & Hadrianum, toto Opere Carolino, & in Scripto horum Parisiensium, atque in Disputationibus Agobardi, Jonæ, aliis, contra Imagines. Ac producenda modò erant à Maimburgio, & Natali, clariora, pro Imaginum cultu, ex primis Patribus documenta, de quibus dictum *Secl. i. vi. vii.* Tertio excipiunt, Gallicanos Præsules *sententiam suam de Imaginum veneratione subjecisse Romano Pontifici, quicquam non probaverit*. Sed Maimburgius alias ex professo docuit, nullum jus esse Romano Pont. retractandi quæ à Præsulibus fuere in Synodo circa Fidem definita. Ità solâ Regum auctoritate, & Imperatorum, convocari posse Concilia, ut factum à Constantino M. Constantio, Valentinianis, Theodosiis, Justiniano &c. deinceps à Pipino, Carolo M. & Successoribus, à Gothicis in Hispaniâ Suevisque Regibus, alibi non est ille ausus inficiari. Subjiciebant etiam hanc suam *Collectionem ex Patribus* hi Galli, quatenus ea Pontifici necessario *primùm legenda & examinanda mitteretur*, antequam suos Legatos Gallicanis adjungeret, in *Legatione ad Græcos*: instructis etiam Legatis Ludovici, quousque agendum esset cum Pontifice, si *perinaciâ Romanâ* resisteret, nec reduci posset *ad mensuram que in habendis Imaginibus retinenda est*. Quarto, urget Maimburgius, *intra Palatium*, non intra Ecclesiam habitum fuisse Conventum. Quasi locus faceret Synodum, aut Monachum habitus. Immemor etiam, *intra Palatium* coactas Synodos innumeras, ut fuerunt Constantinopolitanæ in *Trullo* Palatii, in *Blachernarum* illo, & in *Caniculis* sub Theodorâ, ac posterior Iconolatriæ. Ità Gallicanæ Synodi in Regiis plures, seu præsentibus in iis Regibus, undè à *Geniliacâ* sub Pipino, seu in proximo saltem, ut essent Episcopi sub oculis, quandoque sub nutu dominantis. Quintò causatur Maimburgius, pugnantem secum ipsis Parisinos Patres, dùm illinc *Legatum S. Crucis adorandum esse faterentur*, hinc *Imaginem I. Christi adorandam* pernegarent, ratione absurdâ, quod *mortuus sit Christus supra Crucem, non supra Imaginem*. Atqui I. Honorem habitum *Cruci* arcessebant ab antiquâ Christianorum disciplinâ, & universalis Ecclesiæ praxi, dùm *Imaginum* cul-

tum vetus Ecclesia aut ignorasset, aut certè damnasset. Et ità quoque Michael & Theophilus Imperatores in *Epist. ad Ludovicum Pium*, post priores Iconomachos, *reversos Crucem*. II. *Crucem* venerabantur, ut instrumentum peractæ à Christo redemptionis, *Cruci* affixo, si non eidem numero, saltem quæ fuisset formâ simili, quod de *Imagine* aut *Picturâ* dici posset nullo modo. III. In *Crucis* honore non pat censebant *Idololatria* periculum, utpotè quæ *figura rei inanimata*, quemadmodum esset in honore *Imaginis*, *immediate Christum representans*, undè adoratio debita Christo sacrilegè transferretur ad *Imaginem*. In quam rem Augustinus: *In Psalm. Plus valent simulacra ad curvandam infelicem animam, quod os habent, oculos habent &c.* Rursus; *ducit & affectum quodam infirmo rapit infirma corda mortalium forma similitudo, & membrorum imitata compago.* IV. *Crucis* signum ex Historiâ S. constare intelligebant, non perindè *faciem* Servatoris, ut supra ex *Secl. i.* Augustino ostensum, pro fictis & incertis habente vultus tùm representatos; Galliis etiam *Imagines Veronicam, & Abgarenam*, similesque fabellas non admittentibus. V. Non tam *adorationem* propriè dictam *Crucis* voluere, quàm venerationem, honorem, qualem etiam *Vasis Sacris, Evangeliiis, Reliquiis* deferrent, non perindè *Imaginibus*, discrimen harum ab istis pluribus ostendente *Carolo Magno* in suo *Capitulari*, & ante eum Augustino ad *Psalmum*, *os habent & non loquuntur*. VI. Hinc factum, ut non modò Armenii, reprobatis *Imaginibus*, *Crucis* retineant, in memoriam *Dominicæ Passionis*; sed etiam ut aliæ *Occidentis Ecclesiæ*, quandoque *Britannicæ*, amotis *Imaginibus* *Crucis* tamen in *Templis & Oratoriis* servandas, habendumque hoc *Signum* in honore, crediderint. Quare largimur, cœpisse undè à temporibus *Constantini M.* post signum illud ipsi in *Cælo* monstratum, *Crucis* signum in *Palatiis* *Locisque* publicis erigi, & ubique in ipsis *Nummis* *Imperatorum* signari, ac sensim evadere objectum religionis venerationis. Sed superstitioni huic origo præcipua, à traditione de invento *Ligno Dominicæ Crucis*, natâ *Sæculo* IV. ac deinceps in *Orbe* utroque firmatâ, de qua nos in nostra *Historia Ecclesiæ*.

V. Tandem unum *Natali Alexandro* effugium est, post *Petavium* suum, nempe & *Parisenses*, & *Jonam*, & *Agobardum*, & *Dungalum*, & *Walafr. Strabonem*, & *Seniorem Hincmarum*, non quamvis *Imaginum* adorationem damnasse, sed illam certi generis. Qualem te obsecro? *Permissè prudentem, discretam, moderatam, legitimam, & verè religiosam* adorationem; damnarunt *superstitiosam, immoderatam, indiscretam, propriè dictam* seu *latria* illam, qualem putabant, *errore facti*, ex verbis *Constantini Cyprii*, à *Nicænis* fuisse sancitam, & à *Græcis* observatam. Hinc corradit *Natalis* ex singulis quædam loca, quibus cultum *Imaginum* vocant *superstitionem, cultum superstitiosum, indebitum, indiscretum, divinum honorem, cultum servitutis, &c.* Mirificum sanè elabendi genus! I. *Parisinos Præsules longius adhuc progressos esse in damnandis Imaginibus*, & reprobandâ *Synodo Nicænâ, quàm fecerat Auctor Librorum Carolinorum*, statuit *Jesuita Maimburgius*. Nunc verò *Carolum M.* reprobasse *omnimodum cultum, omnem adorationem, etiam honorariam, omnem venerationem, salutationem, observationem, inflexionem* coram *Imagine*, ipsum etiam honorem quem aut *Vasis sacris*, aut *Divinis Script. Libris*, imò quem *Vivis hominibus* deferimus, id verò est quod operosè in superioribus, adversus *Natalis* hæcè distinctionulas, fuit assertum, probatumque *Orbi erudito*. II. *Novum* hoc genus argumentationis est! Respuunt *Gallicani Præsules cultum Imaginum*, tanquam immodicam superstitionem, tanquam cultum

Vide T. VII. Concil. Ed. no. vii. P. II. p. 260. Maimb. p. 265.

Nat. Alex. p. 756. Traite de l'Egl. Rom.

T. VII. Conc. col. 1549.

Suprà N. XII.

P. II. p. 265. 266.

Maimb. L. II. p. 257. In Psalm. cxiii. Serm. 113. T. IV. Ed. no. vii. 1260. Maimb. P. II. p. 265. L. II. C. xxix. Loco cit. T. IV. Ed. Novill.

Sæc. IV. Dissert. VI. Art. X. XI. XII. &c.

Maimb. P. II. p. 264. Scd. VII. p. 485. ad 519.

tum *superstitiosum, indiscretum, indebitum, honorem divinum, qui rebus inanimatorum planè nullus debeat. Respuunt quicquid honoraria aut relativa adorationis Imaginibus detulissent, vel Niceni, vel Hadrianus Papa, post Apologiam hujus Pontificis, & factum satis elucidatum, idque annis totis à Nicænâ Synodo xxxvii. Nulla iis adoratio Imaginum, quocunque nomine veniat, si modò religiosa, aut religionis actus, vel servitutis, sensu Augustini, si vel salutatio sit, aut veneratio, aut inflexio colli, capitis, genuum, nulla (inquam) ipsis censetur legitima. Imò visibilia hac nocere ad invisibilia capiendâ, fidelem ab exterioribus introrsum trahendum, non ab interioribus extrorsum; In hoc exteriorum genere esse*

Agobard. Ed. Bal. p. 142.

143. 254. 262. 265. 266.

Imagines, quas Sanctos appellant sacrilegi & insipientes; Adulso religiosus Sanctorum Imagines contemendas, & eradendas, quam serpentem anem Ezechias contrivit; Nos Deum castius absque simulacris venerari; Si adorandi homines essent, viris magis quam picti, & ubi similitudinem habent Dei; Habuisse antiquos Sanctorum Imagines, vel pictas, vel sculptas, sed causâ historiae, ad recordandum non ad colendum; Hodie totam fiduciam in rebus visibilibus collocari; hinc rectè ab Orthodoxis Patribus definitum, Picturas in Ecclesiâ fieri non debere &c. Et quæ plura omnium instar B. Agobardus, cujus Sancti memoriam recoluit Ecclesia Gallicana ad viii. Idem Junias, ex Martyrologio Ecclesiæ Lugdunensis, aliisque. Undè Stephanus Baluzius in Notis: Ego crediderim Agobardum scripsisse quod omnes

Nor. ad Agob. p. 88.

tum in Galliâ, ut etiam a Sirmondo observatum est, sentiebant. Jam ex his præmissis, quis crederet surrecturum aliquem Natalem Alexandrum, qui inferre sustineat, ergò ex mente Agobardi & Gallorum ejus temporis, omnes enim supra memoratos Præfules fuisse ὁμοῦν non negant, licet adorare Imagines, adoratione legitimâ, discretâ, moderatâ, vere religiosâ, cereos accendere, suffum adolere, munera offerre, coram iis prosterni &c. III. Tantum abest, id intellexisse Scriptores Pontificios, Natali priores, ut contrâ præter Baronium, Bellarminum, Binium, cæteros, ipse Sirmondus, ac recentiores, ipseque Maimburgius, Gallos Præfules accuserent Erroris, imò Hæresis. Sirmondus ad Conventum illum Parisinum: Pratermissis qua in hujus Conventus Actis continentur, quod Gallorum ejus Seculi ab Imaginum adoratione, ut dictum aliis, abhorrentium Hæresim redoleant.

T. II. Conc. Gall. p. 459.

Loco cit. p. 88. Dogm. Th. T. v. p. 604.

Baluzius: Omnino dum studebant veritati, videbantur facere contumeliam Imaginibus. Petavius: Posteriori isti generi Iconomachorum videntur accensendi Occidentales illi, Parisienses, Jonas, Agobardus &c. Qui quidem omnino prorsus honorem, cultum, & adorationem, sive interiorem, sive externum, Imaginibus detrahebant, easque sic in Ecclesiis admittendas putabant, ut haberi solent profana, quibus nulla honoris significatio, nec adoratio quælibet tribuitur, sed solius oblectationis, vel memoria causâ, intuituum oculis objici solent. Mezeræus: Patres Conventus Parisini postea questionem de Imaginibus disenserunt, ac concluserunt, adhaerendum esse sententiæ Gregorii Papæ, & decisioni Concilii Francoford.

Parte II. p. 468.

P. 258.

P. 269.

P. 270.

VI. Sed audiendus Maimburgius. Erant tunc in Galliâ Præfules & Doctores, supra nominati, qui idem sentiebant, in capite de Imaginibus, quod Michaël Imperator exposuerat in sua Epistola ad Ludovicum, Admit, sed ex propriis, tum non satis Gallis inter sese convnisse; imò verò quantum ad cultum Imaginum summa Scriptorum Præfulumque consensio fuit. Alibi: Ideò in Conciliorum Galliæ Collectione omissa esse Acta Conventus Parisini, quod non judicasset Sirmondus iis locum esse oportere in eâ Collectione, quoniam redoleant Hæresim Gallorum ejus Seculi, ab Imaginum adoratione abhorrentium. Rursus: Dubitari non potest, quin duo Episcopi, Jonas Aurelianensis, & Jere-mias Senonensis, qui erant calidissimi ejus Erroris fan-

tores, adhibuerint omnem operam Papa persuadendo; sed frustra, inquit ille. Neque tamen ullo documento probat, Papam Eugenium aut Gallorum sententiam, circa Imagines, quam aliquot Sæculis in Galliâ viguisse largitur, aut Ludovici Imper. moderatum consilium, reprobasse. Iterum Jesuita: Clau-P. 275. dim, evehctus ad Episcopatum Taurinensem à Ludovico Pio, secutus fuerat sententiam qua tum in Galliis factis ex usu erat, (qui étoit assez à la mode) circa Imagines, dum multi (imò omnes, ne uno in contrarium teste producto) nolent eas adorari. Quos inter Eruditissimi fuerat Jonas Episcopus Aurelian. & Agobardus Archiep. Lugdunensis, qui ambo scripsere contra cultum Imaginum. Mox: Claudius hanc propositionem, Non adorandas esse Imagines, præsupponebat esse veram, cum Præfulibus Galliæ, qui erant ejus sententiæ. Tandem in Jonâ Aurelianensi duo carpit Maimburgius; primò, quod ejus argumenta contra cultum Imaginum, aut nullius roboris sint, aut in eum retorqueri possint; 281. deindè, quod ejus in scripto sit acrimonia plurimum, quod Vir honestus debeat fugere. Habeat hoc sibi Jesuita, ac fateatur, se in Historiis novissimis omnes Viri honesti leges violasse, suâ in Reformatos non acrimoniâ, sed tartareâ maledicentiâ, quos adhuc recentissimè, jacentes afflictosque, Epist. ad Regem, ut Inimicos Dei, ac Rebelles, confodit. Ad Pacif. de favam inhumanitatem, quæ non nisi in sanguinario, & Cannibales, & Dracones cadat, dum ubique Reformatorum (quos aliis Fratres dixit) de Regno exterminium, ferro, flammis, suppliciis, cruciatibus, carceribus, exiliis, & si quæ his longè acerbiora, vel suadet urgetque, vel collaudat ac in cœlum effert, etiam prætatâ novissimè Historiâ Grego-L. III. ris i. Olim aliter: Reunio Fratrum nostrorum notis cum se- p. m. 243. ri non debet nisi eâ scientiâ, quam charitas animat, & & in De- que nihil habeat ejus acrimonia, qua in Disputationibus dic. familiaris est. Nempe hæc tandem Draconum suorum tortorumque scientia fuit, hæc jam charitas, quâ hodie reunio illa, procul omni acrimoniâ, felicissimè, ut iste putat, succedit, ad clementiæ Gallicanæ nominique Francici laudem sempiternam. Repetit in postremo scripto, de Gregorio i. Christianissimum Regem, post immisos Milites, id est Carnifices Neronibus, Deciis, Diocletianis ex novitate cruciatuum ignotos, artem invenisse, sine violentiâ, secundum Spiritum Evangelii, sine armis aliis quam illis Regia charitatis, & zeli, & Edictorum, reducendi rebelles in gremium Ecclesiæ. Compescet te aliquando Dominus!

VII. Atque ita Controversiæ totius Iconomachicæ primam originem, progressum, auxilium, cum primis ad Sæculum viii. & ix. non planè indiligenter, in tantâ adversantium Historicorum nube, vindicasse me ac restituisse confido. A quo tempore, seu in Oriente, seu in Occidente, omnia in pejus ruere, & densissimis superstitionum tenebris obsecrari magis magisque visa sunt. Cui incrementis Iconolatriæ, simul cum Tyrannide Romani Pontificis, tandemque altissimas radices acturæ, malo, pii quam multi singulis ætatibus ingemuere. Certè in Galliâ, quæ excellentioribus ingeniis, minùsque obnoxiiis Vaticanæ dominationi, supra Regna alia enituit, plures mansisse ultra Sæculum in sententiâ Concilii Parisiensis, ne ipse Maimburgius supra negat; plurimos etiam non uno Sæculo retinuisse veterem h. Entret. dem Ecclesia sua, facti post Pithœum, Sirmondum, d' Eud. alios, Portu-Regienfes nuperi, in Cenfurâ Maim- p. 196. burgianâ. Equidem Sæculi xii. scriptor Gallus, qui De Sac- cess. C. u. Aimoinum continuavit, citatus Usserio nostro, & p. 59. aliis, agens de Synodo Constantinopolitanâ contra T. II. Photium, quam viii. Universalem vocant, coactâ Concil. Ann. dcccclxix: In eâ de Imaginibus adorandis aliter Franc. quàm Orthodoxi Doctores ante desinerant statuerunt; L. v. C. Romanus Pontifex eorum votis de Imaginibus adorandis xxviii.

annuit. Eodemque Sæculo XII. surrexisse in Galliâ Lugdunensî, Narbonensî, vicinisque Provinciis, dispergendos usque in Picardiam Galliæ Belgicæ, *Pauperes de Lugduno, Valdenses, Albigenses, Petro-Brusianos*, qui in hac certè causâ de Imaginibus, ut in gravissimis aliis, sentirent quod *hodie Protestantes, disseminandâ eorum doctrinâ, non per Galliam solum totam, sed per omnes panè Europæ oras*, pluribus Poplenerius Historiæ Francorum Libro I. laudatissimus Pontificiis scriptor. Ità Mezæreus, aliique, ut taceam nostros. Sed mox iidem calumniis obruendi, tanquam *Manichæis* aliisque monstris erroribus imbuti, & igne ferroque exterminandi, signa in eos primùm tollente Concilio Lateranensî III. A. MCLXXX. dein & Lateranensî IV. sub Innocentio III. A. MCCXV. Quâ de re nos in nostra *Historia Ecclesiast.* Sæculo XII. & XIII. Neque deleta unquam ab eo tempore aut extincta in Galliis veritas fuit, odiumve fœdæ superstitionis, ut præter reliquias Albigensium ævo super. ex P. Pithoco, P. Maffonio, St. Baluzio, & Portu-Regiis, Pontificiis scriptoribus, jam supra notatum fuit. Ac Concilium Cameracense, Galliæ Belgicæ III. superiore Sæc.

In Notis, sub Maximiliano Imperatore, productum Baluzio p. 88. 89. ad Agobardum: *Admonendus est Populus, animum orantis aut venerantis in rem signatam referri, & non in signum, Imaginem, quod nec audit, nec videt, aut sentit.* Sed remedium non aliud, quàm quale suadebant primò Imperatores Orientis, Leo Isaurus, & Michaël Balbus, Imagines si non omninò tollendo, saltem de humilioribus locis efferendo, ponendoque in sublimioribus, extra periculum adorationis. Idque intendebat Elizabetha Regina sub initia Reformationis, *conservatura usum Imaginum*, interdicto cultu, sed periculum rei, post Eduardum VI. intellectura tandem, ex gravissimis, quæ produceret Clerus Anglicanus, clarissimisque rerum documentis, quæ leges apud Burnetum, sub finem Partis II. & in Collectione Actorum. Spem sanè fecerant, pellicendis Reformatis, Viri in Galliâ graves, proscribendæ tandem superstitionis, reducendis scil. rebus in statum primævum, qualiter sub Carolo M. & Ludovico Pio. Sed fefellit eventus, jamque medios inter ignes & equuleos, ità tamen ut mori negetur nisi post mortes infinitas, adiguntur miseri ad flectendum genu *coram manufactis*, & extortâ invitis confessione, ad Articulum hunc Sacramento firmandum: *Profiteor haberi debere ac retineri Imagines Jesu Christi, & Beatae ejus Matris semper Virginis, aliorumque Sanctorum & Sanctarum, eis honorem ac reverentiam exhibendo quæ ipsis debetur*, id est cultum adorationis. Cecidit Arbor fructibus nuper eximia, ramis foliisque vegeta, excisa tandem hominum manu, sed stirpem radicem in terrâ relictura, nec planè trunco aut radicibus evellenda, quicquid furor molitur. Cuduntur Nummi, *Nomine Reformatorum exciso*, extinguuntur in dies reliquæ, nudantur fundamenta, vestigia ipsa delentur, eriguntur trophæa, fervent callida in exteros consilia, apparantur bella, conspirant Reges terræ, tumultuantur Monachi, in-

tentantur undique extrema, dicunt cum animo suo, *vim inferamus eis pariter!* Sed est, qui irritus faciat Job. v. 12. *cogitationes astutorum, ut non perficiant, est Deus for-* Jer. I. 2, *in retributionum Jehovah, qui omninò repondet.* 56.

VIII. Desideraret fortassis quispiam, ut occasione Controversiæ Iconomachicæ quædam diceremus de diversissimâ alterâ, sed cui *Imaginem* illinc destructores, hinc assertores alii, dedisse originem aliquam videri possint. Fuit illa de *Eucharistia Symbolis*, essentne modò τύποι, εἰκόνες, *figura, imagines* Corporis & Sanguinis Dominici, an verò ipsissimum verumque *Corpus & Sanguis*, factâ mutatione quâdam supernaturali? Prius asseruisse Græcos Iconomachos, sub Constantino Copronymo, in Synodo ipsis Septimâ, A. DCCLIV. visum supra est in ejus Synodi *h-* Sect. III. *storiâ.* Nempè *veram & solam Imaginem* Vivifici Corporis Christi dari in Eucharistiâ, scil. τὴν ἀληθινήν, *ipsam panis substantiam, μὴ σχηματίζουσαν ἀνθρώπου μορφῶν, non figurantem hominis formam.* Contra Nicæni, responsuri in Actione VI. negabant, sacrificium illud Eucharisticum dicendum esse εἰκόνα *Imaginem*, vel τύπον *figuram*, sed αὐτὸ τὸ σῶμα ἢ αὐτὸ τὸ αἷμα, *ipsum Corpus & ipsum Sanguinem* Christi. Idem eos ante Damascenus, fautor Imaginum, doctus ab Anastasio Sinaitâ, asserens quandam μεταποίησιν *εἰς εἰκόνα* mutationem supernaturalem Symbolorum in *Corpus & Sanguinem* Domini, sed quale istud fuisset ante Resurrectionem. Procul hi tamen à μεταστώσεως *seu transsubstantiationis* commento, ex additis exegetibus, ac similibus, quale illud *alimenti* quod *mutatur* in corpus nostrum, assimilatione, non annihilatione substantiæ. Remotiores longè Iconomachi, quibus symbola veniunt nominibus εἰκόνας, τύπος, εἰκονισματός, εἶδος, σχηματός, ἀναμνήσεως &c. Si tamen Maimburgium audis, & Natalem alterum, *Iconoclastæ crediderunt presentiam realem, consentiebant cum Catholicis in Articulo de Presentiâ reali*, securè repositis quæ ab Albertino, dein & Claudio, Viris Eximiis, pluribus discussâ noverant. Sed eruptura in nervum medio Sæculo IX. hæc Controversia fuit, post editum Paschasii Abbatis Corbejenfis scriptum, de *Sacramento Eucharistia, seu de Corpore & Sanguine Domini*, cui se eo Sæculo plures opposuere, ac primipili quidem Johannes Scotus & Bertramus Monachus. Verùm hæc aliò spectant, dicenda pluribus in Ecclesiastica nostrâ Historiâ, ad Sæculum VIII. & IX. sub titulo de *Erroribus* eo Sæculo, aut primùm traditis, aut propagatis. Egit verò postremus hanc omnem causam, adversus Arnaldum Pontificium, pari doctrinæ, elegantiz, & accuratationis laude Venerandus Claudius, Carentonensis nuper Theologus, cum primis in *Libris* IV. v. VI. *Responsionis* suæ, quem adi. Hucusque Historia Imaginum integritati suæ restituta. Utri verò nostrum, Maimburgio an mihi, paginas ejus percensenti, contigerit, quod nostratibus imputat, *abuti Maimburgi credulâ simplicitate ausu nefario, fucare Historia fidem, ad calubique imponere, ac prodere causa infamiam*, aliorum *cem Hist.* *judicium* erit.

In Notis, sub Maximiliano Imperatore, productum Baluzio p. 88. 89. ad Agobardum: *Admonendus est Populus, animum orantis aut venerantis in rem signatam referri, & non in signum, Imaginem, quod nec audit, nec videt, aut sentit.* Sed remedium non aliud, quàm quale suadebant primò Imperatores Orientis, Leo Isaurus, & Michaël Balbus, Imagines si non omninò tollendo, saltem de humilioribus locis efferendo, ponendoque in sublimioribus, extra periculum adorationis. Idque intendebat Elizabetha Regina sub initia Reformationis, *conservatura usum Imaginum*, interdicto cultu, sed periculum rei, post Eduardum VI. intellectura tandem, ex gravissimis, quæ produceret Clerus Anglicanus, clarissimisque rerum documentis, quæ leges apud Burnetum, sub finem Partis II. & in Collectione Actorum. Spem sanè fecerant, pellicendis Reformatis, Viri in Galliâ graves, proscribendæ tandem superstitionis, reducendis scil. rebus in statum primævum, qualiter sub Carolo M. & Ludovico Pio. Sed fefellit eventus, jamque medios inter ignes & equuleos, ità tamen ut mori negetur nisi post mortes infinitas, adiguntur miseri ad flectendum genu *coram manufactis*, & extortâ invitis confessione, ad Articulum hunc Sacramento firmandum: *Profiteor haberi debere ac retineri Imagines Jesu Christi, & Beatae ejus Matris semper Virginis, aliorumque Sanctorum & Sanctarum, eis honorem ac reverentiam exhibendo quæ ipsis debetur*, id est cultum adorationis. Cecidit Arbor fructibus nuper eximia, ramis foliisque vegeta, excisa tandem hominum manu, sed stirpem radicem in terrâ relictura, nec planè trunco aut radicibus evellenda, quicquid furor molitur. Cuduntur Nummi, *Nomine Reformatorum exciso*, extinguuntur in dies reliquæ, nudantur fundamenta, vestigia ipsa delentur, eriguntur trophæa, fervent callida in exteros consilia, apparantur bella, conspirant Reges terræ, tumultuantur Monachi, in-

Vide Sect. II. & VII. De Orth. Fide L. IV. C. XIV.

N. CCX. L. VII. P. 433. Sæc. VIII. Diff. XV.

Artic. Joram. abjurat. Dan. XV. 23.

FRIDERICI SPANHEMII MISCELLANEORUM

A D

SACRAM ANTIQUITATEM

E T

ECCLESIAE HISTORIAM

PERTINENTIUM

LIBER SEPTIMUS.

QUI CONTINET

DE CHRISTIANORUM QUIBUSDAM
RITIBUS SACRIS
GEMINAM DIATRIBEN.

DIATRIBE PRIOR
HEIDELBERGENSIS

DE RITU

IMPOSITIONIS MANUUM
IN ECCLESIA VETERE,
AC DEGENERERE EJUS USU.

P A R S I.

B R E V I A R I U M.

Rituum Christianorum varia distributio. Humanorum inter Christianos rituum multiplicatorum origines monstrata. Χειροθεσίας usus apud Judaeos quintuplex. Hinc septuplex ejusdem usus apud Christianos fluxit. Primus in recens baptizatis exponitur. Latius idem declaratur. Discrimen in eo quintuplex inter Ecclesia Apostolica & primitivam subsecuta praxin. Differentia capita decem inter primitivam illam χειροθεσίαν & Confirmationem Pontificiam. Quo pacto χειροθεσία post Baptismum admitti hodie posset, annectitur. Secundus χειροθεσίας antiquae usus, in Catechumenis nondum baptizatis. Hujus usus à priori discrimen, & judicium de eo.



De ritu Impositionis Manuum, (Hebraeis ellipticè סמיכה vel סמיכות, χειροθεσίας Græcis,) ex Respondentis nostri voto, quantum ii finent quibus arctamur fines, dicturis, res omnino paulò altiùs videtur esse repetenda. Christianorum quidem ritus generalissimè dispefci possunt

in *Apostolicos* seu *primævos*, & *Ecclesiasticos* seu *adventitios*. Illi iterum in duplici differentiâ, ut sint alii *præcepti* Apostolici, alii *præceptos* Apostolicæ, alii cum *mandato* servandi, alii autem *sine mandato*. Posterioris generis fuere, Impositio manuum in conferendis charismatis Spiritus S. Immersio baptismalis, ritus Agapæ, cottidiana & vespertina Communio, Exorcismus obsessorum, Diaconissarum ministerium, &c. Prioris generis, alii denuò ritus ex *præcepto particulari*, *temporario*, & *mutabili*, quales de aperto capite viri prophetantis 1. Cor. xi. 4. de velandis mulieribus pro more gentis 1. Cor. xi. 5. 6. de unguendo oleo infirmis Jac. v. 14. de abstinentiâ à suffocato & sanguine Act. xv. 29. &c. Alii verò ex perpetuo *universali*, *perpetuo*, & hactenus *immutabili*; quales ritus baptismi Matt. xxviii. 19. fractionis panis Luc. xxii. 19. communionis sub utràque specie Matt. xxvi. 27. 1. Cor. xi. 28. &c.

II. Præter hosce ritus, sublatis Apostolis, novi cottidie, iidemque tantâ multitudine, tantâque diversitate, in Christianâ Ecclesiâ succrescere, ut & numerum & pondus Judaicorum rituum excederent. Alii in Oriente, alii in Occidente ritus; alii pri-

primis, alii sequioribus sæculis; alii indifferentes naturâ suâ, superstitiosi quàm maximè alii. Cujus multitudinis & diversitatis causæ potissimum hæc fuisse videntur. I. Libertas rituum quodammodo relicta Ecclesiis; modò fierent omnia *ὁράσεις* & *ἀγαπήσεις* I. Cor. xiv. 40. nec jugum ceremoniarum umbræque futurorum revocarentur Col. 11. 16. &c. II. Animus Christianorum Antistitum minimè malus. Ut nempe & reverentiam sacris majorem conciliarent, & rudiores extremis ritibus, veluti picturis quibusdam, erudirent; unde is cumpumis rituum circa Sacramentorum administrationem apparatus. III. Dispersio Christianorum per regiones, ut terrarum spatiis sic morum disparitate divisas, nec iisdem omnes luminibus collustratas. Hinc suos deinceps Orientalis Ecclesia ritus, Meridionalis suos, suos Occidentalis habuit; hinc alios sæpè Græci, alios Armeni, alios Syri, alios Persæ Christiani, Africani, Cophitæ, Æthiopes alios; imò neque in Occidente eisdem semper Britannia quos Italia, aut Mediolanum quos Roma. IV. Gentilissimi passim adhærentes Christianis reliquiæ; Gentilium quinetiam cum Christianis permixtio, quibus hi pridem gratificari, fidemque approbare Christianam, communiōe & similitudine quadam rituum voluere. Quâ Eruditi origine, *usum imaginum publicum, hymnos in honorem Sanctorum, festa, templa, vota, oblationes, cereos, pompam sacrificalem, altaria, adorationes, sacras vestes, antiphonas, xerophagias, initiationem Catechumenorum, gradus penitentium*, aliosque id genus ritus fluxisse in Veteri Ecclesiâ censuerunt. V. Crescens sensim superstitio, & in doctrinâ corruptio: unde rituum superstitiosorum amplissima deinceps seges, quarto jam & quinto pullulans sæculis. VI. Crescens luxus & mollieties Christianorum, sub Christianis Principibus: unde pomposus ille ornatus templorum, altarium, Sacerdotum &c. VII. Crescens tyrannis & dictatura Romani Pontificis; cujus unius auctoritate plurimi ac propemodum innumeri in Romanam Ecclesiam ritus, inde à tertiâ, quartâ, maximè quintâ, sextâ, & sequentibus ætatibus inventi, qui & rudis plebeculæ animos occuparent, & Cleri subservirent ambitioni, avaritiæ, superbiz, & ad pompam ac splendorem externum imprimis facerent. VIII. Crescentes hæreses Sabellii, Arii, Photini, Eunomii, Eudoxii, Macedonii, Nestorii, Eurychis, &c. quibus profligandis, dum primi illi Heroes strenuè incumbunt, modòque Hæreticis, modò Gentilibus Christo lucrandis, cæterâ schismatis devitandis, multa in ritibus & ceremoniis tolerant, multa indulgent, multa liberaliùs largiuntur. IX. Crescens morum corruptio; unde simplicitatis contemptus, ferunturque animi ab internis ad externa, simplicibus obduran- tur, magnificis afficiuntur, & sua negatur efficacia Sacramento, inquiebat Tertullianus, *quoniam tantâ simplicitate, sine pompâ, sine apparatu novo aliquo, denique sine sumtu aliquo, homo in aquâ demissus, cœteris pauca verba tinctus, non multo vel nihilo mundior recedit*. X. Crescens ignorantia & neglectus Scripturarum, ac purioris antiquitatis, tum in Pastoribus, tum in grege: unde solis hisce externis idiotæ pasci, facileque persuadere sibi inde à primis illa temporibus derivari.

III. Hic verò ritus *χειροθεσίας* mediæ cujusdam conditionis est, *primæ* in legitimo usu, *advocatus* in vano & superstitioso. Atque ut de illius origine primò, de usu deinceps differamus, non aliunde ista quàm à praxi Judaicâ derivanda. Familiaris nempe Judæis ritus, *privatus & publicus, ordinarius & extraordinarius, ante Legem & sub Lege*. Atque ad eò usurpatus. I. In *benedictionibus*, sicubi nempe pueris, aut liberis, aut quibuscunque aliis

benè præcarentur: vel unius Jacobi exemplo, nepotis utriusque capiti imponentis manus Gen. XLVIII. 14. Adde illud Levit. ix. 22. Qui deinceps deferendi pueros, manuum impositione benedicendos, ritus fuit Hebræis familiaris, uti & à Christo in Euangelio legimus factitatum. II. In *ordinationibus & consecrationibus ad munus, sive Ecclesiasticum, sive Politicum*. Quomodo à Mose consecratus Josua Num. xxvii. 18. Deut. xxxiv. 9. etiam verisimiliter LXX. Seniores Num. xi. 25. & consecrandi Levitæ Num. viii. 16. Quo etiam deinceps ritus auctoritati Judæorum sive Magistrum, sive Seniores, sive Judices, saltem à temporibus Captivitatis. Adeò quidem, ut per metonymiam signi *ordinatio* ipsa סמיכה, *ordinans* הסומך, *ordinandus* סומך vel סמך diceretur. De quo plura ex Majemonide & Talmudistis Galatinus, Buxtorfius, Scaliger, Cunæus, Grotius, Seldenus, alii observarunt, minimè cum tædio reponenda. Quamquam cessasse ipsum ritum probat ex Talmude eruditissimus Cunæus, solâ verborum retentâ in ordinatione formulâ, *הר' את סמך* Ecce manus tibi imposita est: item *אני סומך אותך תהיה סמך*, *ἐγώ σε χειροθετώ, ἐσὺ χειροθετηθεὶς*, ceteri non actu impositâ manu. Annuit Morinus, ex Majemonidis Comment. in Tractatum Sanhedr. C. 1. S. 3. III. In *sacrificiis*, victimis, hostiis pro peccato: quibus imponebant manus, sive ipsi privati & rei, nomine proprio Levit. 1. 4. iv. 4. 24. sive Seniores, nomine totius congregationis Levit. iv. 15. sive summus Sacerdos nomine populi totius Levit. xvi. 21. Symbolum jam non benedictionis, non consecrationis, sed translationis typicæ peccati & reatus in victimam. Unde peccatorum, quæ sive per *mali- tiam*, sive per *ignorantiam*, sive per *passionem* admittâ, annexa confessio Levit. v. 5. 6. xvi. 21. Notantque circa hanc impositionem Hebræi, faciendam fuisse in ipso atrio, à mundis, super hostiæ verticem, manu utraque impressâ, immediatè ante occisionem victimæ, cum certâ confessionis formulâ; de quibus accuratè præ cæteris *Majemonides* de Sacrific. C. III. Sect. xi. IV. In *testimonio* in blasphemum hominem lato Levit. xxiv. 14. Cui mox lapidando imponebant testes manus, in signum confirmati testimonii, & translati in ipsius caput quicquid erat reatus; quam ceremoniam huic peccato propriam fuisse testatur idem *Majemonides* de Idololatr. Cap. 11. Sect. x. V. In *sanatione miraculosa*, quemadmodum ex Naamanis illis colligitur verbis 2. Reg. v. 11. existimantis impositâ manu leprâ se mundandum esse suâ. Unde etiam contententes miraculosam à Christo sanationem, manus ut imponat, petunt, *Matth. ix. 18. Marc. vii. 32.*

IV. Hinc igitur ritus ille in Christianam & Apostolicam Ecclesiam profluxit. Quâ ratione Judæorum instituta alia in usum suum vertere soliti Christus & Apostoli. v. g. Baptismum profelytorum, fractionem & distributionem panis in cœnâ Paschali, traditionem calicis, benedictionem utriusque, genu flexionem, Psalmos, hymnos, conventus sacros, precandi formulam, excommunicandi ritum & anathemate feriendi, aliaque Judæis imprimis familiaria. Eâdem imitatione *imposuisse manus* legimus, sive benedicendi essent parvuli *Matth. xix. 15.* aut adulti *Luc. xxiv. 50.* sive consecrandi servi Dei *Act. vi. 6. 1. Tim. iv. 14.* sive donandi extraordinario Spiritus charismate baptizati *Act. viii. 17. xix. 6.* sive miraculosè sanandi infirmi *Matth. ix. 18. Marc. vi. 13. xvi. 18. Act. ix. 17. &c.* Hinc viguit deinceps hæc ceremonia in primitivâ Ecclesiâ, in quâ *septenarium* ejus *usum* observamus. I. *Circa recens baptizatos*, & sacro fonte tinctos. II. *Circa recens conversos*, non baptizatos. III. *Circa agrosos & languentes*. IV. *Circa penitentes*, & reconciliandos Eccle-

De Rep.
Hebr.
L. 1.
C. XII.

Lib. de
Bapt.
C. 11.

fiæ. V. Circa *hæreticos* ad Ecclesiam venientes. VI. Circa *novos conjuges*, in benedictione conjugali. VII. Circa *ordinandos* in manus sacrum & Ecclesiasticum.

V. Horum usum quæ ratio fuerit, quatenus legitimi vel illegitimi, servandi aut abrogandi, quatenus ad Apostolicam praxim accesserint, aut ab eâ recesserint, compendio disquirimus. Primus omnium usus, & quem maxime Vetus Ecclesia frequentavit, fuit circa *modo baptizatos*. Quam sanè ceremoniam observasse aliquando Apostolicam Ecclesiam, ex ejusdem Actis monebamus *Act. viii. & xix.* Neque enim trahi huc potest praxis Christi *Mat. xix.* nonnullis infantibus, at non baptizatis, hoc symbolo, Judæorum more, benedictis. Nihilque aliud tum fuit, quam *adjunctum* precationis factæ super baptismo tinctis, nec perpetuum tamen, nec promiscuum, & *symbolum* infusionis Spiritus S. Putat verò *Calvinus*, usurpatum hunc communiter fuisse Apostolicis temporibus ritum, circa *infantes fidelium*, aliquot post baptismum annis; postquam transactâ infantia ad Catechesim admissi, fidei suæ professionem edidissent, quam impositione manuum Antistites approbabant: circa *extraneos* verò, ex Gentilismo vel Judaismo conversos ad Christi fidem, solius baptismi ceremoniam post Catechesim adhibitam. Quæ maximi viri conjectura fuit, & conjectura tantum; neque ex Paulino illo loco *Hebr. vi. 2.* neque ex sequenti Ecclesiæ praxi, satis colligenda.

VI. Certum verò est, altero vergente sæculo, hunc servasse Ecclesiam ritum, sed circa *modo baptizatos*, additâ etiam unctione, seu chrismatione.

Nec enim de eo ambigere nos sinit Tertullianus, hæc tria suo tempore in Baptismi administratione memorans, *lotionem*, *unctionem*, atque *impositionem manuum*. Idem, qui eum secutus est, Cyprianus luculenter *Epist. lxxiii.* ad Jubajanum; non (ut malè citat Illustris Salmasius) *lxxiii.* ad Stephanum Papam: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesiâ baptizantur, propositis Ecclesiæ offerantur, ut per nostram orationem & manuum impositionem &c.*

Quamquam dubitari posset, an extra Africanam Ecclesiam, certè extra Latinam, hic illo tempore vigerit ritus, ut unctionis in Baptismo, sic etiam *ἡ χρισμοθεσία*. Posterioris enim ne hodie quidem supersunt in Orientali Ecclesiâ vestigia; unctionis sanè mox à lavacro & chrismatis, non item *χρισμοθεσία*. Quicquid illud sit, in Occidentali saltem & Latinâ Ecclesiâ fuit hæc pars *integrans* Baptismalis ceremoniæ, & *ultima* quidem, quâ *perfici* Baptismus, & per quam conferri *Spiritus Sancti* gratia, mediante oratione, credebatur. Quum jam innumera alia ceremoniæ, insufflatio, ordinarius exorcismus, usus cereorum, lactis, mellis, vini, salis, chrismatis, albæ vestis, Baptismi Sacramento attestatæ essent. Atque ita rem habuisse sese quarto, quinto, & aliquot sequentibus sæculis, donec ex gemino ritu baptismali, *chrismationis & impositionis manuum*, novum exurgeret Sacramentum Confirmationis; post Calvinum, Chemnitium, Rivetum, Chamierum, Salmasium, eruditos alios, novissimè *Joh. Dallæus*, & accuratè, uti quidem in talibus solet, demonstravit.

VII. Unde circa hunc usum *ἡ χρισμοθεσία* geminum observandum discrimen: primum praxeos *Apostolica*, ab hac praxi Ecclesiæ *primitiva*, secundæ, tertiæ, & aliquot succedentium ætatum; alterum, praxeos *primitiva*, à praxi hodiernâ *Pontificiâ*. Priusquidem in his elucescit. I. Quod bis tantum leguntur Apostoli imposuisse baptizatis manus, semel Petrus & Johannes *Act. viii.* semel Paulus *Act. xix.* Unde neque perpetuus tum fuisse hic ritus, neque necessarius aut de baptismi integritate, uti

postea, intelligitur. Quod inde etiam liquet, quia organum fuit, & symbolum effusionis Sp. S. *extraordinaria & miraculosa*; gratiæ *visibilis & sensibilis*; Spiritus non *regenerantis*, sed *prophetantis*; doni *particularis*, non *communis*, aut promiscuè in omnes baptizatos conferendi *Act. viii. 18. xix. 5. 6.* Quo nomine rectè vocarunt Theologi *temporarium Sacramentum*. Unde impositionis illius, haud diu post Apostolorum excessum, nullus meminit Justinus Martyr, in descriptione baptismalis ceremoniæ. II. Quod *chrismationis* annexæ, & unctionis, nulla occurrat in Scripturis Apostolicis mentio. Qui postmodum ritus ex *pristinâ* irrepsit *disciplinâ*, & Veteri Sacerdotio, uti disertè Tertullianus: sive, ut Cyrillus in Catechesi, *ὡς ἀνέκτιστον ἔχειμαθῶν, ὡ ἐχειθῆν χρισὸς ἀναβεβηκὼς ἐκ τῶν ἰδίων.* Quemque adeo præter Latinam Ecclesiam admisit quoque Græca; servantque hodie mox à tinctione Græci, Ruteni, Moschovitæ, quod negare videtur, uti de Abassinis, Illust. Salmasius in Apparatu. III. Quod ætate Apostolorum esset *ἡ χρισμοθεσία* symbolum miraculosi *illapsus* Spiritus S. *Act. viii. 16.* & infusionis *extraordinariorum charismatum*, qualia *prophetiæ & linguarum* *Act. xix. 6.* Illâ nempe ætate, quâ Deus visibiles hæc Spiritus S. gratias per Apostolos conferebat. Postmodum verò non potuit esse nisi inane symbolum, ablatâ veritate, & cessante potestate miraculorum. Si verò adhibitum fuit ut symbolum Spiritus regenerantis ac sanctificantis, & gratiæ invisibilis, sive ut hodiè loquuntur, *gratum facientis*, atque etiam votivæ benedictionis, quam baptismi initiatis apprecarentur, nulli certè repugnamus. Modò 1. Non fecissent mimicâ imitatione Apostolorum. 2. Opinione necessariæ Baptismo appendicis. 3. Opinione annexæ gratiæ eidem ceremoniæ, quam tribuit Calvinus Hieronymo, uti fuit sequioris ævi. IV. Quod Apostolica impositio manuum non immediatè, nec in eodem actu, lotionem baptismalem exceperit: minùs pars integrans baptismalis ceremoniæ fuerit. Quando dudum à Philippo baptizatis deinceps à Petro & Johanne Samariam profectis manus imponuntur *Act. viii. 16. 17.* Uti altero illo loco, qui extat *Act. xix. 5. 6.* eodem actu & tinxisse & imposuisse manus Paulus non dicitur, imò actus uterque sejungitur. V. Denique, quod nonnisi *adultis* hanc concesserint impositionem manuum Apostoli, symbolum eorum donorum, quæ adultis competere, prophetiæ & linguarum. Secus fecit sequens Ecclesia, imponendo promiscuè manus infantibus, pueris, omnibus è sacro lavacro egressis. Et hæc primum discrimen evidenter satis ostendunt.

VIII. Alterum discrimen longè majus, scilicet inter praxim Ecclesiæ *Veteris* & recentioris *Pontificiæ*, utrique Florentino & Tridentino Concilio probatam atque sancitam. Etenim I. Veteribus non fuit hæc manuum impositio, uti deinceps Pontificiis, *verum & proprium Sacramentum*. Sed Sacramento Baptismi annexus ritus, actus ejus ultimus, perfectivus, & consummatorius. Nisi cum Augusti- no dicatur, *omne sacrum signum est Sacramentum*. Quæ ratione aptare hanc vocem, ut sanguini Christi de latere fulo, lotioni pedum, matrimonio, unctioni infirmorum, ordinationi, &c. ita huic Impositioni manuum, Veteres potuere. Quatenus etiam hoc Salma- ritu neophyti *sacrabantur*, sive consecrabantur, per- ficiebantur, unde *Sacramenta*. II. Minùs Veteribus fuit hæc manuum Impositio Sacramentum vel pars Sacramenti, Pontificio sensu, *Confirmationis*. Sane eâ Baptismus perfici, absolvi, consummari, sive (ut posteriores qui post Ambrosium, Hieronymum, Augustinum) *confirmari*, censuere. Unde *Confirmatio*, sive perfectio, consummatio baptismi, eadem dici potuit. *Sacramentum* etiam, quatenus annexa Sa-

Com-
ment. in
C. vi.
Ep. ad
Hebræos.

De Bapt.
C. vii.

Salma. in
Appara-
tu p. 182.

De Con-
firm. l. ii.
& iii.

Defens.
ii. ad
Antonia.

Appar.
ad Lib.
de Prim.
p. 187.

Comm.
in Acta;
C. xii. 6.

Epist. y.

in Ap-
par. 184.

Sacramento baptismi, & pars illius. In speciale verò Sacramentum *Confirmationis*, quale hodie dicitur, absque innovatione verti non potuit. III. Excepit olim manuum impositio lotionem baptismalem immediatè & actu continuo, fatente etiam Cassandro in Consult. Artic. ix. Saltem antequam hoc jus *χειροθεσίας* sibi solis Episcopi vendicarent; unde absentibus postea Episcopis, moram nonnunquam patiebatur. Postmodum verò hic ritus à Baptismo avulsus, & ad Confirmationem traductus, mediis ad minimum diebus septem, in infantibus annis septem, etiam duodecim, *perfectâ* jam, ut est apud Gratianum, *atate*. IV. Confirmati olim baptizati, in Occidentali nempe Ecclesiâ, solâ nonnunquam *manuum impositione*. Cujus solius meminerit Eliberitani Patres sub initia seculi IV. & Hieronymus contra Luciferianos. Hodie verò nullo Pontificiis sola loco est, chrismatio contra essentialis & indivisa. V. Imò verò *manuum* deinceps *impositio*, in fictitio hoc Sacramento Confirmationis, penitus evanuit. Nulla illius in hujus definitione mentio. Solo chrismate, solâque ex oleo & balsamo in fronte unctione, ejusdem materia definitur. Quod eo majorem admirationem exprimat, quod ex illâ manuum Impositione hæc tandem Confirmatio nata. Hinc quoties in simili causâ de impositione manuum vel Scriptura, vel Patres, toties illi ad Confirmationem trahunt. Eadem apud Gratianum plerumque, *manuum Impositionis Sacramentum*; ut immani scelere vorasse matrem filia dicenda sit. VI. Et *ministri* ratione magnum certè discrimen intercedit. *Manus quoque Impositionis Sacramentum*, ita Tit. de Consecratione, *magnâ veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis Sacerdotibus, sive Episcopis*. Ita sub anathemate Florentini & Tridentini Patres. Contrâ aliquot sæculis & chrismasse & imposuisse *Presbyteros* manus, ex Græcorum & Latinorum monumentis, post alios nuper admodum ex professo Joh. Dallæus, prolixo de Confirmatione tractatu. VII. Non eadem etiam credita Veteribus hujus ceremoniæ, quæ quidem Pontificiis, *efficacia*. Fuitque illis hic ritus non *collationis* Spiritus S. & gratiæ habitualis, sed tantum *operatum*; medium non *efficientia*, sed *presentia*; efficax non ex *opere operato*, ut de suis malè Romanenses Sacramentis, sed *ex opere operantis*: vel ex unius Augustini celebratissimis vocibus, *Quid est aliud manus impositio, quam oratio super hominem?* VIII. *Forma* quinetiam veteris ceremoniæ diversa toto cælo. Posita nempe in oratione seu preceatione super baptizato, & invocatione Spiritus S. Quod præter Augustinum modò, disertè Tertullianus innuit: *Dehinc imponitur manus, per benedictionem advocans & invisans Spiritum S.* Hodierni verò Sacramenti impositionis manuum forma his absolvitur vocibus: *Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti*. IX. Olim quoque fuit impositio manuum ex eorum rituum numero, qui possent *iterari*. Quod (præter expressum Augustini testimonium, *Manus autem impositio non sicut baptismus repeti non potest*) ipsa firmatur praxi Antiquitatis, reconciliandis pœnitentibus & hæreticis, olim licet hoc ritu consecratis, manus iterato imponentis. Quum tamen ex mente Pontificiorum, *Confirmatio sicut nec Baptismus iterari minime debeat*. X. Denique quoad effectum, non alius per impositionem manuum *Spiritus*, quam qui in lavacro Baptismi dari Patribus creditus. Spiritus videlicet illuminationis, renovationis, adoptionis, charitatis, roboris, confirmationis ad pugnam. Multis idem variisque præter lotionem ritibus, unctione, vino, lacte, melle, cereis, candidâ veste, adumbratus. Quibus accedebat tandem impositio manuum, solennis illorum charismatum

invocatio, confirmatio, cum incrementi & benedictionis voto. Secus verò de diversis nempe Baptismi & Confirmationis charismatis, effectu diverso, docent Romanenses. Et qui Baptismi Sacramento proprius est Spiritus regenerationis, alteri Impositionis manuum fertur acceptus.

IX. Et hæc de *primo usu* & *χειροθεσίας*, eò prolixius quò magis in abusum hæc ceremonia degeneravit. *Ut mundus semper ab optimis institutis, quæ Calvinus in hanc rem verba, in corruptelas degenerat.* Quâ verò ratione probari in primitivâ Ecclesiâ potuit, diximus supra. Quatenus autem usurpari nostrâ ætate posset, ne actum agamus, optimè omnium nostro judicio M. Chemnitius: *Si puer in infantia baptizatus, cum ad annos discretionis pervenit, primo brevi & simplici commonestratione admoneretur de suo Baptismo &c. Secundo puer ipse coram Ecclesiâ ederet propriam & publicam professionem hujus doctrine & fidei. Tertio interrogaretur de precipuis Christianæ religionis Capitibus &c. Quarto admoneretur, & hac professione ostenderet, se dissentire ab omnibus Eibnicis, hæreticis &c. Quinto adderetur & gravis exhortatio ex Verbo Dei, &c. Sexto fieret publica precatio pro illis pueris, ut Deo Spiritu suo sancto illos in hac professione gubernare, conservare & confirmare dignaretur. Ad quam preceationem sine superstitione adhiberi posset Impositio Manuum &c.* Hactenus ille; quibus consolina scripserat ante Calvinus, laudatus etiam eo nomine Ruaro Lovaniensi Theologo, Georg. Cassandro, aliis. Cassander ibidem; *Hujusmodi sane institutionem, seu Catechismi explicationem, in pueris fieri debere, & Veteres præcipiunt, & Recentiores quoque ex utraq; parte consentiunt.*

X. Alter usus & *χειροθεσίας* in Ecclesiâ Veteri fuit circa *Catechumenos*, nondum baptizatos. Videlicet illicò à conversione, & primâ Christianæ fidei professione. Quo ritu ex non Christianis fiebant Christiani, & inter Catechumenos cooptabantur. Eratque hæc manuum Impositio, nihil aliud quam approbatio primæ ipsorum fidei, benedictio & oratio super illis. Quem usum obtinuisse antiquis in Occidentali Ecclesiâ, quartâ ineunte ætate, docet ex Concilio Eliberino Can. xxxix. & Arelatensi primo Can. vi. Claudius Salmasius, in eximio Opere de Primatu. Quibus adde Sulpitium Severum, coætaneum Hieronymo & Paulino scriptorem: *Nemo ferè ex immans illâ multitudine Gentilium fuit, qui non impositione manuum desideratâ, Dominum Jesum relicto impietatis errore crediderit.* Idem alibi: *Nec cunctatus, cunctos, impositâ universis manu, Catechumenos fecit.* Quæ sanè de Confirmatione, & primo illo quo diximus usu, intelligi nequeunt. Eandem anteriorem baptismi *χειροθεσίας*, & in Oriente fuisse usurpatam, uti post baptismum chrismationem solam, ex Severo Patriarchâ Alexandrino idem Salmasius observat.

XI. Hic usus non aliter differt à priori, quàm quatenus fuit Baptismo *prævius*, uti ille *succedaneus*; quatenus etiam hoc Christiani *Catechumeni*; uti illo Christiani *fideles* & *perfecti* declarabantur. Cujus discriminis ratio inter Catechumenos in statu *καθάρσεως* & *καληχησεως*, Competentes in statu *μυησεως* & *εισεσεως*, Fideles in statu *τελεισεως* & *εποφιας*, nostros ne hodiè Catechumenos lateret. Neque est quod de hoc posteriore usu quicquam addamus, quàm ut hoc modo *ἀρχαρον*, ita innocuum fuisse, & utilem, & efficacem conversis erigendis firmandisque; quique adeò cum fructu hodieque in prima conversione infidelium, ante uberiores institutionem, queat adhiberi. De cæteris, proximâ, spatiis quando jam prohibemur iniquis, Disputatione.

De Consecrat. D. V. C. Ut ej. Can. xxxviii.

De Consecrat. Dist. V. C. omnes C. de his. C. Manus &c. Ibid.

De Bapt. contra Donat. L. III. C. XVI.

De Bapt. C. VII.

De Bapt. L. III. C. XVI.

de Conf. D. V. C. dictum est.

Comment. in Epist. ad Hebr. C. vi. 2.

Exam. Concil. Trid. P. II.

Advers. Concil. Trident. & Instit. L. IV. C. IV. Consult. Art. IX.

De vit. B. Martini, x. Dialog. II. num.

Appar. p. 186.

PARS II.

BREVIARIUM.

Transitus ad tertium χειροθεσίας usum in ordinandis Ecclesia Ministris. Χειροτονία & χειροθεσία heic distinguenda. Quamquam illa pro hac frequenter adhibita dein sit vox. Et hec ordinatio à Latinis dicta. Capita sex porro de hac Ministerii χειροθεσία tractanda. A quibus illa facta Apokolico tempore. Id jus deinde ad Episcopos devolutum fuit. Observationes de hoc Episcopali jure septem. An ab uno an à pluribus, & quo modo facta hac χειροθεσία. Cum hac manuum impositione non fuerit tempore primævo conjuncta reliqua Papales ceremonia. Sed oratio & benedictio. Adversus ritus additos in Papisticis Ordinationibus disputatur. Fines hujus χειροθεσίας novem monstrantur. Effectus & modus operandi ejus verus. Adversa Papistarum doctrina latius impugnatur. De χειροθεσίας hujus subjecto δελικῶ novem tractanda capita. Quo pacto illa & ad quas Fœminas extensa fuerit. Etas Ordinandorum variè olim definita. Quanam heic culpanda sint. Et que probanda.

Impositionis Manuum origo, antiquitas, ex parte etiam usus in Veteri Ecclesiâ, in antecessis expensâ. Usus nempe geminus, tum circa recens conversos, tum circa recens baptizatos. Tertius expendendus venit, circa ordinandos seu consecrandos in Munus sacrum & Ecclesiasticum. Qui ut Judaicæ Ecclesiæ fuit Num. viii. 10. xxvii. 18. Deut. xxxiv. 9. ut ad illius exemplum Ecclesiæ Apostolicæ Act. vi. 6. & xiii. 3. 1. Tim. iv. 14. & v. 22. ita etiam totius Ecclesiæ primitivæ.

II. Duo nempe ad constitutionem Ministrorum concurrebant. 1. Χειροτονία, sive personæ sacræ electio, designatio, vocatio. 2. Χειροθεσία, sive electæ jam & vocatæ solemnis consecratio, benedictio, inauguratio. Prior dicta à ritu suffragandi eligendique apud Athenienses Magistratus, qui geminus, partim per κλήρον, partim per χειροτονίαν, manibus scil. extensis sublatisque: aliàs ὁ ψηφισμός, sive ἡ ἐκλογὴ, ἡ αἵρεσις ἢ ἱερουργησόντων. Posterior, à ritu benedicendi benè precandique, manibus vertici *impositis*: aliàs ἡ καθιέρωσις, sive ἡ εὐλογία. Priori significatu vox χειροτονίας apud Scriptores sacros loco gemino Act. xiv. 22. & 2. Corinth. viii. 19. Neque enim illo minùs quàm isto de creatione seu electione per suffragia. Passim & apud scriptores Ecclesiasticos. Balsamo, & Zonaras, πάλαι ἢ ἀντὶ ἡ ψηφισμοῦ χειροτονία ἀνώμαστο. Ignatius hoc significatu: πρέπον ὑμῖν ὡς ἐκκλησίᾳ Θεοῦ, χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον. Concilium Laodicenum, sæculo quarto inclinato, cavit hoc sensu, ne fierent αἱ χειροτονίαι, electiones per suffragia, ἐνώπιον seu ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροατῶν. Eodem, in Synodo Alexandrinâ redactus Athan. ad Laicos Ichyras, ἀμήτε ὑπὸ τῆ ἐκκλησίας χειροτονηθεῖς, scil. electus. Huc referendi plurimi Canones circa τὰς χειροτονηθέντας, intellige electos, designatos ad Episcopatum, Clericatum, apud Joh. Scholasticum, & Phorium in Nomocanone. v. g. si ὁ χειροτονηθεὶς ἑκωνάριτ Episcopatum; si Ethnicus, aut neophytus χειροτονῆται ἐπίσκοπος, &c.

III: Quamquam tamen promiscuæ sæpè Ecclesiasticis scriptoribus voces χειροθεσίας & χειροτονίας. Utraque scilicet pro ordinatione, seu consecratione Clericorum, per impositionem manuum. Zonaras: Νῦν μὲν χειροτονία καλεῖται ἡ τῆ καθιέρωσις ἢ ἱερουργία λαχόντων τελεσιουργία τῆ εὐχῶν, ἢ τῆ ἀγίας πνεύματος ἐπίκλησις. Hoc quoque sensu vetant Canones, ne iteretur ἡ χειροτονία, sive ne fiant ἀναχειροτονήσῃς. Eodem sensu Episcopi à Presbyteris distincti pridem, τῆ χειροτονία μόνῃ, id est, interprete autore Constit. Apostolic. & Veteribus passim, τῆ ἐπιθέσει χειρῶν ἢ εὐχῆ. Jamque τείνειν τῷ χειρο-

Ad Canon. A. post. 1. Epist. ad Philad. sub finem. Canon. v. Athan. Apol. II. Titul. C. VI. &c.

Ad Canon. Apost. I. L. VIII. c. xxviii.

non est αἵρεσις, more veteri suffragantium, sed ἐπιθεῖναι, more benedictentium. Atque obtinuit deinceps ferè hæc sola vox χειροτονίας, loco χειροθεσίας, duplici, ut videtur, de causâ. I. Quia Episcopi, quorum illa censebatur, hoc nomine non consecrandi modo, sed eligendi potestatem sensim sibi assuerunt. II. Quia vox χειροθεσίας generica est & laxior, de quavis impositione manuum, seu benedictione, χειροτονίας, specifica & strictior, de illâ quæ in ordinatione adhiberetur. Unde distinctionis ergò retentum nomen χειροτονίας, quo designata χειροθεσία eis χειροτονίαν, distincte à χειροθεσίας ἄλλοις, adhibitæ sæpiùs eis εὐλογίαν. Quum hæc etiam Presbyterorum in casibus variis, illa nonnisi Episcoporum esset, unde de Episcopo, χειροθεσεῖ ἢ χειροτονῆι, de Presbytero, χειροθεσεῖ ἢ χειροτονῆι, ex Pseudo-Clemente in Constitut. Quomodo etiam fœminas Presbyteras licuisse volunt consecrare per εὐλογίαν, minimè χειροτονίαν, expresso Canone Concilii Laodicensi. Licet reverà ejusdem generis, naturæ, virtutis essent, tam χειροθεσία εὐλογίας, quàm χειροθεσία χειροτονίας.

IV. Latinis hæc impositio manuum dicta communiter Ordinatio. Neque nos de voce multum laboramus, non adeò recenti, ex Canonibus Veterum. Quamquam veriùs ordinatio de ipsâ electione, cooperatione in ordinem sacrum, dici videatur. Cui succedebat Consecratio, sive confirmatio solennis διὰ τῆ ἐπιθέσεως χειρῶν. Hoc modo ordinatio ab impositione manuum distincta, ut primitivè χειροτονία à χειροθεσία. Unde χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῆ ἐκκλησίας 2. Cor. viii. 19. Vulgato est, ordinatus (constitutus) ab Ecclesiâ. Atque ita rectè definitur ordinatio, actus quo obeundi sacri muneris confertur jus & potestas, per electionem, missionem, vocationem. Respondet hoc modo Græcorum voci τάξασθαι, sive ὁρίσασθαι discernere alicui ordinem sacrum. Vocat Scriptura τίθειναι ἐπίσκοπον, ponere Episcopum Act. xx. 28. ἀποκαλέσασθαι advocare Act. xiii. 2. καθιστάναι constitute Tit. I. 5. χειροτονεῖν, eligere, ordinare 2. Cor. viii. 19. ἀφορῆσαι separare Rom. I. 3. Sed & supponit vox communissimè, pro ipsâ electi jam & separati benedictione, seu consecratione, seu impositione manuum. Adeoque τῆ μετωνομίαν pro ordinationis externo symbolo, externo ritu, & testimonio. Quomodo vicissim metonymicè χειροθεσίας symbolum pro ordinatione, seu collatione muneris sacri, uti Hebræorum vox כהנים. Synecdochen Calvinus vocat, ubi signant pro totâ re vel actione, ad locum 2. Tim. I. 6. Cumque hæc χειροθεσία Episcoporum pridem esset, hinc crescente horum ambitu ac potestate, externo illo ritu & ceremoniâ conferri ipse character, essentia ipsa ordinis & Sacerdotii, credita fuit.

V. Sed de voce fati. De re ut constet, brevissimè disquirimus, de Impositionis manuum sive consecrationis Clericorum. 1. Causâ administrâ. 2. Materiâ. 3. Formâ. 4. Fine. 5. Effectu. 6. Subjecto recipiente. 7. Adjunctis.

VI. Causa efficiens, seu administra potiùs, alia ex praxi Apostolicâ, alia ex praxi & Canonibus Ecclesiasticis. Ex illâ quidem, τὸ πρεσβυτέρειον, ut in ordinatione Timothei 1. Tim. iv. 14. μὴ ἐπιθέσεις χειρῶν ἢ πρεσβυτερίῃς. Nisi interpretetur quis terminativè, de impositione manuum ad Presbyterii munus. Ita sanè Eusebius de Origene, suscipiente in Palestina τῷ πρεσβυτερίῃ χειροθεσίαν. Sed plana phrasim Apostoli, qui emphaticè meminit χειρῶν ἢ πρεσβυτερίῃς, adeoque impositionis manuum efficiens à Presbyterio. Sive jam intelligatur cœtus, collegium Presbyterorum, σύστημα τῆ πρεσβυτέρων, sive ordo, dignitas, officium Presbyteratus, quomodo utrumque Veteribus placuit. Quod enim de Collegio Episcoporum reddunt, post Chrysostomum, & ex eo Theophylactum ac Oecumenium, dilutum est, & falsi-

L. VIII. C. XXVIII.

Cap. XL

Hist. Ecclesiast. L. VI. C. XVII. vel XXI.

fissimâ nixum hypothesi. ἐπισκόπιον dixisset veriùs eo sensu, quàm πρεσβυτέριον. Imò fateri eo ipso necesse habent, promiscua in scriptis Apostolicis nomina Presbyterorum, Episcoporumque. Non re hi adeò tùm sed ratione, non muneribus sed nominibus, non subjectis sed conceptibus, non significatiõis sed modo significandi distincti, de quibus eruditi. Ita tamen à Presbyterio inpositæ Timotheo manus, ut simul à Paulo tum præsentè 2. Tim. 1. 6. Sicque vicissim Timotheus 1. Tim. v. 22. sic Titus Tit 1. 5. imponebant Presbyteris manus, ut simul cum iis τὸ πρεσβυτέριον. Quâ ratione supra dicuntur Apostoli χειροτονήσαντες, qui & simul χειροτονήθεντες ab Ecclesiis, ex sequenti etiã Ecclesiæ praxi. Unde illius quædam vestigia consuetudinis mansere in Ecclesiâ veteri, Presbyteris tenentibus manus juxta manum Episcopi.

VII. At si praxim & Canones Ecclesiasticos advertimus, certum, Episcopalis deinceps dignitati assertum hoc jus χειροθεσίας, sive χειροτονίας. Ex quo nempe invaluit Episcoporum supra Presbyteros, non ἄλλῃ, sed ἑσπεροχῆ. De Origene testatur Eusebius, ordinatum Cæsareæ Presbyterum, per manuum impositionem, ὡς ἔ τῆδε ἐπιμαρτύριον, nempe à Cæsariensi, & Hierosolymitano. Hinc sub initia sæculi tertii prima fortè hujus praxeos indicia. Quod enim de Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyteris, inde à Marco Euangelistâ, Hieronymus refert, unum ex se electum in excelsiori gradu collocantibus, eoque ipso ordinantibus, assertioni nostræ favet. Quanquam enim Hieronymus suâ ætate ordinationem Episcopis tribuat, innuit ibi tamen primorum temporum praxim diversam. Neque antiquiores sânt, si non recentiores tertiâ ætate, Canones & Constitutiones illæ, Apostolorum & Clementis nomine. In quibus sanè χειροτονία Episcopis vindicatur, Presbyteris adimitur. Antiquissimum decretum Ancyranae Synodi, ineunte sæculo IV. eximentis jus ordinandi Choropiscopis (τοῖς ἐν χόρω ἐπιμαρτύροις) similiter & Presbyteris, si ne præcepto Episcopi. Huc spectant Canones Nicænae, Antiochenæ, & sequentium deinceps Synodorum. Indequè solâ ordinatione majores Presbyteris Episcopos dixere Hieronymus, Chrysostomus, Epiphanius, & post eos Isidorus. Quibus postmodum juribus alia sensim, tùm (ut loquuntur) ordinis, ut christma conficiendi, confirmandi, Ecclesias consecrandi, &c. tùm jurisdictionis, ut excommunicandi, deponendi, de causis cognoscendi &c. accessere.

VIII. Observare interim operæ pretium. I. Quod Episcopis solis adscripta sit Presbyterorum atque Diaconorum ordinatio, fuisse id jus humane non divine, Ecclesiastica non Apostolica, novella (ut Syn. Hispanensis secunda) non antiqua constitutionis, & consuetudinis magis (uti disertè Hieronymus) quàm Dominica dispositionis. II. Prærogativam hanc ordinis fuisse non potestatis, ἐκταξίας non ἐξουσίας, in confusione, turbaram, sive ut idem Hieronymus, in schismatis remedium, qualiter primò honos ipse Episcopatus. III. Nefas fuisse Episcopis, ordinare quemquam, nisi Presbyteris totius nomine, consensu, consilio, & delegatâ potestate. Quod ut in ordinatione, sic in regimine Ecclesiæ universo obtinuisse, invictis documentis, post alios, David Blondellus Apologiâ pro 159. 198. Hieronymo ostendit. Sic Eutychius Alexandrinus in Chronico, quod edidit Seldenus, testatur ex XII. Presbyteris à Marco constitutis unum electum Patriarcham (sive Episcopum) cui cæteri XI. Presbyteri manus imponerent. IV. Episcopum ut caput ita benedixisse, & consecrasse Presbyterum, ut simul imponerent manus οἱ συμπρεσβύτεροι. Communis hoc modò ordinatio quoad χειροθεσίας, specialis Episcopi quoad τελεσιουργίαν ἢ ἐυχῶν, ἢ τῶν ἑυλογίαν. Cuius rei hodieque umbra quædam apud Latinos su-

perest in Iordanis Presbyteris. Quomodo in consecratione Episcopi, uno super eum surgente benedictionem, reliqui omnes Episcopi manus capiti imponebant, simulque ordinabant. V. Potuisse etiam Presbyteros, absente, aut ægro, aut aliàs mandante Episcopo, ordinare Presbyteros & Diaconos. Vel sufficit celebris ille Canon Ancyranus, ex genuinâ versione Dionysii Exigui, de quo prolixè & doctè Wallo Messalinus, contra Petavium. In hanc rem & nonnulla memoriosissimus Blondellus, Apologiâ pro Presbyteris. Ita in Ægypto totâ, deficiente Episcopo, consecrabat Presbyter, teste sive Ambrósio sive Hilario Diacono. Imò Canonistæ vulgò, mandante Papâ, ordinare Presbyterum posse. Hicque notabilis regulâ Canonistarum, quæ est LXVII. de Reg. Juris: quod alicui suo nomine non licet, nec alicui licebit. VI. Cæteroquin Presbyteris, uti Choropiscopis, licuisse minores consecrare ordines, infra Diaconos & Presbyteros, puta Subdiaconos, Lectores, Exorcistas, Ostiarios, testis est Isidorus de Officiis. Et quidem per χειροθεσίαν, his quoque primitus collatam Ordinibus, docente etiam Salmasio, Apparatu ad Libros de Primatu. Nec abluunt Decretalia: quia & hujusmodi Ordines (minores) à non Episcopis quandoque conferuntur. Licet de Abbatibus solis Glossâ interpretetur, in ordine ad Lectores, & Ostiarios tantum. VII. Abire itaque multum novellæ constitutiones à praxi veteri ætatis tertiæ, quartæ &c. hanc ab Apostolicis moribus, primorumque simplicitate & felicitate temporum. Cui derogare fueritne humani & Ecclesiastici juris? ad quam redire post liminio piaculum fuerit? totiusque everfio ordinis, & ministerii? Neque rediissemus hæcenus, si intra terminos veteres Episcopalis aëtiæ & sagaxias, cui facilè deferimus, hæsisset sequior ætas.

IX. Ad causam administram hoc quoque spectat, utrum an plures ordinarent? Prius quidem Calvinus probabilis visum, quod ad Paulina tempora. Distinctione res solvitur: ordinasse unum solum, quoad benedictionem, & orationem, plures, imò Presbyterium totum quoad manuum impositionem Act. VI. 6. 1. Tim. IV. 14. Illa enim non nisi unius, sine confusione, hæc certè plurium esse potuit. Quemadmodum Levitis imponebant manus omnes primogeniti familiarum Num. VIII. 10. Prior ille benedicendi honos delatus primò quidem Apostolis, vel Apostolicis viris, quoties liceret interesse; ut ex collatione locorum 1. Tim. v. 22. 2. Tim. 1. 6. cum 1. Tim. IV. 14. Deinceps, τοῖς πρεσβυτεροῖς, sive τῆς ἁγίας κοπῆς δεχαστοῖς, sive ἢ τῶν ταῖν ἢ χειροτονίας πρῶτους, aut etiam ἢ τῶν κῆρυγῶν, ut dicunt Græci. Tandem Episcopis, sic dictis contradistinctè ad Presbyteros. In hunc jam sensum, Canon scilicet Apostolicus, πρεσβύτεροι &c. ὅφ' ἐνὸς ἐπιμαρτύρου χειροτονήσονται. Presbyter ab uno Episcopo ordinatur. Quod ad electionem quoque Presbyteri malè refert Zonaras, benè ad τελεσιουργίαν ἢ ἐυχῶν. Nihil obstabat tamen, quo minùs cæterorum quoque Presbyterorum esset ἡ χειροθεσία. Præterquam in Diaconorum ordinatione, ut solus Episcopus qui eum benedicit unum super caput ejus ponat, decernit Canon Africanus. Cartag. Hodie verò Presbyteris, sive Ministris verbi, imponere manus ferè unum consuevit, sive intendentiæ alicujus, sive præsentis, sive alternationis quodam jure. Quamvis pro pluribus Judaica, & Apostolica, & Ecclesiastica, praxis facere videatur. Sed res inde media, ex genere ἀποφύτων. In Episcoporum verò ordinationibus, voluere Canones ut à tribus ad minimum, certè duobus fierent Episcopis; id est, non paucioribus, extra necessitatis summum gradum, casumve (ut in Euagrii Antiocheni exemplo) singularem, benè pluribus. Scilicet Metro-

Canon. III. Concil. Car. tag. IV. Hist. Eccles. L. VI. C. XVII. Epist. ad Euagr. III. V. Canon. A. post. III. Const. L. III. C. XI. L. VIII. C. XXVIII. Canon. III. Nic. Canon. IV. Antioch. Canon. IX. Chrysof. Homil. XI. in Timoth. III. Hieron. Epist. LXXXV. Isid. de Eccl. Off. L. II. C. VII. Epiph. Hæz. LXXV. C. VII. In Epist. ad Tit. C. I. Epist. ad Euagr. Grat. Dist. XCV. C. VI. Sect. III. p. 96. 126. 159. 198. Concil. Cartag. IV. Canon. III. Gratian. Dist. XXIII. C. VII. & VIII.

Can. xix. de Episc. C. v. p. 308. & seq. Sect. III. pag. 59. 167. 172. 358. In Epist. ad Eph. C. IV. Sexti. L. V. Canon. Ancyr. XII. Canon. Antioch. X. L. II. C. VI. Appar. p. 177. Decret. L. I. Tit. XIII. C. I. Comm. in 2. Timoth. 2. 6. Canon. III. Cartag. IV. Canon. IV. Concil. Nicæ. IX. Canon. A. post. I. L. VIII. C. XXIV. & poli-

politano *benedicente*, Episcopis cæteris *imponentibus manus*, ut ex Gratiano supra. Ita ut *horum quilibet Episcoporum*, non unus solus, dicatur *ordinare Episcopum*, ut ibidem Glossa Decreti. Videturque hic numerus, uti ipse ritus impositionis manuum, ab Hebræis fluxisse, in quorum Pandectis, סמיכתה שלשה זקנים *Impositio manuum Seniorum fiat coram tribus*. In consecratione dein *Archiepiscoporum*, non pauciorum requisita præsentia Episcopis *quatuor*. Rationem constitutionum adfert *Isidorus* de Officiis, ne *unius ordinantis tyrannica auctoritas* aliquid contra fidem Ecclesiæ & pacem moliretur. Quâ cautelâ opus minimè fuit, quamdiu inde à primâ repetendo origine, sive nominatio, sive electio, sive consensus *ordinis & plebis*, clericorum laicorumque, ad ordinationes desiderata. Ne illis quidem Episcoporum, Patriarcharum, Papatumque ullatenus exceptis, de quibus aliàs.

X. *Materia* in ordinationis ritu & ceremoniâ non alia legitur, præter *impositas manus*. Non in scriptis Apostolicis, non in Canonibus aut Ritualibus veterum, haud diffitente etiam Bellarmino. Placuit tamen Romanæ Ecclesiæ, multiplicandis ritibus natæ, aliam superaddere. Imò verò *χειρουργίας* nonnisi servare umbram, eamque statuere *accidentariam*, dispositivam, minùs principalem, neque simpliciter necessariam, ut *sine manuum impositione* quis ordinari Sacerdos possit. Hinc neque illius Concilium Florentinum in ordinatione Presbyterorum meminit. Ita sanè potior & antiquior pars Scholasticorum, Bellarmino, Becano, Morino, & recentioribus ferè invitis, qui *substantialem* statuunt. Neque priores illi hætenùs tam malè, nisi *materiam* aliam surrogarent, *essentialem* ipsis, ignotam antiquitati universæ. Nempe in *Presbyterorum* consecratione, traditionem calicis cum vino, & pateræ cum pane; item unctionem, *manuum* nempe, notando ministerio, sancitam sub anathemate Tridentinis Patribus; item traditionem stolæ, osculum pacis, & si quæ alia in Pontificali. In *Episcoporum* ordinatione, *manuum impositioni* accedunt unctio non manuum solum, sed *capitis*, potandæ dignitati, baculus pastoralis, annulus, mitra, chirothecæ, osculum pacis, traditio libri Evangeliorum, inthronizatio, &c. In *Diaconorum* consecratione, iterùm comparet sed principaliter minùs *manuum impositio*; in ordinibus cæteris minoribus, sola *porrectio instrumentorum*, quæ cujusque propria ministerio, ut ex ritualibus libris. Ad quæ lepide Bellarminus, *Credibile est Dominum instituisse istas omnes materias ordinum*; imò non credibile modò est, sed certissimum, ex silentio Scripturæ & Antiquitatis, apertissimâque ubique praxi, *tale nihil instituisse aut fomniaisse vel Dominum vel ipsius Apostolos*.

XI. *Forma* in impositione manuum externa consistit potissimum in *oratione & benedictione*. Quâ scilicet conceptis precibus invocatur gratia Spiritus Sancti, super ordinando. Additâ jam *χειρουργίας*, ut gratiæ illius externo symbolo. Ita in consecratione septem Diaconorum, *οὐρανὸν ἰσχυροῦ καὶ ἀντιστοίχου τοῦ ἁγίου πνεύματος* Act. vi. 6. Concil. Cartaginensè IV. *Presbyter ordinatur, Episcopo cum benedicente, & manum super caput ejus tenente*. Hieronymus: *Ordinatio non solum ad imprecationem vocat, sed etiam ad impositionem impletur manuum*. Augustino *impositio manuum nihil est, nisi oratio super hominem*. Pseudo-Dionysius *ἀρχιεπίσκοπος* Sacerdotem dicit, *ὡς ἔτελεν ὁ αὐτὸν ἱεραρχεῖν τοῖς ἱεροποιοῖς ἐπικλήσει, sacrificiῶν invocationibus*. Lonaræ est ordinatio, *ἡ τελεσίουργία τῶν ἐκχρῆν, ἢ ἡ ἀγία πνεύματος ἐπικλήσις*. Hoc modo, Politia Anglicana ordinationem tribus absolvit, *cohortatione* ad ordinandum, *precibus* super eo, & *manuum impositione*, pro-cumbente in genua ordinando, Hicæ & in Eccle-

siis nostris constat, hancque omnes servant consecrationis formam. Præmissâ nempe *orationi*, & *benedictioni*, partim *commotione* de Ministerii institutione, dignitate, usu, partim *cohortatione* ad Ministrum, ex Paulinis ad Timotheum & Titum Epistolis. Ut verò *verborum* certa observetur ubique *formula*, neque institutionis primævæ est, neque ullius necessitatis. Quo spectat decretum Gallicanæ Synodi, Montalbani coactæ Anno cLo Io xciv. Quamquam ut servetur ad modum Anglicanæ Politicæ, nulli intercedimus, superstitione modò omni & verborum vi magicâ eliminatis. Secùs in *Papatu* obtinet, ubi non certa modò verborum forma, sed & in iis essentia ordinationis credita. Ut autem *materia* illis non una est, sic nec *forma* una, pro symbolorum diversitate. v. g. In consecratione Presbyteri, ad traditionem patinæ & calicis, *Accipe potestatem offerendi & conficiendi* &c. ad impositionem manuum, *Accipe Spiritum Sanctum* &c. Prioribus iterùm verbis *feri Sacerdotem*, contendunt plerique, negat verò Bellarminus, sed *ordinari etiam* posterioribus. Similes formulæ ad ritus singulos, in consecrationibus Episcoporum, sed veteribus sive Græcis sive Latinis non minùs ignotæ. Quas qui volet, ex Pontificali Romano, aut Rationali Durandi, aliisque id genus intelliget. Ignotas autem tales Antiquitati fuisse ex Augustino & Amalario contendit ipse Morinus, hinc nec constituere *formam* ordinationis.

XII. Frustrâ illi sunt Pontificiorum, qui ut in aliis, ita in his ordinationum ritibus, ad consensus Orientalium provocant. Nam, ut obiter dicam, *Unctionem* in Episcoporum aut Presbyterorum consecratione nesciunt ritualia Græcorum, Syrorum, Coptitarum, Æthiopum. Minùs quæ sub Apostolorum, Clementis, & Dionysii, nominibus venditantur. Agnovit olim Innocentius III. rescripto ad Patriarcham Constantinopol. *quoniam apud vos non consueverunt Pontifices, cum consecrantur, ungi*. Sed & nuper admodum falsus ingenuè est & prolixè Joh. Morinus: addens, ne Romæ quidem in usu fuisse *Presbyterorum unctionem* tempore Nicolai I. Papæ, ex ejusdem Epistolis. Cujus tamen adeò urgent necessitatem unctionis, ut & eidem Innocentio Græcus quidam Episcopus, sine unctione ordinatus, minime haberetur talis; & anathemate feriant Tridentini, *dicentes sacram unctionem non requiri* &c. Neque etiam Presbyteros Orientales, *traditione patera & calicis, sacrificandi potestatem* consequi putant. Nusquam sive formale hoc, in Sacerdotali suâ ordinatione. Non etiam *traditione Evangeliorum* Diaconatus, aut *porrectione instrumentorum* cæterorum ordinum formalis apud illos collatio est. Ne jam singulas enarrem ceremonias quales exhibet Pontificale, in ordinandis Episcopis aut Presbyteris, magnâ sui parte Orientalibus missas, omnia *orationibus, hortationibus, & manuum solenni impositione*, paucis observatis ritibus, peragere contentis. Ne illo excepto Rituali Coptitarum, haud profectò adeò *veteri*, quod (nescio qui ad *confusionem Hereticorum*) transtulit Athanasius Kircherius, edidit inter Συμμιχθ Leo Allatius. In quas verò non sese vertit Joh. Morinus formas, ut jam Orientales cum Latinis conciliet suis, hinc Scholasticorum placita & disputata explodens, *materiam & formam* consecrationis simplicissimam statuens, atque ita facili negotio utrosque concilians? Sed de his alibi fusiùs, ut de *rasurâ* Sacerdotum nihil dicam, Græcis pridem invisâ, ab Hieronymo damnatâ, in Donatistis ab Optato reprehensâ, à Naziræis, teste Lombardo, præposterâ & alienâ imitatione haustâ, de quâ notæ in Ecclesiâ contentiones.

XIII. *Finis* impositionis manuum in Clericis ordinandis assignari non unus potest. 1. Κατ' ἀρχαίαν, non

Ad Diff. xxiii. C. vii.
Traſt. Sanhed. C. n. N. 4.
L. ii. C. v.
Salm. Ap. 287.
De Sac. Ord. C. xi. T. iii.
Extrâ de Sacram. non iter. C. Presbyter.
De Sac. Ord. C. iii. Can. v. L. i. §. 12. Pontifical. L. i. §. 13.
De Sac. Ord. C. ix.
Can. iii. In caput Esai. lviit. De Bapt. L. iii. C. xvi. contr. Don. De Hier. Eccles. C. v. Suprà ad Canon. i. Ex Formâ Ordio. Tab. xli.

Fact. Gen. Art. v.
De Sac. Ord. C. ix.
Exercit. Partenti Exerc. vii. C. v.
Decret. L. i. Tit. xv. C. i.
De Ord. P. iii. Ex. vi.
In Praefat. ad Nihuf. De Sac. Ord. P. iii. Ex. i. & seq. In Ezech. C. xlii. Lib. contr. Parmen. L. iv. Sent. d. 24.

Socrat.
L. I.
C. VI.
T. ult. ad
C. IV.

Can. XII.

non certe ut esset *Sacramentum* significans ex institutione divinâ, ut gratis Bellarminus. 2. καὶ ἁγίων, fines alii *Generales*, alii *Speciales*. I. Ad *imitationem Judaicam*, obque receptum, uti jam supra, vulgaremque in electionibus & ordinationibus apud Hebræos ritum. Hinc Hierosolymis, medios inter Judæos, coacta Apostolorum Ecclesia haud alio ritu Diaconos suos consecrandos censuit *Act.* vi. 6. II. *Ad imitationem Apostolicam*, utque solemnem in modum adherere se praxi & formæ Apostolicæ, qualis *1. Tim.* iv. 14. & v. 22. Ecclesia sequens Christiana testaretur. III. *Ad confirmationem* collati jam per electionem muneris, ut quasi in possessionem illius eâ ceremoniâ mitterentur, confirmarenturque de legitimo munere, tùm ille qui, tùm Ecclesia cui consecrabatur. Itâ Nicæni Patres Epistolâ ad Ecclesias Ægypti, ut admitterentur *οἱ μυσικότερα χειροτονίᾳ βεβαιωθέντες*. Ambrosius in *1. ad Timotheum*; *manuum impositionis verba sunt mystica, quibus confirmatur ad hoc opus electus*. Hinc & Baptismus per impositionem manuum olim dictus *confirmari*. IV. *Ad presentationem* Deo juxtâ & Ecclesiæ, ut utrique mitterentur, & quasi desponsarentur eo ritu. Cujus etiam *presentationis*, dum imponuntur manus, meminere Ritualia. Quomodo & *Levitæ fisti coram Domino* dicebantur, dùm eis imponerentur manus *Num.* viii. 10. V. *Ad approbationem* contestandam eo symbolo, cùm *Divinam*, tùm *Ecclesiasticam*; ut essent manus, esset vox ordinantis, quasi manus & vox Dei populique, ordinandum hoc modo admittentis, approbantis. VI. *Ad distinctionem*, secretionem *Ecclesiastici ordinis à plebe*, Clericorum à Laicis. Hinc Canon Nicænus penultimus, ad Laicos ablegans, extra Clerum, extra τὸ κανόνα, quibus non imponitur manus. *Ἐπειδὴ μὴ χειροθεσίαν ἴνα ἔχουσιν*, hinc placuit *ἐξ ἀκαθάρτου τοῖς λαϊκοῖς ἐξελθεῖν*. VII. In signum *benedictionis*, humanitùs optatæ, divinitùs in eos conferendæ. Comuni jam cum usurpatâ alibi impositione manuum *Gen.* xlviii. 14. *Marc.* x. 16. &c. instituto. Unde alio nomine dicta ordinandorum *benedictio*, etiam *consecratio*, prout Græcis idem sæpè *εὐλογεῖν ἢ ἀγιαζεῖν, benedicere & consecrare*, de quo Critici. Prout quoque dicta *benedictio poenitentia, benedictio conjugii, benedictio baptismatis, impositio manuum adhiberi & hic pridem solita*. Hinc etiam orandi illæ & bene precandi, in ordinationibus omnibus, formulæ. VIII. Speciatim ad *impetrationem Spiritus Sancti*, donorumque sapientia, sanctitatis, eloquii, virtutis &c. Ita Josua ad impositionem manuum *repletus* dicitur *Spiritu sapientia Deo.* xxxiv. 9. Hinc & formulæ *ἐν τῷ χειροθετῶν, Accipe Spiritum Sanctum &c.* vel, *Reple eum Spiritu tuo Sancto &c.* Cujus *il-lapsus* non incongruè hoc signo adumbratum voluere Apostoli *Act.* viii. 16. xix. 6. IX. Ad *instructionem* ipsius ordinandi, fore deinceps *super illum peccata populi*. Quâ ratione *vidimus Levit.* i. iv. xvi. imponi manus, i. e. transferri in eas iniquitates, consuetæ. Ut ita de assiduis pro grege precibus, curâ, vigilantia, vitæ sanctimoniam, & reddendis rationibus monerentur. Sicuti *Angelis*, sive *Pastoribus*, quæ foedabant Ecclesias Asiaticas septem, adscribuntur vitia atque peccata *Apoc.* ii. iii. XIV. Succedit illius *χειροθεσίας Effectus*, non certè alius quàm qui ex memoratis modò *fructibus* fuit. Imprimis. I. *Confirmatio & auctoratio*, qualem dicebamus modò, ad exercitium sacri muneris, sive *Presbyteratus, sive Diaconatus &c.* In specie quoad τὸς κοπιῶντας ἐν λόγῳ, actualis exinde prædicatio verbi, & Sacramentorum administratio. II. Perceptio *charismatum* ad id requisitorum, eorumve incrementum, exemplo Seniorum *Num.* xi. 25. *Josue Deo.* xxxiv. 9. *Timothei 2 Tim.* i. 6. Nisi hæc

ad extraordinaria illorum temporum referre charismata quis malit. Sed sive *extraordinaria*, sive etiam *ordinaria*, conferenda illa non ipsius virtute signi, benè junctarum efficaciam precum *Jacob.* v. 16. *Act.* viii. 15. & operatione ipsâ *Spiritus S.* i. *Cor.* xii. 8. &c. Ut fuerit nuda impositio manuum non nisi *tes-tera gratiæ*, ex ipsâ *Dei* quasi *manu* percipiendæ. Operatio illius adeò non nisi *moralis, & organica*, eademque non *perpetua* neque *necessaria*. 1. Ex defectu *promissionis*, huic annexæ symbolo. 2. Ex defectu virtutis *spiritualis*, in signo externo & *materiali*. 3. Quia nec illi unquam Deus alligavit gratiam, ex opere (ut illi) *operato*. 4. Quia nec semper efficax oratio, deficiente orantium fide, & *opere operantis*. 5. Quia non magis ex *impositione manuum* necessariò fuit gratia *ordinis*, quàm ex eadem fluxit semper gratia *charismatum, & sanationum*. 6. Quia vel sola hic sufficit experientia, in multis sæpè *ordinatis*, gratiâ omni nimis quàm destitutis. 7. Quia ita etiam Veteres. Decretum; *Non omnes Episcopi sunt Episcopi, attende Petrum, sed Judam considera &c.* Author *Quæstionum Vet. & Nov. Test.* in *Operibus Augustini*; *Nostri Sacerdotes super multos verba benedictionis imponunt, sed in paucis effectus est. Rituale Copticum Kircherianum: Neque enim gratiam concedis per nostras manus peccatrices &c.*

XV. Aliter hodie Pontificii de Effectu Ordinationis, qui ipsis geminus. I. *Character ordinis*, sive potestatis spiritualis, nullâ apostasiâ *delebilis*. 2. *Gratia gratum faciens*, uti inquit in hac causâ Bellarminus, sive infusæ sanctitatis & justitiæ. Ad quæ observasse suffecerit. I. *Characterem* non dari per *manuum impositionem*; ex hypothese Thomæ Durandi, Domin. à Soto, &c. ipsius Concilii Florentini. Ergò quamdiu solâ impositione manuum ordinati Presbyteri & Diaconi, uti primitus in Orientalium, Afrorum, imò & Occidentalium Ecclesiis, nullus sanè character impressus fuit. II. Sed neque *instrumentorum* porrectionem conferre *characterem* posse, quando & institutione Dominicâ & promissione apertissimè destituta est, & Græcis juxtâ ac Latinis veteribus omninò non usurpata. III. Nec adferri rationem posse, cur porrectio patinæ & calicis imprimat characterem *Presbytero*, aut libri Evangeliorum *Diacono*, non verò porrectio clavium imprimat characterem *Ostiaro*, aut Codicis sacri *Lectori &c.* Quod animadvertens Bellarminus contendit, *minores ordines imprimere characterem, & esse Sacramenta*. Bellum indicens hoc ipso Lombardo, Durando, Cajetano, Vasquesio, & Scholasticorum doctiori turbæ, etiam quoad *Subdiaconatum*. IV. Niti hunc *characterem* falsissima iterum hypothese, *de Ordinis vero & proprio Sacramento*. Quamquam impositionem manuum haud ægrè cum Augustino dixerimus *sacramentum*. Cujus vocis, modo pro *sacro secreto* seu mysterio, modò pro *sacro quovis signo*, figurâ, exemplari, modò pro eo quod *consecratum & benedictum*, planus in Veterum scriptis, Augustini præsertim, usus. V. Dato etiam, verum esse Sacramentum, cur *characterem* imprimat Ordo? non Eucharistia, non Extrema unctio, non Benedictio conjugii, non Sacerdotalis absolutio? Quando, Pontificio homine teste, *omnia qua attribuntur characteri, &c. ita inveniuntur in sacramento Eucharistia, & ceteris non imprimentibus characterem, sicut in his qua imprimunt characterem*. VI. Malè etiam colligi *indelebilem characterem*, quod facit Bellarminus, ex non iteranda ordinatione. Quatenus iteranda vel non iteranda, dicitur infra. Satis est, posse ordinos excidere Clericatu, & redire ad Laicos. Quod qui negant, nã illi laicè & imperitè nimis sentiunt. Quid enim sonat aliud in Canonibus, τὸ παθαρῆσαι, sive deponi? An non excidere Clericatus nomine, officio,

Causâ II.
c. Non
omnes.
T. IV.
Quæst. V.
T. cix.
In ord.
Diac.

De Sac.
Ordin.
T. III.
c. ix.

Libr. ci.
tat. c. viii.

Alteuff.
in Dict.
Theol.

Canon. Apoft. LXII.

Just. ad Can. VIII. Cham. T. IV. L. IX. C. III. N. XXXIX. &c. De Sacr. Ordin. C. III. Can. IV.

Lib. cit. C. IX.

ordine, dignitate? Quid aliud, revocari ad *communione laicam*, seu ante Clericos deinceps *communicare laicos*? Aut eosdem poenitentiam agentes non nisi *ως λαϊκός δεχθῆναι*, solummodo *ut laicos recipi*? Et quidem si lapsus gravior, non restituendos, non recipiendos unquam *in Cleri numerum*, in *cleri locum*, in *catalogum*, in *gradum*, in *canonem*, ut passim Veteres. Loca in hanc rem qui volet, adeat Justellum in Codicem Canon. Eccles. Univerf. & instar omnium Chamierum in Panstratiâ Catholica. Viderint ergò Tridentini, quos hæc feriant; *Si quis dixerit &c. vel eum qui Sacerdos semel fuit Laicum rursus fieri posse, anathema sit.* VII. Supponi iterum gratis, esseque *μέγα λαν αἴτημα*, quod *imprimatur* eo caractere *potestas spiritalis*, & quidem *conficiendi sacrificium*, seu *offerendi pro vivis & mortuis*. Petimusque *characteris* hujus monstrari in Scripturis, aut priorum ætatum monumentis, vel *nomen*, vel *res ipsam*. Neque quoad nomen, Augustino assurgere altius est ausus Bellarminus, sed feliciter nimis. Ignoravit hunc characterem ipse Magister Sententiarum, de eo altissimum silens. Ignorasse Scripturam, Patres, Antiquitatem, largiantur Albertus M. Scotus, Durandus, Biel, Cajetanus, & si qui plures, quos citatos vide hoc nomine etiam apud suos. Ut taceamus *αιωρίσθη* Scholasticorum super hoc caractere bella & diffidia, aliis memorata. VIII. *Gratiam* collatam *δὴ ἐπιθέσται χειρῶν* perperam statui Purpurato isti *gratiam facientem*. Id est ordinariam, & salvificam, gratiam justitiæ & sanctitatis. Quasi verò hanc notet datum illud Timotheo *χάρισμα ἀφ' ὧν ἐφείλες*, 1. *Timoth. IV. 14.* Quasi non illâ imbutum antè Timothei pectus, quam imponent Presbyteri manus! non designentur veriùs extraordinariæ illorum temporum dotes! illæ certè quæ ad prophetiam & ministerium requisitæ! dona igitur potius *gratis data*, ipsave *prophetia*, aut etiam *potestas*, bonos sacri muneris. Hinc sæpè Veteres, *ἀξιοθῆναι ἕ τ' ἀγαθῶν*, ἢ *ἐπισκοπῆς* &c. *χάρισμα*, *dignari charismate Diaconatus, Presbyteratus &c.* Sed Ordinatione semel inter Sacramenta relatâ, hoc modo de Sacramenti gratiâ loqui necesse habuit Bellarminus; *ἐνὸς ἃ ἀτόπη δοθέντος, ἀλλὰ ἔπειτα.* IX. Pari jure eam *gratiam* adscribi ordinationi *ex opere operato*. Cujus vanitatem asserti thesis superior exposuit. Quumque nonnisi *προσυχῆς ἢ νηρείας* in hoc casu contenderent coelitus gratiam ipsi Apostoli *Act. VI. 6. XIII. 3.* isti hodie ex plenitudine potestatis, quasi à se (uti à Filio) procederet Spiritus S. factâ *insufflatione* Domini exemplo *Job. XX. 12.* plerumque etiam nonnisi à Vicariis & Suffraganeis, illicò *accipi Spiritum Sanctum* opinantur. Quæ verò hi præmittere *jejunia* soleant, & quando, videbitur alias.

XVI. Sed tandem ad impositionis manuum *Subjectum deulion* properamus. In quo attendi, in hac temporis chartæque angustia, brevissimè poterunt 1. *Sexus.* 2. *Ætas.* 3. *Conditiones animi.* 4. *Conditiones corporis.* 5. *Nativitas seu origo.* 6. *Titulus seu vocatio.* 7. *Ordo seu officium.* 8. *Vita civilis.* 9. *Vita æconomica.* Ad hæc enim, ni fallimur, revocari præcipua posse, quæ hûc sive ex Sacris sive Ecclesiasticis constitutionibus spectant, autumamus.

XVII. *Sexum* quod spectat, non *Viris* modo ad dictis Ecclesiæ ministerio, sed & *Fæminis* impostæ quondam manus. Harum videtur fuisse genus duplex in primitivâ Ecclesiâ: *αἱ πρεσβύτερες* seu *πρεσβύτιδες Presbyteræ*, *Seniores* fœminæ; & *αἱ διάκονοι*, seu *Διακόνισσαι*, *Diaconissa*, *ministra*. Quas easdem fuisse ratione ministerii, Justellus ex Epiphaniï loco Hæresi LXXIX. *diversas* & omninò alias Magni quidam Viri, ex Canone Conc. Laodiceni, sentent. Canon sic habet: *οὐκ ἔστι μὴ δύν τὰς λυγο-*

μένας πρεσβύτιδας, ἢτοι προκαθημένας, ἐν Εκκλησίᾳ καθίστασθαι. Et videntur sanè diversæ hæc à Diaconissis Presbyteræ. I. Quia distinctionis ergò, *αἱ λεγόμεναι πρεσβύτιδες, Presbyteræ* in specie sic dicuntur. II. Quia eadem *αἱ προκαθημένας, præfidentes, præfæta*; cæteræ *ministra*. Nescioque an ad eum ferè modum, quo qui inter viros dicti *οἱ γέροντες, Seniores* Tertulliano, Optato, Ambrosio, Augustino. Laici illi quidem, nostrisque hodiernis (ut videtur) non uno modo absimiles. Sed & dictæ eadem fœminæ *matricuræ*, quasi *curantes* res Ecclesiæ, aut *matricula*, barbarè *matricularia*. III. Quia & ætate majores Presbyteræ Diaconissis, *ταύτων χειροτονίᾳ αἱ πρεσβύτιδες*, apud Epiphanium. Unde & Hæres. quibusdam hinc *προκαθημένας, i. e. προκαθηδρίαν ἢνὰ ἐχούσας*, honoratiorem sedem habentes in Ecclesiâ. IV. Quia easdem vetant Patres *καθίστασθαι ἐπίσκοποι*, stabiliri, seu *χειροτονεῖσθαι ordinari*, consecrari, quodcunque tandem illarum esset officium. Deprecandas ergò in Laicis, contrâ quam illo tempore & diu post Diaconissæ. Etenim quam *Diaconissas* per impositionem manuum *consecrare* olim sacris in more positum, ambigere nos non sinit. 1. *Diaconorum*, pariter in ministrantium ordine, similis consecratio *Act. VI. 6.* Quidni *Diaconissarum*? de quarum electione, ætate, virtutibus Paulus 1. *Tim. V. 9. 2.* Tertullianus, non uno loco *ordinationis* harum fœminarum memor; priore ad Uxorem *Lib. I. c. VII.* bro, & Exhortatione Castitatis sub finem. 3. Nicænus Canon, distinguens inter Diaconissas *καὶ ἐν τῷ κανόνι*, vel *ἐν τῷ κλήρῳ*, & inter Diaconissas habendas *ἐν τοῖς λαϊκοῖς*, quoniam *μηδὲ χειροθεσίαν ἰσοῦ ἔχουσι*, ut eruditè vindicat hunc Canonem *ὁ πῶν* Salmasius. 4. Chalcedonenfis Canon, decernens *Diaconissam mulierem μὴ χειροτονεῖσθαι ἢ ἐπὶ τῷ τριτοῦ ἐξουσιάζειν*, non *ordinari ante XL. annos*; eandemque *δέξασθαι τὴν χειροθεσίαν, acceptâ manuum impositione*, redire sub poenâ anathematis ad conjugii voca non posse. 5. Canon Concilii VI. in Trullo, ne *Diaconissa ante annos XL. χειροτονεῖσθαι*. 6. *Abrogatio* hujus instituti de ordinandis fœminis, occisione inter alias *Cataphrygon*, vendicantium etiam suis mulieribus auctoritatem ministerii. Unde Canon Concil. Epaumentis, sub Gelasio I. *Videtur consecrationem, quas Diaconissas vocant, ab omni regione nostrâ penitus abrogatas.* Quamquam alii aliter de hoc Canone sentiant, qui abrogationem eam faciunt recentioris ævi. Frustrâ eruditissimus Justellus tribuit illis impositionem manuum *benedictionis*, nunquam *ordinationis* aut *consecrationis*. Quando & *χειροτονίας* expressè meminit Chalcedonenfis Canon, ac Trullanus; & una eademque esset species *χειροθεσίας, benedictionis & consecrationis*; priorque illa definiatur ipsi Justello *benedictio*, per *orationem & impositionem manuum*; quo ipso (accedente hoc *fine*, sc. ad ministerium sacrum, & *subjecto* ritè electo, vocato) habemus *ordinationem*. Sed de *fœminarum*, quam in orbe utroque sustulit sequens ætas, consecratione per manuum impositionem satis. *Attentè* verò in his fœminis variè requisitam, & *ministerii* sui in Ecclesiâ partes qui desiderat, intelliget fuscè ex Canonibus & Constitutionibus Veterum, apud Ch. Justellum, Joh. Leunclavium, alios, *Novell.* vel etiam inexhaustæ eruditionis virum Ger. Joh. *Justin.* Vossium, *CXXIII.*

XVIII. *Ætas* in ordinandis per manuum impositionem, pro varietate Ordinum seu graduum, variè olim definita. De jure *Ecclesiastico* tamèn, confirmato à sacratissimis Principibus, non *Divino*. *African.* *Can. XVI.* *assignati ad minimum anni XVIII. Deinceps etiam VIII. suffecere.* *Diaconos* (quorum erat ἢ *ἀγῶν ἢ ποτῆλον ἀναφέρειν, ministrare*, etiamque *κῆρυξεν, acclamare*) noluit Concil. Carthaginensè *ordinari ante annos* *C. PLAC.*

Hæres. LXII.

L. I. C. VII.

De Prim. in Appar. P. 178. Canon. XIV.

Can. XII.

C. XXI. et Edit. Surii.

Ad Can. Eccles. Univ. XIX. & CXCIII.

Ad Can. XII.

Comment. in Ep. Pli. III.

Novell. Justin.

CXXIII.

Conc. Ancyr. Can. II.

In Cod. African. Can. XVI.

Diff. LXXVII.

C. PLAC.

nos aetatis xxv. malè xx. apud Gratianum. Quod uti de Subdiaconis functione suâ roboravit Justinianus in Novellis. Alibi tamen ordinari permittitur Subdiaconis eixoaerías, annorum xx. in Synodo VI. In Presbyteris primitus requisitus annus aetatis xxx. etiam ante id temporis πένν αἰῶν. Concilium Neo-Cæsariense, Nicæno antiquius, περιέχει πρὸς τὴν τετρακοντῆ ἐτῶν μὴ χειροτονεῖσθαι. Ita etiam Concilium Agathense, Cæsariense, Trullanum, & Basilicæ Constitutiones. Rationes hujus instituti variæ. 1. Quæ in Neocæsariensi Canone expressa est, ab exemplo Christi Domini, non ante annum aetatis trigessimum ad baptismum & ministerium admitti. 2. Ab exemplo Judæorum, seu Moisaicâ constitutione, de aetate ministrantium tabernaculo, ab anno trigesimo ad quinquagesimum Num. iv. 3. 3. Denique quia habitus annus ille trigessimus aetas verè perfecta & virilis, ne etiam gravissimis hisce functionibus admoti essent νεόφυτοι 1. Tim. iii. 6. ut etiam gravitas morum muneris gravitati responderet, unde & nomen περιτέλειαν. Sed & in Episcopis postulatus annus aetatis xxxv. in allegatâ modo Novellâ Justiniani. Quam tamen posteriori abrogavit functione, ut observat Theod. Balsamo, dùm aliâ Novellâ, satis esse Episcopum εἶναι τὸ λ. ἐτῶν ἐναι, supra trigessimum annum esse. Et hæc quidem Imperatoris & Ecclesiasticæ Constitutiones confirmatæ dein in Synodo VI. Trullanâ, & aliâs. De quibus etiam Gratianus in Decreto, Distinct. LXXVII. & LXXVIII. Tridentini quoque, ne à functionibus veterum omninò recessisse viderentur, Episcopis annos xxx. sed Presbyteris nonnisi xxv. juxta Clementinam, &c. salvis nempe Dispensationibus, in speciem assignarunt.

Novell. CXXXII. C. IIII. Canon. X. Canon. XVII. Canon. XXII. Canon. XXIV.

N. cxxxii. c. i. §. i.

Novell. CXXXII. C. II. Canon. XIV. XV. Sess. XXIII. XXIV. De stat. & qual. C. ult.

Schol. in Notioc. Tit. I. CXXXVIII.

Sub init. Epist. Euseb. L. V. C. IIII. Niceph. Hist. L. XII. C. XXII.

XIX. Verùm enim verò ut scrupulosè nimis definitus hic numerus annorum, peccatumque in excessu quodam, ita peccatum in defectu longè gravius. Ex quo certè converti cœpta officia in beneficia, vnera in honores, realia in personatus, Ecclesiasticæ functiones in lucrosos titulos. Qui tùm in Oriente, tùm imprimis in Occidente, passim irrepsit abusus. Ita suo tempore testatur Balsamo, insignis Lettorum Clericorum titulo, qui VI. annorum, interdum etiam III. Talia multa apud Byzantinos Scriptores exempla, v. g. illud Theophylacti Constantinopolitani equifonis verius aut stabularii quàm Episcopi, Patriarcharum Constantinopolitano admoti anno aetatis xvi. In Romanâ Ecclesiâ, infantes & pueros ordinari Episcopos & Presbyteros & Diaconos &c. posse, notum ex illius cùm doctrinâ, tùm cotidianâ praxi. Ita Scholastici communiter ad iv. Sent. d. xxv. Durando invito. Hinc jus dispensandi Pontificium aut Episcopale circa aetatem ordinandorum, de quo Canonistæ. Quem abusum dùm attentius pensamus, horret animus. Ne dicamus Pontificem decennem Benedictum ix. aut vix prætextâ depositâ Johannem xiii.

XX. Nobis verò verti vitio minimè potest, quod revocemus in hoc, ut in aliis, Apostolica tempora. Id est ordinandos non ex annorum numero, aut corporis mole, sed ex doctrinâ, pietate, & animi dotibus æstimemus. Nulli hic de jure Divino & Apostolico positi limites. Ordinatus juvenis satis Timotheus, ut venire etiam illius juvenus in contemptum posset, quod noluit Paulus 1 Tim. iv. 12. Juvenes & præerant Episcopi Ignatianis temporibus, quorum pariter sperni πῶν ἡλικίαν, τῶν νεότητι, vetat interpolata ad Magnesios. Ita duodevigesimo aetatis anno præfectus Alexandriae Origenes τῷ τὸ κατηχήσεως διδασκαλίῳ. Sic Eleutherius, si Nicephoro fides, anno vigesimo ordinatus Illyrici Episcopus. Vix tamen infra illam descendi aetatem debere censemus, infra quam nec Levitas in tabernaculum admittit David 1 Chron. xxii. 27. neque Israe-

litas ad militiam Deus Num. i. 3. Quum & ipsam Romani pueritiam usque ad annum decimum septimum reputarent. Hinc prudentes Reformatarum passim Ecclesiarum constitutiones, quæ in ordinando desiderant annum xxv. Nec minùs prudentes illæ, quæ de aetate quidem, minimè vero de pietate dispensant, probandâ in antecessum haud uno documento.

PARS III.

BREVIARIUM.

Dictorum recapitulatio, & dicendorum de Ordinatione per χειροθεσίαν summa. Animi in Ordinando requisitæ dotes. Scrutinium hinc ab ævo institutum, & necessarium idem. De corporis in eo conditionibus, & speciatim de Eunuchis agitur. De variis aliis corporis vitis, an ab ordinatione & ministerio Ecclesia excludant? Item de illegitimè natis personis. An χειροθεσία necessario præcedat determinata ad certam Ecclesiam Vocatio? Minoribus Ordinibus an competat χειροθεσία. De Diaconis & Senioribus nostris hodiernis disquiritur. Impedimenta Ordinationis civilia re-consentur & examinantur varia. De Servis speciatim tractatur.

Illud quod abruptimus modò resumimus, de Impositione Manuum circa ordinandos pertexturi telam. Neque enim in his angustiis, quæ & quousque fert animus, datur excurrere. Sed fortè ἡ ἰκανὴ ταῦτα τοῖς σώφροσι. Dictum præcedenti Disseratione, primò de vocibus χειροτονία & ordinationis. Illamque & hæc magis propriè de electione, quàm de manuum impositione, uti hoc quidem Morino & recentioribus placet, usurpari. Secundò accessimus ad rem ipsam, deque Ordinationis ministro, materiâ, formâ, effectibus, subjecto ratione cùm sexu tùm aetatis, quæ videbantur, monuimus. Sequuntur in eodem subjecto spectandæ eadem brevitate, animi, corporis, originis, vocationis, vitæ civilis, vitæ oeconomicæ conditiones. Tandemque de Adjunctis hujus impositionis manuum paucissimis differemus.

De Sac. Ordin. P. III. Ex. I. C. I.

II. Ad animi in ordinando requisitæ dotes & conditiones referimus virtutes, cùm intellectuales tùm morales, cùm theoreticas tùm practicas. Nemo melius expresserit Paulo notis satis locis 1. Tim. iii. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Tit. i. 6. 7. 8. Ubi tùm σοφολογιῶς tùm κατὰ φωνήν, tùm κατ' ἄρεσιν quæ inhabilem reddunt ad munus Episcopi aut Presbyteri, tùm τὸ θεῖον quæ contrâ habilem. Ad duo omnia reduxeris capita, doctrinam & vitam. Aut ad tria hæc, scientiam, pietate, & prudentiâ cùm civili tùm oeconomicâ, temperatam. Quarum necessitas virtutum ex munere & officio ejusdem intelligitur. Doctrina, ut ædificet voce, vita, ut exemplo. Scientia, ut & doceat & arguat; pietas, ut & sibi consulat & gregi; prudentia, ut præesse norit τῷ ποιμνίῳ, & subesse ταῖς ἐκκλησίαις. Hinc gravis illa hortatio, καὶ ἡ μὴ ταχέως χεῖρας ἐπιθέναι 1. Tim. v. 22. Et alibi, ἔτοι δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον 1. Tim. iii. 10. Eundem in finem flagitat Apostolus, ut μαρτυρίαν καλῶν ἔχωσιν ὑπὸ τῷ ἔξωθεν vers. 7. Præclaræque & cædro dignæ Gregorii Nazianzeni in hunc finem voces: καθαρὸν δὲ πρῶτον, εἶτα καθάραι, σοφισθῆναι, ἢ ἕως σοφίαι, γίνεσθαι φῶς, ἢ ἕως φωτίαι, ἰσχύσαι θεῶν, ἢ προσαναγαγεῖν ἀδελφούς, ἀγιασθῆναι ἢ ἀγιώσαι, χειροτονεῖσθαι μὴ χειρῶν, συμβεβῆσαι μὴ σωίσεως. Mandati oportet primum, ac deinde mundare; sapere, ac deinde sapientiam docere; lucem fieri, & postea illuminare; sanctificari, tum sanctificare &c.

In Orat. Athan.

III. Fuit etiam sollicita hæc primitivæ Ecclesiæ cura, quamdiu virgo fuit. Unde præmitti solitum scientiæ morumque examen, quod scrutinium Canonistæ vocant. Græci ἀνάκρισις, ἐξέτασις, δο-

κίμαζαν, ἐρώτηζαν, σκόπηζαν. Scientiæ quidem, factò tentamine; morum, conquistis testimoniis

Can. IX. & XIX. Nicæni Patres: εἰ ἢ ἡ ἀνάγκη ἀνεπιτηδεύεις αὐτὸς δόξιοι, &c. & alio Canone, εἰ ἴνες ἀνεξελέσως προήχθησαν πρεσβύτεροι, &c. Laodice- ni: constituendos esse Episcopos ὄλας ἐκ πολλῶν δεδοκιμαζόμενος, ἐν τε τῷ λόγῳ τῆ πίσεως, ἢ τῆ ἔδιδέως λόγῳ πολιτείας, probatos cum in sermone fidei, tum in recta conversationis exemplo. Concilium Carthaginense III. apud Gratianum: Nullus ordinetur Clericus nisi probatus, vel examine Episcoporum, vel populari testimonio. Justinianus de ordinando Episcopo: Θεωρίζομεν σκοπεῖσθαι πρότερον αὐτῶν τὸ βίον, καὶ τὸ εἶον Ἀπόστολον, sancimus considerari prius ejus vitam, &c. Ibidem; εἰδὲ ἐχρηματίζομεν λαμβάναι τὴν χειροτονίαν, ὡς ἀρετὴ μὲν ἰδιώτης, εὐθὺς ἢ κληρικός. Nec imaginariam suscipere ordinationem, tanquam modo quidem idiota, mox autem clericus. Quod alibi de omnibus Clericis repetit, imò ordinationes cum omni diligentia & rigore fieri oportere. Adeatur & Gratianus; quomodo sit examinandus qui in Episcopum eligitur, ex Concil. Cartaginensi IV. Sexcenta id genus mittimus de gratiâ ordinis, seu requisitis dotibus ad ministerium. Quæ omnia sanè si nostra observarent ubique tempora, indueret novam Ecclesia faciem. Pendetque ab utroque hoc, id est, non doctrinæ modo, sed cumprimis vitæ, morum, ingenii scrutinio, momentum omne Christianæ ædificationis. Ilicos hîc sæpè peccari intra muros haud diffitemur, quandoque non probatis satis juvenilibus & lascivientibus ingenis, nec tam commendatione propriâ quàm alienâ promovendis. Ast extra, scrutiniis quàm misera? quàm languens? quàm diversa à priscis Canonibus ratio? Neque mirum, sive plerumque ordinandos, sive ipsos sæpè ordinantes, sive finem ordinationis attendimus; ut qui olim ad prædicandum, hortandum, arguendum, juxta illud Tit. 1. 9. hodie ad missandum, modulandum, aut etiam imperandum missi intelligantur. Quanquam de suâ quoque ætate Justinianus, inventos Episcopos & Clericos, rudes aded, ut nec ipsam quidem vel sancta oblationis, vel sancti baptismatis orationem tenerent aut scirent. Et antè Gregorius Theologus, de neglecto examine morum: Χθὲς ἱερόσυλοι, καὶ σήμερον ἱερεῖς. Χθὲς τὸ ἁγίων ἔξω, καὶ μωσαγαγοὶ σήμερον &c. Similia alicubi Hieronymus ad Oceanum, etiam Tertullianus libro unico de Præscriptionibus; sed ita, ut iis medelam morbis quærerent seriò Veteres illi & adhererent. De furiosis verò, arreptitiis, afflictione diabolicâ vexatis &c. arcendis ab ordinatione, otiosè satis disceptatur.

IV. Corporis conditionem habemus inter secundas & principales minùs. Dubiumque ante omnia de Eunuchis esse posset, tum de eluscatis, cæcis, mancis, aut aliundè mutilis. Et quantum ad Eunuchos, primò distinguendi, qui naturâ, sive ut Hebræi, qui בְּיַד שְׂמַי Dei manu, vel ut Christus, ἐκ κοιλίας μητρός Matt. XIX. 12. ab iis qui casu, sive אֶרֶם בְּיַד אֲנוּס manu hominum, sive per ἀνεχισμὸν tales. Priores ne Dei quidem lege sub V. T. Deut. XXIII. 2. prohibitos sacro ministerio, Hebræi tradunt. Multò minùs sub Novo Fœdere, sublatis figurarum umbris Esai. LVI. 4. 5. Unde & admittit tales compilerator Apostolicorum Canonum; qualem etiam fuisse Dorotheum, Antiochiæ Episcopum, charum Diocletiano, Eusebius refert, τὸ φῶς ἐν ἀνεχισμῷ. Posteriorum ἀνεχισμῶς, alius iterum voluntarius, alius coactus; alius æstivus, alius passivus; sive jam à barbaris, sive à Dominis, sive à medicis ex morbo. Neque hunc, passivum nempè, excludere ab ordinatione dignum aliàs, consensit pia antiquitas; ut ex iisdem Canonibus Nicen. I. Apostolicis, & Canone Nicæni I. Oecumenici, sta-

Novell. CXIII. in Præf. Orat. Funer. Athan. Epistol. LXXXIII.

Canon. XXI.

Histor. Ecclef. VII. L. C. 28. aut XXVI. Can. Ap. XXI. Canon. Nicen. I.

tim in exordio. Activam verò & voluntariam excitationem in eo,

Mollia qui ruptâ secuit genitalia testâ, five ex indignatione sive ex continentia studio profectam, sive per se, sive per alium, repellere à Clericatu, iidem decrevere Canones, & Concilium Arelatense II. Licet nihilominùs Origenes (cujus facinus apud Eusebium) & ordinatus postea fuerit, & invito Dometrio Alexandrino in Presbyterio permanserit. Meritò tamen tales ἀνόχρεις habitus, & scandalosi, & semiviri, indignique qui alios ad conflictum cum tentationibus & stimulis imbelles ipsi hortarentur.

V. Non diffitemur à Sacerdotio sub legali œconomia exclusos, in quibus esset corporis vitium Levit. XXI. 17. 18. 19. 20. Quales cæci, claudi, κολοβόρινες, ἀτόμητοι, fracti pede manuve, gibbi, lippi, suffusi oculis, scabiosi, impetiginosi, ἰθλιβια. Quam & in Sacerdotibus integritatem corporis Gen-tilis postulavit superstitio. Sacerdos non integri corporis quasi mali ominis res vitanda est. Adeò ut Metellum Pontificem, & M. Sergium, quod ille lumina, hic dextram, pro salute licet populi Romani, posuissent, à sacris removerent. Verùm enim verò quod Ethnicus ille de suâ lege, in favorem Metelli, Lex integrum ad animum refert, non ad corpus, idem nos de Mosaicâ lege. Respexisse primario ad animi vitia, & deformitatem mentis. Ne forent servi Dei cæci, surdi, claudicantes animo &c. Esai. XLII. 19. Gal. II. 14. Secundario tantùm ad corpus, & in umbram rerum futurarum. Unde XII. corporis vitiis, Levitici illo loco recensitis, opponi voluerunt alii XII. virtutes animi, sed subtiliter nimis, loco 1. Tim. III. 2. &c. Nullus ergò corporis defectus arcere hodie ab Ordinatione debet, præterquam 1. Si tollat omnem ad munus aptitudinem, reddatque virum inhabilem. 2. Si conjunctum offendiculo sit, arguatque culpabilem. 3. Si deformitatis ita modum excedat, vt reddat penè formidabilem. Hinc ad dubium de eluscatis, cæcis, mancis, mutilis, &c. in promptu solutio est. Eluscatis quidem, quibus per vim erutus oculus, iniquius quàm tales ab ordinatione jure Pontificio excludi. Cæcos à pueris itidem, qui tantùm abest arceantur eopse impositione manuum, ut nonnunquam oculo sponso (quod de Didymo Alexandrino Hieronymus) & luminibus animi, omnibûsque ingenii memoriæ & doctrinæ dotibus sint πολλῶν ἀνθρώπων ἀλλων, cujus rei hodie luculentissimam fidem, ituro ad nepotes exemplo, Gallia facit Reformata. Idem de manu alterâ, aut pede, aut digito &c. passivè mutilatis judicium esto, de quibus Gratianus in Dist. Nec à nostris absona, quæ notarunt Balsamon & Zonaras ad Can. Apost. LXXVII. & LXXVIII.

VI. Quantum ad Originem, refertur hûc quæstio de illegitimè natis, quales naturales, spurii, adulterini, ex incestu nati. Prohibetur sanè ab ingressu tabernaculi ad decimam usque generationem וְדָם, LXX. ἐκ πόρνης Deut. XXIII. 2. Sed sive istic spurii quivis, sive (ut Hebræis placet) ex damnato coitu nati, sive nonnisi alienigena, positivi id juris fuit. Nusquam jus Apostolicum, aut antiquiores Canones, spurios quàm tales à sacris faciendis arcent. Quemadmodùm nec à civilibus aut militaribus honoribus jus Imperatorium; non enim impedienda est dignitas ejus, qui nihil admisit. Canonice Pontificii omninò, prohiberi tales à promotione ordinum, beneficiorumque. Rationes adfert Glossa in Sextum 1. Ob ordinis prærogativam. 2. Ob detestationem patris cuius timeret in filio. 3. Ob incontinentiam patris quæ promovetur. Ridiculi hi tamen, quamdiu rescindere omnia dispensationibus licet, Episcopali & Pontificiâ. Prohibet & Politia Anglicana spurios,

Hist. Ecclef. L. VII. c. VII. veli.

Epitom. Cour. Sen. L. IV. C. II. Plin. L. VII. C. XXVIII. Senec. loc. cit.

Dist. IV. C. ult.

Dist. IV. C. 6. qua C. lazar.

Dig. de Decur. tion. l. 6.

Sext. L. 1. Tit. XI. C. 6. is.

Polit. Angl. Tab. XI.

exigens literas testimoniales ad Episcopum ordinantem, tam de ordinandi conversatione, quam natalibus. Neque nos promiscue aut temere imponi manus volumus illegitime natis; bene removeri posse quæ hinc emergunt incommoda; 1. si fiat distinctio quædam inter naturales, etiam spirituos, & eos qui ex damnato coitu; 2. si natalium infelicitatem compensant natura & gratia egregiæ dotes; 3. si diligentius, quam vulgò, in eorum inquiratur mores, ne lateat sub fallaci specie τὸ ἕ πατὴρ παιδίου; 4. si, cæteris paribus, præhabeantur legitime nati; 5. si de cætero, prudenti ordinantur, & consensu admittentium, præcaveri offendiculum queat.

VII. Succedit *titulum*, seu *vocatio* in ordinandis. Venitque in disquisitionem, num χειροθεσία prærequirat χειροτονίαν, sive ordinatio vocationem? Eandemque non generalem modò & indefinitam, sed specialem & determinatam ad certam Ecclesiam, institutionem vocant. Posterius colligi videtur, ex temporis Apostolici moribus, excipiente χειροθεσία electionem, vocationem certam, sive extraordinariam, sive ordinariam Act. vi. 6. XIII. 2. XIV. 22. 2. Cor. VIII. 19. I. Tim. IV. 14. Tit. 1. 5. Praxin sanè & antiquas constitutiones si respiciamus, omninò prærequiritus certus titulus. Pervulgatus est in hanc rem Canon Chalcedonensis, malè non nemo Carthaginensis: Μηδένα δόπολυμένως χειροτονείσθαι, μήτε Πρεσβύτερον, μήτε Διάκονον, μήτε ὄλωσιν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι. Scilicet Ecclesiastici Ordinis neminem solute, aut absolute, aut ut Canonistæ, sine titulo vel statione esse ordinandum, ἀλλὰ πάντως εἰς

Can. VI.

Tit. I. C. XXXIII.

Novell. CXXXI. C. I. Athan. Apol. II.

L. I. C. XXV. Grat. Dist. LXX. C. Sacerd. Sess. IIII. de Reformatione. C. VI. L. IV. Sent. d. XIV.

ἐκκλησίας, ut Photius in Nomocanone. Subjungunt eodem Canone Patres: τὰς ἡ δόπολυτως χειροτονούμενους ἄρχεν ἡ ἁγία Σύνοδος ἄκυρον ἔχει τὴν τοιαύτην χειροθεσίαν, ἢ ἰσα solute ordinatis, decrevit sancta Synodus, irritam haberi eam manuum impositionem. Qui Canon, uti cæteri universæ Ecclesiæ, in legem abiit, confirmante Justiniano in Novellis, *has regulas sicut leges observantur*. Sed dudum antè, inter gravamina in famosum Ischyram mota, quibus nullitatis ejus ordinatio postulabatur, quæque recenset Athanasius, & illud objectum, ὅτι οὐτε ἐκκλησίαν ἔχουσι, quod neque Ecclesiæ habuisset unquam. Huc referri debent constitutiones illæ, de *prædicandis*, seu *nominandis*, seu *proclamandis* in Ecclesiâ ante Ordinationem, de quibus alii. Quem morem totiens inculcat & laudat Cyprianus, aliquot Epistolarum locis. Observavitque Intitulationem sequens Ecclesiæ, etiam Latina; ut ex Capitulari Caroli Magni, ex decreto Urbani II. sub finem sæculi XI. & novissimâ confirmatione Tridentinâ liquet. Hinc Lombardus, per ordinem tradi ordinato *potestatem & officium*. Ut viderint ii Pontificiorum, qui *missionem* in certum titulum, certam Ecclesiam, ab *ordinatione* divellunt, *beneficiaque ab officiis*. Quo etiam factum, ut Protestantium Ecclesiæ, certè pleræque, institerint hætenus vestigiis antiquitatis; *vocandisque* prius certas ad sedes & stationes, quam per χειροθεσίαν ordinandos, suis Canonibus decreverint. Quod & observari volunt, qui *Independentes*, aliàs *Congregationales* audiunt. Firmarique id ipsum videtur ex naturâ & finibus omnibus χειροθεσίας. Sive *confirmationis* solennis ergò, sive *presentationis*, sive *approbationis*, sive *benedictionis* in officio, sive *impositionis* Spir. S. sive *instructionis* curaturi gregem, instituta esse censetur. Quæ tamen sic dicta à nobis esse volumus, ut nullius orthodoxæ Ecclesiæ, quarum non eadem semper ratio, eadem necessitates, praxi & consuetudini intercedamus.

VIII. Sed alius jam exurgit de *Ordinibus*, quos *minores & non sacros* Pontificii vocant, scrupulus. Num & conferri hi antiquitus soliti per χειροθεσίαν? Quales Ostiariorum, Lectorum, Psalmistarum, Exorcistarum, Subdiaconorum, (quorum postremos

Latini in majoribus habent) aut si vis etiam Acolythorum, τὰξίς. Nostrâ quidem, qui in Ecclesiasticis Ordinibus haud novimus alios, quam quos Apostoli, & qui proximè his successere, haud admodum interest. Certum tamen, ex quo adscripti hi τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι, consecratos quoque per χειροθεσίαν. De Orientalis Ecclesiæ praxi, res quidem extra controversiæ aleam posita est. Docent Balsamo, Zonaras, Simeon Thessalonicensis &c. docent Euchologia omnia quæ publicavit Joh. Morinus, docetque ipse Morinus post Jusellum, Sal-

Morin. de Sac. Ordin. P. III. Ex. XI.

masium, eruditos omnes. Præterquam in Coptorum Rituali Kircheriano, cujus antè meminimus, cautum expressè, ne Lectori & Subdiacono imponantur manus. Quo ipso non ab Orientalibus tantum, sed à Jacobitis recedit cæteris, atque novitatem prodit. Sed non Orientalis modò, verum & universæ Ecclesiæ hunc fuisse primitus circa ministros ordines ritum, colligimus. 1. Ex praxi Apostolicâ & primitivâ, circa Diaconos & Diaconissas, infimum tum & ministrantem gradum, de quibus antè. 2. Canon. Ex Canone illo Nicæno Oecumenico, quo inter laicos reputantur, & ab ordine Ecclesiastico secernuntur, quotquot χειροθεσίαν σὺν ἔχουσιν. 3. Ex Canone Laodicensi, quo disertè τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι esse dicuntur, etiam οἱ ἀναγνώσται, ψάλται, ἱποκρισταί, θυραῖοι, Lectores, cantores, exorcista, ostiarii; eo ergò ritu à laicorum secreti ordine. 4. Ex naturâ & finibus χειροθεσίας, ad confirmationem, præsentationem, benedictionem &c. annexis precibus & orationibus; ubi nihil non in inferiores etiam ordines quadrans. 5. Quia negatæ his in Latinâ & Africanâ Ecclesiâ χειροτονίας non antiquius extat documentum, quam Concilium Carthaginense IV. toto

Canon. XII.

Canon. XIII.

Canon. V.

Canon. V. VI. VII. VIII. IX.

ferè sæculo Nicæno Oecumenico recentius. Hic jam primò legitur, *Subdiaconus cum ordinatur, quia manuum impositionem non accipit &c.* Sed neque hanc fuisse totius Occidentis consuetudinem, necesse est; neque novum huic ipsi Concilio & sequentibus, ab Ecclesiæ quondam universæ abire praxi. Memoratum ibi ordinem Acolythorum; sancitum Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum coelibatum, aliaque id genus in præsentia mittimus. 6. Quia consecrandi per *traditionem instrumentorum* ritum recentiore esse, ignorasseque Latinos antiquiores, largiuntur doctiores ex Pontificiis. Atque adeò quod idem Carthaginense IV. sanxit, ut *Subdiaconus traditione patenæ vacuæ & calicis vacui, Acolythus ceroferarii cum cereo, Exorcista libelli Exorcismorum, Lector codicis de quo lecturus est, Ostiarius clavium Ecclesiæ porrectione consecrarentur, novella* omninò constitutionis fuit. Antè ergò Subdiaconi, Lectores, Cantores, Ostiarii &c. solâ benedictione & manuum impositione etiam Latinis ordinati. Quam *Episcopalem benedictionem*, in medio Occidente, restitutam Subdiaconis voluit Concilium Toletanum VIII. Lateranensium I. proximum, Martino I. Rom. Episcopo.

IX. An verò uti olim Diaconis, & quotquot in Ecclesiastico ministerio, præter τὰς κοπιῶντας ἐν λόγῳ, impositæ manus, ita & hodiernis Reformatorum *Diaconis*, aut *Senioribus*, competat hic consecrationis ritus, dubitari à nonnullis posset. Pro utrisque ordinandis per χειροθεσίαν faciunt hodierni Congregationales, Declaratione Ordinis Ecclesiarum: *Ad officium Pastoris, Doctoris, aut Senioris Parag. in Ecclesiâ &c. solemniter segregentur jejuniis ac precibus, cum impositione manuum Presbyterii Ecclesiæ.* De Diaconis sentiunt idem, eodem in loco. Accedunt Reformatorum nonnulli alii, & quarundam, quod ad Seniores, Ecclesiarum praxis. De quâ etiam Vir nuper ad nos Summus: *Est ubi vetus χειροθεσίας ritus ita vulgatur in vulgus, ut quidam etiam rusticellis, cum in cætu Seniorum pagam alleguntur, manus im-*

xi.

Cod. de
Episc. &
Cler. L.
37. 5. 1.

re Domino, vel etiam sciente neque contradicente, ordinaretur servus, hoc ipso liber & ingenuus & Clericus habebatur. Quamvis alio loco in Codice suo Justinianus nolit sufficere *consensum*, sive expressum sive tacitum, sed requirat insuper *manumissionem*, & dationem formalem libertatis. Hodie verò cessante tali servitute, cessant & leges. Neque servi mancipiorum amplius sed mercenariorum loco sunt, quali esse & haberi Hebræos servos jusserrat Deus *Levit. xxv. 40.* Ita tamen ut quam diu serviunt ex pacto, fidem, obsequium, omniaque officia religiosè præsentent. Cæterum ad honorem ministerii, si & voluntas adsit, & capacitas, & vocatio, per Impositionem manuum admoveri nihil prohibet. Retinuit tamen jus antiquum Politia Anglicana, exigens testes natalium literas, quod neque sit *spiritum*, neque *serum*, ὁ χειροτονούμενος. Iterumque invitè abrumpimus.

PARS IV.

BREVIARIUM.

Conjugium non obstrare Ordinationi de Jure Divino monstratur. Item de Veteri jure Ecclesiastico. Sententia Græcorum ab illa hodiernorum Latinorum diversa exponitur. De necessitate χειροθεσίας in Ordinatione agitur. De Iterabilitate ejus juxta Canones veteres. Iuxta Christi Auctoris de hac ipsa. Tandem de Loco Ordinationis per χειροθεσίαν tractatur. Reliqua tractandorum summa. Quartus χειροθεσίας usus Christianus in agrorum sanatione. Quæquam rectè in sequente post Apostolica tempora atate manserit inquiritur. Triplex quinq̄to fuit χειροθεσία olim in lapsis penitentibus. Prima, dum ad Penitentiam admittentur. Altera, in ipsius Penitentia Gradibus diversis quatuor. Tertia denique post Penitentiam finitam. Sextus usus χειροθεσίας in Hereticis ad Ecclesiam venientibus. Quales hi fuerint Heretici, distinctim traditur. Hujus item χειροθεσίας modus omnis. Septimus & ultimus χειροθεσίας usus in Conjugalî Benedictione annectitur.

EXcipit in descriptione *subjecti*, seu ordinandorum per χειροθεσίαν, eorundem status *æconomicus*. Ubi quæritio *πολυθρόνη* de conjugio & celibatu. Hic rursus distinguenda jura. I. *Divinum à Positivo*, seu *Canonico*, vel *Ecclesiastico*. II. *Canonicum vetus à recentiori*. III. *Oriente à Pontificio*. Divino jure ordinari posse conjugatos, quoad superiores etiam Ordines, docent I. *Loca Matth. xix. 4. 5. II. 1. Tim. III. 2. 4. Tit. I. 6. 1. Tim. IV. 1. 3. Hebr. XIII. 4.* II. *Exempla apertissima Petri, Philippi Evangelistæ, aliorum I. Cor. IX. 5. ne obscuriora dicamus Johannis, Pauli, Judæ fratris Domini, Lucæ Evangelistæ, Nicolai Diaconi &c. ex traditione Veterum.* III. *Confessio adversariorum, quorum plerique, cum Gratiano, Lombardo, Thomâ Aquinate, Cœlibatûs legem ab Ecclesiasticâ & Pontificiâ constitutione arcessunt, videndi in primis ad IV. Sentent. Dist. xxxvii. & ad locum de Continentiâ vel Cœlibatu Clericorum.*

II. *Ecclesiastico jure veteri ordinari similiter potuisse conjugatos in Episcopos, Presbyteros, Diaconos, docent. I. Quatuor priorum ætatum varia cum testimonia, tum exempla illustria, passim à nostris collecta in hac causâ, ut sit otiosa repetitio.* II. *Speciatim Canones vulgò Apostolici, constitutiones Ancyranæ, Nicænæ, Gangrensis Synodorum, facientium ordinandis conjugii potestatem; quas prolixè vindicatas habes apud Chamierum, Callixtum, alios. Hinc Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum uxores, primitus dictæ Episcopæ, Presbyteræ, Diaconissæ. Nec vel Eliberinorum, vel Carthaginensium Patrum constitutiones, quæ agunt de abstinentiâ tempore ministerii sacri, satis intellectas fuisse, ab Eruditis ostensum.* Deinceps verò inde

Tom. II.

Can. VI.
XVII.
XVIII.
De Cœlib. Sa-
cerd. C.
VIII. IX.
X. De
conjug.
Cler. à
P. 117.

à *Siricii Romani* temporibus, exeunte sæculo IV. id unum egisse Pontifices ut Cœlibatûs legem introducerent; variè his in ipso Occidente, multis etiam sæculis, cum primis in Galliâ, Britannâ, Germaniâ, Italiâ ipsâ, cum à privatis, tum à Synodis integris & Ecclesiis, restitum fuisse; demum inde ab Hildebrandinis temporibus factam ubique vim Occidentalibus esse; multis interim & gravissimis Scriptoribus, medio in Papatu, horrentibus; nota nimis sunt ex historiâ Ecclesiæ, & nostrorum Disputationibus.

III. *Diversa tamen Orientalium, in hanc usque diem, à Pontificiâ praxis fuit. Quantum ad ordinandos Episcopos, retinuisse conjugii in Oriente libertatem Sæculo V. testis est Socrates. Ademit hanc deinceps Justinianus, vetans ordinari Episcopum, qui haberet uxorem aut liberos. Trullani permittunt ordinari Episcopum conjugatum, sed eâ lege ut post ordinationem uxor separetur. Leo Imperator, abrogatâ sanctione Justiniani, noluit impediri ordinationem Episcoporum, quibus liberi essent ex legitimo conjugio. Hinc obtinuit ut Episcoporum uxores, cum ordinantur, monasterium subcant. Cæterum Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, concessit totus Oriens ordinationem, quantumvis conjugatis. Imò & facta illis matrimonii ante ordinationem necessitas, Diaconis certè, alicubi etiam Presbyteris, ex loco I. *Tim. III. 2.* Nec hanc Græcorum praxim esse diffidentur Allatius, Morinus, Arcudius. At nefas illis, Imperatoriis & Ecclesiasticis sanctionibus, ordinare Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, benè Lectores. 1. Qui alteram uxorem duxerint. 2. Qui viduam, aut ancillam, aut viro alteri conjunctam. Quemadmodum & post ordinationem constanter interdicitur matrimonium. Quamvis neque has leges fixerint Apostoli, nec Canonones perperam Apostolici audiendi hic sint, in præjudicium factæ à Christo libertatis. Et hæc de *subjecto* ordinationis per Manuum impositionem.*

IV. *Adjuncta* hujus Manuum Impositionis considerari possunt varia. *Speciatim. 1. Necessitas, vel adiaphoria. 2. Iterabilitas. 3. Locus. Necessitatem* quod spectat, non iis accedimus Pontificiorum, qui *absolutam* statuunt, ut sit de *substantiâ* ordinationis, qualiter recentiores, A Lapide, Bellarminus, Becanus, Morinus, alii complures. Contra. I. *Committuntur* ita cum Canonistis & Scholasticis, qui *accidentariam* faciunt manuum impositionem circa ordinandos, *essentialibus* tamen aliis ritibus substitutis. II. *Falsa hypothesis de Sacramento ordinis, & per id impressione characteris, ante discussâ.* III. *Absolutam necessitatem non Christus, non Apostoli usquam faciunt. IV. Eandem nec admittit natura rei, ritûs scil. externi, & accidentalis, & sine quo consistere nihilominus in se potest legitima & vocatio, & confirmatio ordinandi. Sed neque hic χειροτονίας ritus sic censendus adiaphorus, ut temerè vel sperni possit vel omitti. In se equidem adiaphorus, non immeritò statuentibus Theologis, ex accidente necessarius. I. Reverentiâ Apostolicæ præxois, etiam circa ordinarios Presbyteros I. *Tim. V. 22.* ut fuerit eo in casu non *extraordinarium* signum, extraordinarii & temporarii charismatis, quod gratis à nonnullis supponitur, sed *ordinarium* consecrationis ritus, more ordinario Judæorum, moraliter significativus, ut supra. II. Reverentiâ sacræ Antiquitatis, cujus hæc constantissima observatio fuit. III. Constitutionibus Ecclesiasticis, quæ in Ecclesiis hodieque Protestantium hunc χειροτονίας ritum circa Ministros Verbi observari jubent; ut nullæ nobis Ecclesiæ consent, quæ vel negligant, vel prohibeant. IV. Metu offendiculi, quod ex omissione talis ritûs capere nonnulli possent. Unde nec defuere in nostros subindè contumeliæ, ob assertam*

Socrät.
Hist. L. v.
C. XXI.
Just.
Novell.
CXXIII.
C. I.
Can. XII.
XLVIII.
Leon.
Nov. II.

Canon.
XVII.
XVIII.

Parr. II.
Thes. XV.

Parr. II.
Th. XIII.

LII

α. 2. 18.

Instr. *ἀναφορῶν*; quamvis disertè Calvinus, *tam accuratam Apostolorum observationem præcepti vice nobis esse debere.*

L. IV. C. III. S. Superest.

Canon. Apolt. LXVII. Canon. Afric. XLVIII. L. I. ad- vers. Par- men.

V. De *Iterabilitate*, seu *reordinatione*, difficilior quæstio videri possit. Praxim Veterum quod attinet. I. Simpliciter damnarunt *ἀναχρηστικὸς reordina- tiones*, quoad legitimè prius ordinatos; ut ex Canonibus Apostolicis, & Africanis (ne dicamus Optatum, Augustinum, Innocentium, Gregorium, alios) constat. Hinc sententia in Donatum lata, quod Episcopis lapsis rursùm *imposuisset manus*, apud Optatum Milevitanum. Parique illis gradu, *reordinare, & rebaptizare*. Unde Donatistæ ut rebaptizabant, sic & reordinabant Catholicos, non verò Catholici Donatistæ. II. Ante tamen legitimè ordinatis, si ex lapsu, aut hæresi relapsissent, rursùm *manus imponebant*, factâ prius exomologesi, sed per modum *reconciliationis* cum Ecclesiâ, de quâ verbum infrâ, non autem *reordinationis*. De hac manuum impositione intelligendus Canon Nicænorum, videlicet ut Cathari ad Ecclesiam redeuntes, *χρηστέμενος acceptâ manuum impositione*, sic in Clero permanerent; similiter Canon Africanorum de recipiendis Donatistis. Nam de *reordinatione* accipi vetant memorati antè Canones, & mores. III. Ast verò iteratâ *manuum impositione* ordinabant, si qui antè fuissent ordinati, vel ab *Hæreticis*, vel à *degradatis* Episcopis, vel ab *illegitimè ordinatis*. Neque *reordinatio* habebatur, quum prior fuisset invalida, nec constituens in Clero. Hinc reordinandi qui per Meletium ordinati, decernentibus Nicænis, in Epistolâ Synodicâ. Tales post frequentissimæ *reordina- tiones*, ferventibus dissidiis, quum alii aliis haberentur hæretici, excommunicati, Simoniaci, degradati. Sic quos Formosus Papa ordinavit, reordinavit Stephanus VI. Sic jam antè Stephanus IV. ordinationes Constantini, ex laico Pontificis, irritas pronunciavit. Sic repetitæ ordinationes factæ à Photio Patriarchâ Constantinopolit. urgentibus Nicolao I. & Adriano II. Exempla id genus plurima.

Canon. VIII.

Can. 57. in Græca Collect.

Can. Apolt. LXVII. Theod. L. I. C. IX. Gelaf Cyzic. Act. Nicæno. L. II.

VI. *Ἐπίκλησις* nostra est. I. Diversissimam longè rationem esse rituum *baptismi*, & *manuum impositionis*, atque adeò & *iterationis* utriusque. II. Iterationem *χρηστικὸς* perperam negari hoc fundamento, quod sit Sacramentum, aut imprimat indelebilem characterem, aut sit hæc traditio Apostolica, ut subinde Adversarii. III. Iteratam omninò manuum impositionem, v. g. in Paulo & Barnabâ Act. XIII. 3. mittendis ad Gentes, jam antè publico ministerio functis, nec tùm demùm ordinandis ad *munus* sacrum, benè consecrandis ad peculiarem illius *usum*. IV. Nihil igitur obesse quo minùs hæc *repetitur* ceremonia, ut adjunctum repetitæ precatationis & benedictionis, circa antè ordinatos, post verò vel lapsos ac depositos, vel in Ecclesiam diversam translatos, vel ordinatos in falsa Ecclesiâ, ubi peccatum sive in *administrato*, sive in *materia*, sive in *formâ*, sive in *sine* ordinationis.

L. I. Epist. IV.

VII. Superest Locus huic destinatus ceremoniæ. Isque vel *privatus* in coetu Presbyterorum, sive Præsidentum Ecclesiæ; vel publicus coram totâ Ecclesiâ, seu coram *omni Synagoga*, ut loquitur Cyprianus. Uterque pro more & consuetudine Ecclesiarum appositus. Utriusque in Apostolicis literis exempla, collatis locis sæpè allegatis. Quanquam in Ecclesiasticâ Antiquitate publicæ ut plurimum *χρηστικὸς*, non tantùm ratione *electionis* per suffragia, solis exclusis *ἀποκατακλιθεὶς* Canone Laodiceno V. sed & ratione *consecrationis* per manuum impositionem. Hinc præmissa in Ecclesiâ, cujus ministerio consecrandi erant, publica *ἀναγγέλις*, seu *Ἐπισημύσις* vel *ἐπισημύσις*, id est, *proclamatio*, *predicatio* ordinandorum. Hæc nempe quoad *Episcopos*, *Presby-*

teros, *Diaconos*; non item quoad *Ordines inferiores*, quos privatim suscipiebant. In quo varians est Ecclesiarum Protestantium praxis, nulla in præjudicium, sive Christianæ libertatis, sive constitutionum cujusque loci, temerè fugillanda.

VIII. Hactenus de *tertio* usu *χρηστικὸς* sc. *eis χριστοποιῶν*. Qui ut maximè illustris, & receptus, ita distinctiùs enarrandus fuit: Reliquos usus pari curâ persequi animus fuerat. Sed metam, longiùs jam digressi à carceribus, in proximo intuemur, verbum de singulis observasse, ipsâ hac Disputatione, contenti.

IX. *Quartus* in veteri Ecclesiâ usus *χρηστικὸς* fuit circa *ægrotos*. Isque vel in Ecclesiâ *Apostolicâ*, Part. I. Theol. IV. In illâ symbolum fuit miraculosæ sanationis, seu veriùs omnipotentis Dei *virtutis*, exerendæ *super infirmis*. Quò alludunt Apostoli, precati ut vellet Deus *ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα extendere manum suam*, seu *δυναμὴν virtutem*, *eis ἰαοῖν ad sanationem* Act. IV. 30. Symbolum adeò non observantiz *perpetuæ*, sed *temporariæ*, non *efficiens* sed *significans*, cujus extat *praxis* non *mandatum*, *extraordinaria* illa non *ordinaria*, retinenda quamdiu mansit *effectus* & *finis*, non iisdem sublatis. Otiosum enim *signum* est, sublata *re significata*. Et ejusdem illud conditionis cum eorum temporum *signis* aliis, puta unctione infirmorum, luto, sputo, oleo, immisione digiti in aures surdi, impositione manuum ad extraordinaria charismata &c.

X. Placuit tamen *sequenti* Ecclesiæ eandem circa infirmos, junctâ unctione, observare ceremoniam. Nempe ob continuatum in eâ *donum sanationum*, & miraculorum, idque diu fatis, frequentibus in Ecclesiasticâ Antiquitate exemplis. Nota in vulgus & à variis collecta, ex Justino Martyre, Irenæo, Tertulliano, Eusebio, Rufino, Hieronymo, Sozomeno, Sulpicio, Vitis Gregorii Thaumaturgi, Hilarionis, Macarii, Martini Turonensis &c. rei documenta, ut nugacem mittamus Nicephorum. Hactenus rectè & *manuum impositio & unctio olei*, ut Apostolica symbola, iis in casibus adhibita. Ex quo verò cessavit donum *ἰαματισμῶν*, perobscuro jam Chrysostomi & Augustini ætate, imposita sunt ægrotis manus irritâ & mimicâ imitatione. Et quemadmodum ex impositione manuum circa *recens baptizatos*, & circa *ordinandos*, nata ante vidimus sacramenta *Confirmationis* & *Ordinis*; ita ex eodem ritu circa ægrotos *sanandos*, cui accedebat unctio ex oleo natum sacramentum *Extremæ Unctionis*, de quo nuper prolixè Celebris Theologus Joh. Dallæus. Quanquam nec pristina illa manuum impositio in novo hocce comparet sacramento. Quam in eundem cum Veteribus finem velle revocare; circa ægrotos quosvis, ritu ordinario, in sanationis symbolum, ludicra hodie res foret.

XI. *Quintus* usus *χρηστικὸς* fuit circa *lapsos penitentes*, reconciliandos Deo & Ecclesiæ. Hujus L. III. jam meminit ritus Cyprianus, nec semel, in Epistolis suis. Frequentissimè autem *Canones* in utraq; Ecclesiâ, & Veteres passim. Nec dubium, quin paris sit cum *Exomologesi* Antiquitatis, altero jam sæculo frequentatâ. Species autem hujusce *χρηστικὸς* variæ iterùm in Ecclesiâ veteri. Quatuor quidem enarrat Gabr. Albaspinus, scribens de Veteribus Ecclesiæ Ritibus. Nos ad *tres* revocamus, ut alia ante inchoatam penitentiam, alia *durante* ipsâ penitentia, alia denique post penitentiam obtinuerit Manuum Impositio. *Observ.* *L. III.*

XII. *Prima* igitur *χρηστικὸς* penitentialis species fuit, quâ tradebatur penitentia, seu quâ *penitentes* ab *excommunicatis* segregabantur, aut vinculo Satanæ ita solvebantur, ut spem gratiæ per seculum

secuturam pœnitentiam acciperent. Hoc modo *de-ri, tradi, accipi pœnitentia* dicebatur. *Administer* erat Episcopus, vel Presbyter, secundum Canones. *Subiectum recipiens*, lapsi pœnitentiam postulantes, non tamen convicti Presbyteri, vel Diaconi, quibus per *manus impositionem* remedium accipiendi publicam pœnitentiam negat Leo I. ad Rusticum Narbonensem, & antè Africani in Concilio Carthag. An. ccccix. *Forma* hæc fuit, dum prostrato in Ecclesiâ pœnitente, cum sacco & cilicio, Psalmisque pœnitentialibus ab omni Clero decantatis, ac pœnitentiæ sententiâ denunciata, *imponerentur illi manus*, cum ceremoniis aliis, apud Gratianum, ex Concilio Agathensi, Burchardum Wormatiensem, alios Canonum Collectores, *Tempus* etiam hujus solennitatis ibidem constituitur in capite Quadragesimæ; ex quo solenne id jejunii tempus indictum fuit.

XIII. *Altera species Impositionis manuum* obtinuit in ipsâ Pœnitentiâ. Diversimodè hæc rursus adhibita. I. Quum peractâ extra Ecclesiæ limina *προκαύσας* (alii anno, alii biennio, alii triennio, alii quadriennio, pro ratione delictorum) hæc pœnâ absolventur, atque admitterentur ad gradum alterum pœnitentiæ, nempe *ἀκροάσεως*, seu consistentiæ in templi narthece, audiendæ lectioni Scripturarum. Talibus tum verisimiliter impositæ manus cum oratione & voto. II. Quum peractâ *ἀκροάσας*, (aliquando etiam quinquennio toto, ut in adulteris, homicidis, foro civili non animadvertente) admitterentur ad tertium gradum, scil. *ὑποπίσεως* *substrationis, humiliationis*, seu consistentiæ intra septa, retrò ambonem, loco humili; habitu jacentium ex moerore, participes jam precum cum Catechumenis, statimque post hosce, ante participationem sacròrum, ex cœtu dimittendi. III. Quum in ipsò hoc statu *ὑποπίσεως*, quoties solemnia sacra celebrarentur, aut tempus jejunii, statim ac dimissi Catechumeni, toties imponerentur *pœnitentibus prostratis* ab Episcopo aut Presbytero manus, recitatis in eum finem orationibus, sicque exire pœnitentes juberentur. Docent disertis verbis Canones Concilii Laodicensi, Carthaginensis iv. Toletani iii. &c. Hinc crebra hæc *manuum impositio* in tertio gradu pœnitentiæ fuit, adjunctum precatiōnis, & symbolum gratiæ in eos implorata. IV. Quum impletâ *ὑποπίσεως*, (quandoque septennio toto, in gravioribus delictis) transitus daretur ad quartum pœnitentiæ gradum, sc. *εὐσείσεως*, seu consistentiæ cum fidelibus, in quo communicabant fidelium *orationibus*, non *oblationibus*, quod vocant Canones *κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορῆς, communicare sine oblatione*, seu *χωρὶς μετέξουσιν ἁγιασμάτων*. Eratque hæc Impositio manuum symbolum jam *absolutiōnis*, quâ restituebantur corpori Ecclesiæ & communioni fidelium, nondum tamen communioni Sacramenti. Absolutio hæc verè *prima & iuchoata*, seu *minor*.

XIV. *Ultima species Impositionis manuum* circa Pœnitentes fuit *finalis* jam pœnitentiâ, & gradibus omnibus superatis. Symbolum adeo absolutiōnis eorum, seu reconciliationis *ultime, plenariae, & majoris*. Fiebatque hæc, quum à statu *εὐσείσεως* (in quo nonnunquam relictis quadriennio toto) transirent ad statum *μετέξουσιν, ἢ τελείσεως, ἢ κοινωνίας ἁγαθῶν, plena communionis, perfectionis, participatiōnis boni*. Jamque hoc sensu frequentissimè Veteres, per *manus impositionem* absolvi, reconciliari, jus communionis accipere, &c. Quæ etiam, extra hos gradus, in casu ægritudinis, aut desperationis, dabatur absolutio. Etiam pro dignitate personarum, ut in exemplo Theodosii. *Locus* hujus ceremoniæ erat publicus, in facie Ecclesiæ. *Tempus* solenne feria quinta ante Pascha, quâ Christus sa-

cramentum Eucharistiæ instituit. *Administri* primitus quidem *Episcopi, Presbyteri, Sacerdotes*, ut constat ex Gypriano, & Canonibus variis; postmodum soli *Episcopi*, quibus ut chrisma conficiendi, virgines consecrandi &c. sic pœnitentes reconciliandi jus adscriptum, jam olim in Concilio Carthagi-

XV. Quicquid sit ex hoc *χειροθεσίας* apud Veteres usu, natum rursus in Latinâ Ecclesiâ Sacramentum *absolutiōnis*, seu *pœnitentiæ*; cujus scilicet forma ut plurimum in absolutiōne sacerdotali, mox à confessione secretâ, *manibus pœnitenti impositis*, collocata est. Quæ *privata* absolutio à *publicâ* Veterum mirè differt. Neque etiam hanc *Sacramentum*, nisi latissimè & parvissimè, Veteres dixere. Præterquàm hodie *Impositio manuum* ad sacerdotalis absolutiōnis formam non ampliùs facit. Sed de discrimine praxeos primitivæ ab hodiernâ Pontificiâ, item Orientalis à Latinâ, videsis ex Pontificiis ipsis Joh. Morinum, in prolixo de Pœnitentiâ opere, quin & ipsum Petrum Arcudium de septem Sacramentis. Ex nostris verò, post Chemnitium, Chamierum, Forbesium, Riverum, alios; rem nuper totam executus est Joh. Dallæus, Disputatione de Pœnitentiâ, sed nondum visâ. Neque nos jam de *Pœnitentiâ*, ejusve ritibus; agere constitimus. Cessante autem publicâ illâ Veterum Pœnitentiâ, cessat quoque hæc solennis *Manuum impositio*.

XVI. *Sextus* usus pristinæ *χειροθεσίας* fuit circa *Hæreticos* ad Ecclesiam venientes, sive Clericos, sive Laicos. Solemnis jam ætate Cypriani ritus; cum primis in Romanâ Ecclesiâ, ut ex istius Epistolæ, & concertatione cum Stephano constat. Hic enim hæreticos solâ *manuum impositiōne* recipi, ille etiam *rebaptizari* voluit. De quo ritu cum in Occidentali, tum in Orientali quoque Ecclesiâ, diversi Canones, ut Nicænus, Carthaginensis, Arelatensis, &c. & variæ Epistolæ Pontificum. Unde non Latinorum solum sed & Græcorum primitus fuit, addentium quanquam impositioni manuum *unctiōnem*, seu *chrismationem*. Hinc solius *unctiōnis*, in receptione hæreticorum, meminere Canones, Constantinopolitanus, Laodicensis, Trullanus, Photinus, Titulo; *ὕψος ἐξ αἰσθητῶν μόνον χειροθεσίας*, & Græci recentiores. Hinc Gregorius Occidentis & Orientis in eo discrimen observat, quod ille per *manus impositiōnem*, hic per *chrismatis unctionem* Hæreticos reciperet. Et chrismasse solum Græcos, non imposuisse manus, contendit Morinus de Ordinationibus Sacris.

XVII. *Subiectum recipiens* fuere *Hæretici*, at non quivis. Illi igitur solummodò. I. Qui *legitimè baptizati*, hoc est, secundum formam Evangelicam, in nomine Patris, Filii, & Spiritus S. ut distertè Arelatensis Octavus. Tales in Canonibus expressi, Cathari, Novatiani, Quartadecimani, Donatistæ, Ariani, Macedoniani, Sabbatiani, Apollinaristæ, Photiniani, &c. His *imponi manus* sufficiebat, si recipi in Ecclesiam, & communicare sancto mysterio desiderarent. Contrà non *manuum impositiōne*, sed *rebaptizatiōne* admittebantur Paulianistæ sive Sarmateniani, Montanistæ, sive Cataphryges, Sabeliani, Eunomiani; & quotquot hæreticorum non baptizati hac formâ, *in nomine Patris, Filii, & Spiritus S.* Nec tales censebantur ab *Hæresi*, sed ab Hellenismo & Paganismo accedere. Hinc Constantinopolitani; sic tales *ὡς Ἐδλωας δέχοντες*. Ratio quia nondum censebantur baptismò initiati, regniti. Bene Ariani, Photiniani, Macedoniani, alii, licet Antitrinitarii, saltè ob servatam formam Evangelii. II. Qui *in hæresi* nati, educati, instructi. Si enim ab orthodoxiâ ad hæresim lapsi, ac postea resipiscentes, non jam ut *hæretici*, sed ut

Grat. Dist. L. C. Aliorum est. Can. Afric. LXVII. Dist. L. C. In capite. Burch. Decret. L. XIX. C. XXV.

Canon. Laod. III. Carth. LXX. Tolet. XI.

Can. vi.

Niczn. t. Can. viii. In Can. Afric. C. LVII. Arelatens. C. VIII. Const. I. Can. vii. Laod. Can. vii. Trull. Canon. XCV. Nomoc. Tit. IV. C. XII. de Consecrat. Dist. IV. C. Ab Canon antiqua Part. III. P. 121. Can. Nic. XIX. Can. Laod. C. VIII. Canon. Const. VI. Can. cit.

Nic. VIII.
Const.
VII.
Trull.
xcvi.
VIII.
Oecum.
Act. VI.
Ad Can.
Nic. VIII.
De Con-
secr.
D. IV. C.
Ab an-
tiquâ.

lapsi habebantur; hinc recipiendi ut *penitentes*, per impositionem manuum reconciliatoriam, & pœnitentialem, de quâ suprâ. III. Qui in antecessum *ἡσάφως* scripto, seu *per libellum*, hæresi renunciant, suæque professionem fidei exhiberent. *Orationis* tantum hæresim ejurantibus haud imponebantur manus. In hunc finem Canones Synodi Nicænæ, Constantinopolit. primæ, Sextæ in Trullo, Octavæ Oecumenicæ &c. Hujusque praxeos exempla, ex Socrate, Sozomeneo, Basilio, refert Justellus, Notis ad Canones Ecclesiæ universæ. IV. Præter hæreticos hocce, meminit quorundam Gregorius apud Gratianum, qui non *manuum impositione*, non *unctione*, sed *solâ professione fidei* ad sinum matris Ecclesiæ revocarentur. Quomodo *Monachista* apud Orientales, ex solâ confessione recipiendi, loco citato.

XVIII. *Administer* hujus *χειροθεσίας* idem qui circa lapsos, aut baptizatos, Episcopus vel Presbyter. *Forma*, precatio super convertendo, cum benedictione, & invocatione Spiritus S. hinc Impositio manûs ut symbolum. Nec *Sacramentalis* hæc, stricto sensu, quamvis ritualis & Symbolica. Imò ne Latinis ipsis recentioribus *Sacramentum* credita est *χειροθεσία reconciliatoria* hæreticorum, quamvis *Sacramenta* illis huic simillimæ *χειροθεσίαι*, *confirmatoria* baptizatorum, *ordinatoria* clericorum, *curatoria* ægrotorum, *absolutoria* pœnitentium, *benedictoria* conjugum. *Fines* proprii, tum ut solemnî ritu infererentur ac reconciliarentur Ecclesiæ, cui nefas erat communicare cum hæreticis, tum ut suppleret locum *baptismi*, quem Novatiani, Donatistæ, alii hoc in casu ministrabant; tum ut Clerici, exceptis *ἀειρέτων ἱερέων*, sic in Clero permanerent, nec reordinarentur, quotquot ante legitimè ut *baptizati*, sic etiam *ordinati*. *Effectus*, vel *consequens*, acceptio Spiritus S. quanquam non ex opere operato; initiatio Ecclesiæ; participatio mysteriorum; permanentia in Clero. *Adjunctum*, iterabilitas, licet postea ut in lapsos & pœnitentes iteranda. In relapsos verò, post publicam pœnitentiam, rigidissima Antiquitas.

Ad Uxor.
C. XX.
Tertull.
omniloq.
T. III.
p. 243.
Epist. ad
Gall.
CXLVI. &
CLVIII.
L. C.
suprà

XIX. *Septimus* & ultimus usus *χειροθεσίας* obtinuit in *benedictione Conjugali*. Infrequentior jam hujus ceremoniæ mentio, haud obscura tamen. Nec dubium quin ordinarium *διλογίαι benedictionis* symbolum, in tam solemnî benedictione, usurpatum fuerit. Quo respicit Tertullianus, prædicans ejus matrimonii felicitatem, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & *obsignat benedictio*. Quod de signo crucis factum super sponso precario nuper Carolus Moreau Augustinianus. Hujusque præterea ceremoniæ indicia sunt. I. Orientalium hodieque praxis, Abyssinorum certè *manuum imponens* in benedictione Conjugum, Grotio observante ad Cordesium, & passim aliis. II. Augustini il-

la *χειροθεσίας* definitio, manûs impositionem nihil esse nisi *orationem super hominem*, seu orationis super aliquem *signum & adjunctum*. III. Eiusdem ceremoniæ in *sacramentum* apud Latinos conversio, planè uti conversæ manuum impositiones aliæ, *confirmatoria*, *ordinatoria*, *absolutoria*, *sanatoria* ægrotorum. IV. Vestigia illius hodieque in variis Occidentis Ecclesiis, & in ipsâ Germaniâ nostrâ, in quâ, junctis coeuntium in fœdus conjugale dextris, Pastor *imponit manus*, cum oratione & voto. Quamvis ut ipsa *ἡσάφως* *διλογία* positivi juris est, ita quoque quicquid circa illam rituum observatum. Sed nos plus justo hæcendûs proluxiores.

H. Grotius Epist. CXLVI. ad Johannem Cordesium.

ET ex una hac Manuum Impositionis non imperata, sed usitata Judæis Christianisque ceremonia, extitit illa qua dicuntur *Sacramenta*, *Confirmationis*, *Ordinationis*, *Penitentia*, *Extrema Unctionis*, imò & *Matrimonii*. Nam & in fœdus conjugale convenientibus manuum precum indicatrices imposuit Vetus Ecclesia, quod nunc quoque inter alios ritus vetustissimos Abyssini observant.

Idem Annot. in Consultat. Cassandri, ad Articulum XIII.

Ritus manus imponendi, propter usum ejus frequentiore in firmendis baptizatis, ordinandis pastoribus, reconciliandis penitentibus, copulandis conjugibus, animandis iis qui cum periculo vite ægrotant, fluxis in quinque *Sacramenta*, additis ritibus quibusdam.

Cl. Salmasius, Apparatu ad Libros de Primatu, pag. 181.

Ideo & desit res, cum ipsis Apostolis, quanvis consuetudinem manuum imponendarum baptizatis retinuerit primitiva Ecclesia, sed sine effectu qui consequeretur ex impositione manuum Apostolica: adeo ut imitatio hæc sit appellanda quam *Sacramentum*, qua & supersedere potuerunt præsentibus Ecclesiæ primitivæ, immo & debuerunt, quia non efficax amplius erat, nec ea potestas cuiquam data est nisi Apostolis, qui paracletum sic acceperunt, ut & dare possent. Quis hodie judicaret pulverem spuo temperatum esse adhibendum sanandis cæcis, quia Christum hoc modo cæco visum restituit? Nec alia ratio fuit unctionis qua Apostoli ægros curabant cum oratione. Cum ipsis hæc virtus evanuit, nec usurpanda est amplius ubi nihil efficit, nisi quis minimum agere velit. Nihil ergo tale operabatur impositio manuum in electis ad ministerium presbyteris aut *Alguovias* confirmandis. Que ordinaria ceremonia fuit ex Synagoga accepta, & quam Presbyteris à se electis servandam quoque tradiderunt Apostoli, ut eandem usurparent in iis quoque quos ipsi ad idem munus eligerent. &c.

DIATRIBE POSTERIOR LUGDUNENSIS DE RITIBUS QUIBUSDAM PRÆCIPUE SACRAMENTALIBUS IN ECCLESIA VETERE AC PRECATORIIS

Ducens ad Prudentiam Christianam circa eorum in Protestant.
Ecclesiis Diffonantiam.

P A R S I.

B R E V I A R I U M.

Scriptio hujus Occasio. Rituum descriptio generalis, & Auctoris antecedens institutum. Multi ritus Christiani à Judæis accepti, partim præcepti universaliter, partim liberi magis & temporarii, etiam jam Apostolica. Ritus alii variis post Apostolos sunt introducti Ecclesiastici ex variis fontibus & causis. Auctus tandem fuit indecenter rituum vanorum apparatus. Ritus Scripturis non comprehensi nequeunt inter actus necessarios & essentielles divini cultus numerari. Non potest iisdem ritibus adscribi virtus spiritualis aut Sacramentalis. Ritus supersticiosos & Scriptura adversos non debere adhiberi, etiam consensendum est. Non oportet ritus speciales omnes quorundam Protestantium à Veteribus acceptos leviter superstitionis impietatis & Anti-Christianismi accusare. Augustini de talibus monita ab aliis probata. Regula charitatis, prudentia, & obedientia Christiana in his adducitur. Non tamen hi urgendi aut obrudendi sunt alii fratribus, sed potius illis indulgendum quantum pote edificationis & pacis studio. Exemplum adducitur Geminationis in Eucharistia. Et signaculi Crucis aliorumque in Baptismo. Et Vestium Sacrarum. Alia etiam plura, de quibus adduntur moderatiorum Non-Conformistarum in Anglia postulata.



OCCASIONEM huic Disquisitioni præbet; cum Protestantium Ecclesiarum consuetudo, praxis, constitutiones oppidò diversæ; tum nata hinc dissensionum semina, atque æmulationum acerba, dum, fervidioribus plus justo ingeniis,

Illicos intra muros peccatur, & extra.

Accedit torta nuper in sensum planè alienum atque invidiosum, seu imprudenter, seu affectu improbo, quæ privatis Recitationibus, commendandæ Concordiæ atque Unitati Fratrum, in hac Rituum ac Liturgiarum discrepantiâ, Auditoribus meis vivâ voce, & extemporali ut soleo sermone enarrabam. Nempè ut intelligerent, vix tanti esse aut fuisse, ob res ex se medias & arbitrarias, civilia bella moveri, neque diffonantiam Rituum Fidei consonantiam tollere, ex veteri certâque hypothesi.

II. Constat satis, Ritus externos, Sacros, Ecclesiasticos dici, publici & Christiani Cultus sacras quasdam appendices, quæ seu decentiæ, seu reverentiæ causâ, ac devotioni in Agendis Sacris excitandæ, seu ex causis aliis, variè indè ab Apostolicâ ætate, & post eam, in Christianorum Ecclesiis vel

institutz sunt, vel observatz. De quibus quoniam diu multumque, cum olim inter Orientis & Occidentis Ecclesias, tum superiore & ipso hoc Ævo litigatum, inter eos qui cæterâ in Fidei substantiâ propè convenirent, præmittam quædam ἔξαρτία, & quasi postulata, certis distinctisque propositionibus. De quibus, aut fallor animi, magna in Scholis Protestantium consensus fuerit: præterquam fortè inter illos qui nescio quomodo errare maluit, (dicam Tullii vocibus) *eamque sententiam quam adamaverunt (ἢ μόνον γινώσκεις) dixit Galenus pugnacissime defendere, quam sine pertinaciâ quid expediat, aut constantissime dicatur, exquirere.*

III. Principio ἔξαρτίων esse putem, retinuisse ex Judaicâ disciplinâ haud paucos Ritus Apostolicam Ecclesiam, quia in se medios, sanctificato eorum usu, & ad cultum Christianum utiliter applicato. In his fuere nonnulli etiam Ritus præcepti & imperati, lege perpetuâ & universali, quales sunt ritus S. Baptismi, Fractionis ac Benedictionis panis, Communionis sub utrâque specie. Sic ritus Imponendarum manuum consecrandis ad opus S. Ministerii, ritus publicorum Conventuum, Lectionis Sacræ, Canticorum, Psalmodarum, exercitiæ Disciplinæ &c. De haud paucis aliis constat, vel Christi, vel Apostolorum praxis & observantia, quanquam sine mandato; aut si mandati in modum, non equidem talis quod omnes Christianos semper & in perpetuum obstringeret. Nisi jam huc Canones, aut Constitutiones vulgò Apostolica, invitis plerisque pertrahantur, aut Traditionum apocrypha sine fine, Romæ probanda. In hunc censum referimus; Banorum communionem in Hierosolymitanâ Ecclesia; Laicos etiam Evangelizantes, imo quandoque baptizantes, ut Auctor Commentar. in IV. ad Ephesios; frequentem Impositionem manuum in edendis Miraculis, aut in conferendis Charismatibus Spir. Sancti, præcipuè in baptizatos; Immersionem trinam baptismalem, totius corporis, exceptâ ægrorum ἀεχυσί; Communionem etiam quotidianam, plerumque Vespertinam, ἢ τὸ δεσπύσαι, post sumptum cibum, etiam aliquamdiu post Apostolos; Agaparum ritum, cum celebratione Eucharistiæ primitus conjunctum; Oblationes in hunc usum, seu τὰ δῶρα dona, munera fidelium; Exorcismos obsessorum, abreptitorum, vi promissionis Marc. XVI. 17. Horum precum, tertiam, sextam, nonam, seu mane, meridie, vesperi, origine Judaicâ; Sabbathicos etiam Conventus, diu in Oriente habitos; Lotionem pedum mimicam, de quâ Scriptor sub nomine Cypriani; Unctionem Infirmorum, qui miraculo sanarentur; Velamen Mulierum pro Orientalium more; Capus Virorum detestum,

Acad. Quæst. L. II. C. III. L. III. T. III. P. 271. Ed. Bas.

ctum, reverentiæ ergo; *Diaconissarum* in Ecclesiâ Ministerium, quæ ancilla Plinio Ep. ad Trajanum, præcipue, ἐνεκεν σεμνότητι & ἡγυατικῆς ἡμῶν; Frequens osculum pacis, reverentiæ mutæ, concordiæ, amoris, lætitiæ, conjunctionis cum Christo, ac fraternitatis Symbolum; *Jejuniorum*, cum primis ante-Paschalis, *Electio*rum sacrarum, *Congregationum*, *Discipline* ac *Regiminis* Ecclesiarum, rationem sæpè variam; Ministerium ἀδωπρον gratuitum, nullo stipendio, vel sustentandæ vitæ aut familiæ dato subsidio; Pauli & aliorum optatum fortè *Celibatum* I. Cor. VII. 7. 8. illum Pauli quamquam Veteribus dubium. Et si quas hujus generis consuetudines plures jam ævo Apostolico in usu fuisse constat, quasdam etiã illorum velut οὐκ ἐπισημασμένας, toto ferè terrarum Orbe observatas, ut loquitur *Augustinus* Epist. ad Januarium, infrà laudandâ.

IV. Secundò, pro confesso erit, sublatis Apostolis, institutos fuisse novos subinde Ritus, novas Ceremonias, pro factâ Ecclesiæ in rebus mediis libertate, quos jam Ritus dicimus *Ecclesiasticos* & *Adventitios*. Nec causâ una fuit, seu ut majorem Sacris reverentiã conciliarent; seu ut rudiores externis ritibus, veluti picturis quibusdam & imaginibus, erudirent; seu quod ad διακονοῦντα vel decentiam, ad ἀξίαν vel ordinem, ad disciplinæ frænum, ad concordiam fratrum, atque ædificationem Ecclesiarum, facere nonnullos Ritus crediderint. Præterquàm quod dati etiã aliqui fuerunt *Judaorum*, aut *Gentilium*, infirmitati, vel receptis inter eos moribus, iisdem cum primis lucrands, & ad Christum adducendis, affinitate illâ quâdam Rituum ac Ceremoniarum. Nec aliâ ferè origine derives, ex. gr. Festorum ac Solemnitatum, quæ quidem fuere Christianis ab ævo sacræ, (quales, enumerante *Augustino*, *Passionis*, *Resurrectionis*, *Ascensionis*, *Adventus de celo Spiritus S.*) religionem; *Jejuniorum*, aut *Vigiliarum* quas dixere, observantiam; Continuatos *Exorcismos* ἢ δαιμονιώσων, quibus verbis & precibus, tanquam flagris, Dæmonem abigerent; *Xerophagias* ante Paschales; bigam dierum Sabbathi & Dominicæ; Horas precationum statas; Orantium situm πρὸς ἀνατολὰς, gestus varios, certas formulas; signaculum perpetuum Crucis; Stationes, preces stationarias; Vota pia fidelium; Consecrationum ritus; Oblationes pro mortuis, pro Natalitiis eorundem, indubiè Seculo III. inchoato; Commemorationes annuas, & encomiasticas; Altarium, Sacerdotum, Sacrificiorum in cultu Christiano, nomenclationes; Templorum, ex quo structa, dedicationes, ornatus; initiationem Catechumenorum; Mysteria occulta ac recondita, certè Tertulliani ævo; Pœnitentium in publico gradus; Absolutionum ac Reconciliationum ritus; usum sacrum Olei, Cereorum, Incensi; Ceremonias non paucas, easque diversas, Baptismales, Eucharisticas, Funerales, &c. De quibus nos in Ecclesiastica Historia ad singula Ecclesiæ Secula, & Eruditi passim. Ad variorum etiã Rituum vel originem vel discrepantiam nemo neget fecisse *Regionum* ac *Morum* disparitatem. Undè suos habuere ac discrepantes Ritus Syri, Ægyptii, Æthiopes, Asiani, Græci, Armeni, suos Roma, Italia, Africa, Gallia, Britannia &c. Quâ de re præter Socratem, obvio loco Historiæ Libro. v. Cap. xxii. luculentus testis est *Augustinus* Epistolâ priore ad Januarium, circa A. cccc. scriptâ, de quâ & postea.

V. Tertio nec minùs indubium, auctum deinceps fuisse Rituum apparatus, quibus tamen obruta penè Ecclesia fuit, simul dum cresceret in Doctrinâ corruptio, in Religione frigus, in Moribus laxitas, in Ecclesiâ luxus, in Regimine dominatio, in Clero mollities, in Cultu superstitio, in Populis ignorantia. Atque ita ab internis ad exter-

na retracta pietas cultusque omnis fuit; pridem monente Agobardo Lugdunensi, occasione introductarum *Imaginum* ex Edit. Baluzii; *Visibilia nocere ad invisibilia capienda, & res corporeas, etiã bonas, ad spiritalia contemplanda*, quod confirmat ex *Augustino*. Indè nata sunt infeliciter v. gr. *Ufus Imaginum publicus; Crucium erectiones; Festa; Tempa*; atque *Hymni* in honorem Sanctorum; *Mariodulia*, seu cultus ἢ θεολογῶν; *Pompa Sacrificialis*; novi tum *Ordines*, tum *Ordinationum ritus*; nova *Jejunia*, *Officia*, *Litanie* speciatim dictæ; *Processiones circum Tempa*; *Cantantium alterni chori*; *Instrumentalis Musica*; sacræ ac mysticæ *Veites*; *Reliquiarum*, *Peregrinationum*, *Sepulchrorum superstitiones*; *Consecrationes sine fine*; *Sacramenta humanitùs instituta*, ex vario imponendi manus ac consecrandi more; *Vota Monastica*, utriusque sexus; *Missæ sine communicantibus*; *Panes Azymi*; sexcenta id genus. Et obvium est, conquestum jam suo tempore fuisse *Augustinum* in Epist. Secundâ ad Januarium, quæ est de Ritibus Ecclesiæ; *Eam Religionem, quam Misericordia Dei paucissimis celebrationum Sacramentis liberam esse voluisset, (observatione facillimis, significatione præstantissimis, ut dixerat Epist. priore) ita servilibus oneribus premi, ut tolerabilior esset conditio Judæorum, qui etsi tempus libertatis præcise non agnoscerent, legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus, subicerentur.*

VI. Quarto, convenit in ordinè Protestantium, Ceremonias nullas non scriptas Verbo *Euangelii*, quod leni jugo nos subdit, & sarcina levi, ut idem *Augustinus*, quæque adeò nec traditæ omnibus, nec pariter observatæ, nullas (inquam) habendas esse in rerum ex se necessarium genere, aut ut partem essentialem divini cultus. Multo minùs, adæquandas esse observantiæ mandatorum Dei & Christi, factum sit licet jam adultâ Ecclesiâ. Quod præter Christum, præter Paulum non semel, laudatus modo *Augustinus*, Epistolâ posteriore ad Januarium, quæ est vulgò cxix. ex nuperâ Edit. lv. Paragr. 35. Hoc nimis doleo, quod multa que in divinis Libris saluberrimè præcepta sunt, minus curantur. Et tam multis præsumptionibus (aut præceptionibus) sic plena sunt omnia, ut gravius corripatur, qui per Octavas suas terram nudo pede tetigerit, quàm qui mentem vinolentiâ sepelierit. Quam contentiosam obstinationem vitandam esse ibidem monet, in rebus hujusmodi, que neque S. Scriptura auctoritate, neque Universalis Ecclesiæ traditione, neque vita corrigenda utilitate, sese aliis probant. De quibus adeò suadet, nec legem absolutam ferri, nec præxim universalem exigi debere, ut quæ indifferenter habenda sint. Sic v. gr. essentialem necessitatem urgeat hodie nemo, seu Genuclationis in perceptione Eucharistiæ; seu salutationis ad nomen Jesu; seu Confessionis privatæ (juxtâ Confess. Augustinam) ante Communionem sacram, seu Rituum id genus, de quibus infrà. *Necessaria* quamquam fieri aliquando possint, ex accidente, seu ex certis hypotheseibus, quæ in se adiaphora, De quibus Regulæ practicæ, ad normam Scripturarum mox subjiciendæ.

VII. Quintò, non etiã inficiantur qui pro decoro Rituum apparatus, aut qui in Germaniâ v. gr. pro Exorcismo Baptismali, militant, Ceremonias nullas humanæ institutionis, seu Ritus merè Ecclesiasticos, censerit oportere virtutis alicujus mysticæ, aut spiritualis efficacis, vel Sacramentalis. Quicquid tandem de significatione, repræsentatione, aut intentione mysticâ, in eorum Rituum observantiâ, v. gr. Immersionis trinæ, Stationum, Exorcismorum, signaculi Crucis, Vestium sacrarum &c. (qualium Ceremoniarum plena pia Antiquitas fuit) statuatur. Itâ enim defecissent hâc parte,

Ep. 1. ad
Januar.
LIV.
alias
cxviii.

Apolog.
C. vii.
L. 1. ad
Nat. &c.

te, tam utilibus & salutaribus institutis neglectis, Christus & Apostoli, nulla hujusmodi præcipiendo. Nec Scripturis S. constaret sua perfectio, de qua Paulus. Et inde fuit sequiorum temporum effusa superstitione, in attributa signis id genus sacramentalibus (quæ vocarunt) spirituali efficaciam, quam extra institutionem & promissionem Christi dari nullam posse, summa Fratrum, seu Anglicanorum, seu Germanorum, consensus est. Nec ullam hujusmodi adscripsisse primam Antiquitatem, v. gr. signaculo Crucis fronti impresso, pridem est à Viris doctis ostensum. Quale habitum pro Christianorum tunc tesserâ, symbolo, in fronte quasi gestato; pro memoriali Dominicæ Crucis, cujus non puderet; pro argumento spei, atque etiam gloriationis in eâ Cruce; pro signo quoque invocati à se Crucifixi; tandem pro ferenda crucis, ad Christi exemplum, quæ fors est Christiani hominis, incitamento.

VIII. Sexto, largiantur pariter æqui omnes necesse est, Ceremonias nullas vel institui, vel observari debere, minus lege imperari, quæ habent in se aliquid superstitiosum, aut contrarii Verbo Dei. Dixit Augustinus, quæ contra fidem fiant, aut contra bonos mores; Cyprianus Epist. XLIV. quæ contra Evangelicam legem, contra institutionis Catholice unitatem, ut humanâ traditione (sic idem alias) mutetur quod est divinitus institutum. Quæ de re in thesi nullum inter Protestantes litigium est, nec inter Christianos olim fuit. Et inde proscriptæ sunt in ipsâ Angliâ Episcopali, jam ab Eduardi tempore, Ceremoniæ & Traditiones non paucæ, quas sequiorum temporum Superstitio & Idololatria invexerat. An autem omnes sub Elizabethâ, & quæ per Laudum deinceps accesserunt, sint ab eo fermento purgatæ, sub iudice lis est. Thesi jam nostræ subscribit Thomas Rogers in Doctrinâ Anglicanæ

Ad Artic. Ecclesiæ; Ceremonia & Traditiones instituta humanâ auctoritate, si repugnant Dei Verbo, à mortalium membris observari debent.

IX. Nunc ad ritus nonnullos ut accedatur in hypothesi, sacros Protestantium quorundam Ecclesiis, foret id excessisse limites charitatis Christianæ, prudentiæque, accusasse aultos istiusmodi Ritus qui ab aliorum moribus abhorrent, superstitiosis proprie dictæ, vel impietatis, aut jugi Legis Moïsi, aut nascentis hoc ipso Antichristianis. Quales nempe ritus ex. gr. tertio jam Ecclesiæ seculo, Tertulliani puta aut Cypriani ætate, hinc quarto inchoato, obtinuisse in Christianâ Ecclesiâ constabit. Nam inde certum est profluxisse Ritus varios, retentos hodieque seu in Ecclesiâ Anglicanâ, seu inter eos qui se à Luthero nominari patiuntur, quales modò memorandi. Qui purgati à Superstitione, & ab Idololatriâ, quæ sub Papatu Ritibus illis accesserant, & adhibiti ad priores illos fines quos intendit pia Vetustas, puta ad rationem detegendam, decentiæ, reverentiæ; etiam ut sunt vel concordie vincula, qualiter olim Abstinencia à sanguine & suffocato Act. xv. vel devotionis ac pietatis quedam adminicula, neminem hi robustum in fide facile offendant: licet fortasse minus utiles, aut minus necessarij, quandoque opportunius omittendi, censentur. In his sint ex. grat. Officia Anglicana quotidianarum Precum; Officium Dominicæ Christianæ; illa Festorum sacrorumve Temporum, puta Parasceves seu Dominicæ Passionis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostis, Octava Pentecostalis quæ Dominica Trinitatis dici solet, Natalis Dominici, Circumcisionis, Epiphaniæ seu Christi (ut habet Rubrica) Gentibus revelati. Confimiliter reliqua Officia Ritulque, præscripti in administratione Baptismi, Eucharistiæ, Confirmationis, Matrimonii, Visitationis Aegrorum, Sepulchra mortuorum.

In his esto situs quandoque corporis, ut standi in Oratione, Lectione Evangelii, recitatione Symboli; sic genua flectendi ad certas Orationes, Collectas, Absolutionem à Ministro pronunciatam &c. Ad hæc pia & annua celebratio horum & illorum Beneficiorum quæ Deus Genti indulgit; Jejunia subinde indicta, modò vera sint, cum primis ante-Paschalis devotio, pijs Lectionibus & Orationibus ad morem primæ Antiquitatis excitata; & si quæ sunt Agenda id genus plura. Fortassis & in eo ordine censerî possit, inter eos qui Augustinam Confessionem profitentur, servatus, nec ab omnibus tamen, Baptismalis exorcizandi ritus. Quatenus nempe, in signum nasci Infantes iræ filios, esseque potestate constitutos, usu jam Baptismo prævio injungitur Satanæ, seu immundo Spiritui, cum solemnî Dei invocatione, ut abscedas à baptizando. Dummodò ratum sit, quod Viri docti ex eo grege profitentur, Ritus illum nec essentialem esse Baptismo; nec à Christo vel Apostolis imperatum; nec inde usurpandum, quasi Irregenti corporaliter à Dæmone vexarentur; nec nisi signum ἐπιμαχίδος esse; nasci nos originali labe conquinatos, per Baptismum transituros ad regnum Christi; nullo autem modo signum ἐξουχισμῶν esse, aut spiritualis alicujus virtutis. Quemadmodum haud gravatè largiuntur, eam Ceremoniam pro libertate Ecclesiarum omnino posse, nec revocandam in eos Coetus, quos inter antiquata sublataque fuit. Igitur ἐξουχισμῶν utrimque est, Exorcismi talis, scilicet in usu Baptismali, nec Christi mandatum extare, nec vestigium Apostolicæ praxeos, imò ne altero quidem Seculo, ac tertio adulto, indicium ejus ullum in scriptis Justinî, Irenæi, Tertulliani, Clementis Alex. Origenis &c. Nisi quis eò trahat contestationem fieri solitam à baptizandis, se renuciare Diabolo, & pompe, & Angelis ejus, & omnibus operibus, apud Tertullianum, hinc Auctorem Constitutionum, Cyprianum, Basilium, Cyrillum Hierosol. reliquos tertii aut quarti seculi Scriptores. Unde mos alter natus convertendi primò baptizandos versus Occidentem, plagam inauspicatam, inde verò ad Orientem, cum exsufflationis seu abrenunciationis ritu: Occasu atpotè figurâ illis habito Diaboli principis tenebrarum, Regni ejus occidentis, Mandi corrupti vergentis ad occasum, Sanctuarii mundani aboliti, olim versus Occasum siti, omniumque adeò quæ retrò sunt, quorum debeamus ἐπιμαχίδος oblivisci Phil. III. 14. At Exorcismi adhibiti circa baptizandos primus omnium meminisse videtur Cyprianus, Epistolâ ad Magnum, de Rebaptizandis Novatianis. scriptâ circa Annum cclv. Stephano Romæ Episcopo; quum dixit, ad salutarem aquam Diabolum opprimi, & hominem Deo dicatum eo liberari. Quanquam nec universis adhuc tum ritus ille fuerit, nec aliunde natus, ut ex eadem Cypriani Epistolâ liquet, quàm ex hypothesi, Spirituum immundorum habitare in corpore illorum qui nondum essent sanctificati per gratiam Baptismi, eoque Spiritu moveri. Unde hypothesi hacce abjectâ, Ceremonia deinceps vana, ac sine effectu, esse videatur. Quo magis convenit, non Hominis esse, verbis nunquam flagrum, non Ministrî baptizantis, sed Christi solius expellere Dæmonem, ejusque vim omnem tollere. Quæ incidenter dicta sunt; nam de Exorcismis Veterum nos alias.

X. Ac quid in talibus sentiendum statuendumque esset, jam olim innuit Augustinus Epist. ad Casula. Epist. num Presbyterum, ferè initio, ubi de Jejunio Sab- LXXXVI. bathi, quod Urbicus quidam contentiosius urferat: nuptæ Ed. In his enim rebus de quibus nihil certi statuit Scriptura Divina, mos Populi Dei, vel instituta Majorum, pro lege tenenda sunt. De quibus si disputare voluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur intermi- XXXVII. 5. 2. nata

Ed. nup.
Liv. §. 2.
aliis.
CXVIII.

nata luctatio. Idem ad Januarium Epist. primâ: *Alia verò que per loca terrarum regionesque variantur, sicuti est quod aliis jejunt Sabbatho, aliis non &c. totum hoc genus liberat habet observationes. Nec disciplina ulla est in his melior, gravi prudentisque Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quam forte devenerit.* Paulo postea: *Faciat ergo quisque, quod in Ecclesiâ, in quam venit, invenerit. Non enim quicumque eorum contra fidem fit, aut contra mores hinc vel inde meliores.* Repetit idem Epist. sequente ad eundem, tanquam *saluberrimam regulam, ut ea quæ sic instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando & imitando sectemur.* Et ita ad Augustinum Ambrosius: *Cum Romam venio, jejuno Sabbatho, cum hic sum (Mediolani) non jejuno.* Imò verò etiam si horum quædam improbentur, quia tamen commode refecari non possunt, propter scandala devitanda, rectè idem Epist. posteriore ad eundem Januar. *Liberius improbare non audeo; mox, Ecclesia Dei inter multam paleam, multaque zizania constituta, multa tolerat.* Et in eam ipse Calvinus mentem, Tractatu de Verâ Reformandâ Ecclesiâ Ratione. *Hic testatum velim piis Lectoribus, me non de Ceremoniis litigare, que decore tantum & ordini servantur, vel etiam symbola sunt & incitamenta ejus quam Deo deferimus reverentia.* Cum primis ubi earum consuetudo diuturna inolevit, nec amoveri sine offensione, aut perturbatione, possunt. Neque testibus opus est, æquissimo hac parte inter alios Rev. Baxtero, nunc *en aylois*, Libro de Non-Conformitate Anglicanâ. In quo negat *separationem* à se vel institui vel probari, propter *Ritus Liturgicos; Imò Sacramentum S. Cæna valde piè administrari in verbis Liturgia* censet; ne improbatis quidem, quæ sunt obviæ in eo Libro, *Responsionibus intercessis &c.*

August.
Epist. ad
Casul.
C. XIV.

Paragr.
35.

Oper.
T. VII.
P. m. 322.

C. LVII.

XI. Sed præ Augustini regulis sint Canones Paulini, & Christi Servatoris; quos Fratres de Ritibus dissidentes in eadem Gente, communi licet fide, ac sanctissimis nexibus conjuncti, ad animum revocabunt. Primò, esto regula æterna *Charitatis*, quæ jubet res benigniorem in partem interpretari, nec nimium esse suspicaces aut morosos erga *Frates*, multaque tolerare, licet *nobis* inutilia, aut incongrua, vel superflua esse videantur, quæ non ita videntur *aliis*, de cætero ejusdem Fidei ac spei vinculo colligatis: idque *pacis* ergò, & fraternæ *concordia*, atque *unionis*, amovendo scandalo, & periculo ex infautâ distractione illorum, qui in fidei fundamento consentiunt. Obvia sunt ex Paulo loca, ad Romanos *Capitibus* XIV. XV. & praxis nobis in exemplum I Cor. XI. 16. &c. Et illustre hujus rei documentum præbet Apostolorum constitutio *Act.* XV. 28. XXI. 25. de Ritibus quibusdam Judaicis ad tempus retinendis. Secundò, esto regula *prudencia* à Christo commendata, tot in Paulo & Apostolis exemplis. Quâ fiet ut sedulo Fratres expendant, quid expediat magis, dum Hannibal ad portas est, communi utrimque Doctrinâ, Fide, Spe, Cultu, Causâ, Majestate, Senatu, Lege &c. Satiusne videlicet, fovere separationem tantâ cum offensione, tantoque cum discrimine salutis publicæ, factâ sic communi Adversario viâ, qua irrumpat? An verò, seposito omni affectu carnis, & commodo proprio, vel etiam proprio judicio, in rebus non determinatis Scripturarum auctoritate, consulere securitati Religionis, Reipublicæ, Legum, Causæ Protestantis, totque piorum gaudiis, novo jam fœdere *Unionis*, vel *Concordia mutua*, iidem si pote *Cælibus*, eademque Communionem? Cavendum sanè, Christo monente, ne *eradicantes zizania, simul eradicemus triticum.* Quin eâ fuisse prudentiâ Dominum Jesum, ut observarit Ritus quosdam Judaicos, nec à Mose institutos, v. gr. festum Encæniorum, lotionem pedum ante-Paschalem, accu-

Matth.
XIII. 29.

bitum in cœnâ Paschali, & si quæ Judæorum alia, pridem est observatum Doctiss. Interpretibus. Tertio, esto regula *obediencia*, debitæ Legibus & summx Potestati, in iis quæ suâ naturâ censeri debent *ἀδικοφονα*, non præcisè Dei Verbo repugnantia, nec eo determinata; quorum autem est necessitas quædam Civilis, & connexio cum Civili ordine & Regimine. Itâ v. gr. *Episcopale* in Angliâ *Regimen*, quale legibus sancitum sub Eduardo & Elizabethâ fuit, (salva in nonnullis emendatione Canonum, & collapsæ Disciplinæ, ad leges primæ Antiquitatis) cohærere indivulso nexu cum statutis Regni, & moribus Gentis, apud omnes penè in confesso est. Vicissim Gentes aliæ, ut Scoti, Belgæ, Galli, quorum istud moribus adversatur, fruuntur suâ libertate, suisque legibus. Quò spectarunt modo Augustini sapien tissima monita, contra *contentiosam obstinationem quorundam fratrum*, ut ipse loquitur. Qui alibi etiam, agens de prandio licito vel illicito ante *Cenam Dominicam, quinquâ feriâ ultima Hebdomadis*, quo die Christus illam instituit; *Neminem* (inquit) Epist. ad *prandere cogimus, sed nulli etiam contradicere audeamus.* Januar. Ac de conscientia obligatione in ordine ad *Leges* §. 9. Civiles & Ecclesiasticas, in rebus adiaphoris, aut fortè etiam dubiis, ex professo gravissimi Theologi, & in Angliis omnium instar Rob. Sanderfonus, Conf. Rev. Baxtero, & aliis, merito suo laudatissimus Prælect. VI. scriptor & Episcopus.

XII. Nec obtentu tamen Christianæ libertatis, vel *ὀραξίας*, vel decentiæ alicujus, vel consuetudinis, aut sancitæ legis in externis sacrisque Ritibus, habenda nulla ratio fuerit dissidentium hac parte Fratrum. Quinimò & horum scrupulis conscientiaque, certè prudentiorum, qui se doctrinæ laude & animi moderatione approbant bonis & ingenuis, occurrendum esse iidem qui supra Canones jubent. Enimverò in hujusmodi dissensu, potius quam inimicos divisosque fratres, aut despiciatam eorum conjunctionem, habeamus, intuendum esse in ea quæ sunt *edificationis mutua*, & nihil non *pacis ac concordia* causa remittendum, monuit Apollolus Gentium, repetito Canone, & quoque praxis Apollolica comprobavit. Ita in rebus suâ naturâ *mediis, in quibus per loca regionesque variantur*, ut I Cor. ante Hipponensius, nullâ nempe traditis Apollolorum lege, cavendum præprimis esse *ne contristemus* *fratres*, quos nos infirmos aut fortè pertinaces judicamus, vel *superstitiosè timidos*; neve ipsimet *offendamus* eos contentiosâ obstinatione in leviculis, aut etiam temerè damnemus, idque rursus ex Paulinis Canonibus. Quibuscum haud satis convenit, imposuisse omnibus promiscuè Ritus modò dictos, lege *universali*, per modum necessarii *assensus*, hujusque *toto animo* contestandi, aut necessariæ *observantia*, addito etiam vinculo *juramenti*, ut factum aliquando fuit, quo in perjuriū multi consequenter adducantur. Secus sanè visum, ex. gr. in Angliâ Protestante, sub Eduardo Rege fuerat, factâ *omittendi* libertate si quorum conscientia his aut illis gravarentur. Itâ olim rectè sanxerant Liturgiæ Revisores; *Sicut inuales Ceremonias abstulimus, ita eas que reliqua sunt nolumus obligare hominum conscientias, & docemus propter justas causas mutari posse. Poterunt omitti aut observari, citra casum scandali.* Et sic postea Declaratione suâ Carolus II. sub initia regni restituti. Idque juxta Apollolorum regulam, ne imponeretur in hujusmodi Ritibus *jugum* vel *onus* Discipulis Christi, violatâ *libertate* in quam Dominus suos asseruit; extra casum *specialis necessitatis*, qualem Apolloli quondam censuerunt circa *sanguinem & suffocatum.* Nec minùs inviolata sit Regula Paulina, quâ Christiano nulli fas est quicquam agere *conscientiâ reluctante*, cujus non ipse Dominus est, seu contra lumen aut persuasionem mentis suæ; imò

A. 1660.

Ad. xv.
10. 18.
Gal. v. 1.

Rom. XIV. 23.

imò ne agendum quidem *basilante* conscientiâ, num actio talis grata Deo futura sit.

XIII. Exemplo modò sint Ceremoniæ plures, præscriptæ v. gr. Libro Liturgico Anglicano, aut altero Canonum Ecclesiasticorum. Quæ quando multis Dissidentium (Non-Conformitas dixere) incongrue aut inexpedientes visæ, hæc luce Reformationis; nullâ certè ad salutem habitudine, aut spiritali efficacîâ (quod largiuntur Liturgici) conspicuæ; nullâ Apostolorum evidente praxi roboratæ; haud præter æquitatis speciem indulgeri postulant eam quam diximus libertatem *omittendi*. Ita v. gr. *Geniculatio* in Eucharistiâ S. qualem declaravit Rubrica in Libro Communium Precum sub Eduardo vi. deinde & Appendix hujus Officii in Liturgiâ hodiernâ, reverâ situs corporis est summæ humilitatis, devotionis, gratitudinis, elevatæ ad Deum & Christum mentis, dum Divini amoris symbola percipiuntur. Undè nec damnant simpliciter, in ipsa Britannîâ, gravissimi è Presbyteriali disciplinâ viri. Ast in votis habuère, ut quod olim licuit, liceret deinceps quoque, ac possit genuflexio ea *omitti inculpare*. Quando ex opinione Præsentis Corporalis inolevit hic pridem adorationis ritus; constatque ejus genuflexionis, nec mandatum Apostolicum legi, nec exemplum, neque hanc primæ Antiquitatis praxim observari. Quâ sanè *stanes* communicabant, in lætitiæ, & spei, & erectæ in Christum mentis symbolum, fatente & Henr. Valesio, non ut *hodie genibus flexis*, ut is ad Eusebii *Librum VII.* Primitus etiâ *sedisse* in Agapis, quibus conjuncta fuit Cœna Eucharistica, uti *discubuisse* Apostolos, non est dubitandi locus. Et tam qui *stat* quam qui *sedet* corpore, is animo in cœlum erecto esse potest. Ut adeò si qui maluerint *sedentes* manducare, ad primæ Institutionis morem, quæ est Belgarum praxis, nec eo nomine habendi sint contemptim aut superciliosè, minùs prohibendi fraternâ communionem. Modò vicissim *sedendi* ille ritus, seu *ad tabulam*, seu *loco suo*, dum circumferuntur ad singulos Elementa, minimè habeatur facer & inviolabilis, prout ab Independentibus nonnullis itum est in hoc extremum. Quo magis diversa fuit praxis piæ Antiquitatis; his de Prædicatorum manibus accepturis *πλω μαρτυρία*, ex Tertulliano; illis de manu circumferentium Diaconorum; aliis, apud Clementem Alexandr. è patinâ vel disco sumpturis *πλω μοίρα*, *αὐτὸ ἰδὲ*, *οὐκ ἴσθι*, *οὐκ ἴσθι*, sanè ab Apostolicis temporibus.

XIV. Ita neque *signaculum Crucis* in usu baptismali, de quo dictum modò est, familiare Christianis alterâ jam *Ætate*, hinc pro *ritu Oecumenico* à multis habitum, respuère simpliciter moderati, etiam in Presbyteriali disciplinâ, Viri. Id modò, ne *virtutis* alicujus aut *necessitatis* Sacramentalis, quam nescivère sanctiora tempora, censeretur; Rev. certè Baxtero unam *Sacramenti* notionem, aut opinionem *necessitatis*, in eo ritu carpente. Quamquam eadem ferè hujus accessionis ad Sacrum Baptismum, quæ suprà Exorcismi baptizandorum, credita plurimis ratio: sed vetustiore *Consignationis* usu, attamen post Baptismum factæ, & post Unctionem baptizati, proximè ante Impositionem manuum, quam Eucharistia exceptit: *Caro abluatur*, sic Tertullianus, *caro ungitur, caro signatur, caro manus impositione adumbratur, caro Corpore & Sanguine Christi vestitur*. Addidit alibi, mox ab Unctione, ante Communionem *panis*, quo Dominus ipsum Corpus suum repræsentavit, gustationem *lactis & mellis*, quâ Dominus suos *infantaret*, & in cujus cibi societatem venisset ipse; Hieronymus, mox è lavacro egressos *lactis & mellis concordiam pragnastasse*, cui concinit Canon Africanus xxxvii. Quod Illustris Salmasius,

Tom. II.

sub nomine Simplicii Verini, perperam interpretatur de *Sacramento Eucharistia*, infantibus dato, sub speciebus *mellis & lactis*, consecrari *soliti in Altari, eadem benedictione cum pane & vino, nec distincto à Sacramento Corporis & Sanguinis, nisi ratione eorum qui acciperent*. In quo non unum Viri Magni postularum est: puta de oblatione lactis & mellis ad Altare, deque consecratione utriusque in Altari, & quidem in usum Eucharisticum, *in cibo scil. & potu infantium proprio*. Immemor jam Canonis vulgò Apostolici III. confirmati deinceps ab Africanis *Can. XL.* quibus, ex Judaicâ disciplinâ, interdicta *mellis* ad Altare oblatio; immemor & *panis* vino *intincti*, fugendi ipsi infantibus Eucharistia loco, jam ætate Cypriani. Præviâ sanè gustatione *lactis & mellis*, non Eucharistica illâ, sed mysticâ, in signum *infantia* in Christo, candoris, & suavitatis, cum doctrinæ Christianæ, tum gratiarum Spiritus S. ex Baptismo. Sed de his alias.

XV. Sic nec discretas *Vestes* omnes sacris operantium, decori & ordinis causâ, non Togam, non Ornamenta planè omnia, in usu sacro, eliminarent Viri Fratres, (Brownitas non dicimus) professò alicubi eodem Rich. Baxtero. Certè non facturi hodiè pari æstu quo fecit olim Hooperus Episcopus, vulgò Non-Conformistarum parens habitus. Quamquam indoluerint multoties pientissimi in hoc ordine Viri; primò, habitas hujusmodi Vestes tanquam *mysticas*, quales *lineæ* quondam & albæ Vestes Sacerdotum, quæ tum figura quædam, uti Carnis à *Christo* vestiendæ, sic & innocentia, sanctitatis, simplicitatis, atque internæ etiam vestis à *Fidelibus* induendæ. Deindè ingemuerunt, ob scrupulosum hujusmodi dissenium ejectos fuisse Fratres, Viros cæterâ confortes ejusdem Fœderis & Fidei. Quo magis ne *secundo* quidem aut *tertio* seculo, in Justino Mart. Clemente Alex. Tertulliano, Cypriano &c. ullum vestigium esset sacrarium id genus distinctarumque à communibus Vestium: extra Togam laneam ac consuetam, aut Pallium Græcicum, ad pedes fufum, qui & Hebræorum vestitus, & Apostolorum fuit, & de quo à se assumpto Tertullianus; nec professò Pontificali tum ornamento, quale habitum *Pallium* fuit in Occidente, Seculo v. & secuturâ ætate. Nisi huc trahas vestem *λαμπρην*, quâ vestitus in ludibrium Christus; aut tributum *Johanni* Apostolo, sed & *Jacobo* Justo, *πέπλον* Pontificale, tum & *lineam* vestem, qualis Sacerdotum fuit sacris operantium. De Johanne quidem primus tradidisse fertur Polycrates Ephesus, apud Eusebium & Hieronymum; de Jacobo, quoad *σινδόνος lineas vestes*, primus Hegesippus, ex eodem Eusebio. Quoad verò Jacobi *πέπλον*, *lamina* vel bracteâ Pontificalem, auream illam, primus omnium Epiphanius contra Hæreses Nazaræorum, & Antidicomarianitarum. Sed fabulæ pellucet. Polycrates quidem oppositurus Johannem Victori Romano, Episcopo & Pontifici, ut illius auctoritatem efferret, *gestasse* dixit *πέπλον*, i. e. æquè Magnum Christi Sacerdotem fuisse, nihilo scil. inferiorem Romano Pontifici, imò nec Pontifici Judæorum, addens, etiam *Doctorem* fuisse & *Martyrem*. Hegesippus verò, in fragmentis Eusebianis, scriptor Polycrati cœvus, quam fidem mereatur de *Jacobo* referens, testantur fabulosa de hoc Apostolo alia: Ex. gr. soli permissum fuisse *ingredi semel eis & Αγία & Αγίων*, sic sanè Epiphanius legit, & circumstantiæ jubent; Ita fuisse *Josephi* filium; cumque *Sacerdotem*; sed & *Nazaræum*; nec *vinum* gustasse unquam, nec *ficeram*, neque *carnes*; non *balneo* unquam usum; non *lando* vestimento, sed *findone* solâ, vocatum fuisse *αβλάνο* ob *excellentem justitiam*, sic ille. Atque hinc Dion.

M m m

Pe

Annot. in C. IX. L. VII. P. 145.

Strom. L. I.

Anglic. Non-Conf. C. XII. 2111.

Lib. de Resurr. C. VIII.

Adv. Marcion. C. XIV. Hier. Dial. adv. Lucifer.

Edif. L. v. C. XXIV. Hier. de Script. Ecclef. in Polycrate. Euf. Hist. L. II. C. XXIII. Epiph. Hæz. XXIX. N. IV. LXXVIII. N. XIV.

Petavii, Henr. Valesu, & aliorum hariolatio, *credibile esse primos illos Christianorum Pontifices, exemplo Judaicorum Pontificum, hoc Honoris insigne gestasse.* Scilicet, non animadverterunt Viri Magni, originem harum de Jacobo traditionum petendam esse ab ejus Viri austerâ sanctitate, tum auctoritate inter Judæos, quæ summa fuit, pariter & Christianos. Ut etiam sine *petalo* longè istis honoratior fuerit quàm ipse summus Pontifex, à quo sublatus Jacobus fuit, apud Josephum *Antiq. Lib. xx. C. viii.* hoc ipso Dignitate per Agrippam moto. Nec *Oblia* epitheton aliud innuisse videtur, quàm virum austerioris vitæ, simul & Christianorum summum Antistitem in Urbe Christianismi matre, voce affini Chaldaicæ *ܐܒܝܢ*, magis Arabicæ *أبيل* quæ simul designat hominem *austera vita*, simul & *Pastorem summum*, ἡ προεστῶς, & transpositâ literâ *ابلي* *ωβλια*, *ωβλιας*. Quâ in conjecturâ me aliquando literis suis confirmavit Edw. Bernardus Vir Clarissimus, quæ nec Scaligero, nec Fullero in mentem venit. Ex secus autem acceptis, hinc fabulosè traditis, de Johanne & Jacobo, nata & tertiâ de S. Marco fabula, in cujus Actis apocryphis MSS. Valesio ipse teste, scriptum fuit: *B. Marcum, juxta ritum carnalis Sacrificii, Pontificalis apicis Petalum in populo gestasse Judæorum; hinc & de stirpe Leviticâ fuisse, imò ex Pontificis Aaronis profapiâ.* Hæc nos incidenter, ut constet quâ prudentiâ in primis Ecclesiæ Originibus, & in Traditionibus id genus admittendis, versari nos oporteat. Nec Halloixii Jesuitæ, ad Vitam *Hegeffippi*, Annotata modò tangimus.

XVI. Igitur, ut redeamus in viam, circa legem *necessitatis* tota dissensio fuisse viderur, facile mitigandæ supremâ auctoritate. Eadem jam ratio sit aliorum quorundam v. gr. Anglicanæ Ecclesiæ Rituum: ut sunt, exempli causâ, baptizatorum, ubi reddere rationem possunt spei suæ, solennis quædam benedictio, *Confirmationem* vocant; *Dies* multi ex lege festi & sacri; *Parociales* Coetus aut Ministri; *Preces Liturgica*, seu matutinæ seu vespertinæ, debitâ scil. cum attentione peragendæ, resectis tamen aut emendatis de quibus Capite præcedenti; Ritus alii circa jungendos *Matrimonio*, circa *Egros*, vel *Sepeliendos*, vel *Impunitos*, vel obstringendos certis casibus *Juramenti* aliquâ conveniente formulâ, nihil conscientis insidiatâ; & si qui plures sunt. Horum nihil, ut sunt vel ex Scripturis deprompta, vel analogâ rectæ Fidei, & Moribus, atque etiam praxi sanctioris Antiquitatis, damnarent per se aut subterfugerent moderatiores quidem Fratres, *Anglos* volo eximie & doctrinæ & prudentiæ Viros, multis quidem obtestato Rev. Baxtero, ubi de *Causis Non-Conformitatis*. Duo modò contendere præ cæteris visi sunt illi Viri, & optimo quidem jure. Primum fuit, ut recognosceretur Liturgiæ Anglicanæ Liber, atque emendarentur si quæ vel phrasi ambigua, vel praxi otiosa, vel minus convenientia temporis, loco, personis; præcipuè autem si quæ offendiculo fuere, tanquàm pristini Erroris, aut veteris Superstitionis, reliquæ quædam. Quod & pridem Eximiorum Præsulum fuisse votum cognoscimus, sub Elizabethâ, Jacobo, & Carolo utroque Regibus, ne WILHELMI & MARIÆ dicam modò tempora. Alterum fuit, ne illorum omnium observantia, pari rigore quo factum aliquando est sub Laudo Archiepiscopo, dein sub Carolo II. lege *Uniformitatis*, exigeretur ab universis, conscientis eo jugo oppressis. Itâ quondam sancitum sub Eduardo fuerat, antequam dispungerentur hæc ipsissima verba: *In omnibus aliis locis liberum Ministris uti aut non uti Linæ veste; & quantum ad Genuflexionem in administrandis Sacramentis, aut consignationem signi Crucis,*

liberum est cuique sequi suam sententiam. Sed & in eandem quoque sententiam Carolus II. Solio restitutus Anno 1660. pollicitus se privatorum *Conscientiis, Cereemoniarum quarundam usu gravatis, quarum necessitas deduci ex Scripturis non posset, indulgentum, benevolâ dispensatione, istarum omissionem.* In specie verò, ut nemini *Eucharistia* denegetur, qui eam non flexis genibus recipiat; ut nemo ad usum signaculi *Crucis* in *Baptismo* compellatur; ut nemo ad incurvandam *audito nomine JESUS* cogatur; ut in *superpellicei* vel *albæ vestis* usu unicuique relinquatur *libertas pro libitu agendi &c.*

P A R S II.

B R E V I A R I U M.

Prætorum recapitulatio. De Incurvatione ad prolatum nomen JESUS prolixius agitur, de que ejus origine & valore. Item de ritu orandi versus orientem. Novem hujus ritus apud Veteres rationes exponuntur. Dua adhuc alia annexuntur. Ad alios orantium gestus fit transitus.

Rituum Sacrorum in Ecclesiâ Christianâ indolem, originem, incrementa, classes varias; tum certa, nec prudentioribus dubia, de hisce postulata, axiomata, Canones; tandem exempla quædam controversorum posteriori ætate Rituum, salvâ Doctrinæ Christianæ (ut videtur) substantiâ, prior nostra exposuit Dissertatio. Ubi incidenter & strictim, pro ratione hujus instituti, de *Signaculo Crucis* seu *κατασφραγισμῷ* obsignatione recens baptizati; de *Exorcismo Baptismali* in Protestantium adhuc Ecclesiis observato; de *Genuclatione* in usu Eucharistiæ Sacræ; de discretis *Vestibus* Sacris operantium; de *Confirmationis* seu benedictionis Episcopalis usu; & id genus Ritibus, Anglicanæ in hunc diem Ecclesiæ receptis. De quibus æquum judicium fuit, sublata modò sit tum opinio *virtutis mylticæ* & *Sacramentalis*, tum rigidior *lex necessitatis*, seu *omnimodæ Uniformitatis*, quæ dura fuere sub Elizabethâ, Jacobo I. & Carolo utroque, tempora, Archi-Episcopis præcipuè Matth. Parkero, Joh. Whitgifto, Guil. Laudo, Guil. Scheldono.

II. Exempla porò quædam alia subjecimus, prout se nobis offerunt ordine arbitrario, hujusmodi Cereemoniarum, aut in Cultu Publico vel Liturgico, seu legum, seu consuetudinum, quæ dum his probantur, reprobantur aliis, in ipso etiam ordine Protestantium, Prudentiam Christianam merito exerceant. Equidem non Augustanæ modò Confessionis Fratribus, sed & Anglis indè à Reformatione, aliisque passim Coetibus Germaniæ Reformatæ, qualiter hodieque in Tigurinâ Ecclesiâ (de cujus Ritibus & Institutis Lud. Lavaterus) recepta est *Incurvatio* ad prolatum *Nomen JESUS*, seu *inclinatum* ad *προσκύνησις* corpus, vel saltem denudatio Capitis, ac salutatio Religionis ergò. Sed his ex usu magis & consuetudine, retento veteri ritu; illis autem ex lege Ecclesiasticâ, ut *quoties in S. Liturgiâ Dominus JESUS, ut sit, commemoratione nominetur, debita & humilis reverentia ab omnibus tum presentibus exhibeatur*, ut habet Canon Anglicanus xviii. citatus laudatusque Origin. Rich. Montacutio, Cicestriensi Episcopo. Qui sanè Ecclesiæ Ritus, ut ut *signum interna humilitatis, ac professio-* *nis, esse Dominum JESUM verum & æternum Dei Filium,* *quæ additur in Canone ratio, & ut obtinet praxi quorundam innocuâ, interno cultu cum externo conjuncto, & ad Personam JESU relato, in mediocri genere centeri potest, qui nihil ex se habeant illiciti aut Idololatrici. Nec tamen imperandus idem fuit per modum legis aut necessitatis, urgendusve tanquàm ex instituto ævi Apostolici, aut ex Pauli mandato, ubi hic de genuflexione cordium, men-* *Phl. ix.* *Angelorum, Dæmonum, non ad nomen JESUS in* *casu*

casu recto, sed et τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ, in nomine Jesu, in casu obliquo, ut Græci omnes Codd. & Translationes veteres, scil. in illâ Jesu exaltati gloriâ. Minus trahenda huc quasi per ludibrium fuit actio Christi de Cruce expirantis, inclinantisque caput, quasi ob nomen ΙΗΣΟΥΣ superimpositum. Ac si quæ hujus Ceremoniæ vestiganda origo sit in primâ Antiquitate, sed degeneris ab ortu suo, gemina hæc conjici potest. Prima, exhibitum fuisse externum reverentiæ signum, quo tempore Judæi ac Gentiles Sacrum illud Nomen æque ac Crucem Jesu conspuerent, ac maledictis incenserent, undè & frequens illa consignatio Crucis. Quæ tamen contumeliæ non minus in nomen Christi, quam in nomen Jesu, ab Infidelibus projectæ; ut nec Christiani separabant utrumque nomen, quando in nomine Jesu Christi, aut invocarent Patrem Deum, aut baptizatos se esse dicerent, ut apud Justinum Martyrem non semel, λέγει δὲ τὸ φακίζομενον ἐπὶ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ &c. Altera origo, & præcipua, est ab Exorcismorum vetere ritu, postquam huic Nomini Jesu vis quædam Magicæ similis adscripta est, expellendi, fugandi, torquendive Demonas, etiam morbos, valetudines dixit alicubi Tertullianus. Concipiebantur hæc ἐπιτημιμῆσι adjurationes, ut in Dei nomine, sic etiam in nomine Jesu, etiam à quolibet Christiano, ut idem in Apologetico & passim. Expressior est in hac rem Origenes in Libris contra Celsum. Sic in Libro I. τοῦτον μὲν γὰρ δύναται τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ καὶ τῶν δαιμόνων, ὡς εἶδ' ὅτι, καὶ τὸ φαύλων ὀνομαζόμενον, αὐτῶν. Tanta certe vis est nomini Jesu contra Demones, ut nonnulli quædam etiam à malis (improbis aut non Christianis) nominantur sit efficax. Addit non multo postea; τὸ ὄνομα Ἰησοῦ ἐξελόκει δαίμονας ψυχῶν τε καὶ σωματίων, νομῶν Ἰησοῦ fugare Demonas, etiam visibili modo, ex Arripiorum corporibus & animis. Rursus eodem Libro; τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ ἐνστάσει μὲν διουνοίας ἀνθρώπων ἀφίστησι καὶ δαίμονας, ἥδη δὲ καὶ τόξος, Nomen Jesu hymphatos sanat, & demonas exigit, atque etiam morbos. Mittimus loca id genus. Quam virtutem dum prolato Nomini Jesu tribuere videbantur, ætate Origenis, ac Celsi Epicuræi, quasi tribueretur ea Syllabis, factum ut hic Christianos Magicarum artium, ἐπιτημιμῆτων ποικρῶν καὶ καποδαίμωνων, non sine specie quâdam postularer, purgante eos Origene. Ità quod Christus Apostolis suis promiserat, factum iri suâ virtute, potentiâ, si debite invocaretur, seu τῇ δυνάμει τῆς προσηγορίας αὐτοῦ, (quod est ἐν τῷ ὀνόματι μου, & rectè interpretatus est Eusebius Libro III. ἀποδείξω; Cap. ult. nec semel ætate Eusebium Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Judæo) sensum hoc traductum est ad ipsam prononciationem Sacrosancti Nominis. Undè mimica posterioribus seculis Exorcismorum Ceremonia, & religio externa, ad prolatum nomen Jesu. De cujus tamen salutatione, inclinato ad auditum Nomen capite, primæ leges Romæ sancitæ, superstitionis temporibus, qualis illa in Concilio Generali Lugdun. Gregorio X. Pontificè A. 1274. inserta Sexto Decretal. Gloriosum nomen quotiescunque recolitur, flectant Genua Cordis sui, quod vel capitis inclinatione testentur. Confirmatum Synodis variis, Avenionensi sub Johanne xxii. Canonè i. Basileensi sub Eugenio iv. Sess. xxi. Capit. iii. & Gallicanis Conciliis variis, apud Sirmondum & Bochemum, additis etiam in annos plures Indulgentiis. Undè tandem hic ritus in ceremoniam merè externam desit, & civilem quendam cultum, qualis est denudatio capitis, nomini Jesu ac syllabis habitâ reverentiâ, veriùs quàm Personæ Θεωθεώπου, nec pari illâ erga nomen Christi, aut Filii Dei, vel Domini nostri, Servatoris, Λόγου, Emmanuëlis, &c. ut pluribus hæc pridem à Theologis demonstrata. Si tamen absit Papis à mentibus superstitionis; si Lex nulla cogens,

aut conscientias obligans, quam noluerunt in Angliâ Liturgiæ Revisores, nec Carolus II. saltem promisso Regio A. 1660. si denique genuflexio cordis conjuncta sit, ac tacita veneratio Majestatis Jesu, Par. ad senlit jam olim Pareus noster Commentario suo in Rom. Paulinam ad Romanos, senserunt Doctissimi in Britannia Theologi, haberi posse ut ritum indifferentem, ex eorum genere, quod liberas habet observationes. Imò huc spectat etiam Regula Augustini, de quâ in superioribus; Faciat quisque quod in Ecclesiâ, in quam venit, invenierit, si nempe ab omnibus fiat, nec subsit metus offensionis Fratrum, ex canone Paulino antèposito.

III. Idem judicium esto de non uno in Ecclesiis Protestantium orandi precandique ritu. Sanè vix imitationis hodiernæ sunt pervetusti aliàs Ritus, qui secundâ licet ac tertîâ ætate recepti, tamen Ecclesiæ quâdam infantiam redolere visi sunt. In his fuere præcisi Canonès, ac leges, ex gr. convertendi se orando πρὸς ἀνατολὰς ad Orientem, factâ etiam acclamatione, Diaconi voce, undè Ecclesiæ fidelium Orientem amare, dixit alicubi Tertullianus. Mos hic hodieque totius Orientis est. Quomodo & baptizandi, post factam abrenunciationem versus Occasum, ritu hodieque sacro Græcis, Syris, Æthiopicis &c. conversi fuere ad Orientem. Et ad præcipuam Coeli plagam structa Oratoria, Tempia Christianorum, positæ Mensæ sacra Græcorum & Orientalium, uti quoque Latînorum Altaria, Chori. Quinimò adeo hic situs, Ortum versus, Christianis in Orbe utroque placuit, ut etiam facie ad Orientem versâ componi ac terræ mandari cadavera voluerint, ut ex Beda, Isidoro, Durando, & aliis constat, conspirantibus in hunc ritum plerisque Gentibus. Quò factum, ut situs hic corporis versus Orientalem cœli plagam, & faciei conversio, adoratioque versus Meniam Sacram, aut Altare Ortum recipiens, ritus sit hodieque conspicuus passim in Ecclesiis Protestantium, Anglis certè familiaris sub Hierarchico regimine, ac sacer. Sed benè est, consuetudine magis hodiè receptum esse, quàm scriptâ lege, nec urgeri pertinaciùs ut ritum præcisè Apostolorum, vel necessaria observantiæ, si paucos excipimus. Quæcunque jam fuerit sententia Auctoris Quæstion. & Respons. in Operibus Justin Martyris, εἶναι τὸ τοῦτο καὶ τῶν ἀποστόλων; & ante hunc Auctorem Origenis illa, insigni Libello de Oratione sub finem, & in adscriptâ illi Homiliâ III. in Numeros, ne dicam Auctorem Constitut. Apostolic. sub Clementis nomine. Hinc ad Libellum Origenis doctissimus Annotator Anglus: Nec quidem facile fieri possit, ut aliis Auctoribus, quam Apostolis, mos iste (habendi preces versus Orientem) per Christianum Orbem ubique propagaretur. Nec aliter Baronius ad A. LVIII. citatis Justinino & Origene. Quamquàm secundâ & tertîâ jam Ætate obtinere Ritus, ferè toto terrarum Orbe observati, ut loquitur Augustinus, laudatâ antè Epist. ad Januarium, ex. gr. in usu S. Baptismi, Eucharistiæ, Jejuniorum, Quadragesimæ, Vigiliarum, Fæstorum, Oblationum pro mortuis, Consignationum, occultationis Mysteriorum, Disciplinæ circa Poenitentes &c. quos omnes, ἀγέφυκτος licet, ab Apostolorum institutione ac mandato profectos esse, non sanè par est credere. Nec similis, vel institutionis, vel ritus præcandi ad Orientem, meminere, aut Clemens Romanus in suâ ad Corinthios, aut Justinus Martyr passus medio Seculo II. saltem in genuinis, quum uterque aliàs de Christianorum solemnî Cultu, ab Apostolis accepto. Tacet & in Epist. suâ (ut creditur) Barnabas, qui prolixè aliàs de Via lucis, tenendâ Christianis, & ubi occasio fuit referendi. Et si profectum illum esse Apostolis auctoribus ritum credidisset Leo Romanus, sanctissimum morem, purgandum modò ab abusu, non antiquaf-

Joh. XII. 19. 30.

Apolog. II. p. 94.

Tertull. ad Scap. C. IV. Tertull. Apol. C. XIII. Orig. L. I. p. 7. Ed. Spenc. Ibid. p. 20.

Ib. p. 53.

Marc. XVI. 17. Euseb. Apod. p. 88. Ed. R. Steph. Just. Dial. cum Tryph. p. 247. 26. &c. Ed. Par.

L. III. T. XIII. de Immunit. Eccl. C. VI. Vide Concilio. or. T. XI. col. 1923. XII. col. 55. &c.

P. I. Thef. x. Thef. xi.

Tertull. L. I. C. Valentinian. Vide Li. turg. Ritualia, Euchologia.

Quæst. & Resp. CXVII.

Ad p. 163. 164. Baron. N. CVI.

CVII.

C. XIX. ad Oxon.

De Orth. Fide. L. IV. C. XIV.

ratio sit illa quam urget, præter superiores quasdam, Joh. Damascenus, Seculi VIII. scriptor, ubi de Adoratione ad Orientem agit ex professo, toto Capite. Nempè Dominum de Cruce pendentem in duobus iuramentis, ad Occidentem respexisse; undè nos πρός αὐτὸν ἀπειλίζοντες, in Crucifixum intuitos, ejusque vultum, adorare ad Orientem, contrario situ. Sed ut antecedens precarium est, & ἀρχαῖον, Judæos Christum crucifixisse versâ facie ad Occasum, scilicet ad oppositam Urbi & Templo partem; sic illatio Damasceni jejuna est, nec ita inveniri Christum crucifixum docuit Galatas suos, aut Hebræos, Paulus Apostolus. VIII. Octava ratio ejusdem Damasceni est, Mosaicum Tabernaculum habuisse πρός ἀνατολάς, ad Orientem, Velum & Propitiatorium, uti ad Orientem sita ἡ ἐκτελε πύλη πορτᾶς Domini. Prius si ex vero Damascenus, Christianos docuit magis contrario ritu, ne Judæizare viderentur, respicere ad Occasum. Sed oppositum verum est, fuisse situm Propitiatorium, & Sanctuarium vel ἱερόν Ὀταculum, in quo Arca, situmque Velum quo istud regobatur, versus Occasum Exod. XXVI. 22. πορτᾶν vero fuit ab Oriente, quæ eò duceret. Quâ de re

Gal. III. I. Heb. XII. 2. Dama-scen. Ibid.

Ezech. VIII. 16.

Villalpandus, & Commentatores in Ezechielem. Undè Judæi reprehensi, quod dorsa tubuissent contra Templum, aversâ facie ab Adyto, & conversâ ad Ortum, Idololatrarum more. Sic sacrificaturi vel Deo supplicaturi facie ad Templum aversâ, Occasum respiciebant. Quem corporis situm, versus Occiduum Mundi plagam, intuitu Templi & Sanctuarii, servasse Judæos constat. Atque eò factum, ut Christiani, quò se à Judæis distinguerent, opposito sita ad Ortum se converterent. Et sanè olim tempus Judæicum fuerat quasi noctis, Lampadibus in Tabernaculo accensis; nunc sub Evangelio tempus exortæ lucis. IX. Nona ratio, cum ex eodem Damasceno, tum ex aliis passim, ista fuit: quod Christus ascensus in Cælos πρός ἀνατολάς ἀνεβήκετο, ad Orientem forebatur, ubi situs Mons Olivarum; quòd ab Oriente etiâ rediturus in ultimo Adventu, descensus sicut ascenderat, ut Angeli ad Apostolos, & venturus εἰς ἀρεσσην ἱερίχητα δὸν ἀποστόλων, ipse Christo testante. Sed quicumque situs fuerit montis Oliveti, sanè ad ortum Hierosolymæ, hinc sit Christum in cælos sublaturum tendisse motu continuo versus Orientem; in eam cæli plagam voluisse converti suorum oculos, reditum εἶπας, ὃν τρόπον ἱεροῦνετο, ratione loci, & plæge, quæ sunt Judæorum somnia de loco Resurrectionis, non verius ratione virtutis, & gloriæ. Imò verò simile fulguris, momento loca omnia pervadentis, omnibus luce suâ apparentis, nullo indicio prævio, spectabat non ad locum undè expectandus, vel ubi querendus, quod præcaverat Christus versus præced. sed ad Adventus celeritatem, æquè spectandi ab occasu atque ab ortu; & ad Judicii cum particularis in Judæos, tum universalis, subitam atque improvissam executionem.

Ibid.

Act. I. 11. 12. Matt. XIII. 27.

V. X. Decima ratio addi potest, usu venisse primis ferè Christianis, secundo jam inclinante ac tertio Seculo, ut se Gentilium ritibus; in se mediis, accommodarent, dum illi

ad surgentem conversi lumina solem

Diis sua Sacra facerent. Nec aliundè fuerunt occultata Christianis Mystera, quâ de re tamen nihil Justinus Martyr, & antedicta ἱεροψία non initiatis; indè Catechumenorum μυσταίς; Penitentium expiationes; Mensæ sacræ, & Domus, ad Ortum positæ; Jejuniorum seu Abstinentiæ austeritas; Cœlibatûs veneratio; Commemorationes annuæ Martyrum; Oblationes pro mortuis; Animæ sepulchris adstare creditæ; Virgines Deo devotendæ; Festorum solemnitates; Consecrationum; Unctionum, Precationum; Funerum, &c. ritus; post-

câ & Suffitus, Cerei, ornatus Templorum, Sacerdotum privilegia, Asyla, tandem & Simulachra, ac superstitiones id genus. Ne dicam familiares Gentilibus voces, phrasilogias, loquendi modos, à Christianis adoptatos, undè Pontifices Max. Flamines, Sacrificium, Altaria, Sacerdotes, Lares, Manes, Fortuna; Fatum, Piaculum, μυσταίς, μυσταγωγία, & sexcenta id genus. XI. Undecima etiam hæc addatur ratio conversionis ad solem Orientem, quod in eo ἀναστάσας τὸ εἶδος, & sit testata spēs futuræ Resurrectionis. Ut quemadmodum corpus per mortem occidit, sic per Resurrectionem idem oriturum sit, instar solis qui post occasum iterum oritur. Quod emblemata, & illud Phœnicis renascentis, in Heliopoli, supra altare solis, uti ad Resurrectionem Christi, solis Justitiæ, retulerunt, sic ad resurrectionem Fidelium, Clemens in 1. ad Corinthios, Tertullianus in Libro de Resurrect. alique Veterum. Accessit tempus quò Christus resurrexit, sub diluculum, Sole Ortui suo proximo, ex Evangelicâ Historiâ. Sed Resurrectionis corporum atia fuisse in Naturâ emblemata, alia apud Paulum, & spem eam testabantur evidentius, dum erectis cervicibus, ac stantes Paschali die, & proximis illi Hebdomadibus, memoriam Resurrectionis recolerent. Ex quibus omnibus colligitur, vanissimè jactatam fuisse Apostolicam traditionem de fundendis ad Ortum precibus; quinimò hinc Infidelibus præbitam fuisse occasionem scandali, quasi essent Christiani Soticolæ, ex Tertulliano; uti Manichæis, Priscillianistis, & superstitiis plebeculæ, illa Solem venerandi profano cultu. Non tamen de situ corporis, ad quamcunque Cœli plagam, ubi erecta mens est ad unum verum & summum Deum, ubi abest opinio necessitatis, & cultus, ubi Lex nulla est conscientis vim inferens, ubi ille situs consuetudini datur, est cum Fratribus facit litigandum.

VI. Quo ex Canone judicium sit de vario ac discrepante, in Ecclesiis Protestantium, orandi precandique ritu. Ac primò de vario gestu & habitu corporis, in ipsis Precibus, Agendi publicis; tum de precibus Liturgicis, seu precandi certis receptisque Formulis, paucis dicendum superest. Gestum quod attinet, vel habitum, istumve Corporis, diversimodè in usu fuit; vel est hodieque, genuflexio, statio, incurvatio corporis, prostratio seu pronia in terram facies; denique sedentium situs in Cathedra vel subsellio. Neque jam quæstio agitur; quis corporis situs precantem maxime deceat, aut quis propius accedat ad Hebræorum Veterum vel ad Synagogæ morem; quis ad praxim Servatoris; vel Apoitolicæ Ecclesiæ, quis denique ad leges aut consuetudinem primæ Antiquitatis. Facilis jam decisio foret, nec hærebunt qui spatia illa utriusque Antiquitatis, Judaicæ & Christianæ, decurrerunt, demptâ superstitione. Hinc plium neminem fore putem, si inciderit in eum Coetum aut delatus in eam Ecclesiam fuerit, in quâ stanti ad Orationem, aut Lektionem Verbi; vel concidentis genibus flexo; composito sic ad preces corpore, repererit aut legem Canonibus scriptam, aut generalem consuetudinem, traditam à majoribus, neminem (inquam) futurum putem, qui non pari pietatis affectu, nihil cunctatus, sese adjuncturus sit mente & corpore, sive stantibus, sive procumbentibus in genua. Nec enim Fanaticorum quoddam genus jam moramur, qui ne desulto capite percipi Sacramentum, aut cantari Psalmos, Hymnos, voluerunt; hunc ritum; æquè ac stans orationes, habentes Idololatriam. Vicissim nec Pharisæico supercilio irreligiöse aut profanæ vel irritæ confendæ sunt omnes eorum preces; quibus mos est assidendi dum orant, seu erecto seu inclinato capite, quasi is situs corpo-

Clem. Ep. p. 34. Tert. C. XII.

ris certum indicium sit situs animi, mentis, & vel irreverentiæ, vel contemptus, aut desidiæ indubium quoddam κενόητος. In his igitur, ut prudentiæ Christianæ, & charitatis affectui, locus sit, aliquot nos observationibus defungemur.

PARS III.

BREVIARIUM.

De Situ corporis inter precandum nihil speciale Divina Legè ulla determinatum est. Varia hinc admodum precantium legitur praxis in Vet. & N. Testam. Eadem varietas in Ecclesia veteri Christiana cornitur, in qua quando genuflectio potissimum obtinueris monstratur. De Christianorum veterum Statione inter orandum agitur. Eiusdem rationes novem exhibentur. Nulla communis necessitatis Lex quoad situm corporis inter precandum hodie figenda est Christianis.

DE gestu & habitu corporis inter orandum tenendæ Christiano fuerint observationes sequentes. Prima quidem observatio est; de orantium, aut supplicantium Deo, necessario aliquo vel perpetuo situ, qualis est proni in terram corporis, vel incurvati, vel flectentis genua, vel stantis, vel sedentis, nihil præcisè determinasse, aut Legislatorem, ne tempore quidem umbrarum, & λαρείας εαρινής, aut Christum, aut etiam Apostolos. Nulla certè de his sanctio universaliter obligans, seu in Mosaicis legibus, seu in scriptis Prophetis, quæ perpetuò Dei Populum revocant ad actus animæ, mentis, cordis, cogitationis, & totius quidem, ad amorem, reverentiam, humilitatem, contritionem, fractionem cordium, fidem promissionum, &c. notissimis locis. Quorum externi omnes gestus, ut prostratio, incurvatio, genuflexio, statio, elevatio manuum, scissio vestimentorum, saccus & cinis, conversio ad Sanctuarium, & si qui gestus aut situs alii, non nisi signa & indicia aut imagines quædam fuere, ad quæ Deus non respiceret. Quomodo nec in calidissimâ precatione Danielis, & exomologesi quadam Capite ix. gestus ullus corporis exprimitur, sola precantis conversio ad Dominum Deum, actu præcipuo mentis, & affectuum. Sic Ezechias decumbens convertit faciem versus parietem, id est, avertit vultum à turbâ, in Deum intentus. Multo minùs præceptum de his extat in Novo Test. tanquam quod foret observantiæ moralis, necessariæ, perpetuæ, sine quâ nulla Dei adoratio, aut invocatio, esse posset. Satis Christo & Apostolis fuit, præscripsisse quæ ad essentiã precum, ratione subjecti orantis, objecti, materiæ, formæ, loci, temporis, cumprimis internæ dispositionis, ἐν πνεύματι & ἀληθείᾳ, quâ de re Practici. Excludã sanè omni superstitione in rebus suâ naturâ mediis, externis, corporeis, post umbras sublatas, & mysticum omnem cultum Tabernaculi. Tum & Matth. vi. 5. 6. damnatâ hypocrisis Pharisaicâ, non stantium quidem, sed amantium in publico videri, observari, oculos in se converti, ac veluti turbâ ad sui spectaculum invitantium. Tandem & explosis βατλολογίας, seu otiosis & inanibus δόξασι, vel ταυτολογίας, tum fiducia ex πολυλογίᾳ, vel boatu, vel etiam πολωνυμίᾳ Numinis. Quæ familiaria fuerit vitia; ut Judæis pridem, sic Baalitis, Syris, Arabibus, Græcis, ac Gentilium aliis, transitura ista ad Euchetas; Messalianos, ac Christianos sequioris ævi, ne de Muhammedanis dicam. Neque sanè in præscriptâ à Servatore orandi ratione Matth. Cap. vi. de gestu aut situ ipsius corporis quicquam, benè de requisitâ in orantibus simplicitate, humilitate, secessu, affectu mentis, intuitu illius quem precamur; tum rerum orandarum, ordinis, modi, ac finis convenientis. Sed hæc aliò spectant.

Dan. ix. 3. 20.
Ez. xxxviii. 2.
Joh. iv. 23. 24.
Syrac. vii. 14.

II. Altera observatio est; variis utique, & h-

berum, nec eundem situm gestumve corporis, in precaturis Deum, observatum legi jam ab ultimâ antiquitate, in scriptis Veteris Test. ac deinceps Novi. Ac primò, procubuisse vel prociidisse in terram, humi cubasse, pronâ facie, antiquissimo adorationis ritu, cumprimis in Oriente, in prostratæ mentis indicium, submissionis, reverentiæ quantâ possent, pavoris etiam ad tantam Majestatem, docent exempla quibusvis obvia, Patriarcharum; Moysi, Josuæ, Prophetarum, priorum Regum; Macchabæorum; Christi Servatoris, Apostolorum, Johannis Theologi, xxiv. Seniorum in Apocalypsi. Quò facit vox Hebræorum שח, השתחוה, additis etiam quandoque vocibus על אפי, על אפי, vel ארצה, id est procumbere, vel deprimere se, prosternere, inclinare facie in terram. Græcis, προσπίπτειν, πάλιν δὲ τὸ πρόσωπον, communiùs προσκυνεῖν, quasi κυνῶν vel κύων πρὸς τὴν γῆν; πρὸς τὰς πόδας, quomodo Ἄρχα ἐκποδίων, osculari terram versus, hinc & κατὰ φιλίᾳ τοῖς ἑξ. Et ab familiari hoc adorandi ritu, dicta etiam precatio Arabibus سجدتكه, seu ritus procumbendi in terram. Nec religiosus tantum iste Orientalibus, sed & servilis tuit, solitis his ab antiquo pronâ in terram facie humi jacere, cubare ante Reges suos, obviis ut in Historiâ S. exemplis, sic praxi etiam hodiernâ plerumque in ultimo Oriente Gentium. Quomodo etiam Nigritæ, Æthiopes, prostratum coram Regibus caput pulvere adspargunt, ostensuri se nil nisi pulverem esse & terram, ad lucem tantæ Majestatis, apud Marmolium, & alios. Secundò, precatos etiam constat inclinad seu demisso capite, vel incurvato corpore, in humilitatis signum, quod Hebræis est כרע, hinc כרעה venerando incurvatur. Quod & voce השתחוה, & Græcâ προσκυνεῖν, non infrequenter significatum. Seu jam demissis in terram manibus, quod Muhammedanis est in precibus, aut pronunciatione Divini Nominis, frequens; seu quasi procubituri ad genua, supplicantium ritu, quod est Græcis, προσπίπτειν, δειδῶς λιγυδίων, ταλδίων, unde Ζδὸς λητήσιθ. Sic Elias dicitur corpus ita inclinasse, vel demississe terram versus, ut faciem inter genua posuerit. Tertid, communissimus etiam Hebræis precaturis ritus fuit flectendi genua, quod illis est speciatim כרך, כרך, etiam Arabibus, كركر كركر, obviis rursùm in utroque Instrumento exemplis. Et quoties per modum præcepti occurrit; apud Davidem; Prophetas, Paulum, planum est respici præcipuè, metonymico significatu, actum animi, potius quàm illum corporis, seu actum adorationis, supplicationis, subjectionis, ac summæ reverentiæ. Quanquam plerumque flexere genua deprecaturi, tempore luctus, jejunii, periculi imminentis, ipse Christus in Horto; aut quoties ἐκπνεύσαντες instantius singulare aliquod à Deo beneficium flagitarent, ut Daniel, Petrus, Paulus, &c. Quartò, obvium est stetitisse orando Israelitas, Judæos, ritu precandi ordinario jam Moysi tempore, postea in Synagogis. Nec profectò interdicens illo à Christo, in notatâ praxi Phariseorum, qui ἐσώτες προσδωχέμβροι, sed in plateis, ut viderentur. Quomodo stabant sacerdotes sacra facturi. Et ille τελώνης μακρόθεν ἐσώς. Hinc מצעו סתע pro orare communiter, & מצעו סתע statio unum ex precationum apud Hebræos nominibus. Sic ex quatuor requisitis inter orandum, apud Majemonidem, primum est; stare; tum caput operire, faciem Hierosolytam versus convertere, & oculos demittere in terram. Sic quidem supersticiosa in ritibus & ἐθελθηρηστικῆς Synagoga, indicatura etiam tempus exilii sui, & luctus. Quintò, nec defuere aliū adorandi precandive ritus, speciatim manus pandendi, tendendi vel tollendi ad coelum; tollendi & oculos, 3.

Marm. Afr. P. iiii L. ix C. v. &c. Pf. xcv. 5. I Reg. xviii. 42. Luc. xii. 41. Dan. vi. 10. Act. ix. 40. xi. 36. I Reg. viii. 5. &c. Matt. vi. 5. Marc. xi. 25. Luc. xviii. 13. Tephill. C. v. I Reg. viii. 54. Dan. ix. uti

Joh. XI. uti corda; etiã oculos demittendi, tundendique pe-
 41. ctus, in exemplo Publicani pœnitentis dolentique
 Lam. III apud Lucam; Sic *manum* demissam ad os referendi,
 41. vel *osculum* inferendi quasi manibus, genibus, pe-
 Job. XXXI. dibus. Unde *פשי*, καὶ φιλεῖν, osculari, apud He-
 27. bræos, idem quod προσκυνῶν de osculo adorationis,
 P. II. 12. venerationis, etiã apud Davidem, quale cœferi
 Luc. potest istud mulieris Christi pedes osculatæ. Quo
 XVIII. 13. sensu fortasse Paulus, si quis *φιλεῖ non osculatur*,
 I Cor. non adorat Christum Jesum. Quin eò referri po-
 XVI. 22. tuit ritus *tangendi femur*, partem genibus superio-
 &c. rem, supplicandi ritu, & Deum invocandi in te-
 Luc. VII. stem & judicem, notis exemplis in Historiã Abra-
 45. hami & Josephi. Et hi ferè omnes ritus ad civilem
 Gen. etiã cultum transiverunt; omnes reverentiæ, hu-
 XIV. 9. miliatationis, ac subjectionis indices: speciatim ritus
 XLVII. 29. osculandi *manu*, apprehendendo dextram Prin-
 cipis, quod propriè est ἀσπάζεσθαι. Ille etiã oscu-
 landi *genua*, quod Latinis est genua prensare, vel
 amplecti, genibus advolvi, incurvatione totius cor-
 poris factã, familiari ut priscis Græcis, sic postea
 etiã Romanis, in supplicationibus usu. Tandem
 mos osculandi *pedes*, quod propriè est προσκυνῶν,
 adorationis jam ritus, transiturus à Caligulis, Ma-
 ximinis, Diocletianis, ad Romanos Pontifices.
 Sed hæc alterius loci sunt.

III. Tertia observatio est; non minùs varium
 corporis situm, inter veteres precandi ritus, à *Chri-*
stianis adhibitum fuisse, modò stantibus, modò
 procumbentibus in genua, quandoque in terram
 prostratis, etiã incurvatis, aut inclinaturis caput,
 expansuris manus, oculos sursum missuris, demis-
 suris quandoque, sessuris rariùs. At scrupulosa ni-
 mis fuit *temporum* illa distinctio, aut *personarum*, *lo-*
corumque, quibus hic & ille situs gestusve observan-
 dus esset. Quæ singula enarrare non hujus intitu-
 ti est. Certè *προσκύνησις prostratio*, summæ jam hu-
 miliatationis signum, in tertio publicæ Pœnitentiæ
 gradu sic obtinuit, ut hic μετὰ τὸν nomine singu-
 lariter venerit. Proni nempe tum in pectus suum,
 & faciem, hi Pœnitentes, seu (ut Veteres passim)
dejecti corporibus, jacentes, subjacentes, humiliati, sub-
mittentes colla, sub manu sacerdotis positi, &c. quum
 illis manus imponerentur, pone Ambonem, aliàs
 in Oracionibus γονυκλίοντες. Imò & intercessurã pro
 eo genere Pœnitentium Ecclesiã, soliti fuere πάν-
 τες ὁμοίως ἐπ' ἰδαίους κείσθαι, omnes similiter humili jace-
 re, vel prosterni, ut Chrysofomus de suo tempore
 testatus est. Et hoc situ corporis apparet ipse Theo-
 dosius Imperator, apud Theodoretum; quum sta-
 tim ab absoluteione acceptã ab Ambrosio ingressus
 Templum, εἰς ἑστῶς ἢ δεσπότου ἰκετεύων, non stans
 supplicavit Deo, εἰδὲ ἑ γονυκλῆσθαι, nec flexis geni-
 bus, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἑ δαπέδα κείσθαι, sed pronus
 humili jacens. Ac voluntaria hæc fuit pique humili-
 tiatio Theodosii, etiã *manibus comam vellentis,*
frontem percussentis, lacrymis manantibus solam irrigan-
tis, in publicam acerbissimi mortoris testificatio-
 nem. Superstitiosa autem ea quandoque fuit, qua-
 lis in exemplo Ambrosiano, qui meminit quorundam
 pœnitentium, qui *stravissent corpus suum calcantibus*
omnibus, jejuno semper ore, mortis speciem præfe-
rentes. Reliqua ex Antiquitate sunt obvia. Ado-
 rasse autem de *geniculis*, seu procubuisse in genua,
 nis flexis continuo orasse, labantibus sæpè genibus,
 aut callo obductis, ex assiduã genuflexione, res
 notissimi facti est. Hinc orare & *flectere genua* quan-
 doque synonyma fuere, ἰκετεύειν & γονυκλίειν, ut
 in illo orate, ex Euchologiis, quod Diaconus ac-
 clamaret. Factum præcipue fuit. I. *Jejunis* tempore
 aut *Quadragesimæ*, in signum luctûs, ac mœrentis
 vel pœnitentis animi, imitatione Judaicã. II. In
 casibus *extraordinariis*, aut gravi calamitate, seu pu-
 blicã seu privatã, quando exorandum *interioris Dei*

Homil. XVIII. in
 2 Cor. T. III.
 Savil. p. 647.
 Theod. Hist. L. V.
 C. XVII.
 De Pœnit. L. I.
 C. XVI.
 T. I.

auxilium fuit. Qualiter Christiani milites Legionis
 Melitinæ, M. Aurelii tempore, γόνυ θύπτες ἐπὶ πλὴν
 γλῶ, Deo supplices facti leguntur; addente Euse-
 bio, καὶ τὸ οὐκ εἶναι ἡμῶν ἢ διχῶν ἰθὺς, ut nostris oranti-
 bus mos est. III. In actu publicæ ac primæ Exomolo-
 geseôs: quando coram omni populo prostrati, &
 advoluti ad Sacerdotum vel Presbyterorum genua,
 tum ad Fratrum illa, fatebantur publicè lapsum
 suum, etiã in asperitudine sacci, & horrore cineris,
 seque admitti ad Pœnitentiam, supplices flagita-
 bant. Quod est Tertulliano, *Presbyteris advolvi,*
caris Dei adgeniculari, ad fratrum genua protendi; in-
 Tit. C. LX. mō etiã, ut is in Libro de Pudicitia, *caligas fra-*
 z. XI. *trum volutando desurgere*. Nec aliundè putida illa in
 C. XVIII. Christianos contumelia, apud Minucium; *Antisti-*
 Min. Fel- *tis eos ac Sacerdotis colere genitalia*. Nam de Judæis
 lix. O. *Rutilius Poëta*, sub Honorio, non de Christianis;
 Stav. Ru- *Reddimus obscœna convicia debita Geni,*
 tit. Itiner. *Qua genitale caput propudiosa metit.*
 387. 388.

IV. In reliquis actibus publicæ Pœnitentiæ. Cer-
 tē in primis gradibus tribus, προκλίσεις, ἀσπάζ-
 σεως, προσκυνήσεως, in his quidem, quum preces
 pro se conciperentur, aut sibi imponerentur manus.
 Aliàs stabant corpore, animo quasi resurrecturi,
 undè *stationes* Pœnitentium. Ille autem Pro-
 cumbentium in genua situs *lapsum* emphaticè repræ-
 sentabat. Aucto Quæst. & Responson. ad Ortho-
 doxos: ἡ γονυκλίσις συμβολὸν ἐστὶ τὸ ἐν ταῖς ἀμαρτίαις
 Resp. ad *πλῶσεως ἡμῶν*. V. In actu *postremo* Exomologeseôs,
 Quæst. *ultima* quasi detestatione criminis, ac petitione ve-
 CXV. *nitæ*, proximè ante absoluteionem, & in absoluteione ipsã.
 Quo faciunt loca ex Tertulliano, Cypriano, ab
 alius producta, & ab ipso Albaspinæo; *nihil hæc fa-*
 Observ. *cere ad Confessionem auricularem*, ingenuè falso. VI. In
 L. II. *confessione peccatorum* seu generali, totius Cœtus, sin-
 Observ. *gulis genua flectentibus*, seu particulari. Sic in
 XVI. *Listanis*, post introductum earum usum; speciatim
 in recitatione *Oracionis Dominicæ*. Quod ex Litur-
 giis Veterum intelligitur. Et post natam supersti-
 tionem Monachalem, finxere Monachos nonnullos,
 sic, in Actis Apocryphis, Viros Apostolicos, assi-
 due sic genua flectentes, ut veltigia genuum im-
 pressa manserint; sicut in cellã, quam terebant Tho-
 mæ Aquin. olim vidisse me Coloniz Agripp. memi-
 ni. VII. In *ordinariis* etiã precibus, seu domi, seu
 in publico, toto anni decurru. Imò *privatæ* pre-
 ces, fusæ ex animi devotione, flexis poplitibus ut
 plurimum factæ. Ita quæ pro ægrotis, & coram
 iis, conciperentur. Exceptis tamen diebus aut
 temporibus quibus *Sancti* Canonibus injuncta fuit,
 quã de re dicendum modò est.

IV. Nescio quid in mentem venerit Maldonatò, Mald. in
 in Matthæum commentanti, dum negare sustinuit, *Matt. vs.*
 ex praxi hodiernã Rom. Ecclesiæ, vel Judæos, vel
 Christum, adeoque primos Christianos, etiã *stantes*
 orasse. De Judæis, quorum hic usitator oran-
 di in Synagogis ritus, dictum supra est. De *Chri-*
 stianis vero testatur omnis Antiquitas, post stabili-
 tam Canonibus disciplinata; testatur Liturgiæ
 omnes. Hinc stare ad oblationem, ad orationem,
 surgere ad orandum, frequentissimè, quod Diaconi
 voce injungebatur. Et Latinis *stationes*, sensu He-
 bræorum, pro *precibus*; unde *facere stationes Christo*.
 In quibus quia toti fuere Christiani certis diebus,
 ut feriã quartã, & sextã, semijejunii tempore, hinc
stationum nomen ad *jejunium* traductum, apud ipsum
 Tertullianum. Postea etiã ad Processiones, &
 ad Ecclesiis stationales, in quibus istæ fierent, &
 ad Sacra iis adjuncta, vox illa extendenda fuit, hinc
stationarii, stationales Ecclesia &c. Neque alius est
 orantium in Templis, toto Oriente, Christianorum
 situs, quàm *stantium*, sed illa licet in Oratoris, &
 Choris, sed in cantantium usum. In specie verò
 sunt obvii omnes illi Canones, qui nefas duxerunt,
 ora-

Can. Nic. xx.

Concil. Hlib. C. XLIII.

Bevereg. ad Can. Nic. Ad Quæst. CXV.

Ad. XLV.

Apolog. II. sub fin.

1 Cor. XVI. 23. Rom. V. 2. &c.

orare de geniculis, præceperunt verò surgere, & stare ad orationem, cum diebus Dominicis, tum totâ quinquagesimâ à Paschate ad Pentecostem. Pernotus hic mos est, receptus jam tempore Tertulliani: *Die Dominico jejuniū nefas ducimus, vel de geniculis adorare; Eadem immunitate à die Pascha in Pentecostem usque gaudemus.* Ipsique Nicæni Patres sancire, ut hic ritus, quo *stantes Domino vota persolverent, in die Dominico, universis in locis consonanter observaretur.* Et, ante Nicænos, Illiberitanis novam *Heresim inducere* dicti, qui Pentecostem non celebrarent, à Paschate ad quinquagesimum diem, ritu Christiano. Mittimus recentiores. Undè traditum ab ipsis Apostolis ritum, vel saltem ab Apostolicis viris acceptum, Viri Docti scripserunt. Ac pridem Auctor Quæst. & Respon. in Operibus Justinii Mart. *ἐν τῷ Ἀποστολικῷ ἢ χρέον ἢ τριάντη συνήθεια ἔλαβε τὴν ἀρχὴν, à temporibus Apostolicis consuetudo talis (non flectendi genua) in initium accepit; citatque Irenæum, ἐν τῷ πρῶτῳ βιβλίῳ λόγῳ.* In quo tamen falsus esse constat, quum v. gr. de Paulo, orante cum Miletiis ac Ephesinæ Ecclesiæ Presbyteris, tempore intermedio inter Pascha & Pentecostem *Act. xx. 6. 16.* expressè textus, *ἡ ταῦτα εἰπόν, θεῖς τὰ γόνατα αὐτῶ ἐπὶ τῷ πατρὶ αὐτοῖς προσήξατο υψ. 36.* Iterum, *θῆτες τὰ γόνατα ἐπὶ τῷ αἰγιαλῶν.* Nec aliàs, quum prima die septimanæ seu Dominicâ, convenisse memorantur Apostoli, aut Christiani, *Act. xx. 7. 1 Cor. XVI. 2.* usquam dicitur *orasse stantes*, minùs hac de re dedisse præceptum. Mox tamen ab Apostolicis temporibus invaluit hæc inter Christianos consuetudo. Undè Justinus Martyr, describens conventus Christianorum, qui haberentur *τῇ ἡμέρᾳ λεγομένη ἡμέρα solis qui dicitur die,* post peractam à Lectore *ἀνάγνωσιν,* & à Præposito *τὴν ἀρχὴν λόγου νόθεσιαν,* addit, *ἐπειὴ ἀνιστάμεθα πάντες, ἢ διχαίς πέμπομεν, deinde consurgimus communiter omnes & preces fundimus.*

V. Nempe fuit illis *stantium situm,* ex additis hinc inde rationibus. I. Symbolum Christi à Resurrectione stantis, qui in sepulchro compositus jacuerat. II. Symbolum *erectionis* fidelium, mysticæ resurrectionis, dum Christi resurgentis gratiâ *ὡς τὸ πλῆθος ἀνίστημι à lapsu resurreximus,* præcunte Paulo, in suis ad Romanos, Colossenses. III. Symbolum etiam is corporis situs *lætitiæ,* gaudii, festivitatis; prout stare Latinis, lætæ conditionis significatione, frequenter apud Tullium. Nec aliundè Tertullianus, à die Paschæ in Pentecostem usque *gaudemus;* & Libro de Idololatriâ, singularæ solennitates Nationum *Pentecostem implere non poterunt.* Quo fiebat, ut in Eucharistiæ sacris, & mox à perceptis Symbolis, in *gaudii argumentum starent,* ut animo sic corpore in cœlum erecti, unde *σάβας τῷ πνεύματι, εὐσάβας.* Quod nefas fuit jejunii tempore, & luctus, quando & ab osculo pacis, & aliis lætitiæ signis, abstinabant. IV. Symbolum istud quoque *fidei, spei, ἀποκαταστάσεως* fidelium, seu gestus expectantium pacem cum Christo resurrectionem, ac secundum hujus adventum, in specie verò missionem Spiritus S. effusi in Pentecoste. Quò faciunt allusiones non paucæ Veterum. V. Symbolum etiam *perseverantiæ* in fide, in quâ starent. Hinc sæpè *σῆμαι ἐν τῇ πίστι, stare in fide, ἐν τῇ χάριτι in gratiâ;* cui opponitur prolabi, cadere, jacere, vacillare. VI. Signum itidem *erectorum cordium in cœlum,* ad Patrem nostrum qui in cœlis est; & obvium illud veterum, *ἀνω τὰς καρδίας,* cum responso, *ἐρχομεν πρὸς τὸ Κύριον, habemus ad Dominum.* VII. Aliàs etiam ex Tertulliano, variis quidem in hoc locis, ex Ambrosio, & Veteribus passim intelligitur, allusisse Christianos stando orantes, ad *stationem militarem,* ad *exercitium* in castris aut pro foribus Palatiæ. Quales pro Ecclesiâ, pro se ipsis, pro laborantibus qui-

buscunque, contra Diaboli & hostium insidias, orando, aut jejumando, agerent. Quomodo Christianorum vita censetur *militia, certamen,* quod est ipsis Baptismi Ritibus indicatum; & hinc *συναγωγικῶς, συναβλῆσαι,* ipsis precibus; hinc officia *vigilandi & orandi,* & quæ in hanc rem deducere non hujus instituti est. VIII. Fuit etiam hic standi ritus, dum orarent, signum *reverentiæ* Deo debitæ, & animi ad Dei obsequium proni. Hinc stare coram aliquo est expectare ejus mandata, eadem excipere mox executioni mandanda. Situs hic ministrorum, coram Heris; Josephi coram Pharaone; Sacerdotum, Levitarum, coram Tabernaculo, cui ministrarent; Angelorum adstantium coram Dei Throno, ex Daniele, & Auctore Apocalypsi. Et hoc reverentiæ signum, *sub conspectu Dei vivi,* cui *Angelus orationis adstabat,* urit Tertullianus. Ità juniores assurgebant senibus, apud Lacones, uti Romani Consulibus; actor & reus stabant in Judicio; discipuli in scholâ, *ἡ δὲ ἡγεμονία τῶν μαθητῶν ἡ δὲ ἡγεμονία τῶν μαθητῶν* *discipuli non nisi stantes disciebant Legem.* Utque adeo, si Zonaræ fides est, ut Theodosius Imperator, quum Arsenium, præceptorem Arcadii & Honorii, stantem vidisset, *sedentes in sellâ Discipulos, indignabundus hos stare, illum sedere, jussit.* IX. Sed & signum *attentionis* in precibus requisitæ. Quomodò & Veteres, dum audirent Dei Verbum vel legi, vel pro concione explicari, semper illud stando exciperent, quanquam in transmarinis nonnullis Ecclesiis, *etiam populo sedilia subjacere,* retulit Augustinus. Ità somnolentiam præcavebant.

VI. Ultima nostra observatio est. Non ponendam in gestu sitive corporis ullam *legem necessitatis;* quandoque procumbentium in genua, vel stantium, publicis in precibus, quandoque autem *sedentium* situm observari; nec eo tamen temerè aut cum supercilio, de precantibus, vel de ipsis precibus, esse pronuntiandum. Fateor, sedentium in cathedrâ vel subsellio minùs convenientem videri corporis situm. Hinc factum *irreligiosum, irreverens, contra Deum Scripturam,* ex more Nationum, dixit Tertullianus. Ac ne in longâ oratione id permittebat, *nisi exprorbramus Deo quod nos oratio fatigaverit.* Quare in totâ Antiquitate, Græcâ & Orientali, tum Latinâ & Occidua, assidere in publicâ oratione nefas. Et istud quidem ex hypothesi, situm eum corporis irreverentiam, mollitiem, somnolentiam, arguere. Contrâ vero censere Græca Gentilitas, adorare *sedentes* oportere, animi scilicet compositi indicium. Est ubi *sedere* submissionis ac reverentiæ gestum indicat. Jappones salutant amicos dum sedent. Æthiopes vel Abessini coram Rege suo sedent, animi submissi indicium, solis Arabibus & Lusitanis ut extraneis *stare* permissum. Ità corporis situs ex Marm. consuetudine Gentis æstimandus venit. Quod si fiat, & usu venerit ut communiter totus cœtus sedendo oret, etiam prælegi Dei Verbum audiat, *faciat quisque quod in Ecclesiâ, in quam venit, invenerit.* Nec est quod quis Pharisaico supercilio fratres vel damnet, vel despiciat, vel conturbet hoc nomine. In ejusmodi casu locum habeat illud Servatoris, *μη κείνητε, ἵνα μὴ κελθῆτε.* Æstimandæ preces non ex situ corporis, sed animi. Sæpè situs talis ex consuetudine Gentis, & quoque in Belgio nostro; sæpè ex infirmitate corporis, vel etiam ne plus justo quis *stando fatigetur, aut oscitans labia diducat.* Hinc consilium Augustini, ut *tali oblatâ sessione succurratur.* Nam & Eliæ *sedens,* & infirmorum corpore, gratæ nihilominus Deo preces. Imò Hermas ille, cujus Pastorem Scripturæ nomine venerata est Antiquitas: *Cum sederem in monte quodam, & gratias agerem Deo pro omnibus qua fecerat mecum.* Nec sanè præscriptis hic Scripturam ullum corporis situm vel habitum, modò visum. Id modò ut *adoretur* Deus

Gen. x. 1. 46.

De Orat. C. XII. Megilath Seph. fol. 21. a. Zon. Tom. II. P. 37. Ed. Reg.

D. Catech. Rud. T. VI. Ed. noviss. C. XIII.

De Orat. C. XII.

De Orat. C. XII.

Ang. Ep. I. ad Julianar. I. IV. vel c. VIII.

De Catech. Rud. C. XII. T. VI. Ed. noviss. Reg. XIX. 4. Hermo. L. III. simil. v.

Matt. VI.
Marc. XI.
25.
Hammond.
Comm.
ad L.

Deus in spiritu & veritate. Et illud Christi Servatoris, *ἰσῶτες προσδύχομενοι*, item *ὅταν σήνετε προσδύχομενοι*, multi non ad stantium situm, sed ad preces ipsas, *ὅταν προσδύχθητε*, quocunque corporis habitu, etiam *sedentium*, retulerunt, ac ipse Doctiss. Hammondus. Cæterum qui situs maximè deceat, ex dictis liquet. Ac scrupulosius fortè Liturgiæ, modò genua flectere, modò stare, modò hoc & illo situ corporis esse, præscribunt. De *Formulis* precum proximè *ὁν Θσῶ*.

PARS IV.

BREVIARIUM.

De *Formulis* publicarum Precum magna Protestantium est dudum concertatio. Institutum Auctoris in hoc negotio. De Liturgia voce, ejusque origine & usu primo agitur. Ex eo judicari potest de *Scriptis* que sub Liturgia & similibus nominibus tribuantur Apostolis aut Apostolicis Viris. Preces Arbitraria à primis Christianis communiter indubiè fasa fuerunt. Primis seculis ex Libro Liturgico non videntur Sacra peracta. Fuit tamen cultus publici certus ordo, sed in variis Ecclesiis varius. Idem latius adstruitur. Speciatim de Publicis Precibus. De Alternis Orationum & Canticorum vicibus agitur. In certis verborum Formulis adhibitis non videtur à Christianis Ecclesiis ab ævo peccatum esse. Nec consequenter adversus Liturgias omnes, à superstitione & idololatria purgatas, oppositio justa est.

DE Formulis Publicarum Precum, ad usum solemnem, & ordinarium, usurpandis à Ministris Euangelii, idque ex præscripto, certè quoad ordinem & sensum precum, quantumvis illi ex se habeant donum precationis, longa & molesta inter Protestantes concertatio fuit. Sive quæstio in *thesi*, de legitimo Formularum usu, seu in *hypothesi* de Libro Communium Precum, de quo inter Britannos diu acriterque litigatum. Atque utinàm iustum non fuisset in extrema, ut accidit in rebus suâ naturâ mediis, quoties non ratio sed ira movet, vel affectibus litatur, aut servitur nimium hypothesi, atque in oppositum vel in vetitum fortius itur. Expertum est hujusmodi ingenia Belgium nostrum, quæ Ecclesias disträhere in partes, aut publico Ministerio nuncium mittere, maluerunt, quàm accomodare se, in usu Formularum, salvâ tamen Christianâ libertate, ordini in Ecclesiis recepto. Itâ quantis moliminibus laboratum sit vicino in Regno, pro abolendo penitus Libro sive Ordine Communium Precum, Orationum, Læctionum, ministrandorum Sacramentorum, aliorumque in Cultu Sacro rituum, tristis recordatio est. Qui Ordo jam inde ab Eduardo VI. sancitus, ac deinceps sub Elisabetha, & secutis Regibus, publicâ regni lege confirmatus fuerat, mutatis fanè nonnullis atque emendatis. Hinc plaustra Librorum non modò adversus Liturgiam Anglicanam, sed & Liturgias vel Formulas quascunque, tanquam pugnantes cum præ-

1 Tim. xi.
14.
2 Tim. i.
6.
Rom. xli.
3. 6.
1 Pet. iv.
10. 11.
&c.

Tom. II.

reformari, vel Fratrum (vulgo Nonconformitarum) aut etiam infirmorum gratiâ, quos nonnulla haud sine specie offenderent. Quo jam longius à priorum temporum superstitione discessum esset, in hac luce Ecclesiæ Britannicæ, tot splendidis Luminibus collustratâ:

II. Non instituti nostri est causam, tot operosus utrimque scriptis disceptatam, retractare, qui uni paci & concordiæ, sed & ædificationi mutux, litamus. Primò igitur certa quadam & *ἐξαγωγή* præmittimus; deindè in *dubiis* & controversis, de quibus obscura aut anceps praxis Antiquitatis, quid censendum æquius, vel quid expediat, *ἄπχεῖος* quadam nostrâ subjiciemus. Ac si harum disputationum modus permitteret, nec alterius ista loci aut fori viderentur, proclive foret Liturgiæ Anglicanæ illinc nævos quosdam subnotare, vel prudentiorum judicio emendandos; hinc ea secernere, quæ nec contra *fidem*, nec contra *mores*, in eo Libro statuta sunt, quamvis aliorum consuetudini aut moribus adversantia, quæque utiliter retineri, lege uniformitatis, aut leviter mutari posse, censere mus. In eo quidem Regno, ubi concinunt, certe quoad substantiam, Doctrina (ut Confessione Anglicanâ declaratur) Fides, Sacramenta, Cultus, Religio unius veri & summi Dei; & ubi Populi communibus Legibus, Causâ, Senatu, Rege, cujus sapientissimum Exemplum meritò pro lege sit, hodie continentur. In his de quibus nihil certi, aut evidentis, statuit Scriptura Divina, *mos Populi Dei, vel instituta Majorum, pro lege tenenda sunt*, nisi futura sit *interminata luctatio*.

August.
Ep. ad
Januar.
suprà
Part. I.
Th. x.

III. Primò *ἐξαγωγή* est, Liturgiâ vocem nusquam hodierno sensu occurrere in scriptis Nov. Test. Nempè pro illâ parte cultûs divini, quæ peragitur statis præscriptisque precibus, *ἄχαις ἐνθεσμοῖς*, speciatim in celebratione Baptismi, & Eucharistiæ, cum omnibus illorum Sacramentorum ritibus, ceremoniis, appendicibus. Dixere alio nomine *ὑνάξην, τελετώ, μυσσαγωγίαν, ἱερουργίαν*, quanquam restrictè plerumque ad Sacra Eucharistica. Latini deinceps *Officium*, id est ministerium, & ordinem agendi, in ea celebratione, quale Officium Romanum, Alexandrinum, Hierosolymitanum. Etiam *Ordinem*, Ordinem Orationum, Missæ, qualis Ordo Romanus, Ambrosianus; Gregorianus, Gothicus, vel Gothico-Gallicanus, &c. Similiter *Missam* dixere, non ipsam solum Eucharistiæ celebrationem, sed rationem omnem celebrandi, qualis Missa Petri, Marci, Jacobi, aliæ, hinc *Missale* Gregorianum, Mozarabum, Francorum, &c. Alio nomine *Cursum Ecclesiasticum* appellarunt, ut *Cursum* Alexandrinum, Asiaticum, Ambrosianum &c. quod Græci Liturgiam. Et itâ Liturgiâ voce, *λεiturγίας*, appellata deinceps, apud Græcos posteriores, Ritualia, Formulæ, Ordo Ecclesiasticus, Libri Liturgici. Certum tamen est, in Scriptis Apostolicis, post τὰς LXX. vocem *λεiturγίας, λειτεργεῖν*, usurpari præcipuè pro publico & Sacro ministerio, *τῆ δημοσίᾳ ἐπιτηρείᾳ*, qualis Levitarum & Sacerdotum erat; in specie pro ministerio fidei, aut prædicationis Evangelicæ, obviis locis. Sic *λειτεργῶντες τῷ κυρίῳ*, pro actu Sacris operantium, id est prædicantium doctrinam Euangelii, cum adjunctis precibus, jejuniis: quò *sacrificio nullum Deo gratius esse*, dixit post Erasmum Casander. Et itâ Origenes contra Celsum dixit Christianos fugientes *ταῖς κοινοτέρας ἔθις λειτεργίας publica vita munia*, servare sese *τῆ θεοτιέρας ἡ ἀναγκαιοτέρα λειτεργία ἐκκλησίας Θεῶς*, magis divino & necessario *Ecclesiæ Dei ministerio*. Hinc Jacobus ἀδελφῶδες, qui Hierosolymitanæ Ecclesiæ ministravit, primus dictus ut illius Ecclesiæ Episcopus, sic *λειτεργῶς administrator Sacrorum*, quorum prima pars fuit,

Luc. i.
23.
1 Cor. ix.
12.
Phil. ii.
27.
A&T. xlii.
2.
Calland.
Liturg.
C. vi.
Orig.
L. viii.
in fine.

Nnn

Cassand. inculcare doctrinam Euangelii, observante & G. Cassandro in *Liturgicis*. Diuque retinuit vox hunc in Ecclesia significatum, ac primis Christianis generalius accepta, de functione Ministrorum, Diaconorum, quam *ἱερακικὴ λειτουργία*, *ἱεραὴ λειτουργία*, dixere Ancyrani Patres, ferè sub initia Seculi iv. Sic pro diversis Sacrae functionis partibus, ut hæc ad Orationes, vel ad Psalmidiam, vel ad Lectionem Sacram, vel ad Eucharistiam, referebatur, dixere *λειτουργία* & *δύχων*, id est solennes preces, *λειτουργία* & *ὑμνῶν* Hymnorum aut Psalmorum cantum, *λειτουργία* & *θεῖον ἀναγιγνωσκόμενον γραφῶν* ministerium Lectionis divinarum Scripturarum; & ita *λειτουργία* & *εὐχαριστίας*, vel *εὐχολύου*, τὴν *λειτουργία*, *ἱεραὴ λειτουργία*, ministerium quod in celebrandâ Eucharistiâ peragebatur. Quomodo observo, Latinos mediâ ætate dixisse, *Missam Psalmorum, Canticorum, Matutinorum Officiorum*, id est ipsa illa Sacra, ut publicè peragebantur; Mabillonus, *quid sit hoc loco Missa, obscurum est*. Et sanè obvia est vocis origo, *λειτουργία* enim apud Athenienses dicebatur *ἔργον* vel *ὑπεργία* ἐν τῷ λήτῳ, quod κατὰ συναίρεσιν λέγοντες dicebant, id est locum in quem ἔλειω vel ἔλαβον τὸν, sive βαῖνον, ibat nempe sive ascendeat *populus*; ut ἡ λέξις fuit ἡ ἀπὸ τῆς λαβῆς βαίνεσθαι αἰκία, publica populi injuria. Hinc traducta vox ad opus Ministerii Euangelici, ad functiones Ministrorum, inter quas est τὸ *δύχεσθαι*. Sed aliter deinceps accepta Liturgiæ vox, pro toto Ordine Ecclesiastico, aut formâ quam sequuntur Ministri in Precibus, Lectionibus, Cantionibus, Sacramentorum administratione, cæterisque agendis Ecclesiasticis. Quinquàm, sed alio sensu, *formas* vel *regulas*, fidei, veritatis, mysteriorum, precum, Baptismi, Disciplinæ, dicunt quandoque vetustissimi Latinorum Patres, Tertullianus, Cyprianus, ipseque in Græcis Irenæus.

IV. Undè, si ad primam Antiquitatem respicimus, convenit jam inter Eruditos, (nec vel Baronium, vel Ecchellensem, vel Goarem, vel Allatium, vel Labbeum, vel quandoque Mabillonum, aut similes, moramur) e mentitas esse *Petri, Jacobi, Matthæi, Marci, Johannis, Apostolorum*, tum & *Dionysii Arcopagitæ, Ignatii Antiocheni, Clementis Romani, Trophimi Arelatensis, Photini vel Irenæi Lugdunensis*, & aliorum nomina, quas eorum dixere Missas, Liturgias, Cursus, Officia, Constitutiones, Canones, Antiphonaria, &c. Nempe prout Ecclesiæ singulæ hos seu Fundatores seu Episcopos jactitarunt, ita eorum nominibus inscripserunt Precum, aliorumque sacrorum, quibus deinceps usæ sunt, Formulas, & Officia, Episcoporum suorum, aut Synodorum, operâ & curâ digesta. Undè sanè Ordo aliquis solemnium precum, speciatim in administrandis Sacramentis, jam tum in Ecclesiis receptus fuisse intelligitur; quando verò Liturgiæ & Formularia cœperint, & ubi primum, aut per quos, obscurum & controversum. Nec dubitant deinceps, quibus est nasus Criticus, quin aut suppositæ, aut certè in plurimis interpolatæ sint, quæ dictæ sunt Liturgiæ Basilii, Nazianzeni, Macarii, Chrysostomi, Ambrosii, Cyrilli Alexandr. & quæ aliæ benè multæ sunt, jam à pluribus Seculis usurpatæ, cum primis in Oriente, quas supra L. numerant. At in iis tamen sunt, quæ ejus omninò & præcedentis ævi fuisse in usu Baptismali & Eucharistico, ante Græcorum, Latinorum corruptelas, ne Doctissimi Censores negant. Et sanè Basilio M. tribuit Gregorius Nazianzenus, Oratione Parentali, *νομοθεσίας μονασῶν ἐκράφθη τε ἡ ἀρχαῖος, δύχων ἀγνάξις, δικοσμίας & βήματος, monasticas legum institutiones, partim scripto partim voce traditas, precum ordinationes vel descriptiones, sacrariis concinnitates*. Verùm qui prioribus etiam seculis tribuuntur, quantumvis ex vetustissimis Codd.

Greg. Naz. Oratione xx. p. 340. T. 1.

MSS. *Cursus* Ecclesiastici, apud ipsum Spelmanum, etiam allegatâ in iis autoritate *Eusebii*, prædunt Seculum barbarum, & ignorantia temporis.

V. Secundò, cordatus & ingenuus nemo facile inficias iverit, fusàs ut plurimum esse à primis Christianis preces ad Deum Opt. Max. arbitrarias, extemporaneas, ejaculatorias, etiam in locis sacrorum conventuum, atque in publico, multis sæpè gemitibus & lachrymis interruptas, impellente decenteque Spiritu S. Idque juxta promissionem Christi *Matthæi. x. 20.* & assertum Pauli non unum. Hinc monita ad conversos seu Gentiles seu Judæos, & *ἀσέβητος* vel *προσεύχεται ἐν πνεύματι, ἐν πνεύματι ἀγίῳ*, exercendo donum precum, omni cum affectu, sive pro se orarent, sive pro aliis intercederent. Quinquàm non defuere qui de aliquibus tantum interpretati, qui *χάρισμα* & *προσευχῆς* donum preceationis singulariter accepissent, & in iis Chrysostomus; undè *originem Liturgiæ* quidam derivarunt, puta Liturgiæ Jacobi, seu formularum quas à Viris Apostolicis, hoc charitate instructis, accepissent, & ita Doctissimus Hammondus. Sed precarium hoc, & coactum. Utque omnium fuit precari, & indefinenter, & τῷ πνεύματι; ita fideles singuli, utriusque sexûs, quotquot *Christi essent*, ordinariis Spiritûs S. charismatibus *ἠνεργεῖσθαι*, inter quæ fuit charisma precum, supplicationum (quicquid alii ad charisma *Prophecia* referunt). Spiritu S. docente singulos *quid & quomodo* orandum esset, saltè suspensis & gemitibus *ἀλαλήτοις*. Quinquàm & fuere, qui extraordinario charismate, Entheco quodam afflatu ac divinâ quâdam flammâ, accenderentur, quomodo Chrysostomus dixit, *ἤρχετο χάρισμα* & *δύχης* eis ἐνα τινὰ & τότε. At viguisse post Apostolos charismata ea extraordinaria inter *Clericos omnes*, per ordinationem Episcopalem conferenda, nec alios in Sacerdotium cooptatos quàm *Prophecias*, certè ad Irenæum usque, censet quidem Clarissimus Henr. Dodwellus citato loco *1 Tim. iv. 10.* Et hinc Traditionis Ecclesiasticæ infallibilitatem derivatam vellet, Dissertatione II. in Irenæum, cujus copiam debeo summæ Viri humanitati. Fruatur Vir ille, sanè Doctissimus, judicio quodam suo. At necessitas nulla privandi fideles singulos, per efficaciam Euangelii, dono ordinario Spiritûs S. mentes illuminantis, sanctificantis corda, & ad preces accendentis. Minus Verbi administratos, præituros τῆς *δύχης*, τῆς *ἐπιτέλλει*, ut τῆς *διδασχῆς*, τῆς *καθολικῆς*, nullâ his adhuc certâ formulâ præscriptâ. Itâ secundo seculo, quin & tertio, preces hujusmodi extemporaneas, pro cujusque administrantis facultate, nulli præcisè verborum formulæ alligati, fusas passim fuisse, haud obscuris documentis constat. Certè *Justinus Martyr*, in fine Apologiæ II. describens rationem publicarum precum, & gratiarum actionum, quas Præpositus, in oblatione donorum, panis seu vini, & aquæ, profunderet, dicit illas solitum *ἀναπέμπει ὅση δύναμις αὐτῶ*, vel κατὰ δύναμιν, quod vertit Langus, *quantum pro virili sua potest*, vertunt alii, *pro dono illi dato*, vel facultate, habilitate. Quo ipso usi videntur illorum temporum Administrati propriis enunciandi formis, ut quisque de proprio ingenio, vel spiritu, potuit. Quo magis essent illæ *δύχαρισίαι* in multum extensæ; *δύχαρισίαι* (sic Justinus) *ὑπὲρ τῆς κατηξιῶδῆς τάτων παρ' αὐτῶ*, ἐπὶ πολὺ ποιεῖται. Nec putem de emphasi harum vocum, ὅση δύναμις αὐτῶ, magnoperè litigandum. Quinquàm referri omnino possent, non tam ad Orationem arbitrariam, quàm ad contentionem vocis, sed & animi, collectis intra se sensibus, *ἐκτεταμένη τῆς ἀφροσύνης*, salvâ quoad substantiam receptâ *δύχαρισίας* formulâ. Tum etiam referri posset, ad disparitatem inter hæc Dei dona, beneficia,

T. 1. Concil. Brit. 177.

Rom. VIII. 16.

1 Cor. XIV. 15. 26. &c. Eph. VI. 18.

1 Tim. II. 1. Jud. vers. 20.

Annot. in Epist. Jud. vers. 20.

Rom. VI. 11. 9. 2 Cor. I. 20.

1 Joh. II. 20. 27.

Zach. XII. 10. Rom. VII. 26.

In Epist. ad Rom. T. III. P. 120.

Dissert. II. in Irenæum. S. XVII. &c.

Just. Mart. Apol. II. p. 97. 98.

δευολωλω, θεοδιδακλον, *Dominicam, determinatam, communem, publicam, ordinariam, quotidianam*, perpetuo ejus usu, dixit Sanctior Antiquitas. Quamquam male restricto postea ejus usu ad Sacra Eucharistica, & ad Fideles solos, quasi nefas esset Catechumenis, vel ἀμύητοις, Deum invocare *Patrem suum*, quæ Seculi præcipuè iv. & v. superstitione fuit. Nec sine temeritate quadam negari potest, usos eâ Christianos primi ævi, à quibus sane ejus usum acceperunt Patres secundi Seculi, ac deinceps ex professo orationem eam declaraturi, ut Tertullianus, Origenes, Cyprianus, alii. Disertè Tertullianus initio Libri de Orat. nobis id est *Discipulis Novi Testamenti Jesum Christum novam orandi formam determinasse*. Qui tamen suos solis illis verbis aut soli illi formulæ neutiquam alligasse, satis intelligitur, unde & ἀφ' οὐρανοῦ προσεύχασθαι dixit Origenes, quæ apud Matthæum & Lucam, in ἐξηγήσει τῆ προσεύχης κυριακῆς. Et illud, ἵταὸς ἐν προσεύχῃς, id est *in hunc sensum*, quamvis ea fuerit reverentia verborum Christi, ut Christianis non tantum exemplaris vice, sed & formulæ quoque loco, fuerit. Tacemus formulas benedicendi, precandive, Judæis à Mose præscriptas *Exodi xiiii. Num. vi. Deut. vi. viii. xxi. xxvi.* Dein formulas ex Psalmis Davidis haultas, juxta praxim Salomonis in dedicatione Templi *2. Chronicorum vii. 6.* tum & Ezechiae ætate, *2. Chronicorum xxix. 30.* aliasque ex *Psalmis xcv. ciii. civ. cxii. cxv. &c.* Vel illam ex Daniele vate, confessione solenni peccatorum, ac deprecatione constantem, Capite ix. Ac nota in vulgus sunt, quæ de Vetustioribus Judæorum formulis, & cultu Liturgico, pro ratione Festorum, Jejuniorum, Sacrificiorum, anno toto, tradiderunt, Fagius Notis ad Paraphrasim Chaldaicam Pentateuchi *Lev. xvi. Deut. viii.* hinc Scaligeri, Buxtorfii, Drusii, Capelli, Seldeni, Hottingeri, Lightfootii, & Hebraicarum Antiquit. promi condi alii. סדר מעשרות *ordinem stationum* dixere, vel תפילות, prout Christus innuit apud Matthæum, *ἐστῆρας στῆρας* precatos esse, unde *statio* antiquum precatationis nomen, & hinc verbum Hebræorum, *absque statione (oratione) mundum stare non posse*. Judæos quoque, uti Christianos, imitatus est hac parte Muhammed, qui initio statim Corani, formulam precandi præscripsit, Capite quod hinc سورة الدعاء *Surata Orationis seu Precationis* dicitur. Ac de Formulis Arabum, Persarum, Turcarum, Tartarorum, Indorum quotquot Impostori adhærent, ex professo alii, & fusè ex Olearii Arabico MS. Doctiff. Henningius Holfatus. Neque usquam damnata praxis Gentilium, plana ex Græcis Romanisve scriptoribus, quod *editis precationibus* fungerentur, aut *de Libro* vota funderent; sed peccabant isti, ut in affectu, sic in objecto præcipuè, & in materiâ precum, atque inanibus blaterantium ad Jovem suum *clamoribus*.

Orig. N. II.

Sleswig. A. 1666.

VIII. Certè *Christianos* quod attinet, vix dubium est, post constitutas Christianorum Ecclesias, quin piorum Antistitum curâ certa quædam fuerint Precationum, Stationum, Confessionum, Supplicationum, Hymnorum, Psalmorum, Gratiarum agendarum, ac Doxologiarum, variantia inter se licet, sed consona quoad rerum summam, paradigmata, ut in administrandis Sacramentis, sic in agendis Ecclesiasticis reliquis. Salvâ tamen παρρησια orantium Ministrorum, & quæ extemporaneum precandi donum flagitarent. Atque indè natæ successivis variationibus, additamentis, ἀφ' οὐρανοῦ, quales fuerunt illæ Basilii, & aliorum; post eâ *Liturgia* formam, & quidem interpolatione non unâ, pro moribus sequentis ætatis, sub hoc & illo nomine, puta *Jacobi, Basilii &c.* accepturæ. Intelligebant enim esse *Deum ordinis*, ac prævisse

certâ formâ Christum, Synagogam hæcenus imitatum. Psalmorum id genus & orationum laudumque paradigmatis affucti erant Judæi qui Christianis accederent, retento hoc ab ipsis Discipulis Eph. v. more, ut ex Paulo colligimus non uno loco. Eru- diendi etiâ hac parte Gentiles erant recentes ab Idololatriâ, è mediâ barbarie, nec perindè instructi omnes charismate & δόξης, aut docti preces, hymnos, gratiarum actiones, de proprio ingenio aut ex tempore ad Deum fundere. Et ut statæ fuerunt *hora* precationum, stationum, *ter* de die, apud Tertullianum, Origenem, Auctorem Constitutionum, (imitatis Judæos ipsas Apostolis) puta δέησις vel ἐπίκλησις ὁρθρινή, ἑσπερινή, & ὑπνύχνη, quidni & *formula* quædam receptæ, ut unâ mente, sententiâ, voce, præeuntem orando Ministrum facilius sequerentur. Nec hi tamen minùs *de pectore*, τῷ νοῦ, aut *oculis* in *calum* sublatis; salvis etiam precibus quas adderent pii Antistites, & *in spiritu* extemporaneas funderent, certis temporibus, occasionibus, locis, aut pro affectu precantium. Quæ nonnunquam inter se opponi, aut à se invicem divelli ab oppugnantibus Formularum, consueverunt. Et si vel ex tempore pii Præpositi orarent, *spiritu, mente*, nihilominus unius verba toti Cœtui *formula* loco fuerunt, quam ii qui aderant sequerentur. Unde illud Plinii ad Trajanum, Christianos *stato die* Christo Deo *carmen dicere* solitos, conceptis verbis, id est precatationes & hymnos (ut Romani latius usi voce *carminis*) & quidem unâ, simul, vel *secum invicem*. Sic *am* δόξης *ab imitio* præscriptas fuisse à Fratribus Psalmorum & Hymnorum formulas, ex Eusebio discimus, quibus fideles Christum ut *Deum* pari concentu concelebrarent. Qualem & præscribit Clemens Alexandr. sub finem Prædagogi, tanquam in Ecclesiâ recitandam per modum laudis, gratiarum actionis. Itâ hoc sensu *novas λέξεις communes preces* dixisse videtur Justinus Martyr præfatâ *Apol. ii.* id est, ut Clemens Alexandr. agens de Congregatione fidelium, κοινή φωνή ἢ γνώμη *communi saltè animi voce*, & *mente* conceptas, præeunte Ministro, & conscisci fidelibus eorum quæ petenda precibus, publicâ voce, essent. Quomodo idem Clemens, eodem Libro, τῶ ἐνοσίῳ *cogitationem*, qua utique sequebantur precantem Ecclesiæ Ministrum, esse instar φωνῆς *vocis qua Deo loquitur*.

IX. Et sanè in comperto est, conceptas fuisse pro Catechumenis, Pœnitentibus, Energumenis, Baptizandis, tandem & Fidelibus, preces, uti etiam pro ordinandis Episcopis, Presbyteris, apud Auctorem Constitutionum *Libro viii.* quem *Tertii* Seculi scriptorem ipse in nostris Blondellus agnovit. Pariter Tertullianus in Apologetico, orare se *pro Imperatoribus, pro Ministris eorum ac Potestatibus, pro statu Seculi, pro rerum quiete, pro marâ finis*, indubiè solitis formulis, id est consimilibus, aut æquipollentibus verbis. Qualis habetur in eodem Apologet. *Vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, Senatuum fidelem, populum probum, orbem quietum*, &c. in re jam publicâ, & gravi, & quæ ad omnes attineret. Consonat Homil. Tertulliano Origenes, qui & solitos orare Christianos, *ποδῆσις ἐν ταῖς προσεύχῃς λέγομεν, nempe, θεὸς παντοκράτωρ &c. Deus omnipotens, da nobis partem cum Prophetis, da cum Apostolis Christi tui, tribue ut inveniamur ad vestigia unigeniti tui; Græcè, ἵνα ἀρεθῶμεν ἢ μετ' αὐτῷ ἔχειν*. Quæ verba à Rufino interpolata esse precariò dicitur, postquam Græcum Textum edidit Clariff. Huëtius. Similiter Cyprianus, in Libro ad Demetrianum, ubi is de Christianorum precibus; *Et tamen pro arcendis hostibus & imbris impetrandis, & vel auferendis vel temperandis adversis, rogamus semper & preces fundimus*.

Euf. Hist. L. v. C. xxvii. Stromat. L. vii. P. 717.

C. xxxix.

C. xxx.

xi. in Jerem. Gr. Lat. T. I.

p. 141.

mus.

vare amantibus, subintroducæ mutationes; vel in *subjecto* orante, precanteque fortassis minùs de pectore, aut minùs spiritu, mente, quia juxta formulam, nec animo satis ad res attento. Certè Apostolis; constituentibus Ecclesiàs, propositum fuit, non alligare Christianos certis præscriptisque verborum formulis; non etiam has simpliciter damnare, si quæ ex Judaicâ disciplinâ, mutatis mutandis, in Cultum Christianum transivissent. Ità neque illi multum solliciti de ritibus aut de rebus in se *mediis*; non de Paschali Festo, de illius tempore, de jejuniis ante-Paschali, de diebus quibus celebranda essent Mystèria, de constituendis Psaltis, Lectoribus, de certo ordine Canonum, Lectionum, de præcisis Baptismi, Imponendarum manuum, Unctionis, aut Eucharistiæ ritibus, vel de Catechumenis, Pœnitentibus, Energumenis &c. & si quæ alia Christianos aliquando in partes traxerunt. Sed unum hoc negotii sibi datum crediderunt, ut doctrinâ Evangelii à Legalium observatione purgatâ, βίον ἑρθὸν, ἢ τὴν θεοσίθειαν εἰσηγήσασθαι unicè viderentur; de cætero Christianos ad consensum, pacem, dilectionem, tolerantiam mutuam, vel Canone illo Apostolico *Actor. xv.* hortarentur. Prout Socrates Historicus dixit de Nicænâ Synodo, quod οἱ ἐκείνη συνελθόντες, πρὸς λαὸν εἰς συμφωνίαν ἀγχι ἐπαύδασαν, qui in eâ Synodo convenerunt, in eo præcipuè laboraverint, ut populos (antè dissidentes) ad unitatem concordiamque revocarent. Nulla enim vel Gens, vel Secta, etiam Christianorum, quantumvis idem de religione sentiat, τὰ αὐτὰ ἔθνη φυλάττει, eosdem mores observat, ἢ οἱ τῆς αὐτῆς πίστεως ὄντες Ἀσσηνοὶ καὶ τὰ ἔθνη αὐτῶν, & qui ejusdem sunt fidei, iidem in ritibus inter se dissentiant. Quæ fuit conditio nascentis Ecclesiæ, eadem & secuturæ fuit, dispersæ per Gentes, regiones, loca, consuetudine & moribus, sed & Antiquitatibus ac fundatoribus Ecclesiarum diversissima. Ità ponamus illic liberè à Pastoribus, sine rigore Formularum, conceptas fuisse preces; alibi introductas esse consensionis ergò ὡς προσαχθεῖσας δὲ χάρι, solitis formulis. Non hinc sequitur, has ex Libro primitus legi consuetas; eo simpliciores quo vetustiores, quæque identidem recurrerent, & vel iidem vel æquipollentibus vocibus efferrentur, salvâ libertate specialium petitionum, vel δὲ χαρισίων, pro incidentibus casibus. Minùs consuetæ voces, & usitatæ formæ intercesserunt fervori precantium, aut attentioni fidelium; & sublatis in cœlum vel oculis, vel animo certè. Et sive extemporaneæ orationes fierent, sive præscriptæ, utique Ministrum sequebatur tota Congregatio; pari devotione mentis, alligata semper voci & formulæ precantis, seu hæc arbitraria, seu antè cognita ex usu illius Ecclesiæ foret. Imò hoc in precando plerumque fervidior Coetus, quo instructior de rebus quas à Deo peterent, aut pro quibus gratiæ funderentur. Fatendum enim est, preces quas verbis quibusdam suis, & pro cujusque dotibus, facultate, ingenio, studio, concipiunt Concionatores, ante & post Sermonem habitum, ità antè & post Catecheses, & agenda alia Ecclesiæ, non semper tales esse, quæ omnes pariter ædificent, & antependæ sint formulis ab Ecclesiâ approbatis.

Socr. L. v. C. xxi. p. 283.

Socr. ib. p. 288.

Idem eod. Cap. p. 285.

Non semper illæ ex *Spiritu Precationis*, aut ex subitaneo quodam impulsu profectæ. Sæpè illæ ex naturali dono, ex vi quâdam imaginationis, ac facilis expeditæque linguæ rapiditate; sæpè effectus memoriæ, phrasilogiis Scripturæ S. longo usu fertissimæ; sæpè etiam peccantes nimia prolixitate, post fatigatos longâ attentione Auditores; quandoque elaboratæ nimio studio, nec sine specie ostentationis; frequenter ordine confuso, nec ædificante aut excitante animos audientium; nonnumquam ex privato aliquò affectu precantis. Et hinc Liturgiæ assertores pridem cautati, *opinionem privatam nonnumquam precationis publicæ materiam fieri.* Dixerit jam Richar. Baxterus, in *Non-Conformitate* sua: *Verba Liturgiæ aptiora sunt orationi, quàm sunt defectuosa sæpè quibus utimur Non-Conformistæ.* Loquitur experientia ususque quotidianus. Neque tamen usus formularum *domum precandi* omne excludet, seu privatim, seu in publico, neque idem certis in casibus prohibebit *arbitrarias*, seu de proprio ingenio Preces, quales dixisset Tertullianus. Quemadmodum statas fixasque Formulas ex se non tollere, aut *fervorem* orantium, aut *efficaciam* orationum, aut mentium, si non semper oculorum, in *Cælum* prospectum, experientia praxisque testatur, ac ipse usus Formulæ Dominicæ. Nec opus jam advocare in consensum tot pios, tot eruditos, gravesque quaquaversum Theologos, qui Formulas nequaquam improbarunt, imò necessarias duxerunt, respectu habito ad loca, tempora, personas, mores, consuetudinem Ecclesiarum, publicæ ædificationis ergo.

Non-Conf. C. lvi.

XII. Igitur expurgata Superstitione, Idololatriâ profligatâ, & revocatis Formulis, rationeque omnium cultus publici, seu Liturgici, privato cultu sane arbitrario, ad normam Scripturarum, & praxim purioris Antiquitatis, non fuit quod Liturgias omnes, in specie Anglicanam, multi odiosius traducerent, totamque hanc respuerent. Ac nulla ferè sunt inter Ecclesias Protestantes, ne Genevensi exceptâ, quibus non sint suæ *Liturgia*, suus Ordo, sua Officia, consensionis ergo & unitatis, quantumvis vel ab illâ Anglicanæ Ecclesiæ, vel inter se, plurimum discrepent. Et alternis etiam *Lectio-nibus, Psalmis, Hymnis, Canticis, Orationibus*, ante Concionem Sacram, defungi solitos, solemnibus Dominicis, Festis, Jejuniis, ut Bohemorum pridem Coetus, sic haud paucos Germaniæ Protestantis, testata res est. Sic præter Sacramentorum, aut Matrimonii celebrandi, vel Ordinandi Ritus, habet multos alios Ecclesiasticus Ordo, in Unitate Fratrum Bohemorum, à Comenio editus, puta Novitios recipiendi, additâ etiam Impositione manuum; Eucharistiâ Aëgris administrandi; Mortuos funerandi; Festos dies, etiam publicas supplicationes ac Jejunia, celebrandi; Tempa dedicandi; Visitandi Episcopali autoritate Ecclesiæ, Dioceses; Disciplinam adversus lapsos, aut impenitentes, in publico exercendi; & quæ id genus plura sunt. Nec jam Ecclesias singulas peragramus, aut Ordinationes Ecclesiasticas inter se componimus, quarum διαφωνία diversitas nihilominus τὴν ὁμόνοιαν ἢ πίστεως συνίστησιν, consensionem fidei commendat, ut L. v. dicamus cum Irenæo apud Eusebium.

C. lvi.

FRIDERICI SPANHEMII
MISCELLANEORUM

AD

SACRAM ANTIQUITATEM

ET

ECCLESIAE HISTORIAM

PERTINENTIUM

LIBER OCTAVUS.

QUI CONTINET

EPISTOLAS HISTORICAS DUAS,

ET

ANIMADVERSIONES DE ECCL. POLITIA,

Spectantes potissimum ad Nostri Temporis

RES BELGICAS.

EPISTOLA PRIMA

DE

NOVISSIMIS CIRCA RES SACRAS
IN BELGIO DISSIDIIS,

AD

AMICUM RESPONSORIA.

LECTORI CANDIDO S.



OBTESTOR te per omnia sacra, mi Lector, ne quem emissa hujus Epistola proposui mihi exitum, & ex Clausula prolixè intelliges, interpreteris ex ingenio inuertentis aetate Saculi. Nec Medicina afferti seu morbo seu vulnere potest, nisi de gravitate utriusque constiterit. Placuit non uni GELASIO amaritudine afficere Fratres, & jaculari in eos nefanda probra. Num Isachares nos aeternum, seu cubantes Asini inter sarcinas contumeliarum? De invidia autem bis illis constat, & pars utra litigantium majorem sustineat, illorum judicium erit qui sunt vacua affectibus mente, praterquam quibus exardescunt pro Pace Hierosolyma. Hanc utri verè & ex animo velint, non ex inanibus verbis, aut quassitis coloribus, sed ex factis ipsis deinceps judicium erit. Sales se quos videbis adpersos, opponendi subinde fuere amari illis & virulentis personatorum ferè Hominum. Honorem habeo quibus ut πρεσβυτέρους & debeo illum, & dedi constanter. De statu Controversiae omnis, circa Oeconomiam Fœderum, requisiverat Amicus ἑταίριος à me quandam, cum brevissimâ ἑκτίμησιν. Sed opera verserunt editionem, & nimis jam hac Epistola excreverat. Cave credas propositum in hoc aliud aut fuisse, aut futurum post-hac, quam ut constent quae ἐξογώνια, quae utrimque in re ipsâ agnita, quae de verbis lites, quae de minutis, quae de ῥεῶν κινδύναις, quae de gravioribus non sine aliquâ specie. Usinam verò sic omnia tandem explicent Fratres, ut mutuis amplexibus profiteamur, nec illos iudicio nostro, nec nos suffragio ἀποκαίω, abesse longè à Regno Cælorum!

SERIES

SERIES MATERIARUM.

Epistole occasio, desiderium, necessitas. Auctoris hucusque sollicitudo, silentium. Difficultas conciliandi Fratres. Contumeliarum quarundam gravitas, iniquitas, causa. Laus patientia in his commendata. Epistola hujus ratio, & argumentum. Unde dissidia omnia, que in Ecclesiis? Exempla ex omni Antiquitate. Exempla in Reformatis Ecclesiis Germania, Britannia, Helvetia, Gallia, &c. Exempla in Belgio nostro. Tempora Remonstrantia priora. Remonstrantium motuum summa quedam. Nihil in receptam Doctrinam, nihil in Formulas diu pre se tulisse. Ad unum Dei Verbum Remonstrantes provocasse, & hujus Phrases ussisse. Accusationem Novitatis ut indignissime tulerint. Profectus, Veritas, Libertas predicata. Inquisitionis, Tyrannidis, Papismi exprobratio ab eis facta. Criminatio Inscitia, affectati Schismatis, Zelotismi, &c. Scholastica doctrina improprio. Persecutionis intencata facta ab iisdem invidia. Remonstrantium varii affectus in Magistratibus. Tolerantia, pacisque nomina. Ven. Heidani preclarum de ea judicium. Novitas impacta Orthodoxis à Remonstrantibus. Eximiorum Theologorum de his omnibus suffragia. Consensus eorumdem in doctrinam, in specie in illa Fœderum, post compositos motus. Controversia quedam enata inter magna Nomina, earumque ratio. Diversa ratio illarum nostri temporis. Belli novissimi origo an demum ab A. LXXII. Res alijs repetita, cum documentis. De subtiliss. Cartesio, ejusque laudibus. Qua Theologis olim in eo displicuerint. Qua à Discipulis postmodum adjecta. De stylo Scripturae Patens Auctoris vindicatus. Cartesius in multis excusatus. Leydensium Theologorum de quibusdam Hypothesibus gravamina, & Curatorum Rescriptum, Anno XLVII. Clar. Coccei de iisdem sententia. Synodorum Hollandia frequentes de eisdem querimonia. Prepotent. Ordinum de iis Rescripta, Annis LVI. & LX. Offensio ex Theodori Calleri Disputas. Leydensi, Anno. LIX. Continuatio gravaminum circa Philosophiam, in Leydensi cum Acad. tum Ecclesiâ. Auctoris tum in Palatinatu quiet. Offensiones ex Hypothesibus, caterarum Fœderati Belgii Ecclesiarum & Academiarum. Judicia exterorum in Gallia, Britannia, Germaniâ, Helvetiâ. &c. Rigidiora illa longè quàm Theologorum Leydensium. Judicium Cl. Hostingeri, & Bernarum. Modus tantummodo, circa Philosophiam novam, desideratus. Cavilli cujusdam deprecatio. De Cartesii Metaphysicis Varia Decreta, ab A. XLVIII. & deinceps. Christiani Hugensii judicium laudatum. De Theologicis hodie dissidiis, & eorum indole. Veterum dicta quedam luculenta. De obtentu Profectus in cognitione, in veritate. Clariss. Wittichio mota pridem lites, à quibus, & quare? Moderatum Auctoris judicium. Et prudens quondam Vener. Heidani. Clariss. Coccei laudes, ac virtutes. Cum Origene quedam communia, salvis dissimilibus. Unde nulle initio ex ejus Scriptis lites fuerint? Primordia dissensionum inter Theologos. Cocceus que humana passus, ejus frequentes & acerbissima voces. Mali incrementa, eo viro sublato. Discipulorum studia, zelus, parùm moderata voces in dissentientes. Atroces contumelia in Fratres. Nec omnium tamen illa, sed indoctiorum. Qua malum à multis retrò annis exasperarint. In Vocationibus Ecclesiasticis humani affectus. Causa diversissima Cartesii & Coccei. Unde Discipulorum ille coaluerint? Scripturam ἀνωμωτον, & famosarum, & virulentarum pestis. Qua hinc ulterius metuenda. Causa novissimi Decreti Ampliss. Curatorum, ejusque mens, scopus. Lex prudens silentii, aliquoties ab eis repetita, & cum sanctione. Circa Quaestiones contentiosas prudentia Gallia Reformata. Formula nupera Helvetia Fœderata. Transylvania nuperi ex Belgicis

Controversiis motus. Contra novitates, & privatas opiniones, judicium Dordracena Synodi, Virorum in Ecclesia principum, & Synodorum. Andr. Riveti de Notis Marginalibus judicium. Vener. Heidani laudata voces. De hodiernis dissidiis Exterorum judicium. Ecclesia veteris, Patrum, Imperatorum, de quaestionibus novis & litigiosis dicta, leges, monita luculenta. Prudentia in loquendi modo ab eis requisita. De offensione nata ex nuperis Articulis. Graviore quatuor Auctori ab Amico objecti. Occasio illis nata, judicio Auctoris, aperitur. Invidia, de sensu intorto & ultrò affecto, diluitur. De phrasibus Scripturae S. usurpandis. Cautela observata. Probra in dissidentes Fratres à Coccei discipulis jactata. Prudens Coccei, & Ven. Heidani dictum. Controversia hodierna in genere status. Phrasium Scripturae exempla, quae ex aequo usurpamus, sed illi sensu plerumque novo. Distractionum causa. Modesta Auctoris contra recemes calumnias defensio. Eiusdem in Viros observantia, ac porro institutum. De remediis hodierni mali. Eiusdem gravitas. Difficultas faciendi Fratrum satem. Consilia nupera J. Sylvi, Pastoris Amstel. laudata. Pia quedam Considerationes Auctoris. Infelicitas horum litigiorum pluribus ostensa. De Cognitione, qualis requisita à Fratribus, qualis olim. De hodiernarum dissensionum porro causis, & inde malis. Vener. Heidani prudentissima monita. De accusatione impugnati Profectus. Calumnia fuse discussa. Novissimi Scripti horrenda contumelia. Obitor dilute. Theologi vindicati. Theologorum Praestantiss. & Consummatissimorum hucusque prudentia. Profectus verus descriptus, & qui precario talis. De hodierna inquisitione Veritatis. Pia hortatio ad Fratres, utrimque dissidentes. Pacis Ecclesiastica, & Academica, expedita remedia ostensa. Auctoris Votum.



Equisivisti ex me non semel, Amicorum Optime, pro tuo in me jure, ut cum tristium apud nos litigiorum, atque infelicitis pugnae, quae ruit omnis penè turba fratrum, caduntque per mutua vulnera, quum

Superba foret Babylon spolianda trophaeis Ausoniis,

verissimas tandem causas, tum & novae Methodi, cui à Clariss. Coccejo nomen est, obscura tibi arcana, quae par est fide, procul omni affectu, expedirem. Quo magis involvi multa suspicaris, his exaggerantibus, istis elevantibus causam, utrisque pro partium diverso studio, ut cujusque res agitur, ut trahit sua quemque vel causa vel libido. Nunc verò aurem denuò vellicas, ac convicium penè facis, quod distractis pridem Theologis, argumento de justificatione Patrum novis difficultatibus implicito, novà de Fœderibus, Testamentis, Oeconomis, Bonis Novi Testamenti, nec non de Periodis temporum, methodo irrepente, & implente acroacteria, suggestus, cathedras, compita, ac plaustra libellorum, quibus imprudentes captari ex insidiis solent, ego in principe Athenæo pertinaci silentio litem, negemque arma communibus armis, securus quasi ab alto spectator infelicitis ludi. Quin & accusas imbellem ac degenerem animum, quod memet ipso tot dentibus petito, tot lacerato moribus, fabellarum nullo fine,

nec fabula vosis

Continuit,

ac vocato etiam in partes haud ignobili Parente, esse hos inultos finam, non ausus scilicet palam gemuisse, aut certè

Piger scribendi ferre laborem.

Addis, non meâ tantum sed & aliorum interesse,

V. Epist.
de voce
Accepti-
lationis.

ur

ut discutiam eas tenebras quæ obducuntur etiam clarissimis rebus, officias quibus ora sublinunt abstergam, fabulas retexam, demoliar de me de Fratribus culpam, avertam si possum civile bellum, & succurram laboranti ut existimationi propriæ sic publicæ tranquillitati. Tandem ingemiscis alto suspirio his fratrum discordiis, affectibus, εταίρειαις, conjurationibus, datæ odiis & linguis & chartis libertati, ut multos quasi furor agat in arma, seu propriæ mancipia libidinis seu alienæ,

---- resolutaque legum

Fræni ira ruat;

ob nescio quæ λεπτολογημάτων, καινοδοξίας dixeris αν καινοδοξίας, quas ne emittes titivillitio.

Atque utinam, Vir Egregie, non ivisset ad vos nostræ fama calamitatis,

procul hoc ut in Orbe remoto

abscondisset illa nefas, servassentque pudorem scripta, nec in transmarinas oras odia nostrâ misissent, ultra Padum Tagumque chartis nuperis diffundenda; pulsas campanam in Franciâ, in Belgio, ajunt hodieque Turcæ, quæ exaudiunt Constantinopoli. Centè

Ουκ ἔστι γῆρας τὰς ἡ μιάσμα' & multosque exhibit in annos

Hic furor.

Nec verò inefficax hæc te cura premit, hæc angit sollicitudo, fore ut latius grassentur incendia belli verè sacri, non antè positura vires quam dent ampla ruinam Tempora, quin transmittantur in proxima, indeque in ulteriora, flammæ ignes:

Mantua ve misera nimium vicina Cremona!

De me quicquid vel tu vel alii reputent, quamquam in Spanhemium tempestatis pars magna detonuit, fueruntque in eum conversa odia ac derivatæ iræ multorum, solutis falsa in præconia & linguis & calamis, nihil est utique quod prudentis me silentii poeniteat:

Non feror in pugnas, & nondam cornua sumpsi, Nec mihi sumendi causa sit ulla velim!

Quin nostrorum si tibi diffidorum juxta & ingeniorum ratio constaret, sapientiam interpretarere, fat scio, quod nunc ignaviam, aut timiditatem nescio quam. Ita enim cum rebus nostris comparatum est, ut nigrum in candida, candida in nigrum pro libidine convertantur, & quicquid vel agas vel scribas in Theones incidat, fitque pabulum dentis invidi;

Stant undique nostris

Intenti fratres jugulis.

Epistola nostra de Acceptil. Dixi jam aliàs; Si taces ignaviam vocant, si vindicæ, sceleris conscientiam, si quereris timiditatem, si consuetu belli signa, si vim repellis iracundiam, si parcis stoliditatem, si constringis Elenchi ignorantiam; & seu ferimus injurias seu ulciscimur, seu patientiam seu constitutum periclitamur, seu fraternè experimur seu egregie defricamus, frustra sumus, quamdiu servant studia, fovemus partes, & constitutum sedet τὸ διαφυλάττειν.

Nihil, inquam ego, proficies cum isthoc genere hominum quocunque modo experiare. Si ulus tibi est ut pudeat, illi pudorem omnem deserunt; si paci multa concedis, illi cedi Deo ac vi emergentis veritatis; si licentiam accusas, illi oppressam te velle libertatem; si febriculosa nescio quæ respuis, illi, amara cinum fugiat sus, & omne unguentum; si in καινοφανίας dicis, & ζηήσεις μωρεῖς, illi in profectum, in res egregias dici; si receptæ doctrinæ patrocinaris, illi te ignorantia patronum; si committis Cæsari quæ Cæsaris, illi prodi Ecclesiæ, prodi Academia jura. Quid multis? Si unam fabulam disploferis, continuò aliam ordientur, & confluent dolos, burras, quisquilias ineptiasque, quibus centones suos farciant δεδαίδαλμένοι ψάδεσι ποικίλοις ἐξαπατώνη μύθοι, diceret hodieque Prin-

Tom. II.

ceps Lyricorum. Sunt quibus parum curæ est, si ne verisimilia quidem in vulgus propagarint, porcinas strages, impares congressus, Hierarchicos spiritus, quæsitæ magisteria, invisam veritatem, composita id genus mendacia, parvi penditur verum aut falsum, sacrum aut profanum, dolus an virtus, modo istis imaginibus ludant, atque imponant rudi popello quas fecerint fabulas. Et prout ὄν ὄν καὶ καὶ, ita sunt qui se mutuis nec illepidis laudibus fricant refricantque, ξύσει & ἀντιξύσει, ut nil fiet tam abjectum quod non de viris gravibus, aut servire nesciis, nihil tam magnificum quod non de suis ebuccinent,

Quanti quanti sunt nil nisi sapientia sunt;

dùm in nos quidvis harum rerum convenit quæ sunt dicta in caudices, stipites, asinos, plumbeos. Sed vere asellus in Apologo, laves me licet & comas, novi ego qua sit mater mea. Quo plus etiam invitas pacis ad studia, ad mutui silentii leges, obsecrasque Deum immortalem, parcant contumeliis, desinant libellorum, facebant odia, silcant cathedræ,

tractentur vulnere nullâ

Sacra manu,

hoc illi insurgunt animosius, prorumpuntque in cruentam aciem, adeò ruendi

In ferrum mens prona viris, animaque capaces Pugna.

Ita dum hærebit lateri lethalis arundo, dum latebit ferrum intra viscera, eruntque altè defixa & studia partium, & odia personarum, nullo mihi crede unguento, nullâ medicâ manu vulnere nostra coalescent. Me vero quod attinet, malim κλέειν ἀναικίς, ἢ μισαιφόνον vel ἀδελφοκτόνον, malim pati a fratribus quod passus est Christus, quam nostras scelerare manus. Nec illud mihi ignominia est, nec istud ipsis gloria, ut cum Cypriano dicam. Tragico permittamus illud suum, ἕβειλεν τὰς ἕβειλον ἡγεῶν, nobis sacra sit vox Servatoris, ἀλογεῖτε τὰς κατὰρωμένους. Nihil est quo possit offendi, cui ignoscendi consuetudo est, nec calumnia offendit sed veritas.

Bacchanti si velis adversarier,

Ex insano insanio rem facies, feriet sapius.

Eam quoque laudem duco ego maximam laudanda facere, iniquis licet censoribus; uti propè contumeliosum est vilissimorum hominum laudibus ferri. Et dum alii ne suspicione quidem læsi accusari se causantur, ut obtentu propriæ defensionis aliud agant, & auctoritate nominis his invidiam illis gratiam concilient, suasque & cicatrices ostentent, & laudes (tam se ipsos mirantur) diffundant, & inclinatas sed recumbentes in se partes suffulciant, dicaturque suos inter,

hoc Vindice tuta relicta est

Libertas!

nobis etiam accusatis, etiam laceffitis, nullo furentis invidiæ modo, sed jocularibus chartis ac miseris salibus, placet laus ultimæ patientiæ, & Chrysofostomi exemplo, ἐγκληθῆναι μᾶλλον, ἢ αἰνέεσθαι. In Epist. ad Ephes. C. IV. Hom. XI. sub fin. Ibid. ἢ ἀν' ἐμῶν ἢ χρεῖσιν ἀμύνη; παρ' ἡμῶν ἡδίκησαι, ἢ ἂν ἂν ἡδίκησάν τε λυπεῖς; τὸ το μανίας ἐχράτης. Vis de me vindictam, cur de Christo capis? Injuriam te affeci, cur nihil ledentem contristaris? Nunquid hoc extrema vesania est?

Missis igitur quæ intra inculpatæ tutelæ modum possent consistere, faciam ex parte, mi Frater, desiderio tuo satis, quo soleo candore, nullo patrociniandi studio, si quid Iliacos intra muros peccatum est, ac retexam tibi hodiè mala nostra, eorumque originem, successum, ac judicia Virorum,

000

qui

qui defæcatâ affectibus mente nec obliquis oculis res nostras contemplati. Et absit in his acrimonia verborum, procul isti καλαμοσφάκται,

Non hic Gorgonas Harpyasve

Inuenies, hominem pagina nostra sapit.

Fuit hæc indoles plerarumque in Christianâ Ecclesiâ contentionum, ut obscurioribus initiis natæ, lentis sæpè, sæpè subitis auctibus exierint in eas quas sensere infausta Sæcula calamitates. Ex ingeniorum collisione scintillæ, ex scintillis ignes, ex his flammæ populatrices, donec quandoque

toto fluereut incendia Mundo;

Orat. no-
stra Inaugur.

Alia ex aliis ut ex Hydra trunco capita; ex minimis plerumque, ut ex Crocodili ovo, maxima; error ex errore, lis ex lite; ex logomachiis infelices monomachia; ex controversiis discordia, ex discordiis bella; sed eheu plusquam civilia, quibus damnis mutuis certatur, quod sultorum esse dixit Comicus. Ac fidem utinam ne facerent primæ seu Hæresium seu Schismatum origines, in causis Victoris Romani, Adamantii, Novati, Donati, Arii, Nestorii, Eutychis, Theodori Mopsvesteni, Fullonis Antiocheni, Severi, Juliani, Themistii, Hormisdæ, Sergii & Cyri, Felicis & Elipandi, aut Byzantinorum cum Romanis, vel Latinorum inter sese! His adde quicquid uspiam bellorum Ecclesiam Christianam afflixit, cum primis etiam nostrâ & patrum memoriâ, pleraque ex levioribus diffidiis, aut præposterâ quorundam affectatione novorum, vel in docendo vel in loquendo, succedente pertinaciâ, hinc Familiis enatis. Urget plus iusto vehementiùs controversiam Paschalem Victor, post hunc alii; ab usu & doctrinâ Ecclesiæ recedit audaciùs Origenes; papaturit nimium Stephanus; negat inclementiùs veniam lapsis quibuscunque Novatus; effert se Donatus superbiùs præ libidine dominandi; insurgit æmulus in Alexandrum Arius studiosior novarum rerum; τὸ ὁμοίον ut Scripturis nullis traditum, præfractiùs rejectant Acacius, Eudoxius; subtiliùs Christum à λόγῳ distinguit Theodorus ille πύργου & Νεστορίου; hic Mariam θεοτόκον, spretâ Antiquitate, negat præfidentiùs; Trisagium ad Christum σωτηρίαν refert imprudentiùs Petrus Fullo; Corpus Christi φθαρτὸν fuisse à nativitate Julianus Halicarnassæus, unum de Trinitate crucifixum Hormisdæ, duas in Christo Voluntates Cyrus, Sergius, Honorius, panem Eucharisticum rectè dici imaginem Christi Damascenus, alii alia usu recepta, aut Patribus asserta, intempestivè ac præposterè nimis inficiantur; Christum Deum ignorasse diem iudicii Themistius Alexandrinus, Christum hominem fuisse Filium adoptivum Felix Urgelitanus, panem & vinum Eucharisticum in substantiam Dominici corporis verti Paschasius Radbertus, insueta id genus Christianis auribus urgent alii, incitatiore studio; de Oecumenici nomine, de additamento Symbolico, de Azymis, de jejuniis Sabbathi, de Tonsurâ, & levioribus aliis certant acriùs atque invidiosius Græci Latinique. Sed, Deum immortalem! his ex primordiis quæ malorum incrementa, his ex nubeculis quæ tempestates, his ex controversiis qui stimuli bellorum, his ex igniculis quæ flammæ vis, quæ ruinæ, hæc ex intemperie animorum quæ perniciës.

Orbi generique parata

Christiandum!

Felicia terque quaterque prima illa Reformatæ Ecclesiæ tempora, quibus uno ore prædicatus Christus, Roma oppugnata, Antichristus relictus, Superstitio profligata, & populi exire iussi impiâ Babylone. At infausti illi dies, verè συμφοραὶ, quibus vinculum illud mutui amoris conversum in materiam odii; conjunctionis fraternæ tefera in belli signum, συνάξις in ἐπίσταξιν, qui pa-

cem aleret Panis in toxicum quod extingueret! Quando prælusum illi Schismati, quod concepit primum æmulatio, qualiscunque de Eucharistiâ dissensio genuit, pertinacia & vehementia fovit, Ubiquitatis novum dogma parturivit, ὀξύχολία, furor, exacerbatio adauxit, conjuratio ultimò absolvit *Concordiæ* fallaci specie, Satanæ κακοτεχνία, Jesuitarum artes, Politicorum astus, Theologorum κακοζήλεια, magisterium, typhus, odia, calumniæ, Scripta præprimis aculeata, & Cadmejæ victoriæ, in hunc usque diem obfirmarunt, summo cum veritatis Evangelicæ dispendio, Ecclesiæ damno, infirmiorum offendiculo, hostium gaudio, & Antichristianæ tyrannidis incremento. Fortunatam verè Britanniam, illatâ primum luce Euangelii, & Papismo ejurato, concordibus Crameri, Martyris, Bucerii studiis! donec scinderent eam studia in contraria diabolares *Controversiæ*, miserentque nascentem Ecclesiam importunis clamoribus, ob rem Vestiarum & Liturgicam, morosa quandoque ingenia, ipso adhuc Regni habenas moderante Eduardo, quem vix terris ostensum fata revocarunt, augendis dein sub Elisabethâ motibus, vertendoque tandem Ordine in confusionem, Regimine in ἀναρχίαν, Disciplinâ in independentiam, Regno penè toto in Babelis quandam imaginem. Felices à restitutâ per Germaniam, Galliam, Helvetiam, cum doctrinâ tum disciplinâ Ecclesiæ, nisi distraxissent καυνοφονίαν, & studissent nobis rebus prurientia ingenia, mox correptis aliis pari prurigine, & laxatis habenis affectuum, solutâ unione, divisis studiis, ac perturbatis Ecclesiæ rebus! Ut implere orbem Reformatum contentiosis scriptionibus, controversiis, turbis, diffidiis, extra hujus Belgicæ fines, quanquam haud paribus institutis, in Germaniæ Reformatæ & vicinis partibus, Stancari, Heshusii, Neuseri, Eraſti, Simonii, Vorstii, quin & Piscatores; in Helvetiâ, Castelliones, Bolsecr, Huberi, Alberii; in Galliâ, post alios de quibus in Epistolis Beza, Tileni, Codurci, Camerones, Testardi, Amyraldi, Placæi, ac novissimè etiam alii, in capitibus de Deo & Attributis, de Prædestinatione, de Fœderibus atque Oeconomis, de Universalî gratiâ, de Peccato imputato, de Christo Mediatore, de ejusdem Justitiâ utrâque, de concursu operum ad Justificationem, de modo operationis divinæ Gratiae, de Baptismi necessitate, de Ecclesiæ Disciplinâ, & si quæ id genus intempestivè mota? Et omnes quidem specie veritatis, profectûs, novæ lucis, aut convenientioris Methodi; interceptis & novissimè opportuno fato qui nova alia in Gallicanis Ecclesiis molirentur, nullis disciplinæ cancellis coerciti. Adeò vix ullum Theologiæ caput intactum, in quo non quisque oculatior sibimet videretur, nec sine supercilio, & obtrectatione alienæ laudis, accusatâ caligine priorum temporum, & paratâ illico defensione, si quid semel vel chartis illitum, vel in discipulos aut in plebes sparsum esset.

Nil rectum nisi quod placuit sibi

Ducunt,

popularis aura & rumorum venalia mancipia, ut dixit Consol. alicubi Hieronymus, sæpè etiam cum propriæ laudem.

Quis aucupio, scilicet,

primus ego adeò hanc inveni viam,
semper autem cum præsentissimo discrimine publicæ tranquillitatis. Felicem & conjunctissimam mihi patriam, tot Ecclesiarum matrem, tot sedem Heroum, superbam hodieque Calvinii, Bezæ, Fayi, Goulartii, Turretini, Prevostii, Diodati, Tronchini, Legeri, Picteti, (quantorum nomen!) quos recondit illa cineribus, & cum Helveticis hæcætenus Ecclesiis sororiantem, donec admodum nuper fastiditâ simplicitate, & misso repudio prioribus,

bus, irent pauci in novos amplexus, & quæ Gratia fuerat coagulatum animorum, esset nunc *μελλον ελπιον*, obscuranda his quidem inani universalitatis præconio, illis uti causantur amplianda.

AA. XII. Sed verò ne sollicitè legam singula, aut conquiram quicquid usquam turbatum per φιλοκαίους datum est, post constitutas Ecclesias subductasque Papali jugo, amabo, mi Frater, ut transcendisset Ecclesia Batava cum sua tum Reformatarum omnium vota, si per inquieta ingenia, & novandi avida licuisset! Nempe horum dogmatis veritas pro mantelo fuit; audaciæ verò, libertas Reipublicæ & prophetandi altera; pertinaciæ tandem, Scripturarum patrocinium: quæ speciosa fuit omnium Sæcularum causa, qualiter adorationem Infantuli Herodes, Pharisei legem Moysi, Demetrius ille Dianæ Ephesiæ cultum, suis institutis prætexebant. Nec jam Herbertos, Coolhafios, Wiggerfios, Cornhartios, Saravias, ac turbones id genus, per quos mixtæ passim Ecclesiæ discordiis ac tumultibus, varis finis veriorum obtentu; minùs multo Davides, Memones, Nicolaos, similesque memorabo. At verò quem non afficiat Schismatis novissimi recordatio, quod perexiguus initiis natum, & ex unius primam aut alterius novaturientis ingenio, factò his progressu à capite de Prædestinatione ad quædam annexa, hinc ad alia & graviora, Fœderatæ Belgicæ divina simul & humana omnia propemodum subvertit ac pessundedit. Sumpserat lacertos Respublica, increverant vires, conlocupletarant sese incolæ, erant in proximo induciæ, spectabant res etiam ad pacem, florebat Athenæum utranque Viris & literis, augebantur Urbes civibus, ovibus greges, agitabat intus spiritus unus, extus colligabant Formule, & certabatur in commune non nefas sed commodum. Nec longa tamen hæc Ecclesiis halcyonia, tantùm potuere unius Theologi, à variis disciplinis instructi, *νεωτέροι δόξαι*, nomen, authoritas, ambitio, servitura improbis aliorum consiliis & inimicis securitati Respublicæ. Infausta, inquam ego, tempora, quum sui plenior Arminius, occultis stimulis actus, pertæfufque veterum, per cubiculos primùm tum & aperto Marte in receptas sententias invaderet, Formulis diu intactis, simplicitate obtentâ, Scripturis appellatis, pace ingeminatâ, in omnibus verò percontumace & illi & suis animo! Et à dubitatione factum sibi esse gradum ad neganda primùm, tum & vendanda, quæ communi consensu traderentur, ipse in Epistolâ ad Utenbogardum suum ita testatur: *Adeo utiam ut me in multis iudicium meum, in quibus alii dubitationem nullam ferunt, suspensum & animi dubium tenent.* Equidem laudatæ primùm Formule diffimulari diu satis; post torqueri in sensum alienum, *Lesbiam* scilicet *Regulam*; tum revocari sub incudem, ac postremò de gradu dejici, familiarissimis vocibus, non nos Catechesibus, non humanis Scriptis, sed uno Dei Verbo teneri. Hinc doctrina prior quæ voce quæ calamo, motâ ejus passim nauca, differri; suggestus, Cathedræ, libri, novis *δόξαι* impleri; mulierculis, tonforibus, lippis, magno eadem studio inculcari; mustei Doctores celo efferri, ut ad Sectam satis esset, hæcque vires acquireret ac defenderet illos numerus, sociari infelici conjugio cum Arminii cogitatis Vorstii illa Socinique; rationi humanæ in fidei rebus plus nimium credi, quin palam adscribi; litari ubique factioni, studiis, clientelis, ignorantia, pervicacia, liver, *zelotismum*, & si quid his mordacius, impropere sententibus diversa Theologis; Dordracenæ deinceps Formule cum Tridentinis vel Flaccianis, ut & Civilis coercitionis frænum cum Inquisitionis carnificinâ, invidiosè componi; ac tolerantia, id est prophetandi tradendique, diversum & sentiendi & loquendi libertas, identi-

dem urgeri & in arce poni. Quinimò quamdiu faverent Proceres his credi Ecclesiarum jura, à factione autem averfis imperatæ fidei & usurpatæ potestatis invidia conflare; ac tandem ire potiùs in se greges coetus, permittereque coelum terræ & ima summis misceri; ac collidi omnia, crepare, ruere, rumpi; subverti, quam ut silentium sibi imperari, minùs repudium semel assertorum, novi mystæ patenterentur. Cave credas præ se tulisse cum suis Arminium, quasi in receptâ doctrinâ Ecclesiarum vellet aliquid immutatum; non, inquit, id molimur, absit, *ut hoc D. Sibrando aliisque videatur!* Mox eadem Epistolâ, sparsos rumores Novitatis, ac querulas hinc indè Theologorum voces, illis imputat qui *ejusmodi litteras & scripta disseminarent; quin & ex suggestu apud Populum educcinarent, totam penè Europam clamoribus complerent, Ecclesias pacatas & tranquillas turbarent.* Vis reverentiam instrumentorum quas Formulas Consensus appellamus? Audi Arminium, ad Hippolytum à Collibus: *De capitibus istis doctrina omnibus fidenter dico, me nunquam quicquam vel in Ecclesiâ vel in Academiâ docuisse, quod vel Sacris literis, quæ unica nobis & sentiendi & loquendi norma esse debent, vel Confessione Belgicæ aut Catechesi Heydelbergensi, quæ Formule sunt consensus nostri strictiores, contraveniant. Cui probando proferre possum liquidissima testimonia, Theses de istis ipsis Articulis à me conscriptas, & publice in Academiâ disputatas.* Audi eundem Epistolâ ad Utenbogardum, Anno 1605. *Ego verò puto me omnia qua unquam dixi cum Catechesi & Confessione non modo conciliare posse, sed & illarum presidio defendere.* Audi Vorstium ad Jacobum Regem: *In Hollandiam ante paucos dies appuli, S. Theologiam ex Dei Verbo, juxta Harmoniam Confessionum Evangelicarum, (prout habet obligationis nostræ Formula) Deo clementer adjuvante, publice hic docui.* Audi utriusque discipulos Epistolâ ad Synodum Delphensem, Anno octavo decimo: *Sincere testati, præsentibus nobis aliis qui huc venerant, plane acquiescere nos in doctrinâ salvari, prout illa in Ecclesiâ Reformatis, Confessione, & Catechesi hactenus in his Regionibus promulgata fuit; nunquam etiam nos in animum induxisse; nec nunc etiam statuisse, quidquam in medium proferre, quod prædicta doctrina adversetur; quin & omnes contrarios errores rejicere, nec deprecari ullas legitimas Ecclesiasticas censuras, si aut contravenisse hujusmodi nostræ declarationi, aut in posterum contraveniuri comperiamur, declarantes insuper nos de Quinque Articulis, disputatis in Confessu Ordinum Hollandiæ, ita semper & sensisse & locutos fuisse, ut à fundamentis in Confess. & Catechesi jactis, nostro quidem iudicio, non discreparem.* Adde si vis Utenbogardium, in Responso quodam Historiæ suæ inserto: *Catechismum Part. iv. palam pro concione explicui, quamdiu fui in statione; & p. 744. de Confessione in pleno Confessu Synodali, audientibus Fratribus, declaravi, me eam in substantiâ iuroque pollice probare.* Vis familiarem exceptionem, de exigendâ doctrinâ ad unum Dei Verbum, nec habendis Formulis norma loco, affictâ hæc Orthodoxis Theologis per contumeliam mente, en rursus Arminium: *Et quid nobis docere potest, parati omnino sequi in omnibus; unius additis jurare in verba Magistris, qui est Christus & Spiritus ejus, in Verbo Ver. & Novi Test.* Idem & Utenbogardius aliâ Epistolâ: *Nos Confessionem quidem agnoscere & recipere nos pro consensus Formulâ respondemus, ac non pro Normâ sensus.* In superiore quoque Responso Utenbogardius: *Addidi in illa scripta, Confessionem & Catechesim, esse humanâ, & errori obnoxia.* Et Vorstius ad Palatinos: *Vera Christi Ecclesia non jactat aliquem consensum extra Dei Verbum, nec quemquam adstringit ad Hominum licet excellentissimorum hypotheseis.* Hadrianus quoque Saravia ad Utenbogardum: *In altercationibus Leydani, illam fides Confessionem & Catechismum allegari & argui video ac si ipsum esset Dei Verbum.* De solis Scri-

Arminii & Utenbogardii Epistolæ ad Melvin. An. 1608:

Epistolæ Ecclesiæ p. 928:

Dat. 13. Oct. 1611

Epistolæ p. 503:

Part. iv. p. 744.

Epistolæ Ecclesiæ

Amst. 1597. 7. Febr.

pturæ phrasibus usurpandis, & unâ hac ad concordiam viâ, en graves rursus Conradi voces: *Satis erit, si ἐπιτομήν illam phrasium S. literis usitatarum retineamus: quod ego quidem sic fieri ab omnibus Theologis optarem, quo promitterent se nihil definituros de ullo fidei dogmate, quod non adhibitis S. Scriptura phrasibus explicare possint. Nam si hoc unum obtineremus, minus inanium disputationum, & plus solida veritatis haberemus.* Ad accusationem Novitatis, ut vel iniquam vel alienam, quum de veritate ageretur, quid Arminius? *De Novitatibus facile ipsi & alii respondetur, & puto te rectè respondisse: Compendiosa via est ad confusandam veritatem, si novitatis insinuletur.* Andreas Reuchlinus, parænesi ad Casaubonum, pro causâ Vorstii, contra impactum illi crimen Novitatis à Jacobo Rege, & à Cantuariensium Præfule: *Non omnia verò qua nova falsa sunt, ut non omnia qua vetera, vera. Alioquin potissima nostra Religionis pars nobis deserenda esset, qua nova respectu Ecclesie Romanae adfert plurima.* Mox ille ipse; *Nova etiam interdum ea dicuntur, que tantum talia esse videntur, reverà autem sunt antiquissima, utpotè ab Apostolis profecta.* Nec aliter quoque Vorstius, in superioribus ad Palatinos, de novitatibus illius graviter conquestos. Utenbogardus, in Historiâ suâ: *Qua accusatio Novitatis Remonstrantibus perridicula videbatur, non tantum quod familiaris hic esset Romana Ecclesie obtentus &c.* Vide & libellum Remonstrantium ad Præpotentes Ordines, quo se purgant à suspitione Novitatis, ac ipsum frequenter Episcopium. Et ut profectum in veritatis indagine, in relegendis mysteriis, in enucleandâ doctrinâ Scripturarum, omnes illi percreparent, testentur illa rursus Arminii: *Perseveremus nas in inquisitione Veritatis. Alibi; Pacis Ecclesie studiosissimum gero animum, Dei beneficio, sed & indefessum studium Veritatis inquirendæ & confirmandæ profiteor!* Et Vorstii illa ad Jacobum Grynæum, & Amandum Polanum: *Scitis enim in mysterio Dei & Christi semper esse, ubi proficere licet; tum Veritatem, sine diligenti inquisitione non facile, præsertim in rebus vel sui naturâ vel hominum culpâ abstrusis, inveniri.* Idem alibi ad Tossanum & Paræum: *Vera Christi Ecclesia, ejusque Pastores, libenter alicui permittunt Veritatem indagare, Spiritus probare, & post adhibitam dominiaciam id domum in religione amplecti, &c.* Undè & controversia ipsis tandem cum illis nata de prophetandi libertate, contententibus liberum esse unicuique, in Republicâ Christianâ, de Religione non sentire modò diversum à fratribus, sed & externè profiteri, imò & docere quod quisque verum opinaretur: scilicet

Ingenia melius restâ se in verum ferunt, Si nobilem animum vegeta libertas alit.

Hinc quoque Antichristianæ tyrannidis, Papismi, dominationis in alienam fidem, vis illatæ conscientiis, dica iis scripta qui licentiam eam cohibitam, & fibulam injectam vellent. Vorstius Ep. ad Heydelbergenses, suprâ indicatâ. *Contrâ verò comperitum est, semper eos aliena fidei dominari, & conscientiis aliorum imperare cupivisse, qui libertatem illam omnia legendi & probandi è medio tollendam esse consueverunt.* Arminius ad Utenbogardum, de Novitate sibi vitio versâ: *Mirum illos viam illam ingredi quam Antichristum cum suis prævis, nisi forsè arbitrentur & stulti successurum feliciter usque illi, qui se adhuc adversus omnes novitates illo prætextu tuetur.* Cornelius Wiggerius Remonstrantiâ ad Hollandiæ Proceres: *Non ignorant A. A. vestra, Papalis secta duces & antesignanos in suis, qui nobis struant, accusationibus, ad Ecclesie Confessionem, librosque etiam Catecheticos haud dubiè, quos unâ nobiscum aut ad nostrorum exemplum fabricati sunt (quantvis nondum illi, sicut nobis jam factum, eos intra Ecclesie Templique limina invexerunt) & ad receptam Ecclesie praxim, provocare consueverunt.* Stephanus Curcellæus, adversus Petrum Molinæum:

Epist. ad Theol. Heidelb. 27. Jul. 1598.

Epist. ad Utenb. 7. Jun. 1605.

Epist. Eccles. P. 423.

Part. iv. P. 745.

Epist. ad Utenb. 1605. Ad eundem 26. Jan. 1600. Cal. Septemb. 1599.

p. 64.

7. Jun. 1605.

Ann. 1595.

Novam tyrannidem illius Sectæ, in quâ non modo non Advif. licet abire à dogmatibus semel receptis, sed nequidem à A. 1638. phrasibus, aut metodo usitatâ. Adde plurima ex eodem Curcellæo, Utenbogardo, Episcopo, in quibus praxis contra-Remonstrantium cum illâ Romana Ecclesia perpetuò confertur. Par criminatio turpis inlicitæ, zeli præposteri, affectati schismatis, cruentarum machinationum, inanium præjudiciorum, Scholasticæ doctrinæ, scandali dati, & turbatæ per illos ipsos tranquillitatis, qui facturientium studiis & novis moliminibus intercederent. Arminius ad Utenbogardum: *Deum rogo, ut mihi sapientiam & patientiam concedat, & animi robur invictum, adversus machinationes ex insitiâ Zelantium, quo mollesimo nomine illos appello. Mox; sinceritate animi, quâ bene usque usi sumus, porro utemur, & facile dissipabimus consilia præpostere Zelantium.* Idem & Utenbogardus ad Melvinum: *Egregiè, sic pergant Fratres propter quorundam suspiciones (de quibus vel illo ipso illarum condus & promus nihil certo se affirmare posse factur) Ecclesias commovere, imbecilliores conscientias turbare, & innocuos Conseruos suos, nullo neque verum neque personarum habito discrimine, traducere!* Vorstius ad Palatinos, literis ἐπιλόγιαις: *Recognoscite, quæso, honorandi Viri, que sint Diaboli stratagemata, quibus maximos sæpè viros per speciem zeli & pietatis supplantavit: de quibus accurate Acontium scripsisse nostis. Videte, quæso, ne Imposter ille antiquus Vobis imponat.* Idem ad Casaubonum, post suum ad Leydenes appulsum: *Nec te moveant immatura annulorum illorum ἀνεπιτομή, præjudicia, quid divinum pietatis. aliud emittat, quam inanis & pertinax de rebus abstrusioribus contentio, imò nimis curiosa circa tricas Scholasticas sagacientia? Postea! Hinc porro utique scandala, ex Senatorum & dissidiorum multitudine, & damnationum p. 353. inter nos univarsarum frequentia, plurimum auferunt.* Episcopus adversus Abrahamum Heidanum: *Jam propria lingua explorare incipit; sed, ut quod res est dicam, nova modo lingua est Scholasticorum in Papæ Doctorem; quorum Philosophiâ plurimi ex ipsorum Theologis nunquam tanquam norma &c.* Et Scholasticas has glandes, tanquam qui illis quoque pasceretur, passim objicit Heidano nostro Episcopus, injuria utique. De Zelotis Reuchlinus ad Casaub. *Quid iste zelus cum verâ pietate & charitate, sine quâ Religio Christiana nulla est, commune habet? Joh. Gre-vius Bernhardo Brantio: Verorquæ hanc rem vos potius esse, quam spei, propter nonnullorum Ecclesiastiarum ὑπερκαρδία, qui puritatis & omnimodî consensu nimis Zelota, ab Ecclesia (quam angusti finibus coarctam) gremio omnes eos arcant, quibus quoquomodo ulla dubitandi, aut hesitandi in rebus etiam non adeò magnis, obrepit occasio.* Barlæus, Epistolâ Paræneticâ ad Confœderatos Ordines: *Tum demum beatam autumatam Rempubl. si revocatâ ad calculos Scholasticæ subtilitatis Religione totâ &c.* Hinc clamores passim Remonstrantium; agitari schismatica consilia; cani horrendum in illos carmen; insulurrari Proceribus illud Ure, Seca; imponi Ordinibus, Principi; sanguinaria Edicta sollicitari; revocari Inquisitionem, ac Tyrannidem præteriti temporis, intentari persecutiones, cruceos, laqueos, equuleos. Acta Synodalia Remonstrantium, in Præfatione: *Imprimis verò ut Principibus ac Rectoribus populorum, consilia pacis & moderationis inspirare dignetur, ne auctoritatem suam commodens Theologorum quorundam pertinacibus odiis, & schismaticis consiliis; nec autem præbeat iis, qui horrendum illud & durum carmen Ure, Seca, insulurrare solent; homines, ut Apostolus ait, ἀσύνετοι, ἀσώστοι, ἀσέβητοι, ἀπειθήμονες, ut intelligant satis litatum esse discordiis ac non necessariis animorū Dissidiis.* Barlæus, libello ad Confœderatos Ordines: *Contrâ-Remonstrantes magnis animis quod ag-gressi sunt Reformationis negotium promovendi. Zelota 593. sunt.*

Epist. Eccles. P. 195.

Ibid. P. 246.

Ibid. p. 76.

Ibid. p. 353.

Antv. op de Proeve p. 49.

Ibid. P. 423. Ibid. P. 586.

Ibid. 593.

Ibid.
p. 602.

sunt. Sed quo major in his certatur animi magnitudo & in rebus gerendis impetus, quo magis providendum Vobis, ne quid ex inconsulto horum fervore detrimenti capiat Respubl. Iterum; Et mirum tam faciles esse in perficiendis Ecclesiasticorum votis Magistratum, quas prudentia, iudicii rectitudo, ac erectior indoles populo secrevit. Rursus; Ceteri malitiâ peccant, licet mali quoque nomine invidiam, malitiam, avaritiam, aliqua vitiorum portenta tegant, ne populum solum hisce prestigis fascinent, sed & iudicium oculis tenebras offendant. Ad qua si attendere Respublicarum Rectores, pariter Theologorum infirmo obsequerantur. Utenbogardius Historiæ suæ Parte iv. Remonstrantes summo perè mirabantur sapientissimos Viros, Mauricium Principem, Wilhelmum Nassovium, aliosque in primariis Confessionibus, & in Cælibu passim Reformaturum, pari sibi illud præceteris Nominibus &c. Et de hac scilicet arte, quâ imponeretur Excellentissimo Principi, graviter expo-
stant in scripto suo ad Præpotentes Ordines, dicto in loco Historiæ Utenbogardicæ. Sed & quo illi in Principem, in Magistratus, animo fuerint, post salutaria Edicta componendis motibus, ut morderent clanculum, ut in invidiam adducerent, ut divina humano arbitrio permitti clamitarent, pluribus commemorare nihil attinget. Quamvis illi ipsi forent, qui dum adspiraret aurâ Procerum, hisque propitiis uterentur, causâ omnis suæ arbitrium ac rei summam iisdem ultrò deferrent. Quod Vener. Heidanus noster, Oratione quadam suâ, itâ expressit: Postquam res mutaverant, & fervore exciderant, & contrarios experiebantur quos tam propitios habuerant, aliam cantilenam cordi capere, puduit illos polliceri, & ipsi sententiam corrigere & mutare ex usu suo iudicarent. Hinc querulæ voces, damnari inauditos, indefensos proferri, iustitiam violari, libertatem opprimi, & quæ id genus paginam utramque faciunt Scriptionum Remonstrantarum. Porro inter odia, sales, aculeos, & Scriptionum acerba, dum

Kerkkel.
Hist.
P. 745.

Ibid.
P. 746.
747.

Asperam cupido servant sub polvere vulpem; imo dum Hastæque, & gladio, saxisque ingentibus instant, ut resonarent pacis, tolerantie, concordie, unitatis blanda nomina, ut hanc incalcare, suadere, eodere, laudare, suum esse præ se ferrent, ut scissæ ad eod unitatis invidiam à se omnem depellerent, faciendam contra Remonstrantes, ut inimicis omnis tolerantie, ut dæmonibus, exploratius est quàm ut obvis Arminii, Vorstii, Utenbogardi, Episcopii, Synodaliu, reliquorumque verbis exponam. Nec quid de tolerantie aut concordie simili obtentu sentiendum sit, dixerò ego felicitiùs quàm Clariss. Heidani prudentissimis vocibus, Oratione memoratâ: Omnino si Concordia inter aliquos vigere debeat, uno ex tribus modis illam inter partes conciliari oportet. I. Ut omnes idem sentiant & loquantur, quod sit, quando neque sunt lites, sed est omnium idem sensus, idem velle & nolle, que demum firma est amicitia. II. Cum non idem sentientes, tamen idem loquantur, vel saltem videtur loqui. III. Cum nec idem sentientes nec loquentes tamen externe inter se pacem colunt, toleranties se invicem. Inter has, postrema dua notha, spurcia, fallaces, & veritati inimica sunt: sola prima est uniuersum, que inter homines dari potest, perfectissima, & amabilissima, omni operâ expectanda, & que omnium deliberationum nostrarum in querendâ pace scopus & finis esse debet. Hac enim facit fratres habitare in unum, & per quam Ecclesia sit cor unum & anima una. Ad hanc Apostolus hortatur Corinthios, petens ab eis ut τὸ αὐτὸ loquantur omnes, nec sint in iis schismata; & ne putetur tantum sermonis ταυτότητα requirere, vult præterea ut sint coagmentati eademo mente & sententia, quod est, τὸ αὐτὸ οἱ αὐτοὶ φρονεῖν Rom. xii. quod sit cum eadem charitatem omnes habentes, ἰσὺς ἕως ἑσθὲς, id est ὁμοφρονες, Phil. ii. Deni-

De compon. Diff.
P. 14.

A& Synod. Rem.
in Praef.

P. 44.

que ut impactam sibi doctrinæ Novitatem, & discessum à Formulis, à primis Reformatibus, ab Antiquitate, in Orthodoxos factiosi retorquerent, suaque omnia incrustarent falsâ specie Vetustatis, & consensionis cum prioribus se Theologis, Lutero, Castellione, Melanchtone, Bullingero, Pareo, nihil est quod istorum rursus verbis adstruam. Docent, Historia pene uniuersa Utenbogardi, scripta Episcopii, Remonstrantium libelli ad Ordines, & Literæ Ecclesiasticæ factæ ab iis publici juris. Jamque illis præiverat Petrus Baro, in Prædestinationis negotio, suis ad Nicolaum Hemmingium: Licet qui contradicunt eò jam perducti sint, ut res absurdissimas & nunquam prius in Ecclesiâ Dei auditas, admittere & defendere non erubescant.

Hæc & alia, recente omnium memoriâ, & quæ in Remonstrantibus notarunt Molinæi, Hommii, Vedelii, Voëtii, Triglandii, Heidani, Orthodoxorum chorus omnis, quicumque gnarus nostrarum rerum volvet cum animo suo, mirabitur sat sciò mutatis nominibus, personis, temporibus, addo & Causâ, fabulam eandem hodiernâ scenâ, nec ferâli minus pegmate, repræsentari. Equidem terere debuerant vestigia, nec vel sibi aut suis permittendum à Viris æqui cultoribus fuit, quod in Remonstrantibus damnarunt; vel traducendum hodiè in Symmystis, quod suo pridem calculo in Contra-Remonstrantibus & Orthodoxis probavere; ἰσότης δὲ ἐν πᾶσι αἰεὶς. Certè non sine alto suspirio revoco memoriâ eius temporis, quo cohibitis motibus, factione oppressâ, assertis Formulis, reddita Ecclesiis pace, & consensu in hanc Academiam reducto, conspirarunt magnâ in eâ conjunctione, seu inter sese seu cum vicinis Theologis, Polyandri, Riveti, Walæi, Thyssi, Triglandii, Spanhemii, Constantini, addo & nostrâ memoriâ, Heidani, Hoornbeeckii, Coccei, ante quæstionum invidiam, fiduciam partium, & sementem novam contentionum. Hæu pietas, hæu prisca fides! quum non gestirent pugni nisi in communem hostem, dareturque dextris dextras jungere, ac nefas post tot certamina duceretur

Cantra-
brig. Cal.
April.
1596.

Patria validas in viscera vertere vires. Erat tum sententia una Formularum, os unum Pastoribus, unum Theologis studium, una Discipulis æmulatio, cura una Presbyteriis, Classibus, Synodis. Constabat tum suis Doctoribus honos, sua Theologiæ reverentia, uti sua Philosophiæ libertas, sæpius commissæ secum ipsâ, confertis signis Philolophantium, & collisis ingeniis, & ratione rationis æmulâ, sed memori quid inter se & revelationem interesset, nec imprudenter in hanc arma subministrante, nec efferente se eo fastu ut nesciret quò in loco, & inter quos, & quibus contenta terminis, aut collustrata deinceps Gratiæ luminibus esset. Sed & Veritatem quæ essent ad fidem, ad pietatem, ad solatium, ad εὐχαρίστησιν Scripturarum, ad instructionem plebium, ad revictionem errorum, satis esse iis tum Theologis videbatur, uti armorum quibus conficerent Hæreses, & canonum quos in Scriptura declarandis sequerentur. Tum quoque doctrina Fœderum, Oeconomiarum, Testamentorum, si rem ipsam putamus & pauculos fortassis excipimus; magnâ Theologorum consensione; post Calvinum, Bezam, Musculum, Bullingerum, Zanchium, Ursinum, Pareum, reliquosque, & voce & scriptis tradebatur, observato constanter discrimine graduum, mensuræ, modis, quibus suam Deus & lucem diffudisset, & dispensasset gratiam, & Ecclesiam docuisset, successuris tandem temporibus quibus, introductâ plenitudine Gentium, servabitur totum Israël; amoto hujus à cordibus velo, avulsâ pinguedine, callo reflecto, & tenebris dispulsis, quæ fuerunt & olim & hodiè ἰκαρῦνια. Neque præter philosophandi

licentiam, & rationis superbiam, & Pharisaismum Judaicum, & Idololatriam Papalem, & Pelagianismi *κρυφαὶ δόξαι*, quæ hominem suæ sibi salutis fabricum & Architectum inter σοφὰ φάρμακα constituunt, visum est aliud perspicacissimis oculis intercludere magis viam ad Christum, aut intercedere illius Regno, quàm præpostera illorum studia, qui subtilitatis laudem, & gloriam *διδυμάτων*, & opinionum suarum fidem, atquè existimationem nominis cum pacis Ecclesiasticæ dispendio quæsitam promotamque vellent. Rediit subindè, fateor, imago quædam illius temporis, quod Paulus etiam & Barnabas, Petros & Paulus commissibis vidit, eâ quidem animorum effervescentiâ, ut Paulo, individuo hætenus comiti, terga verteret concitator Barnabas, Paulus Petro non *in speciem*, ut censobat Hieronymus, sed *in faciem*, ut Augustinus rectiùs, ad est palam acriusque reluctaretur. Concurrerunt, ex eo tempore, nihil inficior, adversis subindè frontibus, paria Virorum in hoc Belgio præstantium, ob sententiarum qualescunque divortium, erupturâ contentione in scripta etiam adversa, & acerba vocum, qualiter olim Cyprianos inter & Stephanos, Basilios & Eusebios, Epiphianos & Chrysostomos, Hieronymos & Vigilantios vel Augustinos, Cyrillos & Theodoretos, Cassianos & Prosperos, Gregorios & Johannes. Neque mirum videri debet, si in iis ingeniis, in quibus *vis ignea*, ignei spiritus, quandoque exarserint ignes animis, & flammula incensa fuerit; aut si *vasa testacea*, in quibus reconditus est ille doctrinæ thesaurus, subindè collidi, & collisione etiam frangi, contigerit. Passa istud est provida lex Fatorum, ab ipsâ Ecclesiæ infantia, seu ut veritas ex mutuo illo conflictu luculentius emergat, seu ut raptata discordibus studiis sui cultores exerceat, seu ut nihil ab omni parte beatum perfectumque esse his in terris constet, seu ut suarum sibi infirmitatum conscii Viri supra aliorum sortem erecti, supercilium ponant, seu denique ut horum nævis expositis publicæ luci, communi cum cæteris mortalium sorte, respiciant Christianorum mentes ad Sacrorum Interpretum non facta sed dicta, non ad Ministros sed ad autoritatem Ministerii, nec ad Legatorum exemplum, sed & ad Legantis Christi mandata, ex his non ex illo judicandæ. Verùm enim verò privata hætenus dissidia fuerant, docta quædam duella, erudita æmulatio, inaccessus plebibus sermo, obscura certamina, disjunctis plerumque locis, ac de quæstionum nonnullarum apicibus, & interpretationum quarundam momentis, dum

Paulatim cadit ira ferox, mentesque tepescunt.

Salva insuper fuit concordia Ecclesiarum, & doctrinæ illa *ἁπλοῦς*, quam à communibus Magistris hausitam, magnâ consensione rerum, si non ubique verborum aut methodi, in discipulos transmittabant.

Nunc autem verissimè Tu, observande Frater, diversam longè rerum faciem hodiè in Belgicis Ecclesiis visî, trucem eam, & minacem extremorum. Postquàm videlicet serpsit mali labes à Doctoribus in Discipulos, à Pastoribus in Coetus, à Consistoriis in Classes, ab Ecclesiâ in Civitatem, in Republicanam, &

Kicâna ruptis inter se legibus Urbes,

Provinciæ, Ecclesiæ, Synodi, distrahi animis cœperunt: postquàm confusus ubique Theologorum ut labiis sic studiis cœvivere in mutua fœdera (quâquam diversissimis horum & illorum causis) quotquot discederent à vetere disciplinâ, & parturirent vel nova vel litigiosa. Undè interposito quasi sacramento itur in dies magis magisque in Præceptorum verba, vocatur in partes veritas, obtenditur hujus sacrum nomen, sollicitantur in studia Ju-

venam apimi, conjuratur in Fraterna certamina, subeunt graves Confessus artes, prelationes, astus, totusque Ulysses,

Tristiaque in sacro peraguntur bella Senatu:

Postquàm denique eruperunt undique, velut ex Orci totidem faucibus, minantia scripta, non atrimento sed sanguine consignata, quod de Draconis legibus dictum, recentissimis nunc etiam exemplis, Gelaf, quibus petitur Fratrum jugulus, Classicum undi-
Maj. O-
que concinitur, & concitantur Tyria maria. Adeo
de Ouz-
&c.
quidem ut frustra olavum flectant prudentes Pali-
&c.
muri, ut frustra tendant retinacula providi Auri-
gæ, dum

non audit curru: bubonas,

dum erumpit quaquaversum furoris impetus, & eo idiomate quò hic in plebes sese diffundat, has ipsas seu in cœcoentes Proceres seu in sentientes diversa Theologos accendat, addat stimulos dubis in hæc prælia mentibus, & ipsum quoque Acheronta moveat, ni flectantur in partes mitaces Superi.

O misera furis quod non in Punica nati

Tempora Cannarum finimus!

Et quid me, Reverende Vir, infandum jubes renovare dolorem, & ingrata hæc revolvere, attractare id ulcus quod si molli digito tangis, & fraternâ manû, expressurâ saniem, & appositurâ unguentum, continuo unguem te infixisse vociferabunt? Undè sit id vulnus inquiris? quin de remedio & tu & ego geramus sollicitam mentem, ac

quaratur belli exitus nos causa.

Equidem istud in propatulo est, viguisse jam bel-
lorum hos & animorum motus, pridem ante meum
ad Belgas accessum, & ante salutata hujus Acade-
miæ limina, labente Anno LXX. Quanto verius ante
annum LXXII. & quæstionum Harlemensium pro
coercendâ novitate, & cogendis in ordinem qui
non unum genus *Novitatum in suggestum inferrunt*, quo
jam tempore

ira pavore Dei, manifesta que belli

Signa dedis Ludovicum, Carolusque.

Hinc licet malorum arcessat originem, & Fabalam
ordiatum suam nuperus *Gelasius*, convenientissimo
utique nomine, cui lepidum visum est scelus ubi-
que Lectorem ludere: æmulato non risum auspici-
atum à quo *Isaaco* nomen, sed amara *Ismaelis*
scommata, sævo ubique cum joco, & sale mordaci,
& infaceto rure, nec ipsos Fasces reverito, do-
cto que

ψόδα κα ποτὴ λέγον ἐτυμώσθη δμοιον.

Oλοφάντιω dixeris, omnia mentientem, pro quo
halophantiam in Plauto legimus;

Pergula pistorum, veri nihil omnia falsa.

Nec certè clam illo esse potuit, quod jam antè (ne
hic surgam altiùs) in Synodis Harlemensî & Am-
stelodamensî, annis LXXIX. & LXX. statutum provi-
de fuerat, pro *ἰσοδοξία* inter Fratres reducendâ, &
problematicis seu non necessariis Quæstionibus, in
vectivis, scriptis *crificis* eliminandis. Et verò cala-
mitatem Ecclesiæ Batavæ, ruentis jam tum in sua
fata, certè grassantis magnis passibus ad extremas
simultates, quum me Clariss. Coccejo suffectum
vellent Proceres, (diu hoc ipso renitentem, ut
quem tristitia aliorum exempla commonerent, pa-
cis otis assuetum,) omnia loquuntur. Eruperant
jam in nervum Leydenfes, Ultrajectinæ, Grossin-
ganæ, Franekeranæ, Neomagiensës, Hardervice-
næ concertationes, coalituræ mox in commune
bellum. Erat Belgium jam penè oppressum opi-
nionibus, & laceratum odiis, & fraternis vulneri-
bus cruentatum. Erant divulsæ Academiæ, Ca-
thedræ disceptæ, Pastores divisi, Auditores in
partes distracti, adversa ubique studia, passimque

Syn.
Euch.
1672.
Art. xv.

Overt.
Ouz.
p. 9.

Curcul.
A. d. iv.
Sc. i.

Syn.
Hærl.
1669.
Art. xlii.
Syn.
Amst.
1670.
Art.
xxxviii.

Ma-

Magistratus illis innexi qui faverent rebus novis. Jamque exercuerant istæ *συρρίξεις*, ea ingeniorum *προπέτεια*, materiam litigiis, odiis, scriptis in dies suffundentium, exercuerant (inquam) varias in *Australi & Boreali* Hollandiâ Synodos, harum ut Acta testantur, Hollandiæ ne nunc limites excedam. Quæ ut gerebantur in publicâ luce, ita clam nobis esse, agentibus Palatina tum halcyonia, nec publicæ voces, nec adversa scripta, nec crebræ literæ Hoornbeeckii, Maresii, Valkenieri, Arnoldi, Montani, aliorumque patiebantur. Et quum invitantibus ad se Frisiis anno LXXVIII. difficilis ego reluctarer, hos mihi stimulos addebat Rever. van der Wayen: *Quod autem maximum est, Ecclesiæ te possunt tempora & vices, te virum veritatis & invariata Theologia tenacem, osorem & hostem Periculosa Novitatis, cujus gurges Ecclesiâ infestare velle videtur, ni obviam eant illi quibus datum vestigia premere Heroum, quorum ex filiis & genuinis discipulis te boni omnes pradiant. Et vix pedem in Leydense Athenæum intuleram, quum Vir amicissimus ita salutaret: Gratulor tibi ex animo istam stationem, Academia Doctorem solidum & recepta fidei tenacem. Faxit Deus Parentis aliorumque Clariss. decessorum premens vestigia, laboranti veritati succurrat, quin jam nutantem firmes & collocet in tuto. Hæc enim, meâ quidem sententiâ, nunc tempora vivimus, si unquam, veritati qua secundum pietatem est, omnis generis Novitatibus & Laxitatibus, periculum creant homines vanitatum & novitatum avidi. Qui aliquot jam annis impune grassati nisi tandem reprimantur, remedia respiciet validissima malam immedicabile. Vides qualia detoxerit Clariss. Maresius. Ego quoque tam in tractatu *Anti-Wolzogiano*, quam in Epistola de Reconciliatione D. D. Voetii & Maresii, specimen dedi. Si comparatio instituat, non dubito, quin ipse Arminius longè propius à veritatis tramite aberraverit, quam ille.....*

Nihil hîc, *φίλιτρον κάος*, invideo celebratissimi Cartesii, quem mihi in Mathematicis & Mechanicis Disciplinis solertem das, liberali præconio, & quem in his unum opponit Viris prioribus recens ætas, invitis quanquam Gasendo, H. Moro, Fromondo, Morino, peritis aliis istarum artium. Maneat Cartesii nomen plus uno perenne sæculo, habeat ille in Geometricis aut in Dioptricis principatum, legatur frequens orbe toto, emineat acuminis laude, inventorum felicitate, indagacionis solertiâ, ac perspicuitate dictionis, & dispulerit in nonnullis tenebras quas in scientiam Naturalem inscitia & barbaries induxerat. Non id sollicitamus, mi Frater, quicquid mendaci famâ vulgatum sit, nihil his intercedimus, nec illi libertati, quâ Naturæ tot abdita Philosophus quàm diligentissimè rimatur, perquirique *τι ἢ τῆ φύσεως κατάληλον, ἢ τῆ ἀληθείας σύμφωνον*, modò non suspenso etiam in evidentissimis gradu. Facta refero, offensiones pridem Theologis natas, & gravissimas, & oculatis, & emunctarum narium, ex Renati nonnullis, quæ, istis iudicibus, paulo quàm par est Christiano Philosopho liberius vel supposuit, vel asseruit. Stupuit Sacerpenè omnis Ordo, percussus non vano metu, ad sollicitas Hypotheses de Materiæ infinitudine, nullifque hujus Mundi terminis: de mechanicâ Mundi Tra& de Mundorumve fabricâ, per intervalla temporum, naturali corpusculorum motu: de Dubitatione universalis in omni philosophaturo, ne Dei existentia ab hac suspendendi assensus lege exceptâ: de unâ ferè demonstratione Divinitatis ab innatâ Ideâ Infiniti, reliquis sine hac omninò nullis: de fallaciâ sensuum, ex quibus sit nulla certa cognitio: de finitorum Spirituum nullo Ubi, nullo aded Mentis separatæ, positis præjudiciis, receptaculo: de humani Arbitrii absolutâ libertate, quod nos Deo aliquo modo pares efficiat, quod hominem ejus imperio

eximere videatur, in cujus recto usu, qui sit absolute in nostrâ potestate, sit Bonorum nostrorum Summum, quo cavere homo possit ne unquam erret, quo absolutissimum in suas passiones imperium habere possit; & si quæ alia visa sunt principibus Viris, ut mollissimè dicam, vel ἀθεόλογα, vel ἀνλύγεστα. Accedebant vitæ instituendæ nova præcepta, ἀπο τοῦ κώπης, & Moralis disciplina Christi illam haud admodum referre visa. Hinc regulæ circa Religionem cui esset adhærendum; circa Summum quod quæri debeat in vitâ humanâ Bonum; circa medium quo plenissimè liberemur à Conscientiæ moribus (quibus solæ infirmiores anime torqueantur) tenaci scilicet animo propositi semel suscepti, licet ob rationes valde dubias vel fortè nullas. Mox nata infelix quæstio, non de modo enunciandi Scripturarum (sæpè populari, humano, ironico quandoque) sed de rebus enunciatis, deque complexis sæpè falsis, secundum erroneam opinionem vulgi, sicubi res naturales, aut discendas à Philosopho, interpretentur Viri Dei, vix scilicet unquam vulgarem in iis notitiam supergressi. Equidem supertusum postea asperrimis vocibus, quibus indignati fuerant undequaque Theologi, quod leniret oleuto, non sum nescius, ac de emollitis gratulor, nec vim fieri cujusquam dictis velim. Tamen & dicta illa fuere, & scripta, & usu ipso firmata, & parùm ingenuè à Timotheis, Gelasis, Heroibus id genus, æquata Parentis nostri, omniumque Theologorum alteri asserto, Scripturas quandoque loqui τὸ δόξαν, τὸ τὸ φαίνεσθαι: Nempè si voces spectamus, si τὸ τρόπον τὸ λέξεως, si nonnulla quæ dicuntur ex personâ hominum, nec eâ profecto amplitudine, nec quoties illæ Naturam pandunt, & ita ut sensus, veritas, res ipsa, aut tropi evidentia ex Scripturis illis ipsis elucescat. Nec dudum postea prodire ex Cartesii disciplinâ incautiores utique Magistro suo, qui ipsa Fidei nostræ sacramenta, & augustissima Miracula, & scriptas veritates, ad rationis decempedam ac novæ Philosophiæ facem, prudentioribus invitis, exigerent. Tandem, quæ Discipulorum fiducia fuit, successere in Scholis nostris asserta: Fidei præ Philosophiâ nullam esse posse prærogativam, Non minùs contra rationem velle nonnullos Philosophiam esse Christianam, quam si Muhammedanam dicerent; Omnem Philosophiam Religionis expertem esse, & Eshnicam planè; Quod Mundus habuerit principium ex solâ revelatione constare; Sceptici rationes, (dubitantis, an Deus sit in rerum Naturâ, an non fallamur à Deo, an non qui omnia potest etiam possit fallere, &c.) tam esse validas, ut Patronus veritatis & certitudinis cogatur de cunctis rebus antea creditis aliquamdiu dubitare; In Mente nullum esse subjectum, & creati præjudicium, si Mens dicatur Res Cogitans; Bruta non modò non cognoscere, sed nec vivere, nec sentire; Corpore humanum vivere posse sine animâ rationali; De immortalitate Anima non posse ferri certum & determinatum judicium, veruntamen fide credendam, quia Deus nobis revelavit; Animus Bestiarum aequè capaces esse immortalitatis, quàm sunt Anima Hominum; quod posterius, se quòque audiente, publicè in Academiâ assertum & ventilatum, scripsit Vir Clariss. Hermannus Witzius. Ut mittam nunc alia quæ Amplissim. Curatorum nupero rescripto vulgata, nec fortasse pauca quæ lancinaret ipse Cartesius, ut ferè de Democrito Aulus Gellius, multa videri in Democriti nomen data, ab iis qui nobilitatis autoritatisque ejus perfugio abuterentur.

Hæc igitur commissa promiscuis auribus, sæpè incautis, ut plurimum pruriginosis, quicunque tandem istis color accedat, quæcunque sententia sit, quam nunc æquiores esse posse & Christianam largiemur, quis vitio vertat si Theologis indignationem expressere? Et Magistri quidem ipsius effa

Leov. 10. Nov. 1668.

Leov. Non. Febr. 1671.

IX. 11.

Vide Cartesii Princip. Meth. Medit. Tra& de Mundo. C. vi. vii. Part. I. Epistol de Pafson. An. P. L. &c.

Cart. Epist. P. I. Ep. I. De Pass. An. I. 50.

Cartes. de Meth. III. Epist. P. I. Ep. I. &c.

Witt. Differt. 3. Præf. & P. 48. 64. &c.

Tim. Ver. P. 22. 23. &c.

Leyd. 31. Jan. 1671. Thef. VI. Ibid. Th. VIII. Ibid. L. 27. Jun. 1671. Coroll. I. L. 28. Feb. 1671. Thef. XL. XLII. XLIV.

L. Disp. Inaug. 26. Jan. 1672. Supè. L. 11. Nov. 1672. Coroll. 6. L. 8. Jul. 1673.

Th. XVI. Twist des H.C. XXI. P. 276. A. Gell. L. X. C. XII.

ta Ultrajectinis primùm, mox Leydensibus Theologis; jam tùm præfagientibus nescio quod grande malum, ex Philosophicæ hujus Helenæ illectu, in cujus mediis amplexibus fordere tot sacras veritates necesse foret. Et certè

*Ille dies primus lethi, primusque malorum
Causa fuit,*

quocunque commendari hi promiscuè amores, discrimine nullo, in Academiis Belgicis cœperunt. Jamque anno XLVII. inductu Triglandii, Spanhemii, l'Empereur, Revii, Theologorum non obscuri nominis, Academiæ gubernacula moderante Parente nostro, datæ sunt ab Ampliff. Curatoribus ad Cartesium literæ, quibus petière quâ par erat contentione, *ne ab opinione quam à Professoribus Academia, & Regente Collegii, & Theologis impugnata retulisset, ulterius ventilandâ urgendâve abstinere gravaretur, ob ea qua inde timerentur incommoda.* Accedebat suffragium nulli tùm obscurum Illustris Salmassii, Viri supra humanum modum perspicacis, quem de Cartesii iis principiis malè fuisse ominatum, & mihi, familiarius aliquando eodem uso, & aliis pluribus constat. Ac quantoperè jam tùm afficerent superiora ac percellerent summos Theologos, ipse tetteur Renuus, quando in suis ad Elisabetham, *unanimitè conspirasse adversum se Theologorum Scholasticorum turbam* (placuit hæc deinceps invidia nominis) graviter exposulat, quin & spectasse eò consilia ut opiniones iuz in Synodo aliqua damnarentur. Et prælusurus Gelasiis, Timotheis, ac similibus, piam eam sollicitudinem disertissimis verbis vocat, *Inquisitionem Hispanicâ duriorem.* Institère nihilominus vestigiis decessorum qui successère in hac Academia Theologi, & in Collegio Præpotentum Ordinum Ephori: ita quidem ut quum Anno LXIV. offendifsent magnoperè infertæ cuidam Disputationi voces, in materiâ *de Existentiâ Dei*, sifteretur mox illa ipsa Professorum quorundam suafu & impulsu. Quod gratum adeò & acceptum Patribus fuit qui ad Synodum, in Hollandiæ quin Europæ totiùs Emporio, confluerant, ut delegatis ad Professores Theologos è Confessu suo Viris, solemnes gratias agerent, quod *his tantâ fide invigilassent, additâ proce, ut in eandem deinceps curam incumbere, ne in Theses publicè propositas influerent hujusmodi, qua justissimam offensorem ansam & scandali materiem Ecclesiis suppedisarent.* Et Clariff. Coccejus quidem, uti adversa Cartesii hypothesebus plurima acriùs adstruxit, Philosophicas Scripturæ veritates, Mundi totiùs & extensionis fines, Angelicum ubi, impotentiam humanæ Voluntatis, alia, ita nunquam majore æstu efferbuit quàm in *dubitationis illud principium πολυθευϊσμος*, quocunque fuce medicatum. Hinc quum acutissimus Philosophus Johannes de Raeci, hujus tunc Professor Academiæ, expressisset Disputatione quâdam (fuit ni fallor hæc ipsa de *Dubitatione*) *Esse de omnibus omnino rebus dubitandum, in quibus vel minima dubitandi ratio occurrit: Dubitandum aded de existentia nostra Mentis, de existentia Dei &c.* Rursum, *Seriò & ordine philosophante existentiam Dei in dubium esse revocandum, hoc est dubitandum an Deus existat: Idemque Vir Præstantissimus, motâ ipsi in Senatu lite, quàm benignissimè esset rem omnem interpretatus, tamen adeò non tulit Coccejus, nec acquievit dictis, ut etiam lancinaret assertum, Theses induceret, & frustra reclamantem Philosophum coërceret, à quo & saluti sic fatis responsum tulit, Tu ignarus es omnis Philosophie.*

In Epist. Cart. P. II. Ep. XIX.

Ep. P. I. Ep. XIX. P. 43. Ibid. P. 44.

Synod. Amst. 1664. Art. LVIII.

Disp. de Dubit. 3. Dec. 1665. Resp. Martino Duyck. Thef. III XII.

Equidem adeò moverant stomachum piis quaquaversum Theologis illi animi novæ Sapientiæ, revelationis æmulæ, immodica illa libertas philosophandi supponendique, non nesciis magistrâ experientiâ quid indè Sacra Disciplina esset contractura labis, quidve decessurum Scripturarum authoritati ex Hy-

pothesibus id genus, ut currente anno LVI. Classici Synod. Dordr. 1656. Art. XLVIII. Hage Comit. 30. Septemb. 1656. Conventus, & Synodus Hollandiæ Australis, suffragante potiori parte, obstitendum esse his principiis judicarent. Quo factum ut, Septembri exeunte, decernerent Ordines publicâ lege: *Ne Philosophi fas esset Scripturas S. secundum principia sua interpretari, quidquid in his revelatum, tanquam omnium firmissimum, certum, & indubitatum haberetur, quantumcumque humana ratio, etiam clarè & distinctè percipiens, videretur aliud quid suadere, Plus deferretur soli authoritati Divina, quam humano judicio; Adæquo Philosophi deinceps ab iis defendendis aut propagandis qua Scriptura S. adversa essent; Quinetiam, publica tranquillitatis ergò, mitterent propagare illa Philosophemata, qua ex Philosophiâ Cartesii hausta, nunc offensionem normâlis darent.* Ex interpositis quibusdam, quæ ad concordiam spectarent, philosophandi libertatem denuò ita coërcent, ne peccarent Philosophi in *Decreta Curatorum atque Consulorum, successivè condita; multò minùs ne Libros aut Scripta Cartesii prædicti in Recitationibus suis prælegere, docere, aut explicare sustinerent.* Expressâ hoc ipso Statuto pœnâ *Cassationis, aut minimùm suspensionis ab Officio.* Hæc totis lustris tribus, priusquam ego Leydensium Theologorum Ordini inserer, saluberrimo Patriæ Patrum instituto. Mox piam hanc sollicitudinem gratulata sibi Synodus Delphenus, anno succedente LVII. injunxit Classibus & Consistoriis, ne Candidatos ullos admitterent, nisi qui fidem ultrò darent, neque *permixturos se sacra doctrina noxia è Philosophie principia, nec propagaturos ea philosophemata qua, ex Cartesio prompta, essent offensionis multorum.* Factum verò est, anno labente LIX. ut nonnemo Sacri Ordinis Candidatus, Theodorus Callerus, Doctorali laureâ à Theologis ormandus, Disputationem consignaret de *Veritate Religionis Christiana, sed Philosophie novâ sic imprægnatam & turgentem, ut convenientior de Veritate Philosophie Cartesianæ titulus videretur.* Nam & *Preparationem Evangelicam* appellabat, cujus præcepta viam præmonitrarent quâ posset mens verè *Deum sequi, consequi perfectam virtutem, ac gaudere de plenariâ sui perfectione; & præter quædam sententiæ ambiguz, insperferat etiam nonnulla Theologis injuria & contumeliosa, v. gr. traducendo asserta de Cœlorum omnium terminis, deque omnibus in Terrâ propter Hominem factis, ut omnis impietatis & Atheismi fundamentum.* Ast præter indignationem Hoornbekii, aliorumque, in oblitum hunc & legis, & modestiæ, & Ordinis cui adscribendus esset, Candidatum, incurrit quoque Disputatio illam Præpotentum Ordinum, adeò ut valvis hæc quanquam affixa, & in varios distributa, publica authoritate mox interdiceretur. Quâ occasione, & ob invalescens in dies malum, ac gliscentia in Jævenum animos, hinc in Ecclesias, quæ sollicitos haberent pios Antistites philosophemata, placuit Leydensis Presbyterii Fratribus, Januario sequente, decernere ut suus esset Synodorum novissimis Constitutionibus vigor, utque obviaretur iis in Ecclesiâ malis quæ Philosophia nova portenderet, insertâ scil. Candidatorum *Testimonii* formulâ, quæ alienos eos testaretur à *Cartesii iis principiis qua scandalum nonnullis præberent.* Quanquam appellante mox ad Classem, tùm referente ad Senatium Academicum, fautore Cartesii viro Theologo, remque hanc magno nonnullis æstu agentibus, ut quæ ad Professores attineret, nihil deinceps in Formulâ testimoniali fuerit immutatum. Ac fensim tandem factum, ut vix ullo esset amplius loco Supremæ illa Potestatis constitutio, ex quo regnum unus Cartesius obtinuit, iis favoribus qui tunc in Republicâ, in Academiâ, & in Ecclesiâ, plurimum possent. Hinc quum identidem reponerentur illa ipsa Philosophemata, ex Cartesio hausta, quæ ægrè Theologis essent, opposuit Clariff. Hoornbeeckius, Vir

Synod. Dordr. 1656. Art. XLVIII. Hage Comit. 30. Septemb. 1656. Art. XLVII. Mens. Nov. Thef. III. Thef. II. 1660.

Inter
Vet. &
Nov.
L. II.
C. XXVI.

Vir desideratissimæ memoriæ, publicam Disputationem, de *Capitibus Decem*, puta de Dubitatione, Mundo infinito, &c. quiritatus, Theologiam sic à Philosophiâ *impugnari vel destrui*, eamque probandam Philosophiam solam, *quæ Theologia se accommodat, ei nullam vim adferret, aut damnum*. Nec aliter Vener. Coccejus, ut modò visum, quaquam ob arctam deinceps cum altero Collegarum necessitudinem parceret Cartesii nomini; deque ejus Philosophiâ universâ, quam sibi *nondum licuisset perdisserere*, judicium declinaret. Et quo Clariss. Valkenierus, Hoornbekio suffectus, ferretur in eas Hypotheses affectu, quâ ille animi commotione accusaret Sophorum nostrorum licentiam, dictis, factis, literis quas cum amicis commutaret, supervacuum esset retulisse, novissimâ rei memoriâ. Nec mens alia Collegii utriusque Theologici Moderatoribus, Cabeliavio, Hulsio, Gaillardo, multæ doctrinæ Viris; conspirantibus qui Leydensi tùm Ecclesiæ præessent, ut de superstitibus nihil dicam, Viris facundiâ, eruditione, integritate, & causæ Orthodoxæ studio præstantibus. Et horum omnium indignabundum animum, altos gemitus, querulas voces, publica in audaculos scripta, vigiles pro laborante Ecclesiâ curas, Leyda jam omnis cognovit, quum ego iis curis solutus ad Nicri ripas, quâ hic Myrtilletum alluit, conquiescerem in suavissimo otio, nunquam sine terribimo affectu & lacrymis obortis subituro animum meum.

Coc.
Epist.
CLXXI.

Ne verò, *aidε Cymaceto*, Leydensium hæc morosæ sapientiæ tribuas, aut inani cæterorum in Hollandiâ nostrâ sollicitudini, qui scilicet rudes essent bonarum artium, & occupati his aut illis affectibus, vel etiam acti Ultrajectensium stimulis, ex de periculis dictarum Hypothesion exoticæ judicia, etiam illorum qui Philosophicis chartis ippatuerent. Trajecti sanè, præter Theologos, Voetium, Demactsiup, Hoornbekium, Nethenum, Essenium, quanquam Cartesii Physicâ adoptaret Reginus, Medicus & Philosophus, tamen *Metaphysicâ contraxisse*, & vehementer ac cum impetu, cum ipse Cartesius dolet in suis ad Elizabetham Principem, tùm Regii vulgarum Programmâ, & Philosophiâ Naturalis, in quâ ea principia exagitat, in aperto locant. Quanquam is in Scyllam & in scopulos alios incidisse videatur, uti non infrequenti. In Synodo Naerdeni Gallicanâ anno LXVIII. instructus accesserat Vir pereximius Elias Saurinus, cui ut in aliis sic in Philosophicis rebus datum est habere nasum, ut Delphensis Ecclesiæ prævio assensu exposularet, iis imbui principis juventutem, cum in Primâ Philosophiâ, tùm in Morali Disciplinâ, quibus rei Christianæ summa periclitaretur. Quin Vir ille, haud vulgariter eruditus, ea mihi capita ex Autographo suo aliquando recensuit, cum singulorum consuetariis, adversus quæ præcautum provisumque voluisset, & illa ipsa ad quæ offendisse Theologos supra memini, additis etiam ex Cartesio aliis, intactis autem levioribus aut quæ sensum commodiorem admitterent. Ut verò dolorem ista eundem expresserint, publico testatum, cæteris Fœderatæ Belgicæ Theologis, ac principibus Achivis, Groningæ, Leovardiæ, Franekeræ, Hardervici, Daventriæ, Sylvæ-Ducis, undè scripta Schookii, Marefii, Arnoldi, Vogelsangii, Diefii, Wilhelmii, Witzii, & si quæ plura, nihil est quod in re obviâ pluribus commemorem. Neque etiam Classium vel Synodorum, extra Hollandiæ fines, quin & Curatorum in Academiis Geldro-Velavicâ, Friscâ, aliis, gemina pro eliminandis iis philosophematis studia, arcendâque à talibus pube, vel perquirere vacat vel enarrare. Tenuere me tùm adhuc Palatinâ Temple, quum ista inter Geldros, Zelandos, Frisios, Trans-Isalanos, Groninganos, consilia agitarent.

L. I.
Epist.
XXII.
P. 48.
L. V. C. I.

Tom. II.

tur, & surgerent undequaque gravamina, quæ ex Actis Eccleliarum qui volet repetat, aut ex Scriptis hanc in rem Marefii & πάρου, Nic. Arnoldi, Jac. du Bois, Hermanni Witzii &c. Virorum non infimi ordinis.

Vide
Maref.
Judic. de
Th. Pac.
Witz.
Twiff.
des H.
C. xx. &c.

Nullus jam foret hujus Epistolæ modus, si Belgio egressus conquirerem judicia præstantium Virorum, qui quò ducerent Cartesii nonnullæ hypotheses perviderunt. Taceo Gassendum, Morinum, Sorberium, alios, in catris Pontificiis, nec illos abjecti nominis, qui demonstrationem Divinitatis, ut eam Cartesius instituit, centuere ludos & præstigias, quæ jactatum & fluctuantem inter cogitationum incerta non in vado collocarent, sed profundo & *αὐτὴν πλάγῃ* veriùs mergerent. Mitto Joh. Ludov. Wolzogium, in Socini catris militantem, qui suis ad Meditata Cartesii Annotatis, quantum rationi ubique litat, tantum *imaginariam* Cartesii ideam, hinc & *demonstrationem* totam perstringit. In Britannis, à pietate simul & ab eruditione commendatissimis, Henricus Morus, ipsi Cartesio *perspicacissimus*, & hujus quoque in multis summus æstimator, cum alibi, tùm in *Prefatione* Enchiridii Metaphysici sic infit: *Verum enim verò, ut res se nunc habent, si Philosophia Cartesiana, quæ Physicâ quæ Metaphysicâ, statuit, equidem horreo dicere, in quantâ proclivitate, & quàm periculoso in Atheismum*

Ad Me-
dit. III.
in fine
Oper.
Wolzog.
Vide
Epist.
Cart. P. I.
185. &c.
Præf.
N. 6.
Lond.
1671.

*præcipio, mortalium animi constituerentur, adeò nullum in illius philosophandi rationibus occurrit, quod eos à lapsu in hunc vesanum maxum prohibeat, satis firmum retinaculum. At verò, inquit, nos non satis intelligere vim ac fortitudinem demonstrationum Cartesianarum, quibus Existentiâ Dei, Animateque à Corpore realem separationem, in Metaphysicis Meditationibus demonstravit! Firmitudinem profectò earum ne bilum quidem, nedum satis, intelligo; infirmitatem verò fortasse plus satis. Mox; Cartesiu non tam de demonstrandâ Dei Existentiâ sollicitus, quàm ut ne ipse Atheismi suspectus foret, ob Mechanicas suas Mandorum condendorum rationes. Samuel Gott, Armiger, acutissimus Philosophus, in *Prefatione* Historiæ Genesicòs, præmissâ Cartesii hypothesi (quâ hic ex Corpusculorum diverso motu, figuris diversis, deducit omnia Mundi adspectabilis phænomena, ac solem, planetas, stellas constituit Centra omnium Vorticum) revocans Lectorem ad Mosaicâ Tabulas; *Aut hæc, inquit, non est Scriptura, aut ista non est Philosophia. Vocatque eo in loco Cartæam* Philosophiam, quæ Mundum aliter in chartâ describit, quàm illum Deus in Naturâ & in Verbo. Robertus Fergusson, Libro Vernaculo, cui titulus *Imareffe. Rationis in Religione*, ista habet: *Affirmare mihi liceat, esse facillimum probare, Cartesianam hypothesim tam esse adversam Religioni quàm fuit ulla hætenus Philosophia, Orbi cognita. Mox; Mirè hæc videntur amica Atheis. Insistitque Vir Eruditus his potissimùm Hypothesibus tribus, ut inimicis Religioni; primæ, de *Motu materia secundum leges mechanicas*, undè exurgere possint omnia Mundi phænomena; alteri, de *Dubitatione* seu suspensione assensus, ut quæ ad Scepticismum ducat; tertiæ, de *clarâ & distinctâ perceptione*, quæ sit cuique *Mensura veritatis*. Edwardus Stellingfleet in *Origini-* bus Sacris, Cartesio aliâs addictior, expendens eam Hypothesim, quæ *sustinet originem hujus Universi, ejusque rationem, exponere sine Divinitate*, fatetur, *illam aptam natam trahi in abusum, ab iis qui in Atheismum præpendunt, ut qua tantum tribuat possessi materia. Alexander Pitcarn, Scotus, Professor quondam, in nuperâ *Anatome Cartesianismi*, relecturus Metaphysicâ Cartesii contemplationes, sic ferè orditur: *Ut Cartesius, inquit, ita & Vaninus Atheis bellum indixerat, & contra eos disputaverat, & edidit Libris scripserat, sed ut hic ita & ille, submotis argumentis solidis & nervosis, straminea & infirma subsistebat.****

P. 5. 6.
Lond.
1670.
P. 248.
&c.
Lond.
1675.
L. III.
C. II.
P. 468.

Lond.
1676.

Ppp. Quo

Anw.
contra
Heid.
p. 108.

V. Bax-
ter. de
Immort.
An.
p. 494.
Willis de
Ferm.

p. 3.
Sorb. in
vitâ Gass.

*Quo animo scripserit Cartesius non inquiri, sed quo argu-
mento contra Atheos contendat jam dispiciendum. Quæ
facti ad Atheismum gradus criminatio ut mea pro-
fectò non est, ut illum hoc loco non intendo, ut
gravior nulla datur, ut ferebat indignissimè Episco-
pius in objectante sibi Heidano nostro, viam scilicet
ad Atheismum ad Epicureismum ejus sententiâ sterni,
itâ non fuisse, hac in causâ, unius illum aut alteri-
us in Belgio Theologi, non unius fortè Voetii,
Schookii, Maresii, Vogelsangii, Hulsii, hæc sol-
limumodò testimonia docent. Taceo aversos ab
Hypothesibus Retorfurtius, Barlovios, Owenios,
Fellos, Parkeros, Theologos alios in eâ Gente exi-
mios, ac nuper Richardum Baxterum, quin & Tho-
mam Willisium, apud quos legas supponi Cartesii
principia, non demonstrari, esse conjecturas fragiles,
quarum si una fefellerit tota compages dissolvatur, ab-
eat in pulverem, in atomos &c. Ne jam advocem
Thomam Hobbesium,*

*qui ipse sat habet quod in se possit verè dicere,
quique Gassendo mirè affurgit, in Metaphysicis Dis-
quisitionibus Cartesii hypotheses retundenti. Et
has suis limitibus prohibuit in hunc diem omnes
(rigore qui nostrum longè excedat) Oxoniensis
Academia; intra Cantabrigiensem nuper admitti
coeptas, Galli ut audio Philosophi, Antonii le
Grand, potissimâ operâ.*

*Porro extra Orbem Britannicum, intercedere
quaquaversum graves hodieque per Germaniam
Protestantem, Transylvaniam, Helvetiam, Gal-
liamve Reformatam Theologos, ne imbibat Aca-
demica pubes ea ex Cartesio principia, quæ aut cum
Scripturarum autoritate, aut cum pietate Chri-
stianâ, conciliari posse nulli vident, scripta, leges,
usus hodiernus testantur. Quod ipsum revocat mi-
hi intermorituram nullo tempore memoriam Col-
legæ quondam mei, in Heidelbergensi Academiâ,
optimi desideratissimique, Joh. Henrici Hottingeri,
negati tristissimo fato Palladi nostræ Lugdu-
nensi, quum illum fors inopina*

*liquidas projecit in undas
Præcipitum.*

Disert.
de Hist.
Phil.

27. Sept.

*Nam nec superbientem ille Philosophiam tulit, itâ vo-
citabat, nec dissimulavit subindè apud suos, quid
esset ab Hagare illâ nostræ Saræ metuendum. Et
indignatus crescere illi in Belgio animos, itâ in suis
ad Rev. Montanum affinem mihi conjunctissimum,
datis Heidelbergâ anno LVI. Nova liris femina dabit
Philosophia Cartesiana, pro quâ tantopere alii depugnant.
Nescio an Helena illa tot consistibus sit digna. His fe-
rè in istis paulatim ad altiora grassantur, qui Humano
omnia metiuntur modulo. Mitto Helvetiorum hæc
nomine anxios nuper animos, sollicitas literas, pro-
vida consilia; adeò ut, quum recentes è Belgio ju-
venes, his principiis gravidi, spirare unum Carte-
sium inter suos viderentur, & vires alii suffunde-
rent, ac scriptis hinc literis (Heidelbergæ quum
securus agerem) Bernates quoque hæc ad cupedia
Fautor nonnemo invitaret, protinùs omnis Clerus
admotas machinas frangere, ac spes sollicitantium
cludere, suarum partium esse crediderit. Rem-
que itâ mihi significabat venerandus Bernatum An-
tistes Hummelius, amico Epistolio, inouente ferè
anno LXX. Unum superest, quod & publica concernit,
& me angit. Quid Philosophia Cartesiana boni officii
aliis in locis, te non latebit: Strepitum illius per juve-
nes nonnullos Viros & hic loci aures invenio, sed ob-
stitimus omnibus viribus, & quantum hic Auctor prin-
cipia nostra Theologia infirmat, no aliquid durius di-
cam, ad oculum A. A. Precaribus monstravimus, qui
ad votum piorum nobis manus auxiliares præbuerunt.
Nec tùm alia Tigurinorum, aut Basileensium
mens fuit, ingemiscientium quandoque suis ad me
literis illi malo, quod ex Philosophandi licentiâ in*

Bernz. 6.
Febr.
1670.

*Theologiam incumbere cernerent. Par quoque
Brenensium studium, & olim & admodum nuper,
faciente cum Theologis Ampliâ Magistratu, &
legis freno suos intra fines Philosophiam Novam
coercente, recentissimis etiam ut audio factis. Et
quanquam seu in Academiâ mihi patriâ, Geneven-
sem inuovo, seu fortasse in Reformatis aliis, liberior
viget philosophandi ratio, multis in Cartesio vel
probatas vel toleratis, quæ Naturæ occulta diligen-
tius fortè quàm factum vulgò in Scholis fuit explo-
rant, tamen modus servatur, Scripturis fasces submit-
tuntur, interdictis abstinetur, cum Theologis conspi-
ratur, & caventur illas Hypotheses, ad quas vel pro-
bos offendi, vel indignari Viros graves, antè monui.*

*Atque has ipsas intra lineas consistere hujus A-
cademiæ Sophos, cum Theologorum vota, tùm
Rescriptum Ordinum, & Curatorum iterata mo-
nita, quâ voce quâ scripto, unicè contenderunt.
Ac felix quidem Leyda, felix Academia,*

civesque habitura beatos,

*ea si tempora vixissemus. Sed ut itum sit in alia
omnia, & in vetita, ac tantùm non in omnibus
Cartesio litatum, & palàm ac datâ operâ, quæ
erat tunc præsidiorum fiducia, etiam in iis quæ
invidiæ plenissima essent, & quibus Theologi re-
clamarent, cum ex parte visum, tùm exponent
fortassis alii publicæ luci ex scriptis Tabulis, quam
hic provinciam non occupamus. Quin certâ fi-
de constat, fuisse in proximo Viros Doctos, Car-
tesii cætera cultores, qui prudentiam modum-
que in nonnullis subindè desiderarent, nec his
credo calculum semper addente Venerando Se-
ne, Abrahamo Heidano, conscio quid aut vetaret
lex, aut certè vetaret fieri pudor. Quàm verò al-
tè conceptum illorum animis dolorem existimes,
qui prospentem in ipsa Ecclesiæ & Reipublicæ
viscera mali labem, & succrescens cotidie infelix
lolium observarent; cumprimum verò cernerent sa-
cram Deo & Ecclesiæ juventutem, hoc sidere ad-
flatam, imbibere simul animis odia, præjudiciis in
Theologos plerosque necessariò occupari, à doctri-
nâ priore averti, ad res novas fingi, in studia fle-
cti, & enutriti in spem illorum qui privatis affecti-
bus posthaberent salutem publicam. Sed frustrâ
illi Viri fuere, non aliter constare hæc posse Sacra
videbantur. Καὶ ἐθεύδα ὁ πόλεμος, hinc illæ tan-
dem lachrymæ, & exiguum paucis bonum ingens
toti Ecclesiæ malum factum est. Dùm enim gra-
ves illinc seu in Academiâ seu in Ecclesiâ Viri mo-
dum cum in Philosophis requirunt quem suadebat
prudentia, si non pietas, & Præpotentum Ordini
lex scripta sanxerat; dùm statuunt eundem,
moti rei æquitate, iterùm & sæpiùs, quibus concre-
dita est Academiæ salus; dùm surgunt in Philoso-
phorum ordine qui asserta assertis opponere, à Car-
tesio discedere, conficere Idearum larvas, tanto no-
per applausu excepta convellere, ac certamen experi-
ri sustinent, mirum dictu est! quæ hinc à paucis re-
trò annis odia, qui motus, quæ contumeliæ & ver-
borum & rerum, qui denique furores ultricis flam-
mæ, quam explevisse tunc juvabat. Mirum verò
magis, esse in Sacris Ordinibus, quos aliæ curæ
tangunt, eos Viros quibus nihil Cartesio prius, ni-
hil antiquius esse videtur, daturus in discrimen sua
omnia, dummodò sint in tuto Hypotheses, quæ
haustris vel ex sensibus, vel ex institutione, vel eti-
am ex revolutione veritatibus principio diffidunt;
quæ Mundos Mechanicos fabricantur, Davidica
& Paulina pro Divinitate argumenta vel diffimu-
lant vel infirmant, rationis naturalis judicio, hu-
mano arbitrio, & voluntati corruptæ plus justo tri-
buunt, idque unum agunt ut Naturæ omnia, id
est Materie ac Mechanicis legibus, Providentiæ
parùm tribuatur. Et postquam densò agmine ac
pari-*

paribus votis, indignatione pari, censuras in illa strinxere gravissimi Theologi, etiam quotquot nobis Leydæ decesserunt, fuit nuper invidia omnis in paucos derivanda, ut morosos, ut novellæ superstitionis, ut de rigidâ Catonum gente, ut expertes bonarum artium, ut quibus nec cor limarit Minerva nec pectus Athenæ sinxerint, ut Apellis censor ultra crepidam suam; imò ut à frugibus ad glandes relegandos, vel etiam ad paleas aut carduos, tanquam qui stramenta quam surum malint, fugitentque unguenta & rosas, aut certe

Mart.

Cillis numen adorent.

Inaudivisti fortasse scomma, ob Metaphysica quædam è Cartesio fileri iussa, projici inter suos consuetum; *De his non gustabis asellus.* Quamquam fuissent *Metaphysica* hæc ipsa, jam Anno XLVIII. suadente Theologorum Ordine, interdicta expressis verbis Clariss. Viro Adriano Heereboord, publicè privatimque, tum & successivis Decretis, Archiv. Academico insertis, ab hujus Academiæ finibus proscripita. Dicere aliquanto modestiùs potuissent, quod de Platonicâ Philosophiâ Apulejus, esse eam

Apul. de Phil.

Sapientiam rarissimo cuique Piorum gnarum, ceterùm omnibus Profanis incognitam. Sed modestissimè omnium prudentissimeque Christianus Hugenius, quantum nomen! quanto Patre! at quantus Renati in Mathematicis æstimator, sed cui Præceptor ipse de principatu decederet! Ità enim in suâ ad Franciscum Wilhelmum, Baronem à Nuland, Cartesii Principia *sulfatis, errorum, ac Paralogismorum* publico Scripto arguentem: *Observata tua quod attinet ad Cartesii Principia, opinor nullam horum partem majori cum fructu oppugnari posse, quàm quæ ad Physicam spectat: Disputatio enim de Ideis, deque Existentiâ Dei, eâ viâ quam Cartesius invenit, est iudicio meo obscurissima, nec in illo genere quicquam dicitur, quod possit convincere.* Hactenùs quæ de Cartesianis apud nos motibus rescire, Vir mihi colende, desiderabas. Quibus proclive fuisset addere, ex Actis Academicis, ipsa Curatorum Rescripta jam indè ab Annis XLVII. XLVIII. L. LI. LIII. LV. & deinceps sæpè, quibus Cartesii illa principia ne in *Theobus* quidem, *Corollariis, Parergis, Annexis, Impertinentibus*, ullive in *Scriptis*, aut ullâ *Institutione* cujuscunque tandem generis, tradi permissa, nec sine gravissimis Sanctionibus.

Parif. 26. April. 1669.

Verum enim verò, Mi Frater, parùm hæc esse quæ dixi, videbantur, deerat istud quoque nostris calamitatibus, in Theologiam ut penè universam species nova, nova in Scripturas penè omnes sententia, & in Formulas passim, præcipiti gradu succederet. Nec abnuet, scio, siquidem colligere in unum ac conferre libeat quæ, paucis ab hinc annis, in hac juxta & vicinis Academiis, *exemplo monitante viam*, diversum à majoribus tradita, scripta, asserta, vindicata, Questionum nullo fine, ridentibus in sinu Adversariis, & ingerentibus probra, atque Hilarii illud occurrentibus; *Una in tantâ prædicationum diversitate fides non est.* Parvo autem, Amicissime, nec hanc mihi dicito legem, ut sigillatim longaque serie retexam eas *ζητήσεις, διαφάσεις, ιδίας δόξας*; quandoque *μάχας* *πρὸς τοὺς λίξας*, amantium

De Trin. L. XI.

— spargere voces

In vulgum ambiguas, quæ novissimis annis, intra Fœderatæ Reipublicæ terminos, offensionem multorum, querimoniis, scriptis, odiis, horrente Belgio, stupente Europâ, Ecclesiâ ingemiscente, bonisque frementibus justissimo dolore, occasionem pepererunt. *Νόρον πρὸς ζητήσεις ἢ λογομαχίας* diceret hodieque Paulus; *δοξασίαν ἢ τὴν ἀλήθειαν διρημένοι νομιζόντων*, & ut plurimum *πάμποδα πλάσμα*, Clemens Alexandrinus; *λεπτολογήματα πίστεως*, Epiphanius; *difficiles*

1 Tim. VI. 4. Clem. Al. L. VII. Strom.

questiones, per quas nos Deus ad beatam vitam non vocat, Hilarius; tolerabiles quandoque ineptias, Calvinus noster; ut taceam vulgatum illud Melancthonis, Belgio notio à petulantia ingeniorum malè pridem ominantis. Clamant omnes, hæc sunt ad Astra! verissimum illud Lucani Vatis,
hæc iter est Bellis!

Hil. L. x. de Trin. in fin. Calv. Epist. ad Cnox.

Et quod mirère, diversissima singuli, adversa plures, omnes tamen si illos audis in Veritatis, in Scripturarum ex æquo admissi penetrare, pari autem studio ἀναλακῆσαντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀσπίδα *div recalcitrantes adversus traditam doctrinam, κατὰ φρονήσαντες ἢ παρ' ἡμῶν ὡς διτελών contententes nostrά τανταῦτα vilia, ὑπερβλήω σπουδασάτες τὸ κοινὸν ἢ πῖστος quod communiter creditur superare sentendemes,* quam nonnullorum fiduciam pertrinxit suâ ætate Alexandrinus ille Clemens. Eoque obtentu quàm eatur sæpè in alia omnia, ut frequenter homines *δοξασοφοί* vel *ιδιογνώμονες* (dum Scripturas appellant, dum prætexunt veritatem, profectum, lucem novam) deprehendantur *ἐκβῆσαι τὴν ἀλήθειαν, υπολίζαν τὴν ἀλήθειαν, βιάζεσθαι ἕως Γραφῶν, ἀποχερῶσθαι τὴν ἐξῆ, ἀμφιβόλως εἰρημῶς εἰς ἕως ἰδίας δόξας μεγαλύνει, occidere à veritate, obscurare eandem, vim Scripturis adferre, abuti harum dictione, ambigue dicta torquere in sententiam suam,* graphicè idem enarrat. Speciosus sanè nihil est decantato illo profectu in cognitione rerum, in veritatis indagine, in abditis Scripturarum eruendis. At immemores multi, insuffurasse hanc crebrò & identidem cantilenam Sectarum omnium conditores, ac nuper Vorstianæ & Remonstrantiæ. Nec vident, nihil non Scripturis hoc nomine affictum, præcone experienciâ; non semper margaritas, aut pretiosa, ex Oceano illo sapientiæ, à scrutantibus erui; falli in iis plus sæpè, qui post fallunt ex iis; novitate Interpretationum ut plurimum humana ingenia capi, vanâ sæpè sub imagine; ac speciosam rem fuisse semper Veritatis hujusmodi indaginem, vanitatis sæpè Fœtum, contentionum plerumque Matrem. Haud cogitant, parùm ab iis profici qui sibi jam aut sufficiunt aut sapiunt; profici quoque in dubiis, defici in apertis; otiosa inquiri, necessaria negligi; fervere studia, intereà charitatem frigidescere; & obscuris Mysteriis non infrequenter posthaberi evidentissimam omnium Veritatum, quæ est, sapiendum sobriè, agendum strenuè, amandum impensè, turbandum nunquam. Nec temeritatis notam illi effugiunt, qui Ecclesiam omnem priorem, ante hunc quem volunt *profectum*, causantur fuisse cognitione infantem, studio segnem, indagatione intelicem, *clavi Prophetia* destitutam, & ἀπίστον in *sermone justitia.* Et quid fiet securis huic nostro sæculis, si pari singula aut priorum contemptu, aut sapientiæ opinione, ac *profectus* in Religione, (nec ingenia hæc ulla negabit ætas) ante se tradita convellere, constituta destruere, adstruere novella, Ecclesias commovere, ac dissentientes vituperare, iis animis perrexerint? Aut quid dicturus hodiè Phil. Melancton, illa pietatis, eruditionis, prudentiæ, & candoris imago, indignatus jam suo tempore; *Exoriri multa ingenia, quæ vel propter curiositatem, vel propter ambitionem,* (qualia omnes perindè deprecantur) *ea quæ tunc in Ecclesiis rectè traduntur, ἢ optimâ fide ac simpliciter explicata essent, novis præstigiis commutare ἢ obtuere studerent?* Ac pridem Hilarius Pictaviensis negaverat esse hunc *doctrina profectum*, aut hanc *doctrina religionem* (ut suo quoque tempore culpam Novitatis prætexebant) *conquirere contentiosa magis quàm docenda, aut concurrere doctrinam.* Nec pigebit reposuisse quæ olim ipse ego, Oratione de Prudentiâ Theologi, quàm Leydeni primùm è suggestu dicerem: *Quod olim de Gymnosophistis Curtius, Deos putans quicquid*

Clem. Al. VII. Strom. p. m. 757. 758. 759.

Supra.

Argum. in Ep. ad Rom. f. 2.

Hil. de Trin. L. x. ligit.

colere ceperunt, ita de his affirmandum sapē venit, Divinum putare quicquid tradere ceperunt. Et quemadmodum Discipuli habere aliquando Christum pro phantasmate; sic hi cogitationum suarum phantasmata habere pro Christo. Hinc privata causa publica simulachra larvatur, praxitur τῆ ἰδίᾳ Ἐπιλόγῃ Propbetia canon, novitati antiquitas, ambitioni zelus, traditis necessitas atque momentum. Nec Veritas amplius, sicubi arnam ingressi, aleamve subire certaminis, sed Victoria intenditur; cedere omnes verbis prompti, sed quando victi ex Scripturis fuerint, vincendi nunquam; ac cuius potius deservire affectus, dummodo quod volunt, quod gessunt, consequantur. Imò quod est omnium maxime luctuosum, addere ut plurimum inveniētes pendentes ab ore Discipuli; expressa quandoque Magistris innocentiū vertere in non-tendendi materiem; principio solius Methodi aut locutionum causari discrepantiam, proclivi mox gradu à Methodo ad methodum, à vocisignis ab vituligitia, à verbis ad sententias, uti à Problematis ad ἀποδείξεις. Et hanc si qui recocctam crambem dixerint, nā videant illi manticae quod in tergo est, memores nunquam nimis dici, quod nunquam satis dicitur; nec tam crebrò ad Hemistichia sua, aut integros etiam Versus, Homerum vatem, vel Epigrammatarium ad Leonem suum & Leporem, quam nostros hodie ad precariò assertas Hypotheses, & Profectum nescio quem, nimis certè ἀμφισβητήμῃον, recurrere.

Nunc verò paucis, quando ita jubes, de iis quae propiùs nos contingunt malis. Ac de Clariss. Wittichio, Collegā hodieque honorando, quocum inimicitias nullas exercui, cujusque nihil vel laudibus vel virtutibus detractum volo, condonabis mihi rarum sermonem, ac silentio proximum. Abhorruere semper à moribus meis fraternae lites, nec cum Collegā Theologo committar unquam, ne si retundenda injuria est, quoquomodo, etiam per alios, illata. Quae autem illi pridem cum Clariss. Viris, Maestrichtio, Revio, Du Bois, Essenio, Herbino, aliisque, dissensiones fuerint; quae cum Ceber. Marefio deinceps jurgia, & in publicā harena certamina; quae eidem cum Geldris, Ultrajectinis, Zelandis, Trans-Isalans, Frisis, aliisque passim accusatoribus, causa & ratio; quae ex ejus seu Dissertationibus, seu Dictatis, seu Theologia Pacificā, offensiones acceptae; quo jure quāve injuriā graves tot Theologis, tot Confessibus curae; res haec in publicā hominum luce & quasi in teatro versatur. Si quid capio, praeter assertas ex Cartesio eas Hypotheses, quas concoquere vix Theologi illi potuere, quotquot, (ex Zanchii nostri voto) omnis subtilitatis, intra terminos Scripturarum nos contineri praeciperent, id potissimum Erudito illi Viro culpae datum est: quod de Philosophicis Scripturarum complexu secus sentire visus sit, ac ferret earum dignitas; quod harum interpretationem, ubi materia fert, ac Sacrae disciplinae illam, accommodarit non infrequenter Philosophiae novae; quod item familiarem seu Leydenibus ante me Theologis, seu reliquis ferè, vel tradendi vel respondendi modum, etiam in gravissimis de Atributis Dei, de Incarnatione, de Fide, de Operatione Gratiae, aliisque Capitibus, sua quādam methodo, in suspensionem prejudiciorum, vel ἀπολογισμῶν, adducere quandoque videatur. Unde Marefiani cumprimis Systematis perpetua Censura, ex hac stricturae in Censuram ἀποδείξιμῃ, hinc materiae & grandia certamina. Nec in postremis offendit Marefium, Zelandos, aliosque, Viro Clarissimi illa suasio, de cobibendo assensu ab omnibus iis, etiam recipiendis fide Divinā, qua non clarè quis & distinctè percipione (quā intelligi vix poterant perceptionem fidei, ac supernaturale Spiritus S. lumen) tanquam mensurā omnis assensus, perciparis, necape sic esse à Deo

revelata. Quo ipso faveri haud obscure illis censuere (facta narro) qui, indignante summo jure Cl. Heid. de Heidano in Episcopium, in fidei rebus omnia exigunt ad propriam perceptionem, ut lapidem Lydium; qui negant posse esse à Deo revelata, quae sana hominum ratio falsa deprehendit, & aliena à Dei Hominumve sapientia, bonitate, aequitate, justitia; qui revera consistunt suam perceptionem mensuram rerum, seu veritatis, quum has oporteat esse mensuram nostrae perceptionis. Et illa ipsa Venerandus Senex vocat monstra, & impiis Smalcii vocibus quam simillima. Sic existimant, nasci illis opportunam exceptionem, de cobibito justè assensu, qui nullo furo, nec simulatā conscientia, obtestantur nostram fidem, nunquam se clarè & distinctè percipere, esse eo quo traduntur modo in Scripturis revelata, vel Trinitatem in unitate, vel Generationem aeternam Filii, vel Incarnationem & λόγῳ, vel Resurrectionem ejusdem numero corporis, vel adoranda alia Mytheria. Parumque haec tandem consentanea credidēre omnes illi Viri, vel Paulinis praecceptis de captivando omni intellectu, nec exigendis Divinis ad sapientiam naturalem carnis; vel Augustinianae doctrinae, cujus in his summam, Pius in Colloquiis, ita nuper complexus est Reipublicae, Ecclesiae, ac saeculi deficientis immortale decus, Johannes Wiertius; Latiosa scientia, cuncta rimanti & penetranti, substituisse Christum in Ecclesia sua fidem, cujus obscuritate Mytheria teguntur, ut eorum cognitio sine cognitione hominis salvaret. Denique miratus aliquando fui Doctiss. Perizonium, Daventriensem Theologum, à Cartesio non alienum, quam maxime à Marefio, Clariss. autem Wittichio amicum, quem & moderatum, pacificum, ac tolerabilem mihi Collegam aliquando auguratus est, tamen in haec ad me verba, quae ex Autographo reddo, scripsisse quondam: Optem novum Collegam tuum horridiora nonnulla, quae in illius Theologia Pacifica leguntur, quaeque S. Lucevis parum consentanea videntur, & ad salutem, vel ipso iudice, necessaria cognitum non sunt, pacis retinenda & offensionum vitandorum causa, suppressere. Sed ista vota mea sunt. Quae non ad Collegae honoratissimi invidiam ullam referri à me credas, cujus causis procul habeo, & sanctè tibi adjuro, sed ut illam quā apud nonnullos flagro, quaeque facta mihi in publico est, à me depellam; quasi ex praecipuis unus Orthodoxiam illius Viri, cujus demereri pridem contendi amicitiam, & porro annitar, fecissem ambiguum. Nec perfundar majore unquam gaudio, quam ubi Vir prudens factis cumprimis objecta plenè diluerit, suspensiones expurgarit, re probaverit ipsa scriptas pro se Defensiones, & si quae diversa in pluribus sentit sibi porro habuerit, metamque ad unam nobiscum collimarit, ut simus συγκείμενοι τῷ αὐτῷ κανόνι, & si non φρονέμενοι τὸ αὐτὸ, ex Apostoli voto, saltem loquentes nostris τὸ αὐτὸ, ἕνα ἡμῶν ἢ ἑξ ἑκάστου. Atque hanc ipsam veram demum esse nec simulatam concordiam, cum Venerandus nos Heidanus supra docuit; tunc intelligebat magnus ille Theologus Lambertus Danæus, quum huic nostrae Academiae valedicturus, hanc inter alias causam daret; non posse extare suorum laborum fructum, si eodem in loco, quae ipse destrueret, alii re ipsa destruerent.

De incluti hodie nominis Viro Johanne Caspejo vix unquam cogito, quin subeat animum meum Originis Adamaotii, Viro quanti! haud invidiosa ex tabulis Ecclesiasticis recordatio. Utriusque sacra eruditio plurima, labor immensae molis, studium Scripturarum indefessum, diligentia incomparabilis, spocata pietas, fervens zelus, ingenium πολυρραφῶν, Commentationes crebrae, valetudo par tantis laboribus, senium propè geminum, fors etiam in eo similis, dum laborant quandoque invidiosus, ex

Mart. L. 1.

De Oper. sex D. T. III. L. II. C. XII. ubi de motu & loco Spirit.

V. Mar. cef. Annot.

Theol. Pacif. C. III. §. XXIX. XXX.

Causa D. L. v. C. XI.

Ibid. L. I. C. I.

Cor. I. 5. Rom. VI. 7. & c.

Colloq. II. P. 9. & c.

Daventr. VI. Id. Dec. 1674

Cor. I.

A. 1582. Ex Actis Acad.

Vide
Hæc.
L. II. C.
III. &c.

infanda Hereseos suspicione, & ex Discipulorum vitio non suo. Quamquam in Adamantio nonnulla, ut Philosphicarum disciplinarum usus, Interpretum omnium diligens lectio, in Scriptoribus Ecclesiasticis exercitatio, sed & ἀνεξιχνίαστος, remotio à sede Alexandrinâ, alia, quæ minùs fortasse quadrent. At verò quod primo accidit Origeni, ut ingenio suo permitteret plurimum, ut reconditiorem Scripturarum sensum extunderet, historicum frequentissimè negligeret, sua φαντασματῶν pro Divinis mysteriis venditaret, affectaret ἰδίας δόξας, ab usu Ecclesie in pluribus discederet, offensiones se vivo daret, esset laudatus ab his culpatus ab illis, magna Nomina concitaret in sui vel laudem vel accusationem, Origenismum ex se imprudens parturiret, Ecclesiam post fata nescius ipse discerperet, turbis, simultatibus, odiùs, anathematis materiam per aliquot sæcula suppeditaret; utinam istorum non species quædam & imago in Coccejo nostro, cum primis verò in filiis ac nepotibus, revivisceret! Quæ non ad compositi placido nunc somno Viri (tenacis utique fundamenti, nec certè vel Ario vel Pelagio cum Origene præcurrentis) contumeliam dicta velim. Et ut pro Coccejo Viri Docti, sic pro Origene quondam, & magnis quidem animis, Dionysii quoque, Heraclæ, Pamphili, Hilarii, Didymi, Nysseni, Chrylostomi, Ruffini, Johannes Hierosolymitani, Viri alii primæ notæ, ejus in laudes effusi, decertarunt; de quo & iniquior aliàs Hieronymus, *Vellem cum irridisâ nominis ejus habere etiam scientiam Scripturarum.* Certè de Cocceji nonnullis verius fuerit, quam de Calvini discipulis, illud Isaaci Casauboni ad Utenbogardum; *Calvinus fuit vir magnus, sed per Discipulos res in pejora ruerunt.* Exegerat Coccejus annos complures in utrâque Academia, Franckeranâ & Leydensi, priusquam in nervum cogitata illius erumperent, aut μίτος ἐξείροθον ἄν, aut discriminans hodie Sibboleth audiretur. Prodierant dudùm Ultima Mosis, & Collationes de Fœdere, in quibus sanè quædam abstrusioris sapientie, & occultioris intellectûs, nec usitata ἁποτύπωσις Fœderis Dei, atque etiam immanata Mosaicæ Oraculi enodatio, in quo sint signa successiva temporum, Periodi novissimæ septem, omnisque Ecclesie utriusque historia & status, à Mose ad consummationem omnis ævi. Observare in his potuerant Viri acumen, studium pium, methodum oppidò singularem, imaginandi vim miram, si quibus tum legere aut expendere volupe fuit. At nec omnibus tantùm abs re suâ otii, quum nonnisi ab attentis & doctis attingenda pleraque forent; nec, quâ erat tum Vir ille modestiâ, propinabat ista aliter quàm ut pia Cogitata, & Considerationes quasdam suas; nec abierant in ἀνοδείζουσ, in κωλύουσ δόξας, in certas dein hypotheses, quibus superstruenda esset Theologie tota moles; nec augenda indices novis accessionibus, cogitatis, interpretamentis, in Systema planè novum, in contentiosas Disputationes, invidiosa Scripta, Conciones captandis plebibus, propagandi callida consilia, fœderum pactiones, ac partium publica studia, defutura hæcce credebantur. Ac prima Theologici hujus belli femina ex Controversiâ Sabbaticâ moveri coeptâ anno LVIII. per eam adductis Collegâ utroque in confederationis cuiusdam & interioris amicitiæ jura, conspirantibus sententiis, studiis, animis, ac Scriptis in Clariss. Hoornbekium: undè & *peculiares habere se causas, cur sacrosancta ejus sibi memoria esse debeat, Celeberr. Heidanus in justis Coccejo persolutis, quamquam non in omni expositione idem cum Coccejo sentiens. A quo tempore alienari à se invicem Virorum maximorum animi, distrahi Pastores, abire in partes Discipuli, Coccejus in cælum tolli, hujus methodo infisti, in eam juvenes sollicitari, Hoornbekius*

Procem.
Trad.
Heb.

Epist.
Ecclef.
P. 325.

Heid.
Orat.
dictâ
A. 1669.

Heid.
Orat.
eid.

Cocce.
Epist.
III.

interea melioribus adscribi. Tum & Scholastica Theologia nomine, quæ studium S. Literarum ab Ecclesiâ Epist. tolleret, prior omnis infamari; incumbere datâ operâ uni Coccejo Viri perdocti; obscurius dictis lucem, sparsis methodum, dubiis ἀνοδείζουσ, speciem, singulis pondus novæ autoritatis, receptis verò majorem indices invidiam, addere. Quin Coccejus tot applausibus se ipso quasi major, dum

— nihil est quod credere de se
Non audeat quum laudatur,
prout est suorum quisque studiorum cupidissimus, ac sicubi ἀντιόδοχα irrepsit,

καθ' αὐτὴν ἰδεῖνδὲ μᾶλλον ὀδύνη, ex eo quoque sua præfidentius dare, Scripturas omnes in suas Hypotheses inflectere, perpetuis diviticulis in eadem commentando digredi, πάγειν nusquam παρῆναι, inculcare ubique, urgere vehementius, & contradicentes impatientius ferre. Hinc & graves in Orthodoxos Theologos voces, expressæ illi Viro frequentius; esse dissentientibus *segnitiam in audiendo; Socinianos adjuvare; parum esse in Scripturâ eruditos; habere Scripturas eo loco quo Pontificis; esse etiam nostris Christum σημεῖον ἀνὴλθεγόμενον; suspectum facere studium sacrarum Literarum; inò tollere ab Ecclesiâ; Satana operam navare; blasphemare Scripturas; non intelligere quæ scriberet, quia is cum quo conspirant non vult ut intelligant, & quæ fortè plura. Ac commissus se vivo, in Controversiis per eum natis, cum Hoornbekio, Marefio, Ultrajectinis Theologis, aliisque non ὁμοψήφοις, primum quidem Sophistam; alterum hominem furiosum; istos qui mendacia spargerent, Voetio & Hoornbekio nominatis; reliquos obtractatores, appellare sustinuit. Qui sane τρεχθεῖς & τερθυμέναι λόγοι, si non ἐπιέφερον, an spirent eam animi lenitatem, & humilem de se sensum, & ἀκίεργιον pectus, nec suorum opinione inflatum, quæ prædicantur in eo Viro, nos aliorum judicio permittimus; nec ulla erit Viri tanti in his defensio, aut exculpatio, cui non pedibus accedam lubens, tantùm abest ut pedem conferre hoc nomine cum quoquam velim.*

Redit memoria, Vir Eximie, Ovidiani illius,
Scripta placent à morte ferè,
& alteritus,
miranda crescit fama post mortem mihi.

Cum primis verò subit animum de Arminio Viri senis observatio: *Quod ab eo privatim fuerat captum, & maturatum, placidè in initio tentatum, statim à morte ejus ab improvidis Discipulis, fuisse in publicam lucem pertractum. Tum capere non potuisse quin ex Academia transvolaret statim ad Tempia & suggestus, hinc in constrinas & textrinas, Fora, Currus, Naves, quæ his altercationibus resonarent & perstreperent. Plane ut de Controversiâ quondam Arianâ Socrates, tunc imprimis excitasse motus, quum per Arii zelotas, Ario ipso sublato, inter Fœminas primùm, Eunuchos, spadones, hinc inter stipendia meritos, tandem οἱ τὰ πλεῖστα ἐν γυμνασίοις, ἐν ταῖς γυναιξίν, ἐν τῇ πόλει καθ' ἑκάστην οὐκίαν διαλεχθῆναι πόλεμον ἦν, in Regiâ, in Muliercularum congressibus, in Civitate, per singulas propè Domos, bellum quoddam disputando gereretur. Jurares dicta illa de Coccejo nostro melioribus adscripto, deque ejus mox scriptis, cogitatis, incomparabili Discipulorum studio ubique commendatis, hypothesebus dispersa, Theologiâ in arce collocatâ, laudibus cumulatis, & emittis qui quaquaversum, ut Psaphonis aviculæ, diffunderent illud, Divinus est! &*

Nulla forma talem facta futura virum!
Undè vulgata præconia, unum se Coccejum nosse post Theologos natos, vix surrexisse post Apostolos alium, Scripturas intellexisse hunc unum, solum hunc sapientem, reliquos sicut umbras volitare,

Coc.
Epist.
xciii.
Comm.
in Hebr.
vii. 99.
Præf. in
Ep. ad
Eph.
P. 16. 20.
Cocce. Epist.
LXXI.
Ep. xciii.
Ep. cxxx.
Ep. cxlii.
Ep. lxxvi.
cxxxvii.
cxliii.
clxxvii.

Heid.
Or. de
Diffid.
p. 24. &
p. 12.
Hist.
Ecclef.
L. II.
C. II.

Esaï. IX. 1. 2. Rid. Præf. in T. I.

V. Rid. der. Præf. Tegen. Ber. Timoth. Detect. Gelaf. Maj. Allinga, Momma P. I. p. 347. &c.

Overt. Ontr. p. 15. 16.

Adv. Joh. Hierof. T. II.

ejus causam Dei causam esse, & impletum in ipso Oraculum Divini Vatis; Surge, luce, quandoquidem advenit lux tua, nam tenebra operiunt terram, & caligo Nationes. Mox concionibus, κατηχήσεις, concurationibus, alloquiis, scriptis, precibus ad Deum immortalem, in Cathedris, in Circulis, in Spondis, in Navibus, in Textrinis, resonare ubique, esse jam lucem Prophetiis illatam, tenebras priores discussas, clavem scientiæ è latebris eductam, mysteria aperta, Oeconomias declaratas, Testamenta resignata, & ingenti auctum munere mortale genus. Hinc cautari illi Viri, quæ vernaculis Scriptis, quæ Concionibus ad plebes, densam hucusque, extra Coccei sententia, in Theologis nostris caliginem, tenebras Ægyptiacas, confusam Babelem, mira ἀγνοῦματῶν, res non factu perceptas, locutiones inconsideratas; defectum cognitæ veritatis, imperitiam sermonis justitiæ, odium profectus, neglectum Scripturarum, imò fugam, conculcationem, σφέλωσι, comprobato Petrino Oraculo, & factâ cum Diabolo conspiratione, progressus in Scripturis S. sufflaminando. Hinc nescias fuisse hucusque tot Theologorum mentes Verbi Prophetici, naturæ Testamentorum, Oeconomiarum, Signorum, Periodorum, Decalogi promulgati, Legis subintroductæ, Servitutis veteris, Sponsionis Christi, Satisfactionis præstitæ, Bonorumque tandem ex eâ in Novi Test. Ecclesiam profluentium. Hinc Theologia prior unâ penè liturâ induci, tradux videlicet Aristotelis, Thomæ, Scoti, Suarezii, Castanai, veteris Remonstrantium cantilenâ; nostra omnia fastidiri tanquam

nugarum veteres reliquia, tanquam siliquæ, glandes, pira sylvestria, insulsæ dapes, minùs certè ad gustum eruditi sæculi; ac nullo non genere disteriorum illi proscindi, qui non aut Coccejo per omnia, aut socio illi tandem Cartesio, accedunt. Hinc esse, quotquot dissentiant, hostes veritatis, Monachorum traduces, vacuos bonæ mentis, lucifugas, μωροχάφες, qui conscientias vim inferant, qui ex Humanis tantùm Scriptis sapiant, qui in horum fidem suos adigant, qui nefas ducant προσέχειν τῇ ἀναγκῆ, qui S. Biblia manibus surripiant, qui Versionum Canonizationem moliantur; uno verbo, qui bellum indixerint sanæ rationi, proprio judicio, profectui, Scripturis, Linguis, Disciplinis, Historiis ac Sacræ potissimùm. Ut tandem evaserit apud istos Criterium hocce Coccejanæ familiæ hominum, hæc propria quædam nota (finiente quoque Gelasio) quod urgeant hi Linguarum peritiam, Græca cum primis & Hebraica,

docti sermones utriusque lingue, tum & notitiam rerum in Ecclesiâ gestarum, itemque ortus & progressus Monarchiarum quatuor; & si quid aliud

Docto Veteres cepere Novique Peccare.

A quibus scilicet præsepibus ignavum suum pecus arceant, & à quorum studio divertant non Hulsii modò, sed & Voetii, Hoornbekii, Marefii, Esfenii, Spanhemii, quorum ex Scholâ nonnisi Bœotica aut Arcadica pecora in publicum Ecclesiæ theatrum protrudantur. Separant hæc nos (inquit infrunitus ille Gelasius, utique quid Græcè γελῶσῖν, quid Hebræis קָנַשׁ, vel קָנַשׁ רַבִּי-לֵז, aut quid Latinis Comici incomitari, & conspuere, & vorsutè malum esse, cum suis non ignarus) separant ista nos

A grege musorum, atque idèò venerabile soli Sortiti ingenium, divinatorumque capaces, Atque exercendū, capiendisque artibus apti, Sensum a cælesti demissum traximus arce.

Dixisset verò de Gelasiis istis Hieronymus, quod idem in Johannem Hierosolymitanum: Nos fastidio-

si Amisites, soli divites, soli sapientes, soli nobiles ac disertis! Conseruas vestros rugarâ fronde, & obliquis oculis, despiciis? Et hic hominum pudor est, hæc istorum fides, nec illa tamen quæ afficere possit aut commovere, benè ex quâ

multi oriantur risus, dulcesque cachinni, commodùm invitante (sic omninò lege) Gelasio, sed flente tamen Ecclesiâ. Atque eo magis præbent ista materiam risûs causasque jocorum, quod expressæ ut plurimùm verborum illæ contumeliæ, ruris plenissimæ, non Viris earum partium perdoctis, qui sanè sua & aliorum pondera metiuntur, sed imperito illi generi quo nihil injustius, qui currere nituntur altero pede Lada, sed crure ligneo altero, qui ne Æsopum quidem trivèrè, minùs tot eruditas in Sacra volumina Commentationes, nec Scripturas in Scripturis sed in Magistro suo, in uno Coccejo, quærent. Quin in bellis istis iudicibus, qui obstrepunt toti Theologorum choro, videas quorum nuper admodùm rubebant nates, qui vix à limine salutarunt bonas literas, quibus vix subeunt Latina verba, qui, cum illo in quem indignatus fertur Augustus, scriberent ixi pro ipsi, & si quid conscribellant in causâ controversâ, adstruunt veritatem illius quod est in vulgato Orientis proverbio, Ἀσῖνος ποιεῖ τὸ κρασί, sed ἴψος βιβίει τὸ ἀσπύδιον. Hinc & vindicandæ id genus contumeliæ eo contemptu quo solemus rudentes asellos, aut stridentes anseres, aut coaxantes ranas, aut obstrepentes vespas, & quo illa consuevimus quæ perpetuæ falsitatis in omnium luce arguuntur.

Ista verò quæ cognosces modo, Vir Reverende, aliquanto plus tibi doloris expressura sunt, si non etiam totâ mente cohorresces. Et in his fundi nostri calamitatem, malorumque causam, prudentissimi quique vident, ac propè

Immortale odium, & nunquàm sanabile vulnus. Facta commemoro, ex publicâ fide, quorum ad me profectò attinent nulla, pleraque etiam in publico Hollandiæ teatro, in hanc priusquam inferret ego, conspicua. Primum est, illa ab hinc annis satis multis certorum hominum nec vana conspiratio, nullum non moventium lapidem, quod fuit tum in purpurâ & in fascibus auctoramentum, ut quotquot ex Voetii, Hoornbekii, Marefii, prodissent disciplinâ, docti

causam non facta sequi, quantâ etiam illi essent pietate, moderatione, & obsequii in majores promptitudine, prohiberentur si pote publicis Cathedris, certè majoribus Ecclesiis, inducendis per Magistratus nominibus, ac consensu orantibus Presbyteriis negando. μήτε ἀββάδες μήτε παπάδες νεο Abbates nec Sacerdotes, itâ hodierni Græci, esse hujusmodi voluerunt. Quam rem adjuvabant de nihilo audaces contumeliæ, intorta probra, linguæ in gladiatorum aciem acuminatæ, invisâ Voetianorum, Sabbatariorum, Semi-Judæorum, Præcistitarum, Turbonum, ac penè Starcorariorum (affini aliâ ex ludicrâ quâdam fabellâ voce) nomina, & iniecta præjudicia Moderatoribus publicæ rei, esse homines ἀσυνέτους, ἀσυνήτους, ἀσόργους, ἀσπόνδους, propè hostes humani generis, qui negarent sua Magistratibus jura, suam Christianis libertatem, suum rationi locum, ut suum quoque Disciplinis ac bonis artibus profectum. Publica sunt rerum harum documenta, trita manibus scripta, facta in vulgus nota, conscia Presbyteria, testes tabulæ, memoria recens, & superstites longâ serie in Ecclesiis Viri, exceptione omni majores, quibus repullæ hæc iniusta labes, certè dolor altè infixus. Dùm inter ea ad commendationem satis esset, novæ militiæ adscriptum esse, sub hæc signa cogi, venisse in hæc cœdera, & servire vel τῇ ὑποβίῳ vel τοῖς ὑπο-

Mart. L. I. Epigr. c.

Suet. in August. C. 88.

Vide Sarc. Begrav. p. 24. 25. 26. Rid. Præfat. ad Schrift. L.

θέταις; nempe καθὼς τετραγώνος ἐγὼ χορδίζω, prout
cantus falsebo ego. Ac contremiscit etiam nunc prin-
ceps in proximo Ecclesia, dūm recordatur concuf-
sam se nuper totā sui mole, ex jactatis in Virum
egregium probris, & impactis sceleribus quæ de
gradu eundem dejicerent, & voto cū ipsum, tūm
Ecclesiam illam multarent. Sed rediit in authorem
ignominia, & exedundum illi omne fuit quod sibi
met intriverat. Οἷος μαγιστὸς ψόσματῶ, ἡ κοιλία
αὐτοῦ ὀδυνᾷται, qui parturit mendacia, illi venter dis-
sternitur; nosti Hesiodanum hoc, Αὐτῷ κακὰ τέχνη
αὐτῆ ἄλλω κακὰ τέχνην. Quæ non ex vanis rumo-
ribus, sed ex illorum fide refero, qui, causæ totius
Arbitri, stupere tam frivolâ accusatione, ne quid
dicerent gravius, & cui à solâ accusantium fiducia,
& forti quem præstabant illi animo, auctoramen-
tum esset. Neque rei meminissē, & judicatæ &
compositæ, nisi in invidiam læsæ indignissimum in
modum partis, recoctâ crambe, traxisset iterūm
Gelasiū Major, quidni Gelasius Maximus? Quan-
quā nolumus inficias ire, factum esse eā adversæ
partis contentione, & flagrantibus illi studiis, ut
nitantur deinceps studia in contraria quibus τὸ πα-
λαιότερον ὑγιέσατον, ut deludantur consilia consiliis,
& peccetur fortasse quandoque *Iliacos intra muros*,
contingatque ut affectui etiam detur commendatio
quæ soli merito debetur, & quam virtute ambire
oportet non favoribus.

Alterum verò, ὡ φίλῳ, quod scissuram, si
quid judico, reddit magis hiulcam, & ulcus gra-
vius, est confœderatio hominum, quorum diversis-
sima aliis studia, causa, ingenium, disciplina,
hypotheses; quosque tandem potuisse συμπενοθεω-
ζειν, affinitatem inire, miratus est orbis Batavus.
Cartesii sententias non modò ignorare se, nec licuisse
sibi eam Philosophiam perdiscere, professus est Cocce-
jus aliquoties, sed & è diametro illi adversatum
hunc in plurimis esse, cū indicavi supra, tūm
Scripta testantur. Factum tamen est ut utriusque
filii, quo illos, uti quidem videtur,

defendat numerus junctaque umbone phalanges,
nosque ἀνάεθμοι simus, & pro eo quo utrique fe-
runtur in Methodum priorem, in Personas, in
Causam veterem affectu, ut jam alia fileam, fa-
ctum (inquam) est ut junxerint dextras in mutua
fœdera, ut sint deinceps mutux defensionēs, præ-
conia mutua, arma communia, & vix à Cartesii
sacris quisquam ad Theologica, quin hoc ipso ad
Coccejanæ sapientiæ adyta, gradum moveat, quan-
tus etiam sit inter illa hiatus. Nisi tamen vicerit
sententia horum sapientum unius, ad quæsitum,
quid Coccejo rei cum Cartesio, non incitè repo-
nentis, *Veritates se mutuo & agnoscere & amplecti*,
sic quoque Cultores veritatis, quod de Fratribus
Rosæ Crucis legisse memini. Sed quā sint veri-
tates illæ dissimiles, quā

Non bene conveniant, nec in unâ sede moventur,
aliorum judicium esto, ut sanè diversissimi sunt
oculi ἢ λαγὺ ἢ τὸ κκεθωγίας leporis & ulula.
Cujus vel argumento esse potuit memorata ante
Theodori Calleri eademque Theologica Disputa-
tio, in quâ quum illinc Cartesii Hypotheses asseren-
rentur μετὰ πολλῆς φαντασίας, hinc nonnulla essent
iis affuta quæ ad Coccei Oeconomiam accederent;
non adè probavit dispar hoc conjugium Coccejus,
& monstruosam affinitatem, qualis illa undè sunt
hybridæ & ambigenæ, ut etiam eo consentiente è
valvis eximeretur, moderato tunc Academix Sce-
tra. Eaque de causâ indignati Præpotentes, com-
mixtionem illam mox, novo Interdicto, in hæc
verba damnarunt: Idcirco, eorundem Illustr. ac Præ-
pot. Ordinum auctoritate, injungetur quāmaximè seriis
terminis Facultati utrique, Theologica & Philosophi-
ca, in eadem Universitate, ut præcisè & ad pun-

ctum observent, tam in materiâ quā in formâ,
priorem Ill. ac Præp. sanctionem, contra permixtio-
nem eam Theologia cum Philosophiâ, VI. Octobr.
A. MDCCLVI. finaliter statutam, sub rænis &c. Nem-
pè consentaneus est in re quaque modus, ἐπι-
ται δὲ ἐν ἐκείνῳ μέτρον. Placeant sanè in Cartesio
quædam, modò absint hodierna in plerisque præ-
judicia, faceffant studia, exploretur σοφία ἀνθρωπι-
νῆ & teneatur τὸ καλόν, ad Revelationem ista, non
vicissim, exigatur, observentur jussionēs Patrum
Patriæ, & relecentur quæ sinceram partem facilè
trahant, cumprimis ea quæ rationem sic efferunt,
& naturæ lumen, ut fides atque ἡ ἀναθεν σοφία de-
primatur; quod utique convenientissimum esse Theo-
logo semper judicavi. Adè verò imprudentes
sæpè produnt, ut sunt nostra tempora, quā parūm
temperant sibi, affectibus, præjudiciis, quamque
recedant à Magistro utroque, ut etiam calami sui
virus personis locent non causæ, aut commodent
iis hypothesibus palliandis, & medicandis splenden-
te fuco, à quibus Venerandus Coccejus, sat scio,
juxta cum veri nominis Theologis majorem in mo-
dum abhorruit. Et quid de Viris illis sentias, us-
que adè inconsultis, & projectis ad aliorum libi-
dinem, & immemoribus sui Ordinis, characteris,
magistri, depositi, talenti concrediti, ut eruperint
in voces; *Tantum se consecutos gloria, quod in Philo-
sophiâ Cartesiani sint, quā quod in Religione Christia-
ni; Deum excitaturum qui Cartesii causam agant; Car-
tesii causam suam esse;* & quæ alia, miserati nos ani-
morum impotentiam, ferremus susque deque, nī
ostenderent quanta sit vis conjurationis, quantaque
manus cœuntium. Quam augent indies, qui solli-
citationibus crebris inducti, (nam in castra si quem
sua pellexerint, credunt facinus magnum & memo-
rabile, μέγα ἢ πῆξαντες) aut numero territi, aut
novos affectus passi, vel ὠφελίαν χάριν ὑγιεινῆς Jud. v. 16.
*gratiâ, νοῦσι τετραπέδῳ ἢ πρώτῃ φρονήματῳ veteri in-
genio potuit,* instar Polypi prout est lapis ad quem
applicatur; sæpè olim incudes qui ictus reciperent,
postea Mallei qui feriant. Ferè ut ex æmulatione
in Cyprianum Novatus, vel ex indignatione in Dio-Socrat.
scorum Theophilus Alexandr. versi leguntur in ad-L. vi.
versa suis prioribus studia, & quoque in sententias C. VII.
adversas, ἀσήμετοι, & παλίμβολοι ὡς γνώμας.

Tertium succedit, quod non sine horrore & sol-
licitâ mente, nec cassâ equidem formidine, mecum
cogito; & undè cuius judicium esse potest, de af-
fectibus, consiliis, clientelis, cupiditate quâ se ani-
mi, igni minimè sacro inflammati,

ἀγαθὴ δὲ ἔλες ἡδὲ βροτοῖσι,
devinxere. Nempe quod nullum illos à scriptione
reclinat otium, sibi que hoc datum negotii credi-
derunt, ut distributis inter se, si non plerumque
sociis operis, minùs faventes scriptis obtundant,
facibus nos & telis undique velut obsessos teneant,
mutuam sibi operam strenuè præstent, unius cau-
sam omnes suam credant, & quod Lentulus ille
(sociusque furoris Lentulus) auctor Catilinæ fuerat, cu-
rent omnia sibi auxilia adiungi, etiam inferiorum: Cic. in
Catil. III;

Labor omnibus idem,
manus manum juvat, & alius coxit ovum, (ita
Orientales) alius adstitit, alius comedit. Hinc
impunè quod urit ulcus tangere aut contrectare,
etiam medicâ manu, patiuntur neminem, minùs
abire inultum quemquam, sed eo genere ultionis
quod bellæ nonnisi in dispar genus exercent, uti
nec corvus effodit oculum alterius corvi. Hinc syl-
va Librorum quam habitant Furæ, quos qui legit,
Quid didicisti tandem, quid scis nisi formica,
nugas?

Quāquā nulla merx vendibilior quā petulans
Liber, indignante in Epistolarum aliquâ Scaligero;
Et quodcumque semel chartis illiveris, omnis

Overr.
Ontr.
P. 17.

Epist.
CLX.
CLXXI.

Hagæ;
die Sat.
24 Jan.
1660.

Ridderi
Præf. in
T. I.
Schrift.
Light.

C. VII.

Cic. in
Catil. III;

Ge-

Gestiet à furno redeuntis scire, lacuque,
Et pueros & anus.

Nec verba deinceps scribuntur sed verbera, nec
fatis defricuisse multo sale, ni & maledictis inces-
fant, linguisque aut calamis jugulent. Cui rei uti-
nam fidem ne facerent tot Chartæ novissimæ ca-
catissimæque, certè infaceto infacetiōres rure,
Scripta anonyma, Compositz fabellæ, Satyræ,
Invectivæ, Epigrammata, Libelli, aut columnis
publicis appensæ, aut in vulgus disseminati, quibus
ne Diis parcitur, & vel odium vel ludibrium vel
præjudicia creare satagunt viri, verbaque ex insi-
diis dare rerum nostrarum ignaris. Estque familiare
his hominibus, quod de Pompei iniquiore in Cæ-
sarem animo dixit Vellejus Paterculus, *omnia sibi
ignoscere, nihil aliis remittere, & invidiam rerum non
ad causam, sed ad voluntatem personarumque dirigere.* Ho-
mines malignos forsan esse tu credis, ego cum E-
pigrammatario miseris puto;

Vell.
L. II.
C. XXX.
Mart.
L. V.
Ep. XXIX.

lases ulcus in ore

Putris.

Ut benè de nobis loquantur sentiantque, quamdiu
nostra consiliis adversa suis suspicabuntur, efficere
nullis moribus, nullâ actione possis:

*Pietate fratres Curios licet vincas,
Quiete Nervas, comitate Drufones,
Probitate Marcos, equitate Mauricos,
Oratione Regulos, joci Paullos,
Ruginosis cuncta dentibus rodens.*

Et quanquàm meminisse hos oporteret istius apud
Satyrscum,

*Cadimus, inque vicem probemus cura sagittis,
nec exigere possit ab aliis modestiam quam quis non
ipse præstat, nullis tamen maledictis efficient ho-
mines ἀπολοσθηκέως, ut ἀνιλακίσιμω, aut ta-
lione experiamur. Vix scio fuisse nostrorum in
proximo quemquam, qui tot irritatus probris, & sa-
libus perfusus, vicissim cum hodierno Morforio ri-
serit mordaci sale, aut luserit satyrico carmine,
personam mentitus. Ego certè devoravi omnes hu-
jusmodi ineptias, & furores, ac
linguas mancipiorum*

Contempsit.

Atque hanc famosarum scriptionum & ἀνονύμων
libellorum proterviam, fuisse nuper hujus Reipubl.
pestem, ac pridem Ecclesiæ, quum facturirent qui
à nobis discesserunt, *scribendique modum adhiberem
minimè Christianum, defuncti à capite ad calcem solis
maledictis, cavillis, calumniis, probris,* experta est
malo suo Belgica. Videas undequaque libellorum eos
Magistros, qui ῥίπλισι τῷ πέτρῳ & κρύπλισι τῷ χεῖρα,
*lapides ferunt, sed manum abscondunt, larvæ, & le-
mures, & qui post carecta tuti latent. Observes
qui pacis nomen crebris vocibus tollunt, pax ades,
pacem te poscimus! dùm conjurant in arma, dùm co-
tidie in aciem præcipites ruunt, dùm, secus ac
prædixerat Vates,*

Heid. de
Causâ D.
L. I. C. I.

Esaï. II. 4.

*Curve rigidum falces curvantur in enses,
suntque hæ tacitæ ad Pacem voces,
nos sumpsimus arma
Consiliis inimica tuis!*

Qualiter hæredis fletus sub personâ risus est, di-
cente publico Mimò, ità risus sunt horum frater-
culantium scilicet! pro mutuâ consensione vota.
Sunt dicentium linguæ in melle sitæ, scriptionum
calami animique in felle siti, atque acerbo aceto.
Et quod dolorem auget, quicquid molitare Αἰθίοψ
(ἡ λὸκαίνη), ac juxta Græcorum illud diverbium,
ἐκ στόματι κόρακι αἰὲν ἐξελεύσεται, Κεῖ, ex ore
Corvi haud sonus alius exhibet quàm Cra. Ut omninò,
si res nostras hodie requiris, reponendum tibi sit
cum Arabe quodam, rogato valetudinem filiorum?
Quo magis crescunt, hoc magis nigrescunt. Nec est,
mihi crede, aliud quicquàm quod simultates nostras

peræquè reddet æternas, quemadmodum nihil est
quod animos perindè afficiat, ac ferrati illi morsus,
illud *scriptiuncularum* virus, ille seu in aperto seu in
occulto πόλεμος, nunquàm ἀδαντος, & infelices
tandem illi triumphi.

Horreo dicere, Vir Præstans, quantas nuper
tragœdias, tempestatem quantam excitarint pia
consilia Optimi Principis, ac Prudentissimorum Pro-
cerum, haud spectantia aliò quam ut offensionum
16. Jan. 1676.

semina arcerentur Academiæ suæ finibus, malum
comprimeretur in ipsâ origine, sterneretur ad con-
cordiam via, essetque suus Statutis prioribus atque
illibatus vigor. Summa fuit: Theologi in *Scriptu-
ris declarandis, & in tradendâ eâ doctrinâ, quæ
Formulis unionis expressa est, à crudiùs positis, in-
fixatiùs dictis, aut imprudentiùs assertis, quæcun-
que tandem sententia foret, sibi temperarent; Phi-
losophi verò ab iis omnibus quæ auctoritatem S. Scri-
pturae vel tangerent, vel everterent, vel etiam infringere-
rent, aut quoquo modo ab illâ deviarent.* Tum &
addita hujusmodi seu locutionum seu assertionum
exempla, contractis his quandoque in pauca verba,
quæ vel publicè vel privatim, vel in scriptis vel vi-
vâ voce, vel directè & ῥηλῆς, vel indirectè & ἀνα-
κολούτως, vel per viros Professorii Ordinis, vel extra
eundem, ventilata ab annis pluribus aut tradita in
Leydensi Universitate forent, vel deinceps venti-
lari tradive apta. Nec intra ea præcisè exempla
interdictum illud coerceri, pluribus id genus stu-
dio tacitis; non etiam verba se captasse in singulis,
sed rem quandoque spectasse, & quæ sequi ex dictis
visa aliis essent; nec esse quod ad captiunculas aut
vocilitigia confugeretur; intendique id unum ut
premerentur illa omnia quæ offendissent & olim &
nuper, cùm interdicti occasio, scopus, clausa, tùm
gravis ad Senatum nostrum oratio, interprete Illu-
stri Mosædamio, testabantur. Non damnare quem-
quam Patres, non de doctrinâ decernere, non ju-
dices sedere in fidei rebus, non thuribulum capes-
sere, non invadere in Ecclesiæ jura, non reos siste-
re quos nihil horum docuisse, nec prompsisse in his
è thesauro suo nisi vetera, satis superque constaret.
Frænum hoc modò quoddam Scholasticum pertina-
cibus ingeniis, novitati repagulum, disciplinæ ad-
ditus vigor, ac prudens lex silentii circa ambigua,
vel noxia, vel otiosa, tantùm abest ut publicis
Formulis tradita. Imò de his Formulas quandoque
no cogitasse quidem, nuper proferri coeptis in lucem,
attendente Clarissimo in hac Academiâ Theologo,
non quid Authores Catecheseos dicere voluerint, sed etiam
quid convenienter S. Scriptura dicere potuerint, & de-
buerint, in confesso esse videbatur. Nec opportu-
no silentio remedium aliud inventum est morbo hu-
jusmodi efficacius, & si alias unquàm certè in con-
tentiosis, & quæ nata distrahere, ac sine quibus fi-
dei fundamentum, & salutis doctrina consistunt, τὸ
σὺν ἑσὶ σοφώτατον ἀνθρώποις. Verè hoc de præcepto
dici potest, quod de sapiente cecinit Aescr. Poëta,

Extract.
16. Jan.
1676.

Cocc. Ex-
plic. Ca-
tech. in
Præf.

αἰψὸν τε & μέγα νεῖκος κατέπαυσε,
subito magna jurgia composuit. Hæc lex ipsissima Apo-
stoli, hæc prudentiæ regula, hæc praxis omnium
ætatum, hæc sententia Canonum, Decretorum, &
novissimi illius Anno LVI. in Comitiiis Præpotentium
Ordinum rati. Ac pari & prudentiâ & authorita-
te Academiæ nostræ principes Viri, ipso jam an-
no XLVII. imposuerant de nonnullis ex Cartesio decer-
ptis, imo de ejus Philosophiâ omni, silentium in Le-
ctionibus, Disputationibus, aliisque Exercitiis Academi-
cæ. Rursus Anno LI. monebant se eo silentio velle
contentiones omnes, Philosophiæ nomine exortas,
in herbâ opprimere; mox, nullum fore exceptioni aut
cavillationi huic vel illi, circa sententiam interdi-
cti, locum. Iterum Anno LV. Decretis prioribus,
successivè factis, adversus Philosophiam Cartesii, silen-
7 April
tii

I Cor. I.
10. Phil.
III. 16.

Rescr.
Curar.
Ep. Cart.
P. II.
Ep. XIX.
8 Febr.
1651.

tii nova lex accessit, quâ caverent sibi Professores, ne in *Lectioibus, Disputationibus, Scriptis, Cartesi Philosophiam vel docerent, vel propugnarent: ne in Thesibus, Corollariis, ac similibus, insererent Positiones ullas Theologicas, aut Metaphysicas, aut alias quascunqua qua Theologia S. præjudicio aut damno esse possent.* Ac pridem ante An. XLVIII. ipsi speciatim Heereboordjo, uti deinceps Philosophis aliis, silentii lex eadem præscripta, cum interminatione ejus pena, quam illinc *inobedientia*, hinc *salva & tranquillitas Academia* exigent. Et hæc pro eo jure quo tum quidem gaudebant *ad neitw* Academia; hujusce Proceres, relicta Professoribus, ut videtur, obsequii gloria. Ne jam inhibitiones id genus circa contentiosa, per Academiarum in Provinciis sororibus Moderatores, quarum sunt obvia in istis exempla, sollicitè hoc loco referam.

Nec salubris consilium aliud suggestit prudentia, quibuscunque in Scholis & Ecclesiis, quas doctrinæ novitas conturbaret. Ita quum surgerent in Galliâ Reformatâ, vel nonnullos jam occuparent, sententiæ quædam Piscatoris, Codurci, Testardi, Amyraldi, Placæi, Creguti, Pajoni, Vauclini; & si quæ aliæ, protinus in Synodis Vapincensi Delphinatum, Alençonensi, Carentonensi, Dijensi, Normandicis variis, ut Acta docent, fibula injecta, & τὸ ἐχρησθῆναι, cohibere & linguam & calamum, imperatum est. Placuit novissimè consilium idem Fœderatæ Helvetiæ Proceribus, oppressis in herba seminibus contentionum; interdictis quæ seu ex Cartesio plena discriminis, seu ex Novaturientibus irreperent in animos sacræ Deo juventutis; ac nuper admodum sancitâ *Formulâ Consensûs*, & scriptis *Canonibus, tanquam efficaci & sacro repagulo, Superiorum autoritate*; & quidem, *ne qua alibi in Capitibus nonnullis, ac imprimis in doctrinâ de Gratia Divina amplitudine, invalere opiniones sequiores, suam quoque teneram Juventutem, atque inde ipsas etiam Ecclesias successu temporis inficiant, &c.* Et non indignus memoratu est, in novitates quascunque, etiam de Dominicâ Christianâ lites, hic dictæ *Formulæ Epilogus: Denique ad prævertendas tristium dissidiorum, quibus Ecclesia Dei passim diris modis infestatur, faces, hanc serio legem dictam esse volumus, ut in hac mundi fœce, fideli monitore Gentium Apostolo, depositum fideliter custodiamus omnes, βεβήλους κερνοφωνας* seu profanas vocum inanitates devitemus; & cognitionis illius, quæ est secundum pietatem, εὐκλειαν ac simplicitatem religiose custodiamus; charitatem & fidem minimè fucatam, καλὴν εὐνοεῖαν bigam pulcherrimam, retineamus constanter; neve adeo quisquam in animum inducat, sive publicè sive privatim, dubium vel novum aliquod dogma fidei, in Ecclesiis nostris hæctenus inauditum, Verbo Dei, Confessioni nostræ Helveticæ, libris nostris Symbolicis, ac Synodis Dordracenæ Canonibus repugnans, & in publicâ Ἐπισημασίῳ Fratrum ex Dei Verbo non evictum atque sancitum: Ut necessitate imprimis sanctificationis Diei Dominicæ non tantum ex Verbo sincere tradamus, sed graviter etiam inculcemus, ejusque observationem constantissimè urgeamus. Tandem ut Canonum heic consignatorum, ex Dei indubitabili Verbo, repetitam veritatem in Ecclesia juxta atque Scholis, quoties occasio potulerit, unanimiter fideliterque retineamus, doceamus, afferamus. Nec absimili exemplo, quum haud ita pridem egisset in Transylvaniam usque scintillas belli sacri ventus his ex oris vehementior, & latè distulisset favillas ejus quo nos conflagramus incendii, miserentque jam omnia studiis & clamoribus recentes quidam seu ex Cartesii seu ex Coccei disciplinâ; restincta tandem flamma fuit Procerum imperio, & non paucis Capitibus interdictum, litarique in his Sigalioni justum, ore obligato obsequatoque. Ac esse etiam nunc inclutos in Britannico orbe, & in Episcopali ordine, Viros, qui Belgarum

licentiæ; prurigini, Scriptis, dissidiis, ac fecundæ rerum novarum indoli, multa illorum adscribant quæ suos quòque affarunt, ac contaminarunt contagione quâdam, certissimâ testium fide accipi. Et hæc pridem cura Dordracenos Patres tenuit, tristi doctos exemplo quid ambitiosa novitas, sociata libertati, posset; hinc serio cohortatos *Ecclesiasticos omnes Cætus, ut invigilarent diligentissimè in greges sibi commissas, omnibus subnascentibus in Ecclesiâ novitatibus mature obviam irent, easque tanquam zizania ex agro Dei evellerent. Ascenderent Scholis & Scholarum moderatoribus; ne qua ex privatis sententiis & privatis opinionibus juvenuti instillatis, postmodum Ecclesiæ & Republicæ perniciosè denuò crearetur.* Infedit hæc eadem maximis quaquaversum Theologis fixa semper immotaque sententia. Hinc Melanchthonis, ad novaturientia suo jam tempore ingenia, gravissima *parænesis: Quare propter Christum oro & obsecro omnes pios, qui in studiis versantur, ut simplicem veritatem, paterfactam in Ecclesiis nostris, amant ac tueantur, quam quidem quantum possum illustrare & munire cupio.* Et in Epistolâ ad Hassiæ Landgravium, nec a se nec ab aliis vult gigni *Interpretationes novas, ignotas Ecclesiæ Christi, aut quarum non permittatur judicium Ecclesiis nostris.* Et in Enarratione ad Johannem, ex fiducia illâ *proprie sapientiæ, & ex invidiosis opinionibus, præpostere in Ecclesiâ motis ac propugnatis, derivat quicquid bellorum civilium & incendiorum in Ecclesiâ eadem exortum.* Nec aliunde habitæ in publico querimoniæ, ut inter cæteros, Bezæ de Castellione, Alamanno, Simonio, Ramo, Corrano, Acontio, aliis, qui consensui aut praxi Ecclesiæ parùm tribuere viderentur. Sic Germanorum illæ passim, Palatinorum, Helvetiorum, Gallorumque, de Alberio, Vorstio, Arminio, Piscatore, Camerone, Amyraldo, Placæo, similibus; sic Leydensium illæ de postremis his Galliæ luminibus, in capite de Gratia & Annexis; sic affines tot Academiarum Ecclesiarumque, de variis qui novaturirent in re sacrâ, salvis licet fidei momentis, & extra fidei necessitatem. Itâ ad objectionem Andreæ Dudithii, dissidere à se ipsis indices Theologos, in tantâ opinionum varietate vix discerni posse, qui Reformati verè sentiant, fidem hos cedere annuam & menstruam, respondet Venerabilis Beza: Sanè *laborare Satanam, ut omnibus perturbatis ac confusis, id eveniret quod scribebat Dudithius; nec Ecclesiis imputandum quicquid ab hoc vel illo aus diceretur, aut scriberetur.* Samuel Bochartus, ut de novissimis dicam, Vir haud usque adeo fastidiosus bonarum rerum, Epistolâ ad Andream Rivetum, cujus penes me apographum est: *Contulit cum D. Placæo, qui hac transit, & qui sanctissime promisit se deinceps sibi temperaturum, & absenturum quovis genere Novitatum. Idem quoque ab ipso contendit Synodus nostra, ut & à D. Amyraldo. Mox; Si vel maxime hujusmodi Novitates conformes essent fidei meæ, premerem tamen eas silentio, siquidem turbæ evicti inde posse in Ecclesiâ præviderem. Nollem unquam occasionem his dare; nisi ageretur de Veritatibus absolute necessariis.* Petrus Molinæus, de Salmuriensibus exostulans: *Is mediis Arminiani sese initio insinuarunt; urgentes tolerantiam mutuam, causati in Methodo tantum & vocibus esse discrimen, & audaciam illam proponendi nova vocantes libertatem prophetandi.* Gravissimus Theologus, Andreas Riverus, suas in hac nostrâ Literarum sede recitationes auspicatoris, *Sciabas versus ille Serpens, nihil ad dissidium itâ promptum & paratum esse, quam diversam de rebus divinis animorum sententiam. Hinc orta dissidia, quibus turbatâ Ecclesia tranquillitate, lamentati sunt omnes boni, deesse vinculum illud primæ fidei & charitatis.* Idem Epistolâ ad Guilielmum Fratrem, non inventus modò in Hypotheses novas, ut turbare natas,

17. Nov.

Form. Conf. Ecclef. Helver. apud me MS. A. 1676.

r. Tim. VI. 20.

Sentent. Syn. de Rem. Sess. 138.

Argum. Epist. ad Rom.

In C. XXI. T. III.

Bez. Epist. 1.

Cadom. 2 Jul. 1646.

Præfat. Examini. Doctr. Amyr.

Riv. Orat. Inaug. p. 28.

P. 42. 43. sed & hoc nomine in Mosem Amyraldum, quod interpretationes suggereret contra Bibliorum nostrorum Notas Marginales, in Ecclesiis receptas. Quæ si nostrâ ætate magno Riveto excidissent, Deum immortalem! quibus vapulasset ille plagis, mittendus ut *ὄντ' εἰς ἀχρὺς ἀσίνης ἐν παλαιοῖς*. In eandem tamen sententiam, addit illic Rivetus, *alii non pauci*; sed & sanctissimæ mihi, bonisque omnibus, memoriæ Parens, Gelassis hodiernis Scholasticus, Traditionarius, mutuatus ab Aristotele, Thomâ, Castanzo, auxilia. Quàm enim abhorruerit hic ab omni specie novitatis, aut fraternæ dissensionis, aut *κακοφανίῳ, λοξολογιῳ, & si quid aliud offendere natum, à profectū hodie dicunt, frequentissimis literis, scriptis, factis, monitis, palàm Reformatæ Europæ fecit. Nec sedisse mentem aliam Venerando Heidano, frequentes hæc ad Episcopium voces testantur: Hæc Theologia planè nova est, Patribus nostris ignota; Ista non sine novitate proponuntur; & in hanc rem alia; Episcopio vehementer reclamante, Nullus esse apud se novitates, nullam innovationem in doctrinâ, solis contra-Remonstrantibus hujus innovationis reus. Et ob non servatas sibi novitates, sed sparsas in vulgus, nec tantum in Doctores & Studiosos, sed & in cordones, textores, laniones & salsamentarios, miserandam Ecclesiæ ac Reip. faciem subsecutam esse, idem prudentissimè vidit. Ac ut verbo dicam, τὸ μὴ καινολομεῖν, nec illorum quicquam vexare aut destruere, quæ post restitutam Fidem, & scriptas Formulas, communiùs traderentur, censuerunt primas Theologicæ prudentiæ partes, quotquot fuere per Germaniam, Galliam, Britanniam, Helvetiam, Belgiumve Reformatum, veri nominis Theologi. Sunt & mihi in promptu gravissimorum, non dicam in Belgio Fœderato, sed in Galliæ, Germaniæ, Helvetiæ partibus, & in Genevensi Ecclesiâ, Virorum ad me quoque literæ, quibus novaturis illum pruritus, (sic illi) & nasutos partus, & philosophandi libertatem in licentiam transmutatam pridem indignati, tandem pium illum Amplissimorum Curatorum zelum, nunquam satis laudandum propositum, frantum quo ad pristinam, receptam, puram, & orthodoxam Theologiam docendam, defendendamque adstrinxere, pronunciant dignum immortalis gloriæ. Et ne ad nuperorum Articulorum invidiam respexisse quis credat, addebat nonnemo in celeberrimâ Academiâ Theologus; Id jam olim meum fuisse votum docet Disputatio VIII. de Peccato.*

Hab. Ba. fil. A. 1670. Quin ante annos haud ita multos, ne numero certem, Franc. Turretinus, Professor huic nuper Academiæ desideratissimus, quo viro

*Nil exactius eruditiusque est,
Sed nec candidius benigniusque,*

Gen. 20. Maii, 1673. intento in nostras contentiones digito: Omne illud, inquiebat, non aliud est quàm ex funesto illo pruritu Novitatis, qui aliam ab ordinariâ semitam querit, sibi bique persuadet, quotquot nobis prævidere rem non intellexisse. Malum hocce nunc penè ubique grassatur. Sed Deo sit laus quod potentes sua veritatis Columnas servet etiam nunc in medio vestri, qua pristinam simplicitatem fulciant, & progressum periculorum Novitatum sufflamment. Et in sensum eundem complures alii, nec infimæ cavere, quos inducere in hanc scenam nihil necesse est. Ne reponam novissima tot Classium, tot Synodorum in Hollandiâ Australi, in Boreali, in Zelandiâ, in Frisiâ, in Trans-Isalaniâ, adversus offendentes Novitates monita & decreta. Quæ ipsissima fuit Ecclesiæ sanctioris prudentia; ferentis ægerrimè novellas doctrinas, novellam predicationem, nova molientes contra consuetudinem Ecclesiæ, dichonovias sententiis distractos, inferentes idias dόξας opinioniones proprias, aut μάταιας ζητήσεις quaestiones inanes, recepta ἀσεβήσαντες adulterantes, docentes & ἐκκλησιαστικῆς ἀσέβειας adversus traditam doctrinam,

nam, ἀσεβήσαντες ἀσέβειαν τὸ κοινὸν τῆς πίστεως studentes id quod communiter creditur transcendere, καὶ τὰ καινὰ ἄπειρα ἐπιπέδοντες nova novis superaddentes. Hæc totidem verbis passim apud Clementem Alex. Origenem, Tertullianum, Eusebium, Hilarium, Augustinum, alios, quæ nec tu nescis, nec littera nostra capit. Quin una hæc ex Basilii Magni Regulis, ὅτι εἰ δὲ ζητήσεις ἀνωφελεῖς, ἢ ἐμφιλονεϊκῆς ποιῶσιν, Moral. rejici oportere Quaestiones inutiles & contumeliosas. Hinc Reg. xv. consilium haud salubrius aliud suggerere noverat T. II. Constantinus Imperator nova cogitanti Ario, necdum tamen à sententiâ Ecclesiæ, ut postea, discedenti, quàm ἢ τὰ ἐπισημηνέντα σιωπῇ ἀποδύναμι ἀπιστοῦ Euseb. de concepta silentio transmittere; nec illa ἀπεροπίως ἐκθῆ- Viti C. (αι) improvidè in lucem exponere, vel ut alii, ἀνὴθησαν M. L. II. C. LIII. opponere. Et dignissimæ voces quæ ære hodieque nostro, nostris monumentis incidantur: τὰς δὲ τοιαύτας ζητήσεις, ὅπως μὴ νόμος τινὸς ἀνάγκη πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλ' ἀνωφελεῖς δόξας ἐρεχθῆσαι ἀποβῆσθαι, εἰ ἐφύκτως τῶν γυμνασίων ἐνεκα γίνονται, ὅμοιος ὀφείλοισιν εἶναι τῆς ἀληθείας ἐγκλίσειν, ἢ μὴ ἀσεβήτως εἰς δημοσίας συνόδους ἐκφέρειν, μηδὲ τὰς τῶν δόξων ἀκοαῖς ἀπεροπίως πρὸς δόξαν. Tales enim quaestiones, quas nullius legi necessitas praescribit, sed inutilis ois altercatio proponit, licet ingenii exercendi causâ insituantur, tamen iutra mentis nostræ penetralia continere debent, nec eas facile in publicos efferre conventus: nec auribus vulgi imprudenter committere. Et ratio Constantini invicta: Πὸς γὰρ εἶναι ἕκαστον, οἷς πραγμάτων ἔτιο μεταβολῶν ἐναντίας διακρίσιν, ἢ πρὸς τὸ ἀκριβὲς σιωπῆσαι, ἢ καὶ ἀξίαν ἐπιμύθησθαι. Quotus quisque omnis est, qui tantarum rerum tamque difficultium vim atque naturam aut accuratè comprehendere, aut pro dignitate explicare sufficiat? Concludit tandem: Οὐκ ἔστιν ἐφευρίσκειν εἰς ἐν τοῖς τοιούτοις τὴν πολυλογίαν, quoscivè in hujusmodi quaestionibus loquaciam comprimenda est, ut cum Valetio reddam. Quò & fecit lex Martiani Imperatoris, interdicens ipsis Clericis, publicè & pro concione, contendere de iis quæ ad fidem Christianam attinerent, si quidem injuriam faceret iudicio Reverendissima Synodi, si quis semel iudicata ac rectè disposita, revolvere & publicè disputare contenderit. Præixerant Imperatores Valentin. Theod. & Arcad. omni occasione interdictâ in publico disceptandi de Religione, de his qui turbandi, vel retractandi quæ circa fidem aut olim ordinasset Antiquitas, aut Parentum auctoritas religiosa consuetudine. Ità laudabat Theodosium Leo Romanus, quod non modò sollicitus esset pro integritate fidei, sed etiam quod in Catholicâ Ecclesiâ nihil impa-

Cod. de S. Tri. L. 4

Cod. Th. de his qui super Rel. L. II. de Rel. L. III. Epist. II. & XII.

Nic. Choa' L. II. C. v.

catum, nihil vellet esse diversum. Ità inter virtutes, Andronici Comneni vitiis permixtas, retulit hanc quoque Nicetas, quod τὴν τότε ἐν νῦν ἀπὸ δόγματων θεῶν καὶ ἐκκλησιαστικῶν, receptam & tunc & nunc consuetudinem de Divinis dogmatibus disceptandi, & τὸ ἀπὸ θεῶν ἢ λέγειν ἢ ἀκούειν καινότερον de Deo novum aliquid vel dicendi vel audiendi, impatientissimè ferret Andronicus, objurgatis Euthymio Episcopo & Johanne Cinamo, quod de illo dicto, Pater major me est, acriùs inter se contenderent. Imò ne in loquendè tradendive modum, seu publicis Formulis, seu usu communi receptum, humanum eundem & ἀρεφον licet, substitutis vocibus, phrasibus, enunciatis aliis, quocunque tandem vel ἀκυρολογίας vel ἀρεφίας obtentu, passâ est Ecclesiâ Vetus unguem figi, aut privato arbitrio insurgi. Alterutrum enim confici necessitate quâdam vidit; vel ut sub diversitate τῆς λέξεως lateret diversitas τῆς γνώμης, vel ut res tandem in λογομαχίας, φιλονεικίας εἰς ἀπάλητας, ἐρδασ, ζήλον, ἐχθρὰ τε ἐμῆς τὸ πρὸς ἀπάλητας, ac postremò omnium, ut addebat Constantinus, εἰς χρισμαῖον ἀνάγκη, id est in lites de vocibus, in contentiones mutuas, jurgia, emulationem, odia atque inimicitias in se invicem, ad extremum in Schismatibus necessitatem infelicissimè defineret. Docet Ecclesiæ historia ubi versa, cumprimis

Euagr. Hist. L. V. C. V.

mis ab Aarii, Acacii, Eudoxii, Anastasii, Nestorii, Eutychie & successorum, temporibus, ac tristis experientia omnium ætatum. Unde etiam Justinus Junior, exposita Imperiali Edicto circa A. Chr. DLXVI. fide Catholicâ, simulque relicto de controversis Capitibus tacite sentiendi arbitrio, sanxit tamen ne deinceps quisquam, hæc & illa *περὸ φασίς* & *πρὸς φασίς* prætens, vel *ἐπὶ συνάσει* ζυγομαχίῃ circa Syllabas rixaretur; ὅτι *περὶ μίαν ἢ τὴν ὁρθὴν πίστιν τε ἢ ἄνοιαν αἱ συνάσεις φέρουσι*, siquidem syllabæ, voces, phrasæ, ad unam eandemque fidem, & ad genuinum intellectum perducerent. Et à novis dictionibus, loquendi formulis, plerisque fuisse Controversiis originem, hospes sit in Sacrà Historiâ necesse est, qui aut ambigat aut neget. Hinc quum Theologi cæterâ Orthodoxi, sub specioso *methodi & locutionum* modò discrimine, Hypotheses suas de Gratiâ & annexis propagarent, observabat Magnus Rivetus familiarem hanc ab antiquo rationem, *arguam omnia sua aut sub ambiguis vocibus insinuandi, aut sensum tantum & per gradus emittendi.*

Epist. ad Guil. Riv. p. 16. Vide & supra.

Quæ cum ita habeant, Vir Reverende, mirari desines, scio, Edictum novissimum Academicorum Procerum, cujus in patrocinium haud me illi vocant, nec eo indigent quorum *ἰσὺς καθυπερέβη*, & quibus facti sui rationes constant. Audio quidem voces,

Excessit medicina modum, nimiumque secuta est, Quæ morbi duxere, manus.

At nec mihi observare, si modò legis sensum affectus sum, nec innumeris aliis licuit, qui extra causam omnem constituti, æquioribus eam animis interpretati sunt. *Bona res neminem scandalizant, nisi malam mentem*, dixit perbellè Septimius. Res optima videbatur, medium salutare, consilium providum, arcere interdicto, vel ambigua, vel contentiosa, & quicquid tot jam annorum decursu fuisset apud nos offensionum multorum. Sed ais, quibus apud vos vel chartis commissum, vel auribus illapsum, verbi causâ, *Fuisse Patres Testam. V. imperio Diaboli obnoxios*; aut, *Claram & distinctam perceptionem esse, in rebus Fidei, mensuram veritatis*; aut, *Dari Ideam de Deo adequatam*; aut, *Philosophiam esse Scripturam interpretem*? Equidem, ut Interdicti nec auctor ego sum, nec patronus illi constitutus, ita hanc aliis causam committo. Quanquam nihil hic ambagibus opus, nec Oedipo qui expediat. *Fuisse Fideles Test. V.* (quod primo te loco habet ancipitem) *sub imperio Diaboli*, id est, (interpretibus quàm invidiosissimè Timotheis, Gelasius,) natos ex Patre Diabolo, in quibus esset *ἐνεργῶν* ut in *ἡοῖς ἀπίσθειας*, deditis ac mancipatis ejus voluntati, sanè nec Coccejus docuit, nec deinceps ne doceretur, cavere Amplissimi Proceres. Benè hi omni hujusmodi locutione, quocunque tandem sensu, abstineri in Scholâ suâ voluere; quâ dicerentur Patres, Sancti illi ac fide in Mediatorem erecti, fuisse sub *maledictione*, hinc sub hujusmodi *imperio Diaboli* quod per *maledictionem* obtinebat, & quod *abolitum non fuit*, nisi per *abolitam maledictionem*, ut aliàs Celeberr. Theologus. Et magnam fuisse *Diaboli potestatem*, in illos quibus *execratio* adhuc *imposita*. qui *ἄπο κατὰ ἔργον ὄντες*, non semel ille tradidit. Unde statum hunc Patrum, sub *maledictione*, interpretatus licet benigniùs, uti par est, Hermannus Witzius, Frisicæ Academiz grande decus, subdit tamen nuperâ Disputatione: *Quicquid saluti Patrum, additis explicationibus, satis consulatur, dura tamen sibi illa & à scopo Apostoli, & stylo Scripturæ longe remota videri, quod pluribus evincit.* Ac me quod attinet, nulla unquam vel horum vel similium emollicio aut elucidatio tanta fuerit, quam non gratuler animitus Ecclesiæ, nobis, mihiq. De *clarâ & distinctâ perceptione* etiam in *Rebus fidei*, quod secundo loco

Tertull. de Virg. vel. C. 111.

Artic. IV. Art. VI. Art. 111. Art. 111.

Tim. Detect. p. 69. 8sc. Joh. viii. 44. Eph. ii. 2. 2 Tim. 11. 26.

Coc. in Gal. 111. 5. 104. In Hebr. 11. 5. 79. In Apoc. 111. 7.

Disp. de Conven. Justif. Th. XLIIII.

tangis, non videtur latuisse Proceres; quid jam Ordinum interdicto cautum fuisset; quid ex Theologia Pacificâ dein controversiæ enatum; quid indè Celeberr. Maresio, aliisque palam collectum; quid ve hic Leydæ disputatum, v. gr. *Hoc principio (omne quod clare & distinctè intelligimus verum esse) sublato, nos ne per Fidem quidem, seu Divinam Revelationem, sic de nullâ re certos esse posse*: Item, *Res Fidei rigorosum quantumvis examen* (Philosophi hominis, ad calculos claræ & distinctæ perceptionis omnia revertentis) non respicere, nec esse *impiam ac Christiano homini indignam de Deo & Rebus Fidei dubitationem*. Ex his, quocunque jam seu colore obducendis, seu leniendis interpretamento, quis simili interdicto occasionem saltem suppeditatam neget? *Adequatam de Deo Ideam* tradidisse, illis ipsis verbis, subtilissimum Cartesium, nullus memini. Tradidit tamen, eâ Ideâ *representari reverà totum infinitum*, eamque esse talem, ut *nihil ab illâ detrahi, nihil illi superaddi planè posset*. Et hinc inferebant pridem Gassendus, Wolzogius Austriacus, alii, *Ideam eam statui perfectam & absolutam, ut nihil infiniti nos lateat*. Crudum tandem assertum, *Philosophiam esse Scripturam interpretem*, non ab Amplif. Curatoribus primum, sed jam antè à Præpot. Ordinibus expressissimis verbis proscriptionum fuit, nec puto sine causâ; *Philosophis ne fas esset Scripturas sacras secundum Principia sua interpretari*. Præterquam non nescirent Proceres, quâ ex Scholâ, & quibus ex principiis natum; quâ idem aviditate apud nos haustum, ex iteratis Libellorum typis, & crebrâ distractione; quibus etiam factis quove usu probatum ac stabilitum; & quâ illi affinitate essent conjuncta quæ modò de *rerum Divinarum & Fidei rigoroso examine* asserta dicebamus. Et hæc sunt potissima proscriptionis nuperæ Capita (ut reliqua mittam, suis Authoribus facilè restituenda) quorum nomine falsi crimen nescio quibus impactum, ac persuasum idem incautis, *Gelasii* nuperi voluere quòrum verè *Διάλογος γέλωτος* est. Quò ipso revocatæ mihi ad animum egregiæ voces Celeberrimi Heidani, in Causâ Cyrilli: *Narrantur res quæ facti est, & ipsâ luce clariorem, reddere obscuram & ambiguam, probareque quod factum fuit esse omnino infectum.*

A. 1656. Vide supra. Mar. Judic. de Th. Pac. f. 8. &c. Phil. 11. Mart. 1665. Corroll. 2. & 3. Diip. Phil. 6. Jun. 1671. Th. LXI.

Cart. Resp. ad Gass. Dub. VII. Et Med. dit. 111. Gassend. in Med. 111. P. 156. I. L. Wolz. in Med. 111. p. 86.

Præf. de Causâ Dei.

At, inquit, infertur vis quandoque verbis, captantur voces, torquetur sensus, interpretamenta dissimulantur! Apage tanti flagitii ab illis invidiam, qui & monitis, & votis, & suspiriis, contendunt hoc unum, ut ambiguis missis, obscuris declaratis, durioribus emollitis, & *ὀμοδοξίᾳ* inter Symmystas, mutuâque inter Disciplinam utramque amicitia reductâ, facebant æternum odia, coalescant animi, tempora priora renascantur, cogatur sub eadem signa Juventus, mittaturque è Scholâ in Ecclesias iidem magnalibus imbuta, eodem Spiritu afflata, & expurgata fermento omni diffensionum. Si ex verbis offensio, tollatur quicquid fratrem angit, præcaveantur *ἑταῖρος ἢ λόγων*, obverfetur illud Apostoli, *τὸ λογομαχεῖν εἰς ἄδὲν χηρίμιον*, & *purè loquatur*, dixisset Hieronymus, *qui purè credit*. Ac verè alicubi Coccejus; *dum non iisdem vocibus utimur, nos mutuo non intelligimus*. Hinc suasurus pacem Hoornbekius: *Pugnâ ille movet, qui vocem inusitatam præ communi, & incommodam pro facili & obvîâ, solum novitatis causâ, urget*. Nec satis excepisse, surrogari Dei voces hominum illis, ac simplicitatem Scripturarum, sermonem Apostolicum, linguam Canaanis in tradendis sacris revocari, misso Scholasticis terminis ac Metaphysicis subtilitatibus nuntio. Idem omninò fuit Vorstii in Apologeticis scriptis, Episcopii adversus Heidanium, Curcellæi in Maresium, & Novaturientium penè omnium obtentus. *Me quod attinet, ita postremus pluris semper faciam in Theologia tractandâ simplicem*

Præf. in Ep. ad Ephes. p. 26. Iren. p. 30. Vide supra. Curcell. Diff. 1. §. XVIII.

N. VI.

Stylum Scripturae, quam pompas quorumcunque Philosophorum voces & locutiones. Idem Praefatione ad Episcopium: Non pauci pii & eruditi Viri, animadvertentes quos subtilitatum tricus doctrina salutis praecedentibus Saeculis fuerit involuta, non aliam tutiorem & commodiorem se expediendi viam esse putant, quam si ad S. Litterarum simplicitatem redeatur, & omnes humanitatis inventae voces inde arceantur. Nec felicius infudere suum animis venenum Socini nepotes, quam Confessiones suas contexendo ex meris Scripturae verbis, quales & nos manu consignatas vidimus, quae selectissimis Scripturarum vocibus ipsam Filii Divinitatem, & Propitiationem pro peccatis, & Justificationem per fidem, exprimere ac laudare viderentur. Ac fuisse istud ab antiquo lasibulum Haeresium, Samosatensianae, Sabellianae, Arianae, similia, ex monumentis Ecclesiasticis liquet. Hinc tot querimoniarum Patrum, multos βιάζεσθαι τὰς γραφάς, vim admoveere Scripturis; ἀποχρησθῆναι τῆ λέξει abusive dictione; non in verbis Scripturarum esse Evangelium; non in superficie sed in medulla, non in legendo sed in intelligendo; & quae id genus bene multa vindicandis in Paulum, in Arium, in Eunomium, in Nestorium, in Eutychem Ecclesiae definitionibus, quanquam ἀγράφοις. Sed cui Orthodoxorum fuit unquam ambiguum, quin praestet cum Scriptura quam cum Schola, cum Mose quam cum Magistro, cum Paulo quam cum Thomae loqui, si modo Scripturae, Mosis, Pauli sensus est in tuto, stipulante hoc praepriis ad Pammachium Hieronymo? Quis Divinas voces posthabeat humanis, vel Apostolicas Ecclesiasticis, nisi forte quod Hebraici Graecive idiotismi familiari etiam sermone declarantur, & καὶ ἀνθρώπων? Prius illud, mihi crede, controversiae inter bonos aleam subiit nunquam. Ut hinc aestimare possis hominum nostrorum ingenium, fidem, integritatem, adde pudorem, dum causam hanc omnem inter nos verti cavillantur: Utrum res Divina tradenda eo modo quo Deus ipsemet in Verbo suo, an potius ad normam Humanae sapientiae? Utrum Deus in verbis inveniens prudentior, an Scholastici Doctores? Utrum Dei verba sonare in Ecclesia, an verò negligi & parum attendi debeant? Utrum Scriptura sit ad conscientiam manifestanda, an verò doctrina Hominum sint conscientias pervincit obtrudenda? Utrum in Scripturarum ἀνακρίσει cotidiana sit opera collocanda; an verò intra Hominum scripta coercitis nefas esse debeat ulterius exerceri in Dei Verbo? Prius (inquit Detector sed nequitiae suae) statuit cum suis Cocceus, posterius imperant qui contradicunt Fratres? Dei & hominum fidem! Ἐπιλήθεισά σοι Κύριε, quisquis es, minimè Timothee! nisi tamen nota fraus, nota est manus.

Timoth. Detect. Præf. ad Lect. f. 2. 3.

d. l.

Quis non deinceps
Quamvis jurato metuas tibi credere testi?
 & vel hinc Drusi secula, id est nostra & infelicissima, aestimet posteritas. Planè in eam invidiam, & iidem penè vocibus, causam Orthodoxam adduxere Vorstii, Episcopii, Curcellæi, & Remonstrantes passim. Si quid verò hujus controversum, istud primùm est, nec meis dicam sed Cl. Coccei verbis: Utrum qua hodie volunt videri loqui ex Scriptura, tantum loquantur ex Scriptura? Negat semper fieri Vir Doctus, negarunt modò Patres, & experientia docuit omnium Sæculorum. Ac prudenter Vener. Heidanus in Episcopium: *Aliud longè est verba Scripturae S. usurpare, quod proclive est omnibus quotquot Christiani nominantur; aliud, sensum, intellectum, intentionem probè assequi.* Sic iusta pridem Theologorum indignatio fuit, in eos qui cogitationes suas admiscebant placitis Spiritus S. Ne similia testium nube obstruam hunc Pseudo-Timotheum, verè Ἀληθάειλον. Proindè infelicium hæc omnis ratio litigiorum est: An sit sensus ille omnis innatus, qui in Scripturas hodiè inferitur, aut ex Scripturis extunditur? An

Vide supra.

Cocce. Epist. cl.

De Causa D. L. I. C. III. P. 16.

Riv. Epist. ad Fr. p. 42. &c.

id verba, phrasas, enunciata, talibus in locis & circumstantiis, illicò significant, intendente Spiritu S. quod significare nuper tradi coepta? An affirmasse satis sit, & propinasse interpretamenta, & parallelismos, ut ad cujusvis conscientiam illa dicantur esse demonstrata? An interpretationum novissimi Canones, quos in Ultimis Mosis, Psalmis, Cantico, Ἀδάκτωροφύτη, Prophetis reliquis & Dogmaticis, secutus est Cocceus, praescribunt Nepotes, sint ipsissima Prophetia Clavis, filium Ariadnaum, Cocc. certissimus Canon, & necessaria Demonstratio? An Præf. in Proph. sit demùm illa vera & genuina σύνθεσις & συνθε- Min. τωσις Scripturarum, quæ ex his mirâ sagacitate eruuntur, uti Hypotheses novæ de miserrimâ conditione Patrum, sic Ecclesiae N. T. Periodi septem, & quicquid earum decursu continget in Mundo; quarum adeò historiam Moses passim, ejus cum primis Ultima, Prophetæ omnes, Psalmi, Canticum Salomonis, Christus, Paulus, Johannes, speciatim Epistolæ ad VII. Asianas Ecclesias, clarissimè & cum ἀποδείξει exhibeant? An quotquot in alia ivere Interpretes, aut non viderunt ea mytheria, Calvinus, Eereni Belgæ, reliqui, interpretando aberrarint, ἡπίοι, Leer. I. & ἀπίοι Sermonis justitiæ! Et an hîc sit profectus, Cocc. p. 225. &c. seu hoc incrementum cognitionis cum prædictum divinitus, tum servatum in hanc Ecclesiae senectam, Dan. XII. in hæc nostra tempora? Ut qui aliter de istis sentiunt, aut profectum, seu Theologis seu Christianis incumbentem, aliter interpretantur, hoc ipso palàm traduci debeant tanquam patroni ignorantiae; imò tanquam Satana instrumenta, per quæ ultimas suas vires exerit, per quæ Satan se opponit incremento Eer ende in scrutando Verbo Divino, hinc illi cognitionis, progressuum, veritatum? Horreo referens, & iis plerumque expressa quos si furtivis coloribus nudes, P. 3-4

Utique Dei verba sunt, Instrumenti Vet. hæc phrasas, perindè & illis & nobis sacrae, v. gr. מורה הוראה addere ebriam vel saturam scienti; Circumcidet Jehovah animum tuum; Celi, date magnitudinem Deo nostro; Benedicta sit Jehovah terra Josephi; Beatus qui non sedet in consilio Improborum, aut cui remissa sunt peccata; Hæc fecisti, & filii; Sorror nobis parvula, & ubera non sunt illi; Dormientium multi in pulvere terra expergiscuntur; Dedit Deus illi statuta non bona; וְאֵינִי בְעֵלְתָי, Ponam legem meam in medio eorum; Ubi est Rex vester, & Occidit Rex Israelis; Filios Jehuda vendidisti filii Græcorum; Emisi vinclos tuos e puteo in quo non sunt aquae; id genus infinita. Sunt sanè Christi, sunt Apostolorum voces; Ese qui esuriunt justitiam, qui onerati, fatigati; Sedit Pharisæos in Cathedra Moysi; Fuisse præcedentium peccatorum; Legem iram operari; Qui ex lege sunt, esse sub maledictione; Legem transgressionum gratiã additam; Fuisse olim Chirographum rituum τῶν ἑσπερίων; Christum exuisse Principatus, Potestates, ac de illis triumphasse; Ἐπιλάσει eundem semen Abrahæ; Liberaisse quotquot metu mortis ἐνοχοὶ δουλείας; Habuisse τὰς λατρεῖς ὀνείρας conscientiam peccatorum; Factam quottannis eorum ἀνάμνησιν; Ubi ἀφείσθαι (per Christi προφορῶν) non amplius esse oblationibus aliis locum; Habuisse nos Patres carnis καὶ δούλους; Stellas cecidisse e Cælo in Terram; Stetisse magnos & parvos in conspectu Dei; &c. Et quæ sunt id genus divina effata, exemplorum nullo fine, crebrius pleraque in nostro ore vel scriptis, quam est in Homeri poematiis illud, τὸν δὲ ἀπαυθόμην. Ast de usu locorum dictorumve, vel ad βασιολογίαν frequenti, lis profectò nulla est; nec sermo sit crimen sed sensus, ut in aliâ causâ Hilarius. Distrahunt verò singularia Apoc. glossematum, omnibus deinceps obvia, & inædificatæ Hypotheses, & cogitationum sæpè mira & incredibilia, pari adstruendi fiducia, & propagandi nisi etiam in plebes & ex ambone. Cumprimis L. II. verò

Deut. XXXI. 19. XXXI. 6. XXXII. 1. 3. XXXIII. 13. Ps. I. 1. XXXII. 2. L. 21. Cant. VIII. 8. Dan. XII. 2. Ezech. XX. 15. Jer. XXXI. 32-33. Hof. I. 11. 15. Joel. III. 11. Zach. IX. 11. Matth. V. 6. XXXII. 2. Rom. II. 25. IV. 15. Gal. III. 10. 19. Col. II. 14. 15. Hebr. II. 15. 16. x. 16. 1. 2. 3. 18. XI. 10. Apoc. VI. 13. Apoc. XX. 12. De Trin. L. II.

verò discerpunt studia præpostera, facturientium consilia, affectus vehementes, *ἀμαξιαῖα ῥήματα*, invidiosæ voces, falsa dictoria & in publico probra, ac repetitæ Fabellæ, quibus proscindi Fratres, quotquot non iisdem secum oculis vident, jam indolimus suprâ, & Libellorum portenta testantur, de quibus probi omnes illud usurpent; *Quis conspecto te non vomit, certè vomitum nauseabundum appetit.*

Expertus loquor, amande Frater, qui licet Collegarum nulli injurius, scriptis nullis contentiosus, nullo judicio exactor rigidus, nullâ *Herefêd* accusatione Fratrum cuiquam gravis, nec in theatrum istud litigiosum pertrahi me unquam passus, interrim neque libellorum infamiam, nec calami intemperiem, nec linguæ virus, nec fabularum commenta, nec animorum odia prævertere à paucis annis potui. Si quæ vel ab aliis quæ displicerent chartis illita, vel à Proceribus decreta, vel in rebus Academicis restituta, aut cæteroquin immutata, vel etiam à malevolis pro libidine conficta, horum mihi præ cæteris sustinenda invidia fuit, & luenda pœna maledictis. Præfiscinè autem nunc & constanter hoc dixero,

Nemo me accusavit Merito meo,

& neque re neque verbis merui ut vel odissent vel discerperent. Insumulari quivis innocens potest, sed revinci nemo potest nisi nocens. Quam ego semper de Celeberr. Coccejo, & in Recitationibus, & in Epistolâ de Acceptilatione, & ad Ampliss. Curatores honorificè judicari; quàm de Vener. Heidano vel ob canitiam reverenter; quàm de Clariss. Wittichio moderatè, ejus quum causa ageretur, ac procul fortassis à talione; testes habeo præter conscientiam Auditores, Lectores, Proceres. Si scelus est, constituisse intra modestiæ, ac sobriæ in divinis sapientiæ, eosdem terminos cum Decessorum nostrorum illis, in philosophando modum quandam desiderasse; viam regiam in profitendo tenuisse; præhabuisse vetera hornis & musteis, lucida perplexis, simplicia subtilibus, otiosis necessariis; incubuisse illustrandæ Doctrinæ majorum, Scripturis declarandis, vindicandis, Historiæ S. exornandæ; suasisse prudens in litigiosis, & controversis, & ambiguè traditis, quæque nihil ad fidei cardinem aut Formularum integritatem, in Suggestibus & in Cathedris silentium; nec respexisse modò illorum Decreta, quorum sub auspiciis profitemur, sub signis militamus, sub umbrâ recreamur, sed & reverentiam eorundem vigoremque commendasse; tum sanè me reum sitto,

Me, me, adsum qui feci, in me convertite tela!

Si etiam piaculum ducunt, honori indignissimè atque in publico læso quæfivisse aliquando id patrocinium, quod ratio, æquitas, & aliorum exempla, in hac & proximis Academiis, commonstrabant; vel etiam nihil moratum esse istas magnas factiones, animos, imperia, cæteraque

qua in servitute sumptibus regunt viros,

en me rursùs dignum qui in cruciatum abripiar, & fiam odii fraterni victima! Si denique flagitium est, impactam mihi, quâ voce quâ scriptis, *Acceptilationem Socinianam* sic tandem diluisse, ut puderet accusatores, & obtrivisse calumniam ac contudisse judicarer, uno fortè Gelasio excepto, qui (ne deesset quicquam quo obsoletum pudorem, & perditam frontem, nisi quâ parte cornibus aspera est, & putidam ignorantiam pagina omnis illius testaretur) incuriosius habuit quicquid hujus rei esset, modò calumniaretur audacter; si inquam & hoc flagitium est, en me faciliè omnes perferre ac pati pœnas promptum paratumque. Quo verò magis conscientiam meam excutio, & in præterita redeo, ac perpendo

si quisquam est qui placere se studeat bonis, in his me esse aliquem, subeuntque mentem ardentissima quibus flagravi mutuæ inter Collegas concordia desideria, in Excellentissimi Bockelmanni, Antecessoris meritissimi, & utrifque amici, aliorumque sæpius effusa sinum, eo mihi veriùs exprimuntur Promethei illæ apud Æschylum voces,

Θνητοῖς δὲ ἀρήγων, αὐτὸς διρόμῳ πόνος, Prodesse hominibus dum volo, nocui mihi,

Προμ. Act. 1. 1.

οὐ μὲν ἢ πονοῦς ὡμίλῳ τοιαῖσι με Καὶ χαλεπῶς &c. Sed enim tanta daturum me non sum ratum Supplicia.

Tamilli criminis unum

Tot pœnas cepisse caput!

ut tot chartis ego quoque conspuerem, libellis difamarer, narratis comicè fabellis traducerem novissimè per ora hominum, prout fallacia alia aliam trudit, soletque vulgus falsis capi modò falsa sint; ne dicam ut minis etiam atrocibus impeterem. Sed *ῥάπιστον, ἐμπύσον, πληγὰς ἐντόνον, flagella, conspue, plagas intende,* ut cum Chrysostomo dicam! Frangetur totiens calumniæ impetus factorum integritate, animi fortitudine, consiliorum moderatione, & illo genere responsi quod *eloquentissimum* dixit nonnemo, id est, innocentia; vel altero quod *sapientium responsum* nuncupavit alius, id est religioso silentio, quod *modestia esse, non mala conscientia,* dixit Hierosymus,

Apol. ad Pam.

Tacere nò obis, aut loqui prois.

Væ nobis, ita Franciscus Junius, hujus quondam Academicæ columen, qui primas eruditionis ambimus, *sumus silentii; in quo tamen etiam Christum, qui Veritas est, bonam confessionem coram Pilato confessus est!* Quod dixisse ferunt nonneminem in Romanis Pontificibus, malle se bellum gerere cum magno Principe, quàm cum uno ex Fratrum Mendicantium ordine; cogito ego subindè, quum reputo illinc magnos qui Reformatis incumbunt Adversarios, hinc lachrymabile cum Fratribus bellum, & internecina certamina, ex quibus quot sint subeunda tædia, quot molestiæ devorandæ, quot bonæ horæ collocandæ pessimè, experti norunt. Si contingat sentire de nobis aut loqui abjectiùs, dictis ex causis, quos minimè decuerat, cum primis inter amica pocula, aut dapsoles cœnas, revocabunt totiens in animum mihi modestissimas Clementis Romani voces: *Ἀμείων ἐστὶ ἐν τῷ ποιμένῳ τῆς κρείττης μικρὸς ἢ ἐπιλογίμους διρεθῆναι, ἢ καθ' ἑαυτοῦ δόκοντας ἐπιφιλῶσαι,* satis est in Christi ovi-

Medic. in Pf. CXXII. Col. 739.

li deprehendi parvos & probatos, quàm videri aliis eminentiores, & foras ejici. Meminisse & ipsos & nos omnes oporteret Hieronymiani moniti; *Nec bonis Adversariorum, si honestum quid habuerint, detrahendum, nec Amicorum laudanda vitia: Unumquodque non Personarum sed Rerum pondere judicandum.* Quemad-

Clem. Rom. Ep. ad Cor. p. 73. Apol. ad Pamm. T. II.

modum & Gelasis ac Satyricis nuperis obversari debuit illud Orientalium diverbium; *Προβόσῳ ἐν οὐδὲν ἰσίδειν τὰς ἀντιπροσώπων.* Quin veriùs illud Sapientis, *קחשׁ אֲנִי וְגַם אֶרְדֵּב עוֹלָם בְּעַלְמוֹתֵיכֶם* & ridebo ego in calamitate vestrà, *על אֲשֶׁר אֲנִי מֵרְדֵּב עוֹלָם בְּעַלְמוֹתֵיכֶם* subsannabo quum pavor vester advenerit. Atque utinàm Flacci ad exemplum, Persio laudatum, ridentes ac ridentibus omne vitium tollerent, non, uti faciunt, cumulant. Ea etiam & fuere olim & sunt etiam nunc tempora, quibus pro illorum vel odio vel gratiâ, queis nata ad servitutem ingenia supparasitantur, æstimare res & personas multi solent: *Quicquid dicunt laudo, id rursus si negant, laudo id quoque;* nosti parasiti Terentiani voces. Eri-gunt vero ac recreant magnoperè æquiora illorum judicia quibus probari, secundum Deum, quâvis contentione laboramus; ut ita *ἄλλ' ἂν δοσσημίαις ἢ δὲ φημίαις,* modò *ὡς ἀγνοούμενοι,* rursus *ὡς ἀπληροῦς* & *κόμῳ,* sistamus nosmet Deo & Ecclesiæ in fide

Prov. I. 26. Pers. Sat. I.

2 Cor. VI. 8. 9.

Vide supra.

Gelas. Mai. P. 37. Refol. c. Advii. p. &c.

Vid. Epist. de Accept. Gelas. Maj. p. 23.

ἀνυποκρίτους, in traditâ doctrinâ constantes, in verbis ingenuos, innocuos in factis, in conversatione omni ὀρθοποδῆντας, nec σωμαπαχθένας τῇ ὑποκρίσει, ac mediis in contumeliis immotos, spretis quæ cum tempore exolefcunt conviciis blaterantium.

Quæris verò tandem, Vir Reverende, ecquid remedii huic malo inveniri possit, ne res nostræ magis magisque in pejus ruant, ut perditæ tandem restitui se posse negent? Ut dicam quod sentio; si superiora quæ dixi omnia propiùs contueor, si conjurata veluti studia, pertinaces affectus, scripta virulenta, speciosos Progressuum ac Veritatum obtentus, privatas multorum rationes, civiles quandoque quæ implicari cum causâ Religionis solent; si ad hæc afflatas novo hoc spiritu, ac vernaculis libellis, scriptis, concionibus, conventiculis, animatas atque accensas cotidie plebes, tonstrinas, textrinas, molles Cathedras, ac γυναικῆα; si (inquam) ex priorum temporum Historiâ æstimo hæc nostra, propè conclamata ultimò concordiam dixerò, atque utinam Davus sim! *Miseranda tùm erat rerum facies*, dixit verissimè Senex nolter, *tempora turbida & inquieta*, quum scil. Remonstrantium temporibus illa ipsa signa, his nostris simillima, observarentur! Et cùm, addit ille, *novitas ipsum Ecclesia corpus exedit, & in Sectam coalescere incipit, & nomen quoque adepta est, tùm verò ad ultima subsidia & remedia recurrendum*. Sunt qui animam omittent priusquam partes deferant, nimisquam præcepti illius Emblematici memores, *Fulgura licet & Tonitrua audiam, tamen Ova tua haud desere*. Pristina veritas charitatem peperit, optatissima Mater; nova hæc perimit & extinguit, dira Noverca. Quod de odiis οἰκείων φίλων Tragicus, veriùs de nostris dici potest, esse δεινόν τι rem immitem, & δυσλόγους illorum διαλλαγῆς, reconciliationem oppidò difficilem. Si novarum assertionum exaggeras vel numerum, vel momentum, illi, in phrasi, in methodo, in Locorum quorundam interpretatione, omne discrimen esse: si elevas, ac tanti esse negas, quæ cum pacis Ecclesiasticæ dispendio urgeri oporteat, illi, esse Theologiæ totius quasi proram & puppim, Scripturarum compendium, Prophetiæ clavem, & lucem in his doctrinæ ac interpretationum tenebris accensam. Si deprecaris propagandi illud studium, illi, contra Augustini regulam, *veritatem omnem dicendam, & semper*. Si silentium suades in publico, dùm est profectus omnis ille dubius & controversus, nec

Cocc. Ep. sunt eadem tot Fratibus revelata, illi, *hoc agi ut bona non liceat dicere, nec ex Scripturis discere*: si imperant id silentium Patres, illi imperari in affectis, nunquam traditis; rursus ea si convellis, oppugnans, illi acriter defendere ac vindicare. Si Glossas rejicis, illi Textum negari; si subtilitatem accusas, illi damnari simplicitatem; si suspectas tibi Hypotheses esse, illi *suspectum fieri studium S. Litterarum*. Ità si ad concordiam mutuam vocas, illi insidias subesse, dari sibi verba; si in certamen protraheris, illi concordiam violari, se pacis Filios. Pariter si in Synodo remedium quæris, illi intendi quæ constringant Formulas, aut quæ feriant Anathemata; si in Civili potestate, illi cum Donato apud

Optatum, *quid est Imperatori cum Ecclesiâ?* vel cum Nazianzeno, *ἀρχομεν ἐ αὐτοί, dominamur & ipsi*; si in Academicâ disciplinâ, illi in Pastorum, in Confessuum Ecclesiasticorum invadi jura. Et si quando favère Magistratus, deferre ad eos omnia, qui causas cognoscerent, ac peccantes coercerent; ubi verò infesti hi turbantium studiis, eorum auctoritati detrahere. Pacem resonare ubique illorum ex scriptis audias, dùm stringuntur gladii,

Nec longinqua cadunt jaculato vulnera ferro; dùm parùm sunt istius memores, Fœdera si placeant, sit quo veniat inermes!

Gal. II. 13. 14.

Grat. Heid. de diffid. p. 22. 24.

Eurip. Phœniss.

Cocc. Ep. LXII. XCI.

Cocc. Ep. XCII.

Orat. ad Nazianz. T. I.

Quo *Gelasius* vel *Timothæus* quisque in calumniando audacior, hoc vult haberi in scribendo æquior; Charitas crepatur, & fovetur inimicitia æterna semina, ex *questionibus & logomachiis*; Veritas simul obtenditur & confoditur; Formulae laudantur, simulque obelo quodam configantur. Ità quod in suis sanctum, in aliis profanum est; quod in hoc prudentia, ambitio quædam, acumen, in aliis tyrannis est, superbia, dolus. Sic quotquot cum ipsis sentiunt, ingeniosi, qui dissentiant fungi, stiptes; uti sunt *ειλωποιστοί* qui obsequuntur novis studiis, *θελοκάκοι* qui servitutem illam nesciunt: in plerisque autem facta obtestationibus adversa. Atque adeò postquam in omnes nos partes convertimus, hoc tandem, Vir Reverende, solatii est; *Ut quimus, quando ut volumus non licet*. Et qui jamjam in pium *Votum* incido, expressum novissimè publicis typis Johanni Sylvio, Viro animi robore inter corporis calamitates, ut & doctrinæ laude, ac laborum meritis Eximio, quantum ego illi assurgo ac consiliis subscribo, tantum & illi metuo ne perfimam eorum gratiam referat quorum non *δαδύτῃ ὑποθέσει*, nec scriptis contumeliosis applaudit. Ac Deum Opt. Max. ex intimo animi affectu veneror, falsus ut Vates sim, sint irrita præfagia, dùm

Præteritque memor plango, metuensque futuri. Utinam adeò reputarent seriò cum animis suis Fratres, quæ Vir ille Rever. de intortis in nos *maledictis*; de necessario in non necessariis ac litigiosis *sententio*, salvâ sentiendi libertate; de gratis jactato, in iis quæ ad Christianismum attinent, nupero *profectu*, à *Socino* quoque, & ab aliis *obtenso*; de arcendis à *Caribus*, paci redintegrandæ, traditis nuper controversisque *Capitibus*; de non adducendo in discrimen *Corpore toto*, specie hujus vel illius *partis curandæ*; de dandâ operâ ut idem in *Ecclesiâ Dei & loquamur omnes & sentiamus*, sepositis *idiæis δόξαις*, deque *Consensibus* quâdam *Formulâ* stabiendâ, ex utrimque concessis, in iis quæ ad Oeconomiam *Fœderum*, & Legem in Decalogo latam, & diem *Dominicum* spectant. Et hic veterere acclamandi formulâ occinant omnes illud, *ἀμὲν, ἡμέτερον*, quod verbum ex animo ac verè dicimus, imò absque hoc nulli sumus.

Equidem, Colende Frater, ex quo studiorum observavi eam confidentiam, quâ moderatio hujusmodi negata hucusque tot piorum votis, rediit mihi in mentem sæpenuerò gravis apud Clementem Romanum, diversissimaque ab hodiernis moribus, oratio: *Εἰ δὲ ἐμὲ εἰσῆς, ἢ ἕως, ἢ χρισμῶνα, ἐκχωρῶ, ἀπὸ τοῦ ἐγὼ βάλῃθε, ἢ ποιῶ τα προστασσόμενα π. 69. ὑπὸ τῷ πλήθους. Μένον τὸ ποιμνιον τῷ χειρὶ εἰρηνοδίτου, καὶ τῷ καθεσαμένῳ πρεσβυτέρῳ.* Si propter me *seditio, contentio, schismata* oriuntur, ecce *emigrabo, abibo, quocumque volueritis, & quæ ab Ecclesiâ mihi mandabuntur faciam. Solum Christi ovile, cum constitutis Presbyteris, in pace degat!* Et has dicit Clemens esse convenientissimas voces homini *γενναίῳ, διαπλάγχθῳ, ἢ πεπληρωμένῳ ἀγάπης, generoso, misericordi, & charitate pleno*. Quanto jam propensiori voluntate erumpendum esset Viris Fratibus in hujusmodi voces! Si propter opiniones quasdam meas, assertiones, phrasas, interpretamenta, distrahuntur Fratres, Ecclesiæ conturbantur; Si ex Philosophematis his vel illis, quibus reclamatione sacer penè omnis Ordo, offensio nata est; Si hæc vel illa studia modò in in causam, modò in personas, concordiam perimunt, atque intercedunt publicæ tranquillitati; ecce concedo seu desiderii Fratrum, seu Majorum imperiis, seu Ecclesiæ commodis, quicquid suadet lex ipsa prudentiæ: Ecce modò pax optata redeat, addico optatum in dubiis silentium, sollicitam ambiguum fugam, locutiones commodas, Philosophiam

Tim. VI. 4.

Joh. Sylv. Past. Amstel. Vrede-wensch.

S. VIII. S. XIV. S. XV. S. XIX. XX.

S. XV.

S. XXII. S. XV. XXV.

Clem. Ep. Edit. Patr. p. 69.

Medit. in Pl. XXXI.

phiam sobriam, mittendum eorum quæ discidunt patrocini- in publico, odiaque omnia & studia in commune ponenda. Nam & tacendo propugnari veritatem à servis Dei, & manum Domini, qui Deum veritatis est, expectando, monebat prudentissimè Junius, in pathetica illà Oratione, quâ sparsas in plebes scriptiunculas, obtentu Veritatis, flagellavit. Egregiam verò laudem! in id allaborasse quavis contentione, ut destruantur in Sanctuario plurima quæ per Patres adstructa; novi tibicinis aut ornatûs cujusdam obtentu, summovisse sustentacula vetera, totamque Ædificii molem labefactasse; obscurasse quicquid diffudissent luminis & πνευματικὸν φως, & lucis novæ inferendæ gratiâ, charitatis extinxisse omnes flammâs! Rem oppidò salutarem! fecisse in obscuris & controversis progressus, ac neglexisse τὸ ἐν ἀνομιαῖς, de quo uno in novissimis rogabimur; urfisse τὸ πλεονεξία in iis quæ φρονήσι, inflant sed & distrahunt animos, retrò his labentibus in istis quæ ἀνομιαι, & quæ facta vellemus novissimè; denique Humanitatem penè omnem exuisse, dùm de Divinitate quàm acerrimè disceptatur. Scilicet! tanti erat retexisse τοῖς ἐπειταίους Patrum nostrorum nuditatem; fecisse palàm quàm invalidis hætenùs armis decertarint; ac probasse Populis, obstructos fuisse hucusque Scripturarum quodammodo fontes, clausum Librum mysteriorum, inaccessâ ante hanc ætatem Dei arcana, & interclusâ veluti viam ad Sacrarium, ut suffeno deinceps cuique, & luxuriantibus ingeniis ac sui plenis paris jactantiæ facta esse libertas videatur. Putabimus rectè nos talentum collocasse, & servasse τὴν ἀρχαῖαν ἀλήθειαν, & accelerasse Christi Regnum, & incubuisse conversioni Gentium, & revixisse Judæum apellam, & quod erat nostrarum partium nostrique officii peregrisse, si visi modò fuerimus φρονεῖν ἐρέως, & μὴ συσοχῆν, primique aperuisse mytheria; si confusa fuerint labia Sacerdotum, prædicationes diversæ, adversæ interpretationes, divisi Spiritus, dissona Magnalia; si in somnia omnia nostra haberi voluerimus in fatidicis & θεοπέμπτοις, & pari loco quo in-

Gen. XLII.

terpretatio Vaccarum Spicarumque septem; si penetraverimus in abdita temporum, quorum γνώσι sibi servavit Pater; si argumentis controversis, scriptisq; ad litigia natis, impleverimus Christianum orbem; si denique vigilias, noctes, labores, atque animi curas dederimus omnes propagandis κλησιαστικαῖς δόξαις, ac fovendæ in Ecclesiis συνέσει? Deum immortalem! potiores illæ curæ, quàm ut incubabamus erroribus pari studio eradicandis, Hæresi conjunctis copiis oppugnandæ, vitiis tollendis, purgandis scandalis, unitati Spiritûs servandæ, & vinculo pacis fortiùs adstringendo? Amabo! nihil sublimius, nihil excelsius, nihil salutaris, nihil ad felicitatem Ecclesiæ consummatius, aut promissere huic ætati Divini Vates, aut commendavit Christus, aut Apostoli tradiderunt, quàm cognitionis illud, quale unum deinceps urgetur, augmentum, & inquirendis illud studium in Periodos temporum, ac detegendis Orbem hætenùs ignotum, ne sit terris

Eph. IV. 3.

Ultima Thule, ne hodie defint qui emetiantur spatia illius Oceani sapientiæ, qui explorent abyssum, scrutentur Dei profunda, & occulta Domini quàm curiosissimè rimentur? Hæc illa cognitio est quâ, illo tempore id est nostro, impleri debuit Terra; in quam præscio Spiritu intentus fuit Angelus, suis ad Danielelem; & quæ lucis adventura nomen sibi demùm vendicet, præ quâ Reformationis lux prior meræ tenebræ fuerint, potioribus veritatum latentibus hucusque in teterrimâ caligine? Ac tandem, rogandi scilicet sumus in illâ die, an prophetaverimus in Christi nomine, seu referaverimus Prophetiarum arcana, ho-

I Cor. II. 10. Deur. XXXI. 9. Esai. XLII. 9. Dan. XII. 4. Esai. XLII. 9.

diernâ Clavi; non potiùs an dilexerimus multum? cognoverimus-ne, quæret Christus, obscuriorem Hæri nostri voluntatem, an fecerimus apertam, indubiam? & vox Servatoris fortassis illa fuit, qui multa sciverit, non altera ista, qui multa fecerit? Et quid si, ut cum Augustino dicam, quid si totus Mundus illuminatus sit, & totus Mundus impius; Tract. IV. vel sint omnes Gnostici, dùm rari oppidò Prædicici?

O! quàm recordor indignabundè, nec sine ductis ex imo suspiriis, primæ illius ætatis, verè aureæ, quum Christianos non ex sublimiore γνώσι, sed ex actionibus ac profuso pietatis cultu æstimandos censeret Antiquitas, luculentis sed & obviis apud Clementem, Justinum Martyrem, Athenagoram, Tertullianum, Clementem Alexandr. Cyprianum, aliosque, monitis & effatis! Nempè, olim magis in pretio Arbor vitæ, hodie Arbor scientiæ, quo solo hominem prohibuit rerum Conditor. Olim devotio, jam curiositas potior, minùsque tum subtilitatum, plus sanctitatis, conscientia plus (invidente Epist. 20 & nostro Bezâ) scientia minus, quorum jam inversus ordo est. Olim vera ac pristina Charitas, nova hodiè ac precaria Veritas in arce conspicitur, quæ tempestate contentionum serenitatem Charitatis obtundit. Aug. Epist. LXXXVI. Olim denique Columba Christiani Spiritûs symbolum fuit, jam Ignis qui omnia depascit, ac Formaces animorum septies plus justo accendit, in perniciem Fratrum. O! quàm multi sunt, quibus exprimentur illæ voces, Novi mirabilia tua; laturi id responsi, Non novi vos! Quàm frequentes infausta hac ætate, qui ἀφισιν aliis negant, futuri ipsimet παρόισι seu prævisionis in judicio absolutorio exempla; & quibus fortasse salutaris foret illa fides, & anxietas, & conscientia peccatorum, dùm pectus suum explorant! Quàm crebri qui pertinaciter insistant operis (sunt Viri Senatorii, pari & doctrinâ & pietate eminentis, novissimæ voces) & excluduntur ab aperiis; aut qui sectantur veritatem inflata scientiæ, intentiore studio quam puritatem humilis conscientia! Ne illos commemorem, qui Naturæ occulta cotidie ita scrutantur, ut non infrequenter Parentis Naturæ videantur obliti. Sed & quid certius quàm, dùm arma multi in Fratres expediunt, & eruenta illa, novæ Causæ cum adstruendæ tum vindicandæ, apparari Adversariis, atque omnium maximo τῷ ἀνιδίωκῳ ἡμῶν Διαβόλω, gladiatorii certaminis ac fraternalium vulnerum grata atque amœna spectacula, quibus

πλαίσι οὐ νικῆθεις, ὁ δὲ νικῆσας ἀπώλοισι, plorat victum, perit victor? Nisi enim forent qui circa questiones insanunt, aut logomachiis occasionem præbent, καινόφωνοι, δοξολογοῖ, ἀνιλέγοντες, vindicantes sibi ἰσχυροῦς γνώσι, nec alii forent quibus incumbit doctrinæ illud depositum φιλία, & περιεργασία, nullus adèò locus esset, vel Apostolo judice, pugnis, invidia, liti, maledicentia, suspitionibus iniquis, quæ Ecclesias sæpè & Respublicas perfundant. Verùm marceret plurimorum sine Adversario virtus, bella geri placuit, nec frequentius hodie genus est quàm istorum hominum

Οἱ πολέμοι ἐργαῖται ἀποθημίου ὀφρυόεντι. Undè suam in Episcopium Disputationem egregiis & vernaculis vocibus ita clauderat Heidanus no- Hæd. de ster: Interea dùm in eo sumus ut conficiamus nos mutuo Causâ in his altercationibus, perit pax Ecclesia, charitas re- Dei, in frigeat, & in tantâ cognitione vix fidei vestigia Epil. apparent. Idemque in Oratione de Concordiâ: Vi- P. 17. deamus summos Viros, & Theologos celeberrimos, postquam asarem in Controversiis, pro bonâ contra malam causam disputando, trivissent, Senes pacis consiliis se totos dedisse, iisque explicandis & suadendis omnes ingenii, judicii, & eruditionis nervos intendisse; nempè animo à partium studio, à magisterio, à patrocini-

Tract. IV. in I. Joh.

Epist. 20

Aug. Epist. LXXXVI.

I. Wierst, Centur. Colloq. ia Præf.

Tim. vi. 4. 20. 2 Tim. II. 16. 23.

Hæd. de Dei, in Epil.

nio novorum, aut quæ cæteroquin turbant, alienissimo. Et perquam idem appositè in καποζηλιαν Discipulorum, Magistros præposterè æmulantium, foventiumque materiam litigiorum, stringit Horatianum illud, in nostra dictum quasi tempora;

De Causâ Dei L. I. C. I.

Q imitatores servum pecun, ut mihi sepe Risum, sepe iocum vestri movere tumultus:

2 Sam. XII.

Atque istam quam commemoravi labem, Aman- tissime Frater, sunt hodie qui eludunt quàm multi, qui à se depellunt, qui in alios torquent, qui no- tant atro carbonè, pari ferè indignatione, quâ fe- rebatur in reum David, post Nathanis accusatio- nem: attamen loquuntur hodierna facta, adspèctat Orbis, sentiunt Academiæ, lugent Ecclesiæ, stu- pent Plebes, indignantur Proceres, rident oi Ανθη κείμφοι, impingentes fidem nobis annuam & non- struam, horrent denique Boni, quotquot præcipi- unt animis quo hæc evasura sint, & malum præ- sens æstimant ex præterità calamitate.

Iust. Marr. Apol. II.

Jejunum porro istud nimis est ac propè puerile, familiare tamen iniquioribus arbitris, aut novandi œstro percitis, & quibus, absque hoc vanissimo obtentu, deficeret calumniandi ac scribendi mate- ries, jejunum, inquam, quod identidem occasio- ne superiorum improperant: Videlicet, quotquot patrocinantur doctrinæ priori, docentium τῆ ὁμο- δοξία, fraternæ consensio, reverentiæ Instru- mentorum, modestæ in Divinis sapientiæ, pru- denti inquisitioni, illi cumprimis doctrinæ quæ ad pietatem est, ex quâ γνωρίζομεθα ὄντες χριστιανοί, & quâ demùm approbatur Deo, Christo, Ecclesiæ, Sanctis, hoc ipso *fauces esse ignorantia, desidia, ois inertis, neglectus bonarum rerum!* Hinc expressa pa- rùm æquis Fratibus criminatio; in id laborare nos, ut retrahantur præclara ingenia à severioribus stu- diis, à scrutinio Scripturarum, collatione diligen- ti, prudenti examine, iudicio ad conscientiam, ac laudabili profectu, imò à literario omni incremen- to, ab illustramentis novis, aut modestâ emendatio- ne, in iis quæ permissa sanè nostræ industriæ ac solertiæ. Ac modò meos oculos subit infelix pa- gina, parùm certè vel modesta vel erudita, quæ non uni Hulfio, Collegæ observando, sed tot ve- teribus militandi Theologis, (qui in versandis no- cturnâ diurnâque manu Scripturis, in obscuris de- clarandis, vindicandis controversis, profligandis Hæresibus, consenuere, & quorum studia multa lucerna testatur) impingit toto Volumine: *Sæana illos operam dare, in oppugnandâ inquisitione ex Scriptu- ris; Velle Pietatem sine fide, aut fidem sine cognitione; Diaboli hanc artem esse, ut praxim Christianam urgeant, cognitioni qua ad salutem est obscuranda; Profectum eos omnem tollere, damnare; Prophetiam nec legi velle, nec expendi; Doctrinam omnem qua ad salutem est suspen- dere ab Humanâ auctoritate; Longius in eo progredi quam factum unquam in Papatu; Magistros habere suos ἀναμαρτήτους; & quæ id genus sunt voluminosæ pa- ginæ basis, & argumentum.* Undè autem, obse- cro, hæc nugalia, & *ὅπο χύτρας?* Nempe in eos stricta, quotquot magnis ante nos Theologis in do- ctrinâ de Fœdere, aut in Methodo ἐπιμυθικῆ ἀσ- furgunt; quotquot Glariss. Coccejo subindè aliquid in his humani tribuunt; quotquot Scripturas in Scri- pturis ipsis, non in Ultimis Mosis, aut id genus Cogitatis requirunt; & institutâ collatione princi- pum ἐπιμυθίων, non infrequenter Augustino veriùs, vel Chrysostomo, vel Theodoro, vel Calvino, vel Musculo, vel Martyri, vel Belgis, vel Britan- nis, vel Interpretibus aliis, aut omnibus conjun- ctim accedunt, quàm ἰδιογνώμονι Theologo. Ita nempe traducendi ad plebes, quotquot ducunt rem Deo gratam, Ecclesiæ utilem, sibi jucundam, ho- stibus exitiosam, pari cum Senioribus xxiv. animorum & vocum & rerum concentu, celebrasse Dei mira-

Eer en Leer I. Cocc. p. 3. 4. 7. 8. 11. 13. &c. per not.

bilis? Aut quotquot plus prophetarum plerorumque iudicio, quàm suo unius, in rebus gravissimis, tri- buunt; vel quotquot expetunt piissimis votis, ex præscripto Apostoli, λέγειν τὸ αὐτὸ πάσας, & φρονεῖν τὸ αὐτὸ, in publico Ecclesiæ theatro; quotquot de- nique indignantur, sic ad crifim & cogitata unius Hominis Scripturas univerfas inflecti, & eo hodie supercilio, ut si cùm ex Magistri placitis, tum ex Discipulorum scriptis, Bibliorum nova deinceps Versio atque Interpretatio exurgeret, aut hæc non esset Scriptura, aut prior ferè omnis non nisi Verbum hominum fuerit? Et à quibus obsecro, Vir Erudite, conjecta hæc in Theologos probra? Ab illis ipsis qui in eum scopulum impingunt, & quod vel à Patre vel à Magistro didicere, hoc unum sa- piunt; quibus Dei Verbum est, quicquid esse affe- ctus in illum ipsum persuasit; qui dum ex Gigantis illius humeris Nani prospiciunt, Viris insultant; qui vix in Scripturarum limine, hoc uno duce, con- stituti, vix

adpersi primâ lanugine genas,

vix admissi intra septa, gravem in Theologorum omnium atque Interpretum turbam, à quâ Coc- cejus aut quæ à Coccejo deflectit, censuram exer- cent; inaccesso quanquam illis hoc Orbe erudi- torum, hoc doctrinæ quodam Oceano. Equidem pictatem in Patrem, aut gratam Magistri memo- riam in laude ducimus, modò contumeliosa ne sit, nec transversos agat. Quicquid enim istud probri est, non vident hi intulisse quondam toti Contra-Remonstrantium choro, eadem *Papismi, hu- mana auctoritatis, Scholastica doctrina, impediti prof- etus, Veritatis oppressa,* ac similitum accusatione, il- los ipsos qui nova tum & contentiosa molirentur. Nec in nos illa jactantur, sed (ex superioribus no- stris) in Melanchtones, Bezas, Palatinos, Junios, Molinæos, Rivetos, Bochartos, Dordracenos, Bel- gas plerosque, novissimè Helvetios, & ipsum supra Cl. Heidanum, ac quicquid Theologorum fuit qui πολλῶν ἀντάξιοι ἄλλον, in quibus & Parentem nostrum censere liceat. Quo enim magis hi & iudicio suba- cti, & pietate fervidi, & eruditione consummati, & Theologicâ doctrinâ solidi, & Commentationi- bus inclyti, & δυσνοήτων enodatione clari, & spar- sâ per Sacram omnem Disciplinam luce ad fastigium omnis laudis evecti,

Videtur præ.

V. supri.

libris pariter fastisque legendi,

hoc illi ab horum temporum morbo vehementiùs abhorruerunt. Alienissimi isti nempè ab affectatio- ne novorum, à doctrinæ singularibus, à quæstio- num litigiis, à locutionum intolerantiâ, à specie omni offensionis, aut dissensionum Collegas inter & Fra- tres fomentis. Adeò ut commentaturus in Pauli- nam ad Roman. Melanchthon, præfatus sit se *novas Interpretationes, ignotas Ecclesia Christi,* gignere aut adferre nullas; doctus, *varietate Interpretationum ho- sibus præberi occasionem Verbum Dei irridendi.* Nec de- sunt tamen argumenta in quibus sese probet atque exerceat iudicium, eruditio, industria, Crifis; uti sanè nondùm expedita sunt Scripturarum omnia δυσσεμλωδία, multa in his ἀποεσ, multa studio no- stro relicta, & *plura malro qua nescimus quam que sci- mus.* At nec illicò desideratus is profectus est, fo- lidior is cibus, uberior ea cognitio, quæ talis nasu- tulo cuique censetur, ac suorum pleno; quæ est circa ænigmatum nodos, & temporum periodos, & venturorum arcana; quæ Propheticum Verbum sic tractat, ut Religio Christiana ad hæc usque tempo- ra *ingentem Veritatis eclipsim passa sit, ut omnes Eccle- sia Patres vero Scriptura intellectu destituti fuerint, & in- star vespertilionum ad lucem solis cæcuserint.* Quin co- gnitionis profectum eum censuit Augustinus, quan- do ità *suppletur quod defuit* (uti factum in Nicænâ Synodo, per τὸ ὁμοῦ(10) ut non improbetur quod fuit, quan-

Cocc. Pref. iu Prop.

August. ad Jan. Ep. cxi.

Heid. Fascic. Disp. de Socin. p. 1.

Tract. xcvi. & xcvi. in Joh. xvi. T. ix.

quando non est lactis (priori institutioni) contrarius so-
Adus cibus; quando additur non subtrahitur, struitur
 non destruitur; quando proficitur ad separandum bonum
 à malo, & magis magisque inhaerendum Mediatori;
 quando quisque in eâ Charitate proficit, quâ & diligit
 cognita, & cognoscenda desideret, ita ut ea quoque ipsa,
 quæ nunc quomodoque cognoscit, nondum se scire sciat,
 &c. Proficiendum utique, Fratres, sed salvis pru-
 dentia, modestia, & charitatis legibus; salvâ do-
 centium in Doctrinâ consensione, erga Theologos
 priores observantiâ, erga Fratres concordia, erga
 Discipulos unanimi studio, erga Ecclesiam in po-
 tioribus sollicitudine. Et proficiendum in iis quæ
 cumprimis *χρησιμα*, quæ *αναγκαία*, quæ *προς οικο-
 δομην*, quæ suâ se luce probant, quæ ad conscien-
 tiam *ἀντιλεγόντων*, nec inani jactantiâ, sed cotidia-
 no fructu demonstrantur, quæ bonas literas, pie-
 tatem, dilectionem, salutem & nostram & aliorum
 promovent, procul ab offensione Fratrum, aut se-
 minibus contentionum, aut quæstionum *ἀπαιθεσία*,
 aut ambiguâ locutionum. Et in hoc studio fuisse
 nos hucusque aliquos, quæ ad varia *δυσνόητα* Scri-
 pturarum, ad harum Controversa, ad ea quæ Histô-
 rici argumenti, commentati sumus, probare inge-
 nuis occeperunt, & affecta alia, publicique labores
 testantur. Neque profectò veritatem invenere,
 quotquot dicunt & opinantur se invenisse, iudice cum
 Hipponensi experientiâ. Simplicia huic sæpè vel
 expedita, quæ alteri subtilia & intorta; lux huic,
 quæ alteri tenebræ; huic *σπουδαίαι*, quæ alteri *ερέ-
 τωσις*, & bullatæ nugæ; huic *πρῆμονή*, quæ alte-
 ri servilis obsequela; huic Dei Verbum, quod alte-
 ri est stolidâ glossa; huic clara perceptio, quæ
 vana est alteri præsumptio; & fundens ille sæpè,
 obsequiosæ turbæ iudicio, quædam oracula, qui
 alteri est *ἐπιπλεον αἰνίσματα*, & ex illo genere de
 quo, nisi fallor, alicubi Tullius, *Mutum esse satius
 est, quam quod nemo intelligat dicere*. Et quemadmo-
 dum qui censoriâ nuper autoritate, principes tum
 eruditionis, castigarunt aliorum scripta, aut super-
 ciliosè fastidivè se priora, parem hodie fortunam
 experiuntur; ita nec hodiernis Censoribus condo-
 natura est, mihi crede, suas animadversiones poste-
 ritas, datura progeniem nihilo de studiis suis sentien-
 tem abjectiùs. Uti etiam

*Nec lacrymis crudelis Amor, nec gramina Ri-
 vis,*

Nec cytisò saturantur Apes, nec fronde Capella;
 ut non agnis Lupi, non sanguine Tigrides, non
 cadaveribus Vultures explentur; ut non aquis sitiens
 Hydrops, non lucro Avaritia, non maledictis Invi-
 dia; ut nec dapibus novis aut condimentis fastidiens
 Stomachus, vel incumbentium genio Venter, fatia-
 tur; sic nec rebus novis fastidiosa Ingenia, nec fi-
 duciâ studiorum *ἀθάλας*, nec despectu priorum Suf-
 fenos, nec obrentu veritatis Sciolos, nec crisi se-
 veriore Aristarchos, nec affectuum fomentis Æmu-
 los, expleri unquam ac saturari continget. Ac quàm
 metuo ne illi *ἐμφιλοχῶντες*, sed iudicio quodam
 suo, *τῆ δ' ἀληθείας ζητοῦσιν*, querentes adhuc laten-
 tem veritatem, quæ sacra sit, quæ ad instructionem
 fit & ad pietatem, in hoc Ecclesiæ senio, referant
 id à Christo responsi, *queretis me & non invenietis*.
 Nec istorum recordari soleo, quin simul Mercato-
 rum quorundam, quærentium nescio quam Insulam
 inaccessam, quæ hoc magis ab ipsis recederet quo
 proprius illi, velis expansis, appropinquare viderentur;
 vel Maurorum istorum prope Fezzam, re-
 ferente Marmolio, per aliquot jam sæcula laboran-
 tium, sed incassum, quærendis in edito quodam
 Monte iis thesauris, quos ibi latentes spe vanissimâ
 credidè, bonis certioribus neglectis. Quin &
 obversatur meritò Phaetontis illius *προπέτεια*, qui
 dum lucis majoris cupidus propius ad solem acce-

Tom. II.

dere gestit, vicina mox loca, hinc tandem Orbem
 ipsum temerarius accendit.

Atque utinam adverterent superiorum nonnulla
 Viri Fratres, & certum posthac utrimque foret,
 experiri omnia, priusquam domesticis odiis prudens,
 sciens, vidensque pereat Ecclesia Batava!

*O quantum donatâ pace positos,
 Excussis unquam ferrum vibrasse lacertis
 Panituit!*

Si quid adhuc reliquum est Christiani sanguinis, si
 quæ memoria præteritorum, si quæ illius recorda-
 tio qui Belgium nuper Fœderatum, qui hæc Tem-
 pla, qui hanc Urbem, qui nos omnes salvos esse vo-
 luit; si quæ *ἐξ ἀλλοθεν in Christo*, si quod solatium
 amoris, si quæ communio Spiritûs, si quæ miseri-
 cordiæ viscera, Fratres!

date Gentibus iras,

Civile bellum avertite, gaudio bonos omnes exple-
 te, idem sentite, eadem charitate flagrate. Estote
σύμφυχοι, & τὸ ἐν φρονήτες, procul ab *εὐθεία*, &
κενοδοξία, & opinione *ὑπεροχῆς* in cognitione re-
 rum, quas in hoc vitæ modo velut in speculo &
 sub ænigmatum perplexis contemplamur. Cogita-
 te, quantis laboribus fundatam Ecclesiam, quantâ
 virtute stabilitam libertatem, quantâ Dei benignita-
 te restitutam haud ita dudum concordiam, quanto
 fructu assertam in graves & communes Adversarios
 veritatem, labefactare possint nova mysteriorum
 ac quæstionum non necessaria, quibus suadendis fo-
 vendisque

Vix tanti fuerat Civilia bella moveri.

Obversentur utriusque nostrum novissimæ illæ voces,
 dicturi suis ultimum quasi Vale Servatoris, quibus mu-
 tuâ pace nihil Discipulis prius, nihil sanctius, esse vo-
 luit; ille ipse qui Pacis & Deus, & Princeps, & auctor,
 & concionator, & assertor pretio sui sanguinis, &
 expressa tot Typis imago, aut tot Imaginibus veri-
 tas fuit. Meminerimus, non Feciales eum, non
 Bellonæ filios, non Martis pullos, non Militares
 tubas, non Gladiis accinctos, non irarum atque ani-
 mi plenos, sed Filios pacis, pacis Interpretes, ex
 Oliveto monte pacis, in Hierosolymam suam, Do-
 mum pacis, emisisse, cogendos mox in Concordiæ
 quoddam Templum, donandos Spiritu pacis, dictu-
 ros ubicunque pedem figerent, *Pax vobis!* ac com-
 mendaturos illud *Osculum pacis*, quo se Christiano-
 rum primi domi forisque, in Templo, in foro, in
 vicis, in privatis congressibus, complectebantur.
 Neque satis sit, Fratres, olea illum raram ore ge-
 stasse, columbæ Noachicæ adinstar, dum pedes de-
 flectunt à viâ pacis, dum manus in Fratres arman-
 tur, dum linguæ acuuntur in gladios, dum corda
 felle amarissimo imbuuntur, & oculi bile suffusi ma-
 li sunt; aut dum pacem dicimus minimè pacem, sub-
 stituendo prophetandi exitiosam libertatem, id est,
 pro Rachele Leam. Imò non oblatam tantummo-
 dò Pacem deosculemur, sed etiam fugientem perse-
 quamur, oppugnatam propugnemus, amissam queramus,
 inventam teneamus, & obtinentes servemus in Deo, in
 Ecclesiâ, in nobis, & inter nos, ut fuere gravissimi
 Theologi voces.

Spondeo ego certè, meo ac Fratrum nomine,
 neque hic neque alibi ullam fore in nobis moram,
 conciliandæ Fraternitati, quæ in primâ Ecclesiæ
 Christianæ infantia communiōe charitatis, consi-
 liorum, officiorum, precum, voluntatum, animo-
 tumque constabat. Solummodò ne sollicitetur dein-
 cept doctrina prior, ut ignara Scripturarum, Fœderum,
 Testamentorum, ut nescia profectus, ut Prophetia con-
 tempra, ut ampliacioni Regni Christi inimica, ut Ver-
 bum hominum, ut Papatu novus, ut sæda Scholastica
 tradux, & si quibus id genus Flosculis scætant plau-
 stra Libellorum. Coërceantur magis intra privata
 studia, quæ sunt plerisque Fratrum obscura, & id

Rrr

Aug. ad
 Honorat.
 de Util.
 Cred.
 T. vi.

Joh. vii.
 34.

Marm.
 Afr. P. II.
 L. IV.
 C. LXXI.

Phil. II. I.

Joh. xiv.
 27.

Act. II. D.

Gen. viii.
 11.
 Gen. xvi.
 12.
 Matth.
 vi. 23.

Fr. Jan.
 in Pf.
 cxxii.
 in fine.

Phil. 111. sapiamus in publico ad quod pervenimus. Quæ
16. Viri illi sentiunt erui nuper cœpta ex densissimâ quâ-
dam nocte, non visa hætenùs, aut per nubeculam
1 Cor. modò quandam, *prophetis illa subjiciuntur*, & com-
XIV. 32. missa nonnisi doctis ac privatis auribus, libera sin-
gulorum judicia subeant. Cessent illa, ante Fra-
trum & Synodorum & Ecclesiarum accessionem,
ebuccinari quâ voce quâ scriptis, tanquàm Scriptu-
rarum quædam Clavis, Canon Prophetiæ, *δύναμις*
V. Cocc. & *δυσέβεια*, Theologiæ nostræ decus, Felicitas no-
V. Cocc. visissimorum temporum, Impletio Vaticiniorum,
Gods-gel. & *δυσέβεια*, Theologiæ nostræ decus, Felicitas no-
Korte visissimorum temporum, Impletio Vaticiniorum,
Vertoon. Fax veritatis, Malleus errorum, Incentivum fidei,
&c. Vinculum charitatis, Virtutum omnium Christianarum
fomes, Explicatio veri Cultûs sub Novo
Test. & Achillea demùm Hæresibus conficiendis
arma,

si quâ Pergama dextrâ

expugnari possint. Faceat Scriptionum in vulgus,
Concionum ad plebes, Disputationum intra Acade-
mica septa, omnis invidia. Vocationes sacræ in
commune dirigantur, & soli virtuti detur quod aliis
favori, nec Clientum numerus, aut Magistrorum
nomen, sed talentorum pondus ac *μέτρον ἢ δυνάμις*,
attendatur. Sit religio Decretorum, illis ad quos
attinent, in tradendis quoque Philosophematis, san-
cta & illibata, procul vel cavillis vel exceptiuncu-
lis. Si quid utrimque peccatum est, emendetur
utrimque, & ut verbum quorundam habet; *Alter*
salivam suam, alter micum suum sibi servet. Inducan-
tur è Diptychis litigiosis illinc *Vocianorum*, hinc
Coccejanorum invidiosa nomina, tenebris æternis ob-
scuranda. Sint consentientes, nec ullatenùs am-
biguæ aut captiosæ, decentium voces; & si quæ
in Fraternas contentiones & in *λογομαχίας* tandem
abière, cum usitatis aut hisce geminis commuten-
tur. Alii aliorum sensa nullis posthac fiduculis ad-
hibitis contorqueant, aut *fabulis* admixtis mentian-
tur. *Hæresis* nulla in Symmytis vel suspicio sit vel
accusatio, nullæ sint *ἐπίνοιαι πονηραί*, sed nec ha-
rum *causa*, haud illæ obscuræ, foveantur. Remit-
tant Fratres onerare injuriis, *Gelasii* rursus nulli
maledicant, nec gratia populorum Fraternali nomi-
nis invidiâ sedimatur. Cocceji sit laudata memo-

1 Tim.
VI. 4.

ria, ex quo quicquid probati auri est, quicquid ar-
genti, conferatur in commune extruendo Taberná-
culo; quicquid censent alii fœnum, stipulas, *ιδίαν*
ἐπίλυσιν, privati esto arbitratûs, non usûs publici
ac contentiosi. Sed & vivat in omne ævum recor-
datio tot Heroûm, quos consecraverunt æternitati
inexhausta eruditio, vigiliæ, labores, scripta, cer-
tamina, *διδασκεία*, & quos sequimur, at non *passi-*
bus aquis. Exurgant ex priorum Theologorum scri-
ptis, ex novissimis declarationibus, & ex iis quæ
circa Oeconomiam Fœderum in confessis esse putem,
communes tradendi Formulæ. Tollatur tandem
quicquid ambagum, quicquid perplexitatum hæte-
nùs fuit, ac semina nulla dissensionis deponantur in
auditorum animis, qui aurium prurigne invitati
nimis quàm facillè illa concipiunt, concepta retinent,
fovent, enutriunt. Postremò redeant in gratiam,
quos vel causa, vel scripta, vel affectus distraxerant,
omnesque etiam gravissimæ injuriæ, pacis ergò &
tranquillitatis, perpetuâ nocte obruantur, mitten-
dæ in CASTRUM OBLIVIONIS. Fiet ità ut sit

ἀπελπισμένος τριήρης ἐν ἀγαθῷ λιμένι,

ut *desperata triremis in portu naviget*, ut eludantur
callida consilia, ut calida si quæ putantur tepescant,
ut fraudentur inimicorum vota, ut spes improba
non sit lætata diu, ut coalescant rursus animi, ut
gladii in ligones desinant, utque, si diversæ quan-
doque linguæ & voces, sit tamen Spiritus idem,
doctrina eadem, eademque magnalia. Denique
hoc modo fiet, ut frendente invidiâ, & inferis ne-
quicquam commotis, nunquàm majore Triumpho
vicerimus, quàm quod tantis discordiis vinci non
potuimus; statuto posteritati monumento,

ΑΔΕΛΦΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ

FRATRUM CONCORDIA.

In quo voto desino, Charissime Frater, ea quæ de
statu *Controversiæ* omnis *Testamentariæ* plenius rescire
ex me desiderabas, aliâ opportunitate, & fortasse
proximâ, si ex usu temporis & communi bono esse
cognovero, expediturus. Dabam è Musæo meo,
Lugd. Batav. prid. Kalend. Nov. Gregor. Anno
Vulg. CIO IO C LXXVI.

EPISTOLA ALTERA

AD AMICUM

DE

PRÆFATIONIS FRISIÆ
ACCUSATIONIBUS REFERENTEM.

CUM

ANIMADVERSIONIBUS NECESSARIIS

Ad Censuras, Fictiones, & Contumelias, Famosæ Scriptionis

J. V. W.

LITERÆ NOBILISSIMORUM ET AMPLISSIMORUM ACADEMIÆ LUGDUNO-BATAVÆ CURATORUM URBISQUE COSS. AD NOBILISS. ET AMPLISSIMOS ACADEMIÆ FRANEKERANÆ CURATORES, QUIBUS CALUMNIAS D. J. VANDER WAEYEN IN D. FRIDERICUM SPANHEMIUM PUBLICA INDIGNATIONIS NOTA VINDICARI POSTULANT.

NOBILISSIMI AMPLISSIMIQUE VIRI.



On qualibet animi ægritudine nobis innotuit, Reverendum D. vander Waeyen, in Academia Vestra S. S. Theologiæ Professorem, Epistolâ suâ Apologeticâ ad Philaletium Elieserem, nuperrimè prælo subductâ, honorem & famam Friderici Spanhemii, Theologi & Professoris in hac Academia, frequentibus calumniis, atque exprobrationibus adeo usque lacerasse, ut nullum ferè crimen rigidissimus quisque excogitare possit, cujus acerbus hic Apologeticus ipsum infontem esse permittit. Et quamvis nostrum non sit, nata inter tantos Athletas dissidia componere, nequè ea vindicare, quæ hodiernis Angliæ Episcopis adscribere ausus fuit. Nobis tamen, & omnibus religionem & pacem amantibus, non possunt non displicere, tum conviciandi hoc cacothetes, tum, & quidem præcipuè, iniqua illa judicâ, quæ de Anglicanis Præsulibus, & nominatim de Londinensi, Viro pietate, eruditione, temperantiâ, aliisque Virtutibus conspicuo, tulit. Quippe nobiscum, Viri Amplissimi, judicabitis, corruptissimo hoc seculo, quò ubique ferè deploranda Reformatorem sors est, & afflicto profligatoque gregi Pontificii insultant, nihil bonæ causæ magis nocere, neque religionem majori exponere ludibrio; quam si duo Reformatæ doctrinæ columnina sese invicem conviciis & dieteris laceffant; Nunc autem veremur, ne D. Spanhemius illatæ sibi injuriæ pati armorum gerere ulciscens, literariæ istius pugnæ ad Academias redundet detrimentum. Et quis religioni tam infensus, & Professorum venerandi characteris tam pertinax existet contemptor, qui non dolendum esse existimabit, quod leges sæpenumero charitatis & modestiæ impotenti animo cedere cogantur. Quippe nullum certaminis genus deteriore sibi exitum pollicetur, quam ubi Fratibus in partes distractis, religio nostra ab adversariis fugillatur, & tanquam incerta, & pluribus controversiis implicata, malè audit apud eos, qui illam quotidie persequuntur. Quare ne præsens prorepat malum, & maledicendi serra perpetuò inter tanti nominis Theologos reciprocetur, enixè rogamus, & petimus, ut iniquæ isti Epistolæ D. vander Waeyen Vestra indignationis nota inuri, atque adeò Spanhemii existimationi quodammodo satisfieri possit. Nos enim Viri, tam atrocibus oppressi conviciis, Vindicias inhibere bonâ jure non poterimus, si libellus ille, Vestro silentio tutus, per Europæas Academias divagari pergat. Præcipuè, cum nobis apertissimè constiterit, Spanhemio plurimâ, si non omniâ, falsò objectari. Novimus Viri ingenium, mores, eruditionem, & hoc testimonium (si quodocunque à nobis petierit) edere non dubitavimus, nempe in se nihil tale esse, quod munere cum Academico aut Ecclesiastico indignum reddere, & vitulemi calami objectum esse possit. Coram nobis vivit, in Academia frequens auditorium, in privato Collegii numerosa discipulorum turba ab illo docentur, eaque omnia palam adeo geruntur, ut, quicumque absque omni affectu aut studio D. Wayeni legerit libellum, scribentis primum in calumnias animam fuisse protinus judicabit. Vestra, Viri Illustres, prudentiæ hanc causam denique officiosè commendamus, & si æquum existimaveritis hunc libellum, aut suppressere, aut aliquo Vestra indignationis argumento notare, nos vicissim Spanhemio nostro imposituri silentium: Valete Viri illustres &c.

Dabent Lugduni Batavorum III Kalendas Augusti c1o 1o c LXXXIII.

Accordeert met de Originele Missive,
In kennisse van My, P. BURGERSDYCK.

RIT 3

LECTU

Epist.
Apol.
P. 345.
417. &c.
Ut sup.
ponit
passim
Epist. A.
pologer.
Wayeni,
p. 60. 77.
&c.
Secus
Epist.
Apolog.
83. 318.
&c.

LECTURIS S. P.



Ave credas, mi Lector, emendatas fuisse ab Illustribus Academia Lugd. Batava Proceribus haece ad Frisios literas. Concepta illa ac missitata Spanhemio planè inconficio, solo horrore infanda pagina, & in patrocinium laesa innocentia. Oblata est ab iisdem Patribus Academia Conscriptis Fides publica, contra calumnias in specie quasunque Accusatoris Frisii, si quam Spanhemium desideraret. Quam etiam de ejus in Acad. Batavà laboribus sentirent praclare, testai prolixè sunt, quum is à Serenissimo Electore Palatino Heidelbergam nuper ad Senatoris Ecclesiastici & Professoris Honorarii dignitatem vocaretur. Accesserunt Ecclesia Gallo-Belgica Primores Viri, ex ordine Pastorum, Seniorum, Diaconorum, indignati majorèm in modum in projectam mentem di cupiditatem, quasi Spanhemium Verbi Ministerium tanto ardore tantoque ambitu frustra aucupatus esset, apud Synedrium Walonicum Leydensè, scripti Wayeni pag. 60. Obsulerunt testes literas, constanter professum Fridericum esse, apud Viros utriusque Ordinis, qui illum hoc nomine convenerant, non passurum se unquam vel mediam ejus omeris partem sibi imponi. Hæc & alia publica fidei documenta Spanhemius modestè recusavit, cum illà ipsà fide, tum conscientia propria muro velut abneo, sic satis tutus.

Præcipua Animadversionum ad Epistolam Capita.

Cavillum de Spanhemii otio retusum. Indigna quadam viro honesto, in Accusatoris pagina. Quæ de Joh. v. Wayeni Epistola Friderici, publico judicio subjiciuntur. Spanhemii in premendiu nonnullis inrevera. Iniqua in eum accusatio. Alia Wayeni in Belgis Theologos. Putridula commenta, Spanhemii moderatio vespica. Etiam erga Theologos, in specie Coccejum. Calumpnia alia in auctorem recorta. Spanhemii silentium ad famosas scripserunt modo? Gelasius Major an Wayeni laudandus? Scriptores Satyrici ad hujus palatum. An Fridericum Præfatio non laeserit? Historia defensionis Paterna contra Dallæum. Wayenus quo jure juventutem suam obtendat. Quæ specie accuset Friderici pro Patre defensionem. Stupenda hominis mutatio. Abjecta de Friderico voces. Instabilitas Accusatoris. Prodigiosa in Spanhemium mutatio, ex Wayeni scriptis & autographis, sigillatim ostensa. Mutatio in causâ Cartesii, Cocceji, Velthuisii, & quos Novatores appellabat. Johannis ad superiora effugia, exceptiones inanes. Ejusdem egregia moderatio. De Spanhemii Concione Mediodurgicâ. De Epistolâ Historicâ. Obtenus Criminatorem. Judicium Spanhemii de scripto Sylvano à calumniis vindicatum. Communem Theologorum sensum quo loco habeat Fridericus. Judicia aliorum de scripto Sylvano, comparata cum illo Friderici. Johannis in Fridericum contumelia recedentes in auctorem. Ut se Discipulum ipse professus sit. De errore Chronologico Spanhemii. De fluxibus Paradisi censura Criminatoris. Censura iniquitas. Mala Censoris fides, & imperitia Geographica non una. De sententiâ Nazianzeni, quæ verius Epiphani. De opportune invitato Lectore ad risum, in materiâ de gradibus longitudinis & latitudinis Novi Orbis. Spanhemii assertum vindicatum. Censoris nova Geographica, & Arithmetica. Ignorantia in faciâ prædictum. Subterfugium Accusatoris. Spanhemii solacismus imperitissime accusatus. Paris imperitiâ Barbarismus. De legibus citatis è Codice Theodos. Censoris Crisis. Fiducia & incitua in Censore prodigium. Quid delator Spanhemio fuerit, & in Johannem ut lex quadret. Infelicitas Censura, de delatoribus ex officio talibus. De Codice Theodos. à Spanhemio non vise. De crudeli Friderici animo; puerilitas accusationum. Wayeni indignatio. Quid illi Sereniss. Auriacus debuerit. Censura de Crocodili magnitudine. Ineptia illius & ignorantia. Horrenda in Spanh. contumelia absterse. Effugia Johannis, circa litam Spanhemio intentatam. Probra nova in Fridericum. Status Quest. in Epistolâ ad Londinensem Episc. Accusatoris levitas ex ipsomet ostensa. Iniquitas totius accusationis. Specialem Politiam non determinatam fuisse, quo sensu Fridericum. Status controversia omnis ab Accusatore interseu. De Variâ & mutabili Politia, quid Spanhemium? Aliud praxis Apostolorum, aliud

lex immota. De Spiritu Dei præfatio futuri status Ecclesia N. T. Johannis cavillum, ad Ocellum. Spanhemius quo sensu asseruerit concordiam Regiminis Ecclesiastici cum Politico. Censurarum in eum iniquitas, & absurditas. Johannis lusus in torquendis verbis Friderici, & sententiâ. Hierarchicis etiam plurimis. via facta. Alia Spanhemii in sensum iniquum detorta. Planè ἐξαρτώσα ab Accusatore intorta. Calumniosa alia, circa probatam à Friderico Episcopatum. Conditiones à Friderico addita; De moxito Koesiaque, quod Præfator sui Calumpniis præfixerat. Epistola Wayana furorosa. Cavillum de Protefilao, & Φιλοπεριεῖα appassite ratorum. Carminis Wayani infelicitas. Accusatio alia de impactâ suis Hæresi quàm calumniosa. Cavillum abjectum de ariete, & arietatione. Obscena Epistola Wayana, & seq. calumniosa, Fabula de Spanhemii versicali, injuria virulenta. Absterse ille. In auctores recidere. Spanhemii modestus de se sensus. Abjecta mens Criminatoris. Accusatio de Confessione Belgicâ oppugnata paucis diluta, alibi plenius. De accusatione ignorantia, quid distem Confessio, Canones Synodor. In hac ipsâ suam insignem proderet Accusatorem. Scurrilia ejusdem. Superba simul & indigna voces. Asserta ejusdem quadam circa Disciplinam, pugnantia cum Belgarum Theologorum alio. Cavillum ineptissimum, de ut, ut, ut, ut, ut, &c. Pro variâ Politiarum formâ, variasse semper Ecclesia Disciplinam, testimonia Lutheri, Calvini &c. De sententiâ Vener. Voetii. Pluribus ex Aucto nostro non intellecta. Consensus cum Friderico universalis. Etiam Virorum Episcopatum, Episcopatus obesse alibi statum Civilem. Consensus Antiquitatis. De Canone Chalcedonensi, Johannis indignatio. In Cl. Bochartum iniquitas. Justa in Johannem retorso accusationis. De Ordine Epistola, & Orationis nupera Friderici. Atroces Johannis contumelia. Detorsio sententiæ Friderici. Axelionis appellationem convicium non fuisse. Per calumpniam Friderico afflicta. Præfationis accusatio. Qui Anticris sanarentur, Johannis bellum indictum Protestantibus Ecclesiis. Subordinatio alibi conspicua. De fraternâ tolerantia Episcopalis Regimini. Fides à Friderico ubique præfata. Johannis impetus ob vocula innocuas. Belgarum de Episcopatu equior sententiâ. Felicitatem Ecclesie Britannicæ qui prædicarint. Judicium Facultatis Lugd. Batavæ. Fridericus mandatis iniquissimè rursus postulatum. Judicia Voetii, Riveti, Spanhemii Paris. Maresii, Hoornbekii &c. asserta & vindicta. Atrox contumelia absterse. Johannem sapuisse in Præfat. ex Hoornbekio. Infelicitas censura ad vocem καβαλιεύειν. Noster Hellenista quantum? Quam opportunus Arabismi censor? Ut idem Hebraizari? Status quest. de Hierarchiâ qualis nunc ab ipso constitutus. Fridericus conviciorum falso accusans. Et ἀπεροδοιότης citationis. Maledicta Johannis. De mente Confessionum. Spanhemianæ sententiæ Summa à Johanne distulata.

mutata. Epistola de Dissidiis Belgarum ab accusatio-
ne vindicata. Exiitum Friderici in questione de Oe-
conomia Fœderum. Procul is ab accusatione quam sin-
git Criminator. Calumniarum aliarum atrocitas, &
falsitas. Methodum Fratrum distinxisse Epistolam à
Theologia substantiâ. Modestiam in quibus desidera-
vis Fridericum. Crimina illi contumeliose impacta.
Consilium de prudenti in litigijs silentio. Pium Fri-
derici votum. Thrasionica Johannis provocatio. Fri-
derici de illâ judicium. Johannis Prefatio ut Frideri-
cium laferit, & atrociter quidem. Continuatio con-
tumeliarum. Inania cum nostris certamina. De dissi-
dii Clementis Alexandrini. Horrenda maledicta in Fri-
dericum & Fratres. Parenthesis ad Criminatorem. Con-
vicia spreta exolescere. Johannis fœre alia tempora.
Temeritas in Orthodoxos Theologos. Spanhemii mo-
deratio in dolum à Johanne conversa. Judicia alio-
rum de Articulis Friderici. Querela de Philospho-
matis qualis. Calumnia de turbatis studiis Wayeni.
Spinofista à quibus confutandi. Johannis de Philospho-
matis à Cartesio judicium. Epistola ejus ad Marcsum
integra d. A. 1670. Atroces ejus in Cartesium &
sectatores in illâ Epist. invectiva. Friderici Dmexia
qualis in hisce fuerit. Wayeni de libello nupero pu-
blicum judicium, à se scriptum. Fridericus de voci-
bus licem nullam intonat. Consensus cum Formulâ
supponit consensum cum Scripturâ S. Atrox rursùm
accusatio. Spanhemium respexisse nomina Cocceji, Bur-
manni, Altingii, &c. Johannis in plerisque Bel-
gijs Theologos olim invectiva. Epistola ejusdem ex
Autographo producta. Spanhemii an Papiſmum ro-
doleat. Spanhemii Patris regula, asserta illa, & in
Johannem retorta. Remissionem Peccatorum non ad-
mittere gradus, censuit Spanhemius Pater. Johannes
de Friderico affirmat, quorum ipse reus. Honoris
potius quàm veritatis quis causam agat, Fridericus
an Johannes? Accusatio novidatum à quibus profecta.
De locutionum novis formulâ, judicium nuper Wayeni.
Patres sub maledictione quomodo. Johannis magnâ
mysteria. Veritas à quibus periculo exponatur. Suffi-
cientem plebium instructionem quo sensu Fridericus di-
xit. Silentium quale suavit. Virulenta in Fridericum
injuria. Ludi in ambiguo, quo sensu dixit Fri-
dericus. Voces διαβήτης, παέρερας, ἀπέλας, ἰο-
θαλας, τρενίους &c. De decalogo quid Spanhe-
mii constantiter tradiderit. Johannes sibi ipsum impli-
cat. Verba decem quo sensu verba Fœderis, & cũ-
jus. Accusatio Spanhemiana traditâ retorta. Jo-
hannis invectiva. Lex Ceremonialis an data ex irâ,
an iram &c. Johannis instantia. Quo sensu Cer-
monia dici possim statuta non bona. Consilium Span-

hemii tollendis dissidiis vindicatum. Dissidia hodiernâ,
ex confectis, nihil faciunt ad fides substantiam.
Unde pium Friderici monitum, ex Hieronymo. Pa-
rum Test. Vet. qua seu misoria, seu felicitas, ex Jo-
hannis confessione. Hinc rursùm nota temere litigia.
Accusatio Friderici in vavissima, sic à re prorsus alic-
na. Veri profectus in re sacrâ qua criteria? Qua con-
tra profectus inanis? Sensus verborum Friderici com-
parativus tantum. Friderici votum. Atroces in fi-
ne scripti Wayeni, contumelia. Modestè absterfa.



DTunc, MIOCELLE, peccas Occasio
in amicitia nostrâ jura, dum so- Epistolâ.
lutum curis animum, nec nisi læ-
ta cogitantem, conturbas anaisus,
non jam Mercurius διαγγελος,
sed avis quædam inauspicata?

Fertur in amplexus natus, fra-
terque, sororque,
levant laborem nostrum annum, dum otiantur
ubique Musæ, amicorum alloquia, diffundit sese
pariter in fessa tenerioris corpusculi

Membra vigor, vivusque redit color,
invitant largiter Heidelbergenses quondam mei,
recreant Palatinæ illecebræ, afficit cæli solique ad-
miranda temperies, erigit ejus Principis clementia,
quo nihil sanctius meliusve præcipiti huic ætati da-
tum est, quin juvat regia munificentia; non tam
doni pretio,

Aira dabant olim, melius nunc omen in auro,
quàm quod ab Illo datum est, qui largiri nihil po-
tuit majus, ipsam scilicet virtutis pietatisque Im-
ginem, quia suam: ¹ Et ecce malâ revocas avi do-
mum, gaudia omnia mea intervertis, pertentas pectus
tiffissimo nuncio ac penè exanimas, ² dum prodiisse
ais Prologum in me galeatum, eo sermone quo etiam
in tonstrinis uti consueverunt; ³ ut si non illi qui me
notant, quorumve artibus ingenuis, verâ doctrinâ, ac
generoso honesto incoctum pectus est, saltem nostrî
nesciæ molles cathedræ, incauæ virgunculæ, rudes
literarum cives, calonesve, ex obtrectantis me li-
bidine ingenioque judicent. Sed quod omnium
maximè portentosum est, ab eo profectam digis ac-
cusationem; qui me quondam in pectore, ⁴ in o-
culis gestavit, cui meum animum ac penè vitam cre-
didissem, qui etiam quum amare desineret coluit
tamen; ⁵ novissimèque Fratris mei ore ⁶ securum
me ab omni similitate esse iusserat. Nec in ejus
unquam dotes, quas etiam in hoste, magis in Fra-
tre laudarem, iniquus ego; animo licet à posteriori-
bus ejus studiis perquam alieno. Ita fieri cotidie vi-
de-

1. Dum otiantur ubique Musæ,] Hic Spanhemius de
Musarum otio. urente Canticâ, deque animum om-
nium remissionæ, ubique cultores illarum fuerint; si-
ve Romæ sive Eugubii, sive Lugduni sive Francke-
ræ. Nihil de summi unius Friderici otia, secura scilicet
in otia nati, ut παρρησιάζει Vir ingenuus. Centina-
tio literati laboris, sic Platonius Philosophus, amorem gra-
tiam corpore deserget, habitudinem tenuat, succam edifor-
bet, calorem obliorat, vigorem debilitat. Sed qui sic o-
tiantur ut Spanhemius; fortasse illi ipsi, cum Scipione,
impugnam minus otiosi. Fatetur interea ἀπεργίους sicut
quoddam otium, qui in Arcana Principum; in Senatibus,
in Curiam, in Ecclesiâ; in publica privataque, nec
oculos remittat; nec manus, ἢ ἰαντορ ἰσηλαίον, dum
domi quod agat satis est. Palatii secretâ, cum Ambro-
sio Ep. xxxij. nec quærît Spanhemius, nec novit: Mē-
moris, quod οὐτὴν ποτὴν πρῶτον ἐξ ἀπορίας ποτὴν ἔχει. Præ-
statque otiosi ita cum Friderico; quàm cum Accusatore
turbare seu Ecclesiæ seu Musarum otia.

2. Invitant largiter.] Amicorum est invitare; & li-
beraliter; sine invitati notâ. At vinoli est, pati se invi-
tari largius, vel, apud Comicum, invitare sese pluscu-
lum. Augustus naturâ vini parcissimus, si subinde hila-
rior, nec modum tamen excedens, dicitur tum largissi-
mè se invitasse.

3. Imaginem quia suam.] Reticuit modestè Spanhe-

mii Consiliiarii Electoralis titulum, & alia clementiæ E-
lectoralis, sed & munificentæ argumenta, Palatinis Bel-
gicque nota. Tantum abest, ut efferre se his, vavissimo
supercilio, voluerit.

4. Ac penè exanimas.] Esse hæc ironicè dicta, dum
Accusator videtur ridet invito, sed non videtur. Unde
frigida omnis cavillatio est.

5. Eo sermone.] Belgico nempe, ut Spanhemius apud
imperitum vulgus differretur. Quæ de tanstrinis reponit
nuptus, & mali nescio quâ suspitione, ut fœda sunt &
abjecta, sic digna Criminatore, & Sybariticis libellis;
ad sale pruriente tingis. Indigna certè Viro, in quo ali-
qua species honestatis.

6. In oculis gestavit.] Vide literas infra descriptas, ex
pluribus paucas, interversis reliquis; etiam recentiori-
bus.

7. Coluit tamen] Hinc Oratio inauguralis ad Spanhe-
mii missa, salutationes injunctæ, mandata Fratri da-
ta, quum à Fratribus ad Hollandos concederet.

8. Fratris mei ore.] Hæc negat Accusator, quasi me-
ditatus jam tum simultatem. Dirimat licem vivos Gro-
ningæ testis. Sed hic vicissim strenuè negat quæ com-
mittendis inter se Fratribus famosa scriptio comminicitur
pag. 39. Præterquam quod istud demum est omnes
amicitia leges violasse, revelare non quæ publica, quæ si-
gnata frequentibus literis, sed quæ dicta fuissent Sigla-

demus, quæ fieri potuisse & tu, & ego, & vates quisque negavisset. ¹ Est hominum genus quod loquacitatem facundiam existimat, quod audax omnia non perpeti sed loqui, sed facere, & quos veritate non potest, conviciis lacerat, suasque accusationes defensiones vocat. ² Certi jam illi sunt præmium se relatuos esse certaminis: si enim silueris, confessæ rei postulabit accusator, ³ si cum illo te commiseris,

Vel si victus eris, tecum cortasse feretur!

Et seu vincas, seu vincare, hoc pro certo habe, maculaberis.⁴

Quamquam verò vel hoc ipsum sit innocentia ac cujusdam meriti argumentum, accusari ab eo Viro ⁵ qui *audacia* modum deinceps nullum figit, qui dum fumos aliorum ventilat turbines suos prodit, qui nihil non sibi, Belgio toto nuper stupente, in *Patria Ducem*, in *Proceres*, in *Classes*, in *Veteranos*, in *reverentiæ*, *pudoris*, *amicitiæ*, *pacifque leges*, permissum esse credidit, cui nihil moderabile suadet nummorum fiducia, ⁶ quibus

Regnum aquabat opes animis,

& igneus æstuantium præcordiorum impetus, ⁷ innatumque mentis quoddam supercilium, ut novis *Mysteriis*, sic

Vento grævda, mirabile dictu!

quæque *καθ' αὐτὴν ἰδέσθαι μᾶλλον εὐδὲν* se ipsâ nihil majus fert: Non parùm me præterea refici sensu, Amicorum Optime, cognitâ causâ, cujus nomine ad interdictum me vocari refers, ac penè capitis anquiri, mentemque illicò placidus composui.

Primum
caput
accusa-
tionis.

Primum intentati criminis caput esse dicis, fidem à me violatam, ac prodita amicitia jura, ⁸ dum quæ in sinum meum quondam effuderat Vir ille, privatis literis, ea deinceps feci publici juris, inferenda Epistolæ Historicæ *De Novissimis circa res Sacras Dissidiis*, resectis etiam nonnullis ac mutilatis. Tuam quæso fidem, amicissime Virorum! Nonne jurares,

ni, quæ commissa fides auribus, quæ invidia plena, fratri germano in fratrem excitando. Sed fabula narratur, vel in serium convertitur si quid fortè dictum inter jocos dulcesque cachinnos.

1. *Negavisset.*] Conferat Lector Accusatoris, paucis abhinc annis, erga Spanhemium studium, observantiam, cum nefandâ paginâ, cui similem aliam non vidit Christianus Orbis, nec satyra unquam implevit, ne illi quidem quibus *δοξίμω* cognomentum fuit, ac mente percussus ituspeat!

2. *Accusationes Defensiones vocat.*] Verè hæc Hieronymi in Helvidium voces Spanhemius in suos Accusatores intorsit. Nec respondere signabatur aliquando Hieronymus, *ne* (inquit) *respondendo digni fierent qui vincerentur.* Hinc prudens Spanhemii & Fratrum silentium ad tot compositas fabellas, quæ sprete exoleverunt.

3. *Postulabit Accusator.*] En Spanhemium vatem! siluerat ad Gelasii Majoris, Desiderii, Farelli, & similitum contumelias. Quid Wayenus? *decuravit*, inquit, *quum respondendo non esset; depinxerunt imponi;* &c. Scilicet!

4. *Maculaberis.*] Nihil certius. Nec luculentior testis Wayenianâ paginâ, nil nisi sanie eructante, & adspersente foedo cruore Virum fratrem, quoniam priores maculas abstergeret.

5. *Accusari ab eo Viro.*] Quæ hic recensentur occasione invasionis Wayenianæ in Spanhemii Witziique tranquillitatem, tam sunt Belgis nota, quàm quæ notissima. Subibit Spanhemius omnem poenam quam Leges calumniatoribus decernunt, si aliter de Wayeno ipse ille *Dux patria*, Zelandicæ Frisicæque *Classes*, læsus non unus *Procerum*, pulsati *Veterani*, vexati *Collegæ*, contumeliosè habitæ *Synodi*. Testes eos ipsos Spanhemius appellat, seque foro subicit. Ac quid in Zelandicæ *Logos* deliquisset, Apologia Classis Walcherianæ, & restituta huic Classi ab Ordinibus jura, pridem eviderunt.

6. *Nummorum fiducia.*] Quantum hinc nostro præsidii sit hodieque, judicent Frisii. Si fallit Spanhemius, dictum non illubens retractabit. Cæterum quæ ille de Spanhemii *marcore*, & limis oculis, & auri sacra fame, & presatis Proceribus, tam sunt vilia & abjecta, quàm ad unum à laryis momisque confecta. Loquantur illi ipsi

Cereri me vulgasse quoddam Sacrum, arcana hominis & occulta, quæ ejus unius ac meo pectore fuissent recondita, quæque uni mihi credidisset, imprudenter temerasse, ⁹ vel etiam abnegasse depositum, aut violasse dextram! Rem omnem ita habe, ac risum si potes contine. Gelasius quidam, qui se *Majorem* dixerat, vincente virtutem modestiâ, qui inscribere se potuisset nec uno nomine *Maximum*, omnem novissimorum in Ecclesiis hisce motuum originem refuderat in quæsitum quoddam Haerlemensium, anno hujus Sæculi LXXII. & in præposteram Fratrum morositatem, vel in Clarissimi Hulsii scripta, qui de coercendâ illorum licentiâ solliciti essent, quotquot *non unum genus novitatum in suggestu inferrens.* Ego qui Origines illas retexerem, morbi sedem, causas, remedia aperirem, monebam jam ante annum LXVIII. quum in portu quodam tranquillitatis in Palatino Myrtilleto agerem, fuisse dissidiis ac simulatibus mixta omnia, *Belgium jam tum penè oppressum opinionibus, & laceratum odiis, & fraternis vulneribus cruentatum.* Cui rei fidem facerent non modò Edicta Procerum, Acta Synodorum, litigantium scripta, adversa studia partium, sed & creditæ ad me literæ Hoornbekii, Marefii, Valkenieri, Arnoldi, Montani, Perizonii, *Wayeni*, hujus quidem indubii nec suspecti Gelasio testis, non jam grande arcanum Amico committentis, sed palam in Wolzogios, in Velthufios, in dictos illi Novatores invecit, ut etiam horum *flagellum* Clarissimo Marefio, afflictum Ecclesiæ Batavæ statum lugenti, appellari mereretur. Nec adparet in Epistolâ meâ vir in me animosior, nisi sortatus *Viri Reverendi & Amicissimi* encomio. Nec falsi crimen impingere ullum sustinuit, ut nec ejus *Viri* nomen, quem cum Arminio in Epistolarum alterâ componebat, hodieque in Republicâ superstitis, ¹⁰ alio consilio pressi, quàm ne invidia hoc Utrique nomine per me confaretur. Sed & presseram modestè quas *ὄλη θολά-*

20

Proceres, ac quotquot Spanhemio unquam usi familiariter. Satius illum pascant olivæ, cichorea, leveque malvæ, quàm ut velit animi sui tranquillitate permutare majorum famem, & operosiores divitias, & auream servitorem, vel superba magisteria. Pernorum in quos istud quadret, *O Nummi, vobis hunc præstat bovem!*

7. *Æstuantium præcordiorum impetus.*] Nemo, opinor, negabit, quotquot Wayenum seu juvenem meminerunt, seu virum, domi forisque. Scintillant hodieque ignibus sed infestis oculi. Et publica est eorum fides, quæ & pridem & nuper in Belgicæ hujus teatro gesta. Ac fidem modò faciat Epistola, rabie tota succensa; sed, quod habet proprium furor, in se ipsam sævit. *Impetum* hunc ubi repressisse didicerit, quam prono Spanhemius animo sedentis illum compositique habitu effinget!

8. *Fides à me violata, &c.*] Factum negat, *hic*, inquit, *veri nihil, omnia ficta.* En igitur Prætoris voces, vel ipso interprete! *Spanhemium omnes amicitia leges violasse multi judicarunt, pag. 7.* Ipsene igitur secus judicavit? si ita, cur criminatur, cur vindicat? *Rursus, Qui meis, privatim ipsi scriptis, mutilatisque, & omisso accusati nomine abutitur.* In quo fraudem accusat non semel, & malam fidem. Qui gratias profectò debuit quod omisisset Spanhemius *accusati nomen*, Amplissimi Velthufii, Viri in Republicâ & Ecclesiâ conspicui & superstitis, & in quem posuerat pristina odia Wayenus. Ut presserat Spanhemius Wayeni autographa alia, ad Marefium, ad Voetium, in Spanhemianis hodieque scriniis, quibus Cl. Velthufium *heterodoxias, incurfionis in Canones, in Confessionem, contemptus Ecclesiastica Censuræ, &c.* invidiosissimis, ut solet, nominibus perstringit.

9. *Imprudenter temerasse.*] Qualiter temeravit Accusator, quæ Cl. Witzius in aurem apud Wayenum de Coccejo, & quæ invidiosa frater de fratre, si quidem vera narraret. Videfis Wayeni Præfationem, & famosam Epistolam, pag. 9. & 39.

10. *Alio consilio pressi.*] Res ipsa loquitur. Nec erat quod *Cocceji* nomen hiatum suppleret quispiam suspicaretur. Nihil de Clariss. Coccejo ea pars Spanhemianæ Epistolæ, benè de litigiis, odiis, scriptis, quæ anno LXXI. quo scriptæ Wayeni literæ, Fratres dittraherent. Vide Epist. ad Amicum *de Belgii Dissidiis Novissimis.* Interim

Præ-

in me laudes congefserat, prudenter verò quæ in Principem, cujus tum sacramento obstrictus eram, in rem Palatinam, cui ministrabam, in viros Theologos quos respiciebam, quorum & alterum commendaveram, oppidò invidiosa utrique Epistolæ insperferat. At Venerandi Cocceji manes postremis illis verbis, non dubito quin Arminius longè propius à Veritatis tramite aberraverit, conspuisse Wayenum, nec dixi unquam nec cogitavi. Si quæ hinc aliis nata suspicio, præstare errorem, meum utique non est. Quando verò mutilatæ chartæ, nec satis probatæ fidei, reus sistor, ad meos rescribo ut ex Autographo integram Epistolam proferant, quales in fasciculum collegi benè multas, si quando fides mea in publico laboraret. Ex isto hiatus supplebis, ne me posthac ille incomitet: Si comparatio instituat, non dubito quin ipse Arminius longè propius à veritatis tramite aberraverit, quam ille Velthufius, quem Orthodoxias tenacem declarat Wolzogium; nec Heterodoxias reum videre ex pseudo de Idololatria & Superstitione libello potius Walonica Synodus. Illustri Jongestallio officia tua obtuli, gratissima sanè, sed gratiora futura si Franekeræ eorum nunciis venisses. Salutat te vicissim. D..... mentionem feci; sed sunt qui verentur ne non satis abhorreat ab hodiernis Novitatibus, ac propterea eum minus habent commendatum. Fortassis Vogelgangium tentabitur, aut Ryssenius, jam dudum ex laudanda, adversus Poelenburgium opera tibi non omnino ignota.

Alias ejusdem idiographas silueram, συνθήματα sanctæ in nos concordia, ac vehementioris quo in nova aucupia ferretur affectus, indoleretque tum publicis malis. Et si quas dissimili deinceps stylo

Præfator, Spanhemium in eo fuisse ut de Coccejo ageret. Fallit. Et cujus hæc unquam suspicio, Arminium longè propius Coccejo aberrasse à veritatis tramite? Non profecto Spanhemii, qui constanter in illa ipsa Epistola Historica, & aliàs semper, etiam in iis quæ Coccejo propria, observari Viri acumen, studium pium, pia cogitata, Methodum singularem, modestiam eximiam, fundamentum illibatam, nihil quod cum Pelagio commune. Præter effusas alias in Virum optimum laudes, sed cui dissimiles postea nonnulli Filii.

1. Laudes congefserat.] Testantur Wayeni ad Spanhemium literæ, infra describendæ.

2. In Viros Theologos.] Ad ista, mendacium, perduellionem, inania verba, Spanhemio impingit cruenta Epistola, pag. 45. Habes igitur, ex Autographo, ipsa illa quæ Spanhemius presserat, quia invidiosissima. Sic igitur quum ad Franekeranum Collegam invitaret, Nic. Arnoldum, de altero Heidelbergensi, Viro non uno nexu cum Spanhemio conjuncto, Wayenus: Collegam habere poteris conjunctissimum & exoptatissimum, qui te, mundi vanitates defendendo, veritatem vellicando, aut adulatoriis artibus insidiando, nunquam lacefferet. Sanè oppidò contumeliosè. Et de Clariss. vander Meulen, multæ doctrinæ Viro, quem Frisii Spanhemius commendaverat: D. vander Meulen mentionem feci, sed sunt qui verentur ne non satis abhorreat ab hodiernis Novitatibus. Pepercissem amicissimis nominibus, ni Spanhemium hic falsi pokularer. Et dum pollicetur se exhibiturum quæ scripserat, Spanhemio pressa, ipse se reatu mutilationis obstringit. Ac penes Spanhemium Autographa hominis alia, quibus Viros Theologos, Patrem Heydanum, sic ille, Burmannum, Wolzogium, Altingium, Leydenses, Ultrajectinos, Herbormenses, Noviomagenses, Duysburgenses, Daventrienses, Novorum Theologematum, Nova Sapientia, Novationum periculosorum, Cartesiana, &c. reos falsè differt.

3. Ac vehementioris, &c. Loquantur ejus non solum ad amicos crebræ, ut modò, literæ; sed & scripta & aditata, in Wolzogium, Velthufium, Beckerum, Viros alios, quos Novitatum postulare, solâ Theologiâ veteri hujusque præstitibus in arce collocatis. Hinc efferre laudibus solos Voetios, Revios, Vogelgangios, Marefos, reliquos invariata Orthodoxias amatores, ut in suis ad Marefium, datis A. 1669. 1670.

4. Cum Collegis similtates.] Medioburgensibus, ac imprimis, D. vander Velden, & Tilenio, Viris Reverendis. Dum hi novis studiis obfistunt, Wayenus in illa pro innato impetu ferri. Hinc ἀμετρία τῆς ἀπολαύσεως. Publicam Zelandorum fidem modò volumus. Apologia

exaravit, interea meliores anni fluxerant, & privatæ cum Collegis similtates ac æmula studia hominem ita refinexerant, ut semet in se ipso quæret, cum adolescente illo apud Ambrosium erumpens in hanc vocem, *Ego non sum amplius ego.* Quod fuit in pretio fit nullo denique honore.

Quamquam non illico mores mutant, qui pilum, qui vestem; ventus mobilis semper est, violentis affuetus haud se continuit diu, vis imperiosa eadem in adversis quæ in amicis antè castris, sed

Quicquid excessit modum

Pendet instabili loco,

En verò, Præstantissime virorum, ἡ θραυμάτως πλέον, ut arguar palam ejus criminis, vulgatæ scilicet amicæ Epistolæ, ab eo cujus sudant præcordia tacitæ conscientia gravius longè in Amicum, in Collegam, in Witzium nostrum, charissimum mihi tibi que nomen, facinoris.

Clodius accuset Mæchum, Catilina Cæciliam!

Ac recens utrique nostrum memoria est, ut oppressa non jam amicitia sed fidei reus statueretur Accusator, productis ab eo aliàs, quin in ipso Frisiorum Ordinum Confessu, Clarissimi Witzii encomiasticis ad se literis, ac dissimulato quo datæ essent tempore, quæ rei locique circumstantia, ut Virum hunc levitatis & χερσηολογίας suspectum daret, argueretque nec calamum illi offeum nec animum, id est flecti in opposita nescium.

Sed levius meum illud peccatum videbatur quam Alterum ut accusantis libidinem expleret. Urebat pridem hunc nostrum testata illa moderatio, quæ de Controversiis novissimis pronunciarem. Testis Episto-

De Peccat. L. 11; C. 1. T. 1.

accusationis caput, la

Wayenæ opposuit suam Classis Walcheriana. Cæterum quæ iste, retorsurus scilicet, de Spanhemii cum Collegis similtatibus, Hottingero, & Fabricio, de torvis oculis, supplantatione, cotidiano vixis, ex eo genere sunt quæ Cyprianus dixit non diu fallere, & Nazianzenus οὐδὲν μόνιμα. Pari hæc fiducia quæ reliquæ, de presato miris artibus honore Rectoratus, de ambitu Ministerii Leydensis, de raro ridenteque Auditore, de plagio quo integros aliorum Tractatus suos facit, &c. ne crimina impacta dicam, maledicis sine fine vocibus. Arguuntur hæc falsi, in publicâ Heidelbergensium ac Leydensium luce. Sed calumniare audacter? Ac quàm commodus sit Collegæ hic Criminator, Leowardia, Medioburgum, Franekeræ, ac insperfites hodieque Witzius & Markius, Viri Clarissimi, testentur. Ac per Spanhemium sanè sit Collegis quibuscunque vita te superstite fucunda, sit contra gravis.

5. Non sum amplius ego.] Utinam cum juvene illo Ambrosiano mutatis in contrarium moribus!

6. Tacitæ conscientia.] Ubi facinus, ibi conscientia facinoris. Nil opus est præcordia inspicere. Cæterum Clariss. Witzio, ista asserenti, non Spanhemio conviciam dicit. Et quæ multis rubens Epistola à pag. 61. de lethali vulnere sibi intentato à Collegis Frisii, à Witzio, quo acris quicquam & pejus in hostem moliri nemo posset, minus in Collegam, in amicum, in promotorem, Witzii fuerit, & Markii, quorum interest, & quorum spectata fides est, vindicare.

7. Testata illa moderatio.] Testis utraq; Spanhemii Epistola, ubi de novissimis Controversiis agit. De quibus judicia virorum in utroque ordine principum, in Republica, Scholâ, Ecclesiâ, omnique majorum exceptione, penes Spanhemium sunt. Quin ipse Gelasius Major prioris Epistolæ clausam paræneticam ut eximiam commendavit. Ac sola Lectorum conscientia fidem faciet. Sed & testes quotquot Spanhemium, aliquot annorum decursu, in scholis publicis privatisque audiverunt, ac his de Controversiis prolixissimè, Markii, Irighandii, Klingleri, Picteti, Legeri, Bondelii, Vitringa, Meyeri, Wesseli, Vellingii, Gribii, Sevenborvii, Walingii, Noordbergii, Hulsii fratres, &c. in vivis omnes, omnes Academiis, Scholis, Ecclesiis majoribus, magno suo merito, præfecti. Sed & juventutem omnem Leydensem, Pastores omnes, Theologos, Literatos, exteros & indigenas, qui vel literis, vel ex crebrâ audicione, & familiari consuetudine, Spanhemium pernoverunt, testes hic moderationis admittit. Accuset jam noster Spanhemii dolum, implacabile odium, impetuositatem, caninam facinoriam, insidias, technas, rabiem, fremitum, boatum, præ-

Vide
clausam.

la ad Amicum, testes Scholæ publicæ privatæque, & æs mihi circum pectus¹ ac robur triplex, quo tot contumelias devoravi, ²venenata Gelasiorum, Timotheorum, Desideriorum, personatorumque id genus, spicula excepi, Libellos famosos, Epitaphia, ³Visiones, Somnia, & quicquid cacatum Volufianis chartis, cum Fratribus despexi, convicia ipso contemptu exolefcere jussi, à scriptis me eri-

sticis continui, quin à severiore de cogitatis illis iudicio, quæ⁴ ad fidem, ad ædificationem parum, ad contentiones offensionefque facere plurimum, credidi semper. Quò igitur recipere se Præfatore tuum audio, ut omnem mihi candoris, iudicii, humanitatis, moderationisq; ⁵laudem abjudicet, meque effingat hominem acerbum, plenum rursi & infacietiarum, id est similem sui? Vix profectò ha-

stias, odium veritatis, & quicquid in gentem innocuam, & sanctissima Nomina evomit aut Pharisæica schola, aut Gentilis superstitio, aut Monachalis rabies, nihil ista Spanhemium movent, nec qui audit, sed qui facit convicium miser est. Quin illæ ipsæ voces, quæ sunt huic dirum nefas, facere scilicet materiam hodiernam litigiorum, ad fidem, ad ædificationem parum, ad contentiones offensionefque plurimum, Epist. pag. 14. 15. nulli non prudenti, & extra partes constituto, probabuntur. Et si quæ Spanhemius in priore Epistola de Dissidiis Historica, in Gelasios, in Anonymos, in Libellorum Auctores, in Gabellorum, Porcinarum stragum, obliquorum Carminum propolas, in temerarios Juvenes, quorum nuper admodum rubebant nates, quique vix adpersi primâ lanugine genas, in omnem Veteranorum Chorum, petulantes insurgerent, hæc ille famosæ Epistola pag. 67. 68. 69. & passim, ut dicta scriptave in Coccejos, Heidanos, Wittichios, Burmannos, Mommas, planè contra legentis conscientiam. Imò disertissimis verbis istuc Spanhemius: Expressas ut plurimum verborum illas contumelias, rursi plenissimas, NB. non Viris earum partium perdoctis, qui sanè sua & aliorum pondera meliuntur, sed imperitis illi generi quo nihil injustius, qui ne Æsopum quidem iriverè, qui Scripturas non in Scripturis, sed in uno Coccejo quarunt. Nec verius dictum quicquam.

At Spanhemius, inquit ille, id potissimum egit ut Coccejum communi exponeret invidia atque odio; sprevis, deridiculo habuit, calumniatus est Clariss. Coccejum. Et quæ id generis plura in nuperâ diffamatoria. Sed Dei & hominum Musarumque fidem obtellatur Spanhemius. Contrarium ejus evincunt Epistolæ, Scripta, Prælectiones, Collegia, in quibus nunquam ejus Viri sine honore meminit. Laudes Viri optimi prolixè habes in Epistola de Dissidiis præcedente. Et in alterâ ad Wayeni accusationes, discipulos tantum abesse à Magistri modestiâ, quantum ab eruditione. Nec aliquis illa cum Origene comparatio, in priore Epistola, pulsavit Viri magni eruditionem, Orthodoxiam, pietatem, virtutes reliquas, sed respexit ut ad utriusque Theologi magna & admiranda, sic ad singularem tractandæ Scripturæ modum, & ad turbas, simultates, odia, quæ post utriusque fata Ecclesiam disperferunt, nesciis illis ianè.

Sed pergit Accusator, & Spanhemii moderationem in aliis desiderat. Primò illis accenset qui à suggestu Fratres, à Cathedris remotos velint; hujus scil. caservæ Chovagum Spanhemium; auctorem consiliorum quæ in Heidanum, in Mommam, in se inita, passim in famosâ Epist. p. 149. 358. 401. &c. Et fictarum id genus imaginum illusionibus rerum ignaros in Spanhemium, in Fratres cum suis accendit. Sufficeret autem his conscientia falsæ criminationis. Sed jam ad Principem, ad Curatores, ad Consules, ad Fagelium illustrem, ad conscios rei omnis Leydenses Pastores, magnâ voce provocat, quàm iniquè hic Spanhemius deturatur. Pari hæc à Wayeno fronte quæ reliqua omnia. Vivunt Spanhemianæ innocentie publici testes, & in his nuper suis ad Frisios expoſtulatoriis, Academia Lugduno-Batava Proceres. Imò quum in non unum Collegam ex Disputatione quâdam Leydensi, tum ex Heydaneo scripto, nata esset indignatio, ut Spanhemius supplex intercesserit acrioribus consiliis, conscii loquantur. Quæ verò ex adverso ipse Criminator, seu in Zelandos Collegas molitus sit, seu in Leewardienſes pridem, Oedzonium & Elgerſtam, à suggestu arcendos, seu postea in Beckerum Franekeranum, multæ doctrinæ Virum, seu in dictos illi (tunc quidem) Novatores, magnis animis insequendos, sed paribus deinceps animis converso nostro ad opposita studia, dicant publicæ Tabulæ Zelandorum Frisiorumque. Ac ipse quoque de se Wayenus in suis adversus Classen Walcherianam, adversus Nobiliss. Wolzogium, Velbusium, Veldium, Tilenum, Postum, &c. dein & Frisios, scriptis. Defensionem jam modò Spanhemianæ aliquem locum esse volumus, reconventioni aut retractationi præteritorum, quæ ad istam haud faciunt, nullum. Eiusdem sunt farinæ reliqua; Spanhemium, & qui cum ipso sentiunt, accusare Coccejum sentia & Discipulos hæretica pravitatis; hæretes Fratribus impingere; Socinianismum, Papiſmum, &c. Ità rursus Epistola, scripta tota sanguine, pag. 33. 75.

& sæpè. Lectorum fidem! Si quicquam aliud adversum Spanhemii moribus, scriptis, protestationi & perpetuæ illi, istud equidem est. Videtis Epistolam utramque, de Belgarum Dissidiis, & hanc ipsam de Præfatione Wayanâ. Ubique elevat quæſtionum momentum, negat de fide agi, vocat τὸν ἀπὸ ζήτητος ἢ λογομαχίας, ἀπελογουµένου, quæſtionum ἀπειδιωτιαν, de quibus nihil distractâ amicitia fas esset sentire diversum. Et pluribus infra, singulorum elucidatione Capitum, hanc injuriam dispungit. Ad pacem hoc unum in Fratribus desiderat, modum videlicet in affectibus, odiis, contumeliis, in Scriptorum acerbitate, concionum imprudentiâ, achumanis nimium studiis, indignante Belgio prudentiore. Imò verò qui sint illi fratres, quos Papiſmi, Monachismi, Scholasticæ Theologiæ, humanarum Traditionum, fugæ Scripturarum, contemptus Prophetici, &c. postulant Cocceji hodierni nepores, & Wayeni feralis pagina, ipsi noverint.

1. Ac robur triplex.] In excipiendis nempe, devorandis, concoquendis sine fine maledictis ac contumeliis. Harum vera causa, Principis, Procerum, Bonorum, in Spanhemium favor, & quædam Viri existimatio, adversa jam facturientium nonnullorum studiis, ac res novas molientium. Devorare autem Latinis est pati, ferre quo animo, & si noster vult, impunè vapulare. Sed cum personis & larvis res erat. Ac memor Spanhemius illius apud Cyprianum: Non qui a fratre vapulatur, sed qui Fratrem cædit, in Lege peccator est; & vulgari alterius apud Historicum, spreta exoleſcunt. Qui sic devorat, etiam digerit. Cuspide habuere tela, sed are triplici retundendam. Devoravit inquit noster, quia respondendo non fuit. Imò quia suavit, ut in talibus solet, prudentia; quia in Libellis istis addi, itegri, fœda omnia, & indigna quæ Spanhemii calamum exercerent; quia devorare Amplissimi Curatores, suomet exemplo, injunxerant; & quia silentium hujuscemodi Sapientum responsum est. Famofam ſcriptionem examinari noluere Imperatores, ac benè in Auctores animadverti.

2. Venenata Gelasiorum,] &c. Hic ipse Gelasius est, quem Wayenus ornat Viri doctissimi & de Ecclesiâ optimè meriti encomio, p. 5. & passim aliàs extollit. Quemadmodum in Trismegistos, Warmondos, famosos id genus scriptores, laudibus fertur. Adèd morum similitudo amoris coagulum est; adamavit Maria choream, sic adagio Perſæ, & invenit Maritum qui est cantator. Quid autem Gelasii pagina? Parum illi fuit, aut Spanhemium Filium, aut Virorum inclita nomina, Burgerſdicium, Voetium, Spanhemium Patrem, Mareſium, Hulſium, alios, ut Scholasticæ Theologiæ Philosophiæque traduces, & novitatum errorumque, imò hæresium, auctores distulisse: Amplissimos insuper Academiæ Curatores, Urbisque Consules, Nominibus præscriptis, dixit longè iniquiores Fæsto, pag. 2. Inquisitione Hispanicâ crudeliores, pag. 3. Patres qui Academicam filiam ad patibulum agerent, pag. 4. &c. Ut taceam, honoris ergò, imago contumeliolâ, toto scripto. Sed neglecta hæc Viris Keipubl. primoribus, ut Liberta papiria, vel ut ad Paſquinum nata, ac fortasse illis ipsis, in momenta rerum intentis, nunquam animadverſa.

3. Visiones, Somnia, & quicquid,] &c. Noverit quò ista Wayenus, quorumque is Libellorum vel promotor, vel editor, vel certè laudator extiterit. Conscientia illum non Spanhemius arguat, sed & Frisii, sed & laudatrix Gelasiorum, Trismegistorum, ac turpissimarum id genus ſcriptionum Epistola. Libellum Godelifii Warmond, publicâ infamiâ notandum, ipſo Autographo prodiiſſe ex Wayeni ædibus, & ad Typographum indè miſſum, factus noster est coram Frisicæ Deputatis, Anno superiore LXXXII.

4. Ad fidem parum.] Indignatur in ista Criminator, pag. 71. Atqui ille ipse in Præfatione, de dogmate non esse litem, non reale in istis discrimen, nec determinata in formulâ Consensus! An ad ædificationem faciant, viderint quotquot ingemiscunt pii, immodicis pro cogitatis istis studiis. Non ità censuit nuper hic Tragicus i theocrines.

5. Laudem abjudicet.] Negat se adjudicasse, pag. 72. Imò passim, & asseveranter totâ Epistolâ, ne verbo se laſiſſe

habeo dictis tuis fidem, adeo mihi narras dirum nefas, quod nulla posteritas probet, quodque animi esse improbi & abjecti, omnes pol æqui iudices, indigenæ juxtâ & exteri, pronuntiabunt.

Calebant adhuc cineres Desideratissimi quondam Patris, tot nominibus Ecclesiis nostris conjuncti, & in Gratiâ Dei asserendâ, ac destruendis quæ nil nisi Gratiæ nomen relinquerent, ad extremum invicti, quum prodiret Amstelodamensum typis * Dallæanum opus, quo defuncti manes sollicitabat, petebatque mortui jugulum, tanquam qui Synodos Gallicanas, qui concordia leges, qui fœderum fidem, & omnia propemodum jura divina humanaque conculcasset. Ille meus, inquam, qui causam omnium Ecclesiarum Belgii, & Dordracena Synodi, tutandam suscepit, nec publico tantum jure, sed eo etiam quo vim cuique repellere, suamque tueri existimationem atque integritatem, est ipsâ natura lege concessum. Quæ res ut bonorum omnium, ut Theologorum passim, ut Amstelodamensis Presbyterii, ut Synodi Gallo-Belgicae, animos 3 mirè conturbaverat, ita Filii in Parentem suam pietatem, nobilem iram, & juveniles animos, non potuit non accendere, calcar addentibus in & extra Belgium tanti Nominis 4 cultoribus. Et si quos tùm mediocritatis fines Paternâ defensione ex-

Defens.
pro Par.
suo. p. 6.

lassisse Spanhemium, p. 35. 105. 360. 361. Vestram de-
nuo fidem! Spanhemius, in dictâ Præfat. plus vice sim-
plici, omnes amicis leges violasse judicatus est; Spanhe-
mius eos, quibus fervoris satis erat, in Fratres concitat. &
instigat: Spanhemius literis privatim ipsi scriptis, mutila-
tisque (idque ut explicat subdole, fraudulenter) abutitur:
Spanhemius qualem prodat aut animum, aut spiritum, quid
de indole Viri & spiritu statuendum sit, indicandum Waye-
nus esse censuit, idque ne pacis studiosus, ne prudens, ne
moderatus, impudenter obtruderetur: Ecclesiæ intererat,
Spanhemium, Wayeni illâ Præfatione, tanquam soricem
suo se prodentem indicio innotescere: Spanhemius non ita se
moderatum præbet, ac continuò præ se fert, & obtestatur
is, qui causam defendere apti sunt: Spanhemii Paternæ
in Dallæum defensionem, editioni saltem, Princeps publicè
intercessit: Spanhemius à nonnullis subsignata Confessionis
Articulis manifestè discedit; ejus Cogitata è diametro cum
Confessione pugnant, cui subscripsit, &c. Hæc omnia una
Wayeni in Spanhemium Præfatio, etiam ut Latine red-
dita ab Accusatore est, & explicata, Epistola pag. 7. 8.
11. 14. 18. 22. 36. 73. 102. 108. &c. Et tamen si homi-
nem audis, ne verbo læsit, notam nullam inussit,
nullam laudem abjudicavit, ne candoris quidem, nec mo-
derationis, nec humanitatis, nec iudicii. Et hæc dum
obtendit, conspuit Leydensem Theologum vocum ac
disteriorum fordibus, imò confodit cruentis vulneribus.
Memor tesseræ non à Christo sed à Claudio militibus da-
ta; Αὐτὸς ἀπαμύνασθαι, addebat iste (contrâ quàm hic
accidit) ὅτι τις πρότερον χαλεπαίην, at idem hic & χαλε-
παίην πρότερον, & ἀπαμύνασθαι.

1. Pronuntiabunt.] Nulli foro se Spanhemius subtra-
hit, cognitâ modò causâ.

2. Dallæanum opus.] Scilicet, *Johannus Dallæi Apolo-
gia pro duabus in Galliâ Synodis Nationalibus, adversus
Frid. Spanhemii Exercitationes de Gratiâ Universalî, Am-
stel. 1655.* Obtenus fuit, quasi Spanhemius Pater
Amyraldi sententiam traduxisset, ut Pelagianam, Semi-Pe-
lagianam, ac demptis paucissimis totam Arminianam. Hinc
Dallæi in defunctum Theologum insultus. Patrem ab
accusatione Filius vindicavit. Ac sanè Dallæi noster
æmulus, Cocceji discipulis consimiliter, sed pari teme-
ritate, Pelagianismum, Socianismum, Arminianismum af-
ficari clamitat.

3. Mirè conturbaverat.] Itâ Confessorii Gallo-Belgici
ad Spanhemium filium, defensionem jam meditantem,
ex Autographo literæ, datæ Amstelodamo 2. April.
1655. Domine. Est quod te rei gravissima monamus,
Venerandum nempe Belgicæ Ecclesiæ Presbyterium, postquam
sub prælo servere D. Dallæi librum intellexit, duos ex or-
dine suo Viros Reverendos Ruleum & Langelium ad nos de-
legasse, rogans omnem navarem operam, quo Libri illius
inhibeatur publicatio, ne paci & tranquillitati Ecclesiarum
nostrarum intercedat, & novis ac scandalosis Disputatio-
nibus ansam præbeat. Confessus noster inexpectatum monitum
vehementer approbavit, & regessit rem se ad Synodum, quæ
jam in proximo est, delaturum, & quantum in se, omni
ope commodum Ecclesiæ promoturum. Interim quis non vi-

Tom. II.

cessi, ætati simul & causæ dandum aliquid fuit, vix
ingresso me quintum lustrum, quum ad scribendum
5 animum appellerem;

Juvenile vitium est, regere non posse impetum.
Nec exarsit indignatio illa mea in errantem fortè
Theologum, aut errori addentem speciem, *Uni-
versali Gratiâ*, quæ olim peccandi, deinceps bellan-
di obtentus, prolixo patrocinio. Itâ enim reputa-
vi semper cum animo meo, confutari errorem,
non confodi errantem oportere; disputationes atra-
mento consignandas, non sanguine; nec dum divi-
na tractantur, humanitatem exuendam. Præclarè
Agathias Scholasticus, in Justiniano suo: Ελευθερῶς
μὲν ἢ ἢ χαλεπαίνεσθαι, δίκαιοι ἂν εἴεν, ἢ πλείους μετὰ
λαυγαίην συγνώμης ἅπαντες, ὅσοι δὴ ἔ ἀληθῆς ἀμαρ-
τανῶν(ιν), εἰ δὲ δὴ πρὶ ἐκόντες ἀλῶνται ἢ ὀλιγαίην(ιν).
*Commissatione equidem & veniâ, potius quam odio, di-
gni sunt quotquot à vero aberrant; neque enim volentes
errant & labuntur.* Si quæ autem juvenilibus annis
6 inæstuavit præcordiis bilis, si quid tùm à me scri-
ptum acrius, aut defensum animosius, una facti quæ-
stio vertebatur; Parens-ne meus Nationales in Gal-
liâ Synodos, & fraternitatis jura, & boni viri offi-
cium, & prudentiæ charitatisque leges violasset?
Quâ obrectatione, multo insuper sale & aceto per-
fusâ,

det silentio & dilatione opus esse, usque dum & interventio-
nis nostræ successus, & Synodi decretum intelligatur.

4. Cultoribus.] In Belgio, præ cæteris, *Gisb. Voetio*,
Samuele Maresio, *Joh. Valkeniero*; extra Belgium Gene-
vatis Theologis, *Antonio Legero*, *Jeremia Piçeto*, cre-
bris literis; *J. Jac. Ulrico Antistite Tigurino*; *Lucâ Gene-
lero* Theologo & Antistite Basileensi; *J. Gualterio* Pa-
store in Xantonibus erudito, qui & ipse Dallæi Amy-
raldique sententiam oppugnavit, &c. Extant adhuc isto-
rum penes Spanhemium amantissimæ literæ, etiam in
hâc causâ. Imò Piçetus Genevensis, cujus Viri memo-
riam Geneva æternum suspiciet, de hac ipsâ pro Paren-
te Defensione, quæ centum paginis absolvebatur, *Votre
livres qui est de 100. pages, merito de durer 100. ans: Je
ne peux me lasser de le lire &c.* Sed & *Balthasar Venator*,
Vir toto orbe literario, Panegyrico Gruteriano,
aliisque monumentis inclutus: *Scripta tua, & aliorum
de te lata Judicia, summæ & vix senibus speranda erudi-
tionis, adeo manifesta perhibent testimonia, ut videantur
SPANHEMII regnum illud sapientia non precario,
aut suffragiis, sed jure quodam tenere Majorum.* Fortiter
verò & imprimis piè fecisti, quod Patrem τοῦ μακαρίτου con-
tra Apologiam non indefensum esse voluisti. In illo certè
nostro nec virum proprium fuit, nec alienum mereri potuit
&c.

5. Animum appellerem.] Labente anno hujus sæculi LV.
ætatis XXIII. Licet mox Professione Heidelbergensi, eo
ipso anno, aliisque intervenientibus, Defensionem Span-
hemius seposuerit, usque dum prodissent *Vindicia Dal-
læana* Anno LVII. ut in Maresium, sic in Spanhemii Pa-
trem acerbissimæ.

6. Juvenilibus annis.] Verùm, inquit, cogitares Spanhe-
mius, me & olim juvenem fuisse. At ejus juvenilia Span-
hemius ubi flagellavit? Scilicet, vix noster lanuginosus,
Juleus adhuc juvenis! quum *Leonardie* primùm, sacro
pridem Ministerio perfunctus, postèa *Medioburgi*, factò
transitu in nova castra, rursus ad *Frisios* redux, ea ten-
taret ore, calamo, factis ipsis, quæ loquuntur *Classes*,
Synodi, *Presbyteria*, *Belgium* totum, sed & *ei πολι-
τικὸι τύποι, τὰ ἀρχαία, γραμματεία.* Nescio an contendat etiam
nunc hodie *primulam sibi inspicari barbam*, ἰσχυρὸν ἴσον ἰπι-
σαχύν, τὴν πρώτην ἐκείνου, τὴν ἐκθεσιν τῶν ἐν τῷ γενεῶν τελε-
χῶν, ut Scholiastes alicubi in *Lib. I.* Argonauticorum:
Vel an suum hodieque in Scholâ & Ecclesiâ Ministerium
vocaturus sit cum *Ignatio ad Magnesios*, sensu magni
Pearsoni, νεώτερον τῶν ὀντων *Ordinem* vel munus *Juniori* cre-
ditum, ut interpretatur Doctissimus Præsul: An verius
dicturus, cum *Euclione in Aululariâ*, scio *ætatem esse
grandem, itidem & pecuniam!* Certè nuper admodum &
in Venerandos *Frisiæ Confessus*, & in *Proceres Illustres*,
ea sustinuit quæ magno luisse pertusâ læna, & cui fuis-
set *sacculus plenus aranearum.* Hæc scilicet *ætati*, æquè
ac *Epistolæ novissimæ furores*, condonanda esse dicit
aliquando *Senex!* Dixisset hoc de *Johanne*, quod de *Dio-
nyfio*, obvius *Poëta;*

Ipse puer semper, juvenisque videris;
Non autem de se ipse dixerit, ἡδὲ ὁδῶναι ἐκ τῶν ἰου-
νῶν.
§§

fusâ, quia atrocior ferè nulla, nulla equidem à sanctissimi viri ingenio, moribus, factis, scriptis, abhorrens magis esset, non defuere viri graves, qui, laudatâ Defensione, inflammata nonnihil pietatem, & amara vocum, iustissimo dolori meo condonarent.

Nunc verò ut mala detractoris fides, cujus subiit animum tot præteritorum oblivio, ac sanctæ olim necessitudinis, protrahatur in apertam lucem, ad ista, ὡς φίλαται, animum tuum adverte. Principio Defensionem illam meam, jam affectam priusquam anno exeunte hujus ævi *quinquagesimo quinto* Heidelbergensi Lycæo commodarer, pressisse me in tertium annum, donec ad *Apologia* Dallæanæ invidiam dentatæ ejusdem *Vindicia* succederent. Quibus tantum abest ut prioris scripti injuriam retractaret, emolliret certè asperiora, ac parceret sacris mihi cineribus, ut etiam de novo revelleret, sopitumque in me ignem suscitaret. Cui rei hoc accessit, Nationalis in proximo Synodus, celebranda A. c10 10 c LIX. Lausduni Pictonum, in quâ Dallæo nostro reddenda foret scriptorum ratio, contra silentii indictam legem, fidemque hujus prioribus Synodis obstrictam. Nec aliud illi Viro præsidium supererat, quàm si minimè se conscio, imò invito & reluctante, descriptam Belgicis typis Apologiam causaretur. Quod quia repulsùm à vero plurimum erat, hinc Genevatum, Gallorumque, qui sanctissimos manes revererentur, quibusque fecisset ægrè tam audax Parisini Theologi facinus, crebra ad me missitatæ literæ, inultos ne Genitoris illos esse sinerem, amor me simul ac pudor commoverent, vulgatæ saltem Apologiæ historiam contexerem, facti indignitatem exponerem, ac cum illis qui Synodi futuri essent pars magna quantocyus communicarem.

nis non habui dentes, quos illi quinquagenaria propemodum ætas, & præcutos lividosque, nondum excussit. Hic tamen est qui Spanhemium amavit, coluit, quamdiu (sic ille p. 65.) moderationis ullam speciem, in homine, non jam deprehendit, sed speravit! Quis non Mole hunc ipso mitiorem, nescientem violenta imperia, ratione unâ movendum, irâ nunquam, diis aded manfuetudine proximum, juraverit,

Cum videam mites hostibus esse Deos?

1. *Ad illius interdictum.*] Superiora intacta sivit delator. Quæ ut verissima, sic Spanhemium invitum quasi & reluctantem ad stringendum in Apologiam Dallæanam calamum accessisse probant. Nunc mendacii rursùm criminatur, familiari nostro urbanitate, etiam in os Ampliissimorum Procerum. Habuit Præfatio: *Principem* (Electorem Palatinum) *Editioni publicæ intercessisse mori.* Innuunt verba interdictum Principis. Falsi istud arguit Spanhemius. Quid dirum Epistolæ carmen? *At quod in Præfatione est, ex ipsius ore hausi. Verùm rarò contingit mendacem memoriâ pollere.* Haud arrisisse Principi fautor, & dixi, neque hanc cum Dallæo contentionem, neque ullam quæ inter Theologos esset. At *interdictum* ullum à Principe emanasse, seu ad Spanhemium, seu ad Typographum, neque dixi neque vero consentaneum est. Imò Principi oblatum est à Spanhemio excusæ jam Defensionis exemplar. Quæ quia in solâ facti quaestione hærebat, non ejus erat generis, quæ alieno ære descripta, ut Spanhemii alia omnia, inter Germanos & Palatinos, ad quos lis illa parùm attineret, distraheretur.

2. *Extorisset a me ipso.*] Non vi profectò armatâ, sed blandâ amicitiz specie. Inest vis quædam amicorum precibus, quas Scriptura ipsa dicit ἀνυμνήσειν cogere. Quo magis ea esset Wayeni in Spanhemium observantia, ut nullâ sagacitate posse fieri suspicaretur, quod factum deinceps. Ω φίλοι, ὡδὲ φίλοι, dictum Stagiritæ fuit; memoris nempe cum Chilone Lacædemonio, sic esse *Amicos diligendos, tanquam qui aliquando oderint.*

3. *Ille me te fugiebant?*] Toris post lustris tribus, ab anno LIX. ad LXXIV. continuâ veneratione profectus hic noster Spanhemium est, præ se tulit saltem. Literæ restantur etiam posteriore hoc anno scriptæ, quibus in Zelandiam amantissimè invitaret, ubi postea Spanhemium complexus in ædes suas compulsum voluit. Equidem non lauit nostrum, toto eo tempore, in Parentem illa pietas, seu ut vellet hodie, in Dallæum asperitas. Nihil fecius, ut literarum Excerpta docent, quas mox ex Autographis damus, Spanhemius desideratissimus iis

Quid ego ad tot monita ac penè convicia? Pareo, sed prudens, sed memor loci in quo agerem, & Principis cui temperaturum me à scriptione ultrò promississem. Nec profectò ad illius *interdictum*, ut strenuè mentiri audio obtretractorem, sed propriâ sponte, meâque ipsius voluntate, committo Typothetis chartas meo ære describendas, perpaucis Codicibus, reddendis mihi uni, nec à quoquam vulgandis, eo consilio ut Genevatibus solummodò meis, ac Venerandis illis in Galliâ Viris, & si quid usquam meorum necessariorum esset, copiam facerem Paternæ Defensionis. Quo factum ut plerisque etiam in hoc Belgio Theologis clam fuerit mea illa scriptiuncula, & clam fuisset accusatore, ni usus me oppidò familiariter, seque in nostri consuetudinem insinuare doctus, quum Heidelbergensibus Musis caperetur, *extorisset à me ipso* Libelli exemplar.

Sed præstò sis, sodes, qui me hodie traducis per ora hominum, ob dictam aliquando, pro Paternis manibus, in livorem ne quidem post fata quiescentem, & magno quidem animo causam, illane te fugiebant? quo tempore pietatem meam laudibus ferres, animos adversum *καυοδοξίας* quascunque mihi faceres, studium identidem excitates, ac Frisus tuis à candore, humanitate, judicio, cæterisque virtutibus, commendares? Erit sanè, Vir Reverende, operæ pretium ut verfuram hominis, ingeniumque ex ipfomet cognoscas.

Formas sese aptat in omnes,

verfurior rotâ figulari, aut levior mobilibus vento foliis, sed sine pondere succi. Pejerat tamen se nihil mutatum, ac media prius illi terra dehiscat. Nempè est illi modò Spanhemius degener tanto Patre filius, fastidiosus novorum profectum, securus

omnibus, quotquot *Eruditionem & Orthodoxam pietatem amarent.* Fridericus humanus, prudens, sagax, quem *Ecclesiæ poscerent tempora, & mores; quem omnes amarent uno animo; gratias Deo habituris Frisus, si illis Friderici copia per ejus gratiam obtingeret: in specie gratulari sibi Wayeno, cujus litera non satis exprimerent quanto sibi gaudio esset & consolationi spes ea, quæ illum aleret, incipiam Heidelbergæ amicitiam & consuetudinem prosequendi, excolendi &c.* Hactenus nihil Spanhemii in Dallæum paginæ de opinione inderationis, prudentiæ, humanitatis, cæterarumque virtutum, delibant; sed nec Spanhemii *pro invariata Theologiâ, in periculosas Novitates* (hujusmodi tùm fuere Nostri voces, & modestissimæ quidem, in comparatione ad ejusdem alias) excitata subinde & fortiter à Wayeno ipso studia. Undè jam factum amabo, ut toris post scriptam Defensionem annis XXV. sit tandem illa ipsa scriptum hominis *furiis agitati, vertiginosi, sint dictæria plenis modis eructata, quæ statim prodant Spanhemii indolem, genium, iracundiam, furorem, &c.* Quæ enim intrâ causatur, seu de suo (ut fiet palàm) comminiscitur, quibus pudori levitatis consulat, nihil in hoc hominem exculpant.

4. *Pejerat tamen.*] Certè pernegavit jam olim se mutatum. *Pejerandi* voce usus hic Spanhemius ad Wayenianæ Præfationis exemplum: Spanhemius, inquit ibi, *tantum non jurejurando declaravit, nempe haud concinnator à se Leydensis articulos, addit Spanhemius, nec ante publicationem à se visos. Quod tamen persuasum vellet Criminator, & Gelasius sustinuit, Wayeni præconio ornatus. Equidem hic noster coram Spanhemio, ubi Medioburgense limen subiisset, ante annos plus minus VIII. ferebat hanc mutati animi querimoniam ægerriimè. Et in Præfatione, quâ Spanhemium adortus est; Ex quibus colligi datur, an ita inexpectatò pariter ac subito sententiam mutaverim. An subito, an verò paulatim ac successivis auctibus, parùm refert. Assatu prophético & subitaneo divinæ lucis illapsu mutatum, nemo somniavit. Inexpectatò sanè, si in priora tempora revertimur.*

5. *Degener tanto Patre filius.*] Utiq; qui prodat *animum, spiritum, indolem, qualem nunquam Pater, id est, furiis agitatum, interprete Wayeno; & qui in Doctrinâ de Ecclesiâ Regimine, & de Testamento utroque, à Patre discedat. Hæc ipsissima Præfatio, quo jure videbitur. Sed quid opus est multis? Cum Parente, præter nomen, nihil commune habet degener Filius, venenatæ Epistolæ p. 72. Hinc Spanhemiano nomine pronunciat indignum, & nat*

curus veritatis, humanitatis nescius, inurbanus, animi impotens, frontem mentiens, cujus nec dicta nec scripta morari quemquam debeant. Et ista quidem dum in me vomit, simul (ais tu) jubet concoquere, pugno calamoque minaci, prohibita sic defensione, ut tacito quodam assensu, ac frigidâ criminibus mente, laborum deinceps meorum scriptorumque fructus omnis apud suos intercidat. Nunc audies illum ipsum, mox ubi revertero, annos ante non ita multos de me sentientem. *Annus jam defimms est, quod tecum unâ Arnheмо Coloniam vectus, primam occasionem alicujus amicitia & consuetudinis; si illa inter tam impares locum habeat, natus fui. Postea verò cum per aliquot menses Lectionum & Disputationum tuarum auditor essem, eam ulterius excolebant crebra colloquia. A quo tempore gratissima mihi semper fuit virtutum tuarum memoria, cujus praconium mihi, est id minimè quærens, ejus minus indigens, injunxisse humanitate tua visus es. Nunc verò me ad Ecclesiam Leovardiana Ministerium jam tres annos vocato, spes alit, inceptam istam amicitiam & consuetudinem prosequendi, excolendi. Quod quanto mihi gaudio sit & consolationi, litera dicant, non expriment. Gratulor tibi, gratulor Academia nostra, & Ecclesiis Frisicis, imo Belgicis omnibus, istam vocationem, à Nob. Illust. Praepot. Ordinum Illustribus Deputatis ita unanimiter, ita honorifice, ita serio decretam. Praesertim cum multa sint, qua eam frustrare non fore, credere, saltem sperare jubeant. Meo quidem judicio non desunt plurima, qua, si necesse sit, enumerari breviter possunt. Legitime primò & summo cum honore vocaris & ambiris. Omnis generis homines te desiderant flagrantissimè; Nassovia nostra, Heroïna incomparabilis, Ordinum Deputatis, Academia Curatores, & quotquot eruditionem & Orthodoxam pietatem amant, &c. Ut aliud quid addam pro candore & libertate, quorsum enim non dicam quod res est, novisti Vir Clarissime pro sagacitate tua & prudentia, quantum distet rerum nostrarum status, ab eo quem vobis esse in illis oris probè novi &c. Quod autem maximum est, Ecclesiae te possunt tempora & vices, te Virum veritatis & invariatae Theologiae tenacem, osorem & hostem periculosa novitatis, cujus gurges Ecclesias jam jam infestare vellet videtur, ni obviam eant illi quibus datum vestigia premere Heroum, quorum ex filiis & genuinis Discipulis te boni omnes predicant. Mox; Scio quanti sis Principi, quanti Amplissimo Jongstallio, & reliquis Magnatibus, quodque notandum valde & difficile aliis, omnes amant Spanhemium uno animo adhuc absentem, quanto gaudio & affectu praesentem amplectentur? Academia nostra gloria eris & decori. Vivit in Belgio Parentis tui talis memoria, ut vel solum nomen multos allicere valeat Spanhemianum, quanto magis nomen illius qui summi Viri Friderici Spanhemii nomen & omen habet. Sed frustra hac à me scribi videri possent, cum omnia accuratè & serio persecutus sit Clarissimus D. Arnoldus, nisi putarem tibi, Discipuli, olim sub institutione tua tanto cum fructu quanti cum voluptate merentis, affectum & gratam memoriam experiri, non in-*

jucundum fore & ingratum. Mibi saltem gloria ducam si quidquam ad te permovendum praestiterim, imò praestare tentaverim. Qui corda solum flectit, te flectat Deus! cui gratias habebimus si tui nobis copia per ipsum gratiam obingat. Iterum, postea quàm Leydensibus adscriptus Theologis essem; Ad literas, ad Orationem redeo: hac eruditionem, facundiam, Orthodoxias amorem, aliasque, exulcerato praesertim hocce seculo, in Theologo optandâ virtutes spirat; illa comitatem reserunt insignem; utraque Spanhemium expriment, Fredericum in uno alterum, in vultu Filii laudatissimum Parentem. Non quidem Leida invadeo tui copiam, Franckera tamen doleo vices, quod tam serio tam diu sibi desideratum, quin expectatum, alibi Belgam factum videat. Gratulor tibi ex animo istam stationem, Academiae Doctorem solidum & recepta fidei tenacem. Faxit Deus Parentis aliorumque Clariss. Decessorum premens vestigia laborantis veritati succurras, quin jam nutantem firmes & colloces in tuto. Ea enim, mea quidem sententia, nunc tempora vivimus, quibus, si unquam, veritati quæ secundum pietatem est, omnis generis novitatibus & laxitatibus periculum creant homines vanitatum & novitatum avidi. Qui aliquot jam annis impune grassati, nisi tandem reprimentur, remedia respuet validissima malum immedicabile. Vides qualia detexerit Clariss. Marefius. Ego quoque tam in tractatu Anti-Wolxogiano, quam in Epistola de Reconciliatione D. D. Voetii & Marefii specimen dedi. Rursus anno sequente: Exemplar Doctissimi Operis ante paucos dies demum accepi, exprimere verbis haud possum, quàm gratum quàm jucundum mihi fuerit amicitia, aut potius favoris tui, luculentum signum ac tessera. Authoris eruditionem ac judicium ab omni parte refert politissimum pariter atque doctissimum Scriptum: pluribus, ni meam praedicationem superaret & ipsi auctori loquerer, hic effertur laudibus, &c. Alias libentissimè apud eos, quibuscum mihi consuetudo est Magnates, & scripti & scriptoris, qua penes me sit existimatio, hac data occasione iterum atque iterum significassem: quantumvis certius sim adeo utrumque illi gratum esse, ut ulla commendatione non indigeant, meam vero immensum superent. Meum exemplar quoniam incompositum erat, lavari potuit & ab exitiali aliis morbo liberari. Vogelgangium ad Academiam nostratam evocatum, spes est oblatam stationem non recusaturum. De tertio, qui Schotani vices suppleat, nihil haecenus. Quartus, de quo apud vos sermo est, vereor ne binis sit futurus similis: placent enim hodie maximè qui istius sunt generis. Tibi nihilominus addet Deus, sic vovent boni, & vires & animum, ut fortiter, prudenter, ac feliciter ceteris pro veritate ac fide semel tradita sanctis: atque ita ex voto cedant, qua tibi cordi esse clamat tua Dedicatoria, utroque à me laudata pollice. Utinam omnes sibi ritè istum scopum praefigant, & praefixum sincere demonstrant, quæ datum est eloquia Dei tradere ac commendare aliis! Ea porrò quam utroque laudabat pollice Dedicatio, exprimebat eadem illa mea animi sensa quibus nunc implacabiliter irascitur. Sic ego ad Frisios Proceres: „[Intuebamini in hujus-

Idem
Leowar.
Non.
Febr.
1671.

Leow. h
April.
1672.

Præf. ad
Hist. Jo-
bi.

Verba
Dedicat.
laudata
Wayeno.

„ mo-

intueam Fridericum. Ex adverso sunt illi famosorum libellorum auctores, Viri Doctissimi, de Ecclesia optime meriti: Et Joh. Henr. Coccejus, nunc civis Delfensis, tanti Patris haud degener filius, pag. 100. Nec vel invidet Fridericus, vel intercedit. Aptius ista quadrant, quàm dum

---- *Nanum cujusdam Atlanta vocamus, Bhiopum Cygnum.*

Et ut alienis laudibus nihil derogatum vult Spanhemius, sic facile hoc suum Wayeno judicium permittit: ut & alterum, Spanhemii scriinia exhausta, pervenisse eum ad altimum copia cornu, respondendo non esse. Hinc nec est quod sales, quod jocos deinceps multos expectet, cui sunt pro responso ficæ, venena, aconita, armatus furor.

I. Simul jubet concoquere.] Hic fidem meam desiderat, & sarrile dictum vocat. Habes verba Praefationis, præ-

ter minaces ad suos literas, si fortè Spanhemius sua vindicaret: Cumque ab ipso contumelias (sic justam defensionem vocat) absque editâ conveniente Apologia non pati, verum publice & aperte causam meam agere in animum induxerim, nullam ad plures personalitates ansam dare velle testor. Quid hoc est, si non minaci calamo silentium Spanhemio imperare, suadere saltem, ni magno suo malo aliud sustinerit.

2. Utrouque laudabat pollice.] Iis nunc se implacabiliter irasci negat. Punicâ hæc, inquit, narras fide. Advertat Lector. Notat Friderici Praefatio eos Theologos qui sic è thesauro suo nova promerent, ut non premerent litigiosa, ut vetera subverterent. Tales desiderat, qui à recepto doctrinae genere, ac consuetudine communis in Ecclesia sensus (seu à communi Theologorum mente) nulli abhorrent. Illaudata vult hujusmodi ingenia, quæ veri-

Stt 2

tasem

„modi Theologum, qui sic è thesauro suo nova pro-
 „meret, ut premeret quæcunque litigiosa, neque
 „vetera subverteret. Parique ferebamini in eum Do-
 „ctorem affectu, qui illinc respicere Majestatem, nec
 „interdictis cum eâ facillè contendere didicisset,
 „hinc à recepto doctrinæ genere, ac consuetudine
 „communis in Ecclesiâ sensus nullus abhorreret; non
 „Paulo, non Cephæ, non recentissimis Nominibus
 „sefe manciparet; neque, nimium sui vel amator
 „vel admirator, ea demùm proferre gestiret, quæ
 „abditæ aut recondita hucusque viderentur. Quod
 „si impunè cuivis Theologo licuerit, nescio quid
 „animus grande præfagit malum: reputet certè pru-
 „dens quisque cum animo suo, unquamne defutura
 „sint hujusmodi ingenia, quæ Veritatem se inve-
 „nissè, aut *clavem Prophetiarum, nihil non eruendo è*
 „*Sacris fontibus*, ut feret cujusque indoles, sibi aliis-
 „que persuadebunt. Atque ita desinet libertas in
 „docendi scribendique licentiam, receptis Formu-
 „lis sensim decedet omnis autoritas omnisque re-
 „verentia, confusa evadent Doctorum labia, non
 „intelligentur amplius alter alteri, sicque Babylo-
 „ne nuper relictâ reedificabitur mediâ in Sione Ba-
 „bel. Et, si redderentur humanis rebus quos nu-
 „per suspexit Reformatus Orbis, Belgiumque Ve-
 „strum tenerrimè complexum est, multorum opinor
 „suffragiis, (ut jam distrahi coepere partium studia)
 „prohiberentur illi aditu sacrarum dignitatum.
 „Apagè tamen contumeliam, quasi hoc ipso inter-
 „cedamus ulteriori ex Scripturis profectui, fœcordiæ
 „quodam veluti patrocinio? Quod qui suspicantur,
 „ingeminantes illud *plm ultra*, nescio an spatia an-

„tecessorum omnes decurrerint; an doctrinam il-
 „lam omnem pridem exhauserint, lucemque jam
 „omnem mutuati sint quam suis lucubrationibus in-
 „tulere Stellæ istæ primæ magnitudinis. Sed &
 „hinc æstimari omnis profectus debet, si quotquot
 „ejus opinione ducuntur eum sunt fructum suarum
 „cogitationum consecuti, ut majori quàm factum
 „est ante tùm charitate ferveant (nimis enim *lau-*
 „*datur & alget*) tùm pietate emineant, tùm felici-
 „tate eorum qui nos circumstant Adversariorum la-
 „tebras excutiant, strophas aperiant, consilia lu-
 „dificent, frangantque tandem pertinaciam, col-
 „lationum suarum evidentiam. Saltem successu ali-
 „quo comprobaretur, fuisse pretium operæ post-
 „habere (hodierno in Decessorum rationem superci-
 „lio) fraternæ conjunctionis, quæ ultimum Christi
 „morientis depositum, præsentissimum discrimen,
 „hinc demùm cogitatis promoveri regnum Chri-
 „sti, his dextris defendi causam Orthodoxam, ca-
 „dere adversam potuisse! Sed neque nos, qui de
 „alienis studiis modestè & sentire & loqui didicimus,
 „*αὐτὸ τὸ αὐτὸ ὑποκρίεσθαι* velut *αὐτὸ ἐνὸς διαγέγραμματος*,
 „seu non oberrare nos semper eadem chordâ, aut
 „hærare in eodem luto, nihil ut meditando profi-
 „ciamus, cum alia fortè, tum hæcce opella in quâ
 „ferè totus versatus sum in obscuritate rerum, pa-
 „lam facient bonis & ingenuis.]

Èa quæso, Wayene, cum affectus nuper essem,
 vel te judice, bonâ mente; eâ animi æquitate, &
 eo in laudabiles profectus studio, ut quæ *peros se*
 esse *Scripti & Scriptoris existimatio iterum atque iterum*
 significare pronissimus esses, undè hæc tam repen-
 tina

tatem se invenisse, aut clavem Prophetiarum, nihil non
eruendo è Sacris fontibus, sibi aliisque persuasum vellent.
 Queritur adèò immutatum nuper *τοὺ ἑσθῶν τῆς παιδείας, ἢ*
si redderentur humanis rebus quos nuper suspexit Reformatus
orbis, Calvinus, Beza, Martyr, Lanchius, Pareus, &c.
 vel in Belgii Theologis Gomarus, Walrus, Rivetus, Mac-
 covius, Triglandius, Spanhemius, reliqui, *multorum suf-*
fragiis prohiberentur aditu sacrarum dignitatum, (seu sacra
 cathedrâ. Indignatur porrò laudata Johanni Dedicato-
 ria, *desinere libertatem in docendi scribendique licentiam*.
 Ad hæc familiare nostris, & Wayeno, cavillum retun-
 dit, quasi Spanhemius, & qui cum eo sentiunt, *inter-*
cedant ulteriori ex Scripturis profectui, fœcordiæ quodam pa-
trocinio. Negat, eos qui sic criminantur, nec sine su-
 percilio in decessorum rationem, seu in horum Theologiam,
 methodum, *majori quàm factum est antè aut charitate fer-*
vere, aut pietate emovere, aut felicitate Adversariorum la-
tebras excutere, &c. Uti negat, præpostero illo in
 nova cogitata studio foveri *fraternam conjunctionem*, ulti-
 mum Christi morientis depositum, aut *promoveri regnum*
Christi, aut defendi feliciter *causam Orthodoxam, cadere*
adversam. Nunc si feralis Epistolæ Scriptorum audimus,
haud ista vituperat, istis haud irascitur, quæ tamen totâ
 Epistolâ fodicat, lancinat, ut constabit modò, & in quæ
 omni conatu pridem invadit, Belgio conficio universo.
 Quæ de obliquo Spanhemii & fratrum animo istic subjun-
 git, contra obstantium fidem, *αὐτοματὰς* reum a-
 guor. Aliquoties enim Spanhemium fodit, quasi sibi
αἰδιότροπος vendicet: *Præcordia inspicit lycæus, Dei con-*
sensum tribunal, vix Papa magis temerè quicquam. Nunc
 advertat propriam à tergo manticam.

I. *Tam repentina ac propè inaudita mentis tua conver-*
sio. Ludit in repentinâ conversione. Seu repentina jam,
 seu habitura sua incrementa, nihil ad rem facit. *At propè*
inauditam esse, jam omnes ex Wayeno ipso intelligant.
 Tum quas obtendit conversionis causas videbimus.

Accusatoris prodigio similis conversio ostensa.

In productis ex Autographo literis, quibus & fuere re-
 centiores ad Spanhemium alix, erat nuper Spanhemius
 Vir *humans, prudens, sagax, pius, quem omnes amarent*
uno animo, quem Ecclesia poscerent tempora & vices, cuius
virtutes præconio Wayeni non indigerent, quem Frisii, Bel-
gæ flagrantissimè desiderarent &c. ut suprâ pluribus. At
 in Wayeni novissimis, est modò *unguis in Ecclesia ulcere*,
 p. 4. conferendus ibi cum *Locustis & Equis Apocalypti-*
cis Apoc. ix. quales Angeli Satanæ, & Ecclesiæ persecu-
 tores; *cujus & mens vacillet penitus, & fides; Vertigi-*
nosus. Furiis agitant, Cane milite pejor, Dealbatum paries,
Perjurus, Præfignator, Alastor, Planus, Veterator, Sper-

mologus, Cretensis, alter Goliath, Lamech, Ismael, Scel-
lus, Rex spæmens, impotentis animi Blatero, magnus Ba-
labro, Calumniarum Follis, Tragus, Ψυδοδύτης, mendandi
artifex, truculentâ facie, cui innata vafrities, vulpinus
astus, mordendi rabies, vecors & inepta vesania, stupida
αὐθιγία, impudentia, mala fides, & quæ id genus plenis
non modis sed acervis eructat, nec diætaria jam, aut
falsè dicta, sed quibus in Dæmonem, Furiam, Pestem
hominis, in Judam, Simonem Magum, Julianum Apo-
statam, in generis humani Inimicum, atrociora malo-
dicta ne concipi cogitatione poterunt. Hinc Illustrium
Procerum ad Frisios indignatio: Nullum ferè crimen rigi-
dissimum quemque excogitare posse, cujus acerbus hic Acolo-
geticus Spanhemium insonem esse permittit. In descriptis
Epistolis, tuit Spanhemius Academia Doctor solidus, Vir
veritatis & invariata Theologia tenax, osor periculosa No-
vitatis. Eruditus, Facundus, ex Heronum filiis, exprimens
virtutes exulcerato hoc sæculo in Theologo optandus &c. Audi
modò nuper Epistolæ voces: Spanhemius Theologus
linguâ rabidus, ne Theologus quidem; ex irrisoribus, qui
Dei Nomen & Causam in Vatiani odii obtentum trabant;
per quem labores veritas; qui veritatem & Christum quo-
que ludibrio habeat; in quem Deus implorandus iudex &
vindex; profanus assentator; cui Religio temporis cumprimis
cordi sit; homo canina facundiâ; timulam animal; ornua-
da sparta impar; quem viciâ fœcus sustinet; Tympanotriba,
Bombylius, Rhapsodus, Sciolus, Mopsus, vacuâ se jactans
in aulâ; cujus Conciones timittit, verborum strepitus, mi-
serissima orationes &c. Quam subito corvus, qui modò
cygnus erat! Et quam oppositè Wayenus sibi tribuit spi-
ritum Christi, id est, spiritum mansuetudinis, charitatis,
humilis de se sensus, quem Spanhemius in ipso constrisset,
 365! Fuit nuper Spanhemius, *qui summi Viri Erid. Spanbe-*
mii nomen & omnes haberet; qui Fridericum in uno alterum
exprimeret. Est modò, si eidem homini fides, Spanbe-
miano non solùm nomine deinceps indignus, sed & non nisi
per Antiphrasim Fridericus; Cum parente, præternomen,
nil commune habens, degener Filius, &c. Sic Aquilæ co-
lumbas quandoque procreant, vel Ismaëles (sic Frideri-
cum suum vocat) Abrahami. Erant nuper Spanhemii
scripta, quæ eruditionem, facundiam, Orthodoxiam amorem,
spirarent; quæ Patrem exprimerent; quæ Wayeni prædica-
tionem, commendationem immensum superarent, & si qua
plura. Quid scripta illa tandem evasere? Ex titulis modò
& indicibus conflata; ex vtriusque Lexicographis, stul-
ta pagina; Rhapsodia; Centones; misera compilationes;
quæ integros aliorum tractatus modò describant, imò alio-
rum jam compilatos Centones suos faciant; quin integris
Tractatibus Spanhemium de rebus Theologicis agere NB.
 val-

tina ac propè inaudita mentis tuæ conversio? Tantine fuit, in facti causâ, testem te appellasse, & amicissimum quidem, quo tempore in arenam publi-

cam descenderes, & bellum *ἀσπιδος* novantibus denunciare, ut hoc solum nomine animum in metuum, in studia, in causam, in existimationem nostram

nullo aut enucleato Dogmate, aut vindicato, nullo Controversiæ statu accuratè proposito; nullo Scripturæ loco citato, nec enucleato, &c. Quis non in isto partes omnes æqui iudicis animadvertat? Notat indubiè citatas ipsi vifasque Spanhemii Vindicias Biblicas, Auctorem Ep. ad Hebræos, Historiam Jobi, Elenchum Controversiarum, Stricturas in Condomiensem, de Præscriptione Pontificiâ in Walenburgios &c. Et foriè Academicas Dissertationes de sensu Capituli VII. ad Rom. de loco Paulino I Cor. xv. 29. de Voto Jephthæ; de Induratione Cordis; de Acceptione Personarum in Deo; de Apostolis & Apostolatu; de Fundamentalibus Fidei Articulis. &c. Præter ea Spanhemii quæ ferè sunt Historici argumenti, Introductionem historicam pleniorè, Diatribas de Impositione Manuum, de Petro, de Æra Paulinâ, de Canone Nicæno, in quibus tamen Scripturæ S. non pauca enucleantur. His nunc adpica contumeliosas nostras voces, & judica. Olim Wayenus profiteri se Friderici discipulum, Læssonum & Disputationum auditorem, cujus sub institutione tanto cum fructu quantâ cum voluptate meruisset; quin gratulari sibi Friderici amicitiam, si illa inter tam impares locum haberet. Sed en rerum miram catastrophem! Discipulum me hominis vocavi, honoris modò causâ; Meâ abutitur comitate Vir scilicet ingenuus; p. 94. Mune-re suo pares sumus, altero, ringente invidiâ, impares. p. 40. Consiario quidem Electorali Spanhemio, at verò Nassavii Principis Wayeno, hinc quantum impares, fortunâ vertente vices! Spanhemium clamores concitantem rarus auditor ridet; Professor is Theologus, sed fructum vix sensit Ecclesia, nec nisi impotentis animi blaterones; Dum id munus obtigit Wayeno non absque fructu, p. 60. 357 269. Spanhemium inter Juvenum magnam catervam paria facere nullo modo potest, p. 401. dignus qui jam Wayeni discipulus audiat, hinc, discite igitur Friderice? p. 160. Vide damnosa quid non imminuat dies! ut subito jam Irus, qui modò Cræsus! ut nunc stet hoc Wayenus loco, undè miser Fridericus cecidit! Denique Spanhemius nuper omnium amor, desiderium, quotquot eruditionem amarent, & Orthodoxam pietatem; cujus amicitia quanto esset huic nostro gaudio & consolationi, dicere literæ possent, non exprimere. Nata autem illa primum ex interiori cum Spanhemio consuetudine, cum in itinere ad Germanos, tum in mansione Heidelbergensi. Quam jam hæc dissimilis oratio est; Credo vix esse, quin fuisse unquam qui hominem ex animo veneretur, aut amet: Impetuositatem ipsâ facie, verbis, gestibus prodit: Ab amicis, à necessariis, à sanguine junctis nullam unquam reculit laudem, vel iudicii, vel humanitatis, vel candoris, p. 65. 71. &c. Quid mirum, si jam

--- nulli gravis est percussus Achilles;

Nostro quidem mutati mores, sed (inquit) in melius, ut scilicet accidit, quos honores evchunt, & repentinæ opes stimulant. Ac quid in virtutum Christianarum studio profecerit, probat vel in Spanhemium Epistola, ex quâ unâ, ut unicâ lineâ quondam Apellem, ingenium ejus Viri cognoscat. Præclarè Lyricorum princeps:

Τὸ δ' ἰμοῦνς αἰ' αἰδῶν ἀλάτῃ,
Οὐτ' ἰεῖσθ' μοι λῆοντι διαλλάτῃσι θῆσ'.
Insitos mores neque ardens musaqueris Vulpes,
Neque grave rugientes Leones.

Sed Spanhemius vix laudabile Saulis biennium, minis Neronis quinquennium implevit, ex homine in feram bestiam, cujus nonnisi mugitus, boatus, ruditus, grunnitus est, cum Nebucadnezare commutatus. O tempora!

Sed quoque de litibus ex Cartesio Coccejoque motis iudicium Wayeno hujusmodi in Literis tuit: Esse periculosam novitatem, cujus gurges Ecclesias jamjam infestare velle videretur; Illi obviandum, quibus datum esset vestigia premere Heronum; Laboranti veritati, exulcerato hoc sæculo, succurrendum, quin jam nutantem esse firmendam, & collocandam in tuto; Viri nunc ea tempora, quibus, si unquam, veritati, qua secundum pietatem est, periculum crearetur, & quidem ab hominibus Novitatum omni genus, laxitatum, vanitatum avidis; Nisi tandem reprimerentur, remedia respuiturum validissima malum immedicabile; Detexisse jam illa Marefium; se quoque specimen dedisse, tam in Tractatu Antivologiano, quam in Epist. de Reconciliatione Voetii & Marefii, &c. Hinc quum apud Leydenses sermo esset Anno LXXII. de Viro quodam Clarissimo, Theologicæ Cathedræ præficiendo, verebatur, ne binis futurus esset similis, NB. Leydensibus Theologis, qui tum Heidanus & Wittichius; Placere enim hodie maxime, qui istius essent generis; Sic vereri quosdam ut D. vander Meulen, (quem Spanhemius Frisiis commendasset) non satis abhorreret ab

hodiernis Novitatibus; tentandum potius Vogelsangium, aut Kysenium, abhorrentes scilicet; Ac vovere omnes bonos, ut Deus Spanhemio adderet & vires, & animum, ut fortiter, prudenter, ac feliciter certaret pro veritate ac fide semel tradita sanctis; atque utinam omnes sibi ritè istum scopum præfigerent, & præfixum sincerè demonstrarent &c. Et quum effigiem veri Theologi expressisset Spanhemius, cum Oratione de Prudentiâ Theologi, tum Præfatione quidam ad Frisiz Proceres, qui, nempe Theologus ea, fugeret, quæ sic gratiam novitatis inveniant, plerisque, ut commoverent; quæ abhorrerent à consuetudine communis in Ecclesiâ sensus; quæ litigiosa, undè lis ex lite, ex logomachiis monomachiæ, ex controversiis discordiæ, ex discordiis bella, &c. Wayenus laudare ista utroque pollice; optare ut omnes sibi ritè istum scopum præfigerent; Orthodoxias eum amorem vocare virtutem in Theologo optandam, exulcerato præferim hoc sæculo, & quæ plura ejus Autographa loquuntur

Nec apud unum Spanhemium talem se Wayenus profiteri. Quo ille actu, quâ animi contentione, ut moderate nihil in eo unquam observatum, ferretur in hodiernas (sic ipse) novitates, & Voetii, Marefii, Spanhemii, Hoornbeeckii, Essenii, Vogelsangii, nomina unicè commendaret, testes hodieque, præter Spanhemium, Leydentes, Ultrajectini, Groningani, Frisii; testes literæ ad viros illos datæ consciis etiamnum Hæredibus, & ad superstites Saldenos, Nethenos, &c. Viros Clarissimos. Hinc dicta, facta, scripta, in Wolzogium, Velbusium, Beckerum, Burmannum, Altingium, &c. ut heterodoxias reos, prævaricationum, errorum, Cartesiana &c. vehementer eo nomine in Synodum Walonicam, in Ultrajectinos, in Frisios nonnullos indignatio, ut molliores, quàm par esse Wayeno videbatur. Adeo quidem, ut anno LXXI. quum Rev. Elgerfma, Collega ejus Leowardensis, non pari furore in Beckeri quoddam scriptum graffaretur, novitatum Frisii accusatum, protinus audiret Wayeno, sed deinceps sibi conciliando, proditor veritatis, consignatâ etiam scripto hac in Collegam suam accusatione. Et cujus esset arcere tum pro virili à Cathedris, à Suggestibus, quotquot suspecti essent novitatum, loquantur Frisii, quos inter tum versabatur, & superiores ad Spanhemium literæ, quum hic ipse Viros commendaret, quos noster verebatur, ne futuri essent similes binis, (Leydensibus Theologis,) & ne non satis abhorrerent ab hodiernis novitatibus. Adeo autem abhorre-re Wayenum constabat, ut ipse ad Spanhemium, Non. Febr. MDCLXXI. Clariss. Marefius & Arnoldus mihi longè impari hoc onus imponi vellent, nec hi profectò aliundè, quam quod in novas Hypotheses, etiam ex Cl. Coccejo natas, sed post Viri Optimi facta in vestigandam & consecrandas, fortè, quam par erat, animosius infurgeret. Undè & vix decennium labitur, quum audiret Vir ille, in Celeberrimi Marefii quoddam scripto, Anno LXXII. flagellum Novatorum, vocem illam converte-re novarum partium Viro, ut legisse memini, in Belgicum Pleegel. Hinc ad Marenum Noster 28. Oct. 1669. ex Autographo: O felicem Franekeram, si tui copia, Vir summe, Academia obtigisses! Mox, parænesi ad Voetium & Marefium: Jam grassanti Novationum longè periculoserum, qua gregatim surrepunt, agmini, in phalangem coadunatis & junctis umbonibus, obviam procedite &c. Adeo ubique tubas inflare, classicum canere, Voetios, Marefios, Vogelsangios, Spanhemios, Collegas excitare, nimium illos molles & tardipedes.

Johannis ad superiora Exceptiones.

Quæ verò seu repentinæ seu successivæ conversionis in hæc, quæ videmus, extrema causæ fuerint, Zelandis omnibus compertum est; nec magnopere interest cognoscere. Sed nec obscuræ illæ internecini in Spanhemium odii, paucis abhinc annis concepti, hinc captatæ occasionis venenatis armis, modò posset, conficiendi. Si Wayenum audis, primò scripsit ad Spanhemium landuna nihil, nisi jussu eorum, quibus obtemperandum erat. Repetit aliquoties; Jussu me scripsisse Procerum, jussu me scripsisse, semel atque iterum monui, pag. 46. 75. 76. Credo equidem, quum lautas conditiones offerret publico nomine & Procerum & Nassaviz Principis, adderetque animos tergiverfanti. Non profectò, quum de Spanhemio sentiret præclarè, & ejus præconium, etsi id minime quærentis, ejus minis indigentis, sola Spanhemii humanitas ac virtus injungerent. Vide verba Criminatoris paulo ante recitata. Undè aliquot post annis, Spanhemio pridem Leydam translato, effusæ ejusdem Theologi laudes, & immodicum penè studium, nullo tum sane jubente,

Ast, inquiet, studii causa fuit, non Spanhemii eruditio, iudicium, doctores, scripta (quanquam hæc Wayeni omnia prædicarent) sed quod *moderata omnia spiraret, talemque sermonibus, literis, se probasset illi antea, Epist. p. 37. 38.* Nempe ea Criminatoris indoles, ut nihil amet, nihil laudet, suadeat nihil, nisi *moderatum!* Auream scilicet mediocritatem, *invenimus*, indulgentiam, lenes animos, pacis studia, Wayeniana omnia loquuntur, vultus, gestus, molitiones, facta, scripta, puta in Nobiliss. Wolzogium, Velthufium, Hulsum, vande Velde, Zelandos &c. Temperantis sibi animi voces sunt, in Apologiâ adversus Classem Walcheranam Anni 1678. exempli causâ pag. 81. *See is D. Thilemus een Gust, en een Field, en een Beest.* Et spirantem moderata omnia auctorem ut perbellè refert, amabo vos, novissima in Fridericum pagina! Sed & reputa Wayeni superiora, & vel ad Spanhemium unum Epistolas, quibus *in periculosa novitate* identidem excitabat, *Deumque* precabatur, adderet illi hunc in finem & vires & animos &c. Ac confer cum Spanhemii vocibus, ad eundem Wayenum scriptis, ipsomet producente *Epist. p. 38. 81.* quibus ad *pacem Hierosolymorum amandam* hortaretur; quibus fateretur *Iliacos intra muros peccari & extra posse;* quibus id unum in iis, *quotquot hodie cum Clariss. Coccejo sentiunt,* desiderari ceniceret, *tradidissent uti sua modestius;* nec *tanti esse hypotheses de Vet. Test.* controversias; imò *utrimque convenire de iis,* quæ ad Doctrinæ substantiam pertinerent. Quod & Spanhemius ubique, & semper, & constanter, professus est. Ac iudicia de hoc concepti odii mutatæque in Spanhemium mentis obtentu. Et si hujus *impetuositatem,* procul omni *moderationis specie,* *produunt ipsa facies, verba, gestus,* ut ille pag. 65. &c. annon jam eo tempore prodiderant, quum esset Spanhemio integer ævi sanguis, quum Wayenus se illi itineris ad Germanos socium, dein & auditorem adjungeret ac familiarum, (ut ipse gratâ recordatione in mentem illi revocat) anno hujus sæculi LVIII. ? Annon jam tum huic confiterentur, quæ de acerbioribus in Dallæum dictis postliminò quiritatur, & quæ deinceps de *torvis* Spanhemii in Hottingerum, in Fabricium, conjunctissimos illi viros, *oculus,* de suo comminiscitur pag. 47. si vel his veri subesser quidpiam, uti subest omnino nihil? Undè igitur modò Wayenus, spirasse omnia Spanhemii moderationem, sermones, literas, scripta, videlicet antè novissimam quædam & *Epistolam de Dissidiis,* Anno LXXVII. factam publici juris? Et contra idem aliàs, nihil unquam in Spanhemio sani, moderati nihil, ipsâ facie, verbis, gestibus impetuositatem prodentibus? Nempe, *φθὸς καὶ μισὸς αὐτίστως ἐκ κατὰ τὴν ἔρα, invidia & odium immutant etiam rerum optimarum faciem.*

Igitur de concione quadam Spanhemii, Medioburgi habitâ A. LXXV. *ibid* p. 38. obiter conqueitus, ad *celebrem eam Epistolam* provocat, in qua *non moderatio, sed fervor, sed dolus pariter, atque implacabile odium in se conceptum, apparent,* p. 65. 66. 70. Testes esse, *qui extra partes judicaverint,* scilicet Gelasios, Desiderios, Farellos, id genus Heroas, quorum *contumelias devoravit* Spanhemius, *quia respondendo non esset:* Testem, *quam sibi reperias, peculiarem sectam Coccejanorum,* cujus meminerit quidam *Hartnaccius:* Testes denique voces, quas Farelus excerpfit, edito *specimine;* præter revelatum in eâ Epistolâ arcanum, quod Wayenus Spanhemio *in aurem dixerat, amicus amico.*

Omnia relatore suo digna! Quæ si vera vel maximè, de amore quidem Wayeni, de ejus in Spanhemium studio, cultu, delibare plurimum potuissent, nihil tamen de pristinis Spanhemii laudibus, quibus à *Lectionum & Disputationum fructu, ab eruditione, facundia, Orthodoxia amore, odio periculosa novitatis, scriptis doctissimis, politissimis &c.* hic noster extulerat. Quin illa ipsa, cujus meminit, *Spanhemii concio, miserrima oratio* scilicet, aliis auribus, quàm Wayenis, commissa, illa ipsa *celebris Epistola,* apud testes alios, (magis utique extra partes constitutos quàm Gelasius Major) principesque Batavæ eruditionis, conciliarunt suo Auctori tantum laudis atque æstimationis, quantum in Wayeni, Gelasii, Desiderii, Farelle, paginis abrogarunt.

Nempe Spanhemius ad Medioburgenses delatus, post Belgii calamitates, dixerat pro concione ex *Psalm. CXIX. Bonum mihi fuit, me affligi, ut discerem statuta tua.* Tantum absuit oratio à *dicterii* specie, quantum cælum à terrâ. Autographum hodieque, qualiter conceperat, in Spanhemii scriniis. Nec siluisset accusator, si quod *dicterium* ejusmodi tot exceptum auribus esset. Argumentum concionis omne practicum, post illatas cœlitus plagas componens pias mentes Davidis ad exemplum. Sed fortassis ad illud, *ut discam statuta tua,* parcè nimis Spanhemius de profectu Prophetico, & præsumpto; uberius, quàm opportunum nostris videbatur,

de profectu vero, quo *Dei statuta & animis* defigere, & exprimere verbis, factis, studiis, vitæ omni consuetudine, conveniret, ac illis cumprimis quibus *datum est eloquia Dei tradere. ac commendare aliis,* præconcepso Wayeno in *Epist. ad Spanhemium 1. Apr. 1672.* datâ. En concionem, quæ *se & Collegas aliquot, viros doctos & pios, gravi dicterio* sauciaste omni cœtui videbatur! Utinam sauciasset eo vulnere, eâ curâ, quâ bonas omnes mentes conscientia infirmitatum sauciari oporteret! Sic scurrans nuperus, *Gelasii Trismegisti* nomine, ea de Spanhemii concionibus, quæ produunt cavillantium fingentiumque libidinem, & *livorem,* ut ipsâ voce, sic re, benè longum, indignantium dicentis ab ore pendere Spanhemii auditorem. Sed his animis, his auribus, excipere conciones solent, qui explorandi criminandique studio Christianis mentibus permiscuntur. Ac nihil non affingat dicenti, qui vel segnis auribus, vel animo improbus est. Prout Christi Servatoris orationem innocuum in sensum oppido invidiosum contorquebant Pharisei. Ac luculentum rei exemplum subjicit legentibus Præfatio Friderici, ad *Atheum Convictum,* ex *Psalm. XIV. 1.*

At sauciavit saltem omnes nos, inquit Accusator, Spanhemii *celebris de Novissimis in Belgio Dissidiis Epistola.* Rectè dixit celebrem, quin eo cum applausu exceptam, ut paucos intra menses tota distraheretur, ac Viris Republicæ Principibus, sed & Scholæ, sed & Ecclesiæ, nonnullis in hunc diem superstitibus ac primæ notæ, exprimerent eum assensum, quem datæ ad Spanhemium literæ prolixè probant. Pupugisse verò eo Epistola potuit, quotquot contumeliarum auctores, quibus dissentientes a Cocceji nepotibus fratres adspicerentur; qui *nullo non genere dicteriorum illos* proscinderent, *qui non aut Coccejo per omnia, aut Cartesio accederent;* qui in vulgus propagarent, seu famosis seu anonymis chartis, *porcinas strages, composita id genus mendacia, invidiam veritatem, impeditos profectus, Papismum, Monachismum, bellum indictum Scripturis, Prophetiis, Linguis, Disciplinis,* quin *Satana operam datam in oppugnandâ inquisitione ex Scripturis, &c.* Vide longam in nos contumeliarum feriendam, dictæ Epistolæ gemino loco. Suffudisse potuit ea Epistola iusto pudore *Gelasium* illum suum, qui nullus à Spanhemio, à Fratribus, à Curatoribus Lugduno Batavis læsus, contumeliosum in eos scriptum (Nobiliss. Procœrum Nominibus, ut & *Voetii, Mareii, Hulsi,* illis Libri titulo expressis) emisisset, *Vir nunc Wayeno doctissimus, & de Ecclesiâ optimè meritus.* Læsisse potuit juvenem alium, qui *vix tum adpersus primâ lanigine genas, vix admissus intra septa, gravem in Theologorum omnium atque interpretum turbam, quæ à Coccejo desisteret, censuram emisisset,* ut Spanhemii Epistola. Et hi sunt Wayeno iudices *extra partes* constituti; sed & quibus Spanhemius *respondendo non fuit.* Nempe quia Spanhemius id genus *contumelias devoravit;* devoravit autem, quia iussit lex sapientiæ & moderationis, ne cum lemuribus confingeret, & indignatione quidam suâ fœdas contumelias agnoscere potius quàm retutare videretur. Memor prudentissimi mœniti, in Pindari Nemeâ, *τὸ ἔργον ποθέειν ἵνα σοφῶτατος ἀδελφῶν ἴσται, scire tacere sapientissimum sæpe inter homines.* Cæterum fueritne Spanhemius *respondendo,* vel harum Animadversionum specimen, iudices quoscunque, quibus obefiores etiam naves, esse jubet, ne Johannig conscientia sibi mente exceptâ.

Ast læsisse aut provocasse Criminatorem Friderici eam Epistolam, ne cogitatione quidem assequi poterit, quæ millies relegerit. Imò verò egit tum Spanhemius eam causam quam haud dudum antè tantis animis Wayenus illi commendasset. Nempe remedium adhibere tentavit illi malo, quod tandem *inmedicabile futurum* auguratus iste fuerat superioribus ad Spanhemium literis, nisi *Spanhemius, & quotquot eloquia Dei aliis traderent, maturè succurreret.* Nec fratres ullos *cum Arminio composuit,* in doctrinæ aliquo capite, uti *cum Arminio* Wayenus eum Virum dignitate Amplissimum, cujus nomen honoris ergo, & amicitia in Wayenum, Spanhemius prudenter tacuerat. *Nec dubito,* (inquit) *quin ipse Arminius longè propius à veritatis tramite aberraverit.* Imò verò constanter ibi Spanhemius, non in ullo doctrinæ capite, *undè periculum esset veritati,* quod contenderat tamen hucusque Wayenus, literis datis Leow. 1671. sed in facturientium studiis, affectibus, contumeliis, revocari priora Ecclesiæ Batavæ tempora, & mutatâ causâ fabulam veterem agi.

Quod præterit denuò Accusator *Epist. p. 43.* de vulgatis à Spanhemio, quæ *amicus in amici aurem* dixerat, hinc de proditis *amicitiæ juribus,* eadem sunt, quæ Præfatione suâ obtenderat, & pluribus Spanhemii Epistola difflavit. Hinc præter verborum ignominiam & congesta probra, reponit ad rem nihil. Citavit utique Spanhemius

stram inverteres? Sed successit aliud, inquis, adversum te scelere hocce tuo piandum. Quid istud, amabo, pro quo dirum hodie supplicium à te sufferam, dignus qui sublimis rapiar, & in quem omnes vociferentur, *πάριον, ἱμπτύον*, in hunc *convertite vela!* Nempè ² rogatus à Frisicâ Classe, juxta cum Collegâ meo, cum Ultrajectinis Theologis, cum Franekerano, & Daventriensi, inscius sanè novissimorum inter Frisios motuum, ut Venerandi illius Confessûs jam excusas chartas, ac Giffenio cuidam oppositas, pro more censerem, ecquid à Formulâ publicis, ³ aut communi Theologorum mente, discederent, parui, quanquam invitus, ne morosior plus justo unus ego apparerem. Ac missis, quæ forte Viros graves in Libello isto offenderent, imò ne observatis quidem, ⁴ *Θεὸν ἠπαρξυρῶν*, de pertractatis modò in eo Capitibus (uti de expectando

Ecclesiæ his in terris triumpho, comparatè ad priora *militia* tempora, de novis Scripturarum interpretationis &c.) iudicium generalissimum tuli. Ac laudavi sanè Fratres; quod existimassent *pertinere ad officium suum, serio ingemiscere hodiernis dissidiis, causas illorum explorare, fratribus larvam detrudere, novis seu mysteriis seu hypothesebus pretium ex vero statuere*; quod incumberent toti in eam curam, ne sufficiatur in die materia novarum contentionum; quod audax hoc facinus sustinerent, si auctoritatem, si conjurata illorum studia respiceremus; quibus hæc sacra placent. Wayenum profectò nec fando nominavi, mecum nuper eadem causatum; nec aliter pupugi, quam dum ipsulmet hanc sibi modò *auctoritatem, fiduciamque, hæc studia vendicat*. Undè conceptæ illæ ingentes iræ, & in me armatus quidam furor. Ac si cui foret pretium operæ, ut iudicium nostrum cum Hulfiano,

hemius ex Wayeno quædam, ut non profectò *oculta, non arcana, non Ceteris quoddam sacrum, non quæ ipsi uni credidisset*, sed quæ Wayenus eo tempore dictis, factis, scriptis, ubicunque posset, ingeminaret. Ac pariter ad Hoornbeekii, Marelii, Valkenieri, Arnoldi, Montani, horum postremi tum superstitis, literas provocavit. Nec de tacito vel relecto *Veltbuisii* nomine, Wayeno ut parceret, pulsanti eximè & doctrinæ & dignitatis Virum, juris ulla specie expoſtulat. Si *Cocceji* nomen apud alios lacunam explevit, factum esse, ut præter Spanhemii mentem, quod sanctè professus est, sic præter orationis contextum, apparet legenti. Sed & *invenit* utriusque Epistolæ factum, ut Wayeni invidiosissima alia, in viros Theologos, quos Spanhemius observaret, planè supprimerentur. Et quia hæc etiam parte mendacium, pro more, impingit, *inania verba, in quibus nihil veri*, vide, quæ in hanc rem supra diximus. Sed turpe est arguenti, quem culpa redarguit ipsum, si quid tamen nostro turpe est. Mutilas enim omnes, quas producit, Epistolas, & suas & Spanhemianas, exhibet, promptis modò, quæ è re suâ esse videbantur; ut insipienti patet pag. 38. 42. 45. 46. 63. 81. Nunc de novissimo Spanhemii in Wayenum piaculo. Cætera enim, quæ ille de Clariss. *Coccejo* contempnim habito, aut invidiosè traductò, ut invidiam ipse maximam faciat Viro, cuius eruditionem, diligentiam, pietatem, sanctissimos manes, Fridericus hodieque veneratur, jam antè discussimus vobis satis.

1. *Scelus.*] Hic noster, pro more, Spanhemium *mentiri sibi impacta, chimæras pingere, delirare, Scythicâ facundia debacchari*, pag. 82. 83. Sed *scelus* etiam Latinis, quicquid obliquum, quicquid pravum, quicquid non inultrum. Ità interpretatum Wayenum esse paucas Spanhemii ad Frisios voces, iudicium ejus sciscitatos de Libello nuper vulgato, docet Præfatio: *Spanhemium eos, quibus fervoris saltem satis erat, in Fratres jam concitare, & instigare, ex animo doleo*. Scilicet non hoc est damnare *sceleris*, quo fratres in fratres concitantur in commune nefas? Sed quid si scelus ipsemet appellaverit? *Palliat, quod in viros graves Crimen, approbando libellum, commiserat*, Epist. p. 88. 89. Quin Spanhemii generale illud iudicium *doli, & levitatis*, conceptis verbis postulat. Nunc suas sibi voces habeat Accusator, quos *pingit Tragelaphos, verè in Chimæras exire*. Spanhemianæ innocentiz duo sunt hodieque testes, ille, cui pectora fenestrata sunt, & superstites Frisii. Nihil unquam Spanhemio cum Sylvanis commercii fuerat. Ne fando vel de ipsâ cum Giffenio causâ, minùs de patronis, inaudiverat, quum Libellus iste jam subductus operis, emissusque carceribus esset. Tantùm abest, ut ad scribendum impulerit, qui delatæ ad se descriptioni, jamque typis expressæ, hoc potissimum nomine calculum suum adjecit, quod *Frisicæ Ecclesiæ Patres, in Classes, in Synodos coacti, existimassent pertinere ad officium suum serio ingemiscere hodiernis dissidiis, causas illorum explorare, incumbereque in eam curam, ne sufficiatur in die materia novarum contentionum*. Quin *audax hoc facinus* Spanhemius censuit, quo tempore *inter Lemures, Lamias, Theologastros, Nugivendulos, Studiorum hostes, ignaros bombarum rerum, relegarentur, quotquot viâ regiâ ad omnem eruditionis laudem grassantur, litantque vero profectui ac solidæ sapientiæ, non quæ instat, sed quæ ædificat*. Hoc Præfatori fuit, eos quibus *fervoris satis in Fratres concitare, instigareque!* Imò verò vates ibi Spanhemius fuit, quantum hinc Viris illis certaminis & imperiûs sustinendum foret; at

Fati nescius ipse sui,

nec ullo rationis augurio præfagiens fore, ut in se unum omnis hæc Frisici belli tempestas converteretur.

2. *Rogatus à Frisicâ Classe.*] Nihil hac Spanhemii obtestatione certius. Jamque iudicia sua præinsinerat Hulfius, Maestricht, Leydeckerus, Witzius, Marckius, Dieftius, Clarissima nomina, priusquam his Spanhemius testibus accederet. Frisiorum factum, nec *Wittichii*, nec *Le Moynæ*, virorum *ἀνδρίων*, suffragia captantium, præstare aut sugillare Spanhemii non est. *Ἡλικίαι ἰχθυοί*, ipsi pro se loquantur. Quæ verò eâ occasione fremens ac spumans in Spanhemium maledicta jaculatur Epist. p. 13. ut *magnam balathronem, abjectim habitum, Æolum, vacuâ se in Aulâ jactantem*, ejus sunt generis, quæ Leyda universa, quæ Belgium totum, quæ Amplissimi nuper Proceres, *apertissime falsis, atrocibus convitiis à scribentis prono in calumniis animo, & ab impotente animo profectis, accensent*.

Maledicta hinc anser, linguam compescas, face, sed si sapi, addit Comicus.

3. *A Communi Theologorum mente.*] Id est à Theologiâ *receptâ, pristinâ, invariata, procul novaturientium figmentis, novitatibus, laxitatibus, &c.* Quam unam prudentiæ Theologicæ & *φιλανθρωπίας* significationem Criminatò, suis ad Spanhemium, ad Voetium, ad Mareſium, ad Saldenum, ad reliquos literis, ante annos haud ita multos exertis verbis commendavit. Holographas Spanhemius, si cui ambigua ejus fides est, exhibebit; in quibus, quod ab hoc tramite deflectere crederentur, Theologos celeberrimi nominis, quosdam nec antè nominatos, & quorum existimationi parco, haud perfunctoriè noster flagellat. Et fuerat ista hætenus prudentissimis quibusunque Theologis, scripta consentibus, & dogmata in vulgus tradita, non quidem *Cynosura veritatis, non credendorum canon, non tolerantia regula*, ut modò declamitat, sed prudentiæ, sed *ἀφιλονεικίας*, sed compositi ad concordiam, ad pietatem, ad modestiam, animi argumentum. Hæc demum *ἡ ἀδελφῶν ἐμὸνία, Fratrum Concordia*, ut in Numismatibus veterum, *ἡ ἀνὸς ἰοῦν*, saltem *ἡ ἀνὸς λῆγειν*. Nec aliud aut hîc Spanhemius voluit, aut pridem, Oratione *de Præsentia Theologi*, illaudara isthîc ea censens, quæ sic NB. *abirent à communi Theologorum sensu, & publicis Tabulis*, gratiâ quâdam *novitatis, plerosque ut commoverent ac conturbarent*. Hæc jam nostro *monstrum quid alunt, Basilisci ovum, labyrinthus, araneorum tela, Papalis error, &c.* Epist. p. 84. 85. Sed jam extra vias, procul à Spanhemiano asserto, tempestate quâdam abreptus, in ista nunc sævit, quæ illi, anno 1711. in superioribus literis, quibus de modò dictâ Oratione sermo Accusatori fuit, *eruditionem, facundiam, Orthodoxias amorem, aliasque exaltato præsertim hocce sæculo in Theologo optandas virtutes spirarent*. Cave deinceps dixerit:

Quum ego cogito, equidem certò idem sum, qui semper fui.

4. *Θεὸν ἠπαρξυρῶν.*] Perjuria huic nostro vendit Spanhemius, cui scilicet *jurare cotidianum est*, pag. 90. Si non vindicant atrox maledictum leges, quod contendunt à Frisii Curatoribus Hollandi Proceres, vivit *Θεὸς ἰνδικὸν οὐμῶν*. Repetit Spanhemius pari religione, neque *Heidami* se, neque *Cocceji, Wittichii, Fabritii, Burmanni, &c.* nomina, sicubi *prætervè profcindebantur, aut exprobrarentur hæreses, rebellio, atheismus*, in eo scripto Sylvano observasse, ne in hanc horam. Satis illi fuit, ut de doctrinæ summâ pronuntiaret, (quod *generalissimum* ipse iudicium est) circumspexisse velocibus oculis, ut accidit inter curas alias, quæ Capita tractarentur, quem Statim figerent, quibus è Scriptura. S. argumentis certè primariis,

fiano, cum reliquis Ultrajectensium, Markii, Dieftii, componeret, nã hæreret ille, undẽ unus vel Spanhemius, vel Witzius, Præfatori tuo vapulent, si modò nos, non verius umbræ nostræ, feriuntur. Sed pruruisse videtur in singularem hanc pugnam ex inveterato quodam ulcere; aut secum reputasse, & ex vero quidem, haud fore istis tantum abs re suã otii, ut posthabitis iis scriptis, quæ loquatur posteritas, offensam illam calamo vindicarent.

Sed experiar nunc ego, Vir Reverende, cum

riis, nullo Spanhemii instituto, sed nec otio, persequendi & *inara*. Ab eo tempore vix scriptio illa Spanhemii oculos subiit. Cujus animus quantum ab hujuscemodi *exprobrationibus*, quibus Wayanz ad Spanhemium, Voetium, Marefium literæ, etiam in præfatos Viros, totæ luxuriant, abhorruerit in hanc usque diem, Orationes, Epistolæ, Amici, Discipuli, Spanhemii adeo omnia, pignus veluti deponunt.

1. *Ne hæret ille &c.*] Judicia quæ dicimus Præstantissimorum Belgii Theologorum reliqua, in Sylvanorum gratiam, *perniciosissimam factionem*, varias in chartis oppugnatis hæretes, sollicitatam in iis *veritatem*, violatam *pacem*, intractos *Canones &c.* prolixè perstringunt; Spanhemii censura Sylvanos modò laudat ab Orthodoxiæ studio, & consensione cum Scripturarum simplicitate, &c. Interea Præfator in unum Spanhemium invadit, qui istos scilicet in *Frates concitavit*, unum acerbitatis reum agit, nec jam ex ipso illo Judicio, sed ex Paternorum manium sepultâ pridem Defensione, Hulsio interea, Maestrichtio, Leydeckero, Marckio, Dieftio intactis. Sed non *hæret* amplius, qui parata jam fuisse in Spanhemium tublataque cornua intelligit. Dignus ille visus, in quem unum conspiraretur, in quem congesta jam ex perreptatis Satyricorum, Grallatorum, Bonarsiorum, Rhapsodorum, maledicorum quorumcunque schedis, sine sine scommata projicerentur, intano errore, nullo nexu, sed nec fale, ut Johannis nostri *Apologum* fidem cuius vel mediocriter erudito facit. Ac pridem interminatus Spanhemio bellum apud suos Provocator, referente præter alios Friderici in Frisii fratre;

Non concedam, neque quiescam unquam noctu, neque interdium.

Præter professò quàm errores Friderici investigavero, vel in scammâ hominem protraxero.

2. *Quæ loquatur posteritas.*] Si conferantur ad ea, quæ posteritas devovebit. Nec unius heic Spanhemii scripta innuuntur. Accuset jam ille *ampullarum, transcriptionum, errorum, centonum, absurditatum, larvæ* Friderici scriptis illis *detrahende*, hîc & passim! Probat sic æquam placidamque mentem, quam nullæ *αρεχαι περιπλαζαν*. Sapiebat ille, Luciani judicio, qui ut videretur *παισοφθ*, uno fiduciæ præsidio, scripta omnia contemneret, cui adeo *παισι γελοια εἰς ιταλιστα*, omnia *ridicula & reprehensione digna* censebantur. Et lapsus Spanhemianus quod attinet, de se ipse proficitur, quod de universis Lyricis, *ἀπὸ λαιῶν ἀπαρτίθῃς, ἀμφοῖ φρεσὶ*. Ceterum nec uno Johannis judicio litera nostra cadit. Potiora fortè, quæ penes Spanhemium asservantur, illa Huertii Pontificii, Zulichemii, Heinsii, Conringii, Grævii, Cupeti, Bernardi, ne Theologos in ordine utroque Protestantium dicam, exteros & indigenas. Nec intra Historiam Jobi, aut Exercitationes Historicas, aut fusorem ad Antiquitates sacras Introductionem, aut Vindicias Locorum in Euangeliis illustriorum, &c. dissimulatas nostro lucubrationes, Spanhemianæ, Deo adspirante, noctes consistunt. Verum enim verò, si Spanhemius ille sibimet, vanissimâ ostentatione, *muneris Aulici prerogativam, Consilia insima, universonum applausum, reportatum de Witzio triumphum*, & laudes id genus vendicasset, quales sibi Johannes noster, pag. 40. 47. 60. 64. 80 &c. verè cum Antonino *ἀδελφῷ*, vel redivivis suarum laudum præconibus Scipione, Catone, Tullio, Horatio, Ovidio, Plinio Jun. Arriano, & id genus principibus viris, tum verò demùm aliquâ specie *Bombylius, Tympanotriaba, jactabundus, sordens propriâ laude*, audire Fridericus meruisset.

*Ille ego sum Scorpis clamosi gloria Circi,
Plausus, Roma, tui, deliciaeque breves!*

3. *Cui ipse olim Accusator.*] Imò cujus *flagellum* prædicabatur, ingeminatis publicè privatimque ab isto querimoniis, laborare per eam *nutareque Veritatem, periculum illi indies creari*, arcendos Academicis tribunalis, Leydâ, Franekerâ, qui non *jatis ab hodiernis Novitatibus abhorrent*, &c. Vide superiores Animadversiones, ad dictâ Epistolæ Spanhemianæ, *Edis. Leid. p. 33.*

Fratre illo meo liberaliùs. Age, utrâque dem illi manu, plus me justo acriùs in Dallæum quondam inventum, ac duriore me testâ veteranum Theologum defricasse, qui vix egressus essem adolescentiam! Largiar illi quoque, haud satis reveritum me eam causam, cui ipse olim Accusator, nunc Patronus existit! An non graviore sese flagitio & *Discipulus* (sic ille) in Doctorem quondam suum obstringit, qui solâ jam detrahendi libidine, ne inultum esset judicium Paridis, post xxv. annorum decursum, quod plerisque latuerat, quod ne in Doctos quidem,

4. *Discipulus, (sic ille)*] Hæc parenthesis Spanhemianæ modestiæ argumentum est. Ille *inurbanitatem* procomitare suâ interpretatur, *Ep. p. 94.* Vide modò Johannis hujuscæ ipsissimas voces, supra descriptas, quibus se Spanhemii *discipulum, auditorem, cujus sub institutione tanto cum fructu meruisset* &c. Nec protectò erat quod magnoperè hoc discipulo Spanhemius superbiret. Sunt hodieque per Academiæ Ecclesiæque Reformatas, sed & Evangelicas, celeberrima in Germaniâ, in Daniâ, Helveriâ, Hungariâ, Galliâ, Genevensi Rep. ac Belgio toto, sed nec ingrata nomina, de quibus verius ille dixerit, quàm de hoc nostro, *esse gloriam suam, coronamque.*

5. *Post xxv. annorum decursum.*] Siste nonnihil gradum, Lector, & mirare hunc annorum calculum, ingenti saltu, si non *indiv* quodam raptu, deduxisse nostrum ad *Paradisi* fontes, erraturum hinc per Arabiam Felicem, Indos, Persiam, Chaldæam, Babyloniam, Africam, Gades usque. Sic ille: *Chronologus*, (quasi egisset Spanhemius de *anno* Iphiti, vel Nabonassari, aut de *Ærâ* C. Orbis, vel Urbis) *non accurate putat calculum.* Quid ita? *Hæc minima non curat.* Quippe cui *subindè & in Geographiis ingens multorum miliarium distantia nihil est, haud mirum, quod temporis rationem minus accurate ineat.* Strenuè! & hæc asseverasse satis est. Pace tamen Frisii hujuscæ Chronologi, ab *Ubbone* suo & *Mulerio* Tabulas edocti, putatur vel ab anno ineunte LVIII. pro non jam scripta, sed typis expressa Spanhemii pro Parente suo *Defensio* est, ad labentem LXXXII. quo est à Præfatore invidiosissimè delata, *decursus annorum xxv.* Ille deficeret *semi-lustrum & quod excurrit.* Uter jam *felicius futurus sit in doctrinâ temporum, tu conjice*, Johanne nostro provocante. Præterquam quod Chronologis, ac vel præcipuè Sacris Scriptoribus, familiare est putare labentes annos ut exactos, ac rotundis numeris periodos signare. Nunc ad Spanhemium *ἀγιογραφῶς nugantem ad stuporem* usque; mallem scripsisset *ἀνωγραφῶς*, nisi professus jam frequentibus publicisque exemplis esset, hodiernis vel Hebraicæ, vel Græcæ, vel Latine Grammatices regulis se nullum adstringi.

Duo profert hic *Stuckii, Ortellii, Bocharti, Vossii* novus æmulus, *ἀγιογραφῶς* Spanhemianæ specimina, quantum observare licuit. Primum est, in describendis *fluvii Paradisi*, serratæ Epistolæ p. 96. alterum in *Americæ longitudine* æstimandâ, longo jam hiatu, ad calcem dictæ Epistolæ p. 409.

De Paradisi fluvii, sic iste Johannes Theologus, in *Nazianzenum* Theologum, ex modò dicendâ stomachatur. *Paradisi binos fluvios per Arabiam Felicem miro derivat anfractu* Spanhemius. *Noluit cedere Nazianzeno, qui Phison dicit esse Gangem, eumque per Indos in Africam deducit, ut per Gades se in mare effundat. In Anchorat. adv. Origenem.* Sic ferè noster, *Fluvius Pischon & Gibon exonerari dicit in Sinum Persicum; Rectè!* sed terras quas alluit, in *Arabia Felice* quærendas magnâ consensione, addit Fridericus, *absurdissimè*, inquit Censor. Hinc in absurditate illâ demonstrandâ, ex tritissimis Geographis & ex Spanhemio ipso, Johannes multus est, ut statim. Sed probabit illicò *ἢ κῆρυξ*, carpendi genium, *περιπατῶν ἐν φθορίων.*

Primo demus hallucinatum aliàs Fridericum esse, in devolvendis *Fluvii Paradisi*, quid istud ad causam, quam agit Criminator? Gihonem & Pischonem ex Euphrate & Tigride deduxerit, & juxta Arabiam Felicem, in Sinum, qui hodie Persicus, evolvi malè censuerit! Eòne, loco tam alieno, in causâ tantoperè diversâ, flagellandus Spanhemius fuit immitem in modum, exhibendus, & quasi *τὸ κῆρυξ*, undè *κῆρυξ* apud Hesychium, in eum vociferandum? Quid dicitur de celeberrimis in Orbe Protestante nominibus; quæ Tigridem & Euphratem derivarunt ex *Cananâ & Phœnicia*, ubi sedem Paradisi fixerit? Quid de Patribus penè ad unum omnibus, qui *Gihonem* interpretati *Nilum*, indè à Theophilo Antiocheno? Quid de Basilio, qui *Danubium* è Pyrenæis montibus oriiri credidit, *Eridanum* verò, hodie Padum, ex Riphziis

Sar-

Sarmatiæ montibus, haud longè admodùm à Rha seu Volgæ originoibus, Sarmatiæ Asiaticæ fluvii? Ne referam dormitantem Epiphanium, *Pischnonem* descripturum, qui nostro Nazianzenus est, ut modò dicit. Nec eo Patres illi sannis excipiendi, vel omnis eorum scriptis fides abroganda.

Deinde, ædem hominis obtestor. Ut credatur ingenuus, & memor *moniti Voetiani*, à se commendati Præfationis in limine, in Spanhemii sententiâ exprimendâ, modò mutilationis, & avulsionis à consequentium nexu, peccatulo semet obstringit, sed jure quodam suo. Mutilationem desideras? en verba Spanhemii Introd. ad Geograph. S. p. 7. *Terras Chus & Havila, quas alluerunt fluvii Pischnon & Gibon, magnâ consensione querendas in Arabia Felice, & NB. (quæ omnia nostro) in Tractu Sinui Persico vicino, undè aurum, lapides pretiosi, margaritæ, aromata, & in quem Sinum dicti fluvii cum Euphrate & Tigri exonerantur.* Ut ergo *Chus* intra Arabiæ fines, magnâ consensione, post Bochartum, quæri dicit, sic *Havilam*, fortè magis ad Orientem, in tractu Sinui Persico vicino. *Ista cur rescuit? Aut etiam quid in Terræ utriusque situ monstri? Imò de Havilâ & ipsâ intra Arabiam Sam. Bochartus: Chavilab, undè onyx & bdelium, vel ut alii melius, beryllus & margaritæ, est in Arabia parte quæ mare Persicum attingit.* Bochartum igitur *ἀγιογράφος* nugari censeo. Et quæ de montanis Arabia Felicis, quæ parte hæc à Desertâ & à Chaldæâ jungitur, deque *Euphrate & Tigri* modò coalescentibus, modò rursùm divisâ, ex hodiernis & vulgatissimis tabulis sapit, in Bochartum verius quàm in Spanhemium intorquentur. Dicit, Paradisi fluvios alluere eas terras Bochartus non asseruit. Sed asserit, Wayene, Scriptura S, quod carpenti tibi exciderat, *Havilam Pischnon, Chus Gibonem fluvios, totas allui, vel circumdari, Gen. II. II. 13.* Reget paululum suffusus, non igitur in Arabia Felice querendam regionem utramque. Primò, cur Spanhemio istud objectat, quod jam Bochartum premet, & magna ante Bochartum nomina, quibus *Havila* in Felice Arabia. Dein, Arabiæ adject prior ille tractum Sinui Persico vicinum, in quo Pasitrigis Plinii, & Chutzi, Elymzi, Transigitani. Tandem absurdissimè, suam sibi vocem habeat, supponit hic Bocharto-maitix, duos, illos Fluvios, quia hodiè non reperiuntur, nec in *Mappis* designantur, aut in *Sinum Persicum* non deducuntur ab ea parte, neque olim illas oras alluisse, vel ut Scriptura circumdedisse, quod nostro est *medias pervadere, intermedios secare*, reddidit vöce Hebraicâ *בין*. Præoccupaverat hanc Spanhemius difficultatem: *Nihil mirum esse, si E. gr. Pischnonis & Gibonis alvei obscuriores evaserint, novis totiens alveis enatis, antiquis obstructis, nominibus mutatis, intervæntu Diluvii, lapsu temporum, educatione crebra fossarum &c.* Quæ non erant à superiori asserito, de fluvio hisce Persicum in Sinum olim effusis vel exoneratis, avellenda, juxta *Voetianum* in Johanne monieum. Undè Spanhemio assignit, quasi eum juxta *duo fluvii Pischnon & Gibon*, à reliquis divisi, hodièque Chaldæam & Arabiam intermedii secant, terras igitur non ita siticulosas, uti esse ex *Vossio* Johannes didicit. Gratis idem, in ipsis *Mundis* ac Terræ natalibus, supponit rationem eandem fuisse ut alveorum, sic montium, cumprimis in arenoso illo tractu, quæ dein multis retro post diluvium sæculis apparuit. Quasi etiam horum fluviorum aliquis, quæ parte montes in valles dehiscunt, non potuerit medio alveo in dictum modo Sinum ferri, ut accidit plerisque fluvii, ac in specie *Euphrati & Tigri*, medios præaltoque montes interfecantibus, Taurum certe & quos *Gordizos* antiquitus dixere. Et quid si subter montes condant sese quandoque flumina, innox rursùm emeritura, frequentibus in omni Geographiâ exemplis; quæ etiam ex hypothese Veteres Nilum è Paradiso in Æthiopiâ & Ægyptum, ac novissimè Viri docti ipsum ex Phoeniciâ & Canaanæ Euphratem *Tigrimque* derivarunt. Sed neque his Gihoni vel Pischnoni viis opus primitus fuit. Supponit noster, Felicis Arabiæ partem Borealiorum, Sinui Persico proximam, longo terrarum tractu, & centenis milliaribus ab ostiis *Euphratis & Tigridis* determinari, mediis scilicet *montanis Chaldææ, & parte Arabia Deserta, & Montanis Felicis Arabia, pag. 97.* Et quidem quia hujusmodi situm aliquot illi *mappæ*, ductæ rudiore lineâ, & in angustum arcuatæ, (qualis & Spanhemiana ad *Historiam Jobi*, quæ hanc quidem partem neglexit, ut ad institutum nullam) repræsentarunt. Judicent petiti Geographi, sed & locorum *ἀγιογράφος*, qui Occidentalius hodièque brachium, adhuc infra *Bassaram*, ab Orientaliori divisum, ferri versus Felicem Arabiam, versus *Babram*, & *El kattif*, undè præstantissimæ *Margaritæ*, atque eâ parte derivari in Mare Persicum, retulerunt. Petrus à Valle, Itinerum Parte VI. C. XXI. *Fluvius Bassora (Bassra, Bassara Nubiensi) qui ab E-*

Tom. II.

*pbrate & Tigri confluentibus originem ducit, dictus Arabibus Sciat d' Arab, seu Arabum Fluvius, decurrit per duo grandia ostia in Mare, quæ plusquàm XII. milliaribus à se invicem distant. Ostium Occidentale, quod vocant Ostium Babram (duorum marium) aut Kattifæ (Kattif) quia fluit versus Bahrain & Kattifam, & Arabia (Felici quoque) adjacet, non adeò frequentatur, ob vada nempe, quæ & fluvios, & Sinum ipsum, maxime versus Arabiam, reddunt nautis ferè inaccessum. Tum memorat, hanc fluvii in duo brachia divisionem fieri infra *Bassaram, & formare Insulam prægrandem*, quæ tamen in vulgatis, ipsius Sansonis aliorumque, Tabulis non ita apparet. Repetit, *Occidentale brachium versus Arabiam & Kattifam in Mare fluere*, seu ibi *ἀγιογράφος* vel evolvi, ut Geographi loquuntur. Kattifam porro & Baharain, Margaritarum quasi matres, sunt Arabiæ Felicis, quibus ad dextram Jamamæ Regio, ad sinistram Sinus Persicus, verius Arabicus; nec adeò *ἀγιογράφος* nugabatur peregrinans Italus, explorator locorum diligentissimus. Sed neque ex hodiernâ vel Flavio, vel etiam Terarum, iis præprimis in partibus, conditione, sanus quisquam æstimaverit illam primi & Ante-Diluviani ævi. Fossas novas (cumprimis ex Euphrate, præ fluvii omnibus reliquis) deducas, obstructos veteres Alveos, emortua Flumina, Insulas natas, Maria vel Sinus dilatatos, arenas congestas, terras æstu & squalore in desertum verfas, nomina immutata, rationes deficientium fluviorum Paradisi alias, innoverat *Fridericus* in Compendiosa Introductione, quam hic præposterè adeo & alieno loco insultat; sed in Circo non suo, ut rectè Vir ad me perdoctus, de non inexplorato sibi pugile.*

Verùm advertat quoque Lector Spanhemii de fluvio utroque Paradisi effatum, collatum ab Acculatore cum illo *Nazianzeni*, quo iste *Pischnonem* cum plurimis Veterum *Gangem* interpretatus sit, eumque per Indos in *Africam* deduxerit, ut per *Gades* se in Mare effundat, ac sententiæ utriusque affinitatem, nostrique vel candorem vel iudicium, intelligat. Sed & in citando securitatem stupeat. *Nazianzeno* tribuit *Anchoratum*, & quidem ad-versus *Orig.* eidemque *Nazianzeno* mirificum illum *Pischnonis* fluxum adscribit. Atqui sunt *Epiphanii* omnia, *Auctor.* c. LVII. non *Nazianzeni*, hujus & laudatoris *Origenis*. Nec alia plurium id genus citationum infra fides erit, prout Nostro subindè ab his vel illis suppeditat. Et hic est, qui ob rectissimè citatas è Codice *Theodosiano* leges, & excerptas ex *Canone Chalcedonensi* verissimas voces, & productos summâ fide *Theologos*, ut suis locis singula demonstrantur, ausus erumpere, nullam *Fridericum* in citandis *Auctoribus* fidem mereri, p. 266. 259. &c. Quin & fiduciam observa, quæ ex rudiorem, vel angustiorum certè, *Mapparum* primo obtutu, de re Geographiâ, uti ex Tabulis hodiernis de primo Orbe, fidenter decernit. Quin hic ipse *veram Plinium cum Dionysio conciliandi rationem* ostendat, sed quam discant Geographi, addit ille, ex *Guilielmo Hill*, quem hujus magistrum, qui volet, consulat.

En verò aliud *ἀγιογράφος* Spanhemianæ specimen! Ac peropportunè Lectorem ad risum invitat, *ridere* (inquit) *in calce si lubeat, lege quæso Dissert. Histor. p. 298. Age, undè ἀγιογράφος ἀνωινωτική.* Nempe *America longitudinem præstendit Spanhemius ultra 180. gradus.* Quid hic splem movet? Accipe. *Forte* (addit Censor) *pars ejus in spaciis imaginariis collocanda erit!* NB. *Cum ballenüs ab uno Polo ad alium non ultra 180. gradus ponant Geographi. Arcticæ & Antarcticæ terra partibus nullus jam locus erit, ubi America ultra Polos ignorantissimè præstendatur.* Et hæc se ex *Matthesi* didicisse. Undè, *cave credas Spanhemio adeò crasse Philosophanti; cum ad Mathematicum ventum est.* Vix oculis fides est. Et si ob correptam aliquandò, in extemporalis carmine, familiari hodièque & nuper Viris summis incuriâ, eam Syllabam quam solâ auctoritate, analogiâ nullâ, Poëtæ prodixerunt, traducendus Spanhemius fuit, ut *stupidus, puer, venustatum omnium ignarus, commonefaciendus haud perfunctoriè monumentis bubulis &c.* quid jam de Spanhemio itauissent, si in prima Sphæræ elementa, quæ traduntur in trivio, & quidem futurus censor & castigator, turpi adeò lapsu impigisset? Sed ridere aut ludere *Satyrico* sale, tot calumniis oppresso, & Ecclesiæ *Baravæ* fata lugenti, jam non liber. Nempe sunt nostro qui, distributis operis fraterno planè instituto, Spanhemii scripta tentant, si quid huic fortè imprudentius excidisse videatur, quæ hic noster mittat in publicam tot Adversariorum lucem, si quando, deserto vadimonio, ab intentatis litibus desistere, & ad novas contumelias sese convertere, Spanhemii aliquo responso adigatur, ut Lectorem præparat, pag. 409. Inter Censorum illorum adversaria reperit is fortè notatos, parùm felici castigatori, *gradus 180. longitudinis*, per quos *Novus Orbis sese*

T t t

por-

dem, minùs sparsum in plebes, quorum offensione quavis contentione Christiano homini prævendum est, derivat in tonstrinas, textrinas, cathedras, fora, naves, tabernas, his ut altercationes istæ personent? Nec revelat illa tantùm, quibus obducen-

dum fuit charitatis velum, sed etiam exaggerat, sed luxat ubique sedibus suis mota, ac Plautinum subindè sàlem, quo lusit totiens Hieronymus, Latinasque formulas, reddit is vernaculis, infacetis, rusticisque vocibus. Nec alio consilio quàm ut offen-

porrigeret, Spanhemio iudice, in Dissertatione Historici de *Apostolatu*. Respiciebat fortasse Cenfor, (nisi tamen conjectura fallit) qui locum illum Johanni designaret, gradus longitudinis, seu Meridianos, ut putantur, juxta Ptolomæum, à Fortunatis Insulis, Ortum verius, undè 180. gradus longitudinis Veterem Orbem, non verò Novum, describerent. In quo non Spanhemii ἀδελφίον prodiderit, quisquis ille, sed suam. Primò enim, Spanhemius voluit non modò Continentem Americam, ut iste supponit, sed *Novum orbem Apostolis inaccessum*, cum latè diffusis per Mare utrumque, Atlanticum & Pacificum, Insulis, seu *Arctum* versus, seu *Australem* incognitam, ut inspicienti patet. Deindè, putavit spatium Æquatoris, protensum inter extremum Meridianum Novi hujus Orbis, puta qui novam Guineam secat ab occasu, & inter Aflores Insulas ad ortum, aut si mavis, Fortunatas, qui Geographis sunt omnino *gradus longitudinis*. Et sic rectè, *Novum illum Orbem*, Veteribus incognitum, *ultrà 180. gradus longitudinis sese porrigeret*. *Latitudinem* verò ejusdem Orbis, vel ex primis rudimentis ab Æquatore versus Polos æstimandam, *gradibus* minimùm 80. ibidem Spanhemius dimensus est, seu octo Parallelis, pergendo in Arctum, quos gradus jam Angli Belgæque superarunt, ad 82. usque navigando progressi. Quin Borealis hæc pars Americæ num sit protendenda ulterius usque ad Polum, sitque tota Continens, supra fretum Antiani, quemadmodùm & an Continens Australis ad Polum ipsam protendatur, adhuc est Geographis ignotum. En crassa illa Spanhemii *philosophemata*, cum ad *Mathesim* ventum est, quæ Lectori facietis apparerent!

Sed novam modò *Arithmeticam* ac *Mathesim* discat ex nostro Spanhemius; *disce* (inquit) *a me*, *Friderico*, quia *ad Mathesim ventum est*. Eum igitur juxta, regionum putanda *Longitudo* Geographica est, de ista enim Spanhemio sermo, à *Polo ad Polum*, & hic scilicet, *non ultra 180. gradus longitudinis ponunt Geographi*. Ex *Mathematico* hoc axiomate, sed novi ἀ-ήμα, inferit mox propositionem: Igitur *America porrecta ultra 180. gradus longitudinis*, seu *ultra Polos ignorantissimè protensa*, *pars ejus in spatio imaginariis collocanda erit, nec Arctica & Antartica Terra partibus ullis jam locum*. Si dixeris, ne hoc quidem postremum inferri, & partem *Novi Orbis*, ut Apostolis, sic nobis ignotam, constituere illam ipsam *Arcticam & Antarticam terram*; ne addam, observatas Insulas esse M. Paulo Veneto *Lib. 1. Cap. LXI.* in Arctico Orbe, nec tamen illas in *spatio imaginariis*, usque aded Boreales, ut iis *Polus Arcticus videretur ad Meridiam deflectere*; reponet novus hic Ptolomæus, hæc *ignorantissimè dici*, esseque hoc *crassè Philosophari*, cum *ad Mathesim ventum est*. Quid jam dicitur de *Friderico Wayenus*, si in hujusce paginas censoriam ille hujusmodi manum, sed & in hæc sacra illotos adeò pedes immisisset! Est enim istud verè in res Geographicas ἀνέπαισις τοῦ ποιοῦ ἡλικίου, *illotis pedibus intrare*.

Nil securius est malo Poëtâ, dixit alicubi Valerius. Quo quis in arte aliquâ imperitior, hoc est in carpendo securior. Quod in Zoilis, ab audaciâ fiduciam fumentibus, ac percententibus pari inscriâ Homeri, Socratis, Platonis effata, notavit prudens Antiquitas. Ὁ λῆξ ἰσομετρίας, dixit ille, ἡ χαλεπὴ ἀμοιβὴ Δημοσθένους, ἡ ὀψυχρὸς Πλάτων, *augator Isocrates, gratiarum expers Demosthenes, & frigidus Plato*, in iis quæ reliquere scriptis. Ad summum Rhetorices, sic Disciplinæ alterius parum salutaræ, culmen brevissimo tempore ascensuro, viaticum esto (dixit ὁ Πάτριος Διδάσκαλος, festivus ille quidem, ἡ ἀμαθία, ἡ ἰλα θράση, ἡ ἐπὶ ταῖς τολμαὶς ἡ ἀναισχονία, *imperitia, hinc fiducia, tandem audacia*). Hoc præsidio instructus, addit notissimus Auditor, *meidia ἢ ποδιά, ἀπάρταν καὶ ἀγίλα ἢ λιγύριον, plerumque subsanna, dicta omnia ride*, ἡ δὴ ἡ γίγνη μὴ ἀρετοκίμιν τοῖς λεχθῶσι. *& palam ostende tibi non placere, quæ dicuntur*. Sed addit quàm appositissimè, τὰ δὲ ἄλλα χερὶ θάρσιον, *caeterum confidere oportet*. Audio quidem, monitum hunc Cenforem fœdissimi erroris, primò in *Typographum* integram hanc de Americâ castigationem, præsentem Viro Docto, sed rubore vix cohibendo, non infestivè rejecisse; tandem hæc rescissâ aliud quid substituisse, sed serâ sapientiâ post dispersas, se faciente, chartas priores orbe totò Protestante. Quare id unum superest, mi Lector, ut morem geras Wayeno invitanti *ut ridere libeat*, & effusè quidem, nec Articæ Academiz legem magno-

perè respicias, quâ μὲν γὰρ ἡ γὰρ ἰξοί. Sed irâ splenem excute, ne exoneris, ridendi enim materiam Spanhemius novam plus semel suppeditabit, Johanne nostro, ut modò *Mathematico*, sic mox *Grammatico*, deinceps *Historico*, sed & *Jurisconsulto*, *Physiologo*, ac denique *Theologo*, palàm cenfore.

1. *Hu ut altercationes ista personent.* Nihil evidentiùs. Spanhemii pro Patre defensus, Latine quondam exarata, descripta proprio xre, Belgarum nulli visa, quia in Galliam destinata, post quinque circiter lustra, producitur à Viro fratre, in vulgus disseminatur, Belgico idiomate, sed eâ modò parte, quæ Spanhemio invidiam, rei ignaris offensionem, ac iudi plebeculæ indignationem concitaret! At *Verbum* (inquit ille sanè) *de meo non addidi, non sensum adulteravi, non in alium desorsi vel unicum vocabulum*. Et, *velletne integrum Libellum à me prælo datum?* Næ te virum ingenuum! Utique fatius fuerat Libellum reddidisse integrum, eo quo scriptus sermone fuit, quàm ea decerpisse, *avulsa ubique à reliquo contextu*, quin sale omni suo ipsâ translatione destituta, tacitis etiam juxta indignationis causis, quæ modo redderent (& facti & Spanhemii necis) exosum hujus *animum, indolem, spiritum*, hominem totum, velut (ipsomet interprete pag. 108.) *furiis agitatum*. Et quidem injecto præjudicio, eodem esse etiamnum hodie Spanhemium animo, & in Vener. quidem Coccejum, id est, *furiis agitato, implacabili, truculento, rabido, livido, dementato, perduelli* &c. qui sunt hujus flosculi. Arbitretur jam Lector, quo jure ingemuerit Epistola ad tam immitem atque intempestivam delationem. Et huic fortè geminum vel affine quicquam habeat, sic vellet p. 99. superius Spanhemii *Judicium*, Latine conceptum, de descriptionis Sylvanz, nullo equidem Spanhemii factò aut scriptæ aut vulgatæ, consonâ Formulæ Doctrinæ? Pro quâ vel Synodus Frisia Anno 1681. solemnè Sylvanz isti Classi gratias habuit *Sess. 7.* ut quæ morem gessisset prioris Synodi A. 1680. *Artic. xli.* Quod mox addit, *Spanhemii sapiens recurrere flosculos*, si vel recurrant maximè, probant Spanhemii orationem non demorsos ungues sapere, nec anxie elaboratam, aut fideculis expressam, nec fuisse illi pretium operæ, in hujusmodi causâ priora sua consulere.

Sed ut *ridere libeat*, rursus Lectorem inclamat. Exhibilavit supra Spanhemii *Mathesim*, nunc *Grammaticam* præceptor exagitat.

Dolet Epistola, derivasse Johannem juveniles quosdam veteresque in Dallzum orationis aculeos, quibus obducendum fuit *charitatis velum*, in tonstrinas, textrinas, cathedras, fora, naves, tabernas, *his ut altercationes ista personarent*. Quid cenfor? Hæc (ait) *non sine solacismo*; dicendum *has tonstrinas*, non *his*, ἡ ἀναισχονία ἡ ἀναισχονία, ut solet. Ac sola novi hujus vel M. Varronis, vel Marci Pomponii, vel Prisciani, vel Vossii de Vitiis Sermonis, autoritas sufficit, *solacismo* arguendo. Si regerat Spanhemius, *personare urbe totâ*, sic *aulâ, foro*, masculæ etiam Latinitatis Scriporibus dici; & familiare his, cum res in loco aliquo fieri innuuntur, vel per hæc & illa loca, ablativis simpliciter uti, omnia præpositione, ut *vagari toto foro, pervadere toto agmine, perstreperere urbe, errare pelago, ludere aulâ* &c. apud Tullium, Livium, Virgilium, planè ut *personare foris*, tabernis, urbibus, id est, per *fora*, tabernas, urbes; reponet iste, quid enim aliud? ἀνερολογίαι id genus etiam in Auditoribus illis occurrere. Ipsi verò sine solacismo licuit, verbi causâ, *nec stipem unquam sum emendatam*, *Epist. p. 408.* Sed fœdior longè *solacismus* est, coactatæ ibi in Spanhemium criminationes, ex illarum quoque numero, quibus *ut falsis*, ut *calumniosis*, *inuri publicam notam*, Batavæ Academiz Patres à Frisii Curatoribus contenderunt. *Solacismus manu factum* memini dixisse non ineleganter Veterum quendam. Sed pergit, ostensus Fridericum *δύνασθαι ἢ ἑτολοκίξειν μοῖον, ἀλλὰ ἢ βαρβαρίζειν*, quanquam nec ipsum usquam φιλομυθῶ alieni sermonis.

2. *Nec alio consilio; quàm ut offensionem rudiorum intendat.* Ut modò *ετολοκίξειν* Spanhemio contigit, sic nunc *βαρβαρίζειν*. Satis denuò est affirmasse Wayenum pag. 101. Hinc novi oriantur *risus*. *Consilio ut intendat, tantundem est ac, intendit ut intendat, nisi de profecto!* Nempe sic rure loquuntur. Ac mirare tu quidem, Lector. Primò *intendere*, ut ad animi propositum referatur, potuit sine barbarismo usurpari: *Consilio aliquo intendere*

offensionem rudiorum intendat, ut stigma inurat, ut malè mulctet, omnemque mihi apud imperitum vulgus fidem, existimationem, gratiamque perdat.

O facinus animadvertendum! & quod judicassent Theodosiana tempora dignum eâ poenâ, quam Leges statuere in inimicos humani generis, quales habitum

Cod. Th. de Delat. L. 10. & 17.

re hoc vel illud. Dein manifestum nimis est, intendere hîc positum augendi significatu, ut intendat offensionem, seu invidiam, cui opponitur, apud Tullium & Celsum, lenire offensionem. Nostri jam excutere elegantias rationis lege non lubet, nec merentur chartæ publico iudicio vindicandæ.

Cui caput ad lavam, didicit glossemata, nobis Præcipit,

de importuno Latini sermonis exactore, apud Scriptorem Romanum de Illustribus Grammaticis, ut locum eum Salmastius restituit.

1. Et quod judicassent Theodosiana tempora &c.] Hic rursus erit, nostro sollicitante, quod cachinnos commoveat. Audi censuram pag. 102. 103. 104. Iterum balbutitur turpiter, nempe flagellifer Ajax. Integri seculi error est. A Constantino datam legem Theodosio adscribit. Credo ne pietam quidem hanc Legem vidisse. Secundum Edictum emisit Constantinus A. CCCXIX. At Æra conditi Codicis Theodosiani adscribitur (sic Jacobus Godofridus) A. D. 438. &c. Errori historico dicit Grammaticum accedere, & temporum pariter ac legum supinam ignorantiam. Quid ita? Delatores (NB. si modo Spanhemius unquam viderit Codicem Theodosianum) non esse, quod vult Spanhemius, sed turbam

Qua semper miseris sollicitabat opes.

Probat censor ex Interpretatione, Brissonio, C. Harmenopulo, dein mutuatis ex *romin* aliquo complurimis legibus, & ex Calvini Lexico, negat Delatores esse, qui ad fiscum nuntiant, qui Reip. causas defendunt, &c. ac sæpe ex officio, & solâ spe præmii excitos fuisse. Tandem, supine ignorantia, & intempestivæ eruditionis Spanhemianæ ostentationi, adjungi crudelem hominis Theologi animum: Fovete enim Spanhemium, ut Wayeno infligatur poena delatorum, quæ mortis est. Hinc paratragœdiantem, exclamantem, profcindentem vide, famosi scripti pag. 102. 103. 104.

Quis non subesse his eâ fronte, eo supercilio, enunciatis, aliquam saltem speciem autumarè? Sed adverte Lector, & cum eruditionis tum fiducia hujus Aristarchi specimen habe.

Chronologicum jam seu *Historicum* errorem quod attinet, primò non unam legem produxerat Spanhemius, sed geminam, x. nempe & xvii. & quidem in margine expressas, ne Censor ignoraret. Ille tamen, Spanhemium respexisse ad legem datam Constantino. Secundò, quod mirère, productarum legum nulla est à Constantino lata, prior autem à Valentiniano Seniore, sub quo Theodosius M. jam spectatæ virtutis fuit, posterior ab ipso Theodosio data Constantinopoli, quadrans utique Theodosianis temporibus. Tertio, quod noster à Constantino datam legem esse tradit, indè factum, quod, conquisito Titulo in Codice Theodosiano de Delatoribus, vidit primo obtutu Edicta priora tria esse Constantini. Hinc, quâ fuit in versando illo Codice diligentia, putavit ejusdem Constantini esse reliquas omnes. Undè confidenter, jam ante seculum & quod excurrit gesta erant, quæ Spanhemius ad Theodosiana refert tempora. Quarto, ne dixerat quidem Spanhemius legem esse latam Theodosianis temporibus, sed leges statuisse hujusmodi Delatoribus poenas, quæ his temporibus vigorem habuere. Nempe cum Theodosii M. tempore, qui novis Constitutionibus Valentiniani illam roboravit, pronumque delatorum in calumnias animum præ cæteris coercuit, tum & tempore Theodosii Junioris, à quo hæc leges primùm collectæ, & confirmatæ in usum fori. En quàm ineptè citatas leges retulerit Spanhemius ad Theodosiana tempora. Quæ (ait Censor) xquè dici potuere nostri temporis, quippe & hodie extat illa lex. Acutè!

Nunc de applicatione legum. Delator Spanhemio hic quidem fuit, proditor vel denunciator facti antè ignorati, accusator, etiam occultus, qui, licet objecta probasset, pari tamen loco cum Calumniatore habendus ex lege fuit. Hinc delatores à deferendo, vel accusando, quicquid nominatim delatorem ab accusatore Leges distinguant. Hunc vocis significatum citata lex Theodosiana, & Juris interpret Harmenopolus, quem noster ex Calvino describit, probant. Quamvis enim Theodosius in specie de servis Dominos deferentibus, generalis tamen etiam illi delatores, qui *μυνηται ὑποδίκους* & *ἀγορευτικὸν ἀγρονομίῳ* *ὡς ἐστὶν ἐν*, denunciatores negotii vel rei, quæ antè ignorabatur. Quod & Jac. Godofredus ad citatam Spanhemio legem observavit, præter Jureconsultos alios, & Grammaticos. Nec profectò Theodosium de hoc nostri temporis delatore statuisse, Spanhe-

mius censuit: veriùs, reddere hunc delatorum istorum ingenium, animum, nocendi voluntatem, dum in aperitum eduxit, quod olim *discipulus*, auditor, amicus à Spanhemio accepisset, neque hic nisi interioris admissionis Viris, & quorum in Gallia intererat, ob rationes antè expressas, communicasset. Accessit delatæ rei tempus, post quinque lustra; modum, acrioris pro Patre Defensionis tacitis causis, circumstantiis, & soluto contextu; lingua, dum Latini sermonis idiotismos, doctis auribus non insuetos, reddidit (seu per se, seu per alium) vernaculâ oratione, & *rurus plenâ*; ad hæc, quem intendit scopus, ut in Civium ac plebum animis, facti ignavis, invidiam Spanhemio crearet maximam, & eisdem hunc spiritum etiamnum intus alere, imò acerbiores, & in Fratres quidem, innocuos illos lædentesque nihil, persuaderet. Hic jam nisi in delatorum censu haberi meruerit, certè illis quàm simillimum esse, etiam *μυνηταί* ac sine ocellis perspiciant.

Sed audi Crisim. Inspiciat, Spanhemium Codicem Theodosianum. Credideras explicaturum Codicem, & descripturum utramque legem, ut factum oportuit. Sed ejus loco; sic habet Int. rpresatio. Primò quasi sit illa Codex ipse Theodosianus, diu postea Gothicis temporibus nata, nec sine incauti Lectoris furo pro Codice ipso producenda. Deinde est ea Interpretatio Legis 2. à Constantino M. latæ, non citatarum Spanhemio legum Valentiniani & Theodosii. Huic mox subjungit Brissonium, compilat Calvini Lexicon, ac producit leges bene multas, sibi quoquo modo revelatas, ut conficiat delatorum varium fuisse genus, significationem ex Legibus variam, quod planè *δοτὴν ἀγορευτικὴν*, & *ἰσαγορευτικὴν*. Spanhemio usus ille vocis sufficiebat, qui in designatis à se Legibus occurreret, qui etymologiæ vocis, qui Harmenopuli ipsius interpretationi, & qui Accusatoris facto responderet. Adde nunc delationes sine fine famosæ Epistolæ, & vel plurimas (Procerum iudicio) vel omnes *ἀπερισπαστῶς* falsas, virulentas, atroces, (prout injurias leves, mediocres, atroces Jureconsulti distinguunt) nec nisi ex impotente & provo in calumnias animo, & ex conviciandi cacòisbe profectas, ac de julta applicatione Legum arbitrare. En etiam, ut Harmenopuli definitionem, plane ad mentem Friderici, delatorem in genere esse *μυνηταί ἀγορευτικὴν πρὸς μὴ ἀγορευτικὴν* denunciatores rei factive antè ignorati, appositè fidenterque reddat, Latinis vocibus,

Turbam,

Qua semper miseris sollicitabat opes!

Sed collectis undequaque ac suppeditatis illi scommatibus, maledictis, satyricis an sybariticis essatis, (quam medio in projicientis æstu frigidioribus profectò hyeme Gallicâ, vel, ut ipsemet, *πρῶνις Σκυθικῆς*) locus esse debuit, etiam inopportunos & alienos, ut parrem probitatis, doctrinæ, & judicii, laudem referret Accusator.

Nunc Spanhemium doceat. *Disce à me Friderice! Delatores* (inquit) *ex officio, & solâ spe præmii exciti erant.* Probatque ex Matthæo de Criminibus; quod vel Juris tyrionibus, ex Notis Dionysii Godofredi ad l. viii. Cod. de Accusationibus, uti ex Jureconsultis penè omnibus, & ex Historiâ Romanâ, ac Tiberii cumprimis illâ, notissimum. Quale Delatorum genus, hodieque præmiis & stipendiis excitos, fovet Respublica Veneta, Nobilibus Civibusque formidandos, qui ad Inquisitores sua referant. Num hic meus spe cujuscunque præmii à suis excitos in Spanhemium fuerit, haud facillè dixerim, neque verò adducor ut credam. Istud equidem scio, non id omnium delatorum fuisse, ut ex officii necessitate accuserent. Nec de illis productæ à Spanhemio leges. Dicat priores curiosi, stationarii, nuntiatores, quadruplasteres, apparitores per Provincias dispersi, & si quibus vocibus aliis. Sed hominum genus vile, abjectum, exosum, intercluso ad dignitates aditu, vel ex Lege vi. Constantini & Constantis, Cod. de Dignitatibus. Hinc fordidum adeò ministerium, ut obeuntis opinionem seu existimationem macularet, rescribente Gordiano, l. iii. Cod. de Injuriis. Undè etiam ab optimis Principibus non coerceri modò, sed & tandem interditi, indignato pridem Annalium Scriptore, ubi de Tiberianis temporibus, Lib. iv. C. xxx. in genu hominum publico exitis reportum, nempe delatores. Quod ex variis Codicibus Theodosiani Constitutionibus edoceri noster potuit, hujus jam promus condus, dum is de Spanhemio, si modo unquam viderit Codicem Theodosianum. Viderat autem Censor Friderici Dissertationes Historicas, Introductionem Geographicam, Historiæ Ecclesiast. Tomum priorem: in

tum improbi delatores, etiam si objecta probassent! Ac vestram nunc appello, Viri Fratres, fidem æquitatemque, hoccine fuerit hominis ingenui, generosique pectoris, in quo vel gutta charitatis? ne dicam viri Theologi, mansuetique ingenii, pacem ostentantis, sed lævâ jam manu, dum dextrâ ferrum adigit in viscera. Et si ego dignus hac contumeliâ fuissim maximè, an tu dignus qui faceres? Sed benè est, me ¹ intemperantiæ, immodestiæ, irarum, clamorum, tempestatum, superbi tumidique verticis, ac perditæ propemodum audaciæ, ab illo ipso coargui, cui contigit hoc nomine *digito monstrari, hic est!* Et de quo ² Frisii Zelandique Annales, non mea profectò pagina, testabuntur. Ova autem putrescentia allidas petræ, tamen illis consistet. Paulus securus à viperæ morfu leviter tantum excussit. Sed *caveas tu in alterum dicere, quod statim in te retorqueri potest.* Fullo & Coriarius, sic ingeniosè Arabes, accusabant Pigmentarium, quod tætor naves suas penetraret, nempè ut naribus obturatis olidæ istorum tabernæ præterirentur. Ac quid ille ex unâ filii juvenis pro læso patre Defensione Indicem affectavit *Netheno-Maresiano* similem, ut

quibus ut variæ ex eo Codice leges fuisse pertractatæ, de *Suburbicariis, Coelicolis, Scholis, Diocesibus* variis, &c. sic omnis ejusdem Codicis historia, quin summa quædam sacratum Constitutionum, retexta est ad *Sac. v. p. 511. 512.* Sed res nostro ardua, & insueta, ac supra Spanhemium, *vidisse Codicem Theodosianum.* Sic solent in experti stupere ad quæ artifices rident. Et hinc certò argumento colligas, familiarem hanc esse culpam arguenti, citare quæ nunquàm vidit, suamque Friderico affricare ubivis labem. Prout Epistolâ totâ non Spanhemii imaginem exprimit, sed verè suam. At quod de *Canone Chalcedonensi* ab eo *non viso* Spanhemii aliâs Epistola, dispar ratio est. Nam isthic de singulari Canone, non de Codice ipso Canonum sermo: sed nec de Canone, quem ipse citasset in suis Accusator, qualiter Fridericus citavit ex Codice Theodos. leges, *si modò* (inquit ille) *unquàm viso.*

Spanhemianæ supinitati accedat tandem *crudelis animus.* Hujus autem indicium nostrò est, quod Spanhemius fortè dixerat, *Theodosiana tempora* fuisse in *delatores*, etiam *objecta probantes*, severiora. Hoc de temporum eorum præteritâ severitate assertum, utique historicum, vertit ille in Spanhemii præsens *vetus, crudelitatem*, quasi summum Wayeno supplicium intendat, quasi Theodosii legem denuò roget, & adornet ferale pæna. Ad ista omnia vel Crassus aliquis, (qui semel fortè Plinio risisse dicitur, quum videret Asinum carduos avidius deglutentem) nostrò *ad risum* provocanti morem gesserit. Quid pol Spanhemio suis tibi *vois* apprecatus sit, habuisti ad calcem Epistolæ, *bonam Christianamque mentem:* Rufus pag. 96. 97. ut quæ nuper laudaveras, *exprimeres ipse tu nobis deinceps verbis, factis, scriptis;* *Ut referres priores vulsus, pristinam pietatem, omnemque imaginem tuam;* *Ut paribus humeris, ac conjunctis animis versari* cum Friderico posses *in opere Domini, unaque in id incumbere, ne vel scintilla superfit teterrimi belli.* Quid autem *voverit* tibi etiam novissimè Frisii, & in os tuum, præter Claficales tabulas, dicant pro me Viri duo (nec est ἀπούμα-
νον πρῶτον) quos Leowardensis Ecclesia etiam nunc colit, suspicit, memores suorum ad te ipsum gemituum, *Brakelius, & Schuylenburgius.*

1. *Intemperantiæ, immodestiæ, irarum &c.*] Hoc enim animo esse Spanhemium, hoc *spiritu*, hanc *indole*, imò *furiis agitatâ*, colligi voluit ex centonibus illis è juvenili scriptione, & pro Patre sanè animosâ, in Præfatione detrahit. Sed nihil ista, præ sanie, quam deinceps in Epistolâ evomuit, ne presso illa pectore nostrum enecaret.

2. *Frisii Zelandique Annales.*] Cùm Civiles, tum Consistoriales, Claficales, Synodales, Provinciæ utriusque Tabulæ, etiam novissimæ. Nec ausus iusticias ire princeps de Japeti genere. *Tesbenster* (inquit) *quantum velint.* p. 105. At de se ipso magnificè testatur. Utque Arusionensis levitatem perstringat, cujus sententiâ eiectus; Ipse ille (inquit) est, *qui in Zelandorum aliquot Procerum confesso, magnam servatâ patriâ partem meâ curâ & laboribus adscribens, Medioburgo pariter ac Provinciâ talem virum gratulatus est.* Quid reposuerit Princeps narrantibus, quum adessent *πρόσώπια*, Lector ipse conjectabit. Nostrè equidem debuissè sibi & Patriam, & Patriæ Du-

quod de isto factum, Cucullati pro concione apud suos in Ubiis aut Brabantis recitent? Dum uberio-rem illi longè salium, scommatum, maledictorum, ac sævi joci ordinem, longamque seriem, suppeditent tot famosæ in Voetios, Hoornbekios, Maresios, Hulsios, Vrisios, Leydeckeros, Spanhemios, chartæ, ac sui cumprimis Gelasii, Andlones, Pistophili, Detectores, Timothei, Verini, Desiderii, Farelli, Severi, Alethei, & si qui id genus Heroes, ³ personam in teatro mentiti. Ac quidni manticam, quæ in tergo est, quidni propria serinia idem excutit, ac vineta sua cædit, non planè oblitus eorum, quæ in Wolzgios, Velthulios, Hulsios, ⁴ Viros Clarissimos, imò in Clafses totas ipsemet eructavit, ut fileamus acerbiora, quæ, ipso obfetricante, in causam omnem Orthodoxam larvæ infantiæque evomuerunt. Ac de his *verbum non amplius addam.*

Crescit eundo calumnia, ut intabescit invidia, Tertium Crocodili imitata indolem, quem ajunt semper crescere, (⁵ quanquàm reverà vix duodecim Brachia unquàm excedat, pace C. Plinii) qui etiam excrementa omnia sua ore evomit, nullâ his sub caudâ viâ.

Tertium
Caput
Accusat.

cem, verius *οὐρα*, *ουρία*, ac *Feri* incisam vel Marmor, ob *Cives Servatos*, inscriptionem:

JOHANNES meruit, ut inter omnes pollens locationes *statua videatur.*

Quæ ipsissima inscriptio, in *Johannis* cujusdam, Παλιού ἀπαιτού, seu ἀποβύ, honorem, sub Valentin. Theodosio & Arcadio Principibus, Romæ nuper effossa est, edeate cum aliis & illustrante Octavio Falconiero, Viro qui dignus fuit ævo longiore. Porro quod in Spanhemium retorquet, *Annales loquantur*, p. 118. utique loquantur! sed cum laude, sed in testimonium innocentis, sed maledico seu omni seu calamo compescendo, sive jam Ecclesiastici illi sive Academici, sive Leydenfes sive Palatini.

3. *Personam in teatro mentiti.*] Et nuper Gelasius, Democritus, *Socieni.* Nunc famosa Epistola accessit, quæ libellorum omnium infamiam, quotquot Orcus parturivit unquam, immensum exuperat. Ac soli Cucullati illam ab interitu vindicabunt, hæc in Spanhemium odia, has *virulenti calami* contumelias, versuri in commune Reformatorum nefas.

4. *Viros Clarissimos.*] *Insueta hæc* (inquit) *civilitas est.* Imò Spanhemio perpetua. Hos viros priores (itâ ipse distinguit) si prudentiâ Wayani exprimerent, & expressissent pridem, nondum natæ essent aut nostri diræ paginæ, aut tot, quæ agitant, intemperis, ac infantiæ libellorum. Ac mutua hucusque, inter Nobiliss. Wolzogium & Spanhemium, amicitis atque observantiæ officia.

5. *Quanquàm reverà vix XII. Brachia unquàm excedat.*] id est duodecim ulnas, vel cubitos Geometricos. Quæ reverà portentosa magnitudo est, non marini animalis, sed fluviatilis. Nam vix decem cubitos excedere, Marmolius diligentissimus scriptor, in Africâ suâ, *Parte Primâ*, Leo itidem Africanus, & αὐτίπαι alii observarunt. Nunquàm autem XII. Brachia mole suâ lupere, ex ipsorum Ægyptiorum fide, confirmavit nuper Vanleebius, in suâ *de Ægypto Relatione*, quam scripsit multâ curâ & judicio, ex propriis Observationibus, p. 78. Spanhemius tamen cautius, *vix unquàm* eam mensuram excedere. Non profectò nescius, quid Aristoteles, & post eum Plinius, Solinus, Ælianus, & recentiores Novi Orbis Tabulæ, ex his Bochartus, Jonstonus, Olearius, ac passim Itinerariorum Scriptores de Crocodili vastissimâ mole tradidissent. Ac quod de *Panamenfis* Crocodilis Indica Historia, & ex eâ Lerijs *Cap. x.* noster autem ex uno Bocharto, negat diserte ipse Lerijs, loco citato, fidem mereri, nec se auctore affirmari velle. Pag. igitur fide pleraque, quâ de Crocodilo vel dubia alia vel fabulosa, v. gr. ad mortem usque crescere; flere humanum in modum; ova centum excludere; inferiorem maxillam habere immobilem, cujus contrarium Friderici oculis experimentum subjecerunt aliquando Regiæ Societatis Londinensis Viri, quum Angliam salutasser.

Ex hac ad Crocodilum allusione, quum de calumniâ in genere ageretur, familiari ipsi Scripturæ usu, non putaverat Spanhemius fore, ut audiret delatori, paginis tribus impletis 109. 110. 111. *Scrutator ani*, ἐξουλοῦ, *laborans inopiâ bilis*, *laborans oculis*, *comissiali morbo*, *fistius*

viâ. Nec supererat aliud, post vim moribus meis factam, quam ut *laxa etiam Orthodoxia, & Formularum Unionis, in non uno Articulo, (quod ipsis crimina impingamus) μὴ πολλὰς φαντασίας postularet; ita novissimâ tuâ, mi Frater. Quid ita, & undè istuc monstri? Nempè, in meâ ad Reverendissimum Episcopum Londinensem, præmissâ Scripturis in Condomiensem alterum, ² negavi scilicet, *spiritualem ullam Politiam, quâ Ecclesia gubernari debeat, domuisse nos Deum in Verbo suo; Ut videlicet Ministri seu Pastores sint, sint Seniores quoque ac Diaconi, qui cum Pastoribus Senatam quasi Ecclesiâ constituant &c!* Negavi *Verbi Dei Ministros, ubicunque locorum sint, eandem habere potestatem & auctoritatem*, probato nempè inter Britannos Episcopatu, & externo Ecclesiâ regimine cum *Civili formâ* coalescere jussu, non vero ad regulam in *Verbo Dei* præscriptam exacto! ³ Hem scelus! hunc jam oportet in cruciatum abripi! & ex Leydeni suggestu intrò in pistrinum trudi, ad necem usque ut ibi molat! Undè etiam haud in conventiculis modò Wayanorum, sed & in istorum ⁴ Synedriis, Classibus, traduci Spanhemius ac diffamari, tanquàm qui *per occultos cuniculos sollicitaret Bavaræ Ecclesiâ disciplinam; Episcopatum in arce collocaret; viam illi nostro in Belgio sterneret; cum Principibus viris conspiraret; Sacram Unionis Formulas subverteret; Anti-Christianismi characterem, Casarico-Papatum, Re-**

Artic. Conf. XXX.

Artic. XXXI.

*tens sanguinem J. vander Wayen, ingentis paroxysmi tempore hac in chartam conjiciens, imperitè rogans, quæ ex Bocharto, (si modò hunc, æquè ac Codicem Theodosianum, viderit unquam) discere potuisset, Ichneumon, in luto volutatus, sus qui Minoram, furo sibi & Uxori sue indignus, paries dealbatus, obductâ & meretriciâ facie, Crocodilæ opus habens (citato Stephani Thesauri Lat. Linguz) terrore exanimatus, si non laxâ mente delirans, Tentyris &c. Hæc retulisse iatis est, quæ in quo prodant emotam mentem, minime compotem sui, & annos Illustrium Procerum iudicio sint ejus generis, quæ publica indignationis argumento notanda veniant, Lector pronuntiabit. Et quo simili Spanhemius calumniæ modò indolem adumbrarat, ac in thosi quidem, ille, à literâ, à mente Epistolæ solitâ arte discedens, me (inquit) Crocodilum fingit & somniat. En paginam, & lege! Quin columbam referunt omnia tua, vel *aidâ, ipivniar, m- rasiuâ, pudorem, æquitatem, moderationem, quas domi virtutes relinquerent qui, per aliorum censuras ac reprehensiones, ad doctrinæ opinionem viam sibi sternerent, auctor fuit in Rhetorum Præceptis Lucianus. Et falleret, opinor quidem ego, qui in te posthâc Crocodili quandam imaginem observaret, hujus quidem λεωκαρδίου, caudâ flexilis, dentibus serrati, exitiosi mortu, dolis instructissimi, ore ignes eructantis, tergo benè squamari, ac cutem nunquam exuentis; sed & oculis, quibus laborare Spanhemium omnimodò caufaris, acerrimi atque infestissimi simul.**

1. *Laxa etiam Orthodoxia, & formularum Unionis &c.]* Verba supra ex nostro descripsimus. Nunc insit, Spanhemium id caufatum *splendida spargere mendacia; Dicit Fridericus, ubi hoc homini impegerim. Equidem si vel Fridericus tibi fungus est, aut cucurbita, non profectò Lector noster erit. Ergone Confessionem, quam in nonnullis Articulis è diametro oppugnasse Spanhemium ad nauseam clamitavit, non habes in formulis Unionis? Et hujus qui doctrinam lædit, nonne te iudice laxa Orthodoxia reus est? Quo magis hujusmodi tibi doctrina est, quæ facit ad substantiam Ministerii, ad integritatem, ad essentiam rei, inæquali Ministrorum auctoritate divorsâ adversatâ indolis Regni Cælorum, paratâ ad Antichristianismum viâ, &c. ut tu passim exertis verbis. Sed de istis postea.*

2. *Negavi scilicet spiritualem ullam Politiam &c.]* En verba Præfatoris, & Latina, se interprete, pag. 19. 20. *Confessio dicit, Dominus noster nos Verbo suo docuit NB. spiritualem Politiam, & juxta eam gubernari debet Ecclesiâ; At Spanhemius, inquit ille, è diametro negat, quod affirmat subscripta illi Confessio Artic. xxx. Ergò negat Deum nos docuisse Verbo suo, ita Confessio, spiritualem Politiam, juxta quam gubernari debeat Ecclesiâ. Sic habuit accusatio, ni conclusio præmissas excedat. Sed sinuosus ac flexilis Accusator hujus accusationis pendens iniquitatem, hanc modò negat: *Mendacem metus facit. Vide quid dixerim pag. Sed paginæ numero non expresso. Postea: Ergone vel ullam verbis durissimam, ego sententiam**

giam in Ecclesiâ tyrannidem revocaret; illibata Ecclesiâ jura convelleret; serviret temporum iniquitati; assurgeret agentibus omnia pro libidine Episcopis, parùm doctrinæ integritati ac vigori disciplina, plurimum auctoritati sue consulentibus &c. Et quæ id genus aut chartis improbis illita, aut indoctum in vulgus tributa, quanquàm ea profectò non sani esse hominis, etiam

Non sanus juret Orestes.

Equidem quod de causâ Christianâ pridem Septimius, *unum gessit interdum ne ignorata damnetur*, id ipsum de causâ gravi & publicâ, pagellis à me nuperis, ⁶ invitante Illustrissimo Præsule, obiter assertâ, consilio utique innocuo, fide optimâ, mente certâ, & in omnem de Theologorum assensu compositâ securitatem, præfandum mihi esse censeo. Suis illa sanè est atque immotis præfidiis fulta, nihilo tamen seciùs in crimen mihi vertenda, pulsanda viris fratribus, devinctis communi sacrorum lege, ac differenda passim invidis acerbisque vocibus, quia aut ignorata imprudenter, aut scienter dissimulata.

Nempè quum nihil tale me cogitantem salutarset primus humanissimis literis HENRICUS, Londinensium Præsul, natalibus an dignitate Illustrior, & ex me quoque (uti ex Collegâ meo Stephano le Moyne, ex Claudio, ac l'Anglao Parisiensibus Theologis, Viris Summis) scilicetatus esset, *Sacra-me cum Angli-*

Terrull. Apolog. C. 1.

Epist. Dedicat. ad Episc. Londin.

Lond. 22. Aug. 1682.

de te vel tantillo rigidior dixi! Nempè levicula jam illi res est, Leydentem Theologum accusasse oppugnatæ directè Confessionis, & quidem à se subscriptæ; fide sic violatâ, & in gravissimo argumento, negatâ scilicet Politia, quam Deus ipse præscripserit, uti noster censet, præscripto universalis, perpetuo, faciente ad substantiam ipsam Regiminis, vel ut ipse loquitur, (ex citato ipsi Suiceri Lexico Epist. p. 123.) χαρισματούς. Sed quid Spanhemius negaverit, ex ipomet, non ex profuso detractore, constabit.

3. *Hem scelus!* Ille verò, *quis scelus tibi impexit Stentor? Sat profectò sceleris, perjura manu subscriptis publicæ Formulæ, quam postea, tuæ voces sunt, ex profanâ assentandi libidine, & aperto Marte seu directè impugnes. Uque sceleris illam vocem emolliat, vocat ibidem αἰάροος, seu Furiam, Dæmonem, Pestem hominis, Buccorum caput, Catharma, non evadit Alector, ac plenis buccis in Spanhemium maledicta fundit. Sed hæc lis coram alio iudice contestanda est.*

4. *Synedriis, Classibus.]* Nec distat Conviciator p. 119. At imperitè moventibus hanc litem, ne cognitâ quidem causâ, restitère illis ipsis in Confessibus Viri graves, non Spanhemii gratiâ, sed ignorantissimè deferentium. Nec *paci datum*, sed innocentie, sed veritati, quod molesti esse illi Viro definerent.

5. *Aut chartis improbis illita.]* Ille: *Chartis improbis quicquam hæc de re illitum habentis vidi nihil. Vidit tamen, ut suorum querulas hæc de re literas, sic Gelasii Trumegisti, improbi scurræ, ornandam Wayeno elogio Satyram pag. 419. Nec vidit tantum, sed & Spanhemii fratri priusquam dias in auras exiret contenta prædixerat. Hunc lepidissimum Gelasium vocat, elegantem, Palæmonem; qui si profectò nomen proderet, non is ex Codice Theodosiano, sed ex Codice Civiliurum Constitutionum, atque Ecclesiasticorum Canonum, conveniendus foret. Huic Spanhemius inscribitur *Totius Hollandiæ Primas*, quasi Hollandia Nationem integram, Exarchatum, aut Diocesim, ex pluribus Provinciis vel Episcopatibus constantem, diceret. Sed *risu inepto res ineptior nulla est.**

6. *Invitante Illustrissimo Præsule.]* Margo exprimit literarum diem, mentem, annum invitationis, memore etiam nunc HENRICO Londinensi. Sed rursus Spanhemius *ψευδογράφος* est, *planus, præstigator, veterator, Cretensis, mentiendi artifex, Scythicâ faciendâ mentiens, mendacium mendacio tegens, & quæ id genus ingens conviciorum sarracum. An invitante Præsule, sic noster, scripserit, ego sanè nescio, nec facile fidem habeam homini, cui utrum mens confiterit, dum hæc scriberet, serid dubius hæret animus. Saltem Spanhemio mens immota manet. Quæ hic ad Præsulem, ut eadem sunt, quæ chorus penè omnis præstantium Theologorum, ita cum Monachis Leydenis, Claudii & l'Anglæ Parisiensium, Virorum supra nostri laudem, conferri responsionibus ad eundem Episcopum,*

Anglicana Ecclesia, ¹ ut Episcopis subest, ² communioni rennunciandum iis esse censeremus, qui Presbyteriali (quam vocant) disciplina additi, nec sarcendo inter Britannos schismati, reducendisque ad unitatem Anglicanis fratribus, stante Episcopatu, & inviolatis Regni juribus, esse oportere locum arbitramur? responſionis equidem meæ, nec clanculariæ illius, sed publicæ, summa hæc fuit.

Vide d.
Epist.

1. In causâ ³ Ecclesiasticæ Disciplinæ præscripsisse sanè Christum & Apostolos, quæ ad substantiam illius ac necessitatem attinerent: nusquam ve-

eodem tempore, pari quæſito, mox in Angliâ publicandis, magnoperè velim. Ex his & documentis aliis, num sint hæc planè (ut ait ille p. 120. 121.) ἀπερδιόνητα, num frustra Viri illi Clariff. his litibus impliciti, num distinxerint inter Ecclesiam, ut Episcopis subest, & quæ Episcopis subest, aut fortè iis magis quàm Spanhemio cum Confessione Belgicâ conveniat, liquebit loco suo. Adde mus Clariff. Furium, & ipsum Confessione Belgicæ nuper subscribentem, nihilominus eidem cum Spanhemio liti implicari sese, elegantissimâ ſcriptione, novissimè passum, in Libello Le Jansen. Convaincu, p. 251. 252. L'Auteur du Preservatif est absolument du sentiment de Mr. Spanheim &c. Vide alibi Animadversionem x. de sensu Confessionis Belgicæ.

1. Ut Episcopis subest.] Vel stante Episcopatu, ut mox additum ἐπιτοπιῶν, & qualem Anglicana Ecclesia in Ordine sacro, à primâ usque Reformatione, post Papismum sub Elisabethâ ejectum, ferentibus Regni ipsius juribus, retinuit. Nihil hîc profectò ambigui. Nostro tamen, ut involveret, ac si pote Spanhemium cum Collegâ committeret, placet vis facta verbis, & chimæricum discrimen, inter Anglicanam Ecclesiam, QUÆ, & UT Episcopis subest. Quàm audiret huic conviciorum artifici, aliquâ jam specie juris, Spanhemius ita distinguens, κωνοπέρις, vertiginosus, spermologus, vaser, vulpino astu, stimulum animal, Bombylium, tympanotriba, vesanus, quæ sunt nostri blandissimæ voces! Sed natus Fridericus vervecum in patriâ, ac stupiditatis plus semel Johanni perstringendus; undè nec tam acuminatum illi sinciput est, ut vel Doctorem subtilem distinctione vincat. Quia verò Illustriff. Præsulis quæſitum eo loco proponitur, ac mentem ipse suam feliciter expromperit, ex eo sciscitari debuit noster Interpres, volueritne UT subest, an QUÆ subest, Gallico enim idiomate Spanhemium salutavit.

2. Communioni rennunciandum iis esse &c.] Hæc quæſiti Londineasis summa, scopus, sarcendo si potè Schismati Anglicano. Eò etiam Spanhemii omnia collimant, negantis ob solum Episcopale Regimen, idemque (ut Epist. Spanhemianæ p. 48. 49.) suis circumscriptum Canonibus, & exactum ad Veterem formam, faciendum divortium esse. Idem jam Accusator cum Spanhemio censer, & distinctissimis verbis p. 120. Aliud quoque est querere, an Episcopale Regimen (meo licet iudicio nunc) tanti momenti sit, ut bonâ conscientia incolami, haud liceat cum eâ Hierarchicâ Ecclesiâ communionem colere fraternam; affirmatque, tale colere & posse & debuisse secum sentientes. Rursus p. 121. ad illud, (ut Episcopis subest) reponit, eo tamen solo nomine Ecclesiam Anglicanam deserendam esse, factâ recessione, haud facile dixerim. Alibi p. 137. Furra fraterna nunquam violabimus. Iterum p. 269. memoratis, quæ in infulatis Patribus minus probet; Ut ut fatear (inquit) ea non esse de Episcopatus Anglicani essentia, ac si Episcopi esse non possint ex Legibus Regni, qui liberi sint ab istarum criminationum nonnullis.

Quibus ita positis, corrui tota nostri Disputatio. Nec aliud, quoad rei summam, Spanhemii Responſoria ad Episcopum, & ad Amicum altera, præterquam quod huius ipsius tolerantia, ac fraternæ Episcopos inter Anglicanos & Presbyteros communionis, inviolatis Regni juribus, plures uti condiciones, sic quoque rationes, supposuit. Et has quidem obvias, nulli non Theologo probandas; modo in Spanhemii sensu, clarissimo illo ac multoties à se declarato, neque nisi per calumniam invertendo. Unde igitur in Spanhemium Acheronta movere Criminator? Undè concitat plusquam Tyria maria, & Spanhemius illi modò κἀταρπη est, perjurus, assentator, parasitus, laborans Philarchia prurigine, homo cui Religio temporis cordi est, &c. Nempè ob assertum jus Fraternali communioni, & unitati, stante Anglicano Episcopatu, sed intra limites suos coercito, ac sepositâ opinione divini juris? Et ut suas illi reddam ἐπιτοπιῶν, p. 370. quid ulterius rixatur, quid ejulat, quid gemit Johannes, cum suis illis ἰσοψήφοις fratribus, ac si omni Orbodoxia, omnis

rò, quoad circumstantias singulas, ⁴ specialem huiusmodi Politicæ formam, quales seu in Civili administratione, seu in vario Ecclesiarum regimine, hætenus conspicuæ; nec consignasse huiusmodi Canones, qui omnem externæ disciplinæ ordinem, ⁵ omnium locorum & temporum Ecclesiis statutum, æternâ & immotâ lege complecterentur.

2. ⁶ Variam sæpè fuisse & mutabilem, quandoque dubiam & controversam, Apostolicæ rationem Disciplinæ: seu missionum ac vocationum diversos modos respicimus, seu functiones varias in nascente Ec-

Politia, vel Χειροτονία, præſenti expoſita periculo, auxiliis istis ac defensionibus indigeret? Addam, quid conspurcat ἀγαθήματα iis exprobrationibus, convitiis, calumniis, injuriis, & usque adeò atrocibus, virulentis, apertissimè falsis, ut Judicis Frisii officium. Proceres Lugduno-Baravi, Spanhemii nomine, sed propriâ (ut testabuntur) sponte, rei indignitate moti, publicis Literis imploraverint. Vanissima hominis effugia, ac miseros obtentus, videbimus καὶ ἴκασα.

3. Ecclesiastica disciplina &c.] Vel Politia, Regiminis, Ordinis, Gubernationis, Oeconomia, διοίκησις, ἐπιτοπιῶν, τάγματι, διατάξις, καὶ ἄλλοι &c. promiscuis ut Spanhemio vocibus, sic Patribus, sic Synodis, sic Theologis. Disciplina siquidem vocabulum, ut alias strictius, ita sæpè laxius, omnem Ecclesiæ ordinem, etiam S. Ministerii, complectitur. Nostro non placet vox Ecclesiastica Disciplina, quâ loqui ament Episcopales, ut ex Downamo & alio videre est, p. 127. Substituunt vult vocem Χειροτονία, & priorem penè dispungi. Quæ de re in Animadversionibus de Ecclesiarum Politia, Anim. III.

4. Specialem huiusmodi Politicæ formam &c.] Spanhemius idem in Epist. ad Londinensem; non transmisisse Christum vel Apostolos specialem aliquam Politicæ formam, &c. Ex iis videlicet formis, quæ diversissimæ postea, extra Papalem Monarchiam, obtinuerunt, quæ variè adparent in Ecclesiis, ceterâ in fide ἰσοψήφοις, quandoque autem intempestivos patronos nactæ, qui modò hanc, modò illam contenderunt esse divini juris, & quidem necessarii, immutabilis, facientis ad substantiam Ministerii, exclusivè ad formas reliquas, tanquam divino juri adversatas. Et in hoc Spanhemiano asserto fundatur. 1. Libertas Ecclesiarum in adoptandâ hæc vel illâ formâ externi Regiminis, Ordinis, Disciplinæ, salva modo sit analogia Scripturarum, Fundamentalis fides, Disciplinæ substantia, & sacri essentia Ministerii, quæ per Papatum subversa, 2. Unio earundem ac fraternali communioni, nihil intercedente ejus Ordinis aut Disciplinæ disparitate, ut pluribus Epistola pag. 71. 79. 80. 81. &c. Et ipsissimus hic quæſtionis status fuit, hæc Spanhemiani asserti ratio, hæc responſionis summa, ubique sibi constans, nusquam anfractuosa aut latebras querens, ut criminatur, qui quod carpat anxius quærit, nec invenit in dictis, sed in affectis pro libidine suâ. Nec ipse profectò interpres esto, sed cum Spanhemio, cujus id est pro jure suo, ubi verba propria contorquentur, Lector quivis, cui aut mens aut oculi constent.

Sed de inverso Controversiæ omni statu, deque capitibus singulis, seu de Ecclesiæ Politia in theſi, seu de Anglicano Episcopatu in hypothesi, erit paulò explanatus, in Parte Speciali Animadversionum, singulis suo ordine dispositis, nebulisque omnibus ditculsis, retaliationione contumeliarum nullâ, disquirendum. Strictis jam modò Notulis, ad contextum ipsum Epistolæ, fiet in antecessum Lecturis palam, quâ ratione verborum ille ac sententiarum immitis tortor, Spanhemii perpetuas voces, omni ingenuo, & cui serena mens est, perspicuas, vel in sensum suum calumniæ causâ intorferit, vel visus sibi benè catus spontè dissimularit. Idque ne color foedissimis scommatis, aut materia petulantis calamo deficeret, non misuro miselli Spanhemii curem hoc nostro, nisi postquam plena cruris hirudo.

5. Omnium locorum & temporum Ecclesiis.] Quod tamen ex Confessione confecerat Accusator, formam scilicet à Deo præscriptam ubique & ubicunque locorum observandam, Epist. p. 20. Omnis ordo externa Disciplinæ, sunt jam Friderico illa Politiarum Christianarum singularia, specialia, peristatica, discrepantia, de quibus postea fusius Parte Speciali Animadversionum.

6. Variam fuisse & mutabilem &c.] Nempè in externis, arbitrariis, & peristaticis, ut subjuncta exempla docent, & sigillarim Parte altera demonstratur. Undè illatio, nec remittendum nuntium esse iis Ecclesiis, quæ in eo genere à Belgico ritu discrepant. In quo genere essent sanè gradus auctoritatis, hic nulli, qui alibi omninò.

Noster

Ecclesiâ, seu orandi, prophetandi, immergendi, manus imponendi, vel animadvertendi variantes ritus, aliasve id genus in usu externo discrepantias.

3. ¹ Nec omnium, quæ subindè in usu Apostolicæ Ecclesiæ fuisse legimus, sive ad Regimen spectent, sive ad Cerimonias, extare omnibus Christianis legem, perpetuâ religione observandam: Expeditam utique in multis esse Apostolorum praxim, non perindè mandatum constare.

4. ² Abesse voluisse Christum, voluisse Paulum, ab externis & in se mediis opinionem necessitatis & cultûs, diligenterque eâ secrevisse, quæ ad rei Christianæ summam attinerent, ad opus Ministerii, ad decensiam ordinis, ad necessitatem politia, ad disciplinam substantiam, ad salutis æterna consecutionem: Qui-

Noster pro candore omnia pervertit, & Lectorem circumducit pag. 128. 129. Spanhemius, inquit, vult variam Apostolorum Disciplinam in substantiâ & necessarii; inter illa Apostolica juxta Spanhemium, (ita pergit) est Hierarchia, qualis in Anglia obrinet; æqualitas contra vel potestas Pastorum Ecclesiæ, juxta eundem, illi praxi Apostolorum repugnat, adversatur. Quæ Johannes iteratò negat singula, & meritò, monstra enim sibi ipse facit, quæ jugulet. Dumque inter Spanhemiana exempla, variz illius & mutabilis Disciplinæ, sunt exercitæ missionum ac vocationum diverſi modi, quales scilicet Epistola ad Londinensem receniuit fol. 3. noster pari, qui in reliquis, fronte: Electionum varios modos in Dedicatoriâ ad Londinensem exercitæ dixerat, eorum autem hic nulla mentio: Ut aut à veritate longius discessisse, aut Episcopalis hæc minùs ardire doctus, videatur. Os hominis! Videat Lector; & miretur hoc genus avayiauat.

1. Nec omnium quæ subindè &c.] Pluribus istud Epistolâ ad Londinensem. Ac de ritibus quidem & Cerimoniis, quæ non minùs ad ordinem ac decorum spectant, salva res est. Nec quid in usu fuere Apostolica Ecclesiæ, v. gr. Bonorum communitio, Agaparum frequentia, Infirmorum unctio, Manuum crebra impositio, Baptismalis immersio, cotidiana ac vespertina Panis fractio, plurium simul Propbetantium consuetudo, Diaconissarum ministerium, Orandi ritus diverſi, Legalium varia reliquia &c. hoc nos ipſo Christianis omnibus statutum esse legem arbitramur. Quidni jam eadem fuerit, quæ Sactorum Rituum, sic externæ Politicæ ac Disciplinæ ratio? Quæ de re explanariùs, Animadversionum Parte speciali, ubi de Confessione Belgicâ, Num. xi.

2. Abesse voluisse Christum &c.] Hæc, inquit ille, Spanhemius rectè afferit, Hierarchicis diligenter inculcanda. Optimè. Sed & iis identidem ingeminanda, qui ob externi regiminis discrepantiam obsequii in Civiles leges, prudentia, charitatis, necessitudinis ac tolerantia unius, studia officiaque, ne dicam humanitatis, pudoris, honestatis, aut violant ipsi, aut violari ab aliis probant.

3. Præcepisse etiam animò Spiritum S. &c.] Utiq; futurum ut in omni loco, omni Gente, Græcos inter & Barbaros, Romanos, Parthos, Elamitas, Ægyptios, Lybes, Mauros, Cretenses, &c. ad Austri & Aquilonis, Ortus Occasusque fines, Ecclesia propagaretur. Quod & factum. Ad ista noster, de novo genere vatum, nescio quæ de Propbetiâ & Propbetis ingeminat pag. 131. 132. quæ Lector, si laborat splendens, cum Spanhemiano asserto conferat, simulque judicii acerbis suspiciat. Determinare sanè & ista & alia Ecclesiæ fata Divini Vates. At determinasse, quæ usurpamus, folia Prophetarum, quicquid aut nescit Spanhemii Epistola à pag. 119. aut nostro forte prælagit seu in Rempubl. seu in Ecclesiam Batavam animus, nulla Johannis hujus pagina fidem imperabit. Addit ad OCELLUM parænesim p. 132. ne Cocceji cogitatis abreptum Fridericum vereatur. Quæ ut est puerilis & insulsa, ex modò dictis, ita sciat Johannes cum esse OCELLUM, qui Pancratiastæ Frisii potis sit factum comprimere, pedem cum eo conferre in stadio, seu Linguarum illo, seu etiam Antiquitatis, vel Disciplinæ factæ, & in hæc, neque cum Hæctore, præ metu hujus Achillis, fugâ se ad suos recepturus, si Ecclesiæ, aut veritatis, aut famæ innocentiaque oppressæ, (qualiter Præceptoris olim sui, nunc amantissimi Fratris) interesse aliquando crederet.

4. Ne adversis Frontibus &c.] Declaravit Epistola ad Londinensem fol. 6. Summa est. 1. Non determinasse Christum & Apostolos specialem hujusmodi Politicæ formam, quales diversissimæ in Ecclesiis toto Orbe dispersis in hunc diem conspiciuntur. 2. Abstulisse eisdem sapienti consilio, ut qui non modò cognoscerent hanc vel

bus in tuto positus, commendarint de cætero obsequii in Civiles leges, prudentiæ, charitatis, necessitudinis ac tolerantia mutua, studia officiaque.

5. ³ Præcepisse etiam animò Spiritum S. venturam eam ætatem esse, quâ sub piis Magistratibus Christiani greges requiescerent, sub eorum imperio, ductu, patrocinio, dispersi per varia Imperia, Regna, Principatus, Respublicas, diversissimis ubique Gentibus, moribus, legibus, institutis: Quare sapienti consilio præcavisse, ⁴ ne adversis frontibus Civile Regimen & Ecclesiæ administratio concurrerent, quando sunt hujus hospitia Civitates, nutritii verò Principes, sub quorum auspiciis ut pia sic I. Tim. II. 2. quieta transigi vita possit.

6. ⁵ Hinc variasse ab ævo, cum in Christianâ omni Antiquitate, tum in subductis jugo Pontificio Ecclesiis,

illam rationem Ordinis, Politicæ, esse in rebus suâ naturâ mediis, sed qui præterea nollent, in externis hujusmodi, subverti turbative adversa fronte Magistratum jura, aut Civiles administrationum formas, aut Ecclesiæ cum Republicâ, Pastoratus cum Imperio concordiam. V. gr. Monarchicæ in Civitate regimini per Ochlocratiam in Ecclesiâ; vel Democratia Civili per Monocratiam aut Oligocratiam Sacerdotalem, præjudicare nullis legibus voluerunt. Siquidem contineantur cogitatione quâdam externus ordo Civilis & Ecclesiasticus, concurrantque in plurimis, quantum ad externam directionem, legislationem, distributionem munerum, exercitium disciplinæ, coërcitionem Pastorum, Plebis, sacrorum depositorum administrationem &c. Hinc alienissimum erat ab eorum instituto, quod Papaturienti post ætati placuit, erigere in mundanis Politicis externam aliam Politiam, externum Imperium, veluti Statum in Statu, collateraliter aut certe independenti, quoad externa illa quæ dicebamus, potestate. Multò minùs intenderunt, ut uni in Ecclesiam universalem Monarcha, uni Capiti, uni Domino, Civili & Ecclesiasticâ potestate, seu gladio utroque instructo, ipsi Reges, Principes, Magistratus falces submitterent, tanquam Vice-Deo aut Vice-Christo, ipſo κατὰ κράτος, & κατὰ κράτος, ab Ecclesiâ procul esse jus. Si quod verò Regnum Christus erexit, fuit illud internum, spirituale, & Gratia. Et in hoc sanè potestas, sed interna, cum summa & regia in solo Christo, tum ministerialis in servis ejus, declarativa illa, impulsiva, suavis per arma spiritualia 2. Cor. x. 4. Seu jam inter hos pariter ministros dispar aliquis ordinis atque autoritatis gradus, seu ιερονομία & æqualitas, pro ratione Gentium, Civitatum, Legum, obrineat.

Ex his ita positus, & in clarissimâ quidem luce, κατὰ κράτος μὴ ὡς ὄρα, & ὡς ἀκούει, ut absurdissima colligerentur, planèque dictis contraria, nullâ sagacitate divinare Spanhemius, nec sine revelatione, potuit. Factum tamen est, ut sunt res humanæ. Hinc ille, Arnaldum esse accipio, in nuperis contra Cl. Jurium observatis, Reflex. xi. ex indeterminata Christo speciali formâ Sacri Regiminis inferre, Papalem potestatem censeri non posse usurpatam. Alter, noster hic Johannes est, concordiam illam S. Ministerii cum Civili Imperio convertere in hanc propositionem: Oportere ut quam Republica, Civitas, habet formam Regiminis, puta Monarchicam, vel Oligarchicam, vel Democraticam, eandem induat formam Ecclesiæ regimen; pariter Monarchicam, Oligarchicam, Democraticam, Epist. p. 133. & frequenter. Nec ritum continerem, nisi esset omnis hæc pagina verè ἀνύλατος, neque hic profectò ἄδακρυς πόλις, qualis aliquando Laconum fuit. Utriusque verò seu illationis seu glossematis vanitas, & ratiocinationis quædam, ut sic dicam, stribilligo, quemadmodum ex dictis constat, sic copiosius, officiiis discussis, & collato cum singulis pede, aliàs reteregetur, Animadversionibus de Ecclesiarum Politia, Animadu. IV. v.

5. Hinc variasse ab ævo &c.] Ab ævo, quod in Dedicatoriâ ad Londinensem dixerat, jam proximè ab Apostolicis temporibus, tum deinceps. Quod perpetua inductione palam fiet, ad nostri circa hanc materiam officias, Parte speciali Animadvers. Nec diffiterur Criminatorem pag. 133. Mox datâ operâ, sciens videntique torquer, perversit singula, sed ἄλλοι ἐν ἑστί. Hinc jam ab ævo illi est, viventibus adhuc Apostolis. Tum istud, variasse formam Disciplinæ, Ordinis &c. est illi fuisse Hierarchiam, qualis in Angliâ, primo jam à Christo nato sæculo. Mox, sapiens consilium Christi & Apostolorum, nihil de mutabilibus illis determinandi, est nostro consilium seu præceptum introducendi illam Hierarchiam. Et quanquam horum glossematum nec vola nec vestigium in Spanhemianis

clesiis, salvis fraternæ conjunctionis iuribus, & Harmoniâ Confessionum illibatâ, formam externam Disciplina, Ordinis, Rituum, Liturgiæ, pro diversâ conditione temporum, locorum, Magistratum: Quod ex perpetuâ inductione, & indubiâ historiæ fide, ad eò in aperto sit, ut negasse hoc ipsum sit propè delirasse.

7. *Episcopalis* ad eò regimini, ut sub Christianis Imperatoribus, deinceps & sub Britannis Regibus, obtinuit, ¹ obesse cum alibi, tum verò in Fœderatâ Belgicâ quàm maximè, infociabili glutino, vel statum Civilem, Rerumpublicarum leges, Ecclesiarum canones, Unionis formulas, Populorum ingenia: Vicissim accepisse formam Episcopalis disciplinæ, aut suo modo Hierarchicæ, plerasque eas Ecclesias, quæ in Regnis & Principatibus, extra Papæ dominatum, gubernantur; dum *Polissia* externus ordo & *Ecclesia* communi quodam vinculo ac cognatione continentur.

8. *Episcoporum* inter Britannos nomini, gradui, dignitati, ² saltem altero post natum Christum sæ-

mianis dictis appareat, subjungit tamen, sed in sinu subridens; Ut, *quim probe mentem Scriptoris affectus sim, nullus dubitem*, p. 134. Næ hic tu, quemadmodum animo ingenuus, sic ingenio, vel tenui *συνδάλμῳ*, omni que Scortistarum argutiâ, subtilior es; aut Argò ipso oculatior, qui in Friderici verbis observaris, quod præter te mortalium unquam nemo. Hinc tua illa verba p. 135. *sic solet Lynceus videre, quod nusquam est*, tibi dicta voluisti, *αὐτὸς αὐτὸς αὐλίσ*. Sed de his quoque pluribus, in *Fictionum* tuarum serie, Parte altera *Animadvers.*

1. *Obesse cum alibi, tum verò in Fœderatâ &c.* Id Spanhemius & hic, & in Dedicatoriâ, & ubique constant. Falsusque ei aliquando est ipse Londinensis, quum de diverso transmarinarum Ecclesiarum regimine coram colloqueretur. Ac fluit ex præmissis, de variis Regiminum formis, pro varietate Gentium, Civitatum, Legum, Morum atque Institutum. Quid noster *ἐπιτοκιστικὸς*, ut Attici Scriptoris vocabulum imitemur? *Hierarchici non est quod gratias agant huic Patrono*, quid ita? quippe qui id quod de jure Divino, ex ipsorum sententiâ obtinet, cum legitimo Regimine alicubi pugnare, imprudenter concedit. At pugnare cum aliis quibusdam Regiminum formis, concessere inde à Crammeri temporibus Hierarchici Theologi sine numero. Ac lege modò vel Juelli *Defensionem* Apolog. vel Joh. Rainoldi, viri quanti, *Epistolam* ad Franciscum Knollium, contra assertionem oppositam Bancrofti, vel nuperam Reverendiss. Durnelmensis *Responsoriam* ad Vossium Megalopolitanum, super libero Religione Evangelicæ in Angliâ exercitio d. 9. Sept. 1664. Sed de his in Parte Speciali *Animadversionum de Politia Ecclesiar.* Porro nec gratiam vel meruit, vel expectavit Fridericus ille tuus; nec patronum se Hierarchici, qui de fitione inferius, adjunxit; nec defensore vel Spanhemio, vel Collegis, egent illorum tempora; nec omnes, quos dividit etiam nunc Oceanus, Hierarchiam fundant in Divino jure; nec denique Transmarinis invident suas Constitutiones, quas qui adaptaret Anglicano regimini, ne hilum apud ipsos proficeret, nec isti cassâ glande redimerent. Quas verò de *Helveticis Ecclesiis*, p. 135. projicit verborum ampullas, diffamas infra, ad Spanhemianam *Epistolam*. Devoramus autem *ingentem*, quem os illud hominis Spanhemio ibidem attribuit, *rudis, mugitus, turbati cerebri νοσολογισμῶν*, &c. & probrosa id genus, ad quæ caveto sibi quisque, qui tranquillitati suæ consulit, ne hominem dixerit *Αἰζωνία εἶναι*, id est insigniter maledicum.

2. *Saltem altero post natum Christum &c.* Surrexissent *Episcoporum* nomen, gradum, dignitatem, Hierosolymis, Alexandriæ, Antiochiæ, Romæ, Corinthi, Ephesi, Carthagine, Lugduni &c. ne ipse negavit olim Hieronymus; sed nec factum ipsum Aërius, qui ad *Apostolos* modò provocaret, Epiphano teste. Jam qui *surrexisset* dicit, innuit satis nondum pervenisse ad fastigium quarti quintive sæculi. Qui in *Ecclesiâ* surrexisset, non Britannicam illic voluit, vel superbe, ut noster, Hierarchicam. Ac quid de Britannorum Episcopis sub Lucio Rege, circa A. c. lxxx. Spanhemius senterit, strictim quidem in *Hist. Ecclesiasticæ* Tomo 1. prolixius aliàs in publicis Scholis exposuit. Porro *ἐπιτοκιστικὸν* Episcoporum, altero jam sæculo, omninò *ordinandi* prerogativam illis attribuit. *Ubi distinguuntur ordines & gradus capiti sunt, atque Episcopus major extitit Presbytero*, (scu, Viro eodem

culo in Ecclesiâ surgenti, non ad eò intercessisse gravissimos per Galliam Reformatam, Germaniam, Palatinatum, Helvetiam, Belgium, Hungariam, Poloniam, Theologos, ne *Genevatibus* exceptis, ut ex adverso Dignitatem eam respexerint, *Infultos Britannia Patres*, & in iis Reformatores, ³ Martyres, *Παπαμάστιγας*, reverenter habuerint, ⁴ extulerint suis laudibus, opportunos censuerint illi Genti, inviolato fraternæ conjunctionis ac mutux communicationis jure.

9. ⁵ Atque ad eò nec conclamatum, in iis Regnis, rem esse, *Presbyterorum cum Episcopis* in eisdem leges, eandemque formam Disciplinæ, conventionem, sublato tandem schismate, conciliatis animis, unitate restitutâ. ⁶ Si modò, sepositâ opinione Divini juris, nec imperatâ illâ, reluctante conscientiarum dictamine, minùs suspensâ ab externis Rituum solemnibus salute animarum, communio Episcopalis, suis circumscripta Canonibus, & exacta ad formam veterem, ut *primæ* in Christianâ Ecclesiâ juris, sic *convenientioris Regni Anglicani* legibus, haberetur.

Sed

interprete, ex quo unus electus est è numero Presbyterorum Episcopus, qui ceteris superponeretur) tum ordinatio non potuit utriusque esse communis. Ratio, quia non potuit minor ordinare majorem, hoc est Presbyter Episcopum. Quærat illa ipsa in Magno anti-Hierarchico, quem sibi patronum quoque noster adscivit, Fridericus nec judicem recusar. Neque vacat jam plura, vulgatissimaque, in hanc sententiam congerere.

Quid jam noster *υποδοξα*; Negat ex dictis confieri, *Episcopatum esse juris divini*; Negat, introductum ex sapientis consilio Christi & Apostolorum; Negat, eò tum successisse Episcopatum, ut Anglicani Episcopatus ideam, (Archiepiscoporum, Primatum, & Parium in summo Regni Senatu &c.) eo tempore retulerit; Negat *jurisdictionem* vel *authoritatem* aliquam, aut *ordinandi potestatem*, vindicatam fuisse eo sæculo Episcopis. Appositè scilicet omnia, & observato elencho, ut solet. Et cum illud hominum genere *amicas collationes* instituas? Qualem porro in Angliis Episcopatum Spanhemius probari tolerare posse, intrâ Regni Britannici fines, existimavit, docet paragraphus sequens. Ac diffusius postea, Parte altera *Animadvers.* Sæc. xi.

3. *Martyres &c.* Crammerum Cantuariensem, Ridleyum Londinensem, Hoperum Wigornensem, Latimerum, itidem aliquando Wigornensem: Præter Canonicos, Præbendarios benè multos, ex *Historiâ Foxi*, & Anglicanæ Reformationis.

4. *Extulerint suis laudibus &c.* Hi testes, Parte *Animadversionum* speciali, opportuni produciendi.

5. *Atque ad eò nec conclamatum &c.* Hunc totius *Epistolæ* ad Londinensem fuisse intuitum, pium utique & Christianum, non quas fugit Accusator umbræ propriæ imagines, uti singula docent, sic prolixè constat ex istius *Fictionibus* in *Animadvers.* de Ecclesiarum Politia.

6. *Si modò sepositâ opinione Divini juris, &c.* *Seponendam* eam Spanhemius & hic non semel, & in *Responsione* ad Londinensem, & infra, & pridem in *Introductione* *Historicæ*, & in *Dissertationibus*, sibi semper similis perpetim asseruit. Quà de re uberius in *Fictionum* hujus Criminatoris serie, de Ecclesiarum Politia, & Anglicano Episcopatu. Seu jam Hierarchicis hæc conditio probaretur, seu minùs, Spanhemius scapham scapham dixit, parum sollicitus, quid Montacutius, quid Durellus fortè, quid Beveregius, Scrivenerius, Thorndicius, Dodwellus, Colomesius, id genus vindices caute Hierarchicæ statuisent. Eò enim ab istorum nonnullis itum pervicaciz est, ut extrâ communionem Episcopalem, nec Ordinationem, nec Ministerium, nec Sacramenta, nec Ecclesiam, nec Fidem, nec Salutem consistere pronunciarit. Nihil Spanhemio cum Viris illis, quantum libet Doctis, aut negotii est, aut cognationis. Nec vel omnium, in Britannia Episcopali, vel plurimorum mens eadem. Non eò sanè duxit Caroli II. *Declaratio*, annè 1660. non Forbesii, non Stillingfleetii *Irenica*, non totientissimorum Episcoporum vota, quos inter HENRICUM Londinensem, sed & Præfules ceteros, quos expressit Dedicatoria, magno eorum merito Spanhemius recensuit.

Hanc verò dum Spanhemius conventionem, seu jam *impetrabilem* seu minùs, ac reliqua cogendo si pote intra fines Episcopatus, & conciliandis Presbyteris, in *Epistolâ* exercitum stipularetur, quis crederet, mi Lector

pra-

Sed *salvis iis*, qua ad Doctrinæ hætenus sacra integritatem, qua ad Unionem Veritatis æquæ ac veritatem Unionis, qua ad Episcoporum necessarias (in electione, in dotibus, in functione) partes, ad amicas cum Presbyteris collationes, ad communes & Synodales Conventus, & coercendam insanorum dogmatum, æquæ ac solutioris vitæ, licentiam pertinere omnino videntur.

In hanc sanè sententiam, pari quâ prudentiores quique Theologi moderatione & æquitate, quum rescripsissem sapientissimo Episcopo, procul assentationis crimine, aut aegrotiæ studio, non equidem præcipiebam fore, ut peteret unus ego tot insultantium calcibus, ut dente morderer invido, aut insanis unguibus discerperet:

Parce pias scelerare manus!

Ac primò memorem esse oportuit criminatorem il-

lustratoris, fucum facientis, somniantis, mugientis, bene unctum caput referre gestientis? &c. promeruisse præconia? Et quis deinceps cum hujusmodi κακογέρον, Empulzæ terrificæ speciem induente, & sanctissima quæque in profana, curandive ulceris optimum studium in crimen vertente, intra easdem lineas consistere, & certamen experiri sustineat?

1. *Salvis que ad Doctrinæ hætenus sacra &c.* Sint igitur qui sub Episcopali regimine, habentis sui ingenio calamoque laxatis, extra Confessionis Anglicanæ lineas, in adveria sese castra proriperint! Sint *Hammonds*, sint *Taylori*, sint *Scrivenarii*, *Sherlockii*, *Thorndicii*, *Bramballi*, *degeneres Parkeri*, & quos alios iste notat a pag. 229. & longo intervallo, prout has lacinias acceperat, rursus a p. 410. Spanhemio certè opinante, sed nec diffuculter suffragato HENRICO, auctoritate deinceps & Regiâ, & Episcopali, in ordinem & ad lineas luxuriantia hujusmodi ingenia redigantur: ut sub Elisabethâ, Jacobo, sed & Carolo I. factum haud semel esse res Anglicanæ testantur, ad *παλοφιδις* etiam adaptis, qui deflexissent in devia. Quæ de re fusius *Animadvers.* XI. & XII. de Ecclesiar. Politia.

2. *Es Synodales Conventus.* Magni hæc pridem Armachani prudentia fuit, brevi scripto de *Reductione Episcopatus ad Formam Synodice Gubernationis*, talvis tamen *Archiepiscopis*, *Episcopis*, *Diaconibus*, quum motibus Anglicanis consilio suo occurreret A. 1641. Ac produceremus illud expediens, ex editione quæ penes nos est Londinensium Anni 1656. nisi jam fuisset hæc opera ab Hoornebekio nostro Viro maximo occupata, de *Episcopatu Sect.*

1. Quoniam ad hujusmodi Conventus, Regis fortassis indultam intervenire necesse sit. Fuit autem hæc praxis Ecclesiæ veteris, meliorumque temporum, quæ si revocaretur, accederent Episcopis prudentiores omnes è Presbyteriali Disciplina.

3. *Ut peteret unus ego &c.* Nec sufficiebat oppugnata, & è diametro, *Belgica Confessionis* accusatio. Accesserunt machinationes & clandestinæ, & Presbyteriales; publica in Synodis ac censoria per viros etiam Deputatos notatio, Carminum ac Libellorum infamia, in hiantem ad *Episcopatum* scilicet *Fridericum*, ac nostri hujus pridem midaces hac de re voces, priusquam ferirer. Et quum prurire illi pugnos ad certamen acrius instaurandum, ex Præfatione ipsâ, cum Spanhemio Belgæ omnes didicissent, rectè hic,

Parce pias scelerare manus!

Quæ ad tumulum violatum spectarent, in III. *Æneid.* retulit sanè ad se Fratrem violandum, ac pios nostri Sacerdotis manibus (quem cruentam in Spanhemio, Sumer defensoribus, pugnam machinari omnes intelligerent) secundis jam hastilibus, maioreque nixu *scelerandis*. Et docuit rei *ἰταλῆς*, ipsaque hæc cruore totâ rubens Wayeni pagina. Quin ad repetitas has è Poëtâ voces, protinus de *Friderico* subdit, *quem livor, quem odium fratris dementavit, Pandelestum, quem laqueo tenet ambitiosi consuetudo mali.* *Ἀχιλλεύου* quoque olim ii dicebantur, qui propriam umbram vel imaginem alloquerentur.

4. *Pientissimi moniti* Hic Lectorum omnium, quotquot sunt καλῶς πεφωκότες, volumus iudicium & æquam mentem. *Calumniatoris Theologi* dederat noster, in *Præfationis* suæ limine, moestissimum sanè, sed verissimum tamen ἀπεικόνισμα. Verbis non quidem suis fateor, de meo (inquit ille) *ne unicum quidem verbum* p. 143. Sed quæ pro suis tamen ex venerando Theologo adoptaret, laudatis utique probatisque. Frustrâ etiam in *Typographico*, quicquid hujus præadmonitionis est, multâ asseveratione conjicit, Voetianis scilicet chartis, ac Dispu-

Tom. II.

lum meum & pientissimi moniti, quod, nescio quâ fronte, præfixisse ais *συληθῆναι* in me, & in Witzium, Præfationi. Nimirum ex Gisberto Voetio, P. I. Lect. Viro quem nulla posteritas taceat, ac Disputationum *Parte quinta*, (quartam dixisse debuit) Curium jam se aliquem simulans, aut præcum Catonem, certè

totus in vultu est dolor,

graviter expoſtulat; *Artificia calumniatorum Theologorum pleraque in eo consistere.* 1. *Quod non in benigniorem partem interpretentur, qua tamen possent & debent, si gutta caritatis adesset; sceleratum enim esse, affirmante Lutero, cum noveris pium & sacrum esse alicujus sensum, ex verbis incommode dictis statueret errorem.* 2. *Quod ipsum Auctorem adhuc superstitem, monitis sua optimum interpretem, imprimis si sit ejusdem Religionis, prius audire, aut per literas absentem compellere, aut malignè nolint, aut otiosè negligant.* 3. *Quod ver-*

tationum voluminibus, impalleſcentem. Sed verò illi hominum generi optimus odor lucri etiam ex lotio, ex *πυλῆρα*, & foetidis calumniis. Interest illorum, quæ sunt tempora, præ se ferre *Libros calumniantis Auctoris* speciem. Et obruatur Paulus, seditio excitetur, Fratres transfigantur *τῆ δὲ διαβολῆς μηχανία*, satis est hodiernis Demetriis redire exinde *ἰργασίαν* ad se *πυλῆρα*. Quo plures aculei, hoc nummi plures.

Voetiani porrò moniti, cujus Præfator memores nos esse voluit, summa huc redit, ex *Disputat.* Tomo IV. pag. 727. 728. *Calumniatorem* cum *Theologum* appellandum, qui, solitis artificibus, non in benigniorem partem interpretaretur, quæ lege charitatis & posset & deberet: Qui ex incommode dictis errorem illicò statueret: Qui hoc nomine etiam dentem infigeret: Qui Auctorem adhuc superstitem, si ejusdem Religionis confors, suæque mentis optimum Interpretem, audire prius vel compellere malignè nollet: Qui verba à reliquo contextu avulsa, dissimulato nexu, scopo, circumstantiis, exhiberet: Qui ex linguâ Originali, quâ scriptum aliquod prodiit, in vernaculam invidiæ causâ transferret: Qui propositiones malè sonantes, aut ambiguas, aut hujus fortè vel illius offensivas, converteret in Hæreses, vel, quod analogum Voetio fuit, in doctrinam Scripturis & Confessionibus adversam: Qui in interpretatione alieni sensus luderet simul & illuderet: Qui etiam innocuè optimeque dicta, Adversario modo in suspicionem adducendo, in detractionis livorisque pabulum arriperet. Quæ ut ex fusiore Disputatione contracta, ità an ex magni Theologi mente, Lector quivis ex eo repetat.

Hos Canones, hæc *διὰ τὴν ἀνάγκην* pessimi Theologi, *proutique in calumniis animi*, admoveat primò Lector Wayanæ in Paraphrasin (quam vocat) Paulinæ ad Galatas *Præfationi*: in quâ nempè *paternam defensionem*, juveniles Friderici pro Friderico animos, nobilem iram, ante annos xxv. justissimè accensam, tum *Dedicatoriam* ad Londinensem, fraternæ modò tolerantiz, charitatis, comunionis tesseram, traduxit Accusator toto Belgio, vernaculâ oratione, Friderico nullo provocante, ut impotentis animi, sed & perjuræ manus, ex *oppugnata Confessione Belgicâ*, foetum Spanhemianum geminum. Adplicet deinde has Regulas ad novissimam, quam animo agitabat, infamationem Spanhemiani nominis, honoris, exiltimationis, & ad scriptum *Epistola* nomine, quod Augiæ stabulum, vel maculam conviciorum, honesto nimis nomine dixeris, non *exprobrationibus* tantum, *calumniis*, *conviciis*, *falsitatibus*, refertum, ex sententiâ Procerum, sed & horridum diris imprecationibus, fordibus, Lampliciis verbis, quibus etiam alienarum Uxorum cadavera nudat. Quo factò, nec Fridericus nec Johannes sententiam ferant, ferant territi tot monstris Lectores, irritati tot injuriis Judices, ac utrique stupeant, cum ad fiduciam Voetium appellantis, tum ad ipsam atrocitatem facinoris. Certissimè dixerò, scaterere bellulam hujus Theologi *Epistolam*, quæ verè *ἀποβλήξ ἰερατικῶν* cenſetur, usque aded diris maledictis, in virum fratrem projectis, ut quicumque adverterit, attonitus simul & mœrens, ferè

Haud aliter stupeat, quam qui Jovis ignibus ictus Vivit.

Nec Theologi, dixisset Athanasius, nec Episcopi, nec Christiani, *τὸ οὐτως μαρτυρεῖν τὸ ἀδελφῶν, ἀλλὰ Πλάτων κ. Καίσαρ τὸ τὸ λημμα.* Et quod idem, eodem in Libro (noverit hunc noster, æquæ ac Canonem Chalcedonenſem) de Georgio Alexandrino, *διὰ τὸ καὶ τὸ ἐπισημασθῆναι ὅτι ἰκανῶς hætenus fatimur, καὶ δὲ ὀφειλοῦντα Χριστιανῶν ἀπομαρτυρεῖν, ἢ Christianum quidem appellari oportuisse*, dicturus ne de nostro fuisset, alii judicent; Spanhemius quidem

Vv 4

verba aliqua à reliquo contextu avulsa exhibeam, omissis antecedentibus & consequentibus, quæ sensum Auctoris aperiant. 4. Quod malè transferant (sequuntur enim ita) ex Lingua originali, puta Græca, Latinâ, &c. 5. Quod Propositiones, aut phrasas malè sonantes, aut ambiguas, aut periculosas, aut imperitorum offensivas, faciant Hæreses in formâ. 6. Quod numero studentes, quævis arripiant, etiam optime dicta, ut Adversarium suum gravent, & suspectum reddant. Nec plura jam volo.

Quis, Vir integerrime, in hac calumniatoris Theologi effigie, ab ipso Wayono in Prologi sui limine ad vivum expressâ, non distinguat omnes Accusatoris mei lineas, omnem vultum, juretque obversam velut in speculo sui ipsius imaginem apparuisse scriptitanti? Nihil certè opus est, quod in primis Picturis factum refert Stagiritâ, subscribere huic Tabulæ, *Hic est J. v. W.*

Crede mihi plus est, quàm quod videtur, imago! Adde sonum chartæ, Protefilau eris.

committit illi Judici à θελοῦντι ἄδην ἰσχυροὺς φλοῦν, ut ipse alicubi Nazianzenus.

At, inquires, cui igitur bono, quove fine, hanc Calumniatoris Theologi effigiem Libro suo Johannes præfixit? Expedita res est, illo quo δὲσφνησῶ scriptor *Veræ Historiæ* titulum compositis Fabellis, vel quo parum pudicæ mulierculæ, parantes retia, à castis sermonibus ordiuntur, vel quo Actor ille in Fabulâ, risui provocando, Cælum voce præmonstrabat, digito in Terram & inferiora intentus. *Quàm inutiles isti sermones*, inutile εὐδοκίμων, dixisset ille Laco, quod praxi ipsâ factisque continuo destruis? נאום פולחן פולחן pulchra sunt verba ex ore facientium, dictum Magistrorum in fine Glossæ Magnæ Bereschitb.

1. In hac Calumniatoris Theologi effigie &c.] Nempe hæc calumniantium artificia, quæ ipsemet, in Tabulæ suæ quasi titulo, graphicè aded pinxerat Accusator, ejus ipsius conscientix, veluti speculo cuidam, Spanhemius objecit. Ex Johanne ipso Johannem criminatorem αὐτοκαταχρηστικῶς coarguit. Expressisse enim omnes ejusmodi Theologi lineas, omnem vultum, paucas in Spanhemium pagellas Præfatoris, εὐδοκίμων secuturæ Invektivæ, & ipse conscius sibi necessariò fuit, & vident etiam μυωπύλοισι, ac sine Friderici ocellis. Quid ille? Negat primò, ut diximus, sua esse, quæ Voetii sunt, & quæ ex Voetio ipso descriperit Magister typorum Leowardienstem, *Karst Trallings*, Vir haud dubiè Eruditus. Tum conversus ad maledicta, fidem multo luculentiorē facit Spanhemii querimoniz.

Sævit in hunc ut *Pandeleum*, dilucido intervallo nunc forte gaudentem, κυμνοπεριστῶν Voetium imprudentissimè laudantem, *Pandoram*, in cuius pectore sint αἰμύλοιοι τοὶ λόγοι καὶ ἐπιλοδοῦν ἰδῶ, birridentem, *Pyrgopolinicum*, cupientem esse πρῶτον τῆ λαῶ, hinc *Protefilai* mentione faciem suam pingentem, *Planum*, quod nomen Antichristi 2. *Job. 7. calumnias*, rumpulosos captantem, *leonem*, tumidum equitem, altercationibus, iris, insidiis, horrendis ambagibus ἀνεργασίῃ, &, *Hippomedonta*, cui rumpantur illa, de *Veritate liberalem*, non de *Mammone*, à cathedris, à suggestibus moventium *Choragum*, idque ob modestum in *Problematicis* dissentium, *Hæreses fratribus* temerè adscribentem, non ferentem in *Problematicis* dissentientes, ad *Formularum solas* expressiones adigentem, *ariesis* emphatico vocabulo non sine omine usum, in quo *perniciosa* muscedo, *atra bilis*, *venas omnes* furens facile *pervasura* &c.

Hæc noster brevibus pagellis, ac uno ferè spiritu, à pag. 142. ad 151. Et quod majorem admirationem extorqueat, ut dilueret *Calumniatoris Theologi* suspicionem, non contentus ille fuit Fl. Vespasianum æmulari, de quo Historicus; in deformibus, tum maxime dicacitatē affectasse, ut *invidiam aliquam cavillatione dilueret, transferretque ad sales*. Hic alid deflebens, progressus à cavillatione est, à salibus, ad convicia, probra, criminationes, ad καυγύλια, & αἰζωνίαν. Fingit fronte ferreâ, ore maledico, & calamo virulento exagitat, quæ *calumnia* & *falsi* Proceres, Fratres, Auditores, Belgium univèrsam, scripta, factaque Spanhemii, & hæc ipsa ad Amicam Epistola, prolixè redarguunt. Præfationis non uni injuriz colorem inanissimum obducit, Exceptiunculis fallaciisque supra discussis. Famolorum libellorum auctores vocat *Venerandos & Doctos Viros*, qui *telso nomine* depexum *Wedère*. Denique totus βερεθρόμινος & παφλάζον, ut Atticissimi Poëtæ verbis utar, mensuram omnem adimplet furentis invidiz. Atque hanc causam omni Judici, vel cuicumque Arbitro, excutiendam finiendamque Spanhemius, benè scio, pronus submissusque tradet.

2. *Protefilau eris.*] *Protefilau* hunc Accusatorem *Fridericus* non dixit. *Hirris*, inquit, & *ne Hectorem esse*

Ipsene, amabo te, in benigniorem partem mea interpretatum est, quæ potius & debuit? ut factum à me fuisse non dissimulat, & aliàs, & quum *Tractatum Præfat.* quendam ejus, de Christo in Gethsemane passo, *Viris* p. 36. 37. etiam gravibus creditum aliquid monstri alere, singulari quâdam *Phronemâ* ab omni invidiâ liberarem? *Ipsene* Auctorem me, *adhuc superstitem*, *ejusdem sanè Religionis*, vel *audist primus*, vel *per literas compellatioris*, exploraturus saltem, quæ esset sententia assertorum ad Londinensem Præfulem, & quo ista glutine cum *Formulis* suis ferruminarem? Si enim omnia prius experiri quàm armis sapientem decet, apud *Comicum*, magis decuit fratrem Theologum, *Symmystam*, *dissidiis* scilicet occursum. *Ipsene* verba omnia mea, cum in Paternâ Defensione, tum in *Epistolâ* ad Londinensem, non *exhibuit à reliquo contextu avulsa, omissis antecedentibus & consequentibus*, quæ vel sensum sanè meum, vel occasionem causasve dictorum aperirent? *Ipsene* non ⁴ *ex Lingua origi-*

dubitet, me *Protefilau* fingit. Parum est, id *ne Hectorem esse dubitet*, cubare in mendo. Fallitur, si cum *Protefilau* componi se potuisse crediderit. Nec res probro illi foret. *Spanhemii* allusio est, ad ceræam *Protefilai* imaginem adeò vultus istius mariti referentem, ut *Laodamiz* ipsiusmet esse *Protefilau* videretur. Cæterum nec *Spanhemium* esse *Hectorem* credas, quin hæctenus *Protefilau*, dum cruentis vulneribus ab *Hectore Frisio* confoditur, hoc dissimilem, quod superstes sit tot spiculis.

Nec illepidum omninò est, quod non uni *Spanhemio* infelicitis venæ laudem attribuendam censuerit. Adeò res longa ac protenta *livor* est, ut nostro hos versus exprefcit:

Est sua quam pinxit facies, nam sic Fridericus,
Ὁς φιλοπεριεῖται, *Protefilau eris.*

De φιλοπεριεῖται nihil dixerò, & cuius sit affectatum in Collegas, in Synedria, in Classes imperium, *Frisii Zelandique*, sed & *Leydenses* ex vero judicent. At sanè φιλοπεριεῖται ille demùm probat, qui munere ac dignitate *Fridericum sibi imparem* jactat, *ringente licet invidiâ*, sed & sibi causâ superiori Epist. p. 40. Hinc semel terrifico hoc scripto *Consilarii Nassovii & Sanctioris* titulo sese effert; quin alibi, posse *dignitate, auctoritate, eminentiâ, largiente Principe*, cæteris Ecclesiæ Ministris aliquem anteponi, p. 262. 263. 305. Adde *Protefilau* hunc se verè jactantem, qui *primus* in *Spanhemium*, exprefso *Johannis* nomine, surgere sustinuerit, ut ille *Achivorum* primus in *Hectorem*. Sed proh!

Iste super proprium desiliit clypeum.

Quidquid autem ejus rei sit, est quod *lepidissimus Gelafus* hujus quoque carminis *venam, nervos, aculeos, elegantiam*, allusionem, grammaticam, mixturam, qualis ferè ingeniosissimo *Hugenio* est *Olla Podrida*, incalescens *Johannis* exemplo, collaudet. Nisi quis *Ludimagister*, sed morosior, nec sensum ullum constare, nec literarum *Elementa*, *hand perfunctoriè commonescerit*. Undè etiam περιεσιλασῶ *Achivus* ille dictus non profectò à φιλοπεριεῖται, sed verius à tristi *leto*, quod hoc illi nomen seu portendit, ut *Aufonius* in *Epitaphio* XII. seu postea dedit, ut *Hyginus* in *Fabulis*. Nec deesset *Friderico* non inlepidi *Carminis* materies, undè constaret, hinc de se ipse, aa *Johannes* canere debeat,

Fatale adscriptum nomen mihi Protefilao!

At *Spanhemius* quidem cavet sibi sedulo, ne audiret *nimis Poëta*,

Quod vitium valdè periculosum.

Si nullis *Musis* aliquando, extemporaneo verè disticho, cecinit, *hoc Ciceronis* habuit. Et si *Tò li* in voce *livor* aliàs contraxit, nullâ producendi analogiz lege, solâ auctoritatis, gratulatur sibi communem cum *Viris* magnis neglectum, quem pridem in *Angelo Politiano Georgius Merula*, nuper in *Joh. Miltono*, non omninò bonarum literarum rudi, *Claudius Salmastius*, in vetustioribus nonnunquam *Poëtis* magna virorum nomina, sed & in recentissimis & quos suspicit *Respublica* literaria, quorumque nominibus parco, *Docti* alii frequentibus exemplis subnotarunt. Contrahebat *livorem* *Spanhemius*, quæta alii producerent, unde ad hos ablegavit, *I livor!* Quorum sit grandius peccatum, *Lector* æquus censeto.

3. In benigniorem partem &c.] Quæ in Paternam *Friderici* Defensionem, & in *Voetianum* monitum, hic noster peccaverit, prolixè jam supra. Quæ verò ad *Ecclesiæ Politiam* spectant, seu in *Dedicatoriâ* ad *Henricum Londinensem*, seu in hac ipsâ *Friderici* *Apologeticâ*, singula ὀφθαλμοφανῶς postea demonstrantur.

4. *Ex Lingua Originali* &c.] Audi nostrum: *Non ipse*

ginali, Latinâ putâ, transfudit improbè, solâ differendi libidine, ad conflandam vel apud tortos cines invidiam, quæ iis iudicibus, quibus Romanum palatum est, aliter doctis castilque auribus sonant, aliter Itolidis & insuetis?

Credis hoc, Prisce,

Voce ut loquatur Pfitacus Coturnicis?

quanquam fanè Corvus tanti æstimat vocem suam quanti Pilomela, τὸσον ἔχει ὁ κόραξ τὴν φωνὴν αὐτῆ

quidem transfudi, sed alius id operis in se suscepit. At mandataris ille tuus tuit, & quod quis per alium facit; Nosti reliqua, ipse tu κέρεις, & legum promptuarium, ut probabas nuper ad legem Constantini.

1. Non fecit totidem hæreses,] Voce Hæresis temperavit sibi fateor. Rem dixit, oppugnatam è diametro Confessionem, negatam Ecclesiæ, quam instruerit Christus, Politiam, subversam disciplinæ substantiam, probatum illud regimen quod Antichristianismo præluderet. Imò Papatum intrâ, ex Spanhemii hypothesi, legitimum ipse conficiet, ut Animadv. IV. Partis Specialis. Planèque in Voetii Christiano monito sunt analogæ sibi invicem, facere Hæreses in formâ, vel doctrinam Scripturis, Confessionibus, Formulis, è diametro repugnantem. Illud verò è diametro, directè pugnare, jam ipsi est tantillum à Confessione discedere pag. 148. Si tantillum, undè tam atrox criminatio?

Sed pace tuâ, Wayne, ubi locorum Spanhemius totidem hæreses fecit, quæ tu quidem, cum Fratribus ἰσοψύχοις, de statu Patrum, de Formulâ Fœderis Gratiz, de septem Periodis, de Regno Gloriz, & si quæ alia problematica esse ipse profitereris? Annon in facie Ecclesiæ Batavæ, totiusque Orbis Reformati, utraque Spanhemii Epistola, multo nixenteque sole, & aureis quasi numeris, nefandæ huic calumniz refragata est? Lege utriusque prima, media, ultima, & discce non ex Friderico, sed ex Paulo, quin ex Lyrico Poetâ, quod αἰνέδαιον λιλολογὴ θανάτου κακογούρου. Si quid à Spanhemii genio abhorrens, est ipsa illa accusatio Hæresis, quam nec patienter ferri voluit Hieronymus. Aliorum si quæ fuerit de Hæresi suspicio, factum ipsi tuum præstent. An ceterum istius chorago Friderico, ut securè calumniaris, ipsi loquantur. Nunc adverte ad eas quas reponis hoc in loco voces, conscientiz tuæ non minus quàm veritati vi factâ. Non sum locutus nisi de Hæresi, aut ab ipso, aut similibus, Viris Orthodoxis impactâ. Fratribus temerè Hæreses & noxia abscribere dogmata, sine Friderici cum suis &c. pag. 148. 150. Et quæ in hanc rem plura ex Accusatore jam antè produximus. Atque hoc uno sed falsissimo obrentu, accendere ille, ubicunque potest, Magnatum, Plebum, Fratrum, Studiosæ juventutis, in Spanhemium animos, iras, invidiam: Si veritas negat,

Facit tamen indignatio crimen, & inflammata semel id genus clamoribus invidia nescit mitescere.

2. Rectâ viâ arietantes,] Noster: Arietare peculiarem habet emphasim. Nihil, quod NB. arietis sit, ego falsè unquam adscripsi meo, p. 150. Uti que arietare est melioris Latinitatis Scriporibus pulsare & vehementer quidem, concutere, labefactare, evertere. Sed hanc emphasim noster non respicit. Innuir per ἰσοψύχοις, Satyrico dicendi genere, frontem cornibus asperam. Ego falsè unquam adscripsi meo. Si non quod arietis sit, balatum tamen adscripsit, hinc magnum balatbronem Spanhemium, abjectissimè simul ac contumeliosissimè dicit p. 83. & cum Collegæ Suo uncialibus literis, allusione ad suam, nempe de Clariss. Hulsio, ut pietate, laboribus, scriptis, sic Cælo digno canente Senectâ.

Si nihil quod Arietis sit, ipse quidem adscripsit, quicquid alios factitasse pari contumeliâ subinnuat, adscripsit utriusque, quod sit Asini, rudis, mugitus, bozzum, quod Bovis; hrrritum, quod Canis rabioli; harritum, quod Elephantis; blateratum, quod Cameli; fremitum, quod Leonis; gannitum, quod ut Canum, sic luxuriosæ foemine apud Satyricum; glocitum, quod Gallinarum, &c. resperis toto libro his ipsissimis vocibus. Sic adscripsit quod Asini Cumani p. 144. bestia Priapo consecratæ, id est ἀσινὴ ἀτελων, ἠνδὲ ἀτελῶν, ἰστέθ' ὄντων apud Scopticorum patrem. Adscripsit nescio quid mali, quod illi in sompniis accidisse suspicari debeat p. 37. Adscripsit, horreo referens, cum creta non sufficeret, fucum, quo & ipse Fridericus, & Sua, conjugum decus, indigeret, de quo Clemens Alex. Pædagogi Lib. III. & Horatius Epod. XII. Sic ille pag. 111. 112.

Clemens autem Alexandrinus, si modò noiter Libri prolixioris Caput subnotasset, agit de hujusmodi fuce, quo molles & improbæ foemine solerent ἐπιπλάσσειν τοὺς δεσποδαίμους ἰεγείας, & αἰγυμνιάζειν, infelices amatores attrahere, & Ægyptiorum θηρίων, stragulâ purpureâ volutatum, imitari. Horatius, quod fœdissimum in hoc Theologo, de-

ἢ ἀνδάν. Ipsene Propositiones quasdam meas, velim jam liberali concessione, aut ambiguas, aut imperitorum (quibus se modo adjungit) offensivas, non fecit totidem Hæreses, in Confessionem, in Formulas, in Ecclesiæ Disciplinam, rectâ viâ arietantes, ac Antichristianismo præludentes? Denique annon ille ipse, Ibid. studens numero, quævis arripuit, etiam optimè dicta, P. 127. (iudices modò velim nec luscus nec mucosus) me ut gravaret, redderetque suspectum? Imò ne Adversarium qui-

scribit scortum exoletum, anum lascivientem, subanrem, ad nefarios concubitus aversum Poetam sollicitantem, cui profuco sterco: crocodili, & humida creta. Fidenter dico, præter injuriz atrocitatem, vix aliud in Beverlandio obscœnius & Κωμικὸν schema lascivientibus oculis offerri, quàm quod Horatianâ illâ Epodo, nostro & citatâ, & diligenter (ut liquet) usurpat. Et hæc ille voluit

Fœda per innumeros iret pictura penates. Vespasiano rursùm similis, qui non modo plurimè dicacitatis, sed & sic scurrilis & sordida, ut ne a prætextatis (obscœnis) quidem verbis abstinerit.

Unum quod huc spectet adhuc exemplum. Cujus & quoque superiorum intuitu rectè nostri Gelasius: Videor mihi ridentem in sinu Beverlandium, spurcum illum & impurum hominem. Cætera describere pudor honotque prohibent. Sed verò Beverlandius sine cuiusquam, quod sciam, contumeliâ κατωπίζειν, & ἀχρηολογῆν schemis expressis libidinum; hi salaci simul & maledico calamo, obscœnâ sed & truculentâ manu, simulachris quæ finxerunt Spanhemii faciem imponere, & quod histriones solebant apud Rhodios, τὰς αὐτῶν ἀνορεϊάνας μετ' ἰρρυθμίζην, sed hi ut perfundant multo stercore. Hinc Sybaritis illa vel Milesia tabula, inter nostrum & Gelasium dividenda, qui hoc nomine lepidissimus ipsi audit, & sadium abstergere natus pag. 419.

Qua nempe ἀείνονος carmen, castissimum istud tanè sanctissimumque castis sanctisque mentibus, fœdè illi conspurcare, hinc & maculare Spanhemii nomen, domum ducturi sponfam intactæ ipsi livori virtutis, tandem & nomen πικρῆ ἀλόχου, cujus immortale decus Leydense saxum, sed & constans fama, transmittet ad seros Heimbachii ac Friderici nepotes. Dudumque ante natam Criminatores quam vocat Epistolam, hanc inter se orfos esse derisoris fabulam, dicat pro Spanhemio Andreas frater, qui usus tum Wayeno familiariter, rem ex ejus ore ad Fridericum Leowardiâ perscripserat, brevi Carmen aliquod ἐπιθαλάμειον, quod ferretur esse Friderici, Satyrico dente adorsum iri. Hinc primò in proscenium Gelasius, mox Johannes, paribus armis instructi prodierunt. Ac nostri quidem hæ voces sunt Epist. p. 44. in Spanhemium tunc, ut præ se tulit, indignati, quod ex Johannis literis pauca, tanquam Cerevis quoddam sacrum, & grande arcum, evulgasset, quæ tamen erant toti Belgio pridem ex Wayeno ipso notissima, ut fuscè supra. Commodam visus iste sibi occasionem nactus proscindendi lacerandique Viri famam, quasi esset de illorum numero, qui falacibus improbitque chartis

turpes inferuere jocos, sic erumpit: Cerevis vulgaris sacra, sed sua Epopes, somnariæ adnuc videtur, quæ non ità pridem turpiter sua URVULÆ accinere voluit; non memorarem nisi publice jam profestarent belluli versiculi, Catullo potius, aut Asino Cumano, quum Theologo digni.

Sua equidem, Wayne, omnis oratio quàm sit Theologo digna, modò visum, ac de se ipsa prolixè & universa restatur. Hæc autem postrema, & tuo quoque vel instinctu vel applausu illa diffamatoris Gelasii, (quem nebulonem certum est ludere, sed ἀνοχον αὐτῶν & αὐτομυθῶν) cumulum restato pudori adjiciunt. Rem omnem, Lector, verbo habe. Anonymi Carmen domum dudendæ Ursulæ accinit re ipsâ, quod Veteres quibus solitaria cornice avertendum omen, ἐκπέσει κίση κοράντη. Nec profectò exprimit aliud quàm commissarum dextrarum, juncturarumque animorum, sanctam in conjugibus societatem, idem amorum velle & nolle, sacrum illud divinumque foedus, irruptam illam donec morte solvatur copulam. Adidit hinc, imaginem quandam esse primævæ in Paradiso felicitatis, sed & umbram veluti quandam representare adorandæ in ipso Deo, qui τὴν τῆς φύσεως non μοῖον τῆς ἰσοψύχου, & intimæ in Christo & Ecclesiâ, ac luxuriosissimæ quoque in Angelico choro societatis. Quemadmodum in naturâ ipsâ, in casti atque intemerati amoris symbolo,

Exemplo junctæ tibi sint in amore columbæ. Hoc illud carmen est, totum ad interna, ad animum, ad spiritualia conversum, nec ad fugacem aliquam sed ad superstitem ipsi tumulto voluptatem, ex ipsis etiâ hinc indè Versionis sacre idiotisimæ contextum, quod hic Professor Theologus in versiculos Catullo & Asino Cumano dignos, par-

quidem unquam, benignitatem licet ejus in me claudi nuper fenserim, quem & intumum ante habuit & majorem, atque *invariana* Theologiae tenacissimum.

1. Poteram, Wayne, vel hac unâ responsione dare te exornatum, tua uti fides, æquitas, ac benignitas promeretur. Sed pressius aliquanto tecum agam, docilis ut fias, fugiatque illa tua in me asperitas, capitalis modò hæreseôs damnatum. Quamquam si vel erratum à me fuit, τὸ μὲν ἐν μηδὲ ὀπωσὺν ἀμαρτάνειν, (ita apud Procopium, scriptorem Byzantinum, aliquando legeram,) οὕτως ἀνθρώπινον, καὶ τὸ πνευματικῶν φύσεως ἔξω, πῶς ἴσως ἔγινε, neque humanum est, neque per naturam rerum possibile. 3 Aistu, inficiatum me esse, spiritualem ullam Politiam, quâ Ecclesia gubernari his in terris debeat, in Evangelicis aut Apostolicis literis transmissam. Sed ais, sodes, pudore omniposito, & ego

Illum periisse duco, quoi perit pudor.

Lectorum fidem inclamo. Fusè ego, constituiſſe Christianæ rei fundatores, quæ ad *genus* Disciplinæ, ad *substantiam* illius, ad *necessitatem* spiritualis Regni; ut ad eò fierent omnia, ubicunque locorum ordine & decenter, præſent Episcopi, Pastores, Ministri ἐν πλάτει à me appellati, mitterentur legitimè,

rum profectò piè, parùm verecundè transformat. An jam in Spanhemio *Beverlandium*, an in illis verè lateat, qui ad hujusexemplum castam *Conjugii* societatem in Felcenninam licentiam, quin in Satyram Menippeam, protervè converterunt, repetitis ex magistro illo obscœntis, pronunciant Viri fratres. Et sic ex Paulo Beverlandium quoque effinxerint, qui meminit ἐπιλομίνης διολίας, quâ Erasmus & Interpretes omninò *coitum significari*, casta privatæ veneris connubia, dixit modeste Lucretius. Sed hic noster quoque manes URULÆ HEIMBACHÆ, (seu fati per Spanhemii fratrem facile conscius, seu minus) præter Natalium splendorem sexum suum virtutibus surpergressæ, immitis sollicitat, immetitque sepulchro, uti ex pag. III. 112. stupens Lector modò cognovit. Quam iis hominibus rursum *producta vox livor* est! Qui etiam *in mortuis pascitur*, ceterè in innocuâ Deoque pridem reddita conjugè, ut ex mariti cultuac tori pudicitia, sic ex reverentiâ Numinis fideque Redemptoris, vel ipsi livori inaccesſa. Ac quàm pulchrè ista ad Causam quam ageret, & ad vindicias Belgicæ Confessionis spectabant! Uti reliqua omnia, quæ hic Criminator ex crebris itionibus, huc & illuc cursationibus, æmulorum pessimâ fide, rumfucolorum fabellis, differentium intemperie, si non furore, in Spanhemii personam, honorem, vocationes, domestica etiam & ionica, aut in hunc Libellum calumniosè congestit, aut in alios se ipse servasse gloriatur.

1. *Poteram, Wayne, vel hac unâ responsione &c.*] Spanhemius hic τὸ πρίπαι, & legem honestatis, observat. Noster pergit Satyricorum scriinia compilare, & infigere maledicum dentem. Vide, si tanti est, pag. 152. Sed

Lassitudinem herclè addunt verba tua legenti, enecas.

2. *Quamquam si vel erratum à me fuit.*] Modestè Spanhemianæ argumentum. Quandoque & bonus Homerus dormitat. Ipse apud Poëtam ἐκατοσίφθαλλος in somnum & soporem agitur. *Errare humanum, in errore perseverare Diabolicum.* Careat equidem Spanhemius Vate sacro, sepeliatur longâ nocte Friderici nomen, modò nullus admoneatur livor, nec (quod Demonax ille sibi concessuro fatis stultissimè vovit) Canes ulli discerpant, aut vultures depascant. Nidum ille suum non in excelso, sed in scrobe humili, constituit. Erroris modestè fraternèque arguenti, ipsi Johanni, habebit eà re multam gratiam. Ast errorem, ubi nullus est, quemadmodum in hac omni causa, hostili animo commenti, vel perreptantis folia ac scripta Friderici, quin operas suos inter dividendis, (sic nuper ad Virum Reverendum in proximo nonnemo) si quæ forte παρορμήματα, aut verè ralia aut specie saltem, communibus Adversariis prodiderint, sicubi illum in titiviltio aliquo, vel etiam suoapte iudicio in gravioribus impegisse puraverint, despiciet Fridericus, ridebitque abjectum animum, & infelices conatus.

Dùm vecordem parant ei excitare rixam, sed Deo non benè advocato, est quod gratuletur sibi, ranti se vitum. Non invidetur miserè nisi bonis, nisi laudatæ virtuti, & qui detrectat inferiora livor, in id cumprimis meriti spatium virus suum effundit, cujus implere mensuram nescit. *Atque ita undè periculum, probrum, quæsitum fuerat, ibi maximam gloriam alter invenit;* sunt incluti Historici voces, Doctis notæ.

ritè ordinarentur, in scandala animadverterent, partes omnes suas obirent, & illibatas servarent ut *ordinis*, sic *prudencia, charitatis, subjectionis, tolerantiaque mutua leges.* Quâ de gubernandæ Ecclesiæ *formâ, & institutione*, pluribus ego pridem ad Sæculum I. Historiæ Christianæ, pro Introductionis modulo, tradideram. 4 Ast verò specialiozem aliquam Politicæ formam constituiſſe Apostolos, quales in diffusis orbe toto Ecclesiis diversissimæ semper apparuerunt; complexos Apostolicis Canonibus *regularia omnia* Disciplinæ; determinasse *omnes circumstantias*, ac *precisum* electionum, vocationum, conventuum, suffragiorum, animadversionum, totiusque ordinis & administrationis *modum, pari ritu observandum omnium & locorum & temporum Ecclesiis*, ni *defecisse hæc in substantiâ ipsâ* Disciplina censeantur, ubi novus hic mysta aut legit, aut fando accepit? Noveram sanè perabsurdum hunc sensum extundere voluisse Remonstrantes, ex Articulo Confessionis trigésimo. 5 Sed interpretationis invidiam Mareſius noster amolitus, hunc sensum elicit: Nempè *Deum, qui Ecclesia sua nunquam deest, etiam hæc in parte* (in Politia, formâque Regiminis) *illi sufficienter prospexisse; non quidem quoad omnium circumstantiarum determinationem, sed quoad generalia fundamenta,*

qua

3. *Aistu, inficiatum me esse &c.*] Rectè: *quid assereris Fridericus, quid ipsi impegeris.* (sunt verba tua p. 163.) quamquam sæpius dictum, nec litera utrimque scripta mentiarur, postea tamen quàm distinctissimè reponam. Non quidem

Si poterit Theon doceri;

Sed ut res tota, fictionumque tuarum series, luculentius constent. Undè quicquid in sequentes paginas, desultoriâ simul & scurrili dicacitate, jactat à pag. 153. plenissimè vindicatur Animadversionum *Parte Speciali, de Ecclesiæ Politia.*

4. *Ast verò specialiozem &c.*] De hac omni causâ, deque vel *necessariu vel arbitrariis*, Politicæ sacre, ex professo in dictis Animadversionibus inquiritur, *Animadv. cum primis IV. VII. VIII. & sequent.* Undè laboris hoc in loco compendium.

5. *Sed interpretationis invidiam &c.*] Remonstrantes Confessionis sensu affecto, qualem hic noster, quærun; *Si, quod verba Artic. xxx. videntur innuere, Deus in Verbo suo certam quandam Regiminis Ecclesiæ formam instituit, secundum quàm Ecclesiæ omnes semper, & ubique, & eodem modo regi atque administrari velint, qui id conciliari possit cum tot sociis Ecclesiis, & communi Religionis vinculo conjunctis, in quibus forma alia obtineat; varia admodum, & in multis diversa, si non contraria?* Arnaldus Jansenita, ut ex Clariss. Jurio modò intelligimus, pari nuper Articuli & Belgici, & Gallicani, utrobique xxx. cum Johanne nostro *in Reflexione XI.* committit non modò Belgas & Gallos cum Reformatis cæteris, sed & Spanhemium cum Jurio, Fratrem cum fratre, intra ejusdem Hollandiæ fines, eandemque Disciplinam coërcitos, ac pari sacramento obstrictos. Jurius enim Vir Clariss. iatuitus in Confessionis Gallicanæ Canonem, enunciaverat, *Dominam aequali potestate illos instruxisse, quibus commisit Ecclesiæ suæ Regimen.* Quid autem Remonstrantibus Mareſius, quid Arnaldo Jurio, in Confessionum Exegesi reposuere? Prior, & hic & alibi, Regiminum, circa hanc ipsam quoque *æqualitatem*, discrepantium libertate, & illibatâ nihilominus cõmunionem Ecclesiæ, assertâ, reponit id, quod excerptit Epistola. Et in *Disput. de Origine Episcopatus, Thesi II.* *Quamvis personam tempore Apostolorum, Ecclesiæ regens institutarum regimen fuisse penes eorum Presbyteros in communi, citra talem unius viciocum, non tamen putamus eorum temporum præxim, Apostolicorum nempe, sumendam esse pro regulâ, cui necessariò semper sit infundendum.*

Jurius verò novissimè, eleganti ut solet responsione, quâ *Jansenitam* proprio ut plurimam gladio conficit, *Artic. xv. Contentis Jansenista voluisse* (seu Auctores Confessionis, seu Jurium) *decidere quæstionem in Ecclesiâ Britannicâ agitatam, num Presbyter differat ab Episcopo, & num inæqualitas obtinere aliqua debeat inter Pastores; Sed fallitur, quin potius alios fallere intendit, ut sit ipsi locus declamandi. Nullatenus ad Quæstionem modò dictam respectus habitus est; nempe an Presbyter & Episcopus sint jure Divino distincti? An essentialè sit Ecclesiæ, regi à Pastoribus, qui sint æqualitatis omnimodæ?* Et fusè rem persequitur Vir Doctus, ostenditque, *Aristocraticum* modò regimen fuisse ab Aucto-

De Bello Goth. L. II. C. XI.

Epist. Dedic. fol. 5. 6.

1 Cor. XIV. 33. Matth. X. 15. 1 Cor. X. 25. Rom. XIV. 1. Phil. II. 15. 16. Tit. I. 1 Pet. II. 13. &c.

Cent. II. ad Art. xxx.

Exec. Confess. Belg. ad d. Artic.

Epist. ad
Neocomens. A.
1544. &c.
Artic.
penult. in
Can.
Disc.
Artic.
XLVI.
Artic.
LXXVIII.
Hag.
A. 1591.

qua semper de jure remanere debent, & de facto in Ecclesiis prioribus semper retinentur. Nec aliter de liberâ & variâ Ecclesiarum Disciplinâ, quoad ejus exercendæ formam, salvâ Apostolorum lege, & rei Christianæ summâ, & Confessionum harmoniâ, & Ecclesiarum inter sese communione, post Magnum Calvinum, quicquid usquam prudentum Theologorum est, aut sensit, aut scripsit. Quin planè con-einere Dordracenos Disciplinæ Canones, & in collectione Belgicarum Synodorum, Synodum Nationalem Medioburgicam Anni M D LXXXI. Hagien-sensem alteram Anni M D LXXXVI. ut mittam alias, ne-scire non debuit Accusator, ut potè domestica, qui externa & antiqua ignoraret. Ac ipsi Hollandiæ West-Frisiæque Ordines, præfati pridem in Con-stitutionum Ecclesiasticarum limine, placere eam Disciplinæ formam, *imprimis attentâ conditione præ-sentis temporis, provisionaliter & donec usum fuerit aliter statuere; absque tamen ullius Extraneæ Eccle-siæ despectu aut præjudicio, etiam si in rebus mediis di-*

ribus Confessionis designatum, opponendum scilicet *Mo-narchico, & prius aequè, imò longè convenientius apertè Re-gimini Episcopali, dum Presbyteriale sit magis Democraticum, populo per deputatos, quos Seniores vocant, gubernante.* Undè semel iterumque obtestatur Jurius, in Convicto Jan-senitâ pag. 151. 252. *sibi cum Spanhemio per omnia hæc in causa convenire, & justam fuisse Spanhemio causam illos notandi, (de condamnare eos gens la) qui hodieque Episcopatum ut traducem regni Antichristi animadvertunt.* Illa quum subolferet noster, has Epistolæ Spanhemianæ pagellas uno ferè saltu transiit, leviter progressus, post impletas suas minis, clamoribus, & diceriis, à superiore paginâ 54. ad p. 59.

1. *Dordracenos Disciplina Canones.* Hæc verba videtur lancinare, dum ait pag. 154. *Distragi debent Confessio, Ca-terchesis, & Decreta Synodi Dordracenæ, à Canonibus Syno-dorum, qui Regimini Ecclesiastici ordinem spectant. Quod NB. turpiter ignorat magnus Fredericus. Confessioni omnes subscribimus, Decretis illis Synodorum non item. Mutari igitur decreta possunt, quo ordinem spectant, Veritate tamen Confessio, ut us augeri, mutari tamen alias nec potest, nec de-bet.* Quam hæc multa sunt, quæ ex Johanne discat Fri-dericus! Et si Fredericus ille huic magno est, qui turpiter ignorat, quid distent Confessio, Catechesis, & Decreta Syno-dorum, quæ jam terræ, etiam Australes, etiam divitè la-tis æquoribus, Gigantem nostro similem progenere? Sit igitur Fredericus doctrinâ verius Punitio, & in orbe lite-rato Pygmæus, sint alii seu opinione sua seu re ipsâ Gi-gantes & Gigantibus, habebunt illum, scio, haud agrè suf-fragantem.

Sed quæ illa turpis ignorantia Frederici? Agitur de dif-crepante formâ Disciplinæ, totiusque Ordinis & Admini-strationis sacre, per Ecclesias toto orbe Reformatas, *sal-vâ Confessionum harmoniâ, & Ecclesiarum inter sese commu-nione.* Hanc fuisse & Calvinî, & Theologorum, & Syno-dorum Ordinem illum decernentium, ipsarumque adeò Confessionum, seu expressam seu tacitam mentem, Fri-dericus idem subiungit. Memorat in hunc finem *Belgica-rum* quarundam *Synodorum* prudentiam, quæ non nesci-erent seu Anglorum, seu Bohemorum, seu Polonorum, seu Helveticorum, seu Palatinorum fratrum &c. à suis illis Casombus, suo Ordine, suâ Disciplinâ, suis Ritibus dif-ferentem. Et en tibi Fredericum turpiter oscitantem, ac nescientem, quid sit Confessio, quid Catechesis, quid *Decreta Synodorum!* Apogæitæcum à Leydensi suggestu hujusmo-di Fredericum! Et si opportunum censuit aliquando Octa-vius Cæsar, removere *Legatum Consularum, & illi succes-sorem dare, ut rudi & indocto;* eam jam Fredericus ad Pa-latinos suos, & principibus Aebivis, Academiæ Batavæ præsitibus, interi successor mereatur magister Frederici! At, qui hujus stupor est, nondum ignorantiam intelligit ipse suam, sed nec profectò doctiores Frederico. Ajunt Dordraceni: *Propter alienos à nostris ritus, (ordinem, di-sciplinam, politiam) externa nulle sunt contemnendæ Ec-clesiæ.* Idem Synodi reliquæ, quibus Ordo Ecclesiarum constitutus est, & pridem Ordinatio Ecclesiarum Belgica-rum, Anno 1554. edente Belgicè Mart. Micronio Cap. III. p. 13. *Ceteras omnes Christianas Ecclesias suâ frui libertate permittimus.* Item, in Præfat. *minimè damnamus etiam si ab eis in Ordinationibus Ecclesiasticis dissentiant, modò Fun-damentum quod est Jesus Christus &c. retineant.* Idem quo-que profiteri Bohemi, Poloni, Hungari, Helvetii, Pa-latini, plerumque *coactis Synodis,* in quibus ornis Ordo S. Ministerii definitus fuit. Sed & idem Brisanni, &

versos mores habuerint &c. Nec aliter, quicquid u-spiam est Ordinationum Ecclesiasticarum, quæ præcavent ad calcem singulæ, integrum fore, re sic exigente, Disciplinæ Canones *mutare, augere, minuire, corrigere,* nihil adeo censentes in talibus divini atque immutabilis juris.

3 Sed pergat noster præbere ludos, qui si tantum à doctrinâ potuisset, quantum à confidentiâ, & fortè quem præstat dictis suis animo, næ ille mo egregie dedolasset! Arrigo aures, mi Pamphile, narra rem omnem ordine. *Vah scelus!* inquit ille, *& abjectam de Christi Regno sententiam! Quasi verò valere jussu Spirituali Politiâ, accommodari illud ipsum debeat ad nutum imperantium, & ad Civilium Gu-bernationum formas!* Parce, mi Frater, tibi veriùs quàm mihi, nec aut falsi te alliga, aut inficiam prodito tuam. Christi Regnum, ut internum, ut spirituale, ut divinum, ut administrandum secundum ea quæ in omni legitime constitutâ Ecclesia desiderantur, quæ præcepti Apostolici, & perpetui,

Jacobus in suo Βασιλικῶν Διῶν, idemque Germani variis su-periori ætate Receptibus Imperii, ut Augustano, Schwinfurtano, Francolurtenfi, Naumburgico &c. professi omnes, se aliis Regionibus, Ecclesiis, Statibus Imperii, nequaquam præscribere, quoad Ecclesiasticum Ordinem. Imò idem, quod magis mirè, *Confessiones pleræque,* quæ de Eccle-siarum in hoc Capite libertate, pronunciaverunt, ut ex Har-monîâ Confessionum, ex Præstationibus earundem, & ex variis Articulis, infra liquebit in *Confessione Belgicæ* Vin-dictiis: protestaræ omnes, ea quæ ad externum ac specialem Ordinem, Regimen, Ritum, Disciplinam spectant, Ecclesiarum Juribus libertati ac potestati concedi. Quan-quàm, *Disciplina* ordine publicâ alicubi autoritate semel constituto, fas esse nolunt cuiquam *Ecclesiæ* particulari, vel *Classi,* vel *Presbyterio, mutare, augere, diminuire,* quod esse supremæ Potestatis, supremique in Ecclesiasticis judi-cii, intelligenter. I nunc, Lector, & de turpi ignoran-tiâ, eaque vel accusati vel accusantis, sententiam ferti! Quæ certe ignorantia, quid Confessiones, quid Decreta fe-rant, longè magis supina est, non viso fortè, vel non ex-pento singulari *Canone,* quâvis erat *Chalcedonenfis* XVII. ob-cujus rei in Spanhamii Epistolâ suspicionem ipsum mox Acheronta noster commovebit. Sed de *Belgicæ Confessio-nis* mente distinctius Parte securâ Animadversionum.

2. *Integrum fora &c.* Nempè Majestati, qualiter Hol-landiæ aut Belgii Ordinibus, ut modò. Sic Imperatores quondam, sic Reges, Principes, Status Imperii, summi-que Magistratus, hanc sibi potestatem constanter attribue-runt. Sic quoque Nationales in Galliis Synodi, ut ad cal-cem *Disciplina Ecclesiastica* Cap. XIV. *Mutari* Canones suos *posse, si Ecclesiæ utilitas exegerit.* Non tamen Provinciali Synodo, minus Colloquio, Classi, Ecclesiæ cuicunque particulari, hoc jus Galli, vel Belgæ, vel Reformati ulli adscribunt; quod posterius noster in Spanhemium faceret stringit, pag. 155.

3. *Sed pergat noster præbere ludos*] Pergit sanè *Epist.* p. 157. *icurrari, sed parum felici mordacitate, parum-que digno risu, qualem voluit esse Tertullianus, scribens contra Valentianos; Ubique dignus risus, officium est.* Dicit ex gr. *panam mortis,* quam ipse sibi somniat, Spanhemio *ludum esse.* Sic quærit, an *dedolare,* qualiter ipse Fredericum, & securi accipite quidem, *lusus sit?* Hæc ænüs lusus, quod dolabrâ suâ,

Us mimatur, nondum malefaxit mihi, nêdum exollavit. Sed icurrilibus hominis turpibusque jo-cis insistere nunc Frederico non liber. Si in hoc aliquid Ciceronis est, quod canat Apolline nullo, in nostro est aliquid Demosthenis, τὸ ἀπίθοιόν ἐστί τῶν γαλιῶν, *jocandi im-peritia,* ac non profectò strenuè calumniandi.

4. *Vah scelus!*] Jocularium, inquit, scomma, à quo se abhorrere quàm maximè. *Ego de iis ne γερῶ, quod memo-ras, de suo est.* Pace tuâ Wayene, *oppugnata Confessio, mirus de Christi Regno conceptus, subsignationis* seu proni-si ac sacramenti violatio, sceleris plus facis sunt. Hæc dum improperat, ait se didicisse *posticæ occurrere sanæ.* Malleus se incudem esse clamitat. Oviculam lupus ju-dicio perfodere sustinet. Illi apud Poëtam, mali ipsi causa, vanissimo obtentu bellum indicunt.

Oi ὃ καίριστοι

Νῦν ἐπὶ μίμφοίσι τοῖς ἀνείστοις.

5. *Eaque in omni legitime constitutâ &c.*] De his plenius Parte Speciali *Animadvers.* ad Fictiones Accusatoris, cir-câ Ecclesiæ Politiam, & Anglorum Episcopatum. Indè constabit, quantum e Johanne Fredericus didicerit; *Di-*

tui, & universalis, ac mutari nescii, nec à nutu Imperantium pendet, nec ad Civiles formas exigitur, procul, uti in Episcopis, Pastoribus, Senioribus, *dominandi cupidine*, sic à conscientis fœdâ Hominum servitute. Anathema secus statuenti, qualem hic me somnians fingit, quem vigilans vellet. At prout idem Regnum externis, & peristaticis, & ex se mediis, neutiquam alligatum est; ut ab hujusmodi voluit ipse Dominus abesse *opinionem necessitatis & cultus*; ut Ecclesiæ in Politis tanquam in hospitibus agunt; ut Cæsari, ac piis Magistratibus, ut legum Civilium obsequio, nihil est Evangelio detractum; ut noluit Christus committi adversâ lege Ecclesiam & Rempubicam, vel utriusque ordinem; ut etiam non nescivit *dispargendos esse Greges suos per varia Imperia, Regna, Principatus, Republicas, diversissimis ubique Gentibus, Moribus, Legibus, Institutis*; quis præter hunc Præfatore,

De Jic.
ad Lond.
f. 5.

Dedicar.
ad Lond.
f. 4. fusè.

Ibid. f. 5.

scie igitur, Friderice, sed (addit ille p. 160.) ira cadat naso rugosaque Janna! Mox; cum Goliatho de rebus ipsis cominus certabo. Itane dociles, captatâ hunc in modum Ania, discipulos tuos facis? Metuit sibi profectò Fridericus ab eâ disciplinæ tuæ severitate. Nec is de Phrygum gente, qui plagis emendantur. Facilitate & iuvencis magistrorum flectuntur animi, impotentia franguntur. Quanquam & terret Fridericus indignantis ferientisque voces, modo re ipsâ doceretur; feri, ajebat ille ad Antisthenem magistrum, modo instruas! Quod tunc præstes, cum tua omnis, tum hæc ipsa & secutura pagina testantur. Ac qualecunque sit Spanhemii otium, mavult is otium quam nihil agere, id est, quàm chartas tuas excutere, quibus spirituale Christi regnum, & institutionem sacri Ministerii, & vocationum modos diversos, graphicè describis, flagellato miserè Scrivenerio, qui nihil ad Spanhemium attinet.

Atque inter alia minimè vulgaria, & quæ cave credas inscitia postulanda, (non tantam credo hæc proditura inscitiam p. 182) quæ disceret ex te Fridericus, iudicium quoque est; *Impositio manuum, à quo fiat, (licet optandum sit, ut ab Episcopis, seu Pastoribus, aut Presbyteris) non multum de eo laborandum p. 170. Id est Ordinationem seu Xiipterian non necessariò administrari à Ministris oportere, licet optandum sit, ut fiat. Hæc ille cum Canonibus Ecclesiasticis Belgii Fœderati, & cum Considerationibus Marefi quondam sui, ad Loc. xv. §. LVIII. Spanhemio nihil repugnatur, si potest, conciliaverit. Sic quæ is de Senioribus, qui Ministris adjungantur, secundum divinitus institutam à Christo Politiam p. 178. redire in gratiam jubeat cum Celeberrimi Wittichii observatis, Theologiæ Pacificæ Paragr. cccxxi. Sed & exigat ad Canones suæ Disciplinæ, vel si mavult ad Confessionem, quod habet paulo post nostri pagina 262. 263. Possè esse in uno Ministro Ecclesiæ quandam dignitatem, auctoritatem, eminentiam, quæ non sit in aliis Ecclesiæ Ministris. Item, possè aliquem Ministerio Verbi fungi, & esse Mercatorem, Artificem, vel Principem, Toparcham, Consulem, Senatorem, aliove fungi munere. Spanhemio si excidissent utique, ut foratus fuisset ille stimulis, ut traductus per Consistoria, Classes, Synodos, ut contundendus Johannitarum cæstibus, mansurâ cicatrice!*

1. *Ut ab hujusmodi &c.] Lege Spanhemiana si visum est, quicunque ad hæc advertis; sed & nostri centuram pag. 160. Mirare mecum hominis facundiam. Quam ineptè dicit! Ut pueris placeat & declamatio fiat. Ut, ut, ut, ut, & eadem pagellâ denuò, ut, ut, ut, ut, ut. Si quicquam iudico, videor cum impetu saltantem videre. Vadit, fremis &c. modo ne pulmonem ventis rumpas. Graviter equidem, ut Professorem Theologum decuit! Adeò hic se ipse habet ut Reges & Dominos habere se debere neget. Ufus autem Spanhemius est familiari ipsis Rhetoribus *οὐρανοποιεῖν*, quo in unum quasi acervum, spatiis prohibitus, argumenta diversimodè constitutæ Ecclesiarum Politicæ, rationesque condensavit. Et Tò ut reperitum, qualiter exempli causâ Tò qui M. Tullio, Oratione post reditum in Senatum; *Qui mihi fratrem optatissimum, me fratri amantissimo &c. qui dignitatem, qui ordinem, qui fortunas, qui amplissimam Rempubl. qui patriam, quâ nihil potest esse jucundius, qui denique nosmet ipsos nobis reddidistis.* Sed noster, qui ut novam Geographiam, sic Grammaticam, sic Oratoriam adornat, reposuisset peræque Romanæ Suadæ; *Quam ineptè dicit! ut pueris placeat, & declamatio fiat, Qui, qui, qui, qui, qui, qui.* Quoties indignatum credideris in Virgilianum illud *ut, ut, ut,**

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error!

Nam de Theocriti, quem Virgilius expressit, *τὸ αἶ. αἶ. αἶ.*, cogitasse non dixerò,

(aut si qui plures insaniunt) non percipit oppidò clarè & distinctè, pro variâ Locorum conditione, Politiarum formâ, & ingenio Populorum, variè etiam fuisse constituendam, sed & semper constitutam, externæ rationem Disciplinæ? Et ad ista vel morosissimus etiam hæserit? Non profectò quibus inest vel mica bonæ mentis, minùs quicquid post Lutherum, Calvinum, Bezam, Martyrem, Bucerum, Fagium, Bullingerum, Junium, Zanchium, primosque repurgatæ Ecclesiæ Patres, Theologorum fuit. Sed neque, quem opponit Viris prioribus, meritò autem adæquet, *Voetium* ille Præf. le quondam suus, noster æternum, gratâ piâque p. 126. tanti Nominis recordatione. Ne jam Bogermanos, Rivetos, Maccovios, Sibrandos, Vedelios, Gersones, Marefios, Hoornbekios, Spanhemios, quin rigidissimos aliàs in causâ Disciplinæ Triglandios, Apollonios, Cabeliavios, laudatissima nomina,

Ὅς ἴδω, ὅς ἰδῶ, ὅς ἰδῶ ὅς ἰδῶς ἰδῶ.

ut exempla id genus plura mittam. Et si unquam incidisset in *ἰακκὸν* Aristophanis, & in illud *δερτυνοῦ* Demosthenis, sub initium Dramatis,

Μὴ μῦ, μὴ μῦ, μὴ μῦ, μὴ μῦ, μὴ μῦ.

protinus Librum ut ineptum & puerilem abjecisset. Quàm etiam videor videre cum impetu irruentem in reditura identidem Homero epitheta; vel in Ciceronianum illud esse videatur, tertio quoque sensu reponendum, & octies forte in Oratione pro lege Manilia? Sed qui videbatur cum impetu saltantem videre Fridericum, haud debuit ejus exemplo *νοεῦσθαι*. Putavit autem se ingeniosè admodum, suo ut, ut, &c. exprinere Aristophaneum *οὐρανοποιεῖν*. Mox subjungit, per modum imperii, *disce à me Friderice!* Indocilis hic nisi morem gesserit; quod enim præcipitur, sic ex Tertulliano accepit Fridericus, *imperatur, quod imperatur, necesse est ut fiat, si non fiat, parvam habet.*

2. *Minus quicquid post Lutherum, Calvinum &c.]* Nempe ut clarè & distinctè habet Epistola, pro variâ locorum conditione. Politiarum formâ, & ingenio Populorum, variè semper aut constituendam fuisse, aut constitutam externæ rationem Disciplinæ. Et quidem, ut pagina præcedente, in peristaticis, & ex se mediis, quibus Christi regnum neutiquam alligatum est. Hic jam Lutherum, Calvinum, Bezam, reliquos in consensum Fridericus vocat. Lutherum vis? Audi præstantem ad Confessionem Waldensium! *Quod si qua differentia in hac eorum Confessione occurrerit de Ritibus & Ceremoniis, vel de Calibatu, meminimus nunquam fuisse, neque potuisse omnium Ecclesiarum omnes ritus & observationes esse easdem &c. Id enim non permittunt Hominum, Regionum, Temporum ratione, & varietates, NB. modò salva sit doctrina fidei, & morum.* Calvinum desideras? Præter loca alia, in Parte alterâ designanda, sufficiant modò, quæ is Institutionum Libro IV. C. x. N. xxx. *Quia autem in externâ Disciplinâ & Ceremoniis non voluit sigillatim præscribere quid sequi debeamus, quod istud pendere à temporum conditione, (Regionum, Politiarum) NB. prævideret, neque iudicaret unam sæculis formam convenire, confugere hinc oportet ad generales quas dedit regulas, &c.* Et quæ plura ibi Vir Magnus; sed & reliqui ad unum omnes, nec modò in varietatem Rituum, sed & Disciplinæ ac Politicæ, intenti. Ac producendi illi opportunis, in Parte speciali Animadversio. Noster, statum quæstionis per fraudem invertit, quasi hos Hierarchicis advocatos patronosque daret Fridericus, aut earum *ἰεραρχικῶν* constitutionum, seu in Hierarchico, seu in quocunque Regimine, quæ divino præcepto adversentur, totâ

in furias ignemque ruit.

Orditur à Calvino. Os obturet (sic ille p. 181.) *imprudenti pariter ac impudenti Hierarchias caudicibus ipse Scrivenerius &c. Mox; Est nunc & Calvinum Hierarchicis advocatum, saltem ἰεραρχικῶν obtudat homo meus!* Sed hæc Animadversio de Politia Sacra, & Episcopatu, pluribus diluuntur, *Animadv. VI. & seq.*

3. *Quem opponit Viris prioribus &c.* Cave rideas, Lector, nisi amas perfundi, an perfodi, densâ nube contumeliarum. Paulisper ergò illa comorime. Voluit Spanhemius, Vener. Voetium, sibi à Præfatore objectum (sed planè oleas extra, & in rerum alienis, quum de tolerando fraternè Anglorum Episcopatu, intra veteres lineas consistente, Friderico ageretur) magno Viri merito laudari fierique maximi ab Accusatore. Laudandi verò formulâ usus Spanhemius quâ aliàs Autonius, in commemoratioe Latini Alcimi Aethii Rhetoris, Parentalium Libro II.

Opponit unum quem viris prioribus

Etas

mina, in phalangem disponam. ¹ Intellexere hi ad unum omnes, à diversitate Civilium Politiarum ² necessariò fluere diversas Ecclesiasticæ gubernationis formas. ³ Quod & omnis intellexit Antiquitas, & sanxerant pridem Chalcedonenses, ⁴ eo Canone, quem noster ne pictum quidem vidit, ⁵ εκκλησιαστικῶν τῶν τάξιν ἀκολουθεῖσθαι τοῖς πολιτικοῖς ἢ δη-

μοσιῶν τύποις, Ecclesiasticarum ordinationum formam conformandam ad Civilium typum. Hinc summi Bocharti laudatæ à me voces, in Epistolâ ad Morlaxum: *Ut aliis Monarchicum, aliis Aristocraticum, aliis rursus Democraticum regimen est aptum, sic consultius his Ecclesiis ut Episcopi, aliis ut Presbyteri presint.* Sed nasutulus noster pari jam Confessionis

Actus recentis temporis.

In eundem sensum de Voetio Fridericus, rectè à Johanne opponi viris prioribus, primis repurgatæ Ecclesiæ Patribus, id est magnis accenferi, quem ante omnes alios pro se citaret, meritò certè illis *adæquari*. Hic, cui cæterokin Aufonius nihilo minùs familiaris, quàm fuit Codex Theodosianus, vel Ptolomæus de gradibus longitudinis, præcipiti seu mente seu calamo indignatur majorem in modum Friderico. *Voetium*, inquit, *non opposui prioribus; ut opposuisse Apologiam Presbyterianam Durellus testis est. Ego verò Voetium allegans de prioribus ne quidem cogitavi. Verba vide, & mirare mentienti in homine libidinem.* Tu mirare, Lector, cum libidine impingendi mendacia, etiam nasum criticum. Sed in quibus faveat Spanhemio Voetius, docebit Epistolæ hujus Ed. Leyd. pag. 69. 70. & Animadversionum pars altera, ubi in phalangem laudatissima nomina disponantur.

1. *Intellexere hi ad unum omnes &c.*] Siste parumper, quisquis es, Tros Rutuluse, seu Danaum seu Iliadum de gente, nam vel hosti totius rei iudicium committemus; &

Ἐπειὶ ἐφ' ᾧ εὐφροσύνῃ πάντες δικαιοσύνην ἀργαλίῳ ἴσθαι.

Spanhemii thesis suâ luce lucet. Ponit illa, de formâ speciali Regiminis, Disciplinæ, in externis, & suâ naturâ mediis, statutum fuisse diversimodè, pro diversâ Ecclesiarum conditione, sic pro formâ Reipublicæ, atque ingenio, legibus, institutis Populorum. Undè ex quo Ecclesia per varias Civitates dispersa fuit, cum primis subducta Antichristiano jugo, illic sub Monarchico, hic sub Democratico, istic sub Oligarchico, vel mixto quodam statu conquiscentes, admisisse etiam in peristatice formam diversam Disciplinæ. Quod ut facta ipsa testarentur, & rei quoque indoles, ac libertas in talibus à Christo & Apostolis seu expressè seu tacitè indulta, flueret etiam cum ex præxi Antiquitatis, ipsoque incluto Canone Chalcedonensi, tum ex confessione præstantium Theologorum. In quibus, brevitaris causâ unum forte Bochartum descripsit, non ob sententiam aliquam illi Viro peculiarem, sed ob existimationem tanti Nominis, in ipso Presbyterialium ordine. Habes, Lector, Spanhemiani cum in Epistolâ ad Londinensem, tum in hac ipsâ ad Amicum, rationem asseriti: & hoc intellexisse Theologos, quos laudavit, *ad unum omnes*. Ac faciet pagina nostra fidem, Parte speciali Animadvers. Ut verò vel Bocharto, vel Spanhemio, in mentem venerit unquam, pari typo, formâ, ac specie Politicæ regendam Ecclesiam esse, quâ regitur Reipublica, ut si in Civitate sit *Monarchia*, sic quoque in Ecclesiâ, somnare præter hunc nostrum nemo potuit, nisi *βουκολιστῶν* aliquis.

Nunc hominis *ἰσχυρῶν*, & regios animos, & ferocientes spiritus, miserum Fridericum

ante coronatos ire jubentis equos,

respice simul, & suscipe. Quod asserit Spanhemius *omni falsitate falsius est: Vel coram ipso Senatu Leydensi experire (experio dicatur Johannis auctoritate, ut emendatus sum) ausum, & falsi accusare: Ad typum Politici componendum Ecclesiæ Regimen esse, apage nugacissimum mendacium! Lubet ex Parkero describere (opportuno admodum) ut videas quam perfidie frontis noster sit: Voetius, Rivetus audiantur &c. & φλυασιᾶς ac mendacia hominis coarguant; & quæ sequuntur ejus farinæ plura. Sed, mi Lector, ut has ipsas φλυασιᾶς plenius intelligeres, nolui intra notularum harum angustias vel ego vel tu constringeremur. Oculos igitur conjice, ut in proxima annotata, sic deinceps ac præcipue ad nostri Fictiones de Ecclesiarum Politicis, *Animadvers. iv. v. vi. & aliquot secuturis*, ac decerne de summa causâ.*

2. *Necessariò fluere.*] Necessitate ut subjectionis, sic prudentiæ, convenientiæ, ad melius esse, quoad externam Ecclesiarum tranquillitatem, sub umbone & auspiciis Summarum Potestatum. Qualem necessitatem ipsa præxis, facta ipsa Ecclesiarum comprobarunt. Quod & intellexere prudentiores Britanni, v. gr. Episcoporum Regimini obesse alibi statum Civilem, Aristocraticum vel Democraticum, ut exertim Bilsonus de Perper. Gubernatione Cap. xv. *Forjan vobis quibusdam in rebus à more Genevensi recedere videmur, nec immeritò id quidem. Illi enim in Populâ statu, nos sub Regali vivimus. Populi illic major potestas, hic Principis.* Adde citatum ipsi Parkero Downamum, Politicæ Ecclesiasticæ Lib. I. C. xxviii. *In Ecclesiâ Genevensi status Reipubl. Democraticus jurisdictionem Epif-*

oppo-

copalem non permittebat. Item: In his Ecclesiis, ubi Orthodoxi Episcopi obtineri non potuerunt, Presbyteria prudenter erecta & stabilita sunt. Testibus aliis opportunior infra locus, Animadversionibus ad Fictiones de Ecclesiæ Politicâ. Et eò faciunt Dav. Parei, Summi Theologi, quæ Spanhemius ad calcem Dedicatoriæ, & *Ἐπειὶ* Bocharti, quæ sequuntur proximè, luculenta in hanc rem dicta. Majoris iste apud Doctos & ingenuos auctoritatis, quàm Wayanz omnes chartæ, si vel singulæ duos *Anti-Catones*, de quibus in Julio Cæsare Suetonius, mole superarent. Sed testium infra plus satis erit, ubi de Ecclesiarum Politicâ, *Animadvers. iv. v. & sequentibus.*

3. *Quod & omnis intellexit Antiquitas.*] Utique, pro Civitatum, regionum, locorumque diversitate, variam externi ordinis, rituum, consuetudinum, disciplinæ conditionem obtinere, salvâ fidei unitate, & irrupto vinculo pacis. Quò faciunt Irenzi apud Eusebium, Tertulliani, Cypriani, Hieronymi, Augustini, Leonis, Socratis, Sozomeni &c. quæ infra referemus monita ac præcepta. Sed & in externis mediisque, quæ ad ordinem & Politicam attinerent, Civiles formas, dispositiones, sequi ut plurimum Ecclesiastica, quemadmodum Chalcedonenses, sic ante hos Nicæni, Ephesini, postea Trullani, intellexerunt, tandem & perpetuâ præxi Antiquitatis firmatum est. Undè quo jure Fridericus, *id omnem Antiquitatem intellexisse*, censet Lector eruditus.

Sed en tibi magistrum Friderici! *Quod ne unico quidem testimonio probare potuit, id omnis Antiquitatis fultum sententiâ dicere immensis audacia est. Unum profert, verum ita infeliciter, ut penuriam prodat suam & impudentiam insignem; nempe profert Canonem Chalcedonensem pag. 204.* Sed de penuriâ, deque *ἀναρχοντιᾶ*, vel Friderici, vel tuâ, qui istum ubique tuo ex ingenio censes, tanto lecturis in hoc omni argumento plenissimè constet. Viderint hi modò, quid intersit (ac fidem facient subsequentiâ) inter *ne unico testimonio probare potuisse*, quod ais summa temeritate, modestia nullâ, & *maluisse*, quia res erat notissimi facti, quia non ferebat Epistolæ ratio, & quia Chalcedonenses, in hac quidem causâ, si non ubique, insistebant vestigiis decessorum, universalem quoque Ecclesiam representantes. Cæterum apud alios quocumque, modò Christianè affectos, suam Spanhemius *penuriam*, curramque suppellectilem, nullâ sui falsus imagine, nec stultitiæ suæ jactator disertus, sed accusator paupertatis, profitebitur *ἐκείνῃσι θυμῷ.*

Invidia nos spatio natura coercuit arcto.

4. *Ex Canone, quem noster ne pictum &c.* Quid hujus quoque Canonis mentione Spanhemius intenderit, modò visum. Nempè ad formam, leges, ordinem, dispositionem Politici sub Imperatoribus regiminis compositum fuisse, in externis & peristatice, ordinem Ecclesiasticum, responsurum, uti in ordine *ἢ παροικιῶν*, sic pari in cæteris analogiz lege, *τοῖς πολιτικοῖς ἢ δημοσίοις τύποις*, civilibus & publicis typis, sive formis, sive dispositionibus, sive ordinationibus, sive edictis, tabulis, literis, rescriptis, innovationibus Imperatorum. Variè enim ita reddi vocem *τύπων*, pridem Spanhemius observavit in Dissertatione de Canone vi. Nicæno p. 453. Sentu, ut liquet, planè eodem. Undè hac in Epistolâ, paulo antè, distinctio inter ea, quæ præcepti Apostolici, quæ de substantiâ omnis politicæ, quæ mutari nescia; & ea, quæ à nutu Imperantis ponderentur, & ad Civiles formas exigentur, seu dispositiones, mutationesve. Sed quæcumque jam sit citati Canonis ratio, non ea nostrum pupugit. Aliud hic Spanhemii piaculum, nullis fluminibus eluendum, mansurumque altâ mente, & needùm

causæ irarum sævique dolores

exciderunt animo. Friderice,

Cave, cave, namque hic minis asperrimus

Parata tollit cornua!

Parum erat quod confecisses quoque ex Canone Chalcedonensi, necessariâ consequentiâ lege, accommodatum fuisse in arbitrariis & mediis ordinem Ecclesiasticum Civili. Pepercisses modò existimationi Viri, Professorum ordinis nuper inserti, quem *ne pictum quidem vidisse* Canonem tuum habet Epistola. Quæ verba calamo Friderici fortè elapsa, quia severissimam nostro tragœdiam, *βοῶν μυρίων*, & *ἐκείνῃσι ἀναρχοντιῶν* expresserunt, sed & prolixam de Canone, tanquam *sibi viso*, disquisitionem, hinc ingens *ἐπιπίπτει*, ita pretium operæ ducat Lector oculos convertere ad *Animad-*

Præf.
p. 126.25. Oct.
1660.

oppugnata¹ crimine *Bochartum*, quo me obstringit, eademque operâ principes quos citavi viros, Pareum, Molinæum, Blondellum, Cappellum, Amyraldum, reliquos. Et quam non scripturus fuisset ille dicam, si produxissem Carolum II. restitutum avito folio, in suâ Declaratione ad subditos, arcescentem diversas Ecclesiasticorum Regiminum formas, in hodiernis Statibus, à diversitate *Civilium Politiarum*, ac perorantem, *restituto Regimini Monarchico in Statu, justissimum esse conservare idem regimen in Ecclesiâ. Αὐτὸς ἀνεῖξεν ἰδὲν ἀδυνατεῖον, paritque ἢ ἀμάρτια Regio*.

² Ad Episcopalem accedo in Britannis Politiam, de quâ in exteris Theologis³ nemo fortasse me cautiùs ac circumspectiùs, ut irruptum esset reverentiæ, unionis, ac fraternitatis vinculum, pronun-

madversionem nostram *Quintam*, de Ecclesiarum Politia, & Episcopatu.

1. *Crimine Bochartum &c.*] *Plana res est: Bocharto sic statuenti non bene convenire cum Confessione Belgicâ palam est, irâ noster pag. 226. Ac Pumilionem hunc censo-rem conferenti cum Anakez molis & roboris Viro, fateor excidisse Friderico, Nasutus noster pari crimine Bochartum obstringit. Hinc Fridericus ille modò calumniarum follis, cui Johanne nasutus audiatur. Ergò nasutissimus deinceps audies, nec Bocharto tantum, etiam rivos Paradisi circum Felicem Arabiam ducente, sed & Nasone ipso naturior; addidisses tu, qui Fridericum perpetuò Bestiis exxquas, etiam Rhinocerote.*

Nasutus sis usque licet, sis denique nasus.

Quantum voluerit ferre rogatus Atlas!

Nostrum in quem illa Epigrammatum scriptor, certè in Calumniatorem & Zoilum. Pace verò tuâ, nec *Bochartum* nunc Fridericus, nec *malâ fide* produxit. Ad poenam (quod ajunt) Libri! Modòque fuere *Calvinus, Pareus, Altingius, Amyraldus, &c.* alibi reliqui, citandis & locis & verbis in Parte alterâ Animadversionum. Sed tu pro more perfricas frontem. *Unicum reliquum est praesidium, Summus Bochartus. Mox; Quam nullam in citandis Auctoribus fidem mereatur, jam dudum vidimus. At vidisti oculis atrâ malignâque bile infectis, vidisti solus, vidisti in Epistola quod invisibile, atque utinam videres te ipse! Nec Fridericus jam animum induxit tuas tibi reddere voces, ut quàm opportunissimè posset. Sic enim salutabas pag. 144. Pudeat Planum, quod in me vertat, qua in se dicta conscientium pectus vociferatur!*

2. *Ad Episcopalem accedo. &c.*] Rectè, nihil inordinati. Nuper de Politiarum in Ecclesiis libertate *in sibi*. jam de Anglorum illâ *in hypothesisi*. Undè infantilis nostri est de ordine cavillatio: *Multa jam de eâ dixerat, nunc tamen demum accedit p. 226. Ex lepidissimo Gelasio suo, cuius scurrilia sibi absterferunt omnem sordiditatem.*

hausit hoc quoque scomma. Spanhemius abiturus Magistratu, occasione Criniti sideris cælo tum spectati, de *horum & Naturæ totius admirandâ brevissimè dixerat, pro materiz ubertate, à morbo recens. Præmissis causis mutati quod præconceperat argumenti, à Cometâ orditur. Dein ordine convenienti *ἑρμηνεία* reliqua contempletur, oratione conversâ ad vastitatem Expansæ, tum Aëris ambientis molem, hinc libratam suis ponderibus Terram, Telluris opes, Oceani formidines, scaturientium Aquarum irrigua, Ignis vi zthereâ accensi, & in ipsis quoque Terræ visceribus, subsidium admirandum. Ab his surrexit oratio ad ea, quæ inferiorem velut Orbem animarent, quorum nec ignes sustinemus, nec virtutem capimus, nec magnitudinem satius metimur, nec splendorem aut oculis contemplari aut animo possimus, quin utrobique imbecillitatis nostræ conscientia suffundamur. Tandem ab Inanimatis ad Animata, hinc ad Hominem, mox ad Meatem, à mente ad Deum conditorum ferebatur dicentis imperus, in cuius unius præconia, simul & vota, Orationis clausula solvebatur. Et hic ille dicentis ordo, quo *summa imis confundebantur: hæc rudis indigestaque moles! hi insanientis Oratoris raptus! quos fortè per calumniam traducere, quàm ex vero exprimere, lepidissimis nostris proclivius est.**

3. *Nemò fortè me cautiùs.*] Nemo scilicet id impensiore studio cavuit, ne vel rigidissimus Censor, ne ipse Nasus, jure quicquam admorderet. Docet circulus, intra quem descriptis Spanhemius Episcopatum, cum *Theologorum* iis comparatus, quos Epistola refert. Ac tufiùs patefcet infra, ad Fictionem II. VI. XI. & sequentes. Hæc omnis hujus cautela ac circumspersionis adhibita ratio est. Nihil omninò Fridericus de prudentiæ suâ laudibus, quâ nullâ valebit unquam *περιτρίβωλον* adversus calumnie morsus. Si vulpis nihil ipse habet, habet tamen illud echini ἢ *μύρα*, quod *laeduntur mordentes*. Nunc ob expressam Friderico voculam,

ciavit. Loquuntur superiora mea, omnisque ad Henricum Londinensem Epistola. Caveram ne statuerem Divini juris, ne in dominatum converterem, ne justas si quæ sunt offensiones approbarem, ne divellerem à sociâ Presbyterorum operâ, sociisque consiliis, ne etiam extra Britannicæ fines protenderem, aut sicubi ferret statûs Monarchici ac Populorum ratio. Tam abhorrens esse dixeram ab hujus Reipublicæ formâ, moribus, libertate, quàm est à legibus, tabulisque publicis. Ast transmarino in orbe, ferentibus itâ Regni legibus, ad præscam Ecclesiæ normam, permitti Episcoporum eam *ὑπεροχὴν* posse arbitrari fanè, suis limitibus circumscriptam, nec in tyrannidem versam, sed & immotis iis, quæ ad fidei integritatem, & disciplinæ substantiam, pertinerent. Et ecce causatur hic ar-

delio, *nemo me cautiùs, audice nstram, p. 226. 227. 228. Se ipsum ad cælum evehit. Pergit gloriare. Efficerem ut insulsiatam videret suam. Incurrit in receptum divinoque jure fulsum Ecclesiæ regimen. Palpam obstrudit ferociter Orthodoxos persequenti Episcoporum ordini. Quæ stupida est hominis *καρτοία*. Suam canis magno tinnitu prudentiam. Domi classicum canis. Suam tamen ipse prudentiam miratur, & ad Cælum usque effert. Quid agas cum homine itâ vesavo? Omnes suo quidem iudicio Theologos prudentiâ superat. Quæ arrogantia? Nec sine ratione insanit. Egregiam prudentiam, quæ dolosa est &c. Vix habes, Lector, oculis tuis fidem. Sed & Vix ausit Stygium janitor tentare quod aude.*

4. *Caveram &c.*] Hac de re jam supra, & pluribus ad Fictionem Accusatoris II. V. VI. XI. posteriore Parte. Ac quicquid hac pagellâ à Spanhemio expressum, tanquàm conditiones toridem, ad communionem Episcopalem Britannos inter si pote promovendam, ille *μυθολογία* & immitis tortor itâ reddit, quasi facta ipso hæc singula ab omnibus Hierarchicis observari Epistola contenderit, nullo in his excessu, nullis offensionibus, nullis scriptis quæ fidei integritatem labefactaverint. Imò supponit hæc ipsa facta Epistola, sed melioribus invitis. Noster, ut cum Libri mole invidia cresceret à pag. 229. ad 238. lætæ Orthodoxiæ specimina profert, in *Hammondo, Scrivenorio, Thoradicio, Oustramo*, ac postea (prout Amici seriùs subministrant) planè ad Invektivæ calcem à pag. 410. in *Parkero, Bramballo, Taylero &c.* Hæc Spanhemio scilicet opponenda! Mirare tu quisquis es, sed indignationem in contemptum verte.

5. *Ecce causatur hic Ardelio.*] Noster stomachatur, *Fridericus sale caret, nunquam diceris. Caret sale mordaci, protervo, maledico, amarulento, rectè. Omni sale, etiam integritatis, fidei, humanitatis, prudentiæ, aut subindè compositis salibus, tuum non est pronunciare. Neque salum neque suave esse potest quicquam, ubi adium admiscetur, nostri locum. Addis, Ardelio sum plonectæ meo. Atqui nec ardelionem te ipsem negabis, scio, hinc neque diceris est, Quoniam tu animo tamen omnia possis*

Protrahere in lucem, atque omnes anquirere visus.

Ardelio homo *πολύτεχνος* est, omnium capax, omnia ardente vastoque ingenio complexus, nec in occulto. Tu ex gr. in *sacro Principis Consistorio*, in Aulâ, in Ecclesiâ, in Scholâ, in Senatu, in Oeconomîâ, domi forisque, plurimus. Tu pacis bellicque *Consilii interioribus*, tu opte iudicio, potens. Tu Legationes obire, ad Honores promovere, Linguas profiteri, dicere, scribere, ad certamen Witzios Spanhemioque provocare, Friderici non unâ fastum comprimere, quin opprimere ac lacrare natus. Tibi, quod Regium est, multæ aures, oculi multi, sed & multæ manus: in te suspexisset conjunctim Antiquitas Archi-Presbyterum, (nec enim placet *Episcopi* nomen) Magnum Sacellanum, Magnum Oeconomum, Proteclicum, Vice-dominum, Logothetam, Apocrisarium, Referendarium, Professorum. Ac tu ipse dicito: *Quidni possit esse in Ministro, electione Principis, quædam singulari dignitas, auctoritas, eminentia? Quidni possit fungi Ministerio, & esse Toparcha, Consul, Senator, omnia? p. 262. 263. Tu denique, in bellâ hac Epistolâ, bellus Geographus, Dialecticus, Legista, Patrologus, Antiquarius, Græcus, Hebræus, Arabs, Componens belle Numeros, Epigrammata bellè, Bellus Grammaticus, bellus & Astrologus.*

Non civis profecto datum est! Miser Fridericus, vix hallex Viri, ne par quidem uni Sparta in scholâ orandæ, in Ecclesiâ *miserrimas orationes* fundens, in publicum nonnisi integros aliorum *Tractatus* extrudens, vel ex *Lexicographis & Judicibus* eruens omnia sua; & quod de Domitiano memorant Romanæ Historiæ Scriptores, Tranquillus utique, *Epistolas, Orationesque, alieno formans ingenio*. Quàm verè hunc homuncionem esse tibi *imparem* muare, professio-

ne;

delio, ¹ *Episcopatum* Belgas inter moliri me, *Confessione* cæterisque Formulis bellum denunciare, ² *Antichristianismo* patrocinari, meque cum *Voetio*, *Hoornekio*, ³ imò cum *Paulo*, ac genuinâ *Antiquitate*, committi imprudentem.

⁴ *Eis* *Amice* mi, Præfatore illi tuum, si quæ tamen spes est ullo eum helleboro redire posse ad sanam mentem! Nec mihi jam profectò ⁵ bellum indicit, non Anglicanæ fortè Ecclesiæ, ab hujus latratu sic satis securæ, non indubie modò piæque Antiquitati; sed & omnibus per Germaniam Protestantem, ac Palatinatum in specie, Hassiam, Nassoviam, pridemque Scotiam, ⁶ tum Helvetiam, Moraviam, Bohemiam, Hungariam, Transylvaniam, Poloniam, Lithuaniam, Ecclesiis, quæ *inequalitate* Ministrorum Verbi, diversissimus quanquam institutis, gaudent, suisque *Episcopis*, *Superintendentibus*, *Senioribus*, *Antistitibus*, *Decanis*, *Inspectoribus*, *Archidiaconis*, *Diaconis*, &

ne, dotibus, scriptis, passim in Epistola profiteris. Nolissem tamen *Ardelionis* hæc laudes permurasses *Pleonectæ* convicio. Præterquam enim quod *πλειονεξία* pridem Diodoro Siculo dicta est, *μνησπολις ἀδικημάτων*, quæ atrox profectò injuria est, ne jam Paulum adferam; illorum insuper *πλειονεξία* propria, quod certum Spanhemii non esse, qui *magnas inter opes* majorum desiderio inflamantur, usque ipso accenduntur, & quò plures *gradus ascenderint*; eo ad *altiora festinant*, ut noster ex Ambrosio pridem didicit.

1. *Episcopatum inter Belgas*, &c.] Sic *Gelasius* tuus, qui tot curarum solet tibi *tadium abstergere*; sic famosæ passim quibus applaudis scriptiunculæ; ipse tu modò p. 227. *Ea palim profitetur quæ in Confessione* Belgicam, in *receptum* (inter Belgas) *divinoque jure fultum Ecclesia Regimen incurunt*. Sed mox tui oblitus, negas pag. 239. *Confessione cæterisque Formulis bellum denunciare, pariter non dixi usquam, emollitâ Præfationis contumeliâ.*

2. *Antichristianismo patrocinari*.] Quæ de Antichristianismo Episcopali hic & alibi tradis, expensâ habes *Animadversione* XII. de Eccles. Polit.

3. *Imò cum Paulo*.] Cum *Voetio* & *Hoornekio* se commisisse *Fridericum in Præfatione* largitur, at non cum *Paulo*. De *ipsius cum Paulo*, & *genuinâ Antiquitate*, pugna, nihil ego in *Præfatione*, & *ἄδωκλως* est. Tuam fidem! At *Præfatio de Spanhemii pugna cum Confessione*, eaque ut hæc ex Verbo Dei, & ex *Paulo* quoque, tradidit Ecclesiæ Politiam. Sic ibidem, frustra *Spanhemium magnificè prædicare de Antiquitate*, ex quâ *Fridericum* ibi docet. Itâ formas in omnes semet, verba, sensus & suos & alienos, inflectit, & si hominem audis, dum affirmat negat, dum negat affirmat, utrobique in his illius erroribus ferocit, conviciatur, maledicit, ut vix catulorum oblita *Lezna*

----- *seuior erravit campis.*

Coccyfnos illius hoc loco reliquos mittimus.

4. *Eis* *Amice* mi &c.] De sanari nesciis, ne tribus quidem *Anticyris*, verbum vetus: cumprimis quorum vehemens *bilis* esset, elleboro purganda, *πικροὶν ἰαί- Coey* dixit Hippocrates. De *Præfationis* bile in *Frisios*, in *Wirzium*, in *Spanhemium*, plus satis suprâ. Nunc verò adeò effebuit *Epistola*, ut in dira quæque & turores erumpat. *Redire* debuerat noster ad *meliolem mentem*, postquam *Spanhemius* oppugnatæ *Confessionis*, aut lætæ *Belgicæ* *Disciplinæ*, suspicionem apud ingenuos omnes hæc *Epistola* profugarat. Si etiam nunc *redierit*, deprecabitur *Spanhemius* vocis invidiam, sanctè protectatus se nullâ injuriâ velle cuiquam esse gravem.

5. *Bellum indicit*.] Verissimè. *Thesis* Præfatoris itâ habet: Ex *Confessione* *Belgicæ* mente, *æqualem*, *quin eandem*, *ubique & ubicunque Locorum*, in *Ministris* *Ecclesiæ* *potestatem* atque *auctoritatem* esse, & quidem *ut à Deo in Verbo præscriptam*. Eandem etiam *æqualitatem* quod ad *auctoritatem* & *potestatem*, esse de *substantiâ* *Disciplinæ*, idem cumprimis urget, & id ipsum *τὸ κενώμιον* fuit. Nullos certè *inequalitatis gradus* aut distinxit *Præfatio*, aut admisit. Agit etiam de eâ *æqualitate*, quæ est ex mente *Confessionis* *Belgicæ*, atque adeò, quæ praxi *Ecclesiæ* *Batavæ* responderet. Opponit etiam *Censor* eam *æqualitatem* verbis *Spanhemii* in *Epist.* ad *Henricum Londinensem*, quæ reponit *Præfator* pag. 20. Ibi *Fridericus*, venerandam multis nominibus esse *Episcopi* eam *appellationem*, quâ *altero jam à Christo nato* *Sac. eminuisse supra Presbyteros Viri verè Apostolici*. Præter *gradus dignitatum* in *Sacris Ordinibus*, extra *Britannicæ* fines, *Spanhemio* in eadem *Dedicatoriâ* memoratos, quantum sineret *Epistolæ* *modulus*. Quo posito, rectè *Fridericus*, in hæc ad *Amicum Responsorîâ*: *Censorem bel-*

Tom. II.

si qui gradus alii. Sed & ⁷ convicium ille facit eminenti *Theologorum Senatui*, quorum sanctitati doctrinæque asurrexit *Reformatus orbis*; ipsi adè rationi, prudentiæ, charitati, justitiæque, turbo hæcenus non modò bonæ mentis, sed & tempestas *Christianæ pacis atque concordie*. Ac deponere a usim, *Episcopalem prærogativam*, ordinis illam & auctoritatis, in *Britanniâ* *Reformatâ*, qualem describebam modò, extraneos penè omnes *Theologos* (paucos excipio) à primâ usque *Reformatione*, si non probasse simpliciter, utpotè à moribus suis alienam, laudasse tamen in eâ *Gente*, respexisse, fraternè tolerasse, procul *Antichristianismi* accusatione, aut solutæ *Unionis*, aut oppugnatarum *Confessionum*, aut subversæ tandem *Disciplina*. Ac cave credas, confertâ me jam testimoniorum acie in hominem irrupturum. Occupatum hoc, quicquid peni est, à viris summis, conciliandis invicem *Politiarum* formis, ipsaque mea ad *Londinensem*

lum indrere, non *Anglicanæ* modò *Ecclesiæ*, ab hujus insultibus sic satis securæ, sed & *iis omnibus*, quæ *inequalitate* *Ministrorum Verbi*, etiam quoad *auctoritatem* vel *potestatem*, quicunque sint jam *inequalitatis illius gradus*, *Legibus* suis gaudent, tanè *diversimodè*. Eam autem conditionem esse, eas *Leges*, hæc instituta *Ecclesiarum*, quas recenset *Epistola*, ut *Orbi* *Europæo* notissimum, sic patescet *clarius Parte* *speciali*, ad *Fictionem* *Accusatoris* VIII. Nunc *judices* volo quicquid *Viro*um est, quibus datum habere nasum, an vim ullam *Præfatori* *Spanhemio* intulerit? An verò non patiat *ipse* maximam dum mox audit p. 240. *πικροχόως* *animal*, *fremens ore cruento*, promens quæ ad rem nihil faciant &c. Utique faciebat ad rem quàm maximè, eas omnes *Ecclesias*, quæ gauderent *inequalitate* *Ministrorum Verbi*, cum ab accusatione *Præfatoris*, tum à pugna cum *Belgicæ* *Ecclesiæ* suspicionem, verbo liberasse.

6. *Tum Helvetiam* &c.] Quo nomine *Helvetiorum* quæque *Ecclesias* inter reliquas censuerit *Fridericus*, modò visum. Ut verò *Helvetiorum* *Antistites* cum *Britannorum* *Episcopis* componeret, aut etiam *Palatinos* *Inspectores*, aut *Hassiacos* *Superintendentes* &c. nulla subiit ejus animi cogitatio, qui in *Germaniâ* vitæ magnam partem exegit, *Helvetiis* vicinus. Satis erat, in omnibus *Ecclesiis* hæc, *diversissimis* quidem *institutis*, ut lippis sanè notum, conspicuam esse *subordinationem*, etiam auctoritatis potestati. Itâ per *Germaniam Protestantem*, *Helvetiam*, *Moraviam*, *Bohemiam*, *Hungariam*, *Poloniam* &c. Quomodo eas *Ecclesias*, in eadem causâ, contra *æqualitatis* & *ισοτιμίας* necessitatem, conjunxit ac vindicavit quoque *Samuel Marelius* ad *Quæst. de Ordine dependentiâ inter Pastores*, *Thesi* IV. *Gradus* autem *inequalitatis*, quousque ferri possent, nullos *Confessio* *Batava* expressit, imò, interprete nostro, omnes *ubicunque locorum* excludit. Ac illarum *Ecclesiarum* sanè plurimas, *Bohemicas*, *Hungaricas*, *Polonicas*, &c. *Episcopatum* quendam alterius à *Christo sæculi*, utique venerandum multis nominibus, postliminiò reduxisse, & bonâ cum *Belgicæ* *Confessionis* gratiâ, fusè *Amos Comenius*, *Vir Clariss.* demonstravit. Sed de his fultus, *Animadversionibus* de *Ecclesiarum* *Variâ* *Politâ*, *Animadvers.* VIII. IX. X.

7. *Convicium ille facit* &c.] Quotquot nempè ex eo *Senatu*, ut additum *ἰθρυτικῶς*, *Episcopalem prærogativam*, ordinis illam & auctoritatis, in *Britanniâ* *Reformatâ*, qualem descripsit *Fridericus*, à primâ usque *Reformatione* laudarunt in eâ quidem *Gente*, respexerunt, fraternè tolerarunt, procul *Antichristianismi* accusatione, &c. Si convicium hoc nomine *Fridericò* fecit, tacit & illis quibus cum *Friderico* & sensit & scripuit. Loca è *Calvino*, *Bezâ*, reliquis de eminente eo *Senatu*, infra producentur, *Parte Spec.* *Animadv.* Noster urgeri se sentiens, huc illuc fugitat, affirmat, negat, in *Fridericum* spumat, quo se proripiat, quarit, non invenit. Illinc igitur *venerari* se *Theologorum* cum *Senatu* profiteretur, hinc, certum esse suos *passos esse manes*. Illinc in *Hierarchicos* contumeliosissimè deltomachatur; hinc pag. 243. *fraternè lubentissimè tolerandos*, iis ipsis *legibus*, quibus reipsa *Spanhemii* *Epistola*. Modò per *Hierarchicos* oppugnari *Confessionem*, convelli *Disciplina* *substantiam*, solvi ad eò unionem *Ecclesiarum*; mox, se nusquam *Episcopos* vel *Episcopales*, seu *fratres*, seu *patres*, scripto accusasse. Pariter, non *Anglos* peccare in *Confessionem* *Belgicam*, sed *Spanhemium* tamen, qui *Anglos* ab eo peccato absolvat, tolerarique servatâ unionem suadeat. Habes illa pag. 243. 244. 245.

Et dum ipse clamoribus semet, *Fridericum*, ac *Lectorem* obtundit, illum inducit ad *ravim usque clamantem*. Quæ verò in hodiernos *Britanniæ* *Præsules*, praxim, tacta, ritus, disciplinam, ut *minimè Christianam*, acerbissima conflagrat,

Xxx

pag.

fem Epistola ad primos in Germaniâ, Bobemiâ, Poloniâ, Helvetiâ, Galliâ, Belgio, Reformatores, ne Calvino vel Bezâ exceptis, provocavit. Si fallo, arguar, committiger, juguler! quanquam auctor non sim Præfatori, ut mecum hoc certamen experiatur, faciet (opinor) non sine magno suo malo.

Et verò sufficiant mihi Belgæ nostri. Christiana Ordinatio Belgicorum Coetuum, sub tutelâ Edoardi VI. post Caroli in Belgio interdicta, Ministerii Sacri eam rationem constituit, ut præset Ministeris cæteris Superintendens, sive Episcopus, non potestate quidem Ministerii, ordine tamen & auctoritate potior, Christo iis a constituente, ut pluribus ex Ordine illo ipso intelligitur. Franciscus Junius, Leyden-

Christ. Ordin. 1560. C. 2.

pag. 244. ipsis quorum interest vindicanda, relinquimus. Vindicata, scio, & novissimè singula etiam à Doctissimo Stellingfleetio, atque illo ipso in Scripto, cui Epistolæ Claudii, Le Moyne, & l'Anglais, ad Henricum Londinensem inseruit. Vide & nostras Animadversiones de Anglicano Episcopatu, Animadv. XI XII.

1. Si fallo, arguar &c.] Fridericus præstabit quam addixit modò fidem. At calumniam, fisiones, sensum per vim illatum, & quæ nec dixit ille nec somniavit, præstet ὁ συκοφάντης. Et huc spectant, quotquot infelix Accusator testes opponit, à p. 245. ad 259. Atque hoc ipsum intrâ Fictionis ejus VI. VII. VIII. IX. &c. argumentum est: Igitur non erat antè committendum, duro sandalio, Friderici ut verberabilissimi caput, vel plagigerali, quam sefellisse, sed fide minimè malâ, probaretur. Quare rectè is, quanquam dispari conditione vapulantis,

Quæ te mala crux agitat?

Quid me afflicta; quid me raptas? quæ me causâ verberas!

Nec enim adeò peculii sui prodigus est Fridericus, nec is profectò Laconum de gente, qui κλαυπηγεῖς audiebant, quod nulla non verbera flagellaque paterentur.

2. Faciet opinor &c.] Hoc demùm arrogantia Fridericianæ fuit. Johannem scilicet certamine imparcem, magno suo malo! O factum, addit ille, inconsideratum! ὁ ἰαχέαντιαν! ὁ flagelliferum Ajacem! Faciam tamen, nec exterrebit mordendi rabies. Αἰδανὸς βλαστῆς. Agendum experiamur &c. Sed quam actum ibidem, accensus tumantque Johannes,

ὅτι οἱ αἰὶ θεοῦ κολὰ ποτὶ μὴ κἀθηται,

(quod de Deo Pane ni fallor Theocritus) se magni Friderici umbram non metuere! Probavit mox ipso facto. Nec enim Fridericum sed umbram, imò nec umbram, sed phantasma, percutit animofus. At fiste paulisper ferientis impetum, nec perstet gravis ira,

moramque saltem supplicis dona meis.

Placabit opinor Fridericus, ubi verbis sensum & ex vero addiderit. Nihil ille de impari certantium doctrina, sapientiâ, dignitate, meritis. Facies jam submittit, deceditque multis parasangis provocanti Johanni. Novit quam sit impar congressus Frisii Achillis, cujus est proprium τὸ πατάξαι, aliorum fatis est τὸ φυλάξαι. Nec id profectò voluit Fridericus, qui deprecari etiam αἰνέσαι, qui conspui, digito monstrari, contumeliis obrui, & nihil non sustinere malit, quam cum terrifico illo pugile, quem &

defendit numerus, junctaque umbone phalanges,

malè cessuro committi certamine. Terrent profectò vestigia, sed & ne Hercules quidem contra Duos, quæcunque hæc μονομαχία videatur. Metum, ignorantiam, consternatam mentem, dispares congressus, vadimonium desertum, vociferetur ὁ πειραμαχός, ἢ πινυδός, provocet, jaçet, scripturit, faciat quod lubet, decretum est pati. Fridericus Christi Paulique monita thraconicis id genus provocationibus, moderationis patientiæque laudem omnibus Gelasiorum triumphis potiozem ducet; Nec Friderici unquam, quicquid calumniatur, at nostri, hæc perpetuò voces.

Ne quisquam tam audax nunc fiat homo, qui obstitat mihi!

Illud igitur, faciet non sine magno suo malo, nihil voluit aliud, quam faciet magno conamine, sed irrito. Magnum malum periturus labor, dentem dente rodere, dixit Epigrammatum Scriptor. Μοχθὸν ἀνίσχυον, sed cum fructu quantolocunque illo tandem. Magnum quoque malum, aliquando sed seriùs κακὸς μισθός αἴτης. Sed & magnum malum, ità vicisse videri fratrem, ut vincendo pereas, nullo triumpho præterquam adversantium, nec dulci palmâ, nec partâ sine pulvere, ut loquitur Epistolarum Scriptor ad Mæcenatem. Jam illud ipsum quod, ne tentaret Athleta, suavit Fridericus, quid aliud quam oleum perdere, soli obloqui, & in mediâ luce, cum vernulâ illâ apud Tragicum, contendere solem necdum ortum esse, aut cum Sossâ in Amphitruone, dormire illum atque appotum probè! Quis enim, præter huic nostrum, inficiari iustineat, extraneos omnes pend-

sis quondam Athenæi decus: Discrimen Episcopi & Presbyteri ut juris humani, atque adeò (si ita placet) Ecclesiastici, concedimus fuisse jam olim observatum, nec damnamus simpliciter, si non abusus accesserit. Acta Synodi Dordracenæ palàm equidem Orbi Christiano faciunt, quo loco Episcoporum inter Britannos nomen, dignitatem, communionem, habuerit Fœderata Belgica, Georgio Landavensi ubique primum inter exteros locum, etiam Reverendissimi Præsulis appellatione, in Confessu promerito. Quin si Josepho Hallio fides, Georgii in eâ Synodo assessori, commendante hoc Præfule Episcopatum in remedium Schismatum & Hæresium, respondisse fertur Bogermannus, Dominus non sumus adeò felices. Leyden-

De Cler. C. XIV. iu Bellarm.

Jos. Hall. in his Episcopacy by Div. Rigt.

Theologos, à primâ usque Reformatione, Episcopalem in Britannia Ordinem respexisse, probasse in eâ quidem Gente, imò plurimos, ut fiet suo loco palàm, comparatè etiam ad formas aliàs regiminum, laudibus extulisse? Prius modò, ut legentibus patet, consertâ testimoniorum acie muniri nullo negotio posse, dixit Epistola. Et tu, absque magno malo tuo, id est, absque operæ ludibrio, nullis penè Theologis hanc sedisse animo sententiam, aut expreflam chartis esse, probandum in Circo eruditorum, & coràm tot Hæladicis, bullatâ turgenteque paginâ fuscipies? Facis interrim, testes in Fridericum quæris, sed

Quæris quod nusquam est Gentium, reperis tamen, Facis illud verisimile, quod mendacium est.

Docet horum Testium cum Friderico consonantia, in Animadversionibus de Ecclesiarum Polit. Fictionumque tuarum series, quarum nec tu summus divas, nec quotquot tibi serviunt, sed quotquot vident duobus his oculis suis, ut cum Comico loquar.

3. Christiana Ordinatio.] Nihil expressius; statuit Ordinatio ea Belgica inæqualitatem ordinis & auctoritatis, qualis inter Superintendentem & reliquos Ministros, à Christo ità constitutam esse. Reliqui testes, ne Episcoporum quidem illam a se damnari, intrâ Regni Britannici fines, ferentibus eum ordinem Regni legibus, ac conditione Gentis. Fridericus ne prius quidem asseruit, posterius urfit modò, tutus tot Theologorum exemplo, in suâ ad Illustriss. Præfulem. Quid ad illa noster? Nec nos simpliciter rejicimus omnem inæqualitatem, modè ne talis sit NB. qualem Papatus agnoscit, & Britannia retinet, teste Scrivenerio. Quibus ut noiter & Lectori & Friderico ludos verè faciat, videfis Animadversionum Parte Speciali, Animadv. x. xi.

4. Acta Synodi Dordracenæ &c.] Fridericus (inquit) hinc extundit à Dordracenens agnitam Episcopalem eminentiam. Verba mea erant reponenda, reverenter habuisse Fœderatam Belgicam Episcopi inter Britannos nomen, dignitatem, communionem. Nihil certius. Georgio Landavensi honos habitus, utique ratione delegantis, sed & ipsius quoque delegati. Hinc Reverendissimi Præsulis, quâ alii nulli, compellatio, & distincta quidem à reliquis, in ipso Synodi introitu, dicente Balthasare Lydio, deia & à Bogermanno Præside signanter hic honoris titulus, Præsulis, Episcopi, perpetuò illi datus. Accessit, ex admittis in societatem Synodi, consiliorum, deliberationum, omniumque quæ fraternam communionem adstringerent, Episcopo & Episcopabilibus, probasse etiam Belgas, (quod urget Friderici Epistola) nihil eâ formâ Regiminis Confessione, Unioni, Discipline quoad substantiam, derogatum. Sed benè habet, hoc ipso argumento usum quoque esse Clariss. Le Moyne, in nuperâ suâ ad Henricum Londinensem, à Stellingfleetio vulgarâ, Ceux de Hollande se firent un fort grand bonneur d'avoir dans leur Concile de Dordrecht des Theologiens d'Angleterre, & montrèrent bien qu'ils avoyent pour l'Eglise Anglicane une profonde veneration. Id est, Hollandi maximo honori duxerunt, interesse eorum Synodo Dordracenâ ex Angliâ Theologos, & proluxè ostenderunt, Anglicanam se Ecclesiam impensè venerari. Ear nunc & glandes objiciat erudito palato, vel pulverem distinctiuncularum adpergat, qualis est inter Anglicanam Ecclesiam UT Episcopis subest, & QUÆ Episcopis subest!

5. Domine non sumus adeò felices.] Hoc, inquit, in Epistolis Balquanquallus. Imò Hallus, in suis de Episcopatu, & cujus fides edepol Punica non est. Sed & Durellus, in suo de Conformitate Ecclesiarum Transmarinarum Libro pag. 118. Quid si Bezam adderem, hanc felicitatem quoque Britannis obrigisset prædicantem? Nonne fulmen mihi metuendum, sævusque tridens? Ita ille tamen adversus Saraviam de Ministrorum Euangelic. Gradibus: Fruantur, (inquit, de Anglicanis Ecclesiis, suorum Episcoporum & Archiepiscoporum auctoritate suffultis) fruantur (anè singulari istâ Deibeneficentiâ, quæ utinam sit illis perpetua! Accedat Spanhemii Patris præconium, in Epist. ad Ussarium Armacham-

sum,

Ante
Infr.
Hitor.
Th.

denſium Theologorum trias, Polyander, Triglandius, ac Spanhemius, in ſuo ad Forbeſii Inſtructiones Judicio, ¹ cenſentes quæ de Eccleſiæ Regimine Scoto-Britannus inſerferat; *In quibus (ajunt) ut ſuam ipſi libertatem relinquimus, ſic nobis etiam noſtram reſervatam volumus.* Nec abludit judicium Ultrajectinum, etiam Groninganium. ² Sibrandus Lubbertus, Theologus Friſius: *Non quilibet ordo, nempe regiminis & diſciplinæ, omni Populo convenit.* Nec alia à Sibrando mens Franekeraniſ Theologiſ, uti Vedelio ac Maccovio, fuit. Venerandus Theologus, ³ Giſbertus Voetius, ad quæſtionem de Diſſidiis circa Regimen, ſic inſit: *Corpore Eccleſia ita interpolata, in poſterum præciſe & accuratè obſervari poſſe Ordo L.I.C.IV. qui uſiſſimus, & rebus ac circumſtantiis particularibus convenientiſſimus eſſe videbitur, qualis ex. gr. Eccleſiarum Belgicarum, Gallicarum, &c. aut ſi illis omnibus Populo alicui convenientior.* Et alibi, ad quæſitum, an ſoli Superintendentes, Seniores, Inſpectores,

Polit.
Eccl. P.I. 10, in poſterum præciſe & accuratè obſervari poſſe Ordo L.I.C.IV. qui uſiſſimus, & rebus ac circumſtantiis particularibus convenientiſſimus eſſe videbitur, qualis ex. gr. Eccleſiarum Belgicarum, Gallicarum, &c. aut ſi illis omnibus Populo alicui convenientior.

Polit.
Eccl. P. III. I. I. Tr. III. C. VII.

num, præfixâ Parti III. Dubiorum: *Sæpè ego animo reſpeto verè Fortunatas Infulas veſtras, & felicitatem illam priſcam. Obverſatur mihi crebrò grata iſta Eccleſiarum veſtrarum facies &c.* Ac reſpicere ad ſtatum Eccleſiæ, florentem in eâ pietatem, in ſacris reverentiam, fervorem, attentionem, zelum, ſub Præſulibus, Antiquiſſimis Erudiſſimis &c. contextus Epistolæ docet. Sed & Eccleſiæ Britannicæ eam felicitatem, gloriam, triumphos, etiam qualis nunc ſuis Episcopis ſubjecta, multis efferentem Celeberrimum Le Moyne, in utrâque Epistolâ, quarum ſuprà mentio, obſervet noſter ſi voler. Cæterum Bogermanni voces reſulerat Fridericus, non profectò ſuas. Quin Spanhemius Batavæ Eccleſiæ felicitatem, ejus ipſe pars aliqua quantulacunque, Præconis quaſi voce, quaquaverſum & montis veluti de culmine propalaret, niſi diſtractiones, ſtudia, affectus, impunitas lacerantium frequentibus calumniis & obprobationibus, juberent ſubindè *infandum renovare dolorem, & frigidâ sæpè noctes non ſine multis Inſomnem lacrymis agere.*

1. Cenſentes quæ de Eccleſiæ &c.] Cenſor, ad Eccleſiæ Britannicæ regimen judicium illa non reſpexiſſe. Imò verò reſpexiſſe, cum res ipſa loquitur, verbaque *Leydenſium, Ultrajectenſium, ac Groningani* Theologi; tàm quod Leydenſes attinet, auritum ſe fuiſſe hujus ſententiæ teſtem, à Parente ipſo ſuo, judicii concinnatore, ſanctè proſequitur Fridericus, ſed apud eos, quibus aliquid ſanctum eſt. Et ſi ad Forbeſii planè alia ac diverſa trias ea Theologorum reſpexit, in quibus à Viro diſſonarent, ſed *liberis* tamen, mediis, arbitariis, minimè de ſubſtantiâ rei; igitur Forbeſianum Episcopatum, in quo Vir ille multus eſt, ſilentio ſuo tacitè in Britannis probaverunt. Quod addit infelix Cenſor, *libertatem* modò ſuam Forbeſio & Britannis *relinquunt, moderati* ſcilicet *Episcopatus*, aliudne unquam Friderici Epistolâ utraque voluit? Noliſſe ſanè aliud ipſæ loquantur, & Friderici omnia, ut fuſius Parte alterâ harum Animadverſi. Addè, Forbeſium haud obſcurè Episcopatum, ut à Presbyteratu diſtinguitur, ſtatuiſſe *divini juris*, bonâ tamen cum maximorum Virorum pace, & illæſâ fraternitate, etiam per Franekeranos tunc Theologos, *Coccejum & Cloppenburghium*, qui *Symmyſtam* appellant; quantumvis Presbyterum, ab Episcopis ordinatum, quin *ordinationem* eam *Episcopis*, ſupremumque iis in *Hierarchicâ Eccleſiaſticâ* locum, *vindicantem*, & quidem ut *Apoſtolorum ſucceſſoribus*, qui *jurisdictionem ſuam* *immediatè à Chriſto acceperint*, Lib. XVI. Cap. I. N. XII. Cap. V. N. VII, &c. Quàm hic Cenſor bonas horas, quarum erit reddenda aliquandò ratio, (non ipſum, ſed Doctos omnes appello) & ipſe perdit, & aliis perire facit! Et quò tandem ejus omnia redeunt, niſi quod irrita ad nebulas æriâs ventis ſeruntur?

Nullam rem oportet aggredi, niſi Aſtutè accurateque exſequare.

2. Sibrandus Lubbertus &c.] Tô *ſignificum* eſt, ex Epistolæ utriuſque contextu, Theologiæ permiferint ſuam Eccleſiis *libertatem, varietatemque Regiminis, Ordinis, Diſciplinæ*, pro diverſitate ingenioque populorum, atque adeo & permiferint Britannis Episcopatibus ſuam? Diſtum jam aliquoties, ac reponere hominis importunitas juber. In hanc ſententiam *Lubbertus, Vedelius, Voetius, Rivetus, Lud. de Dieu, Spanhemius Pater, Mareſius, Hoornbekius*, verbis expreſſis, quatenus ferebat Epistolæ ratio, teſtes in Belgis Theologiſ producantur. Noſter Fridericum arguit *faſſi, mendaci, præſtigiarii, imprudentiæ, verſutiæ, doli, injuriæ* in Theologos &c. Crimina hæc ſecurè impaſta ut probat?

Antiquitates, quales in quibusdam Eccleſiis Reformatis, poſſint conſtituere Synodum; non intercedit Vir Magnus, ut conſtituant Conventum quendam deliberativum, præſuppoſito illo Ordine in Eccleſiis illis recepto, & uſuato, ut in Hungaricis, Tranſſylvanicis, Naſſovicis, Haſſiacis, Helveticis, Polonicis, Bohemicis, Moravicis. ⁴ Andreas Rivetus, Belgis adſcribendus, Animadverſionibus ad Grotii Annotata: *De talibus* Ad Art. (ad Regimen Eccleſiaſticum ſpectantibus) *litigandum VII. non cenſemus, ſi modò non pugnent cum iis, qua ſunt ſcripta, & ſpectent ad id ut omnia fiant in Eccleſiâ diſcretè.* Item; *Qua in uſu vario fuere in primitivâ Eccleſiâ, libera fuiſſe ex varietate conſtat.* Ludovicus de Dieu, præfixâ Animadverſionibus in Acta Apoſtolorum Epistolâ ad Uſerium Armachanum, multis efferit hujus *Archiepiscopi, Primatis, Patris in Chriſto, Dignitatem*, ejuſque ſe *obſervantiſſimum* proſequitur. ⁵ Parens noſter, agens de Miniſtrorum Vocatione, & de Controverſiis Anglicanis, *Regiminis externi li-*

Ad Art. VII.
Theſi XIV.
Epist. ad Buchan.

Loca quidem citata ferè intacta ſunt, niſi quod non *integra* Fridericus in Epistolâ deſcripſit. Alia autem profert, quibus diſti Theologi *Papalem Monarchiam* oppugnant, ſed & *Hierarchiam tyrannicam*, reſque multas in *Angliâ & Scotiâ* ſeveriſſimè geſtas, quibus etiam non probarint urgeri Episcopatum ut *divini præcepti*, aut neceſſarii *ubicunque locorum* inſtituti. Quàm hæc *περὸς τὸν*, & *comprimendo Friderico!* Et quàm foret hic ampliffimus locus in hunc Cenſorem declamandi, mittendive ſibila, quod exploſum sæpè reſectumque eſt identidem referentis, agentis que tragico cothurno, & magnis clamoribus, perſonam ut ſpecie ipſâ terrificam, itâ larvâ detractâ *παγγελῶν*. Sed præterquam quod *exhausti* pridem ſunt Friderici oculi, & *ad imum Cornucopiæ ventum eſt*, quæ miſelli paupertas, dùm ferratæ noſtri arcæ conviciis ſunt inexhaustæ, non iſtud patitur conviciorum acerbitas, ac

Difficile eſt triſti fingere mente jocum. Dixit ille ad laudantem immodicè Herculem, *Ecquis enim vituperat?* dicit Fridericus ad vituperantem immodicè *Hierarchiam tyrannicam, Ecquis eam laudat?*

3. Giſbertus Voetius.] *Voetium* (inquit) *in auxilium vocari ridebant Hierarchici.* Uti que, ſi vocaretur in auxilium *Hierarchie Papiſmo & Atheiſmo pontem ſternentis*, ut tu quidem ex Voetio p. 257. At vocari in ſocietatem prudentum Theologorum, qui *Populis aliis convenientiores* ſuis moribus Diſciplinæ formas permifere; qui nec in leges Belgici Regiminis adactas Eccleſias quaſcunque voluerunt, ſalvis utrobique juribus fraternitatis, qualiter factum in Dordracenâ Synodo, cujus pars Voetius aliqua fuit; *videbit* iſtud mortalium nemo, niſi *ridiculiſſimus*, & riſu inepto. Itâ noſtroſubindè riſum expreſſum videas, ſed Sardôis herbis amariorum & verè *Διόνειον γίλωμα*. En autem illi, ut de ſe proſequitur, nec *Myopi*, nec *Ocellis* uſo, ſed penè *καταφθαλμῶν*, ut in ſcribendo *καταφθαλμῶν* eſt, verba *Voetii*, nec uno è *Politici Eccleſiaſticæ loco Epistolæ* inſerta! Videat & legat.

4. Andreas Rivetus.] Ecce iterum maximi Theologi, & in moderata conſilia nati, prudentiſſimas voces! Cujus & de *Forbeſiano* Opere nibilo remiſſius reliquis judicium, & omnimoda hujus commendatio, præmiſſa eſt Inſtructionibus Viri Scoto-Britanni. Acceſſit cum *Petra Molinaeo* neceſſitudo, & *ἀνεπιφάνεια* perpetua, *Canonicis* & ipſo Britannis adſcripto, & in communionem ab Episcopis ſub Jacobo admiſſo. Sed noſter, ſolito magiſterio, pari temeritate, *Riveto non minorem facit injuriam.* Adait, quod *demonſtrandum*, nempe, pag. 197. Ubi ſcilicet ille, quod demonſtrandum non erat, quod ad Spanhemium nihil, imò quod planè iſtius aſtertis *ἀνορθοῦν* vel *συνεχῶν*. Confer Animadverſiones de Eccleſiæ. Politia, ad Fictiones accuſatoris, *Animadv. VI.*

5. Parens noſter.] Ex multis pauca Filius produxerat. Erant ad manus loca alia, ubi is de *Libertate Chriſtianâ*, deque *Vocatione Miniſtrorum*. Conſtans quoque Viri magni cum Episcopis Anglicanis conjunctio fuit, & obſervantia illius Dignitatis, quam illibatâ *Regiminis Eccleſiaſticæ ſubſtantiâ* vigere in Britannis cenſuit. Adeo ut de illo in Academia Oxoniënſi Prideauxio, quum hic Wigornienſis factus eſſet, ſufficiendo, cogitatum fuerit aliquando. Sed luculentius rei documentum haud aliud eſſe poſſeſt, Epistolâ inſcriptâ *totius Hiberniæ Primati*. Summam modò Filius exhibuit, ad ipſam aqrem Dubiorum Euangelicorum Partem I. I. quâ Docti nulli deſtituuntur, & ad explicatius de *Britanniâ Episcopalis* iſtic judicium, Lectores omnes revoco. Sentient Patri nonnulla expreſſa ad Armachanum, de Anglicanæ & Hierarchicæ Eccleſiæ felicitate, quæ non Filio ad Londinenſem, Et tamen, ut frontem intelligas, & ubi

bertatem, pro locorum ac Hominum genio, Ecclesiu permiffam esse cenfet, nec intercedere diverfas Politias, five paci Ecclefiastica, five incremento Regni Dei. Et aliàs, in fuà ad Armachanum Dedicatorià, Parte III. Dubiorum, effert *sacrum illud Primatis munus, ad quod Divina eum bonitas evexiffet*; fufpicit & amplexatur gratiam Ecclefiarum Britannicarum faciem, *Præfulles Ampliffimos, Antiftites Incomparabiles*, ac per hos, *inpublica pietatis Exercitiis reverentiam; feliciffimas hinc cenfet Ecclefiarum Britannicas*, ac vota denique fundit, ut *Sereniffimo Regi fuum jus, Ecclefiarum autem Præfulibus fua conftet authoritas.* Samuel Marefius, cùm aliàs, tùm ad illum ipfum Articulum Belgicæ Confeflionis, quem mihi objicit Accufator, afferit conceptis verbis, *ὅτι*

Exegef. Art. xxxi. §. 22. 23.

fatlem pudendum erat, deferuiffe eum omnem pudorem, totoque Opere unum fuiffe propofitum, fcribere *verri nihil; Parenti quoque (ait) falfo id affingere, quod nunquam fcripfit, ex dictis liquidum eft, pag. 259.* Quid liquidum ex dictis tuis? quod ex Parentis illius ad Armachanum dictis, Filio falfo convicto, fuiffet in luce à te collocandum? Perfonas mutemus, tu jam Friderici illam falfo postulati, ego postulantis Johannis fufteineam. Quibus tu pugnis peffimum obtundes, *præftigiatorem, planum, alaforem, fpermologum, Cretenfem, mentiendi artificem, ψυδωπλάστην, Scythicâ facundiâ mentientem*, &c. Verùm tamen

Quin loquar hæc uti fcripta funt ibi, Nunquam ullo modo potes me deterrere.

Ac uno hujusmodi exemplo

---- eccere, jam tuatim

Facis, ut tuis nulla apud quenquam fit fides.

Quæ aliud ex Friderici Parente excerptis, in Specialiori Animadverfionum Parte, *Animadv. vi.* penfantur.

1. Samuel Marefius, mox, *Supereft Joh. Hoornebeck &c.*

Ut non Parentem Friderici, fic neque hoc par Virorum, *ni pudorem omnem decoxiffet*, ita Vir ad me Magnus, invidere Johannes debuerat Spanhemio *ἰσοψιδος*. Uterque fanè Epifcopatum, cum Friderico, afferuit *humani facti*, inftituti, confuetudine, non Dominicâ difpofitione, haud longè post Apostolos, & ipfofmet Ecclefiæ Epifcopos, in majores primùm, tum & in univerfas Ecclefiarum derivatum. Sed & uterque ea fcripfit, quæ Fridericus fcripiffet testatur. Uterque *ὑποταξὴν & ὑποταξίαν, fubordinationem, inæqualitatem Miniftrorum*, etiam Anglicanæ Ecclefiæ, *confiftutione Ecclefiasticâ aut Politicâ retentam*, cum Dei Verbo, ut huic faltem minime repugnantem, cum Confefione Belgicâ, cum Reformatione, cum Presbyteratu, cum pace Ecclefiarum, cum bonâ confcientiâ *sub Epifcopis agentium*, temperatis odiis, conciliari poffe palàm & multis profelfus eft. Hoornebekio, in fuis de Epifcopatu, nemo ferè difertius. Hinc cum Epifcopis, Morizo, Waltono, Raynoldo, Sanderfono, Barlovio, Pearfono, & cum Epifcopatu obnoxii, aut literarum, aut mutui honoris, ac fraternitatis, iis Theologis commercium. Ac testata illa quidem funt publica, explorata Orbi Reformato univerfo. Nofter affirmanti Spanhemio mendacii notam ore maledico affricat:

Nil non permittit Cenfor fibi, turpe putat nil.

Modòque Virum illum apud tuos infamaverit, quotquot fcilicet noftri fide fecuri funt, fed oppiddilli pauci, quo jure fiat quæve injuriâ, nihil penfi fanctive habet totus hic Ulyffes,

fraudeſque, neſaſque

Hac mercede placent.

Ac ftatue tumer ipfe quiſquis es Lector.

2. *Me compilationis piget.* Audi Cenforem: *Licet integros aliàs Tractatus compilare, quin ab aliis jam compilatos Centones fuos facere, non erubefcit.* Modò pagellam unam atque alteram haberet, quam de fuo addidiffe videri poffet, Liber erat tanto nomine dignus. Itane nuper, priuſquam invideret miſere, & invidiæ odium fed teterrimum fuccederet, verè *κατ' ἰσχυρῶς*, & manibus femper implexis, fentiebas tu de Friderici *Vindictis Bibliis*, de *Differtationibus* variis, de *Exercitationibus Theologico-Hiftoricis*, de *Hiftoriâ Jobi*, &c. Cave credas, tam turpiter ofcitanti tibi indignaturum Fridericum eſſe, vel dicturum, ut apud Comicum, *purus putus ſycophanta es!* Imò ne cum Diogene quidem *deliberaviſ* unquam, ad iſta tua, *iraſcine deberet?* *Ἐπιπλάττει τοῖς τοῖς μᾶλλον ἢ χαλεπαίνει.* Sed de hoc probro plura Animadverfionum Parte Speciali. Ac tu qui *Arabifmos* Hiftoriæ Jobi caſtigas, ipſe quidem hac parte verius *ἀναρθροῦν*, quàm creditus eſt fuiſſe Juſtinianus, meminiffe debueras tui *ἰσχυρῶς*, tui *ἰσχυρῶς*, & tui *ἰσχυρῶς*, ut memores funt Cl. Viri, Witzius, Marckius, & Schola Friſia univerſa ejus temporis.

3. *Et hujus unius arat &c.* Non quærebatur, an idem

ὄχλῳ & Ἰπποκρίτης poſſe jure Eccleſiaſtico retineri; liberatâ iſtud Eccleſiarum à Paulo relicto eſſe; poſſo cum illâ ſubſiſtere hanc ipſam æqualitatem, quam jure Divino propugnatum; longè abeſſe, ut illam cum ſimpliciter illicitam & Antichriſtianam damnemus &c. Superceſt (nam me compilationis piget) Joh. Hoornebeck, Vir Clariffimus, productus adverſum me teſtis, ſed fide Wayanâ, id eſt nullâ. Et hujus unius arat vitulâ, in iis quæ de Epifcopatu, deque Mortonio & Juello *ψιλλοῦναι*, ut conferenti liquet. Sed qui equitat in equo alieno, ajunt argutè Byzantini, *ὅς καβαλλίδιον ξίον ἀλογον, προτινὺς pedes ire cogitur:*
Habes licet alterum podem Lada,
Fruſtra pede altero ligneo curres.

Præf. p. 126. Ibid. p. 126. 127. Hoornebeck de Epifcopatu p. 660. & 671. in Ver. & Nov. Ita Ibid. p. 686. 687.

alii argumentum, *Burmannus, Blondellus, Spanhemius Pater*, & fortaſte Filius, vel tractaſſent vel attigiſſent. Sed undè eſſent Præfationis Johanniticæ voces, quibus & Hoornebekii ſe umbone tuebatur p. 22. *Et quod ad Antiquitatem ſpectat, ſufficit Juellum & Mortonum, velut Epifcopos, falſos eſſe Hieronymum pro nobis facere*, pro Wayanâ ſcilicet interpretatione Confefſionis Belgicæ, nam id *ἡ νεανίαιον. Quæmadmodum & negare nequeunt, ſequi ſerè ſeculo poſt Chriſtum nullum eſſe pro ipſis teſtimonium.* Mox; (ex Antiquitate docturus Fridericum) *ac primò unum, Ordinis tantum cauſâ, præſidiſſe, & quidem annu majorem, deinde quaſi aptiſſimum, qui eligebatur, & tractu temporis, contra Apoſtolicâ exemplum Eccleſiæ, ſupra Cooperarios evehebatur.* Redi nunc Lector, ſed nec redire putabis pretium operæ, ad Hoornebekium de Epifcopatu *Cap. xxv. p. 660. 661. & p. 671.* In priore loco, habes gradus illos tres ſurgentis Epifcopatûs; & vulgatum dictum *Hieronymi*, Epifcopatum fanè admittentis, reſpicientis Orbe toto, ſed ut *Eccleſiaſticâ confuetudine*, & decreto humano, introductum, non Dominicâ diſpoſitione. In altero, habes *Juelli & Mortonii* confefſionem, *Hieronymum facere*, ſed pro quibus? Pro iis qui aſſeverarent, jure Divino & Apoſtolicò & nomen & officium utriſque fuiſſe *communis, Epifcopi & Presbyteri.* Atque ita facit conſtanter Fridericus cum Hieronymo, cum Caſſandro, cum Juello, cum Mortonio, cum Hoornebekio &c. ut pluribus ſuprà, & Animadverſione ad Fictionem II. Aliàs, non unius Hoornebekii arate ſe vitulâ, ex vero profiteretur.

4. *Ψιλλοῦναι.* Fiſto vocabulo, Pſitro nempè reddente aliorum voces. Sic iſte hoc in loco Hoornebekii, quaſi ſuas, proluxioribus *ἰσχυρῶς* exemplis, totâ Epiftoâ. Sed ſuo illi *ψιλλοῦναι* opponit ſcilicet Friderici *ψιλλοῦναι*. Roga hominem, quid ſit *ψιλλοῦναι*, ubi ipſe legerit, quid hujus in Fridericum quadrat, rediges ad M. Lucillianum.

5. *Ὁς καβαλλίδιον &c.* Sic habet verbum Mixobarbarum, nec tamen ex Eraſmi adagiis peritum: *Ὁς καβαλλίδιον ξίον ἀλογον, γλήγορα περδαι.* Qui equitat in equo alieno, protinùs pedes ire cogitur. Ad peditis verò ordinem ita redacto, ſi vel pes alter Ladæ, aut ligneus alter fuerit, peſſimè cum eo agitur. Noſter autem *ἀγανακτεῖ*, quod equitare putet Fridericus in equo alieno, ac de cætero pedes incedere. Imò verò ferocem hunc bellatorem, equidem ſine crimine, nec omnibus contingit, frequenter *ἰππάζει*, vel *ἐπιπλάττει*, *ἀχήμενον ἐπὶ ἐπιπλάττει ἀρματα*, vel etiam *ἐπὶ τετραπόδων*, aut *τετράπουν*, teſtis eſt quotidie Friſia, ac Leyda nuper. Quem honorem à Cyprii oblatum prohibuit Cicero, in aliquâ Epiftoiarum ad Atticum *Lib. v.* Sed hujus noſtri

Stat currus aheneus, alti

Quadrifuges in veſtibulis,
idemque aurigans,

Agite equi, facitove ſonitus angularum appareant!

Cæterum docet Spanhemium Helleniſta meus, *καβαλλίδιον* ſcribi per geminatum *λλ*. Nunquam aded prolutum fonte *caballino* Fridericum, ignarum ſcilicet *caballum* dici, unde *καβαλλίδιον* Byzantinis familiariffimè, *caballicare*, & *cavallicare*, ut *cabillatio & cavillatio*, B. & V. permutari olim ſolitis, ut Inſcriptionum Nummorumque frequentiffimis exemplis liquet. Quid ſi autem ignoret ipſe Cenfor, familiare eſſe Mixobarbaris, *τὸ καβαλλίδιον & καβαλλίδιον*, ut *βῆμα & βῆλα, κάλλιξ & κάλιξ, ἀλίον & ἀλίον*, viciffim *ἄλλο & ἄλο, ἀλίον & ἀλίον*, & ſexcenta id genus? Saltem foret verofimilius *λ*. omiffum Typothetæ, in voce *καβαλλίδιον*, quam Typothetam Friſium, in noſtri Cenſuris, *Naxianzenum* ſubſtituiſſe pro *Epiphantio*, aut legem *Conſtantini* pro lege *Valentiniani* vel *Theodoſii*, aut *Anglum* pro *Scoto*, aut plus ſemel *Cantabrigienſem* pro *Cantuarienſi*, vel permutaſſe *longitudinum* gradus & *latitudinum*, vel citafſe quæ nuſquam in citatis locis viſuntur, ex Animadverfionibus paſſim noſtris. Sic *ἰσχυρῶς* opus fuit, Typothetis certè non ita familiari, quæ *τὸ ἰσχυρῶς*, (ita

fol. 3.

Ibid.

Ita autem prudentissimus Theologus; *Aliud est, loqui de Ecclesiis, quibus Episcopatus omnis ignotus est; mox, aliud, ubi lege & constitutione Ecclesiastica aut Politicâ obtinet ac retinetur, in medium hic proferre, qua ad maximè salutarem utriusque combinationem & tranquillitatem publicam faciant.* Iterum: *Ubi Episcopatus obtinet, quomodo reformari & conciliari cum Presbyteratu queat, & utrumque ab odio temperari & persecutione, in eo solo nunc occupantur.* Multisque Usserii Armachani Consilium, de Reductione Episcopatus ad formam Synodicam, quin & geminum Caroli I. in Icone Regiâ, probat Hoornbekius; planè ut ego, ad Londinensem, suadebam *Episcoporum cum Presbyteris amicus collationes, & Synodales conventus.* Idemque postea: *Atque uti omnium consensu valde antiquus est in Ecclesiâ Episcopatus electivus, à secundo inde post Christum seculo, vel ab anno, uti Blondellus putat, cxxxvi. nemini nunc durum adeo videri potest, simpliciter hoc ferre, quod omni aetate alii (in probos præsertim ubi Viros incidit, & repurgatum suis habetur regulis) non valde improbarunt.* Tandem, nec plura jam referam; *Quis sub ejusmodi Episcopis, quales fuerunt inter Veteres Ignatius, Polycarpus, Cyprianus &c. vel in Anglicanâ etiam Ecclesiâ Crammerus, Ridleus, Hopperus, Latimerus, Juellus, Grindallus, nec omittendus Usserius, Davenan-*

(ita Pastores apud Paulum) mutaret in *θεωρητάς*, pag. 126. Notat quidem noster in *Erratis*, legendum *θεωρητάς*, sed hæc vox magis Episcopalis est, quæ jurisdictionis ac potestatis præfecturam dicit. Abusus etiam otio suo Typotheta, dum ex emendicavi fecit emendicatus sum pag. 408. duplicato ob insignem contumeliam solæcismo. Ita legas pag. 33. *πίδαυ ὄχου Ἀχιλλίδου*, mendo quadruplicato, *ὄχου Ἀχιλλίδου*. Et quotiens in bellâ Epistolâ Græculus noster (excusandus, ni *πιλάτου* esset & castigator) ο *μικροῦ* pro ω, gravem pro acuto, aut circumflexo? Sic lufurus versu de quo supra, *ὄς φιλοπεριτῶν*, ubi dicendum omnino fuit *ὄ φιλοπεριτῶν*, vel *ὄς φιλοπεριτῶν*. Nec infueta res nostro Articulum cum demonstrativo confundere, etiam è Cathedrâ docenti. Ut quando in publico conspectu (testis mihi non *Trismegistus* vel *Ψάδουπλάτης* aliquis, sed Collega ejus eximius) inficiatus ad locum *Job. x. 35.* adesse Articulum ad vocem *λόγῳ*, mox Opponente ad Sextum provocaturo ubi omnino *ὄ λόγῳ*, ille nihil territus, ut nec profectò solet, *se voluisse Articulum ἔνῳ* vel *ἰνῳῳ*. Cæterum, ad τὸ *καβαλιανῶν* ut redeam, & non geminatum λ. in expressis typis, dicam cum Valerio:

*Quod si non illos, sed me peccasse futabis,
Tunc ego te credam cordis habere nihil.*

Ac per me quoque superiora omnia refundat in suum *Johannem Gyselaer*, ut supra expressas ex *Gisb. Voetio* voces, in suum *Typographum*. Quod verò eâ occasione pag. 260. *καβαλιανῶν* sua, id est *stercora*, olidam *κατέσθω*, naribus legentium objicit, & nescio quid de *Spanhemii Bordonis*, frigidissimo scommate, sensu nullo, cavillatur, eo ipso verius à *Borborianis* se foeda quæque mutuatum esse probat.

Et quia in literarum aut syllabarum versamur apicibus, is quoque Censor est, qui *Fridericum in Arabici vertendū* carpat, planè *ultima pag.* Epistolæ, quum jam ipsum *κατωτέρω*, palmæ proximus, nec *ἀνωτέρω* tamen, attingisset. Tacite dubio procul indignatus in *Vitam illum Doctum*, (ut sunt pensa per nostrum distributa *Spanhemianis* castigandis) qui serios notas illas exhiberet. *Spanhemianus* igitur in Ms. cujusdam Arabici lectione, & interpretatione, permutavit *ω* & *ω* (sic noster) *item R. & S.* quanquam addit, *facili & proclivi similitum literarum permutatione.* Quibus prodit Accusator ignorantiam primò, qui *litteras* illas nescivisse exprimere, quomodo exprimunt Arabes, iterum verè *ψιλλίζον*, & formans voces, quas nescit; hinc *καβαλιανῶν* effrænam libidinem, qui undique à *Viris Doctis* exquirat, si quid in *Friderico* observarint dignum *μύθημα*, & illa etiam *Theonino* dante admordeat, in quibus *facilem & proclivem* lapsum ex *litterarum similitudine* conficitur. Ecuando verò *Marce Pomponi Grammaticæ*, & intemptive Censor, hanc sibi *Arabismum* *Spanhemius* vendicavit, quo *Arabum Nuff.* feliciter expedire, vertere, nullo erroris discrimine, possit? Et à monitore illo *Arabice perito*, atro an albo, nonne saltem abesse debuit virus, rancor, atra loligo, prodente se nimis *matutinâ fronte*, ut alicubi *Epigrammatum* *Scriptor*, &c. pessimo in *Fridericum* affectu? Nec jam vacat locum consulere, apage enim *Johannem* nostrum ab his *Arabum mysteriis*, nedum iis initiaum, *ἰνῳῳ ἰνῳῳ*. Cæterum *Christiano* & erudito affectu de errore monentibus habebit

semper Fridericus gratiam plurimam, ut ingenuos decet. Memores sint modò dicti illius apud celebrem Historicum, in Augusto C. Lxxxviii. Non literas modò, sed syllabas, aut permutare, aut præterire, communis hominum error est. At minus condonandus hic error prodeunti in arenam *Censoris*, minimè omnium *Professori* illius *Linguz*, in cujus prima elementa turpiter iste offendit, nec improvise lapsu, sed ex præmeditato studio. Extat *Johannis* nostri in *Levitic C. xvi.* Disputatio, ubi vox *קורבן* & in Titulo, jam valvis per dies aliquot affixo, & in contextu ipso posita legitur, pro *קורבן*, tardius emendanda, post admonitionem. In *publicarum Linguz S. Institutionum* exordio, quarum esse solet *θεωρητῶν ἐπιταγῶν*, interpretaturus τὸ *κρη*, fuit illi *Characteristica* futuri (*Jod*) *Chireck longum*, ob punctum (ajebat ille) *infra Jod* positum. Auditores Collega uterque *Witzius & Marckius*, ex ore *Arnoldi* Viri Clarissimi, etiam admonituri hunc *Doctorem* erroris sui. Aliàs erat illi *פסלם* *Psalm 1.* in *פסלם participium Hophal*. Nec profectò minutias illas ego memorarem, qui nec *Doctissimos* quosque putem *μυθισμίας* vel *ἀελεψίας* inexperτες, *Zoili* modò ne sint. Ast non erat, quod hic *λαίδυ*, qui nec à limine salutavit *Arabicas* literas, contumeliosè *Friderico* insultaret; loco alienissimo, ne quod in eo non affusum virus superesse videretur. Minus conveniebat, nisi verè *Græculo*, parum verecundè affirmare, impigisse *Fridericum* in prima penè rudimenta, penè *Gratum esse* *εὐαγγελιστῶν*, & negasse alterum λ. τῷ *καβαλιανῶν*. *Fridericum* illum tamen, sine jactantia dictum esto, cum *Græcis Poëtis* plerisque, cum *Historicis*, sed & *Scholiastis*, à primâ pueritiâ non indiligenter consuevisse, norunt *Amici*, novit *OCELLUS*, qui aut *Juvenem* quondam, aut hodieque *Juvenilia* ejus adversaria, ἀπαγωγικῶς, σημεῖοις, & ex dictis fontibus, oculis suis usurparunt.

Sed quid diutius, *φιλὰδελφῆ*, hanc injuriam cum *Præfatore* illo tuo expoſtulo? Vidisti modò, quâ circumspectione, cautioneque verborum, potius quàm ut offensum haberem quemquam, explicuerim hanc omnem causam meo, ad petentem in *Britannis* *Episcopum*, & quantum illum! responso. Quid jam dicturus cum suis *Wayenus*, quæ in me conjecturus probra, ut in jus hunc hominem ducturus, si auctor fuisset earum responſionum, ad eundem *Præfulem*, quas dedit eo fere tempore *triasviorum* in *Ecclesiis* nostris principum, *Stephanus le Moyne*, *Claudius Parisiensis*, ejusque *Collegal' Anglæus*? Nec memorarem, nisi fecisset eas *publici juris* *Edwardus Stillingfleet*, *Decanus Ædis Pauli-*

næ, semper *Fridericus* gratiam plurimam, ut ingenuos decet. Memores sint modò dicti illius apud celebrem Historicum, in *Augusto C. Lxxxviii. Non literas modò, sed syllabas, aut permutare, aut præterire, communis hominum error est.* At minus condonandus hic error prodeunti in arenam *Censoris*, minimè omnium *Professori* illius *Linguz*, in cujus prima elementa turpiter iste offendit, nec improvise lapsu, sed ex præmeditato studio. Extat *Johannis* nostri in *Levitic C. xvi.* Disputatio, ubi vox *קורבן* & in Titulo, jam valvis per dies aliquot affixo, & in contextu ipso posita legitur, pro *קורבן*, tardius emendanda, post admonitionem. In *publicarum Linguz S. Institutionum* exordio, quarum esse solet *θεωρητῶν ἐπιταγῶν*, interpretaturus τὸ *κρη*, fuit illi *Characteristica* futuri (*Jod*) *Chireck longum*, ob punctum (ajebat ille) *infra Jod* positum. Auditores Collega uterque *Witzius & Marckius*, ex ore *Arnoldi* Viri Clarissimi, etiam admonituri hunc *Doctorem* erroris sui. Aliàs erat illi *פסלם* *Psalm 1.* in *פסלם participium Hophal*. Nec profectò minutias illas ego memorarem, qui nec *Doctissimos* quosque putem *μυθισμίας* vel *ἀελεψίας* inexperτες, *Zoili* modò ne sint. Ast non erat, quod hic *λαίδυ*, qui nec à limine salutavit *Arabicas* literas, contumeliosè *Friderico* insultaret; loco alienissimo, ne quod in eo non affusum virus superesse videretur. Minus conveniebat, nisi verè *Græculo*, parum verecundè affirmare, impigisse *Fridericum* in prima penè rudimenta, penè *Gratum esse* *εὐαγγελιστῶν*, & negasse alterum λ. τῷ *καβαλιανῶν*. *Fridericum* illum tamen, sine jactantia dictum esto, cum *Græcis Poëtis* plerisque, cum *Historicis*, sed & *Scholiastis*, à primâ pueritiâ non indiligenter consuevisse, norunt *Amici*, novit *OCELLUS*, qui aut *Juvenem* quondam, aut hodieque *Juvenilia* ejus adversaria, ἀπαγωγικῶς, σημεῖοις, & ex dictis fontibus, oculis suis usurparunt.

1. *Addideram ego &c.* Qui ubique τὸ *δεξιῶν* in *Hierarchicos*, hinc τὸ *ψυχῶν* ispirat. *Optimos optaret, potius autem nullos. Nevisquam tamen eam Hierarchiam, de qua cum Friderico litæ est.* Atqui *Friderico* litem intentavit, tanquam è *dianetro Confessionem oppugnanti*, à se *subſignatam, & Belgicam in Belgio*, vel hoc solo, quod non mittendum nuntium esse *fraternitati, communioni* cum *Anglicanâ Ecclesiâ* judicaret, ut regitur ab hujusmodi *Episcopis*, quales & ab *Hoornbekio* & à *Spanhemio* recententur. De hujusmodi *Hierarchieâ* lis profectò ipsi mota est; jam nostro *levissima*, quæ perjurii & schismatis crimen, in *Belgii* totius conspectu, *Friderico* objiceret. Litem jam *probatam* *Accusator* ad *Hierarchiam Pontificiam, Socinianam, Arminianam, Superſtitioſam, Tyrannicam*, tanquam *probatam* *Friderico*, ludibrium debet vel legere doctis. Sed ablegandus ad nostras *Animadversiones de Ecclesiæ Polit.*

2. *Quid jam dicturus cum suis &c.* Ad hæc quæ, si quicquam aliud totâ *Epistolâ*, fecere ad momentum causæ, detungitur gravi dictorio; *Esse* *Friderico* *meram saburrâ comvitiarum* (ubi ne convicii ulla species,) *pra Cerebro*, p. 261. Quàm non incuriosam deinceps puteam *Cerebri* *Wayani*, *Glanduleque* anatomem, & *Theatro Medicorum*, si unquam alia, dignissimam! Memini legere in *Spanhemii* *Patris* *Genevâ* *Restitutâ*, *Grande* *Deorum* *munus* in *Æde* *Genevensi* olim ostentatum, quod *Cerebrum* *Petri* vocabant homines

The Un-
reason-
nab. of
Separ.
1681. a
p. 395.
Epist. D.
le Moyne,
3. Sept.
1680.
Artic. 6.

nae, Orbis Britannici grande decus. Summa re-
sponsorum est: Dignam esse immortalis laude, ut di-
gna fuit magno Juello defensore, Confessionem Anglica-
nam, qua adeo promotum est Reformationis opus, que-
que distinctos Ministrorum Ordines credidit, alios Pres-
byteros, alios Episcopos: Nihil ab eo tempore immu-
tatum in formâ Anglicani Regiminis: Disciplina Cano-
nes rem esse in se mediam, Ordinem Ecclesia non nisi cor-
ticem, involucrum veritatu: In ordine Episcopali nihil
prorsus esse, undè periculum creari possit animabus; ste-
tisse annos ultra mille quingentos; Deo placuisse supra alias
regiminum formas; acceptam ferre Christianam Ecclesiam
suis Episcopis profligationem Herefion, sua certamina,
triumphos, liberationem novissimam à Papatu: Revereri
adeo Episcopatum, quicquid Protestantum est, ipsos etiam
Hollandos in Synodo Dordracenâ hunc suum honorem te-
statos: Quotquot communionem cum Episcopis respuum,
imitari fastum Victoris, Audianorum, Donatistarum,
Romanensium: Ipsos in Angliâ Episcopali discipline ad-
versarios perturbatores esse & Regni & Ecclesia, ac-
que spiritu seditionis; ne ab Episcopis quidem tolerandos,
qui tolerantiam aliis negant &c. Addunt; in Ecclesiâ
Anglicanâ, quatenus Episcopis subest, colligi veram
Christi Ecclesiam, Cultum ejus purum, Dogmata sana,
Ceremonias innocuas: Ordinato ab Angliâ Episcopis
admitti in Galliis ad S. Ministerii labores: Separationem
in causâ Disciplina repugnare justitia, charitati, paci,
prudencia, zelo pro Religione: Unitatem externam, in
hujusmodi, pari lege à Paulo commendari, quâ unitas
interna fidei, spiritus, Eph. iv. Ph. iii. Heb. x. Pecca-
re in charitatis sapientiaque legem, quotquot advertunt
Episcopatum, ut Antichristianismi reliquias: Nihil hic
controverti, quod faciat vel ad esse Ecclesia, vel ad
benè esse, sed tantum ad melius esse: Sua habere posse

Epist. de
l'Angl.
& Claud.
31. Oct.
& 29.
Nov.
1680.

lepidi, sed pro Cerebro fuit *Pumex siccus, aridus, exesus*. Quid
de Johannis illo futurum sit, postquam evacuatum fuerit
atro omni exedenteque succo, peritiores Anatomici arbi-
trantur. Sed alibi tamen, metuens ne ex trium recentissi-
morum Testium oraretur veritas a parte Frederici, ac me-
mor quanta nomina gravius longè, si quæ subesset species
Acculationi, in Confessionem Belgicam deliquissent, sic elab-
bitur pag. 119. 120. 121. Nempe quasi Lectores

Quicumque ubique sunt, qui fuere, quique futuri sunt post hæc
habiturus esset stolidos, fungos, bardos. Primò Viros illos
ornat suo encomio, & pari illo, quo *Gelasios, Trismegistos*,
sed longè infra meritum. Quo ipso Laconem illum, Ari-
stonis filium, haud vera pronunciasse probat, dum retulit
aliquando, *Calumniatorem non posse de quoquam laudanda di-
cere*. Dein excipit varia: Non quæri, qua occasione scripserint
illi Viri ad Londinensem, sed quid scripserint; scripsisse
privatis literis, in occulto scilicet; de Anglicanâ Ec-
clesiâ *Quæ Episcopis subest*, non *Ut Episcopis subest*; nec
de consensu cum Spanhemio, sed cum Confessione Belgicâ,
& Scripturâ S. litteræ esse. Hæc igitur per Frisium lis in-
terrata, de dissensu à Confessione, & à Scripturâ S. hæc-
tenus est Spanhemio cum D. le Moyne, cum Claudio, &
l'Anglæo communis. Et prioris sententia eo minus erat
ab hoc loco aliena, quod pari cum Frederico lege *Confes-
sioni Belgicæ* subscripserit. Sed & reliqui Confessione *Gal-
licanæ*, quæ in eadem cum Belgicâ verba, hæc quidem
in causâ, concepta legitur. Longè autem Viros illos Exi-
mios favorabilius pro causâ Episcopali pronunciasse, & in
Non-Conformitas durius severiusque, litera scripta te-
statur. Distinctiuncularum officias, & rimulas, quas quæ-
ritat Accusator, ipsæ Epistolæ aut discutiunt aut obtruent.
Has infra Parte alterâ, ex Rever. Stillingfleetico, pleni-
ores exhibemus. Nunc censeat Lector, cui sint apponen-
dæ hæc nostri voces, Frederice an Johanni? Sic iste pag.
120. *Verum cum hæc* (quæ in Epistolis magni Triumvira-
tus Spanhemius excerpterat) *planè sint NB. ἀποδοίοντα*,
neceste est, ut aut æreæ labores ingenti, aut ad incitatus
redactus, frontem perfrectam obvertere voluerit. Tria de
alterutro enunciat, & si de Frederico, in his quidem
producentis testibus, istorum nihil apparet, ne quidem
ut à corpore, de se igitur ipse singula, plus solito in-
genius, sed testabilis tamen, videlicet *æreæ labores ingentem*,
frontem perfrectam, & ad incitatus redactus esse:

Quæ res benè vertat tibi, & vobis
Spektatores, plaudite!

1. *Vel tanta nomina sustineat.* Ille, non offendi, inquit.
Nominibus traductis non offendit, scio, in unum Fride-

*Episcopale regimen incommoda, sed & habere sua Presby-
teriale, aliasque Politiarum formas &c.*

Eat nunc Præfator, ac vel tanta Nomina susti-
neat, vel maledicta in me sua revocet, eâ formu-
lâ, quam leges calumniatoribus statuunt! Cur enim
istanc in me unum fabam cudat, culpamque in me
omnem conferat? Et verò, si quæ subest accusatio-
ni veritas, si mens ea Belgicæ Confessionis, quam
hic unus vidit, ut graduum illa distinctio, ubi-
quo locorum tandem, sit simpliciter illicita, Anti-
christiana, adversata Divino juri, quò obsecro te
delabemur? Si Ministrorum omnimodam equalita-
tem, quod iste vellet, censent Belgæ inter essentia-
lia Disciplinae, primatu omni ab Ecclesiis proscripto,
si modò Christianæ sunt, quocumque tandem in Or-
bis angulo, erigant jam suis solis scalas, quibus cœ-
lum contingant! Deformarunt hoc ipso recentes
à Papatu Ecclesias, non reformarunt, quotquot
aliam à Batavâ administrationis formam sanxere Prin-
cipes & Magistratus. Sic pessima Theologorum
nomina, quotquot, vocata in partem sollicitudinis
consiliorumque, assensu suo à Christi & Apostolorum
præscripto discesserunt. Sic infortunata omnes
Ecclesiæ, quarum in medio periit, ut Regiminis,
Disciplinae, sic Ministerii, Electionum, Vocatio-
num necessaria ratio. Sic indignissimæ illæ, quæ
fraternitatis jure, & confederationis vinculo, cum
Belgicis confocientur. Atque ita, quasi non sat
ubique Dissensionum esset, vel pares subeundæ,
omnibus per Europam Reformatam Ecclesiis, Di-
sciplinae externæ leges, vel subeunda fors dura re-
pudii, aut qualis putrescentium in corpore partium
esse solet.

4. Verum enim verò conjuncti pridem fuere, mi

Fr-
ricum furebat invidia, sed traductâ sententiâ tamen. *Suf-
timere* hic est, certamen cum Viris illis de sensu *Confes-
sionis Belgicæ*, aut *Gallicanæ*, experiri. Causa una eadem-
que & istorum & Frederici est.

2. *Vel maledicta in me &c.* Nec revocabo, inquit, cum
nulla sint. Sunt tamen, qui imperare revocationem pos-
sint. In Præfatione quidem perjuræ violentæque in Con-
fessionem manus, meditati schismatis in receptum Regimen,
furis agitati in Dallæum animi, ejusdem hodieque in Fra-
tres Spiritus, indolis, semet passim interpretare, reum Fri-
dericum stitit. Nunc *maledicentia* omnes numeros im-
plevit, *frequentibus calumniis, exprobrationibus, laceratio-
nibus, injuriis*, sunt verba Conscriptorum Patrum, quibus
atrociores ne Porphyrius quidem, dictus *Calumniarum pa-
ter*, & *ἀποδοίοντα*, in Christianos Veteres, ne Cochlii, Ray-
mundi, Maimburgii, dum sæviunt in Capita Reformatio-
nis, unquam evomuerunt. Sed sufficit nostro negasse, pu-
rus sum ore, manibus, mente; fors saltem mihi puris mani-
bus proxima, *nescire nefas*. Ac dum se *maledixisse* negat, in-
juriam auget.

3. *Si mens ea Confessionis &c.* Qualem noster in Præ-
fatione, & pluribus in hoc Calumniarum stabulo, ac Re-
monstrantes pridem ad Art. xxxi. Arnaldus Janfenita no-
vissimè in Cl. Jurium *Reflectione* xi. finxerunt. Et quæ
mens *Belgicæ*, eadem *Gallicanæ* Confessionis, utriusque as-
serentis, Pastores eadem & equali potestate esse præditos ubi-
quoque locorum. An in antithesi ad *Anglorum Episcopa-
tum*, qualem Spanhemius in Epistolâ utrâque circumscrip-
psit, ut modò ex citatis Hoorabekio, Marefio, le Moyne,
cæterisque judicare est, ut ex rationum momentis, quæ has
pagellas implent, sic ex dicendis in Parte Speciali Ani-
madv. ad Ficionem v. vi. vii. viii. ix. x. &c. Tamque
rei evidentia legentium afficiet mentem, quam hujus nostri
officiæ oculorum aciem, calamus gladiatorum illam præ-
striogunt. Et quàm à se ipso alibi discedat, Ministros alios
præ aliis, & in aliis, fallus Jure Regio efferri posse *dignitate*,
auctoritate, eminentiâ pag. 262. 305. inferius observandum.
Ac quæ ille deinceps à pag. 265. de *Hierarchico Papatu*, *Re-
monstrantismo*, *Socinianismo* &c. aut producit ex dictis Elen-
chi ignorantiam, & insignem illam profectò, aut calum-
niam in eos omnes libidinem, HENRICUM nominatim,
qui se Orthodoxis studio probaverunt. Quæ de re explana-
tius, cum primis *Animadversione* xi. & xii. de Politia, &
Episcopatu.

4. *Verum enim verò &c.* Hæc ipsa, & quæ proximè vel
antecedunt vel subsequuntur, ipsam Causæ torius arcem, ac
Spanhemianæ sententiæ summam, quam ne Zoilus ipse, vel

Frater, & sunt hodieque, sub disjuncto Regimine, Theologorum Reformatorum animi, & confessorata studia. Veneratur hucusque Fœderata Belgica, colit Gallia Reformata, socias in doctrinâ Ecclesiâs, quantumvis dissociatas ritibus, ac distitas locis, memores communis fidei & communium pro communi causâ certaminum. Nec fecit hactenus diversitas Regiminis divortium Religionum; neque intercessit illa, qualiscunque tandem fuerit, quominus consilia & auxilia inter se communicarent, reputarentque aliena etiam vel bona vel mala quodammodo sua. Ac quemadmodum de Belgarum moribus, quibus stetit & floruit Ecclesia Batava, stabitque donec in licentiam libertas nostra convertatur, sentient æquius ac moderatius, quotquot trutinantur æquâ lance; absit vicissim ut in eisdem præcisè leges adigamus, quos diversis regi ipsa imperantium, regionum, morumque, discrepantia postulaverit. Sint sanè in Fœderatâ Belgicâ parisi Ministri omnes potestatis & auctoritatis, ejusdem meriti, dixisset Hieronymus, ejusdem & Sacerdotii, sit immota ratio Disciplinæ, sint Formulæ illibatae, quibus cum instituto Apostolico, cum formâ Reipublicæ, ac conditione Gentis, egregiè convenit! Exulet etiam, ubicumque locorum sint, ambitio à Ministris præpostera, in Cleros dominium, in Fratres superbia, in Greges negligentia, nec vel opes, vel auctoritas, quemquam in alios efferant. At ne committamus unquam, ut disparilis quædam ordinis ac regiminis facies, & sicubi excelso gradu Episcopos, in remedium schismatum, aut lex constituit aut consuetudo firmavit, valeat quicquam in societatem fidei,

Epist. ad
Euagr.
LXXV.

vel Ardelio Martialianus admordcat, Accusator hic relinquit inoffensa. Carus ille quidem, nam sunt profectò hæc Spanhemii enunciata hujusmodi, quæ suâ luce radiant; quæ in factis Principum, Magistratum, Theologorum, Ecclesiarum inutuis fœderibus conspirantium, consistunt; quæ in diversitate Regiminum adstringunt unitatem Spiritus, societatem fidei, ac fœderum religionem; quæ proscribunt ab Ecclesiæ liminibus omnem ambitum, dominatum, φιλοσοφίαν, tyrannidem in Fratres; quæ denique & Belgis suum Regimen illibatum, & Anglis suam Politicæ sacræ libertatem, (nec licentiam tamen, ut iste cautatur) in violatam esse jubent. Lege quisquis es, obrestor per quicquid sacrum est tibi, ac relege nullo in Fridericum affectu, vel in causam præformato iudicio occupatus, & ingemisce, non jam illæso Friderico, etiam inter tot discerpentistamianus, sed ingemisce malis, quæ sentiet Ecclesia Batava, per eam calumniandi lacerandique, per effrenam solutamque omni metu, vacuum omni pudore, libidinem.

1. *Mea ad Amicum Epistola.* Admordenda illa sanè per Desiderios, Gelasios, Galenos, id genus Heroas, latentes post carecta, minatorumque grande aliquid,

Qui possent ipsum vel deridere Latinum:

Sed omne in contumelias, fabellas, invectivas, in Afium, Equi Trojani loco, quem condituri videbantur, desitutum. Atque ut minùs digna horum vel naso vel dente fuit Epistola, sic præscinè dixero rullisse omne punctum apud æquiores arbitros, primoresque in Republicâ, in Academicis, in Ecclesiis Viros, vel sola veritatis moderationis laude. Asservantur penes Spanhemium in eam rem literæ benè multæ, etiam eorum, quos nec Friderico blandiri, nec paribus favere, nec naso destitui, patrocinio autem suo iudicioque valere plurimum, ipsi detractores fatebuntur. Quæ huc quidem faciunt, habes ut rotâ passim Epistolâ, sic præprimis pag. 205. & seq. Quo enim magis hi Viri (Melanchtones, Bezæ, Helvetii, Galatini, Junii, Molinzi, Riveti, Bocharti, Dordraceni, Spanhemius Pater, ac Belgæ priores, &c.) & iudicio subacti, & pietate fervidi, & eruditione consummati, & Theologicâ doctrinâ solidi, & Commentationibus incliti, & divorsionatione clari, & sparsâ per sacrâ omnem Disciplinam luce ad fastigium omnis laudis erecti,

Libris pariter fastisque legendi,

hoc illi ab horum temporum morbo vehementius abhorruerunt. Alienissimi isti nempe ab affectatione novorum, à doctrinæ singularibus, à questionum litigiis, à locutionum insolentiâ, à specie omni offensionis, aut dissensionum Collegas inter & Fratres fomentis. Aded ut commentaturus in Paulinam ad Romanos Melanchton præfatus sit, se novas Interpretationes, ignotas Ecclesiæ Christi, gignere aut adferre nullas; doctus,

in charitatis legem, ac fœderum quibus junctæ inter se Ecclesiæ religionem.

Quàm nunc metuo, Vir Reverende, ne habeat *αἰρετικὸς ἀνθρώπος*, nec satis spectata sit mea erga Formulas reverentia! Crederent affirmanti Wayno, nisi omnia mea, sed & omnia sua, loquerentur ferream eum frontem possidere fallaciæ, ut Hieronymi verbis dicam. Sed quàm videtur sibi ipse esse pulchrè sobrius, observansque Formularum! Num istæ patiuntur Fratri de nihilo audacter dicere contumeliam? Vel in quæstiunculis, & interpretationum bullis, quas ego sanè & pridem & constanter nihil facere ad Fidei cardinem, & Formularum integritatem judicavi, permiscere potius omnia, Epist. ad Amic. P. 176. & litigiosis implere officinas, suggestus, cathedras, quàm litare prudenti silentio, donec ea mysteria nobis quoque Propheticum lumen aperiatur? Quàm Phil. III. 15. enim speciosi sint progressuum ac veritatum obtentus, dùm intenduntur alia omnia, & quàm ab inquisieris sæpè quies simuletur, prudens nemo nescit. Nec aliud tota mea ad Amicum Epistola pridem De Cau- ingemuit. sis ho- dierno- rum Diffid.

Equidem cave putes induxisse unquam animum meum, ut quæ plus justo contentiosius à Fratribus urgentur (iis relectis quæ Viri graves indè confecti posse metuebant) crederem ego labefactare summam Christianæ rei, & de quibus nihil, distractâ amicitia, nefas esset sentire apud se diversum. Pernocti me qualis sim, & quàm ego semper æquitate, publicè privatimque, de nuperis circa *Discrimen Testamentorum, Conditionem Patrum sub V. T. Decalogum, Sabbathum, Ἄφεσις*, ac creditum pro foribus

Re- varietate Interpretationum hostibus præberi occasionem Verbum Dei irridendi, quæ Cl. Cocceji verba Præfat. in XII. Proph. Nec desunt tamen argumenta, in quibus sese probeat atque exerceat iudicium, eruditio, industria, Crisis; uti sanè nondum expedita sunt Scripturarum omnia διωκτικὰ, multa in his ἀποεῖ, multa studio nostro relicta, & plura multa, quæ nescimus, quàm quæ scimus, ut Augustinus ad Januarium. At nec illicò desideratus is profectus est, solidior is cibus, aberior ea cognitio, quæ talis nasutulo cuique censetur, ac suorum pleno; quæ est circa ænigmatum nodos, & temporum periodos, & venturorum arcana; quæ Propheti- cum Verbum sic tractat, ut Religio Christiana ad hæc usque tempora (verba sunt Vener. Heidani, Fasciculo Disput. de Socinianismo p. 1) ingentem Veritatis eclipsim passa sit, ut omnes Ecclesiæ Patres vero Scripturâ intellectu destituti fuerint, & instar vespertilionum ad lucem solis cœcutierint. Quin cognitionis profectum eam censuit Augustinus, quando ita suppletur, quod defuit, (uti factum in Nicænâ Synodo, per το ὁμοῦσιον) ut non improbetur quod fuit; quando non est lacti (priori institutioni) contrarius solidus cibus; quando additur, non subtrahitur, struitur non destruitur; quando proficitur ad separandum bonum a malo, & magis magisque inhaerendum Mediatori, quando quisque in eâ Charitate proficit, quæ & diligit cognita, & cognoscenda desiderat, ita ut ea quoque ipsa quæ nunc quomodocunque cognoscit, nondum se scire sciat, &c. Proficiendum utique; Fratres, sed salvâ prudentiæ, modestiæ & charitatis legibus; salvâ docentium in Doctrinâ consensione, erga Theologos priores observantiâ, erga Fratres concordia, erga Discipulos unanimi studio, erga Ecclesiam in potioribus sollicitudine: Et proficiendum in iis, quæ cumprimis χεῖριμα, quæ ἀνακαίνα, quæ ἁγία, δικαιοσύνη, quæ suâ se lucē probant, quæ ad conscientiam ἡ ἀπειροσύνη, nec inani jaçtantiâ, sed cotidiano fructu demonstrantur, quæ bonas literas, pietatem, dilectionem, salutem & nostram & aliorum promovent, procul ab offensione Fratrum, aut seminibus contentionum, aut questionum ἀκαυδονία, aut ambiguis locutionum. Hæc sunt illa Epistolæ monstra, in quæ tot larvati Hercules surrexerunt, sed noster γυμνὸν κτεταλῆ. Immemor hic eorum, quæ de vero profectu, adversus inanem sæpè hujus obtentum, in novaturientes suo iudicio Viros, pridem evulgasset, Scriptis in Nobiliss. Wolzogium, & Ampliss. Velthufium.

3. *Circa discrimen Testamentorum &c.* Statum Controversiæ audi modò figentem hunc Fridericomastiga, sed pari felicitate, quâ ille ἀνερομάειτῃ audire gestit. Duo (inquit) festant dirimenda. Primam quidem, an ego & quos mihi censet ὁμοψύχους, quicquam doceamus, quod falsum, quod S. Scripturæ, quod Formulis Consensus adversetur. Ingenuè profectò! Nunc tu, Lector, omnem hanc Friderici iwi-

Vide Epistol.
meam
Histor.

Regnum Gloria, & si quæ alia 'novæ methodi' proram & puppim constituunt, quæstionibus pronunciarum. Unde igitur, ajunt illi, tot clamores, tot iræ, tot prælia, ut suis Batava Ecclesia ruitura propè viribus videatur? Ex se ipsis quærant, & nata deprehendent? ex immodico illo in Magistrum studio, à cujus tantum isti discedunt modestiâ, quantum omnes ab eruditione, hinc ex immodico præconio novæ lucis, concionum æstu, Scriptorum imprudentiâ, Libellorum acerbitate, fratrum despectu, ac distractis pridem ut Doctorum sic Discipulorum animis. Ut enim Academica juvenus, vix sæpè in infimè subfelliis posita, & in carceribus sacri studii consistens, affectus Magistrorum, simul cum Hypothesibus, imbibat indocta & improvida; ut præjudiciis tum maximè occupetur, quum maximè hæc dicuntur abjicienda; ut in partes abeat, antequam partium momenta norit, pro suo in personas vel odio vel favore; atque ita succrescat non in lætam Ecclesiis segetem, sed in mel-

periti lege, ac subeat κατὰ πλῆθὺς quædam, ausum hunc palam dedicare, asserere, identidem objectare, ut extructus conrumelios Liber exurgeret, quod repulsum à vero esse cum hæc ipsa quam admordet pagina, tum Spanhemianæ omnes alix clamitant.

Dicitis dabit ipsa fidem res,
modò in hæc nostra oculos conjeceris. Adde Epistolam de Belgarum Dissidiis à pag. 174. *Expertus loquor, amande Frater, qui licet Collegarum nulli injurius, scriptus nullis contentiosus, nullo judicio exactor rigidus, nullâ Hæresis accusatione Fratrum cuiquam gravis, nec in theatrum libellulorum perfurans pertrahi me unquam passus, interim neque libellorum infamiam, nec calami intemperiem, nec lingua virus, nec fabularum commenta, nec animorum odia prævertere à paucis annis potui. Si quæ vel ab aliis quæ displicerent chartis illita, vel à Proceribus decreta, vel in rebus Academicis restituta, aut cateroquin immutata, vel etiam à malevolis prolibidine conficta, horum mihi præ cæteris iustissima invidiosa fuit, & luenda pœna maledictis. Præfiscinè autem nunc & constanter hoc dixero,*

Nemo me accusavit

Merito meo,

& neque re neque verbis morui, ut vel odissent vel discerperent. Insimulari quivis innocens potest, sed revincimemo potest, nisi nocens. Quam ego semper de Celeberr. Coccejo, & in Recitationibus, & in Epistola de Acceptatione, & ad Ampliss. Curatores, honorificè judicari; quam de Vener. Heidano vel ob canitiem reverenter; quam de Clariss. Wittichio moderatè, ejus quum causa ageretur, ac procal fortassis à talione, testes habeo præter conscientiam Auditores, Lectores, Proceres. Si scelus est, constituisse intra modestiæ ac sobriæ in Divinis sapientiâ eisdem terminos, cum Decessorum nostrorum illis; in philosophando modum quandam desiderasse, viam regiam in proficendo tenuisse; præhabuisse vetera bonis & musteis, lucida perplexis, simplicia subtilibus, otiosis necessaria; incubuisse illustrandæ Doctrinæ majorum, Scriptorum declarandis, vindicandis, Historiæ S. exornandis; suasse prudens in litigiosis, & controversis, & ambigè traditis, quæque nihil ad Fidei cardinem aut Formularum integritatem, in suggestibus & in Cathedralis silentium; nec respexisse modò illorum Decreta, quorum sub auspiciis profitemur, sub signis militamus, sub umbrâ recreamur, sed & reverentiam eorundem vigoremque commendasse; tum sanè me reum sisto,

Me, me, adsum qui feci, in me convertite tela!

Adde à pag. 215. *Spondeo ego certè, meo ac Fratrum nomine, neque hic neque alibi ullam fore in nobis moram, conciliandæ Fraternalitati, quæ in primâ Ecclesiæ Christianæ infantia communiōne charitatis, consiliorum, officiorum, precum, voluntatum, animorumque constabat. Solummodò ne sollicitetur deinceps doctrina prior, ut ignara Scriptorum, Fæderum, Testamentorum, ut nescia profectus, ut Propheciæ contemptrix, ut ampliacioni Regni Christi inimica, ut verbum hominum, ut Papatu novus, ut sedes Scholasticæ tradax, & si quibus id genus flosculis scatent plaustra Libellorum. Coercentur magis intra privata studia, quæ sunt pletrisque Fratrum obscura, & id sapiamus in publico ad quod pervenimus. Quæ Viri illi sentiunt erui nuper capta ex densissimâ quâdam nocte, non visa hactenus, aut per nubeculam modò quandam, Prophetis illa subjiciuntor, & commissa non nisi doctis ac privatis auribus, libera singulorum judicicia subeant. Cessent illa, ante Fratrum & Synodorum & Ecclesiarum accessionem, ebuccinari quæ voce quæ scriptis, tanquam Scriptorum quædam Clavis, &c.*

sem acerrimarum contentionum, nimis quàm docuit in hunc usque diem tristis experientia. Quo factum, ut sensim efferrentur nova mysteria, tanquam quæ nuper erui cœpissent ex densissimâ quâdam nocte, ac poni in clarissimâ luce, quæ Gossenem nostram primùm illustrasset; visa illa fortè sed paucis, sed per nubeculam quandam; & ad quæ Moses, Prophetæ, Christus, Paulus ubique respererint: hinc futura illa deinceps *Scripturarum veluti clavis, Canon Prophetia, δύναμις & διοικήσις, Theologia nostra decus, felicitas novissimarum temporum, fax veritatis, malleus errorum, incentivum fidei, vinculum charitatis, virtutum omnium Christianarum foveas, declaratio veri cultus sub Novo Test. & Achillean demum Hæresibus conficiendæ arma, & quæ Pergamæ dextrâ expugnari possent.* Quibus accesserunt privata studia & præpotera, *salutarientium consilia, affectus vehementes, ἀμαρτία πικρά, invidiose voces, falsa disteria, & in publico probra, ac repetita Fabella, quibus proficendæ Fratres, quotquot non iisdem secum oculis vident; quod*

Vide
Cocc.
Gods gel.
Korte
vertoina.
ge &c.
Epist.
mea ad
Amic.

Rursum pag. 218 *Hæreses nulla in synonymis vel suspiciōis, vel accusatio, nulla sint invidiosæ promeg, sed nec harum cause* 1 Tim. vi. 4. *haud illæ obscuræ foveantur. Remittant Fratres onerare injuriis &c.* Et quæ ibi pluribus, quæ conferantur magnoperè velim cum hujus frivolo obventu, quem apud Cloacinx sacrum scripsisse jure dixeris.

Sed pergat Criminator: *Deinde cum id asserere non audeat, utrum Fridericus cum suis, an verò hi quos illi accusant, quos deserunt, quorum promotioni etiam legibus quantum posse intendunt, causa sint hodierna litis? Hinc conversus ad maledicta, injuriasque nimium atroces, calumnias calumniis, lites novis litibus accumulat densatque,*

& reboat rancum resosita barbara bombum,
tubas scilicet inflat animosus, ut quàm sit litibus dirimendis natus, quod ostentabat Præfatio, omnes cognoscerent.

Cæterum quod *religionem temporis* Spanhemio cordi esse criminatur pag. 356. scilicet ex Hilario in Arianos, & contra Constatantium, illud in Fratrem intorquens, *subrepti nomine blandienti, occidis speciem religionis,* ex eo genere calumniarum est, quæ *publica indignationis nota vindicari debens.* Quemadmodum & atrocissimæ contumeliæ, quas in Spanhemium & fratres pag. 357. 358. 359. &c. hos ut impotentis animi blaterones, effervescens totus projecit,

----- spumantes ut in asbere falfo

Ventorum validis fervescunt viribus undæ,
apud Lucretium Lib. III.

Quid autem *dirimendum* tibi, Wayene, restaret, ipsa loquatur Epistola. Num hac, quam cernis, Spanhemii & Fratrem sententiâ positâ, circa *discrimen Testamentorum* &c. quod superest *dissidii* tanti videatur, ut hinc sit *dissidium* eorum, quos tot vincula ligant, nosque ipsi laboremus, in Politia simul & Ecclesiâ, his

----- ut graviter Belgarum motibus orbis

Omnia conquassari in parvo tempore cernas?

Qui illi præterea sint *Delatores* Fratrum, qui *intercedentes* promotioni dissentientium, cum Wayeni ad Marcellum, Spanhemiumque supra, Epistolæ, tum *avidois* alix ad Voetium, Saldenum &c. tum & facta publica, hodiernaque, testentur. Ego à commemorandis, quæ invidiæ plena sunt, mihi pronus labensque tempero. Quid Leydæ, annos ante non ita multos, quum de vocandis Maresio, Perizonio Patre, Viris celeberrimis, Spanhemiique amantibus, ageretur, quid in Urbibus aliis principibus gestum, quid Trajecti, quid alibi, sciens volensque prætereo.

1. *Novæ Methodi proram & puppim.* Non dixit Fridericus, quod affingit denuò Accusator, constituere singularia illa circa *discrimen Testamentorum, Decalogum, Sabbathum, Regnum Gloria, proram & puppim* Theologiæ Fratrum, sed *novæ Methodi.* Theologia quoad rem una est, & ut sit porrò, vovet Fridericus. At ferè ad ea quæ elucidata modo capita reduxeris, quicquid *novæ Methodi* est, quam tantis animis, tantoque iratum æstu, ac moliminibus consiliorum, noster hic urgendam esse censet ac propagandam. Si qui verò hanc ipsam Fratrum *Methodum*, ignoti illi sanè Friderico, dixere cum *Socinianis, cum Enthusiasticis, cum Papiis*, parâ facere p. 256. huic cur in crimen vertis? *Ab aliis appeteris, sic ad Ruffinum Hieronymus, aliorum criminationibus confoderis, & contra me furibundus jactaris & loquetis!*

2. *Ex immodico in Magistrum studio &c.* Quæ hic Spanhemius, fufius enarravit Epistola de *Dissidiis*, additis rerum documentis, quam vide. Nec Friderico quicquam magis in votis, quàm ut factis ipsis demonstreretur, factum illum magnoperè esse, ac præter rei veritatem. Equidem hoc

vel Libellorum portenta testantur, de quibus pii omnes illud usurpent; Qui conspecto te non vomit, certè vomitum nauseabundus appetit.

Nec profectò, Charissime, si habuissent illa sibi, si abfuisset conjurata defensio, si modestiâ, prudentiâ, charitate, disciplinâ, fuissent temperata omnia, procul contumeliosissimis scriptis, appellationibus, factis, invidissemus nos imprægnatis illâ Fratribus hanc sublimioris Sapientiæ fiduciam. Quin demirati surrexisse tandem in Christianâ Ecclesiâ, post decem & septem penè Sæcula, qui primus

Viderit immensam tenebroso in corpore lucem, ex quo illa hujus Viri scriptis sese diffudit, ac tot errantium *ἐν τοῖς ἰξ ἐναυρίας* oculos perstrinxit, expectassemus placidi, num hi omninò fructus, non verè longè alii, Orbi huic nostro adparerent. Ast fecus rem illam omnem cecidisse nosci, & quod illi ævi nostri felicitatem, plures infelicitatem interpretatos esse. Accidit ferè cum novâ hac doctrinæ Testamentariæ ac Prophetiæ methodo, quod cum pristinâ illâ nube ad Mare Rubrum, quæ his quidem lucem subministraret, illis tenebras offunderet; in hoc tamen plurimùm dissimili (ne in rem suam abutantur) quod hodierna non ab Ægyptiis Israëlitas, sed Israëlitas inter sese, & fratres à fratribus dividat media. Ità quæ Theologis clarissima hæctenus, quæ antè in Mose, in Jeremiâ, in Paulo, ex tot eruditis Commentationibus, post illas Calvini nostri, plana esse videbantur, quæ ex scopo, nexu, phrasi, analogiâ, sponte quasi suâ profuebant, nunc sunt his fratribus obscura, & aliena; vicissim quæ istis clara & perspicua, plerisque sanè intricata apparent ac suspensa. Clamat alter *מליצה* *ô lucem*

hoc te modestiæ spiritu animari, dum ob illas ipsas voces patore spurcissimo Spanhemium conspuis, infamisque criminationes modò à se tuas repellentem, nemo vel in tuis dixerit. *Novum querimonia genus: doles tibi in eo esse responsum, à quo à te accusatus fui*, dixit non infimus Latinorum Patrum. Quæ autem impingis illi crimina, *serdidissima elocutionis ἀνεπιλογία pag. 358. dein 408. à Judice vindicari publicâ animadversione postularunt Leydenfes Proceres.* Nulla hujusmodi unquam Friderico impacta, minùs publico Classium, Consequium; ac Procerum iudicio, qualia Johanni Wayeno. Quæ de *Friderici fumo*, conferri vult cum flammis tuis, quas non tam anhelitù ventilare, quod Barchochebæ quondam fuit, quàm ore concrepare, & cum Vesuvio evomere ad singula penè verba, carneris. Quæ tandem de *Friderici timitu, centonibus, ampullis, ignorantia*, ut apud Calphurnianos discipulos tuos doctrinæ gloriam aucuperis, videarisque Magister Friderici, scias pari loco haberi, quo *sine mente sonus*. Ac cave credas, imperitiam tuam reprehensurum illum esse, quam nemo potest fortius excusare, quàm tu ipse, dum scribis, ad Ruffini Aquilejensis exemplum.

1. *Si habuissent illa sibi &c.*] Non Friderici id consilium est, sed Pauli, *τὸ αὐτὸ φρονεῖν, σοιχῆν τῶ κατῶν*, sic *τὸ αὐτὸ λέγειν*, seu *concordes permanere* in iis ad quæ pervenimus omnes, in reliquis de quibus dissentio est, expectare donec & revelatur aliis quoque fuerit. Id verò nostrum est ludere in re seriâ p. 360. Sarius jam illi *solem non lucere, quam Chrysofomus suos non concionari*, hæc nempè mysteria, ut huc referam votum Byzantinorum, post Johannem in exilium missum. *Commendatio modestiæ, charitati, disciplina, quæ si fuissent temperata omnia procul contumeliosissimis scriptis, appellationibus, factis, nihil invidissemus Fratribus sublimiorem sapientiam*, sunt Criminatori sine sensu voces.

Ut quod aliis cibus est, aliis fuit acere venenum. Lege quæso, Lector, sequentia Epistolæ, nostro intacta ad pag. prioris Edit. 90. Nec quicquam iis, quod non ipse ille, paucis ab hinc annis, longè acrius multisque clamoribus ingeminaverit, ut in superioribus ex Holographis ipsius excerptis & infrâ, ac contra Nobiliss. Wolzogium.

2. *Atque utinam &c.*] Hic ne Momus quicquàm carpserit, nec Zoilus, verissimum effatum, quod nostro nuper *virtutem in Theologo optandam* exprimere dicebatur, suprâ. Jam lux in tenebras versa, in mendacium veritas, mirâ catastrophe, ut videmus,

----- *cunctas itidem res vertere sese.*

3. *Postquam data odiis & linguis &c.*] Hinc sanè omnes

Tom. II.

interpretationis! alter *תורת* *ô anigmatum nodos*, quæ obscuris clara involvant, quibusque novus Interpretis,

Sapè suas salebras scopulosque immittat apertam Scriptura in lucem!

Nec enim semper *qua volumus videri loqui ex Scriptura*, ità Celeberrimus Theologus, *tantum ex eâ loquimur*. Quemadmodum nisi nova sunt, eorum quæ invidiosius propinantur plurima, certè sunt novis simillima, ut reddamus scitum illud Baudii, *Papam ni Antichristus sit, certè illi quàm simillimum esse.*

Atque utinam intra cogitationum, conjecturarum, meletematum, criticæque libertatis terminos, & intra amicas tunc collationes principum Theologorum, res tota constitisset? Salvo *judicio Ecclesiarum*, cui permittebat omnia sua Melanchthon, *Præf. in Epist. ad Rom.* salvâ reverentiâ priorum Interpretum, salvâ existimatione Fratrum & amicitia Collegarum, *salvis ὁμοδοξίας* in Ecclesiâ & in Scholâ juribus, salvâque tandem pace, quæ per hominum impetus, modestè minùs de se sentientium, ac *moventium non necessaria*, atque opiniones novas propugnantium, nunquàm non labefactata turbataque fuit. At non ea jam rerum facies est, non eo deinceps sunt nostra dissidia loco. Postquam videlicet impleta sunt omnia affectibus, *ἰταίειαι*, conjurationibus, scriptis; *postquam data odiis, & linguis, & charitatis libertas*, ac multos quasi furor agit in arma, & illum ipsum Præfatore tuum, qui modò gloriatur, (sic Hist. nuper Vir ad me maximus) *se non desitutum nos adeo urgere*, (Witzium, Spanhemium,) *ut evasuri ne utinam simus, nisi manus cum ipso consulerimus.* Et hic scilicet ad amicam collationem, ad fraternos amplexus provocat, ità refers Amice, postea quam illâ

illæ lachrymæ, ut fusè Epistola de *Belgarum Dissidiis*, & res ipsa loquitur.

Illud in his rebus miserandum, & magnopere unum ærumnabile erat.

4. *Hic scilicet ad amicam Collationem, &c.*] Repetit p. 360. *Imò provocari, & adhuc dum provocò, & quidem ut minui, ut sopiri controversiæ possint, temerè inter Fratres motæ.* A quibus fuerint controversiæ illæ motæ, require ex te ipso, quum jam Anno 1668. *periculosa novitatis gurges Ecclesias Batavas jam jam infestare velle videretur*, ut ipse tu ad Fridericum Heidelbergæ commorantem, suprâ. Adde querulas Johannis hujusce voces *de motu temerè controversiis*, quin de *immedicabili malo*, etiam Annis 1671. 1672. ante conversionem Zelandicam, ut ex Autographis & ex factis notoriis indicatum. Jam personam mutavit in hoc Belgii Theatro. Antesignanus ille pugil, ille Pammachius, qui & Fridericos & Witzios & Hulsios & Leydeckeros & Marckios vel etiam Turretinos, & quos non, ad pugnam provocet. Et, quibus est animis ille, quo in provocatos impetu ruit, prout pugnis calcibusque colidit, si resistatur dictis, ac continuo maledictorum sagittis transfodit, ità hoc ille pacto *minhi ac sopiri controversias posse*, commodum putat. Quâ videlicet ratione *sopivit Controversias* cum Wolzogiis, ac Velthufiis pridem, dein cum Veldiis, Hulsii, Witzii, Frisii, sed & Clafibus, ipsâ Disciplinæ lege & Canonum religione, venendans. Et quàm illa infamatrix ad Philalethium Epistola Fridericum sollicitat peramanter fraternæque, *ad minuendas sopiendasque lites!*

Igitur ad *provocationem* illam suam Frisius miles ità habeat. Primò *Controversias* reales nullas esse, nisi quas ipse cum suis cotidie facit, ac pro libidine auget, minuit, exaggerat, elevat. Ità rem omnem sequentia hujus Epistolæ per capita singula, quantum Epistolæ mensura capit, elucidarunt, ut in reliquis, ad quæ *nondum pervenimus*, superfit nihil, nisi lex charitatis, prudentiæ, ædificationis, ac tolerantiz mutuz. Procul nempè facturientium illorum studiis, quotquot, ut suis illi sermonibus respondeam, *à suggestibus, à Cathedris*, his vel illis, *exclusos volunt Fratres, & quotquot à Fratrum, à Collegarum, ad decessorum Collegiis, Prælectionibus, Concionibus, scriptis frequentandis, audiendis*, suos arcent p. 358. Quâ in re, ubi locorum, à quibus, quâ communicatione consiliorum, animorumque consensione, sed & impotentis animi æstu, literur partium studiis, ac nimium affectibus detur, non ego dixerò, dicat Belgium, dicant facta exposita hominum luci, sed & consciz cuiusque mentes arguant,

Yyy

86

! illa ipsa Præfatione laceravit omni scelere (judicem appello Christi Ecclesiam) nomen, famam, scripta, & quicquid nostrum est! Hic pacis viam ostentat, *brevem, tutam, optimam*, qui ferri aciem præstringit, totusque fertur in ignobilem Cl. Witzio mihi pugnæ, si quam modò altercando ac scriptitando causam invenerit, quamobrem accuset, damnet, occentet, ludos faciat, lites protrahat, nostra omnia detorqueat, dicatque tandem, iò triumphè! Mirabar hoc si sic abiret, & quorsum ficta illa lenitas, pacisque inane nomen, evaderet. Parcat scitus ille tuus, & tota clientum turba, quos advocaturus est laborum socios, si plus nos indè mali perspicimus, quàm commodi, si & pari loco habituri sumus omnes illorum chartas, provocationes, dicteria, scommata, quo vesparum bombos, aut anserum olores inter strepitus, aut cornicularum garrulas voces, risum movere natas, non autem magis afficere, quàm

ὡς εἰ με γυνή βάλῃ, ἢ παῖς ἄφρων.

Seu jam nomen illi terrificum ostendent, seu post

ac ipsa cumprimis illa Criminatoris. Deindè, sciat hic Pentathlus, hic *Πενταθλῦς*, qui cum videlicet *πολεμίζων τῶν ἐν ἱλαφείῃ*, facilius *κατανοῶν* ejus & provocationes, & injurias, & *θῆρας*, & *ἀλαζονίαν* omnem posse, quam quidem labem Ecclesiæ Batavæ, sed & Reformatæ illatam, per frequentes (dicam Procerum verbis) *Epistola exprobrationes, lacerationes, calumnias, injurias, & conviciandi perpetuum atque inimitabile cacœibes, ex prono in calumnias animo*. Quo factum, ut Vir in Britannia Illustris, ad conspectum scripti Wayani, *non è Christi, sed è Cynicorum scholâ prodiiisse hominem*, dixerit. Alius & clarissimi nominis Theologus; *Nescio an extat scriptum, quod Ecclesia majorem maculam inurat, adeò plenum impietatis, audaciæ, Satanicæ maledicentiæ videtur*. Ac Celeberrimus Turretinus in suis, non ad Spanhemium, sed Virum alium Theologum, datis; *Facile credo operam datum iri, ne impune tanti Viri fama atrocibus & impuris mendaciis & calumniis proscindatur. Non inconsultum fuerit, Viros pios, pro occasione datâ, justam suam indignationem testari, adversus tam indignum agendi modum, adeò alienum à Spiritu Christi, & characteri non modò Ministrorum Sacrorum, sed & quorumvis Christianorum repugnantem*. Mitto indignationes id genus in ferocem hunc pugilem, totâ Ecclesiâ Reformatâ. Præterea rectè Fridericus, *horas se suas, sed & Witzium, gravioribus curis melioribusque studiis partiri, dum in commune consulunt*. Ingratum etiam cum illo Viro semet committere, qui quantum est immittis *ἐν τῷ παλάτιῳ*, tantum est difficile, etiam peritissimo pugili, *το φουλάξααχ*, seu percutientis se castibus aut cæsura subducere. Et quicquid reposueris unquam, testetur Friderici modò *Epistola*, hinc expressæ illi *Animadversiones*, cachinnabitur ille, pervertet, torquebit, dissimulabit, in sensum oppositum flectet, sed & egregiè feriet, non jam monumentis bubulis, sed enè præcuto, & quantum in ipso est, vulnera vulneribus addituro sine fine. Hic *collationum* istarum vel potius concertationum certissimus fructus. Tandem, satis nostro est rerum agendarum, si præter *consilia interiora*, quibus Aulam Celsissimi Principis, sed & Rempublicam juvat, præter *Academica* non otia, qualia Friderici, sed negotia, si etiam præter eas, quas *Spinosa confutando*, sic ille, noctes impendit, insuper Sylvanæ Classis, Clarissimi que *Brinkii*, edita novissimo scripto, omnes hæc *Controversias* complexo, momenta rerum expenderit, ac fortè diluerit. Nunc, quod ajebat Stridonienfis Scriptor ad Aquilejensem alterum, *Reliquis vergum obvertens, in unum Fridericum transmarinas maledictorum suorum sagittas dirigit*. Certo argumento, non ignobilem adeò Adversarium videri ipsi Leydenfem Theologum.

1. *Illâ ipsâ Præfatione laceravit &c.*] Negat Criminatorem, nullo verbo, inquit, *lasi hominem: Me ne verbo quidem lasisse hominem ad nauseam usque jam dudum inculcavi: Mentitur, fingit injurias, difficile est satyram non scribere: Vecordem & ineptam hominis vesaniam!* Addit, *se clientum turbâ, nec sociis indigere, per Dei gratiam*. Tandem quò magis se lacerasse negat, eò truculentius discerpit dilaniatque p. 360. 361. &c. Præfatio autem aggressoris adeò *laserat Friderici nomen*, apud rei & facti nescios, adeò commaculavit Orthodoxiæ, prudentiæ, moderatioris, humanitatisque *famam*, ut *Ocellus* primùm, hinc primores toto Belgio Viri defensionem imperarent. Si Præfationi fides, Spanhemius in amicum perfidus, in literis muti-

carecta lateant, larvæ & lemures, tantundem erit! Partimur, Dei beneficio, horas nostras gravioribus curis, melioribusque studiis, in commune consulturi, dum aut Scripturas vindicamus, aut Ecclesiæ Antiquitates eruimus, demeremurque posteritatem iis scriptis quæ ætatem ferant, non quæ inserviant thuri, piperi, cumino, & si quid præterea

Chartis amicetur ineptis.

Quo magis observare licuit hætenus, in novæ methodi hyperaspistis, dicendi genus & varium & involutum, quandoque dissonum in magistro & discipulis, modoque in hanc modò in illam sententiam inflexum. Adeò ut vix quisquam hætenus, ne Voetiis, Marefjis, Hoornbekiis, Esseniis, Hulsis, Witzis, Turretinis, Leydeckeris, Vrijsis exceptis, revocaverit hypotheses novas ad calculos, aut cum harum mercium propolis commissus sit, qui non expertus tandem, quum maximè antagonistam stringeret, caudâ se tenere anguillam. Ut sæpè istius apud Clementem Alexandrinum recordari jufferint:

landis fraudulentus, animo calamoque in Dallzum furibundus, in Confessione oppugnandâ, cui subscripsisset, perjurus simul ac turbo. Nec ea tamen *vel verbo lesit*, procul ab omni injuriâ, criminatione ac succo loliginis fuit! Vide quæso Præfationis verba, ac nostro ipso Interprete, *supra*. Quibus dum occurrit Fridericus pro jure suo, responsione ad Amicum, noster, permutatis nominibus, defensionem accusationem vocat, *queriturque cur opponam clypeum pugioni suo*. Simul respondere Fridericum Thrao jubet, simul indignatur respondisse. Percusserat malam, furit, quod non præbuerit hic & alteram. Ac Fridericum nullum respexisse *clientum turbam, quæ per Dei gratiam Johannes obsidetur*; sic se defendisse, ut purgaret crimina, nec accusaverit nisi injuriam, fidemque detraxerit Criminatori, hoc verò est, quod ille, *immanem fastum, barritum, fucum mala conscientie, vecordem & ineptam vesaniam, &c.* pro suâ disertitudinæ, an procacitate, vocat. En Rhodus, en Epistola lege quisquis es, &

----- si nostris animum attendere dicitis

Atque adhibere velis,

amplius pronuncia.

2. *Melioribusque studiis.*] *Ἀλλῶς λόγῳ*, (quod *ἄφρων* esse *ἄφρων* loco, Christiano homini, Clemens Alexandrinus pluribus *Lib. VII. Stromatum.*) hanc unam fuisse omnium Eruditorum ad Spanhemium laceratum vocem. Ac posteaquam Criminatorem incensa furis pagina ad *Philalethium* laxi quasi habenis missa in publicum esset, irâ inter ceteros Illustris ad Fridericum Zulichemum: *Cela n'est pas digne, que vous y perdiez un seul de vos précieux momens*, ipreta exolefcunt. *Laissez là, Monsieur, ces paroles de ἀπειθεύς, & allez vostre grand chemin, toujours benè merendo, etiam de ingratiss. Je prie Dieu de vous fortifier contre ces fois insultes &c.*

3. *Caudâ se tenere anguillam.*] Loquantur illi Viri, Orbe toto Batavo & Reformato Celeberrimi. Humanis adhuc Belgicisque rebus intersunt postremi. Ac luculenta rei spe imina dedit nuper Vir Reverendus, *Henricus Brinck*, Theologus Frisius, grandi volumine, ad quem Sylvanoque suos nostrum ablego. Criminator ad has sequentesque paginas *conviciis* defungitur: *Quicquid immani fastu, in sui laudem (scilicet) nostrumque vituperium ingenti barritu rudat. Certè difficile est satyram non scribere, cum video vecordem & ineptam hominis vesaniam, &c.* Nempe hæc illi sacra anchora, hæc subterfugiendi diverticula, lacerare exprobrationibus & calumniis, grassarique atrocibus injuriis, notante Procerum Epistolâ ad Frisios.

4. *Apud Clementem Alexandrinum.*] Non ulla dicti Clementini, ut cuius planum est, ad res ipsas, ad controversias à Fratribus, *ab Orthodoxis, à Scripturæ studio dediti*, motas, ut hic invidiosissimè veller, applicatio est: sed ad varium sæpè, & involutum, nec constantem sibi ipsi disputandi modum. Sic Jovinianum dixit alicubi Hieronymus *ἀνυγματοῦ*, & cum *σοφιστικῶ* Heraclito contulit. De Ruffino idem; *involvit omnia, & inextricabilibus nodis omnia perturbat*. Similiter hoc in loco Clemens, de iis quos redarguit ut minus bonæ fidei, itâ superbix, præsumptionis, fastidiosi contemptus, dum in scripta aliorum incidentes ne legere dignarentur, *ὡς δὲ τῶν καλοφρονισμάτων ὡς ἀνεπιτηδεύοντες, ἀπειθεύς σπουδαίοντες τὸ κατὸν ἢ πικρῶς, id quod commune est in fide superare contententes, καὶ δοξαστικῶς τοῖνυ ἐπηρείμειν ἰνάνι sapientia opinione* clati,

Strom.
L. VII. P.
m. 758.

rint: *Επίστε ἢ καὶ τὰ ἱαντῶν, διελεγχόμενοι, ἀγνῶνται δόγματα, ἀντικεινὸς ὁμολογεῖν αἰδούμενοι ἢ κατ' ἰδίαν αὐχρεῖ διδασκόντες ἕτως. Nonnunquam autem, si quando conuincuntur, sua etiam dogmata negant, aperite confiteri erubescunt, quæ se seorsum sic dicere gloriantur.*

Mihi certè, noster Amor, ut mysteriosos horum sensus assequar qui sibi invicem jugiter assident, *ὡς καλοῖς παρὰ καλοῖον*, ac mutuam sibi aut opem præstant aut lucem foenerantur, non tantum est vel *ἰνατὰ ἀργυροῖας*, vel otiosi à laboribus meis temporis, quod pro arbitrio disponam, sed & in difficultibus nugis transigam. Ac quantæ molis ille labor est, conferre Magistrum cum Filiis, ac hos inter sese, explicare tot perplexas ambages, exhaurire tot grandia volumina, devorare tot chartas, scriptas lippis & tonforibus, certè *Musis & Apolline nullo*, ac viscera implere iis scriptis, seu jam Gasmalieleles sint, seu ad horum pedes eruditi, in quibus nullum occurrit, nisi *lamentationum* argumentum, & lugubre carmen, ac *va* illud in Fratres dissentientes? Et quis tandem Judex, quis finis certaminum, aut potius quæ non ex litibus lites? Nullo hodie seu hypotheseôn, seu interpretationum Scripturæ S. sine vel modo, quæ ut plurimum assumptæ, precariò asfertæ, ex hypotheseibus illatæ, fundatæque in Interpretum fiducia, in imaginandi quâdam facilitate, ac dexteritate connectendi etiam *ἀσύγλωσσα*, vel conferendi *ὡς ἀπαρῆλκτα*, quæ veriùs *ἀπαρῆλκτα & ἀνόμοια*. Sed & præter alias quæ nos plus satis curas exercent, nescio quâ animi aduersione magnoperè semper abhorruerim ab omni ejusmodi contentione, quæ multoties, ubi implicari se errori-

Ezech.
II. 10.

olati, διακλιῶντες ἐξ ἑστῆτος περὶ τοῦ λισιγαντες &c. Quibus nostrum ista quadrent, nec Johannes nec Fridericus iudicium ferant. Hinc Friderici tamen modestiam intelligas, qui appositissima illa ex Clemente, in Epistolâ suâ, ut vides, silentio sciens volenque obduxerat. Tantum abest, ut ex oculis in illâ expressis ostentaverit se *Patres legisse*, quod hic, sibi suæ suppellestilis conscius, exprimat p. 361. Cæterum ultimi furoris est, Spanhemium & Fratres accusasse P. 362. 363. quod nolint *audire, qui borbantur ad veritatem, quod verba in veritatem maledica effundant*, quod hujus *irrisores* fiat, quod venturum tempus est. quando *integrum non erit, ipsam veritatem & Christum quoque ludibrio habere, quod vivat Deus, & veritatis & causa sua vindex in illos futurus*. Quis vigilans habeat lectis fidem? Et

--- Cui non animus formidine Jovæ

Contrahitur, cui non contempunt membra pavore,
ad imprecantis ac maledicentis illas spumas?

1. *Mibi certè, noster Amor.*] Dicta hæc in Libellorum seu quæstionum farragine, & Scripturarum *idiæ* cotidie *ἰπιλοῦσι*, ex hujus vel illius cerebro natas, quas ne legere unquam, minùs in certaminis argumentum vertere, Friderico aut Fratribus placet. Nec hic legem figat Accusator. Accedit Christiana parænesis, *ὡς ἐν ἑσπερίαις* ad veram Ecclesiæ felicitatem. *Instare gloriosum Christi regnum*, quod ille ex calculis suis putat, nec ridet Fridericus, nec invidet. Permittit illi computationem suam. Quàm sit in *Arithmetica exercitatus*, probavit in longitudinum computo pag. 409. De cætero, quæ ore foetido in Friderici faciem exiit, securusque illi per immanem calumniam affingit p. 363. 364. tanquam *irrisori fratrum, veritatis, Christi, superbo, calumniatori, insultanti fratribus, spiritum Christi contristanti, Pharizæorum probra in Regnum Christi æmulanti &c.* ut percellunt bonas mentes, sic *indignationis publicæ notâ vindicari-ne mereantur*, pronunciant post Hollandos Frisii. Ego propè abesse à contumeliâ in ipsum Christum existimo, dùm noster proscindit, lacerat, fodit Virum fratrem, conviciis (iudice Ordine utroque) ne inter Barbaros, minùs Christianos inter auditis, attribuisse sibi interea *Spiritum Christi, ejusque in se passivam constrictionem, & animum gestentem consilio Dei inservire* p. 363. 365.

Maledicere omnibus, dixit alicubi Hieronymus, *bona scientia signum arbitrarî?* Quin si Petrus aliquando Johannis æmulus fuit, tu Johannes nunc esto Petri, & *foras egressus*, extra turbam impotentissimorum affectuum, *steto amare*. *Lachrymas* modò tuas *legat* Fridericus, nolti Ambrosianas voces, *satisfactionem non legat!* Haud aliam à te vel flagitat vel expectat, fuerintque priores illæ o-

bus sentiunt, aut absurdis urgeri, in *λογομαχίαι* ac vitilitigia definit. Et quod earum inter Fratres concertationum, testor probas mentes, quod emolumentum aliud, quàm inauspicata solissima, hostium tripudia, bonorum offensio, veritatis obsecratio, ac communis causæ interitus ruentis in propria fata? Cumprimis dùm est Hannibal ad portas, dùm imminet Draco, ac persecutionum flumina exundant, aut (si Oedipis nostris fides est) dùm propè est *Regnum Gloria*, & exoptata illa Periodus, cui veriùs positus odiis, sepultis litibus, redintegrato amore, ac spoliata tandem suis trophæis Babylone, præcludendum esset filiis Regni, & amicis Sponsi. Ne tanta illa sua gaudia Viri fratres contaminent ægritudine bellorum, contentionum, Cadmeorum vulnere! Ne morentur intestinis odiis spes illas suas, pacis illa tempora, Israël's adeo reditum, Turcarum, Judæorum, Papistarum accessum, suaves amplexus, ingentes triumphos, ac summam in terris felicitatem, subactis Potestatibus, fractis sceptris, ablatâ tyrannide, mancipatis omnibus sub Christi imperium, ac reductâ Veterum formulâ, *Regnante Christo!*

Ac tu cumprimis, Wayene frater, qui anhelas ea tempora, nobisque penè, præscientiâ quadam futurorum, & Propheticæ *ἱερμηνείας* singulari dono, reddis Agabos, Ammias, Quadratos, Hilariones, Alexandros, Athanasios, Prophetico (ut ferunt) charismate insignes, redi quæso aliquantulum in præterita tua. Respice etiam nunc, quod faciebas nuper, temet antequàm relinqueres totius oblitus tui, *Ecclesia tempora & vices*. Ingemisce (tuas omnes

Confilia
ac media
tollendis
Diffidiis.

Ex Epist.
Way. supra

lei instar affusi tot inflicis per te, & Friderico & Ecclesiæ, scripto hocce tuo, vulneribus, & hoc omne est, quod tibi vovet.

Sicubi verò inter vulnerum amara ac flebilis, hujus Animadversoris sales observaveris, ridentemque sinum, certo habe non personam rideri tuam, *ad majora nunc evectam* p. 364. non munus, non doctrinam, non dotes, quas utinam colles pristino scenori, nec versuram feceris. Ast profectò inter infinitas *exprobrationes, convicia, & atrocissima injuriarum*, nullo hæcenus simili in Ecclesiâ Christianâ exemplo, ad perpetuam illam carpendi, torquendi, lacerandi, explodendi, differendique Spanhemiana ad unum omnia, libidinem tuam, nihil supererat ampliùs, quàm ut vel iram atque indignationem illa accenderent, vel despiciatissima haberentur. Et posterius Friderico illi tuo placuit. Ac scito, Wayene, pari loco habenda deinceps esse, nempè profundissimo contemptui, quæcunque moliri te in Fridericum ebuccinas, conquisitos per *clientium* illam ac *sociorum tuorum turbam* hujus scilicet *errores*, veros an falsos p. 361. 419. *farragine* omnes tuas, provocationes, minas, itiones, ex orco calumnias, è popinis fabellas, è plaustro convicia, è catapultis balistisque tuis jacula, spicula, maledicta, probra, quorum te plenas domi arcas possidere, & plures adhuc quam nummorum, probasti universis. Quas si divitias hæc tuas limis oculis adspicere vel Fridericum, vel quemquam Christianum, putas, nã tu opinione tuâ vehementer falleris; Tibi

--- hæc habeas servæque sepukbro,

ni postliminio idem rursus appareas, qualis fuisti nuper quum te Spanhemius *coluit, commendavit, laudavit* p. 364. Ea tum fuere tempora, de quibus verè dixeris, *ἡρώτες ἐν ἀνάστασιν παύσις, καὶ ἐν πᾶσι δ' ἴμι*. Ac Spanhemii quidem eadem semper, quæ fuere olim, in publicum studia, quum coelo efferres, ut fuscè supra. Eadem & in te futura, nisi exuisses pristinum animum,

Ceu veteres ponunt tunicas aestate cicada.

2. *Ecclesia tempora & vices.*] Redi Lector; obsecro magnoperè ad superiora nostra, diversis paginis lecta. Quæ tum ille senserit, & constanter, habes ex Autographis literis, sed & scriptis, factis, dictis, conscio Belgio universo. Hæc Fridericus illi in memoriam revocat, iis omninò verbis, eodemque sensu, quo fuere dicta, scripta, ingeminata. Sed ò temporum vices! Damnoa quid non imminuat dies!

Sic voluenda ætas commutat tempora rerum,

Quod fuis in pretio, sit nullo demique honore.

Et quicquid excessit modum, uti Johannis omnia, *pendere instabili loco*, ex Tragico alias monitum. Equidem is nunc, *quæ modò voverat, odit,*

omnes tibi reddam voces) exulcerato huic saculo, in quo pauci Orthodoxa veritatis, & invariata Theologia tenaces: Succurre laboranti veritati, quin jam nutanti per omnis generis novitates, & laxitates: Nec patere, quantum in te est, homines vanitatum & novitatum avidos deinceps impune grassari: Cogita, nisi per Classes, Synodos tandem reprimantur, fore malum immedicabile: Deum venerare, ut omnes sibi rite istum scopum praeferant, & praefixum sincere demonstrent, quae datum est eloquia Dei tradere: Ac cum Theologum, quem Dedicatoria mea ad Frisios effinxerat, & quam laudabas nuper utroque pollice, ipse tu nobis exprime verbis, factis, scriptis. Fiet ita ut, nihil mutatis, nobis idem Wayenus appareas, referasque priores vultus, pristinam pietatem, omnemque imaginem tuam, quae antehac fuerat verè possideas, jure tùm erupturus, cum altero apud Comicum, ubi immutatus sum? ubi formam perdidisti? Fiet, mihi crede, ut paribus humeris, ac conjunctis animis, versetur in opere Domini, unaque in id incumbamus, ne vel scintilla supersit terrissimi belli, viamque iteramus Septima illi Periodo, quam futuram tu quidem auguraris, ego verò salvâ fidei compage & incolumi amicitia expectari à te posse cenſeo, sed in spe & silentio. Vis plura, Wayene, à quo amari me nuper, quum tute ipse esses, ponebam in aliquâ parte felicitatis, quemque invifum modò nullo meo jure expertus sum, & à quo saltem non odio haberi Christiano affectu gellio! Vis, inquam, quae mea sit de reliquis Capitibus, quibus Ecclesiae matris viscera dilaniantur, fueritque semper opinatio, paucis ex me ipso cognoscere, quamve praetercâ faciendo vulneri, ac componendis litibus, medicinam facerem, nisi te iudice remedia omnia respueret malum deinceps immedicabile, defungar ego quidem pro hujus Epistolae modulo. Parum certe moraturus, si quid deinceps vel tu obstrepas, vel isti tui

& quae nuper in grassantium novitatum gurgitem, in heterodoxias, pravavationes, errores, Cartesianam, periculum inde doctrinam, pietati, Ecclesiae imminens, quin in malum immedicabile, sed & in Clarissima nomina Virorum, patheticis adeò vocibus enunciavit, hæc modò converso mucrone in oppositum vertit. Nempe in Voetios, Mareshios, Turretinos, Estenios, Hulsios, Maestrichtios, Wittizios, Leyleckeros, Marckios, Dietios, Vrisios, &c. Sed & in Fridericum. Istorum omnium ignorantiae adscribit, quod novitatis accusent (vel accusarint) quae ex veteribus haussa, vel certè ex vetustissima Scriptura traditione accepta, prodidit Coccejus & alii p. 358. Imò verò in hanc veritatem ininus propensos, mox veteratores vocat p. 359. Undè etiam factum, fraterna ut Friderici ex Wayeno ipso monita, pagellis hæc tribus descripta, transilierit ferè sicco pede, calumniis modò perfunctus p. 363. &c. ex conscientia præteritorum, pudorisque aliquo sensu, subobsuro illo quanquam. Ac Deo iudicium omne committimus.

I. *Sarciendo vulneri, ac componendis litibus, &c.* Si unquam aliàs verum apparuit, venenum ab his extrahi, undè ab aliis mella, apparebit modò ex stricturis Wayanis, ad hæc Spanhemii consilia ac remedia, quae eadem pitorum omnium, quos non transverfos agit impetus affectuum studiorumque, finiendis Belgarum litibus. A doli accusatione, statim orditur placidum scilicet examen. Modò ne cum dolosis solum in generalibus versetur. p. 365. De Theologicis videri vult aliquid dicere, quum nihil dicat. P. 366. Næ is rixarum follis est, is, quae recenset noster pag. 102, P. 367. Non tam de Doctrina integritate sollicitus videtur Fridericus, quam de honore suo & aliorum. P. 368. Verborum turbine offundit, fatigat, obruit Lectorem, nihil rei dicentibus vocibus &c. Ibid. Et hic ομολογῶς est, hæc perpetua series placidi examinis, nempe paci instauranda utilis! Spanhemius verò nec Johanni nec Johannitis, sed neque sibi sive, permittit harum iudicium interpretationum, quas ille pro Epistolae spatiis intra has angustias coercuit. Censuram subibit eorum omnium, quotquot extra partes constituti, in Ordine utroque Civili & Ecclesiastico, si non pari & candore, & moderatione, de litigiis nuperis pronuntiaverit, deque Controversia omni Testamentaria, cum annexis Capitibus, inter Fratres conspeliendâ. Et quae hic paucis signavit, fusè ipsam aliàs, more suo, & accu-

ogganniant, quotquot nihil pejus timent quàm si, sedatis motibus, compressisque & linguis & calamis & studiis, ad tranquillitatem omnia pristinam reducantur.

I. Ac primò, quantum ad ea Philosophemata, quæ in Verbum Dei, in fidem Christianam inferuntur, res jam cum Præfatore confecta foret, si modò suorum omnium personam, & seriò, sustineret. Planèque, Amicorum Optime, illi accedo, ac gratulor tandem bonum illud verbum; *Horrere se omnium illorum placita, quotquot Philosophiam Cartesianam Verbo Dei anteponunt; aut illâ ipsâ, ad profanas impiasque sententias roborandas, abutuntur.* Bonum factum! Wayenum animatus deplorare Seculi quod vivimus infelicitatem, Deumque obtestari, ut illis tandem larvam detrabat, quotquot Religionem, Philosophiae purioris obtentu, occultis cuniculis subvertunt! Procul igitur sunt à suggestibus, concionibus, κατηχῆσιν, Scholisque publicis, sed & domesticis, quæ in apertam literam Scripturarum, ac sententiam perpetuam, simplicissimamque mentem, arietant, & undè impietatum illa femina, quæ in exitiosam tandem Christianæ fidei segetem cotidie succrescunt! Quæ qualia sint satis superque sunt Præfatori perspecta, uti quaquaversum sollicitam Theologis mentem ingenerant, ac pluribus prior mea ad Amicum, ex ipsis P. 59. 61. quandoque Ordinum Præpotentum rescriptis, expo- & 67. &c. fuit. Ita fiet ut procul sit, pari lege, ab iisdem suggestibus, earum Hypotheseôn vel memoria, vel oppugnatio, ac ne inter pios quidem posthac recitentur, quæ his offensionem ac trinitiam obijciunt.

II. Τα θεολογούμενα si respicio, quæ litigiis pabulum suffundunt, equidem solis Scripturarum libris dicimus, cum Augustino ita scribente ad Hieronymum, hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum Authorem scribendo aliquid errasse firmissimè credamus. Reliqui, quamlibet sancti & docti Viri, ne-

ratâ forsan ομολογῶς, in publicis privatisque, olim & Pel. I. I. nuper, constantissimâ voce, tradidisse, suasse, inculcasse, testes sint Viri Clarissimi, Markii, Viringæ, Triglandii, Velingii, Hulsii, Klingleri, Meyeri, &c. superius jam appellati P. 16. Quin de his ipsis fraternæ pacis quasi Articulis, ita Celeberrimus in vicinâ Academiâ Professor ad Fridericum xv. Octob. 1682. Quibus verò verbis exprimebam, quàm placuerint isti Pacis articuli, quos ad finiendas nostras lites præstruis remedia. Ut ubique . . . es, ita te ipsum hic superasse videris, tam nil in eis non ferium, cautum, moderatum, pacificum, prudens. Subscribo per omnia libens lubensque, neque erit nostrum aliquis, qui non subscribat &c. Hoc tamen Johanni est nihil dicere, dolere versari, dare verba, & quæ plura modò. Sed ecce præmonerat supra Friderici Epistola, nec opus fuit vate sacro. Id solummodo agere pro ingenio Accusatorem, si quam altercando ac scriptitando causam invenerit, quamobrem accuset, damnet, occentet, ludos faciat, lites protrahat, frustra omnia detorqueat, dicatque, tandem, iò triumpho!

2. Ac primò quantum ad ea Philosophemata. Nihil hoc in loco Fridericus, quod non ipse Criminator. Nec apertiore unquam Marte, quàm hodie & nuper, in Sacrosancta Fidei Mytheria insurrexisset rationem, eaque seu vobis seu ἀποδείξιν propalasse, quæ commoluntur omnem Mosaicæ Scripturæ auctoritatem, clamat Belgium, Britannia, Gallia, Germania, Orbis penè omnis Christianus. Noster primò Fridericum monet, ut mansuetè potius flagites corrigenda, quam vitio confestim & errori versat. Se quidem libenter meliorem in sensum interpretari, Tum in unum Spinosam conversâ accusatione, dicit se in eo fuisse, ut Spinosistarum solidissime fundamenta subverteret, quum se adortus esset Fridericus. Animum adverte, mi Lector. A postremo incipiam. Fridericus Johannem adorſus, à Spinosâ conficiendo avertit, cui demum

si quâ Pergama dextrâ conruere valeant, hoc est negotii datum. Neque tuam ille protectio vel in Philosophiâ, vel in Mathesi, vel in Naturali jure, vel in Antiquitatibus Sacris, & Hebraicis, suppellectilem jam desiderabit. Omnium tibi capacem animum, vastissimâ mente ardua quæque complexum, teste cotidie Belgio, nullus vel invidet Fridericus, ἀληθῶς iterum λίγνι, vel etiam negat. Quod verò studia sua turbasse Fridericum securus affirmas, id falsi arguit, & calum-

Præf. J. vander Way. P. 181.

P. 59. 61. & 67. &c.

Aug. Ep. XIX. T. II.

Idem de Grat. contrâ

C. XLIII. T. VII.

quaquam tamen auctoritati Scripturae Canonica comparandi. Hinc sanè Theologis & Eruditis, sicubi incidunt in humanas Formulas, relicta libertas est privatæ discretionis, iudicii, examinis, harum tamen in publico, in Scholis, Cathedris, Coronâ, illibatâ existimatione auctoritateque. Ac fateatur necesse est Criminator, haud decere Viros Dei, quos ornant imprimis ingenuitas & bona fides, efferre publicas Formulas fictâ laudationis specie, si factis, sententiis, interpretamentis, quandoque fannis, ab illis ipsis lancinantur. Ne igitur cereæ sint flecti Formula ac torqueri in quemvis sensum, quamvis hypothèsim, heri & nudius tertius natam, quales ne somnians prudentissimos Authores divinaffe con-

in finitus, ubique existens. *Hic sic respondet Cartesius.* Ego hoc ubique non admitto. Nam tu videris Dei infinitatem in eo ponere, quod ubique sit essentialiter, seu quod ubique existat; cui opinioni ego non assentior. Ego existimo quod Deus respectu suæ potentiz sit ubique &c. *Fatetur quoque Ep. LXVII se ignorare utrum Mundus sit actu infinitus nec ne, adeoque an infinitas sit attributum Dei incommunicabile nec no. Plura hac vice non addam. Submissè jam & reverenter oro Vir Clariss. ut expendas tecum an conducas, Cartesium à labe omni ita predicare immunem, ut contra ejus mentem agere dicendi sint, quotquot ex ipso lubet Dialogis. An non sic ansa Cartesiana affectu dabitur, qua in illos omnes insultent, qui ex ipso Cartesio, imò ex ipsius hypothèsibus istos errores sequi autumant, & forsan suo tempore abunde evincant, siue jam dudum evicisse putant? Cartesio verè, ne Reviis, Voetiis, Vogelsangiis, Estleniis, aliisque quam plurimis, id statim objiciatur, Te judice Cartesium absolvendum esse: sique moritatum debellatores inter se ea de re commiserunt. Putem de re esse hoc non addi, perinde aliàs foret siue ille defendatur siue non, modo novarientium errores unanimiter explodantur. Si tibi Celeberr. Vir, Cartesius non videatur istius criminis accusandus, aliis, qui te, in eadem causa dimicantem, sequentur, secus videtur. Quisio ne tanti Cartesius fiat, ut in ipsius gratiam quicquam agatur, quod causa communi fortassis aliquid detrimenti importaret, quantumvis id præter scopum fieret & planè per accidens. Miraberis meam parrèsiam Vir summe, sed pro humanitate tua eam bene interpretaberis. Equidem consilium tanto viro suppeditare non præsumam; cogitata solum mea cum debita submissione explico. De Reconciliationis tuæ Cum Clariss. Voetio editione ego aliter sentio, quam Rev. D. Mathæus. Nullo modo timendum videtur, quod ille putat: fortassis quadam respectu ipsius hic considerationem merentur, quæ me nullo modo tangunt. Ego nec Altingium nec V... multum curo, in iis quæ bene, quæ in Ecclesia bonum à me fieri posse putem. Hic itaque prælo narrationem quandam subjeci, brevi, Deo volente, edendam, spero tibi non ingratam fore, ut nec D. Voetio. Percubnerat jam de ista editione, postquam eam Groningæ decreveramus, rumor: ego rogatus, eam expectandam dixi; adeo ut jam ex alii Provincie desiderium honorum nobis nonnulli significaverint. Levitatis notam mihi inustam velim, nisi me ista ignominia hoc modo levem. Dantur etiam, qui calumniari optimam istam & verè Christianam reconciliationem non erubescant, quique in aliena capita fabam eudere ejus paravos cum Altingio falso suspiciantur. Ante paucos dies de ejusmodi exprobrationibus mihi à binis ex Hollandia scriptum est, quæ una contumdam hac opera. Eademque occasione quadam de illa nostra cum Altingio collatione subdam, ejus tergiverfationem & prævaricationem in palliandis & negandis erroribus suis probatura. At rationes sunt, quo minus hac de re tibi in accessum quidquam communicandum censeam. Utroque vestrum, Te & D. Voetio, insciis, hac fieri semper potero scitari. Vale Vir Clariss. & me constanter favore tuo prosequi ut digneris amicitia rogo. Deum supplico ut ætatem tibi pro-roget & benedictionum cumulo affatim donet beetque. Salvete te jubent & officia sua offerunt Collega Lastragerius & Witzius.*

Hærebis Lector, & Wayenum in Wayeno hodierno frustra quæres. Sed & fidem Præfationis intelliges p. 24. &c. quâ persuasum magnoperè velle, se in aliud extremum minime prolapsam, & eos se pridem commendasse Theologos, quorum in hac Epistolâ nova Theologemata falsè & acerbè differt. Sed jam de Philosophematis quæstio est. Vides ut ex illis Cartesii, & quoque ex hujus mente, intentione, etiam contra protestationes varias, omnem mali labem in Theologiam derivatam esse sentiat. Ut exagitet Scripturæ & Theologiae explicationem per ejus principia. Ut hinc indignetur Novitates Cathedras penè omnes Theologicas occupasse. Ut invehatur in Cartesiana, in fautorum

stat! Sed & exulent ab infimis subselliis, ac juniorum vel imprudentum auribus, familiares voces! *Servitutis revocare tempora, quotquot alligant humanis Formulis; nota jam facta esse Mystèria, quæ harum scriptores latere; loca innumera Scripturarum auctoritate præter sententiam subnotasse; in necessariis plurimis defuisse; non quid dixerint respiciendum, sed quid dicere debuerint; & si quæ alia temerario plurimis ausu expressa.* Planè ut de Patribus quandoque Pontificii scriptores, Tridentinis patrocinatori additamentis; *Per incrementa temporum, ita Salmero Jesuita, nota facta sanè divina Mystèria, quæ tamen antea multos latuerunt.* Didacus Stella: *Scimus Pygmaos, homines nostri temporis, Gigantum humeris impositos, plusquam ipse Gi-*

gan-
calumnias, in Doctrinam de Causâ errorum, de conceptu Divinae immensitatis, de Deo ubique non essentiâ, sed potentiâ, de Mundo infinito &c. Ut denique lubricam in Cartesio mentem, Socinianum genium, errores ipsius Theologie summam, apices, fundamenta quatentes &c. fortiter accuset, sed & Mareii immoderantem moderationemque perstringat. Quid tum de Friderico dicturus, Episc. Histori-câ in Cartesii quoque laudes digresso, nec nisi facta narrante, quibus à Præceptoris sæpè mente discessum est, vel durius longè à gravissimis Theologis de nuperis Principiis statutum, quam unquam à Spanhemio, non solum Philosophiæ novæ, sed abusum castigante. Quinimò Wayenus etiam ex quo ad Professionem Franckeranam evehus fuit, seriò apud Clariss. Witzium aliosque contestari, se Cocceji quidem Theologematis accessisse, minime Philosophematis à Cartesio in Theologiam illatis.

Nunc commutatum hominis adverte. Præter indicia publica, ecce nuper luculentum! Prodiit Libellus Gallico idiomate, Anno superiore, la Bête transformée en Machine. In illo, Cartesius Restaurator Philosophiæ, Genus Naturæ, & si quibus decoribus aliis ornandus: Ibi, Principia Philosophiæ Cartesii perfectè concordant cum principis Evangelii: Parallelismus inter veritates Evangelicas, & Philosophicas à Cartesio, ibidem institutus: Plura Scriptura loca ad Hypothèses scriptoris illius inflexa: Perceptio omnis, cognitio, sensus, utque adeo Bestiis negatus, ut ex hac propositione, v. gr. Canis (Bos, Asinus) cognoscit Herum suum, quæ aliàs Divini Vatis est Esai. 1: 2. inferat scriptor, corrumpere existentiam Dei, Animæ immortalitatem, Dei Justitiam, Sapientiam, Peccatum Originis, Trinitatem, Mystèria Evangelii Pag. 2. 4. 8. 12. 23. 27. &c. Nunc quisquis es, superiorem ad Marenum Epistolam confer cum Wayenâ Approbatione hujus scripti. Non probavit tantum editionem illius, sed & materiam. Nec solo in Imprimatur defunctus est, qualiter Clariss. Jane Sacellanus tum Londinensis, ad Oustrami Librum: Addidit, nihil in eo Tractatus offendisse, quod ulli Dogmati in formulis Consensus expresso (adeoque nec Scripturæ S. quæ res momentosior) adversetur, Johanne v. W. Approbationis scriptore. Nec ego jam plura. Cogitandum de immortâ hujusce mente id Lectori permitimus, quodcumque suggererit suum cuique innotuerit. Ac quamcumque lauream, quæcumque præter, Johannes sibi deberi supra censuit, vix tamen hanc laudem, hoc cognomentum, referet apud posteritatem, quod Marmora & Inscriptiones alicubi adscribunt Pancratiastræ cuidam, scilicet ἀριστῶν, quem de statu suo deturbare nemo unquam potuit.

1. Relicta Libertas est.] Undè intelligis, mi Lector; quàm de Formularum auctoritate æquo animo Spanhemius sentiat. Qui nec de vocibus unquam esse litigandum, corridiè suis inculcat, seu in argumento de Federe & Testamento Dei, seu in alio quocumque. Nec frequentiore lugubremque magis querimoniam audiunt cotidie Prophetarum filii, ex ore docentis Friderici, quàm de hoc sæculi nostri cacothæ, quo totiens ἐχθρὸν πειγματοῦ, ἀπὸ ἀσπίδος ἀποκρίσεως ἐστίν, non de re sed de nomine concertatio est, (sunt Galeni voces ἐπὶ πλάττειν. T. III. p. 343. Sed audi rursum μίλα ἀνίσχυτον, & accusandi licentiam! Neque nos ii sumus, (in Antithesi ad Fridericum) qui tanto conatu ursumus, ut ne ulla liceat in docendo, seu vivâ voce, seu calamo, ratione discedere, non à doctrinâ tantum in Formulis consensus comprehensâ, verùm ne ab ullis quidem in iis adhibitis expressionibus, seu loquendi modis; id que nec directè, nec indirectè; Pag. 149. Rursus P. 367. perstringit dominandi illam, aliisque sua verba præscribendi cupidinem: Quæ tamen hujus ipsius fuit, quum vel in Præfat. Librâ Anti-Wolozogiani in illos indignaretur, qui ab ipsis Formularum loquendi modis temerè discederent. Quid agas cum ejus frontis ac supercilli Criminator? Qui etiam dum S. ccclv. proluxè Formularum effata, ut quæ sint ἀσθενεῖς ὀφθαλμοῦ, opponit ἐπιδιδύμους λόγους, securus de illis sic fatis,

gantes videre. Et quæ id genus memini jam à Theologis nostris observata.

fatis, paulò postea, in publicâ Libri Censurâ, de Scripturarum consensione nihil, de solâ illâ *Formularum* sollicitudine apparet. Ità in *Approbatione* modò dicti Libelli, *la Beste Transformée en Machine*, in quo plura S. Scripturæ loca & Evangelii dogmata tanguntur, hunc in modum Censor: *Nihil in dicto Tractatu offendisse, quod ulli Dogmati in Formulis Consensus expresso adversetur: Quapropter edi posse convenienter Belgicarum Ecclesiarum Legibus. Franek. x. Kal. viii. A. MDCCXII. jussu Facultatis, J. v. WAËYEN, &c.*

At quâ facilitate negavit, adversari Auctorem illum ulli Dogmati in *Formulis Consensus expresso*, adjecisse potuit, imò præmississe debuit, nulli *expresso in Scripturis*. Quâ ratione Spanhemius in censurâ scripti Sylvani laudaverat *consensum cum Scripturarum simplicitate, & Formulis publicis*. Et ipse in *Invektivâ Criminatorem* p. 84. *Normam Doctrinæ unicam & amissim S. Scripturam Reformati agnoscimus & veneramur*, rectè. Sed tacitæ hujus cum Scripturarum simplicitate consensionis ratio ex Libello ipso claret. Quia fortè nihil *exertim* Formulæ de Bestiarum sensu, aut perceptione sensuali, at Scriptura frequenter, de *cognitione Bovis, Afini, Hirundinis, Ciconiæ, Turturis, Gruis, &c.* Hinc cautè Censor; Nihil in Libello esse, quod adversaretur ulli *Dogmati in Formulis Consensus expresso*.

I In specie, quod ad *Controversiam Testamentariam &c.*] Spanhemius modestè, placidè, sine cujusquam offensione, paci simul litans, consensum in summâ rei magnum esse docet. Quid ad ista Johannes? P. 368. *Id vehementer displicet, quod non tam de Doctrinâ integritate sollicitus videatur Fridericus, quam de honore suo & aliorum.* Næ te memorem ejus *charitatis*, cujus tu prima heic præcepta commolitur! Nescius profectò *ἀγαπᾶν, ἰσοδυναμῶν, ἀλλοτριῶν*, quas vel in Medico omni Hippocrates, *Libro* in hanc rem scripto, magis in Christiano, maxime omnium in Theologo, indoles Christianismi desiderat. Dic tu Criminator, ubi, quando, quibus verbis, vel in hisce, quæ flagellas, vel in aliis Friderici, probavit se *de honore suo* sollicitum, non de *Doctrinâ integritate*? Nihil recriminabor. Ac par hujus calumniæ ratio, quæ atrocissimarum toto scripto, *διδασκαλίας καὶ ἰσοδυναμίας ἀλλοτριῶν*. Catalogum conficiunt paginæ singulæ. Vide & nostras Animadversiones de Ecclesiarum Politia.

Perge modò, & quid jubeat *charitas* ex te ipso intelligamus. Fridericum tuum confestim ex *charitate* jubes, vindicare nomen *Cocceji, Burmanni, Altingii, Wittichii, similiaque*. Primò, pari *charitatis lege* juberes vindicare nomina *Voetii, Maresii, Essenii, Hulsi, Maestrichtii, Leydeckeri, Witzii, Vriisii, Spanhemii, &c.* Sed & Illustrium Procerum illa, quæ *Gelasius Major, & si qui Gelasii plures*, quibus tu affurgis, foedè lacerarunt. Deinde, à quo habes, per Fridericum illis nominibus unquam insultatum esse. De *Coccejo* quid constanter senserit, habuisti supra. *Burmannus* amicitiam cum Friderico coluit, & hic *ἀποκαίρει*, ac docent quæ ex Friderico *Burmannus* in suis ad *Josiam*. *Altingium* Fridericus ne cogitatione unquam læsit, muris semper humanitatis officii. *Cl. Wittichium* hodièque Collegam reverenter habet, procul ulla similitudine; quin & sanguine illi junctus, etiam novissimè, quâ potuit contentione commendavit, & litteræ *ἀγαπᾶται* ex sorore Filii, Juvenis Præstantissimi, auditoris non unius anni decursu, testantur, datæ Londino 4. Martii 1684. In his Fridericus *decus Ecclesiæ, fugitans litium, totus intentus ad salutem & tranquillitatem Ecclesiæ, fide & virtute antiquâ, comis, benignus &c.* Premo reliqua.

Nunc temet ipsum culpa redarguat! En ut paucos ante annos Johannem nostrum *charitas* illa, quàm dicit, accenderet, & Nominum istorum teneret reverentia! In Literis modò productis ad Maresium A. lxx. Nullibi ferè, inquit, quod notatu dignum, *Cathedram Theologicam occupant, ubi non illic novæ resonant Theologemata* Et ne Viros Clarissimos, *Heidauum, Burmannum, Wittichium, Altingium, Wolzogium, Velthufium, Claubergium, Hundium, Perizonium, &c.* excepisse putes, subdit: *Leydensis, Ultrajectina, Herbornensis, Noviomagensis, Dussburgensis, Darentriensis, id experta sunt Scholæ & Academia...* Ego nec *Altingium, nec Velthufium* multum curo. *Altingii tergiversationem, & prævaricationem, in palliandis & negandis erroribus suis probaturus.* Ac disertius in Epistolâ ad eundem Celeberr. Maresium datâ *Leow. 28. Oct. 1669.* quam *αὐτογράφου* Typographo exhibemus.

Clarissimo Doctissimoque Viro D. D. Samueli Maresio, Theologo Excellentissimo S. S. T. Professore primario, Pastori Gravissimo, Vigilantissimo, S. P. D. Johannes vander Waeyen.

PRæmissis quibusdam, de collectis Eleemosynis, ità quæ ad rem faciunt orditur: *Helvetiorum laudè & Geneven-*

III. In specie quod ad controversiam Testamentariam, discrimenque *Oeconomiarum*, si sapuerunt

hac *sum zelum, & circumspèctam pro Orthodoxiâ curam.* *Rixas Ultrajectinas memoras, at sanè memoratu dignas.* Tradidit *Synedrium Remonstrantiam, ut vocant, quâ de multis V... novitatibus & erroribus, Confessioni & Catechesi directè adversantibus, seriò conqueritur. Quicquid tentarunt, consentientem hisce querelis Burmannum habere non potuerunt, solum à reliquis omnibus discedentem, Ipse D. vanden Heugel, antehac aliàs non planè ejusdem cum reliquis sententiæ, actor fuit in isto negotio, & ni fallor, dicta Remonstrantia author; opposuit publicam Apologiam V... Adeò ut de litis hujus successu nihil adhuc certi prælagiri possit. Dicuntur Velthufius, Burmannus, Wolzogius, de Bruyn, Mansfeld, & adhuc Advocatus unus & alter, singulis hebdomadis, ad communicandos conceptus, convenire; exemplum forsitan istorum Cardinalium secuti, qui Collegium de Propagandâ Fide constituerunt. Et sunt qui suspicantur V... liberius propalare, quæ vera videntur lucis filii, quia ab Ecclesiasticâ Censurâ tutus vivit: & prætoria non curat ista minima. (Per parentem hoc addo, me hic & in tractatu meo de lucis filiis loquentem respicere bellulum factum Leidæ ante aliquot annos, in convivio solenni, cum Doctore Callerus Enchusanus in Theologiâ promovebatur, perpetratum; Convenerant Pater Heidanus, D. de Raci, aliique novæ Sapientiz antistites, cum aliquot ipsis adhaerentibus, sed interstrepebat anser olores, qui hæc mihi tum temporis resulsit, illic vitrum propinabatur & bibebatur in circulum, in sanitatem filiorum lucis, & varia de Filiis lucis mustabant isti Heroes, quorum verborum sensum querens ille qui mihi hoc narravit, vir fide dignissimus, responsum accepit, Cartesianus sic vocari verè lucis filios: Ab eo tempore illos NB. Quackeris annumerare solitus fui, qui etiam nil nisi lucem internam spirant somniansque.) Quicquid sit, non potest non improbare V... siana quàm plurima, qui Orthodoxam Reformatorem Doctrinam receptamque non fastidit & rejicit. Professoratum hic obtinuit ante paucos dies D. Steenbergius, quem non nisi de nomine novi, modò ne sit novitatibus deditum caput. Nec dabit, quin Perizonio obtigisset ea Provincia, nisi fidelis & seria admonitio tua infortunium illud avertisset. Sciebam equidem virum istum novaturire, sed eo usque nugis deditum non noveram. Dominum Pauli prætulissent Præeres, nisi commendatitiâ ex Germaniâ venientes huic consilio possissent obicem. An bene, an malè, an mediocriter hoc negotium successerit, eventus docebit. Ast ô felicem Franekeram si tui copia, Vir Summe, Academia obtigisset! Non defuisset quæcumque honorificæ conditiones & proficua, ità te vehementer desiderabant Proceres, & præsertim Jongstallius. Sed quid juvat tantum renovare dolorem? non fuit in satis tam proluxa Frisicæ Academiæ felicitas. Studiofis Groningani ex animo gratulor, quod Tibi, Viro pristinæ Theologiæ Doctore, ductorique strenuo, fideli adhaerent, spretis Altingianis istis novitatibus. Etenim si verum est, quod mihi refertur, vix ullos reperit vir ille sectatores. Sed quid Clarissime D. si Deus te nobis, Ecclesiæ, Academiæ eripiat? Utinam diu te sospitet Omnipotens? ut sic procul tre jussis novaturientium figentis, *facta maneat pretiosissima veritas!* Id optant orantque toto Belgio quotquot invariata Orthodoxas amatores audiunt. Hisce auribus vorventiam verba hausi. Nec minus gratus fuit piis de tui cum Clariss. Voetio reconciliatione rumor. Ante aliquot hebdomadas in Hollandiâ fui, sed neminem offendi qui me de isto negotio non seriò sit percontatus. Vestra unio ad confundendos Novatores lata rectaque via est. Scripsi eadem vel similia Celeberr. D. Voetio, & deinde cum eo sicut sæpè sicut egi. Sanctè testor Vir Clariss. nihil magis gratum accidere potuit, ipsi non solum, verum & reliquis fratribus Ultrajectinis, quàm reconciliationis tam commoda occasio, tempestas ità congrua, & spes non vana. Cujus si certior esse velis, eni copiam literarum à D. Voetio, Witzio, mibique (Lastdragerius ab urbe aberat cum ego communi nomine D. Voetio scribebam) scriptarum. Sicæ habent de verbo ad verbum, si autographum velis, statim ac ejus certior fuero, id transmittam. Quæsumus jam & per Christum obtestamur Vir Clariss. jam tandem jungite dexteras, & confet omnibus quos id negotii spectat, Maresium Voetio, Voetium Maresio reconciliatum esse. Videant id à Religione nostra alieni ringantque. Videant pii & exultent. Jam grassanti novationum longè periculosarum, quæ gregatim surrepunt agmini, in phalangem cadumati, & junctis umbonibus obviam procedite. Exemplo eritis in istâ palæstra, nunc primipili & longè exercitatissimi, omni præstantissimorum utriusque discipulorum multitudini. At quorsum plura, pacem enim optas sincere & vehementer, sic scribis, ad pacem promovendam amicos & inter eos nos quoque excitas. Quid veteras igitur quo minus nunc utriusque vestrum gratulabundus occinam, O quam bonum & quem amicum est, habitare fratres etiam unâ &c.*

Deo

V. der
Waeyen
Præf.
P. 178.
Idem p.
186. 187.
Idem p.
183. 185.

hac in parte superioris Seculi Theologi, Calvini scilicet, Bullingeri, Martyres, Musculi, Zanchii, Ursini; si Parentis mei perplacet effatum, ex Parte III. Dubiorum, de beneficiis quoad rem ipsam utriusque Oeconomiae adscriptis, dispari licet gradu, mensurâ, abundantia; si nullum hinc reale dissidium est, consensus ad eam in substantiâ ipsâ doctrinæ; facessant tandem aliquando invidiosæ voces, de densâ hucusque in nostris caligine, nec intellectâ satis doctrinâ Fœderum & Testamentorum Dei! Absit ut à Theologorum inter nostros principum, vel ab illius, cui secundum Deum omnia mea debeo, clarissimâ mente, vel docendo vel scribendo aut ego unquam discesserim, aut ἐμὸς φησὶ Fratres! ³ Sit igitur ra-

Deo gratias habere pro tanto beneficio quid vetat? Quæ forsitan antehac remora loco fuerunt, nunc remota sunt; diffamationis vox, quæ tantopere antehac displicebat, in istis conditionibus, prout eas transtulit D. Voetius, jam non comparet; Et si quicquam paleæ forsitan supersit ex unius aut alterius partis paulo suspiciosa opinione, optimus erit, qui eam flamma charitatis prior consumpserit. At nec decet quicquam presumere de Viris tam provectæ ætatis & spectatæ dignitatis alios, nec illos de se invicem. Ignosce Vir Clariss. & candori meo adscribas, si paulò liberius quam mihi juveni par est in tantorum Virorum causâ agam. Expecto, desidero flagrantissimè, vehementissimè, tuam ad conditiones & literas D. Voetii ad stipulationem, atque sic unâ pacis quasi promulcationem. Sic vorvent orantque mecum Collegæ conjunctissimi D. Lufdrager & Witzius, qui te salutant officiosissimè. Vale & me semper ama. Leovardie 20. Octob. 1669.

Adde his superiores ad Spanhemium ipsam literas, ac de reliquis quoque ad Voetium, ad Hoornbeeckium, ad Essenium &c. exaratis, quæ ab Hæredibus servantur, iudicium facito. Carpat jam in Friderico defectum charitatis, accuset partium studium, indefensa nomina Burmanni, Altingii, Wittichii, similiumque; &c! Meminerit illius, καὶ τὸ λόγον σακὰ ἀδικαθότης, & alterius, ἐν εὐμαίῳς σα κελὰ σι.

2. Si sapuerunt hac in parte &c.] Ille, Papsimum olere hunc Theologorum superioris seculi assensum indicatum. Quorum ipse merita Theologis hujus ævi opponere visus est Præf. p. 178. uti Spanhemium Patrem objicit Filio Præf. p. 186. 187. Hinc Fridericus in facti questione, nihil se, nihil Fratres, à magnis illis Nominibus sentire diversum. Ac toto hoc lemmate probat, verissimas voces Præfatori ipsi fuisse expressas p. 185. nullum in his reale discrimen fabricandum, quasi Articulus fidei aliquis perichitaretur. Unde necessariâ illatio: Si Fridericus si Fratres, rectam cum Theologis, sed & Scripturis, doctrinam profiterentur; si reale nullum discrimen est; si periclitatur nulla fides; at periclitatur Ecclesia, per tot Adversariorum molimina, perque Cadmea vulnera; Quid igitur rixatur Johannes cum suis, quid irascitur, quid maledicit, quid ad certamen provocat? Quid hanc dies noctesque curam versat, Hypotheses ut lux propagentur; Quid Tyrios fluctus hoc nomine commovet, percussuros Belgii totius, sed & Reformatæ Ecclesiæ, litora, quin latè exundaturos, ni averterit Numen?

Cæterum bene habet, quod in Spanhemii Patris regulâ, quam vocat, ex III. Dubiorum Evangelicorum Parte, acquiescit, ut in Præfatione, sic mox virulentæ paginæ p. 372. Eandem fuisse & Filii, ex quo è Cathedra, de discrimine Testamentorum, docentem audiverunt, in hoc quidem Belgio, Markius, Triglandius, Klinglerus, Piæctus, Legerus, Meyerus, Vitringa, Velingius, Hulsii, Weselii, Viri Eximii, & quicquid ἀκρωατῶν fuit, omnes illi superstites concinent. Verba sunt incomparabilis Theologi, Dub. cvj. pag. 531. Notandum tamen, Scripturam S. diversa beneficia sæpe ita adscribere Oeconomiae Novi Testamenti, V. gr. Remissionem peccatorum, Inscriptionem legis in corda hominum, effusionem Spiritus, Cognitionem Dei, & alia id genus, (Adoptionem, Spiritum Adoptionis, Justificationem, Fiduciam, Pacem, Accessum ad Deum &c.) ac si illi planè non obtigerint Dei filiis in Veteri Testamento, NB. quamvis & illis obtigerint, eo quod illis non obtigere NB. hoc gradu, hac mensurâ, hac abundantia. Ut itaque non existimandum locis illis negari τὸ εἶναι, sed τὸ πῶς δυνάταξ, sic & hoc loco nihil detractum nec Mosis nec Legi, quamvis gratia & veritas peculiari ratione adscribitur Domino, & Oeconomiae Evangelicæ. Agnoscit Vir Magnus discrimen in gradu, mensurâ, quantum ad ea beneficia, quæ gradus admittunt, puta Cognitionem, Lucem, Gaudium, Fiduciam, Mensuram Spiritus S. magis exiguam sub Ministerio Legis. Abundantiam etiam refert ad exten-

tum immotumque, ac utrumque confessum: Patribus Testam. Veteris, etiam à Deo salutariter edoctis, virtute sponsonis Christi, & satisfactionis certò in plenitudine temporum atque indubitanter præstantiæ, adscribendam quoque Justificationem per fidem, Remissionem peccatorum, adoptionem in Filios, inscriptionem Legis in corda, effusionem Spiritus, Conscientiæ tranquillitatem, fiduciam in Deum ut Patrem, spemque salutis indubiam, quam & morientes conlecuti. ⁴ Ne verò cuiquam nostrum asfingatur, quasi aut inficiemur discrimen utriusque dispensationis, aut negemus quoque insignes Novi Fœderis prerogativas; Ex. gr. in Promissionum complemento, & Christi in carne, in cruce exhibitio-

tionem Beneficiorum ad plures, sub Oeconomiam Novâ. Τὸ πῶς ἂν modum respicit, v. gr. olim Remissionem peccatorum promissam, collatam, applicatam, nullo quoad rem ipsam discrimine, bene quoad modum applicandi, nempe olim vi satisfactionis certò præstantiæ, jam præstitæ; olim simul injuncto chirographo rituum, additis umbris, figuris, jugo, &c. quæ deinceps sublata. Vide hujus contextum Epistolæ. Porro Justificationem gradus non admittere, unam, eandem, æqualem, perfectam esse in justificatis, quocumque tempore, ex parte Dei remittentis, & fundamenti remissionis, & operis ipsius, & effectorum, constantissimè docuit Spanhemius Pater. Hinc Dub. Euang. P. III. D. cxxxv. p. 763. Electio, Justificatio, & Adoptio omnium æqualis est, sive in radice & causâ, sive in opere. p. 780. Causa salutis eadem, una Electio, una Justificatio, una Adoptio, quæ quia æqualia respectu omnium, & effectus æqualis esse debet. Hinc gradus Gloriæ negat æstimandos ex sanctificatione, quæ gradus admittit, sed ex Justificatione, quæ nullos, quæ æqualis, uti Electio, Adoptio, qualem & futuram esse Gloriam, nullis ejus gradibus, censuit maximus Theologus, in problematico argumento. Idemque in Disputationibus de Justificatione, prioris Thesi xxii. alterius Thesi xv. disertè Justificationem statuit esse 1. Unam in omnibus justificandis vel justificatis, quoad rationem ejus formalem. 2. Perfectam, etiam intensivè, sive respectu malorum ablatorum, sive respectu bonorum acquisitorum, quia nihil condemnationis reliquum in justificatis Rom. viii. 4. Nec discrimen ullum interponit inter fideles Vet. Test. & Novi. Ac formale Justificationis, in omnibus quotquot unquam justificati fuere, constituit Thesibus xv. & x. ex parte Dei justificantis, in plenariâ peccatorum remissione, & justitiæ Christi imputatione; ex parte Hominis justificati, in fiduciali ejus apprehensione, & sensu. Tandem, quicquid Justificationis sensum interrumpi posse dicat in quocumque justificato, pro decremento sanctificationis, nec beneficium tamen ipsum, nec jus ad illud, ullo tempore revocari, interrumpi, omnium idem, æquale, plenum, in & per Christum Mediatorem, apertissimè docet. Quæ etiam ex tempore reposita aliquando fuere à Spanhemio Præfide, ad inferentem ex paterno dicto, sed procacius, sed βῶν μεγίστη, & quasi πικρομαχῶν, dispares gradus Justificationis vel Remissionis Peccatorum, sub utraq. que Oeconomiam. Auditores tūm Viri hodiè Præstantissimi, Markius, Triglandius, Weselii Fratres, & qui alii, & ἄλλοι τῶν ἐξ ὧν & ἄλλοι.

3. Sit igitur ratum immotumque &c.] Noster; rectè, inquit, ultro largimur. Et hæc propter occupat Fridericus, esse utrumque confessum: hinc mittendum fraternis litigiis repudium esse; hinc confusarum Oeconomiarum, ignorantia, inobediens, neglectus doctrinæ Testamentariæ, &c. cadere velut in iudicio accusationem; hinc concertationes urilium aliò vertendas; hinc nec lacescendum ulterius vel Spanhemium, vel Witzium, parum modesto genere in aciem provocandi. Et undè tu, Wayne, Fridericum illum tuum, in sentientes ita Fratres, hoc ipso unquam esse rixatum, unquam gemuisse, ejulasse, Orthodoxiam præfenti expositam periculo credidisse p. 370. An ex Friderici Epistolis, an ex scriptis, dictis, traditis? Quod si quis affirmaverit, dicam M. Tullii verbis, eum bene & naviter oportet esse impudentem. Ac Friderici loco Johannis tu nomen substitue, & rem acu tetigeris.

4. Ne verò cuiquam nostro &c.] Fridericus hinc in clarissimâ luce Oeconomiam utriusque discrimen conlocat. Ità perpetim docuit, tradidit, teste ut OCELLO, sic cum multis aliis, Viro Clarissimo Joh. à Marck, familiam tum in Auditoribus ducente. Et veritatem dum hancce Spanhemius profiteretur, sopiendis planè litibus, quid Criminator? Verum honoris rursus, non veritatis causam agit. Facessant criminationes. In re ipsa Fratribus intentare quicquam nec audeat nec potest. p. 370. 371. Voluisset hic pugnam, hinc ἀντιπαύσας, in novarum questionum Circo pugil; pari

ne; in evanescentiâ Umbrarum, Typorum; ablatione corticis Terrenarum Promissionum; expunctione Chirographi, quod in placitis consisteret; abrogatione Ceremoniarum, servitutis, rigoris, sanctionis Legalis; Revelationis clariori mitiorique modo, & evidentiâ Cognitionis; Gratia ac Spiritus uberiore ut plurimum gradu, mensurâque; Emancipationis statu, dum subducti nos ferulæ sumus, & statui infantili, qualis sub Lege fuit; Institutionis etiam modo, qui olim (si σύγκλητος instituitur) magis externus, qui obscurus & ænigmaticus, qui laboriosus, servilis, ad Leviticis Sacerdo-

tes ferè restrictus; denique in assumptione Gentium, prædicatione Evangelii toto Mundo, notificatione Christi exhibitæ &c.

IV. Porro dum in iis, me quidem iudice, summa consensus est, quæ ad sufficientem plebun instructionem faciunt, nonne in reliquis, de quibus dissensio est, datum prudens silentium oportuit paci, concordia, dilectioni, Paulinis monitis, precibus Fratrum ac Collegarum? Vocent jam illi (pro more) stuporem quendam nostrum, ac tarditatem ingenii, dum iis solis obrigit.

ingenii solentis eximium decem,

nihil

αὐτοῖς, fecisse Fridericum illi viam excutiendi omne armarium suum, omnem Coccejum, Mommam, Gulichium, & de ebris sistentibus magna promendi mysteria, quæ is pridem in Veldios, Hulios, Kidderos, Frisios &c. Sed non fuit, quod in gratiam hujus Criminatoris Fridericus à se ipso discederet, & à constanter traditæ sibi sui que veritate. Et hoc ipsum interpretatur ille pro solita modestiâ, non audere, nec posse; Hoc ipsum est, honoris causam agere, non veritatis. Tu verò, dum μέγα βιβλίον farcis horrendis in Spanhemium exprobrationibus, lacerationibus, injuriis, calumniis, ab impotente animo profectis, contra leges charitatis & modestiæ, in Religionis ludibrium, ita Procres nostri, tu inquam, non honoris tui sed veritatis causam egisti? Et cujus veritatis? Eius certè, quàm, nisi pro tuo conviciandi cacothè, & affingendi sine exemplo libidine, ne per somnium læserat, vindicaverat quinimò Fridericus. Docent cum hæc Animadversiones, tum prolixiores de Ecclesiarum Politicâ, & Anglorum Episcopatu, quod argumentum à te per calumniam occupatum. Quæris porro p. 371. Quis dicam scripsit prior? quis heterodoxiam, quis novitatem improperavit prior? Scire vis Wayne: Lege modò tuas ad Spanhemium, & ad Marefium, supra fideliter expressas; relege tua in dictos tibi Novatores, totis voluminibus, quum Fridericus in Myrtillero Palatino conquiesceret: Et cognosces neminem pari vocis, animi, calamique contentione, nevinem tam anxiam sollicitudine, ob nuperas quas vocabas heterodoxias, novitates, errores, & præsentissimum periculum veritatis, in Cathedrali Leydensi, Trajectinâ, Neomagiensi, Darentriensi &c. tonoras belli tubas inflasse, ac qui olim ipse inflabas, quum flagellum Novatorum audire in hoc Belgio merebaris.

1. Porro dum in id &c.] Illatio hæc ut necessaria, sic Christiana est: Utrunque esse abstinendum, in tantâ rerum consensione, nec ullo reali discrimine, ut largitus est supra Criminator, seu à vocum litigiis, seu ab exprobrationum acerbis. Atque adeo neutri in sequiorem sensum rapiant, quæ ad præfatum, in hac ipsâ Epistola, reduci possunt. Nec idèd tamen affectentur, procaci studio, locutionum ambigua, quibus in harum contentionum primordiis, Friderico adhuc inter Palatinos versato, offensus fuere Voetii, Hoornbekii, Marefii, Essenii, Vogelsangii, Turretini &c. quanta nomina sed & ipse Wayenus, antè mutatam comœdicè personam, an tragœdicè veriùs, Libro de Interprete Scripturæ, contra Lud. Wolzogium, Præfat. f. 4. Phrases & loquendi modos, usu jam receptos, temerè rejicere, egregia superbia semper à modestioribus ingenii, & audentis signum judicatus est. Quod tamen an bodie plusquam par est, non fiat ab iis, qui aliàs præ reliquis modestiam crepant & moderationem, judicent qui partium studio non aguntur. Sibi modò dictum putet.

Cæterum quo sensu, sub Legali Oeconomîâ, dici poterit Patres constituti sub irâ, maledictione, iidemque καὶ ἄλλο exempti iræ, maledictioni, non est quod discat ex Johanne hoc Magistro Fridericus. Didicit pridem, ex Paulo, ex Mose, sonuisse tum verbum Legè, sed & verbum ἐπαγγελίας, prius sub maledictione collocabat, posterior à Mose ad Christum, à Lege ad Evangelium, à sanctione Fœderis Operum ad illam Fœderis Gratia, à Chirographo rituum ad Sanguinem Novi Test. ab Umbris ad Corpus, per fidem revocabat, & sic liberabat à maledictione. Mysteriosam de cætero nostri omnem sapientiam, (commodam hic occasionem nacti reponendi sua ex neicio quâ Analyfi ad Galatas, & in istâ rursus quæ in Athanasio-Veldiano hac de re scripto, in utroque, quæ ex Clariss. Coccejo & Mommâ hauserat) omnem illi permittimus, καὶ αὐτὸν & χεῖρῶν, nullo certè emulationis sensu. Nec lecta unquam Johannis illa Friderico, nec legenda, prout hic ad volenda Fridericiana Johannem nunquam sollicitavit. Hujus tamen longa rursùm excursio est à p. 372. ad p. 389. docturi ex tripode, ac præparaturi fusa lumina, qui & quomodò sub execratione fuerint Patres, quid sit ex lege esse, seu ex operibus legis, quid ἀκαθάρσια peccatorum, quid ἡγῶν quid Θεοὶ λογιζομενοι, quid ζυγοὶ δουλείας, &c.

Tom. II.

quid Ecclesia sciens, quid ebria, quid Chirographum rituum &c. Sapiant hoc Magistro qui volunt, Fridericus illa pridem ad satietatem, in dignioribus tamen isto Magistro, legit. Patitur Johannem abundare suo sensu, ἀναλύσαι, ἀποφραγεῖν, ἀσφραγίσαι, & de Patribus sentite quod videtur opportunum. At calumniari, lacerare, conviciari, opprimere injuriis, nullæ prærogativæ N. Test. patiuntur, nec opprimi iis Fridericum passuri Leydensis Academicæ Patres. Quid autem unus Friderico magister Paulus, in suis ad Romanos, Galatas, Colossenses, Hebræos, voluerit; quid Moses, quid Hieremias, quid Ezechiel, ut didicit ille pridem, sic aliquot annorum decurru, publicis privatisque Scholis, è Leydensi cum primis Cathedrali, docuit, nec de his ferram recipere cum homine Calumniatore liber. Satis, rem integram teneri utrobique (de Clariss. Coccejo loquor) nec tam veritatem periculo exponi ab illo Viro, quàm pertinaci hodie studio, opinione novæ sapientiæ, accusatione veteris, affectatione singularium indies ἐπιλύσεων, partium fomentis, libellorum contumeliis, conclonum affectibus, ac conviciandi improbo cacothè, veritatem Adversariis sugillandam prodi, ut sapientissimè nuper Procres nostri. Quare ad omnem hanc nostri sapientiam, repetita centies Prælectionis, ut conficiat Patres suo modo fuisse sub maledictione, nihil jam reponet Fridericus aliud, quàm illud Hieronymi in Apol. adversus Rufinum: Hæc taces quæ omnes flagitant, & ad illa respondes quæ nullus inquirat. Jungenda tibi fuerat, in illâ rerum consensione, dextra fraternitatis, & accusanda modò Catecheseôn, Concionum, Conventicularum, Libellorum, Calumniarum imprudentia, libidoque, sed accusanda in horum sibi consciis, non profectò in innocuo hac in re omni Friderico. A quo abhorrere quàm maxime, si quicquam aliud, sed & à Leydensibus Fratribus, illam tuam Concionum ac Catecheseôn ad ranciditatem vociferationem p. 382. illud cacothè καὶ ἄλλο ἀδυνατήτων λίγην τι καὶ διδάσκων, qui multa loquuntur, clamant, res nihil dicunt vel docent, (ut eleganter Galenus ἀπὸ διαφθορῶν T. III. Ed. Frob. p. 34) est Leydensibus nostris, sed & ipsi Accusatori notissimum. Sicubi locorum peccatum utrimque fuit, utrimque medicina paretur.

2. Quæ ad sufficientem plebum &c.] Ut sunt illa ipsa ad quæ pervenimus omnes, etiam in hoc de Oeconomiarum discrimine argumento. In antithesi ad ea quæ nec Plebes capiunt, nec Fratres ita sentiunt, nec Prudentes in vociferantibus probant, nec ad præxim Christianam vel illi faciunt, ad contentiones plurimum. Paulus ipse humilissimus ἐπιτακτικὸς ἀποστόλος, vel certè logomachias, aut parturas in fratribus lites, in auditoribus divisa studia, in utrisque humanos affectus, undè Pauli, Cepha, Apol. nomina deinceps adoptanda, procul esse iussit. Non oportere κατὰ ἰδιότητα ἰσοπέτοι ἢ το δοκίμῃ εὐνοίῃ, proferre apud idiotas, nisi quod videtur illis conducibile, minime verò τὰς μέδων ἐς χεῖρῶν πικρῶς διαλέξιας, μηδὲν ἄλλο καὶ κερδοβόλιον τινάτι, sermones quorum utilitas nulla, & qui nihil ad vitam in melius commutandam, sapientissimè dixit Medicorum ille Senex, sub initium Libri ἀπὸ Ἰσοχυμοσύ. p. 14. Edit. Froben. Hoc & Minister Verbi, & prudens quisque, cui erudiendæ plebis cura demandata est, sibi dictum credat. Sed jubent hoc ipsum, ut Paulina monita, ut lex prudentiæ, charitatis, ædificationis, concordia fratrum, sic ipsi Canones. Nec aliud Dordraceni Patres voluere Sess. cxxxvii. decreto suo ut in subnascentes novitates qualcunque, sic & in privatas sententias, non temerè inflillandas nec in Scholâ juventuti, nec in Ecclesiâ populis. Haud aliâ quoque fuit noster mente, usque dum in opposita Zelandis fratribus studia concederet. Ac præxim eadem Christianæ piæque Antiquitatis fuit. Undè illa distinctio inter τὰ κηρύγματα, de quibus instituendus esset Populus, quæ fas esset δημοτικῶς, per prædicationes publicari, & τὰ δόγματα quæ tutius esset σιωπῶν, σιγῶν, filere, ἰσπερ: Quorum postremis non sola Rituum mysteria voluere, sed pari ratione obscuriora, sublimiora quævis, τὰ μυστικῶς, quæ non omnes caperent. Hinc multa in Scholarum Acroateis personare utiliùs, quàm in Ecclesiâ, hæc-

Zzz

hæc-

nihil profectò stomachum ea movebunt nobis! Absint modo, ædificationis ergò, si tamen hæc cordi fuit unquam, crebræ illæ, & offensantes, certè ambiguae duræque in publico voces! Fuisse videlicet fideles Veteris Testamenti, quâ tales, *sub irâ, maledictione*, quando esset *ira tempus, non gratia*, non plenam remissionem peccatorum consecutos, non justificatos, non circumcisos corde, non etiam erectos Verbo consolationis ac pacis, non Spiritu regenerationis & adoptionis filiorum animatos, non ad Deum cum fiducia accessisse, non consummatos fuisse quoad conscientiam; imò in continuo servilique mortis motu, siti assidua, lassitudine, nullis aquis, nullo refrigerio, transgisse omnem vitam; etiam peccatorum conscientiam Cælo intulisse &c. Et ita quidem à Concionibus, Catechesibus, Conventiculis, procul esse jubeantur, nec ad lixas, tonsores, idiotas, mulierculas, virgunculas, etiam cum dissentientium fratrum contumeliâ, sarcasmis, salibus, ac mordaci aceto, fraternâ minùs, uti hætenùs, conspiratione transmittantur. Sed neque, ut ferè solent, in ambiguo ludant, in usu vocum Testamenti Veteris, *Ἀσθενείας, ἀφίσεως, παρέσεως, ὑποσεύσεως, τελειώσεως, παρησίαιας, libertatis, pacis, bonorum Novi Testam.* similibum. Undè ut plurimum *ἀπαγωγὰὶ* & *λογομαχίαι*, quarum haud fructus alii quàm quos signavit pridem Paulus, & produnt tempora.

1. Tim. VI. 4. 2. Tim. II. 14.

V. In quæstione oppidò alienâ, de ipsissimâ *pacione* seu formulâ *Fœderis Gratia*, Decalogo promulgata, quæ tot litigiosas, sed & otiosissimas chartas implevit, ac dissonis clamoribus ambones, suggestus, gradus ἢ *κατηχύντων*, in hæc eant Viri

hætenùs una vox prudentium fuit.

Noster hoc pacis medium respuit, sed & innocuè dictum invertit, in sensum alienum torquet, pro jure quodam suo pag. 389. 390. Hinc quærit, an *celanda* sit plebi pars *Scripturæ* 3. an *pars consilii divini*, an non *studium profectum* &c. & quæ solita omnium *δοξολογία* effugia, qui quicquid in Scripturas inferunt, pro Scripturis habent. Ipse sibi respondeat, ex suis ad Marcium, Voerium, Spanhemium, nuperis sic satis literis, & *laudatâ utroque pollice* postremi hujus Dedicatoriâ ad Frisios, supra. Quod addit, *an Spanhemius cum suis de iis sit taciturnus, pacis causâ?* Accipiat ille, non *taciturnum* tantum, sed tacuisse de his litigiosis pridem, & constanter, in suis ad plebes Conclonibus; omniaque in Scholis ipsis dirigere in quæstionibus *πολυθροῦνταις*, ad consentum si pote animorum, pacisque studia. Nec eo minore fortasse diligentia vacavit *συγκρίσει*, ac *συμβιβάζει* Scripturarum, etiam in Controversiis nuperis. Docent fuz Exercitationes, è suggestu Academico, in *Epistolam* ad Hebræos, & ad omnia ea Loca quæ hodiè vexantur, deque Controversiis singulis quæ distrahunt Fratres, magnam partem excerptis à Viris qui ipsimet hodiè in & extra Belgicam Gamalieles audiunt. Cæterùm *silentii* hujusce in publico *legem*, de litigiosis, nec confessis utrinque, omnino *mutnam* esse oportere, Fridericus planè censet.

3. Si tamen hæc cordi fuit unquam &c.] Nempè ex quo Fratres vexare, lacerare, provocare, concionibus, molitionibus, scriptis, tu præ omnibus aliis sustinuiti. *Gloriaris* utique sic satis multa, & dùm in *Domino gloriaris*, strenuè maledicis, in Spanhemium & Fratres convertendo, quæ Paulus de Pseudo-Apostolis 1 *Thef.* II. 4. addendoque, *nos ii non sumus; qui offis imbianτες κρηλδωµεν ἢ λόγοι* p. 390. 391. Quo equid dici possit acerbius, in Virum Theologum, haud scivissem equidem, nisi hæc tua in Spanhemium pagina, traducendum ut *Equitem Antichristianum*, ut *Alastorem*, *Planum*, *Præstigiatorum*, *Petratorem*, *Irrisorem veritatis*, cui *Religio temporis cordi* &c. & me & alios docuisset. Crede affore tempus, quando ex *verbis tuis judicaberis*, & profusus forte lachrymis, ac terâ pœnitentiâ, quin omni peculio tuo, nec illo plumbeo, redempta velles isthæc in Spanhemium & Fratres maledictâ, sed & in Ecclesiam Reformatam probra.

4. Sed neque in ambiguo ludant &c.] Res ipsa loquitur. Motz quæstiones magnis animis, ex. gr. de initio *Vet. Testamenti*, seu *Legalis Oeconomiz*, accedentis ad *Fœdus Abrahamicum*; de *διαθήκη* ut dicit quoque dispositionem *testamentariam Gal.* III. 15. *Hebr.* IX. 17. de *ἀφίσει* ut dicit actualem *ἀπολύτωσην, ἀφάρσει* & *ἀμαρτίας*, in sacrificio Christi, *Hebr.* X. 22. de *παγίσει* quæ quoad

fratres (ivi ego utique hætenùs) pari doctrinæ concentu: Sanè postquam Homo se peccato conquinavit ac reatu implicuit, Fœdus cum ipso aliud fanciri divinitus haud potuisse, tunc iustitia & vita profluerent, quàm quod *Gratia* appellamus, oppositum illi Fœderi quod *Natura & Operum* vocant! Prius illud utique, cui pridem Abraham adscriptus, cum genuino semine, fuisse Mosis tempore, mox ab egressu ex *Ægypto*, confirmatum vero *Israëli* quoad substantiam Fœderis, intentionem, significationem, fructum: Sed & idem, ita dispensante Deo cum Populo rudi, carnali, sui pleno, fuisse in *Sinaitico monte*, externâ specie tenùs, *Legali formâ*, *Legalibusque circumstantiis vestitum*, seu ante promulgationem *Decalogi*, seu in ipsa promulgatione, & post eam: Hinc nata illam exactiorem plenæ obedientiæ, *tabulis Legalibus*, expressumque omne Dei *δικαίωμα*, ac perfecta effigies *Legis operum*, additâ sanctione, terrore, minis, iræ signis in quoscunque transgressores; undè sanè peccati agnitio, metus, servitus, mors ipsa citra *Mediatorem*. Non profectò ut ex *Lege* iustitiam quærent, quod fecere filii *Carnis*, velut ex *serva* nati; sed ut eâ in disciplinam traditi, coërciti, humiliati, ad propriæ *ἀδυναμίας* conscientiam, & reatùs illam quoque, hinc ad veram fidem, & quasi manu ad *Mediatorem Christum*, ad *Fœdus Gratia*, qui præcipuus *Decalogi* finis, ducerentur: Quem in finem à *Legislatore* commonstrata sunt, vel in ipsa *Præfatione Decalogi*, mox in *Præcepto secundo, quarto, quinto*, veris scil. *Abrahæ filiis*, gratiosum illud *Fœdus*, *Dei misericordia*, vera quies

Exod. XII. XI. Heb. XI. 18. &c.

rem significatam coincidit cum *ἀφίσει*; quoad *modum significandi* suam sanè habet *emphasim*, seu jam *præteritionem* dicat, seu *neglectum*, seu *relaxationem*, seu *dimissionem*, seu *non observationem*, *dissimulationem*, hinc *non impulsionem* peccatorum &c. Sic quæstio de *ὑποσέ*, quæ aliquando omnium *prædestinatorum*, hæreticum *Eph.* I. 5. *Gal.* IV. 1. aliquando etiam externè *aggregatorum* in *Fœdus Rom.* IX. 4. aliquando *emancipatorum tantam*; oppositè ad statum *infantum Gal.* IV. 5. 6. Sic *ταλάνη* sanè reservata temporibus *Novi Test.* ut dicit *πλάσμα* *implectionem omnium*, ut *consummationem Christi dei καθαρῶτος*, ut *ἀφάρσει* & *ἀμαρτίας*, ut nihil ulterius desideratur ad perfectionem. Sic quandam esse *παρησίαν*, quandam *libertatem*, quandam *pacem*, sublatis inimicitias inter *Judæos & Gentiles*, quandam *accessum ad Deum*, sint *subjecto* accedente, in accedendi modo, &c. quæ sint *Oeconomiz Evangelicæ*, inter *Theologos* puteum *ἐξηγῶνται*. In his, aliisque id genus *ζητήμασι*, rectè *Epistola*, ut plurimum *λογομαχίας* & *Scriptores*, & *Lectores*, & *auditores* fatigari. Quæ ille rursus de *præhabitis ἀθροίστοις σοφίας λόγων* p. 391. nos mero *κοκκυµῶ*, & verè *προνο* in *columniâ animo* adscribimus.

5. In quæstione oppidò alienâ.] Quid *Criminator* de *Decalogo* *reipsâ nobiscum idem docet*. Sed & docuit semper, & constanter, provocatque *Fridericus ad Martios*, *Triglandios*, *Klingleros*, *Meyeros*, *Hullios* &c. & ad turbam onnem auditorum, indè ab occupatâ *Leydenis Cathedralâ*. Undè optimo jure de *λογομαχίαις* hoc quoque in capite exoptulat, & *otiosissimis chartis*, & malè *dissonis clamoribus ex ambone, suggestu, gradu ἢ κατηχύντων*. Quod addit ille, *eam partes palam deseruit quibus cateroquin adheret* p. 392. sapit animum abjectum, malevolum, *Fridericum* ex se æstimantis, *verè deseriore eorum partium quibus adbasit* in facie totius *Ecclesiæ Batavæ*. Sed en rursum calidum & frigidum ex ore criminantis! *Spanhemius reipsâ nobiscum idem docet*; mox additâ censurâ, *Spanhemium* nec *filios carnis* intellexisse, nec *verba Fœderis*; nec nisi *crûda & absurda commissisci*. Iterum p. 392. indignatur *Israëlem* vocatum *Friderico* à potiori, & indefinitè, *populum rudem, carnalem, sui plenum*, undè sanè omnis illa *Oeconomia* nata, populo isti erudiendo, humiliando, coërcendo, ducendo ad conscientiam propriæ *ἀδυναμίας*, & ad necessitatem *Mediatoris*; Mox ipse accufator, verum etiam ejus temporis *Israëlem*, fide amplexum *Mediatorem*, accenset p. 392. *filios carnis*, ex *ancilla natis*, qui adeò ingenio servili, carnali, qui *διόλοισι* *ὑπο ἰσχυρίσιν*, qui in *Ismaële* figurati, qui cum illo ejiendi, &c. Itâ quæ *Spanhemius de Fœdere Gratia* ut *præcipuo sine Decalogo*, & in *Decalogo præsupposito*, etiam *com-*

quies relicta Populo Dei, vera Canaan, ab ipsis in sensu Evangelico & typico revocanda ad animum fideque amplectenda, si *liberi* esse vellent, & *heredes* promissionis. Quo jam in casu, fide in venturum Mediatorem erectis, Decalogus sanè, juxta Catecheseos nostræ modum, fuerit norma *gratitudinis*, *obedientia ἀνομοίτη* regula, ac speculum *resipiscientia*.

VI. De cætero ad quid cruda, precaria, ambigua, ac litigiosa asserta? Ex. gr. Decem verba, ut ionant *Exodus* xx. & sunt ad totum Israël, cui se ut Jehovam, ut Liberatorem, ut Benefactorem manifestaret, enunciata, non exhibere formam *Legis operum*, ex quâ saltem foret agnitio peccati & reatus; imò fuisse *ipssimam pactiōnem ac formulam Fœderis Gratia & Gloria*, in venturo Mediatore, cum stipulatione modo *Fidei ac Resipiscentiæ*; fortèque in *Legem operum*, ac *ministerium mortis* abiisse, accedente primùm vitæ mortisque *sanctione*, demùm post *μολογατείας*.² Adde iniquas ac pene contumeliosas in *Legem Ceremonialem* (cujus sanè jugum, onus, servitutem nemo negat) istorum hominum voces: *Datam illam, ratione principii, nonnisi ex irâ, ex ascendentiâ, justitia severitate, ratione finis, in iram, in pœnam adorati vituli; ratione effectûs, ad aggravandam execrationem, reatum, ad augendam modo servitutem, in triste modo Chirographum; ratione mate-*

monstrato, ille trahit ad suam hypotheseos de *ipssimâ formulâ Fœderis Gratia*. Rectè tamen addit, sibi ipse conscius inanis vitilitigii, sic agunt qui nodum in scirpo quaerunt p. 394.

1. Imò fuisse *ipssimam pactiōnem &c.*] Quid noster? Sunt verba *Fœderis*, inquit, ergò *Fœderis Gratia*! Eorum propositione ad *Fœdus Gratia* invitatus Israël! Ergò *ipssimâ Formulâ verborum Fœdus gratia offerentium*! Teneat scilicet *Fridericus*. Sed quò σοφία μίσησ, hoc magis ἀδολογία τὸν θεοῦ δαίτη, hoc magis *expers doli est*, ità Lyricorum in *Graciâ* princeps. Quod vellem cum novâ tuâ sapientiâ etiam factò exprimeres. Sunt verba *Fœderis*, sed *metonymicè* sic dicti, pro adjuncto, œconomiâ, administratione, pactiōne novâ *Fœderis*: *Fœderis* etiam initi cum toto Israël, à Populis reliquis segregando, ac Deo quasi desponsato: *Fœderis* quod cœpit ab Educatione, quod non ininitum cum Patribus, quod mox irritum fecere Israëlites, quod in *Hagare* præfiguratum, quod continuandum ad dies N. T. quod adeò fuit *καλαυμένην*, & suo tempore antiquandum, quod pro formulâ habuit *legem*, ἢ νόμον. *Legem*, inquam, quæ non est ex fide, seu non sancitur conditione fidei *Gal. III. 12.* quæ pro nobis à Christo implenda *Rom. VIII. 4.* quæ *προσθεῖσθαι* addita ad promissionem, seu ad *Fœdus Abrahamicum Gal. III. 18. 19.* quæ extrinsecus tantùm scripta in tabulis lapideis *Exod. XXIV. 12.* quæ data per *νομοθεσίαν Rom. IX. 4.* annis 430. post *κεκρωμένην διαθήκην*, per manum Moïsi Mediatoris *Gal. III. 17. 19.* δὸν ὄρεσ Σινῆ *Gal. IV. 24.* &c. Non ut erigeretur *Fœdus operum*, sed ut ostenderetur Dei τὸ δικαίωμα, ut argueretur reatus, ut transgressiones manifestarentur *Rom. III. 20. VII. 7.* ut sua Israëlī *ἀδυναμία*, nimirum de se præsumenti *Exod. XIX. 8. XXIV. 3.* probaretur, ut terreretur sententiâ maledictionis, vel in *Præf. II. III.* & quasi occideretur *Exod. XX. 18. Rom. VII. 10. II. 13.* ut intra custodiam veluti & *septa* coërceretur *Gal. III. 23.* ut *Pædagog* quasi manu duceretur ad Christum *Gal. III. 24.* qui finis legis, uti legis τὸ πλῆρωμα *Rom. X. 4. Matth. V. 17. Rom. VIII. 4.* Et sic fuere verba *Fœderis* illa Decalogi, sed externâ specie *Legalis*, internè *Evangelicæ*, quoad ministerii hujus finem, scopum, effectum in iis omnibus qui fide ad Mediatorem ducerentur, qui essent ἐν πίστει, qui non adhererent *Legi*, qui non ἰξ ἔργων νόμου *Gal. III. 10. 18.* qui non θύλωντι τὸν νόμον ἵνα volentes manere sub lege, hinc sub execratione legis *Gal. IV. 21.* quales *filiis carnis*, in Ancillâ ejusque Filio figurati.

Tu nunc argue *Spanhemium cruditatis, absurditatis, commentis, contradictionis* p. 393. 394. Tu, præter *θιοδικῶν λόγων*, voca legem Decalogi *ipssimam Formulam Fœderis Gratia*; tu in *Hagare*, in *Ismaele*, quærito figuram Patrum, credentium sub *Œconomiâ* veteri; tu voces *filiis carnis*, qui ex lege, ex operibus *Legis*, tu colloces sub *καλαίᾳ*, neqes iis plenam ἀφίσησ, ac reliqua omnia mysteria tua mordicè teneas, inculces, ebuccines, millies repetas, tantundem erit, crede mihi. Nec eo *absurdior*, aut *crudior* *Fridericus*, nec tu fortassè sapientior vel mitior. Ac omnem tuam sapientiam, quæso, possideto

riæ,³ tanquàm *statuta non bona*, exitiosa, mortifera, & si quæ plura ejus generis. Quæ tamen *Ceremoniæ* inter *Gentis Israëlitiæ* decora à *Davide*, sed & *Paulo*, referuntur, & inter *Fœderis Evangelici* si- Rom. IX. gna, umbras, sacramenta. Quæ adeò sub illo cor- 4. tice medullam eximiam, sub illis umbris salutare corpus, sub illis circumstantiarum minutis pondus omnem rationalem, complecterentur, & sub illâ chirographi *σπεναντίς* specie sanguinem *Novi Testamenti*, tacitè erigentem vi *Promissionis*, ac reatum ità confessis medelam in vero *Sacrificio* exhibentem & obsignantem. Undè nihil profectò est, quod *Præfator*, quod grex omnis adherentium, postquàm de primis quas dixi ac momentosis veritatibus convenit, postrema ista aut contentiosè urgeant, ac superciliosè tradant, aut persuasuros sese mille *Collationibus*, *Paraphrasibus*, *Homiliis*, *Scriptiunculis*, vanissimè præsumant. Merus ubique *φλυαρισμὸς*; *βατλαρισμὸς*, meræ suppositiones, & ex *Magistro suo δευτερώσεισ*, identidem descripto, sed servâ imparique manu. Ut quod de infelici versificatore *Epigrammatum Scriptor*, hoc unum habuisse *Ciceronis*, rectè dixeris de millies repetitis hypotheseos, interpretationibus, descriptores hoc unum habere *Cocceji*, doctrinæ ejusdem, ac modestiæ sæpius suis cogitatis diffidentis, omninò nihil.

VII. *Qua-* placidus, tecum habita, nec te quæsieris extrâ. Permittit illam tibi *Fridericus*, tu *Friderico* mores antiquos, antiquam doctrinæ simplicitatem, tantoperè nuper à te collaudatam.

2. Adde iniquas ac pene &c.] Quid modò *Censor*? In naturam jam illi dudum abiit *maledicentia*. Ubi illa in *Friderici* verbis? *Frates*, inquit, se meliores, & exercitiores, vocat istos homines, non istos *Viros*, *Viros Dei*, *Angelos*, *Doctores*, *Prophetas* &c. *Frates* enim sæpissime dixit. Quod dum *Johannes* carpit, ipse insigniter maledicit. At *Spanhemium* ubique infamare, lacere, discerpere, ut *Planum*, *Alastora*, *Præstigiatorum*, &c. hoc non innatæ *maledicentiæ* est? Quid præterea movebit *riæ*? *Legem Ceremonialem nonnisi* ex irâ datam, ratione principii, motivi, probet, inquit ille, quis dixerit. Tum de *xx. Articulis*, quasi à *Spanhemio* consignatis, injurias in *Proceres* nostros voces effundit. Ut verò *Ceremoniæ* datæ dicuntur in irâ, cum irâ, in iram, datæ ut καὶ ἐξ, ut effectus *execrationis*, illi obsignanda, aggravanda, &c. nihil est quod hoc in loco demonstretur. A quibus dictum, ubi, quando, aut quo jure, quærat noster, vel apud *Clariss. Leydeckerum* in *Vi Veritatis Lib. IV. Contr. II.* vel apud *Vener. Turretinum Loco XI. Quæst. XXV. Num. XI. &c.*

Sed instat p. 394. *Jugum, onus, servitutem impingere, irâ non eris?* Primò supponitur, jugum demùm impositum post *μοσχοποιίαν*, hinc ex irâ, in iram, seu *execrationem*, hinc demùm nata *statuta gravia*, sanctionem *Legalem*, *Ceremonias*, *servitutem* *Hominum*, *Angelorum*, *Legis* &c. quod est τὸ κεραιόμω. Secundò, quod *jugum* tantùm est, quod absolutè tale, quod in *pœnam* impositum, non etiam ità comparatè jugum, ut habendum quoque inter prærogativas *Populi*, & inter umbras, typos, signa, sigilla, sacramenta *Gratiæ*, in quibus remedium effugiendæ iræ ostenderetur, & emergendi è reatu, in sanguine *Mediatoris* &c. Nec irâ statim est, si *Pater* infantem subijciat *disciplinæ*, oneri, *pædagogicæ*, ἐπιτερόσις, οὐκ ἐν νόμω, sed prudentiæ, sapientiæ, etiam amoris paterni. Nec vel τὸ ἰθὺν *Hieremiz*, vel ἐμὲλξα αὐτῶν *Apostoli*, quæ chordâ noster perpetuò oberrat, fidem imperant novæ *Hypotheseos*. Vox ἡνυ nimis generalis est, & πολὺσημοῦ, falso in *Lexico Celeberrimo Theologo*; uti etiam vel ἐρωτηματικῶς accipi verba possunt, vel διατυπικῶς, per modum *exprobrationis*; nec necessariò etiam restringenda ad tempus quod excepit *μοσχοποιίαν*. Hanc enim præcessere varia *Populi* peccata, murmura, defectiones, ac non unum *rebellionis* & *ingratiitudinis* argumentum, hinc *fastidii* *Divini*, hinc *Œconomiæ* *severioris*, hinc *Disciplinæ* *legalis* *Exod. XX. XXI. & sequent.* causa.

3. Tanquam *statuta non bona*.] *Legem Ceremonialem* sano sensu posse vocari *statuta non bona*, pridem docuit *Fridericus*, *audire Clariss. Markio*, in *Prælectionibus Anni MDCCLXXV.* At non *statuta exitiosa, mortifera, ex irâ* data, quo sensu negat *Epistola*. Non bona igitur, ἰ. στυχεατικῶς comparatè ad ea præcepta, quæ præter bonitatem extrinsecam, ex parte imperantis, haberent etiam

VII. ¹ Quare si *sublata dissidia* ex animi sententiâ vellet Præfator, nec ludos ipse faceret, auctorem suis esse oportuit, ne singularia illa oppidò Scripturæ interpretamenta, ad Hypotheses precarias inflexa, & undè cruda illa quæ diximus effata, insuetaque Theologorum pariter & plebui aures, identidem in sacros suggestus, in catecheses, inferantur, frigidâ affectatione, ac pari (ut mollissimè dicam) oris animique confidentiâ. Hinc crebræ ac fastidiosæ, v. gr. ex Deuteronomio, Esaiâ, Jeremiâ, Ezechiele, Zachariâ, Mathæo, Paulo ad Romanos, ad Galatas, ad Colossenses, ad Hebræos formulæ, ad nauseam repetendæ, de *Ecclesiâ sitiente, viactâ, captivâ, carceribus conclusâ, onerâ, fatigatâ, retentâ sub maledictione, subjectâ dominatui Angelorum, Seniorum, Sacerdotum, Scribarum, trepida mortis metu per omnem vitam agitâ, non audiente Verbum bonum, scilicet remissionis, filiationis, inscriptionis Legis in corda, conscientie consummata* &c. Quæ nec ad ædificationem vel hilum faciunt, ad offensionem fratrum plurimum, ac distractionem Collegarum, auditorum, ad infirmiorum scrupulos, partium fomenta, Annotatorum Theologorumque ludibrium, ac Synodorum despectum, quarum susque deque habent prudentissima in contrarium monita, uti Haerlemensis anno hujus ævi LXXIX. Amstelodamensis anno LXX. Enchusana anno LXXII. Edamensis anno LXXIII. & si quæ plures; ne in Provincias fœderatas excurram, ipsamque Frisiam tot Synodis, Classibus, adversum nova hæc studia sollicitam.

VIII. ² *Sabbaticam* porrò quantum attinet controversiam, infelicissimè pridem motam, cum publicæ tranquillitatis fraternæque concordie dispendio, cum Dominici cultus imminutione, Formularum neglectu, violatione Canonum, bonorum conturbatione, ac libertatis conversione in licentiam, benè habet quod Præfatorum nostrum audio hanc litem minimè facere velle suam. Seu jam conscientia præteritorum, ac pudore quodam inductus, seu ut ostendat

In utramque partem ingenium quid possit suum.

Nihil verò in hac causâ prudens Theologus intercedet, quominus Sabbathum *Judaicum*, ut legalibus circumstantiis distinctum fuit, ut severâ sanctione institutum, ut in signum *diæxalxov* Israël datum, etiam sacramentale, venturæ aliquando quietis, negetur obstringere amplius libertatis tempora. At in reliquis, si quæ pacis, charitatis, ædificationis foret adhuc ratio, si quis honestati & prudentiæ locus, si quæ Antiquitatis, Legum, Canonum reve-

bonitatem *intrinsicam*, ex naturâ rei *imperata*. 2. Non bona ratione *eventus*, securarum scilicet *transgressionum*, hinc aggravati reatus. 3. Non bona, quia *gravia*, difficilia, *diversa*, in comparatione ad Christi jugum. Sed de loco *Ezechielis* fusè Clariss. Markius, ac nos pridem aliquot Exercitationibus Academicis.

1. *Quare si sublata dissidia* &c.] Moniti pietatem, æquitatem, prudentiam, ipse Synodi loquantur, sub infelicitium moruum primordia. Si quæ hic *ridenda accusatio* est, non ridenda in Friderico, sed in *Wayeno* pridem, hinc *Voetii*, *Hoornbekii*, *Essenii*, *Maresii*, *Turretinii*, *Vogelsangii*, *Leydeckeris*, *Witzius*, ac quicquid Theologorum est, per Germaniam, Britanniam, Galliam, Helvetiam, &c. quotquot ad hanc in suggestibus, in Catechesibus, in recitationibus quibuscunque, Batavam nonnullorum imprudentiam offenduntur. Friderici nullus *boasus* est, qui publica modò Synodorum ac Theologorum voce omnem hujusmodi *boasum* à suggestibus arceri suadet, nulla profectò offensio ex *Scripturâ* dictis, ex *linguâ Spiritus S.* maxima autem ex illatis in *Scripturam*, & in illius dicta, novis cotidie glossæmatis, & interpretationum portentis. Sed hæc alio iudice, quàm vel Johanne vel Friderico, finienda est controversia.

2. *Sabbaticam porrò* &c.] Debeuerat gratiam Criminator, quod pari *moderatione* & hic, & in *Vindiciis Bibliæ*, quas producit P. 397. de hoc omni litigio Fridericus pronunciarit. A quo mota primùm controversia fuerit tacet, diverso jam quæsitò à *Gomari* illo pridem, di-

rentia, si quod tandem studium promovendæ pietatis, licentiosissimo hoc seculo; an personarent à suggestibus, pulpitis, catartis, insolitâ etiam laterum contentione, ipsum ut stentora vincere velle videantur, promiscuæ hæc ad *Magnates*, ad *Populum*, ad *Catechumenos*, rudem solutamque multitudinem, voces? *Præceptum de Sabbatho* contrâ *distingui moralibus præceptis*; non ex illorum esse genere quæ sunt in se & ex voluntate Legislatoris bona, & per quæ homo vivet; *Ezech. XX. 11. 12.* totum illud *juris merè positivum* & *ceremonialis*; *solum Israëlitis datum in signum futurae quietis* & *sanctificationis*, non etiam in signum præsentis gratiæ, & sanctificationis, ac communionis inter Deum & Israël; *nulum à Creatione Sabbathum institutum*; ad nos nihil attingere nisi ut ceremoniæ reliquæ, ratione rei significata; haud *juris moralis* esse, *statum diem consecrare Divino cultui*; minùs, eo se continere, dictum in finem, *ab omni opere mercenario, questuoso*; esse id ipsum, *addere ebriam sienti*, ac illis adjungi qui ex *Legge*, qui ex *servâ* nati, quorum pectori *velamentum obductum*; *Sabbatum Christianum*, si quod superest, *humana institutionis* esse, ut *Festorum, Jejuniorum dies*; hinc *libere idem observantia*, modò *citra offensionem*, ac bonâ cum *legum civilium* veniâ, & quæ alia indignor referens. Quanto jam alii castius sanctiùsque, & ad rem Christianam, ad Apostolicam veteremque praxim, ad sacrorum reverentiam, ad licentiæ cohibitionem, & ad mentem Dordracenæ In Post. Actis Sess. CLXIV. Spanh. Dub. Euang. P. III. Dub. CXV. Post. Acta, d. Sess.

IX. ³ Si quid verò aliud ad contentionum pabulum, ad ludibrium Scripturarum, ad Libertinismum quendam, ac Civiles etiam turbas spectat, istud est meo & prudentum omnium suffragio, quotquot res pariter ex ratione & ex eventu judicant: Effræna illa *interpretandarum Prophetiarum* licentia, ac quicquid ferè est in *Mose*, *Prophetis*, *Psalms*, *Cantico*, quin & *Proverbiis Salomonis*, imò in *Parabolis Christi Servatoris*, referendi tanquam in sensu proprio, immediato, quem *Spiritus S.* intenderit, ad famosas *Periodos* temporum *Chri-*

verfis animis, dispari acerbitate, concionum actu, licentiâ hinc secutâ populorum. Unum modò *Fridericus* vult exoratum, ne *promiscuè ad Magnates, ad Populum, ad Catechumenos, ad rudem solutamque multitudinem*, sonent hujusmodi voces quibus, (ut sunt tempora, & proni ad licentiam animi) *Sabbatho, Christiano, sacrisque nostris*, omnis tandem perit reverentiâ. *Nostrer, nec hanc se litem suam facere, nec ullam aliam.* Probat sanè omnia tua pagina, omnisque vitæ ratio, & molimum in *Ecclesiâ*, *Scholâ*, *Republicâ*, & belli *Wirzio* ac *Spanhemio*, post tot iusta certamina, denunciati. Quas verò de te laudes ebuccinas, *quarum si pars quadam Spanhemio obtigisset, immensum superbiret*, verissimè tu, *nec pudor ullus filere me hac jubet.* P. 397.

3. *Si quid verò aliud* &c.] Dictis fidem addat ipse modò Criminator. Monitum, cui prudentes omnes toto Belgio, etiam in *Cocceji* nepotibus, calculum adscribunt, vertit protinus in *contentionis pabulum*, in *ludibrium*, ut non è *Christi Scholâ*, sed *Libertinismis* illâ prodixisse hujus singula viderentur p. 400. & seq. Cerebrofa illi interpretamenta *Prophetarum* sunt ipsi *Prophetae*. Nihil non ex iis eruere, prout sunt ingenia, studia, affectus, præsentia cuiusque etiam tyronis, est illi *Prophetarum studium*. Mirari quandoque

puerilibus obstita nugis

Ingenia,

est illi *Prophetas negligere.* In numero *Bestiæ* mysterium agnovisse, *Posteri* ut recentioris citato commentario,

vocat

Christianorum, omnesque in Republicâ & in Ecclesiâ etiam particulares rerum eventus; idque sub specioso titulo *Canonis Prophetici, Clavis Prophetiarum*, ac per modum demonstrationis, & manifestationis ad conscientiam. Accedunt dementissimæ temeritati, ac ventosæ superbiz, dum scilicet

oculo luscus utroque videt,

verborum in Fratres contumeliæ, tanquam qui *ne corticem Scripturarum lambant, qui ne initiati quidem parvis Mysteriis, qui in adyta illa admitti indigni, qui audire debeant illud exâc, exâc, isâ, imò qui oppressa veritatis, contempta Prophetia, negati profectus, & recondita clavis cognitionis, ac desidia rei, despiciatui esse debeant, tanquam Mysorum postremi.* Quo fieri cotidie advertimus, ut è Tabunali, etiam temerarii Juvenes, vix sacris nostris initiati, ne dicam Viri graves, Scripturas S. contaminent ac penè prostituant interpretationum nugamentis, quibus nec rudes erudiuntur, nec ædificantur plebes, offenduntur verò plurimi & meliores. Accedit gravissimum aliud; Prophetiarum intellectum in hanc Ecclesiæ senectutem fuisse reservatum, occlusum hætenus & inaccessible Patribus à primâ Ecclesiæ infantia, ac quicquid in Scripturam tot Commentationibus, Annotationis, Homiliis, Meletematis elucubratum est, certè in Verbum Propheticum, mirum quantum ab ejus *potentiâ* menteque deviasse. Neque hic malorum finis est, quotquot ex eâ licentiâ emergunt? Aliud est quod Republicæ simul & Ecclesiæ pestem ac perniciem nonnemo prudentissimè appellavit, Nempè ingeniis ad turbas, ad seditiones natis janua hoc modo adaperita, quâ pro suo in res vel personas odio aut affectu, ac prout res ipsorum ferunt, vel ut ingenium natura finxit, adplicent dicta Prophetarum ad cotidianos rerum eventus, seu in Politia seu in Ecclesiâ, eisdemque aheneâ fronte & quâvis asseveratione contendant sanctissimis Vatibus prænunciatos. Quomodo admodum nuper horum Scribarum unus, pusillus quidem, sed Gigantum suorum humeris innixus, post multam lucernam, ac crebrò demorfos ungues, ut Parabolam de *Virginibus decem* in Vaticinium converteret, ingeminavit tandem apud suos illud, *ἐρχεται, &*

Sacris columnis prosperum tandem diem!

Math. xv.

vocat ignorantiam, *Coccejanis suspicionem*, &c. injuriâ duplicata, & in Fridericum, & in Coccejum, qui nec factitionis nec nugarum quarumvis auctor haberi voluit, de quibus meminit Epistola. Imò *Coccejum* facem modò prætulisse, viam monstrasse, quam vix adhuc dum ingressus sit, jactant passim hodiè, qui veluti

fata Deum secretaque carmina servant.

Mitto virulentam sanie, qua Johannes Fridericum hujus causa moniti conspergit, ut *gloria animalculum, ignavum, fuscæ eruditionis, qui nec paria facere possit cum juvenum* (prophetantium) *magnâ catervâ: margaritas in sterquilinis quærentem, ad motus ciendos proclivem, miserum, effrontem, putidissimè mentientem, delirantem, mendacem, mendacissimum hominem, sciolum, Mopsim, ipsam vatriam, Ismaëlem* &c. Hac ille maledicta scilicet ex Esajâ vate, vel ex Daniele! Hic ejus profectus Propheticus, hi raptus, hic *furor*, hæc prerogativa Nov. Test. impunè lacerasse & oppressisse Fratrem *exprobrationibus, calumniis, conviciis, atrocibus injuriis, falsissimè objectatis*, ut sunt verba Procerum. Quam verè hic agendi scribendique modus, hæc procacitas, ac conjuratio quædam, *spebet ad ludibrium Scripturarum, ad Libertinismum, ad Civiles motus*, ni coercerentur vi majore, & maturè sustaminetur hic impetus, arbitrentur quorum eximia prudentia est, & spectata virtus.

1. *Ac per modum demonstrationis &c.*] Piis cogitatis, conjecturis, applicationibus Verbi Prophetici, ad hodiernos eventus, hinc ad usus practicos & salutarés, nulli intercedimus. Benè illi temeritati quæ *τὴν κληρὸν ἐσχηκότεν* vertit in *ἰσχυροῦς ἀντιπάλιν*, ad scientiæ ostentationem, quin fururorum in Civitate, in Ecclesiâ, sibi præscientiam adscribit, & particularium quidem, quam Deus sibi in peculio habet. Omnimò *τὸ μὴ εἶναι τὴν φωνὴν τοῦ Θεοῦ* futu-
torum *cæci sunt sermones*, quoad hominem. Hinc inanissima è suggestu prælagia, tanquam ex mente Spiritus S.

Expeditam scilicet rem esse: Virgines *φρονιμαί, ὀλεο* instructas, ac compositis lampadibus in thalamum admittas, designasse (in *Prophetiâ*) omnes illos quotquot, *Coccejo* duce, novâ scientiâ Scripturarum, prophetiarum scrutinio, & expectatione gloriosi Regni, à grege *maiorum* sese distinguunt, & à somnolentiâ, mollique inertiâ eorum qui intra *Calvini*, aut nuper *Voetii*, sensa consistunt, ac Rivetos, Spanhemios, Maresios, Hoornbekios, similes æmulantur, in quos quadret scitum istud Itolorum,

Santa prigiua madre de' poltroni!

Socius alter ex sapientum grege, Præfatorum hunc nostrum fuisse ferunt, quum fibulam factiosis injicerent Princeps, Proceres, Classes, impletum dixit illud Apocalypticum, *factum est silentium ad se-*

Apoc. VIII. 1.

mborium. Alius ad magna illa Mysteria cum paucis intromissus, interpretaturus *fulgura, terra motus, rupturam magna Civitatis in tres partes*, reliqua Apocalyp-
seôs xvi. explicuit ad literam de Belgarum calamitate, Anno hujus ætatis LXXII. Tempus à Spiritu S. designatum quadrare in ipsum hunc Annum, magnam civitatem esse Provincias septem; divisam illam in tres partes, quarum videlicet unam Gallus, alteram Monasteriensis, tertiam Ordines obtinerent; Civitates Gentium, quæ caderent, conspectas in Bonnâ, Nardâ, aliisque tandem expugnatis; Grandinem cælo immissum fuisse Bombos illos in Groningam civitatem tanto cum fragore irrumpentes &c. Symmyta quidam alius nihilo minus divinatorum istorum capax, tractaturus pro concione textum è Zachariâ

Apoc. XVI. 18. 19. 21.

vate, *nec Dies erit, nec Nox*, affirmatè illa verba præfens

Zach. XIV. 7.

tempus respexisse pronunciauit: Nec enim adhucdum Diem illucescere, pacem quidem dici, ast minus fidam atque intutam; sed neque Noctem, id est bellum apertum, operire terras; imminere verò tempus quando splendidissimo Lumine omnia collucebunt. Myriades id genus exemplorum sunt, ac novissimè familiaris alius Præfatori nostro, *sermionem Abrahami* crebris Homiliis enarraturus, ad Novi Testamenti tempora, in modum exegeos, singula *καὶ μέγε* & gravi & pathetica, ut potuit saltem, oratione retulit. Et quis hisce chimæris tandem finis? quibus totus aded pascitur Præfator, ut etiam privatis char-
tis, inter suos disseminatis, omnem Historiam *Regum*

Juda

Toti tument, toti jaçant, parturiunt montes, ac *Vienna* nuper *Turcz, Belgium* Babyloniam certè decessurum.

Sic inanis rerum formis concipiunt.

2. *Quod Reipubl. simul & Ecclesia postem.*] Ità censuisse, & cenere etiam hodiè primores Reip. nostræ Viros, etiam in Urbe principe, hunc abusum Verbi Prophetici terre deinceps nescios, publica rei fides est. Nec paria facere cum novo hoc genere vatum Viros graves, in cardinalibus Ecclesiis, Coccejo cæterum additiores, ipsi dixerint. Quâ de re Viri inter illos non proletarii ferunt exscere Amstelodamenses operas scriptum.

3. *Quum fibulam factiosis injicerent &c.*] Johannes quando *factum sit ignorat.* Mox memor fibulæ sibi ipsi injectæ, auctoritate Civili & Ecclesiasticâ, quum in *Zelandis* surbaree, addit, *nullam saltem fibulam injicere debuisse, aut summum Magistratum.* Ordines, aut *Gubernatorem, Sereniss.* *Auricum, aut Classem ullam, scilicet Walcherianam.* Et hujus extrat publicum, publicis Documentis munitum, de nostri in Classem, & in Principem molitionibus isdemque sine exemplo, scriptum, editum Anno MDCCLXXII. Fridericus facta *δημικῶν* commemorat, causæ momenta non retractat.

4. *Factum est silentium &c.*] His reliquisque vaticinationibus, aut suis aut suorum, speciem addit, ac colorem obducit. Tum ad commodiorem interpretationem Apocalyplici loci Fridericum invitat, quasi nullam ipsi, aut *Patric. Forbesius, aut Medus, aut Pareus, aut Durhamus,* aut id genus eximii Interpretes suppeditarent. Has primè ille *ad Tentum utrumque* destruat, priusquam adstruat suam, suorumque. Tandem *putidissimi mendacis effrontem* Fridericum coarguit, *heterolytum caput, qui sibi à Cuculis ova supponi patiat, vivum, immodicè delirantem, mendacissimum &c.* Et hic atræ bili expurgandæ *elleborum* sibi rectè suaderi neget? Sanctè verò proficetur Fridericus, horum nihil in Epistolâ narrari, nisi ex vestibus fide dignis

Zzz 3

Sic

Juda & Israël, in præfagia hodiernorum Regum, Principum, Statuum, novo parallelismo inverterit.

X. Sed res, pro temporum licentiam! processit longius, nec intra præteritorum terminos Tiresiæ nostræ & Calchantes, horumque primipilus Wayenus, deinceps consistunt. Futuri etiam temporis arcana pandunt, ac dirum sæpè carmen his & illis Statibus, Ecclesiis, Theologis dicunt, Populorumque fata, quæ supra hominem sunt, ex suis Hypothesibus suspendunt. Undè modò ex Davide, modò ex alio quocunque Prophetarum, Galliarum ille Regi, hic Britanno, tertius Batavis, vel Auriaco, male ominari. Ac ne numero fastidiosus sim, referam Wayenam vaticinationem, annos ante non ita multos, postquam Zelandiæ finibus ejectus in Frisiorum delatus portum esset. Ibi quum à Viro Eximio, pro pristina inter ipsos consuetudine, ipsâ jubente etiam humanitate, salutatus esset, audiretque indolentem ejus calamitati Amicum veterem, nihil cunctatus Wayenus: *Sic factum oportuisse dixit, ut Papisimus videlicet in Provincias hæc postliminio reduceretur, ac certò sibi persuasum, intra lustrum eam rem omnem eventuram esse.* Miranti illi Viro, hodieque superstiti, ac sciscitanti quibus tandem rationibus inductus, Politicis-ne, an Theologicis vel Propheticis, in audax illud assertum erumperet? Regessit extemplo Wayenus, *utrisque.* Ac rogatus ulterius, ut paulo explanatius mentem aperiret suam in re tantâ, de Politicâ iste consideratione nescio quid intra dentes, intentus in clandestina scilicet cum Hispanis molimina, mussitavit; sed argumento Theologico pressius insitens, præter loca duo producta ex *Esajâ & Apocalypsi*, in tertio pedem fixit, quem citabat ex *Danielis* ultimo, commate VII. *Post constitutum tempus, constituta tempora, partemque temporis, & quum absolvet dissipare vires Populi sancti, fore ut absolvamur omnia ista.* Initante Amico, nùm ille locus ex mente Spiritûs S. has Provincias septem, intra annos quatuor vel

quinque, sub Antichristi jugum reducendas innueret? Multo istud quàm antè asleverantiùs sustinuit, cum ex scopo Textûs, tum ex Prophetiarum filo, exploratissimum esse. Eandemque postea interpretationem non semel, coram Viris gravibus, pari confidentiâ reposuit. Sed benè est, quod ferale illud lustrum, singulari Dei beneficio, expiravit, ac ille ipse, qui futuri temporis exitum pressit obscurâ nocte, ridet hanc misellorum vatium temeritatem, augendam in majus, ni tempestivo legis freno coercantur. Quare, mi Wayene,

nisi ventis

Debes ludibrium, cave;

deincepsque & tu, & omnes tui, ab hac Scripturarum ludificatione sollicitè abstineant, nec oportunas, pro concione perorantium, prudentesque applicationes, post commodam ἐξήγησιν, pari loco habeant cum ventosis id genus interpretationibus, undè multi oriantur risus, sed & impiæ cavillationes, si non etiam

Civiles motus, cognataque bella.

XI. Sed nec Prætor, nec quicquid penè fœderatorum est, adeo sunt aut pudoris obliti, aut Ecclesiasticorum Canonum, ut non subinde fateantur nihil Fratres inter controverti, quod ad *fidei substantiam*, ad salutarem intellectum Scripturarum, ad salutis necessitatem pertineat. Nihil etiam horum aut publicis formulis statutum, aut Synodali judicio decisum esse, in aperto est. Ac plurimorum animos modò sincero Christi desiderio accensos, & infucatâ pietate repletos esse, modò eximiâ doctrinâ eminentes, qui hujus aliâs mysteriosæ sapientiæ incuriosi sunt, haud gravatè largiuntur. Accedit nullâ hæctenus experienciâ comprobatum (ex quo lux illa Theologorum ac Discipulorum irradiavit mentes, & vel Patres Testamenti Veteris miserimi jacuere, vel Prophetiæ sunt ad quidvis inflexæ) plus seu Antichristi regnum fuisse acci-

Sic nec istud, de nostri præfagiis ex *Historiâ Regum Juda & Israël*, in quo si falsus est qui narraret Friderico, neuter fallere instituit. Ac nihil adeò ibi à cogitatione tua alienum esse, omnis tua Methodus Prophetica, & vaticinationes ex Daniele, & Zachariâ, & Apocalypsi, ac quæ moliris plura, testentur. Quin *historiolarum* id genus, & *interpretationum Propheticarum*, alescit indices cum Concionibus ipsis numerus, ac mirè crescit Index, post illum *Hulsi, Ridderi, Brinckii*, Expurgatorios tandem Indices mole excessurus. Cathedræ quotidie loquuntur, imò clamant. Quod magis est, eundem sæpè Textum, diversis è suggestibus, ille ad Periodi VI. hunc eventum, alter ad eventum alium, tertius ad Periodum imminens VII. referet, singuli *tanquàm in sensu proprio & immediato*, publicâ recentique rei apud nos significatione.

1. *Referam Wayenam vaticinationem, &c.* Johannes modum secat, *nunquam* (inquit) dixi. *Prodeat fucatus ille amicus, seu proditor potius. Nisi Fridericus ea narret, pro more, quæ ex cerebro finxit.* Imò Friderico tres iudicantæ fidei testes sunt: *OCELLUS* à quo habuit ea immediatè, Vir probatæ integritatis atque innocentie, Clariss. Witzius, ad quem illa ipsa Wayenus, nec eo magis proditor, quàm Wayenus Witzii, dum quæ privatim inter ipsum & Witzium transacta, in *Præfatione*, & aliâs in Confessu Procerum, revelaret; ac tandem testis mihi ipse modò Criminator. Simul hariolationem illam ex Daniele pernegat, simul adstruere pluribus fatagit p. 404. 405. 406. Et ex afflictâ Reformatæ Ecclesiæ conditione, cui *Jesuita*, cui *Callus*, cui *Principes apostata*, cui *grassantia peccata*, dira minentur, infert voluisse hanc ipsam in sensu historico & literali Danielem *Cap. XII. Comm. VII.* At & in Antiochi tempora, & in Persecutionum illa sub Cæsaribus, sub Antichristo pridem, & in liberationes Dei inopinatas, pari jure quadrent illa Divini Vatis. Nec confundenda imperio *historica* alicujus Vaticinii, cum *analogicâ*, quæ similes quodammodò eventus repræsentat. Potiorque nobis, si auctoritas queritur, illa Melanchthonis, Calvinii, Bullingeri, Polani, Junii, Willeti, &c. quàm omnium Johannitarum est.

2. *Ut non subinde fateantur.* Plana res est. Si in *problematicis* modò dissentiant, quæ nihil ad fidei substantiam, nihil ad salutarem intellectum Scripturarum, nihil ad fa-

lutis necessitatem: Undè tot in dissentientes cotidie *probra, sales, scripta, appellationes contumeliosæ, ac composita fabella, quibus indignissimè traducuntur?* Undè illi *soli Filii lucis, soli in Regno colorum edocti, soli studiosi Scripturarum, Sioddâw λογων, Verbi Prophetici, Profetæ, Linguarum, Textûs Originalis, Historiæ sacræ &c.* Ut quod inscriptiones Antiquæ præferunt, suam societatem deinceps dixerint, *COLLEGIUM LOTORUM SACRUM.* Sed cum Johanne mihi res est. Undè hic ad furorem usque bacchari in omnes Fratres, quotquot non idem cum ipso sentiunt de Regno Gloriæ; ut in *irrisores, qui ipsam veritatem, & Christum quoque ludibrio habeant* p. 363. Undè propagandis hinc *problematicis*, faciendis *proselutis*, ac *ωσδάταις* istorum mysteriorum promovendis, omnem dies noctesque lapidem movet, terram prius cœlo mixturus, quàm ut quieteat, aut laceffere desinat Fridericum, & Fratres, & eorum, si quæ sunt vulnera, *cunctis monstrare?* Ac sibi quotiens illud tacitus ingeminat,

Summe ego homo miser, qui nusquam benè queo quiescere? Spanhemium verò, aut per te, aut per suos, *Hæreses fratribus impigisse, quod in nonnullis à se dissentirent* p. 406. post evictam in superioribus rei falsitatem, haud meretur responsum aliam, quàm quæ quondam Hieronymi fuit, *Cum mendacia protuleris, de veritate taces.* Imò vis Spanhemii constantissimas voces, repetit identidem illas ejusdem Hieronymi in *Tomo II. p. 224. Bas. 1553. Si unum credimus, si idem & volumus & nolumus, ex quo firmas nasci amicitias etiam Catilina testatur: Si Hæreticos pariter odimus, & veterem æquè damnamus errorem; Quid contra nos tendimus, cum eadem oppugnemus, eadem defendamus?* Dices, Fridericus contra te iurrexit prior! Sed respondeat idem Hieronymus; *Non te pudet Accusationem tuam Apologiam vocare? Esto etiam! Ego te læseram, & quibusdam (ut dicis) stimulis ad maledictorum insaniam provocaram! Ergo meruit homo ille ut nudares cicatricem ejus, & obdactam cutem insperato dolore rescinderes? Nonne etiam, si dignus ille esset contumelias, tu facere non deberes? Aut ego fallor, aut illud est verum, quod plurimi jactitant: Te tuorum moliminum hostes in illo persequi, & sub occasione nuntius in omnes sevirè*

3. *Patres Testam. veteris miserimi &c.* Nempè ut supra, *sitientes, vincti, captivi, carceribus conclusi, onerati, fatigati*

sum, seu Hæreses profligatas, seu τὸς ἕξ ad fidei unitatem inductos, aut plus grassantibus vitiis detractum, pietatem auctam, charitatem inflammata, selem excitatum, ac discordes animos concordia vinculo colligatos. Quin potius animadversum, recte omnia in pejus per verum nefas, lacera Christi tunicam, ludos præbere fidei mysteria, sacra videri, vitia increpare, augeri errores, adversantes obfirmari, & honesta quasi fieri scelera, multorumque conturbari mentem, aut fidem labefactari. Sed & Sacrosanctis Dei Oraculis, specie amoris, religionis, diligentioris scrutini, accidit sæpè, quod, apud Theocritum, elegantis formæ Adonidi, cujus dum juvenile femur ardentior Aper pressus oscularetur, dente infortunatus transfixit. Neque observatum in iis hæcenus, qui per se tandem esse lucem Prophetis illatam, tenebras priores dissonas, slavum scientia è hæteris educam, mysteria aperta, Oeconomus declaratas, Testamenta resonata, & ingenti auctum munere mortale genus, inter tuos jactitant, exprimere hoc ipso magis, supra Fratres, Christianarum virtutum imaginem consuetudine, moribus, vitâ; ut non dictis modo divarbi; & scriptis, sed & factis appareant; nec minùs illos admireris quum videas; quam quum audias legasve. Loquuntur quæ Dei sunt, ait nonnemo Veterum, faciunt quæ sua sunt; phaleratâ magis, dixisset Ambrosius, quàm verâ sapientiâ. Et quod de Cucullatorum quandoque scriptis Erasmi, plus esse sanctitatis in Libello, quàm in Libelli auctore, nescio an non opportunè de Libellorum illâ segete, quâ officinæ nostræ quotidie luxuriant, & qualem Præfator uberio- rem pollicetur, verissimèque dixeris.

XII. Quibus ita comparatis; sumus equidem omnes concilii, attentis præterea quæ suaderent unitatem Spiritus, linguarum concentum, pacis oscula, humilem nostri sensum; ac conjuncta animorum studia in grassantem impietatis labem, & supra quæ incumbunt Reformatis cervicibus pericula; quo tandem smegmate abstergent Fratres foedissimam alteram conjurationis labem, in dissentientes Theologos, Collegas, Patres, contumeliosissimis ubique appellationibus, salibus; scriptis, ac com-

positis fabellis indignissimè traducendos? Quousque tandem sapientia lux jactatores, ac mangones suorum mysteriorum, (quanquàm alienâ sumuntur Arcâ; & Magistri unius laude, si quæ foret, non suâ profectò centeri debeant) id unum agent, ut soli filii Lucis, soli in Regno cælorum edocti, folique profectis videantur, nisi tamen sibi jam ipsis sufficerent? Ecquando finis iis sannis quibus reliqui Fratrum, cum optimo Elisâ, vel Paulo, passim excipiuntur, audientes velut *Egyptiacis tenebris demersis, lucifuga, hostes veritatis, Monachorum filii, Aristotelis Thomæque traduces, his magistris nisi non Christo, non Paulo, vacui bona mentis, μικροζαφοι, qui ex Humanis tantum scriptis sapiant, qui S. Biblia manibus surripiant, qui Versionum canonisationem moliantur, uno verbo qui bellum indixerunt sana rationi, propria judicio, profectus, Linguis, Scripturis, Disciplinis, Historiis ac Sacra potissimum?* Ac quis tandem modus erit iis affectibus, iisque concursationibus, moliminibus, studiis, quibus (seu sint Pastores coetibus admovendi, seu coopandi in Presbyteria Seniores, seu committendi pauperum cura; Diaconi, seu à Synodis delegandi qui Confessus moderentur, negotia admittrent, Provincias adeant, cum Ecclesiis communicent, examinibus cæterisque agendis præsent) nullâ jam ordinis, ætatis, doctrinæ, prudentiæ, sed nec honestatis ratione habitâ; in suarum modò partium Viros, quantumvis inferiores sæpè tot laudibus meritisque, pari suffragiorum conjunctione conspirant? Nec dissimulat Præfator grande facinus, quale totidem testes habet, quot Hollandia Ecclesias. Ac ipse in se suosque αυτοκαταχειρῶ sententiam dicat! *Non tam, inquit ille, amor veritatis, Præfat. quàm astus ille quo tractatur; amor improbus, est me P. 181. judice causa contentionum.* Sibi habeat, nisi quod stultitiæ proprium esse dixit aliquando Tullius; τὸ ἴδιον ὡς ἐλέπει, quod suum est prætervidet.

Atque hoc ipsum est, intume Amicorum, quod ferre usque adeò æquo animo difficile est generosis mentibus; ipsum illud est undè miseræ rixæ,
Si rixa est ubi tu pulsas, ego vapulo tantum.

Nec huic malo remedium aliud, quàm si Deus, velut ἀπὸ μηχανῆς, succurrat desperatissimis rebus, & maxi-

fatigati, retenti sub Maledictione, subjecti rigido dominatui Angelorum, Seniorum, Sacerdotum, Scribarum, trepido Mortis metu per omnem vitam agitati &c. Hac illa inferia! Nunc quasi dispuderet hunc nostrum severioris de optimis Patribus apud suos decreti: Imò, inquit, in communionem cum Christo Sponsore omnium peccatorum Remissionem, Spiritum sanctificantem consolantemque nasci in hac vitâ, cum spe certa melioris hinc emigrarunt, & spiritibus consummatorum iustorum per mortem illicò adscripti sunt. Et hæc jam Patrum felicitas est, quam Fridericus & ἐμὸν φῶς identidem tradunt. Suas igitur res sibi habeant, qui hæc bella movent, & implent Cathedras, Suggestus, grandia Volumina, ut conficiant Patres fuisse sub νεβελῶν, fuisse filios carnis, ex ancillâ natos, metui mortis per omnem vitam obnoxios, non audientes verbum bonum, non habentes ἀφίσιον, seu plenam remissionem, nondum plenè translato ab iis onere peccati in Expromissorem, fide scilicet apprehensum &c.

Ac mirare tu quidem, Lector, quàm ἀεγρία nullâ labore hæc & ubique Criminator! Fridericus; Non esse quod consummatis per fidem Patribus, in Christo prædestinatis, adoptatis, justificatis, ac glorificatis denique, insultetur perpetuâ velut miseræ exprobratione. Johannes ad ista immediatè P. 407. Profanissimum esse dogma Scrivenerii, Angli Presbyteri, Mentis humanas dicentis subtilissima corpora. Deponam pignus, si cui hæc & ἀδελφῶν δόξα sine risu præterierint. Martialis in Postumum, ficto nomine Lib. vi. Ep. xix.

*Lis est mihi de tribus capellis,
Vicini queror has abesse furto:
Tu Cannas Mitbridaticumque bellum;
Et perjuria Punici furoris,
Magnâ voce sonas.*

At Scrivenerius nostri cliens est, ait Criminator. Undè cliens, quâ in causâ, quâ habitudine, quo nexu, quibus

indiciis, ubi à Friderico citatus; ubi laudatus, imò ubi noscitur unquam? Nempe adeò cliens, ut de Scrivenerio Spanhemii Animadversiones nuperæ, de Ecclesiar. Polit. p. 234. *Matthæus Scrivenerius, pace Viri dixero, tam impotente animo, judicio perexiguo, doctrinâ modicâ, in Calvinum, Bezam debacchatur &c.* Tibi verò, quam exorsus fueras, calumniarum pertextenda tela fuit, ac implenda omnis mensura manifesti detraçtoris.

1. *Neque observatum in iis &c.*] Hoc tamen centrum est quò ducant omnes lineæ profectus theoretici. Frustrâ proficis cognitione, si deficiis charitate. De regno Christi nequiquàm multa, dum improbi affectus regnant. Christianismus omnis via, stadium, certamen, excurbia, disciplina. Non satis Verbum Dei ore Prophetarum tradi, nisi & per manus Prophetarum. Tum demùm gladius διακονῶ, quum tractant qui dicunt simul & faciunt. Ex fructibus cognoscetis eos. Rectè Clemens Alexandrinus, in fine Protreptici ad Gentes: *Οἷα ῥῆσ' αἱ βυλαὶ, τοῖαι κ' εἰ λόγοι, ὁποῖοι ἦ εἰ λόγοι, τοῖαι αὖτ' αἱ προφητεῖαι, κ' ὁποῖα ἔργα; τοῖαι δ' ὁ βίβλ.* *Qualia sunt consilia, cogitata, profectus, tales quoque sunt sermones: Quales autem sunt sermones, tales etiam actiones: Et qualia sunt opera, visa talis est.* Absit ut nos fratres judicemus! Facta loquantur, ac omnis vitæ ratio; illorum cumprimis qui in speculatione toti consenscunt, qui se plus cunctis sapere præsumunt, quod de Origene Vincentius Lirinensis, & Scripturarum capitula novo more interpretantur, itâ ut Scripturas quò velint ducant, non quò ducunt sequantur, nec à majoribus accepta servare, sed sua posteris tradere videantur. Pia hæc quondam querimonia Augustini fuit: *Totus Mundus Christianus est; sic totus Mundus collustratus novâ luce cognitionis, & totus Mundus impius!*

Πολλοὶ βυκίνται, παῦροι δὲ τὸ γῆς ἀετοῦται,
multi boves stimulant, arant verò pauci.

1. Ni-

Idyll.
XXI.

Epist.
mea ad
Amic.

E phes.
iv. 3.
1 Cor. I.
10.
Rom.
xvi. 16.
&c.
1 Cor.
VIII. 2.

maximus ægræ Ecclesiæ auxiliator adsit. Nihil pro! nostros afficiunt serpentis Atheismi tabes, Socinianismi gliscentis contagia, Religionis ubique frigus, Antichristi furor, hostium conspiratio, sociorum calamitates, & incubans cervicibus nostris aptatus mucro. Malis omnibus hi Præfatores indormiunt, dummodò factioni invigilent, atque utinam mentiar! Permittamùs illos tandem Deo, ac sibi ipsi, mi Frater, nolimus certè ἀπαμύνησθαι, vel

πρὸς κέντρον κῶλον ἐκτενῆν, id est stimulum calce laceffere. Sinamus & Præfatorum, & socios sacri foederis, πῶς δὲ πῶς νόσον νοσῆν eo morbo contabescere, tumidæ nempe δοξολογίας,

1. Nihil prob! nostros afficiunt.] Sensus comparativus est, non tam videri afficere serpentis cotidie impietatis contagia, aut incubantem cervicibus nostris mucronem, quàm afficiunt quæcunque partium studia vel promouent, vel sufflamant. Addit modestè Fridericus, atque utinam mentiar! Ac præ cæteris Johannes, vel hac Scriptio- ne suâ, minatus quoque nova prælia, dictis robur adjicit ac pondus. Factoque jam à Fratribus divortio, nostri, inquit, nostrorum scripta, aliquot nunc annis edita. At de factis, de studiis, de scribendi consiliis, & præcipuo in quem collimant scripta ista sine, judicium aliorum esto. Tantaque invasit novarum sæpè Hypotheseôn cupiditas, liceat Varronis voces imitari, ut vel calum tuere, dummodò quod valeant adipiscantur, præoptent, quotquot scilicet cum Johanne afficiuntur.

Spanhemium quod attinet, adgeniculus is summo Dei tribunali, procumbensque ad Christi Servatoris pedes, supplex eundem veneratur, inter tot Ecclesiæ quam Leones circumdedere, & insequitur Draco, singultus atque laniatus, ut tandem positus odiis, sedatis affectibus, compressâ cupiditate, memores utrimque sinus communis discriminis, sed & communis fidei, hominis, ordinis, characteris, officii, ac tandem communis mortalitatis, quæ quod difficillimum inter mortales est suader, charitate invidiam vincere

æmulationis præposteræ, ac inexorabilis odii. Turgeat Præfator instar utris inflati, & altum spirer, nosque etiam ex alto despiciat; equidem ille

² Dives opum, dives positus in fanero nummis, sed &, se iudice, scientiâ Scripturarum omnisque sacre Antiquitatis dives; alter ipse quoque Eliezer, Præf. de quo Magistri, si forent omnes Sapientes in unâ lance, R. Eliezer in altara, hic pondere vinceret! Ego Deum Opt. Max. venerabor, ut illi bonam Christianamque mentem, tibi multam salutem impertiat. Dabam Heidelbergæ v. Kal. Sept. Greg. A. Vulgari CIO IO C LXXXII.

2. Dives opum &c.] Christianum monitum, ne hunc opes nimis efferant, nec ex divitiis metiatur animi magnitudinem, est illi rursùm ægris oculis divitias ejus inveniri P. 408. Ac ne quid deesset ad contumeliam; non tamen, inquit, divitias cum nostro unquam inmodicò sectatus sum, nec reddendam stipem filiis meis unquam NB. emendicatus, nec ullius liberalitate Principis cum nostro ad vitam sustentandam fruius sum, nulli crimini quæ possideo debere me profiteor. Hæc in publico probra Fridericus nullis jam verborum injuriis vindicabit. Deo & Judicibus commisit vindictam. Animi hæc sunt exulcerati purulenta quædam excreatio. Sors ea Friderici est, beneficio Numinis, ut nec vivus ipse stipem à quoquam emendicare, nec se melioribus adscripto, liberi unquam teneantur. Stipendia si meritis de publico est, communis hæc illi sors cum Viris præclarissimis fuit. Paupertatem nullam unquam sensit, præterquam ejus cupiditatis cujus eum eriminator insinulat. Crimini cujuscunque nec Classis ulla, nec Princeps, nec Proceres, nec apparitores, nec viz publicæ, nec morientium supremæ voces, unquam postularunt. Φιλοχρηστὴν unus in mortalibus Wayenus, malè concius, de Friderio suspicatus est. Ac si par Johanni mensura divitiarum, quæ conviciorum est a maledictorum, ne Croesum ipsum, vel Aulalum, pares opibus habuisse credendus est.

ANIMADVERSIONES
DE
ECCLESIARUM POLITIA
VARIA ET LIBERA,
DE QUE
ANGLICANO EPISCOPATU,
Adversus Fisiones Nuperi Criminatoris.

LECTORI BENEVOLO FRIDERICUS SPANHEMIUS S. P.



UOD Hieronymus ad Vigilantium in aliâ causâ, merito ego ad Criminatorem meum: Nunquid scivi quod irascereris, si ad Illustriss. Londinensem, ut à me factum est, scriberem? Deum Opt. Max. testem invoco in animam meam, nihil unquam innocuâ illâ responsione, ad interpellantem me Praesulem, vel suspicari potuisse contentioni, aut certaminis, multo minus horribilem & truculentam, qualis ne a Julianis vel Porphyriis expectari potuit, Theologi Frisi in me irruptionem. Quicquid enim illo contumeliarum in Fridericum suum, diro scripto, projectâ lacerandi cupiditate, palam intorsit,

Confidens, tumidusque, adeo sermonis amari

ille ipse Wayenus, an Veriumnus Tyrjas qui verteret arces, hoc unum δεδαυδαμένοις μύθοις praeceperit, obtritâ illâ meâ Nuncupatoriâ Ecclesiarum Politiam, inditumque bellum ut Confessioni Batava, ita Cismarinis Theologis. Unde tandem monstruosus ille partus, cui similem nulla Lybia, Africa nulla progeniit, vindicandis scilicet Articulis Confessionis Belgicæ xxx. & xxxi. & Aequalitati Ministrorum Verbi, adversus Hierarchicos, adversus Fridericum, asserendæ. Mox in omnem Europam maledica charta per clientum, quam vocat ille, turbam missitanda, ne hujus Herostrati nomen clam haberetur, nova etiam contumeliarum incendia comminantis. Detestati sunt Theologi, indignati Proceres, horruerunt Boni, ingemuit orbis Batavus, stupuit Britannia, & ne fando auditi hujus nominis J. V. W. indomitam effrenatamque mirata libidinem, quaesivit num u è Cynicorum Disciplinâ? qua fuere maximi Praesulis voces. Ac nuper admodum Edwardus Westenhallus, in Hibernis Episcopus, quem monstris Hierarchicis, nec doctoribus sed seductoribus, hic Criminator accensuit, pag. 410. 413. 417. datus ad Filium suum literis, in hac verba exposulât: Horribili modo me abutitur Auctor ille Van Wayen, in Libro suo, affingendo mihi quæ nunquam cogitavi, nedum publici juris feci. Probabo eum, eosque quos sequitur, scandalosissimè mendaces esse: idque in facie omnium Ecclesiarum Reformatarum facturus sum, nisi jam tales habeantur. Possum me ipsum vindicare, nihilominus potes significare D. Hicmanno, ne credat me adeo stultum & hæreticum esse, ac ille Plagiarius me repræsentat. Nam Plagiarius est tantummodo, transcribens quoad me, & NB. aliquos alios, Senilia deliramenta Ludovici Molinæ. Mittimus Illustriss. Londinensis ad Hagiensem Magnatem, sic Helvetiorum, Genevatum, Germanorum, Theologorumque toto Belgio, ad Spanhemium, ad Cl. Leydscherum, ad Synodos etiam, querulas voces, de hujus scriptiois infamiâ. Ac tanta illa fuit, ut non responsione quidem ullâ, sed, quod Calvinus de Monachis cujusdam scripti in se conjecit probris, ad Farellum, (T. vi. pag. 123.) publicâ ignominia vindicandam talem petulantiam censerent, etiam iniqui alias judices. Quo factum ut scribendi consilium omne abjecerim ego quidem, ac precipue post fidem ab Illustriss. Academia Lugd. Batava Curatoribus, Urbisque Consulibus, publicitus obstrictam, imposituros se Spanhemio suo, atrocibus injuriis oppresso, silentium, si modo Frisi hunc Libellum aut supprimerent, aut aliquo suæ indignationis argumento notarent. Sed frustra aut illi exposulando, aut ego mihi temperando, fuimus. Quinimo silentium meum in laudes suas vertere Criminator, & sarcasum illud maledictorum nonnisi prodromum apud suos interpretari, secuturæ non unius in Fridericum Satyra. Nec istud tamen has mihi Animadversiones expressit, qui

Minacias ego istas flocci non facio tuas,

sed impetravit Virorum gravium in me imperium, qui in tantâ Politiarum diversitate, qua sorores quasi Ecclesias disjungit, tolli per me voluere dissensionum omnia semina, quibus inquieta ingenia in rem suam abutuntur. Unde qui pigraeram scriptioem diu satis, acceleravi tandem, pauculos intra menses (ut de se ipsa testatur) & calamo & typis expressam. Atque ut omnes intelligerent quid potestis pronus in calumnias animus, & quid deinceps ex loquente illo penes Frisi Calumniatoris expectandum, priorem meam ad Amicum, vero jam nomine Apologeticam, & inter paucos distractam, exponendam rursus omnium oculis esse censui, juxta cum torsionibus ac furoribus Criminatoris, quando ἀντικείμενα ἀσάφην λόγον μάλιστα φαίνεται, lentioribus autem hætenus Trajectensium operis.

Ceterum homo noster, ad famosa scriptiois calcem,

Relinquit aliquid orationis, cras quod mecum litiget.

Scripta Friderici vocat P. 419. exuccos miserisque centones, farragines, à Doctis non examinatas, à Semidoctis pro oraculis habitas, erroribus refertas, quas, à suis Trismegistis adjutus, sit aliquando pressius examinaturus. Antea pag. 259. Piget compilationis hominem meum, licet integros aliorum Tractatus compilare, quin ab aliis compilatos Centones, suos facere aliquando non erubuerit. Sed bene habet, esse toto Belgio, sed & forte Europâ totâ, Viros nec planè luscios, nec mucosos, nec bardos, vel ut tu semidoctos, etiam extra Reformata Ecclesia can-

Tom. II.

Aaaa

cellos.

cellos, quibus Fridericum ille tuus non omnes fortassis anteit stultitiâ, inscitâ, & moribus indoctis. Præter Epistolarum judiciorumque, Europâ totâ Protestante, fasciculos MSS. extant Virorum Magnorum lucubrationes, in ipsâ Lutheri nepotibus, qui Spanhemianarum supra expectationem meminerunt. Nec tam amans sui Fridericus tuus est, ut his laudum præconis πρόσωπον hujus Defensionis exornet. Non hominum vel laudibus vel vituperiis stant cadunt-ve scripta nostra. Ac illa ipsa Historia Jobi, unum modò exemplum proferam, cujus tu Arabismos pari scienciâ differs, quâ gradus longitudinis putabas ab Equatore ad Polos, sic audiit nuper Viro, in Pontificiis castris, harum literarum in eruditâ Galliâ penè Phœnici, Danieli Huetio, Galliarum Delphino à Studiis, Demonstr. Evangel. p. 177. 179. 181. Fridericus Spanhemius, qui Jobi Historiam accuratè nuper & eruditè persecutus est. *Iturum*; E tertiâ è Jobi filiabus, cui הַפּוֹרְקָן nomen fuit, &c. nam esse fabulam Cornu Amaltheæ, & ex Historiâ Jobi in Hereulis fabulam multa Græcos transfulisse, acutè Spanhemius conjectat. *Postea*; Horum opinionones si quis avet cognoscere, adeat Spanhemianam Jobi Historiam, luculentum Opus, in quo solidis prætercâ rationibus hoc argumentum (NB. etiam contra H. Grotium) retunditur. *Quid opus est verbis?* rerum Testimonia loquantur! *Nec qui Centones tibi sunt, aut Momia quæ tibi insufflarunt, incruditi vel ἀπαίδεστοι fortassis aliis censebuntur. Sed Centones sunt, meminisse debuit, quod*

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,

Omnia nos item depascimur aurea dicta.

Ac si vera accusatio est, Lucretios modo, doctissimosque Veterum, amulatus ego censeferi possum. Quis equiores hâc parte lepidissimi tui, Gelasius & Democritus, qui compilare Spanhemium causati; sed ex propriis Adversariis, ac subindè elegantissima quædam, ἰδιωγραφῶς σημειώσεις Veteres dixerunt. Vellet indubie Censor, Fridericum Historiam Ecclesiæ, & factâ Antiquitatis, de suo finxisse, aut Geographicam Isagogem, solum tyronibus in usum Collegiorum contractam, & ab amanuense descriptam, hinc privatis recitationibus quandoque castigandam, excogitasse novam, novas Ecclesiæ sedes, novam sedium distributionem, novas Dioceses, Provincias, Metropoles, Episcopatus. Ac quid in eo genere alias fortasse præstiterim, ut præoccupatum in opusculi limine, sic profixior Introductio, Typographo pridem integra & ostensa & addita, fidem faciet. Igitur non est hæc nota à Criminatore apposta, de illarum genere, quarum vestigia impressa hærent, & quales innuebat hoc dicto Claudius Cæsar, etiam postquam adempta suâ auctoritate notæ viderentur, litura tamen extat! Quid præstiturus noster fuisset in genere Prophetico, aut in Paraphrasibus quas vocat suis, absque Coccejo, Mommiâ, Gulichio, &c. quid in famosâ hæc Epistolâ, absque junctis dextris, & sociâ exploratissimâque tot facti Testibus operâ, habitis etiam hunc in finem Conventiculis, non est Friderici decernere, tam de Johanne quam hic de Friderico pari lege intestabilis. Veni modo quisquis es, lege utraque & vide. Quanquam sanè Fridericus, & cum eo plurimi, dum subindè hunc nostrum cogitant, derepenitè in Cocceji, Cartesii, Mathematicum, Legum, Geographiæ, Antiquitatis omnis, & Poëtarum utriusque Lingua, quin Orientalis literatura penetrabilia admissum, ac Arabismos censentem, stupent ingenii portentum, in Graculum indignati, ut Ἰσοδοπλάσιω, cujus verbum hoc fuit,

Φρονεῖν ἄχρῆς οὐκ ἀσφαλῆς.

Memini tandem conquestum alicubi & ipsum Nazianzenum, Oratione non unâ, ut Orat. xx. & xxxiii. de iis qui ἀνθίμετροι ἄγχοι, ἢ θεολόγοι, ἢ σοφοί, vel σοφιστῆρες, seu qui unâ die tales evaderent. Tam noster derepenitè imbutus est hæc omni doctrinâ, quam alter ille apud elegantissimum Scriptorem; μῖα δὲ ὅλης ἡμέρας, ὡς ἐπεὶ ἔδει τὸ ὄρεον ἐκ Περσῶν εἰς Αἴγυπτον, qui uno die, neque integro illo, montem ex Persis in Ægyptum transgressus esset. Ex specimenibus datis, res facta est nostris Animadversionibus luculentior. Sed nostro πολλοὶ ὀφθαλμοί, πολλὰ χεῖρες, ut monitum alias, vel ut ipse loquitur, non deest illi clientum & sociorum turba, per Dei gratiam, qui aut tantum commodent, aut materiam sufficiant, Spanhemio scilicet tundendo. Saltem Fridericum vel uno hoc Johannis exemplo Phil. Cominiantum, Historicum inclusi nominis, ac rerum usu & civili prudentiâ inter Historicos evi sequioris principem, erroris deinceps coarguet. Sic is sine Libri i. agens de educatione Ludovici xi. toto sexennio apud Philippum Burgundicum: Indubitatum est eos, qui in ullâ re unquam excelluerunt, maturè, puerilibus annis, ad eam rem accessisse.

Sed pressius, inquit, ego & Gelasii mei, nec enim incomitatus procedit, farragines tuas examinare constituimus, arma, ad arma! Crede mihi, Wayne, ridebunt affatim non semi-docti, sed quibus inest vel mica judicii, aut noscitur aliquando Fridericus fuit. Prodeant, seu ierastico Johannis nomine, seu alieno quocumque, omnibus etiam anti-Catonibus grandiores Libri, etiam pumice purpurâque culti & expoliti, luseris operam miser. Quid hoc Marte possis, valeasque tu unus, in omni Disciplina, etiam

excellæ præpandere lumina menti,

*plus satis bellâ hæc Epistolâ tute ipse, ac suis Fridericus Stricturis probavit orbi erudito. Memineris, tamen, vadi-
monii te fore deserti reum, si ab argumento primum a te occupato, & ab accusatione oppugnatae Confessionis, vel tantillum resilieris. Nec defuturam Friderico spongiam, aut strigilem, si quando recudantur (sed ubi commodum illi opportunumque fuerit) ea qua malè vexabis, aut dente mordebis livido Scripta. Et quam hæc digna Viris Dei opera, institutum pium, & ex Christi Paulique præcepto! Id unum agere omni animi contentione, ut Fratris si quâ nuditas est retegatur, ut exponatur Religio nostra ludibrio, ut Reformati Theologi si qui videbuntur errores prodantur imminenti Hannibali, concedenti rebus nostris undequaque Adversario, atque afflicto profligatoque gregi, deplorandâ Reformatorum forte, ubique insultanti, ut fuere nuper Amplissimorum Procerum de tuis moliminibus voces. Agite igitur Viri fortes, & in Spanhemium totis phalangibus ac cupidissimis bellandi animis insurgite! Πόσον ἐκ τῆς πόλεως κλέει, πόσον νικητήρια, gloria quanta Viris! Dixisset opinor Cynicus; Κακοδαίμονες miseris, de rebus miseris, ad miseris! Et quod alius de Momis & Zoilis, κακῶς λέγουσιν ἡμᾶς, ποιῆσαι γὰρ κακῶς βυλόμηνος ἢ δυνάστητος de nobis loquuntur malè, quia malè facere quum maximè velint non possunt. Ne Homero quidem Zoili, uti nec Aristarchi, non Socrati κατήγορος Polycrates, non Platoni Xenophontes, non Demostheni Æschines, non Isocrati vel M. Tullio κύνες ῥητορικῶν canes Rhetorici, quos vocat Ælianus, amuli tantorum Nominum, jam olim pepercerunt. Nostrâ aetate non Scaligero Scioppii, Petavii, non Heinso Croii, non Salmasio Miltones, non Spanhemio Patri noti λοιδόροι ἢ μάστιγες, defuerunt. In uno Salmasio ἀελεψία sine fine, memoria facili lapsu, notaverat David Blondellus ad marginem Salmasiani Operis de Primatu; Nempè seu in Nominibus referendis, seu in producendis Testibus, seu in Numeris Annisve putandis. Ne dicam qua ex Plinianis Isaacus Vossius ad Melam, alique totis æceruis congesserunt. Nec tamen principibus Archivis; serâ etiam aetate, adscribi desinet ὁ πῶλον Salmasius. Tot Heroium exemplo, etiam minorum Gentium Theologum, secum habitantem, & nec consecrari se, nec tolli supra modulum gestientem, incidisse in flagella simul & fiabella contumeliarum, tantique se habitum frementi invidia, erit quod gratuletur sibi, Deoque Opt. Max. supplex inclamet, ut opem ferat laboranti Ecclesiæ suæ, ac vi verticordii flectat λιθοκασίδης, parantisque tunc vecordes Fratribus rixas, tunc foeda Ecclesiæ suæ ludibria.*

Cate-

Ceterum non nescias, mi Lector, sollicitatum, nitente etiam Wayeno, ad silentium Fridericum esse. Quale pro-
tinus sibi imperatum dixit, sepulturus aeternâ nocte & chartas, & dolorem, & memoriam tot calumniarum, ex-
probationum, atrocium conviciorum, omniumque quæ is falsò objectasset, si modo quam privatim accusabat iniqui-
tatem suam Johannes, constare etiam publicitus voluisset, post diffusas per omnem Europam contumelias. Sed surda
jam aures fuere, ut erit apud ipsum

oblatis officii gratia furda mei.

Serenissimum verò Principem, quod palam ab Criminatore jactitatum est;

— calidæ tecisse silentia pennæ Majestate manûs,

aut nuper etiam, versis in contrarium rebus, animos fecisse mihi ad scribendum, scias, Lector, ridiculum simul ac
putidulum commentum esse.



Velatores, genus hominum foedum & exitiosum, illi etiam habiti qui clam commissâ denunciarent, probarentque, alterius opinioni in discrimen adducendæ, sed commissâ tamen: quo jam nomine illi censendi sunt, qui ne animo unquam agitata, minùs facto ipso admissâ, non clam deferunt, sed quâ voce quâ scripto omnium auribus oculisque subjiciunt, Legum periti arbitrentur. Neque minùs in comperto est, quàm parum disputando illi proficiant, certè apud Viros emunctæ doctæque naris, imò uti per deridiculum modò audiantur, qui multo hiatu magnisque clamoribus in arenam descensuri Adversarium thraones provocant, contumeliosis appellationibus perfundunt, verborum jaculis feriunt, averfâ interim ab eo cuspide, ituroque in aërem, in lavam, in saxa, armorum impetu. Quæ an in Spanhemium nuper provocatum delatumque opportunius quadrent, an in hunc superbius provocantem, accusantemque oppugnata Confessione, profanata Ecclesiarum Politia, irreverenter habiti Theologorum chori, Hierarchia impotenter dominantis adstructæ, Episcopatus ex Divino jure Christique consilio asserti, aliarumque defensorum Hypotheseon, quæ subruant ipsam Disciplinæ sacræ substantiam, ac luxent integritatem, nec Friderici nec Johannis, sed Lectoris extra partes hæc constituti, judicio permittetur.

II. Operæ igitur pretium fuerit, re ita exigente, hujus oculis subjicere, quomodo ille noster, animo parum Christiano, fronte adamantinâ, stylo atroci, omne hoc argumentum inverterit, fictâ Spanhemii imagine Lectorem perpetuò luserit, statum à re præsentis alienissimum fixerit, & clarissimæ luci nebulas offundere tentaverit. Hinc ex falsissimè suppositis disputationem omnem instituit, ac denique nihil agit, nisi quod colorem foedissimis scommatis quærit, & truculentæ in Spanhemium fratrem, nec parem habituræ venturis ætatibus, invasioni, ut in Equitem Antichristianum, Alastorem, Planum, Furfurem, Atheum, cui Religio temporis cumprimis cordi sit, &c. Quæ etiam operâ simul elucescet, ut à seipso Johannes non infrequenter discedat, seque ἀνελπιστίας implicet, modò huc modò illuc fugitans, καλίμωλον & σπεσίμαδον, homo Euripus, nam uni Spanhemio Protes, Polypis, Vulpis, Vafri, Versai, Perduellis, Veteratoris, Prestigatoris, sed & horridiores his appellationes aptantur. Ac prorsus vanissima hujusmodi, & quæ ad causam nihil pertinet Disputatio contexenda fuit, verbi gr. contra abusus Hierarchicos, vel contra Divini juris obtentum, excessus jam ipsi Spanhemio in Epistolis disertissime notatos, quia materiam Scriptioni uberrimam suppeditari erant Parkerus, Calderwoodius seu Didoclavius, G. Bucerus, Blondellus, Salmasius, Voetius, Baxterus, Miltonus, & qui sunt anti-Hierarchici alii. Age protrahamus hominem in lucem!

ANIMADVERSI O I.

Fictio prima Accusatoris; Spanhemium adulari Episcopis, nominatum Londinensi. Prolixè discussa.

Prinicipio Spanhemium calumniosissimè defert, propinatque passim Lectori, ut advocatum, ut patronum

Hierarchicorum, quorum gratiam adulatione ambiverit, qui palpum obrudat Episcoporum ordini, & quidem ferociter Oribodoxos persequenti, qui aduletur Hierarchicis, qui parafitetur Henrico, quem eo adegerit Philarchia prurigo, qui coronulam ab iis expectet, cognituro Belgio, se faciente; cui Ordini Fridericus blandissimus atque adulatus sit; & quæ plura virulentâ frequenteque paginâ spargit pag. 116. 134. 226. 227. 228. 276. &c. Undè Gelasiorum ex nostro scurriles ac mendacissimæ voces, Spanhemio multos inesse Episcopos, latere in eo totius Hollandia Primatem, & quæ puerilia id genus.

II. Obtestatur verò Spanhemius ante omnia scientem recessuum abditissimorum Mentem, hinc Lectorum omnium fidem, tandem & Illustrissimi Præfulis conscientiam; ecquæ criminatio majori unquam scelere palam eam ventilantem obstrinxerit, & virum quidem præ se ferentem speciem Fratris, Theologi, & in quo sit Spiritus Christi? Ac quod is modò spargit, pudoris omnis oblitus, id Spanhemius magnâ publicâque voce, audiente Belgio, postulat injuriarum & notoriæ falsitatis, quæ M. Tullio parum firmamenti parumque virium habere dicitur.

III. Equidem si ea Britannicæ Hierarchiæ hodierna ratio est, qualem Satyra universa repræsentat, ne ipse quidem Criminator sibi persuasit unquam; Spanhemium ullâ assentationis specie abjecisse se quasi Episcopis supplicem. Et qui censei ille potuit adulari, & καβαλι-
κδιματῶ Britannis offerre; qui in suis ad Episcopum, non profectò nescius decernentium secus Hierarchicorum, inficiaretur Episcopatum esse Divini juris? qui extortam hujus Confessionem improbaret: qui Episcopale Regimen, extra Britannicæ fines, pugnare cum Civilibus formis, Rerumpublicarum legibus, Canonibus Ecclesiarum, Unionis Formulis, ac Populorum ingenis contenderet: qui communes & Synodales Episcoporum cum Presbyteris convenimus, post magnum Armachanum, suaderet: qui hos in regiminis & consiliorum societatem, per amicas collationes, procul dominatu, adhiberi præoptaret: qui necessarias in Episcopis partes, quoad electionem, functionem, dotes urgeret: qui ante omnia desideraret Britannos inter Unionem Veritatis, æquè ac Veritatem Unionis. Hæc signato caractere; & grandibus literis utraque Friderici Epistola. Undè tantum abfuit Spanhemius ab assentatione, ut contra relaturum se gratiam nullam prævideret, sollicitus non quàm grata, sed quàm vera, pro judicii modulo, diceret, peritius etiam sapientissimum Præfulem haud illius esse Pontificis æmulum, qui ad assentatorem, quæ tu dicis quamvis falsa, tamen grata sunt.

IV. Accedit, adulari perditissimam gentem in fictas acclamationes, laudes, oscula, non quæsitam erumpere, captareque ipsam occasiones assentandi, ac dicendi blanditias. Spanhemius autem nihil tale vel cogitans vel expectans ab Illustrissimo Præfule salutatur primus, rogatur, sententiam promere jubetur. Quod dum facit, addit ad Præfulem literas alias, quibus veniam precatur, si candidè mentem expromat, adulationis nescius: nec enim posse sibimet imperare, ut in recumprimis gravi, vultu verbisque compositis, aliter scriberet, sentiret aliter, nec sibi verba δὲ καλῶν sed δὲ κακοῦ φέρειν, quod Cato quondam ad Athenienses. Et sic posteriores adhuc sonabant, ex Gallico A-

pographo, cujus fidem faciat ipse Præsul: *La réponse que je vous fis, Monsieur, montra que j'étois honneste homme, que NB. je ne flattois point, que-je ne travaissois point ma pensée, & cependant que j'avois pour le Regime Episcopal NB. les sentimens de respect & de moderation, qu'ont eu nos plus grands Theologiens.*

V. Quod adeo verum est, ut quum aliorum ad eundem Episcopum Theologorum literas, Claudii scilicet Moyne, & l'Anglæ, atque in eadem causâ, protinus typis Anglicanis Londini commississent, laudante inferenteque Edwardo Stillingfleet in suo de *Separationis Iniquitate* Libro, Spanhemii Epistolam silentio potius involvendam crediderint, nullâ hujus memoriâ, ut minus instituto faventis. Jam enim exierat in publicam lucem hæc Epistola, priusquam Vir Eximius colophonem scripto illi imponeret A. 1681. vulgaretque Triumvirorum literas, nec eo tantum sermone quo scriptæ, sed & quo utuntur vernaculo Britannii. Quo nihil adversus hanc *καλακεία* Spanhemianæ *συναφαιαν*, reliquis interim ab hac actione per nostrum exclusis, ut qui frustra à Friderico hisce libris impliciti, significantius esse potest, præter ipsum Epistolarum contextum.

VI. Denique, componat modo Lector Spanhemii superiora, & coactum intra certos fines Anglorum Episcopatum, cum aliorum ad Præsulem responsis, ac de cætero præconiis Episcopalis Regiminis, quos noster ab hac omni causâ, & ab adulationis suspicione, vel etiam oppugnata Confessionis, absolvit, ac laudibus sed merito ipsorum vehit. Unum jam volumus, Clarissimum conjunctissimumque Friderico Collegam D. Stephanum le Moyne, cujus infra, ubi testium *εμφορόθεντων* longa series est, exhibemus hac de re sententiam, non ad Londinensem modò, sed & pridem ad D. Brevint è Galliâ scriptam, typisque Anglicanis utraque linguâ expressam, & fortassis quoque in eruditissimis Notis, quas expectamus, ad Epist. Polycarpi. In his Vir magnus, cum gravissimis antè se Theologis, censuit *æqualitatem* etiam in Ordine Sacro esse *confusionis matrem*, nec Regimen aliud supra Episcopale *convenientium esse Rationi, convenientium Scriptura S.* uti toti *Antiquitati*. Quæ sententia, haud obscurè repetita in suâ ad Londinensem, nec latuit Accusatorem, descripta utpotè publicataque *Joh. Durælo*, Hierarchiæ Anglicanæ vindici, quem noster citat aliquotiens. Unde fiet luce clarius, hanc esse camarinam motam, & in unum Spanhemium conversam accusationem, non ex Causæ aliquo studio, sed ex malevolo in Personam affectu, & ex invidiæ illo motu qui, ut adversarium eum primò, sic convicio accedente, etiam invisum faceret.

ANIMADVERSI O II.

Fictio altera; Hierarchiam Spanhemio esse Divini juris. Ex Spanhemio ipso Accusationis vanitas demonstrata.

Fingit toto Scripto, velle Spanhemium, quod sit Episcopatus *Divini juris*, ex *sapientis Christi atque Apostolorum consilio institutus*; ex illo *primò excogitata Hierarchiâ, etiam primò seculo, etiam viventibus Apostolis*, & quidem ut dicit *Hierarchiam, jurisdictionem in Presbyteros &c.* quod & *Durællus ac moderatissimis Episcopales* sentiant pag. 133. 288. 289. 317. 319. 321. 327. & sicubi aliâs. Hinc fusa Disputatio contra præteritum *illud jus Divinum*, & Spanhemio scilicet opponendus *Vœtius*, opponenda Scriptura, praxis Apostolica, Confessiones, Theologi. Pictum sic in scuto adversarium conficit animosus, ne Spanhemii quidem umbram ferit, imò ipsdem cum Spanhemio armis dimicat, collatâ p. 317. cum *Historiâ Ecclesiasticâ Sac. I.* Atque ita hoc genus dimicandi tanquam adversus scriptam thesim, quæ nulla fuit, in memoriam mihi refert verbum illud, quo rident Orientales quæ sunt à quæsito aliena: *Dixit aliquis, solve Johannes, & hic respondit, semino fabas.*

II. Et in Nuncupatoriâ quidem ad Londinensem primò pernegavit Spanhemius, *instituisse Christum vel A-*

postolos specialem hujusmodi Politia formam, scriptâ scilicet lege universali, perpetuâ, & immotâ, *omnium & locorum & temporum Ecclesiis*, cum exclusione alterius cujuscunque Politia, servantis modò substantiam S. Ministerii. Undè nec *Episcopalem formam*, qualis Hierarchicorum est, specialem eam utique, præscripsit. Deinde, conceptis verbis, suadet Britannis Patribus, ut *seponant opinionem Divini juris*, nec illam deinceps *impereant*, aut ejus *Confessionem extorqueant*. Satis, haberi *Communionem Episcopalem NB. ut Primævi in Vetere Ecclesiâ, sic hodie Regii inter Britannos juris*; ita ferente cum Regni Anglicani, tum Ecclesiæ illius, ex quo *Papismo repudium misit*, conditione. Non profecto quod facile se *impetraturum* Spanhemius opinaretur, ut delator p. 137. & aliâs; sed quod suaderet ratio *Ἐπιτοκίας*, nec difficiles fore hac in parte sciret in Anglicanâ Ecclesiâ quosdam *ἀνταξίς*, nec numero fortasse vincendos.

III. Rursus in hæc ad Amicum Epistolâ ipsissima illa repetit: *Pari se, quâ prudentiores quisque Theologi, moderatione & aequitate*, nolle quidem in Britannis urgeri formam Episcopalem tanquam *Divini juris, reluctante* (in plurimis saltem) *conscienciarum dictamine*; sed ut *Primævi* tamen, seu primæ post Apostolicam ætatis, quæ indubiè currente apparuit *μεγίστη* Episcopalis; hinc *convenientioris Regni Anglicani legibus*, concedente in primitivam hanc formam post Eduardum VI. Elisabethâ, cum supremo Regni Senatu, ac Clero universo. Undè Confessio Anglicana, communi consensione scripta Anno M. D. LXXII. asseruit *alios Presbyteros, alios Episcopos*, & in his *Archiepiscopos*, solemni ritu *consecrandos*. Sed & repetitâ prælectione, eadem Spanhemii Epistola; *Caveram ne statuerem Divini juris, ne in dominatum converterem, ne justas, si quæ sunt, offensiones approbarem, & quæ plura indè requirantur.*

IV. Idem in Introductione ad Sacram Antiquitatem, ubi de Formâ Apostolicæ Disciplinæ, ad *Sac. I.* Ibi Spanhemius in hæc verba: *Episcopi in Ecclesiis singulis ordinati, sic dicti à curâ & Ἐπιτοκίης*, frequenti notione apud *res LXX. &c.* Sed & *ἡγεμόνες* Seniores ab ætate, gravitate, etiam dignitate, ex more *Synagoga Judaica &c.* NB. *Quin vero promiscua fuerint primitivæ Episcoporum & Presbyterorum nomina Act. xx. 17. 28. Tit. 1. 5. 7. etiam munera 1 Petr. v. 1. 2. etiam requisita 1 Tim. III. 2. 8. ac plures in unâ quandoque Ecclesiâ Episcopi, ut in Philippensium illâ Phil. 1. 1. Ephesinâ Act. xx. 28. sic in Romanâ simul Clemens, Cletus, Linus, vix est ratio dubitandi. Mox tamen natis factionibus, schismatis, paulatim unus reliquis *ἐπιτοκίας* præpositus est Episcopus, in majoribus primò Ecclesiis, ut Alexandrinâ, tum Orbe toto, ut Hieronymus &c.*

V. Adde Spanhemiana ad *Sac. II.* ubi de Politia Ecclesiasticâ ejus ævi; *Episcopalem prerogativam hoc seculo hinc indè fuisse conspicuam, indubiè sanè in Ecclesiâ Alexandrinâ, inde à Marci excessu, sed & indubiè quoque in Ecclesiis, Romanâ, Antiochenâ, Asiaticis, Achæicis, Africanis, &c.* Quod ex variis hujus ævi, & *invenitis III. documentis constat.* Mox dubium ingerit de Ecclesiâ *Philippensium*, ex Polycarpo: hinc de *Britanniciis*, ex vulgatâ *Lucii conversione*: post de *Ignatianis* scriptis, undè ferè litis decisio dependeat. Tandem quousque surrexerit, altero jam sæculo, Episcopalis prerogativa, ut est controversum, ita, quod Historici fuit, arbitrandum relinquit in hunc modum: *Hinc dubium, an jam tum ubique, an in majoribus tantum Ecclesiis Episcopi præsiderent? An non is primatus ordinis tantum & iestionis, undè & Præpositi dicti, & Præsidentes, adeoque præsidemia ministerii non imperii, ut locus Tertullianus, L. de Pudic. C. xxv. Annon verius à reverentiâ ætatis, & superstitum ex Apostolicâ Disciplinâ, quales Simeon Cleopha, Ignatius, Polycarpus, alii, & ordinis causâ, quam ab Apostolico instituto? Consuetudine, dixit Hieronymus, & paulatim introductum fuisse, ut unus præponeretur reliquis Episcopis, NB. non dispositione Dominicâ. Quicquid sit,*

fit, indubium autem sanctum cum labore hoc seculo, & frequentibus III. IV. Episcopalem fuisse potestatem &c.

VI. En tibi Lector, ut Hierarchia hodierna sit Spanhemio Divini juris! Ac probe scio, non tanti fore tibi difficiles hominis conatus, quibus omni nisu in Spanhemium furibundus irruit, ac conviciorum flumen effundit, ut conferre cum Spanhemianis hisce digneris flexuosam Disputationem à pag. 128. & deinceps, rursus à pag. 245. tum imprimis 276. fermè ad finem usque. At profectò continuò intelligeres, in iis quæ iste ex vero dicit aut sentit, cum Spanhemio & sentire & loqui; hinc ut calumniosam, ut cruore fordiam, sic planè otiosam & alienam, omnem ejus Disputationem esse, descriptis modò ex gravissimis Theologis, & ex Spanhemio Patre pag. 253. quæ cum superioribus Filii assertis consona. In reliquis, nescio quæ Hierarchicorum nomina, vario tempore illi à variis subministrata, (ut docet rursùm pag. 410. & seq.) adoriri nosse infestis armis, quæ profectò nullà cum Spanhemio necessitudine conjuncta, & de quibus postea. Ac quicquid Episcopalem Ordinem, ut est à Presbyterorum illo diversus, Divina institutionis esse, omni Ecclesiæ imperatum, hic & ille in Britannis rigidius contenderit, secus sensisse Justos, Bradfordos, Whitakers, Humfredos, Marianos, Alasonas, Davenantios, Hookeros, Fiel-dios, Reynaldos, Willetos, Hallos, Ufferios, Forbeshos, Stillingfleetos, &c. ac sentire hodieque quotquot de Transmarinis Ecclesiis benignius pronunciant, res est notissimi facti. Quæ verò Spanhemius de sapientis Christi consilio, undè fluxerint varix Politiarum formæ, secuturà mox Animadversione vindicantur.

ANIMADVERSIO III.

Fictio tertia, circa vocem Ecclesiastica Disciplina. Crisis Accusatoris expensa. De voce χειρομαθίας, quam ex Ignatio vult substituis.

Spanhemio, ut à voce ordiamur, usûs sunt promiscui, Sforma Ecclesiastica Disciplina, & Politix, Gubernationis, Ordinis, Regiminis, Administrationis, & si quæ appellationes aliæ. Quibus Ecclesiæ omnis ordo venit, etiam S. Ministerii. Noster, ut tot decoribus aliis accederet etiam illud nasi νεληκυβητον, cribrat ac pene flagellat vocem Disciplina, tanquam Episcopalem. Note autem nostrum vocem Ecclesiastica Disciplina, ac vocabula sunt ἀρχαία. Παιδείας Disciplina vocabulum, hic non satis quadrat, cum plura complectatur gubernatio, inspectio, munus Pastorale, de quo loquimur. Si externa Disciplina nostro homini denotet Ἀρχαίως Ordinationes & Regulas Ecclesiæ &c. hoc dicere Ecclesiæ Discipulam, nec Ἐρχαφον, nec formulis Consensus conveniens est. Excusabimus tamen, NB. quia sic loqui amant Episcopales, ut ex Downhamo aliisque videre est. Quam igitur Censor vocem substituit, ordini S. Ministerii, & Ecclesiæ gubernationi designandæ? Χειρομαθία, Ignatii vox, mihi magis arrideret, si vocabulum quaerem, quod licet Ἐρχαφον, idoneum tamen sit, & omnia que hic faciunt complectatur. Mox describit locum ex Epistola ad Philadelphicos, collato Succi-ri Lexico. Repetit suam χειρομαθίαν, pro ordinationibus & regulis Ecclesiæ, tam NB. πρεσβυτέρους quam aliis observandis. Addit tamen, ἀνθρωπίνης σοφίας λόγους Θεοδιδάχους προferimus. Hæc Criticus, portentosæ Epistolæ pag. 122. 123. 126. 127.

II. Quem semel oderis, hujus sunt πάντῃ Ἐπιλήψιμα, quo jure quævis injuriâ. Confidenter dixero, ex paululum cruditis neminem composito ista vultu lecturum. Scilicet vocabulum Ecclesiastica Disciplina, pro Ecclesiæ omni gubernatione, placet Friderico, quia Episcopale! nec satis quadrat! quid intelligat, inquit ille, per externam Discipulam, nescio. Nasutè sanè & eruditè, ut solet magister Friderici, disce à me Friderice! O temporum iniquitatem, quæ hanc Magistrum inviderunt Calvino, Bucero, Bezæ, Oleviano, Musculo, aliisque patribus Reformationis! Prævisisset modò nosse Bohemis, Po-

lonis, Gallis, Germanis, Palatinis, Belgis, cæterisque, usis hoc etiam significatu, pro omni Ecclesiæ ac Ministerii ordine, vocabulo Ecclesiastica Disciplina! Nec aliundè sanè Disciplina Ecclesiarum Reformatarum Gallix, Disciplina Fratrum Bohemorum, Polonorum, Canonos Disciplina, Anglicana, Belgica, &c. Hinc scripta, etiam extra Britanniam Episcopalem, quàm plurima, de ratione Ecclesiastica Disciplina. Ubique complexâ voce Ecclesiæ quoque regimen, administrationem, œconomiam, ordinationem, Ἀρχαίως, διοίκησιν, ἱερὸν τάγμα, σύστημα, κανόνα. Adeoque etiam regulas, ordinem observandum in specie τοῖς πρεσβυτέραις, ut declinant adolescentes, nosse πρεσβυτέρους, à voce barbarâ πρεσβυτέρους. Emendat, fateor, observato sphalmate, & in Erratis substituit πρεσβυτέραις, quasi liberales nimis in addendis Characteribus typothetæ. Sed & πρεσβυτέρους vocabulum est quod planè amant Episcopales, idemque sic formatum ἀρχαφον, pro quo apud Paulum πρεσβυτέρους vel πρεσβυτέρους. Προσάτης dicit ulitatus præsentiam cum potestate, præposituram cum jurisdictione, & coercitione, ac plusquam πρεσβυτέρους, confusis licet nonnunquam vocibus, quales nosse non vult esse Episcopos.

III. Taceo Disciplina vocabulum laxissimè vagari, in Latinorum scriptis. Ac Disciplina etiam pro familiâ, qualicumque illâ, omnique ejus administrandæ ordine. Sic & Sacrorum Oeconomi ad familiam Ecclesiasticam spectant. Sed nec hujus ista loci, ac per nos esto, quando sic ille jubet, Ecclesiastica χειρομαθία. Nec intercedet profectò Fridericus, quo minùs disuncto vocabulo Disciplina, Bohemi, Poloni, Galli, Belgæ, reliqui χειρομαθίας illam suis Regulis, Canonibus, Ordinationibus præscribant. Verum & hæc ipsa vox ἀρχαφον, quo præcipuè nomine Ecclesiastica Disciplina voces nostro displicuere, præferenti ἀνθρωπίνης σοφίας λόγους Θεοδιδάχους, sic ille construit pag. 123. non sine contradictione. Maluissimè Græcè dixisset, postquam τῇ ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ, vel ἀντι τῇ ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ, μάλλον ἢ τῷ ἀνθρωπίνῳ σοφίᾳ, λόγους Θεοδιδάχους προferimus. Atqui etiam ἀρχαφον sunt voces Theologis & Ecclesiis receptæ, ex. gr. Sacramenti, Satisfactionis, Excommunicationis, Clerici, Catholici, Orthodoxi, Classis, Synodi, Canonum Synodaliū, Deputati Synodalis, Visitatoris, Lectoris, Professoris, plures aliæ. Sic ἀρχαφον Ignatianæ ferè voces, quibus iste, quicquid ille fuerit, recedens ab Apostolicâ simplicitate, Ecclesiæ regimen, ordinem, disciplinam describit.

IV. Uti verò, quo minùs nosse vocabula opportuna substituat, nulli repugnemus, ita ignoscat Magister iste Friderici, si dixero χειρομαθίαν vel χειρομαθίαν Ignatii, minimè esse formam seu rationem Ecclesiasticæ Politix, de quâ quaestio. Est scriptori illi χειρομαθία, omnis doctrina Evangelii, aut certè Vitæ morumque Disciplina, in Evangelio tradita, ἡ Ἐχριστιανικὴ παιδεία, quod (ait Censor) παιδείας vocabulum hic non satis quadrat. Vetat enim Ignatius facere quicquam κατ' ἐξέθειαν, ἀλλὰ κατὰ χειρομαθίαν, id est ut ipse statim interpretatur, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον; in eos indignatus qui in Evangelio non acquiescerent, vel in Christo Jesu, quoniam non reperirent ἐν τοῖς ἀρχαίοις, in antiquioribus tabulis, malè alii Archivum. Sed nec aliter χειρομαθίαν Ignatianam quàm Disciplina Christiana, vel Ecclesiastica, vocabulo reddunt Cyprianus, & Latini Patres.

V. Adde ad χειρομαθίαν Ignatii spectare Episcopalem ἐπιτοχίαν, ἐξουσίαν, χωρὶς ἁποκόπης ἰδὲν ποιεῖν, qui illi est Ἀρχιερεὺς, venerandus ὡς χριστός, & quæ plura effereudo Episcopatu. Ergò χειρομαθίας vox & ipsa placuit viro Episcopali, omniumque in his Coryphæo. Utinam porro tum χειρομαθίας Ignatianæ, tum Ecclesiastica illius Disciplina memor fuisset detractor, de quâ Augustinus initio Libri III. contra Parmenianum! Omnis pia ratio & modus Ecclesiastica Disciplina unitatem Spiritus in vinculo pacis maxime debet inveni. Et in eam peccare idem docet, qui plebes dividere affectant, superbiam tumidos, perveraciâ vesanos, calumnias insidiosos, seditionibus

turbulentos, qui ne luce veritatis carere offendantur, umbram rigida severitatis obtundunt, res nempe medias in necessarias convertendo.

ANIMADVERSI O IV.

Fictio nova Accusatoris. Quale est Regimen Civitatis, puta Monarchicum, Oligarchicum &c. tale esse oportere, juxta Fridericum, Regimen Ecclesie. Commentum falsum & absurdum ostensa. Spanhemii hypothese de Ecclesiarum Politia vindicata. Etiam in Arnaldum Jansenitam.

PORRò ubique audacissimè supponit, juxta Friderici scilicet mentem, voluisse Christum & Apostolos, divino jure, ut Ecclesia Regimen induat omnem formam que semper respondeat Civili P. 133. ut omnes induat formas Ecclesie, quas in Civitate repererit P. 221. 224. Ut igitur sit Monarchicum Ecclesie Regimen, ubi in Civitate Monarchia est, Oligarchicum in Oligarchia, Democraticum in Democratia &c. P. 222. 224. 225. &c. Unde infert Vir oppido subtilis, imprudenter egisse Gallos, quod sub Monarchia viventes, hactenus Monarchicum Ecclesie Regimen non admisserint. Quod magis est, addit, Friderico legitimum, eo saltem tempore, Papatum fuisse, quo omni Romano Imperio Ecclesia continebatur, debuisseque uni Monarcha in Civitate respondere unum Monarcham in Regimine Ecclesie, quem illa veneraretur P. 224. 321. 322. Ac planè ipsi, hac in parte, ὁμόψηφον esse Thorndicium, in eo quem citaverit Libro Cap. XXI. P. 322. 323. &c.

II. Si quæras, Friderici ubi portenta illa legerit, fatebitur non quidem legi eâ verborum invidia, sed quin probè mentem scriptoris affectus sit, se nullum dubitare P. 134. Ne tantillum se homini affinxisse, aut verbum ullum detorsisse P. 141. Nihil producere in quo asserentis mens clarè & distinctè non pateat P. 147. Ex prioribus ejus Thesis sequi, & clarum id esse, quàm ut ullâ probatione indigeat P. 319. necesse esse id Fridericum agnoscere 321. &c. Igitur per illationem quandam, Friderici scilicet ex præmissis, sed proximam illam, evidentem, necessariam, conficit Johannes noster superiora.

III. Ac principio quidem, ô bone, quod jus in alios statuis, hujus & æquitas subeunda tibi fuerat. Indignaris vehementer in Maresios, Leydeckeros, Maestrichtios, Ryssenos, Hulsios, Brinckios, &c. Vires Clariss. quod, illationis in modum, & hos juxta evidentis, adscripserint quandoque Fratibus tuis, nunc ὁμοψύχους & ὁμογλώσσους, quæ nulla horum in scriptis legerentur, aut fortè semel iterumque dicta, sensum commodum (& profectò per Fridericum illum tuum!) admitterent. Nunc tibimet quoque, Wayne, majorem posthac in modum succente: quod videlicet, si vel maxime durius quid aut magis ambiguum excidisset Friderico, undè Papatus inferri per millefimam consequentiam posse tibi videretur, hoc ipsum illi affrices ut κρυφαὶ δόξαι, ut proprium dogma, quin cruentis vulneribus fodiatis, & tam impotenti animo parùmque honestis verbis in hominem debaccheris, ut prestigiatores, perduellem, planum, alastora, polypum, scelus, Goliathum, blatronem, balatronem, Religionis temporis id est nullius hominem, nec finis maledictis tuis. Hoccine ex Voetio quondam tuo didiceras, cujus laudabas describebasque, seu per te seu per Typographum, sapientissimas voces, supra cum tuis collatas? Nunc faxo αὐτωναύχου & rursum ut fies, veljudicio tuo.

IV. Ac socium quidem tibi, in nectendis, ex Spanhemio quoque, consequentis haud multo æquorem adjungam, sed honestiorem tamen, nec verborum injuriis grassatum; auctoramento illi plurimo licet in Romanâ Purpurâ. Arnaldum volo Janseniticæ familiæ facile principem, seu ille ex Wayeno, seu hic ex Arnaldo in Spanhemium telum intorserit. Hujus quidem nuperas in Clariss. atque Elegantissimum Jurium haud

ego vidi paginas, quas Reflexiones Gallico idiotismo nuncupat. At ex Viro illo fratre modò cognovi, ut ex Blondello, sic ex Spanhemio, in aciem accingi ac tela infingere Janenitam, & quidem ex illâ ipsâ ad Londinensem Dedicatoriâ, pari etiam cum nostro Sophisticæ, Papatui conficiendo. Verba lego apud Jurium: *M. Spanheim dans la lettre Dédicatoire de ses Strictures établit, que Jesus Christ ni les Apôtres n'ont rien déterminé touchant le regime particulier de l'Eglise, mais qu'ils ont laissé au pouvoir de l'Eglise de le prendre tel qu'elle le jugeroit plus à propos.* Summa sit, nec Christum nec Apostolos, Spanhemio judice, determinasse specialem Politicæ Ecclesiasticæ formam, libertati Ecclesiæ permittendam: quâ ex hypothese infert vir bonus, *Papa potestatem non posse ceneri usurpatam*, in eum utpote collatam ab illâ ipsâ Ecclesiâ, pro factâ sibi potestate. Itâ junctis in Spanhemium umbonibus Arnaldus & Wayenus, parane famâ, doctrinâ, scriptis nescio, dispares sanè humanitate, sed & studiis, prono in causam suam altero, altero in personam impotentissimè accenso.

V. De illationum futilitate ut constet, age Spanhemii de Ecclesiæ Politia hypothese ac propositiones audiantur! Prima est: *Christiana rei fundatores præscripsisse sanè, in causâ Ecclesiastica Disciplina, seu administrationis, ordinis, regiminis, Ὀρθόδοξας*, (ne rursùm vitiligator vocilitiget) *qua generales regulas complecterentur, quæque ad illum substantiam ac necessitatem pertinerent: nusquam verò determinasse, tanquam paris necessitatis, scriptâ lege omnium & locorum & temporum Ecclesie, speciem ipsam ac singularia Disciplina, seu rationem hanc vel illam administrationis, seu specialem hujusmodi Politicæ formam, quales in iis Ecclesiis discrepantissima, que tamen rem ipsam, genus, substantiam, ac necessaria retinere, ut supra declaratum.* Qualia verò sint illa necessaria in omni Disciplina, ne quid in iis vel repugnet Divinis sanctionibus, vel desit de substantialibus requisitis, innuerat Spanhemius strictim, pro loci ratione, in responso ad HENRICUM Præfulem, mox καὶ ἐκείνη recensenda, & pluribus infra, secuturis Animadversionibus. Nunc adi Epistolam ad Londinensem, & hanc ad Amicum, Editionis prioris Pag. 44. & deinceps.

VI. Altera hypothesis est, prioris asserti inter alia plura firmamentum: *Non determinatum istud à Christo esse, nec ab Apostolis, sapientissimo consilio, ut qui non modò intelligerent esse circumstantias hujusmodi ex se medias, sed etiam venturam eam ætatem, sanctissimis quoque Vatribus prænunciatam, quâ Christi Ecclesia per varia Imperia, Regna, Principatus, Respublicas, dispergeretur, diversissimis ubique Gentibus, moribus, legibus, institutis, ac Civilibus formis: Hinc noluisse, ut in externis hujusmodi ac in se mediis, Civile Regimen & Ecclesiæ administratio adversis frontibus concurrerent, dum sunt Ecclesia hospitia Civitates, nutritii verò Principes.* V. gr. noluisse, ut sub Monarchico statu Ochlocratia in omni externo Ecclesia regimine, vel ut sub Democratico statu (si quando in Christianis viseretur) Hierarchia seu Oligarchia necessitate quadam obtinerent. Quo factum sit, successu temporis, intelligente id quoque omni Antiquitate, ut à diversitate Civilium Politiarum, Gentium, Constitutionum, necessario (non profectò juris aut præcepti divini necessitate) fluere diversæ Ecclesiasticæ gubernationis forma, quod & necessaria analogiâ ex Canone Chalcedaensi conficeretur. Hæc ipsissima sunt quæ Spanhemius iterum, Epist. Dedicatoricæ Fol. 5. 6. 7. 8. &c. & Apologeticæ hujus Pag. 46. 47. 48. 60. 61. 62. 63. Sed & in Introductione Historicâ ad Sec. I. & ad Sec. IV. & in Dissertatione ad Canonem Nicænum Pag. 452. 453. in Introductione quoque Geographicâ Pag. 125. & seq. Fatereturque ipse modò Criminator, improbæ Epist. p. 134. 135. hanc propositionem minimè esse ad palatum Hierarchicorum, quorum scilicet Hierarchia, concedente Friderico, pugnat alicubi, in Belgio puta, cum legitimo Regimine, præter obices istuc alios memoratos.

VII. Tertia Spanhemii assertio, quæ huc quidem spe-

spectat: *Variasse hinc ab ævo, seu à primâ Antiquitate, proximâ Apostolicis temporibus, ac deinceps, uti in Reformati Orbis Ecclesie, formam externam Disciplina, Ordinis, Rituum, Liturgiarum, crebris mutationibus, pro diversâ conditione locorum, temporum, Magistratum, Salvus tamen fraternæ conjunctionis iuris, & Harmoniâ Confessionum illibatâ, hæ licet æqualitatem Ministrorum, ista inæqualitatem, gradibus dignitatis, auctoritatis, ordinis distinctis, diverso ubique instituto, approbarent.* Disertè Epist. nuncupatoria, & ejus defensio ad Ocellum. Thesi quidem ad eò certâ, ad eò apud Theologos ratâ, nec dubiâ ulli vigilanti aut suimet compoti, ut adderet defensor Pag. 67. *Si fallo, arguar, committiger, juguler, fœnum enim Præfatoris in cornu micabat: Quanquam auctor non sicut Præfatori, ut mecum hoc certamen experiat, faceret enim, opinor; non sine magno suo malo, id est, non sine doctorum omnium lubibrio, qui quidem nunquam nullis, nulli violento imperio assurgunt. Sed de his pluribus in Animadv. ad Friderici Epist.*

VIII. Quarta, ex superioribus sponte suâ defluens, propositio quoad rei summam fuit: *Permittendam hinc esse suam Ecclesiis singulis, quibus affulsit lux sacra Reformationis, Regiminis ac Disciplinæ formam qualemcunque, liberam illam, seu jam Britannicis, seu Bohemicis, Polonicis, Hungaricis, Helveticis, Gallicis, Belgicis, &c. Nullam in alterius leges moreve superciliosè adigendam, minùs traducendam contumeliosè, induendo Novatianum aut Donatisticum fastum: Satis esse, si communis fidei, si fundamentalis doctrinæ vinculo confocientur, hinc & fraternitatis illo ac confederationis: Uti non fecerit hætenus diversitas Regiminis, Reformatos inter, Protestantes, Evangelicos, divortium Religionum, neque intercesserit illa, qualiscunque tandem fuerit, quominus consilia & auxilia inter se communicarent, reputarentque aliena etiam vel bona vel mala (Sororum nempe Ecclesiarum) quodammodo sua. Et hic totius Dedicacionis scopus, hoc compendium, ut legenti patet, specialiùs à Fol. 7. & deinceps, ad finem usque; confirmanda Epistolæ hujus, quam asserimus, Edit. pr. P. 47. 48. 66. 78. 79. &c.*

IX. Has propositiones, innixas Scripturæ, Antiquitati, Rationi, Historiæ, ac consensui Theologorum, inde ab inchoatâ Reformatione, postquam distinctè ac perspicue, sed pro Epistolæ modo, Spanhemius enarrasset, putaverat confectum hoc bellum fore, nec vel hinc deinceps fractam calumniam posse. Undè frequentes toto Belgio ad Spanhemium literæ, in causâ Ecclesiasticæ regiminis factum esse bonis omnibus satis; scrupuli nihil superesse; eadem tradita maximi nominis quibusque Theologis; non posse non poenitere Frisium militem Thraconicæ provocationis; ni pudorem omnem decoxisset, optaturum non movisse hanc Camarinam, & quæ plura in Spanhemianis scriniis. Quanquam adderent, qui pertentassent hominis ingenium, nec cedere doctum nec pudere, vel de genibus pugnam instauraturum. At nemo ominabatur fore; ut *υμφολησι* quâdam fureret, oblitus ordinis, characteris, loci, eorumque qui nos Adversariorum circumstant; quin turpiter ad eò sese daret, effingendo adversarium, qui fortè in Utopia, in Sevarambis, aut in Pergulâ illudentium imaginum, ne Amadæis equitibus Johannes fortitudine decederet. Et hic denuò oramus lectorem fidem, oculos, bonam mentem.

X. Spanhemiani asserti summa est, quæ & Melancthonis, Calvinii, Bezæ, Martyris, Bucerii, Bullingerii, Sadeelis, Zanchii, Parei, Altingii, Cappelli, Bocharii, Amyraldi, Spanhemii Patris &c. *Generalia & substantialia* Disciplinæ, sanè à Christo & Apostolis tradita; aut *specialem formam* externi Regiminis, in Orthodoxis pridem Ecclesiis discrepantem, præscripsisse *sapientis consilio* nullam, quæ esset juris divini, perpetui, immutabilis. Assertionem hanc primò Calumniator invertit. Omnino *qui Hierarchiam, specialem utique formam Regiminis, in Ecclesiam introduxerunt, egisse ex consilio Christi & Apostolorum*, P. 134. & passim. Ac *consilium sa-*

pian, nihil hac in re determinandi, est illi præceptum positivè determinans. Sic illud de *variâ ab ævo*, seu ab Apostolorum excessu, formâ Disciplinæ, in externis & peritaticis, est illi, *Hierarchiam etiam viventibus Apostolis observasse*. Quis deinceps *Paraphrasen* Wayenarum fidem, atque integritatem, faciat ambiguam?

XI. Rursus: Quod supra Fridericus Prop. 11. Christum & Apostolos, nihil hujusmodi determinando, præcavisse inter alia, ne fortè aliquando *externum Ecclesiæ Regimen, & Civitatis illud adversis frontibus concurrerent*, ut ibi pluribus, Accusator ita reddit: Quod divino jure, *ex consilio Christi, Ecclesiæ regimen induere debeat omnem præcisè formam quæ respondeat Civili, sit adeo ex gr. Monarchicum, ubi Monarchia est; hinc legitimum fuisse Papatum, sub Monarchiâ R. Imperii &c.* In eandemque sententiam Thorndicium, qui est Weltmonasteriensis Ecclesiæ in Anglis Canonicus, ratiocinari dicit. Itane, *lo-des, nihil tu quod non clarè & distinctè ex Spanhemii assertis patet, quod non sequatur ex ejus thesibus claris, quam ut ullâ probatione indigeat?* Hæc tua ingenuitas est, hic pudor? Si vel millesimo lapide ab ratiocinii hujus absurditate, illationisque adversum te fraude, Spanhemius abfuisset, quibus tu coloribus virum deformasses? Siquidem is nihil inferens, nihil mentiens, nihil affricans æruginosi dogmatis, semet modò à violatæ *Confessionis hinc manus, sed & furiarum, crimine vindicans, infamandus fuit, toto Libro, stupida & arrogans, impudentia, mala fidei, inepta vesania, rabiei, vecordia, vafritiei, vulpini astus, fremitus, ruditus, mugitus, boatus, barritus, canina facundia, perduellionis, perjuria, prestigiarum, furoris, dementia, comitialis morbi, &c. quin Antichristiani ministerii cum Equitibus & locustis Apocalypticis, in ipso statim feralis carminis tui limine P. 4. Parùm tu quidem memor præcepti quondam dati calumniaturis, ut saltem essent *πιδρωαι Διγβολαι calumniae probabiles*. Nunc *ὁλος τυραννις, βοη, η βία το πειγμα εσα*, ac mentitus iste in Veteribus, qui foeminas dixit impotentius conviciari viris, *λοιδορεσθαι θειας ης ησπερ τις ανδρας*.*

XII. Nunc cum Lectore meo, sed obsequi studiis, tuis indocto, res mihi paulisper fuerit, simulque Sophismatum sese congeries oculis ejus ingeret. Nec thraconicè jam te appellabo, tui exemplo, *disce à me Johannes*. Minus ullo recriminationis jure nunc tecum experiar. Principio, *negans* Spanhemii propositio est, non oportere Civitatis leges, regimen, Principum aut Magistratum jura, ullâ formâ Ecclesiastici regiminis, sociari cum iis nesciâ, lædi turbarique; seu, ut alii loquuntur, non debere erigi *statum in statu*, & collateralem quandam potestatem, aut jurisdictionem externam, *adversâ fronte concurrentem*, induci? puta Monarchiam in Monarchiâ &c. Hanc propositionem vertit jam noster in affirmantem; Spanhemium velle, ut *Monarcha in Civitate* respondeat *Monarcha in Ecclesiæ regimine*. Quàm benè Monarchæ utrique conveniret? puta intra Regnum Galliæ, Ludovico & Innocentio, aut intra Britannicæ fines, Regi *suprematu* in Civilibus tantùm, soli alicui Pontifici *suprematu* in Ecclesiasticis adscripto? At nec Tædæ, nec Regna, nec Imperia socios ferunt, & jugum illud feliciter excussere Evangelici Principes.

XIII. Ex affixto uno absurdo alia fluere necesse est. Hinc jam *Papatum legitimum*, ex Spanhemii mente, concludit hic Dialecticus; *sistens* (inquit) *illo tempore quo omni Romano Imperio Ecclesiæ continebatur*. Atqui *antecedens* tuum mera larva est, & cerebri tui partus, sed cui pol nihil cum Pallade geminum. Verùm præcaverat insuper Spanhemius in Dedicatoriâ, & Defensione, agi de formâ Regiminis, sic permisit Christo & Apostolis, ne in *essentialibus, necessariis, seu præceptis* seu *interdictis*, deficeret. Itis, expressis quidem verbis, haud prolixis quanquam, nec enim ibi docendi locus, accenit. 1. Non Episcopum unum, sed *Episcopos, Pastores, Doctores, Ministros Verbi*, & quidem tales qui pascant Christianorum greges doctrinâ suâ, id est doceant, prædicent, arguant, hortentur, baptizent, panem

panem Eucharisticum frangant, functiones omnes ob-
eant Ministris Evangelii imperatas. Omnium verò il-
lis Canon, norma, fundamentum unicum, sit illud
Prophetarum & Apostolorum, nec sapiant ultra id quod
scriptum est. 2. Addidit, ut esset Præsentia *Mini-*
sterii, non Imperii, procul ambitione, fastu, *dominan-*
di cupidine. Clavibus non in sceptrum versis, nec li-
gonibus quasi Evangelicis in gladios, minùs Homine
in Vice-Deum, in Christum, cum plenitudine pote-
statis, datæ soli Christo Matth. xxviii. 18. Ut sint
itâ *οἱ Ἐπισκοπῶντες*, non pro libidine dominantes Cleris,
sed Gregis *κύριοι*, exemplaria humilitate, subjectione,
assiduitate laborum, in opere Ministerii. 3. Ut *nemo*
se non vocatus, non missus, ausu nefario intruderet, atque
adeò legitima sit, tum *habilitas* personæ eligendæ, ad
præscriptum Apostoli 1 *Tim.* iii. v. *Tit.* i. tum *aucto-*
ritas vocantium, eligentium, quibuscumque id juris com-
missum legitime fuerit; tum vocati & electi *ordinatio*
per impositionem manuum, præsentatio, benedictio,
quocumque jam fiant illa modo vel ritu: *fiat* saltem ri-
tu Christiano, saltem analogo Apostolicæ praxi, pro-
cul Idololatriæ ut crimine, sic specie. 4. Ut præsent
diligenter *disciplina, correptioni*, Magistratu attenden-
te ad delicta, Pastoribus ad scandala; illo puniente,
his corripientibus; illo intendente delictorum vindi-
ctam, his respicientiam delinquentium; *gladium* illo
quo divinitus instructus est, *claves* hisce aperientes &
claudentes administrantibus; ligante illo Legibus, fan-
ctionibus, pœnis, his autem Verbo, correptionibus,
censuris. 5. Ut omnium *finis postremus*, quod primum
in omni Ecclesiæ administratione spectari debet, sit glo-
ria Numinis, ac spiritualis Regni incrementum; huic
proximus, Ecclesiæ ædificatio, salus. Nulla verò adhi-
beantur ad finem utrumque *media*, quæ vim conscien-
tiis faciant tyrannico dominatu, quæque non Christi
Spiritus sed Antichristi illum sapiant, sitientis sangui-
nem Martyrum Jesu. 6. Ne addamus genericum illud
in quovis Ecclesiæ regimine, ut servetur *ordinis ac de-*
cori ratio, seu nempe distinguenda ac distribuenda in sin-
gulos Officia; seu Sacra quævis administranda, publicè,
privatim, ordinariè & extraordinariè; seu Christiano-
rum cœtus colligendi, convocandi, docendi, ædifican-
di, coercendi; seu Uniformitas in singulis observanda,
ac vinculum pacis &c. Hinc *generale* præceptum Apo-
stoli 1 *Cor.* xiv. 40. ac *Deus ordinis*, non *ἀνατάσσειας*,
speciali tamen ordinis istius ratione, determinatione, Ec-
clesiarum relicta libertati, nusquam verò commissa Mo-
narchæ universalis arbitrio.

XIV. Habes nunc, Wayene, quæ Fridericus il-
le tuus ante omnia de *substantiâ* cujuscunque in Ec-
clesiâ Regiminis esse censuit. Nihil hic *ambigui, ver-*
suti, vafri, anfractuosi, sinuosi; quæ quidem sunt mollis-
simæ Invektivæ tuæ voces. Igitur ut ad rem præsen-
tem veniam, *Papatus*, seu *Pontificis* unius *Monarchia*, &
in Ecclesiam omnem dominatus, per *generalia* illa Chri-
sti requisita, & necessaria, proscriptus est ab omni for-
mâ Ecclesiastici regiminis, quæcunque tandem sit illa
Civitatis. Nam in singula incurrit iste adversâ fronte,
quæ recensuimus, essentialis Disciplinæ capita. Præter
characteres Antichristi, in Papali illâ potestate, à Spi-
ritu S. signatos. Tantum abest, ut ex Christi consi-
lio, & ex Friderici mente, *legitimus* ullo tempore *Pa-*
patus esse potuerit; vel etiam ut hujus institutio *potesta-*
ti Ecclesiæ permessa Spanhemio censeatur. Quorum istud,
ex superioribus axiomatis, Johannes nuper Grammati-
cus nunc Dialecticus, alterum antesignanus Jansenita,
dispari instituto, pari uterque vanitate, ac febrili rati-
ocinio, colligebant.

XV. Sed & in facto uterque egregiè fallit. Johan-
nes, dum supponit *omnem Romano Imperio Ecclesiam*,
sub uno *Monarchâ*, Christianis temporibus, *fuisse contem-*
ptam: Arnaldus, dum ingenti postulato, pro confesso
Blondelliano habet, *Ecclesiam omnem*, usam factâ sibi
potestate, *consulisse in Romanum Pontificem eum quem*

possidet Primatum, saltem à XIII. aut XIV. sæculis. Prio-
rem ad Historiam Ecclesiasticam, *Sec. I. II. III. IV.*
ablegamus, & Tertullianum, in libro *adversus Jud. C.*
vii. ad Clementem, Origenem, Arnobium, Eusebium,
Ruffinum, Socratem, Sozomenum, Gelasium Cyzi-
cenum, Photium, &c. alibi à Spanhemio productos,
de luce Evangelii ad *Barbaros* illatâ, extra Provincias
Romani Imperii. Alterum, ad Blondellum ipsum in
libro de *Primatu Ecclesiæ*, cum primis ad Caput scripti
Perroniani xxv. xxx. xxxv. &c. Sed & ad eum quem
provocat Spanhemium, fusâ Dissertat. de *Equalitate*
Veterum Metropoleôn, deque *Romani Primatus* conditione,
ætate Nicænâ & subsequente, in Baronium, Marcam,
Allatium, Valesium. Adde ejusdem Introduct. *Histo-*
ricam, singulis Sæculis, ad Caput de ratione *Politie Ec-*
clesiasticæ, ubi de Romani Episcopi finibus; quemad-
modum in *Introduct. Geographicâ*, ubi distinctè de limi-
tibus singularum Dioceseôn, ut in Oriente, sic in ip-
so Occidente, cum primis à Constantini M. temporibus.
Nec actum agimus. Prolixèque ex singulis pel-
lucet fabula commenti Arnaldiani, in unum videlicet
Pontificem contulisse aliquando Ecclesiam, & univer-
salem illam, pro jure suo, omnem quem sibi Roma
Primatum attribuit. Sed nec indigna fortè Arnaldo
vindice Spanhemii Exercitatio, qui *Romanam Petri pro-*
fectionem, totiùs Papatûs quasi basim, temere nimis vel
assertam vel creditam fuisse prolixè ostendit.

XVI. Nondum est Sophismatum, in *tertiâ* Accusa-
toris suppositione, finis. Spanhemius distinctissimè:
noluisse Christum, per Ecclesiæ suæ ministros de-
rogari Principum ac Magistratum auctoritati, juribus,
turbari Civilem tranquillitatem, Christianas Politias
aboleri, fundamentales Civitatum leges convelli, in-
ductâ novâ formâ Regiminis in Regimine, cum statu
illâ Politico, & cum Gentis moribus conciliari nesciâ.
Ex adverso, id intendisse Legislatorem, ut Ecclesiâ
suâ in Christianâ Republicâ, velut in hospicio quodam,
versante, sub nutu, imperio, potestate dominantium,
esset amica *εἰ τοῦ ἔξω τῆ Ἐκκλησίας*, confociatio, subor-
dinatioque, quantum ad extrinsecam jurisdictionem,
externumque regimen, salvis essentialibus Sacerdotii si-
ve Ministerii. Nec enim adjunxisse Christum Episco-
patui, quâ tali, propriè dictam *jurisdictionem*, sive Sa-
cerdotio imperium, Ministerio dominium, Cathedræ
tribunal, Pædo sceptrum, Clavibus ministerialibus ju-
diciales, aut Hieraticæ Hierarchiam externam, ab ipso
scilicet Christo, non veriùs ab hominibus, ab Impe-
ratoribus, Regibus, Principibus profluentem, his in
Ecclesiæ commoda, & honorem Sacerdotii, facilibus
quandoque & munificis. Hæc Spanhemius minimè du-
bia, seu ex Scripturâ, seu ex Antiquitate, esse cuiquam
posse censuit, aut Belgæ ulli Theologo, vel etiam ex-
traneo, in controversiam adducenda. Noster, ut cri-
minaretur, omnia invertit. Velle Spanhemium Regi-
minis utriusque extrinseci, *Civilis & Ecclesiastici*, coor-
dinationem, Monarchiam in Monarchiâ, Oligarchiam
in Oligarchiâ, Aristocratiam propriè sic dictam in A-
ristocratiâ, Democratiam in Democratîâ. Atque adeò
velle in Ecclesiâ verum *dominatum*, siquidem hæc om-
nes formæ & singulæ dominationem, apud principem
Politicorum, seu *κύριον εἶναι* vel *ἐνός*, vel *ὀλίγων*, vel
πολλῶν, omninò dicunt. Quo nihil Spanhemiano as-
serto magis adversum & *ἐναντιόμνον*. Itâ enim se mu-
tuò destruerent, quæ communi quodam vinculo conti-
neri necesse est. Itâ in extrinsecâ omni Ecclesiæ gu-
bernatione, hæc Civili scilicet regimini, & externæ Ma-
gistratum jurisdictioni, atque *objectiva* quam vocant
potestati, subduceret. Unde insulla & nugatoria ut
omnis disputatio, sic quæ iste in specie de *Gallis*, Re-
formatis puta, (Monarchiam siquidem Papalem respi-
ciunt cæteri) *Monarchicum regimen* introducturis, quia
sub *Monarchiâ* viverent. Quam bella, quam amica hu-
jus Monarchiæ cum Ludovici altera, mutuis pacis of-
culis, consensio exurgeret?

XVII. Hinc

XVII. Hinc Criminatorum pressius urgeo. Aut *Monarcham* illum Spanhemianum in Ecclesiâ eundem vult cum *Monarchâ* in Civitate, aut diversum: sic *Oligarchas* Ecclesiasticos, vel eosdem cum *Oligarchis* Politicis, vel planè alios. Si vult ille prius, non distinctæ jam forent ullo modo gubernationum formæ, Civilis & Ecclesiastica, confusa cum Civitate Ecclesia, in eodemque Monarchâ, in personis iisdem, concurrerent Sceptum & Claves, ac miscerentur Imperium & Sacerdotium, Regium & Pastorale munus, ac potestas utriusque propria, externa scilicet internaque. Quod esse à dictis, à mente Friderici, perquam abhorrens, nemo non videt. Si autem posterius intelligit, è diametro repugnat Spanhemianæ hypothese, de Civitatis nempe concordia & Ecclesiæ. Et procul abest, ut Monarcha *Monarcham* ferat intra ejusdem Regni fines, quæcunque jam sit Russorum barbaries, ut ne quidem promiscuæ multitudinis seu *plebis*, Principi quanquam obnoxia, sed affectibus atque impetu ferendæ plus sæpè, in Ecclesiasticâ administratione partes, facillè Principes indulerint. Et quàm est extra omnem dubitationis aleam, absque *Plebis* suffragio statutum primitus in Ecclesiæ negotiis fere nihil, ante nutritios Ecclesiæ Magistratus, suis illi quoque iuribus suffragandi, eligendi, reculandi, lapsos restituendi, &c. ex Iguatio, Cypriano, Pseudo-Clemente, Eusebio, & Canonibus passim; ita non minùs in confesso est, haud eandem sub Christianis Principibus intervenientis *Plebis* viguisse aut legem aut consuetudinem. Nusquam hic notanter legas, adhibitam in societatem Regiminis. Nullas ejus in Synodis, Presbyteriis, posthac partes intelligas. Nullas item circa Pœnitentes admitteudos, reconciliandos, quas in solidum Canones Episcopis & Presbyteris vindicant. Nullas plebi in creandis per suffragia Episcopis, Clericis, suis de hisce Constitutionibus, tribuunt Nicæni *Can. iv. vi.* Sardicenses *Can. vi.* Antiocheni *Can. xiii. xix.* Africani *Can. xiii. xviii.* Chalcedonenses *Can. xxv. xxviii.* Trullani *Can. xxxiii.* Imò adimunt disertè Laodiceni *Canon. xii. xiii.* & diu post Synodus Septima *Can. ii.* Nec plebi, sed primatibus Civitatis, τοῖς πρώτοις ἔ πόλεως, suffragii jus adscribit Justinianus Imperator *Nov. cxxiii. c. i.* Quanquam non eadem ubique Ecclesiarum praxis fuerit, quod vel ex Blondello constat. Illustri Salmasius in Apparatu ad libros de Primatu: Sic postquam electionis jus plebi in ordinatione Episcoporum ademptum fuit, ad Reges & Principes temporales id translatum est; qui in locum plebis succedere, ejusque jure uti sunt, cum Populi consensum habeant, & pars ejus præcipua censeantur. Sed & quod ademptum plebi, restituere pari jure possunt pii Magistratus, modò illibata sit Imperantium auctoritas. De quibus alibi opportuniùs.

XVIII. Nunc in aperto est, quo Spanhemius sensu, intellexisse prudentiores ferè ad unum Theologos, à diversitate Civilium Politiarum necessario fluere diversas Ecclesiasticas gubernationis formas. Quando in his dari possunt quæ minùs cum istis cohæreant aut consocientur. Ità *Monarchico* in Republicâ Regimini aptari nequit *Monarchicum* aliud in Ecclesiâ, nec sivere unquam Imperatores, quorum à nutu, in externis Ecclesiæ, & Res & Personæ dependebant, ipsi adeò Exarchi, Primates, Patriarchæ. Nec posse *Demarchicum* in Sacrorum administratione cum priori isto satis coalescere, ex dictis modò constat. Vicissim ubi *Democratia* Civitatem occupavit, vix Hierarchiæ propriè dictæ locus est; *Demarchiæ*, seu confusæ multitudinis regimini, ut in ipsâ Galliâ olim voluere Ramus, Morellius, esse omnino nequit: siquidem non promiscuæ multitudini, verùm pluribus Apostolis, Episcopis, Presbyteris, Pastoribus, Doctoribus, Oeconomis, commissum à Christo Domino istud Ministerium est. Ità sicubi *Aristocratia* in Civilibus dominatur, vix isthuc aliud quàm Oeconomicum Ecclesiæ regimen, analogiâ quâdam, in ordine ad Ministros Euangelii, ad clavium usum, ad

Tom. II.

potestatem internam, ad animarum curam, sub Optimatum ductu, convenit. Quâ jam hic fronte, Spanhemianæ thesèos sententiam esse, ut *similes*, ut *easdem* induas formas Ecclesia quas in Civitate repererit? Ut *Monarchiæ forma Monarchica*, *Aristocratia Aristocratica*, *Democratia Democratica* respondeant? Rectè ille; *ineptissime*, *insulse*, *gera*, quia hæc nugantis interpretis phantasmata. Et quod necessario fluere varias Disciplinæ formas Spanhemius pronunciavit, visum antè non voluisse necessitatem *divini juri*, institutionis, præceptionis Apostolicæ, ut imponere vellet Criminator, sed necessitatem humanæ *prudentiæ*, *subjectionis*, *concordiæ*, necessitatem etiam facti, ex mutationibus variis Christiani in Ecclesiis regiminis, variisque reipsâ Disciplinæ formis, postquam variæ quoque in Politis, quæ Ecclesias intra se complexæ, administrationum Civiles formæ surrexerunt. Sic τὸ ἐπ' ἀνάγκης *Ath. xv. 28.* necessitatem innuit non universalem, non absolutam, non fidei, sed prudentiæ, charitatis, ex hypothese conditionis Ecclesiarum in illis Syriæ Ciliciæque partibus. Quâ de re infra pluribus, Animadversionibus ad *Canonem Chalcedonensem*, & Elucidationibus ad Spanhemianæ *Epist. p. 60. 61. 62.*

XIX. Et strictim illa quidem, ut speciminis loco sint, quàm honestè, quàm eruditè, cum *præmissis* de suo finxerit Accusator, tum *consequentiis* ex iis fabricaverit, quibus Spanhemium proscindendi, arguendi, præana ineptissimum concinendi, laureolamque apud miserè invidentes promerendi, pateret illi amplissimus campus. Sed calumniæ hic flos omnis *καρπώσα σαχλω ἀπὸς*, magno malo apertè ludificantis, nullo vim illam passi. Hoc demùm est *ἀκροῦ ἀνακνητέος* sine pulvere ac certamine proclamari, ac sibi ipsi, umbræ victori, decernere *σέφαιον ἐπινίκιον*. Sed exciderat penè mihi Thorndicius, Friderico (inquit) ὁμολογῶ. Sic ὁμολογῶ, utique est quod de Hierarchicis Johannes æquius benigniùs sentiat. Viri autem *Ecclesiasticis Originibus* inspicienti, & Caput designatum, quantum currentibus oculis licet, nihil obversatur aliud, quàm procul abfuisse Petri qualemcunque *Primum* (quod & fusè Spanhemius in Vindiciis Euangelicis ad *Matth. x. 2.* & in Dissertatione de Apostolatu sub finem) à *Monarchatu*; multo minùs *Monarchiam* ullam fuisse successorum Petri, aut Romanæ Ecclesiæ; cujus supra cæteras prærogativa in *Civili Urbis* dominantis principatu fundata fuerit. Rationem addit Vir ille; *Seculi formam sequente Ecclesiâ*, juxta *Canonem Chalcedonensem xvii.* hinc gradu eminentiæ in *Ecclesiasticis* fundato in *Civili regimine*. His quædam gemina Spanhemius, fateor, & cum Spanhemio quotquot ex Antiquitate didicerunt, sed quæ nihil commune habent cum modò improperatis & suppositis. Ac multo veriori specie Spanhemium in postremis hisce cum Thorndicio, quàm alibi cum *Beverlandio* contulerit, hinc cum *Casullo*, & *Asino Cumano* p. 44. Sed aufer (ut visum antè) nefario, & ex prono, ita quidem lenissimè Spanhemii Proceres, in calumnias animo. Nota ex sacris Judæ in *Thamarem Gen. xxxviii.* Phariseorum sententia in *fœminam Johan. viii.*

XX. Sed quid ille cum Thorndicio conspirare hac in causâ Fridericum? Quidni cum gravissimis quibusque Orbis Reformati Theologis? Vixi supra, Annotatis ad Epistolam, in *Britanniis* ipsis Bilsonus, Downhamus, in *Germanis*, *Gallis*, maxima nomina virorum, ne Luthero, Calvino exceptis, qui Ecclesiæ Regimen, pro Civilibus formis, varium necessario liberumque esse largiti. Vis modò nomina plura? Franciscus Junius *Ecclesiast. L. iii. C. v.* *Ut corpus cum animâ, sic Politicam administrationem cum spirituali & Ecclesiasticâ coherere.* Ac rationes vidimus, ut modò, sic Adnotatis ad Epistolæ Spanhemianæ *Edit. Leyd. pag. 46. lit. e.* *Moses Amyraldus de Regimine Eccl. C. viii.* *Ordo Ecclesiæ & Ordo Politia habent aliquid quod commune videtur.* Annot. Comenius *Paranesi ad Ecclesias p. 116.* *Idè Calvinus*

Bbbb

nus

nus & Bucerus ad reformandum Ecclesias in loca diversa vocati, quisque illum (statum, ordinem, disciplinam) sic applicuit NB. ut Regimini Politico accommodaret: Calvinus in Republicâ Presbyteratum instituens; Bucerus in Regno Episcopatum relinquens. Henricus Altingius in Problematicâ Loco xv. Probl. III. Cùm Ecclesia constituta sit in Politicis tanquam hospitibus suis, quas non abolet Matth. xxii. 12. NB. earum genium, naturam, conditionem, in multis sequitur. Hinc major libertas Ecclesiarum in statu Populari, minor in Monarchico &c. Quæ sicuturis Animadversionibus pluribus illustranda venient.

ANIMADVERSI O V.

Fictio alia Accusatoris, de Canone Chalcedonensi XVII. Horrenda in Fridericum inveciva. Spanhemium in eo producendo nec male fidei, nec inscitia, nec impudentia reum esse. Consensus cum eo universalis veterum, recentiorum. Contra, Johannis circa has Antiquitates infelicitas, pluribus exemplis, etiam ad hunc Canonem, ostensa. Quid τύποι. Quid παροικία. Quid διοίκησις. Quid lex quadam Theodosiana, quid leges Attica voluerint.

EX dictis modò fiet palàm Lectori cuius candido & erudito, Johanne an Fridericus, circa Canonem Chalcedonensem, pessimæ se fidei crimine alligaverit. Quâ occasione nonnulla hoc ex Canone Spanhemius, transcursum & compendium decerpserit; ut indè quoque confecerit, accommodatum fuisse in externis Ecclesiæ ordinem, regimen, disciplinam τοῖς πολιτικοῖς τύποις; ut analogiæ quædam lege suam indè thesım firmaverit, pro diversis Civilium gubernationum formis, institutis, legibus, diversas etiam in Ecclesiasticâ administratione formas, ac disciplina regulas, apparere; ut denique vocem τύπους indiscriminatim pro Civilibus formis, dispositionibus, ordinationibus, innovationibus, rescriptis Principum ac Magistratum, acceperit; in priore Animadversionum parte, ad Spanhemianæ Epistolæ verba, paucis significatum est. Notum verò non tam affecit Canonis in sensum obivium inflexio, quàm una Epistolæ suspicio non visi ab isto Canonis, ac ne picti quidem. Hoc tamen in harum Animadversionum limine ad Friderici idoneam excusationem dixerò, & ex vero quidem, effluxisse has præcipite calamo nec injuriosas voces, subiisseque deinceps cogitantem nostri animos, iras, fulmina, pœnitentiam quandam facti. Equidem

— minor admiratio summis

Debetur monstris, quotiens facit ira nocentem
Hunc hominem!

Docet sæviens singulis penè lineis Epistola, ipsa Nemesis, vehemens profectò Dea, ledere hanc caveo. Et necdum satiata inflictis jam Friderico vulneribus, sanè pluribus quàm quæ Julio Cæsari à conjuratis, at lethali nullo, non cessat etiam nunc horribiles detonare minas in Fridericum, in Witzium, in Proceres, ut coràm ipse nuper Johannes apud Clariss. Leydeckerum.

II. Istud adhuc adjiciam, ad elevandam ne picti quidem visi Canonis, quam putat ille, contumeliam, excidisse Friderico utramque vocolam Talionis quodam jure, sed cujus usu & sibi & Christianis mentibus interdictum esse, ut modò profiteretur, sic praxi ipsâ demonstrabit. Nam abjectius longè Spanhemium in galeatâ Prefatione habuit Frisius. Ita enim illum aggressus est pag. 126. ac si ne pictum quidem vidisset Hieronymum, in iis quæ de Episcopatu tradidit, ac ne pictas quidem Voetii & Hoornbekii de eodem dissertationes. Imò ajebat ille, quicquid magnificè predicet de Antiquitate Spanhemius, tamen edocendus quibus gradibus surrexisset Episcoporum supra Cooperarios evectio, quod ibi facit Præfator. Sed & fati innuebat, ne pictum quidem visum Articulum Confessionis Belgicæ xxx. & xxxi. cum quibus Spanhemii cogitata è diametro pugnant. Poterat enim sic fuisse à Spanhemio Confessio subsignata, ut hos Articulos nullus obser-

vasse crederetur, non certè verba quæ stringit Accusator, de equali Ministrorum potestate & auctoritate, ubicunque locorum &c.

III. Nunc autem, si quis expiationi locus est, postquam noster circa hunc Canonem laboravit indè à pag. 204. ad 225: Postquam obtestatus est, visum sibi ferè puero Altare Damascenum Didoclaui, hinc necessariâ sequelâ visum observatumque hunc quoque Canonem, ut potè Gracè & Latine Calderwodio exhibitum; Postquam distinxit numerum Canonis, à Friderico fortè ignoratum, omnesque Editiones, veteres recentisque, interpretationes, citationes, applicationes, compendia, Canonis produxit, quotquot scilicet improbo labore, ac solerti indagine, ostiati Spanhemio in exemplum, ac per se aut per suos congerere potuit; Affirmabit deinceps Spanhemius, quantumvis confusus tot plagis, contusus tot ictibus, iturâ voce per omnes Belgii Fœderati tractus, visum esse Canonem Chalcedonensem XVII. Johanni Wayeno, & quidem, (quando ita jubet) adhuc juveni, & sic satis sedulo, imò adhuc ferè puero. Eâ tamen lege, ut, retractatâ sic à Spanhemio accusatione non visi Canonis, retractet ille pariter quas in istum, etiam occasione Canonis, projicit atroces injurias, quarum causâ publicam indignationis notam inveniendam esse, Viri Illustres judicarunt. Nam ob geminam vocolam Canonis non visi, & ne picti quidem, audire debuit Fridericus, implens omnem numerum ambitionis, insolentia, calumnia, mendacis, ignorantia, mala fidei, fraudis, ingentis falsitatis, prodigiosa inscitia, impudentia, maledicentia, &c. Fumivendulus, Alastor, Venerator, contra scientiam sensum pervergens, falsi reus, & dicitis γεγράφας εἰς τὰ δημόσια γεγραμμένα καὶ βλαβόμενος, titulum animal, calumniarum follis, & quid non? Ne mireris deinceps, Lector, Fridericum haud semel Myopa nostro vocitari. Μύσπες enim, ut legisse me juvenem memini in Scholiaste Apollonii Rhodii ad Lib. 1. Argon. p. m. 131. fortè τῶν λογῶν τῶν βοῶν ἀπακρίβητος, illos ipsos boves εἰς μανίαν ἄγρῃ, in furorē agunt. Et hîc judices Lectores appellamus, qui de injuriâ, an Friderici in Johannem, ob unam conjecturam non observati ab isto Canonis, an Johannis in Fridericum, conviciorum ac maledictorum imbre hoc nomine obruendum, sententiam dicant. Et an non ipse Augustinus, quod magis est errans in illo ipso facto, aliquando ad Cresconium Donatist. Disce ergò quod nescis! in tom. vii. Ed. Par. f. 55. E.

IV. Quare missis contumeliis, quæ ad Judices spectant, de calumniis duabus sed insignibus Fridericus, apud doctos & bonos, ὑπὸ γεγραμῆς expostulat. Prima est, hunc à se Canonem falsatum, ut potè mutilum; qui compendium modò Canonis, & fundamentum omne, ἀκολούθῃαν in Ecclesiæ rebus τῶν πολιτικῶν ἢ δημοσίων τύπων, magnorum Virorum exemplo exhiberet, prolixè aliàs à se & citati & illustrati, Johanne ipso confitente. Altera, per Civilium typum, formam, dispositionem, in eo quidem Canone, intellexisse Fridericum formas diversas Civitatis, quales Monarchiam, Ochlocratiam, Aristocratiam, Democratiam: Ineptissimè, inquit pag. 222. Utique sanè ineptissimè! Et in hac Accusatoris ineptiâ, ignorantissimè propinatâ Orbi erudito, fundatur tota nostri de hoc Canone declamatio. Ad duo igitur, ut Criminatoris omnis Inveciva, hujus occasione Canonis, sic nostra Defensio revocatur. Primum respicit citationem, ut ipse quidem supponit, totius Canonis; alterum interpretationem. In citando falsi crimen, in interpretando ignorantia, vel certe fraudis, labem imputat. Horribiles illius de cætero strepitus, tonitrua, fulmina, maledicta, quale geminatum illud Alastoris, quo venere Judæ, Porphyrii, Juliani, Pestes Christiani nominis, nihil jam ad causam ipsam, quam unam respicimus. Nunc de citatione ac verbis Canonis primò, tum & de sententia atque applicatione.

V. Rectè ille quidem, Canonem hunc tritum admodum, obvium, sexcentis auctoribus notatum. Qualiter triti, obvii, gradus longitudinis & latitudinis Geo-

gra

graphicae, vel etiam trita sententia Epiphani de fluvio Paradisi, non Nazianzeni. Ac per nos hinc effecerit, Canonem sibi quoque fuisse tritum, ac familiarem. Veniam Spanhemius supra rogavit lætæ Wayanæ dignitatis. Ac reverà maluisset sibi non excidisse voces, Canonis *ne pisti quidem visi*, quibus noster totus in furorem accensus est, immemor illius, *si irascere agnita videntur*. Temperabit sibi deinceps Fridericus scio. Nec is ægrè feret, si multa ipsi *non visa*, non antè audita, sed nec ulli erudito, seu in Nazianzeno, seu in Codice Theodosiano, seu in Geographis, seu in Antiquitatis monumentis, Johannes objecerit. Verùm hoc ipso quod Canon *tritum admodum*, quod Spanhemio citatus alias integer, & in *vero sensu*, falso Accusatore pag. 219. 219. nec citatus modo in *Dissertat.* ad Canonem Nicænum vi. sed etiam ad Historiæ Ecclesiasticæ *Sæculum v.* pluribus quoque ibidem illustrandus; concidit sanè prima accusatio *mutilati Canonis*, & quidem *malâ fide*, prout hic fortem animum præstat accusationi p. 295. 206. &c. Quis enim sui compos suspicetur, voluisse Spanhemium in Defensione adversus eum Virum, qui omnia in criminandi argumentum verteret, mutilare aut falsare *prostratum Canonem*, notissimâ fraude, omnibus expositâ, & quâ nequidem *juveni* vel *puero* imponi potuisse noster ille causatur? Sed mutilare advocatâ fraude, vel in sensum planè alienum ac vero oppositum contorquere, qui potuit velle Fridericus? Quem ipse nuper publicèque Canonem, & in Dissertationibus, & in sacrâ Historiâ, in *vero sensu accepisset*, insertâ etiam Græcè Latineque voce *παροικίων παροικιαρῶν*, & *τύπων* illâ quoque de *litteris Imperatoris* redditâ, juxta Viros eruditos, nostro collaudante? Judicet æquus Lector, an in Spanhemio fuisset tum vel mica bonæ mentis, non tam *ἀνομιᾶς*, eo in casu, quod facit iste pag. 211. quàm *ἀσθενείας* postulandus; quanquam & *amentia*, *vesania*, *vecordia*, *morbi comitalis*, *stupida ἀνομιᾶς* &c. frequens sit in nostro criminatione, pro *conviciandi cacœthæ* Proceribus notato.

VI. Quid igitur? Integrum-ne se Canonem produxisse Fridericus sustinebit? *Convictum jam daret sumvendulum* Frisius accusator. Hinc Canonem omnem ac bene longum profert, primò ex Labbei Regiâ Edit. tum *παροικίων* vocem docet ab omnibus insertam, à Beveregio, Justello, Theodoro Meijers, Dionysio Exiguo, Auctore incerto, Johanne Antiocheno, Isidoro non Hispalensi (ut doctos monet) sed Mercatore, Johanne Sichardo, Alexio Aristeno, Caranzâ, &c. hoc ferè ordine à nostro locandis. Sed benè habet, bis etiam laudari Spanhemium ipsum, ob verba rectè ac fideliter in Dissertationibus *allegata*, & in *vero sensu*, non *transposita*, non *contorta*, non *mutilata*. Addere potuit totum Canonem, & citatum ut dixi modò, & explicatum, in Introductione Historicâ, ad Sæculum V. uti postea ad *Sac. VII.* ubi de Synodo Trullanâ. Et hinc certò argumento inferre debuit, nemo certè vel parùm ingenuus non inferret, procul habuisse Spanhemium *pervertendi* hunc Canonem, aut *mutilandi*, aut *palpandum manibus facinus* (sic Censor) admittendi, vel causam vel intentionem. Ac si vel maximè præcipitantiùs, aut coactiùs, ad varias formas Ecclesiastici Regiminis, pro varietate Civiliū formarum, Canonem fortè retulisset, eòne quod *προπετείας*, vel cuiusdam fuisset incogitantia, & sic *ἀφελείας σύμβολον simpliciter indicium*, ut in casu penè simili Veterum non nemo, vertendum fuit factum in *ἀπαυδωσίαν*, *ἀσθενείαν*, *impudentiam*, *fraudem*, *versutiam*, *dolum malum*, *falsi crimen*, & si quid istis gravius est? Præclarum illud quondam Augusti Cæsaris responsum fuit, de homine qui planè præposterè, sed & contumeliosè ad se verba faceret, *non linguam illius, sed animum examinari æquum esse*. Ità Clementis Alexandrini, Epiphani, Augustini, ut mittam alios, etiam dum Adversarios refellerent, quot lapsus observati in producendis antiquioribus factis; aut Ecclesiasticis documentis? Ipso v. gr. Augustino *Concilium Sardicense* affirmante aliquando fuisse *Arianorum*, Lib. III. contra Cre-

con. C. xxxiv. Tomo VII. Et in causâ de *Baptismo Hæreticorum*, immemore quid ante Cyprianum Agrippinus Carthaginensis, quid Afri, Capadoces, Asiani alii, pridem factitassent. Nec eo tamen *fraudis*, *doli*, *impudentie*, *ψυχῆς ἀγορευόν τι ἢ ὑπερχον ἐχέοντες*, vel ab Adversariis, Viri illi postulandi.

VII. Equidem nullus egebat eo Canone Fridericus, ad demonstrandum quod praxis omnis Antiquitatis, quod Ecclesiarum Protestantium diversissima facies, quod prudentia, ratio, ac consensus Theologorum adstruerent, & ipse cum alias tum in suis Institutionibus Calvinus Lib. IV. C. X. N. xxx. *In externâ disciplinâ (extra omnes cultus sui Numinis partes, & quicquid ad salutem necessarium erat) non voluisse Deum sigillatim præscribere quid debeamus: Quod istud pendere à temperum* (NB. locorum, civitatum) *conditione prævideret, neque judicaret unam omnibus sæculis formam convenire*. Quâ de re pluribus, Animadversione præcedenti, ac deinceps.

VIII. Quare insipienti cuivis patet. 1. Haud intendisse Fridericum formalem (ut loquuntur) citationem Canonis; qui & vocem *παροικίων*, & quicquid eam præcedit, palàm omitteret, ac præterea alium verborum ordinem, præmissò verbo *ἀκολουθεῖται*, exhiberet. 2. Fecisse hanc sibi libertatem, qualem sibi omnes Eruditi, quotquot ex Auctoribus ea decerpunt, alio etiam quo jacent ordine, quæ ad institutum faciunt, quæ emphasim quandam habent, quæ rei totius vel fundamentum sunt, vel compendium, nec eo falsi arguendi. Nisi & falsi se obstrinxerint Scriptores quandoque sacri Novi Fœderis, Matthæus in specie citans ut ex *Esaiâ*, *Jeremiâ*, *Michâ*, *Prophetis*, vel primis statim Capitibus, quæ aut *mutilationis*, aut *transpositionis*, aut *inversi sensus* arguunt hostes veritatis, familiari Judæis cavillo, quod & haud obscurè Simonii est *Historia Critica* Lib. I. Cap. xvii. Undè nec citari continuo, quæ *Allusionis* vel *accommodationis* in modum quandoque proferuntur, post alios, haud semel Parens noster in *Dubiis Evangelicis*, ad Matthæi priora, quicquid fortè Johannes fecus didicerit nuper.

IX. Sed in specie hunc Canonem quod attinet, partem ejus postremam non certè primus Fridericus hunc ferè in modum vel reddidit, vel contraxit. Synodi Quini-Sextæ Patres, hujus Interpretes, *Canone xxxviii.* jam extenderant sanctionem Chalcedonensem, quam ibi citant, ad *res* qualescunque *Ecclesiasticas*, *quarum ordo Civiles ac publicos typos consequeretur*. *Τοῖς πολιτικοῖς ἢ δημοσίοις τύποις ἢ ἢ τῇ Ἐκκλησιαστικῶν NB. πραγμάτων τάξει ἀκολουθεῖται*. Symeon Logotheta, in horum Epitome Canonum, *τύπων* reddit *τάξιν*, *formam*, *ordinationem*, *ordinem* civilem ac publicum, prout *dispositionem* Latine reddiderat Dionysius Exiguus: transpositis etiam verbis à Symeone, *ἢ τάξιν ἢ τύπον ἢ Ἐκκλησιαστικῆς παροικίας ἀκολουθεῖται τοῖς πολιτικοῖς δημοσίοις*. Planè sic, jam ante Symeonem, Epitome Alexii Aristeni, quam Justellus ex Bibliothecâ Regiâ primus edidit. Theodorus Balsamon, in Canonem Trullanum xxxviii. respondentem Chalcedonensi, pari cum Friderico compendio: *Δεόν τῷ ἀκολουθεῖν τῷ Ἐκκλησιαστικῷ τάξιν τοῖς πολιτικοῖς ἢ δημοσίοις τύποις, oportet enim Ecclesiasticum ordinem*, (indefinitè, nullâ *παροικίων* mentione) *civiles & publicos typos sequi*. Zonaras ad eundem; *τῆτος ἐν τοῖς πραγματικοῖς ἢ δημοσίοις τύποις παρεκκελεῖται ὁ κανὼν, ἢ τῷ τῇ Ἐκκλησιαστικῶν τάξιν ἀκολουθεῖν*. *Pragmaticis igitur vel publicis typi, Ecclesiastici quoque ordinis (παροικίων voce missâ) dispositionem accommodandam suadet Canon*. Claudius Salmastius, in *Apparatu* ad libros de Primatu, planè ut Fridericus; *Typum enim civilem sequi debet Ecclesiasticus*. *Atque ita constituit Concilium Constantinopolitanum (Chalcedonense, familiari lapsu Viro summo, in quo plus vice simplici pro Chalcedonensibus sunt Constantinopolitani) Canone xvii.* Rursus: *Ordo Ecclesiasticus subsequi debet civilem & publicam dispositionem*, nullâ *παροικίων* mentione. Ità Hammondus in Responso ad Exceptiones, ad Cap. vi. *Ecclesiasticum ordinem debere sequi Politicum*, *τύπος* sanè reddendo cum Scholiaste *βασιλικῶς*

προσάγμα. Et nuper, ut mittam alios ex eadem Gente, Herbertus Thorndicius, vel hoc ipso nostro invidius, de Ratione Finiendi Controversias Cap. xxi. *Vel ab Apostolis constitutum comandimus, vel totius Ecclesie usu receptum*, NB. *ut Seculi formam sequeretur Ecclesia. Item, Chalcedonensis Synodus servari jubet Seculi formam.* Sed & Petrus Molinæus Nov. Pap. Lib. vi. C. xxiv. Canon xvii. dicit, *Ordo Paræciarum Ecclesiasticarum sit conformis NB. Forma Civili & publica.* Et παροικίας vocem addit esse *Diocesim Episcopalem.* David Blondellus de Prim. Eccles. ad Cap. xxx. Repl. citato Canone xvii. Chalcedonensi, pluribus ostendit, *ordinem Ecclesiarum secutum, τύπον dispositionem, formam, ordinem Civilem Imperii, hujusque mutationis.* Samuel Marefius, Exegeti Art. xxx. Confess. N. xxiii. pari cum Friderico & allusione ad Canonem & applicatione: *Et quamvis in plurimis circumstantiis se accommodent Ecclesie NB. ad ideam τύπον Regiminis Politici, sub quo florent, quod & olim obtinuit in Imperio Romano, ut solent liquores sumere figuras vasis recipientis.* Quin Clariss. Hoorbekius, Summæ Controv. Lib. xi. p. m. 737. excessum licet Veterum notet, in Regimine Ecclesiastico componendo ad *τύπον normam, formam, rationem Regiminis Civilis; factum tamen ita refert, nimirum ad normam Civili Regiminis constituta fuit Ecclesiarum regendarum ratio.* Moses Amyraldus, de Regimine Eccl. ad calcem Cap. preced. alludens ad praxim eam Antiquitatis; *Ordo Ecclesie & Ordo Politicæ habent aliquid quod commune videtur.* Henricus Altingius, Problematicæ Loco xv. Probl. iii. *Ecclesia Politiarum genium, naturam, conditionem in multis sequitur.* Sed Bochartum, aliosque supra memoratos, taceo, nec in re Eruditis omnibus perspicuâ, laboramus in conquiendis testibus. Conferat nunc prudens Lector, applicatum à Spanhemio Canonem diversis Ecclesiasticarum gubernationum formis, legibus, institutis, ordini diverso, & judicet. Sic habuit Epistola, oportere τὴν ἑκκλησιαστικὴν τὴν ἑξὶν ἀκολουθεῖν τοῖς πολιτικοῖς ἢ δημοσίοις τύποις, *Ecclesiasticarum ordinationum formam conformandam ad civilem typum.* Res jam nostro sit cum productis ex Antiquitate, & ex recentiori ordine, Canonis vel citatoribus vel interpretibus, & bilem pariter omnem in eisdem effundat. Nam nec vocem παροικιών plerique expriment, nec Canonem restringunt ad solum hunc calum, si quæ fortè παροικία ex Rurali facta esset Urbica, sed consequenter & analogicè ad omnem *Ecclesia ordinem* trahunt, conformandum seu *civili dispositioni, forma, ordini, τάξει*, ut reddunt alii, seu βασιλικῶν προσάγμα, id est *pragmatica*, vel mandato, rescripto, literis Principis, ut reddi quoque Spanhemius ipse alibi monuerat.

X. Atque ipsum hoc τὸ κενόμυλον fuit, quod eo etiam Canone Spanhemius roboravit: an accommodari fas esset externum Ecclesie regimen, in rebus non à Christo sigillatim (ut supra Calvinus) præscriptis, *ad nutum Imperantium, & ad civilem gubernationum formas*, paulo ante Ep. p. 59. Ubi per *formas civiles, aut typum civilem*, in propatulo est voluisse Spanhemium, cum Veteribus modo allegatis, & ipso in nostris Salmasio, Marefio, reliquis, Civitatum conditionem, instituta, leges, dispositiones, statum, ordinem Civilem, pro nutu Imperantium, quem Ecclesiastici ordinis, regiminis, disciplinæ ratio olim sequeretur. Undè pari lege, fundamento pari, postquam diversæ Politiarum deinceps formæ surrexerunt, intra quas recepta Ecclesia, factum necessario fuit, ut diversæ quoque Disciplinarum formæ pro Civili dispositione, & Magistratuum constitutionibus, exurgerent, quales sunt hodieque in Ecclesiis Protestantium conspicuæ. Ut verò Fridericus per τύπος Chalcedonensium intellexerit *Monarchiam, Ochlocratiam, Aristocratiam, Democratiam*, nemo præter Accusatorem somniverit. Sic ille tamen fidenter calumniæ causâ, ut solet, P. 211. 222. Nec illepidum est, *Ochlocratiam & Democratiam* ut formas diversas ab homine nostro distingui. Ac commentum illud propè puerile, ex

Spanhemii scilicet mente, *Ecclesiam induere debere eandem regiminis formam, quam in Civitate repererit, Monarchicam si sit in Civitate Monarchia, Democraticam si Democratia &c.* quod etiam ex Canone Chalcedonensi voluerit Fridericus demonstratum, idque tanquam divini juris P. 224. explosum difflatumque penitus fuit Capite præcedenti. Undè vanissima omnis est præposteris Censoris concertatio, & simul consumpta opera in describendis *Glossariis*, seu Caroli du Fresne, seu Jacobi Godofredi, ut evincat τύπον esse hic non *formam*, vel ἑξὶν *ordinem, dispositionem*, sed βασιλικὰ προσάγμα, *pragmaticam, literas Imperatorias.* Quando & argumenti vis eadem est, & est utraque interpretatio Veterum ac recentiorum, ut modo visum, sed & ipsius Friderici auctoritate fulta, ut prædicat ipse noster pag. 213. Undè claudit tandem; *Et alio significato vocem τύπος sumi posse non negamus, pag. 215.*

XI. Sed nec intellexit hic Censor, dùm multus est in oppugnando significato vocis τύπος, pro τάξει *formâ, ordine, dispositione, statu civili*; & urgendo unico illo ex vulgatis Glossis προσάγμα ἑξὶν, *rescripti Imperatoris*, non (inquam) intellexit enervare se nostratum ex Canone argumentum, pridemque Græcorum illud contra Latinos. Consecere enim ex hoc quoque Canone, *ad dignitatem, vel statum civilem Urbium, Provinciarum, Dioceseôn, conformandas esse Ecclesiasticas dignitates, & hinc Romani prærogativam natam.* Hinc Leo Allatus de Perpetuâ Consens. Lib. i. C. xv. *Est nihilominus in eadem Synodo Chalcedonensi, quod Hæreticum, & Græcis etiam ipsis, causam dedit, plura adversus jus & potestatem Ecclesiasticam obloquendi.* Hinc citat Canonem hunc xvii. & Trullanum xxxviii. Mox addit: *Hinc colligunt, in constituendis Ecclesiasticarum dignitatum gradibus, Civilium dignitatum habitum respectum, illasque ad harum NB. Typum conformatas olim fuisse, vel etiam in posterum conformandas.* Postea: *Δημοσίοις ἢ πολιτικοῖς τύποις non sunt dignitas & status Civilis, sive etiam Regime ipsium, sed sunt προσάγμα ἑξὶν, βασιλικὰ προσάγμα, Edicta scripto promulgata, Imperatoria litera &c.* Tandem addit tertium significatum, seu jam nostro *scriptum visum* seu minus, quo contendit Leo, per publicos & civiles Typos designatas fuisse *Tabulas Publicas, in quibus ordo & series Urbium descripta, & quænam cui Provincia subicerentur.* Sed hæc rursus *Tabula*, cum fuere suis mutationibus, pro nutu Imperantium, obnoxia, tum Ecclesiastici ordinis quædam norma, typus quidam extitit.

XII. Quid opus est multis? Spanhemianum Canonis compendium, *Ecclesiasticarum ordinationum formas conformandas ad Civilem typum*, repeto cum Friderico intrepidus, *omnis Antiquitas* aditruxit. Primò, ante Imperatores Christianos, nullæ summarum potestatum circa res Ecclesiasticas partes observantur; nisi forte v. gr. quando Aureliani Imperatoris in Paulum Samosatenum auctoritas ab Antiochenis Patribus implorata legitur, apud Eusebium, vel quando ad Imperatorum provocatum est tribunalia, ac dicta coram iis causa, ut coram Hadrianis, Antoninis, &c. Clam enim iis ut plurimum res Ecclesie tractabantur, non defensoribus sed persecutoribus, non nutritiis sed incendiariis, non advocatis sed adversariis. Ast ubi, superstitione ejurata, inclamavere Christum Principes, summam rerum ut in Reipublicæ sic in Ecclesie externâ omni gubernatione habuerunt, moderari politicè & ἀρχοντικῶς ἢ νομοθετικῶς singula. Quâ de re sigillatim ad Historiæ Ecclesiast. *Seculum* iv. v. vi. ubi de Ecclesie Disciplinâ, Politia, Conciliis; cæterisque. Hinc plebis cessans auctoritas sub Christianis Principibus, ademptumque huic jus suffragiorum ut pluribus nuper observatum, ad Fictionem nostri superiores. Hinc *Dioceses*, quæ plures Provincias in unum complecterentur, ante Constantinum M. ignotæ. Hinc Pagorum rectoribus respondere *Chorepiscopi*; Urbium præfectis respondere *Episcopi παροικιών*, seu Ecclesiarum; *Dioceseôn Eparchis, Provinciarum Metropolitanis*

iani vel Primates, Vicariis, Exarchi Dioceseon, tandem Præfectis Prætorio respondere quodammodo Patriarchæ. Quin dignitates Ecclesiasticæ iisdem nominibus insignitæ, quibus Civiles consueverant, & nasci quoque atque institui ad typum civilium, *Primicerii, Eparchi, Exarchi, Vicariis, Chartophylaces, Referendarii, Defensores, Oeconomi, Logothetæ, &c.* Hinc ordo Ecclesiarum, dignitas, potestas, conformari ordini, dignitati, ac potentia Urbium Civili; atque ita surgere, post Romam, Alexandriam, Antiochiam, principes Urbes alias, Byzantium, Sirmium, Thesalonica, Arelate, Aquileja, Ravenna, Justiniana Prima &c. Sic quod de ordine *παροικίων* hæc decernunt Chalcedonenses, juxta Civiles formas, id ipsum jam antea Ephesini *Canone VIIII.* Constantinopolitani *Can. II.* Nicæni *Can. VI. VII.* circa *ἐπαρχίας, ἢ διοικήσεις, Provincias, Dioceses.* Hinc *Primatum* jura annexa Urbibus ac Provinciis Proconsularibus, & sedibus ordinariis Præfectorum Prætorio, & *ἑσπέραις* Nationum, Dioceseon. Hinc etiam, ad *πολιτικὸς τύπος* dividit Provincia Ecclesiasticæ; tribui vel auferri *ἐξουσία τὰ ἐκκλησιαστικά,* & crescere numerus *Μετροπολεῶν*, v. gr. Tyana Cappadociæ fieri æmula Cæsareæ, atque etiam evadere Ecclesiæ aliæ *αὐτοκέφαλοι*, quæ antea subjectæ fuerant, ut Byzantium, Aquileja, Ravenna, Justiniana Prima &c. Hinc non modò leges, divinæ iussiones, mandata, formulæ, *παραγγέλματα ἐξουσια* Imperatorum Regumque, de omni Ecclesiæ ordine, ritibus, disciplinâ scribi decernique; sed & eadem in ipsis Ecclesiis publicè legi ac promulgari solita, variis sub Constantino, Valentiniano, Theodosio, Visigottis ipsis exemplis, ne *Romanâ Ecclesiâ* exceptâ, ut ex Constitutione Valentiniani & Valentis sub Damaso Papâ constat, quæ est *xx. Cod. Theod. de Episcopis, Romana in Ecclesiis lectâ.* Hinc quoque pro diversitate Regionum, Populorumque, diversissima quandoque *consuetudinum & ordinis* Ecclesiastici ratio, ut est ab Historicis observatum de Ecclesiis, Romanâ, Alexandrinâ, Æthiopicis, Africanis, Cypriis, Arabicis, Scythicis, Gallicanis, Hispanis, Britannicis, &c. Quomodo, exempli causâ, primitus in totâ Ægypto unus tantum Episcopus, scilicet Alexandrinus, non in Urbibus cæteris, contra morem aliarum Provinciarum. Sic in Scythiâ, seu sextâ Thraciarum, unicus *Tomorum* Episcopus; Sic in Arabiâ, Cipro, singuli etiam *κωμών* vel *χωρῶν* Episcopi, *independentes* ab urbium Episcopis, & quodammodo *αὐτοκέφαλοι.* Ut de consuetudinum id genus Rituumque in Regionibus discrimine, nunc quidem plura non adjiciam, ex Eusebio, Socrate, aliisque documentis notissima.

XIII. Eat nunc hic novus Antiquarius, & Spanhemium in hac omni causâ *ignorantia, impudentia, falsi,* & quorum non tandem criminum, coarguat! Et quidem ex Glossariis suis, Lexicis, ac vulgatissimis quos auditoribus nostris subindè commendamus, Scriptoribus. Vos nostri hujus cultores, ad monitum tanti magistri *pag. 204. Dicite jò paan, & jò bis dicite paan!* Affingat autem qualemcumque voluerit, pro libidine suâ ac præfidentia, & absurdissimum quidem sensum, vociferetur, clamet, æstuet, fulguret, maledicat,

et mare celo

Confundat,

tantundem erunt Friderico, ac Demetrio fuisse referuntur invidorum voces, *crepitus* nempe, qui *sursum an deorsum sonarent*, nulli curabantur. Quasi verò nesciverit ille haud aliam, ætate Chalcedonensium, quam *Monarchicam* obtinuisse formam Civili administrationis! Sed & hoc ipso accomodatissima illi formæ Civili *Episcopalis* eminentia fuit, *Presbyterialis* formâ demùm successurâ, ubi Aristocratia vel Democratia futurus locus esset. Fridericianæ mentis interpret ipse Fridericus, rerum quæ ad Antiquitatem spectant harum periti iudices sunt. Nec profectò Chalcedonensis mentione *Canonis*, ejusque triti, vulgati, plus semel à Spanhemio, ut fatetur, expositi, *importunissimè* hic sese efferre, *abstrusa ex Antiquitatis, hæcenus recondita* scripsit orare, vel tanquam

ex tripode vaticinia fundere, aut gestit, aut somniavit. Ita cogitet cui nova sunt, quæ aliis penè trivialia. Sed nec Spanhemius *promum condum*, aut belluonem se, aut doctorem rei Antiquariæ profitetur, neque immunem ab iis quos in Scaligeris ipsis, Casaubonis, Salmasii, Heinsii, lapsibus Docti observaverunt; quinimò non à gravioribus multo, quanto magis hi Viri *πάμπολυ ἀφίεργατες*, ac tantum non *διπλῶν ἐργῶντες*, Phœnices penè singuli, vel, quod de Epicuro Lucretius, in doctis luminaribus *soles.* Sint tandem alii iudicio suo *Sophi, Philosophi* alii, Spanhemius cum Menedemo, in eâ sese disciplinâ quam nemo exhaustit, *Idiotam* appellabit.

XIV. At tuam, Wayene, in omni hoc argumento pluriquam *reconditam abstrusamque* suspiciant notitiam Vetus tatis, quotquot supra vulgus Eruditorum, supraque Spanhemium, sapiunt. Præter edita jam in superioribus varia specimina, unum insuper & alterum tua ad hunc Canonem Chalcedonensem commentatio Eruditis suppeditabit. Indignatus tu provocasse ad Chalcedonenses Fridericum, quorum scilicet Canon planè nihil hanc ad rem pertineret, ait *pag. 223. ad Legem aliam provocare debuisse, ac specie meliori:* Nempe ad legem *qua extat in Codice Theodosiano, Lib. XVI. Tit. II. §. XXIII.* dixisset alius, ad legem *XXIII. Cod. Theod. de Episcopis &c.* Unde hanc tu nobis legem, an fortè pictam visam in ipso Codice? Imò, inquis, ac acceptam à *Seldeno de Synedriis, & ab Hoornbekio in Summâ Controversiarum, paginis etiam expressis*, ne in quærendo Fridericus se diu multumque fatigaret: Codice ipso illi scilicet inaccessio, & ut supra habuisti, fortè *ne picto quidem viso.* Lex autem illa qualis, undè Spanhemius opportunius ac *specie meliori* efficeret pro Civilibus formis, legibus, dispositionibus, variasse etiam Ecclesiasticæ gubernationis formas, leges, instituta? Lex tua sic habet: *Qui mos est causarum Civilium, iidem in negotiis Ecclesiasticis obtinendi sunt;* quanquam addis, *nec hic tantum præsidii esse, ut Hierarchiam inde extundet* Fridericus. Credo equidem, nec vana fides. Utinam verò, ô bone, legem ipsam inspexisses universam, vel cum Spanhemianis *oculis*, quam alienis modò *oculis* principio tenus usurpasti! Si quæ lex ab hac causâ prorsus aliena est, hæc certè Gratiani constitutio est, Treviris data. Quâ eam occasione vel Hoornbekius vel Seldenus *citaverint*, nunc quidem inquirere non vacat. Id Spanhemio constat, notissimam legem esse, quæ & Baronium, & Marcam, & Pontificios doctiores alios exercuit; quâ prudentissimè Gratianus accidit *forum Episcopale*, causasque quæ ad hujus & Synodorum cognitionem pertinerent, restrinxit: nempe ad *delicta Ecclesiasticorum leviora*, orta ex quibusdam inter eos dissensionibus, & quidem circa res *ad Religionis observantiam* pertinentes, reliquis causis civilibus, & actionibus criminalibus, ad forum Civile ablegatis, ad *ordinarios extraordinariosque Judices.* Nec aliter ad exemplum vel morem *causarum Civilium*, Gratianus hac constitutione respexit, quàm quo more *inferiores Judices* de incidente leviorique quæstione cognoscunt, qui tamen à gravioribus causis prohibentur. Hæc quid ad formam Ecclesiastici Regiminis variè constitutam, pro diversitate Politiarum, Magistratum, formæque Civilis? *Hierarchiam* interim quandam Gratianus, seu forum aliquod Episcopale supposuit. Sed planè *contra Civiles typos*, ac *Civilem formam*, quantum ad Judicum officium, noluit Imperator & prudenter, vel Episcopis, vel Primatibus permitti omnem eam jurisdictionem in causis Ecclesiasticis, quæ in Civilibus concessâ Urbium Præfectis, Provinciarum Rectoribus, Dioceseon Vicariis. En peropportunam Spanhemio legem, imò alienissimam ab instituto, quam nostro commodum Seldenus & Hoornbekius fuggererant!

XV. Planè sic, uti ad vocem *τύποις* paulo antè, ita modò circa vocem *παροικίων*, quæ in Canone ipso expressâ est, Johannes Fridericum docet, *parochias* solet barbarè reddere. Utque hoc in loco multa de *parochiis*

ruralibus vel rusticis, sic quid παροικία sit, alibi sic explicat, ut Lectorem præmoneat de usu vocabuli edocendum, ne miretur se sic interpretari. Sic ille pag. 315. Scandala non posse commodè indicari nisi Inspectoribus, & curam Ecclesia gerentibus, quales (inquit) esse non possunt tantarum Parochiarum Episcopi. Ne mireris me hoc sensu vocem Parochias capere. Sic enim olim dicebatur cujuslibet Episcopi districtus, jam Diocesis appellatur. Quæ voce olim (notante id Stephano Baluzio ad Lupum) Provincia indicabatur; quin, Balsamone teste, διοικησις δὲ ἔστι ἡ ποικίλος ἐπαρχίας ἔχουσα ἐν ταυτῇ, in Can. ix. Chalced. Marcellinus tractus vocat. Hinc Dioceses dicebantur potissimum Provinciarum, quibus præerant Metropolitanæ vel Archiepiscopi. Undè colligit, Episcopus tanti districtus curam eam animarum gerere non posse, saltem ut κέριμα exercere queant, & de singulis judicare, tanquam animarum curatores. Hæc demùm, Wayene, sunt tibi abstrusioris sapientiarum, ex Antiquitatis hæcenus recondita scriptis eruta, dùm Spanhemius in his turpissimè ignorantiam prodere, aut malam fidem, passim soleat, utroque se nomine polluens Alastor pag. 204. 205. De Ignorantiâ Lectores, de Alastoris appellatione Judices pronuntiabunt. Nunc veniam dabit, si à nobis non impetremus quod imperat, non mirari. Sed mira & ipsi quoque res hæc videtur, Parochia pro districtu Episcopi; Parochia tanta; Parochia eadem quæ Diocesis; & quidem, notante id non semel Stephano Baluzio, ad Lupum. Hinc porro quid sit Diocesis, è Cathedrâ docet, ita potissimum dictas Provincias quibus præerant Metropolitanæ. Id unum supererat, ut adderet, quod alias, discere à me. Friderice!

XVI. Jam te volo, qui vel primis labiis, quisquis es, attigisti hæc sacra. Primò dicunt Παροικίαν, non barbarè parochiam, quotquot extra lectionis alicujus in citando Canone vel Loco necessitatem recedunt à barbarie medii & sequioris ævi. Et à vitio librariorum natam eam Parochiæ vocem, pridem Doctis observatum est. Secundo, ut Παροικία, sicut Diocesis, dicat Provinciam, Districtum, Diocesim Episcopi, nihil opus erat provocare ad auctoritatem Stephani Baluzii ad Lupum. Quod minùs dignum tanto Censore fuit. Nam & id ipsum in aliis suis Baluzius, præter elaboratas ad Servatum Notas, & fusiùs quam istic, observavit, uti ad Synodum Vernensem seu Vernonensem Lugdunensis ii. Sec. ix. sub Carolo Calvo, & dudùm ante Baluzium omnes penè harum literarum φωνήες. Sic aliquoties Baluzii Magister Petrus de Marca, in suis de Concordiâ Sacerdotii, & de Primatibus; Sirmondus in Notis eruditus ad Sidonium; Petavius ad Epiphanium, & libris de Hierarchiâ; H. Valesius ad Eusebium, Socratem; alii ad Sulpicium Severum, & qui Canones ac Capitularia suis Notis illustravere. Taceo in nostris Salmasios, Blondellos, Hammondos, alios benè multos, atque his vetustiores, quibus hæc παροικίας significatio multis observata fuit. Tertio, qui in talibus ita docent, ut non sine præfatione lecturos excitent, qualis ista est, ne mireris me hoc sensu vocem Parochia capere, solent ex fontibus ipsis aliquid promere. Noster ex Baluzio ad Lupum, ubi pauculæ hac de re voces, & quidem repetendo τὸ πρὸς ἡμῶν, discere Friderice! Sed verò quid usitatius apud Eusebium, quid frequentius in Canonibus Ecclesiasticis, seu Apostolicis vulgò, seu Ecclesiæ Universalis, seu Gallicanis, Hispanicis, Germanicis &c. & in Capitularibus, quàm hæc παροικίας Παροικία vel Parochia pro Episcopali districtu, vel pro Ecclesiâ Diocesana, significatio? Παροικία Ἀντιοχείας, Ἀλεξανδρείας, Ρώμης, αἱ ἑπισκοπικαὶ παροικίαι, ἡ δὲ ἑπισκοπικὴ παροικία, & in nostro Canone, ἡ τῶν παροικίων ἑξῆς, de Παροικίαι seu Ecclesiis Episcopalibus. Sic Parochia Tolosana, Viennensis, Remensis, Parochia seu Ecclesia hujus & illius Episcopi, sexcenta id genus. Nec ferè aliter Græci, in Canonibus & scriptis Ecclesiasticis, vocem παροικίας usurpant. Quarto, monenda simul erat hujus vocis deflexio ad significatus alios, cum primis apud Latinos in Occidente, ubi Παροικία jam olim, etiàm in Canonibus A-

ffricanis Can. xix. sub Aurelio, pro uno Coetu, vel unâ Basilicâ, vel Curiâ, parte ad eò Dioceseos Episcopalis, in plures Παροικίας distributæ, ut apud Gentiles majorum Civitatum in plures Regiones obtinuit διαίρεσις. Undè natæ plures in unâ Ecclesiâ vel Diocesi παροικίαι Παροικία, Presbyteriales illæ, de quibus sæpè Canones. Qualiter etiam dicta legimus minora Oppida à Presbyteris administrata. Ac tandem, (sed ferius, nisi addito epitheto ἀρχιερατικῆς vel ἐγχευεῖς παροικίας,) sic dixere Ecclesias rurales vel paganas, quibus præest Parochus vel Curatus; quam potremam significationem primam esse ac propriam, voluit Dionysius Petavius ad Epiphanium, à παροικίαν accollere, quasi propè colere, sed explosus Salmasio, Valesio, & aliis. Quintò, quod de Dioceseos significatu adjungit, planè dignum magistro fuit. Potissimum, inquit, sic dictas Provincias quibus præerant Metropolitanæ; sed tamen apud Balsamone, Diocesim complecti ποικίλος ἐπαρχίας multas Provincias. Veteres acclamarent, ὄχι καλῶς, nam eruditionis plena omnia.

XVII. Atqui 1. Hæc Dioceseos significatio pro Provinciâ Metropolitanæ, vel Archiepiscopi, ut infrequentior, sic ferè posterioris ævi, & inter Latinos; quomodo Diocesis Viennensis, Remensis, Senonensis, Trevirensis, similes, quæ olim ἑπαρχίαι. 2. Διοικησις primò omnium dicta, quæ plures sub se Provincias complecteretur, à temporibus Constantini M. ut Civiles, sic deinceps Ecclesiasticas. Nec id jam ex Balsamone discendum fuit. Citandus erat Canon Constantinopolitanus ii. sub Theodosio M. in quo leguntur οἱ ὑπὲρ τῆς διοικησιῦν ἑπισκοπῆς, qui toti Diocesi præerant, ab ἑπαρχίαις Provinciis ibi distinctæ, alias Exarchi, Primates, supra Metropolitanos Provinciarum: Dùm in Concilio Nicæno non διοικησις, sed ἐπαρχία tributa Antiocheno, sic Romano, Alexandrino, reliquis, hinc ἐξάρχου ἐπαρχιῶν, nondùm διοικησιῶν. Ita in Actis Constantinopolitanæ, Ephesinæ, Chalcedonenis, Synodorum, frequenter ἡ διοικησις Ἀσιας, Ποντικῆς, Θρακικῆς, διοικησις ἡ Αἰγυπτιακῆς, διοικησις Ἀντιοχείας. Sic in Notitiâ Ecclesiarum, Dioceses Illyricæ, Africæ, Urbicaria, Italiæ, Galliarum, Hispaniarum, &c. Sic Synodus Diocesana, aliàs Synodus Major, Generalis, Nationalis, Regionalis, ex pluribus Provinciis conflata sub Primate, Exarcho, in Canone vi. Constantinopolit. Sic & in Lege xxiii. Cod. Theod. de Episcopis, & passim in Codice Justiniano, in Canonibus, & Capitularibus. Et hinc nati supra Exarchos Patriarchæ, quando unus Episcopus supra plures etiam Dioceses efferri cœpit, fundamentis in Synodo Chalcedonenis jactis. Et importunus hic Censor nos jam ex Balsamone doceat, Diocesim complecti ποικίλος ἐπαρχίας, qui Balsamon ad Photium & Canones commentatus est sæculo exeunte xii. ex dictis fontibus sapiens. 3. Hinc absurdissimè: Dioceses potissimum dictas de Provinciis quibus præerant Metropolitanæ. Imò dixisset veriùs, apud Afros & in Occidente, vocem Dioceseos, recedentem jam à primo & antiquiore usu, longè frequentius acceptam de Diocesi vel territorio vel districtu vel jurisdictione unius Episcopi. Ità in Canonibus Africanis, Hispanicis, Gallicanis, & apud Sidonium Apollinarem in Epistolis, ac mediæ ætatis Scriptores, familiari in hunc diem significatu. Ne dicam Diocesim usurpatam pro unâ Παροικίâ vel Curiâ, seu pro parte districtus Episcopalis, vel membro unius Ecclesiæ, observante dudum Salmasio in Apparatu, & si noster paginam requirat, est 255. Sed & monuit Sirmondus ad Sidonii Epist. xvi. Libri ultimi, ac plures alii.

XVIII. Nondùm exhaustæ illæ opes, quas noster è conditiore penu in pagellam unam liberaliter effudit, nec de Mammone liberalis. Argumentum ducit adversus Episcopatum, tanquam Christi Regno adversantem, ex eo quod tantarum Parochiarum Episcopi, vel tanti districtus, sic ille, non possint commodè de scandalo, deque causis inter fratres exortis, κέριμα exercere, juxta illud Matth. xviii. 7. 18. 2 Cor. xi. 6. Hæc noster. Ubi fatetur per ἐκκλη-

είαν non intelligi publicum cœtum, non integram παροικίαν, non τὸ πλῆθὺς, ad morem Synagogæ Judaicæ, quæ præfente כהן גדול, כהן קטן, כהנים, volebat coargui pertinaces. Sunt igitur inspectores Ecclesiæ, *κυριαρχοὶ* Ecclesiæ gerentes: id est, sunt οἱ πλείονες quasi potiores, οἱ ἀρχαῖοι, vel ἡγεμόνες, οἱ ἡγούμενοι, οἱ ἄγιοι I Cor. vi. 1. id est inter sanctos præfides, vel præstites. Quid indè? Ergò hujusmodi pertinaces vel scandalosi non possunt etiam deferri ad *Episcopos*, ubi scilicet Episcopali *κυριαρχία* locus est? Si isti Presbyteris, Senioribus, Parochis, secundi ordinis Sacerdotibus, ut Veteres loquebantur, non parent, implorari non potest *Episcopi* in illos auctoritas, quæ latè patet ejus παροικία, vel διαίκησις, vel districtus? *Episcopo* unius Ecclesiæ vel Parochiæ, inter plures Ministros distributæ, cum adjacentibus *χώραις*, superior quædam inspectio competere minimè potest? Non sic commodè in scandala animadvertetur? Et sic insurgit Censor in praxim Apostolicam, *quanti enim districtus erat unus Apostolus, vel unus sub his Evangelista?* Uti in praxim totius Ecclesiæ veteris & sanctioris, I. II. III. IV. Seculis, quæ à Presbyteris ad Episcopos, ab his ad Primam Sederi, vel ad Synodum Provinciæ totius, postea ad Synodum Dioecesanam vel Regionalem, hujusmodi cognitionem deferebat. Ac similis hodieque in Ecclesiis gradatio servatur. Imò docet rerum eventus, fortius coerceri scandalosos, turbones, ubi auctoritas major est, quàm ubi singuli se pares arbitrantur. Nec dicat Fridericus, sed laudatus ante Stephanus le Moyne Collega ejus conjunctissimus, Epistola à Durello vulgatâ. Ubi postquam de *Anglis* in hypothesi, quos sola auctoritas Episcopalis cogere in ordinem possit, ita subjungit in thesi, quæ huc spectant: *Es reverè, Domine, hæc sola mederi potest infinitis malis que oriri in Ecclesiâ possunt. Nam, obsecro te, ne nobis ipsis in Gallia nostrâ blandiamur, ubi obviat Presbyteriale Regimen. Quot sumus divisionibus obnoxii, qua Pastorum æqualitas finire non capax est? Quas nec Synodus qua ex æqualibus, & ex Senioribus, aut etiam Diaconis constat, harum sæpè verum ignavis &c. Et quis nescit in Belgio inferiori, omnes propemodum Academiæ inter se committi, quas auctoritas Episcoporum jure facile composuisset, erupturo amplius malo, nisi Secularis auctoritas illud compesceret?* Noverit jam noster, postquam nullis se Classium, nec Synodorum frænis (facta publica loquor, jus committo competenti foro) coerceri passus est; postquam acerbas antea in Wolzogios, Velthufios, Veldios, Cartesianos, Hulfios &c. nunc autem in Spanhemium, ut Catharma quoddam & *Alastora*, Stygiæ chartas ac contumelias evomuit, quæ Academiæ Batavæ Proceres, addo Theologos omnes, omnes Prudentes, indignationis dolorisque justissimo sensu affecerunt; noverit (inquam) in quem ista Eruditissimi Theologi quàm apposituissimè quadrent.

XIX. Mitto alia quæ isti suæ, obtentu Canonis Chalcedonenfis, plusquam Catilinariæ inferuit. Corruunt ad unum omnia, ex strictim observatis, hoc & prioribus Capitibus, & suprâ Animadversionum priori Parte, ad ipsam hanc causam. Atque ut aliàs frequenter, ita hic quoque conjungit ἀνάστα. Canone (inquit pag. 224.) sensu Friderici accepto, *juri Divini erit, ut omnes induat formæ Ecclesiæ quas in Civitate repererit.* Fictio posterior in auctorem jam suprâ recidebat. Sed en rursùm hominis in affirmando levitatem! Spanhemius, dùm ad Canonem huncce provocat, provocat ad *jus humanum*, & *jus tùm Regium tùm Ecclesiasticum.* Ita constanter, quando de Episcopalibus juribus, sermo. Sic Nicæni volunt servari in ordine sacro τὴ ἀρχαία ἔθη ἀντικατὰ συνήθειαν; Ephesini τὴ ἀρχαία συνήθειαν consimiliter; Chalcedonenses, Trullani, conformari Ecclesiarum ordinem & res Ecclesiasticas τοῖς πολιτικοῖς τύποις, seu jam Civili formæ, seu juri Regio. Hanc consuetudinem, hæc decreta, *juri Divino* seu Dominicæ dispositioni ipse contradistinxit Hieronymus. Noster verò; *Canone sensu Friderici accepto, juri Divini erit!* Quàm hic miscellus elenchus est, τὸ βίαιον hoc ipso retorquendus? Nisi quod retorqueri validè nesciunt quæ φεῖται καφότερα.

XX. Unum superest. Postquam Censor Friderici, in Canone designando, fraudem mendacemque stylum ignorantissimè supposuit, decernit illi poenam quàm statuere *leges Atticæ*, τοῖς ψευδῆ γράψασιν ἐν τοῖς δημοσίαις ψήφισμασι, P. 211. Addito ex *Æschine* loco, quem ex Samuele Petito sive ipse descripsit, sive alius. Est ea Lex ultima, de Senatusconsultis & Plebiscitis, sive ψήφισμασι. Utque intelligas quàm apposite noster Atticifet, lata lex in eos qui εἰς τὸ Μητρώον seu in *Ædem Marti Deorum Sacram*, Archivum & Nomophylacium Atheniensium, inferrent ψευδῆ γράμματα, seu falsa in iis acta vel decreta perscribi juberent, in perniciem Reipublicæ. Tale causatur *Æschines* fuisse ψήφισμα Ctesiphontis, gerentis Magistratum, de laudibus Demosthenis, hinc de aureâ Coronâ illi decernendâ. Applicata: Hic nempe Fridericus, gerens Magistratum, furtimve subrepens in Archivum publicum, falsas literas intulit, quæ forent pestis Reipublicæ! Et quidem dùm ex Canone Chalcedonenfi, compendii facto cum tot Veteribus ac Recentioribus, confecit quod omnes in Doctis benè nati, ordinem Ecclesiasticum fuisse plerumque accommodatum Politico. Εὐστόχος.

XXI. Sed audi tu fodes *leges Atticæ*, quando hæc videntur æquè tibi familiares ac *leges Theodosianæ.* In his Libro III. Tit. De Oratoribus, interdictum, sub gravi poenâ, ne quis τὴ ῥητόρων, publicè causam orantium, ἢ λοιδορήται, ἢ κακῶς ἀγορεύῃ ἴνα, sive convitiaretur, sive malediceret alicui. Libro VII. Tit. de Convitiis, prohibitum prudenter à Solone, multâ irrogatâ, τὸν ζῶντα κακῶς λέγειν de vivo detrachere: quemadmodum & (ad dente hoc posterius Plutarcho in Solone) τὸν τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν, maledicere defuncto. Prius certè non licuit, dùm Sacra tractarentur, nec in Judiciis, nec in publicâ spectantium luce. Aliâ lege, jussit Legislator τὸ κακῶς λέγειν, εἰ μὴ ἀποφαίνῃ ὡς εἰς ἀληθῆ ἔειρημένα, ζημιῶδες, qui de alio detraxerit, ni probaverit probrum esse verum, multari. Rursus multari, qui exprobraverit alteri ἢ τὸ ἀπορήτων, quicquam legibus damnatum. Ne Atticis legibus addam ego quas Spanhemius produxit, in Delatores seu veros, seu falsos: vel legem, quæ Calumniatoribus frontem immissam aliquando legimus, literâ illâ impressâ quæ, ut fortè magnorum Nominum, sic & calumniæ initialis est, & κακίη Græcis habita. Nam κκ. pro cc. scripsisse Veteres opinor nosti, *Kalumniæ Kausâ.* Sed his omnibus potiores Divinæ leges, in λοιδορεῖς, φιλομάχες, φιλονείκες, κακολόγες, βλασφημοί, ὀργίλοι, νοσηνοὶ καὶ ζητήσεις, calumniatores, contentiosos, pugna amantes, maledicos, fama aliena detractores, iracundos, laborantes circa questionum inania &c. Quarum an non dudum oblitus sit, ut causaris Spanhemium *Atticæ legis*, tua in Fridericum testentur.

XXII. Nunc igitur ad has ipsas, Wayene, leges exigi à Judicibus, Synodis, Theologis, Prudentibus, Civibus universis, volo tuas ut in *Anglicanos Prasales*, ac nominatim *Londinensem*, sic in *Spanhemium* præcipuè, illatas injurias, frequentes lacerationes, calumnias atque exprobrationes, iniqua judicia, atrocia convitia, apertissimè falsò objectata, & ex prono in calumnias animo, quæ sunt Illustrium Curatorum, ac Leydensium Consulium, de tuâ scriptione voces. Nec minùs illa tu, ac qui Atticis fuere legibus prohibiti, dum in publico causam diceres, inter sacra quæ tractares, spectante stupenteque Orbe toto Reformato, sed tripudiente Pontificio, & minùs Christiano. Hujusmodi sunt non modò probra repetita *Alastorū, Plani, Factiosi, Præstigatoris, Veteratoris, Perjuri, Pseudoplastæ, Memisendi artificis, Spermologi, Sceleris, Dolorum fraudumque architecti, Asini Cumani, Lamæchi* homicidium cogitantis, *Profani assentatoris, Irrisoris qui Dei nomen & causam in Vatiniæ odii obtentum trahat, cui Religio temporis cumprimis cordi sit* & sexcenta ejus generis ac tœdiora: sed & facta adversus Fridericum, in facie totius Europæ, audacissimè supposita KK. Uti de malo in constrictis (ut sufficari debeas) accepto; de suo sua Conjugis; de sumptibus, Ecclesiis concio-

cionando ab eo creatis; de Ministerio Leydensi tanto ardore tantoque ambitu quæsitio; de Concionum inani sinnitu per Walones spreto; de raro ridenteque Auditore; de Spanhemio Leydæ abjecte habito, ut magno balathrone; de impeditâ bonorum promotione, & Tribunitiâ quidem potestate; de supplantatis Fratibus; de raptis Honoribus; de truculenter paratis in Ecclesia pacem; de Fratibus à Cathedrâ remois, saltem ut removerentur cum suis auctore, parario, chorago &c. &c. Nec finis est atrocissimis id genus ac falsissimis in publico criminationibus, quarum causâ & Judicum Frisorum æquitatem Leydenes Proceres, & Spanhemius Dei tremendum Tribunal appellat, publicamque fidem, sed & conscientiam accusantis, quin nova maledicta parare se in propatulo gloriati, sed donec sentiat ἀκόλυθον ἔ ἀδικίας ἡμωείων.

Ab! miser, etsi quis primò sua turpiter audeat,

Sera tamen tacitis pœna venit pedibus,

ut Propertium mihi liceat imitari.

XXIII. Quemadmodum verò superiora ἐνδίκω πάλιν ἔμυαί, & Judicum arbitrio æquitatiq;e, permittit Fridericus; ita sciat hic Sophus, hic Pancratiaistes, hoc ut Canonum ita seculi Prophetici lumen, accusationem reliquam Fridericianæ ignorantia, puerilium compilationum, Galatiniani plagii, imparium Sparta virium, & quæ sunt abjectissima id genus, profuse à Spanhemio contemni, ut solet ἐπελαύσα κορίνη, movit Cornicula risum. Noti nimis, qui alienæ scientiæ modum suo cum pede metiantur, tum affectu. Nec ille de Spanhemianis seu Vindicis sacris, seu Dissertationibus, seu Historiis, seu Epistolis, &c. nec Fridericus de Johanniticis Præfationibus, Paraphrasibus, Anti-Hierarchicis, Anti-Wolzgianis, Anti-Velthufianis, Anti-Hulsiensis, Anti-Claficis scriptis, arbitretur, sed æquius harum literarum & αἰγώνων ἀπιστάται, δικασαί, & quasi ἰδιανόδικαι. Nec sua Fridericus unquam vel extulit, vel ab errore libera esse decrevit. Utque ejus ipsius modò ἀπίειαν intelligas, dum gravem aded pœnam inrogatam Friderico tu quidem præoptas, ob Canonem minùs opportunè, tuo judicio, memoratum; ecce tibi Fridericus quicquid seu in hunc Canonem, seu in omnem Antiquitatem, majestatemque Literarum, frequentibus exemplis, gravius immensum quantum peccasti, quoad in ipso est, æquus benignusque indulget: & ne quidem (quod tu ipsi aliàs per lepidissimum Gelasium tuum) ἤ ματιγοφόρων ῥαπισματῶ ribi aut decernit, aut vovet; hoc modò quod Christianum est, bonam Christianamque mentem, ac in præterita reditum, apprecatur. Verum in Fictionum tuarum hæremus adhuc quasi limine.

ANIMADVERSIÒ VI.

Fictio insignis Criminatoris. Citatos Spanhemio Calvinum, Bezam, &c. ut probaret Episcopatum esse Divini juris: vel formam Politicæ sacre etiam esse posse Monarchicam.

Verba Accusatoris descripta. Fictio modò continuatio. Testes Theologi in duobus à Friderico producti. Singula declarata, probataque. Fraudes in his Accusatoris quatuor. Spanhemius Pater an fideliter citatus? Johannis fiducia. Gelasii Trismeg. cavillum.

AD contumelias fallaciasque superiores insignis ista accedit: quod citatos Spanhemio Theologos, Calvinum, Bezam, Genevates, Germanos, Helvetios, Gallos, &c. in specie verò, in Belgii luminibus Fr. Junium, Sibrandum, Bucerum, Rivetum, Voetium, Hoornbekium, Marefium, Spanhemium Patrem, & si quos alios, supponat perpetuò, sed in suam magis quàm legentium fraudem, citari ut efferentium se Hierarchicorum Advocatos, Patronos, Hyperaspistas: Vel etiam, qui Episcopatum adstruxerint ut Divini juris: Vel denique, qui ad typum Politicæ componendum esse, & legis quidem necessitate, Ecclesiæ regimen, omnes formas Civitatis induiturum, etiam Monarchicam, statuerint.

II. Igitur ut fictionis quædam extent specimina, de

Calvino sic iste pag. 188. *Eat nunc, & Calvinum Hierarchicis advocatum, saltem ὁμόληρον, obtrudat homo meus.* De Bezâ pag. 248. 249. *De Beza paucis, (sic ille) nempè an juris Divini sit Episcopatus ille, &c. Ad Bezam tamen provocasse se testatur.* De Fr. Junio p. 246. 248. *Lubet qua habet Junius ipsis Hierarchicis expendendum dare, an pro se testimonium dixisse Junium cum Friderico censeant.* Rursus, *nec Divini juris est Episcopatus ille juxta Junium.* De Voetio P. 193. 196. 289. 294. 297. *Eat nunc Spanhemium, & Voetium Hierarchicis non conciliet tantum, sed & Patronum obtrudat. Et ut desinat Hierarchicorum Hyperaspisten Voetium dicere in posterum &c. Eat nunc & Voetio adscribat sententiam, que adstruat Politicæ regimini aptandam Ecclesiæ gubernationem esse, admittâ etiam illâ Ministrorum inæqualitate, que in Britannia obtinet.* Ipse ad Voetium in hac causâ provocavit, quid jam Voetio restiturus sit, videre gestio. De Riveto p. 196. 225. *Addit Rivetum, sed ipse audiatur, & φλυαείας ac mendacia hominis coram coarguat. Longè aliter Rivetus, licet huius Thesi adstipulantem dixerit impudentia.* De Sibrando Vedelioque pag. 200. *Sibrandum probavit non posse esse Monarchicum Ecclesiæ Regimen, cum Friderico tamen tale esse debere statuit, quale in Civitate. Videamus an Vedelium meliori fide alleget.* De Gersono Bucero, Hoornbekio, Marefio, &c. pag. 193. 202. 225. *Imò nec Marefium Hierarchicis fecit satis. Gersonos quoque sue sententiæ patronos adsciscit, id est Hierarchicorum.* Longè aliter Hoornbekium, quanquam & illi suum errorem adstruxerit homo meus. *Eat nunc sinnulum animal &c. Denique, ne fastidiat Lector, de Spanhemio Patre p. 253. 259. Quanam fuerit ætæroquin Spanhemii de Hierarchiâ sententiâ, in Disputat. C. Anabaptistas videre est, nempè non esse Divini præcepti.* Rursus: *Parenti quoque falso id affingere quod nunquam scripsit, ex dictis liquidum est. Et compendio p. 300. Ex Reformatis pauci sufficiant, nempè contra jus divinum Hierarchicorum testaturi.*

III. Hærebit Lector, quid in Accusatore magis studeat, pudoremne, in hisce Viris cum Spanhemio committendis, devîa planè à re quæ ageretur ἀπαγωγῆ, an verò doctrinam? Absque hoc enim, maledictis quidem de suo infinitis refertam Libri molem, sed rebus vacuum, extrusisset, nunc locus erat alienis observatis Parkeri, Didoclavii, Voetii, Baxteri, Guillelpii, Gersonis, Blondelli, Salmasii &c. utroque vere nomine alienis, & ab eo qui compilaret, & à causâ quam Spanhemius, his quoque suffragatoribus, assereret. Igitur & oculos legentium, & fidem, ut sæpè aliàs, rursùm appellamus.

IV. Ex proximis antè Animadversionibus cognovit Lector, quatuor Spanhemio per calumniam afficta. Primo, studium fœdè adulandi Hierarchicis, Animadvers. I. Secundo, Episcopatum tanquam ex Divino jure asseritum, probatuque, Animadv. II. Tertio, necessitatem omnium atque earundem in Ecclesiâ formarum Regiminis, quas hac in Civitate repererit, hinc & formæ Monarchicæ, atque aded Papatûs, in Monarchiâ, Animadv. IV. Quarto, Canonem Chalcedonensem, ad tam absurdæ hypotheseos firmamentum, violato sensu, verbisque per fraudem interpolatis, à Friderico productum, Animadv. præcedente. Infrâ autem in fictionum aliarum serie, prolixè & ista succedet, cum primis Animadvers. XI. quasi Anglicanam Hierarchiam, etiam ubi à primævo instituto, ab officio veri Episcopatus, vel à pristinis limitibus deflectit, aut substantiam Doctrinæ seu Disciplinæ convellit, collaudandam asserendamque Fridericus, in Epistolâ utrâque, susceperit. His autem dissimillima illum omnia, sed & contraria, & sensisse & scripsisse, palpandum hæc pagina præbet. Quo subruo fundamento, corrui tota citationum Wayanarum moles, quæ si intentionem producentis, insullæ omnino apparent & calumniolæ, nec ad rem pertinentes, sin materiam ipsam respicis, Spanhemii causam non labefactant ullo modo, sed juvant.

Denique ut in fabricâ, si prava est regula prima,

Omnia

Omnia mendose fieri, atque obliqua necessum est,
ut pluribus vulgato carmine Lucretius, ita & cum uni-
verso hoc Anti-Hierarchæ nostri ædificio comparatum
est.

V. Hinc convertenti oculos in Epistolam Spanhemii
utramque, liquet è vestigio ad consensum Theologorum
provocasse illum virum, in causâ cum primis geminâ.
Prima fuit, de *variâ*, sed & *liberâ* externæ Disciplinæ
ac Politicæ formâ, pro varietate Civitatum Populorum-
que, in plerisque Reformati Orbis Ecclesiis: & quidem
secundâ Apostolorum lege, & rei Christianæ summâ, & Con-
fessionum-harmoniâ, & Ecclesiarum inter sese communione:
Seu nempe in Politis Ordinibus sacri, seu gradus Dignitatum,
seu jura Magistratum, seu Ordinationum ac Vocationum mo-
di, seu Conventuum Ecclesiasticorum ratio, seu severitas Dis-
ciplina, seu Rituum, Cereemoniarum, Liturgia omnis diver-
sitas, attentiore mente pensarentur. Ita expressis verbis
Dedicatoria à fol. 6. post enarrata quæ in omni Chri-
stianâ disciplinâ substantiam illius necessitatemque con-
stituunt. Rursus Epistola ad Amicum, eadem reddens
à pag. prioris Editionis 37. tum 61. 62. In hoc jam suf-
fragantium Theologorum ordine comparent Lutherus,
Calvinus, Beza, Martyr, Bucerus, Fagius, Bullingerus,
Junius, Zanchius &c. Sed & Voetius nostro lau-
datus, quem viris multis prioribus merito ætas nostra
aut opponeret laudando, aut adæquaret. Addidit Span-
hemius recentiora alia in Belgio, Galliâ, Germaniâ
Reformatâ, nomina, etiam Synodi non unius Canones,
seu Articulos. Nec virorum illorum descripsit hanc in
rem enunciata, quia obvia, quia in re perspicuâ, nec du-
biâ quibus inesset vel mica bonæ mentis: præter Epistola-
rum leges, & Spanhemii indolem, omnibus ejus scri-
ptis expressam, quæ scilicet à laciniolis vel superfluis
citationibus abhorreret. Utque hæc omnia fuisse Fri-
derico ad manum documenta intelligat Criminator,
erit fortasse illorum præcipuis in aliquâ harum *Animad-*
versionum locus, eam Politiarum libertatem assertura.

VI. Altera causa, in quâ de Theologorum assensu,
primæ saltem inter Reformatos notæ, *ne Calvinus, vel*
Beza, vel Genevatis exceptis, securus Spanhemius fuit,
erat ejusdem assertum, *de infulatis Britannia Patribus, ipso-*
que Episcopali ordine, sicubi cum locorum conditio stabiliret,
reverenter habito; procul Antichristianismi accusatione, aut
solutæ Unionis, aut oppugnatæ Confessionum, aut subverse
tandem Disciplinæ: Et hoc quidem intuitu, verè Chri-
stiano, ut *irruptum esset, in abhorrentibus etiam ab Episco-*
pato Ecclesiis, reverentia, unionis, ac fraternitatis vinculum.
Quod ex variis & frequentibus ad Britannos Præfules li-
teris, *Calvini ipsius ac Beza, ac scriptis complurimis*
Theologorum in Germaniâ, Bohemiâ, Poloniâ, Helvetiâ,
Galliâ, sed & Belgio quoque nostro incluti nominis, te-
statissimum esset. Repetat lector, si fides laborat asse-
rentis, *Dedicatoriam ipsam fol. 8. 9. & hanc Defensivam,*
prioris Edit. pag. 66. 67. 68. &c. Si in his fallo,
arguar, commiserger, juguler. Sed post fidem dictis dein-
ceps factam, absit ut cum maledico hominum genere,
si vel totis phalangibus eum involent, *novum certamen*
experiat! Siquidem nugæ istorum Eruditi, Contume-
lias Judices ipsi condignâ ultione vindicabunt.

VII. His præmissis, componat ea Lector quæso meus
cum intorquente dicta in Spanhemium nomina Accusa-
tor. 1. Conficit iis ex testibus, Episcopalem præemi-
nentiam haud esse *juris vel præcepti divini,* seu etiam Apo-
stolicæ institutionis, sed humanæ tantum; & quidem sæ-
pè adversus *Bellarminum & Jesuitas* Viris illis disputanti-
bus, ut liquet citantis *Johannis pag. 196. 198. 200. 246.*
253. &c. 2. Multo minus, Episcopalem *dominam, ty-*
rannicam Privilegia, *imperium Ecclesiasticum, aut Imperii*
mundani eminentiam, quæ omnino Spanhemius relecta
emendataque esse voluit, Apostolis auctoribus fuisse tra-
dita, ex his Theologis evincit *pag. 195. 196. & aliquot*
sequentibus. Quomodo in *Pseudo-Episcopos, ut Ecclesiæ*
pestem, indignatum *Bezam* inducit p. 249. 3. Adstruit
iisdem auctoribus, esse Ecclesiæ Politiam ac disciplinam,
Tom. II.

quoad *substantialia, essentialia, generalia, planè immutabi-*
lem; seu *mutari in ullam aliam formam* nesciam, ut mul-
tis ex Voetio p. 194. 196. &c. Quod & Spanhemius
totidem verbis in Epistolis aliquotiens, & supra, mox-
que ad proximum *πεῦρον ἰδὲ* 4. Advocat hos etiam
testes adversus *Monarchicum* Ecclesiæ Regimen, quale
esse non posse multis ille ex Sibrando, Pontificios urgen-
te P. 200. Quasi ivisset in contraria omnia *Fridericus.* Sic
noster, non statim ubi *alia forma Civilis Regiminis,* puta
Oligarchica, vel Aristocratica, admittendam etiam esse
illam *Ministrorum inæqualitatem, qualis in Britannia obti-*
net, negante (inquit) Voetio, hanc tamen illi sententiam
adscribente *Friderico pag. 196.* Quid autem hic Vo-
etio adscriperit, exhibet Epistola pag. 69. 70. quam vi-
de, & ad eam observata. Intelliges, iis maximum Theo-
logum accensitum, qui *Populis* quibuscumque aliis *con-*
venientiores suis moribus Disciplinæ formas non ægrè
permiserunt, *Calvini* exemplo.

VIII. In specie quid ex Parente suo confecerit, Viro
qui *Johannis* laudibus nullus eget, habet *Pagella* subse-
quens 71. Nempe expressa ea incomparabili genitori,
in *Dedicatoriâ* ad *Ufferium Armachanum,* de *Anglica-*
nis Præfibus, quæ vellet noster grandi pretio excidisse
Friderico filio, in *Dedicatoriâ* ad *HENRICUM* Londi-
nensem. Major jam, apud indoctam imperitamque tur-
bam, fuisset species accusationi. Quid noster? Primò
nodum secat, ac *Parenti falso id affingere Fridericum,*
quod nunquam scripsit P. 259. Ajebat ille apud *Comi-*
cum,

Calidum herclè audivi esse optimum mendacium:

Calidum, quia incogitanti fortè expressum, hinc *opti-*
imum, ut *bonam malitiam* dixit alius. Quid dicturus ille
de asseveratione, quæ ut *frigida* est ipso consilio & pro-
posito, sic quæ *scriptum* esse negat, quod scriptum esse,
etiam cum scenore & *εὐεγγήλιωτες*, cum ipse Crimi-
nator, tum universi quotquot suis manibus, suis oculis,
suis auribus utuntur, protinùs intelligunt. Hac jam
accusatione *frigidior* aliam ne cogitatione assequi da-
tum est. Confer modò, ni Lector, Epistolæ *Frideri-*
cianæ verba pag. 71. cum *Parentis* illis ad *Ufferium,*
præfixis *Parti III. Dubiorum Evangelicorum. & de falso*
affictis, qua nunquam scripsit Spanhemius Pater, ipse ar-
bitrator. Deinde citat *Accusator* Spanhemii Patris, ex
Thesibus de Ministrorum Vocatione, effatum, quod est
de Episcopatu, seu de Pastorum Inæqualitate non absolute
damnandâ, modò non pro necessariâ, aut divino præcepto con-
stitutâ haberetur, nec jurisdictionis exercenda tantum gratiâ;
Quibus verbis damnabat *Vir magnus Hierarchiam &*
commenta Pontificiorum, Thesi XIII. XIV. collatis cum
Thesi XX. Atque has esse ipsissimas positiones Spanhe-
mii Filii, lectio superiorum fidem plenissimam faciet,
& *Animadversiones* infra VIII. IX. X. XI. Quin noster,
contra Anabaptistas disputasse Patrem. Pace tamen illius,
pari quo in citando supra *Nazianzeno, aut Codice Theo-*
dosiano, aut Geographis, aut deinceps Anglis, erro-
re. Extant illa *Spanhemii Patris, non in Syntagmate*
contra Anabaptistas, sed in altero Disputationum Theo-
logicarum pag. 298. 300.

IX. Vides, mi Lector, quàm ingenuè, quàm ap-
positè, quàm *ὑπόχως,* Spanhemio scilicet conficiendo,
omnem illum vulgarium citationum apparatus, ac
Theologorum chorum, in aciem produxerit *Accusator.*
At hos ipsos vultus, hæc nomina, *Friderici* verius ef-
fatis præfixa, multo huic convenientius aptasset, quàm
est *Friderici* manibus, habitui, ac togæ *impositus* ille
vultus, qui & *Gelasio & nostro, lepidissimis* capitulis,
tædii plurimum abiterit *pag. 419.* Et cui non illa sub-
siliant, ad revocatam scenam quæ, *Tiberii & Caligulæ*
temporibus, Romanis risum excussit? Illum enim *Cæ-*
saris & Octavii Augusti, hunc Olympii Jovis alio-
rumque Numinum simulachris, demptis Capitis, summo
imposuisse, auctor est Tranquillus. Pari cum istis fato,
Spanhemium capitis tulisse supplicium, hi nostri, per nos
sanè, cavillentur. Tamque alter *Spanhemii habitum,*
Cccc
quam

Ordinationibus, ad *secundum*; de Senioribus, Confistoriis, Classibus, Synodis, ad *tertium* & *quartum*; de doctrinâ, Sacramentorum administratione, Ritibus, Ceremoniis, ad *primum*, *tertium*, *quartumque*; de Censuris, Excommunicationibus, Depositionibus, Suspensionibus, rursus ad *tertium*; denique & ipsæ illæ Ordinationes, quæ vocantur, Ecclesiasticæ, & harum specialiora fortassis alia, ad *quartum quintumque* membrum, ex jam enarratis, reduci necesse est.

VI. Quibus ex præmissis patet, quàm projectâ & effrænata calumniandi libidine duo hæc Spanhemio imputarit Criminator. Primum est, detraxisse uspiam (ut iste supra) Fridericum de *generalibus* & *substantialibus* Disciplinæ, quæ in omni quidem Politia juris divini & immutabilis censi debent. Alterum, *asseruisse eadem temeritate, sed non minori cum periculo, Canonum Conditorum nihil in suis Ordinationibus Ecclesiasticis censuisse divini atque immutabilis juris* P. 155. 156. Et in his recenset iniquissimus Cenfor, *universum Ecclesiæ Ministerium, Disciplinam Ecclesiasticam, Sacramenta, Vocationem legitimam, Conciones habendas* &c. Undè nova Spanhemium lacerandi & in os expuendi materies. Ut verò dixisset in hunc nostrum Cato, quod is olim in Lentulum, *Afirmabo omnibus Lentule, falli eos qui se negant habere os!* Nunc in Lectoris mihi iudicio præsidium. Observavit jam is semel iterumque Spanhemii de *substantialibus* Disciplinæ doctrinam. Nec, in his vel augere quicquàm vel minuere integrum esse, Ordinationum conditoribus quibuscumque, aut dixit unquam aut somniavit. Imò salvam in his omnibus esse oportere *Apostolorum legem, & rei Christianæ summam, & Confessionum harmoniam*, clarâ ac sollicitâ voce, enunciavit posterior, quam arrodit ibi Cenfor, Epistola pag. 57. Si quam verò *mutandi, augendi, minuendi, corrigendi, aliterve statuendi*, potestatem sibi fecerint Sacri Legislatores, qualem testantur publicæ Tabulæ, hanc omnem restringi ad accidentalia, ad peristatica, ad rerum circumstantias, ad *precisum* electionum, vocationum, conventuum, suffragiorum, animadversionum, totiusque ordinis & administrationis *modum*, ubique variantem, ut uncialibus Epist. eadem literis pag. 56.

VII. Exemplis res illustrior fiet. Primò quidem, in functionum Sacrarum recensione, necessarii Episcopi, Presbyteri, Pastores, Ministri Evangelii. Quod verò horum illi omnimodam *æqualitatem*, nullâ distinctione graduum, necessariis & essentialibus accensent, hi contra *inequalitatem* eorundem, primatumque seu ordinis seu potestatis, tributum Superattendentibus, Episcopis, Metropolitanis; nullâ divinâ sanctione, quicquid utrimque litigent, imperari arbitramur. De quo pluribus secuturis Animadversionibus. Ità requisiti in Sacra omni Politia, ut visum, qui invigilent gregi, qui præsent Disciplinæ, qui res Ecclesiæ administrent, seu laborantes illi quoque in Verbi ministerio, seu secus. Et hos quoad *genus*, seu quoad *substantiam*, vel *scopum* muneris, analogiâ saltem quâdam, omnino in necessariis deputamus. Ut verò quoad *speciem*, & *circumstantias* sint ubique locorum, quibus Christiani coetus dispersi, pari scilicet lege necessitatis, ceu divini immotique juris, ac pari cum Gallicanis aut Belgicis Ecclesiis instituto, hujusmodi *Seniores* quos Laicos vocant, aut Presbyteros secundi ordinis, major est ratio dubitandi. *Seniores* videlicet qui fuerint ad Apostolis *precepto* instituti, totoque genere à Ministris Verbi distincti; qui *labore in Verbo*, non charismatum fortè, sed juris, sed vocationis defectu prohibiti; qui nec ordinantes per *manuum impositionem*, nec ordinati, qui ne *simplici* quidem *honore*, seu honorario, præmio donati; qui temporarii ad hæc & ambulatorii, ejusdem cum Eleemosynariis Diaconis plerumque ordinis & conditionis, in quibusvis etiam villulis, pagis, Pastoribus sociatis pari cum *hisce*, quoad regimen & disciplinam, auctoritate, etiam rusticelli ac idiotæ. Horum certè non unum à Paulinis illis Presbyteris, *non laborantibus in Verbo*, dif-

crimen Viri magni, Presbyterialis cæteroquin Disciplinæ assertores, professi sunt, David Blondellus Libro de Jure plebis in Regimine Ecclesiast. *Joh. Dallaus* in 1 Tim. Concione xxxvii. Tom. ii. Cl. *Salmasius* Apparatu ad Libros de Primatu pag. 221. 222. *Lud. Cappellus* de Vario Ecclesiæ Regim. *Thesi* xxv. & seq. *Moses Amyraldus* de Regimine Ecclesiæ C. iv. p. 121. plures alii, & Commentatores passim, quos consulere aut referre piget. Ità in Ecclesiasticis causis soli fere hodie *Seniores*, ut plurimum certe, olim tota Ecclesia, fideles promiscuè singuli consuli soliti, observante etiam disparitatem pereximio Theologo Joh. Hoornbeek *Epist.* ad Duræum pag. 227. Hinc & Helvetii in Confessione *Articul.* xviii. *Presbyteros* seu *Seniores* haud recensent alios, quàm qui & Episcopi, Pastores, Doctores, appellationibus modò diversis. Sic & *Seniores* fratribus Bohemis, Polonis, Hungaris, sunt in genere Pastorum, delectis tamen quibusdam ex Equestri ordine, qui in Pastores attendant. Sic Presbyteria, Classes, Synodi, ex solis quandoque Pastoribus in Reformatis passim Ecclesiis constant, alibi etiam additis Optimatibus è Magistratu. Vir Celeberrimus Samuel Marefius in Exegei Confess. Belgicæ ad *Artic.* xxx. *Parum ad rei summam facit, sive Senatus Ecclesiasticus ex triplici isto genere Ministrorum constat, Pastoribus, Senioribus, Diaconis, sive NB. confletur ex solis Presbyteris laborantibus in Verbo.* Addit idem, *secundi ordinis Presbyteros* nonnisi ex accidente quodam *videri primitus additos Pastoribus*, quod hi, propter *suam paucitatem & occupationes, soli nequirent officii sibi incumbentis partibus defungi.* Ac pluribus Salmasius, contra Loyolitam, sic functionum & operarum in *duplici Presbyterorum* genere discrimen adstruit, ut neget *diversi generis & ordinis Episcopos censitos fuisse, omnes in genere & absolute ποιμένας, προεσώτας, & προεσώτες, atque etiam Ἰπποκρίτους & Ἐκκλησίας, ut dictos, sic reverà tales fuisse.*

VIII. Quæ obiter hic memoranda, ut *necessaria* hujus functionis sacra, ex Apostolorum mente, à non talibus secernantur, desinatque Criminator *violata Confessionis & Liturgia crimen*, hoc etiam nomine, *intemere* pag. 130. Quæ probra injecturus, si cum Clariss. Wittichio, cujus apud Wayenum laudibus lubentes affurgimus, de *Presbyteris non laborantibus in Verbo* sic enunciassem? *Ex loco* 1 Tim. v. 17. *nondum video posse evinci, Apostolum, per istam distinctionem eorum qui dicuntur κοπιῶν ἐν λόγῳ & διδασκαλίᾳ, & eorum qui non ità dicuntur κοπιῶν, distinguere Pastores & Seniores Ecclesiæ, Theolog. Pacif. §. ccccxxi.* Undè & Clariss. Marefii, quam ipse refert, indignatio, *in eo Confessione Belgica, & Canonibus Ecclesiæ Belgii, palàm se opponere.* Quam accusationem eo in loco Collega Friderici diluit. Aut quo jam conviciorum imbre lutoque perfundendus Spanhemius fuisset, si cum Collegâ altero, Eruditissimo le Moyne, *inferiores illos Presbyteros, non laborantes in Verbo, docuisset Episcopis contradistingui; aut vacasse etiam Sacramentis administrandis; sed & tùm quoque Tractationi Verbi divini, neque alias, nisi quum annuerent & concederent Episcopi ac priores Presbyteri?* Atque inter alia, *concionandi hoc negotium ad solos Episcopos spectasse, ad Presbyteros nonnisi ex concessione Episcoporum, subindè illis datâ, subindè revocatâ, scio Virum Magnum adstruere multis gravissimisque testibus, ex penetralibus Antiquitatis.* Quid jam noster in *Poetiff. Beveregium, asserentem pariliter Presbyteros in Conciliis, & communibus Ecclesiæ negotiis, Episcoporum suorum loca tenuisse?* Sic ille, *parentis Invektivæ* pag. 337. *Hoc posterius figmentum est facissimum pariter ac falsissimum.* Quàm faciles illi Viri tecum, Wayene, (vereor autem ne magno malo tua) ex Antiquitate hoc certamen experirentur, nisi post edita ingenii tui specimina, fixum federet immotumque omnibus bonis, ac Spanhemio præsertim, *ferram nullam tecum recipere, vel millies maledicenti, provocantive, ut in suâ quoque Epistolâ suadent Leydenis Academ. Proceres.*

IX. Rursus, extra *necessariorum* atque *immutabilium*, jure Apostolico, numerum esse sivit Fridericus, Electionum ac *vocationum speciales modos*, ritus, constitutiones, quando, à quibus, quomodo? Jura adè in his Magistratum, Patronorum, Collegiorum, Presbyteriorum, Ecclesiarum, Antistitum, Patrumfamilias, & si quæ alia nomina, intacta esse voluit. Nempè hæc ille arbitrariis, peristaticis, indeterminatis, ac mutabilibus annumeranda duxit. Ac quanquam determinare Confessiones nonnullæ videantur, jusque hoc restringere ad *Ecclesiam*, ut Belgica *Artic. xxxi.* Scotica *Art. xxii.* aut generalius jam Ecclesiæ nomen fuerit, aut si restrictum specialiter ad *Presbyteria*, vel *Populum*, attendunt tanè ad suarum Ecclesiarum mores, salvis diversissimis aliarum. Nam ex. gr. ne *Ecclesia* Pastores sibi *querat* aut *vocet*, disertè cavent Fratres Bohemi, in Ratione Disciplinæ Ordinisque Ecclesiastici, *Tit. de Ritu Ministros præficiendi pag. 35.* Et huic determinationi quoad *modum*, in constituendis Episcopis, Pastoribus, cum Apostolica Ecclesia, tum & omnis Antiquitas, hinc Ecclesiæ per Orbem Protestantem diffusæ, dispares sibi ipsis, magnopere intercedunt.

X. Pari analogiâ *modus certus exercendæ Disciplinæ* Ecclesias inter se discrepantes nullus vel obstringit, vel divellit. Est istic mitior, alibi severior; illic, merè Ecclesiasticum, hinc quodammodò mixtum opus; ibi assessoribus Pastorum Politicis, alibi, ad veterem formam, de plebe Senioribus; ibi procedente Excommunicatione viâ tali, alibi locorum viâ diverâ; ibi magis publice & solemniter, hinc secus; ibi independenter, hinc dependenter à Christiano Magistratu &c. In summâ, ibi hic vel ille calligationum ordo, processus, solemnitas, gradus, circumstantiæ requisitæ sancitæque, quæ non in localibus. Undè pro varietate personarum, morum, cœtuum, regiminum, sæpè hinc ad *destructionem* spectaret, quod ad *edificationem* alibi. Quod innuebant verba incomparabilis Theologi, Davidis Parei, ex Epist. Mf. & Autographo Heidelbergensi producta Spanhemio; ad calcem *Epist. ad Reverendiss. Londinensem: v. gr.* inquit Theologus, *Gallorum censura nostras Ecclesias non edificarent.* Ut nihil jam de dissimillimis quandoque Ecclesiæ veteris, in Orbe utroque, Canonibus, moribusque, adjungam, quod alterius loci est.

XI. Ita liberam & variabilem pronunciamus pari jure, eademque omni ævo in Ecclesiis disparitate, *rationem Eutaxiæ Ecclesiasticæ, specialemque determinationem* Ordinis, Rituum, Agendorum, in Ecclesiis singulis. Quod adè verum est atque, ex variante in his praxi omnium ætatum, perspicuum, ut obloqui vix fani sincipitis videretur. Rursus, ut omnis Disciplinæ *finem primum* atque essentialem dicebamus gloriam Dei & Christi, huic *proximum*, salutem atque incrementum Ecclesiæ; ita uterque hic, *finis secundarios* alios, in quos feratur simul intentio Legislatorum, & Constitutionum Ecclesiasticarum ratio, minimè gentium excludit. Tales sunt, *verbi causâ*, conservatio publicæ tranquillitatis; Ecclesiasticæ administrationis cum Civili amica consociatio; auctoritatis summi Magistratûs, ac fundamentalium in Republicâ legum, manentio. Absque his enim nec opus ipsum Ministerii, ut dictum aliàs, nec Ecclesiæ ædificatio, tranquillitas, mediâ in Christianâ Republicâ, ex quo Christianâ fuit, ut in hospitio suo velut apricantis, constarent. Et vel solâ hac de causâ, ad Ecclesiasticæ Politicæ & Canonum constitutionem intervenire necesse fuit omni tempore Christianos Magistratus, cautos ne quid sive Ecclesia sive Reipublicâ detrimenti capiat. Nec aliudè tot sæpè turbam, dissensionum, conflictuum, in Ecclesiis ac Rebuspublicis Christianis origines, quàm à disjunctis hisce quales dixi finibus, quos semper conjunctos oportuit, uti sub piis Magistratibus sociari quàm optimè possunt.

XII. Atque his nostris, de *substantialibus* aut de *arbitrariis* in omni Ecclesiæ Politicâ, consona esse præ-

stantissimorum Theologorum effata & decreta, infra demonstramus. Tria enim, in antecessum, quæ huc spectant, quæque supponit Accusator, sub examen revocanda sunt. Primum est, *aequalitatem* auctoritatis & potestatis, in Ecclesiæ Ministris, pertinere ad substantiam Disciplinæ, nec *inaequalitatem* habendam in *rebus mediis*: alterum, velle id ipsum *Confessionem Belgicam*, ubicunque tandem terrarum Ministri illi fuerint, Spanhemio impugnante: tertium, periisse in *Britannicâ Ecclesiâ*, ut hodie Episcopis subest, ipsam S. Ministerii ac Disciplinæ substantiam, nonnisi cum *Hierarchia abolitione* restituendam. De singulis modò, pro chartæ spatii, nec indiligenti indagine disquirendum.

ANIMADVERSIO VIII.

Fictio de aequalitate Ministrorum tanquam de substantiâ disciplina. Assertio opposita. Quid non queratur? Inæqualitatem qui, etiam extra Britanniam, derivarint ab Apostolico instituto. An hæc, ut Accusator, repugnet indoli Novi Test. Falsitas hypothesos. Praxis prima Antiquitatis. De Aërio. Praxis Bohemorum, Polonorum, &c. Hungarorum illa. Ecclesia alia Evangelica, quæ Episcopos admisere. Inæqualitas in Germaniâ Protestante. Errores quorundam notati. Subordinatio Helvetica. Inæqualitatis Ministrorum perpetua sub V. T. ab incunabulis Ecclesiæ, vestigia. Episcopis quid Ecclesia debeat. Restorsio objectionis in Accusatorem. Quenam verè indoli Regni Christi repugnent. Luculema in famosâ scriptione specimina. Paranesis ad Accusatorem.

IGitur Ministrorum *aequalitatem*, in oppositione ad Episcoporum supra Presbyteros *ægrèquâ*, censet nosse esse de *substantiâ*, *integritate*, ac *necessitate* Ecclesiasticæ Disciplinæ, *immutabilis divinique juris*. Et eâ quidem fiduciâ, ut omnium penè *Theologorum* suffragio, speciatim *Belgica Confessionis* illo, adstructum hoc munitumque esse intrepidus pronunciet. Habes id *Epistole*, sed profanato nomine *pag. 154. 156. & deinceps 299. 300. 346. &c.* Nec alia suscipiendæ in Spanhemium Disputationis ansa, non color primùm alius vel obtentus, quàm è diametro oppugnata violatæque *Belgica Confessionis*, dum inæqualitatem ille Britannicam, in diuisis toto Orbe Ecclesiis, approbaret. Quod centies crimen exprobrat, & verbis suis, id est supra exemplum omne virulentis. Undè, post fixum quemcunque pro libidine voluit Controversiæ statum, de quo abundè supra, ita claudit *p. 347. Atque ista hac vice, ad defendendam Confessionis nostræ doctrinam, sufficiens.* Opponemus *quid ad defendendos Infultos suos Patres, & NB. adversum Confessionis Belgicæ sententiam moliturus sit Fridericus.* Quinimò, quasi Pastorum *aequalitatem*, Confessione assertam, Spanhemius *heresim* pronunciasset, sic idem *pag. 325. Et heresim non esse hanc de Episcopi cum Presbytero aequalitate sententiam, pro me dicat Crocius, C. Becanum. T. II. pag. 93.* Hæc & alia Criminator, neque profectò mirum. Si enim nullus calumniæ, hinc nec convitio, fuisset apud nostrum locus, nullus utique & scriptioni.

II. Ac primò quidem, præcidendis ambagibus, sed & recriminationi omni, pernegamus simpliciter: Vel omnimodam eam Pastorum *aequalitatem*, qualis Belgarum est, Gallorumve, esse *Divini Præcepti*, & quidem universalis, perpetui, & immutabilis, facientis hinc ad ipsam Politicæ sacre substantiam; Vel *inaequalitatem*, qualis seu in Britannicis Ecclesiis, Civili & Ecclesiastico jure, indè ab Elizabethâ, seu etiam in Protestantibus aliis jure eodem obtinet, pessundare jus Divinum & Apostolicum, ipsamque subvertere essentialiam Disciplinæ. Cujus rei fucò demonstrato, *Confessionis violatæ* suspitione ac penè infamiâ, & Spanhemium, & quicquid Theologorum *ὁμοψήφων* est, plenissimè liberabimus. Nec eo tamen iste calumniari desinet, jam enim hanc abundè maculam Spanhemius absterferat, Belgio erudito assurgente: sed fortem is animum ausis præ-

stat,

stat, sicque ovis suis incubat, ut ne ad fulgura quidem & tonitrua, cum Ave illâ intrepidâ, deserturus esse videatur.

III. Quo minùs *aquales* fuerint, Apostolorum ætate Episcopi & Presbyteri, si promiscua nomina, si munia, si dignitatem, si praxim ejus ævi, si rationem institutionis respicimus; ut tam isti quàm hi pascerent &c. utrique sub Apostolorum ductu, potestate, jurisdictione, aut qui Apostolos repræsentarent, tantum abest Spanhemium intercessibile, ut ex professo etiam tradiderit, & pridem. Visum prolixè supra ad Fictionem secundam, neque id τὸ κενόμενον fuit. Concessumque omninò haud esse divini juris illud inter Episcopum ac Presbyterum discrimen. Undè supersedere potuit, sed & debuit Accusator, describendis seu auctoritatibus, seu rationibus ex Didoclavio, Parkero, Bucero, Voetio, reliquis, quibus horum *aequalitatem* primævam adstrueret. Multo magis, ut conficeret *hæresim non esse* hanc de æqualitate utrorumque sententiam. Quid est operam ludere, vel aquam in mortarium immittere, quam pistillo tundas, si hoc non est?

IV. Non unquam igitur, ex dictis, Fridericus ille tuus, cum Hammondo, & Viris Doctissimis aliis, nonnullis etiam extra Britanniam constitutis, discrimen hodiernum arcessivit ab Apostolico instituto seu præcepto, ipsaque rei necessitate. Quanquàm sic inter alios Amos Comenius, Annotatis ad Bohemorum Fratrum Disciplinam p. 84. 85. De Ministeriis apud Fratres diversis gradibus, Lastius Cap. III. Docet, quod non sine exemplo Christi, Apostolorum, primitivæque Ecclesiæ adhibeantur. Rursum: Qui ergò graduum diversitatem à Ministerio sublatam volunt, non intelligere videntur quid agant; quin Ministrorum paritas nec ad Ecclesiæ decus facit, nec ad stabilimentum. Et productis ex Scripturâ argumentis, concludit: Quàm pulchrum est non sapere supra Deum! Stephanus le Moyne, Collega Friderico honorandus, in Epist. Gallicè & Anglicè jam olim publicatâ à Joh. Durello: Nonne verum est, Ecclesiam Apostolorum tempore semper administratam fuisse hujusmodi regimine, quod à Presbyterorum æqualitate plurimum distat? Erant sanè Ecclesiæ in quibus constituti Pastores, hi tamen cedebant Apostolis; quos respiciebant ut in altiore gradu. Quod probas superioritatem non esse rem aversatam cum Ecclesiæ gubernatione. Verùm non sola Apostolorum dignitas addebat auctoritatem; nullus enim dubio quin ii, qui missionem immediatè acceperant ab Apostolis, superioritatem aliquam habuerint in eos, qui non eandem prærogativâ gaudebant. Mox producto Titi & Timothei exemplo; ut (inquit) immediata vocatio Evangelistarum & Apostolorum, per Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, istos supra alios efferebat, sic vocatio collata per manus SS. Apostolorum reddebat eos in quos ita conferebant honoratioris in Ecclesiâ Dei. Impositio enim illa manuum honoratior erat, quàm ea quæ à nudis Pastoribus administraretur, & ordinariè sociata cum uberiore effusione Spiritus S. Et hæc res inter alias dabat primatum in Ecclesiâ primitivâ; quod pluribus illustrat. Undè subjungit Vir Magnus: Et hoc dixit, Domine, toto primo seculo, quo toto vixit adhuc Johannes Apostolus, qui indubiè omnibus Asiæ Ecclesiis præerat. Quod ipsum evincit, fuisse primo illo seculo aliquem semper ordinem (subordinationem) in Ecclesiâ, & ætate illâ innocentia sue semper fuisse gubernatam hujusmodi Regimine quod Episcopatu equipolleret. Hinc transitu facto, ad Apostolorum excessum, & eorum qui ab Apostolis ordinati, addit: Ecclesiam prospecturam suæ administrationi, in locum quos D. Providentia immediatè evexerat, in medio Ecclesiarum, illicò elegisse Episcopos. Et quum cerneret, Deum nullâ amplius inæqualitate, per discrepantiam charismatum miraculosorum, Pastores suos distinguere, decrevit inæqualitatem illam constituere pluralitate suffragiorum, Deo hanc illi libertatem non interdente. Neque aliam hodie Viro Celeberrimo federe mentem, docebunt propediem, opinor, eruditæ Animadversiones ad Polycarpi Epistolam.

V. Id saltem ex horum Virorum assertis colligitur, & ex factis quibus innituntur, *inaequalitatem* inter Ministros Evangelii, etiam auctoritatem illam, quicquid iste ex tripode statuat, non directè indoli Regni cælorum, aut *Oeconomia Novi Test. adversari*. Nec nisi summâ absurditate Episcopos, quales antè descripsimus, qualesve in Ecclesiâ omni vetere, dein in Reformatâ ipsâ, conspicui, confert iste pag. 311. 312. 313. cum Legalibus ἑπὶ οἰκονομίαις Gal. IV. 2. sub quorum jugo Ecclesiæ infans & stitens ingemuit. Dùm etiam Sacros illos Antistites in ὀρχηστὰς *Legislatores*, in ὀψωνοὺς *Dominos*, in καὶ ἑταίρους *in Θεὸς λεγομένους*, in Principes populi, in consortes Christi quoad dominium, in Pares carnis, in Scribas & Phariseos convertit, cum potestate imperandi, judicandi, jugum δυσβάσανδρον imponendi, flagris aliisque id genus pœnis læviendi, & quidem ἡ τὸ δὸκῆν αὐτοῖς, hæc ille risum Viris Doctis apparat. Vocet Hierarchas quantum libuerit, sensu imperii, legislationis, dominatûs, tyrannidis, nos hoc sensu jam aliquoties repudiato, nec ἑσπεύοντες tales nec ἀρχιερείας defendimus. Et quid ἀρχιεὶς nomen sæpè velit, in compositione vocum quæ sacris Ordinibus & Dignitatibus applicantur, pridem à Salmasio & Eruditis observatum est. Adeone verò mansuetata, fraterna, procul omni coactione vel severitate, quod contendere iste videtur, fuerit Ecclesiæ Christianæ παιδεία, jam à primâ ejus infantia, nescio an ex Tertulliano, vel ex Clemente, vel ex Eusebio, vel ex Pœnitentiæ veteris Canonibus, ne dicam ex Paulo ipso, satis expenderit. Et quid fiet de rigidioribus quandoque Canonum Synodalium disciplinâ, ipsaque Synodorum auctoritate, & Classum, & Visitatorum, & Deputatorum Synodalium, si indoles Novi Test. respuit omnes hujusmodi ἑπὶ οἰκονομίαις, vel ut addit iste, *Magistros pro auctoritate decernentes, auctoritative præscribentes*, quibus subjectio, etiam sub pœnis, debeatur? Nec alio ferè, haud certe specioso magis, argumento inducti familiaræ Labadisticæ fratres, sororeque, in *Formulistas* nuper ac *Synodistas* surrexere, factis scriptisque, causati nempè veterem illam *Pædagogiam* postliminio in Ecclesiâ inferri. Sed & revocant subindè ad animum Frisii, Zelandique, non pari semper spiritu mansuetudinis, ἡπιότητος, sæpè eo imperio quod est ἑπὶ οἰκονομίαις, res Ecclesiasticas, quum esset noster his implicitus, atque inter illos versaretur, fuisse administratas. Si fallor, errorem Fratres illi coarguant. Sed ipsemet infra, sub Animadversionis hujusce finem, admittet Verbi Ministros, qui supra alios ἑπὶ οἰκονομίαις & Inspectores, & cum auctoritate quidem, constitui à summâ Majestate possint.

VI. Nequicquàm igitur distinctio aliqua graduum, aut inæqualitas quædam, primatûsve etiam auctoritatis, censetur vel legi hac de re Apostolicæ, vel ipsi Evangelii Ministerio, vel *Oconomia* Novi Fœderis adversari. Legem qui obtendit, vel interdictum, & universale istud immotumque, idem proferat. *Aquales* fuerint, Pauli ævo, sic dicti Episcopi & Presbyteri, an eo minùs *inaequalium* in Apostolicâ Ecclesiâ graduum, & ἑπὶ οἰκονομίαις non unius, expressissima vestigia observantur? Neque primatus simpliciter, sed ambitus ejus præposterus; in Cleros dominium, supercilium in Fratres, in Greges fastus vel socordia, abusus adeò superioritatis non usus, in scriptis Apostolicis damnata. Et quemadmodum gradus ipsos Ministrorum ex se medios ducimus, sic & *appellationes* diversas, cum in vetere, tum in recente ac repurgatâ Ecclesiâ, usu receptas. V. gr. *Primum* illas, *Episcoporum, Metropolitanorum, Antistitum, Superattendentium, Præpositorum, Inspectorum, Decanorum, Seniorum, Pro-Presbyterorum, Archidiaconorum, Subdiaconorum*, similes. Quomodò placuisse toti Antiquitati appellationem *Sacerdotum*, pro Ecclesiæ Pastoribus, in confessio est; à quâ nec Fratres Bobemos abhorre docet Ordo Disciplinæ, & ad eum Comenius Cap. de Ministris Ecclesiæ. Satis, si functiones ad Scripturæ & purioris Antiquitatis normam exigantur, omniaque servantur illibata quæ sunt de essentiâ S. Ministerii.

VII. Sed admissâ hujus declamatoris hypothefi, quàm afflicta fuit Christianæ Ecclesiæ facies, immemoris sui, & Magistri, & Apostolicæ functionis, etiam sanctissimis temporibus, quibus humilitatis, pietatis, zeli, conversionum laborumque laude, ac martyrii gloriâ, cumprimis coruscaret? Mox enim secundo, tertio, quartoque Sæculis, ante & sub Nicænæ Synodi tempora, conspectos in Ecclesiâ fuissè Episcopos, seu Sacerdotes primi ordinis, quin Primate, Metropolitanos, re saltem tales, habentes *ἐξουσίαν, πρεσβεία*, ac certa supra Presbyteros jura, Ecclesiæ indubia monumenta testantur. Ac si quæ Ignatianis fides est, sed & *Διατάξεων* scriptori, & Canonibus vulgò Apostolicis, (de quorum nos antiquitate ad *Sac. III. P. 336. 337.*) dein & Ancyranis, Nicænis &c. non exigua ea autoritas potestasque fuit. Tacemus proximam his ætatem, quæ tot luminibus superbivit, ut doctrinâ, sanctitate, sic & Episcopali supra Presbyteros gradu, ac sæpè Exarchorum illo ac Primatum, supereminentibus. Nec alio nomine, quantum ad hanc causam attinet, *Aërii* temeritas damnari potuit, quàm quod receptum Ecclesiæ ordinem, & consuetudine saltem introducta ordinationum ac presidentia jura, vel largito Hieronymo Presbytero, sollicitare videretur. Sed & illud *Aërii*, *χειροθεσία ὁ ἐπίσκοπος, αἰκὴ δὲ ὁ πρεσβύτερος*, item *ἐδὲν. Διατάξιν ἔτι τῶν, μία ἐστὶ τῶν, ἓξ, μία τμή, ἐν ἀξίωμα*, assurgebat ad primam ætatem ante scriptos hac de re ab Ecclesiâ Canones, & ad institutum Apostolici ævi: quo tempore jus ordinandi Episcopale, nullâ Apostolicâ lege (contra quam sensisse videtur Epiphanius) sancitum fuisse *Aërius* voluit, & rectè hæc tunc. Nec erat quod noster congereret citationum acervum *pag. 325. 326.* quæ *Aërium* istum ab *heresi* liberarent, re tamen ne sic fatis ab illo elucidatâ.

VIII. Quid jam dicemus de conculcatâ, ex Censoris hypothefi, cum Disciplinæ substantiâ, tum Oeconomîâ Novi Testamenti, in iis Ecclesiis, etiam Papali jugo subductis, quæ *inequalitatem* Ministrorum, nec ordinis tantum illam, sed & gradus atque autoritatis, probavere. *Durum* (ita Clariss. *Maresius*, *Decisione Quest. de Ordine Dependentiâ inter Pastores*,) *velle reliquis omnes Ecclesias tyrannidis & aëriæ insimulare, quod ad nostrum modulum nolint per omnia se componere.* Equidem ut à Bohemicis sociisque Ecclesiis per Moraviam, Poloniam, Lituaniam, Russiam, sed & Hungariam, ac Transsylvaniam, exordias, suos illas Episcopos venerari, vel *Superattendentes*, vel *Seniores*, vel *Antistites*, seu Inspectores qui Pastoribus cæteris præfint, primos cum ordine, tum potestate, docet Disciplinæ, Ordinis, & Canonum Ecclesiasticorum in iis Ecclesiis ratio. Hinc *Fratrum Bohemorum* Disciplina, Amstelodami recusa; *Ecclesiarum Hungaricarum* illa, cum Articulis *Debrecini* scriptis Anno 1591. conclusa non unius in Polonia Synodi, ex *Polonia Consensu*; & confirmationes variæ subsecutæ hoc Sæculo, in Synodis *Zerawiciensi* Moravorum A. 1616. *Comiathinâ* Hungarorum A. 1623. *Lesnensi* Polonorum A. 1632. ac si quæ fuere plures. Penes autem Episcopos istos Ministrorum electio, constitutio, ordinatio, visitatio, correctio. Scala Ministerii, gradibus suis distincta, exhibet Episcopos seu Seniores, proximos his Conseniores, Ministros, Diaconos, Acolythos seu Seniorum asseclas, perpetuâ subordinatione. Ecclesiæ in *Dioceses* pariter distributæ, quarum Rectores Episcopi modò dicti. Jurant ordinandi Ministri, se Episcopo & Senioribus, tanquam superioribus suis, *debitam obedientiam præstisuros.* Quin *Superattendentibus*, rigidis quandoque *Πατέροις*, & *Patribus carnis* sanè metuendis, facta potestas est carceris, vinculorum, multarum. De hac tamen Fratrum Disciplinâ extant *Melanchthonis*, *Buceri*, *Capitonis*, *Calvini*, *Bezæ*, *Zanchii*, *Parei*, aliorum elogia, quæ huic *Spanhemii* magistro exponere nihil necesse est. Quin *Hieron. Zanchius*, in *Epistolarum* aliquâ, ad *Cratonem Medicum*, qui Fratrum Confessionem ad eum submiserat, non laudat modò à doctrinâ, sed & ab institutis reliquis, quibus *ad veram & Apostolicam, eoque salutarem*

pietatis normam, suas exadificarent Ecclesias, relictis rejiciendis, correctis corrigendis, & retentis qua retinenda erant. Et quum in Episcopos illos quidam turbones insurgerent A. 1613. rogatusque esse anno sequente, à *Fratribus Ungaris*, iudicium suum *David Pareus*, Theologorum decus, câ occasione reposuit quod ex Autographo *Heidelbergenfi*, in *Pareanarum Epistolarum* grandi volumine, descriptum *Spanhemio* est: *Ordinem Episcopalem rectè & utiliter diu servavit Christi Ecclesia, & hodie passim Ecclesia Reformata, pro diversitate locorum, Provinciarum, & Hominum, salubriter observant.* Neque tamen ita cum *Fratribus*, vel *Bohemis*, vel *Polonis*, vel *Ungaris*, junxere in his dextris fraternitatis laudata nomina, quin agnoscerent simul, *quadam non ubique ad imitationem debere proponi*, sunt verba incomparabilis *Bezæ* *Epist.* ad *Johannem Lasitium*, *quoniam in Fratrum illis habita esset temporis & circumstantiarum ratio.* Et eam *Politiam moderate Episcopalem* nonnullibi *Celeberrimus Voetius* appellavit, *Episcopalem* tamen, & ex sententiâ quidem Fratrum, *instituentem Apostolicâ Ecclesiâ*, ut pluribus *Comenius* *Annotatis ad Caput I. ejus Disciplinæ.*

XI. Succedant *Insulæ Britannicæ*, in quibus *Archiepiscopalis Episcopalisque* potestas suo quodam in fastigio micat. Neque tamen hoc solum nomine, aut substantiam Disciplinæ apud *Britannos* fuisse interversam, aut Confessiones violatas, aut *Fraternitas Unionisque* juribus renuntiandum, censuit unquam quicquid prudentium Theologorum fuit. Sed in sequentia ista *Capita præcipuè* reservamus. Sunt, modò *Suecia*, *Finnia*, *Norwegia*, *Dania*, *Islandia*, quarum Ecclesias in *Evangelicis* ac *Protestantibus* habet *Reformatus Orbis*. *Britannicis* equidem autoritate, *Civili & Ecclesiasticâ*, proximi sunt *Succorum Antistites*. *Ultimi Danorum* ac *Norwegorum* Episcopi, quos *Superintendentes* dici maluit *Joh. Bugenhagius*. *Subordinatam* ubique esse in his Ecclesiis potestatem, quoad externam harum administrationem ac *Politiam*, *Nomothetico* penes *Reges imperio*, nulli dubium esse potest. De quibus *Moses Amyraldus* de *Reg. Ecclesiæ C. VIII. In doctrinâ potissimum, in regimine vero solam sustulisse Papæ potestatem, intactis reliquis.* Qui tamen *Amyraldus*, in scripto altero, consociationem cum iis Ecclesiis probat. Ac de iisdem alii, revocasse faciem Ecclesiæ pristinam sub *Constantino M. & successoribus.*

X. Proximæ sunt Ecclesiæ per *Germaniam* *Protestantem*, vicinasque nonnullas oras, suis singulæ legibus gubernatæ. Obvia in his non modò *Superintendentum* appellatio, sed & horum alii *Generales*, universales, alii *Provinciales*, particulares; *inequalitate* graduum, dignitatis, auctoritatis, jurisdictionis, ubique plurimâ. Clariss. *Hoornebekius* de *Episcopatu Cap. xxv. P. 674. Idem reverà est Superintendentem esse, quod Episcopum, si rem intueamur, & voce denotatum officium.* Quod jam antè *Hieronimus*, in vulgatâ ad *Euagrium*, monuerat, *Ἡγεμονοὶ ἐν τῷ* esse *Superintendentes.* Quin etiam hinc indè *Tribunalibus* erectis, juri dicendo, etiam in *Matrimonialibus* aliisque causis, præesse hos *Superintendentes* videas. *Salvis* ubique *Principum*, & *Statuum Imperii*, *juribus* (quæ vocant) *Episcopalibus*, & *Nomotheticâ* etiam in *Ecclesiasticis* potestate, quam Ecclesiæ per *Palatinatum*, *Marchiam*, *Hassiam*, *Nassoviam* &c. *Reformatæ*, in suis *Principibus* agnoscunt & venerantur. Ità *Palatinos Inspectores* scio, non paucos in *Angliâ* ac *Belgio* *Theologos*, cum *Anglorum* *Episcopis* & *Archiepiscopis* contulisse. Sed ut quod res est dicam longissimo inter utrosque discrimine. *Priorum* siquidem mera est ordinis & honoris, nulla jurisdictionis vel potestatis propriè dictæ, prærogativa. Intereâ est quædam in nomine, etiam in gradus disparitate, quin & in præfidentia *Classicalis*, inspectionis, visitationum, præsentationum officio, aliquis saltem convenientia. Tum & subordinati *Inspectores*, *Superattendentes*, quatenus tales sunt *Ecclesiastico* seu *Senatui* seu *Consistorio*, cujus *Assessores* à *Principe* constituti

stituti (in quo resident Jurisdictionis, Dignitatis, & Legis Diocesanæ jura) obeunt partes omnes quas aliàs Episcopi, ordinationum, examinum, nominationum, correptionum, alias. Hinc falsus Parkerus, de Politia Ecclesiast. Lib. 1. C. xxviii. *nullam majorem Superintendentis, quam Præsidis Belgici, auctoritatem esse.* Hujus enim, præter alia *ἀνώμια*, cessante Synodo cessat officium, auctoritas, nihil deinceps à Pastoribus reliquis diverſi. Malè idem, ac passim extranei, *Superintendentes* v. gr. Saxonicos, confundunt cum Inspectoribus Palatinis. Siquidem indè ab A. 1559. quo remotus Tilemannus Heshusius, Generalis tùm Superintendens, & nomen & res ipsa prudentissimè in Palatinatu sublata, *Superintendentum* auctoritate omni in Senatores Ecclesiasticos derivandâ. Neque etiã satis ex vero Cornelius Schultingius in Hierarchicâ Anacr. Lib. 11. p. 45. *Heidelbergenses contra Politiam Anglicanam furere, ut Genevaates, aliosque Puritanos.* Cujus affecti vanitas jam antè ex Parei Epistolâ ad Davidem Brunonem, deinceps etiã ex testibus alijs, intelligitur.

XI. Sed neque *æqualitatem* sive honoris sive potestatis, Helveticæ Ecclesiæ, florentissimæ illæ sanè, foreſque intimâ cum Reformatis cæteris conjunctione, omnimodam probaverunt. Haud me equidem fugit, componere nonnunquam solitos harum Disciplinam cum Belgicâ, Gallicâ, Scoticâ, Clarissimos Scriptores, & in iis amantissimum quondam nostri Joh. Hoornbekium *Epist.* ad Duræum. Si tamen quod res est profitemur, ut diversissimi Gentis mores, sic diversissimum Regimen. Nomothesa istic Ecclesiastica penes supremum Magistratum. Ordinarium videas Ecclesiæ regimen penes Collegium ex Senatorii, Pastorii, ac Professorii, ordinis viris, nec omnibus sed certis quibusdam quos Examinatores dicunt. Presbyteriorum, Electionum, Depositionum, Suspensionum, Excommunicationum, & id genus merè Ecclesiastica Belgarum jura, sunt *Politica* magis, & summi ut plurimum apud Helvetios Magistratus. Certè, quod huc spectat, Ordini in Helvetiis sacro electi perpetuique Antistites præſunt, *Episcopi* quandoque dicti, ut Bullingerus in Epistolis ad eum datis, & in Epitaphio Basileensi Oecolampadius. Nec hi suâ potestate destituuntur, qualis inter cæteras est illa *ordinandi*, Episcopis solis pridem vindicata. Et perpetua in Ministris Verbi subordinatio Antistitum, Pastorum, Archidiaconorum, Diaconorum, Subdiaconorum, visitur. Hinc Moses Amyraldus, de Seceſſione ab Ecclesiâ Rom. P. 29. de *Helvetiis* quoque refert, *regi à Pastoribus, quorum ordo quidem unus est, functio una S. Ministerii, potestas verò nonnihil diversa.* Et Samuel Mareſius Decisione Quæst. XIII. §. 1v. fatetur, *Ecclesias Orthodoxas per Helvetiam deſſere ab omnimodâ illâ æqualitate, & ἰσοτιμίᾳ Pastorum, saltem quoad externam directionem & Politiam.* Ac de Helvetiis plura qui volet, requirat ex Josiâ Simlero de Republ. Helvetiorum, Ludovico Lavatero de Ritibus Ecclesiæ Tigurinæ, documentis id genus alijs. Nunc redeat Lector ad hominis nostri superiora, & *æqualitatem* omnem honoris, auctoritatis, potestatis, habitam ex *Confessione Belgicâ, de substantiâ Disciplinæ, ubique locorum*; ac de *ἐπιτακίᾳ* erga tot Protestantas Ecclesias sentiat.

XII. Tot innocui in Apostolicâ, in Primitivâ, in Orthodoxis Ecclesiis, & arbitrarii hæctenus facti exemplis, accedit, oppositam theſim absurdis multis implicari. Ecclesiæ Christianæ primam externamque politiam, maximâ sui parte, reſectis umbris, & *chirographa rituum* transfixo, sed & Scribarum *ἑδδορεῖ*, efformatam fuisse ad Synagogæ mores, pridem est Viris Doctis observatum. Hinc Apostoli, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Lectores, Ministri; hinc sacrorum Rituum, Ordinis, Disciplinæ, & correptionum quædam imitatio. Saltem quæ laudabilia Deus Opt. Max. quoad externum ordinem ac regimen, Mose interprete con-

stituit, aut in Patriarchis ipsis approbavit, nec ad figuras (quales in summo Pontifice, & in Levitico Sacerdotio) pertinuit, cur non ea ipsa quoad genus, substantiam, scopum, imitari Christiana Ecclesia (uti alia plurima) absque Judaismi labe, & Legalis jugi impositione, *liberè tamen prudenterque*, potuerit? Nunc extra dubitationis aleam positum est, *subordinata* potestatis ubique apparuisse expressam imaginem. Prima certè dùm Periodus volveretur, cernere fuit Patriarchas, hinc Primogenitos, tanquam familiarum principes eminentesque cum civili, tùm sacrâ auctoritate, sub his Oeconomos, Ministros alios, usque ad constitutum Aaronem. Sub Legis, haud longè post promulgandæ tempora, Jethrone suggerente, saltem ex serie narrationis Mosaicæ *Exod. xviii.* juncti Mofi Chiliarchæ, Hecatontarchæ, Pentecontarchæ, Decadarchæ, mutâ dependentiæ lege, quibus commissa dicendi juris potestas, in casibus quibusvis sacris & profanis, gravioribus tantum atque difficilioribus exceptis, ad Deum ipsum per Mosem referendis. Post Legem latam, in formâ externâ regiminis, præciso jam *Sacerdotio*, ubique dependentia gradatioque fuit. Non modò ibi Levitæ, Sacerdotes, horumque Capita, ac supra omnes Pontifex summus, unius Christi quædam umbra; sed & jurisdictione supremi, etiam in *Ecclesiasticis* causis, ut evictum aliàs, Viri Lxx. quorum Senatum *Sanhedrim* Hebræi vocant, verosimiliter Philo & Josephus per *γεγραμμένων, συνέδριον, σύνοδον, ἀρχόντες, γεγραμμένων*, designant, ac Prophetæ passim per *Principes Senatûs, Juda, Israël.* Et his suis ac perpetuus, idemque à Pontifice Max. distinctus, sub Mose atque etiam postea, Præses fuit. Subalternæ rursùm Præfecturæ, Vigintriumviralis altera, altera Triumviralis. De quibus ex Majemone de ac Talmudicis rerum Hebraicarum frequentes Commentatores, cum primis Seldenus de Synedriis, sed & Spanhemius Pater *Dub. Euang.* Parte III. Ne jam ad inferiora tempora, & Esdræ illa Politiam instaurantis, delabamur. Nam præcisus umbris, circumstantiisque Judaicis, fuisse in omni Mosaicâ disciplinâ saluberrima exempla, quæ, quoad rerum genus, utiliter etiam Ecclesia nova imitaretur, vix est qui inficias iverit. Quidni igitur, præeunte omni Ecclesiâ, etiam post *inequales* Apostolorum, Evangelistarum, Apostolicorum, Pastorumque ordinariorum gradus, subsequens Ecclesia, in immensum aucta, vitandæ confusioni, ac turbis arceſcendis, dependentiæ aliquem qualem diximus ordinem, absque *subversione* ipsâ Christiani sacri, consuetudine primò, tandem & lege, nullo ligata Apostolico interdictione, sanxerit? Quâ in re *Ecclesia νεπιότητε*, sitim, statum sub *κατάρα*, uti *τελειώσεως*, satietatis, Christique consummati argumentum constituere, quod iste facit, in *æquali* gradu Ministrorum, sublato ordine dependentiæ omnis, sicubi locorum conditio flagitavit, propè est rem seriam in jocum convertere. Et quo jam impetu irruisset noster in Fridericum, ut *addentem ebriam sitienti*, si pari facilitate dictis Viri egregii apponere *Friderici* nomen potuisset, quâ quidem Gelasius Friderici trunco, ære inciso, alterius Viri caput superimpofuit. Itâ Clariff. le Moyne, Epistolâ ad Doctorem Britannicum excusâ, probaturus *Episcopali Regimine* nullum esse *rationi convenientius*: *Quis enim* (inquit) *negare poterit, quin sit rationi consentaneum, ut sit in omnibus rebus ordo aliquis, & superioritas quadam, esseque æqualitatem confusionis matrem? Cujus rei experimentorum plus factu nobis est.* Et indè factum, quod Deus sub *Vet. Testamento* voluerit gubernari populum suum per Sacerdotes, qui supra Levitas, & per Archisacerdotes, ac summos Pontifices. *Non facturus haud dubiè, si existimasset omnimodam æqualitatem esse in Regimine rem omnium æquissimam.*

XIII. Quid jam *inequalis* istius ac *subordinata*, Episcopos inter & Presbyteros, potestatis referam Hieronymianam originem, ad *schismatum semina tollenda*? Et quidem mox à *Marci* excessu, certè mox ab Apostolorum illo, *afflictâ* jam tum dissensionibus Ecclesiâ, spe-

cie hacce auctoritatis coërcendis. Quem in finem, ait ille, *totò tandem Orbe decretum fuisse, ut unus de Presbyteris electus superponeretur reliquis.* Quid Episcoporum primis ætatibus, etiam Archiepiscoporum, Metropolitanorum, pro Christo, pro veritate, pro fide propaganda, pro conficiendis erroribus, pro vitiis profligandis, pro disciplinâ asserendâ, pro coërcendis turbonibus, hæresiaribus, salutares toti Ecclesiæ Christianæ labores, certamina, martyria, otiosissimè reponam? Ac quantum Britannorum Episcopis, indè ab Eduardi VI. mox Elizabethæ, ac Jacobi temporibus, debeant non fortunatæ modò Insulæ, sed & Orbis Reformatus universus, suffragio Theologorum primi ordinis, meritò extulerat Spanhemii utraque Epistola, quantum opus fuit, in re omnium testatissimâ. Nec absque auctoritatis ac prærogativæ Episcopalis juribus promotâ sæpè fuisset aut Christiana res, aut Antichristianæ labefactatio. Quî igitur, omni eo tempore, tot locis, tot sedibus, tot Antistitibus, destitutâ Ecclesiâ *aqualitate* Ministrorum, subjectâ autem Episcoporum ordini atque auctoritati, periisse in eâ crediderimus *essentiam* S. Ministerii?

XIV. Sed verò, si quid judicamus, in eum veriùs revocatæ *infantia, stis, servitutis, elementorum*, lapidem offendunt, offunduntque nebulas, qui ex re suâ naturâ mediâ, externâ, liberâ, qualis ea quæ ad rationem hanc vel illam Ordinis, modum hunc vel illum Disciplinæ spectat, faciunt *ἰσώδεις ἢ ἢ ἐπάναγκες*. Istud demùm indoli Regni Cælorum, & Oeconomix novæ, & Ecclesiæ ad maculam ætatem adultæ, repugnat. Rectè Spanhemii ante Epistola: *Abeffe voluisse Christum, voluisse Paulum, ab externis & in se mediis, opinionem necessitatis & cultus.* Quod pluribus Dedicatoria, & clarissimis quidem verbis, ex Scripturâ promptis, modestè simul, absque cujusquam læsione, innuerat *fol. 4. & deinceps.* Undè Socrates Scholasticus *Lib. v. Cap. xxi. id Apostolis fuisse propositum, non leges de rebus mediis sancire, ἀλλὰ εἶναι ὁρθὸν ἢ τῶν δόξεων εἰσηγήσασθαι, sed rectè vivendi rationis & pietatis auctores esse.*

XV. Quid verò præprimis abesse à Pastoribus jusserint Christus & Apostoli, quid *indoli Regni cælorum, quid Christiana Disciplina, quid Confessionibus, quid Canonibus* Ecclesiarum planèque in frontem adversetur, accipe tu sodes, bonâ cum veniâ tuâ. Quorum si sollicita magis fuisset tibi ratio, quàm alienæ & exoticæ Disciplinæ, si hinc inflammatum studium veræ *χρησμομαθείας*, uti esse oportuit, næ tu pridem succidisses vineta propria, & quæ ausus es palâm, ausa factaque magnoperè nolles, etiam uberrimis cum lachrymis, paratiliq; semper in statione suâ ad solam tuorum recordationem. Si quando igitur contigerit tibi post hac, Wayene, urgere quæ faciunt ad *substantiam* Disciplina, ad *essentiam* S. Ministerii, hæc tu in arce loca, *ἐν κεφαλαίσις*. Caveant nempè Viri Dei, quod & Dedicatoria ad Londinensem, ut *nemo se non vocatus, non missus intrudat*, in constitutâ jam ritè Ecclesiâ, nec obliquis artibus sacrum illud munus prentet, aut per vim quandam invadat *Joh. xx. 21. Rom. x. 15. Hebr. v. 4.* Maneat etiam unusquisque in *vocatione quâ vocatus est* *I Cor. vii. 20.* procul fortis humilioris fastidio, procul *πολυπεργυμοσύνης* quâdam peste, ut ipsi habuère Sæcularis prudentiæ magistrî. Multo magis itâ sese gerant, seu in Fratres, seu in Cleros, ne *dominari* videantur *I Pet. v. 1.* aut cogere imperio, ac vento sive auctoritatis sive sapientiæ *supra alias intumescere* *I Cor. iv. 6.* Non affectent Pastores Christo militantes, ad Pauli *2 Tim. ii. 4.* ad Antiquitatis, & Chalcedonensis Canonis, *visti* utique nostro, prudentissimum monitum, *implicare sese vita hujusce negotiis*, qualibus implicantur Mercatores, Artifices, vel Principes, Consules, Senatores, Toparchæ, Legati Principum, Aularum Magistrî, &c. quorum omnium iste curas, munia, dignitatem, eminentiam, *Politiciam* administrationem, sociari posse censet cum verbi Euangelici Ministerio *pag. 262. 263. 305.* Sed & dent sollicitam operam, qui præ cæteris sunt in exemplum positi, ut omni *ἰσχυρίᾳ τῆ ὑπερεχούσῃ* debitâ

obsequii promptitudine, in minimè malis nec *ἀνόμοις* subjiciantur *Rom. xiii. 1. Tit. iii. 1.* sive Cæsares ii, sive Reges, sive ex Petro *I Pet. ii. 14. ἡγεμόνες, Duces, Gubernatores*, sive alio quocunque eminentiæ gradu conspicui. Cum primis verò meminerint Christi Sacerdotes, quâ contentione cum ipse Dominus, tum Gentium Apostolus, ab animis proscripserint, obviis in locis, spiritum omnem *αὐθαδείας, ὑπερηφανίας, superbiæ, ἀτοργαπία, pertinaciæ*; omnes ab Ecclesiæ finibus *ἀνυπότακτος intractabiles*, cedere nescios; omnes *ὀργίλους* ad furorem *iracundos, percussoresque* fratrum; sed & *φιλομάχους, φιλονίκους*, ad *ῥυγνάσῃ, ad contentionem, ad provocandum* faciles; *τετυφωμένους, ventiosos, inflatos*, quocunque tandem vento gravidos; *βλασφημίας maledicos*, in quibus est *conviciandi cacocæthes, lacerandique* fratres horrendis exprobrationibus, calumniis, contumeliis; *νοσηῖτες ἐπὶ ζητήσεσιν ἢ λογομαχίας*, fatigantes, ex morbo quodam amoris proprii, vel præsumptæ sapientiæ; circa *questionum ac verborum* inania vel ambigua, quæ ad salutem nihil, ad *contentiones, odia, amulaciones* plurimum faciunt, ut pluribus in suis ad Timotheum, Titumque, Paulus.

XVI. In his equidem, Wayene, sanctâ religione sive observandis sive fugiendis, crede mihi plus situm momenti fuit, quàm in oppugnandis Fraternali communionis juribus, in transmarinâ Politia invadendâ, in Episcopis lacerandis, quos Spanhemius fortè respexisset, & in hocce Viro, citra monitionem præviam, provocando differendoque. Quod magis est, simulac is accusationem violatæ manûs, ac turbatæ Politicæ Batavæ, Confessionis certe impetitæ, suo jure diluisset, convertine debuit protinùs Frater, jure quidem Christiano illæso, in facie ut Reformati Orbis sic *ἢ ἐπινοήσιον*, in Antichristi satellitem *pag. 4.* Alastorem *pag. 116. 205.* Planum *pag. 142.* Prættigiatorem *pag. 137.* Perduellem *pag. 45.* Lamechum *pag. 32.* Philistæum *pag. 183.* Canem *pag. 70. 95.* Alinum Cumanum *pag. 44.* Christum ludibrio habentem *pag. 363.* Spermologum *pag. 158.* rabiosum *pag. 80. 82.* furis agitatum *pag. 109.* mendaciorum artificem *pag. 239.* totum ex dolis confutum *pag. 65. 77. 239. &c.* Ex quæ sunt sine fine, sed & sine exemplo, *βλασφημίας*, nostro meri *χαιεστισμοῦ*. Atque hæc isti cum *divino jure*, cum indole Regni Christi, & cum Oeconomîâ Novi Test. sociari videntur feliciore coagulo, permittâ eadem illi sanè, quàm Britannos inter, vel Bohemos, Polonos, Ungaros, Suecos, Danos &c. *Episcopi supra Presbyterum auctoritas, interdicto scilicet Apostolico damnata.*

XVII. Pace igitur tanti Viri securos nos præstat, ut Scriptura, Antiquitas, Ratio, praxis Ecclesiarum, sic & longa Theologorum series, qui, in Disciplinæ substantialibus enumerandis, nec *æqualitatis, nec inæqualitatis* Pastorum meminerunt. Imò verò qui opinionem ab his ipsis *Divini juris*, aut præcepti vel interdicti Apostolici, procul esse voluère. Quos priusquam in *accusationem* disponimus, de quibusdam nostri effugiis, circa *æqualitatem vel inæqualitatem* Ministrorum, sequenti mox Animadv. Postea, de *Confessionis Belgicæ* per Spanhemium adversâ fronte impetitæ ficto crimine, quæ nostri in eum capitalis actio fuit; tandem de *Episcopatus Anglicani* hodiernâ constitutione, deque accusationum capitibus singulis, dicendum fuerit quantum satis est.

ANIMADVERSI O IX.

Accusatoris quedam effugia. Inæqualitas auctoritatis ac potestatis deinceps concessa. Negata ipsi qualis. Viri instabilitas mira, & ἀντιλογίαι. Ejus ipsissima effata, cum Spanhemianis collata. De Helvetiorum Disciplinâ. Frederico per calumniam quæ afficta. Confessionis Helv. sententia. Ministrorum supra alios potestas, dignitas, eminentia, à Wayeno asserta. Conformista is deinceps insignis. Exceptiones frivola. Consensu Confessionis Anglicanæ. Sed & Hierarchicorum. Lusam omnem operam ab Accusatore esse, demonstratum.

Quan-

Quantoperè Ecclesiæ pleræque Protestantes, quâ latè patent, haud pari quanquam instituto vel gradu, à Belgicâ *æqualitate* dilcedant, irruptâ copulâ fraternæ necessitudinis, sed & ab eâ *Politia formâ* quam hic contendit esse Divini juris, superiori Animadversione dicebamus. Accusator, impetu suæ Præfationis agnito, jamque tot fororum Ecclesiarum memor, sed immemor *æqualitatis* à se principiò assertæ, non ampliùs *inequalitatis* dictarum Ecclesiarum intercedit. Hinc subterfugia quibus evadat, & convicia quibus Fridericum bene contusum adspersat. Negat, *inequalitatis* producta exempla ad rem quicquam facere: *Immensum distare ab eâ inequalitate qua in Britannis obtinet: Largiri Fridericum, diversissimo instituto admisisse Ecclesias inæquales gradus auctoritatis: Helvetios certè allegantis hominis esse quod perfrictam frontem miretur, quisquis illarum Ecclesiarum Confessionem inspexerit.* Hæc ille, virulentæ descriptionis p. 240. 241. Rursus: *Non enim omnis inæqualitas Ministrorum, sed Hierarchia, qualis in Britannis obtinet, nobis novus est* p. 242. Mox: *Es nos non simpliciter rejicimus omnem inæqualitatem, modò ne talis sit NB. qualem Papatus agnoscit, & retinuit Britannia, teste Scrivenerio* p. 246. Mittimus contumelias, quas vindicari à Frisiis petière Academiæ Batavæ Patres Conscripti, nec contumeliam si dicet, audiet.

II. Verissimè jam in Accusatorem Fridericus, quod Claudius Salmasius in suum Loyolitam, de *Episcopis & Presbyteris* disertaturus; *Mirabitur Lector, hominem in vestibulo Operis questionem aliter inchoasse, jam aliter conclusisse.* Equidem si Spanhemius idem ille qui fuit antea; quum Johannes virum veneraretur, sed & *ισοσκελῆς* hac in omni causâ, ubique similis sui, nihilo seciùs *Polypus, Chamaeleon, versutus, vaser, splendide ments, Marso apro dentator est*, quæ sunt nostri modestissimæ voces; non deuit saltè pro virili eum æmulari, quem ita transfoderet, ipsemet involvulus, nunc mus nunc avis. Neque Johannem profectò Judicem deposcit Fridericus, minùs Athlothetam vel Xystarcham, quin recusat hîc & ubique vehementer, sed æquum Lectorem appellat. Et quia parùm ad hujus utilitatem facit, vel ad momentum publicæ rei, Viri seu constantiam fidemque nosse, seu commutatam ac levitatem, ita hanc ipsam paucissimis lineis, ex ipsomet ductis, repræsentamus.

III. Indignatus alicubi est in Ruffinum suum Hieronymus Tom. II. quod *qui montes aureos pollicitus esset, ne scortum quidem nummum de thesauris suis proferret.* De Anrigono Plutarchus in *P. Amil.* cui *Dosonis* cognomen, quod *επαγγελῆκος μὲν, ἔ τελεσιεργός ὃ τ' ἰσοπέσιον*, pollicitus scilicet *dives, ἰσοπέσιον & μεγάλα*, quod procul à Sapiente Pythagoras esse voluit, sed opere ipso pauper esset. Nunc ad Præfationis nostri *πολλὴ φαντασία*, ad priora asserta, & institutam in Fridericum actionem, assurgendum. Ac ipse quidem *πεσοίμων* illud suum legat, relegatque, & quæsitam ansam laceffendi criminandique. Nonne posuit exertim & adstruxit à pag. 18. translatae Præf. omnimodam Ministrorum Verbi *æqualitatem, auctoritatis* illam & *potestatis*, tanquam ex Domini instituto, eandemque *ubicunque locorum*, juxta *Confessionem Belgicam*, & juxta *receptum Ecclesiæ regimen*, in eo videlicet Belgio in quo Fridericus versaretur? Quidni jam, offensionem tot Fratrum præcavendæ, & versutiloquæ orationis ambiguo, monebas Wayene, solam à te *inequalitatem* reprobari, *qualem Papatus agnosceret?* Cur exordiebare vel intortam vel fallere orationem natam, Spanhemio ut contradixisse viderè, non nescius ipse, magnus Aristarchus, quosnam Veteres dixissent *alterplices & σεψιμύδης?* Et quid sibi rursùm illa tua volunt, diffamatoricæ pag. 269. nonne ea simpliciter in ipsam *Ministrorum inæqualitatem* insurgunt, *Hierarchiam tibi medullam, seposito omni alio accedente abusu*, omni Papismo, & excessu Hierarchico?

IV. Sed ubi locorum, dicito tu Criminator, Episcopatum cum Spanhemius asseruit, probavit, extulit, *qualem Papatus agnoscit?* Nonne omnia quæ *Papalem Episcopatum* referunt, si foret sarcinendam Britannicum ucus,

Tom. II.

si communio Fratrum restituenda, si *Presbyteriales* illicendi placandive, summota esse voluit Epistola Friderici? Quod pluribus *Animadversione* XI. XII. firmatur, poniturque in publicâ luce. Et annon Præfationis tuæ, *Latio donatae* pag. 20. invadis in ea Dedicatoriæ verba, quæ *Episcoporum appellationem*, atque adeò dignitatem, *alitero jam à Christo nato Seculo, supra Presbyteros eminentium*, habendam reverenter esse; nec foedè lacerandam, fraterno inttituto suadebant? Inne verò jam tum fuit Episcopatus, & qui *primavo jure* obtinuit, quemque in Britannis reductum optavit Fridericus, hujusmodi qualem hodie *Papatus agnoscit?* Et si vel maxime Britannia quid *Papalis* tyrannidis, aut superstitionis, aut fermenti retinuit, te judice quidem, & Scrivenerio (ut ais) teste, cur luit factum Spanhemius; id ipsum si quod esset hujusmodi, & si quæ *offensiones quacunque*, emendandum esse rescribens, & illi Præfati, quem præter tot decora sciret esse *pietate conspicuum*, & à *Papismo* omni, si quisquam alius, quàm maxime discedentem? Ullane verò hac in parte fuit Friderici cum *Scrivenerio* tuo conspiratio? An is ad Scrivenerium, an Scrivenerii verbis, ne in hanc quidem horam à se; hoc in argumento, vel quæsitis vel usurpatis? Qui Vir etiam de *Ordine eodem* loqueretur, Episcoporum supra Presbyteros, non de *Ordinis eadem* utrobique *corruptelâ*, puta Papali & Anglicanâ. Quin Angliam *Episcopalem* id esse *adhucdum hodie*, quod fuit à principiò *sua constitutionis, seu Reformationis*, ejurato Papatu, nec exprobari posse *Episcopis quasi quicquam mutationis induxerim*, dicat pro me Stephanus le Moync, Collega Spanhemii Celeberrimus, ex suâ ad Henricum Londinensem, apud Includum Stillingfleetium pag. 396.

V. Rursus, quia venerandum omninò in Bohemicis, Moravicis, Polonicis, Hungaricis, aliisque Protestantium seu Evangelicorum Ecclesiis, *Episcoporum & Superastendium* cum nomen, tum rem ipsam esse, à Friderico monitus, tandem recordaretur, iis præteritis, ne tot exemplorum vim sustineret; de *Helvetiis* solis verbum ingerit pag. 241. Sed quàm in Spanhemium opportunè, & observato elenicho, ut solet! Num perindè ac si Helvetiorum Ecclesiis *Hierarchiam* quandam adscriberet; *Διγενήκως* acceptâ ubique apud nostrum voce, eandemque velut ex *Apostolorum* præscripto ab iis institutam; *Inspice* (inquit) *illarum Ecclesiarum Confessionem, & perfrictam hominis frontem miraberis.* Hæc autem docet *Artic. XVIII.* datam esse ex Christi & Apostolorum instituto *omnibus Ministris unam & æqualem potestatem, sive functionem.* Hinc discrimen natum inter Episcopos & Presbyteros, ex Hieronymo ad Titum, *humana consuetudinis* fuisse monet. Tandem neminem prohibere jure posse, *si ad veterem Ecclesiæ Dei constitutionem redeatur.* Sed nec prohibens Reformatae Helvetiæ Patres, quod in Præfatione ab iis occupatum; *Christi Ecclesiis, pro quarumlibet ratione, opportunitate & edificatione; uti suâ libertate;* Protestati se, in omni hac confessâ veritate Christianâ, cum *Ecclesiis Angliæ, aliarumque in Orbe Christiano Nationum, probe consentire, ipsasque charitate sincerâ complecti.* Scripta autem hæc sunt A. 1566. quum jam antè A. 1562. Confessio Anglicana, alios statuens *Presbyteros, Episcopos alios*, eum Orbem illustrasset. Porro de Helvetiorum Disciplinâ dictum superiori Animadversione fuit. Apage ergò hujusmodi Censorem; non modò ita proruentem in hanc arenam, quasi cum blentis & buceonibus & hippis, aut oculo luscis, vel qui nondum ære lavatur, certamen habiturum! sed prætercâ nil spirantem nisi *βλαγίδας, ελας, ἔλη, ονειδῆ, flagella; cicatrices, ulcera, probra*, & quasi Javanensium illud dirum *Amak* (prope equidem abest) in Fridericum & Fratres ingeminantem.

VI. Sed quàm constet sibi homo meus, tum quanta sit nostro religio *Divini atque Apostolici juris, & indolis Regni Christi*, ex ipsomet non alienum fuerit cognoscere. En tibi modò, Lector, ipsum illum Criminatorem, qui *paritatem potestatis & auctoritatis, inter Ministros omnes, ubicunque terrarum, ut divini immotique juris*, asserturus fuit! Habe quæ is postea in Præfulum gratiam, seu jam per-

D d d d

mo-

motus vi veritatis, seu ex occulto honorum stimulo, non semel enunciat. Pag. 262. 263. docet, posse in Ministro Ecclesie, supra alios Ecclesie Ministros, electione Principis, aut Magistratus, esse quandam dignitatem, auctoritatem, eminentiam, quin potestatem, jus, & imperium, quale Episcoporum est, ex Johanne Baltwyck, Anglo scriptore sub Carolo I. Pottea P. 305. Ex. gr. Rex Angliæ *omnibus Verbi Ministros, forte rerum hujus Seculi probe gnaros &c. sibi in Consilium adhibeat, eosque ad suprema vocet Regni Comitia, ut fidei & prudenti consilio Republicæ & Regno preste sint. Imò verò & summam quam habet summa Majestati, tam in subditos docentes quam docendos, id est tam in Pastores quam in Gregem &c.* (legat cui lubet inamixtam periodum) exercere quoque per Ministrum Verbi, & publice edificantem potest, adeoque et NB. Politicam demandare in alios etiam Ministros NB. inspectionem, fateor, nam clara sunt hæc omnia. Nunc vestram obsecro fidem, quid pro Anglicanis Præsulibus luculentius? Nonne hoc ipso largitur, posse illos ipsos, faciente Anglorum Rege, *ἢ τὰς πολιτικὰς τύπας, seu ἢ βασιλικὰ πρὸς αὐτὰς,* ad hanc quâ polleat dignitatem, potestatem, eminentiam, in alios Ministros inspectionem, ex illibato Regis suprematum, sublimari? Quo ipso se CONFORMISTARUM Catalogo palam adscribit, non intercessurus, opinor, oblata à Rege eminentiâ, si quando objiceretur hæc offa. Nec urgebat quicquam fortius in Baxterum nuper Vir magnus, & Episcopatum primipilus, quam ut respiceret saltem Britannii fratres Episcoporum forum, jurisdictionem Diocesanam, & eminentiam, ut ex *Commissione Regis*. Sic noster pag. 263. posse morari in una sede, ac concurrere in unâ eademque personâ, quemadmodum *Artificem vel Mercatorem & Ecclesie Pastorem*, sic etiam *Ministram Verbi & Consulem, Senatorem, Principem*, quidni Regem? Atque hæc ille ex Confessione Belgicâ, ex Canonibus Disciplinæ, ex Didoclavio, Voetio, Triglandio, cæterisque, scilicet habuit. Sed quæcunque sit hujus homuncionis, modò durior & inclementior in Britannicæ Ecclesie Patres, modò mitior, ac secum ipsâ committenda opinatio, parùm profectò refert. Sic interest nihili, quid Johannes habeat in *substantialibus* Disciplinæ, quid minus. Non hunc judicem vel Palæmonem admittit Reformatum aut Britannicum Orbis. Sed neque vindicat sibi hujus quicquam Fridericus, cui, rogante HENRICO, sententiam prompsisse, absque cujusquam vel censurâ vel offensione, fuit satis.

VII. Sed interstrepit Accusator. Ità est, inquit, concessi esse posse *disparitatem* inter Ministros Verbi, ut possit unus præ aliis, & supra alios, extolli dignitate, potestate, eminentiâ; sed primò ex largitione, aut electione Principis, non ex Apostolico instituto. Ast verò quid Fridericus aliud? nempè Episcopatum Anglicanum haberi saltem posse ut *juris Regii*, sepositâ opinione *divini juris*? Addit Censor, *Politicam se inspectionem, potestatem, eminentiam, attribuire hoc modo Episcopis*. Sed tu *Politicam* voces, ratione demandantis Regis vel Principis, utique *Ecclesiastica* est obiecta, quia in alios Ecclesie Ministros, & subjectione quoque, ratione exercentis eam potestatem Ministri Ecclesie. Pergis P. 306. *At Ministro uni, ut Ministro Ecclesie, præ alio, major nulla auctoritas, in iis qua ad Ministerii essentiam spectant. Unius predicatio majorem non habet obligandi conscientias virtutem, quam alterius. Uni singularibus personis Verbum applicare non magis proprium est, quam alteri. Unius excommunicatio (ut in pauca contraham) consuetudo, absolutio, majoris virtutis non est quam alterius &c.* Recte! Sed ne in Anglos Episcopos dicta viderentur, vel in eorum auctoritatem, eminentiam, monet Censor pag. 307. *idem docere Confessionem Ecclesie Anglicana, inter Opera Magni Juelli, & in Synagoga Confessionum*. Hæc autem, ut inspicienti cuiusvis liquet, in Articulo de Ecclesia; Credit *alias Presbyteros, alios Episcopos, ut diversos Ordines Ministrorum*: Ità tamen ut, Episcopos quod attinet, *Omnes Episcopi,*

ubicunque tandem sint, ejusdem sint meriti, ejusdem & Sacerdotii; ut unus sit Episcopatus, & ejus partem in solidum teneant singuli &c. Scilicet oppositè ad potestatem unius Romani Pontificis, Episcopi Episcoporum.

VIII. Nunc obsecratos vos omnes & singulos velim, Angli Belgæque, Patres Fratresque! Quid in Spanhemii ad HENRICUM Londinensem, vel in alterâ ad Amicum Epistolâ, ne dicam in his Animadversionibus, quod sit superioribus adversum? Quid tandem Accusatorem, ità modò sentientem de Anglicanis Præsulibus, de præminentia nihil à Ministris alienâ, de Belgarum *omnium* cum Confessione Anglicanæ Ecclesie, ac de veritate Articuli qualem ex Juello produximus, quid (inquam) inducere hominem potuit ac permovere, ut in Fridericum primò, dehinc in HENRICUM Londinensem, tum in Hierarchicos reliquos, tam *impotentis animo*, ut Belgæ Proceres in Expostulatoriâ ad Frisios, debaccharetur? Quò tandem recidunt tot fulmina, & anathemata? Quid illud fuit, id quod terribilem adeò nefandumque in modum detonaret? Quom jam ipse fortius adstruat, nec invitâ opinor Confessione Belgicâ, quicquid pro reverentiâ Episcopalis dignitatis, pro disparibus in externo foro, externâ Gubernatione, partibus intra Britannicæ fines, supremâ ibi lege vel majestate decernente, à Friderico usquam vel scriptum fuit vel cogitatum. Salvâ sanè Presbyteris, ex constanti Friderici mente & *ἐπιτηδεύσει, essentia à S. Ministerii, pari* in interno foro, quoad *animas ac conscientias, Prædicationum, Sacramentorum, Censurarum, Absolutionum, Solationum, Applicationum Presbyterialium, virtute, efficaciam, fructum*, qui non utique dependeat ex *discentis eminentiâ, sed ex manifestatione veritatis*. Nec isti Johannis interpretationi rigidiores fortasse in Orbe Britannico refragentur, quotquot fermentum Hierarchicæ Papalis expurgavere. Modò *Episcopis*, secundum *τὸ βασιλικὸν πρὸς αὐτὰς, & Disciplinæ Anglicanæ leges*, sed & primævas Ecclesie veteris, sua constet in externâ Gubernatione *auctoritas, dignitas, eminentia*, nostro nihil tandem repugnante. Et sic unâ penè liturâ inducit, quæcunque & in Hierarchicos, & in Fridericum, ore maledico eructarat, iis modò placatus, in quos aliâs

Itarum ramos volvit sub pectore fluctum.

ANIMADVERSIO X.

Fictio de oppugnata Confessione Belgicâ. Vanus Johannis obtemperans. Nuperus alius Arnaldi Jansenista. Ex Friderici Masseris, nulla causa homini Pontificio arguendi. Ex Johannis paginis illi plurima, & duratura. Arnaldi fides & hic, & aliâs probata. Papatus omnis us à Spanhemio, ex Christi determinatione, exclusus. Ut etiam Johannes Spanhemio in superioribus accesserit. Confessiones qualiter definiant, qua ordinem Ecclesiarum spectant. Constant horum à veritatibus necessariis in istis discretio. Nec Belgicam, nec Gallicanam, Confessionibus aliis voluisse derogare. Johannes confessus etiam in hoc Articulo consensum. Quo sensu Confessiones Politicam à Christo institutam dixerint. Quo paritatem Ministrorum crediderint, & quidam conformiter ad Dei Verbum. Arnaldi infelix ratiocinium. Praxim Apostolicam à lege universali distinguendam. Quod fecerint quoque Galli, Belgæ, post omnem Antiquitatem. Confessiones istorum non Ecclesiis aliis præscripsisse, in puncto equalitatis Ministrorum. Sed nec impediam aut molestam Spanhemio rem esse, sua cum Confessionibus conciliare. Triplex illarum sententia, & scopus. Singula ex Confessionibus ipsis & Theologis declarata. Wayeni ipsius assensus. Clariss. Jurii interpretatio Articuli Gallicani. Spanhemio Belgicâ Confessione ut subscriperet, ut omnes alii! Provocatio ad iudicium Fratrum Belgarum. Retorsio in Criminatorum.

Perjuræ manûs, oppugnata Confessionis, violatae Disciplinæ Batavæ, conturbati recepti Regiminis, Divinæque jure fulti, fuit in superioribus accusatio, & capitalis

talis illa quidem. Habes famosi scripti pag. 18. 22. 103. 154. 227. 245. 346. 347. & passim. Obtentus quidem dignus Accusatore est, cui totâ Epistolâ decretum, ne semel litasse veritati. Sic ille pag. 245. *Non Anglos (quod unum tamen τὸ κενομένου fuit) sed Fridericum, NB. ad ravim usque alias eam inculcantem & clamantem, à Confessione Belgicâ discedere, est quod accusavi.* Ilte verò ad ravim usque Friderici clamor, Confessionem in Fratres inculcantis, ex eo genere est, quem unus ille audit qui discruciat. *Sonus pavorem in auribus ejus, nec aures tamen ferit ille sed pectus, undè quod de Tiberio Annalium scriptor, suas ipse pœnas querulus fatetur.*

Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit inira

Pectora clamores.

Dic fodes, & obsecro, ubi locorum, quibus in terris, quo in scripto, apud quos, coram quo tribunali, quo tempore, Spanhemius Confessionem Belgicam inculcaverit, ad ravim usque, seu in Te, seu in Fratres, quatenus ex Clar. Coccejo sentiunt, de singulis quæ recensuit Epistola? Certè ego sum desessus reperire, vos desessi quærere. Imò verò Spanhemius ubicque, & constanter conciliandæ fraternitati, nihil hæc, quæ in isto Theologo singularia, facere ad fidei cardinem, nihil ad Confessionis integritatem, & prolixè in eâ quam arrodit Epistolâ, à p. 83. Sed quibus bella geri placuit, (loquuntur quæ vivimus tempora) caulam obtendunt, veram an falsam. Mures, in Βατραχομομαχίᾳ, bellum Ranis denunciant, frivolo prætextu muscoli in aquâ suffocati, & quasi κακὰ ποδα πεπονθότες, nullâ certè ranarum actione, quarum infelix ψυχῶνταξ turbaverat regna.

II. Species tamen quærenda accusationi fuit. Vifa jam aliquoties est, negata specialis Politia, qualis fortè Belgarum est, in peritaticis, mediis, arbitrariis, etiam in paritate omnimodâ Ministrorum Verbi, à Christo institutio: hinc Anglorum Politia Episcopalis, Hierarchiam vocant, ut primitus stabilita fuit, fraternè tolerari in Dedicatoriâ ad HENRICUM jussa. Noster contendit ἐξ ἐναντίας, si quis est elencho & oppositioni locus, utriusque intercedere Confessionem Ecclesiæ Batavæ, directè & è diametro per Fridericum impetitur, manu licet illi subscribemem. Sed quod benè vertat Criminatori, seu facienti illi suis toto Belgio clamoribus, seu minùs, nactus est accusationis socium alium, & quidem novissimè in Pontificiis castris, Arnaldum Janseniticæ familiæ antesignanum, Reflexionibus nuperis (quas jam jam accipio) in Libellum Clariff. Jurii, Theologi hodiè Batavi, editis labente anno 1682. Ilte, Reflex. X. ad Jurii voces, *Christum Dominum eos, quibus commisit Ecclesia sua Regimen, instruxisse aequali potestate, sic ex Spanhemii Epistolâ, & ex Confessione utrâque, Gallicâ & Belgicâ, in Theologum insurgit.* Primò Confessionis verba ponit, *Artic. Confessionis Gall. xxx. Credimus omnes veros Pastores, ubicunque locorum collocati fuerint, eâdem & æquali inter se potestate preditos.* Quomodò Belgæ Art. xxxi. *Ceterum ubicunque sint locorum Verbi Dei Ministri, eandem illi omnes habent tum potestatem tum auctoritatem, &c.* Deinde pag. 96. 97. 105. Spanhemium committit cum Jurio Fratre, ut ab hujus æqualitate, & ex Divino jure quidem, alienissimum; mox cum Confessione ipsâ, quàm dicit Spanhemio rem esse admodum impeditam, *C'est pour luy une chose bien embarrassante.* Nempè hunc, in Dedicatoriâ ad Episcopum Londinensem, probandum suscepisse longâ Epistolâ, *Apostolos nihil determinasse eorum quæ ad Regimen Ecclesiasticum spectant, & libertatem fecisse ventura Ecclesia, pro lubitu aut Episcopos superiores Presbyteris, aut Pastores omnes inter se æquales, constituendi.* Atqui 1. Confessionem credere, & cum eâ Jurium, eandem & æqualem potestatem Ministrorum; Ergò Scripturâ determinante, quæ sola nobis sit credendorum norma. 2. Si autem, quod Confessio credit, non determinavit Scriptura, juxta D. Spanhemium, falsam igitur esse Confessionem, ac renunciantum Calvinistis esse suæ Religionis. 3. Rem non esse injucundam, observare inter se commissos Meldensis Episcopi hos Adversarios, Jurium & Spanhemium.

III. Subridentem in sinu, quinimò in cachinnum plurimum erumpentem, videor videre Frisium Criminatorum. En, inquiet, ut non unus ego oppugnata Confessionis reum fecerim! Vident, & exprobrant, ac velut in orchestrâ tripudiant Papiæ! Pro deum immortalem, quid istuc probri est! Simulque in vultu dolor & quasi deformis ægrimonia succedit, in corde cum Catullo suo tacitæ voces,

Quid me latius est beatusve?

Scilicet, ut se solabatur Amphitruo, sic hic socio incluto certaminis;

pol me haud pœnitet

Boni dimidium mihi dividere cum Fove,

cum Arnaldo, viro quanto! Sed spes improba non letata diu est. Prudentium omnium vox una est, si jam in Arnaldum, si in Maimburgium, si in Condomiensem nuper, si in Cucullatorum densa agmina, propudiosa tua Epistola inciderit, ut transvolasse ad hos nulli dubium est, gravius fortassè vulnus Reformatæ Ecclesiæ, vel his judicibus, infligi haud potuisse aliud à Viro Reformato. Hærebitque recondita in horum cimeliis & scriniis, monstranda seris nepotibus, *Johannis van der Wayen ad Philaletium Elizerem Epistola.* Volupe fuerit produxisse domesticum nobis testem, Theologum, Professore, in Theologum alium, ordine quidem Belgii Reformati seniore, plurimæque, sic Arnaldus dicto in loco, *auctoritatis*: ut qui Confessionem, fidei nostræ testem, eamque nonnisi determinato Dei Verbo complexam, è diametro & directè, sed impunè, notâ nullâ, infestis armis in ipsâ quasi Reformatorum arce aggressus sit. Adhæc Planum ex nostro dicent, *Alastorem*, satellitem Anticristi, in quo Religio temporis, & quibus aliis coloribus in Epistolâ deturpatus visitur. Quod magis est, etiam talis quum esset, approbatum, evertum, defensum, in patrocinium ac tutelam Procerum publico scripto susceptum, objicient. Et à qua sibi accusatione temperasset quisvis alius, in quo vel mica, non dicam jam æquitatis, sed prudentiæ, errori in Confessionem sipario potius obducto, si quem hujusmodi errasset frater, hic etiam pulchrum facinus existimat, & ἐξομῶν ἄνθρωπον demeruisse se à Prostat: hæc tamen ἄπολογία, sed in pessimam partem acceptâ voce, dum vistoriam ex turpi facto sibi tribuendam arbitratur, alio sanè vocis sensu apud Augustinum.

IV. Verùm enimverò quæcunque indè ludibrium Religionis nostræ, ac detrimentum bona causa, metuerint summo jure Academiæ Batavæ Patres Conscripti, nostri quidem non longa victoria, nec duratura dulcis palmæ gaudia fuerint.

Faxo probe

Jam hic deludatur, spectatores, vobis spectantibus.

Ac certaminis partem modò maximam confecimus, ad Fictionem IV. VII. & VIII. præter Animadversiones ad contextum Epistolæ. Primò enim positum in clarissimâ luce, quænam illa sint, juxta Scripturam, Antiquitatem, praxim Ecclesiarum, Confessiones omnes, quæ sint de substantiâ vel necessitate omnis in Ecclesiâ Regiminis, Christo Domino sanè determinante. Et horum recensuimus benè multa, quæ immota & communia omni Politicæ, ritè constitutæ, nec profectò ventura Ecclesiæ arbitrio permittenda. Atque id ipsa ad Londinensem Dedicatoriâ exercitis verbis præstruxerat. Quo ipso commentum Arnaldinum concidit, ut coram Arcâ Dagon, scilicet juxta Spanhemium, *Christum & Apostolos nihil determinasse eorum quæ ad Regimen Ecclesiæ spectant.* Quæ asserendi fiducia, atque imponendi suis, eum spiritum Arnaldinum egregiè repræsentat, eam fidem, eum pudorem, cujus luculenta specimina dedit Historicus nuperus, in *Arnaldi Genio, Observat. VIII. IX. &c. & Clar. Jurii in Jansenitâ Convictio.* Cum primis id Viro illi, cujus postrema non respondent primis, familiare aliquot ab hinc annis fuit, *malam malitiam* appellasset Comicus, in argumento de Gratiâ, & Annexis, de Fide Justificante,

Dddd 1

de

de Baptismo, de Eucharistiâ, de Moralibus, ea Reformatis sed & Lutheranis ore nullo attribuere, quibus horum & scripta, & facta, & obsecrata totiens fides accusantium, sole lucido refragantur. Habeat igitur, & iste, & quem jam habet socium certaminis, sed pari in Spanhemium odio abreptum quo in Arnaldum Malletus, vel Chaisius, ast dispari causâ, habeat uterque in superioribus, & quantum calumniæ retundendæ fuit satis: Esse utique *Politiâ*, & *Spiritualem* illam, quam Christus & Apostoli *divini immotique juris* esse decreverint, ex Confessionum mente; de cætero libertatem, circa specialiora quædam, & ex se media, nihil horum determinando, venturis Ecclesiis ac Politiis indulgisse.

V. Secundò, in iis quæ *prescribere* Christus & Apostoli, quæque faciunt ad essentiam sacri Ministerii, visum prolixè est, quid in omni *vero Pastore*, quoad functiones sacras, doctrinam, ministerium, vocationem, clavium disciplinam, necessaria reliqua, exigatur jure, hinc & Confessionum mirâ harmoniâ ac summa consensione. Quo ipso nec Arnaldo, nec Papistis, præsidii quicquam reliquum, seu in Confessione, seu in Theologis, seu in Spanhemio his *δημοψύφω*. Proscribuntur enim aeternâ immotâque lege, unus in terris Ecclesiæ *Monarcha*, ac *summum Caput*, *Papa*, *Cardinales*, *Archiepiscopi*, *Episcopi*, *Abbat*, *Sacrificuli*, & quicquid vel *Ordinum* est vel *Dignitatum*, quæ medio in Papatu solo ferè dominio, tyrannide, purpurâ, luxu, otio, Papali dependentiâ, Missificatione, auditione Confessionum, functionibus vel idololatricis, vel superstitionis, vel in conscientias jura dicentibus, obverso in Christum Apostolos cornu, sese distinguunt. Vocet jam Arnaldus Spanhemium suum, quem *inter Protestantes multa auctoritatis esse* dicit, in causæ suæ patrocinium!

VI. Tertiò, ad præcedentem Hypothesim haud perfunctoriè demonstratum est; Nec Christum, nec Apostolos, nec primam Antiquitatem, minùs subsequentem, nec indolem Novi Test. nec analogiam Scripturarum, nec quicquid Ecclesiarum est quæ Protestantes audiunt vel Evangelicæ, atque aded neque harum *Confessiones*, sed neque quicquid prudentum Theologorum fuit, unquam censuisse inter *substantialia* Disciplinæ, aut requisita *Divino jure*, gradus eos seu *æqualitatis*, seu *inequalitatis*, qui in præfatis Ecclesiis apparent diversimodè. Hauriat superiora Lector, vel currentibus oculis, si quis in re omnium clarissimâ scrupulus hæret. Ac testes rei Theologi, junctis phalangibus, infra opportunius proferentur. Sed & ipsum tandem Johannem, hoc uno ferè nomine tot clamoribus importunum, tot accusationibus gravem, tot conviciis lacerantem, tot opprimentem calumniis, tot fulmina vibrantem, verè *βαρύντων*, vidimus in fine *Commatis* præced. disparem illam Ministri unius supra alium *eminentiam*, *dignitatem*, *auctoritatem*, *inspectionis* etiam & jurisdictionis, iis verbis adstruere, quibus alius quicunque in Anglis *Conformista*. Hinc & obtestatus aliàs *pag. 242. 243.* non omnem *inequalitatem* Ministrorum sibi nævum esse; *Britannos Præsules*, quotquot *Doctores veritatis*, suspicere se laudareque; *Episcopalem* autem *prærogativam*, qualis est hodie, sibi quidem censi *ne-vum*, nec tamen hujusmodi qui *fraterna tolerantia* intercedat. Tantone molimine, (testes volo quotquot præter unum Accusatorem *μαθόντες & γερύματα*) tantisve furoribus, quales ubique spirat Epistola, verè *μονόγερο* & *μονοψύφω* in hoc palæstræ genere, tandem agere magnum nihil! Quod argutè Græci recentiores hoc adagio adumbrant, quale nostro in suo Meursio, suis *Lexicis*, & *Adagiographis* vestigandum relinquimus, *ἔβαλε τὸ νερὸ εἰς τὸ ὄδι, καὶ τὴ κοπανίζῃ*; Scapha scapha manet, veritas tandem habetur veritas, & quando satius erat cum *Fridericico osiari*, quod huic in limine objicit, quàm cum Johanne intensissimo labore *nihil agere*, præterquam ferocire & conviciari?

— Sic inania rerum

Pectore concipiunt, & agunt.

VII. Quartò, ita sanè est, *Confessio Belgica*, sed & Gallica, unam eandemque, parem, æqualem in Ministris Verbi potestatem, *credere se profitentur*? Ergò hanc paritatem, sensu criminantium, in causâ Ordinis, Disciplinæ, Regiminis, ubicunque Ecclesiarum in Fide conspirantium, habent Confessionis utriusque Patres ut juris Divini, universalis quidem, perpetui, immutabilis, facientisque ad substantiam vel integritatem Disciplinæ? Parcant Viri non omnino aliàs mucosæ naris. Siquidem illæ ipsæ *Confessiones*, in iis quæ ad externum ac speciale Ecclesiæ ordinem spectant, ad rationem Regiminis, Rituum, Disciplinæ, extra *Fidei dogmata*, *morumque præcepta*, profitentur se ità de iis statuere, ut Ecclesiarum aliarum juribus, libertati, potestatique nullæ vel derogent vel intercedant. *Confessio Belgica*, ut Gallicè primùm scripta est, *A. 1561. Art. LXXXV. LXXXVI. In rebus indifferentibus, non erit licitum condemnare Ecclesias aliarum Provinciarum (Regnorum, Populorum) quæ diversis à nostris Ritibus, vel Moribus, utuntur.* *Confessio Gallicana*, *Art. xxxii.* agens de ratione Regiminis, simul decernit esse immota *quæ Dominus noster J. Christus instituit*, simul id non impedire, quominus *quædam singulis locis peculiariter sint instituta, prout commodum visum fuerit*; citatis locis, ex quibus intelligitur ea libertas Ecclesiarum, essentialibus salvis, *Afor. vi. xiv. i. Cor. xiv. i. Petr. v.* *Confessio Bohemica*, *Artic. xv.* quum intelligerent Fratres, non parem Formam Disciplinæ omnibus aptari Ecclesiis posse, requirit ad concordiam Ecclesiarum *unum Spiritum*, hoc est si in doctrinâ & fide consentiant. De cætero, *nunquam in Ecclesiis easdem fuisse Consuetudines, Ceremonias, Rituum, nec nunc quoque esse.* Et Martinus Lutherus *Præfat. ad Confessionem Waldensium*, sive Bohemorum: *Quod si qua differentia in hac eorum Confessione occurrunt, de Ritibus & Ceremoniis, vel de Calibatu* (itâ de Gradibus Ministrorum, ex *Disciplinâ Fratrum Bohemorum*, per A. Comenium Notis illustratâ) *meminerimus nunquam fuisse, neque potuisse, omnem Ecclesiarum consuetudinem, omnes ritus & observationes esse æquales, vel easdem: Id enim non permittunt hominum, regionum, temporum, rationes & varietates, modo salva sit NB. doctrina Fidei & Morum.* *Confessio Helvetica*, *Art. xxvii.* pluribus ad *unitatem & concordiam* Ecclesiarum urget, ut non fundetur ista in externis seu *Ceremoniis, seu Ritibus, sed magis in veritate & unitate Fidei Catholicae, cujus compendium est Symbolum Apostolicum.* Atque aded in *dogmatibus, in verâ concordiaque prædicatione Evangelii, & Ritibus à Domino discretè traditis.* Poloni in suo *Consensu*, Anno 1570. confirmando deinceps in Variis Synodis, in quibus pariter & de *Fidei dogmatis, & de Ecclesiæ Politiâ* statuerunt, quemadmodum instituunt unum supra alios *Superintendentem* sive *Episcopum* in singulis Districtibus, cum potestate *Ministros* in iis *constituendi, ordinandi &c.* itâ rectè monent, *Ritus & Ceremonias uniuscujusque Ecclesiæ liberas relinqui, relinqui cuilibet cætui pro libertate Christianâ.* Idem de Ecclesiis *Hungaricis, Transylvanis*, aliisque statuendum, quæ *disparitatem auctoritatis, potestatis, deceptè in Ordine sacro, in veris Pastoribus, constante apud se cùm lege tùm praxi, ut tamen illibatam velint esse Reformatorum Cœtuum, fidei coagulo conjunctorum, in Politiâ suâ Ecclesiasticâ libertatem, nullo hinc præcepto Divino obligante, perpetuo illo atque immutabili.* Undè certissimè colligimus, *Confessiones* non de solis Fidei dogmatibus ac Vitæ præceptis professas esse quod crederent, sed & de Ecclesiæ Politiâ, Ritibus, Disciplinâ, nonnullis Articulis statuisse. Hoc tamen cum discrimine, quod *veritatis Confessionem*, id est dogmatum illam, fidei morumque, ut quoad rem unam, sic ubique immotam, nec *minui mutarique* natam esse decernerent; at quæ de Politiâ aut Disciplinâ singulæ statuerent, quod putarent aut instituto Apostolico convenientius, aut certè suis moribus, suæ Genti, non pari haberent necessitatis loco, nec juris esse universalis, perpetui,

petui, ac mutari nescii, continuo *crederent*. Quo factum, ut Dordracenâ in Synodo, post libratam Theologis extraneis, & ad veritatis Normam probè expensam *Belgarum Confessionem*, Britanni quidem profiterentur, *Seff. CXLV.* se nihil in eâ deprehendisse, quod ad fidei quidem dogmata attingeret, non consonum cum Verbo Dei. Reliqui pariter, Palatini, Hassi, Helvetii, diversâ usi Politicæ formâ, judicabant *Seff. CXLVI. nullum in hac Confessione dogma contineri*, quod veritati in Scripturis expressæ repugnaret. De cætero & sibi & Belgis, quantum ad eos Articulos qui respicerent Ecclesiæ Politicam, permittentes iudicium suum, suam libertatem. Quæ magnoperè velim Lector meus conferat, cum Johannis nostri *πομφολύξι bullis*, & accusatâ *Frisiderici ignorantia*, circa materiam Confessionum p. 154. simul cum nostris Animadversionibus, ad Epistolæ Spanhemianæ Edit. Leydenis p. 58.

VIII. Quinto, Confessio Belgica, cujus urget Articulus Accusator, ut Belgicè conscripta est A. 1579. sic Latinitate donata est A. 1581. quando Synodus Nationalis Medioburgicâ *Artic. XLVI.* disertissimè cavet, ne propter alienos ritus, consuetudines, *externæ illa Ecclesia* contemnerentur. Confirmata eadem in Synodo Gallicanâ Vitriacensi, Gallicæ Armoricæ, A. 1583. Gallicorum verò Confessio cœtuum solemniter recognita, paucis mutatis, confirmataque fuit, in Synodo Rupellanâ VII. A. 1571. Carolo IX. Rege, Theodoro Bezâ Synodi Præsidente: Tribus tùm Exemplaribus in membranâ descriptis, quorum unum *Rupellis*, alterum in *Bearnia*, tertium *Geneva* asservaretur; ut pluribus in Actis ejus Synodi MSS. quæ cum reliquarum Synodorum, quas Gallia Reformata coactas vidit, Actis itidem MSS. penes Spanhemium extant. Atque hæc circumstantia temporis magnoperè ad institutum facit. Præcesserant jam in *Polonia* & *Moravia*, ut ex *Johanne Lasco*, & *Amoso Comenio*, prolixè constat, florescentes Ecclesiæ, suam sibi Disciplinam constituentes, ex *Episcopis* vel *Superattendentibus*, *Consensio-ribus*, & *Ministris Verbi* simpliciter, dispari potestate, supremâ penes Episcopos. His dextras societatis, multâ laude, dederant Tigurini, Genevates, & in his Calvinus, Bernenses, Argentineses, Ecclesiæ aliæ. Sic jam A. 1550. *Belgici Cæsus*, quibus Embdâ profugis patrocinium suum indulserat, faciente Crammero Cantuariensi, Edoardus VI. Princeps optimus, sed teris tantum ostendendus, Politicæ Ecclesiasticæ formam sibi concinnarant, auctore Joh. à Lasco, edendam Belgicè A. 1560. In quâ *Cap. II. de Electione Ministrorum*, unum *supra reliquos* constituunt, qui tùm Johannes à Lasco, *Superintendentis* nomine, *supremum custodem Christianæ Disciplinæ*, & quasi totius Ecclesiæ *Patrem*. Pariter quoque, ante hos Articulus Belgicæ Confessionis, utroque idiomate scriptos, *Anglorum* Ecclesia, sub Elizabethâ A. 1562. Fidei Confessionem ediderat, consentiente in eam Clero universo, hinc Reginâ, ac summo Regni Senatu, in quâ Confessione Anglicanæ Ecclesiæ, ut inserta est Operibus Juelli Episcopi Sarisburiensis, profitemur se *credere varios in Ecclesiâ esse Ordines Ministrorum*, alios esse *Diaconos*, alios *Presbyteros*, alios *Episcopos*; *neminem tamen unum nec esse posse*, scilicet *Caput totius Ecclesiæ*, aut *universalem Episcopum*, aut *summum Pontificem*, &c. Rursus, ut Confessio hæc per Articulos digesta est, *Art. XXXVII. Libellus de Consecratione Archiepiscoporum, & Episcoporum, & Ordinatione Presbyterorum*, &c. *nihil habet quod ex se sit superstiosum aut impium*. Mitto Evangelicorum per *Germaniam* & *Septentrionem* Ecclesias, in quibus jam tùm Præpositi, Superintendentes, Inspectores, Episcopi, gradibus auctoritatis diversis, ac subordinatâ potestate, cui nec *Lutheri*, *Melanchthones*, *Buceri*, *Martyres*, *Bullingeri*, sanctissima alia nomina, intercesserant. Quæro jam, an in Scriptorum utriusque Confessionis mentem, Gallicæ Belgicæque, vel Gallis ipsis Belgicque iudicibus, cadere sensus iste potuerit, qualem Arnal-

du, & quem minimè decuit Johannes, obtrudunt? Ut *crederent* tanquam *Divini juris*, perpetui immoique, *parentis & æqualem* esse oportere, *ubicunque locorum*, potestatem & auctoritatem Ministrorum omnium: Et quidem in oppositioe ad *inequalitatis* illos gradus, quos suis Confessionibus, Ordinationibus, Politicæ formis, repræsentarent Bohemicæ, Polonicæ, Moravicæ, Exoticæ aliæ, ac præ cæteris *Anglicana* Ecclesia, tot nominibus Reformatis in Gallia & Belgio conjuncta, his præcipuè, quos paulo antè Elizabetha Regina & copiis & nummis adjuverat, & ut consortes ejusdem Fidei ac Religionis ad constantiam in istâ animarat! Atque eam quoque, quam diximus, *Anglicana Confessionis*, Episcopos, Archiepiscopos reveritæ, *tantâque laude à magno Juello defensa*, *tanta dignæ veneratione*, quæ *ipsum quasi Dei opus*, quo in *Anglicana Reformationis primordiis usus est*, cum Protestantium cæteris harmoniam, prudentissimè urfit in hac causâ Clariss. le Moyne, in suâ ad Henricum Londinensem. Sed & postea non infestivè, dùm totus in eo est, ut *ipsam Ministrorum inæqualitatem*, ut *Hierarchias Anglicanæ medullam*, petat, ac *Belgicam æqualitatem* adstruat pag. 269. fateatur convenire *Confessioni Ecclesiæ Anglicanæ cum Belgicâ* pag. 307. Cave facias *γέλωλ θεῶν*, quisquis es tandem.

IX. Sexto; Credunt igitur Galli, credunt Belgæ, *Politicam Spiritualem à Christo in Verbo suo traditam*, nempe quoad *substantialia* ejusdem, quæ ad *S. Ministrarii*, hinc & salutis promovendæ, *necessitatem* attinerent, ut fusè supra, etiam ex Calvino nostro. Theodorus Beza, qui Confessionem Gallicanam & Carolo Regi obtulerat, & recognitam in Synodo Rupellanâ, Moderator ipse, approbat, sic inquit *Epist. LXXXIII.* ad Anonymum: *Ordinis & Ὀραξίας substantialis*, *ut ita loquar*, forma eodem Verbo Dei præscripta est, *à quâ recedere non magis quam à Religionis ipsius placitis licet*. Accidentales autem *Circumstantiæ* necessariò, *salvâ semper substantiâ*, variantur. Nec aliter Calvinus, Bucerus, Martyr, infra inter testes Theologos Spanhemianæ hypotheseôs collocandi. Samuel Maresius, in Exegeti Belgicæ Confessionis, restringit eam *Politice Spirituales* institutionem, ad *generalia fundamenta qua semper de jure remanere debent*, & *de factò in Ecclesiis purioribus semper retinentur*, ad *Art. xxx. Th. IV.* Et deinceps ad *Artic. xxxi. Th. xxxi.* factâ libertate Politicæ vel *Episcopalis* vel *Presbyterialis*, restringit ad generalem regulam Apostoli *I Cor. XIV. 40.* Ita Spanhemius Pater, in Disputatione Leydeni, illo ipso loco cujus meminit Accusator p. 253. sed dissimulandis ab isto quæ reddimus modò verbis luculentis, ex *Disputat. de Ministris Ecclesiæ*, *Th. XIV.* Leges mox Paragrapho X. hoc lemmate, *Juribus Batavus nunc Theologos*, in Janfenitam, *Artic. XV.* explicaturus Confessionem P. 242. 247. &c. *Credite esse juris Divini*, *ut sit aliquod Regimen in Ecclesiâ: Anarchia enim incompatibilis est cum sapientiâ Spiritus S. Credit etiam esse juris Divini*, *ut Regimen Ecclesiasticum sit Aristocraticum, & non Monarchicum, sed Aristocraticum posse æquè convenire Regimini Presbyteriali, & Episcopali.* Amyraldus, Gallicam Confessionem interpretaturus, *Libro de Seceffione ab Eccl. Rom. p. 29.* *Christus quidem & Apostoli hoc diserte constituerunt, debere particulares Ecclesias omnes gubernari à Pastoribus*, & aliquâ Regiminis formâ temperari. Mox; *quæ verò Regiminis ista forma possitum esse debeat*, *utrum alii alius auctoritate præcellant*, *nec ne*, *neque rei natura definit*, *neque à Christo & Apostolis diserte constitutum est.* Consimiliter P. Molinæus, Salmurienses, Mestrezatius, Cappellus, Blondellus, Bochartus, l'Anglæus, Drelincurtius, Claudius, Boscius, le Moyne, Jurius &c. ut infra ad vexatam Spanhemii hypothefim, de Variâ & Libera Ecclesiæ Disciplinâ. Sed nec sentire diversum ipsa rei natura finit.

X. Septimò, credunt quoque Belgæ, *Art. xxxi. Verbi Dei Ministros*, *ubicunque locorum sint*, eandem potestatem & auctoritatem habere, *ut qui omnes sint Christi*, uni-

ci illius Episcopi universalis, unicuique Capitis Ecclesia ministri. Ita Galli, Art. xxx. credunt omnes veros Pastores, ubicunque locorum collocati fuerint, eadem & æquali inter se potestate esse prados, sub unico illo Capite, summoque ac solo universali Episcopo Jesu Christo, ac proinde nulli Ecclesia licere sibi in aliam imperium aut dominationem vendicare. Quibus verbis demus jam respexisse ad eam formam Regiminis, qualem in suis Ecclesiis Galli Belgæque sanxerunt. Crediderunt eo in casu Pastores omnes, quantumcunque vel statione vel charismatibus inter se eminentes, pari potestate atque auctoritate instructos esse oportere, nullo ἱεραρχίᾳ, superatendentiam, inspectionem, superioritatem in alios sibi vendicante, Ministro in Ministros, Seniore in Seniores alios, ut *Canone LXXXIV. Belgicæ Discipl. & Embdanæ Synodi A. 1571. Art. 1. de Ordine Ecclesiast.* Nec idcirco tamen crediderunt id in Regnis aliis, vel Gentibus, pari lege, parique necessitate esse faciendum, ut visum est prolixè modò. Imò tantum abest, ut legem figant vel Britannis, vel Bohemis, vel Hungaris, vel Borealibus, ut profiteantur nulli Ecclesia licere sibi in aliam imperium vendicare, quanto minùs in extraneas Ecclesias. Addunt, nec se condemnare Regionum aliarum Ecclesias, usas institutis moribusque à suis diversis. Et hanc Confessionis Belgicæ mentem non obscurè innuit, quem tæstem appellat Accusator pag. 261. *Jacobus Triglandius, primarius quondam hujus Academix Theologus, summâ cum inter & Spanhemium Patrem ὁμολογία cum animorum tum dogmatum. Sic is ad Censuram Remonstrant. Articulum xxxi. de æqualitate Ministrorum omnium fugillantium, Exam. Apolog. C. LII. Voluisse Belgas jam in Synodo Embdanâ An. 1571. eradicandæ ex suorum cordibus omni elationi, hac æqualitatis lege, ne vel Minister Evangelii alteri Ministro, vel Presbyter Presbytero, vel Diaconus Diacono præferretur. Atque aded suis Ecclesiis legem statuere non extraneis, in quibus, ordinis causâ, Episcopus Presbyteris præfectus est, aut fuit olim. Ac demus credidisse præterea & Gallos & Belgas, non esse formam aliam Disciplinæ convenientiorem Verbo Dei, id est instituto vel praxi Apostolicæ; cône inter eas determinationes Scripturæ S. habuerunt, quæ sunt de substantiâ fidei, deque salutis consequendæ necessitate. In his sanè οὐδὲν ἄλλο γέγονεν, nihil præter præscriptum Scripturarum. Infidelitatis jam argumentum est, sic Irenæus Lib. III. C. 1. & signum superbia certissimum, si quis eorum que scripta non sunt aliquid velit introducere. Hinc, scriptum esse doceat Hermogenis officina, doceat Confessio; Negat Scriptura quod non notat; Quæ non sunt scripta renuimus; & quæ id genus sunt effata Tertulliani, Hieronymi, tum & Athanasii, Basilii, Ambrosii, Chrysostomi; Augustini, Cyrilli, Theodoretii, pleraque apud Theologos obvia, quædam ad Introductionis Historicæ Spanhemianæ sæculum III. & IV. in Capite de Doctrinâ. Quanto minùs fas sit Confessione completi, ne quidem in rebus suâ naturâ mediis & arbitrariis, quod contra determinationem Verbi scripti, utique hoc ipso falsum, & cui omninò renunciandum, repeto Arnaldi voces. At fecus comparatum est cum rebus illis ipsis mediis & adiaphoris, quales sunt quæ ad hunc vel illum in specie ordinem; ad hanc vel illam formam Regiminis aut Disciplinæ spectant, de quibus Scriptura determinavit nihil, ubi libertas Christianis facta est, ubi nec fides nec salus periclitantur. Nec jam illicò falsa Confessio est, hinc & Religio, cui sit renunciandum, ut ratiocinatur Arnaldus, si ea determinem Theologi, Synodi, Ecclesiarum Præsides, intra districtus suos singuli, in Capite de Ordine Ministrorum, ceu de re ex se liberâ, quæ expedire quàm maximè censuerint suæ Genti, suis moribus, suæ civili formæ. Quo ratiocinio quid minùs dignum illo Viro, in quo sanè nec eruditionem, nec iudicium, at candorem fidemque desideramus? Et quid Spanhemio expressum aliud, in Dedicatoriâ illâ ad Præsulem, de non determinatâ speciali formâ externi Regiminis, Apostolicis literis, quod non omnibus ante se Theologis, Confes-*

siones amplexis? Certè Spanhemius Pater, de Ministrorum vocatione, Th. XIV. in Syntagmate Disputationum: Ut enim ea que Regiminis Ecclesiasticæ substantiam spectant, ex solo Dei Verbo definienda sunt, sic circa Regiminis externi formam libertatem aliquam Ecclesiis permissam censemus &c. modò forma illa ab Hierarchiâ Pontificia prorsus aliena sit. Committe jam cum Patre, cum Theologis, cum Confessionibus, Spanhemium Filium!

XI. Octavò igitur, putaverint auctores Confessionum, accedere suum Regimen quàm proximè ad praxim Apostolici ævi, Episcopos à Presbyteris haud discriminantis! illamne praxim, in his quæ ad Ordinem attinent, ac Disciplina modum, habuere pro mandato, lege, præscripto, obstringente in sempiternum omnes omninò Christianorum cœtus, nullâ circumstantiâ vel locorum vel temporum ab eâ praxi discessuros? Imò verò neque Gallos in hac causâ neque Belgas hanc subiisse mentem, sed nec subire potuisse, pluribus evincendum est. Nihil jam de variis Ritibus & Ceremoniis dicam. Quum Apostolicos plurimos, ut in Primitivâ, ut in Latinâ cumprimis, sic & in Evangelicorum Ecclesiis, exolevisse ratum sit, & jam supra monitum Animadversionibus ad Spanhemianæ Epistolæ assertum, positum Edidit. prioris pag. 44. Quæ verò Rituum Apostolicæ ætatis ratio, eadem & plurimorum quæ ad Ordinem Ministerii Ecclesiæque Politicæ referuntur. Aliàs ad morem Apostolicum, etiamnum hodie per sortem Pastores, Superattendentes, Episcopi, Matthiæ exemplo, segregandi forent; vel ubique suffragia multitudinis colligenda per χειροτονίαν; vel Diaconissæ in ministerio sacro adhibendæ; vel Prophetandi libertas promiscuè indulgenda; vel operi manuario subindè à Pastoribus vacandum, minimè δουλείᾳ, ἀργυρείᾳ, χειρωνακίᾳ, merè ἱεροῖς, ut alludere liceat ad Gentilium mores; vel Manus necessariò imponi crederentur, quod nec Johanni nostro creditum; vel pœnæ corporeæ in Scandalosos ab Ecclesiasticis statuerentur, quales à Petro, Paulo, respondentes saltem quoad genus pœnæ, si non quoad speciem & circumstantias. Si autem horum, aliorumque, censetur necessitas nulla, quia præceptum nullum, adhæc diversa rerum facies est, status diversus; quæ sit ut ille Episcopalis, iste Presbyterialis (ut loquuntur) præcisè Regiminis; alter Synedrii ex his & illis Senioribus vel Assessoribus instituti; tertius Electionum hoc modo peragendarum; quartus Popularis in omnibus suffragii; quintus processus talis, non alius; circa Scandalosos &c. idcirco legem figat, æternam immotamque, ubi locorum observandam, quia Apostolica favore aliqua praxis, vel primæ ætatis exempla videantur? Sic Confessio Belgica, Art. xxx. ad Politicam Spiritualem requirit omninò Seniores hujusmodi, vulgò Laicos, quales Ecclesia Batava, Gallicana, aliæ nonnullæ, in communem atque individuum societatem Regiminis, seu in Senatum Ecclesia perpetuum, admiserunt. Certumque est, fuisse in Apostolicâ Ecclesiâ Presbyteros, qui in aliis quàm in Verbo laborarent. Nihilominus nec Belgarum ea sententia, nec Gallorum fuit unquam, ut Seniores illos suos Ecclesiis aliis imperarent, tanquam juris, ex Apostolorum præscripto, inviolabilis. Quod nec Primitiva Ecclesia, cumprimis à temporibus Constantini Magni nec plurimæ per Europam Evangelicæ, intellexerunt. Ac ipse in Exegesi Maresius, parum facere ad rei summam, si Senatus Ecclesia constetur ex solis Presbyteris laborantibus in Verbo, nec damandas Ecclesias quibus Presbyteri in Verbo laborantes sufficientes eorum Regimini. Omniumque prudentum os unum, longissimo intervallo Apostolicos illos Presbyteros à Belgarum Senioribus, Gallorumve, determinari, ut pluribus supra, in Animadversione nostrâ VII. dicebamus. Sed & supponit Confessio Batava quod faciunt Conanes Disciplinæ utriusque, χειροτονίαν ἢ πρεσβυτερίαν, de quâ Paulus 1. Tim. IV. 17. Neque tamen esse hanc de substantiâ Ministerii, nec præcepti ubique, & semper, & necessariò observandi, aut Confessiones credunt, aut

Synodi decernunt. Sic in Synodo Rupellanâ A. 1571. in quâ Confessio Gallica recognita confirmataque fuit, Bezâ Confessum moderante, decretum *Art. VIII. de Ministris* in hunc modum: *Nihilominus Impositio manuum non censetur esse de necessitate, & tanquam de substantiâ, quantum usus illius sit sanctus & bonus.* Ac jam antea Synodo Parisiensi II. MS. quæ quinta inter Nationales Galliarum, A. 1563. *Art. VII. inter Facta Generalia, Impositio manuum*, ad confirmationem Ministrorum, decernitur, *sed sine necessitate: Et quandoquidem ejus nec preceptum extet, nec promissio, in iis Ecclesiis qua non in usu habuerunt, nullam stabilendam esse adstructionis necessitatem.* Et quemadmodum Christo Domino Coelis recepto, nihil quidem in Doctrinâ, in Regimine autem plurima Apostoli innovaverant, ita deficientibus Apostolis, ab horum usu, consuetudine, institutis, nimis quam discessisse, in omni disciplina Apostolorum successores, hujus tamen servatâ substantiâ, illorum reverentiâ illæsâ, doctrinâ illibatâ, infra specialius demonstrandum. Sufficiat jam Hilarii Diaconi, sub *Ambrosii* nomine, testimonium, in Epist. ad Ephesios C. IV. *Tomo I. Operum Ambrosianorum: Postquam omnibus locis Ecclesie sunt constituta, & officia ordinata, aliter composita res est quam ceperat.* Et paulo post; *Cepit alio ordine & providentiâ gubernari Ecclesia.* Rursus; *Ideo non per omnia conveniunt scripta Apostoli, ordinationi qua nunc in Ecclesia est.* Quod magis est, nec debuit noster ignorasse, ipso hoc argumento usi pridem & Galli & Belgæ Theologi, advertus Episcopales Anglos, qui in *praxi*, vel etiam in *instituzione* Apostolica, fundarent Episcoporum *ἑρεσχῆν* supra Presbyteros. Nempè, quicquid ab Apostolis *factitatum*, vel etiam *institutum*, quoad ordinem & *διέταξιν*, non illicò id pro *regulâ, lege, precepto* universali habendum esse. Quæ quia momenti ad hanc rem sunt plurimi, erunt deinceps quoque fortius adstruenda.

XII. Nonò, Confessionem id nunquam intendisse, ut derogaret Britannorum, minus Bohemorum, Polonorum, Hungarorum, Protestantium aliorum *praxi*, legibus, institutis, adeoque *disparitati auctoritatis & potestatis*, hos inter stabilitæ, rei evidentia testatur. Atque innuerat disertis verbis Marefius in *Exegesi Aric. XXXI. Num. XXII. XXIII. conciliatâ & ostensâ τῆς ἰσοπέρας ἑρεσχῆν ὁμοιοῦς*. Omnium minimè Belgarum mens illa fuit, intercedere fraternæ vel tolerantæ vel communioni, aut *scissima* inter illas ipsas Ecclesias, si quod ob *disparitatem* natum, fovere hac suâ professione. Nec aliud voluit Spanhemii ad Londinensem Nuncupatoria, quàm medicam huic manum, non adferre quidem, (nec nostræ tenuitatis est, nec iis *Σωτῆς Ἀπολήπτης*) sed suadere tamen, stantibus in arcto & ancipiti Fratibus, qui in causâ Disciplinæ prudentes, scientes, vivi, videntesque veluti, in amplissimo Regno, pereunt. *Ita enim nobis persuasum est, sunt Cl. Marefii voces Confessionem declarantis, aliquam ordinis dependentiam, per ἑρεσχῆν τῆς ἑπισκοπῆς, posse jure Ecclesiastico vigere & retineri, inter Ecclesie Pastores, licet ceteroquin potestate pares jure Divino: Ut licet approbemus omnimodam nostram æqualitatem, jam de initio Reformationis in hisce Ecclesiis, ut & Gallicis, & Scoticis constitutam, eam tamen non censeamus aliis obtrudendam, sub prætextu majoris puritatis. Cum ad rei summam partem interfit, utrum ἑρεσχῆν fixa aut mobilis stentat &c. Mox; Absit itaque à nobis, ut illam ἑρεσχῆν, scilicet obtinet jure Ecclesiastico, seu simpliciter illicitam & Antichristianam, ac omnino evertendam, damnemus, ejuremus, & anathematizemus. Potest enim incolumis, NB. cum illâ ipsâ (ἑρεσχῆν Episcopali) subsistere hæc æqualitas, quam ex jure divino propugnamus. Idem Theologus, cui hoc nomine nec dica scripta, nec inusta nota fuit, in *De censione* Questionis de ordine dependentiæ inter Pastores sic infit *Thesi IV. Censeo jure Ecclesiastico & positivo, quod non pugnat cum iis que sunt juris Divini, (quibus alias ἰσοπέρας & æqualitatem accenset) talem ordinem dependentiæ posse retineri, ubi Superintendentes, Inspectores, Seniores, Pastores, Episcopi, citra ullam vel ἀπέταξιν, vel Τυραννίδας in Ecclesiam introducta notam, quam NB. Angli**

turbones, *dum Hierarchicorum suorum NB. nimis insolentem fastum (quem & Spanhemii Epistola proicribit) merito desistantur, tali Ordini inustam vellenti.* Accedant omnes illi è Belgio Galliâque Theologi, quos de *Episcopatu* Anglicano eadem sensisse, cum Spanhemio, moderatione honorisque reverentiâ, cum ex parte visum, tum & pluribus postea. Non igitur eam tribuere suæ Confessioni mentem, qualem hi nostri, ut in antithesi ad Episcopatum Britannicum, eo omni excluso; sint *Pastores omnes, Divino jure, unius ejusdemque auctoritatis & potestatis, quibuscumque tandem in Terris.* Ac novissimè de Confessione Gallicanæ, adeoque & Belgicæ, mente; Clariss. *Jurii, Rotterodamus nunc Theologus, Jansenista Conv. pag. 246. Latine sonant: Qui composuere hanc Confessionem fidei, semper habuere Ecclesiam Anglicanam pro Ecclesia verè Reformatâ, ejusque Episcopos pro Veris Pastoribus. Atque ita illorum intentio nunquam ista fuit, destruere Episcopatum, nequidem attingere questionem eam, sine discrimen inter Episcopum & Presbyterum juri Divini?*

XIII. Decimò, respexerit vel maximè utraque Confessio ad omnem Ecclesie statum, omnemque Politiam, ubicumque illa terrarum obtineat; & *parem* hic potestatem atque auctoritatem, inter veros Pastores, esse decernant, eò ne Spanhemio (sic Arnaldus) Episcopus esse in Angliâ permittenti, fuerit *Confessio* utraque *res admodum impedita?* Mercurio aliquo, vel Oedipo, aut Democrito fuerit opus, qui nodum expediat, qui Confessionibus sensum commodum adjiciat; quocum Spanhemiana conciliantur? Pace tanti Viri, sed & Frisii nostri, non falluntur ipsi quidem, fallunt autem, & volentes *μωπῶσι*. Quod si cæcutiant re ipsâ ad Spanhemii illam cum Confessionibus *ὁμοιοῦς*, pari jam *Friedericus cum Fl. Vespasiano miraculo*, apud Tacitum & Suetonium, parique facilitate, nullis *impeditis* loris vel numellis, restituet cæcis visum; nec tamen ut *Cæsar ille, oris excremento*, quam laudem Accusatori Frisio individuum esse sinit. Habete igitur Viri; hac in causa *ἀδελφίζοντες.*

I. Voluere Galli, voluere Belgæ; pari contentu verborum, *disparitatem* omnem Ministrorum. Verbi, qualis inter *Episcopos & Presbyteros* seu olim purioribus Seculis fuit seu obtinet hodieque in nonnullis Ecclesiis, neutiquam esse *Divini juri*, seu nullam hujusmodi Verbo Dei præscriptam esse. Quod cum Spanhemianæ hypothese, supra Animadversione *secundâ*, planè conspirat. Sed oppidò diversa sunt, non esse *disparem* illam potestatem *prescriptam, institutam*, ut etiam *paritatis* extent opposita in scriptis Apostolicis exempla, nec infrequentia vestigia; & esse illam divinitus *prohibitam, damnatam*, adeoque eversivam S. Ministerii. Prius Confessiones voluere, non sanè posterius. Nec aliud illæ quàm quod Hieronymus, Hilarius, Ambrosius, Augustinus; in Græcis Chrysostomus, Theodoretus, Veteres alii, esse *disparem* gradum v. gr. inter Episcopos & Presbyteros; *humana consuetudinis, humani instituti, & Ecclesiastici juri.* Atque ita omnes illi Theologi, etiam in Britannia Episcopali, Humfredi, Greenhami, Bradfordi, Juelli, Perkinii, Rainoldi, Willeti; Hookeri, Mortones, Fieldii, Davenantii, Usserii &c. sensere. Qui sic *æqualitatem* adstruunt quoad jus Divinum, dependentiam scilicet nullam esse præcisè jubens, ut juri Ecclesiastico, *disparem* gradum decernenti; & olim *Orbe toto*; hinc juri Regio, nihil omnino derogatum velint. Ac Spanhemius Pater; Wayeno hæc in causâ laudatus pag. 253. loco antè indicato: *Tametsi verò æqualitatem Pastorum, ut in Divinâ constitutione fundatam (non infrequenter ejus ideam repræsentante, sine lege tamen) præferendam censeamus, inæqualitatem tamen omnem non absolute damnemus, ubi ea ordinis tantum servandi, non jurisdictionis exercendæ gratia introducta est.* Quod posterius refert eadem *Thesi*; continuâ oratione, & mox *Thesi XX. ad Hierarchiam Pontificiam; Verbo Dei nullatenus immixtam, ad Pontificem Oecumenicum; Cardinales; Patriarchas, Archiepiscopos; Episcopos, Archi-Mandritas; &c. Anglicanâ*

glicanâ Ecclesiâ sanè intactâ, quam, si quis alius, prudentissimus Theologus, non uno in scripto, venerari se probareque contestatus esset. Hinc diserte Marelius, in Exegeſi Art. xxxi. adversus cavillum Remonstr. vult excludi hac Confessione Episcopatum *Diabolicum, Antichristianum, Tyrannicum*, non excludi Episcopatum *humanum, tolerabilem, & licitum*, respectu habito ad socias in Fide Ecclesias, Politia licet, salvâ fraternitate, salvoque Divino præcepto, disjunctas. Idem, ad eundem Articulum; *equalitatem* illam summo jure asseri in Confessione, quatenus *discrimen inter Episcopos & Presbyteros jure Divino nullum est*, seu *Dominicâ institutione*, ut ex Hieronymo reddit. Ac frequenter hoc ipsum idem Theologus, in *Judicio Theologico*, in *Decisione Questionum*; alibi, Anglorum interim Politia, sed à tyrannide, dominatu; typho seculi cum Friderico liberandâ, planè illibatâ. Ac fusè id ipsum Clariff. Hoornbekius, subactissimo judicio Theologus, sed nec severo in Fratres, *de Episcopatu Cap. xv.* cum primis à pag. 671.

2. Credunt Confessiones: *Pastores omnes*, etiam in dispari gradu potestatis & auctoritatis constitutos, quoad directionem externam, externum Regimen, & Dignitatis quoque eminentiam, interim *paris esse potestatis, & auctoritatis*, quoad *Pastorale munus*, quoad *Ministerium Christi*, quoad *Essentialia* sacrarum functionum, dum rem divinam faciunt. Non major hic virtus, potestas, ἐνέργεια, seu concionetur Episcopus vel Superintendens, seu Presbyter, seu ille Sacramenta administret seu ille, & uter τελίον τὸ ἱερόν, par sub Christo ministerium, par ad Greges utrobique fructus, ædificatio, instructio, solatium. Hinc Confessio Belgica, eò collimans, Art. xxx. Pastores omnes considerat, quatenus illorum est, juxta Politiam in Dei Verbo traditam, & *purè concionari, & Sacramenta administrare*. Et Art. xxxi. eandem habere omnes tum potestatem tum auctoritatem, *ut qui sint omnes Christi Ministri*. Atque id ipsum pridem, post Petrum Apostolum, post Cyprianum, Christi respectu censentes omnes οὐκ ἀνεργεῖς, συμπεσούτες, voluit quoque Hieronymus, cum primis ad Euagrium *Epist. 85*. Nihil ipse intercedens *consuetudini*, qua auctoritate & ordinatione majores essent Presbyteris Episcopi: sed urgens de cætero pares esse officio, ministerio, requisitis, functionibus omnibus, *exceptâ ordinatione*, ejusdem ad eò meriti, ejusdem & Sacerdotii esse, ex Christi instituto. Undè honos idem *Sacerdotalis*, eadem ἀρχονία ἔ λόγῳ, unum docendi pascendique munus, cujus quidem respectu, salvâ potestate directionis ac regiminis, sint jam *Fratres, Collegæ, Commistri*, quando etiam *Coepiscopi* olim appellandi, Spanhemio post alios observante, ad *Hist. Eccl. Seculum III. Cap. vi.*

Et in hunc Confessionis utriusque sensum proclive foret Theologos ὁμοψήφως produxisse, & apud Johannem quidem, Hoornbekium, Mareſium, & quos appellat judices alios, ni hoc Fridericum labore ipse Johannes sublevasset. Nemo hanc Confessionum mentem, ac constantem illam Friderici, verbis magis emphaticis expresserit, quàm ea sunt quæ præcedenti *Animadv. Num. vi. vii.* descripsimus. Largitus ille est *disparitatem* inter *Ministros Verbi*, si decernat Princeps, aut Majestas summa, tum quoad *auctoritatem* directionis, inspectionis, tum quoad *prærogativam* dignitatis, eminentiæ: *Et hoc omne clarum esse*, ac *fateri sese testatus est*. Imò quo minùs Pastor sit quoque, combinatis muneribus, *Princeps, Toparcha, Consul, Senator, Affessor in supremis Regni Comitibus*, hinc Baro vel Par Regni, atque ad eò & Cancellarius, Thesaurarius, Legatus Regius, &c. frequentibus in Britannicâ Ecclesiâ exemplis, nullum se quidem intercedere vel prohibere. Quid igitur fiet ebuccinatâ totiens Confessione suâ Belgicâ? Undè nuper tot in *Hierarchicos*, & in *Hierarchicorum fastum*, & in *typhum seculi*, & in *adulantem Fridericum*, ac verniliter dicentem scribentemque, pro-

bra & maledicta! Nempè eò tandem omnia redeunt, ut *paris esse potestatis Episcopos ac Presbyteros velit*, in *his quæ ex jussu Christi faciunt*, quoad *essentiam Ministerii*, quoad *virtutem Concionum, Sacramentorum, Verbi applicati, Excommunicationum, Absolutionum, Solatiorum* &c. quæ non *ex eminentiâ* concionantium, vel administrantium, suspendatur. Nec *Confessionis Belgicæ* mentem aliam esse quàm *Anglicanæ*, subjungit ille pag. 307. Quâ de concessione Accusatoris, hinc vanâ omni ejus operâ, feretro in Templum vacuo illato, vacuo educto, ut ingenioso emblemate Græci, pluribus supra *Animadv. IX.*

3. Credunt Confessiones, & hoc potissimum intendunt, ac verba docent, *eandem esse & æqualem omnium Christi Ministrorum potestatem atque auctoritatem*, in oppositione ad Pontificis Romani *Episcopatum universalem*, Monarchiam, tyrannidem, usurpationes, dominatum, hinc & Cardinalium illum, Legatorum, &c. totiusque *Hierarchiæ Papalis*. Belgæ uno spiritu: *Eandem illi potestatem & auctoritatem habent, ut qui omnes sint Christi*, NB. *unicus illius Episcopi universalis, unicusque Capituli Ecclesiæ, Ministri*. Galli; *Eadem & æquali inter se potestate præditi sub unico illo Capite, summoque & solo universali Episcopo*. Quod addunt, *nulli Ecclesiæ licere sibi in aliam imperium aut dominationem vindicare*, id ipsum, (interpret esto Theologus Gallus, hodie Batavus, Clariff. Jurius, *Jansen. Conv. pag. 247.*) *respicere ad Romanam Ecclesiam, quæ dominatum in Ecclesiâ alias intravit*. Hinc jam Confessionis utriusque cum Anglicanâ harmonia summa, *Artic. de Ecclesiâ*, in *Operibus Juelli: Credimus varios esse in Ecclesiâ ordines Ministrorum, alios esse Diaconos, alios Presbyteros, alios Episcopos, &c. neminem tamen unum nec esse posse, qui summa rerum universe præsit*. Quod pluribus in Papalem Monarchiam adstruunt Anglorum Præsules. Addunt ex Cypriano & Hieronymo, ipsos inter se *Episcopos omnes, ubicunque tandem sint, pares esse inter se potestate, ejusdem meriti, Sacerdotis, Episcopatus* consortes. Et ita Confessiones omnes, pari consensu verborum ac sententiarum. Eò quoque respexisse Belgas, & Vener. Triglandius monet in *loco cit.* adversus Apologiam Remonstrantium, & expressius Mareſius in *Exegeſi Conf. ad Articulum xxxi. Num. xviii.* productis etiam iisdem ex Cypriano & Hieronymo locis, quæ in Anglorum Confessione. Laudatus modò Jurius novissimè, de sententiâ Gallicanæ Confessionis, & suâ, in *Jansen. Conv. Art. xv.* *Æqualis illa potestas applicari potest Episcopis, qui sunt inter se æqualis potestatis, & qui supra se nullum habent Monarcham spirituales, à quo dependant*. Rursus contendit Vir Egregius, in *Anglicanâ Ecclesiâ sanè Pastores qui gubernant esse æqualis potestatis, quoad potestatem Jurisdictionis; Pastores enim inferiores nullam habere potestatem Jurisdictionis*. Postea fuit docet, *equalitatem* illam stabilire *Regimen Aristocraticum, & divino quidem jure*, secluso prohibitoque *Monarchico*: Porro *Aristocraticum* illud regimen, ex *institutione Christi, convenire utrique Regimini, Presbyteriali & Episcopali, sed huic longè melius, quàm isti: Regimen enim Presbyteriale propriè esse Democraticum, populo per suos deputatos gubernante, quos Seniores vocant; Episcopale verò κεκοιλιώτος esse Aristocraticum, quia in plurium manibus est, nullis Plebis in regimine partibus*. De cætero, quæ Spanhemius, de non determinatâ præcisè hac & illâ formâ Regiminis, in *Dedicatoriâ* suâ, addit Vir doctus probari à se utroque pollicè, *planè sentire, & sensitse semper, eadem cum D. Spanhemio. Nec dubitare se, quin D. Spanhemio fuerit justissima ratio illos condemnandi, qui Episcopatum ut traducem Regni Antichristiani differunt*. Hac noster si potest capiat, sed & digerat. Quid opus est multis? Patres Belgas per *eandem Ministrorum omnium potestatem, atque auctoritatem*, non intercedere omni *inequalitati*, etiam *auctoritatis*, ex Johanne ipso intelleximus. Quare opposuerunt illa verba hujusmodi disparitati, quæ dominatum, tyrannidem, qualis sub Hierarchiâ Papali, induceret. *Ὅπως ἰδὲ δόξα*. Ac supervacuum ducimus

implere hoc citationibus Caput. Rectè Thomas Mortonus, in Apologiâ Catholicâ, *Parte I. Lib. II. C. VII. Sine consensum velis*, (puta jam cum Belgicâ æqualitate, formâ, disciplinâ, Anglicanæ formæ) *Veteris Christianismi patrocinium prodit.*

XIV. Undecimò, sed quæcunque tandem fuerit mens Batavæ Confessionis, quâ in parte amabo te reus Spanhemius, aut ejus *oppugnata*, aut læsæ *Belgarum Politicæ*? Num usquam *paritatem*, quæ ejus inter Ministros est, seu verbis seu factis sollicitavit? aut fugillavit *Confessionem*? aut *recepto* inter Belgas *regimini* intercessit? aut *mutationem* quæcunque, vel per somnium, molitus est? *Subsignavit* Belgicam Confessionem eo modo quo Parens Optimus, quo Hoornbekius, quo le Moynes, quo Jurius, quo Gallicanum Claudius, l' Anglæus, Bochartus, Amyraldus, Cappellus, innumerati. Et omnes illi tamen vel eadem certè, vel etiam multo plura, in honorem Anglicani Episcopatus, & suadendæ Britannis unioni, schismati si pote faciendi, discordiis profligandis, communioni mutæ restituendæ, scripsisse ex superioribus, sed & ex infra memorandis, cognoscuntur. Et Wayenum sanè, hodiernum illum, post novam faciem assumptam; *Confessionis & Catecheses Palatine*, sibi suisque vindicare opportunam novæ *Methodo* subindè interpretationem, quâ Fratres in fidei *substantiâ* concordēs *divisis* tamen *linguis* quandoque pro suggestibus dicunt, in hoc securum & pro jure suo, ne ipse inficias iverit. Quidni pari jure Spanhemio licuit, Anglicanam Politiam, suis limitibus descriptam, cum Belgicâ Confessione, cum Theologis, cum Politis cæteris, tot Heroum exemplo, quoad summam rei conciliare, illæsa *substantiâ* Apostolicæ Disciplinæ, & inviolato Ecclesiarum singularum jure; integris legibus, liberrimis institutis, praxi intemeratâ? Quo magis Spanhemii consilium omne ad Britannicæ Ecclesiæ pacem, & mutuam inter hanc Batavamque necessitudinem, unice spectare, *Dedicationis* verba, occasio, argumentum, omnia, dehinc iteratæ obtestations, loquerentur. *Subscripsit Confessionem* Fredericus! ergo eâ mente; ut in Articulo de externâ formâ Politicæ, suas sibi res habere Politias omnes alias *Reformatæ Ecclesiæ*, à præcepto Christi, à Divino jure, à substantiâ Disciplinæ devias, profiteretur? Idne subscribenti Spanhemio, Monachio; Jurio, quispiam extorsit? Hæc foret nempe contesseratio Ecclesiarum, hæc concordia Fratrum; hoc mutui inter Protestantes fœderis coagulum? Et quid si Spanhemius ad Palatinos, ad Hassos, ad Hungaros, ad Ecclesias alias migrare, aut ipse constitueret; aut publicæ calamitates juberent? Nonne abjuranda hujusmodi *subscriptio* ibi foret, quæ receptum illis in oris regimen, diversissimum sanè à Batavo, multâ *inequalitate* inter illarum Ministros conspicuâ, nuper in Belgio damnasset? Nec ego jam de Confessione plura. Adjungat Lector graves Spanhemianæ *Epistole* querimonias, cum primis à pag. 78. cum subjunctis *Animadversionibus* nuperis; à p. 89.

XV. Dicant jam sententiam, non Accusator, non Clientes, non quotquot fortasse male animati, vel qui charitatis pudorisque vestem, ferè ut Josephus pœnulam suam, abjecerunt. Sed dicat omnis Fœderata Belgica, decernant fororiantes Ecclesiæ, innexæque communis fidei vinculo, arbitrentur Theologi, Prudentes censeant, judicent Pii, pronunciet omnis Fraternitas, quin ipsum accusantis laniantisque *conscium pectus vociferetur*! Ullamne in modò asertis, hic & ubique ac constanter ingeminatis, tot tantorumque Theologorum suffragio muniendis, vel quantulacunque notam, læsæ aut Confessionis, aut Disciplinæ, aut Orthodoxiæ, aut Christianæ *Πιστεύσεως*, promeruerit accusatus! Quanto minus, pro Deum immortalem! inuri sibi à Viro Fratre, dum in *Esavissicis* minas, & in *καλαμοσφάγιον* odium erumpit, inuri & quidem in Dei, Angelorum, Humanumque, sed & tot adversantium imminentiumque Hostium conspectu, omnem infamiam, quâ *Alastores, Plani, Perjurs, Falsarii, Perduelles, Profani assentatores,*

Tom. II.

Irrifores Dei & Christi, Seditiosi flagitiosique; Carnificum penè cribra, quorum conscientia cæterio resecta est, ullò unquam tempore flagraverunt. Præterea dum sunt Spanhemii plana omnia & expedita, dum suis commissuris inter se aptissimè conjuncta & ferruminata, dum distinctissimis positionibus omnis hæc causa ab involucris verborum & rerum liberata est; dum ex adverso noster ubique apparet extra partes studiaque constitutis,

Involvulus, qua in pampini folio intorta implicat se, modòque in has modò in illas sese latebras intorquens, modo affirmans, modò negans; audi perorantem! Sic ille ad bellulæ declamationis calcem, quasi re præclarè gestâ p. 347. Igitur doctrinam qua Verbo Dei, que Orthodoxæ Confessionis, que subsignationi sua manus repugnat, docet & defendit Fredericus. Tandem clausurus, pugillis quodam ore: Postquam igitur confuse admodum, & per tot gyros & anfractus, de Episcopatu egerat, ad alia transit noster. Αὐτὸς ἔφα. Id vero serio triumphat, dixisset Comicus; sed nec serio. Nihil tamen verius est, nam & sæpè nimis veritas vel invitis atque imprudentibus expressa fuit; quàm Accusatorem ipsum res clarissimas ubique involvisse, quæ rectâ viâ ac molli suavique illapsu decurrerent, convertisse ubicunque potuit in gyros & anfructuosos sinus, vi perpetuo publiceque admotâ, nihil peni ducentem modò Gelasius, Trismegistis, atque id genus tenebrionibus, ac servili vernilitate viris, placerent quas fecisset fabulas. J Livor! Pagina utriusque fidem lecturis præbet.

ANIMADVERSIO XI.

Accusatoris in Hierarchiam Anglicanam dicta virulenta Inconstantia ejusdem. Spanhemio vis horrida in quibus facta. Capita accusationis in Hierarchicos expensa. De Ritibus & Ceremoniis Anglicanis. De Canonibus quibusdam. De Reordinationibus; sententia Frederici. De abusibus Episcopatus, & praxi. De hodiernis Præsulis, nominatim de HENRICO Londinensi. De Doctrinâ Hierarchicâ. Fratrum Hierarchicâ disciplina in Heterodoxos. Doctrina Anglicana successio in hunc diem. Heterodoxi a Wayeno producti. Hujus in his vel ignorantia, vel mala fides. Spanhemii de omnibus judicium. Faciem Hierarchicæ Ecclesiæ qualem optet, etiam ex Hierarchicorum prudentiss. mente. Clariss. le Moynes Epist. ad Londinensem, & judicium de Angliâ Hierarchicâ. De novis seu Episcopalis seu Presbyterialis forma. Emendatio qualis.

Pergit noster, & conversus hinc indè in nuperam sed & hodiernam Anglicanæ Ecclesiæ faciem, mittit illi passim *βιβλίον διατάξεως*, negatque Angliæ *substantiam Ministerii*, negat societatem *Confessionis*, ni *Hierarchiam* omnem aboleant. Scio alias de Anglicanis Episcopis; deque fraternis juribus, æquius pronunciare, & iracunda nonnunquam in Hierarchicos ponere hunc Jovem fulmina; in Fredericum nunquam. Sed crede tùm maximè immemorem fuisse sui, mox rediturum ad ingenium, *πάλιν ἢ ἀναρίτως οἱ δὲ μὴ μὴ*. Nota ex historiis Caracallæ *φιλαδέλφεια*, & cum *Fratre Concordia*, etiam Nummis se faciente expressa. Nec intercessura tamen successuris vulneribus, ut etiam Fratris Getæ nomen, sed & *Caput*, è Nummis ac matricibus postmodum deleteretur. Sic ferè cum Hierarchicis noster rem instituit. *Episcopale regimen, meo liceo judicio nervus, tamen non tanti momenti, ut bonâ conscientia incolumi hand liceat cum eâ Hierarchicâ Ecclesiâ communionem colere fraternam* P. 120. Rursus; *Jura fraternam nunquam violabimus* P. 137. *Hierarchicos & nos fraternè lubentissimè toleremus* P. 243. *Soluta unionis, subversa Disciplina; aut oppugnata Confessionis Belgicæ, Episcopos aut Episcopales nunquam scripto accusavi.* Ibid. *Non sunt que memoravi, ac si ex legibus Regni Episcopi esse non possint* P. 269. Verùm illaudabile interea carmen in illos vel effundit, vel animo meditatur, erasurus mox Fratrum nomen ex Sociorum Belgicæ Confessionis, quin

Eccè

penè

penè ex Christianismi, & ex Reformatæ Ecclesiæ matriculâ. Quo revocat mihi in memoriam illud Lucretii L. 1. quod & repetit L. IV. sub initium:

*Sed velut pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoque liquore,
Ut puerorum atas improvida ludificetur,
Laborum tenus; interea perpotet amarum
Absinthii laicem.*

II. Sic igitur Frisius *επεξεχουάσις* pag. 123. Profecto & ad substantiam Ministerii atinet, ut non obtineat Episcopalis illa quæ in Angliâ reperitur Hierarchia. Ad substantiam autem illi, & nobis, attingere dicitur, quod ad integritatem & essentiam rei. Pag. 238. Si quid velis quod HENRICI Præsulis auctoritate editum, in ipsa Christianissimi fundamenta dolose impingat, citato Outramo. Pag. 244. multis arguit Disciplinam Christianam non esse, Hierarchicam illam de quâ Fridericus, Epistolæ suæ pag. 66. & de quâ in Dedicatoriâ ad Londinensem, undè omnis nostri censura profluxit, aliàs *συναμαχίαι*. Hinc invecus in rigorem Episcopalem circa Ceremonias, Superpellicium, Ordinationes, Communes Preces, sic in Cameras Stellatas, Carceres, multas pecuniarias &c. Pag. 257. 258. enarrat ex Celeberr. Voetio, quicquid excessuum per nonnullos Hierarchicos admissum, temporis ferventium, ac ambitioni suæ, quorum princeps Laudus Cantuariensis, malè multandus. Undè impotens dominatus, Excommunicationes, anathematismi, suspensiones, depositiones, multa, persecutiones in Presbyteriales &c. Pag. 269. demonstrandum assumit, ipsam Ministrorum inaequalitatem, & Hierarchias medullam, etiam seposito omni abusu, pugnare cum Confessionis Belgicae sententiâ. Rursus P. 270. dum sepositurum se omnem abusum profitetur, acturus de solâ inaequalitate Ministrorum, prolixè Hierarchorum Persecutiones, Remonstrantissimum, Socinianissimum, & Canones à Bancrofto Cantuariensi conditos, exagitat, & Calderwodium exscribit. Pag. 339. Episcoporum supra Presbyteros elatio parata fuit ad Antichristianismum Ecclesia obrudendum via, undè necessaria conclusio, nec ferendam hanc in Britannis elationem esse. Pag. 345. Modò Hierarchia omnis negotium paulo accuratius perspexerit, nemo non videt, Episcopalem illam eminentiam fundamentum esse cui universa moles ista Antichristianismi inadificata sit. Ibidem: Hinc & Episcopales seu Hierarchici, huius temporis quàm plurimi, ne in hunc diem Antichristianismum in Ecclesiâ Romanâ reperire potuerunt, quin Meretrici Babylonicæ impudenter blandiri atque adulari non verentur. Pag. 410. citatis verbis cuiusdam Longi, & Parkeri Hobbesiani, quasi exprimerent hodiernos Angliæ Præsules, horumque effata: Doleo sanè vices miserimi Gregis, istiusmodi non Ductoribus, sed Seducitoribus commissi, qui inculcant sequentia. Et pag. 417. coronidis loco: Sic vides quæ monstrat Ecclesiâ Hierarchica. Rursus: Quin ille ipse HENRICUS, cui parastatur noster Fridericus, sui Sacellani operâ usui; talia probasse tenendus est. Concludit tandem omnem in Fridericum disputationem: Ut deplorandum inde colligas illius Ecclesiæ statum quæ insulatis subest Patribus, & necesse Deum veneremur, ut Insulas & Insulatos à nobis procul abesse æternum velit.

III. Huc trahit Hierarchicorum quorundam scriptorum, intra Britanniae fines, privata dogmata, neque cum Confessione Anglicanâ, neque cum Reformatâ doctrinâ satis consona. Imò, quæ ipsam veritatis arcem hostili animo magnâque vi adorantur, quæ in fundamenta Christianismi impingant, quæ monstra parturiant, & Pelagii, Socini, Episcopii, Curcellai, imò Papisiarum doctrinam revocent, quæ Antichristianismo viam parent &c. Habes cumprimis à pag. 229. ad 238. & pag. 244. rursus post nova specimina illi suppeditata, à pag. 410. 417. In his apparent Hammondus, Fer. Taylerus, Scrivenerius, Thorndicicus, Outramus, Parkerus Hobbesianus, Bramhallus, Wetenhallus, Scherlockus, & si qui alii. Horum igitur asserta erronea circa doctrinam de Scientia

Dei, Prædestinatione, Gratia, Perseverantia Sanctorum, Justificatione, Satisfactione Christi, Angelis Corporeis, Traditionum auctoritate, Idolatriâ Papali &c. repræsental ille ut ipsissimam Ecclesiæ Hierarchicæ, imputandam vel ipsi Episcopis, vel certè Episcopatu, sed & in specie HENRICO Londinensi: quam nempe doctrinam aut probent ipsi, aut palam certè tolerent in Pastöribus, Professoribus, Hierarchici. Undè illatio, planum esse quid statuendum sit de huiusmodi Episcopatu, quid de Ecclesiæ Hierarchicæ statu, quid de communionem ac tolerantiam Episcopali, in Dedicatoriâ Spanhemii probatâ defensione.

IV. Imò verò, postquam his coloribus effinxit Anglorum Episcopatum, id unum agit toto Libro, sed *ἀναγκάτως*, ut Spanhemium inducat huius quasi monstri defensorum. Fridericum eum esse, qui foedâ adulatione *οἰωνοῦ* *Ἐπιπάλαιος* *ἀγαθὸν* *πᾶν* *ἄλλο* *ἄλλο*, ut alicubi elegantissimus Scriptor: Qui Hierarchiam talem, qui Episcoporum suprematum, & quidem planè dominantem, excommunicationibus, anathematismis, pœnis, persecutionibus severum & fervidum in Presbyterialis Disciplina viros, cæterâ Orthodoxos, tandemque omnem possessorem, omne iudicium Consistoriis, Presbyteriis, Capitulis adimentem, vices functionum Episcopaliū aliis delegantem &c. adstruat in Epistolis, defendat, in arce summâ loquet: Quod magis est, nullâ ex istorum mente legitimâ Ecclesiâ, ubi Episcopalis illa eminentia non conspiciatur. Hanc dicit totius rei medullam, hanc quæstionis arcem, hunc esse cui adulari, assurgit, blanditur, quem palliat, defendit, laudat Fridericum Episcopatum. Hæc *κατ' ἄλλο* *ἄλλο* *ἄλλο*, maledicæ scriptionis paginâ cumprimis 267. 270. 272. 276. 281. 282. 288. &c. Revocet omnia ad probatum Spanhemio in Presbyteriales, ob Liturgica ac Ceremonialia, rigorem, in Regimine ipso dominatum, in Doctrinâ licentiam. Undè dicta modò Dogmata, si Friderico non probata, quod haud ille putat, tolerata saltem ipsâ laude Episcopatus, nec inter justas offensiones, aut per quæ fidei integritas labores, videri reposita.

V. Nunc denud cum Lectore cordato & erudito mihi res esto. Primò universa ad Londinensem Epistola loquitur, scopum haud sibi alium præfixisse Fridericum, quàm ut de Episcopatu responderet, quatenus fraterna is communioni, & reductioni Presbyterialium ad unitatem Anglicanæ Ecclesiæ, stante Episcopatu, non intercedere credendus est. Ac prolixè id jam supra in Annotatis demonstratum, ad Epistolæ p. 43. l. 1. u. y. & ad Propositionem Spanhemii Quartam, Fictiōni IV. oppositam, Animadvers. Quartâ. Eò recurat Lector, si tantum illi concessum otii. Undè perspicuis verbis Epistola, votorum nostrorum summam esse, ut certis iustisque conventionibus (expressis Dedicatoriæ fol. 10. 11. repetitis Epistolâ ad Amicum pag. 48. 49.) coalescere posset Britannicum ulcus; quo conjunctis tandem Augustissimi Regis, Procerum, ac Populorum animis, sed & Episcoporum ac Presbyterorum studiis, frangeretur vis omnia nefaria ac plusquam Catilinaria conspirationis. Ut ita adunatis Protestantium viribus, in & extra Britanniam, suis tandem Meretrix magna præsidis animisque, suis superba Babylon tropæis spoliaretur. Quod & respexit uberius ad Amicum declaratio, pagellis 47. 66. 78. & proximis. Non quod sperandum facillè, in his cumprimis Britannorum motibus, hac ingeniorum ad extrema prolapsorum constitutione, bonum tantum, Spanhemius opinione sibi quâdam persuaderet, optandum tamen suadendumque esse affectu Christiano. Quo magis æquam hanc insidere mentem non uni Præsuli, nec uni causæ Episcopalis assertori, cognitum compertumque habuit. Istud verò Spanhemii institutum, pium, sapiens, salutare, quàm est illi dissimile, quod supponit Accusator? Quid iste candidum in nigra, pium in profanum, lucem in tenebras parùm Christianè vertit, monstro sibi factò quod conficiat? Atque hic scilicet tollendis Belgarum libris utilem operam navet, qui

qui unguem & his, & alienis, hamatum infigit!

VI. Accedit fraus altera. Spanhemius, nihil desperandum de obducendâ vulneri Anglicano cicatrice, si modò *Episcopatus*, suæ memor originis, *veterem formam* Ecclesiæ Anglicanæ redderet, *offensionibus si qua sunt sublatis*. Atque adeò si procul sæculi typho, procul *dominatu*, aut in fratres hætenus discordes severitate, procul opinione nullius (jure quidem Divino & Apostolico) *ordinationis*, quæ non fuisset antea ab Episcopis profecta, hi suarum *partium*, suæ *functionis* probè meminissent, ac *sociâ Presbyterorum operâ* Ecclesiam, *communibus* subindè *conventibus*; administrarent. Salvâ tamen nominis sui, dignitatis, præminentie, quam *Leges Regni Anglicani* ferunt, aut *Canones primævi* attribuerunt, & noiter conferri à *Rege Angliæ* posse largitur pag. 305. prærogativâ. Quod jam supra, ad primum Johannis de parafitatione commentum; observavi. Hic tamen, velit nolit Spanhemius, persuasum cupit sibi obnoxii, laudari isti propugnarique quicquid modum in Britannis excessit, quicquid ad tyrannidem, ad vim conscientias admotam spectat, quicquid Episcopatum in civile Dominium, & pedum Pastoralis in Judicis sceptrum tranfmutat: sed & quicquid Episcopatu tributum à nonnullis Scriptoribus, tanquam ex Christi Domini instituto, & ad necessariam Ecclesiæ constitutionem, quin adeptionem salutis æternæ. Nam eò utique itum à paucis esse, non erat quod ex Wayeno *Fridericus* disceret. Imò alia & recentiora, quam quæ producit temerarius Cenfor, hanc in rem Nomina, quæ multo id fortius adfruerè satagunt, consultus ei subministrasset. Sed & Friderico exploratum, cum ex ore tum ex literis non unius Episcopi, nec his tamen ad Spanhemium datis, abhorre ab hac judicii severitate, sed & a nefandis excessibus, sapientissimos quos refero Præstules.

VII. Aliud degeneris conscientie, in superiori criminatione, argumentum *Doctrinam* Anglicanæ Ecclesiæ respicit. Huic sunt Hierarchici plurimi convellent, & *dolose* quidem, *ipsam veritatis arcem*, *seductores*, *monstra*, *Meretricis Babylonica* gnathones, & si quid his magis infandum. Per hos Socinus, Episcopus, Curcellæus revixere, Pelagianismus de Justificatione, de Gratiâ, restitutus, Papisimo via strata, & quæ Johannes meus plura. Superstitis fortè (nescio tamen) plerique illi Viri, *Scrivenerius*, *Outramus*, *Bramhallus*, *Scherlockius*, *Dodwellus*, & si quos alios flagellat, qui cautam pro se dicant. Ni memores sint illi Viri, homines ita comparatos qualis iste est suffragio legibus destitui. At quæcunque illi aut sentiant, aut chartis commiserint, pessimè sanè, si ea quæ noiter attribuit, quid ista ad Spanhemii Epistolam? Quid ad causam quam egit? Hancine offendentium *dogmatum licentiam* aut probavit ille, aut permittendam esse censuit? Accipe *Lector*, quæ in scripto utroque Fridericus. Disertissimè cavet, si quâ ratione adjungi Episcopis, à quibus discessere, redireque cum iis in gratiam valeant Viri fratres, ut ante omnia *unitas Fidei*, & *Doctrina hæreticus sacra integritas*, in tuto sit; *si Confessio Anglicana* anni 1562. hinc *Confessionum harmonia* illibata; *coëreatur insanorum dogmatum licentia*, si quæ nonnulli disseminassent; atque adeò expurgetur si quod ex Pelagio, Socino, Episcopo, si quod ex veneno Babylonice Meretricis fermentum superfit. In quo laudem Orthodoxiæ ante omnia in vado collocatæ, non probra, Spanhemius à bonis omnibus promeruit. Certus ille, eandem intemeratæ doctrinæ causam Hierarchicorum non paucis esse cordi.

VIII. Sed insistamus parumper potissimis capitibus accusacionis. Ad tria omninò referemus, quæ apud nostrum sunt confusa omnia, *versæ & versæ*, ordine nullo. 1. Ad *Canones* Anglicanæ Disciplinæ, & ad *Ceremonias*, *Liturgica*, horumque observantiam, rigore parùm Christiano imperatam. 2. Ad *praxim* Episcoporum, *Greges* negligentium, peccata intacta relinquentium, opprimentium Ministros pios, indignos promo-

ventium. 3. Ad *Doctrinam Hierarchicam*, in fundamentum ipsum incurrentem, ac probatam eam vel certè toleratam. De *Antichristianismo* Episcopali; sequente Animadversione. Et *Canones* quod attinet ac *Constitutiones*, tam quoad *Regimen*, quam quoad *Ceremonias*; urget quæ pridem Fratres offenderunt; creditam istarum *Necessitatem*, imperatam *Conformitatem* in omnibus; *Excommunicationum* levitatem, in specie *Reordinationes* non *ordinatorum* ab Episcopo. Proterit *Constitutiones* Anni 1100 & 1104. citatas Calderwoodio, qui ipsi est *Anglus scriptor*; pag. 276. Scotus utique. Invehitur in *Cameras stellatas*, quarum summa severitas aliquando fuit; pag. 244. Et ista dum hinc indè commemorat, Fridericum contundit, conviciis obruit, quasi omnium vel auctorem vel advocatum; quasi illa omnia obtinuisse statuentem *tempore Apostolorum*, aut *Seculo primo*, aut *initio secundi*; Undè, inquit, nec serio tamen, *affirmantibus incumbet probatio*, pag. 327.

IX. Tantùm verò abest ut veniat Spanhemius in rigoris hujus, harumve Constitutionum societatem, ut etiam præverterit in utrâque Epistolâ disertè singula. *Ceremonias*, *Ritus* externos; qualescunque tandem, extra *Sacramentales* & imperatos, haberi voluit in illorum genere quæ *ex se mediâ*, ex quorum *solemnibus* nec salus; nec rei Christianæ summa, dependerent, *Dedicatoriæ fol. 3. 9. &c.* De his *amicas* cum Fratribus *collationes* ac *conventiones* suasit *sublatis* *offensionibus*; nec *imperatis* quibus *consciâ mentes* reluctarentur. Sociarique in externis; ac mediis naturâ suâ, magnoperè præoptavit semper. 1. *Legem Conscientiæ*, ne qua vis animo inferatur, plenissimè de re aliquâ persuaso. 2. *Legem Prudentiæ*, respicientis loca, tempora; horumque necessitatem; sed neque ob res medias mixturæ ima summis, aut interveritur grandius Ecclesiæ bonum. 3. *Legem Charitatis*, ne qua sit fratrum offensio, & animorum, quos communis adstringit Fidei vinculum; conturbatio. 4. *Legem denique Obedientiæ*, seu Regi vel Majestati præstandæ, seu summis in Ecclesiâ *ἡγεμόνους* vel *ἀρχιεπισκόπους*, quando lex nulla Dei Christiane omninò intercedit. Undè si quid in hæc leges, hos *Canones* Christianæ *ἰμενείας*, vel ab illis peccatum, qui jura pro potestate dicunt, vel ab iis quorum est religio obsequii, prout

Iliacos intra muros peccatur, & extra, & Scyllæ fugâ sæpè in Charybdiem itur, ab utrisque habet noiter dissentientem Fridericum. Et quod ad *Ritus* attinet, vel *Ceremonias*, modò absit *ἰερολογησιμία*, absit opinio necessitatis; meriti, cultûs divini *per se*, atque; ut Scholæ loquuntur, *opus operatum*; integrum sanè Ecclesiis esse; harumque supremis Rectoribus, ea decernere quæ convenire Genti, loco, tempori, judicaverint, *Confessiones* ipsæ largiuntur. Quod & praxi omnium Christianarum Ætatum, ut in superioribus animadversum, comprobatur. Ac ipse Calvinus, in Confessione Fidei, oblatâ Cæsari, in Comitibus Francofurtanis, Anno 1562. *T. ult. pag. 110. Fatemur, tum omnes tum etiam singulas Ecclesias hoc jus habere, ut leges & statuta sibi condant, ad Politiam communem inter suos constituendam; cum omnia in Domo Dei ritè & ordine fieri oporteat: Ejusmodi porrò statuta obedientiam deferendam esse, modo ne Conscientias adstringant, neque superstitio illis adhibeatur: Qui hoc detrectent, cerebrosi & perveraces apud nos habentur.* Undè Lutherus *Præfas.* ad Confessionem Bohemorum, quorum essent diversissimi ab Ecclesiis cæteris ritus, nonnulli è Papatu reliqui, satis esse dixit, *si salva sit doctrina fidei & morum, salva uniuscujusque fides & conscientia.* Et magnus Theologus, David Pareus, Epistolâ ad Davidem Brunonem A. 1610. passus est, ea observari inter Gallos; sed & Britannos, liberè sanè & sine noxâ, quæ *Palatinas Ecclesias non adificarent.* Nec opus testibus in re testatissimâ.

X. Quare *Superpellicum*, cujus meminit noster, *Genuflexiones*, signaculum Crucis, altero jam Sæculo frequentatarum, *Communes Preces*, frequentem *Communi-*

nionem, alia, quæ Ecclesiis nostris non edificarem, ut cum Parco loquar, utinam pari moderatione, qualem Juelli, Mortoni, Raynoldi, Halli, Ufferii, alique probaverunt, sanxisset Anglicana Ecclesia! Utinam neque hinc *cerebrosi* & *pervicaces*, quales magno Calvino nuncupati, apparent, neque illinc qui *conscientias teneriores obstringerent*, malè mulctandas excommunicationibus, carceribus, pœnis aliis, quod idem noluit. Quanquam Canones in illos inprimis animadvertunt, qui Ritus ex se *ἀδιαφόροι*, *circumstantiales* modò cultûs, non Idololatricos, non Sacramentales habitos, non de substantiâ publicæ λατρείας, ut, *impios*, *Antichristianos*, *superstitiosos*, palàm traducere sultinent. Ità disertè Canones sub Jacobo conditi, à Bancrofto Cantuariensi, plus æquo rigidiorè, etiam in causâ ἀναχειροτονήσεων, cæterùm ab *Arminianismo* alieno. Sed neque probatos esse Canones, quos Accusator parùm *Christianismo indole convenientes* fuisse dicit, Viris Hierarchicis, in moderata flexis, etiam in Episcopali ordine, Britannis notum. Quemadmodùm necullius in Angliâ auctoritatis *Constitutiones Ecclesiæ Anglicanæ* Anni 1571. quas noster profert pag. 238. Omnis enim illarum vis cum Elizabethâ pridem expiravit, & Provinciali modò in Synodo, coactâ à Cantuariensi, III. April. decretæ fuerant, ipsis Pontificiis illicendiis, sub Reformationis exordia. Cæterùm multa indies admitti, etiam extra Hierarchicum regimen, quibus parùm enim *Christianismi indole conveniat*, vel Criminoris pagina, contumeliæ, molimina testantur. In *Cameras Stellatas* quod insurgit, hoc genus Curix jam sub Carolo I. fuisse sublatum, auctoritate Parlamenti, ac omninò extinctum, neque postea restitutum, constat. Denique haud statim ubi *nevi* sunt, qualiter in Ecclesiis Apostolicis non pauci, ubi laborat *Disciplina*, ubi *Canones* plus justo severiores, quales in veterè Ecclesiâ innumeri, etiam circa *λειτουργικά*, & *orantium* gestus, situm, vel ex priorum Seculorum Historiâ, ea propter renunciandum esse communioni, fraternitati, noster ipse in hujus Animadvers. exordio fatebatur. Quin idem alibi pag. 305. ut est quoque suprâ animadversum, *Anglorum Regi*, pro *summâ quam habet summa Majestas potestate*, ea attribuit, ex quibus facilè inferetur, *Legi Regiæ*, in rebus minimè suâ naturâ malis, qualia quæ ad Liturgiam Anglicanam attinent, non resistendum esse pertinacius. Sed & noster disertè pag. 176. *Considerationi fraternam injuriam faciunt, qui aut temerè respiciunt, cui, quantum incolumi conscientia fieri potest, obtemperandum est, Procerum placita*; contruat ista Lector si potest. Item, *aut ubi Magistratus Ecclesiæ favet, se ad Magistratus aique Imperantium componere placita Ecclesiæ potest*. Nescio an dixissent, quos laudat aliquando in Belgis Theologos.

XI. *Αναχειροτονήσεις* quod attinet, ante ordinatorum à Presbyteris, vel à *Ministris qui non sint Episcopi*, ità sentit Fridericus. 1. Ritus externum *χειροτονίας*, seu *χειροθεσίας*, in se quidem *adiaphorum* esse, nec de substantiâ S. Ministerii, ut pridem in Gallicanis Synodis definitum, quasi hac unâ viâ *Spiritus Christi* in Ministros Euangelii diffunderetur. *Necessarium* tamen ex accidente quodam, reverentiâ Apostolicæ praxeos, etiam circa ordinarîos Presbyteros 1. *Tim. v. 22.* quæ ex Judæorum more profluxerat. Accedit observantia piæ omnis Antiquitatis, sed & Canonum in ipsis Ecclesiis Protestantium, qui hunc negligi ritum prohibent. Et ipse Calvinus noster *Instit. L. IV. C. III. §. ult. tam accuratam Apostolorum observationem præcepti vice nobis esse debere*. 2. Non pari esse oportere loco *Ordinationis* ritum, quo est ille *Baptismi*, hinc nec parem *reordinandi*, quæ *rebaptizandi*, rationem ducendam esse. Quâ in re Antiquitatem descivisse aliquando ab Apostolicâ simplicitate, *reordinationes* simpliciter damnantem, *ἀσκήσαν χειροτονίας*, æquè ac *ἀνακατασκευόν*, ex Canonibus Apostolicis, Africanis, aliisque, in aperto est. Undè sententia in Donatum lata, quod Episcopis lapsis rursum *imposuisset manus*, apud Optatum Lib. I. adversus Par-

tenianum. Si quibus enim lapsis, & antè ordinatis, rursum *manus imponerem* Catholici, erat ea manu imponitio non *χειροτονήσῃ*, sed *κατασκευασθῆναι*, reconciliationis quidem ac benedictionis, non reordinationis in modum. 3. Neque tamen ab omni *reordinandi* consuetudine abhorruisse vetustatem. Puta, si qui ordinati primitus aut ab *Hæreticis* essent, hoc ipso nunquam verè in Clericali ordine habiti, aut etiam à *gradu dejecti* Episcopis, vel ab *illegitimè* ordinatis. Nihil enim obstat *μυσικωτέραν χειροτονίαν*, in Epistolâ Synodicâ Nicænorum, apud Theodoretum Lib. I. C. IX. quâ *confirmari* jubent qui antea à Meletio, per Petrum Alexandrinum deposito, in Clerum adlecti ordinatique essent, de *χειροτονίας* seu *ordinationis* ritu intelligi; quam *μυσικωτέραν* dicunt seu *sanctiorem*, *sacratiorè* priorè, ab eo institutam cui jus nullum fuisset ordinandi. Hinc ferventibus diffidiis, frequentissimè in Veterè Ecclesiâ *reordinationes*, sed modum excessurâ sæpè medicinâ, prout hi vel illi temerè gradu aut communionè fuissent dejecti, ut cum primis ex *Photii* Constantinopolitani historiâ liquet. 4. Oprandum sanè, ne Hierarchici Fratres, rediveris ad se Presbyteris, vel Ministris quibuscunque, eorum in gremium profugis, hanc *ἀναχειροτονήσεων* necessitatem imponerent, neque ex externo ritu aut Ministerii habilitatem, aut S. Ministerii efficaciam, ipsiusque *Spiritus S. ἐπίρρησαν*, suspenderent. Quâ fuisse olim prudentiâ, indè à Crammero, Latimero, Hoopero, Juello &c. Britannicæ Ecclesiæ splendidissima lumina, docet celebris Epistola *Joh. Raynoldi*, Oxoniensis Theologi, digni quem marmora Oxoniensis loquantur, data sub Elizabethâ A. 1588. ad Franciscum Knollium, insertaque Alexandri Petri Historiæ Sec. XVI. p. 468. Ac plures ibi hujus *ἑπιπέρας* testes producuntur. Sed & memorabilia sunt prudentiæ Hierarchicæ in Anglis exempla. Quale v. gr. in *Rob. Abboto*, Vice-Cancellario Oxoniensi, Housonum Præbendarium hoc ipso suspendente à suscepto *Gradu*, quod hic in *Genevates*, fidei ejusdem consortes, acerbis pro concione declamasset *Thomam Mortonum*, insignem eruditione & pietate Præfulem, negasse petenti Antonio Spalateni *ἀναχειροτονήσεων* Ministerii, antea in Transmarinis ordinati, quâ Britannicæ Ecclesiæ infereretur, ex *Apologiâ* Anonymi ad Theoph. Prudentium didici, additâ ratione, *gravissimi indè exterarum Ecclesiarum Scandali auctorem sese esse nolle*. Sic de *Thomâ Hollando*, incluto Professore Regio Oxoniensi, nota res est, etiam ex dictâ *Apologiâ*, qui scilicet *Laudum* pro *Gradu* disputantem, asserentemque Episcoporum Ordinem esse *divini* ac *necessarii* juris, publicâ ignominia notavit, quod Schisma inter Anglicanam Ecclesiam & Extraneas moliretur. Undè nuperum in *reordinandi* rigorem innovationem quandam videri, quem etiam deprecabatur utraque Spanhemii *Epistola*, haud obscure liquet. 5. Sanè *Ordinationum* jura, ubicunque obtinet Episcoporum *ἐπιπέρας*, quemadmodum olim ea *Benedictionum*, *Reconciliationum*, *Confirmationum* baptismalium, ordinariè Episcopis ut Capitibus vindicari. Et hæc *προνομία* fuisse ἢ *ἐπισημοσύνης*, indè à primâ ejus origine, & ex quo unus de Presbyteris in *excelsiore gradu* fuit collocatus, ipse Salmasius agnovit contra *Loyolitam*. Quomodò in primordiis Seculi III. Originès, Eusebio teste, *ordinatus* Cæsareæ Presbyter *ἵερο* ἢ *ἱεροῦ ἐπιπέρας*, nempe à Cæsariensi & Hierosolymitano. Undè indubium, peractas secus *ordinationes*, in Ecclesiis quæ Episcopos respiciunt, peccare in receptum ordinem, in forum exterius, & ad Schisma vergere. Neque tamen omnis ordinatio per *Presbyteros* administrata ceteri potest ipso jure nulla. Sunt Ecclesiæ quæ Episcopalem prærogativam nesciunt. Sunt qui ordinati tempore cessantis Episcopatus. Fieri potuerunt *ordinationes* urgente necessitate, solis tùm Presbyteris tenentibus manus. Olim etiam absentibus Episcopis, vel ex demandatâ provinciâ, peracta per Presbyteros *ordinatio*. Et hæc in externorum Rituum

genere censenda est, ex modo observatis. Quin in Presbyteris ille Ordo est, qui per *ordinationem* confertur, multis etiam Hierarchicis Episcopus in excelso gradu, non ordine sed gradu, post Hieronymum, censentibus. 6. Nec tamen obesse quicquam, quominus hæc seu *xenogorvias* seu *xenogorvial* ceremonia aliquando salvâ conscientia iteretur, qualiter in Paulo & Barnaba iteratam legimus *Act. xiii. 3.* mittendis ad Gentes, jamque antea publico Ministerio perfunctis. Modo *de viris* hæc *xenogorvial* haberetur nova quadam *benedictio*, in novo usu S. Ministerii, circa modo translatis in novam Ecclesiam: vel fraternæ *reconciliationis*, citra ullam notam, cum Anglicanâ Ecclesiâ publicâ testificatio, adjunctâ *precatione*, frequente jam praxi Christianæ Antiquitatis. Unde Augustinus *de Bapt. contra Donatistas Lib. III. C. xvi. T. vii. Quid est aliud manus impositio, quam oratio super hominem? Iterum; Manus impositio non, sicut Baptismus, repeti non potest, in fine dicti Cap.*

XII. Si qui verò *Episcopi*, in quos noster calami aciem stringit, immemores sunt facti ipso sui ordinis, officii, characteris: Si qui neque jus, neque bonum atque æquum, ut convenit sciunt: Si qui sunt honore & dignitate Episcopi, muneris & curarum exsortes, *nullo laborioso administrationis actu*, ut de Honorariis alicubi Imperator L. 187. *Cod. Theod. de Decurionibus*: Si qui modo cæstro splendidi, insignibus superbi, thronis sublimes imperio domini, Ministerio nisi *vicariâ* opera nulli: Si qui in Ritibus ac Ceremoniis proram Religionis & puppim constituunt, ac Synagogam revocant, atque ex adscitio illo cultu Ecclesiæ suæ decus æstimant: Si qui, accensis omni severitate Regni Judicibus in Viros optimos, Christi Domini servos, *Nomine forte & Secta reos*, ut Christiani quondam, suspectâ scilicet in Regem, in Regnum fide, frigidam suffundunt, exigendis iis, multandis, in pistrinum, in carceres detrudendis: Si qui tandem ea negligunt quæ ad Episcopalis muneris integritatem spectant, ac disciplinæ Christianæ sanctitatem; Sciat Criminator, eum *Episcopatum* à Spanhemio ipso in Epistolis damnatum, proscriptum esse, inter alia quoque *necessarias* in Episcopis *partes*, quoad *electionem, dotes, functionem* desiderantem, *omniâque qua ad coercendam insanorum dogmatum, ac solutioris vite licentiam, pertinere videntur*. Nec aliter pientissimi quique etiam nunc Hierarchici. Ac ipse Edwardus Stillingfleetius, Ecclesiæ Anglicanæ grande decus & præsidium, in illis ipsis quæ ornat Criminator suffragio suo, *pag. 418.* ita cum Spanhemio decernit: *Unionem Ecclesiarum magis in unitate Fidei, quam in uniformitate Rituum, qui dubia sunt fidei, consistere.* Addit; *de hoc se certum esse, abhorre a primavâ & praxi & moderatione, quemquam suâ functione Ministeriali abdicare, eo tantum nomine quod in Vestibus, Risibus, & ejusmodi non se Conformem præstet.* Mox, retenta hæc Ritualia esse monet, *ut essent esca quâ allicerentur Romanenses, non verò hamus aut rete quo ad interitum irretirentur fidei Orthodoxæ consortes.*

XIII. Unde & eoa Spanhemius *Episcopos*, in Dedicatoriâ & alterâ ad Amicum, expresserat, qui pari moderationis laude, & Orthodoxiæ studio, sed pietatis, vivum essent atque imitandum Britannis suis exemplar. Ac ut de GULIELMO CANTUARIENSI, solâ virtute ad id fastigium evecto, nihil hoc in loco memorem, *parafitari* ne credar, ut nuperos & hodiernos Antiquitates, quos Reformatus Orbis omnis veneratur, & in his superstitites, *Morlaum* Wintoniensem, *Pearsonum* Cestriensem, *Wardium* Sarisburiensem, *Barloviium* Lincolnensem, *Falsium* Oxoniensem, *Flويدium* Asaphensem, chartis aliis ornandos, hisce nunc meis celem; de Henrico Londinensi Præfule verbum addam. Ut enim ab eo primùm, in pacis studia eunte affectu maximo, hinc Theologorum exterorum judicia prudenter explorante, omnis hæc in Spanhemium tandem lis per Johannem derivata est, ita unus ille omnium instar esse debuit, ex quo de Anglicanis Præfibus statueret Criminator.

Facit aliquando, in causâ *Doctrinæ*, sed quo jure, quove pudore, modo dicam. Equidem is HENRICUS est, non modo *pietate, eruditione, temperantiâ, aliisque virtutibus conspicuus*, ut nuper Literariæ nostræ Republicæ Patres contra Frisium diffamantem: sed præterea, quod ad rem præsentem facit, & omniâ Britannia, sed & Gallia Reformatâ, loquuntur consonis vocibus, Vir miræ in dissentientes ipsos facilitatis, in transmarinos *irremediâs*, in exules Christi causâ beneficentiæ, in profugos hõspitalitatis; in oppressos patrocinii, in tenaces doctrinæ Reformatæ studii. Ac si per eum Præfulem staret, fortè præcisâ fuisset Accusatori omnis hujus in Episcopos investivæ causa; omnis obtentus. Restituisse enim aliquotiens acrotibus consiliis in omnes Regni Presbyteriales, promotos voluisse ad Officia, ad Beneficia; Viros de Ecclesiâ ac Religione benè meritos, urssisse rigorem legum ac constitutionum in pestes Regni Anglicani Pontificios, ac emissarios Romanæ Curia; est publico omnium suffragio firmatum.

XIV. Superest *Doctrinæ* Hierarchicæ virus, de quo supra *Num. II. VII.* ipso scilicet HENRICO Londinense iis adscripto; *qui monstra probent, & scripta quæ in Christianissimi fundamenta dolose impingant.* Et quanquam ista ad Spanhemium nihil, horum cohibitionem exigentem; tamen quæ hæc iniquitas est, utique maxima; ea quæ *privati* Viri sensere; aut etiam extrudere in publicam lucem, ac pauci sanè in tantâ scriptorum messe; imputare toti *Hierarchiæ Anglicanæ*; & omnem illorum invidiam in *Episcopatum* qua talem refundere? Quibus enim fibulis, vigentè Episcopatu, sub Elizabethâ, Jacobo, Carolo, sæpè adstricti, qui res novas molirentur in doctrinam Reformatam, Orthodoxis in Ecclesiâ Præfibus; quemadmodum in Academiis Professõribus, Anglorum Annales testantur. Unde non infrequenter gradu moti, honoribus prohibiti, censuris notati; quin ad *καλινοδία* compulsi, qui positiones vel erroneas, vel ad scandalum aut *αὐτοκρίσι*, etiam cum extraneis Ecclesiis natas, in publicum seu voce seu scripto emisissent. Cujus *καλινοδία* luculentum specimen, sub finem regni Elizabethæ, est in *Barreto* quodam Collegii in Acad. Cantabrigiensi Socio; A. 1595. inferendæ cum Palinodiis id genus *Anti-Arminianismo* Guil. Prynne, Præfidibus inter alios Duporto, Tyn dallo, Whitakero, Prestono, Viris de Ecclesiâ meritisissimis. Ac potissimum revocationis solemnioris caput fuit, quod in argumento de Prædestinatione, Gratiâ, Fide, Perseverantiâ, oppugnasset nec sinè contumellis doctrinam nomenque *Calvini, Bezae, Martyris, Lutheri, Zanchii, Junii, & aliorum.* Consimiliter sub Jacobo, concionato coram Rege *Edwardo Simson* de sensu *Cap. VII.* ad Romanos, eoque ad hominem carnalem & irrogenitum relato, contra sententiam Theologorum, in specie Cantabrigiensium, recantare solemniter jussus fuit. Itaque quoque postea *Gabr. Bridges*, Socius Collegii Oxoniensis Corporis Christi, quum pro concione Arminianas asseruisset hypotheses, coactus est retractare, & oppositas defendere, Præfide *Prideauxio*. Exemplorum id genus coërcitionis Hierarchicæ plenè Academiarum Annales, Anglorum tabulæ, & Ecclesiæ Anglicanæ Historia, apud Fullertum, alios.

XV. Sed & viguit in hunc diem doctrinæ Anglicanæ canon, *Confessio Fidei, Articulis xxix.* comprehensa, asserta tantâ felicitate Juello Sarisburiensi Episcopo, totius Anglicani Cleri assensu roborata; atque Harmonicæ Confessionum inserta. Nec illi per posteriores Synodos, Canones, Constitutiones, derogatum fuit. Imò verò sub Jacobo A. 1604. sub Carolo I. A. 1628. ac sæpè alias confirmata, & hodieque sub Carolo II. monente & Doctiss. Stillingfleetio adversus Baxterum, & in suâ ad Londinensem nostro Steph. le Moyne: Quin ipsi Scotiæ hodierni ac novissimi Præfules, in Parlamento A. 1679. 1680. etiam jurejurando omnes & singulos obstringendos esse in hanc formam statuerunt, *se credere aique ex corde profiteri veram Religionem Protest-*

Ranticanæ, contentam in CONFessione FIDEI, Scoticanâ nempe, edita Annis 1560. 1567. & in Harmoniâ Confessionum expressâ. Sed neque Orthodoxis Doctoribus ac Professoribus utraque Anglorum Academia unquam destituta fuit, indè à Petro Martyre, Professore Regio, Mart. Bucero, Beacono, Bradfordo, aliisque plurimis sub Edwardo, ut pientissimis Episcopos taceam Crammerum, Latimerum, Ridleyum, Hooperum, &c. Sub Elizabethâ eminuere doctrinâ & pietate M. Parkerus, Humsfredus, Juellus, Foxius, Bridgus, Whitakerus, Cartwrightus, Smithus, Fulkus, Perkinsus, Hutsonus, Prestonus, Willetus, plurimi alii, & in Archiepiscopis Grindallus, ac Whitgiftus, qui quidem A. 1595. Lambethæ convocat Theologos plurimos, ut consentiant in Articulis de Gratia & Prædest. vide *Mf. Hist.* Sub Jacobo tenaces pristini veri, Bancroftus, & G. Abbotus Archiepiscopi, Gratia in Arminium avertentes, Downhamus uterque, Joh. Raynoldus, Rob. Abbotus, Th. Rogerius, Th. Bilsonus, Th. Hollandus, Franc. & Joh. White, Rich. Cranchorpius, Fr. Masonus, Wilh. Aitersollus, Th. Mortonus, Rich. Field, Joh. Prideauxius, Jos. Hallus, Jac. Usserius, Georg. Carletonus, & quicquid Doctorum Britannorum fuit vel Præfulum, ipso Rege Jacobo intemeratæ Fidei Defensore. Sub Carolo I. florere, evehendi quoque ad Episcopalem apicem, Potterus, Sandersonus, Davenantius, Prideauxius, Andrews, Wrenus, Warnerus, Juxonus postea Cantuariensis, Morlam hodieque Wintoniensis, plures alii. Sed & scriptis celebres Hookerus, Wardus, Jamesus, Prynnius, Mayerus, S. Fellius, Twissus, Baynii, alii sine numero, omnes Orthodoxiæ laude insignes, ac profligatores Socinianismi, Arminianismi, Papismi. Tacemus hodieque & nuper, à Carolo secundo restituto, evectos ad Episcopatus, Præfecturas, Professiones, Beneficia, Viros ut eruditione sic doctrinæ sinceritate præstantes. Quos inter laudati in Dedicatoriâ Præfules, exploratissima ut Friderico sic Orbi Reformato nomina; præter Edw. Raynoldum Norvicensem nuper, Brianum Waltonum Cestriensem, Joh. Wilkinsium itidem Cestriensem, Rob. Creightonem Bathensem, melloribus adscriptos, & qui in Præfulibus alii sunt Britannis exploratores, iique supra vel Friderici laudes, vel Johannis contumelias. Sed & Oxoniensis Academiæ novissima lumina, quam unam Spanhemius aliquando salutavit, Thomas Barlovius, ex Reginensis Collegii Præposito nunc Lincolnensis Antistes, Johannes Fellius Oxoniensis, Rich. Allestrinus Prof. Regius, Guil. Iane, Edw. Pocockius, Thomas Marshallus, Joh. Wallisus, Edw. Bernardus, Joh. Nicholus, Thomas Jamesus, Th. Smithus, Joh. Lloidus, aliique, procul sunt singuli ab eâ labe revocati in Scholas Pelagii, Socini, Episcopii, Curcellæi, illibatâ per eos Anglicanæ Confessionis integritate, ac fide majorum. Tacemus Ligfootios, Tillotsonos, Durellos, Stillingfleetios, alios extra Senatum Episcopalem bene multos, de Ecclesiâ Hierarchicâ meritissimos, quosdam etiam nunc fati intactos, quos ab omni illâ quam adspersit Calumniator maculâ alienissimos esse & fuisse in aperto est. Docent Virorum scripta, elogia illis addita, ac ipse plus æquo & solito mansuetior Wayenus, cui Edw. Stillingfleetus, Decanus Paulinæ Ecclesiæ, Vir maximus, scriptis in Non-Conformistas, uti præclarissimis aliis, celebratissimus, audit nunc Theologus præ multis Orthodoxis. Sed hujus detractoris vel laudibus vel probris partem moventur Britannia illa lumina. Jamque ex ejus in Togatos Patres, in HENRICUM, in Hierarchicos, sed & in Spanhemium furoribus didicere, laudari ab eo Viro in crimen propemodum ac probrum, vituperari in laudem concedere.

XVI. Sed neque acerbiora quæ hodie in Orbe Britannico experiuntur, quotquot Non-Conformistæ audiunt, Orthodoxæ illorum doctrina imputanda. Non Pelagii, Socini, Episcopii, Curcellæi fermentum, Aulam in Viros optimos accendit. Non equidem Articulis Anglicanæ Confessionis insidiantur Infulati Patres, quin imò Vindices ii summi, GULIELMUS Cantuariensis,

HENRICUS Londinensis, reliqui quotquot interioris admissionis esse creduntur. Regiis juribus, hodierno Regimini, ordini successione, summaque Majestati, quam Criminator in Anglorum Rege agnoscit pag. 305. iuvide plurimos suspicio est; permixtos nempe promiscuis appellationibus Fanaticis, Anatheticis, Republicanis. Alios nollent sanè isti Præfules in partes ire, & in separatissimo hodiernis, solo Liturgicorum, Ceremoniarum, Episcopalis jurisdictionis obtentu. Sed neque iussent plurimi, professio multis Richardo Baxtero, suo & fratrum nomine, uti Auctore *Apologia ad Theophilum Prædicatorum*, nisi (ut illi quidem) conscientia reluctarentur juramenti & subscriptionis formula; quæ Episcopatum profiteri coguntur esse Institutionis Divinæ, ac præterea esse Ordinem à Presbyterorum illo distinctum. De cætero permittuntur Episcopis suum Gradum dignitatis, eminentiæ, jurisdictionis, modò Usseriano consilio fuisset locus, & Reductioni ad formam veterem, ac Synodalem, de qua exertim Spanhemius in Epistolis.

XVII. Nunc Stricturis quibusdam locus esto, ad productos Criminatori Doctrina Hierarchica testes. Kendallus agmen ducit, doctrinam Neopelagianam accusans. p. 229. 230. Fuit is Georg. Kendallus, Doctor Theologus Oxoniensis, *Furem Prædicatorum*, dialogismum-histrionicum, inter Anglos, sparsum, confutans publicè scripto, Anno 1657. Et quidem suat Episcoporum Halli & Usserii, quibus Satyra displicuit, ut pluribus ipse in Præfatione Kendallus. Natum etiam scriptum quo tempore Episcopi in Angliâ vel nulli, vel omni potestate exuti. Et Oxonium cum primis sedes Anti-Pelagianismi ab ævo fuit, & ipso hoc sæculo constanter, si fortè Laudi Archiepiscopi Cant. tempora, non duraturo imperio, excipias. Quæ etiam ex Kendallò producuntur, tanquam *qua parturiret infelix Anglia*, non ullum Episcopum, non Hierarchicos, in quos ista invidiosissime ab Accusatore transcribuntur, sed Joh. Goodwinum, & Baxterum ipsum, nec ex sua tamen sententiâ disputantem, verius petunt. Sed & Henricum Hammondum Presbyterum, & Jer. Taylerum, postea in Hibernis Episcopum, frustra producit Censor, accusando Pelagianismo Anglicanæ Ecclesiæ. Præterquam enim quod singulares hi Viri, nec Hierarchico nomine ad scribendum auctorati, scripsere insuper eo tempore quo Episcopi Angliâ exacti. Excessit è vivis Hammondus paulo ante restitutum Regem avito folio, Anno 1660. Jer. Taylor servatus quidem in feliciora tempora, sed publicatis pridem suis, sub Cromwelli dominatu, quando omnia licuere, multis tamen ad pietatem comparatis. *Monacutium*, cujus noster ipse factum, nec doctrinam tamen, æmulatur, haud est quod *κατ'ἄπο* obijciat; à Cantabrigiensibus ipsis aliquando prohibendum gradu Doctorum, quæ à summo Regni Senatu indignum habitum qui Episcoporum ordini adscriberetur, notatum publicâ censurâ sub Carolo, sed & à Carletono & Hierarchicis aliis confutatum. *Bramhallus* in Hibernis, nisi fallor, Episcopus, cum Hobbesio etiam commissus, cætera vitæ solutioris, quicquid ille de *scriptis Apostolicis* senserit pag. 422. haud ea faciunt sua Britannii, nec Hierarchici. *Sam. Parkerum* nuperum, tolerantiam in causâ Politicæ Ecclesiasticæ nescientem, sed & *Hobbesianum* ipsi Accusatori, prudentioribus quibusque Hierarchicis displicuisse, ipsi Edw. Stillingfleetio, stricto etiam in Parkerum à pluribus calamo, clam non est res Anglicanas edocis. *Scharlokus* quicquid scripserit, nuperus ille, fuit postea in ordinem à Londinensi Præfule redigendus, & quantum accepisse memini, compellendus ad revocanda quæ imprudenter effutiverat. *Wetenhallus* uni fortè Conciunculæ quædam adpersit quæ à nostro proferuntur, nec Spanhemio visa, nec ad Hierarchicos quicquam attinentia. *Mathæus Scrivenerius*, pæc Viri dixero, tam impotente animo, iudicio perexiguo, doctrinâ modicâ, in Calvinum, Bezam, *Quisnegs* alios Reformatæ Ecclesiæ, in Blondellum, Salmasium, Dallæum debacchatur, ut à Britannorum paucis,

cis, etiam in ordine Hierarchico, meruerit *ἐπιτίμιον*, aut punctum tulerit. Undè nec Episcopali approbatione munita, minùs publicâ auctoritate quæ ille scripsit edita fuisse, ex ejus *Apologiis* intelligimus. Quemadmodum nec sua ducere omnia prudentiores Hierarchicos, quæcunque seu *Herbertus Thorndicium* chartis commendavit; seu *Scrivenerius* ex Thorndicio collaudat, persuasissimum Spanhemio est. Quisquid confidenter Criminator: *Vides que monstra atat, sed & probet Ecclesiâ Hierarchicâ*, nominatim ipse ille *Henricus, cui parasitator noster Fridericus*. Et quid si ad Wayanæ scriptiois adspæctum, quæ nihilominus horroris incutiat, ac propemodum in fugam vertat, quàm *monstra* solent, erumpant Britanni in geminas voces, *Vides que portenta atat, sed & probet Ecclesiâ Batava!*

XVII. Superest *Guil. Outramus*, libris duobus de Sacrificiis, editis Anno 1677. permittente imprimi Sacellano Domestico Henrici Londinensis. Hinc scripta dicta HENRICO, transfigendo atro dente, ac contumeliosissimis vocibus non uno in loco traducendo, pag. 238. & 417. Nempè, post affricum Outramo *Socinianismi Virus*, sub obtentu veritatis adversus Socinum asserta, audacter illud ipsum *Henrici Præsulis auctoritate editum* vociferatur. Postea, quasi eidem Præsuli placuissent alia quæ *Socinianismum*, aut *Pelagianismum*, aut *Papismum* redolent, subjungit immediatè post quædam ex *Sherlockio*, *Tayloro*, aliisque excerpta, *quin ipse ille Henricus, sui Sacellani operâ usus, talia probasse tenendus est*. Adverte *ἀναγωγὴν* simul & *ἀναδίαν* Accusatoris. Primò abhorre, si quis alius Episcoporum, sapientissimum Præsulem ab omni Pelagii, Socini, Papistarumve fermento, dicta, facta, literæ, conciones, favoresque, sed & constans Viri existimatio, intra & extra Britanniam, publicâ voce loquuntur. Undè perditæ propemodum audaciæ fuit, hoc solo Illustrissimum Præsulem confodere, quod Spanhemii laudibus merita illius efferrentur, aut quod is esset, cujus sibi

Friderici præscriptis pagina nomen.

Ità toto passim scripto tollit quos inimicari Spanhemio credit, lacerat ut *impotentis animi blaterones* quos amare cognovit. Revocandus in viam vel ab homine Ethnico, Sophoclem volo, nec tamen ex *Lexico* producendum. Οὐ γὰρ δίκαιον, οὐτὲ τὰς κακὰς μάτην χρεῖστας νομίζειν, οὐτὲ τὰς χρεῖστας κακὰς. Secundò, nihil Britannis exploratius est, quàm *Sacellani* seu Cantuariensis, seu Londinensis, hanc factam esse potestatem, ut nihil consensu Antistitibus, quos curæ aliæ distrahunt, & *διοικήσεων* sollicitudo tenet, addant Libris auctoritatem, operisve eos publicis permittant. Ac quotusquisque Censorum est, quibus vacet grandia sæpè volumina exhaurire, singulis apicibus observatis, pensitatis vocibus, momentis libratis? Planè sic accidit cum isto *Imprimatur*, & *Jane* Sacellani manû (insignis Doctrinæ Viri, ad Professionem Regiam Oxoniensem admovendi merito suo, ac certâ Friderici scientiâ procul à Remonstrantismi vel Socinianismi suspitione collocandi) appòsito Outrami chartis. Tertio, *Socinianismi* in hisce *viris* offendi legique dicit Accusator *Lib. II. Cap. IV. §. 13. & Cap. VII. §. 10.* Sumo Librum, expertus jam totiens fidem accusantis, ac quæro virus. *Capite IV. Lib. II. Edit. Lond. sunt nonnisi Paragraphi IV. noster notat tertium decimum.* Et toto isto Capite id agit Auctor, ut *obedienciam* Christi probet fuisse *voluntariam*, ac fidem dictorum omnium constantem; de mortis Christi efficaciam, adversus *Crellium* & *Socinum*, acturus postea. *Capite VII. §. 10.* declarat quâ ratione Christus in Cœlesti sacrario degens, *peccata nostra expiare* dictus sit aliquando. Refertque ad alteram partem Sacerdotii Christi, *Intercessionem*, & quoque ad potestatem Regiam; quâ peccatorum veniam tribuit, sed virtute expiationis per mortem factæ, & victimæ in terris oblatæ, quæ pars prima Sacerdotii. In his si vel *Henricus Londinensis*, qui nullus legerat, vel qui illi à Sacris Domestici, furtivis oculis Librum adspiciens, non observavit *Socinianismi Virus*, nihil equidem miror. Reliqua

hujus Auctoris, quæ non signat Accusator, expendere jam minimè vacat. Observo sanè in multis haud vulgari methodo, nec omnibus quibus solentur armis, *Socinum* adorientem. Sed & Sacrificium Christi expiatorium, verum, in cruce peractum, ac victimis legalibus adumbratum, adstruentem prolixè video. Nec antè *Frater judicatum* oportuit, quam de dubiis consultum rogatumque. Ac forsitan, *Wayene*, ille ipse *Rever. Sacellanus*, hodiè Professor Regius, ademptum tibi faxit omnem Socinianismi metum, retuso illo criminandi impetu, si convenienter ad eum quæsiturus accesseris.

XVIII. Cæterum majorem quàm par esset surrexisse nuper in Britannia Reformatâ licentiam, cum Arminio vel Episcopio privatim consuescendi, aut in Calvinum, *Bezam*, *Transmarinos* subindè invadendi, sentiendique secùs à Dordracenis de Divinâ Gratiâ, & Annexis, quæ nec Elizabethæ, nec Jacobi tempora, sed nec Caroli, ante *Laudi* dominatum, permisissent, novi ego ingemiscere HENRICUM ipsum, sed & Eximios Antistites alios. Ac pluribus *ῥήμα θεοῦ ῥήμα*, coram *Friderico*, indignatus paucis ab hinc annis fuit *Thomas Episc. Lincolnensis*, studiosissimus antiqui verri; sed & in Belgium nuper translatus, cujusque multâ usus consuetudine *Fridericus*, admodum Reverendus *Lloidius*; nunc magno Viri merito *Asaphensis* Episcopus. Quanquàm non par scribendi in Anglicanâ Ecclesiâ, seu quidvis chartis committendi, sed neque pro concione ebuccinandi, quæ forte sentiendi opinandive libertas est. Imò verò Belgicam hac in parte licentiam, & *φιλοκαυδίαν*, & *ἰδίαν* cujusque in publico *ἑπιλύσει*, cumprimis verò *Amstelodamenses* operas, à quibus omne in Angliam virus, malum penè omne traductum, accusant summo jure Britanni. Hujus ego *querimoniam* auritus plus sæpè testis fui. Nec magis imputari vult sibi Ecclesiâ Hierarchicâ quicquid parturit Angliâ sua monstri, quàm imputandum Belgicæ Ecclesiæ quicquid offendentium Scriptionum enititur Belgium, & ex uno hocce, præ omnibus reliquis, Orbis angulo in omnem Europam latè propagatur. Sed neque ex *Hierarchicorum* quâ talium officinâ extruduntur, quæ ex illorum sæpè antris qui ad *Hobbesianismum*, *Hierarchicis* damnatum, vel ad *Socinismum*, *Libertinismum*, *Enthusiasmum*, ab Anglicanâ Fide defecerunt. Quin in illorum grege qui *Puritani* vel *Non-Conformista* appellantur, quis pignus deponat, in argumento de Gratiâ & Justificatione, accessisse neminem ad eas hypothesas quæ cum Dordracenis Canonibus, ac receptâ Doctrinâ, minùs conspirent? Ipsumque *Rich. Baxterum*, Virum pietate & scriptis Eximium, mediam quandoque tentasse viam, conciliandis sententiis, nupera etiam scripta docuerunt.

XIX. Ac quid ea tandem ad litem Spanhemio motam ex nuncupatoriâ ad Londinensem? Irrepserit nuper sentiendi scribendive, in regno Anglicano, tot sectis distracto, tot motibus agitato, licentia! Ergò Episcoporum gradus, ordo, eminentia supra Presbyteros, jure Anglicano, haudquaquam consistit cum *substantiâ* seu Apostolicæ Disciplinæ, seu S. Ministerii, seu Articulorum Belgicæ Confessionis! Ergò *Fridericus*, revocans eum Episcopatum ad formam veterem, ad Anglicanæ Confessionis lineas, ad sanctam pro *fidei integritate* sollicitudinem, ac coërcitionem *insanorum dogmatum*, profanæ assentationis, perduellionis, violatæ manûs, turbatæ Belgarum disciplinæ, aut Confessionis lancinatæ, sese reatu obstrinxit! Hæc tamen accusationis Wayanæ paginam utramque faciunt. Undè observatâ rei iniquitate, sed & rei absurdo, post omnes abusus conatos, qualiter modò visum, *his* (inquit) *talibus non pugnabo; seponam omnem accedentem abusum; fator ea de Episcopatus Anglicani essentiâ non esse; ab Episcopatu hac separari posse non nego quidem; hinc de Episcoporum supermatu dicemus unice; ipsam Ministeriorum inæqualitatem petam; Hierarchias medullam*, undè reverà omnem hanc litem

litem exorsus fuit. Hæc ille pag. 269. 276. 417. Et ea ipsa dùm pollicetur *μὴ ποδῶν φαντασίας*, mox immemor sui, promissi, & causæ quam agendam suscepisset, abducit ubique à quæsito, & strenuè cùm in Hierarchicos, tùm in Fridericum, pro ingenii proclivitate, postquam eâ semel se cupiditate devinxerat, nihil intermissurus contumeliarum, insurgit bacchaturque.

XX. Claudimus tandem, atque Anglorum Episcopatum, qualem Spanhemius, intra ejus Regni fines, cum annexis Ritibus observanter haberi posse in Epistolis censuit, schismate amoto, irruptæque Unionem & fraternitate, contendimus nec jus Divinum subvertere, nec ipsam abolere seu Ecclesiæ constitutionem, seu essentiam S. Ministerii, seu Discipinæ integritatem. *Doctrina* quidem illis norma illibata Dei Verbum, constans formula, Confessio Fidei Anglicanæ, ut in Scotia, Scoticæ. S. Ministerii integrantes omnes in Britannis partes, juxta Spanhemiana requisita, *Animadvers.* iv. vii. etiam vigente Episcopatu, conspicuæ. *Presbyterorum* seu in Verbo, seu in Sacramentis laborantium, publicè privatimque, potestas interna manet. *Ordinationum* ritus, externi illi, ad exercitium potestatis requisiti, nihil ex se vel conscientias, vel substantiam S. Ministerii lædunt. *Exterior jurisdictio*, seu inspectionis, regiminis, visitationum, animadversionum auctoritas, cum prærogativâ dignitatis, eminentiæ, demandari jure Regio Episcopis posse, nullo periculo S. Ministerii, largitus ipse Acculator est pag. 305. *Electionum*, præsentationum, promotionum ad Episcopatus, inviolatâ Disciplinâ, jam olim fuisse penes Imperatores, Regesque jura, Constantini M. ac Successorum, sed & Regnorum, Annales docent. Si quis *abusus* est potestatis, ad usum, quoad fieri potest, annitentibus Episcopis, revocetur. *Rituum, Ceremoniarum*, ad salutem quidem, ad substantiam cultûs, vel *θεὸς τὸ εἶναι*, necessitas extra Dei Verbum, & contra Christianam libertatem, existimetur nulla; Ad reverentiam, unionem, decusque Sacrorum, ad cultûs externi circumstantias, & *θεὸς τὸ καλῶς εἶναι*, aliqua sanè in Hierarchicâ Ecclesiâ, nec omnium tamen pari lege necessitatis, urgeatur. Si quæ retinent ex veteri Christianorum Disciplinâ, procul ea omni vel *Idololatriâ*, vel *Superstitione*, oblivertur. Sed & si edenda fuerint in contumaces exempla, Excommunicationum poenarumque fræno, edantur in singulares personas, in causâ scandali, offensionum, ruptæ unionis, pacis violatæ, accusatorum temerè Fratrum *Amichristianismi, impietatis, superstitionis*; nec ad destructionem ea spectent, neque nisi post monitiones prævias, & salutaria reducendis iis adhibita media. Sed nec conscientias eam vim fieri præoptamus, ut injuncto sacramento, quæ *Humani* concessique in Ecclesiâ juris esse censent, Viri minimè mali, profiteri teneantur voce calamoque esse *Divini & Apostolici*. Et eos intra limites si constitierit Anglicana Ecclesiâ, quis præter exactorem hunc rigidum *æqualitatis paritatisque* Ministrorum, censeat Orbe in transmarino, sub Regio dominatu, ad substantiam Ministerii attingere, ut non obtineat Episcopalis illa inter *Anglos Hierarchia*, ut ille pag. 123.

XXI. Accedat mihi testis, ad ipsum Londinensem, eodemque cum Spanhemio tempore, ejus Collega Celererrimus, Stephanus le Moyne, quem Actor extra hanc causam constituit. Edidit hujus Epistolam Edwardus Stillingfleet, Libro *The Unreasonabl. of Separation*, pag. 395. In eâ Vir Eximius primò id agit, ut *Doctrinam Anglicanæ Ecclesiæ, seu Hierarchicæ, evincat eandem esse hodiè quæ fuit, quum Confessio Fidei, initio Anglicana Reformationis, formaretur. Negat exprobrari posse Episcopis, quasi inde ab eo tempore quicquam in eâ mutaverint. Et paulo post, pag. 399. Non audiuntur personare in eorum medio nisi Lætionem, & laudes puræ Veritatis. Quod obstringere debet omnes bonos, ne ab eâ discedant, & ut Ecclesiâ Anglicanam tanquam summè Orthodoxam respiciant. Quod & faciunt Protestantes Gallia, Geneva, Helvetia, Germa-*

*nia, sed & Hollandia, injectâ memoriâ accepti honoris, ex Anglorum in Synodo Dordracenâ præsentia. A Doctrinâ transiit idem ad Cultum: Si vestra fidei Confessio pura est, & innocua, Cultus vester divinus talis etiam est. Nihil enim in eo videtur, quod vergat ad Idololatriam. Vos Deum solum adoratis: In cultu vestro nihil est quod terminetur ad Creaturas: Et si quæ ibi Ceremoniæ, non alibi, sanè illi proficiuntur terribilem Theologiam, illi Charitatem omnium exuunt, quid valeant Anima parum cognoscunt, & naturam *αιθεραίων* nesciunt, qui perire illos æternum credunt qui semet Ceremoniis se subjiciunt. A Cultu ad Disciplinam, id est, regimen, ordinem Ecclesiæ Anglicanæ, ita pergit: Eadem hæc duritas est, credere Disciplinam vestram Ecclesiasticam posse damnare homines. Ubi utiquam observatum est, ob Articulos Disciplinæ salutem hominum periclitari, & quæ ad externa tantum spectant, ad Ordinem Ecclesiæ, ad Corsicem quasi & involucrem veritatis, eam mortem adferre, & venenum in Animam transfundere possunt? Equidem nunquam illa in veritatum essentialium numero habita, quæ ut sola salvant, ita sola etiam à salute excludunt. Indè ad Episcopatum in specie gradum movet: Regimen Episcopale quod attingit, quid in eo adeo periculosum, & quod aliquâ rationis specie Conscientias terrere queat? Et si capax illud privare aliquem æternæ gloriæ, & hujus aditus intercludere, quis in illam ingressus spatio plusquam mille & quingentorum annorum? Siquidem toto eo tempore omnes totius Orbis Ecclesiæ non alio Regimine gubernata. Si contrarium illud foret veritati, & acquisitioni salutis æternæ, num credibile est Deum solemniter adeo approbaturum fuisse, & permissurum Ecclesiæ suam, tot Seculorum lapsu, opprimi hujusmodi tyrannide? Qui enim eam gubernarunt, qui composuerunt tot Concilia Generalia, Particularia, qui Hæreses prostraverunt, à quibus omni ævo oppugnata sunt? Nonne Episcopi fuerunt, & illi quorum sapienti administrationi Verbum Dei, secundum Deum, debet suas victorias & suos Triumphos? Mox de Angliano Episcopatu: Et ne ad Ecclesiæ incunabula ipsamque *nativitatem assurgamus, quinam superiori Seculo Anglicanam Ecclesiâ ab errore, quo involuta erat, liberarunt? Quinam miraculosè adeo veritatem in eâ excitarunt? Nonne fuit zelus, constantia, & ministerium Episcoporum? Annon is Anglos ab oppressione, sub quâ tamdiu genuerunt, immunes præstitit? Et annon illorum exemplum potenter totius Europe promovit Reformationem? Hinc pluribus Vir ille Doctissimus, factum Anglorum Episcoporum, Regnum illud subducentium Papali jugo, & enormium Errorum multitudini, tot intra & extra Regnum adversantibus, confert cum illo Gregorii Nazianzeni, Constantinopolitanam Ecclesiâ tantis animis, tanto successu, ab Arianismo liberantis, ut hinc Anastasia nomen illi Templo daret, in quo veritatem Catholicam fortiter asseruerat.**

His præmissis, Clariss. le Moyne de Non-Conformistis hodiernis ita ad Londinensem: Undè igitur fit, ut Angli ipsi hodiè tam malè sentiant de Anglicanâ Ecclesiâ! Temerè adeo se ab illâ separare, nonne est ab omni Ecclesiâ Vetere, ab omnibus Orientalibus Ecclesiis, sed & ab omnibus Protestantibus, divorcium facere, quæ semper Anglicana puritatem magnoperè respexerunt? Nonne horrenda quadam durities est, & sibi mirum in modum blandiri, dùm in medio Angliæ, sed & Orbi Christiani totius, imaginantur se solos esse destinatos ad æternam felicitatem, & ad veritates fundamentales, ut oportet, asserendum! Equidem parallelismus odiosus admodum institui inter illos posset, & Papam Victorem &c. inter eos & Audianos, &c. inter eos & Donatistas &c. inter eos & illos ex-Romanâ Communionem, qui de suâ Ecclesiâ tam præclare sentiunt &c. Subjungit, in eadem Epistolâ: Me quod attingit, quicquid ad tolerantiam inclinem, haud possem mihi persuadere tolerantiam erga eos utendum, qui tam parum in alios exercens, & qui dubio procul, si superiores evaderent, nentiquam illis parcerent (feroyent aßeurement un mauvais quartier) qui sibi forent obnoxii. Homines illos adspicio, ut perturbatores Reipublicæ & Ecclesiæ, & qui indubiè animantur spiritum seditionis. Vix etiam adducor ut credam illos esse omninè, quod se esse predicant, & metuerem magnoperè ne sub illis

Docto-

Doctoribus lateant periculosissimi Hostes. Tum de nonnullis æquius sentiens; Sunt inter eos societates quæ ex personis magis rationabilibus constant. Sed vellem satis rationales esse, ut se ab iis minimè separarent qui Anglicanam Ecclesiam constituunt. Imprimis hoc tempore movere deberent omnem lapidem, bona Reconciliationi procuranda. Et hoc rerum statu, animadvertere illos oporteret, unam reunionem (une bonne réunion) posse mala prævertere quæ Angliæ immincant.

Indè Vir Egregius digressus ad Non-Conformistarum Conventicula, Meetings, negat plus indè solatis referri, quàm ex Episcopalis Ecclesiis. Probatque rem exemplo, & quid in uno ex illis Conventiculis ipsemet Londini, ante quinquennium ferè, oculatus aurtulque testis observavit, refert, speciminibus ex Concione tum habitâ relatis, quæ reverà in concionante insignem arguunt judicii *ἀπιστία*. Tandem Schisma hodiernum accusat, & plebum infirmitatem, & jus Anglicanum non ferendi hanc *ἀπίστια*. Olim quidem Novatianus Roma & Constantinopoli, sed & Donatistas in priore loco, gavisos fuisse aliquâ libertate: sed peregrinos illos fuisse, nec diu toleratos, quin & paucos, undè nec magnum indè discrimen: Secus verò rem habere in Angliâ, nec satis ibi posse urgeri Unionem universalem, promovendam tamen viis commodis. Claudit, id à Dominis Episcopis expectandum, quâ sunt illi insigni experientiâ, doctrinâ rarâ, zelo, & bonitate erga suos populos verè paternâ, hinc pari prudentiâ & charitate incubituros tam laudabili instituto. In specie hoc opus HENRICO Londinensi, cujus & moderatio & capacitas agnoscantur ab omnibus, eximia Sapientia reservari &c.

XXII. Hæc Spanhemii Collega, in cujus non semel laudes Johannes digreditur, sed reverà inferiores Viri meritis. Componat illa Lector cum Wayanæ capitibus accusationis, & cum clausâ Catilinariæ: Ut deplorandum indè colligat illius Ecclesiæ statum, quæ insulatis subest Patribus. Addit votum; Deum veneremur ut insulas & insulatos à nobis procul abesse æternum velit. Sed alia sunt quæ Ecclesiæ Batavæ longè metuenda magis, & graviora, nullo sanè huic ab imaginariis Insulis periculo: at maximo ab Accusatoris lacerationibus, impotente animo, quibus fit (itâ nuper Leyd. Proceres) ut Religio nostra ab Adversariis sugilletur, quin exponatur ludibrio. Nec nescit ille votum, novissimè à gravissimis Frisicæ Viris nuncupatum, ut procul abesse Deus æternum velit, qui impotenti dominatu, & frænari nesciâ libidine, Ecclesiæ simul & Regionis Batavæ turbatores existunt.

XXIII. Tandem, quod noster Hierarchiam hodiernam Anglicanæ Ecclesiæ novum esse dicit, iudicio quidem suo, meminerit nævis ne Virginem Ecclesiam caruisse. Non Corinthiorum, non Galatarum, non Asianas Ecclesias. Sed neque ea tempora, quibus in rebus *ἀδιαφόρως* Asiani, Cappadoces, Afti, opiniones suas vel consuetudines pertinaciori animositate defenderent, ut cum Augustino loquar. An boni quidquam est, sine malo omni, ut ille apud Comicum? Habuerit suos Angliæ Hierarchica Landos, & si quos alios, de auctoritate plurimum, deque Liturgicis, de doctrinâ pietateque parum, sollicitos. Sed & pristina Ecclesia suos habuit Paulos, Eusebios, Nestorios, Theophilos Alexand. Episcopos innumeros, vel doctrinâ, vel studiis, vel moribus in detrimentum Ecclesiæ natos. Utque ex adverso in salutem illius, qui Episcopali quondam *ἐπιτοχῇ* eminuerunt, Polycarpi, Irenæi, Cypriani, Athanasii, Basilii, Ambrosii, Chrysostomi, Augustini, &c. fuere excitati, sic Britannos inter Crammeri, Parkeri, Hookeri, Latimeri, Juelli, & quos longâ serie exhibuit utraque Spanhemii Epistola, ac superior Animadversio, etiam servatos in hæc tempora. Ac de hodiernis Angliæ Præsulibus Rev. L'Anglæus Epistolâ ad HENRICUM, eodem quo Fridericus tempore: Intelligo, mirâ Dei benedictione, Cathedras vestras Episcopales omnes occupari ab Eximiis Dei servis, amantibus Christi & Ecclesiæ. Et si ex Reverendissimi

Tom. II.

mo Archiep. Cantuariensi, & ex Oxoniensi quoque iudicium fiat, non id agrè mihi persuadeo. Quemadmodum etiam Anglicana Hierarchia Johanni nævus est, itâ equalitatem Batavam, Gallicanam, & Presbyterianæ omnis Disciplinæ, suis minimè nævis destitui, confusionis sæpè matrem, supra Clariss. Monachus nolter, Animadv. VIII. Claudius Carentonensis Theologus, Vir equidem magnus, ad HENRICUM Episcopum, 29. Nov. 1680. Non ingredimur in collationem Vestri Regiminis, cum eo sub quo vivimus. Novimus nullum esse, nec futurum homines inter, quod naturalis corruptionis lege non sit obnoxium suis incommodis. Nostrum suis nævis laborat, uti vestrum, utrumque sua habet commoda & incommoda, alternis vincunt & vincuntur. Ac prolixè id nuper egit, in Vindictis Ecclesiæ Primitivæ, contra Presbyteriales Anglos, Vir in Britannia sanè Doctissimus, Anno 1682. Amplissima istic exemplorum messis est dissensionum, certaminum, innovationum circa Doctrinam, confusionum, schismatum in Ecclesiis Protestantium, quæ vir ille paritati Ministrorum, & Episcoporum Diocesano-rum absentia, ac negato Schismatum remedio pristino, adscribenda esse putat. Undè & Belgicorum, in Ecclesiis, Synodis, Academiis motuum, præ Hierarchicis, præ Palatinis, Hungaricis, Polonicis, Bohemicis, Germanicis &c. indè à superiore Sæculo, ad novissimas ex Voetio primùm, hinc ex Coccejo *ὀνομασία*, historiam persequitur. Nescius tum adhuc effrænæ licentia, nec audit curru habenas, quâ Johannes in Fridericum, in Fratres, miscendis ima summis, palam grassaretur. Equidem ut vitii sine nullus fortassis Ordo Disciplinæ est, si ab eventu rem æstimamus, itâ ille proximus ad perfectionem, qui minimis urgetur. Atque utinam Ecclesia Batava Disciplinam suam probet, tororibus Ecclesiis, *ἀμύμων ἢ ἀμώμων*, adstringendo fortiùs vinculum pacis, offensiones summovendo, tollendo dissensionum semina, omnia in commune conferendo, graves fratribus, imperiosos, luxuriantesque animos coercendo, revocando in sacros suggestus unitatem spiritus, ac concentum, si non vocum, certè magnalium Dei, denique à Synedriis, Classibus, Synodis, humana quævis studia eliminando! Pariliter, absint quantumpote ab Episcoporum regimine, dicam Claudii Salmasii verbis, à nostro appellati, *fastus*, & *fastigium potentia Ecclesiastica*, ac *Nomen cum moderatâ Gubernatione retineant: Præsertim, cum tot mala in Angliâ eorum everfionem subsensura esse videamus.* Calvinus Epist. ad Neocomens. T. VI. pag. II. 61. Nunquam sic comparata erunt res hominum, ut aliquid perfectum reperitur.

ANIMADVERSIO XII.

Accusatio gradus ad Antichristianismum facti. Dura in Episcopales voces. Nostri ex Bellarmino argumentatio, novis instantiis fulta. Expensa singula. Antichristianismi veri gradus, causa. *Ἀνακορύβια* ex degenerate abusu, vel corruptione ipsius Episcopatus. Exemplis res firmata, & documentis. Accusatoris ex Bellarmino pessima illatio. Inconstantia ejusdem. Imperitia rerum Britannicarum. Antichristianismum Romanum ne Thorndicium quidem negare. Minus quicquid Hierarchicorum est. Clariss. le Moyne, hodie Leydenfis Theologi, in hanc rem iudicium.

Non graviore invidiâ premit Criminator seu Episcopalem Politiam, seu permissentem illam Britannis Fridericum, quàm familiari accusatione, *Papatus* & *Antichristianismi universalem molem huic Episcopali eminentia inædificatam: Paratam fuisse Episcopatum ad Antichristianismum Ecclesiæ obtrudendum viam: Hinc Episcopales Anglos quàm plurimos ne in hunc diem Antichristianismum in Rom. Ecclesiâ reperire potuisse: Quinimò Meretriciæ Babilonica impudenter blandiri atque adulari illos non ver-*

Ffff

rcg

veri &c. Hæc passim noster, in unum collecta Animadversione superiori Num. 11. Quod magis est, admisso Anglorum illo Episcopatu, conficit ex Bellarmino *Papatus necessitatem pag. 320. 321. Optimè igitur, inquit, Hierarchicorum nixus fundamento, Bellarminus de Rom. Pont. L. 1. Cap. ix. citatâ etiam in tantâ Editionum diversitate paginâ, pro quâ paragrâphum notant Theologi. Argumentum Bellarmini est; quibus rationibus probatur, debere unum Episcopum præesse Parochis, Archiepiscopum Episcopis, Patriarcham Archiepiscopis, isdem probari posse, unum Pontificem summum præesse debere Patriarchis. Et post descriptum Bellarminum, non video (addit ille) quid reposituri sint Hierarchici. Nisi, quod & illic ipse in ore est, unum huic labori non sufficere, sic Confessio Anglicana, sic Landus, & alii. Johannes verò hanc exceptionem enervat in hunc modum: An ergo (inquit) unus sufficit universæ Hiberniæ? An sua Parochia, aut ut jam loquuntur, Diocesi sufficit NB. Cantabrigienfis? Quin universo Occidenti Papam sufficere plures Hierarchici agnoscunt. Ultrò id concessisse dicitur Rex Jacobus, citatque noster verba ex Confessione Jesuitâ, & ex Schelstraete, à quibus referantur ut ab ipso prolata. Addit instantiam aliam; Quid si pomeria Ecclesie Romana in eas angustias redigerentur, ut limites Hiberniæ non excederet, aut cum NB. Cantabrigienfis ditioe paria faceret? Tandem, & Fridericum ipsum Papatum legitimum agnoscere, eo saltem tempore, quo omnis Romano Imp. Ecclesia continebatur &c.*

II. Adeò hæc doctrinæ, iudicii, candoris, historiæ plena omnia, ut, si quorum fortè legentium oculos in scripto Wayano fugerint, reponi hoc in loco mererentur. Neque tamen iis, quaecunque tandem inesse pondus Scriptor ipse arbitretur, eruditum Lectorem morabimur. Sic enim pari chartas nostras nausæ, quâ Accusatoris illas, ac jure merito fastidiret. De singulis τὴν πρὸς ἐπὶ, sed ἐπὶ tantum. Ac primò, quæ iste de paratâ per Episcopos ad Antichristianismum viâ, rancorem olent. Expressum quid hujusmodi Theologis nonnullis esse, non erat quod ex Johanne Fridericus disceret. At respexere graves illi Viri ad eos Episcopos, qui obliiti Nominis Munerisque sui, & parem esse omnium ex naturâ rei Episcopatum, cuius ab Episcopis singulis pars in solidum teneretur, constituere se primò Episcopos Episcoporum, arguentibus Afris, hinc, repudiato Episcopatu, summum Pontificatum & Monarchiam in Ecclesiam invaserunt. Non igitur ex Episcopatu Antichristianismus natus est, sed ex illo abdicato, oppresso. Non ex sanctissimo in Ignatiis, Polycarpis, Photinis, Irenæis, Cyprianis, Ambrosiis, Basiliis, Augustinis munere, sed ex typho Saculi, & Urbis superbiâ dominantis, Roma veteris. Mox typhum auxere Sardinenses, An. cccxlvii. Canone de Appellationibus ad Romanum, etiam ex Illyrico, de quo in Introductione nostræ Historica. Dein Valentinianus III. A. cccxlv. non Galliarum tantum Episcopos, sed & universitatem Ecclesiarum, ex Occidente toto, Romam evocando, ad judicia subeunda; falso hanc amplificationem Pontificiæ auctoritatis, ex vi factâ Sardinensi Canoni, Petro de Marca Lib. 1. de Concordiâ Imperii & Sacerd. Successit postea casus Occidentalis Imperii, Ann. cccclxxvi. ἡ πρώτη κατέχοντο, & calamitates Orbis utriusque, quæ sensim auxerunt Paparum dominatum. Dehinc & Phocæ Imperatoris factum, in gratiam Bonifacii III. odio Cyriaci Constantinopolitani, fatente Baronio, A. dcvi. quando Antichristi Gregorianus character primò apparuit. Tùm Romanus, vaticinato Gregorio, omnia que soli uni Capiti cohererent Christo, ejusdem Christi membra sibi studuit subjungere, Epistolâ xxxvi. Lib. iv. Ind. xii. Superbiæ Titulo accessere mox Seculo VII. facta, usurpationes, in Britannias, Germanias, Aquilejenses, Ravennatenses, imò in Ecclesiam universam, ex literis Agathonis ad Constantinum Pogonatum, Decreto insertis. Tandemque in hanc Monarchia Papalis speciem omnis illa Antichristianismi moles surrexit, ex ausu Gregorii II. in

Leonem III. Imperatorem, tùm ex Pipini concessionibus, dehinc ex nimio indultu Imperatorum, Regumque per Occidentem totum, mox ex Monachorum in dies pullulantium Antichristiano verè Ministerio, & ex degenerare in nefandas Superstitiones Christianismo penè universo, quibus Reges, Principes, populi que demerati, colla subdiderunt jugo Pontificio. Cum primis verò ad Antichristianismi characteres spectant, foeda Idololatria in cultu, Superstitio nefanda in Ritibus, Discipline omnis subversio, per ludicras flagitiorum quorumvis Pœnas, per legem Cœlibatus, Simonias Episcoporum, Monachorum impura agmina; ac tandem Tyrannis intoleranda in Reges, ac sanguinaria in Christum ipsum, quia in Christi membra, Persecutiones. Qui gradus singuli in Ecclesie Historiâ signantur, & luculenter satis à magnis in Angliâ Hierarchicâ Theologis, Juello, Whitakero, Perkinsio, Raynoldo, Sullivio, Abboto, Willeto, Mortono, Uferio, aliisque distincti, ne dicam ab ipso Spalatensî.

III. Abiit igitur in Antichristianismum non Episcopatus ipse, in se spectatus, & in limitibus suis, sed primæ omnium Sedis, seu Roma Veteris, ultra Metropolitana jura, in Provincias, alienas invasio, in omnem primò Illyricum, tùm in Italiam, Gallias, Occidentem universum, tandem & in Catholicam Ecclesiam, quâ latè patet; accedente Apostasiâ universali à vero Christianismo. Ac si quæ foret vis argumenti, prohibendo Anglis Episcopatu suo, sumpta ab usurpationibus Romani Episcopi, pari lege in Magistratum omnem surrexeris, ut in paratam ad Tyrannidem viam. Quotiens enim in hanc Monarchia, aut Aristocratia in Oligocratiam, vel etiam in Monocratiam, quemadmodum Democratia in Anarchiam, in seditionem confusionemque, ex omni Historiâ, Græcâ, Romanâ, Christianâque, tandem abiverunt? Calvinus Inst. Lib. iv. C. xx. confertens inter se Politiarum formas, non abs re divinâ Providentiâ ita comparatus, ut diversis Politis Regiones varia administrantur, fatetur, Num. viii. proclivem esse à Regno in Tyrannidem lapsum, sed non difficiliorem ab Optimatum potestate in Pauciorum factionem, multo verò facillimum à Populari dominatione in seditionem. Sed & paravisse viam Antichristo censendi sunt, qui indè à Marci temporibus, unum reliquis Presbyterum, ordine tantum & honore primum, superposuere ex Hieronymo. Nam ex primatu ordinis natus ille potestatis, ἡγεμονία in ἀρχὴν, πρωτεύων in ἀβερτίαν, πρωτοσασία in πρεσβυτερίαν ἢ ἐξουσίαν, auctoritas in jurisdictionem, primatusque in suprematum quandam desit. Quod ipsum Salmafius Epistolâ ad Joh. Dallæum xxix. his verbis expressit. Ex primo Presbytero factus est Episcopus, ex primo Episcopo Metropolitanus, ex primo Metropolitanus Patriarcha, ex primo Patriarchâ Papa, & Monarcha totius Ecclesie. Atque his gradibus via facta ad Monarchiam, id est, ad Tyrannidem. Hæc ille Petavio infensor, hinc Hierarchiæ omni, mitigandus postea, ac facturus in Angliæ Regno, si absit Episcopatus, succedere Independentismum & anarchiam, in scripto postumo contra Miltonum. Igitur Salmafio teste, vel minimus inæqualitatis etiam gradus fecit viam ad Tyrannidem, qualis à Marci excessu in Alexandrinâ Ecclesiâ conspicuus fuit. Atqui noster non omnem inæqualitatem, primatum, superintendentiam, inspectionem, auctoritatem, ut suprâ observatum, prohibet Ecclesie limitibus, sed illam modò quæ Hierarchiæ Anglicanæ est, juxta Bancrofti Canones, vel hodiernam praxim. Undè neque ex successivâ illâ in tyrannidem Antichristianam desitione, etiam primi omnium & innocui Episcopatus, inferre debuit aliàs, parùm memor sui, haud ferendum ullum Episcopatum esse, ubicunque locorum tandem, ex Belgica Confessionis mente, & lege equalitatis, quod ejus primò ζῆλον fuit. Hinc is in Spanhemium invehit, qui Episcoporum nomen, supra Presbyteros aliter jam à Christo Saculo eminentium, multis nominibus venerandum in Nuncupatoriâ pronunciasset, citante Præfatore, & ex Præfatione Epistolâ p. 20.

IV. Sed

IV. Sed rerum omnium, etiam ex se præstantissimarum, quis nescit corruptionem tandem aliquam exurgere? Obversentur modo pia sanctissimaque vel primi ævi instituta, qualia Apostolicæ potestatis, Diaconatus, Exorcismorum, Agaparum, Unctionis, Impositionis manuum, cotidianæ Communionis, Clavium Disciplina, alia. Subeant tùm animus ævi mox subsequenti leges, consuetudines, adauctis Eucharistiæ, Baptismi, Orationum, Jejuniorum, aliisque Ritibus, Ordinibus Cleri multiplicatis, adstrictâ Canonibus innumeris Ecclesiæ Disciplinâ. Horum quàm multa, si non omnia, in nefandos abusus, etiam Idololâtricos & Antichristianos, degenerare Christianismo conversa fuerint, nemini obscurum esse potest. Sed & ipsa loquatur Ministrorum *aqualitas*, ubi Episcopi verè singuli, pari Ruralis cujusque quæ Urbici, Junioris quæ Seniorum, auctoritate, accedente plebis illa per *Seniores* vulgò Laicos, Ministros æquantes, secluso Magistratu: an non frequenter ea dederit mala multa luctuosâ Ecclesiis, ac pepererit eos excessus, eam nonnullorum licentiam, qui & pares se dignitate, & superiores suffragiis intelligerent, undè factiones, turbæ, schismata, quandoque Hæreses, ac subversio cùm Doctrinæ, tùm Disciplinæ, Ecclesiarum Annales dicant! Nec validius quicquam Episcopales in Presbyterialem Disciplinam intorquent, ac nuperus Historiæ Episcopalis in Baxterum Scriptor *Part. II. C. I.* quàm Confusiones ex illâ natas, & in illâ *Hæreses*, turbatamque *veritatem*, nullo coërcitionis Episcopalis fræno. Unde causatur Vir ille, medio in Presbyteratu, palàm tùm *negligi*, tùm *increfcere*, & *obfirmari* Arianos, Socinianos, Mennonitas, Labadistas, sectas alias, præter nascentes cotidie *periculosas* (Johanne nuper ingeminante) *novitates*, quas Hierarchica Disciplina in iplo ortu comprimat, vel ex superioribus exemplis *Animadv. x. N. xiv.* Tacemus, quæ idem de *Independentismi* malis, in quem omnis Anti-Hierarchia Anglicana desinat, magistrâ ferè experienciâ, & Salmatio in Miltonum urgente *Presf. p. 34.* Undè id saltem conficitur, non ex degenerare abusu, seu Episcopalis illic potestatis, seu hinc Presbyterianæ Disciplinæ, de his Gubernationum formis temerè pronuntiandum, nec vitium *Personarum*, temporum, tribuendum esse Regimini, nec diversis Populis, Politis, Moribus, Institutis, unum eundemque aptari ordinem posse.

V. Saltem *Antichristianismus* ille ex Spanhemii ad Londinensem Epistolâ metuendus minimè fuit. Non magis quàm ex formâ Usserianâ, & Synodali, quam suavit ille Transmarinis, post Hoornbekium nostrum, & nonnullos in Presbyteriali ordine, Diocesano Episcopatu immoto. Episcopatum ad eò suis ibi limitibus ita circumscriptis, *ut cesset Papa*, reponam citatas ex Coccejo voces, *cesset Cardinalis*, *cesset Patriarcha*, cesset quicquid in *Dominatum* aut *Hierarchiam*, nostri jam sensu acceptâ voce, pessimè terminatur. Ac rectè jam compulsus ille meus vi veritatis: *Nec Antichristo patrocinari hominem* (Spanhemium) *Præfatio asserit.* p. 239. Sed patrocinareretur omnino, si jaceret *Papatus*, ut contendis tu quidem, *fundamentum*; si illos defenderet, *laudaret*, qui *Meretrici Babylonica impudenter blandiuntur*; qui *ne in hunc diem Antichristianismum in Romanâ Ecclesiâ reperire potuerunt*; & quæ tu alia in Britannos, & in Fridericum, *pag. 288. 345. &c.* Quid est per occultos cuniculos Antichristo patrocinari, si hoc non est? Ità ex eodem ore *Θεσμὸν ἢ ψυχρὸν, λυχεῖτε ἢ ἐσθλὰ*, affirmantis negantique unius Acculatoris verba.

VI. Nunc, novo satis exemplo, dùm indignatur noster, Hierarchicos Romanum nescire Antichristianismum, Bellarmini scilicet *nixos fundamentis*, ipse interea Bellarmino accedit, ex Episcopatu rectissimè inferenti Papatûs necessitatem. *Optimè Bellarminus! Non video quid reposituri sint Bellarmino Hierarchici: Nisi, quod perpetuo illis in ore, unum huic labori non sufficere, citatâ Confessione Anglicanâ.* Quæ dùm legerem, requirebam ex me ipso, num vigilans viderem? Adeo hinc

funt portentosa omnia. Si quod aliud infelix Jesuitæ ratiocinium, istud equidem fuit, idemque quoad rem explosum pridem à Juello Sarisburiensi, in Apologiâ Ecclesiæ Anglic. & Responsis in Hardingum, dein à Whitakero in Sanderum, à Raynoldo in Hartum, à Sutlivo in Bellarminum, à magno Chamiero in hunc ipsum, *de Oecum. Pontific. Lib. IX. C. XIV.* ab omnibus denique, quotquot Papalam Monarchiam confecerunt. Discere indè potuit noster, sed & debuit, non *optimè Bellarminum*, sed pessimè argutum esse: Ac plura etiam *reponi*, enervandæ illationi Bellarminianæ, quàm quod *unus non sufficiat* Episcopus totius Orbis Ecclesiis. Ridet sanè hanc *ἀνακολυθίαν*, à præfidentia unius Episcopi supra Parochos, vel Metropolitanos in Provinciâ suâ, ad Monarchiam universalem unius Pontificis. Quò facit illud Hieronymi ad Euagrium; *Orbis major est Urbe.* Hinc similia obvia singularum Familiarum, Urbium, Provinciarum, Regnorum, Navium, quibus sufficit unus Paterfamilias, Prætor, Præfectus, Rex, Nauclerus, ut tamen hic unus universis totius Orbis Familiis, Urbibus, Provinciis, Regnis, Navibus, minimè sufficiat. Sed *reponunt* haud pauca alia Theologi. Præfidentiam Episcopi intra *παροικίαν* suam, vel Metropolitanos intra *ἐπαρχίαν*, non esse *monarchicam*, non absoluti dominii, non Christi interdicto repugnantem: Episcopi nomen esse *ἐπισκοπῆς*, *inspectionis*, curæ, ministerii, institutionis, quod præsentiam, attentionem, laboremque in medio Grege deposcat: Universalem Ecclesiam *unum* solum ne animo complecti possit, minùs ritè pascere, docere, administrare: Nec in *unum* à Christo collatam, sed inter plures ex æquo distributam esse, functionem S. Ministerii, *docendi*, *baptizandi*que munus, inter plures Discipulos, Apostolos, Pastores, Doctores, Ministros: *Universalem Episcopatum* solius esse Christi prærogativam, æquè ac esse Fundamentum, Sponsum, Lucem, Salutem, Vitam totius Ecclesiæ: Nec uni Petro successisse Episcopos, sed Apostolis omnibus; undè vicissim nec unus Episcopus omnibus Apostolis, *τῇ προεσσίᾳ τῆ οἰκουμένης*, succedat: *Episcopi* etiam *unum* in Urbibus, Parœciis, Diocæsis, postea & Provinciis singulis, dudum ante Nicænos, *προεσσίᾳ ὁμοταξίας* ergo, communi Ecclesiæ consensu, & ex pacto, adesse exempla; Universalis Episcopi, Monarchæ, Pontificis unius, ante Romani usurpationes, nullum: Nec à *superiori* aliquo Provinciæ unius Primatem, sed à Symmictis, Coëpiscopis, fuisse judicandum coërcendumve, donec summus gradus in Exarchis, tandem in Patriarchis sisteretur: *Archiepiscopi* etiam vel *Metropolitani* in Episcopos nullum imperium, dominium fuisse nullum, jura modò præfidentis, convocationum, ordinationum, & in gravioribus *μηδὲν ἄνδρ' ἢ πάντων γνώμης*, nihil absque omnium *Episcoporum* Provinciæ suæ assensu statuisse, ex Apostolicis aliisque Veteris Ecclesiæ Canonibus: Hinc *pares* omnes Episcopatu, *ubicunquè Episcopus, sive Eugubii, sive Constantinopoli*, cujus partem singuli tenerent in solidum, ex Cypriano & Hieronymo: Et quæ fortasse plura hinc indè apud Theologos, Jesuiticæ illationi enervandæ, quæ nostro est *optima, nixa fundamento* Anglicani Episcopatus, & cui solidi nihil reposituri sint *Hierarchici*. Ne in *φασίῃ* quidem, seu novo Athletâ, ac vix ferenda in *νεοφύτῳ* forent, quæ Theologus Frisius, ille *πάμμαχ'*, in Hierarchicæ Ecclesiæ Senatuum intorquet.

VII. Nec peritior is Anglicanarum rerum, ut nec constans sibi satis. *Confessionem Anglicanam*, arctissimâ necessitudine cum reliquis Confessionibus conjunctam, modò citat ut scriptum *Hierarchicorum*; Alibi Hierarchicis subtrahit, & convenire *Confessioni Ecclesiæ Anglicanæ, cum Confessione nostra Belgicæ, pag. 307.* Tum in Hierarchicis scriptoribus, qui Bellarmino enervarint, *Laudum* profert, innumeris tacitis, qui feliciter hac operâ pridem ante *Laudum* defuncti. Supponit etiam, Ecclesiam hodiernam *Archiepiscopis* suis id tribuere in

Episcopus Provinciae suae, quod Pontifici suo Roma in Patriarchas, Archiepiscopos, si Bellarminianae consequentiae locus est. Nec ultra gradum Metropolitanii assurgit Britannia Hierarchica, à Nicænis *Canone* vi. firmatum. *Patriarcha* sanè, quin & *Papa*, *Pontificus Orbis alterius* titulus, Cantuariensi quondam datus, sed quo tempore Hibernia ipsa, & Orbis Britannicus, sub Pontificio dominatu, à *Seculo* vii. ejus parerent jurisdictioni. Imperitè etiam noster *Cantabrigiensem* aliquoties confundit cum *Cantuariensi*, & hujus *Parochiam* ac *Diocesem* dicit. Nec perfecta nostro sunt, *Primatis* totius Angliæ in suam *Provinciam* jura, vel sollicitudo. Haud quæreret aliàs, num illi Provinciae unusufficiat? Sufficit utique & curis propriæ *Dioeceseôs*, & Episcopis Provinciae Cantuariensis subindè convocandis, consecrandis novis Episcopis, Synodis moderandis, visitationibus quandoque instituendis; qui toti Orbi Britannico non perindè sufficeret. Falsò etiam supponit unum *toti Hibernia* sufficere Archiepiscopum, Armachani titulo deceptus, *totius Hibernia Primatis*. Quatuor enim in Ecclesiâ Hibernicâ sedes *Archiepiscopales*, independentes singulæ, Armachanâ servante modò τὰ πρῶτα τῆς τριμῆς. Prodit etiam causam Reformatam, dum quæ de *Jacobo* Rege hic vel ille Jesuita retulit, pro veris habet, pro *Hierarchicorum* asserto. Pari jure pessima inferantur, ex dictis *Luthero*, *Zwinglio*, *Calvino*, *Bezæ*, *Reformatoribus* aliis, per calumniam affictis. Si quid etiam hujusmodi *Jacobo* expressum, illud ipsum est quod *Salmasio*, quod *Blondello*, quod *Anti-Hierarchicis* aliis. Nempè, si redderetur *Ecclesia* sua *pristinâ forma*, & Episcopus Romanus intra Provinciae suae limites, sed & *Doctrinæ*, ac *Disciplinæ* veteris, coerceretur, seu jam *Archiepiscopi*, seu *Patriarcha* titulo, facilè *Primatum*, ordinis illum & honoris, concessum iri Romano, in Occidente nostro. Ac fusè id *Salmasius* exequitur, in *Epistolarum* aliquâ ad *Joh. Dallæum*, datâ Anno. 1630. Argumentati illi Viri ex hypothesi, quæ *ὑπὸ τῆς ἀδυνατίου* desumitur. Et hoc monstrum est de quo *Censor*, horret animus cum lego ea que *Casaubonus* habet in *Epistolâ*, ad *Perronium* Cardinalem scilicet, pro *Jacobo* Rege, *primas delaturæ sine cunctatione Romano Pontifici*. At non profectò illum *Primatum*, qualem voluit *Pius IV.* quando sub primordia *Elizabethæ* omnia in *Reginæ* gratiam polliceretur, dum (inquebat) *illa ad nostram Ecclesiam se recipiat, & debitum mihi Primatus titulum reddat*. Tandem non inlepidè sollicitus est noster, quid futurum de *Papatu*, si ejus *potestas in eas angustias redigeretur, ut limites Hiberni vel NB. Cantabrigiensi* (sic ille rursus) *Primatis non excederet!* Ubi verò & in has coactus angustias fuerit, & spontè intrâ illas cogi sese permiserit, nec alia nisi *Metropolitica* jura sibi vendicavit, qualia *Cantuariensis* in Provincia sua, tum verò nos, modò simul cum *Tyrannide* etiam *Idololatria* ac *Superstitio* profligentur, *Papatum* collapsum, *Antichristianismum* abolitum, *Babylonem* dejectam, *Meretricem* cultu omni suo exutam, tripudiantium in morem, lætis acclamationibus prosequemur.

VIII. Parcat tamen Hierarchico Ordini Criminator, cujus plurimos *Antichristianismum* Papalem nescire, ac *Meretrici Babylonica* impudenter blandiri, ore parùm remisso clamitat. Unumque in hanc rem *Thorndicium* profert, citato loco ex *Originibus Ecclesiast.* pag. 303. Locum verò inspecturis patet, id velle cum *Virum*, minimè censendum *Papam Antichristum* ex ejus *Episcopatu*, & ex iis que *universa usurpavit Ecclesia*. Atque adeò nec *Episcopatum* ipsum itatuendum esse ad *Antichristianismum*, vel ad *Papatum*, esse gradum. Undè removet sanè eam causam ob quam *Papa Antichristus non sit*, ex collatione *Cap. xiv. pag. 267*. At nullam aliam dari quæ *Antichristianismum* Papalem arguat, non *Idololatriam*, *superstitionem*, *superbiam* in summas *Potestates*, in *Reges* ausa, sanguinem *Martyrum* *Jesu* tot *Persecutionibus* fusum, *Hæreses* varias *Romæ*

probatas, nondùm observo sensisse *Thorndicium*. Ac eo iniquior hæc in *Episcopales* contumelia est, quod ex nuperis unius *Viri* vocibus toti *Hierarchiæ* notam inurat. Quando *Antichristianam* *Romanæ Ecclesiæ* *Tyrannidem*, atque *Idololatriam*, profiteri palàm & execrari *Confessionem Anglicanam*, *Acta Synodorum* in eo *Regno*, *Regum Decreta*, *Parlamentorum statuta*, *Academiæ* utriusque asserta, tot *Episcoporum* & *Episcoporum* monumenta, itura ad omnem posteritatem, inter quæ illud *Rob. Abboti de Antichristo*, Orbi *Europæo* compertum est. Nec aliam fovere mentem *Anglicanæ Ecclesiæ* hodiernos *Præsules*, publico non ita pridem scripto, communi *Collegarum* nomine, sed & *Angliæ* totius, firmavit *Reverendissimus Thomas Lincolnensis*, subscribente *Henrico Londinensi* Anno 1679. Libri summa est, cui *Titulus* *POPERY: Papalem Doctrinam, Principiaque, sed & Praxim constanter, inimicam esse Naturæ ac Scripturæ Legibus; Imperatoribus, Regibus, summisque Potestatibus exisiosam; Tyrannicam ad eò, Superstitiosam, & Idololatricam; Undè concludit Præsul. p. 116. Romano-Catholicum esse pessimum Christianorum genus in Mundo. Sed & Scoticanæ Ecclesiæ nuperi Antistites, quicquid præfesset Regni Comitibus Sereniss. Eboracensis, confirmarunt Juramentum (Tesseram vel Testam vocant) omnibus, quotquot adspirant ad Dignitates, solemnè ritu præstandum: *Rejicere se & abnegare omnes istiusmodi opiniones, Doctrinas, ac praxeis, siue Papisticas siue Fanaticas, qua aut contraria, aut minus conformes sunt dictæ Religioni Protestantica, ac FIDEI CONFSSIONI, Scoticæ videlicet. Ea tibi, Lector, ut Hierarchici hodierni, (nam de iis in communi loquimur, & κατ' ὁμολογίαν, non de singularibus fortè personis, nec de ἀνεξιχνίασις animorum recessibus) Meretrici Babylonica impudenter blandiri non verentur!* Quin potiùs mecum stupe, quò homuncionem unum affectus abripiat, & quantum possint suadere malorum, sicubi morentur in unâ sede, & adit Religionis obtentus, *ἄριστος, τόλμα, & ἀναρχωλία*.*

IX. Unum tandem huic *Stelitate* testem opponam, *Virum* ut ejus ipsius *judicio*, sic nostro quoque, eruditionis moderationisque laude præstantem. Est is *Leydenensis Theologus*, *D. Stephanus le Moynes*, *Epist. ad Doctorem Anglicanum*, antè memoratâ, insertaque *Joh. Durelli Concordiæ*, à pag. 126. Sic *Vir* ille inter alia pag. 132. Latine ad verbum, ut posuere, reddita: *Si igitur Deus omnibus istis Episcopis & Præsulibus benedixit, nonne illorum horribilis impetus est, qui sustinent maledicere? Si fuere gloria tota Ecclesia veteris, an spes aliqua rationis habentur dedecus & opprobrium Israelis? Si istud Regimen Gloria JESU CHRISTI triumphum adjecit, illic ferendi sunt, qui contendunt NB. quod sit columna & fundamentum Mendacii, ac basis cui innitatur tyrannis Antichristi? Profectò eos oportet esse valde temerarios qui ita statuunt, nec putem ego ingratitude aliam esse, quæ ad hanc accedat. Hinc eo ingratitude vitio cumprimis se obstringere Anglos hodiernos, pluribus ibi docet. Requirit indè nolter, ne *Lectorem* obtundamus, neve crescat citationibus *Libri* moles, quod *cacœthes* haud *Friderici* esse, norunt qui vel legerunt fortasse vel audiverunt.*

ANIMADVERSIO XIII.

Hypothesis Dedicatoria ad Episcop. Londinensem. Iniquissimè à Criminatore vexata. Ut specialis forma Regiminis instituta à Christo, vel ab Apostolis, fuerit nulla. Secus sentientes. Classes horum diversa. Causa dubitandi perissima. Hypothesis variè confirmata. Rationes ostensiva. De Apostolicâ Disciplinâ. Ut in multis varia. Etiam dubia quandoque & obscura. Rationes apagogica. Dubia in contrarium discussa. Auctoritates Veterum. Recensiorum cumprimis. Quæ in speciem opposita. Cum Spanhemianâ hypothesi conciliata. Conclusio in Accusatores.

Nunc age, quod superest, cognosce & clarius audi!
Nempè liberanda plenissimè fides est, ac *Spanhemianæ*

manæ Hypotheses singulæ in Epistolis positæ, hisque Animadversionibus repetitæ, vindicandæ nunc sunt ab eâ invidiâ, quam illis Accusator, multâ frequenteque paginâ, apud rerum imperitos concitavit. Nec recessisse iis Fridericum à *communis Ecclesie sensu*, pro eâ quâ esse in hocce solet religione, non certè vel à Scriptoribus sacris, vel à gravissimorum Theologorum mente, quos noster nec de *sece Sellulariorum*, nec de *Clericorum turba*, nec de *Scholasticis auditorialibus*, cum Juliano Pelag. apud Augustinum *Lib. II.* esse dixerit, subjiciendum meis Lectoribus venit. Ac quod omnium caput esse videbatur, ut *specialis nulla forma Ecclesiastici Regiminis*, administrationis, disciplinæ, extra *generalium & substantialium* quæ dicebamus Animadversionibus prioribus censum, instituta à Christo vel ab Apostolis fuerit, attentiore mentis oculo, acie quasi prima, contemplandum. Nempè ita institutam nullam divinitus, ut hujusmodi formam non præscriperint *lege aliquâ universali, perpetuâ, & immutabili, omnium locorum & temporum Ecclesiis*, quæ se modò Christianas profiterentur. Ac planissimæ jam hæ voces sunt, ne cereis & ambiguis circumducere velle credamur. Quo ipso unâ fidelî abstergentur, quicquid in Spanhemii *Dedicatorem* ad Anglorum Præsulem, aut calumniarum nuper Wayenus, aut fallaciarum Arnaldus, chartis suis commaculando illiverunt.

II. Igitur extra sphæram divinæ institutionis collocamus, non jam illa quæ recensuimus Disciplinæ Ecclesiasticæ capita *generalia*, sed quæ *specialiora* ab istis secrevimus, *Animadvers. IV. VIII. X.* quæque non ad rem ipsam sed rei modum, non ad *διδασκίαν*, disciplinam, sed rationem hanc vel illam utriusque, pertinere existimanda. Imò foret omnis otiosa ac superflua, in re clarissimâ, demonstratio, nisi placuisset Viris doctis ingerere nebulas, abireque in diversa. Et quod magis mirère, dum *specialem* formam œconomîæ, perpetuam immotamque, Christo & Apostolis acceptam ferunt, accidit ut illi quidem Monarchicam, isti Aristocraticam seu Oligarchicam, hi Mixtam quodammodo ex Aristocratîâ Democratiâque, alii tandem merè Democraticam à tantis Auctoribus, æternâ quidem lege, derivarint. In primâ consistunt acie Pontificii, Monarchiæ Papalis assertores. In secundâ, celebres cumprimis in Britannîâ Theologi, Episcopalem ordinem censentes divini atque immutabilis juris, Bilsonus, Bancroftus, Saravia, Hammondus, Dodwellus, alii benè multi. In tertiâ, Presbyterialis disciplinæ, tanquam auctore Christo, in Angliâ, Scotiâ, Belgio, nec pauci illi, nec obscuri, nec infimæ notæ vindices. In quartâ denique, præter Fanaticos, Separatistas, Brownistas, & qui huic familiæ in Angliâ, Belgio, accessere, superiori etiam seculo in Gallicanis Ecclesiis Morellius, Ramus & sectatores, damnati primùm in Synodo Nationali Nemausensi, apud Occitanos, Anno 1572. Undè audiit Petrus Ramus apud doctissimum Bezam *insanus Democraticus, ὁ δὲ ἄρρητος Μάρτε προγναύς, homo ad turbanda optima quæque comparatus.* Nec enim alium, tacito quanquam nomine, in Epistolis Theologicis *Epist. LXVII. LXXV.* istis vocibus designavit. Procul autem est instituto nostro cum horum singulis bellum cernere, speciali ac fastidioso, post tot voluminosas lucubrationes, certamine. Fueritque ad propositum satis, si superiori asserto suâ per nos veritas quam paucissimis constiterit.

III. Quanquam sint non leves, speciosæ certè, causæ dubitandi. Quid enim? Christusne Ecclesiæ suæ Legislator, Princeps, Caput, Leges quibus ista gubernetur, aut nullas sanxerit, aut annuas, menstruas, incertas, ex hominum arbitrio, & Politicorum placito suspenderit? Fortèan Christus inferior fuerit Moli, *domum Dei Hebr. III. 5.* pulcherrimis institutis ac mirabili Politîâ exornanti? Præferendus hac in parte fuerit servus Domino, Eliezer Isaaco; imò prudentiores fuerint Lycurgi, Solones, Numæ, Legislatores Gentium? Quos igitur, amabo! totis post mortem trium-

phatam diebus XL. habuit ille ad Discipulos sermones, deditque *ἐπιτάγματα*, nisi de Regno suo *Act. I. 2. 3.* ejus adeò Politîâ, & qualem mox constituere Apostoli? Nempè, finem Christus sanxerit, *edificationem* Ecclesiæ suæ, media verò ad finem, seu politiam, regimen, disciplinam, quibus ædificatur *illa*, neglexerit? Ecclesiam scilicet dixerit *Vineam, Domum, Civitatem, Regnum*, nec aut de custodiâ vineæ, aut de œconomîâ domui, aut de regimine civitati vel regno, prospexerit? Imò verò ut per omnia respondit Tabernaculum Mosis divino Archetypo; ita nihil vero propius, quàm ad amissim delineatæ à Domino Politîæ, ad *τύπον δὲ χειρομαθείας*, cum Apostolicam ordinatam, tum Christianam omnem fuisse ordinandam. Et quæso! ecquid Apostolorum facta, exempla, instituta, in *Actorum* librum quàm studiosissimè relata, auctore Spiritu S. nisi totidem leges, *τύποι, ἐπιτάγματα*, venturæ Ecclesiæ imitanda? Nec aliunde sanè argumentationi à factis Apostolicis, quæ solennis Reformatorem Theologis, cumprimis in Hierarchicos Pontificios, accedere robur videtur. Unde totiens Paulus ad Timotheum, ad Ecclesias, *I Cor. IV. 17. Phil. IV. 9. I Tim. V. 21. VI. 13. 14. 2 Tim. III. 10.* revocat in memoriam sua mandata, sic vias, facta; dubio procul & in iis quæ Politiam, disciplinam, ordinem, rationem versandi *in domo Dei*, attinerent. Quæ etiam postrema nisi in Scripturis tradita, quæ hæ aut perfectæ dici, aut solæ omnium norma, omnis litis, etiam de Disciplinâ ac Politîâ, statui iudices Epistatæque poterunt? Præterquam quod eximant illæ ipsæ scrupulum omnem: Hinc *Ecclesia*, privatarum litium *Matth. XVIII. 17.* contentionum, futura diremptrix, qui nempè in Ecclesiâ præsiderent: Hinc *ligandi solvendique* his potestas data: Hinc sessuri super thronis *judicantes tribus Israël* *Matth. XIX. 28. Luc. XXII. 30.* Hinc *Presbyterorum* diversû in Presbyteriis ordines *I Timoth. V. 17.* Hinc discretæ *Functionum* omnium classes, docentium, pascentium, prophetantium, hortantium, gubernantium, præfidentium, ministrantium, & in his distribuentium, miserantium, opitulantium *Rom. XII. 5. 6. 7. 8. I Cor. XII. 28. Eph. IV. 11. 12.* Hinc denique aut habendarum *Synodorum Act. XV. 6. & seq.* aut faciendarum *Electioinum Act. VI. 2. 3. XIV. 22.* aut *Imponendarum manuum I Tim. IV. 14. V. 22.* aut exercendæ *Disciplina I Cor. V. 4. 5.* aliorumque quæ ad regimen atque œconomiam faciunt, apertissima in scriptis Apostolicis ratio.

IV. Nec ista nos equidem vel cautè dissimulamus, vel absolutè diffitemur. En igitur ut Hypothesim nostram nec evertant, nec concutiant quidem! Suffragabuntur imò Scripturæ, Apostoli, Antiquitas, Theologi, hique extra partium omne studium positi. Ac primò quidem certius est, quàm ut oporteat demonstrari, extare in scriptis Evangelicis & Apostolicis Constitutiones hujusmodi, Canones, leges nullas, *scriptas omnium & locorum & temporum Ecclesiis*, de speciali formâ *universa Politia*, ac ratione certâ totius Ordinis Ecclesiastici. Nec quæ hinc inde, quantum ad ordinem & disciplinam, pro ratione locorum & temporum, aut factitalle aut constituisse legimus Apostolos, relata quoque legitimus inter Canones universales, & leges toti Ecclesiæ datas. Nisi huc trahantur aut *Constitutiones* Clementis, aut *Canones Apostolorum* nominibus exornati, tertio (ut videtur) à nato Christo Seculo. Pari scilicet jure, quo Ritualia, & Liturgica, auctoribus Petro, Jacobo, Matthiæ, Marco, Clementi, Dionysio Areopagitæ adscripta. De quibus Viri in nostris summi, Perkinsius, Coccius, Casaubonus, Mornæus, Scultetus, Rivetus, Dallæus, sed & Fridericus alibi noster, adde & Rob. Parkerum, prolixè satis, in Politîâ Ecclesiasticâ adversus Hierarchicos, *Lib. II. Cap. XIII.* ut *τὸς ἕξω τῆς ἐκκλησίας* mittam.

V. Nec minùs certum, cum *extraordinariam* & singularem in multis, tum *variâ* & mutabilem, tum quandòque *dubiam* & controversam Apostolorum sive

praxim, sive institutionem, in Disciplinæ negotio, intelligi. Exemplis fiet res illustrior. Extraordinaria vis? Intuere v. g. *Apostolos* propriâ sæpe auctoritate Pastores Ecclesiis præficientes; Euangelistas huc illuc missitantes; de omnibus immediatè & ultimò pronunciantes; tremendum in modum animadvertentes in Ananias, Sapphiras, Hymenæos, Alexandros, incestuosos; Viros *Apostolicos* ejusdem secum potestatis, in constituendis Pastoribus *Tit. 1. 5. 1 Tim. v. 22.* in removendis *Tit. III. 10.* reliquisque ad eò curandis, consortes statuentes &c. Variantia vis? Attende v. g. electionum, missionum, vocationum *modos*, factarum modà sorte *Act. 1. 26.* modò suffragio multitudinis *Act. VI. 3. 5. 2 Cor. VIII. 19.* modò Apostolorum illo *Act. XIV. 22. 1 Tim. I. 3. 2 Tim. IV. 17.* consententibus Ecclesiis, modò & Euangelistarum ac delegatorum ab Apostolis *1 Tim. v. 22. Tit. I. 5.* Sic dubiis expediendis, aut legibus faciendis, quandoque in Synodum coeunt, uti Hierosolymitanam illam *Act. xv. 6.* quandoque suam singuli auctoritatem tantummodò interponunt, frequenti Pauli Apostoli in Corinthiorum, Thesalonicensium &c. Ecclesiis, exemplo. Sic administratæ Ecclesiæ modo ordinariè per *Presbyterium*, seu Collegium Pastorum, Ministrorum, modò extraordinariè per Apostolorum, aut Euangelistarum aliquem; & quæ variantia plura, ut in Ritibus, Ceremoniis, sic in Regimine, Disciplinâ.

VI. Sed & dubia vis in Apostolicâ disciplinâ, & obscura olim hodieque, controversa certè etiam nostratibus Theologis? Verbi gratiâ, *Doctores à Pastoribus* distinxit Gentium Apostolus *Eph. IV. 11.* dubium multis an munere, officio, an nomine, appellatione tantùm? *Presbyteri non laborantes* in sermone & doctrinâ *1 Tim. v. 17.* dubium ut supra *Animadv. VII.* an vocationis defectu, an charismatum tantùm, an à *laborantibus* discreti operis, functione, donis, an toto ordine, specie totâ? *Presbyterium* aliis *1 Tim. IV. 14.* & doctissimis hodieque Theologis, collegium Pastorum tantùm, aliis Synedrium Pastorum cum Senioribus, aliis Episcopi cum Presbyteris, aut si vis etiam ex Episcopis solis coactum. Sic *Presbyteri* seu Ephori Ecclesiæ Hierosolymitanæ *Act. xv. 6.* Ephesinæ *Act. XX. 17.* aliarum, his sunt Pastores soli, illis & Seniores quoque ut à Pastoribus distincti. Sic *prophetantes*, *1 Cor. XIV.* in Corinthiorum Ecclesiâ, dubium an ordinario, an extraordinario charismate; an speciali ad docendum, hortandum, consolandum vocatione instructi, an verò donis, charismatis tantum? Sic *Gubernationes* *1 Cor. XII. 28.* uti *Potestates*, de quibus ad Corinthios Apostolus, aut quæ officia fuerint, aut quibus commissa, haud vel constat, vel certè convenit satis. Sic de *Episcoporum* ordine vel gradu, ut à Presbyteris distinguuntur, num sit Apostolici ævi, & instituti, quantæ, obsecro! & pridem & nuper & etiam nunc dissensiones? Celebresque sunt illi Viri, qui pro perpetuitate atque immutabilitate Episcopalis & ordinis & potestatis, vi Divinæ institutionis, decertarunt, post Ignatium, Auctorem Constitutionum, Epiphanium, aliosque Veterum, ab Hieronymo hac parte dissidentes. Quin & nuper Vener. Comenius, defensus ordinem Fratrum Bohemorum *Annot. ad Cap. I. p. 87.* Vidit Apostolica Ecclesia egere omnino Episcopo, Superintendente: ideoque ut plurimum Ecclesiarum Inspectores summo rursus Inspectorem (*κατ' ἑξοχὴν* Episcopum dictum) haberent, instituit. Quâ de re jam monitum supra *Animadv. VIII. Num. IV.* Rursus fundant Episcopatum alii etiam in verbis Christi, alii in effatis Apostolicis, alii in exemplis modò Apostolorum, modò Euangelistarum, Timothei, Titi &c. Quomodò, si Veteribus fides, præfetti Apostolicâ ætate *Episcopi*, *εὐδαιμόνως ἢ ἀρετῶδως* sic dicti, Ephesius quidem Timotheus, Cretensibus Titus, Hierosolymitanis Jacobus, Alexandrinis Marcus, Atheniensibus Dionysius, Ecclesiis aliis Apostolici id genus Viri, perquam interim Episcopatibus illis apud alios dubiis & controversis. Sic in eligendis, constituendis Pastoribus, Ministris, ser-

vari hi censent Apostolicum ordinem, si populari suffragio res fiat; isti contra, turbari, violari, & in iis quoque memoratus modò Comenius *Annot. ad Cap. II. pag. 101. 102.* Sic *traditio Satana* *1 Cor. v. 5. 1 Tim. I. 20.* multis ordinaria & merè spiritualis pœna est; longè pluribus extraordinaria, & corporea quoque, ad *carnis destructionem*, doctissimis etiam in Presbyteriali ordine Viris. Sic Ecclesia voce, in vulgato illo, *dic Ecclesia Matth. XVIII. 17.* noti qui Judæorum Synagogam, qui Synedrium magnum, qui collegia Triumvitalia per Judæam erecta, qui Rempublicam, qui civilem Magistratum, qui fideles Arbitros, qui indefinitè *Multos*, vel *in publico*, ut supra, qui totam Congregationem, cœtum universum, qui Præsides Ecclesiæ, Synedrium, Presbyterium, qui rursus in his Episcopos aut Pastores solos, qui sociatos (ut primitus) Pastoribus Diaconos, qui denique Consistorium ex Pastoribus & Senioribus, diversis equidem nec jejunis quandoque interpretamentis, intellexerint. Aliis etiam suspendentibus assensum, & ablegantibus, quanquam nec pro argumenti gravitate, ad *Delphicum tripodem*, ut scurrans scriptor in *Guil. Apollonium pag. 335.* Unde nec illa, *Esto tibi velut Ethnicus & Publicanus*, perindè sunt hoc loco accepta: multis sanè de sententiâ judiciariâ, & excommunicationis illâ; at euntibus aliis in alia omnia, cum superiori seculo, tum hocce nostro, nec in uno orbe, nec è trivio Eruditorum; quorum ut non causam agimus, sic nec aut sententias aut præsidia recensemus. Ac in facti jam commemoratione versamur.

VII. Sed esto? constet de multis Apostolorum *praxis*, institutum, non perinde *lex*, mandatum constat, perpetuum illud & universale. Nec à factò Apostolico ad legis necessitatem fas esse argumentari, prolixè visum *Animadv. x. Num. xi.* Quò jam referemus variationes omnes Disciplinæ, postquam defecissent Apostoli, in Christianâ Ecclesiâ natas, hanc sibi factam esse potestatem arbitratâ sanè, nihil quidem læsâ reverentiâ Apostolicæ consuetudinis. Quibus de *variationibus* postea. Præterquam quod censeri non possint instituta ut juris perpetui & immutabilis, quæ intellexisse Christum & Apostolos esse suâ naturâ *media*, nec ad essentiam rei, ad Ministerii substantiam, ad fidei integritatem, ad salutis adparitionem pertinere, fusiùs ostensum. Hinc illi, quod jam ad Londinensem *Friderici Epistola*, adoratum iri Deum *in Spiritu & veritate Joh. IV. 24.* hinc sponsæ decus omne intrò *Pf. XLV. 14.* hinc consistere regnum Dei non in externis & peritaticis, sed *spiritualibus & internis Rom. XIV. 17.* Hinc etiam cura Apostolorum omnis in jaciendo fundamento *Ephes. II. 20. 1 Cor. III. 10. 11.* cum doctrinæ tum vitæ, cum fidei tum charitatis. Commendareque illi sanè Ministerium sacrum, ordinem, disciplinam, sed *rem* non modum rei, *essentiam* non accidentia, *genus* non species vel circumstantias, & *interna* potius quam externa. Atque ad eò satis illis, si fierent omnia ad *edificationem* *1 Cor. XIV. 26.* *περὸς οἰκοδομὴν*, omnia *ordine & decenter* *1 Cor. XIV. 40.* Si reputarent ac sectarentur Christiani, *quacunque vera, quacunque veneranda, quacunque iusta, quacunque munda, quacunque laudata*, *Phil. IV. 8.* Si non desererentur *congregationes mutua*, *mos uti quibusdam Heb. X. 25.* Si constituerentur gregibus Episcopi, Pastores, ad *pascendum Ecclesiam Dei Act. XX. 28.* &c. Si manus cito *imponerentur nemini* *1 Tim. III. 2. &c. v. 22. Tit. I. 6. &c.* nec nisi probatis primùm in doctrinâ & vitâ. Si nemo se non *vocatus*, non *missus Joh. XX. 21. Heb. v. 4.* intruderet, sed *maneret quisque in vocatione quâ vocatus est* *1 Cor. VII. 17. 20.* Si Pastores Christo militantes sese non *implicarent vitâ hujusce negotiis* *2 Tim. II. 4.* Si *donum quod in se esset non negligerent* *1 Tim. IV. 14. 16. &c.* sed *attenderent sibi & doctrinâ*, fideliter *docerent, predicarent, pascere, arguerent, hortarentur, ligarent etiam & solverent*, non tamen ut *dominantes Cleric* *1 Pet. v. 2.* Si non forent inter fideles *flagitia, scandala,*

non

non tolerarentur certè, quemadmodum nec *hæreses Tit.* III. 10. 2 *Theff.* III. 6. &c. neque cum auctoribus sancti *confuescerent, communicarent* 1 *Cor.* v. 9. 10. 11. *Eph.* v. 11. 2 *Theff.* 111. 14. &c. Et quæ alia sunt præcepta generalia, omnibus communia, in iis quæ faciunt ad ordinem & disciplinam, specialibus certè circumstantiis, determinatione modi, ordinis, externorum, relictis Ecclesiarum libertati, conditioni, statui; observandis ubique ut ordinis sic & prudentiæ *Matth.* x. 16. 1 *Cor.* x. 15. charitatis *Rom.* xiv. 1. &c. tolerantiaæ mutuaæ *Phil.* 111. 15. 16. subjectionisque respectu summarum potestatum *Rom.* XIII. 1. &c. *Tit.* 111. 1. 1 *Pet.* 11. 13. legibus. Quibus adde, quod in superioribus Animadversionibus *Animadv.* iv. & Notis ad *Epistolam* Friderici, actum est multis, noluisse Christum & Apostolos in extremis Ecclesiæ, ac necessario nexu cum Civili ordine colligatis, intercedere Magistratum iuribus, Politiarum institutis, moribusve Populorum. Undè præcio temporum novissimorum Spiritu, quo mundanæ Politiaæ, Ecclesiæ hospitia, diversissimæ in Orbe Christiano surgerent, *positis essentialibus requisitis, ad spiritualis Regni incrementum, nec Monarchico statui per Ochlocraticum, nec Democratico per Monarchicum, aut Oligarchicum, nec alii cuius per adversas, sociarique cum Civilibus regulis nescias Constitutiones, intercedere aut præjudicare prudentissimè voverunt, ut in Epist. Friderici.*

VIII. Adde, nisi hæc nostra stet Hypothesis, conflare absurda atque incommoda benè multa. Verbi causâ, si immotus ordo Ecclesiasticæ Politiaæ, si forma perpetua externi regiminis à Christo vel Apostolis sancita atque instituta fuit, peccavit sanè graviter pia & Christiana Antiquitas, cum proxima Apostolicis temporibus, tum remotior nonnihil, frequentè ejusdem novatione ordinis ac regiminis. Peccant etiam nunc Reformatæ Ecclesiæ pleræque, ne Presbyterialibus exceptis, cum ab Apostolicâ Politia in multis, tum inter se in plurimis discrepantes, illustribus postea documentis. Jamque necesse fuerit ut stent Divinis institutis soli, aut Democraticæ, aut Aristocraticæ, aut Monarchicæ, aut Mixtæ formæ tenaces Christiani, deflestantibus reliquis à *divinis ad humana, ab evaxiâ ad ataxiam*, deficientibusque in essentiali & gravissimo disciplinae capite. Hinc proclive, *superbire hos & illos Cæteris Apostolico scilicet regimine, ac disciplinâ, Donatistarum & Novatianorum fastu quodam*, vel hoc nomine à cæteris segreges abituros, tanquam puros ab impuris, à confusis ordinatos. Et quæ sic censentur instituta, ut immutabilis juris, vel ad essentiam atque integritatem rei faciunt, vel non faciunt: Si prius, periit Ecclesia in quâ cernuntur ab his diversa, aut opposita; si posterius, quæ talia immutabilis reputari juris possunt?

IX. Neque contradunt fidem, aut stringunt quæ Viris magnis objicere in contrarium placuit, supra §. 111. Imò multa à re nostrâ aliena, quædam etiam dubia, pleraque coacta. Esto sanè! desiderentur speciales Canones de hac vel illâ formâ Regiminis, Præsidentiæ, Electionum, Vocationum, Animadversionum, eo quo diximus modo! Num Christus eo minùs Ecclesiæ suæ *Legislator*? non legum in Evangelio fatis moralium, positivarum? non ad Ecclesiæ regimen illæ de missione Apostolorum, officio Prædicationis, ministerio Clavium, constitutione Pastorum, Doctorum, horum Ordinatione, Munere, Requisitis, & quæ plura nuper indigitata? Hactenùs certè nihil Christus inferior *Mose*, superior etiam ut Dominus, ut Architectus ipse Mosaicæ Politiaæ *Hebr.* 111. 3. 4. 5. 6. ut præstantioris fœderis Mediator *Hebr.* vi111. 6. ut finis *Rom.* x. 4. quem respicerent præcepta carnalia *Heb.* vi11. 16. umbræ *Col.* 11. 17. *Hebr.* x. 1. tabernaculum mundanum *Hebr.* ix. 1. œconomia omnis ac politia vetus; ut in quo & per quem Legis per Mosem data veritas *Joh.* 1. 17. ac complementum cernitur; ut summus ipse Legislator, non externâ tantum sanctione, sed & scriptione internâ *Hebr.* vi111. 10. imò nec Legislator tan-

tum, sed cumprimis euangelizans *Matth.* xi. 5. *Luc.* iv. 18. &c. Sic, habuerit Christus sermones ad discipulos, de Regno suo, ascensurus ad Patrem! Ergò de formâ externâ & accidentali regiminis? Non potius de regno cum interno & gratia, tum æterno & gloria! de iis de quibus obscuriùs aut minùs copiosè toto tempore Ministerii *Joh.* xv. 15. xvii. 8. &c. quæ tradituri essent Apostoli, seu verbo seu scripto 2 *Theff.* 11. 15. quæ servanda ab omnibus Gentibus forent *Mat.* xxviii. 20. quæ Evangelium suum concernerent *Marc.* xvi. 15. &c. Sic esto Ecclesia *Vinea* ad quam custodes, operarii; *Domus* ad quam servi, œconomi; *Civitas*, *Regnum*, in quibus ordo, politia; *Corpus* in quo partes, membra requiruntur! Cadunt scilicet ista omnia, ni ille Hierarchicam, hic Democraticam, alter Aristocraticam, mixtamve formam ordinis; politiaæ, œconomiaæ, obtineat? Sic, fuerit ordo, regimen, disciplina *medium* necessarium ad *finem*, ad ædificationem! Ergò ordinis, regiminis, disciplinae, præcisè hæc & illa ratio! Quin potius, ut finis unus, constans, sic media hujusmodi ad finem varia, mutabilia, pro conditione temporum, locorum, personarum. Optimè jam Ludovic. Cappellus *Disp. de Vario Eccl. Reg.* §. viii. *Regiminis ratio potest esse non una, verùm multiplex; habet enim rationem non finis, sed medii per quod ad finem pervenitur. Finis præcipuè & unice in omni re spectandus & persequendus est ut obtineatur, & si obtinetur, siue hæc siue illâ viâ id fiat, modo justâ & idoneâ, perinde est nobisque esse debet.*

XI. Ast, ajebant illi supra *N. 111. tabernaculi* Evangelici structura respondere per omnia debuit divino *archetypo*, à Christo suis Apostolis monstrato. Nihil nos certè refragamur. Damus de iis omnibus quæ ad tabernaculi illius essentiam atque integritatem faciunt; de doctrinâ totâ Evangelii, credendis, faciendisve; de S. Ministerio, ordinatâ missione, variis functionibus, necessariis requisitis, essentialibus aliis. Non igitur (instant alii) Apostolorum *facta exempla*, in negotio disciplinae, totidem nobis *leges* sunt, & *exemplaria*? Non omnia, inquam ego, quia ut aliàs demonstramus, sæpè singularia, sæpè varia, sæpè dubia illa, sæpè ex accidente nata, & pro ratione circumstantiarum, ac conditione temporum. Venerabilis Beza, Epistolâ ad Grindallum Episc. Londinensem. *In Epist. Theolog. Epist.* viii. *Deinde, cui dubium est Apostolos suorum temporum itemque locorum & personarum rationem in externis ritibus summam habuisse?* Rursus: *Itaque quicquid ab Apostolis factitatum est, quod ad ritus attinet, nec statim nec sine aliquâ exceptione, pro regulâ sequendum existimo.* Joh. Whitgiftus, apud & Parkerum, *Lib. II. Cap. XLII.* qui & nonnullis Leucodorus, Archiepiscopus Cantuariensis: *Non solum infirmum sed & periculosum etiam argumentandi genus est, arguere; Apostoli fecerunt, in rebus mediis, ergò & nos facere oportet; vel Apostoli non fecerunt, ergò nobis non licet facere.* Vir summus Samuel Bochartus, *Epist. ad Morlaum pag. 7.* *Nec Apostolorum praxim puto vim habuisse legis, in rebus suâ naturâ ἀναφύγοις.* Proinde tam qui Presbyteralem quam qui Episcopalem ordinem juris divini esse asserunt, videntur ἰ ἀνθολογῆς ἀμετέλας ἔ μέλει ἀμαρτέων. Clarissimus Cappellus antè citatus non de factis modò sed & constitutis Apostolicis, *Loc. cit. §. x.* *At quamvis hoc illi (Thomæ Bilsono, Episc. Wintoniensi) concederemus quod tantoperè contendit, Episcopalem prerogativam supra Presbyteros esse ab ipsis Apostolis institutam, non sequeretur tamen eam esse prorsus immutabilem, non enim quicquid in Ecclesiâ, quod ad ordinem & διοίκησιν spectat, primò ab Apostolis institutum est, id statim est invariabile, ut nunquam mutari possit.* Henr. Altingius in Problematicâ *Loco xv. Probl. 111.* *Multa hujus generis quæ ab Apostolis instituta fuerunt (quantum ad gubernationem Ecclesiæ) sed ut temporaria, nunc abierunt in desuetudinem, imò abrogata sunt, non modò extraordinaria, sed etiam ordinaria.* Et productus antè Samuel Maresius *Disput. de Origine Episcopatus Thef. II. Et quamvis pertendamus*

tempore Apostolorum Ecclesiarum recens institutarum regimen fuisse penes earum Presbyteros in communi, citrà talem unius *ἑταροχλίω*, non tamen putamus eorum temporum praxim sumendam esse pro regulâ, cui necessario semper sit insistendum. Quò fecere suprâ pag. 184. illa Hilarii Diaconi, cœpisse post Apostolos alio ordine & providentiâ gubernari Ecclesiam, & sexcenta id genus. Nec eo intercedimus imitationi Apostolicæ praxeos, si quarum id Ecclesiarum conditio, & locorum circumstantiæ ferant; neque dicemus ea propter, *τῆς αἰρέσεως τὰ χεῖρα πρὸ τῶν βελλόνων* ut cum Galeno loquar *πρὸς δὲ δυσπν.* T. III. pag. 189. Prudenter jam idem qui suprâ Reverendissimus Whitgiftus, citante etiam Parkeri, Lib. I. C. IX. sub initium. Non in eo controversia vertitur, an multa à Reformatorebus commemorata, commode temporibus Apostolorum in usu fuerint, & quibusdam in locis commode jam recipi possint, imò & commode recipiantur etiam in quibusdam Ecclesiis Reformatis. Adde imitationem aliam exprimere factum quoad genus, ut Scholæ loquuntur. Hinc sub diversis hodie regiminum formis videas nihilominus, ad Ecclesiæ Apostolicæ exemplum, & Pastores, & Diaconos, & Præsidentes, Disciplinæ Canones, & ordinatas tum *χειροτονίας* tum *χειροθεσίας* &c. Ut non fuerit quod isti argumento, ab Apostolicis factis, tanquam immotis legibus, prolixè adeò insisteret Rob. Parkerus de Polit. Eccles. Lib. II. C. XLII. Vir cæterâ & pietate & doctrinâ eximius. Cujus tamen si quis ratiunculas ad paucula nostra, & tot prudentum Theologorum suffragia, expenderit, deprehendet Virum illum, deditum Hypothesi suæ, laborasse eâ *ἀμετερίᾳ* quam magnus Bochartus hoc in argumento culpavit. Supponitque ibidem Parkerus, aut particularia in Scripturis facta, *ab hominibus quæ sanctis*, proponi necessario semperque imitanda; aut si imitanda, cui nec pio nos studio intercedimus, etiam quoad speciem & circumstantias; aut ad specialem æternamque imitationem, relata esse singula in *Actuum Apostolic.* librum. Censet etiam nostros semper, & in omnibus, etiam in quæstionibus juris, argumentari contra *Papistas*, à factis Apostolorum, quanquam si fecerint, dispar est subjectæ materiæ ratio. Paulum quoque commendantem Timotheo & Ecclesiis *viâ* suas, doctrinam, mandata, respexisse ad specialem hujusmodi, certam, & immutabilem Politicæ formam, postulat idem Parkerus Lib. II. C. XL. Quemadmodum etiam, ni talem definiverint Apostoli, nec rem modò sed & modum rei, Scripturas imperfectionis, defectionis arguendas &c. Et quæ alia cum per se infirma, tum infirmata sic satis *Animadv.* VII. VIII. X. in quibus adeò discutiendis prodigi non sumus aut temporis nostri, aut patientiæ Lectorum.

XII. Postremæ instantiæ, suprâ §. III. à ratione totâ Politicæ, Disciplinæ, passim in Euangelicis & Apostolicis literis expressæ, factum jam est, nisi fallor, in superioribus *Animadvers.* satis. Ostensumque, esse illa aut *γενικά*, & communia quibuscunque ferè Politiarum formis, v. g. Opus Ministerii, functiones Pastorum, Doctorum, Præsidentium, Ministrantium, officia docendi, administrandi Sacramenta, ligandi, solvendi, dirimendi privatas lites, arcendi hæreses, scandala, ita impositiones manuum, coactiones Synodorum, alia: Aut esse *ἀμφισβητήμενα* & controversa; v. g. quid Ecclesiæ nomine intellexerit Christus; qui & quomodo fessuri iudices super Thronis; qui Presbyteri non laborantes in Verbo; qui Angeli Ecclesiarum præfides *Apoc.* II. III. quæ Episcoporum quorundam Apostolicâ ætate ratio; ex quibus tum composita fuerint Presbyteria, &c. Aut *ποικίλα* observari, nec semper eadem, v. g. formæ diversæ electionum, vocationum, &c. Aut denique *κίνητα* & temporaria, v. g. Diaconissarum, Agaparum, mulierum, aut certè plurium simul prophetantium instituta &c. Ne dicamus quæ Apostolicæ functionis, & potestatis propria, eoque extraordinaria, imitanda quoad genus, non quoad speciem, in scopo non in circumstantiis.

XIII. Sed argumentis testes, rationibus auctoritates succedant. Et primò quidem ex Hilario, Hieronymo, ac praxi totâ Antiquitatis, quid ista senserit de mutabilitate Apostolici regiminis, ex parte visum, ac pluribus secuturâ *Animadvers.* Unde Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, Chalcedonenses, reliqui Conciliorum Patres, in politicâ ac disciplinæ Ecclesiasticæ rebus, non ad Divina jura, aut Apostolica instituta, sed vel ad *antiquas consuetudines*, vel ad *Patrum regulas* respicere consueverunt. Et quod Socrates de Paschale *Lib. V. Cap. XXI.* idem voluit de his & illis Ecclesiarum moribus, *salva neque Servatorem neque Apostolos lege aliquâ præcepisse.* Imò idcirco varias subintroductas consuetudines ibidem docet, quia in similibus Apostoli liberam Ecclesiæ cuivis fecere potestatem. Facitque huc regula Augustini *Cont. Donatist. Lib. IV. C. XXIV. T. VII. Quod universa tenet Ecclesia, nec à Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolicâ traditum rectissime creditur.* Undè à contrario: Quod non universa tenuit Ecclesia, quod à principio varium & mutabile, quod à Conciliis & Synodis institutum, neque semper retentum fuit, *non traditum id Apostolicâ auctoritate, rectissime creditur.* Neque deessent id genus plura è monumentis Veterum, nisi jam *καμπήλα* concederemus, essetque prodiga omnis opera, respectu Criminatoris; *ut forte magis poteris in aquâ impressis literis scribere, aut instans pennus levis per aëra ut avis volare,* verba sunt ex Oraculo Pagano apud Augustinum *de Civ. Dei L. XIX. C. XXIII.* in initio, quàm revocare hominem ad moderatum de nostris sensum.

XIV. Concinit autem turba tota recentiorum. Generalem sanè regulam ordinis & regiminis tradidisse Apostolos, non speciales constitutiones, & immutabiles illas, profitentur in ipso limine quotquot sunt *Ecclesiastica Ordinationes* in Protestantium Ecclesiis. Hinc præscribunt ferè omnes, quas videre contigit, generale effatum Apostoli, *omnia decenter & ordine fiant* *I Cor. XIV. 40.* Quin & ad calcem singulæ, integrum fore summæ Potestati, re exigente, Disciplinæ Canones *mutare, augere, minuere, corrigere, nihil adeò censentes in talibus divini atque immutabilis juris.* Joh. Calvinus *Epist. ad Neocomens.* Anno 1544. Tomo VI. pag. 63. *Substantiam Ecclesiastica disciplina exprimit disertis verbis Scriptura, formam autem ejus exercenda, quoniam à Domino præscripta non est, à Ministris constitui debet pro adificatione.* Ità *Libro IV. Institut. C. X. Num. XXX.* loco etiam suprâ indicato: *Quia in externâ Disciplinâ & Cereemoniis non voluit Magister sigillatim præscribere quid sequi debeamus, (quod istud pendere à temporum conditione prævideret, neque judicaret unam omnibus seculis formam convenire) confugere hic oportet ad generales quas dedit regulas &c. Postremò quia nihil expressum tradidit, quia nec ad salutem hac necessaria sunt, & pro moribus uniuscujusque Gentis ac Seculi variè accommodari debent ad Ecclesia adificationem &c.* concludit Vir maximus *optimam* horum omnium *moderatricem esse charitatem.* Alia Calvini mittimus, passim in Epistolis, & in Opusculis, quædam à Durello producta, quibus calumniam distillavit, se suoque, *Genevates, in externis esse morosos, quinimò perstrinxit hæc in parte cerebrosos & pervicaces,* ut suprâ. Theodorus Beza, in *Respons. ad Saraviam Cap. XVI. pag. 92. Ecclesiastica administrationis essentialia, duabus præcipue in rebus posita sunt: Nempè in ipsis perpetuis muneribus, sacris, & in eorundum accuratâ & distinctâ descriptione, ad quam eorum usus est referendus.* Quod utrumque ut generale est, à Friderico quoque *essentialibus* adscriptum, ità de specialiori Disciplinâ, *necessariò variante,* salvâ semper substantiâ, idem aliàs in *Epist. ad Anonymum,* productâ suprâ. Et quàm non rejecerit Hierarchicam Anglorum disciplinam, permissam utique, salvis Scriptis Apostolicis, infrâ ex Beza dicimus. Idem *Epist. ad Grindallum Londinensem Anno 1566. Quod ad me attinet, doctrinam quidem Apostolicam numeris omnibus perfectissimam fuisse non dubito, cui nec detrahere, nec adjicere quic-*

quicquam liceat; de Ritibus autem paulò aliter judico, & quæ in hanc rem plura subjungit Petrus Martyr Professor aliquando Regius Oxoniensis, sub Edoardo, stante Episcopatu, agens de legibus Ecclesiasticis, de- que externâ disciplinâ *Loc. Comm. Class. IV. Cap. II.* gene- ralem tantùm regulam Apostoli præscribit, *adifica- tionem & eutaxiam*, speciales constitutiones Ecclesiis re- linquit, quia relictas ab Apostolis intellexit. Similia passim Lutherus, Bucerus, Melanchthon, Brentius, Musculus, Bullingerus, Gualtherus, Zanchius, alii, quorum superiori sæculo usi Consilii Reges, Princi- pes, Magistratus, in disciplinæ ac Politicæ Ecclesiasti- cæ instauratione, ubique penè variantis, ut infra plu- ribus. Lambertus Danæus in *1 Timoth. Cap. III. 15.* Distinguendum est de disciplina partibus, quedam esse in eâ essentialia omnino, quedam accidentalia. Essentialia sunt omnia quæ de electione & munere Personarum Ecclesiasticarum hîc traduntur. Accidentalibus sunt quæ ad particularem earum rerum modum servandum, formamque aliquam constituendam, & cujusque Populi commoditatis rationem habendam, pertinent, v. gr. Quoties Episcopo in hebdomadæ concionandum, quibus diebus, quâ horâ, quo loco, & cætera quæ sunt hujusmodi. Matthæus Sutlivius, Tractatu de Disciplina, id agit toto Capite XIII. à p. 154. ut evincat formam ejus à Christo & Apostolis traditam esse nullam. Et Cap. I. Diximus quantum Christus instituit ut observentur, qualia hæc sunt, ut sint Pastores, qui doceant, & ut sit quodam Regimen & hujusmodi Disciplina &c. Idem Celebres Anglorum Theologi, Whitakerus, Perkinsius, Whitgiftus, Cousinus, Whitgifti Cancellarius, Lous, Brid- gesius, Hookerus, &c. quos vel citatos vide apud Rob. Parkerum, Libris de Ecclesiasticâ Politia, Lib. I. Cap. IX. XV. XXII. Lib. II. Cap. XXXIX. pag. 57. 329. &c. Ad- de Rich. Cracanthorpius, in Defensione Ecclesiæ Ang- lic. adversus Archiepisc. Spalatensem, Cap. XXVIII. §. 12. Sanderfonum, Tractatu de Obligatione Conscientiæ, Præf. VI. Britannos alios non paucos. Ac ipse quoque Thomas Bilsonus, Episc. Wintoniensis, De Perpet. Gu- bern. Eccl. initio Cap. XII. Quæ res in Ecclesiâ perpetuò ma- nere debeant (ex præscripto universali Christi & Aposto- lorum) nunc recensere tantùm sufficit. Nempe potestas enun- ciandi Verbum, & dispensandi Sacramenta, recta Clavium administratio, Manuumque impositio, quo dignis & idoneis Animarum cura deferatur: Contrâ verò infidelis & inhabi- les, nec eorum contagio latius serpat, à communionem Ecclesiæ arceantur. Hæc res quamdiu manet Ecclesiâ deficere non de- bent. David Pareus, Epistola apud nos MS. ad Davi- dem Brunonem, scripta ann. 1610. die æquinoct. citatæque ad calcem Dedicatoriæ ad Londinens. Oeconomia enim Ecclesiastica alia generalis alia specialis est. Generalis, ut in Ecclesiâ sit distinctus ordo docentium, & discipulorum: In or- dine docentium sint Pastores, Doctores, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, laborantes in Verbo, in Censura, in Gubernatione, in fisco Ecclesiæ &c. Hæc definita est Verbo, Ecclesiæ οὐνοῦς & necessaria, quam cum habet Ecclesiâ bene est. Specia- lis definita minimè est, sed libertati cujusque Ecclesiæ reli- qua ad adificationem. In eundem sensum idem Comment. in priorem ad Corinthios, in Cap. XIV. vers. 40. atque etiam aliàs. Henricus Altingius Problem. III. Loco XV. In Gubernatione Ecclesiæ alia sunt generalia ac perpetua, alia particularia & mutabilia. Primi generis sunt, quæ ad Ver- bum & Sacramenta pertinent; Ut verbum pure prædicetur, Sacramenta integrè administrantur, Ecclesiæ Ministri legitime vocentur, Mores emendantur, offendicula tollantur, pau- peres curantur. Secundi generis sunt, quæ spectant Ritum, Ce- remonias, Ordinem personarum & locis convenientem, & pecu- liarem agendi modum in singulis Ecclesiis. Hinc idem ad- dens causas diversitatis circa gubernationem Ecclesiæ, primam adfert; Quod multa non definita Verbo Dei, de quibus etiam est *1 Cor. XIV. 40.* Vel si definita, controver- siam habent, num sint usus perpetui. Secundam; quod alii pro normâ Gubernationis habent præter Dei Verbum Ecce- siam veterem, ante & post Concilium Nicanum &c. Salmurien- ses Theologi in Synopsi Controversiarum Re-

ligionis: Art. xxx. de Potest. Eccl. §. 3. Id enim habet Ecclesiâ Christiana cum Judaicâ commune, quod quæ ad fidem & mores spectant, utriusque Deus accuratissimè describere voluit, ut nihil in iis rebus tentaret nisi ex ipsis præscripto. At excellit in eo conditio Christiana, quod & ejus πολιτεία longe simplicior esse debuit, & multo majorem spiritus sapien- tiæ copiam ab indulgentiâ Christi consecuta, NB. Deo sic per- mittente, res suas in quibus διατάξια consistit, ordinare & ad- ministrare potuit! Repetunt clariùs articulo sequenti de Regimine Ecclesiæ §. 1. Moses Amyraldus de Secess. ab Eccl. R. p. 29. Quando igitur Christus quidem & Apo- stoli hoc disertè constituerunt, debere particulares Ecclesiæ om- nes gubernari à Pastoribus, & aliquâ Regiminis formâ tem- perari, quæ verò Regiminis ista forma potissimam esse debeat, utrum alii alii auctoritate præcellant, nec ne, neque rei na- tura definit, neque à Christo & Apostolis aequè disertè con- stitutum est. Johannes Mestrezatius ad illa Bellarmini, in Novo Testamento non potuisse omnia tam specialiter determinari, ut non fuerit novis legibus opus; respon- det distinguendo, inter ea quæ concernunt Ordinem & Po- litiam Ecclesiasticam, aut quæ concernunt substantiam Religio- nes & Cultus divini: si priora, omnino varietatem Natio- num flagitasse in iis diversitatem &c. Tract. Gall. de Eccl. Lib. III. p. 685. David Blondellus Apologiâ pro Hieronymo Sect. II. p. 53. Ego sanè liberè eam Ecclesiastica Po- litia formam ab initio observatam, Christianisque sive ab Apo- stolis, sive ab eorum discipulis traditam, sed ut mutabilem & pro usu atque arbitrio Ecclesiæ mutandam, crediderim. Ludovicus Cappellus id ipsum prolixè agit, Disputatio- ne de vario Ecclesiæ Regimine, offensurus contra Bil- sonum §. XVI. &c. Apostolos nullos certos & immutabi- les canones præscripsisse, contemnos generalem regulam tra- dere, ut omnia in Ecclesiâ fiant διακονίως & ἡ τάξι, mo- dum & rationem διακονίως & διατάξια liberam Ecclesiæ reliquisse, utpotè quam satis videbant pro temporum & loco- rum ratione variari posse: Vel si quid constituerunt, id fecisse quia iam temporis & eo rerum atque Ecclesiæ statu, illa judicabant esse conducibilia, non verò quod vellent ea esse per- petuò in Ecclesiâ immutabilia. Idem Thesi v. VI. VII. in enu- merandis essentialibus requisitis, omni in Disciplina planè consonans Spanhemianus in Dedicatoriâ, & Animad. IV. VII. ita concludit. Verum aliud est Ordo ipse, sive τάξι & δια- τάξια, aliud verò Ordinis & διατάξια ratio. Ordinis enim modus non est semper necessario unus & idem &c. Adde quæ supra ex Viro incomparabili, Samuele Bocharto, addu- ximus, & in Epistolis suis Spanhemius expresserat. Edi- tor constitutionum Synodaliū Ecclesiarum Belgicarum, fol. 4. docet multos quidem & præstantissimos Canones traditos esse Verbo Dei, in rebus disciplinæ, sed gene- rales illos, esseque præterea innumeros casus non deter- minatos, v. gr. An Doctorum nulla sit auctoritas in Senio- res, horum in Diaconos? An Seniori non liceat quandoque etiam concionari, baptizare? An vocatio Pastorum sit penes Ecclesiam universam, an verò penes Magistratum aut Syne- drium tantum &c. Joh. Amos Comenius, Annotatis ad Rationem Ordinis Fratrum Bohemorum, P. 77. Obser- vanda hîc insuper duo sunt, I. Omnem ordinem esse à Deo, tamen si ordinis determinatio non semper immediatè à Deo veniat, sed à Prudentiâ humana. II. Etiam illa quæ huma- na sunt institutionis, obligare conscientias, & quæ ibi plura. Ac præ multis aliis luculentum Frid. Spanhemii Patris hanc in rem effatum productum supra est Animad- versione X. distinguens inter ea quæ ex Dei Verbo defi- nienda sunt, & quæ non sunt, libertate suâ Ecclesiis in- talibus permissâ, qualia quæ ad Regiminis externi for- mam spectant. Adde dictum aliud, eadem Animad- versione, quo inæqualitatem Ministrorum extrâ prohibito- rum à Christo & Apostolis ordinem constituit. Accedat, quod idem de Libertate Christianâ tradidit Thesi XXIII. in Syntagmate Disput. Distinguende Traditiones dogmaticæ à ritualibus; circa illas Ecclesiâ Potestatem νομοθετικὴν non ha- bet, habet tamen circa istas, sed his cautionibus, ut revocentur ad genus Apostolicum, & dici possint διακονίως & ἡ τάξι instituta *1 Cor. XIV. 40.*

XV. Accedant novissimi testes, de non determinatâ divinitus hâc vel illâ formâ Regiminis, sive Episcopali, sive Presbyteriali, sive Aristocraticâ, sive Democraticâ magis. Celeberrimus Hoornbekius prolixè id agit, in *Notis* suis ad Consilium Ufferianum *Sett.* 1. de Episcopatu, à pag. 651. ac saluberrimo instituto Johannem nostrum simileque monet, ut sint magis solliciti de *formandis & reformandis hominibus, ut digni reddantur sacro Ministerio, sitque dignus rei sacra Ordo, quàm de Regiminis alicujus formâ.* Vide reliqua, quæ veluti præscio spiritu huic *insæctatori & Ordinis Episcopalis, & Personarum, nostrorumque* morum impotente animo ac virulento calamo *Defensori*, ob *schismati Anglicano* occurrentem placido consilio Fridericum, omnino dicta voluit, cumprimis pag. 654. Alibi Epistolâ ad Duræum pag. 129. 130. 131. agens de constituendâ optimâ formâ Regiminis, probeque intelligens specialem nullam scriptis Apostolicis fuisse definitam, auctor est, ut habeantur ante oculos diversarum Ecclesiarum Constitutiones, & ex *iss probatissima seliganur, non neglectis interim propriis observatis.* Planè ut quum, in trium Regnorum fœdere, de reformandâ Angliæ Hiberniæque disciplinâ ac regimine ageretur, conclusum instituendam eam esse reformationem, non modò *juxta Verbum Dei*, ut regulam generalem, sed & *juxta exemplum optimè Reformatarum Ecclesiarum*, ut specialius Directorium. Clar. Wittichius, *Theol. Pacificæ Cap. xix.* ab initio, prolixè Hoornbekio nostro accedit; diffensionem scilicet omnem de formâ Regiminis, quale in Angliâ, vel in *Palatinatu &c.* non esse de re Verbo Dei determinatâ, non de articulo fidei aut salutis. Hinc addit, *missimum puto, si quis circa verbas acquiescat illi Regimini, quod obtinet in loco in quo vivit: Neque privatorum esse, ut de publicis rebus reformandis cogitent, non consulti videlicet.* Stephanus le Moyne, Vir Eximius, Epist. ad Henricum Præfulem, supra *Animadv. xi.* pluribus negavit ea quæ ad *Articulos Discipline, ad externa tantum, ad Ordinem Ecclesiæ* spectant, habenda in essentialiam numero, adeoque *definitorum Dei Verbo, lege universali, perpetuâ, immotâque.* Undè prolixa Episcopalis Regiminis, ut Apostolico juri minimè repugnantis, commendatio. Rever. Claudius, Galliæ Reformatæ decus, consimiliter Epist. ad Reverendiss. Antistitem quam infra reddimus, id ex professò agit, ut Controversias de *Episcopali vel Presbyteriali Regimine, de Disciplinâ, de Ritibus*, iis accenseat quæ sunt in se media, non præcisè determinata, non intercedentia gloria Dei, non fidei, pietati, communioni, saluti, & neque ad esse, imò nec ad bene esse facientia simpliciter. Ac pari instituto, tertia ad eundem Præfulem Epistola, quæ est *Rev. l'Anglai*, infra quoque exhibenda, multis id agit, ut infirmis vel turbonibus accenseat, qui insurgunt in *Episcopale Regimen, vel in Cereemonias innocuas, vel in Liturgiâ*, quasi foret in iis aliquid *contrarium Dei Verbo*, aut qui ista *Tyrannidem, Oppressionem, vel Antichristi supposita* interpretantur. Clariss. Jurius, novissimo in Arnaldum scripto *Jansen. Convicti Art. xv. p. 243. Sententia Auctoris Prophylactici* (se ipsum indigitat) *hec est, ex intentione Christi solum exclusum esse ab Ecclesiâ Regimen Monarchicum, sed eo excepto, nullam esse NB. formam Regiminis que sit juris Divini, & esse in potestate Principis Christiani, constituere in suis Diocensibus tale Regimen quale liberit, modo non sit Tyrannicum, nec oppositum libertati Christiana.* Mox, P. 244. nec Episcopatum, nec Presbyterialem ordinem esse juris Divini, in iis in quibus discrepant, sed tantum in iis in quibus conveniunt. *Ministerium Evangelicum in genere esse juris divini, sed differentias hujus Ministerii esse institutionis humana, & juris Politici Ecclesiastici.* Postea P. 251. 252. Arnaldus admodum inutiliter vult Auctorem Prophylactici committere cum D. Spanhemio: Planè enim est in eadem sententiâ cum D. Spanhemio. *Nulli dubitamus quin huic justissima ratio fuerit, illos damnandi qui Episcopatum ut traducem Antichristian regni differunt.* Superfedemus longiori testimonio-

rum serie, quibus turgescere pagellas nostras, in re *αὐτὴν σαφές ἐστι, non amamus.* Nec illos in hanc arenam *Viros* jam invitamus, toto Belgio Clarissimos, seu Academiis seu Ecclesiis præfectos, qui Spanhemio contestati, post hujus Epistolam ad Ocellum, & *δι Ἐπιστολῆς, & ἀπὸ λόγου*, se omni suo calculo Hypotheses illius approbare, quæ & tot Præstantiss. Theologorum essent.

XVI. Sed autoritatibus, inquit illi, opposi autoritates posse videntur, & illustres cumprimis. v. gr. Cyprianus de *Bapt. Christi. Ex Scripturâ nasci, & hinc reverti quicquid Ecclesiastica continet Disciplina.* Sic Augustinus *Contra Petil. Donat. Lib. III. C. vi. Ut anathema sit, si quis extra Scripturas annunciarit, sive de Christo, sive de Ecclesiâ, sive de quacunque alia re que pertinet ad fidem vitamque nostram.* Sic quæ ex Nazianzeno, Chryostomo, Leone, objicit Parkerus, de *Ecclesiæ Politia Lib. II. Cap. XL. p. 347. 348.* Sic in Reformationis Confessionibus Gallicana *Art. xxix. Credimus veram Ecclesiam gubernari debere, eâ Politia sive Disciplina quam Dominus noster Jesus Christus sancivit.* Belgica *Art. xxx. Credimus, veram hanc Ecclesiam spiritali ita Politia quam nos Deus Verbo suo docuit gubernari debere.* Sic qui in Theologis nostris illinc Hierarchicam, hinc Presbyterialem Disciplinam, itatuere divini & Apostolici juris. Sic illustris Salmasius, Epistolâ ad Joh. Dal-læum, *Lib. I. Epist. xxix. Ihi rei potissimum insisto, ut ostendam qualem formam regiminis consuetudine Apostoli.* Ibidem, de Gallicanarum Ecclesiarum disciplinâ: *Arbitror propius eam accedere ad constitutiones Apostolicas, quàm aliarum que sunt hodiè in orbe Reformato ulla.*

XVII. Brevis jam & facilis responsio est. Veteres quidem, Cyprianum, Augustinum, reliquos ut conferenti claret, aut loqui de vitæ morumque disciplinâ, non de Regiminis vel Rituum illâ: Aut respicere generalia & communia Christianæ disciplinæ ac Politicæ capita: Aut certè si de specialibus disciplinæ Canonibus, jam & secum ipsis, & cum antè memoratis *Nun. xiii.* Hilario, Hieronymo, Socrate, Canonibus Conciliorum, & cum apertâ rei veritate committi. Ni velit Parkerus *Episcopalem* prærogativam, Canones Veteris disciplinæ, & reliqua quæ istorum Patre ætate obtinuerunt, fuisse divini & immutabilis juris. Confessiones *Gallicam & Belgicam* suimet esse interpretes, fuisse demonstratum totâ *Animadv. x.* Hinc Theologorum & in Galliâ & in Belgio visa quoque consensus est. Scûs quidem interpretari articulum Belgicum Remonstrantes *Consid. 2. ad Articul. xxx. quasi sensus esset, Deum in Verbo suo certam quandam regiminis Ecclesiasticæ formam instituisse, secundum quam Ecclesiæ omnes semper & ubique eodem modo regi atque administrari velis.* Sed cavillum illud retudit, ut vitium, Celeberrimus Theologus Samuel Marefius, eliciens sensum alium; Nempè *Deum, qui Ecclesiæ suæ nunquam deest, etiam hâc in parte* (Politia, formâ regiminis) *illi sufficienter prospexisse, quoad generalia fundamenta, qua semper de jure remanere debent, & de facto in Ecclesiis purioribus retinentur.* Tanti verò illorum auctoritatem non esse, qui hoc in argumento *ἐδύλασαν τῆ ὑποθέσει*, amore quisque aut Episcopalis aut Presbyterialis regiminis nec *jus divinum* obtendisse nisi studio immodico *ἢ ἀνθολικῆς*, nam *ἔτι τοῖς ἀνθρώποις ἐκπέφυκε*, supra censuere Viri, qui nil *parvum aut humile loquuntur.* A nostris autem stat totus partibus *ὁ πᾶν* Salmasius, quicquid *Presbyterialem* *ἑσθημίων* (quò in superioribus respexit) ad Apostolos referat, at non immutabili instituto, nec exclusio *jure positivo, & mutabilitate secundum tempora, & locos, & res*, ut ibidem Literarum illud decus. Hinc nec absolute expressam dixit ex constitutis Apostolicis Gallicanam disciplinam; sed comparatè propius ad illa, suo quidem judicio, quàm hodiernas reliquas, accedere. Utque idem in suâ pro Carolo I. Defensione, & *Opere Postumo* in Miltonum, *Episcopatum* velit Anglos inter esse inviolatum, nuper ex eo dicebamus.

XVIII. Clamet nunc ille meus, ac quantum potest, hic

hic Actor à præfidentia suâ, persuadeat *sue clientum turba*, nec blennis illis tamen, defecisse Fridericum ab eâ religione quâ solitus prudentum Theologorum responsa secundum Scripturas S. venerari. Efflictim ille contendat, ac pro suâ difertitudine & fœcunditate, totis Voluminibus præstringat suorum oculos, ut omnes putent coniscare Fridericum adversum Confessiones, Theologos, Parentem quoque suum! Dextram societatis cum Arnaldo jungat, evicturus *Spanhemium* cum *Jurio*, Theologum cum Theologis committi, quorum hi *determinasse* Christum, quæ Fridericus omninò non *determinasse!*

— *Etiã illud quod scient, nesciverint,*

Non viderint, quæ viderint,

fatisque fuerit apud illos *Johannis V. Wayen*, apud hos *Arnaldi* præscripsisse nomen, ut fidem faciant! Non deerunt, fateor, qui cum iis confacient, *ei τ' ενομα μόνον γέγραφευς, αναλαμβάνοντες τὴν πλῆρην, 'si modò nomen Virorum illorum scripseris, suspicari statim quid pejus.* Sed benè habet, in tantâ Eruditorum luce, quotquot sunt extra causam omnem sed & servitute positum, intellecturos nihil omninò voluisse Leydensem Theologum, quàm quod à primâ usque Reformatione, in hæc ipsa tempora, pronunciarunt nihilo illiberalius tot præclara nomina, quorum vel sancta Ecclesiis memoria est, vel existimatio fidesque etiamnunc intemerata.

ANIMADVERSIÒ XIV.

Hypothesis altera Spanhemii adversus Accusatores asserta.

Varium ab avo Ecclesia Regimen. Variationes sub Oeconomia Vetere. Ante Moysen. A Moysen ad Captivitat.

A restituta Ecclesiâ. Ut nova omnia per Christum.

Regimen quale, Christo in terris agente. Mutationes per Apostolos facta. Sublatis Apostolis

ut forma administrationis mutata. Singulorum mutationum inductio, etiam ante tempora Constantini. Mutationes sub Christianis Principibus. Enarrata singula.

Ordinis Ecclesiastici. Dignitatum, Officiorum, successiva

ratio. Plebis cur cessans

auctoritas. Plenius

alibi Illustrata

singula.

Spanhemiani ad Illustriss. Præfulem responsi Hypothesis altera, qualem postulavit Animadversio iv. omninò ista fuit; *Variasse ab avo* in omni Ecclesiâ, ut in Patriarchali & Israëlita, sic Christianâ quoque, pro factâ sibi potestate, ac in iis cumprimis Ecclesiis quotquot à Papatu secesserunt, *formam externam Ordinis ac Regiminis, pro diversa conditione temporum, locorum, Magistratum.* Quod quia in facti quæstione versatur, præmissâ modò illâ *juris*, si exactum fuerit ad libellum minimè fallacem Historiæ Sacræ, si testibus indubiis, si ipsâ rei evidentiâ, ac consensione hominum, assertum stabilitumque fuerit; supererit hoc unum, fuisse immodicam oppugnantis calumniantisque libidinem. Torstunculas quidem nostri, ac fiduculas quibus Hypothesi sensum alienissimum hic Dædalus exprimeret pag. 133. 134. redderetque obliquum quod ex se

— *rectis regionibus exit,*

Animadversiones ad Friderici Epistolam indicarunt passim. Nos jam cundo per Periodos singulas, variationem illam omnem externæ Disciplinæ concisâ oratione persequemur, parùm solliciti an gratâ huic Accusatori, *Ἐπιχρηματομένω πᾶσι τοῖς λεγομένοις*, modò verâ, ac de assensu Lectorum securâ.

II. De Oeconomia vetere, sub quâ diversissima ratio ordinis atque administrationis fuit, haud est hujus instituti dissertare. Aliam obtinuisse ante *Mosaica*, aliam ante *Babylonica*, aliam denique post *Restitutionis* tempora, gubernationem Ecclesiæ in propatulo est. Quò & illa faciunt quæ superius observata, *Animadversio VIII.* Undè etiam, ante constitutum Aaronem pe-

nes eosdem & Imperium & Sacerdotium fuerat, eorundem cum subjectos regere, tum sacra administrare, disciplinam exercere, scholas dirigere, rudēs erudire, expedit dubia, moderari denique singula, sacra & profana, legesque aut novas condere, aut divinitus acceptas custodire. Ac præter singula Patriarcharum exempla, illustre illud Melchizedeci fuit, Cananæorum Reguli, simul & Principis & Sacerdotis. Nec ignobile Jobi alterum, si non Regis ut impositum Antiquitati, at certè inter suos Principis, *maximi Orientalium*, ejusdemque etiam Sacerdotis *Job. i. 3. 5.* Hinc *כֹּהֲנֵי* primitus dicti & Sacerdotes, & Principes, ob concursum illum Sacerdotii cum Principatu, qualem etiam in Primogenitis fuisse diximus. Justinus *Lib. xxxvi. semperque ex inde hic mos apud Judæos fuit, ut eosdem Reges & Sacerdotes haberent.* Quòd veriùs ad subsecuta Captivitatem, & ad Maccabaica tempora referatur. Manavitque apud vetustissimas Gentes institutum, *Ægyptios* puta, *Æthiopes*, *Perfas*, *Indos*, *Syros*, *Lacedæmonios*, *Delios*, *Cappadoces*, *Romanos*, &c. ut ex *Herodoto*, *Aristotele*, *Virgilio*, *Plutarcho*, *Suetonio*, *Tacito*, *Halicarnassæo*, *Dione*, antiquis aliis, *Casaubonus* ad *Suetonium*, *Salmasius* in *Defensione Regiâ*; *Grotius* de *Imperio Summar. Potestatum*, *Seldenus* de *Republ. Hebræorum*, passimque *Theologi*, *Jureconsulti*, *Philologi*, ac *Politici* *Scriptores* tradiderunt. Unde illud *Isidori* apud *Gratianum D. xxi. C. Cleros: Antea autem Pontifices & Reges erant, nam majorum hæc consuetudo fuit, ut Rex esset Sacerdos & Pontifex.*

III. Quæ deinceps per Moysen variationes accesserint, novâ jam Ecclesiasticæ administrationis facie, tam *Sacerdotii* ratione quàm *Jurisdictionis*, reponere hoc in loco nihil necesse est. Nùm tamen steterit hæc forma Regiminis ad tempora usque *Babylonica*, dubium esse potest. In Sacerdotio quidem, præter institutum novum *Ephemeriarum* ordinem, *Davide imperante, i Chron. xxiv.* mutandum nihil omninò fuit. At quæ penes *Senatum septuaginta-viralem*, ab ingressu in *Palæstinam*, ut *Civilis* administrationis sic *Ecclesiasticæ*, cura summa fuerat, intermissa illa sæpè, turbatis per externas servitutes & interna dissidia rebus. Adhæc extraordinarii sacrorum præfides fuere *Judices*, qui *Monarcha* *Josepho*. Quandoque etiam, ex veteri instituto, eorundem & *Civilis* potestas, & *functio* *Sacerdotalis*, aut *Prophetica*, ut in *Heli*, *Samuele*, *Davide*, *Salomone*. Mox summa *jurisdictio*, supra *Synedros*, penes *Regale* fastigium fuit. Ut tamen sederint, *Regum* quoque temporibus, *Lxx.* *Senatores*, *jurisdictione* sacra & profana eminentes, quibus *Principes* seu per se quandoque, seu per *Vicarios* præessent facile cum plerisque admittimus, & cum doctissimo *Seldeno*, *Commentarii de Synedriis Lib. ii. C. xv.*

IV. Restitutâ post Captivitatem Ecclesiâ, forma non una Regiminis placuit. Offertque sese omnium primò *Concilium* illud *Magnum*, *Virorum* vulgò *cx.* *Esdrâ* Præfide, undè *Esdrâ Synedrimum*, instaurandæ ac reformandæ *Disciplinæ*, apud *Rambam* & *Talmudicos* passim, de quo quid statuendum aliis videretur, monuimus *Historicâ Introductione*, ac pluribus *Seldenus de Synedr. L. ii. C. xvi. §. vi.* Nec repugnat fortè frequentior ille *συνέδρων* numerus conditioni illi temporum; quando constituenta & *Civilis* *politia* & *Sacra* *disciplina* fuit, vocatis in communia studia optimatibus *Judæorum*. Sed sublatis illis cum *Reip.* tum *Ecclesiæ* *instauratoribus*, summa rerum *Civilium* *Sacrarumque* penes *Pontifices* fuit, ad *Hassamonæos* usque; *Josepho* referente *Antiq. Lib. xi. C. iv. sub finem.* Dehinc mutatâ rerum facie, devolutoque ad *Maccabæos* ex *Levitarum* gente *Imperio*, additus illi *Pontificatus* fuit, annis circiter ante *Christum Nat. cLxx.* Rursum *Maccabæis* extinctis, præfides utriusque *Disciplinæ* *Pontifices*, iidem & *Principes* *Populi*, vel *Ananiæ* in *Actis* exemplo *Cap. xxiii.* Sed & *Synedrii Hierosolymitani*, in quod *Scribæ* quandoque & *Pharizæi* cooptarentur, *divisa* per *Gabinium Procon-*

sulem auctoritas fuit, ex Josepho *Lib. xiv. C. ix.* annis circiter ante Christum *LVI.* Ac ne scævientes dicamus in Judæorum instituta alienigenas, claudimus cum Illustri Seldeno *Lib. II. de Synedriis Cap. ix.* *Ea ex Majorum scitu atque decretis, aliter atque aliter pro seculorum discrimine se, ut fieri amat, habentibus pependisse, adeoque quicquid ex precepto divino neutiquam stabilitum esset, ut in aliis, sic in hisce variatim mutasse.*

V. Factis verò per Christum Dominum omnibus novis *Es. LXV. 17. sublatisque veteribus. 2. Cor. v. 17.* successit Novum sive Fœdus sive Testamentum, hinc nova rerum facies, quomodò nova quædam Respublica apud Romanos, sublatis Regibus, ac fracto jugo. Hinc jam tempora *καινῆς Διαθήκης*, cui nisi antiquatà priorè, quæ & *παλαιὰ* & *παλαιωμένη*, locus esse non poterat, *τελειώσῃ* in hanc ætatem reservatà *Hebr. xi. 40.* Novus adeo tradendi patefaciendique *modus, per Filium* in propriâ carni conspicuum, cujus esset & *φωτισσα* omnia, & *τελειώσα*. Novus Fœderis *ἰγναρισμός* seu nova *institio*, sanguine non typico amplius, sed vero. Nova *Oeconomia*, novus *Mediator*, novum *Sacerdotium*, nova *Hierosolyma*, nova *Οικουμένη*, novus *Populus*, nova *Sanctio*, novus *Cultus*, nova *Signa* prioribus substituta, novi *Testes*, nova *Tabula*, nova suo modo *Promissiones*, novum *Preceptum*, novi *Ministri*. Atque ità, sub veteribus quantum ferè nominibus, novum *Ministerium*, *Regimen*, *Disciplina*, tum Sacrarum functionum, tum externæ jurisdictionis ratione, exerturo hinc sese imperio longè suavius & efficacius in animis hominum per Euangelii præconium. Ac ministrante quidem in terris Christo, summum idem & visibile Ecclesiæ suæ Caput, regens suos cum legislatione externâ, tum internâ virtute; sub se constitutis *xii.* Apostolis, ac *LXX.* Discipulis, iisdemque docere, prædicare, baptizare, ligare, solvere, remittere, retinere peccata jussis. Salvis equidem ubique Cæsaris, Regum, ac Dominantium, quorum vertendi suo tempore plurimi in Ecclesiâ nutritios, & *Filii adoratores*, juribus imperioque *Matth. xx. 28. 26. xxii. 21. Luc. xxii. 25. 26.*

VI. Mox, Christo Domino oculis Ecclesiæ substracto, nihil quidem in substantiâ *mandatorum*, at plurimum certè in formâ *regiminis* variatum. Ex adspectabili Monarchiâ, quædam nunc Aristocratia inter Discipulos species apparuit. Duodecim hinc auctus Apostolorum numerus, quibus Paulus, & si vis, etiam Barnabas, Collegæ dati. Septuaginta Discipulis accessere Lucas, Timotheus, Titus, *συνεργοι* alii, secundarii velut Apostoli, Euangelistæ dicti, proximæ primis auctoritatis. Instituti tum quoque Diaconi ministraturi non Sacerdotibus, sed mensis, pauperibus, orphanis, ægrotis, viduis. In nonnullis verò combinata *Diaconia sermonis*, ἢ *Διακονία ἔργου*, uti in Philippo & Stephano. Post in Ecclesiis singulis ordinati Episcopi & Presbyteri, Pastores & Doctores, sive jam muneribus, sive nominibus tantum discreti, quâ de re *Animadvers. II. & aliâs.* Presbyteriorum denuò alii magis *τῷ λόγῳ ἢ τῇ διδασκαλίᾳ* *1 Tim. v. 17. sermoni & doctrina*, alii *τῇ κυβερνήσει ἢ πρεσβυτερίᾳ* *1 Cor. xii. 28. Rom. xii. 8. gubernationi & presbiteria*, prout distincta tum fuere charismata hinc munia, operam dantes. Accessere extraordinaria eorum temporum dona, prophetantium, interpretantium, loquentium linguis, edentium virtutes *1 Cor. xii. 28. Eph. iv. 11. & si quæ plura.* Unde promiscua libertas prophetandi, indubia in Corinthiorum Ecclesiâ *1 Cor. xiv. ad morem Synagogæ Judaicæ*, in quâ similis interpretandi hortandique libertas, vel Christi *Luc. iv. 20. 21. & Apostolorum Act. xiii. 15.* exemplo. Quin & Diaconissæ *1 Tim. v. 9. Rom. xvi. 1.* foeminae tum institutæ, Ministræ vel Ancillæ Plinio *Epist. ad Trajanum*; eademque ordinandæ, ac futuræ *ἐν τῷ ἀγῶνι, τὰ γυναικῶν, καὶ ὁνοί*, ut illarum ministerio pudori ἢ *γυναικείῳ φόβῳ*, honestatique consuleretur, quandoque & institutioni, ut sanè postea inter Afros. Unde Joh. Bridgefius Defensione Regiminis Anglicani *Lib. II. pag. 168. Apostoli consultum*

putaverunt, propter commodiorem Ecclesiæ gubernationem, nonnulla officia addere, quæ à Christo instituta non sunt. Hinc antithesis apud Cyprianum *Epist. xi. Lib. III. ad Rogatian.* inter Episcopos, *Præpositos*, quos ipse Dominus, & *Diáconos*, quos non Dominus sed Apostoli sibi constituere. Et ista quidem, Christo terris sublato, viventibus Apostolis, quæ prolixius enarrare singula hujus nec loci est nec instituti.

VII. Rursus deficiente Apostolico charismate, & axioma, ut Disciplina in multis retrò sublapsa referri, qualiter in Asiaticis Ecclesiis, arguente Domino *Apol. II. III.* ità mutationes eadem varias subiit, sed medias, innocuas, quasdam necessarias, pro diversâ temporum constitutione. Quò fecit suprâ illud Hilarii Diaconi, sub Ambrosii nomine, in *Cap. iv. Epistolæ ad Ephes.* nempe post *constitutas omnibus locis Ecclesias, alio ordine, providentiâ, capisse gubernari Ecclesiam.* Et insignis illa primùm omnium consensione mutatio successit, cessans nempe cum universalis Apostolorum, tum extraordinaria Evangelistarum, seu Virorum Apostolicorum, potestas. Excepit hinc Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, ab ordine Laicali in Clericalem segregatio, *λαϊκῶν* appellatione seu ἢ *λαῖ*, ad imitationem Synagogæ, & ex Civili quoque usu, plebem distinguente à Magistratu, restrictâ ad eos qui extra sacrum *σύστημα*, voce jam apud Clementem in priorè *ad Corinth.* ne dicam Ignatium, reliquos. Quò spectat illud ejusdem Hilarii Comment. in eundem Pauli locum: *Ut cresceret plebs & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est, & evangelizare, & Scripturas in Ecclesiâ explanare. Ubi autem omnia loca circumplexa est Ecclesia, conventicula constituta sunt, & Rectores, & cetera Officia in Ecclesiis sunt ordinata, ut nullus de Clero auderet, qui ordinatus non esset, presumere officium, quod sciret non sibi creditum, vel concessum &c.* Unde Claud. Salmasius *de Episc. & Presb. Cap. v.* sub nomine Walonis Messalini: *Ab antiquâ institutione ac disciplinâ, quæ Presbyteri & Episcopi non in ordine Ecclesiastico, sed in censu Laicorum esse credebantur, manserunt & in Ecclesiâ Africanâ Seniores illi sive Presbyteri Laici, qui Ecclesiis deserviebant.* Successit Episcoporum, indubia tum certè, supra Presbyteros auctoritas, cum idem antè Presbyter qui & Episcopus, *communique Presbyterorum consilio* Ecclesiæ primitus gubernarentur, apud Hieronymum *in Epist. ad Tit. Cap. 1 & Epist. LXXXIII. LXXXV.* apud Ambrosium *Comm. in Epist. ad Eph. C. IV. in Oper. Amb.* priscos alios. Quamquam non nescimus quid ad dictum Hieronymi, scopum illius, affectum, tempus de quo eam identitatem enunciarit, excipiant Viri magni. Mox, ut observatum suprâ, fuit *πρωτοσασίᾳ* Episcoporum in *πρεσβυτερίᾳ*, *primatum* in *suprematum*, ordo in *potestatem* conversus. Tum & quod Seniorum in Collegio à principio fuisse videtur, deinceps digniorum promiscuè fuit; antè quidem *πρωτοκλήσια* ordine, post *χειροτονίας* jure servato, ibi successionis hinc electionis, ibi ætatis hinc meriti ratione prævalente. Haud dudum postea primarum sedium Episcopi in Metropolitanos everti, quibus una aut plures Provinciæ subessent, *πρώτοις ἰακῶν ἔθνεσ*, tacente adhuc nomen ipso Cypriano, at sive rem sive nomen docentibus Canonibus vulgò Apostolicis *Canone xxxiv.* Nicænis *Canone IV. VI. VIII.* eorumque praxi temporum. Unde jam triplex, ex superiore hypothesi, Ecclesiasticæ *πολιτείας* facies, *ισόληλα* Presbyterorum Episcoporumque, *πρεσβατελείᾳ* horum, & *ἐξουσία* tandem, ac diversi quidem ista *gradus*. De quibus plaustra tota voluminum.

VIII. Sed necdum variantium in regimine constitutionum aut consuetudinum finis, ante tempora Christianorum Principum. Verbi gratiâ, *Diaconorum* munus à mensis pauperum, ad mensam Eucharisticam, ac præcipuè quidem, extensum, ante & post consecrata Symbola, vel ex Justino Martyre *Apol. II. ad Anton. Cypriano Serm. v. de Laps. Pseudo-Clemente Const. L. VIII. C. xxviii. Ancyranis Can. Ancy. II.* Tum & à curâ corporum, ad curam animarum, & institutionem fidelium, ex Origene, aliis. Imò traduci jam tum coeptum à mi-

nisterio pauperum, ad ministerium Episcoporum, Presbyterorumque, vel ætate Cypriani; unde *Levitarum* illis frequens apud Veteres nomen. Ita si quos habuerat Apostolica Ecclesia *Presbyteros*, electione tales, vacantes Ecclesiæ regimini, non Verbi Ministerio, contradistinctos Pastoribus, assidentes iis in Presbyteriis, pari suffragandi auctoritate, Diaconis certè potiores, (ut quidem doctissimi in Galliâ, Scotiâ, & Belgio Theologi) negarit fortè nemo, remansisse post Apostolorum ætatem obscuriora praxeos similis, atque universalis, vestigia. *Semiores* equidem apud Tertullianum; hacce periodo, legimus, forsân & apud Origenem, deinceps & Hilarium, Optatum, Augustinum, alios aliis citatos: quos & de plebe fuisse, & consultos in rebus Ecclesiæ gravioribus, cum primis electionibus Clericorum, reconciliationibus Pœnitentium, aliis id genus, vix dubium esse potest. Ast nec pari in omnibus Ecclesiis instituto, nec levi à modò descriptis discrimine, ut res ipsa docet, & Viri Magni, Justellus *Not. in Can. Afric.* Forbesius *Instr. Theol. Hist. L. xvi.* Grotius *de Imp. Summ. Pot. C. xi.* Salmasius *App. ad Lib. de Prim. p. 221.* Bilsonus *de Perpet. Gub. Eccl. C. x. xi.* Blondellus *de jure pleb. in Reg. Eccl. Seldenus de Synedr. Lib. 1. C. xiv.* Lud. Cappellus *de Var. Eccl. Reg. §. xxxix.* alii multi intellexerunt. Sic constituta post Apostolos forma nova *Disciplina*, crescente cum delictis severitate; unde publica Veterum Exomologesis & Pœnitentia, ejusdem imponendæ ritus, gradus diversi, durationis tempus, absolutionis seu reconciliationis modus, & quæ alia secundo jam Seculo introduci cœpta, ex Tertulliano, Irenæo, Cypriano, Greg. Neocæsariensi, Eusebio, Canonibus Eliberitanis, Ancyrans, &c. De quibus fusè apud Gabr. Alaspinzæum Observationibus Ecclesiasticis *Lib. II. Observ. xxxi.* & seq. passimque recentiores; sive Protestantes, uti Centuriatores, Chemnitium, Justellum, Casaubonum, Usserium, Forbesium, Dallæum, alios; sive Pontificios, uti Baronium, Petavium, Perronium, Ant. Arnauldum, Godavium, Filescum, Morinum, Car. Moreau, &c. Sic frequentari cœptæ Ecclesiasticæ Synodi, in Palæstinâ, Syriâ, Asiâ, Græciâ, Africâ, Galliâ, Romanâ Ecclesiâ, expediendis dubiis circa doctrinam, disciplinam, ritus; quum Ecclesiæ, Apostolorum ævo, non Synodali, sed Apostolicâ auctoritate, infallibili illâ, regerentur. Sic in Ecclesiæ disciplinâ, discreti jam tùm Clerici & Laici, Ordo & Plebs, unde Tertullianus *Exhort. Cast. Cap. VII. differentiam inter Ordinem & Plebem Ecclesia auctoritas constituit.* Sic in Clericis, præter Metropolitanos, Episcopos, Presbyteros, Diaconos; distingui cœpti sive gradibus, sive officiis, Subdiaconi, Archidiaconi, Ostiarii, Lectores; Cantores, Exorcistæ, Cathedretæ, Confessores, Pœnitentiarum, qui & Episcoporum ministri, *ἀκλύθοι, pedissequi*, unde postea Acolythorum ordo. Rursus alii noti magis, hac quidem epochâ, in Orientali Ecclesiâ, ut Confessores, Pœnitentiarum, alii in Romanâ, ut Archidiaconi, Ostiarii. Sic distinctæ post Apostolos Cathecumenorum, Pœnitentium, Fidelium classes. In *Cathecumenis* pariter, alii Audientes, alii Orantes, alii Competentes sive Electi: In *Pœnitentibus*, alii *μερολαύοντες Flentes*, alii *ἀκροῶντες Audientes*, alii *ἐπιπίοντες Substrati*, alii *συνιστάμενοι Confessores*. De quibus singulis prolixè Eruditi, & vel imprimis memorati modò Scriptores. Quibus illud addimus, perspicuum etiam ex dictis, variam rursus variarum fuisse disciplinam Ecclesiarum, Orientalium, Occidentalium, Romanæ, Alexandrinæ, Africanæ, dispari gradu ab Apostolicâ, proximis quidem Afris, consistentium. De quibus videtis Socratem, Sozomenum, Nicephorum, alios. Ut verè tandem affirmarit doctissimus Lous *Querim. Eccles. p. 62. Ecclesia jam inde ab Apostolorum temporibus varias administrationum species admisit.* Et Lud. Cappellus *de vario Eccl. Reg. §. xvii. Illo rerum statu immutato, qualis sub Apostolis, & alio tempore, potuit alia regendi forma non minus commoda, aut fortè commodior, illis certis in locis pro variâ rerum conditione substitui.*

IX. Multò magis in confessò est, admisissè Ecclesiæ regimen mutationes varias, indè à Christianis Principibus; & Constantino Imperatore; usque ad extrema melioris ævi tempora. Enimverò, ut inde ordiamur, dictumquè supra; nullæ hæctenus summarum Potestatum in Ecclesiæ administratione partes, quibus clam res Christianæ tractarentur. Præterquam quod subindè ad eorum itum Tribunalia, præeunte Gentium Apostolo *Act. xxv. 11.* & dicta coram iis causa est, testibus Quadrato, Aristide, Justino, Melitone, Apollinari, Athenagorâ, Tertulliano; & si qui fuere plures. Ast ubi, superstitione ejuratâ, Christo dixere Principes sacramentum, *summam rerum, ut in Reipublica, sic in Ecclesia externâ gubernatione*, salvis hujusce atque intactis juribus; habuere. Non hi sacra facere; thuribulum capeffere, claves administrare, pedum assumere; sed tamen (suis uti locis intelligitur,) moderari pòliticè singula, sacra reformare; Synodos indicare; iisdem per se aut suos præesse; Canones auctorare; Constitutiones Ecclesiasticas sancire; Lites dijudicare; Appellationes admittere, Hæreses damnare, Episcopos constituere, confirmare electos, delinquentes plectere; intrusos remove, jura Episcopatum, Metropoleôn; Dioceseôn, decernere, & quæ id genus obvia in Christianâ Antiquitate, ac conspicua vel in uno Constantino, Episcopante *ἐν τοῖς ἔξω τῆς Ἐκκλησίας.*

X. Tùm quoque ad formam Politici regiminis compositum in plerisque Ecclesiasticum fuit; responsurum *τοῖς πολιτικῶν ἢ δημοσίων τύποις; civilibus & publicis typis, sive dispositionibus, sive formis, sive etiam rescriptis.* Quâ de re nos fusè *Animadvert. v. ad Canonem Chalcedonensem*, quam vide. Nec simul & semel, sed diversis gradibus; surrexere in Ecclesiâ Dignitates. Nicænorum ætate, par Metropolitanorum omnium (ut diximus alibi *Dissert. de Can. Nicæno vi.*) suis in Provinciis ratio, quorum tùm ex consuetudine in legem potestas abiit. Haud dudùm postea affectare Romanus suprematum, & appellationum jura, per suos in Synodò Sardicensi *Can. Sardic. v.* Tùm Constantinopolitanus, pro novæ Romæ dignitate; secundum obtinere locum, in Concilio altero Oecumenico, jussus. Dein Chalcedonenses subicere illi Asianam, Thracicam, Ponticam Dioceses, ante *ἀντοκεφάλως*, tribuereque appellationum, ex Oriente toto, prærogativam, Leone Romano reclamante. Similiter Antiocheno, Metropolitanæ adhuc Nicænis temporibus, tota deinceps Diocesis Orientalis obnoxia fuit. Uti Hierosolymitano, & Cæsariensis; cui antea suberat, & Palæstinæ tres adscriptæ. Sed & Alexandrinum, Theodosii junioris ætate, Metropolitaniani decem respexere, in quos sagaciter inquirat Illustris Salmasius Epistolâ ad Christ. Justellum *Lib. 1. Ep. xcvi.* Quomodò Primæ Justinianæ in Dacianâ Diocesi Episcopo, Thessalonicensi primitus subiecto, Justiniani Imper. Constitutione *Nov. xi. cxxxii. C. III.* Archiepiscopalis imò Patriarchalis dignitas adscripta. De quibus, aliisque id genus mutationibus, cum in Orientè tùm in Occidente, in pleniore nostrâ ad *Geographiam S.* Introductione, quæ Historicam continuò excipiet, faciente Numine explanatiüs.

XI. Neque illæ solummodò Archiepiscoporum puta, Eparchorum, Exarchorum, Primatum, Catholicorum, Patriarcharum, natæ tùm in Ecclesiâ; & stante illâ quidem ac florente, dignitates. Quid memorem celebres jam Archidiaconos, Archipresbyteros, imò & Cardinales Presbyteros vel Sacerdotes; in Cardinalibus Ecclesiis; sed ordinis primùm, tandem potestatis dignitatisque; nomina? Quid Suffraganeos, Vicarios, Protopapas, Proteclicos, Syncellos, Protosyncellos; Chartophylaces, Logothetas; Exocataccelos? Quid Periodeutas, Detensores, Cancellarios, Referendarios, Officiales, Commissarios, alios complures Ecclesiasticis vel axiomatibus vel officiis illustres? Quid in Clericorum habitos ordine, non Ostiarios modò, Lectores; Psalmistas, Acolythos, Exorcistas, sed Fos-

sarios, Copiatos, Pollinctores, Custodes Martyrum, Sacrorum? Quid præfectos dispensationi curæque corporali Vice Dominos, Oeconomos, Procuratores, Patronos, Apocrisarios, Cellarios, Parabolanos, Orphanotrophos, Xenodochos, Brephotrophos, Ptochotrophos, Gerontotrophos? Quid denique in Cœnobiiis Abbates, Archimandritas, Priores, addente sed infelici ætate, summos Magistros, Generales, Provinciales, Vicarios, &c? Verùm sequioris ævi instituta non attingimus. De quartæ, quintæ, sextæ ætatis illis habet Lector Pseudo-Dionysium de Hierarch. Eccl. Pseudo-Hieronymum de vii. gradibus Eccl. T. ix. Oper. Hier. Justinianum C. de Episc. & Cler. & in Nov. Isidorum de Eccl. Offic. Amalarium de Divin. Offic. Rabanum de Saeris Ordin. Codinum de Offic. & Official. Eccl. Constantin. vetultiores alios, ex novissimis, præter Commentatores in Auctores dictos, cum primis Joh. Morinum de Ordinationibus Sacris, non paucos de Ecclesiâ, & Hierarchiâ, utrimque scriptores. De his quoque passim Illustris Salmasius in Opere de Primatu, sed qui pridem obstrictam in Præfatione fidem, pro eruendo toto Ordine Ecclesiastico, ex puriori Antiquitate, liberavit nunquam. Quâ in re navavimus non contemnendam operam, in plusquam affecto Commentario de Veteris Disciplinæ institutis, ut ab hodiernis discrepant, per Ecclesiasticos Ordines, Gradus, Officia singula.

XII. Accessit & mutationis istud sub Christiano Magistratu: Plebis nempe non eadem, à Constantino M. & Successoribus, quæ antea fuerant, in regimine partes. Primitus equidem plebi, aut senioribus, in *συγκλητικῶν* Ecclesiasticis locus, luculentissimo passim teste Cypriano Episc. iv. xii. &c. Hilario Diacono in Operibus Ambrosianis, Comment. in 1 Tim. 1. Tom. v. & aliis. Hinc suffragandi, eligendi, recusandi, in electionibus sua fuere populis jura, ex Ignatio, Cypriano, Pseudo-Clemente, Eusebio, & Canonibus passim, de quibus omnium instar David Blondellus in Apologiâ pro Hieronymo Sect. iii. & Libello de Jure Plebis. Similiter in exomologesibus audiendis, lapsis recipiendis, qualiter populum Philadelphensem obtestatur Ignatius Episc. ad Philad. in initio, ut *susciperent cum omni mansuetudine penitentiam ductos* &c. Quin & Synodis plebs interesse solita, unde Cyprianus Ep. ad Jubajannum, de Carthagenensi Synodo, circa annum Christi cclviii. in quâ de Baptismo Hæreticorum, convenisse Episcopos plurimos, cum Presbyteris, Diaconis, *præsentem etiam plebis maxima parte.* Ne reponamus quæ observata Blondello nostro. Ut verò sub Christianis Principibus non eadem intervenientis plebis consuetudo viguerit, monitum jam supra Animadv. iv. Nec sanè obicura antiquati pristini moris causa. Factum Doctorem *desidia* aut *superbia*, putavit vetus Commentator, Ambrosii nomine, in 1 Tim. Cap. i. Nos verò, cum primis ex mutatâ rerum facie, & communibus Principum ac Magistratum Sacris, invigilantium jam Ecclesiæ bono, plebemque repræsentantium, ac prudentissimis constitutionibus, seu ex Imperiali sede, seu per coactas Synodos, ordini, regimini, disciplinæ prospicientium. Quò fecit illud Claudii Salmasii de Primatu, descriptionem supra. Undè aliquando Ultrajectini Proceres, Ordinatione Ecclesiasticâ, Anni *MDCCX.* *Magistratus Urbium repræsentare totam Ecclesiam earundem Urbium, Art. 1.* hinc jure electionis, præsentationis, vocationis, deinceps gavifuros; quâ in re mutatio non una successit, pro prudentiâ ut Præpotentium Ordinum, sic Nationalis Synodi A. 1618. 1619. Tacemus jam disciplinæ, ordinis, politiæ pro Ecclesiarum & locorum illâ, diversitatem. Neque nobis Romanas, Alexandrinâs, Africanas, Constantinopolitanas, Scythicas, Cyprias, Asianas, Hispanicas, Gallicas, Britannicas &c. vel leges vel consuetudines enarrare animus est. Exempla apud Historicos Veteres, Socratem Lib. v. C. xxi. Sozomenum Lib. vii. C. xix. Nicephorum Lib. xii. C. xxxiv.

xxxv. &c. & frequentibus Synodorum Canonibus. Undè Socrates: Πάντα ἢ τὰ ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις εἶθι ἢ πόλεις ἢ χωρίοις γινόμενα ἐγχεσθῆναι, ἐργώδες, μᾶλλον ἢ ἀδύνατον. Omnes Ecclesiarum consuetudines, per urbes & regiones singulas, scriptis mandare operosum, imò impossibile foret. Tacemus tristia deinceps Ecclesiæ tempora, quibus omnis Ecclesiæ Politia ac Disciplina in tyrannidem & Antichristianismum desiit, de cujus nos origine & progressu Animadv. xii. ac fusiùs in Introductione Historicâ indè à Sec. vii.

ANIMADVERSIÒ XV.

Forma varia regiminum inde à Reformatione. Malè ad tres revocata. Presbyterialis disciplina. Discrimen in quibus ab Apostolicâ, & primitivâ. Differentia ejusdem hodieque varia. Capita Differentiarum potissima. De Bohemorum, Polonorum, disciplinâ. De Helvetiorum illâ. Discrepancia rursus à Presbyterialibus. Anglorum, Suecorum, Danorum, Germanorum seu Evangelicorum seu Reformatorum Politia. Inter se ut diversâ. Errores in his quorundam. Causa diversitatis disciplina. Ecclesiarum conditio diversa. Status Politici diversissimi. Hinc & Ecclesiastici illi. Confirmata singula. Exempla. Theologi nostris suffragantes. Occurritur cavillo super dissensione.

RECTÈ Philo de Vitâ Mosis Lib. 11. cùm in Græciâ universâ, tum inter Barbaros, nullam Gentem communes cum aliâ habuisse Leges, omnes Regiones & Urbes *ξενικῶν νομίμων ἀποστερηθῆς* à peregrinis institutis alienas fuisse. Quod in hac causâ, in constituendâ formâ externæ Politia, de plerisque Reformati Orbis Ecclesiis dici potest, quarum Politia, substantialibus salvis, totidem termè sunt quot sunt Ecclesiæ. Et triplicem quidem harum differentiam constituit Vir Clariss. Ludovicus Cappellus Disp. de Var. Eccl. Reg. §. 11. x. & cum eò nostratum in Galliâ, Britannîâ, Belgio, Theologorum non pauci. Ut videlicet regantur Ecclesiæ aliæ per Episcopos, aliæ per Superintendentes, Inspectores, aliæ per Laica Presbyteria, Classes, Synodos. Quæ tamen, magnorum Virorum pace, distributio minimè videtur adæquata distributo. Siquidem multæ Ecclesiæ nec per Episcopos, nec per Superintendentes, nec per Laica (ut vocant) Presbyteria administrantur, sed per Senatus, Consistoria, Collegia Ecclesiastica, haud parùm à Presbyteriis illis diversa. Multæ sanè Superintendentes admittunt, Inspectores, Antistites, sed non satis quandoque extraneis perspectos, à quibus Regimen nec formam nec appellationem suam accipit. Nonnullæ & per Seniores hujusmodi Sæculares, sed Illustris, atque è Magistratu, & per Superintendentes quoque, olim hodieque gubernatæ, v. g. Bohemicæ, Polonicæ, Hungaricæ &c. Aliæ & Superintendentes vel Inspectores, & Presbyteria, & Classes, & Synodos habent, quorum ut subalterna sic dispar quoque auctoritas est: diversissimâ rursus in plerisque ratione, dependentiâ, potestate, administratione, ut frustra ad dictas formas universæ revocentur.

II. Et verò quantum ad eas Ecclesiâs quæ per Presbyteria Laica, Seniores, Synodos, communi quadam lege administrari censentur, animadvertere ante omnia licet, vel consensione Fratrum, non unum à praxi primitivâ discrimen. Ponimus sanè, constituisse Apostolica Presbyteria ex utriusque ordinis Presbyteris sive Senioribus, docentibus & non docentibus. Nec urgemus, quæ in Angliâ Bilsonus, cui hac in parte Baxterus haud gravatè accedit, quæ Downamus, Whitgiftus, Bancroftus, Lancelottus, Sutliviùs, Lous, Seldenus, alii, quæ in Belgio Saravia, Grotii, Remonstrantes; quæ in Germaniâ, Helvetiâque, Erasti, Gualtheri, Bullingeri, Musculi; aut quæ in Galliâ Tileni, Rami, & si qui plures, certatim de hoc argumento scripsere. Dubitandi interim ratio non levis jam supra fuit Animadv. vii. nùm Paulinis Presbyteris, haud laborantibus in Verbo, respondeant satis, quoad speciem & circumstantias, hodierni plerique in Presbyteriali disciplinâ. Quod ne Johannes aliquis criminetur, dictum à nobis esse,

esse, ut receptum ordinem vel feriamus vel sollicitemus, satis est si respondeant analogiâ quâdam, & quoad genus, vel scopum Apostolici instituti. Quos autem vetus Ecclesia, Apostolicæ succedens, *Seniores* habuerit, utque à nostris plurimum diversos, ex professo Viri magni supra designati. Ità in Ecclesiasticis causis solos terè hodie Seniores, alicubi & Diaconos, olim totam Ecclesiam, & fideles promiscuè singulos, præter Episcopos, Presbyteros, Diaconos, fuisse in gravioribus consultos, est monitum aliàs, etiam ad *Hist. Eccles. Seculum III.* Sic haud Apostolici præcisè constituti, Ecclesiarum illa non *confociatio* modò, sed *subordinatio & dependentia* quædam, plurimum non jam in unâ Ecclesiâ Coetuum, Paroeciarum, & qualem asserit prolixè invictèque Parens noster ad Buchananum, sed & distinctissimorum *περεχωρευσιων*, Classium, Synodorum, sub communi, quandoque etiam diverio, Magistratu, saluberrimo sanè ac sapientissimo Ecclesiarum instituto. Nonnulla alia vidimus è contrâ in prioribus, Apostolicæ fuisse præceòs, inter quæ Diaconissarum ministerium, Prophetantes promiscuè in Ecclesiâ, &c. quæ non hodiernæ, quia nec par vel ratio vel necessitas fuit. Quanquam & *Prophetiam* restitui Belgis nostris pridem placuit, sub Eduardo VI. Londini Anno M. D. L. coactis, in *Christianâ Ordinat. M. Micronii Cap. XII.* Nec improbantibus Anglis, cum primis Edm. Grindallo Cantuariensi, hinc apud Elizabetham invito facto. Quo de prophetandi tum modo & instituto pluribus Fullerus in *Eccles. Hist.* ad Annum 1580.

III. Sed & multifariam à se invicem in regimine discodunt, liberrimè utique, ii quos dicimus Fratres. Principio suis Ecclesiæ singulæ ac propriis, nullæ aliarum Constitutionibus tenentur, aut gubernantur. Hinc distinctæ illæ Genevensibus, Gallorum, Belgarum, Scotorum, Anglorum &c. Multæ sanè ex aliis partem maximam expressæ, Polonica ex Bohemicis & Waldensibus, Scotica ex Genevensibus, Belgica ex Gallicanis, Nassovicæ pridem, & nuper Juliacenses, Clivenses, Marchicæ ex Belgicis, aliæ ex aliis, ast liberè tamen, & distinctis sanctionibus, salvâ ubique mutandi variandique potestate. Imò in unâ Foederatâ Belgicâ quot Provinciæ totidem Ecclesiasticæ Ordinationes, nec uno modo hæ conceptæ, sancitæ, observatæ, ut docent Hagienfis Anni M. D. XCI. Medioburgica M. D. XCI. Ultrajectensis M. D. XC. &c. dein Ordo Dordracenus A. hujus Sæculi XVIII. XIX.

IV. Accedit non exiguo plerisque formas discrimine dissociari; sive quoad Præfidentiam in Presbyteriis, Synodiis; sive quoad Assessores eorundem; sive quoad Seniorum officium, auctoritatem; sive quoad jura Magistratum, aut etiam Plebis; sive quoad modos Electionum, vocationum; sive quoad formam publicæ Disciplinæ; sive quoad rationem Classium & Conventuum. Verbi gratiâ (ut ex dictarum Ecclesiarum collatis Constitutionibus, publicisque moribus, liquet) Præsides alibi ambulatorii, alibi perpetui; isti per omnia æquales, alibi gradu superiores, ut Superintendentes, Inspectores; Seniores alibi ad tempus, alibi ad dies vitæ; hic ex promiscuâ plebe, ibi ex Optimatibus: Quandoque Magistratus pars necessaria Presbyterii, quandoque nulla: Nonnulli unum cum Pastoribus corpus & Professores constituunt, secus plerisque in locis: Ibi & Diaconi disciplinæ quoque, hic soli rei elemosynariæ præfecti: Illi provocare ad Magistratum, ad superiores fas est, isti grande nefas: Electiones, præsentationes aliàs penes Presbyteria; aliàs penes Collegium Pastorum; aliàs penes Synodos; nonnunquam penes Pastores, subinde penes Magistratum: Aliquando uno Presbyterio reguntur Ecclesiæ plures, certo in districtu; sæpius singulis Presbyteriis Ecclesiæ singulæ. Est ubi cognoscit Magistratus de Excommunicationum, Depositionum causis, & est ubi inconsulto Magistratu procedunt: Alibi rati Canones disciplinæ

solo consensu mutuo, & Synodali; alibi solâ supremi Magistratus auctoritate, ac lege: Ut plurimum penes Synedrium solum, quandoque penes Populum totum utius est Ecclesiasticæ potestatis, &c. Ne Fratrum Congregationalium dicamus singularem in multis disciplinam, de quâ & pridem Parens noster *Epist. ad Buchan.* & prolixè celeberrimi nominis Theologus, Joh. Hoornebeck *Epist. ad Joh. Dur.* 1660. Atque hinc subinde Britanni desiderare nonnulla in Genevensibus, in Britannis Belgæ, in Anglis Scoti, in Scotis Angli, in singulis Fratres Bohemi; exemplis apud Rob. Parkerum de Politia Ecclesiasticâ *Lib. I. C. XXVIII. Lib. II. C. XXXVI.* &c. apud Voetium & Ultrajectenses Theologos, in judicio ad Theoremata Scotorum; apud Joh. Hoornebeck, passim in Epistolâ ad Duræum; apud Comenium Parænesi ad Ecclesias, & Annotatis ad Rationem Ordinis Fr. Bohemorum *pag. 85.* &c. Subindeque apud Scriptores Puritanos, Congregationales, alios.

V. Exemplo rursus quæ Presbyteriali Disciplinâ, & rigidissimâ illâ, administrari visæ sunt Evangelicæ in Bohemiâ, Moraviâ, Poloniâ, Lithuaniâ, addo & Hungariâ, Transylvaniâ, aliisve adjacentibus locis, Ecclesiæ. De quarum Senioribus, Presbyteris, disciplinâ, extant Melanchthonis, Bucerii, Capitonis, Calvinii, aliorum elogia, ad calcem Bohemicæ Confessionis, & apud Clariss. Comenium, in Historiâ Ecclesiæ Slavonicæ, & in Testimoniis additis ad Johannem Lasitium. Quò etiam refert illud Parei nostri, Epistolâ penes nos MS. datâ 5. August. & ex autographo, ad Fratres Ungaros, ejus sciscitantes judicium de Oeconomia Ecclesiæ suæ: *Similis fuit Oeconomia Ecclesiæ Apostolica, & subsequens, quamdiu Christianis Imperatoribus caruit: Simili utuntur Ecclesia in Poloniâ, & Galliâ &c.* Unde & à Joh. Calvino Bohemorum illam in Gallicas Ecclesias introductam, scribit dictus modò Vener. Comenius *Hist. Eccles. Slav. p. 33. n. 80.* At profectò discrimine inter Bohemicas localesque, & Gallicas, Scoticas, Belgicas Ecclesias maximo. Unde suos illæ ut supra venerantur *Episcopos, vel Superattendentes*, primos cum ordine tum potestate. Penes eosdem Pastorum seu Ministrorum electio, constitutio, *Ordinatio: Scala Ministerii gradibus distincta* suis est, Episcopi seu Seniores, Coepiscopi seu Conseniores, Ministri, Diaconi, Acolythi seu Seniorum assuetæ. *Presbyteri* Equestris Politicique Ordinis, bini aut terni in Diocesis, districtibus singulis. Quin & matronæ apud eos *Presbyteræ*, pari in muliebrem sexum potestate, attendentiâ. Synodi ordinariæ & particulares ex solis Clericis seu Ecclesiasticis, coeuntibus in generales Synodos etiam Politicis seu sæcularibus. Fratrum Classes distinctæ quatuor, Incipientium, Proficientium, Perfectorum, Pœnitentium. Publicæ etiam pœnitentiæ modus proximè ad Veterum illum accedens. Adhæc Superattendentibus quandoque facta potestas carceris, vinculorum, mulctarum: de quâ rogatus à Fratribus Ungaris judicium Pareus noster, vehementer dissuasit *Epist. modò cit. scribens Ecclesiam non ligare Carcere, sed Verbo, non ut tradat corpora, sed ut servet animas.* Ex his sanè, aliisque pluribus, hujus & Gallicæ, Scoticæ, Belgicæ Disciplinæ diversitatem, haud profectò levem, intelligas. Hinc Politia aliis simpliciter *Episcopalis*, aliis moderatè *Episcopalis* hæctenus audit. De quâ consulat Lector Rationem Ordinis Fratrum Bohemorum, *recusam Amst. 1660.* cum Annotationibus Comenii, Johan. Lasitii Historiam Fratrum Bohemorum, *edente Comen. Amst. 1660.* Conclusa Cracoviensis Synodi Anno M. D. LXXIII. in Harm. Confess. *Tit. Polon. Confess.* Disciplinam Ecclesiarum Hungaricarum, cum Articulis Debrecini Conclusus Anno M. D. LXVII. *Debrecini 1591.* &c.

VI. De Helveticarum Ecclesiarum moribus, institutis, à Scotorum, Gallorum, Belgarum *æqualitate* plurimum diversis, dictum pluribus *Animadvers. VIII. N. XI.* Ita si quæ in Helvetiis *Presbyteria*, à Gallicanis cer-

tè reliquisque illa, constitutione & auctoritate, discrepare non uno modo in aperto est. *Excommunicationis* nec terminus, nec res ipsa, qualiter apud vicinos Genevates, inter Helvetios admittitur, Basileæ quanquam auctore rigidioris disciplinæ Oecolampadio, in *Epist. passim*, & in *Vita Oecolamp.* Electio Pastorum, ut non infrequenter Patronorum est, plebis rarissimè, ita ut plurimum summi Magistratùs. Hujus & nomine Pastores Ecclesiis præsentantur; mandato, Synodi coguntur; assistentiâ, res Synodicæ tractantur; decreto, causæ Ecclesiasticæ graviores deciduntur; sententiâ, gravius delinquentes Pastores plectuntur. Adeò quidem ut frustra quondam fuerint maximi etiam Viri, Joh. Oecolampadius, Guil. Farellus, Petrus Viretus, Augustinus Marloratus, Joh. Calvinus, Theodorus Beza, alii, qui Genevensi Gallicanæque haud absimilem persuadere disciplinam Helvetiis anniterentur.

VII. Discrepantias alias Evangelicæ passim Reformatæque Disciplinæ, longiùs in speciem abeuntis à Gallicâ, Scoticâ, Belgicâ, enarrare hoc loco nihil necesse est. In multiplici hæc sane rursus differentiâ, tam quæ *Episcopis*, quam quæ *Ecclesiasticis Consistoriis*, *Senatibus*, *Præpositis*, *Superintendentibus*, subsunt. In primis esse Insulas Britannicas, Sueciam, Finniam, Daniâ, Norwegiam, dicebamus jam supra, *Animadv.* viii. N. ix. Ac de Britannorum Episcopatu in specie, fusè *Animadv.* x. xi. xii. nec dicta in hanc rem reperimus. Evangelicas autem per Germaniam, vicinæque nonnullas oras, Ecclesias quicumque circumspexerit, easdem suis singulas legibus gubernari intelliget. Convenire sanè videas Principes, & Status Imperii in exercitio jurium, quæ in Papatu dicebantur *Episcopalia*, ut in illo Nomenclaticæ potestatis, de quibus aliàs pluribus. At diversissimus est exercendi modus. Quandoque permissa ferè Synodalis ac Presbyterialis disciplina, paucis exceptis, ut pridem à Johanne Nassovio in Ditionibus suis; hodieque à Friderico Wilhelmo, Electore Brandenburgico, Potentissimo Principe, in Ducatu Cliviensi, & Comitatu Marchiæ. Proxima huic est, quæ in Rebus publicis, Liberisque Civitatibus cernitur, per Conventus Ecclesiasticos, ex Superattente, Pastoribus, Senioribus, exercita. In Electoratus, Principatibus, sunt erecta, administrandis Ecclesiæ rebus, sacra Consistoria, unum plerumque, quandoque plura, & subordinata, ut in Saxonis Ditionibus. His rursus erectum alibi tribunal, alibi non est, jurisdictione litigiosa, in Ecclesiasticis & Matrimonialibus causis, aliis concessa, aliis negata: Hic Politici præsent, ibi Ecclesiastici: Hic Superintendentes in Consistorium adlecti, ibi non adlecti: Hic graviora etiam inconsulto Principe, ibi consulto, decernuntur: Hic Superintendens etiam Generalis, universalis, ibi Provinciales, particulares tantum: Ibi Superintendentes, alibi Inspectores noti, nec ejusdem rursus omnes auctoritatis: Et quæ id genus seu consensiones seu dissensiones ex secuturis quoque satis elucescent. Valet hæc tandem quod Socrates in Theodosio & Valentiano Jun. *Hist. Lib.* v. C. xxi. de Precationum ritibus, vix duas Ecclesias, Sectas, reperiri posse, *Ἐπιφανέας αὐτῶν τὸ αὐτὸ, quæ inter se consentiant.* Atque hic nonnullorum jam antè advertimus nos errores, circa Palatini in specie, tum & Germanici passim regiminis, vel convenientiam vel diversitatem. *Principatum Palatinus Presbyterialis Disciplinæ gubernari*, scripsere Richardus Bancroftus, & Georgius Downamus, citati *Parkeri, de Polit. Eccl. Lib.* i. C. xxviii. p. 78. celebres in Britannia Viri. Verè hæc tunc, si & sua esse Palatinis Ecclesiis *Presbyteria*, suos Classicos conventus, suam hæc disciplinam; falsò, si horum esse gubernandi, regendi, administrandi Ecclesias partes. Contra observet alios non paucos in Angliâ, & Belgio, Theologos, conferre *Inspectores*, ac *Superintendentes*, cum Anglorum *Episcopis* & *Archiepiscopis*, longè maximo discrimine. Siquidem primò mera in prioribus ordinis & honoris prærogativa est, nulla jurisdictionis & pote-

statis: Tum & subordinati Inspectores, Superintendentes, quatenus tales sunt, Ecclesiasticis Consistoriis: Tandem, quæ Episcopalis vulgò Jurisdictionis, Dignitatis, & Legis Diocesanæ sunt, ea Principibus ipsis omnia vendicantur. Sic malè Rob. Parkerus, *de Polit. Eccl. Lib.* i. C. xxviii. in Comitatu Palatinus *Superintendentem præesse talem, qualis in Ecclesiis reliquis Germanicis hodie visitur.* Ut pari errore confundere extranei subinde solent Superintendentes, v. gr. Saxonicos, cum Inspectoribus Palatinis, quibus sola, suos intra districtus, Inspectiones vocant, ordinis relicta prærogativa, & vigilantia cura. Mox error alius Parkeri, etiam supra notatus, loco cit. *nullam majorem Superintendentis, quam Præsidis Belgici auctoritatem esse.* Quæ, & similia, Germanis narraffe, castigasse est.

VIII. Hæc tunc varians Evangelicorum plerorumque Disciplina. Nunc de variationum nonnullis causis. Enim verò quod v. g. in formam Presbyterialis (ut supra) disciplinæ, diversam ab Evangelicis aliis per Angliam, Germaniam, Poloniam &c. illustres in Reformatis Ecclesiæ consenserint, non iisdem peræque rationibus ductæ videntur. Quædam sanè, quod talem proximè accedere ad Apostolicam consuetudinem persuasum habuerint. Omnes verò imprimis, quod non alium ferè statum, conditionem, mores suos intellexerint. Equidem hæc communis plerorumque fors ab initio fuit; quod, ad primorum Christianorum exemplum, sub adversa sacra sectantibus Principibus ac Magistratibus, dispersæ agerent. In his illæ per Italiam, Galliam, Bohemiam, Moraviam, Poloniam, Lithuaniam, Hungariam, Belgium, ac vicinas sedes, quo Belgicæ tempore Hispano sacramentum dicerent. Hinc in confœderatam eundem, uti primitivæ Ecclesiæ, disciplinam fuit; pii Conventus, clam sæpè infestis Magistratibus, indicendi; communi omnes (locis, Urbibus, Provinciis divisi) Christianæ correspondentiæ, fraternitatis atque uniformitatis vinculo colligandi; Societates Sacræ, ut conservarentur, regendæ præsidibus, legibus, disciplinâ; appellationes permittendæ à paucioribus ad plures, à partibus ad totum; constituenda collectarum, in usus pios, & in Pastorum alimenta, ratio; confusus electionibus, examinibus, ordinationibus occurrentum; hinc Synedria, Classés, Synodi, cogendæ; atque in omnibus, per delegatos Seniores, fœderati populi, & contrahentium quasi partium, consensus impetrandus. In hanc rem Vir Clariss. Moses Amyraldus, Tractatu Gallico de Synodali Regimine *Cap.* ix. p. 281. *Reges & Potestates nobis minimè favent, hinc necesse est ut ipsimet constituamus nobis leges, resque nostras administremus.* Eoque totum illud, unde hæc decerpimus, Amyraldi caput spectat. Alibi diversi regiminis causas exponens *Cap.* viii. p. 243. *Rursum Ecclesia Reformatæ fuere conditionis diverse, quantum ad statum & potestatem Politicam. Quædam enim, usque adeò felices, ut supremi locorum Magistratus Reformationem amplexi fuerint; Alia implicita iis in Ditionibus, quarum supremus Magistratus Reformationi adversus, ac sæpe inimicus.* Hinc Vir summus Samuel Bochartus, Epistolâ ad Morlæzum, ad *Quæst.* ii. p. 30. agens de Provocatione à Judicibus Ecclesiasticis, severissimè interdicitam eam Synodalibus in Gallia constitutionibus docet, ubi *Magistratus à nostrâ religione alienus.* Et ne in re perspicuâ satis excutiamus Judicia Theologorum superioris ævi, gravissimè incomparabilis Theologus, David Pareus, Epistolâ ad Fratres Ungaros, antè indicatâ: *Simili Disciplinâ utuntur Ecclesia in Polonia Gallia, ubi cum cæcus sint per vastissimam regna hinc inde sparsi, non possent in unitate & officio diu contineri, & propagari, nisi vinculo arctioris ac merè Ecclesiasticæ Disciplinæ colligarentur.* Est quidem vomitæcia & cura externa Ecclesiastica jure divino Regibus & Principibus piis imposta, ut videre est *Levit.* vi. 9. *Deut.* xvii. 19. *Rom.* xiii. 4. &c. ad quem locum ea quæstio adversus Stapletonum Commentario meo perspicuè est ventilata. Atque eo jure freti Principes nostri Protestantes, in Imperio Ec-

clesias suas ab Idolomania & tyrannide Pontificia repurgarunt. Deficientibus vero vel cessantibus illis, ipsa Ecclesia sibi deesse vel cessare non debet, in faciendo Christi præcepto, Docete omnes gentes &c. & Apostoli, Omnia decenter & ordine fiant. In vestro igitur regno, pro dolor! Turcicus vastationibus miserè perturbato, cum qui debebat & poterat (Rex) non velit, qui vellem (Proceres Evangelici) non possint prestare vobis patrocinium à Deo sibi impositum; necessariò utique eam disciplinæ rationem iniistis, quam & Apostolica Ecclesia probavit consuetudo, & absque quâ cætus Vestri per varias regni partes, in medio quasi luporum dispersi, in unum corpus coalescere nunquam potuissent. Hucusque Pareus, de necessitate disciplinæ talis. Unde indubium illud, v. g. in Galliis, proniores fuisse quandoque præstantes Viros in formam Episcopalis regiminis, qualis scilicet mox ab Apostolorum excessu, qualemque stabilire negavit ratio temporum, locorum, adversariorum. Quod constare ex probatæ fidei testibus, nec obscuri nominis, ut in Dedicatoriâ ad Londinensem Spanhemius monuit, sic infra patebit fortassè luculentius. Ac Gallorum Theologorum non nemo, Præfatione ad Tractatum de Veterum Ceremoniis *Edis. Gall. fol. 4.* multus docet, qui obices intercesserint quominus, ex suo & aliorum voto, forma alia Ecclesiasticæ disciplinæ constitui in Gallicanis Ecclesiis potuerit. Unde I. Amos. Comenius, Annotatis ad Rationem Disciplinæ Fratrum Bohemorum, ad Tit. de Episcopis: *Fateor equidem, ubi Reformati inter Papistas vivendum est, tutius illo nomine Episcopi abstineri. At ubi extra periculorum septa sumus, cur Ecclesiam ornamentis firmamentisque suis exuamus?* Quanquam profectò non sit, rebus ita constitutis, quod afflictas Ecclesias præsentis Disciplinæ vel poeniteat, vel pudeat.

IX. Ut verò pro conditione illâ Ecclesiarum, sic & pro formâ Reipublicæ, atque ingenio Populorum, statutum diversimodè fuit de formâ Disciplinæ. Quod ut viri cordati haud difficiles largientur, sic pluribus Epistola utraque Spanhemii innuerat. *Hinc Evangelicorum Republica nulla, qua in specie talis, Hierarchicum propriè regimen admisit. Ubique videas quod vel Aristocratico, vel Democratico, vel certè Mixto analogicè respondeat. Quicquid subinde sonent Superintendentum aut Antistitum nomina. Adeo quidem ut nuper simul cum Regio imperio cadere Hierarchicum necesse foret. Contrà aut Hierarchica est, aut ad Hierarchicam suo modo accedens facies, in Regnis ac Principatibus, quorum illustravit Capita lux sacra Reformationis. Patebitque id ipsum circumducenti quaquaversum oculos per Orbem à Pontificio separatam.* Unde aut purè Episcopale, aut Politico-Episcopale, Ecclesiarum in statibus Monarchicis regimen, vocare aliis placuit. Ferè uti accidisse in veterè Ecclesiâ diximus, *Animadversion. iv. v.* ut Politico Ecclesiasticus ordo responderet. Quanquam nec quædam exceptiones deesse videntur. Secus enim, v. g. Scotiæ in regno factum, superiore & nostro ævo vidimus, populari assumptâ Disciplinâ: ast verò non duraturâ concordia Imperii & Sacerdotii. Secus item quandoque in Germaniâ Protestante, v. g. in ditionibus Nassovicis, Joh. Nassovio adoptante (apud Zepperum, *ad calcem Polit. Ecclesiast.*) Belgarum constitutiones Anno cto MDLXXII. Sic in Ducatu Clivensi & Comitatu Marchiæ, permittente nuper Friderico Wilhelmo, Serenissimo Electore, Presbyterialem Ecclesiis illis Disciplinam, *Ordin. Eccles. Clivens. & March. 1662.* Sic quondam in Palatinatu, Friderico III. Electore. ad exemplum Edwardi VI. indulgente formam eandem disciplinæ peregrinorum Ecclesiis, Heidelbergensium, Schonaviensium, Francothalensium, Lambertanæ, subituris tùm Synodales, eisdemque omninò cum Belgicis, leges, vel ex Synodo Nationali Emdanâ Anno 1671. *Art. 10. 50.* Nec tamen assertum ista superius infirmant, de accommodatâ Ecclesiæ formâ ad Civilem. Nec enim istis concessionibus Germaniæ illi Principes Episcopales (ut loquuntur) juribus, aut de potestate nomotheticâ hoc ipso exercitâ, ut liquet, quicquam remiserunt. Adde speciales

Tom. II.

horum indultuum causas. Puta Clivensibus conservatam eam fuisse, toto ferè Seculo, iis in locis disciplinam; Peregrinis verò Palatino in solo permissam eam, cui recentissimè assueverant. Idque tùm singulariter intendente Friderico Septemviro, re potiùs quàm nomine Pio, ut ita consensus Palatinæ Ecclesiæ cum Gallicis Belgicisque, sub cruce tùm suspirantibus, constaret, & hoc coalescerent illæ societatis vinculo, hoc erigerentur afflicti Cætus solatio, hacque communionè consiliorum, ablegatis è Palatinatu ad Belgas Theologis, (quales tùm Petrus Dathenus, Joh. Taffinus, Casparus vander Heyden, Franciscus Junius, alique,) in medium istis consuleretur. Alias sanè hunc utriusque regiminis, Civilis & Ecclesiastici, consensum quendam pridem observarunt Viri Magni. Sic Episcopalis Regimini obesse alibi statum Civilem, Aristocraticum aut Democraticum, probè intellexerunt Anglorum Theologi, & in rigidioribus quoque Bilsonus, *De perpet. Gubern. Eccles. Cap. xv. & Downamus, apud Park. Lib. 1. C. xxviii.* Quò faciunt quæ cùm in Dedicatoriâ ad Reverendiss. Antistitem, tùm Notis ad Epist. Friderici, tùm in superioribus *Animadvers. iv. & v.* produximus ex Calvino, Junio, Pareo, H. Altingio, Amyraldo, Theologis aliis. Boucharti, ex Epistola ad Morlæum, licet integrum locum describere: *Jam si roges utrum sit consultum, ut Episcopi, an verò ut Presbyteri præsent Ecclesiis, idem erit ac si rogaveris, utrum præset ut penes Regem, an ut penes Magnates, an ut penes Populum sit summum rerum arbitrium. Quæ questio non potest uno verbo decidi: Quia aliis Monarchicum, aliis Aristocraticum, aliis rursus Democraticum est aptius.* Hinc notum Anglorum illud πολυθρόνητον, *Nullus Episcopus, Rex nullus.* Hinc illa Caroli II. restituti solio Majorum, in Declaratione super *Negotiis Ecclesiast.* Anno MDC LX. quâ perorans de diversis Ecclesiasticorum Regiminum, in hodiernis Statibus, formis, eas à diversitate Civilium Politiarum arcessèbat, citatis verbis in Epistola ad Amicum. Additis in eâ Declaratione prudentissimis simul ac religiosissimis cautelis, qualium memorem esse Britanniam optamus. Henricus Altingius, in *Historiâ MS. Palatinæ Reformationis*, ubi de constitutâ à Friderico III. disciplinâ in III. *Gradu Reformat.* Quod cùm fecisset (sciscitatus nempe esset judicium Doctorum in Ecclesiâ & Academia) declaravit se moderatam aliquam Disciplinam formam scribendam curaturum esse, planè convenientem ingenii & moribus Ecclesiarum sua Ditionis; velle etiam ut, sopitis dissidiis, concordia interea servaretur &c. Hinc Venerabilis Beza de receptâ alibi disciplinâ, *Libro de Presbyterio & Excommunic. pag. 3.* *Vident ipsi procul dubio quid sui Greges ferant, nec ambigimus, quin & tanta doctrina, & tanta integritatis Fratribus sua rationes consent.* Quo etiam factum, ut subinde præstantissimi in Belgio Theologi, in Palatinæ Ecclesiæ aliarumque instituta & facta intenti, nihil illis derogantes, professi modò sint, Belgarum illa moribus aptari minimè posse. *Saltem cum Reformatione in Belgio, & constitutione libertatis Reipublicæ sua minimè convenire, ita Voetius Polit. Eccles. P. 1. L. 1. Tr. II. C. III. p. 169.* Eam saltem gubernationem Belgicis Ecclesiis non fuisse imitandam, sic in *Vitâ Ant. Walæi fol. 5. col. 4.* Qui secus sensere, fuisse homines extraneos, rerum Belgicarum ignaros, sic Apollonius in *Præfat.* ad libros de Jure Majestatis: *Aut locutos esse de supremo Magistratu statûs Monarchici, & non Aristocratici, Democratici, aut Mixti statûs, sic Cabelavius Defens. C. VIII. pag. 126.* Nec hisce Spanhemius vel per somnium unquam repugnavit. Accidit in hâc causâ quod in gravissimâ aliâ, apud Jacobum Triglandium, Venerandum Theologum, scribentem de *Potest. Civ. & Eccles. Cap. xvi. pag. 318.* *Peculiares hic fuisse rationes Politicas, ortas ex statu, conditione, & privilegiis regionum Belgicarum.* Dic & particulares hujus & illius Politicæ Ecclesiasticæ fuisse rationes, ortas ex statu, conditione regionum Britannicarum, Germanicarum, Polonicarum, Helveticarum &c. Probeque id intellexit Vener. Comenius, agens de *optimâ formâ Ecclesiastici regiminis*, Parænesi ad Ecclesias,

H h h h

ppp

nominatim Anglicanam pag. 144. Num. 65. Hinc *Gentibus aliis ista vel illa forma* (Monarchica, Aristocratica, Democratica) *magis placuit, & adhuc; stantque sua se gubernandi formâ, hi, isti, illi; Quod argumento est singulis inesse suum robur.* Adde quæ ex eadem *Paranesi* produximus supra *Animadvers.* iv. Sed de hac singularum Ecclesiarum libertate, pluribus adhuc infra, ad Hypotheseos Spanhemii tertiam.

IX. Nec erit quod nostra nobis hac in parte diffidia exprobrent Adversarii, vel Arnaldus Jansenitarum choragus. Siquidem hæc variantis Regiminis perpetua quædam fors fuit, ex modo demonstratis. Ipsique suas hac in causâ dissensiones non nesciunt Pontificii, quorum alii solum *Papam*, alii *Concilium* solum, alii solos *Episcopos*, ultimi denique *& Papam, & Episcopos* congregatos, summæ in Ecclesiâ potestatis subjectum statuere. Sic Episcopatus aliis Divini juris, aliis Pontificii, à quo radicaliter suam Episcopi derivent potestatem. Ne variantis pridem, assurgentisque sensim ad sublime fastigium, & Papalis, & Cardinalitæ dignitatis, & Abbatum, & Prælatorum exempla, aut famosa Papparum schismata, aut Episcopos inter & Regulares de Regimine diffidia, & innumera id genus, referam. Adde dissidentem hodie à se ipso Arnaldum, in causâ *Papalis Potestatis*, vel *Infallibilitatis*, ut pluribus Auctor Genii Arnaldini *Parte I. Observ.* viii. &c. Nempe alterius ista disquisitionis sunt. Et nonnulla eruditè hanc in rem Rob. Parkerus, Anglus Theologus, Libro altero de *Ecclesia Politeia* Cap. xxxvi. quem concipillare, Johannis exemplo, non libet.

ANIMADVERSIO XVI.

Hypothesis tertia Epistolarum Friderici. Permittendam esse Ecclesiis singulis, qua Papatum excusserunt, liberam Regiminis formam. Rationes. Consensus Veterum ostensus. Auctoritates publica. Alia primorum Reformatorum. Theol. Helvetiorum. Britannorum. Gallorum. Belgarum. Germanorum. Consumeliarum in causâ regiminis iniquitas. Exceptiones. An inter sit libertatis acquisita sanguine Christi? Oleiviani voces objecta. Expensa. Quædam de Palatinâ Disciplinâ.

EXcipit pro ratione instituti Hypotheseos Spanhemianæ tertiæ, adversus obtrectatores, firmamentum: *Permittendum esse suum Orthodoxis Ecclesiis regimen, suam qualemcunque formam disciplinæ; Ecclesiam nullam in alterius leges moresve superciliosè adigendam, minus traducendam contumeliosè, in quâ modo salva sit fundamentalis Doctrina, & sacri essentia Ministerii.* Quo ipso nec Papalem, nec Heterodoxas attingimus eas Ecclesias, in quibus doctrinæ fundamentum subversum, & forma Ministerii perverfa. Atque aded Ecclesias innuimus Reformatas, Protestantas, Euangelicas, quotquot à Pontificiâ secessere.

II. Fluit Hypothesis ex prioribus necessitate quædam. Et quæ rationes probant, nullam à Christo & Apostolis mandatam esse Formam specialem Regiminis, quæ etiam illius variationem perpetuam in omni Christianâ Ecclesiâ demonstrarunt, faciunt illæ ipsæ pro Ecclesiarum in hoc sanè capite libertate. Quò & spectant regulæ Theologorum circa res *mediæ*, divinitus neque imperatas neque interdictas, variè aded pro circumstantiarum diversitate dispensandas. Nec diversa externi ordinis & regiminis, ab illâ rituum & ceremoniarum, ratio est. Prudentiæ itaque & charitatis legibus esse hic oportet cumprimis locum. Et sicubi inolitæ consuetudines, non illæ temerè sollicitandæ, quarum singularis semper in antiquis Canonibus habita ratio, ut Nicænis *Can. Nicæn.* vi. vii. Ephesinis *C. Ephes.* viii. Trullanis *C. Trull.* xxxix. &c. Neque magis invidenda esse videtur his & illis populis Ecclesiasticæ, quàm Civilis administrationis, forma libera. Quò refer, quæ in superioribus de utriusque, quoad externa, consensione, suffragantibus etiam Theologis, diserebamus.

III. Rationum itaque & argumentorum plus satis in

antecedentibus fuit. Accedant auctoritates, ne confletur assertioni invidia. Veteres sanè haud secus atque nos pronunciasent. Irenæus, de diversis Ecclesiarum institutis ad Victorem, apud Eusebium *Hist. Lib. v. C. xxiv.* Καὶ οὐδὲν ἑλαττον πάντες ἔτοι εἰρηνοῦσαις, ἢ εἰρηνοῦσαις πρὸς ἀλλήλους, ἢ ἡ ἀσφαλία τῆς ἡσυχίας (πολιτείας) τῶν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησιν. Et nihilominus omnes isti pacem coluere, & nos quoque inter nos colimus, commendatque magis discrepantia illa sejuniorum (politiarum) fidei consonantiam. Tertullianus de *Virgin. Vel. Cap. ii.* quamvis in aliâ causâ: *Non possumus respicere consuetudinem quam damnare non possumus, nisi non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus scilicet communicamus jus pacis, & nomen fraternitatis. Una nobis & illis fides, idem Christus, eadem spes, eadem lavacri sacramenta, semel dixerim, una Ecclesia sumus.* Cyprianus dissidens à Stephano, genuinus jam ille *Epist. ad Stephanum Lib. ii. Epist. i.* Quosdam fratres, salvo inter Collegas pacis & concordia vinculo, quædam propria quæ apud se semel sint usurpata retinere. *Quæ in re (inquit) nec nos vim cuiquam facimus, aut legem damus, cum habeat, in Ecclesiâ administratione, voluntatis suæ arbitrium liberum uniusquisque Propositus, rationem actus sui Domino redditurus.* Item ad Jubajanum *ad calcem Epist. de Hæreticis baptizandis; Hæc tibi breviter pro nostrâ mediocritate rescripsimus, Frater Charissime, nemini præscribentes aut præjudicantes, quò minus unusquisque Episcoporum quod putaverit faciat, habens arbitrii sui liberam facultatem.* Item; *Servatur à nobis patienter & firmiter charitas animi, collegii honor, dilectionis vinculum, concordia Sacerdotii.* Hieronymus ad Lucinum *Epist. xxviii.* *Unaquæque Provincia abundet in sensu suo, & præcepta majorum leges Apostolicas arbitretur.* Augustinus ad Casulanum *Epist. lxxxvi. Tom. ii. In his enim rebus, de quibus nil certi statuit Scriptura divina, mos populi Dei, vel instituta majorum pro lege tenenda sunt. De quibus si disputare voluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio, &c.* Idem ad Januarium *Epist. cxviii.* *Alia verò quæ per loca terrarum regionesque variantur, sicuti est quod aliis jejunt Sabbatho &c. totum hoc genus rerum liberis habet observationes. Nec disciplina ulla est in his melior gravi prudentisque Christiano, quàm ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam ad quamcumque forte devenit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur, indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos vivitur Societate servandum est.* Ibidem, cedro dignis vocibus, & quasi in hunc Criminatorem: *Sensum enim sape dolens & gemens, multas infirmorum perturbaciones fieri, per quorundam Fratrum contentiosam obstinationem, & superstitiosam timiditatem, qui in rebus hujusmodi quæ neque Scriptura Sacra auctoritate, neque universalis Ecclesiæ traditione, neque Vita corrigenda utilitate, ad certum possunt terminum pervenire, tantum quia subest qualiscunque ratiocinatio cogitantis, aut quia in suâ Patriâ sic ipse consuevit, &c. tam litigiosas excitant quæstiones, ut nisi quod ipsi faciunt nihil rectum existiment.* Leo Magnus, in eundem sensum: *Nihil obsunt salutis credentium diversa pro loco & tempore Consuetudines, quando una Fides, per dilectionem Operum bona, uni Deo commendat omnes.* Similia multa in Epistolis Gregorii I. *Lib. i. Epist. xli. ad Leandr. Bernardi Epist. ad Eugen. Petri Cluniacensis Epist. xvi. ad Bernard.* alibi, quæ describere non vacat. Adde Socratem Historicum, de diversis Ecclesiarum moribus, *Lib. v. C. xxi.* Οὗτοι γὰρ πάντες τῶν ποιῶντες τὸν τρόπον, οὐδέποτε πρὸς ἐαυτοὺς διεφώνησαν, *Hi enim omnes in hunc modum discrepantes, nunquam tamen à se invicem fuit dissociati.* Ibidem: *καὶ γὰρ οἱ τῆς αὐτῆς πίστεως ὄντες, ἀσφαλίως πρὸς ἑαυτοὺς. Etenim inter quos est summa fidei consensio, inter eosdem magna sæpè est rituum ac consuetudinum dissensio.* Et Sozomenus, in Theodosio & Valentiniano Jun. *Hist. Lib. vii. Cap. xix.* Εὐθεὶς γὰρ ἢ μάλα δικαίως ἐπέλαβον, ἰδῶν ἐνεκεν ἀπλήλων χωρίζεσθαι, πρὸς τὴν καίριαν τῆς θεολογίας συμφωνῶντες. *Stultum enim & merito quidem judicavit, consuetudinum gratiâ à se mutuò divelli, qui in præcipuis religionis capitibus consonarent.* Hinc dissensionum hujusmodi, simul

simul & in dissentiendo libertatum, pro varietate locorum, frequentia apud eosdem Historicis exempla. Verbi gratiâ, Unus tantum Episcopus per omnes Scythiæ civitates, contra apud Arabes & Cyprios in singulis penè pagis Episcopi singuli: Diaconi apud Romanos non plures septem, ex Apostolica institutione, apud alios numero promiscuo: In Romanâ Ecclesiâ nec Episcopus nec alius quisquam publice docens, ita Sozomenus, seu Sermones habens ad Populum, quales fuere tamen Leonis I. contra in Alexandrinâ Episcopus solus ab Ario temporibus: ibi Archidiaconi legere Codicem Sacrum, hic Diaconi, alibi Sacerdotes soli, quandoque etiam, ut in Constantinopolitanâ Ecclesiâ, Episcopi: Alexandriae in Lectores & Interpretes allesti sive Catechumeni, sive Baptizati, alibi Baptizati soli: Constantinopoli & Sabbatho convenire Christiani, & Dominicâ, non item Romæ & Alexandriae: ne aliundè diversissimam exhibeamus regiminis faciem, de quâ etiam dictum Animadvers. v. Atque hinc factum ut schismatis, imò hæresis, postularet Arianum Antiquitas, quòd contra receptam consuetudinem, & publicos Canones, in Primatum Episcopalem, ut ferendum nullo modo, turbulentus ac temerarius insurgeret, ex Epiphano, Augustino, Isidoro.

IV. Nec secus sensit schola tota Reformatorum. Autoritates, cum publicas tum privatas, en de multis paucas! Ordinatio Ecclesiarum Belgicarum, sub Edoardo VI. edente Belgicè Mart. Micronio A. MDLIV. Cap. III. pag. 13. *Ceteras omnes Christianas Ecclesias suâ frui libertate permittentes, censemus rationem sequentem convenientissimam adificationi nostrorum Cœtuum.* Ibidem in Præfatione: *Ecclesias alias Reformatas minimè damnamus, etiam si ab iis in Ordinationibus Ecclesiasticis dissentiamus, modò fundamentum, quod est Jesus Christus &c. retineant.* Synodus Nationalis Dordracena, in Canonibus Disciplinae Ecclesiasticæ, Art. penult. *Propter alienos à nostris ritus externa commendanda sunt Ecclesiæ.* Planè in eundem sensum, & iisdem penè verbis, Synodi Nationales, Medioburgica Anni MDLXXXI. Art. XLVI. & Hagienfis Anni MDLXXXVI. in collectione Belgicarum Synodorum Art. LXXVIII. Licet noster *Lycestriensem* vocet, quem tamen Lycestrium non magnoperè favisse Episcopis constat. Ordines Hollandiæ & West-Frisiæ, Præfatione Constitutionum Ecclesiasticarum Hagienfium Anni MDXCI. *Imprimis attentè conditione presentis temporis, provisionaliter & donec visum fuerit aliter statueret, absque tamen ullius extraneæ Ecclesiæ despectu aut præiudicio, etiam si in rebus mediis diversos mores habuerint &c.* Fratres Poloni in Cracoviensi Synodo, Tit. Polon. in Harmoniâ Confess. Anno MDLXXXIII. *Relictâ tamen libertate fratribus Bobemica & Augustana Confessionis, ut possint suos ritus & consuetudines, quæ in hoc genere (Ecclesiasticæ Disciplinae) ab iis observantur, retinere.* In eundem sensum Poloni in Synodo Sendomiriensi Anno MDLXX. & aliâs. Adde quæ ex Confessionibus Publicis in hanc rem produximus Animadvers. x. Num. VII. Ludovicus, Dux Wurtembergicus, Præfatione Ordinationis Ecclesiasticæ: *Ideo non necesse est, ut omnes Reformatæ Ecclesiæ iisdem manentur Constitutionibus, sed pro libertate Christianâ unaquæque Regio suis gaudeat.* Principes & Status Imperii Protestantes, ut ex variis superioris Sæculi Receptibus, Augustano, Schwinfurtenfi, Francofurtensi, Naumburgico, liquet, inter sese convenere, ut unicuique in suis Ditionibus esset liberrima Constitutionum atque Rituum Ecclesiasticorum sanctio, mutatio, emendatio &c. utque ejus mutationis causâ, nullus Status alium gravaret, oppugnaret, condemnaret, aut suis id facere permitteret &c. in Recept. Francof. 1558. Jacobus VI. Britannorum Monarcha, in suo βασιλικῷ Δέγματι, professus se illo suo ordine, aliis Regionibus & Ecclesiis nequaquam præscribere. Carolus II. Declaratione ad subditos Anno 1660. 25. Octob. *Et hoc fundamento, nullatenus reprehendere volentes regimen Ecclesiasticum in regionibus aliis, quarum regimen Politicum differt ab hoc nostro &c.*

V. Nec mens alia primorum Reformatorum. Martini Lutheri, Præfatione in Confessionem Waldensium,

vidimus supra dictum hac de re luculentum. Philippus Melancthon, Epistolâ ad Fratres Bohemos, *Witteberga 1535. Quare cum de præcipuis articulis doctrinæ Christianæ inter nos constet, complectamur nos mutuo amore. Neque dissimilitudo & varietas Rituum, Cæremoniarum (Regiminis, Disciplinae) adjungere debet mentes nostras &c.* Adde loca id genus quàm plurima, ex Epistolis & Consiliis Theologicis Melancthonis, quin & communis hujus Magistri consilio, in constituendâ formâ disciplinae, usas Ecclesias non paucas, intra & extra Germaniam, diversissimis quamvis apud omnes moribus & institutis. Martinus Bucerus quid senserit de Ecclesiarum vario & libero regimine, docent multifariam Viri ingenium, scripta, tacta, studium planè singulare distinguendi necessaria à non necessariis, fovendique concordiam & pacem Ecclesiarum. Quæque ipse de ratione constituendarum earundem, Argentinenfis puta, hinc Coloniensis sub Hermanno, tum Anglicanæ sub Edoardo, prudentissimè sanè, sed & diversimodè, pro conditione locorum & temporum, Vir integerrimus suavit, abundè hoc ipsum firmant. Calvinus severior equidem Bucero, & Disciplinae, quam vocarunt, *politica* vulgò architectus, (hinc eis & transmarina in Calvinum odia,) sed facilis is tamen in rebus mediis & externis, ac moderatius semper de fororibus Ecclesiis sentiens, Anglicanis, Germanicis, Helveticis, Polonicis, quantumvis à Genevensi, in Politicæ ac Disciplinae formâ, crebrius discederet. Loquuntur Viri magni frequentès cùm primis Epistolæ ad Reges, Principes, Theologos, Ecclesias, tanto lenioris in fratres, quanto fuit in hostes ac turbones vehementior. Summam his expressit Theodor. Beza, in *Calvini Vita ad An. MDXLI.* & nos compendii ergo ex conjunctissimo illi tot nominibus Viro: *Sed has difficultates viciis Calvinis constantia, tum insigni moderatione conjuncta. Qui cum ex S. literis non doctrina modò, verum etiam administrationis Ecclesiasticæ potendam esse rationem demonstrasset, & doctissimorum ejus sæculi hominum, velut Ocolampadii, Zwinglii, Zuickii, Philippi, Buceri, Capitanis, Myconis, sententiam ex ipsorum scriptis ostendisset, nec propterea damnari Ecclesias ipsas tanquam non Christianas, qua eo usque nondum promovissent, vel eos Pastores quæ suos greges eo freno non indigerè existimarent &c.* Adde loca, producta nuper *Animadvers. XIII.* & quæ ex Epistolis plura in promptu foret congerere. Quo modò in Epistolâ ad Farellum Tomo VI. p. 122. voluit in ordinem cogi, quotquot nollem *subjecti communis Disciplinae legibus*, seu receptæ formæ regiminis, juxta *Veterum Synodorum Decreta.*

Nunc Bezæ quoque suffragium audiamus. Sic ille Epistola ad Whitgiftum Archiepiscopum Cantuariens. *Non compellimus Ecclesias contrarium sentientes ad ordinem nostrum, neque de eis aliter sentimus atque aut eorum pietas & dignitas, aut mutua fraternitas requirit.* Mox, *Procul absit ut putemus (servatis substantialibus) nihil concedendum antiquitati esse, nihil consuetudini, nihil circumstantiis locorum, temporum, personarum.* Idem ad eundem, in Vita Whitgifti, impressâ Londin. 1612. *Nunquam intendi tangerè aut impugnare Ecclesiasticam Politicam Anglicanæ Ecclesiæ. Quamdiu substantia doctrina uniformis est in Ecclesiâ Christi &c.* Idem ad A. Dudith. Epist. I. *Rituum vero ipsiusque ad deò exercenda & ritibus diversitate, quam ultra agnoscimus (non quoque videlicet, quod sui Gregibus propriè expedit, consideratis) minime dixeris, opinor Ecclesias dissociari, in Doctrina summâ consentientes.* Idem Epistol. ad Casp. Oleavianum 6. Febr. 1571. *A quibus est nonnihil in ipsâ & ritibus constitutione dissentiat, non esse tamen propterea ullum inter vos & eos dissidium, quibus cum & in omnibus Doctrinae capitibus per Dei gratiam consentiat, & in ipsâ ordinis seu jurisdictionis Ecclesiasticæ substantiâ. Hujus autem formatio ipsos non ignorare, pro variâ circumstantiarum ratione variandam esse.* Idem Epist. ad Joh. Lasitium, de Fratrum Bohemorum Ecclesiasticâ Disciplina, *Ad calc. Joh. Lasit. de Eccles. Discipl. Amst. 1660. Quadam tamen judico non ad imitationem debere proponi, quoniam in illis habita est*

temporis & circumstantiarum ratio. Æquitatem eandem probat in Præfatione Tractatus de Presbyterio, adversus Thom. Erastum, clarissimi nominis Medicum. Et in ipso Tractatu pag. 3. & passim: *Quicumque verò hujus Disciplina nonnulla suis Ecclesiis non modò inuisilia, verum etiam noxia fore judicant, suo sanè judicio utantur.* Unde sancta eum inter & Bullingerum, Gualtherum, Musculum, alios benè multos in Helvetiâ, Germaniâ, Britanniâ, necessitudo, quamvis in Ecclesiâ. Disciplina capite haud parùm dissonarent cum Theologi, tum Ecclesiæ ipsæ. Tacemus hos ipsos modò nominatos Viros, quin & *Arctium, Martyrem, Simlerum,* Helvetiæ alia lumina, quorum exposita orbi Reformato singularis in hac causa moderatio est, & æquitas summa & cum Britannicis Germanicisque Ecclesiis conjunctio. Hinc loca cum à Durello, his ex Theologis producta, tum à Stillingfleetio, in *Irenico,* & in nupero de *Separatione Anglicanâ* scripto pag. 23. &c. quæ indè repetantur.

VI. Profecti eandem Ecclesiarum libertatem Anglorum Antistites, Episcopalis quancquam regiminis acerrimi vindices. Johan. Whitgiftus totius Angliæ Primas, apud *Parkerum Lib. 1. Cap. ix. p. 26.* Neque ut falso traducimur, nobis id arrogamus, ut Ecclesias alias vel improbemus vel condemnemus, in ordine illo quem tanquam suo Statui accommo. luitissimum receperunt. Joh. Bridgesius, Defensione Regiminis Ecclesiæ Anglicanæ *Lib. III. pag. 320.* Nec condemnare par est Ecclesias illas, aut etiam de his male aut sentire aut loqui, quæ diversâ gubernationis formâ utuntur, nec illas nos. Georgius Douwnamus, defensione Concionis suæ, habitæ in consecratione cujusdam Episcopi *Lib. III. Cap. 1.* Non ita functionem Episcopalem de jure divino esse teneo, quasi nullum aliud genus Gubernationis legitimum esset; neque ordinationem ita ab Episcopo pendere, ac si in Ecclesiis Reformatis Ministri nullis essent. Thomas Bilsonus de perpetuâ gubernatione Ecclesiæ *Cap. xv. pag. 429.* Forsan vobis quibusdam in rebus à more Genevensi recedere videmur, nec immeritò id quidem. Illi enim in populari Statu, nos sub Regali vivimus. Populi illic major potestas, hic Principis. Prudentissimè summus Theologus Andreas Willetus, in Synopsi Papismi, Controv. *iv. gener. Quest. III. Part. 2. pag. 276.* Et quancquam negari non potest regimen Episcopale, secundum formam primitivæ Ecclesiæ, ad conservandam unitatem magnopere conducere, non tamen condemnare ausi sumus Ecclesias, Genevensem, Helveticas, Germanicas, Scoticas, quæ aliam Reg. Ecclesiasticam formam admiserunt. Rursus: Quare non damnamus Ecclesias Reformatas quæ aliam Gubernationis Ecclesiasticam formam hucusque retinuerunt, sic neque ipsarum est reprehendere Ecclesiam nostram. Mox; Teneat unaquaque Ecclesia eam formam Regiminis quæ statui suo maximè accommodata est: In externis rebus libera est unaquaque, neque hac ad illius præscriptum alligata &c. Eadem fuere in exterarum Ecclesiarum Disciplinam, eâ quidem in Gente, æquitate Ridlæi, Juelli, Whitakeri, Raynoldi, Perkinii, Mortoni, Davenantii, Fieldii, Hokeri, Usserii, Prideauxii, Sandarsoni, Forbesii, Halli &c. Episcopali quancquam addicti Politia; nec obviis hac de re documentis pagellâs hæcce farcire animus est. Novissimè autem Reverendiss. Episcopus Dunelmensis, Epistolâ responsoriâ ad Voffium Megalopolitanum, de libero Religionis exercitio Lutheranis in Angliâ indulgendo; *in Castro Dunelm. 9. Sept. 1664.* Quædam verò sunt quæ ad Disciplinam, Gubernationem, & Ritus Ecclesiæ pertinent, in his fortè non eadem sentimus omnes, & sanè (modò salva sint quæ ad salutem sunt necessaria, & pax interim Ecclesiarum conservetur) quidni dissentire liceat?

VII. Præstantissimorum in Galliâ Theologorum æqua semper de Ecclesiastica Politia, cum in thesi, tum in hypothesi, sententia fuit. Antonius Sadeel ad Turriani Sophismata repetita, *Solut. 1. Syllog. pag. 610.* Ex quibus omnibus perspicuum est, Ecclesiam ad nullam exteriorum formam, quancunque tandem illa sit, adstringendam ita esse, ut planè negetur esse Ecclesia, quoties forma illa non extabit. Ibidem, docet mutationem obnoxiam fuisse Apосто-

licæ Ecclesiæ exteriorem formam, qualem etiam suis scriptis tanquam ordinariam instituerant. Franciscus Junius, agens de potestate Ecclesiasticâ Magistratum, *Ecclesiast. Lib. III. Cap. v.* Sin autem res veritatis & necessitati à Deo imposta non adversantur, id potius patienter ferre tenentur Ecclesia, quam sacrum Dñi ordinem, & sumum corpus, communemque pacem in periculum adducere: Videant solummodo ne à sanctimonîâ, & fratrum edificatione, imprudentes avertantur. Lambertus Danæus, in primam ad Timoth. ad *Cap. v. vers. 13.* Accessoria, incolumi manente Disciplina, in Ecclesiâ variari possunt. Ibidem; Accessoria dico, quæ ut hæc fiant & observentur in Ecclesiâ, pro tempore, personis, & locis, status possunt. Andreas Rivetus, Animadversionibus ad Grotii Annotata, ad *Art. VII. De talibus* (ad Regimen Ecclesiarum spectantibus) litigandum non censemus, si modo non pugnent cum iis quæ scripta, & spectent ad id ut omnia fiant in Ecclesiâ dignè & decenter. Item: Quæ in usu vario fuere in primitivâ Ecclesiâ, libera fuisse ex varietate constat; atqui varians semper Ecclesiæ politia fuit, ut fusè supra. Moses Amyraldus de *Reg. Eccl. Cap. XI. pag. 349.* Multa rationes optare jubent uniformitatem in gubernatione Ecclesiæ Dei; ast jubent longè plures fovere in eâ pacem & dilectionem, sanctique in talibus condescendere. Vide eundem Amyraldum de *Secess. ab Ecclesiâ Rom.* à pag. 28. ex professo inquirentem in varias formas regiminis, quas in Evangelicis Ecclesiis, cum Cappello, tres omnino statuit; idque primò in pacificatione statuendum esse, ut quo jure hætenus fuerunt Ecclesiarum Evangelicarum Pastores, eodem porro esse pergant, neque aliam statum convellere niantur. Samuel Bochartus memoratâ jam antè Epistolâ ad Morleum pag. 8. 9. Ita planè in Ecclesiâ, quidam Episcopali regimini sic assueverunt, ut eo carere nefas putent. Alii Presbyterale regimen Episcopali præferunt, vel quia sub eo nati sunt, &c. Hic igitur opus est mensurâ tolerantia. Ludovicus Cappellus pro hac Ecclesiarum libertate certat totâ Disputatione, de *Vario Ecclesiæ Christianæ Regimine*, cujus antea meminimus. Adde quæ ex Gallis Theologis superioribus Capitibus adduximus, & quæ infra in favorem Episcopatus data judicia indicamus.

VIII. Fœderatæ Belgicæ, cum Synodales, tum Politicas, antè expressimus voces, hac *Animadvers. Num. IV.* Nec diversum sentire, aut sentiunt hodieque Academia-rum Theologi. Ac producta in Epistolâ ad Amicum Professorum *Leydensium, Trajectensium, Marefii, Lubberti, Voetii, Riveti, Hoornbekii, Spanhemii* Patris &c. in hanc sententiam suffragia, dedimus nos asserta ac vindicata, in *Notis* ad Epistolam &c. ac quoque supra *Animadv. VI. x. XIII.* nec dicta reponimus. Adde Henricum Altingium, in *Problematicâ Groningana* *Loco xv. Probl. III.* Ad problema, an una & eadem Gubernationis Ecclesiastica forma per omnes Ecclesias obtinere debeat? Respondet negando, generalibus & essentialibus exceptis, additque rationes. 1. Quia quæ sunt hujus generis, ordinis solum causâ constituta & sancita sunt &c. 2. Quia Apostolorum ætate in multis diversa fuit ratio Ecclesiæ &c. Et responsum Vener. Voetii, *Politix Eccl. Lib. II. Tr. I. C. VII. pag. 458.* ubi quæstionem, An necessaria sit conformitas Rituum (Disciplinæ) in omnibus Ecclesiis, ita ut absque ea unitas fidei, & Ecclesiæ, consistere nequeat, in partem negantem determinat, citato etiam Calvino nostro ex *Lib. IV. Inst. C. X.* quem vide supra. Expressissima præ reliquis sunt illa Parentis nostri, Belgis jam Theologis accensendi, de *Ministr. Vocat. Th. XIV.* Circa Regiminis externi formam, libertatem aliquam Ecclesiis permissam censemus, tale regimen instituendi cum cautionibus necessariis, quod pro Locorum & Hominum genio ad edificationem magis facit. Idem ad Buchananum, de *diffidentibus Fratibus* in negotio Ecclesiastici regiminis: In eam etiam spem erigor, fore ut Fratres, quibus hic non imòphoi, cum animis suis, quæ illorum pietas est, expendant illi quam profitemur charitati, & illi quo toti ardere debemus domus Dei zelo, magis convenire, ut Dogmatum veritate salvâ, de jure etiam nostro, si quod esset, cedamus potius, quam

quam ut intercedamus pro Ecclesiastica, sive imperantibus Regni Dei &c. Samuel Marelius, ut in eundem sensum frequentissime in Exegefi Confessionis Belgicæ ad Art. xxx. xxxi. in Collegio Theologico Loco xv. Th. LXIV. LXV. LXXVII. in Disput. de Episcopatu Thef. II. & alias passim; ita privatis ad Spanhemium literis, datis Anno 1668. de nonnullis Palatinum Regimen improbantibus: *Ceterum miror esse homines qui ausus improbare Ecclesiasticum regimen nostrarum Ecclesiarum in Germania.* Rursum, *Ecclesie que agnoscunt Episcopos non possunt improbare hunc ordinem, quando & vestra sunt Inspectores habent, & Episcopi eliguntur à Regibus.* Illa que reguntur Consistoriis multo minus, siquidem *Sensus Ecclesiasticus Principum sunt quoque mixti &c.* Joh. Hooibeeck quid de unione & mutuâ concordia Ecclesiarum, quantumvis in modo regiminis diversarum, arbitretur, cum alias prodit, tum imprimis Epistolâ ad Durzum de *Independentiâ* à pag. 390. & Dissertatione de *Episcopatu*, supra laudatâ, & in Summâ Controversiarum, de *Bromistis*. Adde permittentes suam Ecclesiis quibuscunque politiam, salvo ut fidei sic communionis fraternæ vinculo, Clarissimos in Belgio Viros, Gersonem Bucerum de Gubernatione Ecclesiæ pag. 591. 594. 595. Joh. Cabeljaviu. De defensione Potestatis Ecclesiæ, Cap. VIII. pag. 126. &c. & in Bataviâ oculo scriptitantem nuper Joh. Amos Comenium, Parænesi ad Ecclesias, nominatim Anglicanam, pag. 144. num. 65. Imò Reverendus Apollonius, Episc. Dedicæ. de *jure Maj.* Nos enim nec tutum nec suum arbitramur, Ecclesiam tolerabilem Ecclesiastici regiminis formam nactas, ob minimas de politia Ecclesiastica questiuiculas, turbas excitare. Quod præcipuis spectant Clarissimorum Virorum *Witschii, le Mayno, Jurieu*, descripta nuper testimonia, *Animadv.* XIII.

IX. Protestantis Germaniæ Theologos vocare in consensum nihil necesse est. Et quod Augustana Confessio, id uno ore omnes Art. VII. ad *veniam unitatem Ecclesie factis esse consentire de doctrinâ Evangelii, & administratione Sacramentorum.* Fas igitur dissentire de externo ordine ut rituum, ceremoniarum, sic regiminis, disciplinas. Utque hanc fecit sibi libertatem Protestans Germaniâ, singularibus constitutis, sic nec Ecclesiis aliis invidit. Neque fuit quod plerisque per Germaniam Ecclesias, ut *deformans* potius quam *reformatas*, traduceret vel hoc nomine Rob. Parkerus de *Politiâ Eccles.* Lib. I. C. XXVIII. p. 82. 83. & ejus exemplo alii. A quâ damnandi impotentia, in causâ externæ politiz, abfuerit quam longissime semper Heidelbergenses & Palatini Theologi, sic Nassovii, Anhaltini, Hassi &c. Nec foret citationibus modus, si testes hujusce libertatis *Zanchios, Tremellios, Ursinos, Solmios, Tessaros, Soubertos, Keckermannos, Piscatores & Albedios, Wendelinos, &c.* in hanc arenam adduceremus. Palatinorum omnium quasi vice & nomine sit Facultas Theologica Heidelbergensis, in literis responsoriis MSS. ad Synodum Vapincensem, XVI. Kal. Jan. 1603. in Delphinatibus, ubi expositâ Ecclesiarum mutuâ in Doctrinâ consensione, mox subjicit; *In Oeconomidâ verò externâ, quam liberam esse & edificationi atque temperationi voluit Dominus, suam quoque ordinem ac decorem observent.* Adde pronunciantes supra in eundem sensum Davidem Pareum & Henricum Altingium. Cæterorum instar sit: qui de Ecclesiæ Politia, & serè ex Presbyterialiâ principis, ex professo scripsit, Vir Clariss. Wilhelmus Zepperus, Herborenensis Minister, *Dedicæ. ad Comit. Nassov.* 1595. Unde simul civis manifestum esse potest, ad huc nostras Ecclesias (Nassovicas) *populique nostri rationem, non paucis in hac Politia Ecclesiastica accommodata esse.* Quod itidè obiter monendum mihi fuit, ne ullas alias Reformatas Ecclesias, que in rebus adiaphoris ab hac formâ discrepant, præjudicio quodam gravare, necdum damnare aut improbare, aut in adiaphoris sub his leges præcisè revocatas nos voluisse, existimetur. Neque enim omnia omnibus temporibus, locis, & populis conveniunt &c.

X. Quod si huic vel illi alia mens spectet, figepti jam politiz leges Ecclesiis univèrsis, & adstringentibus hanc

libertatem; suo eum sensu abundare patitur. Cogitare autem hunc oportuit, displicuisse pridem nostris hanc & in Pontificiâ Hierarchiâ tyrannidem, & in Separatistarum cœtibus severitatem; ἀνθρώπων σκληρὰ ἢ αὐθιγὰ ἢ ἡδὺς ἢ ἡ γένη; ut vocat alicubi Galenus. Hæc enim vel illa externæ disciplinæ, in Reformatis passim Ecclesiis, etiam Britannicis, discrepans forma, aut tollere censetur ordinem Ministerii, & disciplinam omnem; abrumpere adeo vinculum unionis & fraternitatis, aut non censetur: Si prius, præterquam quod hanc nos invidiam difflavimus *Animadv.* VII. VIII. XI. XI. quadrabit in eos, quicquid in Separatitas nostri scripsere, aut illud Constantini ad Acelum, *Erigunt sibi scabias, & soli in calum ascendunt;* Si posterius, revocet apud animam suam inter alios Spanhemii Criminator, quod nos ducant illa *impacti* Britannis Episcopaliibus *Papismi, Antichristianismi, Tyrannidis, subversæ* quoad *substantiam* *Disciplina* &c. ac si quæ plura immittis dicta, supra sunt audita *Animadv.* XI. Nec excipi velim, *tolerandum* omninò regimen, quod emendari non potest, *corripendum* esse tamen. Tolerandum, inquam, non ut res mala, quatenus certè intra dictarum Ecclesiarum sphaeram constitimus, sed ut res media, & variare nata. Corripendus etiam hujus & illius disciplinæ non usus, sed abusus, non constitutio sed praxis, si ubi hæc ab illâ recesserit. Nec fraterna correctio, sed hostilis invasio, quæ in duras hujuscemodi atque immites voces erumpit. Neque spectabant ad rationem illam externi ordinis Augustini illæ ad Parmenianum Donatistam voces *Lib. III. Cap. II. T. VII. Debemus corripere quod possumus, quod nos possumus patienter ferre.*

XI. Frustrâ etiam obtenditur violatio quandoque *Divini juris, & libertatis Ecclesiarum*, quam illis Christus sub sanguine acquisivit, ut in hac de Ecclesiastico regimine causâ celebres quandoque Viri; Parkerus de *Politiâ Eccles.* Lib. I. C. XXXIX. N. 5. &c. Apollonius de *Jure Maj.* in *Dedicæ.* Comenius *Parænesi ad Eccles.* pag. 116. N. 8. & eos autè Caspar Qlevianus Palatinus Theologus, ex *Hist. Eccles. Slavon.* pag. 53. & *Lastis* pag. 166. innuere visit. Neque enim divini juris esse *specialem* ullam disciplinæ formam, prolixè demonstratum *Animadv.* VII. X. XIII. Nec prosecto Synodaliū superiori ætate constitutionum Patres sanxere hunc in modum, *Visum est Spiritui S. & nobis.* Non etiam ea libertas censenda est, quæ parta Christi sanguine; v. g. illa Popularium electionum, aut Seniorum in Presbyteriis, aut independentiæ à Christiano Magistratu, puta in rebus externis, externâ politia, &c. Imò verò Christianorum hæc libertas est, non alligari, uti sub Oeconomidâ Vet. cum opinione necessitatis & mandati divini, uni certæ Politiz, certo ordini, ritibus, ceremoniis, adiaphoris, mediis naturâ suâ. Loquuntur Catecheses, Confessiones, Constitutiones Ecclesiasticæ, Theologi omnes. Scriptura etiam non formam ullam Politiz, non hujus & illius Ecclesiæ libertates, sed universalem *Ecclesiam*, docet *Christi sanguine acquisitam, libertatem* etiam vult à rigore Legis, maledictione, ceremoniis, peccato, morte, inferno, potestate tenebrarum, conscientiz servitute. Nec *spiritualis libertas*, cum externâ auctoritate in administratione Ecclesiæ, commiscenda est. Quamquam non nescio, sic vocasse Ephesinos Patres *Caroli VIII. scil. ἡ ἐλευθερία ἢ ἡ πίστις ἰδοὺ* *Caroli VIII. scil. Ecclesiarum Provinciarum unius, vel Dioceseos, contra invasiones Episcoporum Provinciarum vel Dioceseos alterius, independentiam ac libertatem.* Hoc modo etiam viguerit Christiana hodie libertas in paucis Reformatorum Ecclesiis, in plerisque aliis, Britannicis, Germanicis, Helveticis, Suavicis, Danicis, &c. subversa fuerit, convulsa, dissipata. Et quid de Primitivâ statueretur, obnoxia cum Principum monarchicæ potestati, tum Episcopali Hierarchiæ? Quis imò qui huic libertati assensent *æqualitatem* Ministrorum, conculcari eam clamantibus v. g. ab ipsis fratibus Bohemis, Polonis, Hungaris, reliquis, de quibus *Animadv.* VII. ob ser-

fertam plurimis Episcopalem potestatem, vel isti analogicam. Iniquum etiam Ecclesiasticæ libertatis obtentu, peccare in Christianæ prudentiæ, charitatis, communionis, tolerantiae leges, & committere Sacerdotium cum Imperio, Ministros cum Magistratibus, Ecclesias cum Politis, imò Ecclesias cum Ecclesiis, fratres cum fratribus, duraturis fomitibus contentionum. Sed verò nec Anglicanis, nec Bohemicis, nec Palatinis, nec Germanicis constitutionibus, detrahi quicquam aut substantia Sacri Ministerii, aut Conscientiarum justæ libertati, plenius suis locis assertum.

XII. Ast, inquirunt, sic olim in Palatinis sensit, sic scripsit Caspar Olevianus Anno M. D. LXXIV. Epistolâ ad Fratres Bohemos: Sic adedò Heidelbergenses Theologi, inferente Vener. Comenio locis cit. §. XI. & in *Paran. ad Eccles. pag. 133.* & referente quoque Celebrerrimo Voetio, de Ecclesiasticâ Politia Lib. I. Tract. 11: Cap. III. Sunt hujus Epistolæ data Heidelberg. 6. Sept. 1574. postremæ voces: *Certe cum tristem faciem Ecclesiarum Reformatarum in Germaniâ intueor, totum penè cohoresco. Video Politia: hospitium fuisse Ecclesia, at jam multis in locis hospitium mutantur in dominia; ut libere in Ecclesias, adeoque ipsam cœlestem doctrinam, dominantur. Causa hujus mali non postrema esse videtur, quod Ecclesia multa nimis sese Politis hujus mundi adstrinxerunt, quasi pars sit essentialis regni Christi. Itaque vestram rationem edificandi non possum non magni facere, qui vultis Ecclesias vestras ita Politis hujus mundi, imò omnibus hominibus ad bonum esse subjectas, ut tamen nil libertatis suæ, quam Christus sanguine suo eis comparavit, decedat.* Charissimum sanè Palatinis Oleviani nomen, Viri quondam & animi constantiâ, & zeli magnitudine, & facundie dotibus, & doctrinæ pietatisque laude insignis: Ast privato tamen, quicquid meminerit Collegarum, non publico nomine, scribens tùm ad Andream Stephanum, Fratrum Bohemorum Antistitem. Pastor is quoque Ecclesiæ eximius, Professione pridem resignatâ, non Professor Theologus, minùs Facultatis Decanus, provinciam obeunte illo anno Immanuele Tremellio, ex *Actis Facult. An. 1574.* Collegis Petro Boquino & Hieronymo Zanchio. Ut minimè hætenus Theologici Ordinis sententiam, Decani unius calamo consignandam, Olevianus expresserit. Sed neque commissum tale quid Oleviano à Senatu Ecclesiastico fuisse intelligimus, formâ jam Gubernationis à Friderico III. constitutâ. Non etiam à corpore toto Heidelbergensis Ministerii, dissidentibus in negotio disciplinæ Collegis ipsis, neque sanè novam regiminis formam, ab eâ quam Fridericus III. instituisset, molientibus. Præterea suo quodam judicio usus fuit Olevianus, in causâ non regiminis sed *paucitatis* Ecclesiasticæ, urgens hîc acriùs formam Genevensis, quam tamen non expedire Palatinis Ecclesiis, & piissimus Princeps, & prudens Senatus, & moderatiores Theologi intelligebant. Verba sunt Henrici Altingii, in Historiâ MS. Ecclesiæ Palatinæ, ad Annum M. D. LXVIII. in *Perf. Reformat. Sed de Gubernatione, imprimis verò de Disciplina Ecclesiasticâ, major omnino difficultas, & inter ipsos Ministros controversia erat, propterea quod eum per omnes Ecclesias non eadem & consentiens ratio, inde ab origine melioris Reformationis, esset. D. Olevianus perperuis manibus & precibus id agebat, ut juxta doctrinam & disciplinam ad formam Ecclesiæ Genevensis per totum Palatinatum constitueretur, nupotè cui illa tanquam accuratior maximè placebat, quam ipse Magister Calvinus & Beza tenebat. Que quidem illius temporis Acta docere nos possunt, nec non Epistola qua de hac materia in volumine Epistolarum Calvinus & Beza leguntur. Sed resistebant alii ipsius consiliis & conatibus, &c. Eum ante Daniel Pareus, in Historiâ Palatinâ, in *Frider. III. pag. 299.* Olevianus auctor erat Serenissimo Electori Friderico, ut disciplina Ecclesiastica Genevensis formam institueret. Sed non tam de formâ Ecclesiasticæ Politicæ, quasi improbasset totam Olevianus, pars ipsetùm Senatûs Ecclesiastici, quàm de disciplina, strictiùs dictæ, modo fuit controversia, exasperata Thomæ Erasti & Adami Neuseri motibus, ab anno M. D. LXVIII. Hinc sanè non ob-*

scurum, rigidioris disciplinæ Ecclesiasticæ auctorem ex eo identidem fuisse Olevianum, non alieno imprimis Zachariâ Ursino, à quo litem de Excommunicatione fecerat suam. Moderatior tamen Oleviano Ursinus, indignatus *disciplinam Ecclesiasticam alios imprudentius & impertinè agere, literis ad Andream Steph. 19. Mart. 1574.* Unde Altingius noster, in *Historiâ Palatinâ, in Perf. Reformat.* sub Frid. III. exponens Consilium Principis Electoris, de *moderatâ aliquâ disciplina formâ describi curandâ*, disertè initum hoc consilium scribit, postquam Elector sollicitus de re totâ (*ut pium Magistratum & Ecclesiæ nutritium decet*) ut *rerum Theologicarum eras peritissimus, & in Sacris Literis versatissimus, & ipse cogitavisset diligenter, & Judicia Doctorum in Ecclesiâ & Academia, imprimis Zachariæ Ursini, fecissemus esse.* Probans jam integerrimus Theologus Electoris in eâ re cùm prudentiam, tùm pietatem, Theologorum etiam tùm innuens consensionem. Ita summus ejus temporis Theologus Hieronymus Zanchius, quanquam doctrinam ipsam de Excommunicatione ex S. literis contra Thomam Erastum assereret, protestatus ille tamen, non id queri, an *forma disciplina expediret his (Palatinis) Ecclesiis, qualis habetur alibi*, in Epistolâ ad Joh. Wolsium 1574. *Epist. Lib. 1.* Atque idem alibi Zanchius, in Confessione Neostadianâ anno M. D. LXXXV. de *Regim. Eccles. Art. XIII.* hanc disciplinæ & Ecclesiasticæ politicæ libertatem disertis verbis professus est, & in Epistolis aliis, ut in illâ ad Juellum Sarisburiensem *Epist. L. II.* & passim. Moderatissimi jam Petrus Boquinus, Immanuel Tremellius, & Aulicus tùm concionator, Michaël Dillerus. Nec aliam stetit unquam Palatinis Theologis mentem suprâ monebamus. Imò ne Oleviano quidem, ut ex ejusdem cum Tigurinis & Helvetiis Theologis concordia, & ex Bezæ ad eum literis, consilioque, in Epistolâ antè memoratâ, intelligitur. Sed quo ferebatur ille in causam affectu, nihil sanè mirum urfisse rigidiores Canones, & verbis asperioribus, nec per eum stetit, & fortè hunc & illum Collegarum, ut, ad modum Genevensis vel Bohemicæ, Palatinæ non jam Politia omnis, sed Censurarum disciplina sanciretur. Planè ut quondam in Helvetiâ magno id ipsum egerat studio Joh. Oecolampadius, in diversissimâ euntibus Tigurinis, Bernatibus, Scafusiis. Tandem pernegamus respexisse in specie Palatinæ Ecclesiæ faciem Oleviani ista: *Cum tristem faciem Ecclesiarum Reformatarum in Germaniâ intueor, totum penè cohoresco, Ecclesia mutata in dominia; libere in Ecclesias, adeoque in ipsam cœlestem doctrinam dominari.* Præterquam enim quod indefinitè loquitur, tamne etiam injurius, ne dicam, ingratus fuisset Olevianus in Piissimum, sine omni controversiâ, Principem, & in sanctam hujus sollicitudinem, in reformandi suprâ hominum fidem studium, in saluberrimas Constitutiones, ac illam de *Presbyteriis*, jam autè A. M. D. LXX. introductam, tandemque in ipsam negotium *Disciplina* (verba sunt Clariss. Altingii *Histor. cit.* ad Annum 1570.) *piè moderatèque compositum, scriptâ formulâ Verbo Divino consentaneâ?* Atque adedò in Palatinarum, præ aliis multis, felicitatem Ecclesiarum tanto Nutricio, in harum jam tùm cum Gallicis, Belgicis, Helveticis, arctissimam necessitudinem, communionem non doctrinæ modo, sed & gubernationis in summâ rei: Difertè hoc rursùm observante eodem Altingio, ad Annum M. D. LXIII. quo typis descriptam monet *Ordinationem Ecclesiasticam Friderici III. ad testandum consensum, & ipsas Ecclesias arctius inter se mutuo convinciendas?* Accedit Fridericum III. ante hujus Ordinationis sanctionem consuluisse magnum Phil. Melancthonem, undè hujus Consilium Theologicum de *gubernanda Ecclesia, & necessariis* in eâ Gubernatione *capitibus*, in *Consil. Theol. pag. 586.*

XIII. Apage igitur omnem vocum invidiam, inustamque ut Palatinæ sic alibi Britannicæ Reformationi notam, sub Eduardo & Elizabethâ, *obstantis* tantis Præsulibus, insignique doctrinâ & pietate Doctoribus, quorum suprâ catalogum habes! Et si qui posthac, in rebus suâ naturâ mediis, vel in causâ receptæ alibi

alibi Disciplinæ, surrexerint in Fratres suos pari cum nostro animositate, licebit iis adscribere qui *απαίδευτες*, & in quos olim severè animadversum à Christianis esse, laudavit ipse Julianus in *Fragm. Epist.* Spanhemio fatis, si in illo discrepantium Politiarum divortio nullum esse velit fraternitatis; si alienissimum ab iis se esse constanter professus sit, qui *φιλονεκίαν αἰχρῶν ἐπιδείκνυσαι προφαώς, τωρεμ contemndi libidinem palam ostendunt*; si denique cum Friderico pronunciarit cohors omnis superior, nec inhonora illa, Præstantium Theologorum, de quibus merito ex nostro quærat, quod ex Juliano Augustinus *Lib. II. T. VII. fol. Ed. Par. 203. Nunquid illi, quos in vestram invidiam concitatos esse jocaris, Nauta, Tabernarii, Cæsarii, Coquilani? Nunquid Adolefcemes, ex Monachis dissoluti? Nunquid de Clericorum turbâ &c.*

ANIMADVERSIÒ XVII.

Occasio Animadversionis. Episcopalia jura Principum que dicta. Suprematus. Regum Angliæ qualis. Extra Britanniam, ille summarum in Protestantibus Potestatum. Cæsari tributa in Ecclesiasticis jura. De Episcopali jurisdictione Principum ac Statuum Germaniæ. Exercitium unde, & quando. Varia circa hanc rem dubia. Qua in speciem Episcopalis jura Principum intercedant. Discussa singula. Episcopale jus quo sensu? Quo item spiritualis jurisdictionis? Principatus qua tali an Pastoratus possit esse annexus? Pastores non Vicarii Principum. Functiones distinctæ. Jura Episcopalia variè distributa. Recensita. Propriè esse illa Imperii. Origo eorundem non una in Episcopis sub Papatu. Pastorum qua talium Imperium nullum. Consensus Theologorum. Jus Reformandi Principum. E jus necessitas. Theologorum etiam Belgarum judicia. A Reformatione possessio ad Principes Protestantes, non primum jus possessionis. Fundamentales leges immota. Objectiones quedam soluta. In specie illi de Cæsareo-Papatu prolixè occursum.

Jam metæ proximus, non quidem *φοίνικας χλωρὸς vridem palmam*, non *αἰθὴν ἐπιβύκιον victoriatum carmen*, quæ sunt Johannis unius decora & insignia, in Invektivæ suæ limine visi jam sibimet *causâ superioris*, sed tamen laboris scriptionisque finem cogitatione præcipiebam. Quum ecce rogor, ut quæ semel iterumque memoravi Principum Protestantium *Jura Episcopalia*, fundamentali Regionum quarundam lege illis vindicanda, ab eâ invidiâ liberem, quam sub tyrannidis, usurpationis, Cæsareo-Papatus appellationibus, illis conflarunt, cum primis in Papatu, haud obscura nomina Virorum. Noster quidem, ex Webero de Consistoriis, recenset *Jura Episcopalia pag. 267. 268.* Sed non applicat illa Principibus, non Summæ Majestati, sed Hierarchiæ Anglicanæ, in invidiam hoc ipso adducendæ. Nos rem omnem ab ovo, quod ajunt, repetemus, hinc *ἀπαντησόμενοι* motis hoc in argumento scrupulis.

II. *Episcopalia* hic dicimus *jura*, tam in res quàm in personas Ecclesiasticas, quæ aliàs jura Majestatis, Superioritatis, Jurisdictionis territorialis, formaliter nempe Civilia, objective Ecclesiastica. *Episcopalia* eadem, quia pridem fuere Episcoporum, sub Pontificio dominatu, seu usurpatâ per eos potestate, seu his jam liberaliùs à Principibus indultâ. Retraxit ad se primus, præludens Reformationi, *Henricus VIII. supremum* Ecclesiæ in Angliâ atque Hiberniâ habendum dicendumque *Caput*. Hinc is de rebus Sacris Leges sancire, abrogare Monasteria, fundare Cathedrales ac Collegiales Ecclesias, summumque se gerere externi in Ecclesiâ Regiminis Præsidem. Successit *Eduardus VI.* alter suæ ætatis *Josias*, summæ spei Princeps, sed terris vix ostensus, doctrinæ autem, rituum, regiminis, disciplinæ, ordinis omnis externi summus & Reformator & Præses: Martyre cum primis, Bucero, Fagio, præter Antistites suos, Crammerum, Hooperum, alios, in consiliorum societatem adscitis. Hinc *Elizabetha*, suprema Ecclesiæ Anglicanæ *Gubernatrix*, & re & nomine, à Synodis etiam

extraneis ad Reformationis opus excitanda, & à Frisia quoque Anno 1587. literis ad Elizabetham datis. Successere in jus Regium, *Jacobi, Caroli*, Constitutionibus Anglicanis adscribentibus *Regalem & Supremam Auctoritatem ac Gubernationem in causis Ecclesiasticis*. Undè hodierna jura *suprematus*, seu quæ fatetur Criminator *pag. 205. summa potestatis, quam habet summa Regis Angliæ Majestas*, cujus ut testes, vindices, assertores sine numero, ita qui oppugnent, obterant, convellant benè multi, quandoque minimè mali, quandoque duri homines, — *atque odio qui possim vincere Regem.*

III. Extra Orbem Britannicum, Suprematum in Ecclesiasticis Regium, Serenissimis *Sueciciæ Daniæque* Regibus illorum Regnorum Ordinationes, jura, praxis, scripta quæ Theologica quæ Politica, prolixè attribuunt. Nec sunt Reformatæ *Helvetiæ* jura diversa, in quâ hodièque summi Magistratûs suprema est, in causis omnibus Ecclesiasticis, inspectio, directio, legislatio, auctoritas. Hinc præter publicos mores, scriptas Ordinationes, frequentia Edicta, accessere suffragiis suis *Bullingeri, Gualtheri, Wolfii, Musculi, Lavateri*, reliqui, & non ita pridem *Bernensis Theologus, Christoph. Luthardus, Disput. Bern. Parte I. Cap. xxxi.* asserens *Bernensi Magistratui*, in negotio Religionis, *jus superioritatis*. Quid verò *Belgarum* Celsissimi Ordines sui vel juris vel officii esse crediderint, in causis Sacris & Ecclesiasticis, testantur fatis publica monumenta, Reformatio, Acta, Edicta, Decreta, Resolutiones, Commissiones, Ordinationes Ecclesiasticæ, harum Præfationes, Synodorum convocatoriæ Literæ, confirmatoriæ, & quæ alia otiosum foret Belgis nostris commemorasse.

IV. Succedunt intra *Germanici Imperii* fines Ecclesiastica Summarum Potestatum jura. *Imperatoris* quidem officium esse, in causâ Religionis, incumbere illi cognoscendæ, reformandæ, instaurandæ, promovendæ, defendendæ, mediisque hunc in finem subministrandis, probè intellexerunt superiori ætate Invicissimi *Cæsares, Carolus V. Ferdinandus I. & Maximilianus II.* Ferre hi jugum nescii quod ultrò subiverunt Successores, post admittam in adyta Principum familiam *Loyolæ*. Ac quid *Cæsari* tribuerint, in ipsis Pontificiorum castris, *Erasmi, Cassandri, Wicelii, Scioppii*, alique, scripta docent. Adde quæ huc faciunt in variis *Recessibus Imperii*, ut *Augustano, 1530. Ratisbonensibus, 1532. 1541. Spirensibus, 1542. 1544. Wormatiensi 1545, Augustano 1548.* aliis, ex eorum *Recessuum* volumine, aut si vis apud *Carpzovium, Reinkingium*, similes. Accedunt voces luculentæ Ordinum Protestantium, in Responsione ad Legatos Pontificios, quodnam nempe esset officium *Cæsaris*, quando *Pontifex* veritatem impugnat, apud *Sleidanium Lib. VIII. ab Anno 1533. pag. 233.* Sic *Electores Moguntinus & Trevirensis*, quum de eligendo *Cæsare* ageretur, Anno 1519. apud eundem *Sleidanium Lib. I. pag. 24.* talem eligendum fore, *qui præter alia constitueret & emendaret Ecclesiæ statum.* Sed jam Principes ac Status Protestantes attendimus.

V. *David Pareus*, maximi nominis Theologus, *Epist. MS. ad Davidem Brunonem, Anglo-Londinensem*, confert *Electorem Palatinum*, quoad jura suprematus, cum *Rege in Britannia*. Hæc vulgò Germanis, ut præmonitum modò est, *Jura Episcopalia*. Nempe translato jure quin potius exercitio juris in Potestates Protestantes, ex quo suspensa fuit in horum diuionibus Jurisdictio Pontificia. Suspensionis primordia in Comitibus *Noribergensibus, Anni 1100 xxxii.* complementum, in *Transfatione Pafaviensi, Anni 1100 lxxii.* & mox *Pacificatione Religionis Augustanâ, Ferdinando Romanorum Rege, Anno 1100 lv.* Quæ deinceps multoties roborata in Comitibus *Ratisbonensibus 1100 lvii.* *Augustanis 1100 lix.* & *1100 lxvi.* aliisque, *Maximiliano II. & Rudolpho Imperatoribus.* Expressum jus idem in *Capitulationibus Rudolphi, Matthiæ, Ferdinandi II. III. IV. tandem & Leopoldi Imperatoris Art. 2. 3. 19. 38. A. 1100 lxxviii.* Solem;

Solemnissimè autem confirmatum Pacificatione Monasteriensi, & Osnabrugensi, Anno MD XLIII. ut ex publicis Instrumentis liquet.

VI. Atque hinc passim in Principum Protestantium Actis, Edictis, Ordinationibus, Instrumentis publicis, facta *Juris Episcopalis*, seu *Spiritualis Jurisdictionis* mentio, tanquam Territoriali jurisdictioni, seu Juri superioritatis annexa. Unde & Principes sæculares duplicem censentur Germanis Protestantibus personam sustinere, *Principis*, & *Episcopi*, duplicique instructi esse potestate *Seculari & Ecclesiastica*. Ut cujus sit Principatus, Ducatus, Territorium, ejusdem sit Episcopatus, utrumque pari ambulans passu, pari possessum jure, & prius causa posterioris. Quæ lex omninò, institutæ in Germaniâ Reformationis, cessantisque passim tyrannidis, sublatae superstitionis, pacis stabilitæ, libertatis Ecclesiis factæ, immotum fundamentum censi debet. Unde etiam sollicitare eam pridem Pontificii, omnesque adhibere olim machinas, spoliandis hoc jure saltem Principibus Reformatis. Hinc obvia Sereniss. Principum pro eodem, seu pro Religiosæ Pacificationis privilegio, certamina, Palatinorum maximè, & in his memorandum cum primis illud Friderici III. Palatini Theodosii, in Comitibus Augustanis, MDLXVI. de quo prolixè Altingius noster, Historiâ Palatinæ Reformationis *Parte III.* & nos in *Dedicat.* præfixâ T. I. Hist. Eccl.

VII. Verùm enim verò non negare factum, Præstantes nonnulli Viri, neque jus Germanicum invadere, aut Divinum jus in contrarium obtendere. Perperam scilicet confundi Imperium & Sacerdotium, nec magis Principes Episcopos, quàm Episcopos Principes probari Theologis posse: Sic Pastores fieri Principum vicarios, delegatos, aut horum Episcoporum substitutos: Sic Clavium potestatem, spirituale munus, Episcoporum alia jura, in Principes translata esse: Sic Potestatem Politicam usurpasse Ecclesiasticam toto genere distinctas, regimenque civile & sacrum, temporale & spirituale, commiseri: Sic Germaniæ Principes in ea injecisse manus, quæ extra vocationis limites ac sphaeram collocata: Sic posse illos Religionem suo arbitrio moderari, unde (inquit Besoldus, sed apostata, *Polis. Cap. II. de Jure Majest.*) *penè nulla ibi Religio superest*. Sic Heterodoxo succedente Principe, actum de Religione esse, usurpante illo jus Episcopale reformandi, immutandi sacra: Sic *Monarchicum* evadere Ecclesiæ regimen, contra quam assertum à nostris in Pontificios fuit: Sic *Cæsareo-Papatum* loco *Papa-Cæsareatus* substitui, jugo non minùs gravi, & pernicioso: Nec interesse, quod sit lex fundamentalis Imperii, siquidem eadem Germanici Imperii lege iidem in Pontificiis & Episcopi & Principes sunt, jure tamen Divino huic legi repugnante: Et quæ fortè plura his scrupulorum, illis contumeliarum, utriusque sinistrarum suspitionum, materies fuere.

VIII. Quibus expediendis & illustrandis paucis in præsentia observationibus defungemur. Præprimis distinguenda veniunt jura *Episcopalia*, quæ propriè talia, & de Divino jure, ab iis quæ præsumptivè talia, & de jure Canonico seu Pontificio. Hæc jam in Principes Protestantes translata intelligimus, non ista, quatenus nempe sunt *Politici imperii*, non *Ecclesiastici ministerii*, & Episcopatus *externi*, non *interni*. Unde iisdem jure nihil plus sibi adscribunt Principes nostri, quam illum Constantini M. *ἐν τοῖς ἔξω* Episcopatum, apud Eusebium *Lib. IV. Cap. XXIV.* de quo nos aliàs speciali Dissertatione. Hinc quæ jura Episcopalia vulgò, *Regalia* ea veriùs, aut Regia jura dixeris, nec Episcoporum propriè, sed Principum, & Dominorum. *Episcopalia* quamvis, ratione *βασιλικῆς ἰδιοκρατίας*, seu *Architektonicæ inspectionis*, quemadmodum *sacra* eadem, & *Ecclesiastica*, objecti circa quod occupantur respectu. Vulgò Germanorum J. Consultis, & in Instrumentis Principum, *Spiritualis Jurisdictionis*, sed abusivo magis vocabulo, & inde nato, quod vigente Papali dominatu, specioso

spiritualitatis titulo fraudarentur juribus suis, illinc Deus, hinc Cæsar. Unde retentum in publicis Instrumentis, atque Imperii Recessibus, nomen, distinctionis ergò, sed reformata res fuit. Quomodò pridem, Paganismo ejurato, retenta Flaminum, Asiarum, Sacerdotum, id genus nomina, hodieque, Pontificio jugo excusso, Canonorum illa, Archidiaconorum, Subdiaconorum, alia, passim in Reformatum Ecclesiis, de quo nuper Celeberr. Theologus, Samuel Maresius, *Judicio de Canonice Ultrajectinis Cap. IX.* Nec minùs dici potest *Spiritualis Jurisdictionis*, quàm bona quondam Ecclesiastica hodieque Germanis, & Belgis *bona spiritualia*, sic causæ Ecclesiasticæ *causæ spirituales*, &c. Spirituales ergò illa jurisdictionis, tum ratione objecti, quale sunt etiam Ecclesiasticæ causæ, vulgò (ut diximus) *spirituales*, contradistinctè nempe ad eas causas quas solas cognoscebat olim, & cognoscit hodieque sub Hierarchiâ Pontificiâ, sæcularis Magistratus; tum ratione finis, qui est subditorum bonum spirituale, quale & intendunt ex officio Christiani Principes, consentiente Paulo, Antiquitate, harmoniâ Confessionum.

IX. Non igitur quicquid id est nominis traducendum invidiosè est, quasi Pastorale munus *Act. XX. 28.* aut formale Ministerium in se transfulerint Germaniæ Principes: vel quasi jure Principatus usurparint claves Regni cælorum, & potestatem internam. Sic frustra hunc *Spiritualis Jurisdictionis* sensum elicias, quasi in spiritus, animos, conscientias, jurisdictionem extenderent, quæ ejus solius, cujus est retere conscientias, flectere animos, explicare corda, ac remittere peccata *Mar. II. 7.* Aut quasi suum facerent Ministerium *spiritus 2 Cor. III. 6.* aut formalem *spirituum* atque animarum curam *Hebr. XIII. 17.* aut armorum *spiritualium* tractationem *2 Cor. X. 4.* Quæ postrema esse Episcopatus interni, nec Magistratum sed Pastorum, nec jurisdictionis sed ministerii, probè omnes intelligunt, & Principes ipsi, Ecclesiasticis suis Ordinationibus *Tit. de Doctr. & Minister. S.* passim profitentur. Unde minimè probamus eam Doctiss. Juris-Consultorum definitionem, quibus est spiritualis Jurisdictionis, Protestantium Principibus restituta, *spiritus & anima tantum curatio*, qualiter apud Matthiam Stephani, Tractatu de Jurisdictione *Lib. III. Part. I. C. I. N. 20.* Neque profectò ullius ea vel Transactionis vel Pacificationis mens fuit, ut quod *Pastorum*, vel *Episcoporum* apud Paulum, *Ministorum, Diaconorum, Oeconomorum Verbi*, jure divino nempe, & ex institutione Christi Domini, transferretur id ipsum in Principes, ac Magistratus summos. Huc refer quæcunque sunt *ordinis & ministerii*, ut docere, prædicare, arguere, dispensare mysteria, verbo & censuris ligare, solvere, retinere ac remittere peccata. Hinc Joh. Reinking, Auctor vulgatus, de Regimine Seculari & Ecclesiastico *Lib. III. Class. I. C. X. N. 5.* *In his itaque qua ordinis sunt, ut est predicatio publica Verbi &c. Principes & Status Augustana Confessionis sæculares se non intromittunt, sed curam & potestatem externam circa hac usurpant, ut per Superintendentes & Ministros Ecclesia, secundum ordinem divinitus institutum, ad normam Evangelicam decenter perficiantur.* Cathedralam igitur Pastoribus reliquere Principes, Tribunal eripuerunt; illis Codicem, tribuerunt sibi Ensem; docere illis, sibi regere permillum voluerunt; Claves non negarunt, Sceptrum omninò, aut si illas negarunt, Regias intellige, non Ministeriales. Aliàs non jam *ἐπισκοπῶν* simpliciter, externè & politicè, sed *ἀποτελεσιπλοπῶν* Orbi Christiano crederentur. Sic ipsos formales actus v. g. Consecrationum, Ordinationum, Reconciliationum, Scrutiniorum, Examinum, quos per Theologos & Ministros exerceri postulat eutaxiæ ratio, his ipsis sanè non invident Principes sæculares. De quibus prolixè commentatus est, in Lutheranis Theologis, post Gerhardum, aliosque, Christianus Weberus, de Jure Consistoriorum *Cap. IX. per tot.*

X. Equidem, quod & observavimus suprâ, conjunctum sæpè fuit, seu apud Ethnicos, seu apud Judæos, cum

cum Imperio Sacerdotium. Hinc etiam Romanorum Imperatores *Pontifices Maximi*, ita ut non solum titulo ornarentur, sed & munia Pontificum administrarent. Quem quoque in finem Sacerdotis omnibus inaugurabantur, & in Sacerdotum Collegio omnia cooptabantur, qui Imperio & rerum summæ præficiendi erant. At vero perpetuam Christianorum consensione probatum, atque etiam ex sacris intellectum, Regum ac Principum esse τὸ ἀρχεῖν, κυβερνᾶν, Doctorum Pastorumque τὸ διδάσκειν ἢ ἐκτελεῖν. Quò spectavit illud Leontii Myfi, Lydorum Episcopi, ad Constantium Imper. apud Suidam: *Mirror Imperator, quod ἕτερον διέπνυ ταχθεῖς, ἕτερον ἑπιχειρεῖς, aliis curandis ordinatus, alia tractas.* Item, Synesii alterum, in Cyrenaicâ Episcopi *Epist. LVII.* Πολιτικῶν δὲ πρὸς τὴν ἑρασιμῶν συνάπτην, τὸ κλάθειν ἐπὶ τῷ ἀσύγκλωστο; *Politiceam virtutem conjungere Sacerdotio, est connectere que necesse nonqueunt.* Item, celebre illud Hosii apud Athanasium *Epist. ad Solit. vi. agent.* Σοὶ τῶν βασιλείων ὁ θεὸς ἐνεχειρήσεν, ἡμῶν τῷ ἐκκλησιαστικῷ ἐπίσκοπον. Δόδοτε, γέγραπται, ἡ καίσαρ τῷ καίσαρι, ἡ τῷ θεῷ τῷ θεῷ. Οὐτε τοίνυν ἡμῶν ἀρχεῖν ἐπὶ τῷ γῆς ἐξέσιν, ἕτε σὺ δὲ θυμῶν ἐξουσίαν ἔχεις βασιλεῦ. *Tibi Deus imperium commisit; nobis, que sunt Ecclesia, concedidit. Date, scriptum est, que sunt Cesaris, Cesaris, & que Dei, Deo. Neque igitur fas est nobis in terris imperium tenere, neque in thymiatatum & sacrorum potestatem habere.* Sic notum Hosii ejusdem aliud ad Constantium, in dicto scripto Athanasii, *Edit. Comm. P. 650.* Μὴ τῆς σεαυτὸν εἰς τὰ ἐκκλησιαστικά, μὴ ἢ σὺ πρὸς τῶν ἀρχιερέων, *Ne te, Imperator, immisceas Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe.* Quod tamen dictum Hosio, de præceptis everisivi divini juris, fidei, Ecclesiæ, per Constantium, instinctu Ursacii & Valentis, deque invasione Pastoralis officii. Aliàs temerariæ & verè Donatistæ fuere hæc Donati voces apud Optatum, contra Parmen. L. III. *Quid est Imperatori cum Ecclesiâ?* Ac prius cum Hosio voluit Hilarius, in Libro ad Constantium, supplex factus Imperatori, ne Judices Provinciarum præsumerent atque usurparent cognoscere causas Clericorum: Judices nempe inferiores, in causam Orthodoxam iniqui, sed & præsumentes cognitionem Theologicam, in dogmatibus fidei, & in favorem Arianæ Hæresis. Adde frequentes Synodorum Canones, etiam Imperatorum Leges, præter illam Pauli 2 *Tim. II. 4.* ne qui sacra in Ecclesiâ facerent implicarent sese πολιτικῶν ἢ κοσμικῶν πραγμάτων, δοκίμοι, φροντισί, secularibus negotiis, administrationibus, curis, ἢ ἀμοιβαίως, ne sacra facerent Seculares.

XI. Quamquam combinati utriusque muneris, seu Principatus & Ministerii S. in ipsâ Reformatâ Ecclesiâ, præbuerit illustre exemplum Georgius Anhaltinus, de quo Melanchthon, in *Vitâ Georg. Anhalt.*

Esdrae seu quondam populo jus dixit, & idem

Interpres Solyma legum in urbe fuit;

Principis hic munus simul & Pastoris obivit.

Sed ritè idem & Ecclesiasticè ordinatus, nec vi Principatus usurpans Pastorum, unde & ordinationis testimonium in Vitâ ejus expressum. Sic apud Theodoretum, Jacobus quidam simul Nisibis Episcopus, & πολιτάρχης ἢ στρατηγός, urbis & exercitus præfectus *Lib. II. Hist. Cap. xxx.* Sic, Pastoribus deficientibus, fas sanè foret Principi docere, prædicare, habetque eo in casu locum exceptio à regulâ, ut de Vladislao quodam Polonorum Rege refert Florus Polonicus *Lib. III. p. 125,* Hortari verò, & commonefacere subditos officii in Deum, peccantes arguere, errantes convincere, cujuscunque sint illi ordinis, etiam Sacerdotalis, fas piis Principibus omni tempore, *Mosis Deut. xxxii. Josue Jos. xxiii. xxiv. Davidis Psalm. xl. 10. II. & c. Salomonis I Reg. viii. Josaphati 2 Chron. xix. xx. Jasi 2 Reg. xii. 7. Ezechiae 2 Chron. xxx. Josue 2 Chron. xxxiv. Eisdæ Esdr. III. Nehem. III. laudatissimis exemplis.* Imò verò feliciter sæpè & efficacius hoc defungi Principes officio, quam vel Doctores, vel Pastores, experientia Christiana docuit, ac piissimorum historiæ Principum, inde à Con-

Tom. II.

stantino M. frequenter hoc nomine celebrato apud Eusebium. Quomodo Fridericus III. Palatinæ Ecclesiæ Reformatore, memorabili exemplo in MS. Historiâ H. Altingii, quum diu multumque, inter Olevianum & Lutheranum Pastorem, de *Cenâ Domini* fuisset disputatum, nescio isto acquiescere, φιλοεικώς ἀγωνιζόμενος πρὸς τὸ, ἡ τῶν αὐτῶν ἀρεσιν, ἀληθείας, ut cum Veterum nonneminè loquar, Princeps ipse Doctoris partes sibi occupandas esse censuit: *Remque ita perspicuè proposuit, (sic eximius Theologus,) & ita solide exposuit, ut Minister profiteretur, se nunquam mentem Orthodoxarum Ecclesiarum intellexisse, & si hac esset earum sententia, se planè huic opinioni & sententia accedere.*

XII. Unde præterea intelligitur, non eam sententiam esse, quasi sint Pastores dictorum Episcoporum, Principum videlicet, secundum formalem rationem Ministerii S. meri *Vicarii, Substituti, Officarii, Delegati:* Ut videlicet parili modò Principum vices agant Ministri Verbi, aut in sacrorum administratione ab illorum nutu dependeant, quo modo Provinciarum Præfecti, aut Urbium Prætores; ut Principum vice Verbum reconciliationis, remissionis, gratiæ, ad populos ferant; quodque Principes per se exercere vetet, non juris quidem aut potestatis, sed donorum tamen defectus, vel dignitatis ratio, aut moles imperii, id ipsum per Pastores curent atque exerceant. In quæ portenta meritò pius Theologorum in hoc nostro Belgio zelus accensus fuit, quemadmodum in eos omnes quotquot vendicarent Magistratui potestatem internam, & formale Ministerium, ipsaque jura Sacerdotii. Sed nec Episcopatum hujusmodi internum, aut Pastorem curam, suam fecere vel Augusti pique Britannorum Reges, vel Germaniæ Protestantis Optimi Principes. Quò referenda sunt, quæ de divinâ origine, atque institutione Ministerii S. habent ipsæ Ordinationes, declarationesque frequentissimæ summarum Potestatum. Nec eo decedit quicquam de architectonico illarum Imperio, aut Episcopatu externo, aut jure his & illis personis, viâ ordinatâ, Pastorale munus committendi, applicandi. Sic haud Vicarii Principum censentur Maritus, Pater, Dominus, obnoxii tamen architectonicæ potestati. Distinctione quamquam hoc in loco opus est: Siquidem in iis quæ *jurisdictionis* sunt, quæ imperii, quæ etiam *δραξίας*, vel externæ inspectionis, habere possit locum substitutio, delegatio, nec inficiato nostro Anti-Hierarchico; *Posse, ex. gr. Regem Angliæ summam potestatem suam exercere per Ministrum Verbi, demandatâ illi inspectione in alios Verbi Ministros.* Quamquam nec hujus DetraCTORIS in hisce auctoritas magna est. Hinc Principum Protestantium Consistoria Ecclesiastica, aut Senatus; hinc & Superintendentum externa sæpè & delegata auctoritas; hinc causarum cognoscendarum his & illis commissio, Politicis, Theologicis, Synodis integris, Imperatorum Regumque illustribus in omni Antiquitate ac vulgatis exemplis, v. gr. in Donatistarum, sub Constantino M. & sub Honorio, in Arianorum, Hæreticorum, Clericorum, Ecclesiarum frequentibus causis. Quinimò & ipsi Principes per se nonnulla atque immediate circa Ecclesiam exercere, quæ quidem sunt *principatus, jurisdictionis*, ut sunt Ecclesiasticarum legum sanctiones, dispensationes variæ, electiones, remotiones, Synodorum convocationes, alia, in quæ non hîc est excurrendi locus.

XIII. Quî igitur Principes Episcopi? aut quæ illa Episcoporum jura, ad Status Seculares translata? Vulgò jus Episcopale in quatuor hisce constituunt, in *Potestate Ordinis, Lege Diocesana, Jurisdictione, Dignitate* denique Episcopali. Ad potestatem ordinis (præter illam Clavium, seu Ministerii S. quæ privativè est Christi Ministrorum) retulerunt quoque Canonistæ jura Nominationum, Vocationum, Investiturarum, Præsentationum, conferendorum Beneficiorum, decernendorum Stipendiorum, sciendarum Ecclesiasticarum legum, struendorum Templorum, affinia alia. *Reliquis Episcopalibus juribus* accensuere magnifica illa, v. g. dominandi, seu impe-

liiii

randi,

randi, in suâ quisque Dioecesi, administrandi bona Ecclesiastica, Decimas percipiendi, Ecclesias ac Paroecias visitandi, inspiciendi personas, res, domos, bona Ecclesiæ, Synodos convocandi, (hinc jus *Synodici* seu *Cathedratici*) Cancellariatum in Academiis exercendi, Doctores creandi, constituendi: Sic jus Asylorum, jus dandi Tutores pupillis, Clericis, jus exequendi pias Voluntates, jus decernendæ bonorum Possessionis, jus curandi Annonam &c. Cum primis huc fecit Episcopalis Jurisdicção, forum, jusque in eo cognoscendi ac disceptandi de causis Civilibus & Criminalibus, uti de Testamentis, Ultimis voluntatibus, Sponsalibus, Matrimoniiis, Successionibus ab intestato, Sepulturis, item Juramentis, Usuris, Blasphemiis, Adulteriis, excessibus Clericorum, &c. Adde jus Fisci, jura infeudandi, investendi, dispensandi in Gradibus prohibitis Canonico jure, absolvendi à Juramento, reformandi Sacra, inquirendi ac puniendi, Pastores suspendendi, removendi, restituendi, &c. Denique huc refer Dignitates, Titulos, Privilegia, Prærogativas, Præcedentiam, partes in Coronatione Imperatorum, Regum, & quæ hujus generis plura sunt. De quibus prolixæ Commentationes extant, cum primis in Germaniâ nostrâ, seu Theologorum, Joh. Gerhardi *de Ministr. Eccles. Cap. III. Sect. v.* Christophori Weberi *de Jure Consistor. Cap. II.* Mich. Havemanni, *Tract. de Jurib. Episcop. &* fortè plurium; seu *Jure-Consultorum*, Politicorumque, Christ. Befoldi, Bened. Carpzovii, Henningii Arnisæi, Laurentii Ohmii, Augustini Barbozæ, Anton. Fabri, Joh. Reinking, Lud. Konigh, Dominici Arumæi, Tobizæ Purmeisteri, Joachimi & Matthiæ Stephani, Hermanni Conringii, Ottonis Tabor, Joh. Henric. Boecleri, aliorumque qui in vulgus Eruditorum noti. Hæc sanè vulgò *Episcoporum Jura*, sed *presumptione & usurpatione* talia, quæ verè & propriè sunt Magistratûs, Politica non Ecclesiastica, secularia non spiritualia, imperii non sacerdotii, potestatis externæ non internæ. Undè talium jurium manifestissima origo, non sanè à Divino jure, quod frustra requiras: sed partim ab exortis pridem, sub *Ebnico Magistratu*, contentionibus inter Christianos, undè arbitrandis iis, ac dirimendis, etiam ex monito Pauli, delecti præpositi Ecclesiæ, confirmante Constantino, apud Nicephorum *L. VI. C. XLVI.* partim à *concessionibus* ac *largitionibus* Principum, quorum alii ducti pietate, ut Constantini, Gratiani, Theodosii, Justiniani, &c. alii ducti *superstitione* quâdam, ut Ludovici Pii, & Cæsares successores; partim etiam à *negligentiâ*, & *credulitate*, plura quam stupendâ, Imperatorum, Regum, Principum, undè usurpationes in Principes, crescente mysterio Iniquitatis. Quod passim Annales Ecclesiastici docent, & nos aliàs per singula Christianæ Historiæ *Secula*.

XIV. Nusquam igitur commissa quæ dicebamus jura, seu à Christo Domino suis Apostolis, seu ab Apostolis ipsis Christianæ Pastoribus Ecclesiæ: Nusquam *Episcopatus*, ex se quidem, ante pietatem illam Principum, annexa jurisdicção externa, aut *sacerdotio imperium*, *ministerium Dominium*, *cathedra tribunal*, *pedes scoporum*, *clavibus ministerialibus judiciales*, aut *hieratica hierarchia*. Quò faciunt ea omnia Scripturæ loca, quæ totum genus dominationis remouent à ministris Evangelii *Matt. xx. 25. 26. Luc. xxii. 25. Job. x. 43. 2 Cor. x. 4. 1 Pet. v. 3.* &c. Hinc etiam nostrorum in Pontificios, hoc nomine, prolixæ disputationes: hinc constans Theologorum distinctio inter ea quæ propriè *ordinis* sunt seu ministerii sacri, aliàs potestatis vel dispensationis internæ, & quæ *jurisdictionis*, aliàs potestatis seu administrationis externæ; sic inter Ecclesiæ regimen cum imperio conjunctum, & sine imperio; sic inter potestatem Ecclesiasticam *objectivam* quæ Politici Magistratûs est, & *formalem*; sic inter jurisdictionem *externam*, & *internam*, quarum illa rursum Magistratûs sit, hæc propriè nec Magistratûs, nec Magistrorum, sed Dei solius conscientiiis dominantis. Scio quidem objectari celebre dictum Nazianzeni *Orat. xvii. ad Cives Na-*

zianz. in Tomo I. *Kai o e Xriste vime e poulidiv vmas ta imi dvasia, aexomdu id e avtoi.* Nam lex Christi vos quoque mea Potestati ac meo Tribunali subjicit; siquidem dominamur & ipsi. Sed planum fit, aut per catechesin quandam & tropum fuisse Gregorio expressa, quatenus Pastores promulgant Dei ac Christi mandata, aut committi Gregorium cum Christo *Matt. xx. 22. Luc. xx. 22.* cum Paulo *Rom. xiii. 1.* cum Petro *1 Pet. ii. 13. v. 2.* Atque hinc pridem Valentinianus Junior lites inter Clericos exortas prohibuit judicari ab Episcopis, nisi per modum compromissi, si nempe utraq; pars consentiret; *Quoniam*, (inquit) *constat Episcopos & Presbyteros forum legibus non habere, nec de aliis causis, secundum Arcadii & Honorii divalia constituta, qua Theodosii Corpus ostendit, præter Religionem posse cognoscere.* Ibidem: *Universis Clericis præter Ecclesiasticos actus, nihil omnino cum aliis causis debet esse commune.* Quanquam sanè *Episcopalem Audientiam & Episcopale Judicium*, atque alia indulgissent jam pridem Sacratissimi Principes, ut ex Codice utroque Theodosiano & Justiniano liquet. Sic docent *Jcti*, *Principem esse fontem jurisdictionis*, à quo in reliquos promanat, undè etiam jurisdictionis & imperii affinitas nota. Sic *propria* omnis jurisdictionis Magistratûs est, quæ talis, *delegata* est à Magistratu. Hinc nec Patri in filium, Marito in uxorem, Domino in servum, Tutori in pupillum *jurisdictionis* verè dicta competit, sic nec propriè Pastori in gregem, qui Patris loco est, cujusque est *prophetia* esse doctrinæ, prædicationi, Sacramentorum administrationi, exhortationi, consolationi, convictioni *Matt. xxviii. 19. 1 Tim. iv. 13. 15. 16. Tit. i. 9. 1 Pet. v. 2.* &c. non autem jurisdictioni. Confessio Augustana, Capite de Potestate Ecclesiasticâ: *Porro secundum Evangelium, seu ut loquuntur, de jure divino, nulla jurisdictionis competit Episcopis, hoc est, hæc quibus est commissum ministerium Verbi, & Sacramentorum, nisi remittere peccata, item cognoscere doctrinam &c.* Et quanquam potestas Clavium vulgò audiat potestas *Jurisdictionis*, seu *realis judicialis*, ut loquuntur, meliùs sanè potestas *Correptionis*, vel potestas *Ministerii*. Unde totum genus *Jurisdictionis* negant Theologi passim Ministris Ecclesiæ. Jurisdicção enim interna Dei *καρδιογνώστου* est, externæ Imperantium. Hinc etiam explosa nostris distributio potestatis Ecclesiasticæ in illam quæ *Ordinis* est, & quæ *Jurisdictionis*, de quâ & eruditè Claudius Salmasius, in Opere de Primatu *Appar. p. 115. 118.* Nec magis jurisdictionis externa & propria Pastorum est, aut Presbyteriorum, quàm imperium, aut potestas externa, vel Episcopatus, ita dictus Constantino, *καὶ εὐδ.* Nec ab indulgentiâ Christianorum quorundam Principum, aut summarum Potestatum, ad *jus divinum* valet illatio. Quamvis neque jurisdictionem illi, sed *audientiam* Episcopis *permiserim*, & quidem eo intuitu, iisque de causis, quas supra dicebamus. Multaque in hanc rem præclare observarunt Viri summi Theologi, Jureconsulti, Politici, quotquot de *Ecclesiæ Regimine*, vel *Politici*, de *Imperio & Jurisdictione*, de *Episcopalis Juribus*, cum primis in Britannia & Germaniâ commentati. Quibus adde Jac. Godofredum passim ad *Cod. Theodof. & Claud. Salmasium* in *Appar. pag. 115. 138. 198. 200.*

XV. In iis porro Episcopalis juribus, quæ Principum ac Statuum Protestantium esse dicuntur, comparet sanè, & in primis, jus *Sacra Reformandi*. Quod spectari potest vel in *thesi*, ut competit summis Potestatibus quibuscunque, vel in *hypothesi*, ut Statibus Imperii, vi Pacificationis religiosæ. Posteriori modo, restrictum jus illud intra Societatem *Augustana Confessionis*, atque adeò hætenus intra Orthodoxæ Religionis terminos. Ita quidem ut negatum quondam hoc nomine jus illud Principibus Reformatis fuerit, Palatinis, Hassis, &c. in prolixa vocatis certamina, sed admittis tandem in sacri fœderis societatem, in *Instrum. Pacis Osnabr. Cap. v.* Priori modo, vel *Politica* iterum, vel *Theologica* considerationis videri possit. Equidem Theo-

logi-

logicè loquendo, non jus modò Principum sed & officium est, repurgare seu doctrinam seu cultum, ab erroribus, nævis, superstitione. Exempla in sacris obvia, Mosi *Exod.* xxxii. 20. Aſæ *1 Reg.* xv. 12. 15. Joſaphati *2 Chron.* xvii. 6. xix. 4. Joſi *2 Reg.* xii. 4. *2 Chron.* xxiv. 4. Ezechia *2 Reg.* xviii. 4. *2 Chron.* xxix. 3. & ſeq. Joſiæ *2 Reg.* xxiii. 11. *2 Chron.* xxxiv. quin & Regis Ninivitarum *Jon.* iii. 6. Nebucadnezaris *Dan.* iii. 29. Darii *Dan.* vi. 25. Unde Anguſtinus ad Bonifacium: *Omnes Reges qui Populo Dei non prohibuerunt, nec everterunt qua contra Dei præcepta fuerant inſtituta, culpantur; qui prohibuerunt, & everterunt, ſuper aliorum merita laudantur.* Unde etiam evenit, ut, reformationibus Principibus ac Magiſtratibus, miratus ſeſe orbis ſit & *Chriſtianum* quondam, & *Reformatum* nuper. Ac prout Principes zelo affecti, atque in reformationem ſtudio, ſic & proceſſit opus Reformationis. Jaceretque immerſa etiamnum denſiſſimis tenebris Eccleſia, ni & Conſtatinos olim, olimque Theodoſios, & paſſim Chriſtianos Principes, ac pios nuper, in inſtaurato Orbe, Reges, Principes, Magiſtratus excitaret Numen. Et quantum huic Principum juri debeat ſeu Britannica ſeu Palatina Eccleſia, illiusque Magnanimis aſſertoribus ac vindicibus, cum primis Elizabethæ, Jacobo, ſic in Palatinis Friderico III. deinceps J. Caſmiro, Friderico IV. hodieque Sereniſſimo CAROLO, illi demùm intelligunt quibus res Britannicæ ac Palatinæ conſtant. Sed & Politicè loquendo, penes quem Regio eſt, penes eum & arbitrium Religionis, ni pacta intercedant. Regale id jam ſummarum Potestatum, jus iſtud Majestatis, annexum territorialis Jurisdictionis, paſſive Nomotheticæ potestatis. Conſentiunt Jcti ac Politici omnes, quotquot de Juribus Majestatis. Nec aliundè Religionum ea in Regionibus diverſitas, prout ſummus Magiſtratus jure Regio hanc admittit, illam excludit, hanc tolerat, illam proſcribit, *abſuſu* ſanè juris quotiens in Verbum Dei ſcriptum. Quod jus & Gentiles pridem, & Barbaræ hodieque Gentes intelligunt, imò capitale ducunt quicquid in illud peccat. Neque intercedunt Theologi, ſeveriſſimi quanquam. Jacobus Triglandius, de Potestate Civili & Eccleſiaſtica, in *Concluſ. Magiſtratibus judicium de Religionem, de doctrinâ ſalutari, de ſtatu & conditione Eccleſia Dei, ultrò concedimus, quin & illud eis competere docemus, urgemus, inculcavimus. Cogitandum enim iſtis eſſe diximus, quam velint in ditione ſua Religionem publicè doceri, quem cæsum, ut Eccleſiam Dei, auctoritate ſua debeant munire, qua doctrina, ut verè ſalutari, bonum ſubditorum ſuorum ſpirituale verè poſſit promoveri.* Giſbertus Voetius, in Politia Eccleſiaſtica Parte I. *Lib. I. Traſt. II. C. II. Si nihil aliud vult Molinæus, quam penes Magiſtratum, & quidem ſolum, eſſe ſupremam ſub Deo potestatem circa Religionem & Eccleſiam, non quidem in ſe quæ ſalem, ſed per accidens ſeu adjunctum, quatenus ſcil. illa publica eſt in Republicâ, ibique per potestatem Politicam publicè admittenda, ſovenda, defendenda: utique bellum hoc illicò conſeſſum erit, & Eraſſi, Gallatorum, Remonſtrantium, ſimiliumque Pontificatus poliſici Satellitum operoſe machine ſcombris & thuri devovenda, aut Veneris marito tradenda.* In eundem ſenſum alibi, cum iidem Viri, tùm chorus penè omnis Theologorum. Nec idcirco divina ab hominibus pendent, aut Religio à nutu Principum. Si quidem horum arbitrium Religionis eſt, non fingendæ quidem vel conſtituendæ, ſed auctorandæ tamen, nec Religionis in ſe conſideratæ, ſed in ordine ad publicum exercitium ejuſdem, in Ditionibus ſuis. Quid ſi igitur, inquiet ille, non reformet, ſed deformet Princeps? Quid ſi Religionem invehat falſam, hæreticam? Sanè diſcrimen agnoſcimus, ac periculum abuſus: *Sed ob periculum abuſendi, jus ſuum nemini denegandum eſt; nam alioqui nullum jus cuiquam ſalvum erit, ut non malè alicubi* Hugo Grotius. Hinc non in eo abuſus potestatis, quod mutet Religionem Princeps, ſed quod mutet in pejus; non quod aliquam ſanciat, ſed quod falſam. Jamque arma Eccleſiæ preces, lachrymæ, & ſupplices ad Deum,

ad Principem voces. Quomodò olim reſtitère Conſtantino & Valenti Principibus Orthodoxi, quin Valentiano Ambroſius, ſed per modum libelli ſupplicis, quum *intra Palatium* congregari cum *Auxentio Ariano* juberetur, Imperatore ipſo judicaturò *ἄρχοντος* in cauſâ fidei, paratis tùm cauſæ Orthodoxæ inſidiis, in *Epist. Ambroſii* xxxii. Tom. iii. Sed ubi fruſtrâ ſunt preces, monita, ſeceſſui locus eſt, rebellioni minimè; ſicque publici exercitii libertas tolli poteſt, ut integra maneat conſcientiarum illa animorumque *Matth. x. 28. Act. iv. 19.* Aſt viciffim, quid ſi verè reformet Princeps? quid ſi ex hæretico Orthodoxus? quid ſi indè omnis Eccleſiæ felicitas externa profluat. Tamque de facili eſt, ut Principis animus fleſtatur in melius, faciente divinâ Gratiâ, quàm in deterius. Præterquam quos idem metui diſcrimen poteſt, quandoque ex parte Eccleſiaſticorum, ſi horum ſupremum ſit de Religionem introducendâ judicium, teſte Myſterio Iniquitatis. At conſilia & ſuffragia Theologorum in hac cauſâ attendi à ſummo Magiſtratu & ſolent & debent, ut ex praxi omni Antiquitatis, ex *Historiâ Reformationis, & Eccleſiaſticis Conſtitutionibus* liquet.

XVI. Nulla ergò hæctenùs commixtio Imperii & Sacerdotii, Regii & Paſtoralis muneris, ſeu potestatis utriusque propriæ & eſſentialis. Leve porrò eſt quod obſectant, tranſlatâ in Principes Episcopali jurisdictione, & externo Sacrorum Reginine, fore jam hocce *Monarchicum*, ſed repugnantibus Theologis, qui *Ariſtocraticum* uno ferè ore pronunciarunt. Nempe Ariſtocraticum vel Oeconomicum eſt Eccleſiæ regimen, in ordine ad Miniſtros Euangelii; ad potestatem internam, ad animarum curam, commiſſam à Chriſto Domino non uni Petro, aut Romano Episcopo, non Regibus, Principibus, Magiſtratibus, ſed neque promiſcuæ multitudini, verùm pluribus Apoſtoliſ, Episcopis, Presbyteris, Paſtoribus, Doctoribus, Miniſtris, Oeconomicis. Sed & idem quandoque *Monarchicum* dici poſſit, in ordine ad Monarchas, Principes, atque ad Episcopatum externum, ad Jurisdictionem extrinſecam, ad politicam circa Res aut Perſonas ſacras potestatem, quam *objectivam* Theologi vocant, omneſque largiuntur. Qualem formam regiminis non Palatinatus modò, aut Proteſtans Germania, ſed & Britannia, Suecia, Dania, ſtatus Monarchici, Orbi repræſentant. Ita tamen, ut quemadmodum in Civilibus ad prudentiæ juſtitiaque regulam, ſic in Eccleſiaſticis ad Euangelicæ traditionis normam, ac regulam Apoſtoli *1 Cor. xiv. 40.* regimen omne exigatur. Nec aliud innuunt Theologi, dum Eccleſiam, conſtitutam in Politis, *harum gentium naturam & conditionem ſequi*, quoad externam adminiſtrationem, docent. Neque implere jam noſtra ſextentis testimoniis lubet. Faciuntque huc, quæ ſuprà ad figmenta Criminatoſ, *Animadverſ. iv. v.* & quæ de variis externi Regininis formis *Animadverſ. xv. xvi.* diſſertavimus.

XVII. Abſit igitur, ut, quæ dicebamus *Jura Episcopalia* Principum Proteſtantium, Monarchiæ Pontificiæ loco, Politicum ſimilem in Eccleſiâ ſubſtituant! atque ita *Papæ-Cæſareum* in *Cæſareo-Papatum* commutarint! vel Anti-Chriſtianiſmum *Eccleſiaſticum* in *Civilem*! Neutiquam ſanè, ex modò declaratis. Procul hæctenùs Papatus omnis aut Anti-Chriſtianismi mixtura. Deque atroci contumeliâ, ſeu in Pientiffimos Reges, ſeu in Germaniæ Proteſtantis Principes, paſſim laudata nomina. Sed, inquiunt, *Chriſtus ſolus Monarcha in Eccleſiâ eſt, ſolus Imperatoris & Architectonicæ potestate inſtructus*, ita Rev. Apollonius *Parte I. pag. 96.* Eſt ſanè! ſolus nempe Monarcha univerſalis, ſolus item Monarcha internus, imperans animis, conſcientiis. Sic ſolus Architectonicæ & Imperatoriæ potestate inſtructus, ratione potestatis univerſalis, & internæ, & abſolutæ, atque independentis, ut ſummus eſt Eccleſiæ Fundator, Legiſlator, Rex, Princeps, Caput, Dominus, *ἄρχων ἢ τελευτῶν Hebr. xii. 1.* Quo ſenſu Filio ſer-

viunt Reges *Psalms*. II. 11. 12. & coronas illi submittunt *Apo.* IV. 10. & capeffunt illius juffa, leges non refingunt, nec debent. Eone verò, de Regum ac Principum Monarchico in terris atque Architectonico imperio, in humanis quidem fummo, quoad externum omne regimen, & externam *κατασκευαστικὴν* potestatem, committente his ipsis Christo, quicquàm decesserit? Imò hoc sensu, ut *Monarcha* singuli in Ecclesiis visibilibus, per ditiones suas, sic & in iisdem Legislatores, Domini, Capita, falvis sanè Christi Domini & juribus & legibus. Sic quia solus Deus Legislator *Jac.* IV. 12. ergo non Legislatores Principes? aut quia solus Christus omnium Judex, ergò non summi iidem in terris Judices? Pariter, quia solus Rex aut Princeps Ecclesiæ JESUS, ergò non sub eo Reges, non Principes in Ecclesiâ? Sed intant Viri Docti: *Christus vicarium in terris nullum habet in Ecclesia regimine, ut qui semper Ecclesia præfens* *Matth.* XXVIII. 20. & sic nostri contra Bellarminum. Optimè! Vicarius nullus eo sensu, quo affirmat Bellarminus; Vicarius unicus, & universalis, & propriè dictus; & in quo sit omnis Christi potestas, externa & interna, temporalis & spiritualis, Regia & Sacerdotalis. Verè jam *ἀντιχριστός*, qui sic *ἀντὶ χριστοῦ*, *Vice Christi*. Nec Christi Doctoris, aut Pontificis, aut Regis interni, sed Christi Dei, & Regis externi sunt Principes *Vicarii*, id est, supremi in terris Ministri. Cui officio non magis intercedit præsentia illa Christi, interna, & Divinitatis, & gratiæ, quàm intercedit eadem Pastorum officio *2 Cor.* V. 20. aut omnipræsentia Dei vicario Principum, quibus utitur, Ministerio *Rom.* XIII. 2.

XVIII. Assertum igitur invidiosius fuit, Germaniæ hanc praxim, quoad jura Episcopalia, facti esse non juris; transtulisse ad se talia Principes bello, armis, contentione; extra sphaeram vocationis suæ progressos esse: *usurpasse* hos in *Papam*, *Episcopos*, quæcunque potuere; ut isti in *Politica*, sic hos in *Ecclesiastica* invalisse jura, lege talionis, & jure belli &c. Quæ etiam nostratibus quandoque Theologis nollemus expressa. Et quantum hinc in Germanicam Reformationem, in Britannicam, in alias præjudicii? Imò verò *Episcopalia* nomine, *Regia* hæc te ipsa esse jura, certè pleraque, ostendimus. Et vel justii possessores Papa & Episcopi, vel injusti; si prius, injusta reformatio, si posterior, justa vendicatio. Si quæ etiam verè *Episcopalia*, id est, *Pastoralia* jura, quin munia potiùs, & ex Apostolico instituto, talia usurpasse pios Principes, falsum. Imò quod Cæsaris esset Cæsari, quod Imperantium Imperantibus, quod Pastorum Pastoribus reliquere. Hinc reformatium Principum, ut in Britannia Eduardi VI. Elizabethæ, Jacobi, in Palatinatu Ottonis Henrici, Friderici Pii, Joh. Casimiri, communicata cum Episcopis, Theologis, Synodisque, consilia; & ita in Ditionibus reliquis. Imò quicquid tum Ecclesiasticarum constitutionum, per Germaniam Protestantem, promulgatum, à viris eæ Theologis cumprimis adornatæ. Longeque abfuisse ab usurpationis studio piissimos quos memoramus Principes, tenacissimos quanquàm dictorum jurium, optimè omnium docent *Anglicana* Reformationis vindices, novissimi illi, *Palatino* autem Henricus Altingius in *Historiâ* MS. Palatinæ Reformationis.

XIX. Imò ne illis quidem accedimus, qui Episcopalem Principum ac statuum Protestantium Jurisdictionem fundant primò in *Pacificationse Religiosâ*; ac si possideant ea jura Principes non jure innato sed acquisito, non jure Majestatis sed *Transfationis*, non ex concessione Divinâ sed Imperatoriâ, non ut Domini sed Fiduciarii possessores, nec per modum proprii sed depositi, vigore *Transfationis* Passaviensis, & *suspensio* tantummodò Episcopalis Jurisdictionis. In his celebres, in Protestantibus ipsis, seu Jure-Consulti seu Politici, Matthias Stephani, Norimbergius, Mylerus, Lampadius, Hellingius, Conringius, Godofr. Jena, alii his ipsis auctoribus memorati. Sed res ipsa loquitur: Restituta nem-

pe eâ transfatione Imperantibus, quæ Imperantium essent. *Possessio* demùm ab eo tempore dictorum Jurium obtinuit, non *im* possessionis. Quæ autè commixta, jurisdictionis imperii & sacrorum functio, rectè tum fuere discreta. Ex quæ *Episcoporum* essent divina jure, Episcopis seu Pastoribus relicta, quæ *Magistratum*, Magistratibus afferta. Undè perperam Episcopalis Jurisdictionis exercendæ norma, in ipsis ditionibus Protestantium, constituitur jus *Canonicum* sive *Pontificium*, contra quàm prolixè nuper, post plures alios, veteranus & inexhaustæ lectionis Theologus, Giobertus Voetius, Opere de Ecclesiasticâ Politia *Lib.* I. *Tract.* II. *Cap.* XV.

XX. Igitur Principes ipsa Imperii lege *Episcopi*, seu *Ephori*, eo modo quo in Sacris *Legis Castatus*, etiam I. Tabulæ, *Dei Ministros*, etiam in Regno *Græciæ*, & in omne bonum, *Ecclesia Nunciatus*, etiam spiritualis procurando, *Pastores*, *Pares*, etiam de salute suorum sollicitos, appellatos esse intelligimus. Sic frequenter & Constantinum M. & successores, respectu habito ad sacrorum reformatum curandorumque officium, dictus *Ἐπιτοπίους*, *Ἀρχιεπίους*, *Ἐπίους*, *Ἀποστόλους*, *Ἐπίσκοπος*, *Pontifices Maximos*, *Pontifices*, *Sacerdotes*, *Apostolos*, alibi à Doctis observatum. Sic in Veteri inscriptione Constantinus M. *Religionis & fidei auctor*, nempe stabilitæ, propagatæ, per Rom. Imperii spatia, Idololatriâ abstersâ. Mauritius Imperator dictus Gregorio I. *totius Cleri Dominator*, in *Gregor. Epist.* *Lib.* III. *Ep.* LXI. & *Lib.* IV. *Ep.* XXXI. Pipinus, in Epistolâ Zachariæ Papæ, *Caput & fundamentum omnium Christianorum*, apud Salmasium *Epist.* *Lib.* I. Carolus Magnus à Concilio Moguntinis I. & II. *Vera Religionis Rector*, Conciliorum *Edit.* *noviss.* T. VIII. Basilius à Synodo Constantinop. IV. *Gubernator universalis navis Ecclesiastica* *Act.* I. & IV. *Tom.* VIII. Anastasius Imperator, ab Anastasio II. Episcopo Romano, *velut Vicarius Dei præfens in terris*, in *Epist.* *Anast.* II. Quo *Vicarium Dei* nomine appellati, Lucius Britannorum Rex ab Eleutherio Romano, ut præfert quidem *Epistola Eleuther.* & Eduardus Confessor, in Legibus ejusdem, *Cap. de Regis Offic. & Jure*, ac complures alii. Iacobus Rex, in Præfatione Apologiæ: *In terris Vicarii Dei sumus*. Alibi; *Cujus in terris Legati ac Vicarii sumus* *pag.* 138. 160. Confessio Basileensis; *Magistratus verus Dei Vicarius*, *Art.* VI. Theologi Palatini ad Fridericum Electorem; *Principes Dei Ministri*, seu *Vicarii Dei*, qui *ejus vices gerunt, & locum tenent, ejusque nomine ornantur*, in *Judicio MS. Facult. Heidelbergensis* *Act.* F. 5. *Col.* 2. Sic Demetrio Chomateno est Imperator *κοινός ἡ Ἐκκλησίαν Ἐπιστημονοδέχης*, *Communis Ecclesiastica Sapiensia Princeps*, in *Jure Græco-Rom.* *Lib.* V. *Resp.* II. Sic audire pridem summi Magistratus *Ecclesia Domini*, nec Theologis nostris invisit, in Belgio ipso Riveto, *Grot. Discuss. Dialysi* *pag.* 178. H. Altingio, *Theol. Probl. Loc.* XV. *Probl.* VIII. aliis, modò in sensu legitimo, ratione externæ eminentiæ, & gubernationis: ut tamen fasces submittant *anti* supremo Domino, ejusque legibus teneantur. Sic Regem esse *Caput Ecclesiæ*, & Galli pridem contenderunt, teste Salmasio *Epist.* I. & Angli sub Henrico VIII. citatis Scriptoribus *apud Joh. Waver*, *Ancient Monum.* & nostri sano sensu admitti posse aliquando crediderunt, ut Salmasius *l. cit.* Altingius *Pr.* *Loc.* XV. *Pr.* VIII. &c. Quanquàm sanè improprie, & cathresticè, solo Christo Ecclesiæ suæ universalis verè *Capite*, his tamen in visibili Ecclesiæ societate Capitibus, ratione *Ἐπιτοπίους ἑξουσίας*. Hodieque Britannia Reges *Fidei Defensores*, & *Gubernatores Ecclesiæ*, quo etiam titulo veniunt Status Imperii, in Recessu Norimbergensi, *Recess. Imper.* *Ann.* 1524. §. *Als auct.* Communiter Imperator, ut passim in Recessibus Imperii, & Capitulationibus, *Ecclesiæ Advocatus*, *supremus Præfatus*, *supremus Patronus*, *Protector*, *Defensor* &c. Tacemus *Christianissimum*, & *Catholicorum* titulos, quibus officii sui circa res sacras potentissimi Reges admonentur. Sic & titulos *Santissimum*, *Piissimum*, *Religiosissimum*, quibus etiam ornarunt Christiani *Ethnicos* Principes, ut Valerianum & Gallenum Dionysius Alexandrinus, citante Ba-

ronio ad *Ann. Chr. cclx. Numer. xxii.* ita Theodoricum Regem Arianum Synodus Romana, sub initium *Secul. vi.* in *Tom. iv. Concil.* Respectu sanè habito ad illud quo in Deum, in Sacra, debita obstringereatur. *Primum autem Ecclesia membrum*, prout Ecclesia visibile corpus est, ob eminentiam finemque sui Muneris, dixisse summum Magistratum, in Belgio ipso cum Synodos, tum Theologos non paucos, monuit *Clar. Renelle Brasfa. in Tract. III.* Nec nos his de appellationibus, quas historice modò memoramus, contentione ullum decemum finem, quibus toties indigni sunt Principes, quoniam abutuntur in perniciem Ecclesie, & in decremuntum Regni Christi, cujus hæc hactenus Ministri, sed in bonum, sed potestate eorum destructivâ nullâ, at perfectivâ modò ejus Regni atque assertivâ. Id est custodiendi illis potestas, non perfundendi Legem Dei, asserendi færa, non evertendi, constituendi eadem ad præscriptum Domini, non destruendi, gubernandi Ecclesiam, non hostili animo vel apparatu invadendi; sicque Dominus, Rector, Gubernator est, Ecclesie respectu, Princeps Populi Dei, ut *Dei Christi* respectu non nisi *servitium* ejus sit & ministerium.

XXI. Igitur sollicitare hæc jura Principum ac Statuum Protestantium, ubi in legem fundamentalem abiverunt, nemo potest, qualiter in Britannico, aut Germanico Imperio, qui sollicitet hujusmodi legem, quæ sua Religioni puritas, sua Ecclesie libertas, sua Imperio tranquillitas reddita, conservanda illa sanè iisdem quibus parata fuit mediis. Hinc passim *lex fundamentalis, lex perpetua, pragmatica Imperii sanctio, nomina perpetua Judiciorum, vinculum Capitis & Memborum* &c. novissimè etiam, Instrumento Ofnabruensi *Art. xvii.* in *Recessu Ratisbonensi, §. Sesen* &c. & *Capitulatione Leopoldi Imperatoris Art. 2.* Quare leges hujusmodi convellere, peccatum non Politicum modò sed & Theologicum existimari debet. Quod si magno quondam luere celebres in Belgio Theologi, impetere visis *legem fundamentalem Ecclesiarum Belgicarum*, ut *Cabeliavus Prasæ. Apologos. Rescripsit* si fonticibus præclare Viris magnis, *Voetio* certe *Politi. Eccles. P. I. Tract. 11. Cap. iv. pag. 190. fundamentum Republica*, maxime in quâ viget doctrinæ puritas, quæstare nefas; si in aliis casibus judicaverunt Viri pii, valore *rationes Politicæ, ortus ex statu, conditione, & privilegiis regionum Belgicarum*, ex *Triglandio, de Poss. Civ. & Escl. Cap. xvi. pag. 318*: Sanè, quæ hujus ævi prudentia est, nec invidentur Viri graves seu Britannicæ seu Germanicæ Protestanti, suas *leges fundamentales*, Principibus sua jura, Ecclesie suum regimen, accommodatum statui ac conditioni Regionum. Nec excipi debet, pariter lege Imperii fundamentali servata esse *Episcopis Pontificiis jura Regalia, & Majestatis*, adversa tamen divinis juribus, ut passim nostri contra *Bellarminum, de Rom. Pom. Lib. v. Cap. ix.* Certè lego Imperii, qui Episcopi Dioceseon, eo & Principes, etiam Duces. Sic *Archi-Episcopus Coloniensis Dux Angariæ & Westphaliæ; Episcopus Herbipolensis, Dux Franconiæ; Argentinenfis, Landgravius Alfatiz; Leodionfis, Dux Bullionæus* &c. Nempe stipulatoribus Pontificiis ipsis, qui pars potissima Imperii, nec passis turbari possessionem suam, inde à *Pipini, Caroli, Ludovici Pii, & successorum temporibus.* Et hæc hactenus convellere hanc legem fundamentalem Politicè nefas. Multò minùs fas nostris ea Protestantium Magistratum jura concutere, quæ & Politicè immota, & Theologicè in divino jure fundata. Hinc diversissima ratio, combinati Pastoratûs cum Principatu, & Principatûs cum Episcopatu illo externo. Posterius firmamus Divino, Cæsareo veteri, Ecclesiastico, & Gentium jure: Prius autem, ut idem sit Princeps quia Episcopus, solo Cæsareo & Pontificio jure nixum, Christi juri adversum. Principum jura in Principatu ipso, non item Episcoporum Germanorum illa in Episcopatu fundata. De quo operosa Theologorum volumina, quibus adde *Grotios, Casaubonos, Salmasios, Goldastos, Conringios*, alios, quin & in ipsis Pontificiis, Secularium

penes *Hierarchicos jura, & concurrentia*, quam vocant, confutatores non paucos. Quamquam illis jura secularia non quæ Episcopis, verum quæ Principibus tribuantur, sed ridente distinctionem, nec illepidè, rusticè quodam, in *Archi-Episcopo Coloniensi, apud Baptistam Campofulgolium, Collectan. Lib. vi.*

XXII. Nec jam emendicare Theologorum plura suffragia necesse est. Contentire uno ore in dicta jura Principum Protestantium Theologos, modò visum. Quos tolerasse quidem hanc praxim, non tamen probasse, facilius est excipere, quam demonstrare. Quinimò *Gilbertus Voetius, Tractatus de Politia Ecclesiastica Part. I. Lib. I. Tract. II. Cap. v. Aus de falso loquuntur, Scriptores nempe de Episcopalibus jurebus Principum, aut de jure. Si illud, veritati historica nolo refragari. Sin istud, aut de omni potestate Episcoporum intelligi volunt, internâ & externâ, aut tantum de externâ circa Ecclesiastica, que pars est potestatis Politicæ formaliter sic dicta. Si posterius, NB. illis assentior, quia cessat in terris Protestantium Politicæ potestas Episcoporum. Ibidem pag. 233. Si per Episcopatum intelligis Politicam & coercitivam potestatem, præfecturam, administrationem, jurisdictionem, qualem Seculares imperii Principes in suis quique territoriis possident, atque exercent in Academiarum Scholarumque erectione, Synodorum indictione, Bonorum Ecclesiasticorum administratione, Disciplinæ Ecclesiasticæ conservatione, Adiaphorum introductione & abrogatione, Ministrorum Ecclesie vocatione & depositione, caularumque matrimonialium cognitione, &c. (uti jus hoc in terminis vindicatum vidit *Havemannus, & titulo libri sui præscripsit*) certè quin talis *Præfectura politica tanquam auctoritas illius, jure divino permissiva, alicubi (ubi rationes publici boni ita ferunt) institui aut haberi possit, nemo sanus negabit.* Et quamquam minimè illa conveniunt cum Belgarum moribus, nec cum restitutâ inter eos libertate, nec firmatis Canonibus *A. xviii. xix.* qui in *fundamentalem* quasi *legem abiverunt*, non tamen quicquid illis haud convenit, extra *Belgiæ pomeria Tyrannis est vel Papatûs.* Imò *Papatus*, qui verè talis sit, cum nullâ Reformatione convenit. Et quemadmodum aliud *Papatus est*, aliud *Episcopatus externus Principum*, sic illum & Belgarum *Confessio, & Catechesis Palatina respiciunt*, hunc certè neutra, vel ex *Confess. Belg. Art. xxxvi.* collato cum *Confessione Augustanâ sub Tit. de Sacerd. Conj. Helveticâ Art. xxx. Basiliensî Art. vi. Anglicanâ Art. xxxvii. Scoticâ Art. xxiv. Saxonicâ Art. xxxiii. §. quamquam* &c. Nec *potestatem clavium*, seu correptionis Ecclesiasticæ, de quâ *Catechesis Palatina, tollere Principes Protestantes*, non illam infringere *Episcopalia horum jura, docent Canones Disciplinæ, & Ecclesiasticæ Constitutiones, & Presbyteriorum usus, & sacra texta auctoritas S. Ministerii, vel intra ipsum Palatinatum.**

XXIII. Claudimus hæc de *Juribus* vulgò *Episcopalibus* dissertationem, elucidatione ex *Davidis Parei, maximi Theologi, Epistolis MSS. Heidelbergæ asservatis*, Sic ille *Epist. ad Georgium Radzivilium Principem Illustriß. d. 22. Martii, 1609. Definenda est Ecclesiastica auctoritas. Distinxi in externam & internam, ex Eusebio. Ista Christiani Magistratûs est, ista Pastorum Ecclesia; nisi vel se ipsos vocare velim, vel ille concionari, Sacramenta administrare &c. Etiam distinguenda est Ecclesia operativa. Si Ecclesia intelligatur Ecclesiastica Hierarchia, regnum Romanum Pontificum, omnia falsa sunt, quæ de Ecclesia iure asseruntur. Si quævis Ecclesia particularis, malè opponitur Christiano Magistratûs, cui subesse debet divino jure, NB. salvis onusquo loci positivis legibus, vel consuetudinibus. Aliâ *Epist. ad Michaelem Lingelsheimium, occasione scripti Grotiani sibi communicati, 6. August. 1617. Ita autem sentio. Aliam esse questionem de jure Principis, aliam de juris usurpatione. Prius est nobis cum Papistis, posterior nobis invicem, num conveniat Principi quovis casu jus suum rigidè urgere? Mihi non videtur, sed eo solum casu, si Christiani Principis auctoritate primitus instituta fuerit Ecclesia Reformatio, ac dispositio, sicut in Germaniâ factum constat. Tum enim**

enim citra scandalum, citraque ordinis Ecclesiastici perturbationem, Princeps jure suo usitur. Quod faciunt Evangelici Germaniæ Principes. Et hæc nobis occasione *Jurium Episcopatum*, quæ ex Webero memorabat Criminator, nosque innueramus supra. Nec consilio alio quam ut obscura multis, extra Germaniam Britanniamve, quæ diximus jura, à Pontificiis autem in invidiam adducta, accusandæ scilicet *piæ Reformationi*, & *sacrilegio Principum* arguendo, hoc crimine liberaremus. Sanctè protestati, non velle nos minùs *Ecclesiæ jura* illibata, quam illa *ἡ ὑπερεχθὸν*, nec ullius esse Architectonicæ *ἰσοπέδου* vel *ἰσοκοπιᾶς*, vendicare sibi, Uzix exemplo, nisi pari *ἡ ἀκολούθη ἡμωλέας* discrimine, potestatem formaliter Ecclesiasticam, *ἐπισκοπὴν πλὴ ἰσότητος*, aut convellere illa jura quibus Ecclesiæ sua securitas, Conscientiis sua libertas, Veritati suum firmamentum, Ministerio S. suus fructus, Pastoribus suus honos, Christo Domino suum Regnum, demùm constant. Ac longius fortè processit Spanhemii Criminator, lymphaticæ *Epist. pag. 176.* dùm simpliciter tradit, *posse Ecclesiam, ubi Magistratus Ecclesiæ favet, in ratione ordinis, ac publicè agendorum, & in Cætu, se ad Magistratus atque Imperantium componere placita.* Præclara Andreæ Riveti limitatio, in *Grot. Discuss. Διαλύσι pag. 178.* *Abstinerent modò Reges ab interno Episcopatu, nec credendi regulas præferberent, aut Claves Ecclesiarum Pastoribus à Christo datas non usurperent.* Cum primis in negotio *Fidei & Religionis*, ut Medici est judicare de juvantibus vel noxiis, ut Jurisconsulti de eo quod jure licet aut quod juri adversum, ut Magistri cujuscunque in arte suâ de iis quæ ex Artis regulis deciduntur; quanto magis committendum Theologis, Pastoribus, Synodis, ad primitivæ Ecclesiæ exemplum, seu à Principe, seu à summâ Majestate, quæ sunt verè judicii Theologici, quæque, in timore Domini vel ex Scripturis decidenda, vel exigenda ad Scripturas? Salvâ semper supremis illis Ephoris, *ὑπερεπιστοπίας* Nicæni dixere, in Libello Synod. *Superintendentes, τῆ ἡ ἀξίως καὶ ἰσοκοπιᾷ*, qualem etiam te absente Constantinus M. aliis delegabat, apud Auctorem de Vitâ Const. M. Salvâ adeò *τῆ κυρίως ἡ ἰσοφροσύνη* Theologici Synodalivæ judicii, qualem nec Oecumenicæ Synodi Imperatoribus denegarunt.

ANIMADVERSI O XVIII.

Fridericus nihil de Anglicano Episcopatu, quod non principis in Theologis Reformatis. Demonstratio. Calvinii non unum testimonium. Theod. Beza quid senserit. Quid Petrus Martyr Bucerus. Fagius. Bullingerus. Zanchius. Danus. Junius. Genevenses. Helvetii. Germani. Galli. Belgæ. Recentiora testimonia. Epistola tres ad Episc. Londinensem, comparanda cum Epist. Friderici.

Quod postremum est tandem occupamus, extinguendæ omni in Fridericum invidiæ, quam ex *Dedicatoriâ* ad Londinensem noster illi fecit apud rem ignaros, additis pugnis & calcibus quibus contunderet, & maledictis quibus infamaret. Exponendum videlicet in oculis omnium ac conspectu, nihil Spanhemium vel scripsisse vel sensisse, de *Anglicano Episcopatu*, qualem à Reformatione Britannia respexit, seu approbatione, seu fraternâ tolerantia, vel coalitione in eandem Anglicanæ Ecclesiæ communionem, procul schismatum fomentis, quam quod scripsere & sensere, indè à Calvino nostro, Ecclesiæ Reformatæ, sed & Gallicanæ hodiernæ, Belgicæque, prima decora. Quod si ex indubitata testimoniorum fide, nec omnium sanè, sed plurimorum & insignium, constiterit, spes erit futurum posthac pudori aliquem locum, calumniæ deinceps nullum, nisi illi quæ dùm se confusam sentit, in novos furiosos novaque accusationes erumpit, ac lites ex litibus ferit. Ut enim vinci sese aut persuaderi patiantur, qui semel in publicum paribus

cum nostro & armis & animis proruperunt, deincepsque,

— quibus acria corda,
Iracundaque mens facile effervescit in irâ,
appareant veluti

— pacati status aeris ille

Pectore tranquillo,

ut cum Caro Poëta loquar, spes nos nulla fallit. Ac vix humanæ opis est, humanique modi, dicam Coi Senis vocibus, in fine libri *ἡ ἐὶ νόον*, *Edit. Bas. fol. 178.* *ἡ ἐὶ τὰ ἰσότητος δόξιν τὸν ἀκόντῃ ἐν τῷ πρὶν γινώσκοντες μετὰ σέψου, τοῖς ἰαυτῶτε λόγοις πείθειν, in iis quæ fortiter tenentur, invitum à priori sententiâ dimovere, & convincere etiam ex propriis dictis.*

II. A Calvino nostro ducam exordium, non jam ut *patrone, advocato, ὑπερεπιστοπίας Episcopatus*, qualiter ludere placuit infaceto huic Lemno, supra *Animadvers. vi.* sed tamen (quæ fuerant Epistolæ Spanhemianæ voces) ut ex illis qui *non intercesserint Episcoporum inter Britannos nomini, gradui, dignitati, qui dignitatem eam ex adverso respexerint*, qualem videlicet descripsimus antea, qui *Insulatos Britannia Patres extulerint suis laudibus, & opportunos censuerint illi Genti, inviolato fraternæ conjunctionis ac mutua communicationis jure.* Quâ fuisse *ἡμετέρας* Theologorum Ecclesiæ Reformatæ facile principem, sequentia ex multis docent. Primò Epistolæ ad *Crammerum* Cantuariensem, ut *Illustrißimum Præsulem, Dominum*, & postea ad Londinensem Episcopum sub Elizabethâ, qui tum *Grindallus* fuit idemque Cantuariensis postea, *Epistolar. pag. 134. 316. &c. in Tomo vi. Edit. Genev.* Ex quibus prolixè constat de stabiliendâ sanè *doctrinâ, veritate*, de ejiciendâ *Idolatriâ, superstitione*, etiam de *rejiendis* ab Episcopatu quæ *terrenam dominationem saperent*, sollicitum fuisse Theologum; salvâ tamen & illibatâ præfatorum *Episcoporum auctoritate*, qui *federent in altiore speculâ*, quâ imò necessariam censet ad perficiendum quod inchoassent Reformationis opus, sub auspiciis Eduardi & Elizabethæ. Undè & *Crammeri, Latimeri, Hoperi, Ridlei, Grindalli*, aliorum in Angliâ Præsulum, magna erga Calvinum reverentia, ac mutua literarum officiorumque communicatio. Adde inter alia Libellum de Necessitate Reformandæ Ecclesiæ, scriptum communi nomine ad Cæsarem & Principes Imperii T. vii. Edit. Genev. pag. 43. In hoc sanè multis Calvinus de Episcoporum officio, partibus, de degere Episcopatu, de Papalium Episcoporum tyrannide, de illegitimo provebendi modo ad hanc dignitatem &c. Neutiquam tamen in Episcopatum ipsum, in Hierarchiam simpliciter insurgit, imò talem Hierarchiam modò desiderat, in quâ sis eminenti Episcopi ut Christo subesse non recusent, ut ab illo tanquam unico Capite pendant &c. Quo posito subjungit, & post Durellum observavit L'Anglæus, in Epistola his Animadversion. annexâ; *Tum verò nullo non anathemate dignos fatear, si qui erunt qui eam non reverentur, summâque obedientiâ observent.* Accedat Epistola Viri Maximi pag. 86. in Epist. & Resp. data ad *Angliæ Protectorem*, qui Edwardus Seimour, Somersettius An. MD XLVIII. quâ inductus in *cerebrosos & ἀτάκτους*, insurgentes in Regem & Regni statum, etiam *abusus extirpari* suadens, & *doctrinæ summam* communemque formulam conscribi, de cætero Episcopos Regno esse permittit, ac supponit non semel, intactâ illorum auctoritate & eminentiâ. Mittimus alias ad Reges, qualiter ad Poloniæ Regem, & ad Episcopos, ejusdem Calvinii literas, in quibus sanè *Papatum, Dominatum, abusus* vult ejurari, non ipsum (ubi obtineret) Episcopatum, imò ne Archiepiscopatum quidem, quatenus intra *primatum ordinis, & moderati honoris* consistit, in *Epist. pag. 190.*

Theodori Beza ea prudentia fuit, Calvinii ad exemplum, ut quicquid ille senserit de proximâ Apostolicæ formæ disciplinâ, Episcopatum in Britannis stabilitum, suisque legibus circumscriptum, nullus sollicitaverit. Imò verò *adversus Saraviam*, de Ministr. Evangelicorum gradibus, citante infra L'Anglæo ad Londinensem, & cum

cum ante Joh. Durello, in Libro de *Ecclesia Anglic. Concordiâ* pag. 167. Si quis sunt, quod sanè mihi non facile persuaseru, qui omnem Episcoporum Ordinem rejiciunt, absit ut quisquam sana mentis illorum furoribus assentiatur. Rursus, de Anglicanâ Ecclesiâ, *instauratâ suffulsiâque suorum Episcoporum auctoritate*, quos inter insignes Dei Martyres, ac Præstantiss. Doctores & Pastores effert, *fruat* (inquit Beza Cap. XVIII.) *istâ singulari Dei beneficentiâ, quæ usinam sit illi perpetua.* Adde quæ suprà ex Bezâ monebamus, *Animadvers. XIII. Animadvers. XVI.* Nec enim Georgii Downami illa ursero, in *Defens. Concionis de Episcop.* Lib. IV. pag. 166. *dixisse alicui Bezam, sibi plurimum placuisse, si in reformatione Evangelii Episcoporum auctoritas intacta remansisset.* Ejus sanè nota distinctio in Episcopatum *Divinum, Humanum* seu Ecclesiasticum, & *Diabolicum* seu Antichristianum, quorum hunc abolendum, illum sanè tolerandum, reducendumque ad formam veterem, quantum pote, esse censuit.

Petrus Martyr, in Angliam evocatus Crammeri literis, Anno M D XLVII. promovendæ Reformationi, constanter Episcopalem *επισκοπήν* respexit, ipsemet creatus *Canonius Oxoniensis* *Ædis Christi*, nec litis quicquam hoc nomine movit. Quinimò Joh. Hoperum Glocestriensem Episcopum, hærentem circa vestes & habitum Episcopalem, literis erexit, & in *adiaphoris* cum ista, tum ritualia id genus habenda pronunciavit, in *Epist. ad Hoperum.*

Martinus Bucerus, pari sorte cum Martyre in Angliam delatus Anno M D XLVIII. & Cantabrigiam missus Professioni obeundæ, Ordini Hierarchico se omninò subjecit. Ac nota de cætero Viri circa res *medias*, ne *essentialibus* fidei & morum intercederent, æquitas & moderatio, de quâ pluribus ad Bucerum Calvinus, in *Epist. pag. 170.* monens ut per eum tollerentur saltem *que superstitionem redolent.* Idemque Bucerus, *Tract. de Vi & usu S. Mimisterii*, agens de Disciplina Clericali: *Disciplina Clericalis pars est, subjectio peculiaris, quâ Clerici Gradus & Ministerii inferioris, se subjiciant aliis qui sunt in Ordine & Ministerio superiori.* *Hanc Disciplina partem docuit nos Dominus* &c. Et quæ plura ex Bucero jam ab aliis in hanc sententiam, adducta. Ac prolixè Zanchius, *Observation. de Ecclesiæ Gubernat. ad Aphorism. x. xi. Tomo ult. in Buceri sensa* concedit, laudantis omnem veteris Ecclesiæ disciplinam subordinatam illam, in *Presbyteris, Episcopis, Metropolitanis, Primatibus.* Ac Bucero fuit *ὀνόματι*, ut *εὐεργός*, in eandem Britanniam cum Pucero evocatus, Vir optimus *Paulus Fagius* in Crammeri Archiep. amicitiam insinuandus.

Genevensis Ecclesia universa, ut Britannorum Episcopos in legitimis Ecclesiæ Pastoribus habuerit constanter, quos & omni honore ac cultu prosecuta fit, docet communicatio studiorum, literarum, officiorum, publicarumque etiam precum pro Britannicæ Ecclesiæ felicitate sub Elizabethâ, Jacobo, Carolis. Respexere majorem in modum Reformatæ Insulæ Præsules *Fayus, Diodati, Turonius, Tronchinus, Vedelius, Spanhemius Pater, Legerus, Pictetus, Al. Morus,* &c. & qui hodieque Ecclesiæ illi & Scholæ immortali cum laude præstant. Ac Genevæ quidem scripta est Parentis Friderici ad Armamachanum Epistola, de quâ in *Animadv. ad hujus Epistolam pag. 168. 173. 174.* & suprà *Animadvers. VI. Jac. Lectius, Genevensis J. Consultus & Senator, adversus Cod. Fabricianum Lib. II. Affirm. II. pag. 214.* inter alia plura in laudem Episcopatus, subjungit: *Orthodoxorum Episcoporum ordinem aspernari, sicut in istar esse professi sunt publici scriptis nostri Theologi, quos etiam honore omni & studio colere; in his Calvinus, Bucerus, Beza, Sadolet, aliique.* Ac Joh. Diodati, laudatissimi Theologi, assessoris Synodi Dordracenæ, explorata Genevensibus est in Ordinem Episcopalem propensio; cujus etiam ad *Theologos Westmonasterienses* literas, quibus Anglia fuit *Oculus ille Ecclesiarum, peculiis Christi singulare, perfugium afflictorum, imbellium armorum, inopum promptuarium, spei melioris vexillum,* in quâ *splendida Domina caula,* &c. pul-

cherrimâ tum Ecclesiæ inter Anglos facie, exhibet Durellus, in *Ecclesiæ Anglic. cum reliquis Reformatis Concordiâ pag. 171.*

Helvetios Theologos vocare in consensum supervacuum. Perspecta est *Bullingeri, Gualteri, Stuckii, Aretii, Martyris, Musculi, Lavateri, Hospimiani, Simleri,* reliquorum Helveticæ Ecclesiæ luminum in causâ Regiminis & Disciplinæ moderatio, etiam in nonnullis disensus à Calvino & Bezâ. Ac quicquid de origine *Episcopatus* plerique fortasse cum Hieronymo senserint, tamen ut in veteri Ecclesiâ, sic in Reformatâ Anglicanâ, salvâ Ecclesiarum communione, & fraternitate, & substantiâ disciplinæ, & Confessionum harmoniâ, Hierarchiam qualem diximus omninò permisere. Ac omnium instar esto *Henricus Bullingerus, Zwinglii auditor & successor,* dematus Anno M D LXXV. qui quid de *Episcopis* senserit, etiam ut à *Presbyteris* docentibus distinguuntur, variis & Sermonibus probavit, & Literis, & Commentationibus in Paulum. Nec quæ seu ex Bullingero, seu ex Gualtero, Joh. Durellus *Libro cit. P. 286.* & Edw. Stillingfleetius, in *Libro de Separat. & in Irenico,* hunc in finem produxerunt, retractare hoc in loco pretium operæ videretur. Asservantur autem in chartis MSS. quas legavit Bibliothecæ Heildelberg. Philippus Pareus, variæ *Epist. Tigurinae,* & ad *Tigurinos,* sub *lit. B. in Fol.* quas ex Biblioth. Lavateri, Hanoviensis Conrectoris, habuerat Philippus. In his plures Epistolæ ad Ludov. Lavaterum *Juelli, Perkinsii;* aliorum, etiam in causâ Disciplinæ, quemadmodum & *Erassi, Bezae,* sic *Bullingeri, Vadiani,* ex quibus amica in hoc omni negotio concordia, & moderatio, & intemperatum communionis fraternæ vinculum, multis intelligitur.

Quid *Palatini* cæterique *Germania* Protestantis Theologi statuerint, post *Bucerum, Fagium,* de Anglicano Episcopatu, otiosum itidem existimo commemorasse. Omnium loco esse possint, primò *Hieron. Zanchius,* Heildelbergenium Theologorum decus, ut aliàs passim, sic in *Tomo Oper. VIII. Observationibus ad Cap. xxv. de Ecclesiæ Gubernatione P. 579. & seq.* Ibi multus est Zanchius in laudando & commendando Veteris Ecclesiæ instituto, constituentis *communis Christianæ Reip. consensu,* diversos *Ministrorum Ordines,* Presbyteros, Episcopos, Archiepiscopos, *citra ullam Sacrarum Literarum contradictionem,* imò habenda illa censet, tanquam quæ fuerint à *Spiritu sancto* profecta. Addit; *Quis autem ego sum, qui quod tota Ecclesia approbavit, improbem?* Hinc citato Bucero in *Epist. ad Ephes. laudante omnem illam Veteris Ecclesiæ, in variis Ecclesiasticarum functionum Ordinibus constitutis, consuetudinem,* planè Bucero assurgit. Mox pag. 583. *Fuit mihi præterea habenda ratio illarum Ecclesiarum, quæ licet Evangelium amplexa sint, suos tamen re & nomine Episcopos & Archiepiscopos retinuerunt.* Hinc & Germanorum *Superintendentes, Generales,* docet re ipsâ esse Latinis nominibus eisdem cum Græcorum *Episcopis & Archiepiscopis.* Ac de nominibus modò fore controversiam, sicubi tales non obtinerent, quemadmodum in Palatinatu, ubi tamen *aliquot Primarii,* penes quos ferè tota esse auctoritas.

David Pareus, Vir quantus! quâ æquanimitate de exterarum Ecclesiarum Regimine, ac de Britannicis in specie, vel Bohemicis, Hungaricis, sententiam suam exprompsit, non semel in superioribus observatum. Ac suffecerint quæ Fridericus attexuit *Epist. suæ ad Londinensem,* ex duabus *Epist. MSS. quarum Autographa,* manu elegantissimâ Parei, Grandi Volum. *Lit. A.* in cistâ Facultatis Theolog. Heildelbergenis asservantur. Altera fuit ad Davidem Brunonem Anglo-Britannum, ad Fratres Ungaros altera; *Gaudiam & Britannii suâ inæqualitate Pastorum, Doctorum, Episcoporum,* &c. Item; *Ordinem Episcopalem rectè & utilis. diu servavit Christi Ecclesiæ, & hodie passim Ecclesiæ Reformata, pro diversitate locorum, Provinciarum, & Hominum salubriter observant.*

Accedat *Henricus Altingius,* qui ut *substantiam* ab acciden-

cidentalibus & arbitrariis constantissimè distinxit, & in his gradus Ministrorum censuit, sicut visum supra; ita de Episcopatu hodierno in specie, Theolog. Problem. Loco xv. Probl. iv. *In summâ faciliè in aliis Ecclesiis*, (Britannicis, Septentrionalibus) *toleramus Episcopatum, sed 1. Ut licet vetus, humanum tamen institutum. 11. Ut non abeat in tyrannidem, nec opprimat libertatem Ecclesie; prout in Papatu factum.* Quas & condiciones Spanhemii ad Londinensem Epistola rogaverat. Nec mens alia Theologorum omnium Germaniæ Protestantis, quæ & ipsa, *mutatis nominibus*, ut supra Zanchius, rem Episcopatus retinuit, nempe *Superintendentes, Generales Superintendentes, & penes aliquot primarios totam Gubernationis auctoritatem.*

Gallicana Ecclesiæ cum Anglicanâ, etiam Hierarchicâ, concordiam, gubernatæ licet communi cum Belgicâ Disciplinâ, honoremque Episcopis habitum, imò Episcopatus Anglicani in eâ gente necessitatem à maximis Reformatæ Galliæ Theologis scripto assertam, & olim & nuper, illi soli nesciunt quibus sunt peregrina omnia quæ non domi nata. Ac Sadeelis quidem, Junii, Dani, Molini, eximiam hac parte prudentiam, uti alia testantur, sic de primo supra Jac. Lectius, de altero Friderici Epistola Edit. noviss. P. 165. de tertio, vel Pref. Resp. ad Bellarminum, Cantuariensem Archiepiscopum, ut Reverendissimum in Christo Patrem ac Dominum reverito, de quarto, singularis in Jacobum Regem & Episcopos observantia, ac communia illi cum Hierarchicis sacra, in Angliâ versanti, Canonico etiam Cantuariensi. Sed communem Ecclesiarum per Galliam Reformatarum sententiam expriment, vel sequentia nomina, & quanta illa sanè!

Carolus Drelincurtius, integerrimus Theologus, Epist. ad Doct. Brevint, Genevensibus typis expressâ: *Ut Germania & Helvetia habent suos Inspectores, & Superintendentes, Dania & Suecia suos Episcopos, non video cur quis offendatur, si & Anglia suis regatur Episcopis. Quod si id locum non habet in Ecclesiis hujus Regni, indè est quod ratio nostra & conditio non ferat, ac quæ ibi plura. Imò verò, adducto (inquit) Galliarum Rege & Regno toto ad fidem Evangelicam, impossibile fore aequalitatem Pastorum, in tantâ multitudine, sine aliquorum præeminentiâ, conservare.*

Samuel Bochartus, sæculi & Ecclesiæ decus Epist. Responsoriâ, ad quæstionem de Episcopis & Episcopatu, A. 1650. ita profiterur se sentire cum Hieronymo, de Apostolorum ætate, ut ex professo in illos stomachetur, quos rigor nimius, & plusquam Vatinianum in Episcopos odium, eò imprudens adigit, ut Veteri Ecclesiæ dicam scribant, & ab ejus communione ipsi se arceant. *Nec Apostolorum praxim habuisse vim legis; laborare àμερεια & ἀβολκῆς, tam qui Presbyterialem quam qui Episcopalem ordinem juris divini esse asserunt: Consultus his esse ut Episcopi, illis ut Presbyteri præsent Ecclesiis: Tria in Episcopatu esse non confundenda; Pastorale munus, eminentiam, dominatum in clericos Domini, primum Divini juris, secundum Ecclesiastici, tertium nullius; &c.* Addit, præter alia multa in favorem Anglicani Episcopatus, hanc de Episcopatu non tam suam, quam Pastorum ferè omnium in Galliâ sententiam esse, P. 13.

Moses Amyraldus, de Secess. ab Ecclesiâ Rom. Cap. de Ecclesiæ Regimine, P. 28. 29. *Sunt Ecclesia nonnulla in quibus Pastores non solum diversam potestatem obtinent, sed etiam Ordine ipse differunt, ut quæ Episcopis utuntur. Quando igitur Christus & Apostoli hoc disertè constituerunt, debere particulares Ecclesias omnes gubernari à Pastoribus, & aliquâ Regiminis formâ temperari; quæ verò Regiminis ista forma potissimum esse debeat, utrum alii aliis auctoritate præcellant, nec ne, neque rei natura definit, neque à Christo aut Apostolis æquè disertè constitutum est, id primò in pacificatione statuendum esse videtur, ut quo jure hætenus fuerunt Ecclesiarum Evangelicarum Pastores, (etiam Episcopi, Archiepiscopi, Superintendentes &c.) eodem potro esse pergant, neque aliarum Statum convellere ni-*

tantur. Mittimus Amyraldi ejusdem alia, in libro de Regimin. Ecclesiæ, & in Paraphrasibus.

Lud. Cappellus Salmurienis quoque Theologus, tribus potissimum Disputationibus, quarum una de Episcopis & Presbyteris, altera de Superioribus Ordinibus & Gradibus Ministrorum, tertia de Vario Christiana Ecclesiæ Regimine, quâ sentiret de Anglicanâ Hierarchiâ moderatione pluribus probavit. Sanè Hieronymi, hinc & Blondelli ac Salmasii sententiam adstruxit de Origine Episcopatus, contra Bilsonum. At de cætero formam Regiminis veterem, tum Britannicam hodiernam, minimè damnandam esse censuit, olim quidem utilem & commodam, hodiè intra primatum ordinis consultius quidem coercendam, Dissut. Salmur. P. 352. 353. oppositè ad potestatem omnia pro nutu in Ecclesiâ agendi, statuendique: *Utranque tamen liberam, nullo oramus modo, nullâ speciali formâ Regiminis, immutabili lege ab Apostolis sancitâ. Quem in sensum ex Cappello plura Animadv. XIII. & seq. producta.*

Rondeletus & Goyonus Pastores Ecclesiæ Burdigalensis inclyti, Epistolis ad Joh. Durellum, de Anglicano Episcopatu, pluribus mentem suam aperuere, in Durelli Concordiâ cum Eccles. Anglic. P. 87. 88. 89. Summa est: *Omninò salutâ conscientiâ sub Regimine Episcopali, & Liturgia Anglicana legibus vivi posse; neminem esse tantâ Provinciam suâ qui aliter existimaret; Formam Anglicani Regiminis sibi esse singulari venerationi; ejus institutionem se existimare sanctissimam, valde legitimam, omnium aptissimam hominibus intra ordinem & reverentiam sacrarum continentis, cohibendâ scandalis, & extirpandis Hæresibus &c.*

Rever. du Bosc Galliæ Reformatæ Chrysolomus, Cadomiensis Pastor. Epist. ad Doct. Brevint Anno MDC LX. scriptâ, hæc habet: *Agnoscamus Episcopatum gaudere insignibus prerogativis, nec putem quemquam meorum Fratrum mihi contradicturum (me defavouè) si dixero Episcopatum bene constitutum commendare se utilitatibus oppido momentosis, & consideratione dignissimis, quæ in Presbyteriali Disciplinâ desiderantur. Hanc si in Ecclesiis nostris sequimur, non id ex prioris aversatione factum, non quasi Episcopatus adversetur naturæ Evangelii &c. Sed necessitate ad id fuimus inducti, quia Reformatione in hoc Regno à plebe primum, & inferioribus Ecclesiasticis captâ, Episcoporum sedes ab iis manserunt occupata, qui contraria Religionis; Citatque Vir ille locum ex Epist. Petri Martyris ad Bezam, quæ est LVII. de Trecensi Episcopo, post admissam Reformationem, pergente in functione Episcopalis muneris, non duraturo tamen Episcopatu.*

Stephanus le Moyne, tum Rhotomagensis Pastor, hodiè Leydenis Theologus, consultus similiter à Doctore Britanno, in materiâ Episcopatus, à restituto Carolo, respondit in ea verba, quæ typis Anglicanis descripta, & Libro Durelli inserta à pag. 126. ad pag. Summa est: *Non servari in Anglicanâ Ecclesiâ pacem vel ἀσφάλειαν posse, absque Episcopali dignitate: Qui in id regimen insurgerent, non posse aliud ostendere, convenientius Rationi, sed nec Scripturæ S. & quo Deus utilius usus esset ad stabilimentum veritatis suæ, & amplificationem Regni sui. Quod ἔτι μέγῃ ex Ratione, Scripturâ, Antiquitate omni demonstrat. Insistit cum primis Superioritatis juribus, perpetuâ successionem in Ecclesiâ conspicuis, indè ab Apostolicâ ipsâ. Quin Episcopatum debere Britanniam suam primis Christianismi in eâ Gente fundatoribus, seu fuerint Josephus Arimathea, seu Simon Canneus, seu Paulus, Petrus, Lucas, &c. seu Phaganus & Perusianus Lucii tempore. Imò ex Episcopatu subverio, & potestate nonnihil Despoticâ, ac supremâ in Ecclesiâ, non posse non suboriri in eo Regno turbas, divisiones, ἀναρχίαν, confusionem, cujus soleat aequalitas Ministrorum esse mater &c. Mittimus plura, & ἐπιφαινεῖται. Ac infra Viri Eximii Epist. ad Londinensem, utroque idiomate in Angliâ excusam, ac scriptam in eadem causâ, eodemque fere tempore, quâ Spanhemii Dedicatoria ad Præfulem Illustrem, integram exhibemus, cum aliis ad eundem Præfulem, ne deinceps mutilationis vel torisionis postulet Criminator, aut ἀποδοιοῦς citationis, quod*

quod pro solâ confidentiâ fecit. Ex his non *Episcopatus* modò *Anglicani* laudes constabunt, nec paribus tamen ac factum à Friderico fuerat legibus adstricti, sed & Hypothesis altera Spanhemianæ Dedicatoriz: scilicet in causâ *Regimini* & *Disciplina*, utpotè *externâ*, *mediâ*, *adiaphorâ*, *ad corticem* modò faciente, & *involutum quasi veritas*, nec vel *ad esse*, vel *ad bonè esse*, nihil in specie, quoad hanc vel illam formam, fuisse à Christo immutabili Lege determinatum.

Clandius Parisiensis Minister, grande Reformatæ Gallicæ præsidium, in sua ad HENRICUM Londinensem, quam totam infra describi iussimus, non suam modò, sed *communem Ecclesiarum Gallicæ* totius sententiam expressisse se proficitur. Quid Vir ille statuatur, cum de *Episcopatu* in thesi, tum de *Anglicano* in hypothesi, cujus omnis Gallia Reformatæ *communione* admittat, *Anglicanam Ecclesiam* ut *soveram*, & *nati maximam reverita*, procul accusatione superstitionis, tyrannidis, aut *reliquiarum Antichristianismi*, conjecto probro in Schismaticos vel Independentes Anglicanos, pluribus Epistola docet. Vide & lege, quisquis es. Nec iudicium aliud *Rever. P. Anglici*, nuper Parisini Theologi, nunc etiam Canonici Westmonasteriensis, ex *Epist.* inferius exhibitâ. Ac plane luderemus operam, si in producendis testibus aliis, quales etiam innuerat Dedicatoria, aut nosmet ipsos aut Lectorem moraremur.

Tandem & *Belgi* nostri Reformati, certè clarissimorum in eo luminum & quorum sancta nobis recordatio est, dicenda sententia foret, de permittendâ Britannis formâ suæ Gubernationis, modò a *Papismo* & *abusibus*, si qui sunt, repurgatâ, stipulante quoque posterius Friderico. Sed hoc se labore ipse sublevavit, cum in *Vindictis Epistola* ad Amicum, contra impactas à Criminatorè mendaciorum præstigiâs à *pag.* Edit. noviss. 165. & *deinceps*, tum in his *Animadversionibus Anim.* XIII. & XVI. Sanctèque in Domino profiteor, non aliam me seu à *Spanhemio* Patre, sub ab *H. Alvingio*, *Joh. Hoornbeeckio*, & *ὁμοψήφους* suprâ Theologis, vel fovisse opinionem, vel sententiam decrevisse. Imò verò Clarissimos in hoc Belgio Viros, *Monachium*, in Epistolis memoratis, *Jarium* in novissimo contra Jansenistam scripto, *Wutichium* in Theolog. Pacificâ, aut paria cum Friderico scripsisse, aut longius etiam ivisse, prolata in superioribus documenta loquantur, & ipsæ Virorum illorum paginæ fidem faciant. Tantumque ego putem Præstantes Viros, extra Britanniam Episcopalem, nec nisi *δύτης ἢ θρόνου λελογχότες*, ab *adulationis specie*, quantum Fridericus & à specie ipsâ, & à causâ omni, nihil ab Anglicanâ Ecclesiâ, aut Beneficii, aut Honoris, aut Dignitatis, vel appetens ipse, vel expectans, minùs ut barbarè Criminator, sed & insigniter contumeliosè, *stipem emendicatum*.

Cæterum si quid in his *Animadversionibus* humanitùs exciderit, procul jam calumniæ morsu, contra vel Scripturarum mentem, vel Formularum illam, aut Theologorum quos in hanc aciem produximus, ut ne excideret sanè sedulam adhibuimus operam, id omne INVICIUM ESTO.

EPISTOLA I.

Clarissimi VIRI

STEPHANI LE MOYNE

Gallicè Scripta

AD EPISCOPUM LONDINENSEM.

Leyda 3. Sept. 1680.

MONSIEUR,

DEux voyages, que j'ay été obligé de faire, m'ont empêché de répondre aussi tost que je l'aurois souhaité à la lettre dont Vôtre Grandeur m'a fait la grace de m'honorer. Comme j'étois sur le point de vous en faire des excuses, Monsieur de L'Angle est arrivé en cet-

Tom. II.

te ville, qui me les a fait encor differer, dans l'esperance, qu'il voudroit bien se charger de ma reponse, & qu'elle pourroit par ce moien vous être plus fidellement rendue. Il est vray, Monsieur, que si j'en croyois mon déplaisir, je la remettrois encor a une autre fois; car je ne peux vous écrire sans une extreme douleur, quand je songe a la matiere sur laquelle vous me commandez de vous dire mon sentiment. Je croy que vous le sçavez déjà bien, & que vous ne me faites pas l'honneur de me le demander comme en ayant quelque sorte de doute; vous me faites plus de justice que cela; & vous ne me comprenéz pas au nombre de ceux, qui ont touchant l'Eglise d'Angleterre une si mechante opinion. Pour moy, je n'en avois pas une si mechante d'aucun veritable Anglois, & je ne pouvois pas me persuader qu'il y en eut un seul, qui crût qu'on ne peut être dans sa communion sans hasarder son propre salut. Pour ceux qui sont engagés dans le parti de l'Eglise Romaine, j'en jugeois tout autrement. Ils ont des maximes particuliers, & agissent par d'autres Interests. Mais pour ceux qui n'ont aucune liaison avec Rome, c'est une chose bien singuliere de les voir passer jusqu'a cette extremité que de croire que dans l'Eglise Anglicane on ne peut faire son salut. C'est n'avoir gueres de conoissance de la Confession de foy, que tout le monde Protestant a si hautement approuvée, & qui merite en effect les louanges de tout ce qu'il y a de bons Chrétiens. Car on ne pouvoit rien faire de plus sage que cette Confession, & jamais les articles de foy n'ont été recueillis avec un discernement plus juste, & plus raisonnable que dans cette excellente piece. On a raison de la garder avec tant de veneration dans la Bibliotheque d'Oxford, & le grand Juellus pour l'avoir si dignement défendue est digne d'une louange immortelle. C'est d'elle dont Dieu se servit dans le commencement de la Reformation d'Angleterre, & si elle n'avoit pas été comme son ouvrage, il ne l'auroit pas benit d'une façon si avantageuse. Le succès, qu'elle eut, devoit fermer la bouche a ceux qui sont les plus animés, & l'avoir veue triompher de tant d'obstacles devoit faire reconnoitre a tout le monde, que Dieu s'est déclaré en sa faveur, qu'il s'est visiblement mêlé de son établissement, & qu'elle a la verité & la fermeté de sa Parole, a qui elle doit en effect sa naissance, & son origine. Elle est aujourd'huy ce qu'elle étoit quand elle étoit formée, & on ne peut pas reprocher a Messieurs les Evêques qu'ils y ayent depuis ce terme là apporté quelque changement. Et comment donc s'imaginer qu'elle ayt changé d'usage? & peut on rien voir de plus inique, que de dire, qu'un Instrument que Dieu employa autrefois pour l'instruction de tant de gens de bien, pour le salut de tant de peuples, pour la consolation de tant de fidelles, soit aujourd'huy devenue quelque chose de funeste, & pernicieuse. Si votre Confession de foy est pure, & innocente, votre Service divin l'est aussi. Car on n'y voit rien de tout qui tende a l'idolatrie; vous n'adorez que Dieu seul; dans vôtre culte il n'y a rien qui se termine a la creature, & si l'on y trouve quelques Ceremonies qui ne se rencontrent pas ailleurs; c'est faire profession d'une terrible Theologie, avoir depouillé toute charité, ne sçavoir guere ce que valent les ames, ne conoitre point la nature de choses indifferentes, que de croire qu'elles sont capables de perdre eternellement ceux qui s'y veulent assujettir. C'est avoir une même dureté que de croire que vôtre Discipline Ecclesiastique est capable de damner les hommes. Car ou a t'on jamais vû que pour des articles de Discipline le salut des hommes se trouve interessé, & de choses qui ne regardent que le dehors, & l'ordre de l'Eglise, & qui ne sont que comme l'ecorce, & les envelopes de la verité, peuvent elles causer la mort, & glisier du poison dans une ame? Certes on ne les comprend jamais au nombre de verités essentielles, & comme il n'y a que celles cy qui sauvent, il n'y a qu'elles aussi qui peuvent exclure du salut,

Kkkk

salut,

salut. Pour le gouvernement Episcopal, qu'a t'il qui soit dangereux, & qui puisse raisonnablement alarmer des consciences? & s'il est capable de priver de la gloire eternelle, & de boucher les avenues du ciel, qui est-ce qui y est entré l'espace de plus de quinze cents ans? Puisque pendant tout ce temps là, toutes les Eglises du monde n'ont point eu d'autre gouvernement. S'il étoit contraire à la verité & à l'aquisition du bonheur eternel, est il croyable que Dieu l'eut si hautement approuvé, & qu'il eut permis que pendant tant de siècles son Eglise en eust été tyrannisé? Car qui est ce qui l'a gouverné? qui est ce qui a composé ses Conciles tant generaux que particuliers? qui est ce qui a combattu les Heresies dont elle a esté de tout temps attaqué? n'ont ce pas été les Evêques, & n'est ce pas à leur sage conduite, que la parole de Dieu est redevable, apres Dieu, de ses victoires & de ses Triomphes? Et sans remonter jusq' au berceau & la naissance de l'Eglise, qui est ce qui dans le siècle precedant delivra l'Angleterre, de l'Erreur dont elle étoit envelopée? Qui est ce qui y fit resveiller si miraculeusement la verité? fut ce pas le zele, & la fermeté des Evêques, & leur ministère? degagea t'il pas les Anglois de l'oppression sous laquelle ils gemissoient depuis si long temps? & leur exemple aidat il pas puissamment a la Reformation de toute l'Europe? En verité je croy qu'ils en pourroient user comme fist autrefois Gregoire de Nazianze au milieu de Constantinople. Quand il y arriva, il trouva que L'Arianisme y avoit fait de fort grand progres, cependant, son courage, son zele, son sçavoir affoiblissoient si fort le parti des Heretiques, qu'en peu de temps la verité y apparut plus belle que jamais, & il voulut que le Temple ou il l'avoit si fortement appuiée portast le nom d'Anastasia, parce qu'il l'y avoit comme deterrée, & degagée de dessous l'erreur, & par ses soins continuels, il l'y avoit comme fait sortir du tombeau, & glorieusement resuscité; c'est ce qu'ont fait aussi les Evêques d'Angleterre. Ils voyoient non une verité seulement, mais quasi toutes les verités fondamentales ensevelies sous un nombre espouvantable d'Erreurs. Ils voyoient le joug de Rome plus pesant au milieu d'eux qu'il n'étoit nulle part ailleurs. La difficulté qu'il y avoit a réussir dans la Reformation étoit capable de decourager des personnes d'une capacité, & d'un zele mediocre, & neantmoins rien ne les detourna d'un si genereux dessein. Les ennemis de dehors, ceux de dedans, tous terribles qu'ils parussent, ne les intimident point; ils entreprenent ce grand ouvrage, & ne l'abandonnent point qu'ils n'en soient venus au bout, & qu'ils n'ayent remis sur le throne la verité resuscitée. En sorte qu'ils pouvoient laisser par tout des monuments de ce miracle, & nommer justement toutes leur Eglises du nom d'Anastasia & de resurrection. Mais si ce Tiltre manque a leur Temples, la chose en soy leur convient, & l'on n'entend ressonner au milieu d'eux que les Lessons, & les louanges de la pure Verité. Ce que doit obliger tous les gens de bien à ne s'en écarter pas, & a regarder L'Eglise Anglicane comme une Eglise tres Orthodoxe. C'est ce que font les Protestants de France, ceux de Geneve, ceux de Suisse, & d'Allemagne, & ceux d'Hollande aussi. Car ils se firent un fort grand Honneur, d'avoir dans leur Concile de Dordrecht des Theologiens d'Angleterre, & montrerent bien qu'ils avoient pour l'Eglise Anglicane une profonde veneration. Et d'ou vient donc, que des Anglois memes en ont aujourd'hui si mechante opinion, & rompent si temerairement, comme ils font, avec Elle? est-ce pas rompre avec toute l'Eglise Ancienne, avec toutes les Eglises Orientales, avec toutes les Eglises Protestantes qui ont toujours fort considéré la pureté de celle d'Angleterre? est ce pas une horrible dureté que de l'excommunier sans misericorde, & s'en faire étrangement a croire que de s'imaginer qu'ils soient les seuls en Angleterre & même au milieu de tout le monde

Chrestien, qui soient destinés au bonheur eternel & à soutenir, comme il faut, les verités necessaires au salut. Certes on pourroit faire un parallele fort odieux entres ces Docteurs, & le Pape Victor, qui voulut excommunier les Eglises d'Asie par ce qu'elles ne celebrent la feste de Pasque au même jour que Rome le faisoit. Entre eux & les Audiens, qui rompoient avec les Chrestiens, & ne vouloient point souffrir d'Evêques riches. Entre eux & le Donatistes, qui ne vouloient point de communion avec ceux qui avoient esté ordonnés par des Evêques laches, & qui s'imaginoient que leur societé étoit la veritable Eglise, & l'épouse bien aimée qui passoit son troupeau vers le midi. Entre eux & ceux de la communion Romaine, qui ont si bonne opinion de leur Eglise, que hors d'elle ils ne s'imaginent pas qu'on puisse jamais acquerir le Salut. Pour moy quelque enclin que je sois à la tolerance, je ne pouvois pourtant me persuader qu'il en faille avoir pour ceux qui en ont si peu pour les autres, & que s'ils étoient les maitres feroient assurément un mauvais quartier à ceux qui dependroient d'eux. Je regarde ces gens là, comme des perturbateurs de l'Eglise, & qui sont infalliblement animés d'un esprit de sedition. J'ay même de la peine a croire qu'ils soient justement ce qu'ils disent estre, & je craindrois bien que sous ces Docteurs il n'y eust des ennemis tres dangereux qui fussent cachés. Des Societés composées de telles personnes feroient extremement perilleuses, & on ne les pourroit souffrir sans ouvrir la porte au desordre, & travailler à sa propre ruine. Il y en a de composées de personnes plus raisonnables. Mais j'y voudrois qu'elles le fussent assez, pour ne se point separer de celles qui composent l'Eglise Anglicane; particulierement au terme ou nous sommes elles devoient tout faire pour une bonne Reconciliation; & dans la conjuncture des affaires presentes, ils devoient bien s'apercevoir qu'il n'y a qu'une bonne reunion qui puisse prevenir les maux dont l'Angleterre est menacée. Car pour dire la verité, je ne voi pas que leur *Meetings* soient de fort grande utilité, & qu'on puisse s'y consoler davantage, que dans les Eglises Episcopales. Quand j'estois à Londres, il y a bien tost cinq ans, je me trouvoy en plusieurs assemblées particulieres pour voir comme on s'y prenoit pour l'instruction du peuple, & la predication de la Parole de Dieu. Mais j'avoüe que je n'en receus aucune edification. J'entendis un des plus fameux Non-conformistes. Il prechoit en un lieu ou il y avoit trois hommes & soixante ou quatre vingt femmes. Il avoit choisi un texte touchant le retablissement des ruines de Jerusalem, & pour l'expliquer il cita cent fois Plin & Vetruve, & n'oublia pas de dire en Italien ce proverbe, *duro con duro non fa muro*. Tout cela me parut hors de propos, fort peu à propos pour des femmelettes, & tres éloigné d'un esprit qui ne cherche que la consolation & l'edification de ses auditeurs. Se cantonner & faire un schisme pour avoir la liberté de debiter de telles vanités, est une fort mauvaise conduite; & les peuples paroissent bien foibles de quitter leur mutuelles assemblées pour des choses qui meritent si peu leur estime, & leur preference. Je n'estime pas, qu'on soit en obligation de souffrir ce dereglement. Il est vray qu'autrefois on souffroit les Assemblées des Novatiens à Rome & à Constantinople, & que les Donatistes avoient en la premiere place quelque sorte de liberté. Mais c'estoyent des Estrangers, & cela même ne dura pas long temps, & comme il y en avoit peu, cela ne tiroit pas en consequence. Mais c'est un autre fait en Angleterre, & comme le bien de l'Etat & de l'Eglise depend absolument de l'union du peuple sur le point de la Religion, on n'y pourroit trop presser une union universelle. Mais il la faut procurer par les bonnes voyes, & comme Messieurs les Evêques sont de personnes d'une grande experience, d'un sçavoir extraordinaire, d'un zele, & d'un bonté, envers leur peuples veri-

veritablement paternelle, j'espere qu'ils s'employeront à ce grand Ouvrage avec toute la prudence & la charité qui sont nécessaires pour faire reussir une si louable entreprise. Vous particulièrement, Monseigneur, dont la moderation & la capacité sont reconnues de tout le monde, il semble que ce soit un dessein reservé pour votre grande Sagesse, & si vous n'y reussissez pas, apparemment que tous les autres y travailleront inutilement. Pour moy, je ne puis contribuer d'icy que des vœux, & que des prieres; aussi vous puis-je bien protester que j'en fais tous les jours de fort sinceres pour la prosperité de l'Eglise Anglicane, & pour qu'il plaise à Dieu faire en sorte, que tous les Protestants d'Angleterre ne soyent à l'avenir qu'un cœur, & qu'une Ame. Je prie Vostre Grandeur d'en estre bien persuadé, & de croire qu'il n'est pas possible d'estre avec plus de respect que je le suis,

MONSEIGNEUR,

A Leyden 3. Sept.
An. 1680.

Vostre tres humble & tres
Obeissant Serviteur,

LE MOYNE.

EPISTOLA II.

VIRI Reverendi,

D. L'ANGLÆ I,

Pastoris nuper Parisini,

AD EPISCOPUM LONDINENSEM.

23. Octob. 1680.

MONSEIGNEUR,

Rien ne vous a deü paroître si estrange ny si incivil que mon silence sur la lettre que vous me fistes l'honneur de m'escire il y a environ trois mois; Il est pourtant vray que je n'ay rien à me reprocher sur cela, & afin que vous le croyiez comme moy, vous voulez bien me permettre de vous dire comment la chose s'est passée. Quand on m'apporte vostre lettre, j'estois retombé dans une grande & violente fievre dont Dieu m'a affligé durant quatre ou cinq mois, & qui m'a mené jusqu'à deux doits de la mort. Je priay un de mes amis, qui estoit alors dans ma chambre, de l'ouvrir & de me dire le nom de celuy qui me l'escrivoit, mais il se trouva que vous aviez oublié de la signer, sur quoy je me l'a fis apporter, pour voir si je n'en connoistrois point le caractère; Et ce fut encore inutilement, par ce que jusqu'alors je n'avois rien veu de vostre main. Cela me fit croire qu'elle avoit esté escrite par celuy là mesme qui l'avoit apportée, pour m'attrapper dix ou douze sous de port; car ce petit stratageme est assez commun en cette ville: & apres cela, je ne me mis pas fort en peine de ce qu'elle deviendroit. Elle se conserva pourtant dans mon cabinet par le plus grand hazard du monde, & m'estant heureusement tombée sous la main, il y a deux ou trois jours, je la relus, & l'ayant trouvée trop sage & trop grave pour avoir esté escrite par un homme tel que je me l'estois imaginé, je la monstray à Monsieur Claude qui y reconnut d'abord vostre esriture, & qui me dit que vous en estiez l'Auteur. Je pense, Monseigneur, que cela suffit pour me justifier auprez de vous d'un silence, qui bien que je n'en sois aucunement coupable, ne laisse pas de me donner quelque espece de confusion. Mais pour venir au contenu de vostre lettre, je ne vous puis exprimer avec quelle douleur j'apprens que vos divisions continuent, en un temps auquel il y a des raisons si pressantes de se réunir. Ce que vous me dites sur tout des escrits que l'on publie à certe heure, pour faire croire que la communion avec l'Eglise Anglicane est illégitime, & que les Ministres ne la peuvent permettre aux particuliers sans crime, me paroist une chose si deraisonnable en elle mesme, & si fort à contre temps, que j'aurois peine à la croire si el-

le ne m'estoit attestée par une personne de vostre mérite & de vostre poids. Vous savez bien, Monseigneur, quels sont & quels ont toujours esté mes sentimens sur cela, & la manière dont j'en uzay ils y a deux ans dans mon voiage d'Angleterre, en fréquentant vos assemblées, & en prêchant mesme dans un troupeau qui est sous la Jurisdiction de l'Eglise Anglicane, monstre assez que je suis bien éloigné de croire que la communion soit illégitime; Et cela mesme prouve d'une manière bien évidente, que mon sentiment à cet égard est celuy de nos Eglises, parce qu'il n'est pas imaginable que j'eusse voulu faire, sans nécessité, une chose qui m'eust attiré l'indignation de mes frères, & qui, à mon retour, m'eust exposé à leurs reproches ou à leurs censures. Pleust à Dieu, Monseigneur, que tout ce qu'il y a de Chrestiens égarez dans le monde voulussent recevoir vostre Réformation, que je répandrois de bon cœur tout ce que j'ay de sang pour leur procurer un si grand bien. Et que je suis assuré de la joye extrefme avec laquelle nos Eglises entreroient dans leur Communion, si en estant dans la pureté de vos sentimens pour les Dogmes, ils ne differoient plus d'avec nous que par des Surplis, par des Cérémonies innocentes, & par quelque diversité d'Ordres dans le gouvernement de l'Eglise. Et cela, Monseigneur, vous fait assez comprendre, ce que j'ay à répondre à vostre seconde question. Car puis que l'Eglise Anglicane est une véritable Eglise de nostre Seigneur, puis que son Culte & ses Dogmes sont purs, & n'ont rien de contraire à la parole de Dieu, & puis que quand la Reformation y a esté recüe, elle y a esté recüe avec l'Episcopat. Et en y établissant la Liturgie & les Cérémonies qui y sont aujourd'hui en uzage, il est sans doute du devoir de tous les Réformez de Vostre Royaume de se tenir inséparablement unis à Cette Eglise; Et ceux qui ne le font pas, sous ombre qu'ils desireroient plus de simplicité dans les Cérémonies, & moins d'inegalité entre les Ministres, commettent assurément un tres grand péché. Car le schisme est le plus redoutable mal qui puisse arriver à l'Eglise; Et pour l'éviter la charité Chrestienne oblige tous les gens de bien à supporter en leurs frères des choses bien moins supportables que ne le doivent paroître celles dont il s'agit, aux yeux de ceux là mesmes qui les ont le plus en aversion. Et c'estoit là si bien le sentiment de nostre Grand & Excellent Calvin, que dans son traité de la nécessité de la Reformation il ne fait point de difficulté de dire, que s'il se trouvoit des gens assez deraisonnables pour refuser la Communion d'une Eglise pure dans son culte & dans ses Dogmes, & pour ne pas se soumettre avec respect à son Gouvernement, sous ombre qu'elle auroit retenu l'Episcopat conditionné comme le vostre, il n'y auroit point de censure ny de rigueur de discipline qu'on ne deust exercer contre eux. *Talem nobis Hierarchiam si exhibeant, in qua sic emineant Episcopi ut Christo subesse non recusent, ut ab illo tanquam ab unico capite pendeant & ad ipsum referantur, in qua sic inter se fraternam societatem colant ut non alio modo quam ejus veritate sint colligati, tum vero nullo non anathemate dignos faciat, si qui erunt qui non eam revereantur, summaque obedientia observent.* Et Beze mesme, qui n'approuvoit pas en général le gouvernement Episcopal, fait une telle distinction du vostre, & est si éloigné de croire que l'on puisse ou que l'on doive en prendre sujet de se séparer de vostre Eglise, qu'il prie Dieu ardemment qu'elle puisse toujours demeurer dans l'heureux estat où elle avoit esté mise & conservée, par le sang, par la pureté de la foy, & par la sage conduite de ses Excellens Evesques. *Quod si nunc Anglicana Ecclesia infaurata suorum Episcoporum & Archiepiscoporum auctoritate persistat, quemadmodum hac nostra memoria contigit, ejus ordinis homines non solum insignes Dei Martyres, sed etiam*

Kkkk 2

1 Calv. Edit. Amstel. tom. 8. pag. 60.
2 Beze contra Sarav. ad cap. 3. art. 3. pag. 270. Edit. Francos. 4-7
no 1601.

prestantissimos Pastores & Doctores habuerit, fruatur sane ista singulari Dei beneficentia, qua usinam illi sit perpetua. Mais, Monseigneur, quoy que les premiers Auteurs de la separation qui vous trouble soient extraordinairement coupables, & que ceux qui la continuent & qui la fortifient par leurs escrits déraisonnables & emportez le soient aussi extrêmement, il est néanmoins certain que dans la multitude qui les suit il y a une infinité de bonnes gens dont la foy est pure & la pieté sincère; & qui ne demeurent éloignez de vous que parce que leur simplicité est surprise, & qu'on les a effrayez par ces grands mots de Tyrannie, d'Oppression, de Supposts de l'Antechrist, dont on leur bat perpetuellement les oreilles. Je les mets au rang de ces foibles qui disoient qu'ils n'estoient point du corps, & dont St. Paul dit qu'ils estoient du corps pourtant. Et il me semble que les bons & charitables Evêques, comme vous, en doivent dire, quoy qu'en un sens un peu different, ce qu'Oprat de Milève disoit des Donatistes de son temps, *Si collegium Episcopale nolunt nobiscum habere, tamen fratres sunt.* Au nom de Dieu donc, Monseigneur, faites tout ce qui vous sera possible pour les ramener à leur devoir par la douceur & par la charité, qui seule est capable d'opérer de grandes choses en ces occasions. Car les hommes, qui ont toujours de l'orgueil, se soulevent ordinairement contre tout ce qui leur paroist n'agir que par la seule Autorité, mais ils ne manquent presque jamais de se rendre au support & a la condescendance; *Mansuetus homo cordis est medicus.* Je ne pretens pas, Monseigneur, m'ingérer de vous donner là dessus aucun conseil particulier; Vous, qui voiez les choses de prez, & qui avez le cœur tout pénétré de la charité Chrestienne, jugez mieux que personne des remedes qui sont les plus propres à un si grand mal; & je suis assuré que s'il ne falloit pour le guérir que s'abstenir de quelques expressions, que quitter quelques cérémonies, & que changer la couleur de quelques habits, vous y resoudriez avec grand plaisir, & a quelque chose de plus difficile. Il me semble mesme avoir leu en quelque endroit des *Vindicia* de Monsieur le Doien de Winsor, que ce furent là les sentimens charitables que fit paroistre l'Eglise Anglicane par la bouche de trois ou quatre de ses Evêques, dans une Conférence qui se fit sur les moiens de réunion, en la première année du retablissement de sa Majesté Britannique, & qu'il ne tint qu'à quelques Ministres de ceux qu'on appelle Presbyteriens que la chose ne passât plus avant. Quoy qu'il en soit, je prie Dieu de tout mon cœur, qu'il ouvre les yeux des uns pour leur faire connoistre la foiblesse des raisons sur lesquelles ils fondent une separation si affligeante, & qu'il conserve & qu'il augmente de plus en plus dans les autres la pieté le zèle & la charité dont ils ont besoin pour travailler heureusement a une réunion qui réjoindra les hommes & les Anges, & qui attirera mille bénédictions de la terre & du Ciel sur ceux qui y auront le plus contribué. Et je vous avoue, Monseigneur, que je ne serois pas consolable, si je vois qu'on ne fît pas au moins quelque nouvel effort pour réussir dans un ouvrage si saint & si important, dans un temps qui m'y paroist si propre. Car outre que les interets de Votre Etat & de Votre Eglise le demandent extraordinairement, j'apprens que par une admirable bénédiction du Ciel, toutes vos Chaires Episcopales sont maintenant remplies par d'Excellens Serviteurs de Dieu, qui aiment JESUS CHRIST & son Eglise, & qui ont tous les qualitez de la teste & du cœur qui sont necessaires pour pouvoir & pour vouloir contribuer à cette bonne œuvre. Et a en juger par vous, Monseigneur, & par Monseigneur l'Archevesque de Canterbury, & Monseigneur l'Evêque d'Oxford que j'ay eu l'honneur de voir durant mon séjour en Angleterre, je n'ay pas de peine à me le persuader. Mais j'ay peur de vous avoir ennuyé par cette longue lettre, je vous en demande tres humblement pardon, & je vous supplie d'estre bien persuadé que je conserve toujours une extreme recon-

noissance de l'amitié dont vous m'honorez, & que je suis avec tout le respect que je vous dois

Votre tres humble & tres

Obeissant Serviteur,

DE L'ANGLE.

MONSEIGNEUR,

Monsieur Claude mon Excellent Colleague à qui j'ay montré cette lettre, m'a prié de vous dire, en vous assurant de son tres humble service, qu'il la souscrivoit de bon cœur, & qu'il est absolument dans mes sentimens.

EPISTOLA III.

Reverendi

C L A U D I I

Pastoris Parisini,

AD EPISCOPUM LONDINENSEM.

Par. 29. Nov. 1680.

MONSEIGNEUR,

Monsieur de l'Angle m'ayant rendu la Lettre qu'il vous a plû m'écrire, j'ay été surpris d'y voir que vous m'aviez fait l'honneur de m'en écrire une autre que je n'ay point receüe, & à laquelle je n'eusse pas manqué de faire réponse. Vous me faites beaucoup d'honneur de vouloir bien que je vous dise ma pensée sur le different qui vous trouble depuis long temps, entre ceux qu'on appelle Episcopaux, & ceux qu'on nomme Presbyteriens. Quoy que je m'en sois déjà diverses fois expliqué, & par des Lettres que j'ay faites sur ce sujet à plusieurs personnes, & dans mon livre mesme de la Defense de la Reformation, où parlant de la distinction de l'Evêque & du Prestre, j'ay dit formellement que je ne blamo pas ceux qui l'observent comme une chose fort ancienne, & que je ne voudrois pas qu'on s'en fît un sujet de querelle dans les lieux où elle se trouve établie, pag. 366. Et quoy que d'ailleurs je me connoisse assez pour ne pas croire que mon sentiment doive être fort considéré, je ne laisseray pas de vous temoigner dans cette occasion, comme je feray toujours en toute autre, mon estime Chrestienne, mon respect, & mon obeissance. C'est ce que je feray d'autant plus que je ne vous diray pas simplement ma pensée particuliere, mais le sentiment du general de nos Eglises.

Premierement donc, Monseigneur, nous sommes si fort éloignez de croire qu'on ne puisse en bonne conscience vivre sous vostre discipline, & sous vostre Gouvernement Episcopal, que dans nostre pratique ordinaire nous ne faisons nulle difficulté, ni de donner nos chaires, ni de commettre le soin de nos troupeaux à des Ministres receus & ordinez par Messieurs vos Evêques, comme il se pourroit justifier par un assez grand nombre d'exemples, & anciens, & recens, & depuis peu Mr. Duplessis ordiné par Monsieur l'Evêque de Lincoln a été établi, & appellé dans une Eglise de cette Province, & Monsieur Wicars, que vous, Monseigneur, avez receu au S. Ministère nous fit l'honneur il n'y a que quelques mois de prescher à Charemon à l'edification universelle de tout nostre troupeau. Ainsi ceux, qui nous imputent à cet égard des sentimens éloignez de la paix & de la concorde Chrestienne, nous font assurément injustice.

Je dis la paix & la concorde Chrestienne, car, Monseigneur, nous croyons que l'obligation à conserver cette paix & cette concorde fraternelle, qui fait l'unité extérieure de l'Eglise, est d'une necessité si indispensable, que S. Paul n'a pas fait difficulté de la joindre avec l'unité intérieure d'une mesme foy, & d'une mesme regeneration, non seulement comme deux choses qui ne doivent jamais être separées, mais aussi comme deux choses dependantes l'une de l'autre, parce que si l'unité extérieure est comme la fille de l'intérieure, elle en est aussi la conservatrice. *Cheminez, dit il Ephet. 4. com-*

me il est convenable à la vocation dont vous êtes appelés, avec toute humilité, & douceur, avec un esprit paisible, supportant l'un l'autre en charité. *Estant soigneux de garder l'unité de l'esprit par le lien de la paix.* D'un côté il faut dépendre cette charité fraternelle, qui nous joint les uns avec les autres, de nostre commune vocation, & de l'autre il nous enseigne, qu'un des principaux moyens de conserver en son entier cette commune vocation qu'il appelle l'unité de l'esprit, est de garder entre nous la paix. Selon la première de ces maximes nous ne pouvons avoir de paix, ni de Communion Ecclesiastique, avec ceux qui ont tellement dégénéré de la vocation Chrétienne, qu'on ne peut plus reconnoître en eux une véritable & salutaire foy, principalement lors qu'à des erreurs mortelles ils ajoutent la tyrannie de l'ame, & qu'ils veulent contraindre la conscience, en imposant la nécessité de croire ce qu'ils croient & de pratiquer ce qu'ils pratiquent. Car en ce cas le fondement & la véritable cause de la communion extérieure n'étant plus, la communion extérieure cesse aussi de droit, & il n'y-en peut plus avoir de légitime. Selon la seconde maxime nous ne croyons pas qu'une simple différence de gouvernement, ou de discipline, ni même une différence de cérémonies innocentes de leur nature, soient un sujet suffisant pour rompre le sacré lien de la communion. C'est pourquoy nos Eglises ont toujours regardé & considéré la vôtre, non seulement comme une sœur, mais comme une sœur aînée pour qui nous devons avoir des tendresses accompagnées de respect & de vénération, & pour qui nous présentons sans cesse à Dieu des vœux tendres. Nous n'entrons point dans la comparaison de votre ordre, avec celui sous lequel nous vivons. Nous savons qu'il n'y-en a, ni n'y-en peut avoir aucun entre les hommes, qui par nostre corruption naturelle ne soit sujet à des inconvénients, le nôtre a les siens comme le vôtre, & l'un & l'autre sans doute ayant leurs avantages & leurs désavantages à divers égards, *alternis vicibus & viciis.* Il nous suffit de savoir que la même Providence Divine qui par une nécessité indispensable, & par la conjoncture des choses, mit au commencement de la Réformation nos Eglises sous celui de Presbytérat, a mis la vôtre sous celui de l'Episcopat, & que comme nous sommes assurés que vous ne méprisez point nostre simplicité, nous ne devons pas aussi nous élever contre votre Dignité. Ainsi, Monseigneur, nous desapprouvons entièrement, & voyons avec douleur, de certaines extrémités où se jettent quelques uns de part & d'autre, & les uns regardant l'Episcopat comme un ordre si absolument nécessaire que sans-luy il n'y peut avoir ni de société Ecclesiastique, ni de légitime vocation, ni d'espérance de salut, & les autres le regardant avec indignation comme un reste d'Antichristianisme. Ce sont également des chaleurs & des excès qui ne viennent point de celui qui nous appelle, & qui pechent contre les loix de la sagesse & de la charité.

Voilà, Monseigneur, nos véritables & sincères sentiments communs, pour ce qui vous regarde, & puis-que vous desirez que je descende un peu plus particulièrement à l'état où se trouve votre propre Eglise, par les divisions intestines qui la travaillent, permettez-moy que je ne vous dise mes pensées qu'en vous expliquant mes souhaits, & les desirs de mon cœur, sur une chose aussi importante que l'est celle là. Je souhaiterois donc de toute mon ame que ceux qui sont allés jusqu'à ce point que de songer à rompre les liens extérieurs, & la dépendance mutuelle de vos troupeaux, pour donner à chaque Eglise particulière une espèce de souveraineté de gouvernement, considéraient bien si ce qu'ils prétendent faire n'est pas directement contraire à l'esprit du Christianisme qui est un esprit d'union, & de société, & non de division. Qu'ils considéraient que sous prétexte que le principe des Réformés est d'avoir en horreur la domination humaine sur la foy, & sur la

conscience, comme une chose destructive de la Religion, il ne faut pourtant pas ni rejeter tout frein de discipline, ni secouer tout joug de Gouvernement, ni se priver des secours que nous pouvons tirer de l'union générale pour nous affermir dans la vraie foy & dans la vraie piété. Qu'ils considéraient enfin que la même raison qui leur fait désirer l'Indépendance des troupeaux, peut être aussi employée pour établir l'Indépendance des personnes dans chaque troupeau. Car un troupeau n'a pas plus de droit de vouloir être Indépendant des autres troupeaux, qu'une personne en auroit de vouloir être Indépendante des autres personnes. Or ce seroit ancantir toute discipline, jeter l'Eglise entant qu'en nous seroit dans une horrible confusion, & exposer l'héritage du Seigneur à l'opprobre de ses adversaires.

Pour ce qui regarde ceux qu'on appelle parmy vous Presbyteriens, comme je suis persuadé qu'ils ont de la lumière, de la sagesse, & du zèle, je souhaiterois aussi de tout mon cœur qu'ils gardassent plus de mesure dans le scandale qu'ils croient avoir autrefois reçu de l'ordre Episcopal, & qu'ils distinguassent les personnes d'avec le Ministère. Les personnes qui occupent les charges non seulement ont leurs défauts, mais il peut même quelquefois arriver que les plus saintes, & les plus éminentes charges soient possédées par des méchants, & en ce cas la raison & la piété veulent également qu'on ne confonde pas le Ministère avec le Ministre. A présent que Dieu par sa grace a ôté ce scandale de devant leurs yeux, & qu'il leur a fait voir dans les personnes de Messieurs les Evêques de la piété, du zèle, & de la fermeté, pour la conservation de la Religion, j'espère que cela même ne contribuera pas peu à l'adoucissement des esprits. D'ailleurs je souhaiterois qu'il leur plut de considérer que si dans le Gouvernement Episcopal il-y-a des inconvénients fâcheux, comme je ne doute pas qu'il n'y-en-ait, il-y-en-a aussi & de très-fâcheux dans le Presbyterien, comme je l'ay déjà dit. Nul ordre dont l'exercice est entre les mains des hommes n'en est exempt, l'égalité a ses vices, & ses excès à craindre, de même que la supériorité. Le plus sûr & le plus sage n'est donc pas de voltiger de l'une à l'autre, ni de risquer de faire un ébranlement général, sur l'espérance d'être mieux, quand même on seroit en autorité & en pouvoir de le faire. La prudence, la justice, & la charité Chrétienne ne permettent pas d'en venir à ces éclatantes & dangereuses extrémités, pour une simple différence de Gouvernement. Le plus sûr & le plus sage est de tâcher d'apporter quelque tempérament pour éviter, ou pour diminuer autant qu'il se peut les inconvénients qu'on appréhende, & non de recourir à des remèdes violents.

Je ne craindray pas d'appeler de ce nom celui de faire des assemblées à part, de se séparer des assemblées communes, & de se soustraire de votre gouvernement. Il n'y-a personne qui ne voye que ce seroit un véritable schisme & de sa nature ne peut jamais être qu'odieux à Dieu & aux hommes, & dont les auteurs, & les protecteurs ne seroient éviter qu'ils ne rendent compte devant le Tribunal de nostre commun Maître. Quand S. Paul nous a défendu de délaisser nostre commune assemblée, il a non seulement condamné ceux qui ne s'y trouvent point en demeurant dans leur particulier, mais ceux aussi sans doute qui en font d'autres opposées aux communes, car c'est rompre le lien de la charité Chrétienne qui ne nous joint pas seulement avec quelques uns de nos frères, mais avec tous nos frères, pour recevoir d'eux de l'édification, & pour leur en donner de nostre part, en vivant ensemble dans une même société. Et il ne seroit de rien de prétexter que la conscience résiste à se trouver dans des assemblées qui se font sous un Gouvernement qu'on n'approuve pas, & que ce seroit approuver extérieurement ce que l'on condamne intérieurement. Car outre qu'il faudroit bien examiner la

question, si ces résistances ne viennent pas d'une conscience trompée, par un jugement précipité, puisque les plus gens de bien sont souvent sujets à se former de tels scrupules qui au fond ne sont pas tout à fait légitimes. Outre cela, il faut distinguer trois sortes de choses, les unes que la conscience approuve, & reçoit, & auxquelles elle acquiesce pleinement, les autres qu'elle regarde comme insupportables, & comme destructives de la gloire de Dieu, de la vraie foy, ou de la vraie Piété, & de l'espérance du salut, & les autres enfin qui tiennent le milieu, c'est à-dire qu'on n'approuve pas à la vérité pleinement, mais qu'on ne croit pourtant pas mortelles à la vraie piété & au salut, en un mot qu'on regarde comme des taches & des infirmités supportables. J'avoue que quand on trouve dans des assemblées des choses de ce second ordre, ou que la conscience les juge telles, on ne peut y assister, & toute la question se réduit à savoir, si l'on ne se trompe pas sur quoy il faut bien prendre garde de ne pas faire de jugemens téméraires. Mais de s'imaginer qu'on ne puisse en bonne conscience assister à des assemblées, que lors qu'on y approuve pleinement & généralement toutes choses, c'est assurément ne pas connoître ni l'usage de la charité, ni les loix de la société Chrétienne. Ce principe renverferoit toutes les Eglises, car je ne say s'il-y-en a aucune dont le Gouvernement, la Discipline, la forme extérieure, les usages, & les pratiques soient dans une telle perfection, qu'il-n'y-ait absolument rien à redire, & quoy qu'il en soit comme les jugemens des hommes sont fort différens, ce seroit ouvrir la porte à des séparations continuelles, & abolir les assemblées. Il est donc constant que la conscience n'oblige point à se soustraire des assemblées, mais qu'au contraire elle nous oblige de nous y tenir attachés, lors que les choses, qui nous y choquent sont supportables, & qu'elles n'empêchent pas l'efficace salutaire de la Parole, du Culte divin, & des Sacremens. Et c'est à la faveur de ce support de la charité qu'est couverte l'assistance que nous donnons à des choses que nous n'approuvons pas entièrement. Voyez ce que *S. Paul* dit à ses *Philippiens* Chap. 3. *Si vos sentez quelque chose autrement, Dieu vous le revelera aussi. Toutefois chemions en ce à quoy nous sommes parvenus d'une mesme regle, & sentons une mesme chose.* Cela est bien éloigné de dire, des que vous auez le moindre sentiment contraire séparez vous, la conscience ne vous permet pas de demeurer ensemble. *Consilia separationis*, dit *S. Augustin* contre *Parmenian*, *inania sum & perniciofa, & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigant animos malos.* Quel funeste effets ne produiroit pas une telle séparation si elle s'établisoit au milieu de vous? De la manière que les esprits des hommes sont faits, on verroit bien-tôt naître de la différence des interets, celle des partys, celle des sentimens à légard même de la société civile, la haine mutuelle, & toutes les autres tristes suites que la division, qui n'est plus tempérée par la charité, produit naturellement. Je laisse à part le scandale qu'en recevroient toutes les Eglises Reformées de l'Europe, la joye qu'en auroient leurs adversaires, & les avantages qu'ils en retireroient, qui selon toutes les apparences ne seroient pas petits. J'ay trop bonne opinion de ces Messieurs qui croient que le Gouvernement Presbyterien est préférable à l'Episcopal, pour n'estre pas persuadé qu'ils font de sages & de serieuses reflexions sur toutes ces choses, & sur tant d'autres que leurs lumieres leur fournissent, & que la conscience, & l'amour de la Religion Protestante les empêchera toujours de rien faire, qui puisse estre blâmé devant Dieu, & devant les hommes. Car en-

fin je ne saurois croire qu'il-y-en-ait aucun parmy eux, qui regarde ni vostre Episcopat, ni vostre Discipline, ni quelques Ceremonies que vous observez, comme des taches & des erreurs capitales, qui empêchent qu'on ne puisse faire son salut, & même avec facilité, dans vos Assemblées & sous vostre Gouvernement. Il ne s'agit icy ni de l'esse, ni du bene esse, mais seulement du melius esse, qu'ils disputent avec vous, & cela estant ainsi la justice, la charité, l'amour de la paix, la prudence, & le zele Pour le general de la Religion ne consentiront jamais qu'ils se détachent de vous.

Mais, Monseigneur, puisque vous m'avez mis la plume a la main sur ce sujet, pardonnez, je vous supplie, à ma liberté, si elle va jusqu'à vous dire ce que je croy que vous aussi devez faire de vostre part. J'espère donc que dans ces occasions que Dieu vous presente vous ferez voir à toute la terre, & en convaincrez les plus incredules, que vous avez de la piété, du zele, & de la crainte de Dieu, & que vous estes de dignes ouvriers, & de dignes serviteurs de Jesus Christ. C'est déjà le temoignage que vous rendent les gens de bien, & que nul quelque mal intentionné qu'il soit n'ose contredire, & je ne doute pas que vous ne poussiez vostre vocation jusqu'au bout. Mais outre cela, Monseigneur, j'espère que vous ne defaurez point aux devoirs de la charité, & de l'esprit de paix, & que quand il ne s'agira que de quelques temperamens, ou de quelques Ceremonies qui servent d'achoppement, & qui en elles mêmes ne sont rien en comparaison d'une entière réunion de vostre Eglise sous vostre saint Ministere, vous ferez voir que vous aimez l'Epouse de vostre Maitre plus que vous mêmes, & que ce n'est pas tant de vostre grandeur, & de vostre dignité Ecclesiastique que vous desirez tirer vostre gloire & vostre joye, que de vos vertus Pastorales, & des soins ardens que vous avez de vos troupeaux. J'espère aussi que ceux que vous avez choisis, & appelez au S. Ministere, & ceux que deormais vous y appellerez avec un prudent discernement, reglez non seulement par le douceur, mais aussi par la severité de la Discipline, quand la severité sera nécessaire, marcheront sous vos traces, & suivront heureusement l'exemple que vous leur donnerez, pour estre eux mêmes en exemple, & en edification aux Eglises qui leur sont commises. Je finis, Monseigneur, par des prieres tres-ardentes que je présente à Dieu de tout mon cœur, afin qu'il luy plaise de vous conserver à jamais le flambeau de son Euangile, de repandre sur tout le corps de vostre Ministere une abondante mesure de son onction & de sa benediction celeste, dont celle de l'ancien *Aaron* n'estoit que l'ombre, afin qu'elle soit non l'emblemme & l'image de la concorde fraternelle comme cette ancienne, mais qu'elle en soit la cause & le lien. Je le prie qu'il veuille de plus en plus ramener le cœur des enfans aux peres, & des peres aux enfans, afin que vostre Eglise soit heureuse, & agreable comme un Eden de Dieu. Je le prie enfin qu'il vous conserve, Monseigneur, en parfaite & longue santé pour sa gloire, & pour le bien & l'avantage de certe grande & considerable partie de son champ qu'il vous a donné à cultiver, & que vous cultivez si heureusement. Je vous demande aussi le secours de vos saintes prieres, & la continuation de l'honneur de vostre affection, en vous protestant que je seray toute ma vie avec tout le respect que je vous dois,

MONSEIGNEUR,

Vostre tres-humble & tres-obeissant Ser-

viteur, & Fils en Jesus Christ,

CLAUDE.

FRIDERICI SPANHEMII
MISCELLANEORUM

AD

SACRAM ANTIQUITATEM

ET

ECCLESIAE HISTORIAM

PERTINENTIUM

LIBER NONUS.

QUI CONTINET

EXPETITUM JUDICIUM

SUPER

DISSIDIO ANGLICANO

ET CAPITIBUS,

Quae ad UNIONEM seu COMPREHENSIONEM
faciunt.

SACRAE REGIAE MAJESTATI. PRIMUM. HINC. ETIAM.
REVERENDISSIMIS. ANGLICANAE. ECCLESIAE. PRAE-
SULIBUS. TOTIQUE. CLERO. ANGLICANO. POST.
RESTITUTAM. GUILIELMO. ET. MARIA. AUGG. FELI-
CITATEM. REGNO. AUTHORITY. SENATUI. IN-
TEGRITATEM. LEGIBUS. SECURITATEM. RELIGIONI. LIBER-
TATEM. SUBDITIS. SALUTEM. UNIVERSIS. HAEC. PRO. IN-
STAUANDA. ECCLESIAE. PACE. ET. DISSIDENTIUM. FRA-
TRUM. REGIO. AC. CLEMENTISSIMO. TUM. ET. PATERNO.
FRATERNIQUE. AMPLEXU. SINCERA. VOTA. SUSPENDIT. ET.
HOC. QUAECUNQUE. JUDICIUM. SIBI. NUPER. IMPERATUM.
NONNULLORUM. ETIAM. PRECIBUS. EXPRESSUM. PROFEC-
TUMQUE. A. PIO. IN. REM. PROTESTANTEM. AFFECTU.
NULLA. CERTE. INGERENDI. SE. REBUS. ALIENIS. TEMERITA-
TE. PROTRUSUM. QUA. PAR. EST. ERGA. REGIAM. MAJESTA-
TEM. ANIMI. DEVOTIONE. ERGA. VENERABILES. IN. CHRISTO.
PATRES. OBSERVANTIA. ET. IN. FRATRES. VERISSIMO. STU-
DIO. EXPENDENDUM. CASTIGANDUM. AC. SI. ITA. VIDEBITUR.
REFIGENDUM. SUBJICIT.

FRIDERICUS SPANHEMIUS,
S. Th. D. & Prof. Primarius in Acad. Bat.

AUGUSTINUS *Epist.* CXVIII. quæ dicitur *Liber I. ad Januarium paragr. 2.*

Alia verò qua per loca terrarum regionesque variantur, sicuti est quòd alii jejuniunt Sabbatho, alii non, alii quotidie communicant Corpori & Sanguini Domini, alii certis diebus accipiunt, alibi nullus dies prætermittitur, quo non offeratur &c. & quid hujusmodi animadverti potest, totum hoc genus rerum liberas habet observationes: nec disciplina ulla est in his melior gravi prudentique Christiano, quam ut eò modò agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quam forte devenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter est habendum, & propter eorum, inter quos vivitur, societatem servandum est. Mox eadem *Epist. paragr. 6.* Ipsa mutatio consuetudinis (in eo quod non contra fidem sit, aut contra mores,) etiam ea qua adjuvat utilitate, novitæ perturbat. Quapropter qua utilis non est, perturbatione infructuosâ consequenter noxia est.

CAROLUS II. REX Declaratione suâ, XXV. Oct. A. MDCLX.

De Rebus Ecclesiasticis.

In magnum nobis gaudium ac solamen cessis, quod gravissimos doctissimosque ex Angliâ Theologos, qui habebuntur maxime idonei ac præcipui dogmatum Presbyterianorum assertores, invenimus cum in nos pietate, tum in Ecclesia & Republica pacem zelo, repletos; nec (ut fama ferebat) Episcopatus aut Liturgia hostes, sed modeste flagitantes, ut in utroque istiusmodi alterationes fierent, quæ inconcussis fundamentis præsentis verum confusio, & animorum dyscrasia, ac conscientiarum teneritudinis mederentur.

SECTIO I.

Comprehensio, quam vocant, Anglicana momentum, obices, ad eam motiva hodierna.



EXPLORATUM est Viris non obsecratis, spon superesse Gallo, Jacobo, Jesuitis, ac Papistis omnibus, præcipuam, in Distractione uti Anglicanorum Procerum, atque Episcoporum inter sese, ita etiam Conformistarum, ut loquuntur, ab iis qui Non-Conformista, Dissidentes, Presbyteriani, Puritani, Sectarii, Schismatici, Aëriani, Falsi Fratres, &c. hæcenus audiverunt.

Ex postremâ hæc divisione, utique æmulationum acerba, diffidentiae mutuae, consilia adversa, judicia veritati & charitati plerumque contraria, ac semina perpetua dissensionum, & turbarum, in utroque Regimine Civili & Ecclesiastico. Nec probatione opus est; ubi rerum testimonia loquuntur, nil fuisse in eo Regno

— magis inter se disjunctum, discrepansque.

II. Plurimum debent omnes boni prudentiae Regiæ Majestatis & Parlamenti, ob sublatas nuper admodum leges penales, priorum temporum iniquitate introductas, quantum attinet ad Non-Conformistas Protestantes, ut vocati sunt, seu Dissidentes præcipuè in causâ Regiminis Ecclesiæ, Liturgiæ, & Ceremoniarum. Experientia tamen testatur, haud sufficere id redintegrandæ Unioni, & conciliandis in Regno Anglicano animis. Imò verò hinc suspiciones mutuae, & metus præposteri, prout

Prona est timori semper in pejor fides.

Et inde creduntur plurimis magis esse abalienati Non-Conformista ab Unionem cum Ecclesiâ Anglicanâ, obstinatiores jam scilicet, eâ indulgentiâ sibi factâ, robur additurâ & incrementum schismati, ut causari nonnullos ipse meis auribus accepi. Vicissim qui Ecclesiâ Anglicanæ vehementiore affectu adhærent, videntur aversi magis à Non-Conformistarum amplexu, horum suspicati jam odia, vel insidias, aut molimina pro abolendo in Angliâ Episcopatu. Ità quæ posse fieri nemo putat, sub Sapientissimo Regum, sub Regina Disciplinæ Episcopali innutritâ, Legumque Anglicanarum præsidio, isti metuent tamen, quod olim *Tragicum*:

Iliacos intra muros peccatur, & extra.

III. Frustrâ verò tentabitur negotium arctioris Unionis, seu *Comprehensionis*, salutare toti Orbi Protestanti. I. Quamdiu his suspitionibus malis 1 *Tim. vi. 4.* vel affectuum irritamentis, erunt animi occupati, πνεύμα ἁγίου

lav amaram æmulationem dixit Jacobus Jac. III. 14. 2. Dum vitia singulorum adscribentur universis, in Ordine utroque, seu Episcopali, seu Presbyteriali, ut accidit quandoque. Hinc tot linguæ, calami, hæcenus ferè gladiatorum aciem æmulantes. 3. Quamdiu respiciet quisque id quod ad se interest, ingenio naturæ vitio, tollentis non quid Regno, quid Ecclesiæ, sed quid rebus vel commodis suis conducatur magis; contra Pauli momentum 1 *Cor. x. 24. 33.* 4. Quamdiu serviet quisque suæ Hypothesi, & urgebitur utrimque, ut est factum antea, *Lex Divini atque immutabilis juris, aut lex conscientie*, in iis quæ spectant ad Ordinem externum, ad externos Ritus, ad Formulas publicas, quæ non nisi convenientiæ, unitatis, atque ædificationis causâ, fuere introductæ, nullâ autem Dei lege vel præcepta, vel prohibita, ut ingenuè à pluribus agniti traditumque est.

IV. Hinc suppono, nullum esse locum ulteriori Unioni seu *Comprehensionis*, ut coalescant in eodem Cœtus, sub eodem Episcopali Regimine, eademque Disciplinâ, quamdiu ibitur utrimque in hæc extrema. Illinc enim sunt, qui ad eò Episcopale regimen, seu Hierarchicum, censent esse *Divini juris*, prout istud stabilitum est Canonibus seu Constitutionibus Anglicanis, ut nullam illius moderationem, aut in exercitio reformationem, prorsus velint; Imò juxta ipsos, extra eam formam Gubernationis nulla sit Ordinatio, nullum S. Ministerium, nulla Sacramenta, hinc nec Gratia, quæ illis alligatur, nec Ecclesiâ, neque propemodum Salus. Nota sunt Angliis Virorum Doctissimorum scripta, etiam nupera, ac Nominibus parcimus. In eâ etiam classe sunt, qui substantiam seu essentialiam Christiani cultus constituunt, in observatione hodierna Liturgiæ, & in Ritibus atque Officiis Ecclesiæ Anglicanæ. Taceo qui, in hodierno Clero, *Calvini doctrinam*, aut illam *Synodus Dorderacena*, quæ eadem cum *Lambethanis* Articulis, Whitgifto Cantuariensi Præsule, habent in fundamentalium errorum Ordine, invidiosè nimis in Fratibus traducendam. Hinc verò sunt Non-Conformistæ rigidiores, qui ad eò abhorrent ab omni Episcopali Disciplinâ, & usu Liturgiæ Anglicanæ, quantumvis recensendæ emendandæque, saltem ex plurium votis, ad eò, quoque abhorrent ab omnibus in cultu externo Ceremoniis, ut istorum vel nomen offendat, quin in his Anti-Christianismi & Papismi imaginem cernant, Regimen autem per *Ministros Verbi* autoritate paret, & Seniores Laicos, vel etiam *Independentiam* Ecclesiarum, censent ex oppositò esse Divini & Apostolici instruti, Universalisque juris, sine quo non consistat Christi Ecclesiâ.

V. Innumeros tamen esse hodiè putem Dei benefici-

cio in utroque Ordine, qui æquius ac moderatius sentiunt. Quò fit, ut isti fateantur servari utrobique, illic in Ecclesiâ Anglicanâ, hinc in Ecclesiis Reformatis Galliæ, Belgii, & aliis, quæ utuntur seu Presbyteriali, seu affini huic disciplinâ, servari (inquam) essentiam Religionis, & magnam esse utrimque consensionem, quoad *Fundamentalis doctrina* capita, quoad usum *Sacramentorum*, & substantiam *Cultus* Christiani eorumque quæ ad pietatem & salutem faciunt. Unde nec defuere Episcopales, quamquam non omnes volo, nonnullis in contrarium exemplis, qui exactis olim Angliâ Episcopis, non detrectarunt Communionem Sacram in Cœtibus Presbyterianis, secundum Liturgiam Gallicanam, Belgicam, Palatinam, Helveticam &c. Vicissim Transmarini Reformati, & qui æquius sentiunt de Episcopatu, faciles interfunt ac se adjungunt Communioni, & Precibus secundum Liturgiam Anglicanam. Hinc jam olim moderata utrimque judicia, & mutui amplexus inter *Episcopalis* & *Presbyterialis* Ecclesiæ membra, seu intra, seu extra Angliæ Regnum. Et notum, quam reverenter de Ecclesiâ Anglicanâ senserint primi Reformatores, Calvinus ipse in non unâ Epistolâ, Beza, Martyr, Bucerus, Zanchius, Helvetii, Palatini, Genevates, Galli &c. Quod aliàs observatum est a nobis in *Animadversionibus de Variis Ecclesiarum Politis, & de Anglicano Episcopatu*. Vicissim sanctam cum extraneis, & alterius disciplinæ viris, subinde communionem coluerunt, seu in Archiepiscopis Crammerus, Parkerus, Grindallus, Whitgiftus, G. Abbotus, Juxonus, Usserius Armachanus, & nuper Tillotsonus laudatissimæ memoriæ, &c. seu in Episcopis Poinetus, Latimerus, Hooperus, Ridlæus, Pilkingtonus, Juëllus, Alley, R. Abbotus, Jamesius, Lancelottus Andreæ, Hallus, Mortonus, Downamus, Davenantius, Prideauxius, Carletonus, Sanderfonus, Rainoldus, Wilkinsius, Brounriggus, Waltonus, Fullerus, Fellus, Barlovius, &c. & quamplurimi id genus Præsules eximii, ut de superstitibus nihil nunc dicam. Ac notissima res est, quam ardentibus votis etiam pii *Episcopi*, ac præclari in Angliâ Doctores, sub prioribus Regibus, exoptarint eam concordiam atque unionem, cum alterius Disciplinæ Fratribus, sæpè tentatam, sed molitionibus occultis Papistarum, ac fervidis quorundam rigidè Hierarchicorum, toties interversam turbatamque, scilicet ex istorum mente,

Vix tanti fuerat civilia bella moveri.

VI. Inter hos, qui ita sentiunt, aut deinceps speranda est, intrâ Angliæ Regnum, arctior quædam unio, & communio Sacrorum, *Comprehensionis* nomine, sub æquissimo Regum, ac pietissimâ Reginarum, ad hæc Sapientissimis Præsulibus, aut nunquam aliàs. Neque dubium est, quin prudentissimi quique in Presbyteriali Ordine consensuri sint, tam in iis quæ ad *Episcopales* in Angliæ regno *prærogativas* spectant, quam quæ ad formam *Cultus Liturgici*, modò sublata fuerint potissima gravamina, quæ vel honorem prioris sui Ministerii, vel conscientiam multorum, lædere hæctenus visa sunt.

VII. Fundamentum verò duraturæ æternum Unionis, vel *Comprehensionis*, convenit esse solidum, sincerum, procul omni *equivocatione* verborum, aut *coarctatione*. Ut sic ad communionem cum Ecclesiâ Anglicanâ suaviter & rationabiliter inducantur, quotquot non titant nimis affectibus, aut commodis propriis, nec conceptis præjudiciis tenaciter plus justo adhærent, memores tum ultimi Christi depositi, tum signaculi Christianorum, pacis & charitatis. Quales esse Viros Eximios, quorum magna est in Presbyteriali Ordine auctoritas, compertum habeo.

SECTIO II.

De Consensu Utriusque Partis, quoad Doctrinam Christianam summam. Et de Gravaminibus nonnullorum, circa Doctrinales quosdam Articulos Confessionis & Liturgia Anglicana.

Præcipuum igitur fundamentum mutæ Communionis esse debet Communio ejusdem *Fidei ac Doctrinæ*, eorundem *Sacramentorum*, ejusdem *Cultus* Christiani, quoad substantiam rei, & salutis impetrandæ necessitatem. Hoc fundamentum jam Dei beneficio positum est, dum utrique, tam qui Hierarchici audiunt, quam qui Presbyteriani, suscribunt *Articulis Confessionis Anglicanae* Anni 1562. tam fortiter defensæ à Magno Juëllò, confirmatæ solemniter Anno 1571. auctoritate Parlamenti, dein & sub Jacobo I. Carolo II. laudatæque primis Reformatibus, atque ob harmoniam insignem insertæ Syntagmati Confessionum.

II. Fateor motas circa *Articulos* nonnullos fuisse difficultates, sed quæ post factas declarationes deinceps non morentur compositas ad fraternam communionem & charitatem mentes. Nihil dicimus de *Articulo xx.* ejus Confessionis aliquando controverso, ex Thomâ Rogerio ad hunc *Artic.* Thomâ Fullero, *Hist. Eccles. Lib. xx.* & aliis. Primitus verò uti habuit *Articulus* Anno 1562. dein 1571. quando confirmatus est statuto Parlamenti, idemque insertus *Doctrina Anglicana Ecclesiæ Doct. Mocketi, Jacobo Rege, tandem & Harmoniæ Confessionum Parte.* nihil eò expressum fuit, nisi quod *Ecclesiæ potestas*, seu Romanæ, seu cujuscunque, subordinatur *Dei Verbo*, ut non liceat quicquam instituire, quod huic adversetur, seu in credendis seu in faciendis. Quo sensu controversia super hoc *Articulo* nulla. Ast præmissa in aliis Editionibus assertio gemina est. 1. *Ecclesiæ habere potestatem decernendi Ritus ac Cerecmonias*, seu decernendi circa *Adiaphora, Verbo Dei non expressa*, id est nec præcepta, nec prohibita, ordinis & decentiæ causâ. Qui sensus omninò est Confessionibus aliis expressus, *Bohemica, Augustana, Helvetica, Gallicana, Belgica, Saxonica* &c. & mox *Articulo* Anglicano xxxiv. 2. *Habere Ecclesiæ Auctoritatem in Controversiis fidei*. Quod nemo sensu Pontificio acceperit, nec nisi de auctoritate ministerii, & *judicii discretivi, seu explorativi* ad normam scripturarum, adeoque de auctoritate non *absolutâ*, sed ad legem Divinam adstrictâ. Quale & Dordracenæ Synodo *judicium* Belgæ vindicarunt, & Nationalibus Synodis Galli, & Conciliis sanctioribus Antiquitas. Nec aliter jam Thomas Rogers, impensè addictus *Episcopali Disciplinæ*, in *Doctrinâ suâ Catholicâ*, ad hunc *Articulum, Propos. 3.*

III. *Articulus xxxiv.* qui ex parte concurrat cum præfato *Artic. xx.* passus aliquando est Non-Conformitarum objectiones & scrupulos. Est is, quo approbantur *Cerecmonia*, quæ *publicâ auctoritate* institutæ sunt, & quæ *nihil habent contrarii Verbo Dei*. Quæ adèo *privato consilio & datâ operâ non sint violanda*, mutari tamen possunt, vel abrogari, ab *Ecclesiâ quavis particulari seu Nationali*. Ubi designantur hujusmodi *Cerecmonia*, quæ suâ naturâ *indifferentes* sunt, nec divinitus præceptæ, nec prohibitæ, & quæ censentur tantum esse ordinis, convenientiæ, vel praxeos primitivæ, facientesque ad majorem *Cultus* publici reverentiam. De quibus infra pluribus: Nihil hic reipsâ *Confessio Anglicana*, quod non omnis Antiquitas, & magna consensione Theologi. Atque indè est, quod Nicæni Patres, dein sequentium Synodorum illi, in rebus quæ ad ordinem externum, vel externam politiam, ac disciplinam, pertinerent, provocent non ad Divinam constitutionem, sed ad antiquas consuetudines, & ad *Patrum regulas*. Nec id in *Cerecmoniis* tantum & *Ritibus*, sed etiam in iis quæ ad formam *Gubernationis, re aliter compositâ, seu alio ordine, providentiâ quam initio ceperat, postquam omnibus locis sunt Ecclesiis consuetæ*, ut Auctor *Commentarior. in iv. ad Ephesios,*

sub Ambrosii nomine, *Tomo v. pag. m. 355.* Undè in omnibus cum olim Christianorum Ecclesiis, Socrate teste *Hist. Lib. v. Cap. xxii.* tum postea Protestantium illis, Valdenses, Bohemicis, Polonicis, Germanicis, Helveticis, Belgicis, Gallicanis, ipsaque Genevensi, magna semper fuit *Ordinis & Rituum*, institutorum *publica auctoritate*, & libertas, & varietas, omnisque adeo *Ecclesiastica Potestas vel Disciplina.* Ad *Confessiones* in Synagmate collectas, ubi de Ordine, Ritibus, Ceremoniis, & in *eis Praefationes*, speciatim Lutheri, Melancthonis, aliorumque in *Confessionem Waldensium.* Sed & loquuntur *Ordinationes seu Constitutiones* Ecclesiasticae singularum Nationum, ac saepe Provinciarum, vel in *Fœderatâ Belgicâ*, inter se haud parum discrepantes.

Quo factum est, ut Apostoli, constitutis iis quae faciunt ad fidei fundamentum, ad integritatem Divini Cultus, ad substantiam S. Ministerii, ad essentiam Regni Christi, & ad necessitatem *Ordinis*, in omni Ecclesiâ observandi; specialem hujus determinationem, ac specialiores circumstantias, reliquerint Ecclesiarum libertati. Indè nati *Canonis* Disciplinares Ecclesiæ Veteris, seu *Ecclesiastica Regula*, quales etiam ante Nicænos extitisse indubium, vel ex *Canone Nicæno Secundo*, frequentissimis jam antea Synodis. Quos tamen frustra dictos esse *Apostolicos* Canones, quasi immediatè ab ipsis Apostolis ita sancitos, aut Apostolorum Discipulis primæ successione, rectè Viri Docti statuerunt. Ipsos Apostolos pro ratione locorum & circumstantiarum *diversimodè ordinasse Ecclesiæ regimen*, ex professo Magnus Stillingfleetius, contra Parkerum & *ἐπιφύτας*; in *Irenicò* quondam suo.

Satis igitur Apostolis fuit, *latè* ab ipsis lege, & passim confirmatâ, si in Ecclesiæ *Regimine* fierent omnia ad ædificationem *1 Cor. xiv. 26.* omnia quoque decenter & ordine *1 Cor. xiv. 40.* si sectarentur Christiani quæcunque vera, veneranda, iusta, munda, laudabilia *Phil. iv. 8.* si non desererentur congregationes mutue *Hebr. x. 25.* si constituerentur gregibus Episcopi, Pastores, Ductores, Ministri verbi & sacramentorum *Act. xx. 28.* & passim in *Epistolis.* Ita si manus citò imponerentur nemini, id est non requisitis dotibus instructo, probatoque doctrinâ & vitâ *1 Tim. iii. 2. 10. v. 22.* Si nemo se non vocatus, non missus, non legitime constitutus, *ab eis qui habent auctoritatem*, (ut est *Articulo Confessionis xxxiii.*) intruderet *Job. xx. 21. Rom. x. 15. 1 Cor. vii. 17. 20. Tit. 1. 5. Hebr. v. 4.* Si Pastores, Ministri, donum quod in se esset non negligerent, pascere, arguerent, hortarentur &c. nec ut *dominantes Cleris* *1 Tim. iv. 14. 16. 1. Petr. v. 2.* & id genus locis. Sic in causâ *Disciplinae* factis fuit, ex Apostolorum præscripto, si arcerentur flagitia, scandala, hæreses *Tit. iii. 10. 2 Thess. iii. 6.* neque cum talibus sancti communicarent *1 Cor. v. 9. 10. Ephes. v. 2. &c.* Undè & requisitum sanè, ut Pastores seu Ministri Verbi ligati & solverent, remitterent ac retinerent peccata, cum verbo, tum disciplinâ, notissimis iterùm locis, nisi jam Pastores esse desinant. De cætero, datæ generales leges, ut *ordinis & decencie* *1 Cor. xiv. 40.* sic *libertatis* Christianæ *Gal. v. 1.* Christianæ *prohibitiæ* *Matth. x. 16. 1. Cor. x. 15. charitatis* *Rom. xiv. 19. 20. 21. &c. tolerantia mutue* *Phil. iii. 15. 16. subjectionis* respectu summæ potestatis *Rom. xiii. 1. Tit. ii. 1. 1. Petr. ii. 13.* Nec sanè voluerunt Christus & Apostoli, in externis Ecclesiæ, in ratione *modi & ordinis* quò res fierent, aut in iis quæ necessario nexu cohererent cum *Civili* Ordine, intercedere Magistratum iuribus, aut moribus vel Politis Ecclesiarum, publicâ auctoritate instituendis, pro variâ conditione & ingenio populorum. Novèratique præscio venturorum Spiritu, mundanis Politis, quæ forent Ecclesiæ hospitia, surrecturas esse in Orbe Christiano, diversissima formâ, legibus, constitutionibus, variate natis pro circumstantiis locorum atque temporum. Et hoc voluit *Articulus iste xxxiv.* nec alia metis fuit maximam in Britannia ipsâ *Priestalem, Doctorumque*, jam indè à *Grammæro* Ar-

chiepiscopo, & temporibus Eduardus vi. ut pluribus esse aliàs evictum: *Certam nempe ac specialem formam* Ecclesiasticæ gubernationis, vel *Disciplinae*, in *Scripturis præscriptam esse nullam, relinquendam Ecclesiarum libertati.* Quod ipse Archiepiscopus Whitgiftus, rigidior alias in dissentientes, nominatim in Thomam Cartwrightum, non semel professus est sub Elizabethâ, in suis ad horum *Libellos Responsis.* Adde si vis Coxum, Whitakerum, Perkinsum, Sutlivium, Willetum, Cofinum, Loum, Bridgesium, Hookerum, Cracanthorpium, Halesium, Chillingwortium, Sanderfonum, Doctores alios incluti inter Britannos nominis, productos alibi à Spanhemio *Animadvers. xiii. de Ecclesiarum Politia*, quin ab ipso Roberto Parkero, passim utroque *Libro de eadem Politia*: sed hodie sit omnium instar Reverendiss. Stillingfleetius, qui *nullam* istiusmodi *formam Disciplinae* fuisse à *Christo determinatam*, nec ab *Apostolis*, multis adversus Parkerum adstruxit *Irenici* Parte *xi.* etiam ex Britannorum suorum consensione.

IV. Nec desuerunt quibus *Articulus xxxv.* scrupulum movit, in quo de *Tomo Utroque Homiliarum, diligenter & clarè in Ecclesiis per Ministros Populo recitandis.* Quarum prior *Tonus, Homilias xii. complexus*, publicâ sancitus fuerat auctoritate sub Eduardo vi. alter constans ex *Homiliis xxi. confirmatus* sub Elizabethâ; & quarum *Homiliarum summam fideliter exhibet Doctor Mocketus, G. Abbote Cantuariensi à Sacris domesticis, in Doctrinâ Ecclesiæ Anglicanæ*, cujus etiam libri cum laude meminerunt Fullerus *Hist. Libro x.* & alii. Sed aberunt circa hunc *Articulum* scrupuli, si *Homiliae istæ* non intercedant deinceps publicis, ubi haberi poterunt, concionibus Ministrorum, nec concionandi in his officio; si non habeantur pro *Fidei* regulâ, à privatis eæ *Doctoribus vel Sacellanis* concinnatæ; si *Apocryphæ* in iis citationes non æquiparentur *Canonicis*; si denique ea lectio ob *Doctrinâ & Præceptorum* in iis sanctitatem, ac simplicitatem dictionis, censetur habita illo tempore fuisse tanquam magnoperè utilis, & ad ædificationem faciens. Inprimis quando habiles *Concionatores* deerant, nec nisi *Disputantium clamoribus* *Cathedræ* resonabant. Usque adeo ut Anno *ii. Eduardi Sexti, Proclamatione Regiâ, Conciones omnes inhiberentur*, absque speciali indulto Regis, vel *Archiepiscopi Cantuariensis.* *Proclamationem* exhibet Fullerus ad *Annum 1548. Libro vii. p. 388.* ex quâ eorum temporum ratio intelligitur. Quâ ratione in plurimis *Reformatæ Galliæ Ecclesiis, quibus quotidiani Pastores deerant, Conciones Calvinii in Jobum, in communi casu ex pulpito recitatas, Pastorum vice fuisse, & nunc adhas esse asperrimis temporibus*, monuit suâ *Praefat. Venerabilis Beza.* Ne de *Veterum Ecclesiasticis Lectionibus* hinc referam ex *Eusebio, Hieronymo, Chrysostomo, aliis; Laodicensis tamen prohibentibus* *lectionem* *7. ananias* *βιβλιον, Can. lxx.*

V. *Articulus xxxvi.* qui agit de *Libello Consecrationis Archiepiscoporum & Episcoporum*, supponitque hanc differentiam *Ordinis & Gradus* in Ecclesiâ Anglicanâ, præcipuus offensionis lapis, jam olim visus est.

Nec tamen moderatiores *Presbyteriani*, intra *Angliæ* quidem *Regnum*, sublato volunt, aut *Episcopos, aut Metropolitanos* Provinciarum, seu *πρωτες Ἐπισκοπους*, quos *Lex Anglicana* sanxit, & *Ecclesiâ* à primâ *Antiquitate* venerata est, pridem certè ante *Nicænos Patres*, qui *jura Provinciarum seu Metropoleôn* confirmarunt *Canone vi.* Quales etiam *Theologi* penè omnes *transmarini*, ab initio *Reformationis*, constanter respuerunt, ut alias monitum est, nostris *Animadversionibus* contra *Accusatorem Belgam.* Licet offenderit saepe *arbitraria* aut solitaria eorum potestas, ac *species* *Dominici & mundani Imperii*, quam nec probarunt *Anglicanæ Ecclesiæ* *Viri graves*, & de quâ eximie nonnulla *Isaacus Barrovius, Carolo ii. à sacris Ordinariis, libello de Unitate Ecclesiæ* p. 31. &c. Nihil etiam *Confessio Anglicana de Ordine Episcoporum*, ut iste à *Presbyteris* distinguitur, tan-

tanquam qui sit *Divini* aut *Universalis* in omni Ecclesiâ juris, quæ nec magni Juelli Sarisburiensis sententia fuit, in Defensione Ecclesiæ ac Doctrinæ Anglicanæ. Nec probat Confessio *abusus*, si qui sunt, in exercitio Episcopalis aut Archiepiscopalis prærogativæ, quos nec pii hodieque Præfules probant. Et *formam Consecrationis* quod attinet, vel *Ordinationum*, loquitur Confessio de tali formâ, quæ ut legibus stabilita est, & ordinis est externi, consistens in Orationibus è scripturâ, Admonitionibus &c. ita nihil in se contineat *superstitiosum* vel *impium*. Cum primis verò egit Confessio de eo Libello qualis fuit tempore Elizabethæ; *mutationes* quasdam & *alterationes* passio sub Carolo II. iniquioribus temporibus, quæ ut *offenderunt* viros graves, ita facilis hinc medela fuerit. Quâ de re infra ubi de Gravaminibus nonnullis circa *Libellum hodiernum*, Capite VII.

VI. Summa etiam inter Anglos consensus est, in Articulo xxxvii. qui est de *Prærogativis Regis*, Regisque *Suprematu* Anglicano, seu potestate externâ & directivâ, tam in Civilibus quàm in Ecclesiasticis causis, & in personas quascunque. Qualem nempe ab antiquo Christiani Imperatores, ac Reges, hodieque Germaniæ Protestantis Principes, sibi vindicarunt, invadendum à Romano Pontifice per summam tyrannidem, & ab isto usurpandum; etiam contra Dei Verbum. Unde & illam asseruerunt Leges Regni, etiam sub Pontificio Dominatu, ut pluribus Reverendiss. Burnet *Parte 1. Historiæ Reformat. Anglicanæ*, ad A. 1531. &c. Nec Presbyteriani difficiles sunt in præstando *Juramento Fidelitatis*, & *Adlegantia*, ut loquuntur, & abnegandâ omnem extraneâ Jurisdictione, in specie Papali, imò paratissimi semper. Regi autem nulla potestas tribuitur *formaliter* Ecclesiastica, qualis illa Clavium est, & S. Ministerii: non magis, quàm Oziaz Regi adolendi incensum, vel Arcam atrectandi.

VII. Maximum etiam ac sufficiens in *Confessione Anglicanâ*, & in *Liturgiâ*, ac *Constitutionibus* Ecclesiasticis, præsidium est, uti esse convenit, adversus hæreses *Arianas*, *Socinianas*, *Pelagianas*, *Semi-Pelagianas*, *Anabaptisticas* &c. passim gliscentes. Estque in tuto, secundum eas Formas Unionis, Doctrina Catholica; ex causâ, de S. Trinitate; de Incarnatione Verbi; de Satisfactione Christi; de Peccato Originis; de Prædestinatione & Electione; de Gratiæ necessitate & efficacîâ; de Justificatione gratuitâ hominis peccatoris coram Deo, per solam fidem &c. In iis verò Capitibus, quæ non definivit *Ecclesiâ Anglicanâ*, aut quibus non addita vis Legum, vel sufficiens Autoritas, (quos inter *Articuli Lambethani*, de Prædestinatione & Gratiâ, scripti Anno 1595. sub Whitgifto Cantuariensi, probante Huttono Eboracensi, pluribus apud Fullerum *Hist. Eccles. lib. ix. p. 230.*) ut est sentiendi facta libertas, sic non par est cuique Concionatori, per Canones Anglicanos, & factas declarationes, libertas movendi quæstiones litigiosas, aut in publico dogmatizandi, vel innovandi, ac sensa sua, & *ιδίας ὁμιλίαις* (*proprias* sic voco *explicationes*) obtrudendi minùs perito auditori pro *κλεινῶν δόξαις*.

VIII. Unus videtur Articulus Liturgiæ Baptismali insertus, qui offendit Presbyterialis Disciplinae Theologos. Est is per modum Rubricæ, de *indubiâ salute infantum baptizatorum, qui moriuntur ante admissum peccatum actuale*, idque ex *Verbo Dei*. Ita in precatione post Baptismum videtur statui, infantem unumquemque baptizatum etiam esse *regeneratum à Spiritu Sancto*; & in Catechesi insertâ libro Communium Precum, *effectum eum esse membrum Christi, filium Dei, & heredem regni caelorum*. Sed 1. Rubrica illa subjuncta formulæ Baptismali, inde ab Eduardi VI. temporibus, facilè vel omitti potest vel verbo elucidari. 2. Facilè etiam conciliari ista possunt cum sententia *Synodi Dordracenæ* Art. 1. *Num. xvii.* scilicet non esse ullo modo dubitandum de salute Infantum Christianorum, seu de remissione peccati originalis, quoad reatum omnem illi adhaeren-

tem, dum Fœderis gratuiti sigillum acceperunt. Nec certitudo illa de salute Infantum baptizatorum dicitur necessariò esse requisita in ipso *Ministro administrante* Baptismum. 3. Non etiam Ecclesiæ Anglicanæ, & tot Orthodoxorum Præfulum, hæc mens fuerit, Baptismum externum aquæ operari *ex opere operato*, seu abluere sordes animæ, negante Petro 1 *Pet. III. 21.* & quoque experienciâ de baptizatis aquâ, qui tamen nec regenti Spiritu S. fuere, nec certo salvandi, quales Simon Magus, & Apostata, aut temporarii sine fine. Sed nec illi, in infantibus baptizatis esse *fidem actualem*, aut *actualem respicientiam*, cujus sanè meminit Christus *Marc. XVI. 16.* & Paulus *Galat. III. 26. 27.* quando de *adultis* sermo illis fuit, Christo & Ecclesiæ inferendis.

Igitur Infans baptizatus dicitur *regeneratus Spiritu S. Dei filius, membrum Christi* &c. respectu habito ad *finem* seu usum S. Baptismi, quo hæc beneficia tum *significantur*, tum *obsignantur visibiliter*, juxta *Artic. xxvii.* Confessionis; respectu ad eò ad *effectum* Baptismi *ordinarium* in legitimo usu, quale est semen quoddam regenerationis, & status gratiæ, & participatio eorum beneficiorum, quæ fluunt ex Christi redemptione *Rom. VI. 3. Ephes. V. 26. Col. II. 12.* Respicitur & locutio Paulina, cui *Baptismus est regenerationis lavacrum* *Tit. III. 5.* idque in *remissionem peccatorum* *Act. II. 38.* Denique de *salute Infantum*, qui per Baptismum sunt cooptati in Fœdus Gratiæ, pronuntiat *ibi ex judicio charitatis*, ut à Georgio Carletono Cicestriensi Episcopo aliisque declaratum; idque ex loquendi modo piæ Antiquitatis, etiam ante natum vel oppugnatum Pelagium. Atque ita gravissimi inter Hierarchicos Viri.

IX. Pupugit etiam nonnullos, non doctrina quidem ipsa *Symboli* vulgò *Athanasiani*, solenniter recitandi ex Libro Liturgico, sed indubium ac certum Anathema, quod Symbolo isti in initio & fine annexum est: Cui Anathemati, unusquisque debeat *assensum & consensum*, puta de *indubiâ æternæ damnatione eorum*, qui non Symbolum illud integrum, ut sonat, crediderint.

Sed huic scrupulo facilis medela foret, omiſſa illâ clausulâ damnatoriâ, aut Pastore nemine coacto ad eam intonandam. Quo magis convenit Eruditis, haud esse eam *Athanasii*, ut neque tributos huic Libros. xi. de Trinitate, unde sumptum illud Symbolum. Convenit etiam, ante tempora Caroli M. citatum illud Symbolum non apparere, ac ne tum quidem sub nomine *Symboli*, ut recte Symonduſ Notis ad Theodulphum Aurelianensem ad pag. 82. Uſſerius etiam, ac cum primis Vossius, quæ sint omnium instar, (nam de Symbolo Athanasiano plures,) primos hujus Confessionis testes Latinos multò posteriores faciunt. Ea etiam facilitas *Anathematum* in arduis, nec ita expressis à Spiritu S. hominibus vindicæ id *judicium*, quod Deo soli permittendum est. Ipsa vero Symboli recitatio, ut pia, ita criterium quoddam est orthodoxè de S. Trinitate sentientium.

Ex dictis modò intelligitur, hætenùs idem utrobique poni *fundamentum* fidei & doctrinæ, credendorum & faciendorum, ex præcepto Evangelii, tam ab Ecclesiâ Anglicanâ, quàm à Presbyterialis Disciplinae Orthodoxis Theologis. Unde agnovit pridem in Epistolis Theod. Beza, post lancitos Confessionis Anglicanæ Articulos, *doctrina puritatem vigere in Angliâ purè & sincerè*. Quin ex *Fratrum Dissidentium* scriptis ita concludit Thomæ Rogers, à Sacris domesticis Bancrofto Cantuariensi *Præfat.* in doctrinam Anglicanæ Ecclesiæ, paragr. 24. *Quod ad communia Religionis & Ministerii fundamenta, omnes idem sentimus. Omnium una fides, unus Baptismus, unum Corpus, unus Spiritus, unus Pater, unus Dominus, mens una, adversus omnem impietatem, superstitionem, Idololatriam &c.* & quæ ibi plura. Atque hoc demum est firmum Christianæ communionis fundamentum, charitate ex præcepto Pauli conjungendâ cum veritate, quæ est vinculum perfectionis, & criterium veræ fidei *Galat. V. 6. Ephes. IV. 15.* &c.

SECTIO III.

De Concessis utrimque, aut concedendis, circa Regimen & Disciplinam Ecclesiasticam.

Distinguenda omninò fuerint *non controversa*, & in quæ moderati omnes Presbyteriani facile consentient, ab iis quæ hos etiam offenderunt. Nam 1. Horum Theologorum nemo, opinor, sustinuerit omnimodam *aequalitatem potestatis, vel auctoritatis*, inter Pastores & Ministros Evangelii, esse præcisè præcepti Apostolici, aut de *essentiâ* S. Ministerii. Videtur huic rigori intercedere primò Historia Apostolica, ex qua gradus diversi intelliguntur, ut in *Apostolis* indubiè, tum in *Apostolorum* *ovteγoιs*, ita (saltem ex mente plerorumque Veterum) in iis qui passim audiunt *πρωτεύοντες* seu *πρωτεύοντες*, *ἡγούμενοι*, *διπλῆς τιμῆς ἄξιοι* &c. seu *Præpositi*, *Episcopi*, *Pastores*, *Inspectores*, *Superintendentes*, *Ductores*, *Angeli* Ecclesiarum, *Seniores* &c. Quamquam de his controversum inter Fratres, an gradu aliquo potestatis supra Verbi Ministros alios eminent, an ordinis tantum causâ *πρωτεύοντες*, in ordinario Ecclesiarum regimine, & in singulis Ecclesiis *singuli*? quomodo *Synagogam*, ad cuius exemplar Christus Ecclesiarum suarum regimen disposuit, habuisse suos *Archisynagogos* constat. Deinde *necessitati* illi præcepti Apostolici, pro omnimodâ paritate Ministrorum Christi, obstat praxis primæ Antiquitatis, inde à *Marcis* temporibus, saltem in nonnullis Ecclesiis, vel ipso teste Hieronymo de Ecclesia Alexandrina, in Epist. ad Euagrium. Nec Secundi nunc Seculi Annales revolvimus, vel Tertii, quo jam Episcoporum *ὑπεροχή*, quin & Primatum ac Metropolitanorum, indubiè apparet, seu *ἡ πρώτη ἐν ταῖς ἐκκλησίαις*, nulli licet ferrentur *Episcopi Episcoporum*, ex Procemio Concilii Carthaginensis Anni 258. qua de re adhuc infra: 2. Sed neque hæc mens fuit Confessionum, ex. gr. Helveticæ *Artic. xviii.* Belgicæ *Artic. xxxi.* aut Gallicanæ *Art. xxx.* dum *unam, eandem, & aequalem potestatem* adscribunt omnibus veris Pastoribus, & Ministris Verbi, ut oppugnant iis vocibus, vel rationem ordinis Fratrum Bohemorum, apud quos inæqualitas fuit potestatis; vel in specie Confessionem Anglicanam, jam scriptam Anno 1562. sub Elisabethâ. Statuit hæc certè, *varias esse in Ecclesiâ Ordines Ministrorum*, alios *Diaconos*, alios *Presbyteros*, alios *Episcopos*. Unde libellus de *Consecratione Archiepiscoporum & Episcoporum*, memoratus *Articulo xxxvi.* &c. Summa equidem tum inter Ecclesiam Anglicanam, & Ecclesias Gallicanas, ac Belgicas, consensus, ac consociatio fuit. Quin profitentur illæ ipsæ Confessiones, in rebus externi Ordinis, Disciplinæ, Consuetudinum, Rituum, *non harum esse condemnare Ecclesias, quæ aliis moribus vel legibus utuntur*. Sic habent Confessio Belgica, Gallicæ primum scripta *Art. lxxxv.* *lxxxvi.* cæteræque omnes, ut Gallicana *Art. xxxii.* Bohemica *Art. xv.* Helvetica *Art. xxvii.* &c. Quemadmodum nec pii Præfules, ne ipse Carolus II. Declaratione sua, *consensum susceperunt istius Regiminis Ecclesiastici, quod in aliis Regionibus vigeret, ubi Politici Regiminis discrepans modus est.*

II. Igitur *Aequalitas* illa, si excipias Primatum aliquem Ordinis, aut Præsidii, asserta fuit, ab Helvetiis, Gallis, Belgis. 1. In suis Ecclesiis, ut conveniens suis moribus, statui, Regimini civili, ex promiscuis quandoque Episcoporum ac Presbyterorum appellationibus, nullâ scilicet Apostolicâ Lege præscribente contrarium. 2. Quoad potestatem *ordinis seu officii Pastoralis*, in foro interiori, communem omnibus, sive Episcopis, sive Presbyteris, etiam ex mente Pontificiorum, quod à G. Carletono, J. Forbesio, Edw. Stillingleetio, & aliis, luculenter assertum. 3. Quoad parem *aptitudinem*, in omnibus Ministris, vel Presbyteris, etiam ad potestatem aliquam jurisdictionis sicubi huic locus est, *ius in actu primo* dixit Vir Magnus, non verò quoad exercitium illius juris *in actu secundo*, determinatum jam ad hunc

& illum Ministrum, speciali electione, delegatione. 4. Quoad *efficaciam* S. Ministerii, sive hi sive illi concionentur, vel administrent sacramenta, vel solentur ægros &c. *ut qui omnes sunt Christi Ministri*; non verò oppositè ad prærogativam aliquam regiminis, inspectionis, eminentiæ, aut *Jurisdictionis*, ut loquuntur, in foro exteriori, sicubi Legibus stabilita est. 5. In oppositio-
ne ad Episcopatum Universalem Romani Pontificis, ad unum supra omnes *Episcopum*, vel etiam *ad Dominatum Ecclesie unius in aliam*, qualis est ille Romanæ Ecclesie, vel qualis Presbyterorum in Presbyteros, Diaconorum in Diaconos, seu parium, quâ talium, in pares. Quæ de re Animadversiones nostræ de Variis Ecclesiarum Politis, impressæ Lugd. Batavorum. A. 1684. *Animadversione x.*

III. Summa jam omnium consensus est, *Inæqualitatem auctoritatis vel potestatis, ac Dependentiæ ordinis*, diversam quanquam ab Hierarchicâ Anglicanâ, obtinere in omnibus penè Ecclesiis, extra Gallicanas, Belgicas, vel Scoticas. Habent penè omnes Ecclesie suos vel *Episcopos*, quales sunt in septentrionalibus Regnis, & in Bohemorum Fratrum Disciplinâ, vel certè *Seniores, Consensuales*, sic etiam dictos, in Pastorum ordine, vel *Superintendentes*, vel *Præpositos*, aut *Antistites*, aut *Decanos*, aut Senatores, seu *Consistoriales Ecclesiasticos* &c. Nec magno opere de vocibus laborandum est, an habeantur diversi *Ordines*, voce laxiore de quavis functione sacrâ, quæ tacitè ad *τὸν* seu *ἀρχὴν* Ecclesie, an tantum diversi *Gradus*, alter superior altero dignitate & auctoritate regiminis, ut jurisdictionis exterioris. Satis sit primo, esse ibi superioritatem ac dependentiam quandam cum *ordinis* tum *& potestatis*, diversimodè quamquam, pro ingenio & moribus Ecclesiarum: deinde non per *Laicâ Presbyteria* plurimas administrari, vel per sociatos Pastoribus *è plebe Seniores*, diversos hos à *Senioribus*, quos dixit Tertullianus, *president probati quinque seniores*, in Apologetico, vel à *senioribus* quos vocant Bohemicæ, Hungaricæ, Polonicæ Ecclesie ex istarum disciplinâ. Nam *Seniores* locorum jam olim dicti, qui Domini essent in usu civili, aut qui Præpositi seu Præsides in usu Ecclesiastico; & generatim, *qui principales* ex singulis corporibus vel collegiis. Sic apud Romanos, qui ex jure Municipiorum in Ordines adlecti, *Seniores* fuisse appellatos, ne de Judæorum *Presbyteris* nunc dicam, est aliàs observandi locus.

IV. Nec minus ratum est, inter ipsas Ecclesias, quæ *Episcopis* haud subsunt, apparere miram *diversitatem* in omni Ecclesiasticâ Politia ac Disciplinâ. Ut adeò nullæ suos *disciplina Canones* aut specialem *formam Regiminis* urgere possint, tanquam Apostolici instituti, aut tanquam de essentiâ Christianæ Disciplinæ. Undè Ecclesie diversarum gentium, sæpè quoque (ut diximus) Provinciarum, vel in ipso Belgio, suis ac sibi propriis, nullæ aliarum Constitutionibus tenentur, ac gubernantur. Ex. gr. Ecclesiarum *Præsides* alibi ambulatorii, alibi perpetui, istic per omnia æquales, alibi gradu superiores. Hic *Politici* in causis Ecclesiasticis præsumt, ibi ex ordine tantum *sacro*: *Seniores* alibi ad tempus, alibi ad dies vitæ, hic ex promiscuâ plebe, ibi ex optimatibus delecti; quandoque *Magistratus* pars necessaria Presbyterii est, quandoque nulla. Ibi & *Diaconi* Disciplinæ quoque præsumt, hic sunt soli rei Eleemosynariæ Præsides. *Electiones, Præsentationes*, aliàs sunt penes Presbyteria, aliàs penes Plebem, aliàs penes Collegium mixtum, aliàs penes Consessum Pastorum, aliàs penes Synodos, sæpè penes Patronos, aut Magistratum, aut Principes, horumve Consiliarios, Consistoriales &c. Aliquando uno *Presbyterio* reguntur Ecclesie plures, certo in districtu, sæpius singulis Presbyteriis administrantur Ecclesie singulæ. Est ubi *Excommunicationibus* nullus locus, ubi nullus nisi consentiente & decernente Civili Magistratu, est etiam ubi isto inconsulto vigent: Alibi penes Principum Consistoria, alibi penes Synedrium solum, alibi penes Collegia mixta, ex Magistratu & Synedrio, alibi penes Populum totum, usus est *Ecclesiastica potestatis*. Est quæ
id

id genus discrimina plura observari possent, in modis Judiciorum, Vocationum, Ordinationum, Precum, & in omnibus Agendis, Ritibus, Ceremoniis &c. Quæ sunt certissimi facti, ex statutis moribusque Ecclesiarum, per Hungariam, Trans-Sylvaniam, Moraviam, Lithuaniam, Helvetiam, Germaniam, Belgicam, Scotiam, Galliam nuper, ipsamque ditionem Genevatum.

V. Sed neque dissentiunt gravissimi Theologi, qui etiam sub Presbyteriali disciplinâ vivunt, Seniores suos Laicos, quos hodiè vocant, seu Presbyteros temporarios, & ambulatorios, nec ordinatos per impositionem manuum, nec ordinantes, pari tamen quoad regimen ac disciplinam autoritate cum Pastoribus, &c. magnopere discrepare à Presbyteris Paulinis, non laborantibus in verbo 1. Tim. v. 17. Hos enim tales fuisse censent, non defectu vocationis, ordinationis, officii, quasi totâ specie à Presbyteris laborantibus distincti fuerint: sed verius non laborantes in sermone & doctrina, seu defectu donorum, charismatum, seu fortassè non pari cum aliis in euangelizando assiduitate, aut sudore in opere Ministerii, undè illud κοπιῶντες, seu etiam quod aliis functionibus vacarent, quæ minoris essent aut laboris aut dignitatis. Unde Doctores in specie dicti apud Paulum 1. Cor. xii. 28. 29. Eph. iv. 11, quales non fuisse omnes ipse Apostolus testatur.

Non perinde omnes scilicet δουλοῦντες, vel etiam κοπιῶντες, docendo se fatigantes. Et hinc fortè Cyprianus Epist. xxiv. ad Clerum quæ Pearsono est xxix. distinguit Presbyteros Doctores, non qui à reliquis Presbyteris officio, sed donis cumprimis, & actuali functione, differunt. Ac pro hoc discrimine inter Paulinos (quos diximus) Presbyteros, & Seniores hodiernos, citari à me possent, Dallæus, Blondellus, Salmasius, Cappellus, Amyraldus, & frequentes commentatores in Paulum. Nec hi propriè Græcis πρεσβύτεροι, sed γέροντες dicendi. Ita olim qui Seniores dicti fuerint, in usu civili & sacro, modo indicatum est Paragr. III. Non igitur hodiernum Regimen Presbyteriale, ut per Confessoria exercetur, Chæffes, vel Synodus mixtae, ex Pastoribus & Senioribus Laicis, censeri potest præcisè, & privativè ad alias formas Regiminis, vel ordinis Ecclesiastici, esse Divinae institutionis, seu juris universalis ac immutabilis, quod & Viri graves in eo ordine professi sunt. Uti quoque de sua Hierarchiâ, seu Episcopali jurisdictione, in foro exteriori, Eximii in Britannia Archi-Episcopi Episcopi ac Theologi, quos recensere apud harum rerum gnarissimos Anglos nihil necesse est.

VI. Igitur attendendum est ad præcipua quaedam gravamina circa disciplinam, quæ etiam à moderatoriibus moventur, contra Hierarchiam in Ecclesiâ exercitam.

Non Episcopalem autoritatem impugnant, ut est illa Ecclesiastica, Primævi, vel Anglicani juris, & qualis asserta à Crammero, Juello, & tot aliis Britannicis luminibus, sub Eduardo vi. Elizabetha, & Jacobo, etiam Carolo i. Neque profectò Episcopatum quoad rem aut nomen sublatum illi volunt, ita legibus statutum, & radicatum, ut ejus conservatio sit illa Anglicanæ pacis, & unitatis, quemadmodum molimina pro eo abolendo totum antea Regnum concusserunt. Nec se Officiis omnibus, aut Gradibus subordinatis, videntur opponere, quantum Fœdere Nationali, olim nonnullis exclusis: Puta illis Suffraganeorum quos vocant, ubi Dioceses æquo ampliores sunt, vel Archidiaconorum, quatenus hi Episcopos in visitationibus, inquisitionibus, aliisque, adjumento sunt; vel Decanorum, quod ordinis nomen est, seu in Cathedralibus Ecclesiis, seu in Paroeciis ruralibus &c. Ut nempe hæc Officia ordinis ergò fuere instituta, ac Regni lege confirmata, ut ea quoque ad fines suos referuntur modò debito, ac suos intra limites continentur, non excluso in gravioribus, quæ ad rem sacram attinent, consilio & auxilio Presbyterorum sive Ministrorum Paroecialium, ut habuit declaratio Caroli ii. & ferebat praxis secundi tertiæve sæculi, vel ex Cypriani & Firmiliani Epistolis.

VII. Sic nec utriusque in Angliâ Provincie Metropolitanis sive Archiepiscopis, Cantuariensis & Eboracensis, harumve Sedium primatui, seu potestati regimini, intercedunt, si quid judico, (factum quamvis aliquando est,) quomodo præcisè foret omnis ad Unionem aut Comprehensionem via. Nam & Primas Sedes, tum Civiles, tum Ecclesiasticas, novit seculum Cyprianicum, ne assurgam altius, neve Antiochiam, vel Ephesum, vel Corinthus, vel Romam modò dicam. Idemque seculum tanè tutum est jura ac dignitates Ecclesiarum, quæ in Urbe prima, vel matre, aut principe totius Provincie, Metropoles jam dixere Nicæni, ab his Patribus in Ecclesiasticæ potestatis exercitio assertæ. Quomodo Majorum Diocesan Episcopos, τῶν ἐπιτῶν τῆς Διοκῆσις, qui præfessent ius Diocesan, puta Asiaticæ, Ponticæ, Thracicæ, confirmarunt Constantinopolitani sub Theodosio M. noto Canone II. Quamquam, fateor, recentius paulo sit Archiepiscopi nomen, quali tamen venit Petrus Alexandrinus, sub quo initia schismatis Melitiani, apud Epiphanium circa A. cccclxxx. principio ferè Hæreleôs lxxviii. ubi describit jura, & mores, τῶν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ Ἀρχιεπιστοπόων, Alexandrinorum Archiepiscoporum. Petrus autem ille, τῆς ἐν μαρίνῳ Ἀγύπτου, seu ultimis in Ægypti martyribus, passus est sub Maximino A. cccxi. Facto Patriarchæ titulum Alexandrino vindicatum, jam à Marci vel Hananiae tempore, in Originibus Alexandrinis, aut ex Epistola Hadriani, sed malè, ut nos fusè aliis. Et ea graduum ac potestatis Ecclesiasticæ subordinatio κατὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, ex antiquâ consuetudine, fuit primitus sancita firmataque κατὰ τὰς πολιτικὰς τύπας, juxta civilem formam, idque ordinis causâ, atque appellationum quæ institui possent in casu læsionis. De quibus alibi tradendi locus est, & nos pluribus Animadversionibus de Variâ Ecclesiarum Politia, in specie de Canone Chalcedonensi xvii. contra Censuram Frisium.

VIII. Gravamina autem, quæ fuere pridem à Presbyterialibus mota, sunt non unius generis. Quædam enim sunt, quibus longe debet præponderare Legum immota autoritas, lex Apostolica, prudentiæ, obedientiæ, charitatis, tolerantia; denique momentum unionis & reconciliationis munus, eadem utrobique Doctrinâ, iisdem Sacramentis, eodem in substantiâ cultu, eadem aversione Idololatriæ, ac superstitionis Papticæ, imminentibus iisdem utrique parti hostibus, eadem sub GUILIELMO & MARIA Augustis causâ, periculo eodem, eademque salute omnium.

Ita ex. gr. non multum videntur esse de eo litigandum, quod Episcopi dicantur distincti à Presbyteris ordinis, ut jam monitum supra est Num. III. quos fatentur alias esse gradu dignitatis & autoritatis, sive externæ jurisdictionis, superiores. Modò distinctio illa Ordinis Episcopalis ab Ordine Presbyterorum non præscribatur habenda tanquam Juris Divini, necessarii, sive universalis atque immutabilis, seu tanquam de essentiâ Ecclesiæ, ac Disciplinæ simpliciter. Quasi iis etiam Nationibus probanda & admittenda, à quorum ea moribus prorsus abhorret. Nec id voluere inde à primâ Ecclesiæ Anglicanæ Reformatione, sub Eduardo vi. hinc Elizabetha, prudentissimi quique Præules, præcunte hac Episcopis Crammero Archiepiscopo in suis ad Quasdam Edwardi Regis, inter quæ illud de distinctione Episcoporum à Presbyteris. Quam operam Viri in Angliâ Præstantissimi, inter quos Magnus Stillingfleetus est, aliis occuparunt.

Frustra etiam peterent, restringi Episcopatum Anglicanum ad meram Præsidentiam Ordinis, qualis alibi est Antistitum, Inspectorum, Præsidentum in Consistorio &c. Aut etiam restringi intra Urbem unam, aut unam Civitatem, Diocesan Episcopatu (quod nonnulli in Angliâ cum Baxtero voluere) hac ratione sublato, qualis publicis Regni legibus indè à Reformatione obtinuit. Quamvis fortassis expediret, si Diocesan quorundam fines & termini minus latè se extenderent, quarum ad-

ministratiōnis, uti in Confirmationibus, aliisque functionibus quæ ad Episcopatum spectant, vix unus Episcopus sufficit. Quod consilium fuisse Crammeri Archiepiscopi, Henrico datum, de reducendis Diocæsi- bus, ut facilius Episcopi toti Gregi invigilarent, refert Reverendiss. Burnetus, Historiæ suæ Libro III. ad A. 1535. Exemplo multis fuit Diocæsis *Lincolniensis*, plures atque amplissimas Provincias ac Comitatus complexa, ab Hum- bro Fl. usque ad fines Oxoniensis Diocæseos, continens (ex Cambdeno) Paroeciales Ecclesias 1247. quarum ne- scio an ultra partem mediam complectatur Diocæsis Londinensis. Atque hoc inter *Prærogativas Regiæ* refert Politia Anglicana, *finis & terminos cujusque Diocæseos ex- tendere vel contrahere*. Non omnia tamen quæ expedi- rent fert semper ratio temporum, nec id jam agitur. Saltem *Episcoporum suffraganeorum, in unaquaque Diocesi, sufficientem numerum addiderat* clementissimè Carolus II. Et urserat inter capita alia, pro salute Episcoporum ac Diocæseos, Episcopus *Lincolniensis* A. 1641. oblatò Proceribus Libello, apud Fullerum Historiæ *Lib. XI. p. 182.* quem vide.

Nec scrupulus moveri debet de *Obedienciâ Canonica* injunctâ vel injungendâ omnibus ordinandis, seu aggregandis Ecclesiæ Anglicanæ. Nempe in iis quæ deinceps legibus Regni, ac Canonibus Ecclesiæ, (quorum recensionem & emendationem pii Præsules minime negant, sub exoptatissimo hoc Regno,) stabilita sanc- itaque fuerint, nihil repugnante his Verbo Dei. Qualem *obedienciam* etiam *jurant* suis Episcopis & Superatten- dentibus Bohemi, Poloni, Hungari &c. & passim ali- bi suis Præpositis, Ministris. Ac *subscriptions de assen- su, vel consensu*, sive quod ad Articulos Doctrinæ, sive quod ad Disciplinæ Canones, & Formulas Unionis, ut prima Antiquitas exegit, teste Codice Canonum, & ipsi Nicænis *Can. VIII.* sic injungere omnes, indè à Reformatione, rectè constitutæ Ecclesiæ, multæ etiam imperato *juramento*. Sed de subscriptionibus Anglicanis infra.

Hæc & id genus forte alia velle morosius urgere, ac in prærogativas Episcopales insurgere, est hoc ipso renunciare omni Unioni, vel Syncretismo, aut Com- prehensioni sub Ecclesiâ Anglicanâ. Quæ hoc tempo- re morositas & pertinacia, factu quodam Novatiano, vel Donatistico, inter tot piorum vota, etiam in Pres- byterianorum ordine, an referat ingenium, ac spiritum mansuetudinis, charitatis, pacis, Deo judicandum per- mittimus.

Dùm sunt res ita in Angliâ comparatæ, ut satius sit ferre nævos Christianâ patientiâ, vel interpretari fra- ternâ *iracundiâ*, (non jam vitia *personarum* volumus,) qua- libet etiam nævis ne Apostolicæ Ecclesiæ caruerunt, ex Paulo & Johanne, quam fovere uno hoc obtentu exitiosum toti Genti, & propudiosum Reformato nomi- ni, schisma.

SECTIO IV.

De Gravaminibus, qua Canonum Ecclesiæ Anglicanæ, & Regimini Hierarchy, Emendationem aliquam desiderant.

Est verò aliud *gravaminum* genus, quibus fortè mede- la adhiberi poterit, prudentiâ Serenissimi Regis & Regiæ, & autoritate Parlamenti, prævio consilio sapientissimorum Præsulum, & Theologorum, si quando Regia ad hanc rem Commissio delecta fuerit, vel *Convo- catio* utriusque Cleri compositis rebus, sed & animis, feliciter processerit.

I. Ex causâ, optant moderati Presbyteriales, ut Episcopi, aut eorum Suffraganei, in gravioribus omni- bus causis, agant non absque *consilio & auxiliò*, non modo paucorum, quos libuerit adhibere, ex Capitulo suo, sed etiam Presbyterorum seu Pastorum Paroecialium, in iis quæ ad Jurisdictionem, ad Ordinationes, ad Censu- ras, & Causas alias Ecclesiasticas spectant. Et hoc ipsum

promiserat Serenissimus Rex Carolus II. in Declaratione Regiâ 25. Octobr. Anno 1660. *Nemo Episcoporum ordi- nabit, nec ullam Jurisdictionis partem, que ad Censuras Ec- clesiasticas pertinet, absque Presbyterorum consilio & consensu exercebit.* Atque hæc purioris Antiquitatis praxis fuit, si qua graviora essent communi consilio dirigere, ut Firmilia- nus apud Cyprianum *Epist. LXXV.* vel ut Cyprianus ipse, *librato communis concilii examine firmare, refert ad Collegium Sacerdotum, statuere post Co-Episcoporum consensum, Epist. LV. LXXIII.* à quo sanè non excludendi Presbyteri. Undè Presbyteri habiti, ac dicti *Frates, Collega, Commistri, Compresbyteri, Coepiscopi, Assessores Episcoporum, & σύνοδοι, σύμβουλοι, σύνθετοί, quibus esset idem honor Sacerdo- talis, idem Cibus fraternitatis*, ut loquuntur Veteres. Et in- de Cyprianus ad Cornelium, sub finem Epistolæ LV. de Romanæ Ecclesiæ Presbyteris inquit; *Florentissimo Cle- ro illic tecum præfidenti*, quanquam substituerint alii, *præ- sentis*. Ut absurdissimè Valeſus ad Eusebii Librum VI. C. XLIII. scripserit, *proprium fuisse Presbyterorum officium Eu- charistiam, & calicem fidelibus in manus tradere*, quod Diaconorum jam fuit tempore Justini Martyris ex Apol. II. dein tempore Cypriani, in Asiâ, Firmiliani Cappado- ciæ Præsulis, Cypriani, & Auctoris Constitut. vulgò Clementis Libro. VIII. C. XXVIII. Ac facti in Angliâ no- tissimi res est, ab aliis jam demonstrati, Presbyteros quoque, non modò *Pastores* appellatos, sed & *Rectores* Ecclesiarum Paroecialium, quâ de voce præter obvia Glossaria Joh. Cowel in *Interprete Verborum* Juris Angli- cani, quod Jus is alias ad Methodum Institutionum Ju- ris Justinianæ digestit. Sed de *Presbyterorum* in regi- mine Ecclesiæ partibus, (ne de plebis illo dicamus assis- tendi saltem, imò suffragandi, undè illud Cypriani *Ep. LXXVIII. sub populi assistentis conscientia*) multa præclare Edw. Stellingfleetius, modo Episcopus, *Irenici Parte. II. c. VI.* ubi etiam dictos illos fuisse *Rectores Ecclesiarum* ex Paul- o, ex Clemente Alexand. aliisque.

II. Petunt iidem, ut habeantur etiam pro Gregum suorum verè *Pastoribus*, juxta veteres Formulas, voce hæc sub Carolo II. (ut infra ubi de Formâ Ordinationum) ubique dispunctâ, ex Libellò Ordinationis Presbytero- rum: ut adeo non habeantur pro solis *Episcoporum Substi- tutis, Vicariis, Ministris, Servis*. Ne ita Episcopalis Juris- dictio videatur esse *Dominantem in Clero* 1. *Pet. v. 3.* vel *arbitraria aut solitaria* potestas in Ecclesiâ, *τυραννικὴ αὐτοκρα- τικὴ* dixissent Veteres. Cujus arbitrarie potestatis ima- ginem non exhibent sanè prima & sanctiora tempo- ra, ut notum ex Cypriano non semel, postea & Hiero- nymo. Sed & luculenta sunt in hanc rem effata Greg. Nazianzeni, Joh. Chrysostomi, præ cæteris, contra *Episcoporum* illum dominatum, *δυναστεία, δεξιά, τυραννίδα, τυραννικὴ προνομία* &c. aliâ obvia. Ac con- questus suo tempore Isidorus Pelusiota *Epist. L. v. Ep. XXI.* ad Leontium Episcopum, degenerasse jam tum Sa- cerdotium *ὡς ἰσχυρὸν εἰς τυραννίδα*; sic *ὡς* *ὀλιγαρχίας εἰς δεσποτίας* &c. Quem excessum Carolus II. laudatâ Declaratione proscripserat, verbis saltem & promissis.

III. Sic optant vel ex consilio Magni olim Ufferii Ar- machani, ne ad Crammeri tempora assurgamus, ut per- mittente Regiâ Majestate, absque qua Synodus convo- cari non potest, habeantur stas temporibus *Synodi* vel *Convocatus*, tum *Rurales* in singulis Decanatibus, tum *Urba- ni* ex Episcopo, vel per ejus absentiam Suffraganeo, & Presbyteris Pastoribus, tum *Diocæsani* è singulorum De- canatum delegatis, tum *Provinciales*, sub Archiepisco- po, vel Metropolitanò, quales in triennia singula opta- vit Ufferius, & si opus aliquando fuerit, sedente Parla- mento, *Synodi Nationales*. In quibus nempe graviores causæ Ecclesiasticæ tractentur, ac cognoscatur de Do- ctrinâ, ac Vitâ Clericorum, de Hæresibus, Doctrinis no- vis; de Electionibus, Ordinationibus, Suspensionibus, Excommunicationibus, Absolutionibus. &c. cæterisque de quibus interposita fuerit appellatio. Quod consilium Ufferianum in suâ *Reductione Episcopatus* ad formam Syn- odalem præbarunt Eximii in Britannia Theologi, ac nomi-

Corpore Canonum, sub Eduardo VI. sed mox intercepto fati, statutum fuisse Articulo XI. ne amplius *Paroni suo iure abuterentur, nec conferrent Beneficia*. 1. *Ex rationibus sortidis, qua reddent ea sacrilega*. 2. *Antequam eadem actu vacent &c.* & quidem sub poenâ amittendi juris sui.

Offendunt *Visaria opera* pro arbitrio Ministrorum, Beneficiatorum, quibus incumbit aliâs *cura animarum*, & munus *concionandi, catechizandi &c.* Quando pro lubitu per *substitutos Vicarios, Curatos*, homines sæpè inidoneos, ac de fæce, curant sacra fieri, legi Homilias, preces Liturgicas, dum ipsi secularibus negotiis implicantur, aut otio litant, aut domo absunt &c. Ut sufficiat juxta Canonem LVI. in Constitutionibus Anglicanis, si bis in anno, aut duabus Dominicis, ipsimet sacra peragant, aut sacramenta administrent. Sic Officia verti in mera Beneficia, Opus Ministerii in Magisterium, Claves Regni Cœlorum in Claves Thesauri terreni, Onera in Honores, Domum Dei in Numulariorum officinam, Pastores Gregis in Pastores sui & *Ventris*, pridem conquesti sunt gravissimi etiam in Ordine Hierarchico Viri. *Candelas* dixit eorum non nemo, *que implem candelabrum, sed quæ nullum fulgorem dant*, adumbratas Candelis Altarium non accensis. Ita rursus celeberrimus Auctor Historiæ Reformationis Anglicanæ, ad præfatum Annum 1550. *à τὰ ξίαν* illam exercendi Ministerium Euangelium per *Vicarios stipendiatos, ut plurimum, aut desides aut ignaros, aut utroque simul vitio laborantes*, esse ex parte fontem præjudiciorum contra Ecclesiam Anglicanam, & fomentum schismatis. Undè occurrerunt pridem huic malo, gravissimo sanè, *injunctiones Regiæ sub Elisabetha*, quas urfit apud Episcopos & Proceres Domus Communium A. 1587. apud *Thomam Fullerum* Lib. IX. p. 190. Ac latissimus hîc se campus aperiret, producendis censuris Patrum, ac Canonum, ne jam Paulum dicam, adversus eos qui *Divinâ procuratore contemptâ*, (sufficiat jam Cyprianus, Sermone de Lapsis,) *procuratores rerum secularium sunt, qui delectâ cathedrâ, plebe desertâ, per alienas Provincias negotiationis questuosa nudinas aucupantur &c.*

Offendit etiam *neglectus Disciplina*, seu Censuræ Ecclesiasticæ, tùm quod ad scandalosos *Ministros* fervientes ventri, non Christo, tùm quod ad omnes & singulos *Parocos*, promiscuè ad S. Synaxim admittendos, imò ad eam *cogendos*, modò annum XVI. ætatis adimpleverint. Ut nec admonere satis liceat homines vitæ profligatæ, minùs prohibere S. Communionem, absque periculo litium, appellationum, vexationum coram Iudice, hinc sumptuum, itinerum, molestiarum &c. etiam sub periculo *Excommunicationis*. Quorum abusu ratio magis explorata fuerit Angliis ipsis quam transmarinis nobis. Et exposulavit jam suo tempore ad Jacobum Regem magnus illè Baro Verulamius, vel suspendi vel exui Ministerio ob dissensum in *Ceremoniis Viros Doctrinâ & vitâ inculpato*, ferri verò *Ministros vitâ probrosos, indoctos, & non concionantes*, quia Observatores Canonum humanorum.

Offendit etiam plurimos, & jam olim Bucerum in suis de *Regno Christi* ad Eduardum Regem, ita quoque magnum Juellum Sarisburiensem, *cumulatio Beneficiorum vel Titulorum*, in uno eodemque Clerico; *Pluralitas* dixere, cum primis ubi conjuncta cura animarum, & diffitis sæpè locis, dum interim viri alii benè merendo destituuntur. Nota rursus piæ Antiquitatis hæc parte indignatio, ipso Canone Chalcedon. X. Quin Gregorii Romani verba inseruit Decreto suo Gratianus, *singula Ecclesiastici juris Officia singulis quibusque personis committi jubemus*. Quamquam non desint Canonistis exceptiones; undè *sex in casibus* posse eam pluritatem indulgeri, Auctor Glossæ in Proœmium Causæ XXI. Nec omnis tamen exceptio reprobanda est, quales pro *pluralitate* legitimâ inter Anglos pridem allatæ, apud Fullerum *Libro IX. p. 190.* & aliâs. De quibus Anglorum iudicium esto.

Accedit offensionis lapis, inducta Canonibus Angli-

canis, & usu recepta quoque *Nonresidentia*. Ut sufficiat quandoque præsentia *ad X. dies toto anno*; juxta Canones Anglicanos, non item juxta illos Ecclesiæ primitivæ. Equidem præsentiam seu residentiam Pastoralem, (extra *casum* Legibus sancitos, vel ipsâ rei æquitate exceptos) ipsam opus Ministerii flagitat, à quo dicuntur Episcopi, Pastores, Excubitores, Oeconomi, Servi, Ministri, Presbyteri, Doctores, Ductores, Exempla gregis &c. Quæ nomina esse *operis non honoris*, nec constare *annumeratione pretii sed annunciatione præcepti*, emphaticè Veteres. Hinc requisivè ut præsens sit Pastor suo Gregi, corpore, corde, opere. Quâ de Residentiâ Pastoralis & stabilitate, in Titulis seu Ecclesiis suis, post tot capitularia, & scriptores etiam Pontificios, scripsit integrum Opus Joh. Forbesius à Corfe, cujus nos MS. ut videtur, *autographum asseruimus*. Ac perispectæ sunt Angliis veteres hac de re querimonie, ipso jam Bucero, in suis ad Eduardum Regem, *non residentiam* eam referente *inter Papatus reliquias*, monente quoque Historiâ Reform. Anglicanæ ad Annum 1550. Quin abusum hunc ipsum severissimè damnabat nuper, in Galliâ Pontificiâ, Steph. Baluzius, Notis ad Epist. Servati Lupi, pag. 371. &c.

Item ægre multos habuit neglectior *Visitationum Ecclesiasticarum* ratio, per quoscunque tandem illa fiat, quibus non sufficienter, nec crebrò satis inquiritur in vitam, mores, diligentiam, Ministrorum; inquiritur verò quandoque in alia, & externa Ecclesiarum Canonibus præscripta, quæ minoris ad salutem Ecclesiæ momenti esse palam est. Sed hæc & id genus plura sunt Angliis quàm nobis notiora. Ac si res ita habet, emendationem desiderare, vel piorum quorumcunque iudicio, rursus in propatulo est. *Quibus nisi fuerit aliquando subventum, gravem ac inexcusabilem perennitiam animarum causam apud Deum mansuram esse*, dicendum cum Africano Canone LVI. ex Cartaginensî Concilio An. CCC. XXXVIII.

Ut his omnibus, autoritate Regiæ & supremæ, & prudentiâ Cleri Anglicani, in aliqua Convocatione, vel Synodo, ex Rescripto Regio obviam iri potest, piis Declarationibus, Statutis, Canonibus: itâ ex alterâ parte attendent *Frates* qui *dissentium* ab Ecclesiâ Anglicanâ, nec carere suas Ecclesias aut suam Disciplinam nævis defectibus vel affectibus humanis. *Emendanda* quæ emendari possunt, & debent, *toleranda* quæ non ita possunt & Deo committenda, iisque commendanda quibus istud officii incumbit. Nunquam zizaniis destituetur ager Domini, nec nævis militans Ecclesia. Non etiam superiora Offendicula piis Episcopis, qui medicinam adferri præoptant, aut *Episcopalis Regimini* quæ tali, tribuenda veniunt. Undè ab iis remedium sperare modò jubent meliora sub GUILIELMO & MARIA tempora, & pietas Anglicani Cleri prudentiaque.

SECTIO V.

De Gravaminibus in specie, contra Decretivas Excommunicationes, atque Absolutiones, & Abusum, in foro Episcopali. Deque novo Corpore Canonum Ecclesiasticorum.

Hæc pars magna sunt eorum gravaminum, quæ pridem fuere mota adversus *Canones Anglicanæ Disciplina*, & excessus *Curiarum Episcopali*, qualium autoritas stabilita fuit jam ab anno 1603. sub initia Jacobi Regis, R. Bancrofto tum Episcopo Londinensî Convocationis Præsidente post Whitgifti Archiepiscopi excessum. Ac prudentissimi quique abusus hac parte insignes jam olim accusarunt, cum voto, ut suprema illis potestas mederetur. Primò enim in *Curia Episcopali* (de quibus agitur indè à Canone XCII.) ubi omnia fieri conveniret ad normam Apostolicæ Disciplinae, & sanctioris Ecclesiæ, armis spiritualibus, procul specie dominii, cum spiritu mansuetudinis, patientiæ 2 Cor. I. 24. 2 Tim. II. 24. 25. 1 Pet. V. 3. &c. indoluerunt trans-

igi res ad normam Civilis Fori, & Judicaturæ humanæ; puta in ratione Citationum per Apparitores, Inhibitionum, Procurationum, Causæ dictionis, Probationum, Juramentorum, Judiciorum, Sententiarum, Executionum, Incarcerationum, Multarum in ære &c. quandoque Interdictionis Sepulturæ. Deinde, gravissimos abusus, in decretivis *Excommunicationibus* & *Absolutionibus*, nemo prudens non vidit; certè ingemuerunt innumeri minimè mali, qui fulminibus illis territi ac prostrati fuere, ex solo *Inconformitatis* crimine.

II. Ità, exempli gratià, *Excommunicationes* Canonibus decretæ plerumque iniquissimas causas præ se ferre videbantur, offendentes in *materia* seu in *objecto*. Nam v. gr. Canones *excommunicant ipso facto*, absque cognitione causæ, & præviis iis gradibus, quos suadet Charitas Christiana & Apostolica Disciplina, Omnes *Non-Conformistas*, quotquot non frequentant Communes Preces, aut Ceremonias receptas improbant, aut non profitentur *assensum* & *consensum* in omnibus, quæ ad formam Consecrationum vel Ordinationum spectant. Videantur Canones Ecclesiastici, sub Jacobo Primo sanciti, *quartus*, *quintus*, *sexius*, *septimus*, & sequentes aliquot, item *vicesimus septimus*, *tricesimus octavus*, *sexagesimus quintus* &c. quos hic describere ex Libro Canonum aliquoties recuso nihil attinet. Sed his jam adhibitâ medela est lege Tolerantiæ.

Ita decernitur severa inquisitio, & delatio ad Curiam Episcopalem, contra eos omnes & singulos, qui non ad *S. Synaxim* accesserint, in *Festo Paschali*, inde ab anno ætatis xvi. juxta Canonem cxii. sive jam omnes isti & singuli debite præparati fuerint, sive non fuerint, sive digni, sive indigni, sæpè homines vitæ profligatæ & impœnitentis, coacti eâ ratione, metu Excommunicationis; hinc pœnarum illam subsequenti, ad Communionem sacrilegam, ad actum hypocriticum & profanatorium *Mense Dominica*, juxta Paulum.

Sic negatur sacra Communio, ex iisdem Canonibus, iis qui accesserint ex alienâ forte *Parœciâ*, ut est *Canone* xxviii. aut qui *infantes* suos *baptizandos* detulerint extra suam *Parœciam*, piâ ut videtur de causâ, quoniam videlicet Minister illius *Parœciæ* in quâ vivunt non is est, qui concionetur, qui Verbum Dei ministrèt, sed tantum qui noverit *legere Liturgicam formam*, ex *Canone* lvii. Mittimus id genus *Excommunicationes*, sæpè levissimis de causis; v. g. pro multâ stato tempore non solutâ; pro non persolutis decimis; pro non Comparitione in Judicio; pro minimo à Canonibus dissensu, aut non observantiâ hujus & illius Canonis &c. atque adeo ob culpas Civiles, quæ & Civilem animadversionem mererentur. Ut de multis Canonibus dicendum sit, quod alicubi Nazianzenus de nonnullis Præsulibus, *ὅτι τυραννίδι τῶν ἁγίων, pietatem eos tyrannide premere* Orat. xxi. p. 378. Contra non oportere vibrari dirum illud Ecclesiæ fulmen, nisi in *gravibus delictis*, quorum *tria* olim fuere Capitalia ex Canonibus, & quidem nonnisi adversus *induratos impœnitentes*; senserunt primi Reformatores Anglicani *Canone* illo xxx. sub Eduardo pio, quem exhibet Inclytus Burnetus, *Historiæ Tomo I. Lib. I. ad annum* 1552.

III. Præterea Fratres Anglicani non immerito videntur conquesti de Excommunicationum vel Absolutionum *forma* & *modò*. Fiunt enim sententiâ Curie Judicialis, decreto Cancellarii LL. Doctoris, & Officialium ac Commissariorum Civilium, qui in *Laicorum* gradu. Et sic exercent viri seculares eam potestatem, quæ est *formaliter*, ut loquuntur, *Ecclesiastica*, pars muneris *Pastoralis*, nempe ligandi solvendique, saltem in foro externo Ecclesiæ. Et ad *potestatem Clavium* constanter ea refectio à societate fidelium, sacrâ & civili, relata est. Idemque Laicorum decretum tenentur *Ministri Parœciarum*, vi Canonice Obedientiæ, ex *Canone* lxxv. executioni mandare, atque adeo *excommunicare*, *refecare* ab Ecclesiæ corpore, hinc literas de *Excommunicato capiendo*, & ulterius sæpè exitium, in eos procurare tan-

Tom. II.

quàm Instrumenta, quorum causam aut delicta illi ipsi Ministri nesciunt, imò pietatem sæpè credunt. Vicissim constringuntur *absolvere*, quos aliàs habent in Ecclesiæ aut Parœciæ suæ scandalis, pœnitentiâ nullâ exploratâ, aut probatâ Ecclesiæ, sæpè in multas pecuniarias conversâ. Aliter sanè statuisse primos Angliæ Reformatores sub extrema Eduardi, de ratione *Excommunicationum*, quæ absque *Ministro Parœciæ* in qua reus vel accusatus decerni non deberent; ita de ratione *Absolutionum*, quas non indulgeri oporteret absque præviâ in publico pœnitentiâ, & assensu totius Ecclesiæ, pluribus laudatus modo Reverendiss. Historicus, in recensione Articulorum, qui Jus omne Ecclesiasticum complecterentur, *Articulo* xxx. Sed nec Laicos hujusmodi *Officiales*, τὰς ἐξωθεν διατάξας vocat Chrylostomus Sermone modò citato, & in rebus Ecclesiasticis Judices, exhibet purior Antiquitas. Imo Chalcedonenses expresso *Canone* xxvi. sancire, ut omnis Ecclesia in quâ esset Episcopus haberet *ὀικονομῶν τῆ ἐκκλησιαστικῆς ἐν τῷ ἴδιῳ κλήρῳ, ex proprio Clero aliquem qui admittat ministraret res Ecclesiasticas*. Et quum istiusmodi *ὀικονομία*, contra mores Ecclesiasticos, fuisset aliquando *Laicis* Officialibus demandata, Patres Hispanensis Synodi II. A. *Æræ* Hispanicæ dclxxv. id est Christianæ vulg. dclxxx. graviter exoptulare, *Capite* ix. *Indecorum enim esse, Laicum esse vicarium Episcopi, & seculares viros Ecclesiasticos (vel etiam in Ecclesiâ) judicare*; *Tomo* v. *Concilii* Edit. Labb. Et isti quoque malo obviam ibat *Declaratio* Caroli II. xxv. Oct. A. 1660. *Quod ad Excommunicationem attinet, ita pro Imperio statutum, ne ullus Cancellarius, Commissarius, aut Officialis, unquam dicat Excommunicationis aut Absolutionis sententiam, aut Judicem agat in iis rebus &c.* Queruntur præterea Fratres, non observari *formam* Apostolicam, nec *gradus* censurarum, aut *admonitiones* seu convictiones prævias, antequam refecetur quis ex *communione* Ecclesiæ. Rectissimè Damalus, *Epistolâ* viii. ad Stephanum, & ad Attos, ubi de ejectionis Episcopis, Edit. Rom. p. 128. *Tempus congruum prævideri oportet, quando uniuscujusque accusata persona causa rectissime in medio producatur. Item, docet Domini sacerdotes fratrum causas pie tractare, nec protervè aut tyrannicè Dominatione, sed charitative pro Deo & fraternæ amoris cuncta peragere; & quod sibi quis fieri secundum Dominicam vocem non vult, alii inferre non presumat.* Forma jam olim sancita fuerat in Ecclesiâ Anglicanâ, A. MDLXXI. *Canone* xiv. *Si quis aperto adulterio, vel stupro, vel incestu, vel ebrietate, vel jurandi consuetudine, vel lenocinio, vel usurâ, vel aliâ damnum quacunque impuritate vita, & nequitiâ, fratres offenderis, illos Aeditui amici & fraternè admonerunt, ut respiciant; quod nisi fecerint, indubitanter eos nominatim, vel Rectori, vel Vicario, vel Parocho, ut ab illis asperius & vehementius admonerantur; & si perrexerint tantisper, dum redeant ad sanitatem, Sacra Communionem arceantur.* Hi demùm Paulinam disciplinam expresserunt, sed citra rigorem Veteris, aut Tertullianæ Pœnitentiæ. Imò ipse Carolus II, in suâ *Declaratione* Anni 1660, Octobr. xxv. promiserat *medelam* huic Ecclesiæ Anglicanæ malo.

IV. Quibus fit, ut in vota ea meritò concedantur *Non-Conformistæ* hæctenus Fratres, imò *Conformistarum* plurimi, ut sub beneplacito Regis, approbante *supremâ Regni Curia*, & convocato Clero Anglicano, novum *Corpus Canonum Ecclesiasticorum* adornetur, in quo abusus id genus tollantur, ac restituatur Ecclesiæ *Disciplina* in eam formam, quâ & *Pastoribus* constet conscientia faciendorum, atque *Authoritas* muneris, sibi per *Ordinationem* collati, & *Disciplina* Christianæ suus vigor, & Ecclesiæ suâ ædificatio, & *Populis* ea salus ad quam aspirare convenit. Quo magis eam *Canones Ecclesiasticos* mutandi, augendi, minuendi, potestatem *suprema* Potestas, Civis & Ecclesiastica, sibi semper reservavit, ac sæpè mutationes id genus Angliæ Reformatæ experta est, sub extrema Eduardi vi, sub Elisabetha, Jacobo I. Carolis, etiam ante infausos

M m m m

illos

illos sub Carolo I. & exitiosos Regno Anglicano morus. Imò verò quod licuit, Carolo I. Rege, Laudo Archiepiscopo, quidni hodiè liceat longè convenientius? si quidem Regio Diplomate, Anno 1640. Aprili mense, facta potestas est, *Canonem quemvis jam validum exponendi, vel alterandi, aut novos condendi*, modò Archiepiscopus consentiret. Quamvis postea, rebus ad placitum Laudi constitutis, asluta clausa fuerit novæ formæ *Juramenti*, de non præbendo unquam *assensu in alterationem Disciplina*, seu *Regiminis ita jam stabiliti*.

SECTIO VI.

De Gravaminibus circa Liturgiam Anglicanam. Ubi primò de Liturgicarum ac communium Formularum Origine, Antiquitate, usu. Tum de Anglicanâ in specie, & Confectionis facili, ut videtur, ratione.

UTinam in causâ Liturgicâ nunquam itum fuisset in extrema, ut accidit sæpè etiam in rebus mediis, quoties non ratio sed ira movet, vel affectibus litatur, aut servitur nimium hypothesi, vel etiam in vetitum fortius itur. Itâ neque illinc fuisset laboratum pro *abolendâ* penitus *Libro*, seu Ordine Communium Precum, Orationum, Lectionum, administrandorum Sacramentorum, aliorumque in Cultu sacro Rituum ac Ceremoniarum, qui Ordo jam indè ab Eduardo VI. sancitus, ac deinceps sub Elisabethâ & secutis Regibus, (mutatis sanè nonnullis atque emendatis,) confirmatus toties fuerat. Neque hinc omni ope enixi Viri alii fuissent, ne Liber ille plenius aliquando *recognosceretur*, vel reformaretur ulterius, fratrum atque infirmorum gratiâ, quò jam longius à priorum temporum superstitione discersum fuerat.

II. Equidem si ad primam Antiquitatem respicimus, convenit ferè, ementita esse Petri, Johannis, Jacobi, Matthæi, Marci, Apostolorum, tum & Dionysii Areopagitæ, Ignatii Antiocheni, Clementis Romani, Trophimi Arelatensis, Photini Lugdunensis, & aliorum nomina, quas eorum dixere *Missas, Liturgias, Constitutiones, Canones, Ritualia, Ordines, Cursus, Officia, etiam Antiphonaria*. Ac prout Ecclesiæ singulæ hos seu fundatores, seu Episcopos, jactitarunt, itâ eorum nominibus inscripserunt Precum aliorumque factorum, quibus deinceps usæ sunt, Formulâs & Officia, Episcoporum suorum operâ & curâ digetta. Nec dubitant Eruditi, quin vel suppositæ quoque, vel plurimis interpolatæ sint, quæ dictæ Liturgiæ Basilii, Nazianzeni, Macarii, Chrysoptomi, Cyrilli Alexandrini, & quæ aliæ benè multæ sunt usurpatæ, cumprimis in Oriente, quas supra L. numerant, & de quibus Echellensis, Allatius, Goarus, Morinus, Bona, Labbeus, Mabillonus, alii; etiam in Anglis Henr. Spelmannus, *Tomo 1. Conciliorum Britannicæ*, ne scriptores recentiores ac novissimos dicam. Quò sanè referendi *Cursus illi Ecclesiastici*, qui dicuntur à *primâ origine* derivati, ex codice MS. vetustissimo, in dicto opere Spelmanni, pag. 167. 168.

III. Hinc etiam nemo facillè inficias iverit, fusas ut plurimum esse à primis Christianis preces ad Deum Opt. Max. arbitrarias, extemporaneas, ejaculatorias, *divinâs dixas*, quandoque & in locis sacris, atque in publico, multis sæpè gemitibus & lachrymis interruptas, impellente docente Spiritu S. juxta promissionem Christi *Matth. x. 20. & assertum Pauli Rom. VIII. 26. 1 Cor. XIV. 15. 16. ac monita ad conversos seu Gentiles seu Judæos, & eὐχεται ἐν πνεύματι Eph. VI. 18. Jud. 20. Quò magis fideles singuli utriusque sexûs cum ordinariis Spiritus S. charismatibus ungerentur, 2 Cor. I. 20. 1 Joh. 2. 20. 27. inter quæ charisma *precorum, supplicationum Zach. XII. 10. χάρισμα δὲχῆς omnibus datum, apud Chrysoptomum Homiliâ XIV. in Ep. ad Rom. p. 120. tum sæpè extraordinario charismate,**

entheo quodam afflatu, ac divinâ quâdam flammâ accendendi. Et hæc viguisse charismata secundâ ab Apostolis ætate in *Clericis omnibus*, ad *Hadrianum* usque, nuper Præstantissimus Dodwellus Dissertat. II. in Irenæum, cujus copiam debeo Viri summæ humanitati. Et id potuit innuisse Tertullianus *Cap. xxx. Apologetici, Oratio sine monitore*. Quamquam ibi de Oratione pro Imperatoribus, quam spontè Christiani susciperent, nullo in Gentilibus *Monitore*, prout solebant hæc vota imperari, quicquid Rigaltius & alii aliò referunt. Sic oramus de pectore, dixit alibi, ut *quisque de proprio ingenio potest C. xxxix. Nisi rursùm de pectore sit ex animo, & cum attentione, animâ supplicante*, ut idem aliàs, *ἐν τῇ καρδίᾳ in corde*, seu ex corde *Col. III. 16. non ore, aut ex præscripto solummodo. Planè itâ Origenes, Tertulliano proximus, aureo Libro de Oratione, quanquam nec sinè admixtis icoriis, (dùm negat v. gr. προσευχῆν οὐδὲ αὐτῷ τῷ Χριστῷ, Orationem προσευχὴν ne ad ipsum quidem Christum dirigendam Parte I. Sect. 50.) inducit Sanctos, seu fideles Christianos προσευχομένους πνεύματι, ἢ τῷ νοῦ, orantes spiritu & mente, hinc preces ortas *κατὰ τὸ ἔργον δὲχόμενοι διαβολας, ex orantis meditatione, Sect. 37. Dixit alibi ὑμῶν Θεὸν οὐκ ἔκαστος δύναμις, ut quisque posset, Libro VIII. contra Celsum p. 402. Quò spectarunt ejusdem Origenis, in dicto Syntagmate *ἐπὶ δὲχῆς* pridem desiderato, laudatoque in Apologiâ Origenicâ Eusebii, ac nuper demùm ex MSS. Codd. Oxonii eruto, præceptiones de ratione formandarum à privatis precum, deque *Orationis* materiâ, formâ, temporibus, & imitatione *Orationis Dominicæ*. Itâ Justin Martyris, in fine Apologiæ II. enunciatio hæc fuit, Præpositum in oblatione Donorum *ἀναπέμπειν fundere preces & gratiarum actiones, ὅση δύναμις αὐτῷ, vel τῆ δυνάμει, quod vertè alii, pro dono illi dato, vel facultate, vertit autem Langus, quantum pro virili suâ potest. Sed referri omninò posset, non tam ad Orationem extemporaneam, quàm ad contentionem vocis, sed & animi, collectis intra se sensibus ἐπιτακτικῶν τῆ διανοίᾳ, ut dixere aliàs, atque etiam ad disparitatem inter Dei beneficia & nostram δὲχασίαν. Prout idem Justinus dixit alibi, precari ἰνόνως animo interno, seu ἰσχυρῶς, παθητικῶς, validè, ardentè, cum affectu. Nudam verò & languentem, ex scripto, librove, recitationem nolle Justinum, palàm sit; quemadmodum & obtinuit in iis orationibus, quas spiritus, quas affectus, quas cujusque necessitas multâ cum libertate singulis exprimerent, quandoque & pientissimis in publico Episcopis, pro ratione temporis, incidentium casuum, aut personarum pro quibus orarent. Nec hujus loci sunt exempla ex Ambrosio, Augustino, Nazianzeno, Chrysoptomo, &c.***

IV. Rursùm quod res est dicendum, vetustissimum quoque usum esse, & à primordiis ferè Christianæ rei, publicarum orationum, ac sacri cultus, ex certis præscriptivæ Formulæ. Quò impulsus, ne jam assurgam altius, Walachri in Zelandiâ Ministri, Considerationibus suis de Anglicanis controversiis, ad Congregationem Westmonasteriensem, quæ coepit Anno 1643. negarunt condemnandas illas *suas Ecclesias, quæ ab Apostolis & primitiva Ecclesia temporibus, usque ad hodiernum diem, cultum Dei publicum ex præscriptis certisque Formulæ celebrarent. Utique sane. Primò enim in usu fuisse Judæis, etiam ante Christum exhibitum, uti stata precandi tempora, horæ statæ, sic & suctas Orationum formulas, suctos Ἕμνος, Psalmos, suctas Benedictiones, vix est qui in dubium vocet; quanquam (ut videtur) peccantes quandoque otiosis repetitionibus, non sinè βασιλολογίας aut παυλολογίας specie, iterationem sermonis dixerat Syracides, nempe affectatam & inanem, Baalitarum more *Cap. VII. 14. Quo factum, ut Christus, qui ad Synagogæ morem, sed à se emendandum, respexit in plurimis quæ facerent ad Ecclesiæ Ordinem, Regimen, Disciplinam, Ritus, uti etiam respexit ad Judæorum locutiones, proverbialia, parabolæ, axiomata, præverit suis simpliciore ac perfectiore orandi formulâ, nec insuetis tamen antè vocibus**

bus *Matth. vi. Luc. xi.* quod & Joh. Baptista apud suos fecerat. Et hanc precatationis formulam *Dominicam, determinatam, communem, publicam, ordinariam*, perpetuò ejus usu, dixit sanctior Antiquitas. Tacemus formulas benedicendi, precandive, à Mose præscriptas *Exod. xiii. Num. vi. Deut. vi. xxi. xxvi.* dein ex Psalmis haustas, juxta praxin Salomonis in dedicatione Templi *2 Chron. vii. 6.* tum & *Ezechiae* ætate *2 Chron. xxix. 30.* aliasque, ex *Psalmo xcii. ciii. civ. cxl. cxli. cxlvi. &c.* vel ex *Daniele Vate Cap. ix.* Ac nota in vulgus sunt, quæ de vetustioribus Judæorum formulis, & cultu Liturgico, pro ratione Fæstorum, Jejuniorum, Sacrificiorum, sic in solemnibus precatatione ac confessione Summi Pontificis die *Expiationis* ex *Majemoneide* &c. tradiderunt *Scaligeri, Buxtorfii, Drusii, Cappelli, Seldeni, Hottingeri, Lightfootii, & Hebraicarum Antiquitatum promittendi alii.* *מְעוֹדוֹת שְׁמוֹנֶה עָשָׂר* ordinem stationum dixere, prout Christus innuit apud *Matthæum, ἐσθλὸς ἵσταντες* precatos esse, undè *statio* antiquum precatationis nomen, & hinc verbum Hebræorum, *absque statione mundum stare non possit.* Judæos quoque imitatus est hac parte *Muhammed*, qui initio statim *Corani* formulam precandi præscripsit, Capite quod hinc *Orationis, seu Precationis*, dicitur. Ac de Formulæ Arabum, Persarum, Turcarum, Tatarorum, Indorum, quotquot Impostori adhærent, ex professo alii, & fusè ex *Olearii Arabico Ms. Doctiss. Henningius.* Neque usquam damnata praxis Gentilium, plana ex Græcis Romanisve scriptoribus, quod *editis precatationibus* fungerentur, aut de *Libro* vota funderent: sed peccabant isti, ut in affectu, sic in objecto, in materia precum, atque inanibus blaterantium clamoribus.

V. Deinde *Christianos* quod attinet, vix dubium est, à primâ Antiquitate, in plerisque Christianorum Ecclesiis, piorum Antistitum curâ, certa fuisse Precationum, Stationum, Confessionum, Supplicationum, Hymnorum, Psalmorum, Gratiarum agendarum, ac *Doxologiarum*, variantia inter se licet paradigmata, ut in administrandis Sacramentis, sic in officiis Ecclesiasticis reliquis. Intelligebant enim esse *Deum ordinis*, ac prævisse certâ formâ Christum, *Synagogam* hæcenus imitatum. Psalmorum id genus & Orationum Laudumque paradigmatis affueverant *Judei*, qui Christianis accederent retento hoc à discipulis more *Ephes. v. 19. Col. iii. 16.* Erudiendi etiam hac parte *Gentiles* erant recentiores ab Idololatriâ, nec omnes docti preces, hymnos, gratiarum actiones fundere. Et ut statæ *horæ* Precationum, Stationumve, ter de die, quidni statæ *formula*? Unde illud *Plinii* ad *Trajanum*; *Christianos statæ die Christo Deo carmen dicere solitos*, conceptis verbis, una, simul, *secum invicem.* Sic *ἀπ' ἀρχῆς, & ab initio*, præscriptas fuisse à Fratribus *Psalmorum & Hymnorum* formulas ex *Eusebio* discimus *Libro v. C. xxviii.* Qualem & præscribit *Clemens Alex.* sub finem *Pædagogii*, tanquàm in *Ecclesiâ* recitandam per modum *Laudis, gratiarum actionis.* Ità hoc sensu *κοινὰς εὐχὰς* communes preces dixisse videtur *Justinus Martyr* præfatâ *Apol. ii. l. e.* ut *Clemens Alexandr. l. vii. Strom. p. 717. κοινῶς εὐχῆς, communem voce* conceptas, saltem animi voce; *ἐν γυνή, & mente*, in commune solatium, quomodo idem *Clemens* eodem *Libro p. 724. τῶν ἐννοίων cogitationum*, quæ conciperentur pro *Catechumenis, Pœnitentibus, Energumenis, Baptizandis, tandem & Fidelibus*, uti etiam pro ordinandis *Episcopis, Præbyteris*, apud *Auctorem Constitutionum Libro viii.* quem *tertii seculi* scriptorem ipse in nostris *Blondellus* agnovit. Pariter *Tertullianus Apologetici Cap. xxxix.* orare se pro *Imperatoribus, pro Ministris eorum ac Potestatibus, pro statu sæculi, pro rerum quiete, pro morâ finis*, indubiè præscriptis ut plurimum verbis, qualia refert *Capite xxx.* in re publicâ & gravi, quæ ad omnes attineret. Consonat *Tertulliano Cyprianus* in *Libro ad Demetrianum*, ubi is de Christianorum precibus, pro *arcendis hostibus, & iustis impetrandis Or.* Sic certæ Christianis formulæ, veri-

bis quanquàm passim discrepantes, ex *Socrate Lib. v. c. xxi.* ac sensim augendæ, minuendæve, ut in *Baptismi* solennibus, & *abrenunciandi modo*, ita quoque in *Eucharistia* sacris ac mysticis *Eulogiis*, ab usu *Catechumenorum* remotis licet: Quæ de re dubitare vix sinunt *Justinus Martyr, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Auctor Constitutionum, vel Cyprianus*, ex quo constat *Libro de Orat. Dominicâ*, in *Africanâ* quoque *Ecclesiâ*, uti in *Ecclesiis Orientis*, obtinuisse illud præparatorium; *Sursum corda! Habemus ad Dominum!* Ità dum *Origenes* sub finem *Libri de Oratione* tradidit, præcunt *τέσσαρες τόποι φαίνεσθαι, quatuor loca apparere, nempe Doxologiam* in principio, hinc *δέησιν, gratiarum actionem*, tum *ἑξομολόγησιν, confessionem* peccatorum uniuscujusque, tandem *αἰτήσιν petitionem* rerum necessarium & salutarium, quam clauderet repetita *Doxologia*, omninò videtur respexisse ad partes præcipuas publicæ Liturgiæ, quas ex *Scripturis Sacris* illustrat. Ità communis clausula fuit *Græcis, Latinisque*, in fine *Psalmorum, Orationum, Homiliarum, Doxologia* scilicet sive *Hymnologis*, de cujus alteratione concepit *Athanasius* apud *Theodoretum Lib. ii. C. xxiv.* Et ejus tres formulas produxit *Philostorgius ipse Eunomianus Libro iii. C. xlii.* quatuor etiam *Nicèphorus Libro ix. C. xxiv.* referentes ad *Constantii* uterque tempora. Pariter *Constantinus Magnus* ex *Eusebio* de ejus vitâ *Libro iv. Cap. xx.* certum precandi modum, præscriptis verbis, imperavit militibus, ne ipsi formulâ suâ destituerentur, *ἐνβίσησιν seu lego confisusâ.* Nunc alternas *Orationum, Læctionum, ac Psalmorum* vices non profectò primi introduxere *Laodiceni* sub extrema *Constantii, Canonibus xvii. xviii.* sed ità confirmarunt, quemadmodum & *δέησιν orationes* peragifolitas (quas dixere) *Catechumenorum, Pœnitentium, Fidelium, Canone xix.* ut voluerint *τῶν αὐτῶν λειτουργῶν & δέχων*, ut idem ordo, idem ministerium orationum obtineret in *Nonis & Vesperis*, seu eadem officia peragerentur: Quod induhiè intellectum quoad formam eorundem, in tantâ scilicet multitudine ac diversitate formularum, & uniformitatis causâ, prohibendis sanè à publicâ læctione *ἑκατόμυττοι ἰδιωτικῶς Psalmis privatis Canone lx.* id est, *Hymnis, Canticis*, jam olim à privatâ scriptis, ut ex *Eusebio* constat, sed vel imperitiâ vel astutiâ *Hæreticorum* depravatis. Nec satis fuerit excerpisse, *τῶν αὐτῶν λειτουργῶν & δέχων* non dicere *Librum Liturgicum*, qualis est *Liber Anglicanus*, neque etiam diei *λεειτουργῶν & αὐτῶν δέχων*, subtiliori hac quorundam doctrinâ virorum animadversione. Severius postea *Africani* in *Concilio* non uno *Africano, Canone lxx. & Milevitano xii.* interdixerunt etiam *preces, orationes, missas*, in *Ecclesiâ* recitandas, quotquot non vel à *prudenterioribus tractata, vel comprobata in Synodo fuissent.* Undè sane colligitur plures formas *Orationum* extitisse, sed erant tamen *formulae*, nec cujusque arbitratui permittæ, verum *Synodi Africanæ* judicio. Nihil jam ego de vetustissimis *Liturgiis, seu Officiis Ecclesiarum*, tam in *Oriente* quàm in *Occidente*, diversissimis sanè, aut si malis de *Ordine* (*Cursum* postea dixerunt) *Syriaco, Alexandrino, Asiatico, Romano, Ambrosiano, Gallicano, Gothico* seu *Muzarabico, Britannico, Scotico &c.* plurimis horum tamen recentioris originis. Neque etiam, cum *Socrate Historico*, tribuimus *Ignatio Antiocheno*, sed *Flaviano* potius & *Diodoro*, cum *Theodoreto*, (importante scilicet *Constantio, & Leontio Arianæ factionis Antiocheno Episcopo*) bipertitum illum *Psallentium chorum*, & τὰς ἐν διαδοχῆς μελωδίας, ἑμνωδίας, sive *alternas cantiones, vel antiphonas*, ad stipulante *Heur. Valesio* ad *Theodreti* *Librum ii. C. xxiv.* Quales deinceps *Ambrosium* in *Ecclesiam Mediolanensem* introduxisse, ad imitationem *Orientalium*, ex ejus *Vitâ* constat. Imò eum ritum, alternæ scilicet *μελωδίας, Antiochiæ* primum introductum, *πανταχῶς διαδοχμῆν, ἢ κατὰ λαβὴν τῶν εὐαγγελίων τὰ τέγματα*, ubique & ad ultimos terrarum fines pervasisse, idem *Theodoretus* observat *Lib. ii. Hist. C. xxiv.* Nec jam de *Litaniarum* deinceps origine, *Sæculo v.* quæ

nempe speciatim sic dictæ, nam ab ævo fuere Christiani *ἀλατὸντες supplicantes*, aut de Officiorum Ecclesiasticorum, vel Militarum (quas dixere) secuturis accessionibus, quales in Romanâ Ecclesiâ sub Gregorio I. non sine multâ superstitione, tandem & Idololatriâ, hic est tractandi locus. Quæ res ab Eruditis pluribus jam acta est, speciatim intra Angliæ Protestantis fines.

VI. Igitur expurgatâ Superstitione, Idololatriâ profigatâ, & revocatis Formulæ, rationeque omni cultûs publici, seu Liturgici, (privato cultu sanè arbitrario) ad normam Scripturarum, & praxim purioris Antiquitatis, non fuit quod Liturgias omnes, in specie Anglicanam, multi odiosius traducerent, totamque hanc respuerent. Ac nulla ferè sunt inter Ecclesias Protestantes, ne Genevensi exceptâ, quibus non sint suæ *Liturgia*, suus Ordo, sua Officia, consensionis ergò & unitatis, quantumvis vel ab illâ Anglicanæ Ecclesiæ, vel inter se, plurimum discrepent. Et alternis etiam *Lectioibus*, *Psalms*, *Hymnis*, *Canticis*, *Orationibus*, ante Concionem sacram, defungi solitos, solemnibus Dominicis, Festis, Jejunis, ut Bohemorum pridem Coetus, sic haud paucos Germaniæ Protestantis, testata res est. Sic præter sacramentorum, aut Matrimonii celebrandi, vel Ordinandi Ritus, habet multos alios Ecclesiasticus Ordo in Unitate Fratrum Bohemorum à Comenio editus; puta Novitios recipiendi, additâ etiam Impositione manuum; Eucharistiam *Ægris* administrandi; Mortuos funerandi; Festos dies, etiam publicas Supplicationes ac Jejunia, celebrandi; Tempa dedicandi; visitandi *Episcopali* auctoritate Ecclesias, Dioceses; Disciplinam adversus lapsos, aut impoenitentes, in publico exercendi; & quæ id genus plura sunt. Nec jam Ecclesias singulas peragramus, aut Ordinationes Ecclesiasticas inter se componimus, quarum *diversitas διαφωνία* nihilominus *τὸ ἐπιούριον ἔπισκοπος ἐπίσημον*, *consensionem fidei commendat*, ut dicamus cum Irenæo, apud Eusebium *Libro v. C. xxiv.*

VII. Sed benè tandem habet, quod moderatiores in *Dissidens* ordine, neque *Liturgiam* Libro Publicarum Precum comprehensam per se improbant, neque *matrem* ejus ex Scripturâ S. depromptam, & analogam rectæ fidei, & moribus, atque etiam praxi primæ & Sanctioris Antiquitatis. Quod & testatur Regi Carolo fecere Anno 1660. *Gaudemus quod comperimus omnes iudicio suo approbare Liturgiam &c.* Ac multis id obtestatus alicubi Rev. Baxterus, ubi de causis *Non-Conformitatis*. Igitur nonnisi de *recognoscendâ & reformandâ Liturgiâ* Anglicanâ deinceps agi videtur, in quibusdam seu excessibus, seu defectibus, seu versionibus locorum Scripturæ S. minùs appositis. Atque adeo de refecandis aut emendandis, si quæ videbuntur otiosa, impertinentia, à veteri errore aut superstitione promanantia, vel ex Apocryphis Libris petita, *Judith*, *Tobitha*, *Sapientia*, *Additionum ad Danielem &c.* cum legendi necessitate: qualiter à xxviii. *Septembris*, unde incipiunt nonnisi *Lectioes Apocryphæ*, usque ad xxiv. *Novemb.* ex Calendario Liturgico.

VIII. Vicissim benè habet, quod observem, Eruditissimos & Sapientissimos *Præsules* nullò modò abhorrere ab eâ Liturgiæ recognitione, emendatione. Ut scilicet tollantur, vel immutentur, si quæ justo officulo fuerunt, si quæ sunt reliquæ veteris superstitionis, si qui in *versione* Scripturarum defectus, si quid in *Rubricis*, in ipsis *Officiis*, in præscriptis *Sanctorum Festis*, *Vigiliis*, in *Lectioibus Apocryphis*, in *Litanis*, in *Collectis*, in *Repetitionibus* superfluis, in *alternis Responsalibus*, in *Cantionum* ritu, in imperatis *Genuflexionibus*, in officio *Baptismi*, *Eucharistia* S. *Confirmationis*, *Consecrationis Matrimonialis*, *Absolutionis Aegrorum*, *Sepultura Mortuorum &c.* vel etiam in *Phrasologiis* (ex. gr. *Epistola*, *Sacerdotis*, *Altaris*, & si quæ id genus aliæ sunt incommodæ,) recensendum atque emendandum occurrat, etiam ex voto pridem Eximiorum Præfulum, ac piorum Theologorum, sub Elisabethâ, de reformandis Ceremoniis, aut Liturgicis parum sollicitâ, dein Jacobo & Carolo utroque Regibus.

Et hinc Declaratio quoque Caroli II. Anno 1660. *Cum tamen exceptiones adversus multa ibidem contenta inveniamus, partem Eruditorum utriusque partis Theologorum numerum designabimus, ut ejusdem revisio fiat, & mutationes tales, quæ maxime necessarie videbuntur &c.* Quamquam res eventu caruit, imò novæ quædam accessiones & nova officia fuere Liturgico Libro inserta sub eodem Carolo, *duplicatis*, ut aiebant, *Liberibus*. Ad laudatissimum illud exemplum deligi facile possent, à Regiâ majestate, tempore salutis publicæ opportuno, tum ex Reverendissimis Præfulibus, tum ex Clero inferiore, aut ex utriusque partis Theologis, viri exploratæ doctrinæ, prudentiæ, charitatis, qui huic rei sedulò incumbentes, collatis (si ita visum fuerit) antiquioribus, & probatoribus quoque Protestantium, Officiis ac Liturgiis.

IX. Ita tamen, ut non morosius vexentur, aut trahantur in sensum erroneum, quæ commodam interpretationem admittunt, aut quæ voculâ fortè additâ, vel disjunctâ, aut leviter aliâs mutatâ, elucidari approbaturque Fratribus possunt. Et secundum quam elucidationem tenebitur quisque adhaerere Libro Liturgiæ, eoque in Sacris publicis uti. Ast gravioris momenti videntur non omnia quidem, plurima tamen, quæ ut dispungerentur, vel certè mutarentur, rogarunt supplices, sub Carolo II. Anno 1661. per modum *Exceptionum* ad receptam Liturgiam & Formulas precum, illi Theologi, (quorum in capite fuit Eduardus Raynoldus Norvicensis Episcopus) qui ex præscripto Diplomatis Regii convenerant in *Ædibus Sabaudianis*. Ne assurgam ad tempora Jacobi I. vel etiam *Elisabethæ*, quando pares *exceptiones* Regi, Reginæ, Parlamento oblatae. Et licet tum omnes rejectæ tandem fuerint, & Exceptionibus in contrarium elusæ, tamen recognitionem aliquam aut examen mereri non paucæ videbantur.

X. Istorum alia sanè in Papiæ superstitionis ac traditionis reliquiis meritò haberi visa sunt. Exemplo sint *Lectioes*, quas diximus *Apocrypha*, ex Barucho, Tobia, Judith, Hist. Susannæ, Beli & Draconis &c. totò fere bimestri spatîo producendæ, & citationes passim ex iis Libris, tanquam qui *Verbo Dei* aut *Scripturis S.* accenserentur. Quicumque enim color obtendatur, ex praxi Africanâ, tempore Augustini, aut ex *lectu* quandoque nonnullis eorum Librorum tanquam *Ecclesiasticis*, non tamen omnes tum publicè lecti, qui hodie, nec ejus ævi omnia imitanda, quæ deinceps in abusum degenerarunt, quomodo hi Libri in Canonicos tandem abiverunt. Ac notus Canon Laodicensis LVIII. de non legendis Libris in Ecclesiâ *præter Canonem*, seu *sola Sacra Volumina Vet. & Nov. Test.*

In hoc censu sit *Jejunium Quadragesimale*, cum primis accedente hac ratione, fieri *ad exemplum Christi*, qui *nostri causâ XL. dies & XL. noctes jejunavit*. Adde Jejunia alia, ut *Quatuor temporum*, *Rogationum*, *Adventus*, *Vigiliarum*, *Sabbatis* &c. etiam *dies Cinerum*. Quæ non esse purioris Antiquitatis, pleraque à Latinis instituta, quo tempore Superstitio invaluit, ne ipsi quandoque Doctiores Latinorum iuficiantur. Ac de *Jejunio Sabbatis* Romæ observato quid senserit ex, causâ magnæ Hipponensis, testatur ejus proluxa Epistola ad *Casulanum* Presbyterum, quæ LXXXVI. nuperæ autem Edit. xxxvi. Nec eò tamen Jejunia religiosa omnia improbant Fratres; quod absit!

Idem iudicium de *Festis* anniversariis, pridem in Angliâ servatis, & Libro Liturgico sancitis, puta in memoriam *Maria*, *Apostolorum*, *Evangelistarum*, *Stephani*, *Baptista*, *Michaëlis & Angelorum*, *Imocenium*, *Omniium Sanctorum*, cum suis *Vigiliis*, ac specialibus *Officiis*, tanquam quæ sint *religiosa observantia*. Nec hinc de singulorum recentiori origine, aut in iis observandis superstitione, differendi locus est. Satis est immodicæ hæc superstitionis fuisse sub Papatu materiem; nec planè fortassis expurgatæ sub Eduardo, & Elisabethâ, ut satis intellexerunt gravissimi in Britannia Theologi, etiam sub Episcopali Disciplina.

Dis-

Displicere & Rubricæ quædam, quæ scrupulosius præscribunt Ornamenta, Vestes, Gestus Ministrorum, Situm corporis, mutationem Loci, certas Lecturas ad Altare. Quorum nonnulla licet non destituantur exemplis in Ecclesiâ vetere, qualis fuit conversio precantium ad Orientem, tamen offendit jam olim plurimos in hâc luce Reformationis, aut necessitatis Lex, aut Sanctitatis quædam opinio. Adde *Cantationes pleno cantu*, & quidem *Lectionum*, *Epistolarum*, *Symboli*, &c. quales, à Gregorianis & Carolinis temporibus, Ecclesiastici Officii pars præcipua fuerunt.

Ità in S. *Baptismi* Officio, præter Signaculum Crucis, de quo infra, & Efficaciam nimiam, non unâ elocutione tributam huic Sacramento, quâ de re dictum in Capite de Doctrinâ; pridem carpit ipse Bucerus, quod de conditionibus Fœderis interrogetur *Infans* ipse, idemque inducatur, quasi *respondens* conceptis verbis, *Credo*, *Abrenuncio*. Dum conveniret obstringi nomine proprio, solemnî promissione, pro instructione baptizandi, tam Parentes ipsos, quàm Paternos & Maternas, ut factum ævo Tertulliani. Ac mimica illa Sponsorum professio, quæ censeretur esse illa Infantis, vix ante Seculum VIII. aut IX. invalescente superstitione, locum habuisse comperietur.

Ità in Officio Sacræ *Communionis*, præter *Geniculatio- nis* necessitatem, de quâ postea, non imperatæ primis seculis, offendunt haud absque specie, nonnulla. V. gr. Coactio poenalis ad S. Synaxim, singulorum Paroecorum ab anno XVI. ætatis, ter minimum in anno, cum primis *Paschali die*. Quâ ratione coacti sæpè multi, metu poenæ, ad actionem sacrilegam, ex Paulo I *Cor.* XI. 29. & ex Liturgiâ ipsâ, negante *par esse ad S. Communionem accedere, absque sanctâ fiducia in Dei misericordiam, ac pacatâ conscientia*. Ità satis, ex Liturgiâ hodiernâ, si communicaturi pridem *Sacrorum nomina sua Ministro indicaverim*, ex Rubricâ, nullâ ulteriori professione veræ fidei, respicientiæ, aut obligatione in futurum, istic quidem requisitâ.

Sic inter alia, in Officio *Confirmationis*, aut *Matrimonii* celebrandi, videntur & *Confirmatio* & *Matrimonium* haberi pro Sacramentis, saltem pro *Mysteriis Sacramentalibus*; quemadmodum in Catechismo duo tantum esse dicuntur *Sacramenta*, sed cum restrictione quâdam, *cen generaliter necessaria*. Quanquam nemo nescit laxiorem usum vocis *Sacramenti*, ut vocis *μυστηρίων* apud Græcos, de Sacro quoque Signo, vel Symbolo, apud Ambrosium, Hieronymum, Augustinum &c. sed voce in abusum apud Latinos posteriores versâ.

XI. Alia verò sunt, quæ suaderent emendari, cum prudentia ipsa & gravitas ac simplicitas Divini Cultûs, tum charitas quoque Christiana: quoniam licet in se media aut antiqua sic satis, multis tamen fratribus, etiam viris gravibus & piis, offendiculo fuere. Ex causâ vitæ pridem sunt otiosæ in precibus Liturgicis non paucæ *repetitiones*, sive *δὲ ἀρκεῖν τῶν λόγων*, improbatæ Syracidi *Ecclesiast.* VII. 14. ne dicam Christo *Matth.* VI. 7. Familiares eæ quanquam posterioribus Judæis, in suis Tephilloth, ut & Turcis, Arabibus, olim Messalianis, Euchetis, dein superstitioni in Ecclesiam invecatæ, in Litanis, Rosariis, Officiis id genus, ad Christum, ad Mariam, ad Sanctos. Non quod pari loco habeamus, v. gr. repetendam multoties clausam, *Gloria Patri, & Filio*, &c. ità in eodem officio sæpiusculè iteratam *Orationem Dominicam*, ità frequens illud & generale postulatam, *Domine miserere nostri, Libera nos, Exaudi nos &c.* Non etiam quasi omnis huiusmodi *repetitio* ponenda in vitio sit, ipso Christo in agone suo ter erumpente in eadem voces; ne Davidem, Danielelem, aut Seraphicos spiritus, adducamus in exemplum, eadem repetentes, ex affectûs vehementiâ. Sed quod iterationes id genus sapiant superstitionem sequibris ævi, motus sæpè linguæ magis quàm cordis, sæpè superflue aut otiosæ, iudicibus pridem in Angliâ gravibus Episcopis, quorum tamen suffragio locus non fuit.

In hoc ferè ordine censentur, sive in *Lectio Psalmodia*, sive in recitationibus *Hymnorum*, *Precationum*, alterna illa *Sacristæ* & *Populi Responsalia*, multâ sæpe cum præcipitantiâ, & confusò murmure, majori aurium attentione quàm animi, non tam de *posture*, dixisset Tertullianus, quàm de consuetudine, & præeunte magis Lectore, quàm *precedente Spiritu, ac dirigente orationem*; ut voluit Ambrosius Epist. ad Horontianum *Libro* V. Quidquid tandem de Veterum *Amiphonis*, & alternis *improvisis*, aut subinde *responsis* totius Populi, quæ nec omnia damnamus, nec ad solum illud ac consuetum *Amen* restringimus, in medium proferatur.

Obvium etiam est, quod de brevioribus *Collectis*, sive *Oratiunculis*, ex unâ aut alterâ sententiâ petitoriâ contextis, identidem abruptis, divisis, quandoque minimè coherentibus, eodem semper exordio, & fine, sanè ex *Missalibus Latinorum*, monuerunt jam antea pii in Britannia Theologi. Dum unâ nonnumquam *precatione*, & continuo affectu precantium, plures id genus supplicationes colligi & mitti ad *Deum omnipotentem* possent.

Convenit etiâ ferè, ex. gr. *versionem Psalmorum* Liturgicam, nec paucorum *Scriptura locorum*, in Libro *Communium Precum*, discedere ab Originali, & castigationem desiderare: ità malè vocari *Epistolam*, potius *tiunculas* quandoque ex Libro *Prophetarum*, aut ex *Actis Apostolicis*, publicè legendas, ut vocantur in *Ritualibus Romanæ Ecclesiæ*, scil. à potiori *Lectio* parte quas ex *Epistolis Apostolicis* decerpunt.

Tandem, non alienam fore recognitionem, vel emendationem aliquam, certè elucidationem, paucis fortè additis, vel immutatis, in præscriptis officiis *Baptismi*, *Eucharistia*, *Confirmationis*, *Matrimonii*, *Visitationis Infirmorum*, *Purificationis Mulierum*, *Sepultura Mortuorum*, ne quid superstitionem sapiat, aut incongruè fiat, vel dicatur, aut erroris suspicionem ingerat, contra sententiam Ecclesiæ Reformatæ, animadvertent pro sua æquitate & prudentiâ (nullus ambigo,) gravissimi Præsules, atque Eruditi Theologi, fortassis aliquando ad hanc rem è Clero delegandi. Et pridem jam in eam sententiam itum ab accerrimis Liturgiæ assertoribus, sub prioribus Regnis, ipsoque Thomâ Rogers, *Præfat.* in Anglicanum *Credo*. *Quod attinet Librum Communium Precum*, nullus quod sciam, (inquit ille,) *recensavit simpliciter illi subscribere*, &c. Tantummodò vellent, ut quædam *reformerentur*, aut *contrahantur*, aut *declarentur*, *qualia non nisi pauca sunt*, & eò *facilius removeri possant*, *ac minori cum offensa, quod pars maxima remaneat, quoad directiones & Rubricas*.

XII. Fatendum etiam ex alterâ parte est, *Preces arbitrarias*, quas *verbu suis* concipiunt haud pauci Concionatores, seu ante, seu post Concionem Sacram, pro diversis quique dotibus, facultate, ingenio, studio, ita quas concipiunt ante aut post Catechesim, sic in *Ægrorum* visitationibus, & Officiis reliquis, sepositis tum *Precibus* quæ præscribuntur *Publicâ Liturgiâ*; non tales semper esse, quæ omnes ædificent. Nec semper illæ *ex Spiritu Precationis*, aut ex subitaneo quodam impulsu profectæ. Sæpè ex naturali dono, ex vi quâdam imaginationis, ac facilis expeditæque linguæ rapiditate, sæpè effectus memoriæ phrasilogiis Script. S. longè uti refertissimæ; sæpè etiam necantes nimiam prolixitate, post fatigatos longâ attentione Auditores, quandoque elaboratæ nimio studiò, nec sine specie ostentationis; frequenter ordine confuso, nec ædificante aut excitante animos audientium; nonnumquam ex privato aliquo affectu precantis; & hinc Liturgiæ assertores pridem cauti, *opinionem privatam nonnumquam Precationis publicæ materiam fieri*. Dixit jam Rich. Baxterus, *Non-Conformitatis suæ Cap. LVIII. in verba Liturgiæ aptiora sunt orationi, quàm sunt defectuosa sæpe quibus utuntur Non-Conformista*. Loquitur experientia, usque quotidianus. Neque tamen usus formulæ *donum precandi* omne excludet, seu privatim, seu in publico; neque idem certis in casibus prohibebit *arbitraria*, seu

de proprio ingenio Preces, quales dixisset Tertullianus. Quemadmodum statas fixasque Formulas ex se non tollere, aut *feruorem* orantium, aut *efficaciam* orationum, aut mentium vel oculorum in Caelum prospectum, quotidiana experientia praxisque testatur, ac ipse usus Formulæ Dominicæ. Nec opus jam advocare in consensum tot pios, tot eruditos, gravesque quaquaversum Theologos, qui Formulas nequaquam improbarunt, imò necessarias duxerunt, respectu habito ad loca, tempora, personas, mores, consuetudinem Ecclesiarum, publicæ ædificationis ergo.

SECTIO VII.

De Gravaminibus circa Libellum sive Formam Ordinationum & Consecrationum, juxta Ritum Anglicanæ Ecclesiæ.

Est hic Libellus Consecrationis Episcoporum, & Ordinationis Presbyterorum ac Diaconorum, idemque attextus Liturgiæ Anglicanæ, qui non modò in Articulo Confessionis Anglicanæ xxxvi. dicitur continere omnia necessaria, & nihil habere ex se Superstitiosum, verùm etiam cui, ex lege, debeatur assensus & consensus, in omnibus & singulis eo contentis, & quidem ut postremò recognitus fuit, sub Carolo II. Juxono primùm, dein Gilberto Scheldono, Archiepiscopis. In quò sanè nonnulla sunt, quanquam non parvis fortasse omnia ponderis & momenti, quæ ægrè pridem Fratribus fuere, & quorum, ut vel eximantur scrupuli, vel tollantur offendicula, ipsa rei æquitas suadet. Exemplis res illustrior fiet.

II. In Præfatione Libelli hodierni initio statim præstruitur, quod Controversiæ penè cardo fuit, inter Episcopalis & Presbyterialis ordinis Theologos: *Civis S. Scripturas & veteres Scriptores accurate perlegenti perspicuum est, jam inde ab Apostolorum temporibus varios in Ecclesiâ Christi Ministrorum Ordines extitisse, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos.* Ubi illud, *inde ab Apostolorum temporibus,* defuit in vetere Præfatione; & luce indiget, an sit ex Apostolorum præscriptò, institutò, an verò ab illâ ætate quæ Apostolica dici potest, scilicet illi proximâ, vel etiam à reliquiis & ἀποστολῶν Apostolorum. Ita discrimen Ordinis strictò sensu, inter Episcopos & Presbyteros, & quidem juxta Scripturas S. non omnes illi agnoscere, qui alias, inde à prima Antiquitate, obtinuisse disparitatem gradus, nempe authoritatis & ἐξουσίας, in foro exteriori, non illubentes profitentur. Et hinc jam, uti Episcopi supra Presbyteros in sublimiore gradu collocati, ita mox supra Episcopos reliquos Primarum Sedium Antistites, & Metropolitanos, puta Antiochiæ, Alexandriæ, Cæsareæ, Ephesi, Corinthi, Romæ, Carthagine &c. Nec distinctio illa Ordinis propriè dicti, quantum ad Episcopos & Presbyteros, & quidem jure Divino, eoque generalis & immutabili, asserta primis Angliæ Reformatorebus fuit, non Cramero Archiepiscopo, non Juello, non Whitgiftò, non G. Abboto, non Ulerio Armachano, ne referam teriem benè longam Præfulum, ac Theologorum, in eo Regno, quos alii in hanc rem dudum produxerunt.

III. In præfatione Diaconorum & Presbyterorum, solus Archidiaconi testimonio, & factò per eum examine Doctrinæ & Morum, nititur Episcopi fides eos ordinari. Ac quæcumque sit jam ea dignitas vel jurisdictio Archidiaconatus, sustinens quasi vices Episcopi, nata pridem in Romanâ Ecclesiâ, ignorata verò (quatenus est ἀρχidiaκων seu dignitas) in Græcâ & Orientali; fatendum est examen Doctrinæ & Morum in ordinandis rutiùs commissum iri pluribus, qui concurrant cum Episcopo & Archidiacono. Et ita olim Articulò xi. Juris Ecclesiastici fanciendi sub Eduardo vi. apud Reverendiss. Burnetum: *Injunctum erat, ut antequam Ordines fieri conferrentur, Archidiaconus, & alii Examinatores, nominati ab Episcopo, interrogarent Ordinandos, & ipse quoque eosdem exploraret Episcopus.*

IV. Rursus in Diaconorum ordinatione, horum mi-

nisterium, quod idem dicitur esse cum illo Act. vi. 1. Tim. iii. 8. extenditur etiam ad officium baptizandi infantes, & predicandi Euangelium, si visum fuerit Episcopo. Cui rei non est ut magnoperè aliquis refragetur, ubi *habilitas* ad docendum, & *authoritas* solemnium manuum impositione collata est. Nec tamen Diaconis illis Apostolicis, qua talibus, & ut Ordine distincti fuere, commissa legitur ex primâ institutione, & ad Synagogæ morem, animorum sed corporum & mensarum cura, non τὸ βεδιωκῶν sed τὸ βουκῶν tantùm, ut Veteres, nec quæ sacerdotil sunt, sed quæ ministerii. Ulerius Armachanus ad A. M. 4037. *Communibus suffragiis Oeconomi Bonorum Ecclesiasticorum VII. sunt electi, qui ministerio illi vacarent.* Nec collata illis *impositio manuum* fuit, Ordinationis (strictè jam dictæ) ritus, sed *benedictionis & orationis*, qualem adhibere primitus circa Diaconissas, Catechumenos, Baptizatos, Energumenos, Pœnitentes, Ægros, Conjugatos. Hinc distincta *δυναμὶς ἡ λόγος diaconatus verbi* à mensarum illo Act. vi. 2. 3. 4. Si quæ docendi facultas fuit, non ea ex capite Diaconatus, ut in Philippo aut Stephano, actis extra ordinem à Spiritu S. illo etiam ad euangelizandum divinitus missò Act. vii. viii. Nisi obtineat sententia Hilarii Diaconi, sub Ambrosii nomine, ad Eph. iv. 11. *primùm omnes docuisse & omnes baptizasse; omnibus inter initia concessum fuisse & Euangelizare, & baptizare, & Scripturas in Ecclesiâ explanare.* Quanquam Diaconorum officio multa deinceps, præter mensarum ministerium accesserint, ut symbola sacra deferendi, signum dandi, in publico acclamandi, pœnitentium Exomologeses audiendi, instruendi etiam tempore Cypriani, veniendique in partem regiminis, ex non unâ Epistolâ Cæcili. Postea in Occidentali Ecclesiâ commissa iis fuit *Lectio Evangelii*, Seculo v. tandem & facultas baptizandi, sed & docendi, concedente Episcopo, per se tamen non affixa Diaconi officio. Quomodò Aëtius, Diaconatu abdicato, ad quem promotus à Leontio Antiocheno fuerat, nec idem Presbyter, dicendi partes usurpasse legitur, apud Philostorgium Lib. iii. 17. & Historiæ Ecclesiasticæ scriptores alios. Sanè predicandi quoque munus Diaconis, in Helvetiâ, & Germaniâ passim Protestante, commissum apparet, sed hoc ipso Ministris Verbi, ritè ordinatis ad opus S. Ministerii, & gradu modò distinctis à primariis Pastoribus. Itaque de nomine, aut de praxi in se liberâ, non litigandum est.

V. Ut Diaconis, Ordine toto distinctis à Presbyteris, seu Ministris verbi, tribui nimium, ita his detrahi per Formam Ordinationis, uti hæc sub Carolo II. mutationes passâ est, conquesti sunt viri Fratres. Primò enim qui ante Pastores dicebantur, in Adlocutione Episcopi, ut pote qui appellamini in S. literis Legati, Excubitores, Pastores, ac Dispensatores Domini &c. deinceps dispendiâ voce Pastorum, non dicuntur nisi Presbyteri, Curati, Ministri, soli Episcopo Pastoris appellatione vindicatâ, & officio Presbyteratus distincto sic ab illo Pastore. Hinc in Consecratione Episcoporum, Collectâ primâ, post verba omnibus Episcopis, additur per parenthesis *Ecclesiæ tue Pastores.* Deinde prælegebatur olim in ordinandis Presbyteris Epistola (quam vocant) ex Actuum Cap. xx. inde à versu 17. ubi à versu 28. jubentur ποιμαίνειν πασcere, seu regere Ecclesiam Dei, quemadmodum & lectum Caput iii. primæ ad Timoth. & Euangelium Matth. xxviii. 19. ... Job. xx. à versu 19. Sed placuit sub Carolo II. hæc loca ad solos Episcopos referri, ut ordine à Presbyteris distinctos. Quum tamen ea ipsa loca ad Ordinationem Presbyteri ipse Amalarius adulto Seculo ix. retulerit, de Ecclesiasticis Officiis Libro ii. C. xiii. Tandem Presbyteri, qui olim dicebantur ad sacram Presbyterii ministerium cooptari, in novâ Formulâ, dicti assumi in Presbyteratus Ordinem, ut toto Ordine ab Episcoporum illo distingui censerentur, qui gradu hos Dignitatis, Jurisdictionis, in foro exteriori, ex lege Regni, distingui omninò patiuntur. Atque adeò non alienum videtur desiderium Fratrum. 1. Ut Pastores suorum gregum censeantur, qui-

quibus commissi sunt sub Presbyterorum titulo. 2. Ut juxta formam Ordinationis, administrant non tantum Verbum & Sacramenta, sed & *Disciplinam Christi*. Unde & olim dictos esse *Rectores Ecclesiarum Parochialium*, etiam sub Eduardo & Elisabethâ, est ab aliis observatum. Ac de *Presbyterorum* in vetere Ecclesiâ, quin Apostolicâ, officio & dignitate ad imitationem Synagogæ, jam dictum est supra, quos nec à *presidentia* Paulus, imò neque Cyprianus, nec ab honore communis cum Episcopo *Cathedra* vel *Sessiois*, Antiquitas exclusit.

Salva tamen sint & illibata *Episcoporum* Anglicana jura, sive in *Republicâ*, quoad Titulum & Præcedentiam, sive in Ecclesiâ: & in hac quidem tum quoad Jurisdictionem externam, seu jam extra ordinem delegatam à Principe, seu ordinariam, & hanc juxta verbum Dei, & Christianos Canones exercitam; tum etiam quoad Ordinationum, Consecrationum, Confirmationum, & id genus jura, sanctiori jam Ætate Episcopis adscripta, nec negante Hieronymo.

VI. Tandem permittitur judicio Sapientissimorum Præfulum, & Anglicani Cleri, annon expediret Formulam ordinandi, *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* quâ usus est Christus in miraculoso afflatu Apostolorum, mutari in precationis Formulam, v. gr. *Demus tibi Spiritum S. vel, Repleat te donis Spiritus S. &c.* Nec enim aliter solita Antiquitas, ex antiquis Ordinationum, Consecrationum, Benedictionum Formulis, quam *precazione* implorare *gratiam Spiritus S.* in opus Ministerii, Diaconatus, Presbyteratus, Episcopatus. *Emitte, largire benedictionis gratiam, dona caelestia, sacerdotalia dona, charisma sanctificationis &c.* Et in hunc diem Græca omnis Ecclesiâ defungitur per modum *εὐχῆς*, precationis, ex. gr. *πλήρωσον τῆς τῆ ἀγίας οὐ πνεύματος δωρεάς; reple* (Presbyterum dum ordinatur) *dono Sancti tui Spiritus ut dignus fiat &c.* Imò nec aliter baptizant Orientales, quàm per modum *εὐχῆς*, *βαπτίζω* vel *βαπτιζήτω* vel *βαπτίζετα*, accusatâ formâ Latinorum *superbia & arrogantia*. Quâ de re Ritualia Græcorum, Morinus Comment. de Ordinationibus, id genus testes. Imò præfatus Morinus, *Parte III. Exercit. VII. C. VI.* istam formulam ordinandi, *Recipe &c. annis octingentis & quinquaginta post Christum natum, planè fuisse in Ecclesiâ Dei incognitam*, id est tempore Amalarii. Quin ipse Augustinus alicubi, *ne ipsos Apostolos dedisse Spiritum S. sed orasse ut veniret super eos quibus manus imponebant*; quod pluribus adstruit Amalarius *Libro II. de Divinis Officiis C. XII. T. X.* Magnæ Biblioth. Patrum *col. 384.* Ac nimis quàm experta est Ecclesiâ, etiam in Orbe transmarino, & experitur in dies, simul cum *signo visibili*, seu *μετὰ ἁποκάλυψιν*, cum impositione manuum Episcopali, non semper conferri *rem significatam*, τὸ χάρισμα, seu inumbrationem Spiritus S. ut distinguitur Gratia ab Officio eo ritu collato. Quanquàm assertum Viris Doctissimis fuit, (*Dodw. in Iren. Dissert. II. §. XXIV. XXV.*) fuisse hæc semper conjuncta cum Episcopali Ordinatione. Sed planum hodie nimis est, nec dari eo ipso ab Ordinante, nec accipi ab Ordinato, *Spiritum S.* Igitur non fit nisi per modum Ordinationis & voti. Neque iis verbis, quæ Christus ad Apostolos, ullum hujusmodi *pacum* continetur, inter Deum & Ecclesiâ, de simili dono Spiritus S. eoque ordinario, conferendo per manus Episcoporum, qui soli successuri essent Apostolis. Sed de Ordinatione etiam infra.

De cætero non censent prudentiores vexanda esse reliqua, in *præfatâ Formâ* Ordinationum, ac Consecrationum, in quâ utiles interrogationes, admonitiones piæ, lectiones Biblicæ, *precazione Christiana*. Ac bene est, *Unctionem* Chrismatis, Tonsuram, Benedictionem Manuum Sacerdotalium, Traditionem Patenæ & Calicis, vel etiam Stolæ, Dalmaticæ, Annuli, ritus id genus alios mediæ aut postremæ ætatis, à Reformatoribus Anglicanis esse sublato. Ac de *Consecratione* Archiepiscoporum, Episcoporum, dictum jam supra est *Cap. II. ad Articul. XXXVI. Confess.*

SECTIO VIII.

De Ceremoniis & Ritibus Ecclesiasticis, res aliam repetita, utrimque fore concessa aut concedenda. In specie de Ceremoniis præscriptis aut usu observatis in Ecclesiâ Anglicana. Concordia in his inveniunda ratio.

DE Ecclesiasticis *Ritibus*, sacrive *Ceremoniis*, ut sunt publici & Christiani cultus, sacræ quædam appendices, aut fallor animi; aut magnâ consensione conveniet de his inter Fratres Anglicanos.

Primò *εὐαγγέλιον* est, retinuisse ex Judaicâ disciplinâ haud paucos Ritus *Apostolicam* Ecclesiâ, quia in se medios, sanctificato eorum usu, & ad cultum Christianum applicato. In his fuere nonnulli etiam Ritus *precepti & imperati* lege perpetuâ & universali, quales sunt S. Baptismi, Fractionis ac Benedictionis panis, Communionis sub utrâque specie; sic ritus Imponendarum Manuum rite vocatis ad opus S. Ministerii, publicorum Conventuum, Lectionis sacræ, Cantionum, Psalmodiarum, exercitiæ Disciplinæ &c. De haud paucis aliis constat vel Christi vel Apostolorum *praxis & observantia*, quamquam sine mandato; aut si mandatum, non equidem tale, quod omnes Christianos, semper & in perpetuum, obstringeret. Nisi jam huc *Canonis* aut *Constitutiones* vulgo *Apostolica*, invitis plerisque, pertrahantur, aut Traditionum apocrypha. In hunc censum referimus *Bonorum Communionem* in primâ Ecclesiâ; *Laicos* etiam *Evangelizantes*, imò *Baptizantes* ut Auctor commentar. in iv. ad Epheseos; frequentem *Impositionem Manuum* in edendis miraculis, aut in conferendis charismatibus Sp. S. *Immersionem Trinam* Baptismalem; *Communionem Quotidianam* aut *Vespertinam*; *Agapæ* ritum; *Exorcismos* obsessorum; *Horas* precum; *tertiam, sextam, nonam*; *Sabbaticos* etiam *Conventus*; *Lotionem* pedum, postea *mimicam*; *Unctionem* infirmorum; qui miraculo sanarentur; *Velamen* mulierum, pro more Geniis; *Caput* virorum *Detestum* reverentiæ ergo; *Dinonissarum* *minuteriam*; frequens *Osculum* pacis; *Jejuniorum*, *Electio*rum, *Congregationum*; *Disciplina*, *Regimini* Ecclesiarum, rationem variam; *Ministerium* *ἀδωρατον* *Gratuitum*, nullo stipendio, vel sustentandæ vitæ, aut familiæ subsidio; Pauli & aliorum fortè *Cœlibatum* 1 *Cor. VII. 7. 8.* illum quamquam veteribus dubium; & si quæ hujus generis plura fuere.

Secundo, pro confesso erit, sublatis Apostolis, institutos fuisse novos subindè Ritus, novas Ceremonias, pro factâ Ecclesiæ in rebus mediis libertate, quos jam Ritus dicimus *Ecclesiasticos & Adversivos*. Nec causa una fuit; seu ut majorem sacris conciliarent reverentiâ, seu ut rudiores externis ritibus veluti picturis quibusdam erudirent; seu quod ad decentiam, ad ordinem, disciplinam, atque ædificationem Ecclesiarum, facere nonnullos crediderint; seu quod dati etiam Ritus fuerint Judæorum aut Gentilium infirmitati, vel moribus, iis cumprimis lucrandis, & ad Christum adducendis affinitate quadam Rituum ac Ceremoniârum. Nec aliâ fere origine derives, ex. gr. Festorum, quæ quidem fuere Christianis ab ævo sacra, religionem; Jejuniorum, aut Vigiliarum illam, Xerophagias Antopachales; bigam Sabbathi & Dominicæ; Horas precationum, statum, Orantium situm, gestus, formulas; signaculum Crucis; stationes, vota pia, Consecrationes; Oblationes pro mortuis; Commemorationes eorumdem; Altarium; Sacerdotum; Sacrificiorum, appellationes; Templorum dedicationes, ornatus; initiationem Catechumenorum; Pœnitentium in publico gradus; Absolutionum ritus; usum Olei, Cereorum, Incensû; Ceremonias non paucas, easque diversas, Baptismales, Eucharisticas, Funerales &c. Quod etiam fecit regionum ac morum disparitas, unde suos habuere ac discrepantes Ritus Syri, Ægyptii, Æthiopes, Asiani, Græci, Armeni: suos Roma, Italia, Africa, Gallia, Britannia &c. Quâ de re præter Socratem, *Historiæ Libro V. C. XXXI.* luculentus testis Au-

Au-

Augustinus, *Epistola* priore ad Januarium, circa A. cccc. scripta,

Tertiò nec minùs indubium, auctum deinceps fuisse Rituum apparatus, quibus tandem obruta pene Ecclesia fuit, simul dum cresceret, in Doctrinà corruptio, in Religione frigus, in Moribus laxitas, in Ecclesià luxus, in Regimine dominatio, in Clero mollities, in Cultu superstitio, in Populis ignorantia, ita ab internis ad externa retracta pietas cultusque omnis; pridem monente Agobardo Lugdunensi, occasione introductarum *Imaginum*, ex Edit. Baluzii p. 242. *visibilia nocere ad invisibilia capienda, & res corporeas etiam bonas ad spiritualia contemplanda*, quod confirmat ex Augustino. Indè nata sunt infeliciter v. gr. Usus Imaginum publicus, Crucium erectiones, Festa, Tempa, Hymni in honorem Sanctorum, Mariodulia, Pompa sacrificialis, novicùm Ordines, ràm Ordinationum ritus, nova Jejunia, Officia, Litanie, Proceffiones, Cantionum alterni chori, Instrumentalis Musica; Sacre Vestes, Reliquiarum, Peregrinationum, Sepulchrorum Superstitiones, Consecrationes sine fine, Sacramenta humanitùs instituta, vota Monastica, Missie sine communicantibus, Panes azymi, sexcenta id genus. Secunda ad Januarium; eam *Religionem, quam Misericordia Dei paucissimis celebrationum Sacramentis liberam esse voluisset, (observatione facillimis, significatione prestantissimis, dixerat Epist. priore) ita servilibus oneribus premi, ut tolerabilior esset conditio Judaeorum, qui etiamsi tempus libertatis precise non agnoverint, Legalibus tamen sarcinis, non humanis presumptionibus, subjicerentur.*

Quartò convenit utrimque, *Ceremonias* nullas non præscriptas Verbo Evangelii, quod *leni jugo nos subdit, & sarcina levi*, ut idem Augustinus, quæque adeò nec traditæ omnibus, nec pariter observatæ, nullas (inquam) habendas esse in rerum ex se *necessariorum* genere, aut ut partem *essentialem* divini cultùs; multò minùs adæquandas observantiae *mandatorum* Dei & Christi; factum sit licet adultà jam Ecclesià. Quod præter Christum, præter Paulum non semel, laudatus modo Augustinus, *Epistola* posteriore ad Januarium, quæ est vulgò cxix. ex nupera Edit. LV. paragr. 35. *Hoc nimis doleo, quod multa, qua in Divinis Libris saluberrimè præcepta sunt, minus curantur. Et tam multis presumptionibus (aut præceptionibus) sic plena sunt omnia, ut gravius corripiatur, qui per Octavas suas terram nudo pede tetigerit, quam qui mentem vinolemiâ sepelierit. Quam consentiosam obstinationem vitandam esse ibidem monet, in rebus hujusmodi, qua nequè S. Scriptura auctoritate, neque universalis Ecclesia traditione, neque vita corrigenda utilitate, sese aliis probant. De quibus adeò suadet, nec legem absolutam ferri, nec praxim universalem exigi debere.*

Quintò, non etiam inficiantur Rituum Anglicanorum assertores, *Ceremonias* nullas humanæ institutionis, seu Ritus merè Ecclesiasticos censeri oportere *virtutis* alicujus mysticæ, spiritualis, aut Sacramentalis; quicquid tandem de *significatione*, repræsentatione, aut intentione mysticâ, in eorum Rituum observantiâ, qualium plena pia Antiquitates fuit, statuatur. Ità enim defecissent hæc parte, tam utilibus & salutaribus institutis neglectis, Christus & Apostoli, nec Scripturis S. constaret sua *perfectio*, de quâ Paulus 2 Tim. III. Et indè fuit sequiorum temporum effusa superstitio, in attributâ *Signis* id genus *Sacramentalibus* (quæ vocarunt,) spirituali efficacità, quam extra institutionem & promissionem Christi dari nullam posse, summa Fratrum Anglicanorum consensus est. Nec ullam hujusmodi adscriptis primam Antiquitatem *signaculo Crucis*, Christianorum tunc testis, symbolo, memoriali Dominicæ Crucis, in eâ cruce spei, gloriationis, ac forendæ crucis ad Christi exemplum incitamento, pridem est à Viris doctis ostensum. Quomodò & *baptismalis unctio*, inter usus alios, respectu habito ad Athletarum morem, modò tinctos ad luctam & ad certamen composuit.

Sextò, largiuntur utrimque pariter, *Ceremonias* nul-

las vel institui vel observari debere, minus lege imperari, quæ habent in se aliquid *superstitiosum*, aut *contrariè* Verbo Dei; dixit Augustinus, quæ *contra fidem fiant, aut contra bonos mores*; Cyprianus Epist. XLIV. *quæ contra Evangelicam legem, contra institutionis Catholice unitatem, ut humanâ traditione, sic idem aliàs, mutetur quod est divinitus institutum.* Quæ de re in thesi nullum inter Protestantes litigium est, nec inter Christianos olim fuit. Et indè proscriptæ sunt, jam *Eduardi* tempore, *Ceremoniæ & Traditiones* non paucæ, quas sequiorum temporum superstitio & idololatria invexerat; an omnes, sub iudicio his est. Thesi jam nostræ subscribit Thomas Rogers, in Doctrina Anglicanæ Ecclesiæ, ad Art. xxxiv. Prop. 3. *Ceremonia & traditiones instituta humanâ auctoritate, si repugnent Dei Verbo, à mortalium nemine observari debent.*

II. Nunc ad Ritus Anglicanos ut accedatur in hypothesis, foret id excessisse limites charitatis Christianæ prudentiæque, accusasse multos istiusmodi Ritus, quales tribus aut quatuor prioribus Ecclesiæ Seculis obtinuerunt, *superstitionis* propriè dictæ; aut jugi *Legalis*, *Mosaici*; aut nascentis hoc ipso *Anti-Christianismi*. Nam inde certum est profluxisse Ritus varios; retentos hodieque in Ecclesià Anglicanâ, qui purgati à Superstitione & ab Idololatriâ, quæ sub Papatu illis accesserant, & adhibiti ad priores illos fines quos intendit pia Vetustas, puta ordinis causâ, decentiæ, reverentiæ, etiam ut sunt devotionis vel pietatis quædam adminicula, neminem robustum in fide facile offendant; licet fortasse minus utiles aut minus necessarij habeantur. In his sunt, ex gr. officia quotidianarum Precum; *Dominicæ* Christianæ, *Festorum* Passionis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostis, Natalis Dominici, Epiphaniæ, reliqua Officia; Ritusque in administratione *Baptismi*, *Eucharistia*, *Confirmationis*, *Matrimonii*, *Visitationis* *Ægrotorum*, *Sepulturæ* mortuorum; situs quandoque *Corporis*; ut *Standi*, in Oratione, Lctione Evangelii, recitatione *Symboli*; sic *genus stectendi*, ad certas Orationes; *Collectas*, *Abolutionem* à Ministro pronunciatam &c. Pia & annua celebratio horum & illorum *Beneficiorum*, quæ Deus Genti indulgit; *Jejunia* subinde indicta, modo vera; cum primis *ante-Paschalis* devotio, piis Lctionibus & Orationibus excitata; & si quæ sunt Agenda plura. Quò facit non unum Augustini monitum. Sic Epist. ad Casulanum Presbyterum, quæ nupera Edit. est xxxvi. ferè initio, ubi de jejuniis Sabbathi: *In his enim rebus, de quibus nihil statuit Scriptura Divina, mos Populi Dei, vel instituta Majorum pro lege tenenda sunt: De quibus si disputare voluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio.* Idem ad Januarium Epist. nuper Edit. LIV. paragr. 2. *Alia verò que per loca terrarum regionesque variantur, ficti est, quod alii jejunant Sabbatho, alii non &c. totum hoc genus rerum liberam habet observationes: Nec disciplina ulla est in his melior, gravi prudentique Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quam fortè devenerit.* Paulo postea: *Faciat ergo quisque quod in eâ Ecclesiâ, in quam venit, invenerit. Non enim quicquam eorum contra fidem fit, aut contra mores hinc vel indè meliores.* Repetit idem Epist. sequente ad eundem, tanquam *saluberrimam regulam*, ut ea quæ sic instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando, & imitando sectemur. Et ità ad Augustinum Ambrosius, *Cum Romam venio jejuno Sabbatho, cum hic sum (Mediolani) non jejuno.* Imò verò, etiamsi horum quædam improbentur, quia tamen commodè refecari non possunt, propter scandala evitanda, rectè idem Epist. posteriore ad eundem Januar. paragr. 35. *Liberim improbare non audeo; mox, Ecclesia Dei inter multam paleam, multaque xizania constituta, multa tolerat.* Et in eam ipse Calvinus mentem, *Tract. de Verâ Reformandæ Ecclesiæ Ratione*, T. VII. p. m. 322. *Hic testatum velim piis Lectoribus, me non de Ceremoniis litigare, qua decore tantum & ordini serviant, vel etiam Symbola sunt & incitamenta eorum quæ Deo deserimus* reve-

reverentia: Cum primis ubi earum consuetudo diuturna inolevit, nec amoveri sine offensione aut perturbatione possunt. Nec testibus opus est, æquissimo hac parte inter alios Rev. Baxtero, negante *separationem* à se vel institui, vel probari, propter *Ritum Liturgicos*; imò *Sacramentum S. Cœna valde pie administrari in verbis liturgiæ*; ne improbatum quidem *responsionibus intercessis &c.* Non-Conformitat. Anglic. Cap. 58.

III. Sed præ Augustini regulis sint Canones Paulini, & Christi Servatoris, quos Fratres dissidentes ac redituri ad unionem ad animum revocabunt. 1. Esto regula æterna charitatis, quæ jubet res benigniorem in partem interpretari, nec nimium esse suspicaces aut morosos erga Fratres; multaque tolerare, licet *nobis* inutilia, aut incongrua, vel superflua esse videantur, quæ non ita videntur *aliis*, de cætero ejusdem fidei ac spei vinculo conjunctis. Idque *pacis* ergò, & fraternæ *concordiæ*, atque *unionis*, amovendo scandalo, & periculo ex infauſta distractione illorum, qui in fidei fundamento consentiunt. Obvia sunt ex Paulo loca *Rom. xiv. xv. & praxis 1 Cor. xi. 16. &c.* & illustre hujus rei documentum præbet Apostolorum constitutio *Act. xv. 28. xxv. 25.* 2. Esto regula *prudentiæ* à Christo commendata, tot in Paulo & Apostolis exemplis. Quæ fiet ut sedulo Fratres expendant, quid expediat magis, dum Hannibal ad portas est, communi utrimque Doctrinâ, Fide, Spe, Cultu, Causâ, Rege, Senatu, Lege &c. An fovere *separationem* tantâ cum offensione, tantoque cum discrimine salutis publicæ, factâ sic communi adversario viâ quâ irrumpat? An verò, seposito omni affectu carnis, & commodo proprio, vel etiam proprio iudiciò, in rebus non determinatis Scripturarum autoritate, consulere securitati Religionis, Regni, Legum, causæ Protestantis, totque piorum gaudiis, novo jam fœdere *Unionis*, vel *Comprehensionis*, iisdem deinceps cœtibus, eademque communione? Cavendum sanè, ne *eradicantes zizania simul eradicemus triticum Mat. xiii. 29.* Quin eâ fuisse *prudentiâ* Christum ut observavit Ritus quosdam Judaicos, nec à Moſe institutos, v. gr. festum Encæniorum, Lotionem pedum, ante-Paschalem accubitum in Cœnâ Paschali &c. pridem observatum Interpretibus est. 3. Esto regula *obedientiæ*, debitæ Legibus, & summæ Potestati, in iis quæ suâ natura ceteri debent *adiaphora*, non præcisè Dei Verbo repugnantia, nec eo determinata; quorum autem est necessitas quædam Civilis, & connexio cum Civili Ordine & Regimine. Itâ v. gr. *Episcopale* in Angliâ *Regimen*, quale legibus sancitum jam sub Eduardo & Elisabethâ fuit, salva in nonnullis emendatione Canonum, & Disciplinæ, indivulso nexu cohærere cum statutis Regni, & moribus Gentis, apud omnes penè in confesso est. Vicissim gentes aliæ, ut Scoti, Belgæ, Galli, fruantur suis moribus, legibusque. Quò spectarunt modò Augustini sapientissima monita, contra *contentiosam obstinationem quorundam fratrum*, ut ipse loquitur; qui alibi etiam, agens de prandio ante Cœnam Dominicam quo die Christus illam instituit, *neminem* (inquit) *cogimus, sed nulli etiam contradicere audentur*. Ac de conscientia obligatione in ordine ad Leges Civiles, & Ecclesiasticas, in rebus adiaphoris, aut fortè etiam dubiis, ex professo gravissimi Theologi, & in Angliâ omnium instar Robertus Sanderfonus *Præf. vi. R. Baxtero & aliis*, merito suo, laudatissimus scriptor, & Episcopus.

IV. Vicissim in iis ipsis Ritibus & Officiis, quæ retineri placet ex Libro Communium Precum, pollicentur sibi Fratres ab æquitate Anglicani Cleri. 1. Fore, ut recensentur *Officia* pleraque leviter mutatis aut emendatis, quæ scrupulos pepererunt Viris Doctis & ingenuis, ut supra est ad Liturgiâ observatum in officio *Baptismi S. Communionis &c.* servatis tamen iis omnibus quæ iudicio prudentiorum sensum commodum admittunt. Et sanè in rebus quæ ad externum Ecclesiæ Ordinem aut decorem spectant, habendam quoque rationem esse mutæ *adificationis*, sed & *pacis & concordia*, iussit Gentium

Tom. II.

Apostolus, repetito Canone *Rom. xiv. 19. 1 Cor. xiv. 26. 40.* ut quoque praxis Apostolica comprobavit. Itâ in rebus suâ naturâ mediis, in quibus per loca regionesque variatur, ut antè Hipponensis, nullâ nempè traditis Apostolorum lege, cavendum præprimis esse, ne *contristemur fratres*, quos infirmos aut fortè pertinaces judicamus, vel superstitiosè timidos, neve ipsimet offendamus eos contentiosa obstinatione in leviculis, aut etiam temerè damnemus, vel ex canonibus *Rom. xiv. 3. 4. xv. 21. 1 Cor. viii. 13.*

2. Sperant etiam fore, ut non imponantur istorum quædam omnibus, lege universali, per modum *necessariæ assensus*, & quidem *toto animo*, aut *necessariæ observantiæ*, addito vinculo *juramenti*, quo in perjurium multi inducantur. Contendunt adeò ut revocetur indulgentia & libertas *omittendi*, quæ jam facta sub Eduardo fuerat, si quorum conscientia his aut illis gravantur. Itâ olim sanxerant Liturgiæ revisores: *sicut inutiles Cæmonias abstulimus, ita eas quæ reliquæ sunt nolimus obligare hominum conscientias, & docemus propter justas causas mutari posse. Poterunt omitti, aut observari, citra casum scandali.* Et sic postea Carolus II. idque juxta Apostolorum canonem *Act. xv. 10. 28.* ne imponeretur in huiusmodi ritibus *jugum* vel *onus* discipulis Christi, violatâ *libertate* in quam Dominus suos asseruit *Galat. v. 1.* extra casum *specialis necessitatis*, qualem Apostoli quondam censuerunt circa sanguinem & suffocatum. Nec minus inviolatâ sit Regula Paulina, qua Christiano nulli fas est quicquam agere *conscientia reluctante*, cujus non ipse Dominus est, seu contra lumen, aut contra persuasionem mentis suæ; imò ne agendum quidem *basitante* conscientia, num actio talis grata Deo futura sit *Rom. xiv. 23.*

V. Exemplo modò sint Ceremoniæ plures præscriptæ Libro Liturgico, & illo Canonum Ecclesiasticorum. Quæ quando multis hodiè *incongrua* aut *inexpedientes* visæ, hac luce Reformationis, nulla certe ad salutem habitudine aut spiritali efficaciam (quod largiuntur Liturgici) conspicuæ, nullâ Apostolorum evidentè praxi roboratæ, hinc indulgeri postulant eam quam diximus libertatem *omittendi*. Itâ v. gr. *Geniculatio* in Eucharistiâ S. (qualem declaravit Rubrica in Libro Communium Precum sub Eduardo VI. deindè & appendix hujus Officii in Liturgiâ hodiernâ) reverâ situs corporis est summæ humilitatis, devotionis, gratitudinis, elevatæ ad Deum & Christum mentis, dum divini amoris symbola percipiuntur. Unde nec damnant simpliciter gravissimi è Presbyteriali disciplinâ Viri. At in votis habent, ut quod olim licuit liceat deinceps quoque, ac possit *genuflexio* ea *omitti inculpatè*. Quando ex opinione Præsentis Corporalis inolevit hic adorationis ritus, atque ejus *genuflexionis* nec mandatum Apostolicum legitur, nec exemplum; neque hæc primæ Antiquitatis praxis intelligitur quâ *stantes* communicarent, fatente Henr. Valesio, *non ut hodie genibus flexis*, ut is ad Eusebii *Librum vii. C. ix. p. 145.* Primitus etiam *sedisse* in Agapis, quibus conjuncta fuit Cœna Eucharistica, uti *disensuisse* Apostolos, non est dubitandi locus.

Neque *Signaculum Crucis*, de quo supra, in usu baptisimali alterâ jam ætate usurpatum, hinc pro *ritu Oecumenico* à multis habitum, remotâ opinione *virtutis* alicujus *sacramentalis*, quam nescivere sanctiora tempora, simpliciter respuunt Presbyterialis Disciplinæ Viri. Sed nec discretas *Vestes* omnes, aut *ornamenta* omnia in ulu sacro, vel *superpellicum*, planè eliminant, professo istud alicubi R. Baxtero; certè non pari ætate, quo fecit olim Hopperus, Episcopus vulgò Non-Conformistarum Parens.

Quamquàm sanè ob huiusmodi *dissensum* indoluerunt multoties ejectos, atque exauthoratos fuisse Fratres, viros cæterâ pios & confortes ejusdem Fidei. Ut jam circa legem necessitatis tota dissensio sit.

Eadem ratio est aliorum quorundam Anglicanæ Ecclesiæ Rituum. Exempli causâ, nec stata Communionis Eucharisticæ *Tempora*; nec baptizatorum, ubi rationem reddere possunt spei suæ, *Confirmationem*; nec

Nnnn

dieo

dies omnes *festos & sacros*; nec *Parociales* Cœtus aut *Paroeciarum* Ministros, pro usu vocis *παροικίας* in Occidente; nec *Preces Liturgicas* matutinas aut vespertinas, si debitâ cum attentione peragantur; nec *Obedientiam* addendam *Rectoribus*, *Episcopis*, *Canonicam* vocant; nec ritus alios circa jungendos *Matrimonio*, circa *Aegros*, vel *Sepeliendos*, vel *Impœnitenes*, vel obstringendos *Juramenti* solitâ formâ, &c. non inquam ea per se damnare prudentiores Fratres, moderatius jam *Episcopales*, accepisse me aliquando in *Britannia* memini.

Contendunt modò, ne illorum omnium observantia, pari rigore quo factum antè est, sub *Laudo Archiepiscopo*, dein sub *Carolo II. Lege Uniformitatis*, ab omnibus & singulis exigatur, conscientis eo jugo oppressis. Ità quondam sancitum sub *Eduardo* fuerat, antequàm dispungerentur hæc verba: *In omnibus aliis locis liberum est Ministris uti aut non uti lineâ veste: quantum ad genuflexionem in administrandis Sacramentis, & consignationem signi Crucis, liberum est cuique sequi suam sententiam.* Et in eandem quoque sententiam *Carolus II.* folio restitutus Anno 1660. pollicitus, se *privatorum Conscientiis, Ceremoniarum quarundam usu gravatis, quarum necessitas deduci ex Scripturis non posset, indulgentium benevola dispensatione istarum omissionem*; In specie verò ut *nomini Eucharistia denegetur, qui eam non flexis genibus recipiat, ut nemo ad usum signaculi Crucis in Baptismo compellatur, ut nemo ad incurvandam audito nomine JESUS cogatur, ut in superpellicei vel albæ vestis usu unicuique relinquatur libertas pro libitu agendi &c.* Quâ tamen factâ libertate, v. gr. non *stentis* genus in *Communione* sacrâ, vitandæ confusionis aut offensionis ergò non alienum videretur, designare loca, vel tempora, quando ad *S. Synaxim* illi accederent, qui stantes admitterentur, antiquo ritu, & in plerisque *Reformatorum Ecclesiis* recepto. Quoniam, si qui malunt *sedentes* ad primæ Institutionis morem, nec eo nomine habendi sint contemptim aut superciliosè.

VI. Tandem quod res est fatendum ingenuè, sepe resse nonnullos *Ritus, Cultus, Ceremonias*, retentas sub *Eduardo VI.* nec expunctas à primis *Angliæ Reformato*ribus, quæ in fermenti *Papismi* reliquiis, & avitæ in *Ritibus superstitionis* (de cujus primordiis supra *Num. 1. Paragr. tertio*) haberi à plurimis meritò videantur. Constat enim, *Librum communionis Presum* maximam tum partem confarcinatum fuisse ex *Officiis* antè usitatis & ex *Missali Romano*, relectis aut emendatis quæ magè *superstitiosa* aut quæ *Idololatrica* judicarent. Quod nec inficias ivit *Rob. Abbotus*, *Antilogiâ* suâ contra *Apologiam* pro *A. Garneto Jesuitâ*, & plures in *Britanniis Theologi*, & *Historia Anglicanæ Reformationis* docet. Ita perisectum, *Elizabetham* in iis quæ ad *Cultum & Ceremonias* spectant tenacissimam fuisse antiqui moris, & pompæ externæ amantissimam. Sub quâ etiam, in *Officio S. Communionis*, *Rubrica* disposita fuit, opposita *Realis Præsentia* Corporis Christi in *S. Cœnâ*; inuncta item autoritate Regia fuit incurvatio vel reverentiæ signum, ad pronunciationem *nominis Jesus*; & *Uniformitatis* rigidissimæ leges aliæ sancitæ, maximè sub *Matth. Parkero*, & *Joh. Whitgifto Archiepiscopis*. Auxere verò deinceps in multis *superstitionem*, vel fovèrunt, odio *Non-Conformistarum* seu *Puritanorum* quos dixere, edita in specie *Rich. Montacutii* scripta, *Romanensium* placita interpolaturi in plurimis, *Cicestriensis* post *Carltonum Episcopi*; Tum & *Johannis Cosenii*, *Præbendarii*, postea *Decani*, tandem & *Episcopi Dunelmensis*, *Collectio Devotionum Privatarum*, à *Londinensi* tum *Præsule* approbata, in qua *Horæ quatuor Canonicae, Præcepta Ecclesiæ, Septem Sacramenta, Septem Peccata Mortalia, nomen Jesus expressum* per *I. H. S.* & id genus *Papistica* alia. Post hæc verò, *Laudo* ad sedem *Cantuariensem* admoto, Anno 1633. quæ jam *Episcopus* agitaverat perfecit, & dum moliretur conciliare *Ecclesiâ Anglicanam* cum *Româ Pontificiâ*, salvâ *Regni lege*, & *libertate gentis*, ut refert quoque *Fullerus Hist. Lib. xi.* ad *Annum 1545.* & ejus *ex vitâ*, factis, ac scriptis liquet, ita in cetero

Rituum, Ceremoniarum, Cultuum apparatu, quantum potuit accommodavit omnia inolitæ *superstitioni*. Hinc initio statim probatæ *Vigilia, Festa* in *dedicationem Ecclesiarum, Consecrationum* (Revells) seu *Composicionum Ecclesiasticarum, & Sacrificiarum* dies; *Libri Lusum* publica lectio; *Altarium* in *Ecclesiis* forma; ascensus per gradus ad *Altare*; versus idem *Altare adoratio, saluatio* in ingressu & egressu; *Capa* in *singulis Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis*; *Aulea, Candelabra* argentea, *Cerbi* ornandis *Altaribus*; *Crucifixi Imago* & alia, quæ ad *Misfatici Sacrificii* pompam quàm proximè accederent: Tum & vitæ *Templorum, Cæmeteriorum, Vasorum, Vestium Consecrationes*, ad formam *Ritualium Rom. Ecclesiæ*; *Oblationum, Cantationum, Musices* *Papisticæ* imitatio; & quæ plura sensim in praxim, si non in legem, abiverunt, simul cum *Puritanismi* crescente odio. Et horum præcipua *deliberationum* materiam suppeditarunt *Collegio Delegatorum, Subdelegatorum*, autoritate *Procerum Regni* Anno 1640. In quibus *novationum* longa series experita est, ut in *Doctrinâ*, sic in *Disciplinâ, & Ritibus*, quæ per *Laudenses* essent *invectæ*, planè ad *Papismi* formam revocandam. Ac quàm grata ea sub *Carolo & Jacobo* hoc nomine *Secundis* fuerint, *Papismo* faventibus, quâcunque sub *larvâ*, *supervacuum* foret hoc in loco memorasse.

VII. Equidem quoad posterius hoc genus *Rituum & Ceremoniarum*, quod veterem errorem ac *superstitionem* sapit, facile prudentes harum rerum arbitri tollendum censebunt id omne esse, certè emendandum & in salutaris aliud commutandum: *Omnia talia reseranda existimo*, dixit in simili casu *Augustinus Libro II.* ad *Januarium*, seu *Epist. LV.* *Cum primis* ea quæ sunt ad *veram sinceramque pietatem promovendam immitia*, ad *superstitionem* verò atque *impietatem fovendam apta*, ut de *Vestibus* quondam *Hier. Zanchius*, ad *Elizabetham*, exemplo ducto ab *anco serpente propter abusum sublato*. Quo in ordine apparent, seu jam ex præscripto *Liturgico*, seu ex usu recepto, haud pauca id genus.

In his sunt præcipuè, *Festa religiosa*, per *Menses* *calendarii* singulos, ignota *puriori Antiquitati*. Puta, v. gr. *Festum Purificationis B. Mariæ, Annuntiationis* ejusdem; *S. Michaelis & omnium Angelorum; Omnium Sanctorum; Sanctorum Innocentium; Nativitatis S. Johannis, Martyris S. Petri, Stephani Proto-Martyris*, ita *singulorum Evangelistarum, Apostolorum*; quorum plerumque *martyria*, horumque locus, tempus, ratio, in *dubilis* traditionibus, ne quid dicam *gravius*, haberi debent. Adde horum *Festorum Vigiliae, & Officia* *singulis* dicata. Saltem *occurrendum* aliquibus est *veteri* in *hiscè* *superstitioni*.

Ità quicquid sit de *pervetusto Quadragesimæ* seu *Jejunii Antio-Paschalis* usu, non tamen *prima & sanctiora* tempora, aut *Septuagesimæ, Sexagesimæ, Quinquagesimæ, Quadragesimæ*, eam *distributionem* novis *intelliguntur*, aut *diem* *solemnem Cinerum*, *jejunii* illius *fixum* postea *caput*; aut ita *jejunandum* ad *dies XL.* ad *imitationem Christi, qui nostri causâ dies XL. & XL. noctes jejunavit*.

Nec facile huc trahi potest *regula Augustini*, de *Baptismo* contra *Donatistas Lib. IV. C. XXIV.* esse omnem istam *Quadragesimæ* *observationem* ex eorum *genere*, quæ *universa tenet Ecclesia*, & semper *retenta* sunt à principio, antequàm *Consiliorum* *institutio* aut *approbatio* accederet, *credenda* adeò *rectissime* tanquam *fuisse Apostolicâ auctoritate tradita*. Quæ *perpaucis* sanè *nonnulli Viri Docti* *persuadebunt*. Et rectè jam dicamus cum *Basilio de Spiritu S. C. XXVII. (p. 271.)* *ὅτι πῶτον ἐγγράφῳ* quo ex *scripto*, aut *prescripto*, constabit hujusmodi *circumscriptio* *ἀποστόλων* *tacita* planè *traditio* & *Asit* *putgata* ea à *facibus* *superstitionis*, & *revocata* ad *memoriam* *Passionis* *Dominicæ*, in *adminicula* *veræ & Christianæ* *Pœnitentiæ*, juxta *normam* *Euangelicam*, *citra* *opinionem* *sanctitatis* aut *meriti*, *citra* *jugum* *conscientiis* *impartum*, jam *desinunt* esse in *Rituum* ex se *superstitiosorum* *genere*.

Notum etiam, quam multos offenderit introducta, seu lege, seu usu & consuetudine, circa *Altaria* superstitionis, de qua jam supra. Puta *Altarium* propriam appellationem, certam constructionem, certa ornamenta, Candelabra, Cereos non accensos, Salutationem, Conversionem orantium ad Altare; & si quæ plura à Laudibus cum primis temporibus obtinuerunt, Superstitionis æmula, nec referentia simplicitatem sanctioris ævi. Quamquam controversia nulla moveri debeat, de *Ara* vel *Altaris* antiqua appellatione, æquæ ac illa *Sacrificii*, *Sacerdotis*, *Oblationis*, sensu mystico & figurato, post sepultam pridem Synagogam: sed nec de precantium pervertito ritu, convertentium se *πρὸς ἀνατολὰς ad Orientem*, secundam jam ætate, undè *Ecclesias fidelium Orientem amare*, dixit alicubi Tertullianus. Certum tamen est, ipsum Leonem Romanum, Sermonem vii. in Nativitate Domini, hanc consuetudinem improbasse, ac voluisse antiquatam, quæ *super altaris gradibus, quibus ad Suggestum Ara superioris ascenditur, converso corpore ad nascentem se solem reflecterent, & curvatis cervicibus se inclinarent*, quasi in honorem splendoris Orbis, ita alii quasi in honorem Altaris.

Refertur huc posset injuncta pridem *Incurvatio ad nomen* JESUS, seu *inclinatum ad προσκύνησιν corpus*, ut loquitur Montacutius, ex lege lata *Ecclesiastica*, *Canone xviii.* quem refert Originum *Ecclesiast. Parte i.* Equidem, ut signum est *imortæ humilitatis, ac professionis, esse Dominum Jesum, verum & æternum Dei Filium*, nihil ex se habet illiciti, aut Idololatriæ, undè & Protestantium passim in Germania, & Reformationum in Ecclesia Tigurina, viris denudantibus caput, hodieque praxis. Constat tamen. 1. Hujus incurvationis aut adorationis *legem latam*, additis etiam Indulgentiis, ortum ducere à Superstitiosa pridem & Idololatriæ Romæ. 2. Aut si rem reperis altius, natam ex invocatione religiosam *Domini Jesu*, nomine hoc expressio, in adjurando olim per *Exorcistas* Dæmone, aut etiam per *quemlibet Christianum*, adhuc tempore Tertulliani, & Origenis, juxta promissionem, *in Nomine meo ejicient Dæmonia*, *Marci xvi. 17.* Quæ de re fusè Dodwellus *Dissert. ii. in Irenæum*. 3. Vel ortam primùm, ex contumeliis Judæorum aut Gentilium in sacrum illud Nomen, quarum nulla hodie ratio est; uti signum Crucis oppositum iis fuit, qui Crucem conspuerent, ac maledictis incesserent. 4. Abiisse hunc ritum in Ceremoniam mere *externam*, & *nomini* JESU ore prolato reverentiam potius exhiberi, quam Personæ Θεουγενούς, aut quam Nominibus Filii Dei, Immanuelis, Christi, ne dicam Dei Patris, aut Spiritus S. Saltem aberit *lex lata*, pro hac προσκύνησις ad pronunciatum nomen.

Nec difficiles, opinor, erunt Sapientissimi Præsules, in commutandis *Lectioibus Apocryphis*, de quibus supra, in *Lectiones Canonicas*. Neque forte in commutando *pleno cantu*, etiam *Epistolarum*, vel *Symboli*, vel *Doxologion*, in lectionem aut recitationem gravem, materiam accommodatam. Ità nec in discernendis iis ex *Evangelio* & ex *Epistolis* Capitibus, vel Periochis, quarum lectio maximè conveniet tempori, & devotioni animorum excitandæ. Ità nec futuri morosi, in iis constituendis circa *alternas lectiones, recitationes, alterna responsalia, antiphonas, cantus musicos & infractos, iteratas repetitiones, Gloria Patri, Kurie Eleison &c.* quæ magis ad ædificationem comparata videbuntur, magisque ad internam devotionem, quam ad externam aurium vel sensuum voluptatem. Horum quamquam nonnullorum pervertitus in Ecclesiis usus, à Seculo iv. vel v. intelligatur, in Syriacâ primùm & Antiochenâ, dein & in Mediolanensi Ecclesia, sub Ambrosio, ex Theodoro, & Vitæ Ambrosianæ auctore. Nec insistimus jam reliquis, in quibus vestigia superstitionis observarunt alii; Ex. gr. in Ministrorum vario & præscripto *gestu*, situ, hæc vel illâ parte Altaris, vel Mensæ, pro diversitate Officiorum, Orationum; in præscriptis *ornamentis omnibus*, tam Ecclesiarum, quam Ministrorum, quæ in usu fuere *anno ii.*

Eduardi VI. in Orationum exordio, Dominus vobiscum, Et cum Spiritu tuo, Oremus, Kurie eleison &c. Ne dicamus in reliquiis panis, aut vini consecrati, intra Ecclesiam, *statim à benedictione reverenter comedendum & bibendum, à Presbytero unâ cum communicantibus aliis*; more licet antiquo, cujus jam meminit Theophilus Alexandrinus; sub finem Seculi iv. in Canonibus Ecclesiasticis, apud Zonaram & Ballamonem *Can. vii. ἡ μήτε κατηχημένοι οἱ πάλαι ἐδίετο, ἢ πινέτω, ἀλλὰ μόνον οἱ κληρικοί, ἢ οἱ σὺν αὐτοῖς πρὸς ἀδελφῶν, nec quisquam Catechumenus ex illis comedat, aut bibat, sed potius Clerici, & cum iis Fideles fratrum.* Ac Clericis distributas fuisse, distinctis portionibus, *ἕως εὐλογοῦσθαι διλογίας, benedictiones qua supererant*, habet jam Autor *Constitutionum Libro viii. C. xxxi.* Quamquam hujusmodi εὐλογοῦσθαι etiam *Catechumenis* in Ecclesia Africanâ, *Pueris impuberibus* in Constantinopolitana, atque alibi *Pauperibus & egenis*, Hierosolymis aliquando ignis, ad Synagogæ vix tum sepultæ morem & exemplum, data fuisse absumenda; ex *Quinti & Sexti Seculi* Scriptoribus facilis sit demonstratio.

VIII. Coronidis loco duo observamus. Primò, laborasse etiam *Apostolicas Ecclesias* plures, dein & *proximas* Apostolicis temporibus, insignibus tanè defectibus, seu in *Doctrinâ*, seu in *Ritibus*; seu in *Disciplinâ*, seu in *Moribus*, & quales frustra liberes ab errore, aut superstitione, aut non ferendis corruptelis; quarum tamen se Ecclesiarum communioni, cœtibus, postea etiam Canonibus, pii adjunxerunt, procul separationis localis offensione. Loquantur Corinthiorum, Galatarum, Colossensium, Asianorum Ecclesiarum, quarum in Scriptis Apostolicis scæda aliquando imago conspicitur, undè etiam vox *Galaticari* apud Tertullianum, *Libro de Jejuniis*, pro desipere, Judaizare. Ac vix hodiernæ imitationis sunt Ritus benè multi, qui jam *secundâ* aut *tertiâ* ætate Ecclesiæ infantiam, & in variis superstitionem mimicam, arguerunt. In his fuit, verbi causâ; *Sabbati* religiosa observatio, ut esset *Dominica continuatum Sabbathum*, etiam tempore Tertulliani, Origenis, Auctoris *Constitutionum*. Talis & necessitas orandi *versus orientem*, etiam illa *stans* pregando; *Dominicis & à Paschate ad Pentecostem*. Notæ & preces atque oblationes *pro mortuis*, Christianis sacræ. Sic in usu Baptismi, præscripta huic Sacramento duo solemniora tempora, probata nonnunquam *dilatatio* in annos, adhibitæ *exorcismorum, exsufflationum*, ceremoniarum, & si quæ aliæ id genus. Addatur Eucharistiæ consecratæ familiaris jam primis seculis *dominus* absportatio; asservatio in *loculis*, delatio ad *absentes*; ne dicam *mortuis* quoque, aut affectis *corporibus*, prodesse creditam. Accedant, si lubet, olim probatæ *Xerophagia* Ante-Paschales ex Montani disciplinâ; *Vigilia* seu pernoctationes, expectatâ quasi Christi resurrectione; *Intercessionibus defunctorum* utiles privatis creditæ; *Reliquiarum* disciplinæ primordia; itiones *Hierosolymitana*; *virginis* Deo devotæ: superstitionis circa *Calibatium*: rigor in *bigamos*; continuata abstinentia à *Sanguine* vel *Suffocato*, postquam cessasset causa interdicti. Et si quæ alia plura paucis hodie probentur.

Alterum, quod nos erigit in spem Anglicanæ Concordiæ circa Ritus & Ceremonias *Liturgicas*, est nupera etiam confessio tum R. Baxteri, tum aliorum in Non-Conformistis eximiarum doctrinæ & pietatis. Nempe haud intercessuras illas esse suæ cum Episcopali Ecclesia, & Paroecialibus cœtibus, communioni, quamdiu aberit à Ritibus & cultu sacro *Idololatriæ, Hæresis, Blasphemis, Papis*, & *lex illa rigidior Uniformitatis*, ac forma non una *declarationum, subscriptionum*; quæ in violandæ conscientiæ, aut perjuri admittendi, discrimen vel metum adduxit. Negant aded viri prudentes, *separationem* ab Ecclesia instituendam, ob res suâ naturâ *mediæ*, quales sint etiam defectus Liturgici. Modò purgati sint ab Idololatriæ reliquiis, aut erroribus superstitionis; absit modo etiam, ut dictum supra, *virtus sacramentalis* illis tribuenda; ut & *significationis* mysticæ per id genus

signa necessitas, etiam opinio essentialis in iis cultus, & ad fidem testandam omnino requisiti; absit denique severior in omittentes animadversio ac vindictio, quam plerumque esse solet ob neglectum Divinae legis. Quae frequentium Querelarum, Exceptionum, Apologiarum, Petitionum, materia potissima fuerit.

SECTIO IX.

De iteranda Ordinatione à Presbyteris accepta. Quae hinc sequitur Incommoda. Inquiritur in praxim Antiquitatis, & Anglicanam priorem.

Non impedimentum aliud gravius, quo minus coeant in eandem cum Ecclesia Episcopali communionem Presbyterialis Disciplinae Ministri, quam est requisita Lege Anglicana proprie dicta Ordinatione, per manus Episcopi, secundum Formam Ordinationum, etiam in iis qui pridem ante ordinati à Presbyteris fuerant, legitima quamquam autoritate instructis, ad officium vel ad ordinem Presbyteratus. Et ita decretum sub Carolo III. Statuto quod vocant Uniformitatis; quo censetur habilis nemo ad ullam cuiuscunque generis Ecclesiasticam promotionem, aut dignitatem, sic nec ad administrandum si Sacramentum Cena Domitica, priusquam Presbyter ordinatus vel creatus fuerit, Episcopi Ordinatione, juxta formam hanc modum in Libro Ordinationum prescriptam, sub poenis ibi sancitis. Quò fit. 1. Ut, qui ante in Presbyteratu vel Ministerio S. consenserunt, tacite renuncient priori ordinationi, tanquam ipso jure nulli aut invalidae, inefficaci haecenus aut illegitimo Ministerio, in Administratione Sacramentorum & Disciplinae; Ut ad eò per Episcopalem Ordinationem, mane primum admitti, recipi, vocari ad Officium Presbyteratus, praevis Interrogationibus & Responsonibus, quae in non ante ordinatos quadrent, eà lege censeantur. 2. Ut Ordinatio Episcopalis statuatur de essentia S. Ministerii, atque adeò Divini Juris; non quo sensu conformis ipsa habetur praxi Apostolicae, aut consentanea etiam Verbo Dei, certè illi non repugnans, & in se legitima, quae de re controversia non erit; sed eò sensu quo juris divini esse dicimus, quae sunt divinae institutionis vel mandati, ejusdemque universalis omnibus Christianis latè, perpetuè &c. ad semper obligantis, necessaria adeò atque immutabilis, quaecunque tandem mutationes accidant Ecclesiis, quocunque in loco, aut sub quocunque Regimine Civili constitutis. 3. Ut re ipsa nova haec ordinatio inducat Reordinationem, àνὰ χερσὶν ἑτέρων, δὲ ἑτέρων χερσὶν αὐτοῦ, hanc licet interdictam Canonibus, etiam Anglicanis, aequè ac Anabaptismus seu Baptismi iteratio reprobata est.

II. Quin imò praxi Anglicana obtinet, ut dum censentur illegitimè ordinati, qui accepere impositionem manuum Presbyterii, ubi Presbyteri tantum & Diaconi 1 Tim. iv. 14. qualia Presbyteria primitus fuisse, ne ipse negavit contra objicientem istud Aërium Epiphanius, *Heresi lxxxv. Nam. v.* non perinde tamen ad novam ordinationem obligentur, qui fuerit in Papatu ab Episcopis Rom. Ecclesiae ordinati. Licet in ordinatione Presbyterorum Papali Paulina Impositio Manuum ut plurimum censeatur ceremonia minus principalis, & accidentaria, & haec vulgatissima sententia sit, ut ex Durando & aliis intelligitur. Praecipua verò si non unica materia ipsis est Traditio Calicis cum Vino & Aqua, & Patena cum Pane, aequè imprimens characterem, & potestatem conferens conficiendi verum Corpus Christi, seu Missam celebrandi tam pro vivis quam pro defunctis. Cui traditioni Instrumentorum, ut vocant, addunt in unitatem materiae Sacerdotii, in Presbyteri Ordinatione, & eodem intuitu Unctionem Manuum, olim & Capitis, sultem oleo, si non chrismate, in formam Crucis. Et si quae adhibetur Manuum Impositio, censetur ea conferre potestatem administrandi Sacramentum Penitentiae, seu Confessionem audiendi, & absolvendi à peccatis, absolute Judiciali. Ordinantur itaque ad Officium Papisticum, & referuntur

Antichristi characterem. Nec profectò tali Ordinatione confertur gratia Spiritus S. Qui etiam ordinant Presbyteros, R. E. Episcopi censentur ordine & characteribus eisdem cum Sacerdotibus, potestate verò quae sit radicaliter in Romano Pontifice, cui & obedientiam Canonice jurant. Ad haec superstitiosa oppidò Episcoporum istorum consecratio est juxta Pontificale Romanum, Unitione, traditione Baculi, Annulli, Mitrae, Libri Evangeliorum, supra caput consecrandi. Accedit in Ordinatione Presbyterorum conjunctus non unus actus Superstitiosus, vel Idololatricus, v. gr. in Promissis quibus obstringuntur, in imagine Crucis, prostratione coram Imaginibus, cultu Sanctorum, Missificatione. Quod si in primordiis Reformationis haud fuerit multi reordinati, qui ante sub Papatu Presbyteri, longè alia ratio est Ecclesiae jam constitutae, & suis jam legibus & Canonibus, ab Idololatria & Superstitione repurgatis, administratae. Quomodo supra ex Hilario Diacono, scribente in Epistolae Pauli, tempore Damasi, postquam Ecclesia sunt constituta, & Officia ordinata, aliter composita res est quam ceperat, Operum Ambrosii T. v. p. m. 355.

III. Quae cum ita habeant, videtur illà lege Novae Ordinationis, quae prior censetur ipso jure nulla, libellus quasi repudii Fratibus datus, omnisque praclusa ad Comprehensionem via. Quod & magni & ingenui Anglicanae Ecclesiae viri, quae fuerit aequitate, intellexerunt probe atque indoluerunt. Primum enim ante omnia inquisitionem venit, num ex usu purioris & sanctioris Ecclesiae Presbyterorum Ordinatio etiam valida ac sufficiens habita fuerit. Quod simpliciter inficiari vix illi sustineant, quorum se pectore condidit Christiana Antiquitas. Presbyterium enim, cui partes imponendi manus deputavit Apostolus, primam illam aetate contrivisse semper & ubique ex Episcopo Praefide, sensu hodierno, aut ex Episcopis, vel Apostolicis viris, quorum proprie & privative esset jus ordinativae *χρησθεβίας*, nec Pauli verba innuunt, sed neque scripta Apostolica, aut primae illius Disciplinae indubia ratio, vel usus Judaicae *χρησθεβίας*, *כְּרִיתוּת*, etiam à Presbyteris administratae, neque tandem consonantia testium, credere jubent. Imò verò in plurimis Ecclesiis non constitutos fuisse nisi Presbyteros, etiam plures, & Diaconos, atque illos nomine *Ἐπισκόπων*, uti *Act. xx. 28. Phil. i. 1. Tit. i. 5. 7. 1 Pet. v. 12.* haud repugnarunt summi in Britannia viri, quicquid statuerit Doctiss. Hammondus, & Reverendiss. Cestriensis, aut qui hos in Britannis imitati. Ne jam ex Clementis Epistolae i. ad Corinthios, ex Hilaro Diacono in Epistolam ad Ephesos, ex Epiphano contra Aërianos, ex Hieronymo ad Titum, & aliis, rem adstruam disputando, quod non hujus instituti est. Igitur Presbyteria etiam fuerit data, seu conventus Presbyterorum, per quae manus imponerentur, id est conferretur docendi munus, interprete Theodoro, ubi nullus nisi *ἑπισκόπος* Episcopus. Habuere itaque potestatem ordinandi, seu conferendi ordinem quem ipsi pariter modo accepissent per *χρησθεβίας Presbyterii*, seu Confessus Presbyterorum, qualem nullam usquam fuisse ab Apostolo, vel Episcopo, in quo solo esset *δυνατοῦς χάρις*, *Ἀγδοχί*, *ἐξουσία*, omnisque Jurisdictio, supponi magis quam demonstrari solet. Nam ordinatus potest conferre ordinem quem habet, quanquam postea ad exercitium ejus potestatis praescriptum Episcopi requisitum fuit. Hinc etiam quum Presbyter ordinatur, juxta Canonem Carthaginensem, omnes Presbyteri qui adsunt manus suas juxta manus Episcopi supra caput ordinandi ponunt. Et tanquam Ordinem unum & eundem fuisse in Episcopis & Presbyteris, eadem Ordinis in utrisque potestate, eadem Ordinatione Episcopi & Presbyteri, qualis fuit illa Timothei 1 Tim. iv. 14. in confesso aliquando fuit. Ut Episcopatus non conferretur primitus addere quid *intrinsecum* Presbyteratui, quaecunque fuerit *εξουσία*, Dignitatis, aut Officii externa praerogativa. Nec aliter statuere, aut novissima tempo-

ra, innumeri in Britannia Præsules, & Theologi, etiam ex Episcopali Disciplina, inde à Crammero, Alleyo, Pilkintono, Bridgeho, Juello &c. ut pluribus adstru-ctum est etiã novissime à Viris in eo Regno eximii, ac, ne Rich. Baxterum dicam in *Christianâ Concordiâ*, ab ipso Edw. Stillingfleetio, in Usserii Armachani, Cas-letoni, Prideauxii, Davenanti, Mortoni, ac vetustio-rum sententiam concedente, ad calcem Irenici. Imò verò vix aliter doctiores in Scholis Pontificiis, post laudatum antè Amalarium, Libro II. *de Eccles. Officiis* c. XIII. ubi *identitatem* illam Ordinis, ex institutione Ap-ostolicâ, pluribus adstruit. Sic ipse Gratianus, Alex. Haleus, Thomas Aquinas, alii bene multi in vulgus eruditorum noti, secuti præcipuè Hieronymum, & Commentatorem Ambrosianum. Peracta igitur Ordina-tio ab antiquo fuit à Collegio *Presbyterorum*, qui eod-junctim *manus imponerent*, etiam post primatum honoris inter ipsos constitutum, qualiter in Alexandrinâ Eccl-e-siâ. Et postquam jus Ordinandi *consensu hominum* & *re-tinendi Schismatis gratiâ*, ut ipse Petavius in suis contra Sal-masium, transit ad Episcopos, Episcopalis illa præro-gativa non reddidit invalidam eam Ordinationem, quæ facta esset à Presbyteris, *jure Divino*, sed *jure Canonico* seu *Ecclesiastico* tantum, quia deinceps contra Canones & receptam Disciplinam. Et in eo *Ordinationem*, quæ suâ ætate fieret, *non convenisse* cum illâ priorum tempo-rum, Auctor præfatus Commentar. in IV. *Epist. ad Ephes.*

Imò verò non unus casus fuit, post factos jam su-periores Episcopos, quo *Presbyteri* ordinavere. Verbi causa, ut docet in Originibus Alexandr. (post Hiero-nymum) Eusebius Patriarcha, ex versione Seldeni; XI. *Presbyteri sui ex XII. à se electo manus imponebant, eumque benedicebant, sive consecrabant.* Qui Episcopos, dixerit alii Patriarcham, iidem sanè & Presbyterum consecra-re potuerunt. Ita Gothos, conversos jam sub Valen-tiano & Gallieno (apud Philostorgium Libro II. c. V.) per *Clavos* captivos è Cappadociâ sibi ordinasse suos Pres-byteros, primo eorum Episcopo Theophilo sub Con-stantino Magno, aliis Ulphila, sub Constantio & Va-lente, quorum ille Nicænæ Synodo subscripsit, res ipsa docet. Sed & *assignare* (vel ordinare, pari utriusque jure,) potuisse Presbyteros, certè in Ægypto, si *præfatus non esset Episcopus*, docuit Auctor modò laudatus sub Am-brosii nomine, in IV. ad Ephesios. Nihil dicimus de Ordinationibus aliis per Britanniam, Scotiam &c. *Pres-byteri* eas administrantibus, ut ex Beda usit Christ. Blondellus, Apologiæ pro Hieronymo *Sess. III. à pag. 367.* Sic licuit olim *Chorepiscopis* seu Episcopis in *Gris-chæis regionibus*, qui præfata minori oppido, vicinil-que pagis, *in nomine, vel proprio potestate, ordinationes pera-gere, etiam per se, sine conscientia Episcopi, colligi potest ex Canone Apostolico XXXV. quo jus ordinandi at-feritur illis qui amovent Urbes, scil. minores, vel Pagos.* Quin hoc ipsum docent illi ipsi Canones per quos id ju-ris fuit abrogatum, quales est Ancyranus VIII. variè le-ctus, Constantino M. imperante, postea & Laodicenus XVIII. Imò dicitur in Africâ obtinuisse, docet *Epistola IX. Damasi Edit. Romanæ, ad Episcopos Numidicæ, qui de Chorepiscopis Damasum consuluerunt.* Non fuisse verò primitus Chorepiscopos nisi *Presbyteros, Thymotheus pres-byterus*, qui ab uno tantum Episcopo ordinari possent, docet (præter alia) præfata Epistola Damasi pag. 136. *Quod ipsi iidem sint qui Presbyteri sufficienter inveniantur.* Inde factum, ut ex Episcopis *regionalibus* mutati sint Cho-repiscopi in *Vicarios* vel *Suffraganeos* majorum Episcopo-rum, eorumque loco obtinuerint *circitores, Circitores, seu Visitatores Ecclesiarum.* Quæ Eruditissimis in An-gliâ Viris probè explorata sunt. Pridemque etiam ab Hadr. Saravia & Davide Blondello & aliis observata sunt ea tempora Seculo IV. quibus Ecclesiæ per *Pres-byteros* gubernata fuerunt, & peractæ *Ordinationes* absentibus Episcopis, aut defunctis, aut relegatis, aut simili necessitatis casu. Exempla in Ecclesiâ Antiochenâ, me-dio intervallo annorum XXXV. inter Eustathium depo-

situm, & Paulinum postea suffectum; item post rele-gatos à Valente Orthodoxos Episcopos, Melerium An-tiochenum, Pelagium Laodicenum, Eusebium Samo-latenum &c. relictis *Presbyteris*, per quos prospectum Ec-clesiis fuit; exempla (inquam) suppeditabit Blondellus *Apologia* suæ *Sess. III. pag. 352. & seq.* Et si quæ *Pres-byterorum* Ordinationes in Synodis aut in Canonibus re-probatae, factum fuit modo ex capite Schismatis, & violata Unionis. Neque tamen omnes id genus Or-dinationes, sicuti fuere, retractatae leguntur novâ Or-dinatione.

IV. Nec secus rem hanc arbitrari sunt ferè, ante res exasperatas sub Carolo I. Laudo Archiepiscopo, deinde sub Carolo II. cordatiores Anglicanæ Ecclesiæ Theologi, & Episcopi. Videlicet esse quoque *Ordinationem à Pres-byteris administratam*, cum primis ubi non fuere Episcopi, ex se ratam, ac sufficientem. Ità sensisse plurimos sub Eduardo VI. sub Elisabethâ, sub Jacobo, sub Carolo I. quatenus *ecclesiasticos Episcopos defensores, aut novissimas distraktionas*, Magnus Stillingfleetus, Wigornien-sis hodiè Episcopus, Irenici sui pag. 413. Quà de re scripsit & Inclutus Burnetum; Sarisburiensem mentò suò Præsulem, accepi aliquando hæc à me visa. Nec de-fuere, sub illis regnis, Presbyterialium Ordinationum exempla, quæ non irritæ aut invalidæ, nec in se ipsis, neque etiam de facto, declaratae sunt. Ità neque sub Carolo II. mox à restitutione, ante Statutum novissi-mum, quod vim legis accepit. Quomodo nec sub Ja-cobo I. Angliæ Rege, postquam Episcopus Scotiæ præ-positus, reordinati Presbyteri fuere, qui Episcopalem or-dinationem nesciverunt. Neque sanè Articulus Confes-sionis Anglicanæ XIII. qui est de Vocacione Ministro-rum, requirit aliud ad auctoritatem S. Ministerii, quam ut sint *legitime vocati & missi.* Illos autem attitineri legiti-mè vocatos & missos, qui *per homines, quibus potestas vocandi Ministerios, atque missendi in vicariam Deaconi, po-terit concessa est à Ecclesiâ, suscepti fuerint, & adfuit in hoc opus.* Quæ potestas simpliciter hæc negari debet *Presbyteris*, juxta Paulinas Canones institutas, & ad vo-candum auctoritas. Ne in ipsâ quidem Angliâ, quo tempore Episcopi lege abdicati fuere, aut quo Presby-teri ejeti vigore Canonum, ac perjurii metu, secedere cum suis ab Episcopali Ecclesiâ coacti Presbyteria sibi constitueret, necessitatem habuerunt. Et in eo Artic-ulo Confessionis convenire Anglos cum Helveticis, Gallis, Belgis, Germanis, omnibusque Ecclesiis ritè ordinatis, rectè monuit ad eundem Thomas Rogers, in Doctrinæ Anglicanæ Exegesi. Sed neque *Libellus, de Ordinatione Presbyterorum*, qualis meminit Articulus ejusdem Confessionis XXXVI. præscribit quicquam de ordinandis iteratò Presbyteris, qui non fuissent antè ab Episcopis, secundum formam Anglicanam, instituti.

V. Ac res ipsa clamat, defectum Ordinationis Epi-scopalis, qualem Leges & Canones sanxerunt, vi su-perioritatis extrinsecæ in Episcopos collatae, haberi posse ut defectum *Civilium*, vel *extrinsecum*, ex humano jure, minime ut *essentialem* & *intrinsecum* ex Divinâ insti-tutione. Non adeò ab externo Ritu, & à manibus vel voce *Episcopi*, suspendi oportere, ex intentione Christi, seu habilitatem Ministeriorum, seu efficaciam S. Ministerii, ac *gratiam Spiritus S.* ad sacrum istud of-ficium requisitam. Unde rectissime aliquando Th. Mostonus, Dunelmensis postea Episcopus, astutus de *Ordinatione*, Apologiæ Cath. Libro I. c. XXI. pag. 74. fieri posse ut *Episcopi in Lepos degenerent, & non Pres-byteros antiquam suam per Ordinationem reparet.* Antiquum (inquit) voto, quia *Episcopatum & Presbyteratum jure Di-vino idem esse confirmant Marfilium, Gratianum &c.* Jam ve-ro num aliquando fuerint ea Anglicanæ Ecclesiæ tem-pora, quibus Principes nonnulli *Episcopi*, pauci illi, exutâ omni mansuetudine, & charitate, ac spiritu Papistico allati, certè cum Romanâ Ecclesiâ in pluri-bus conspirantes, in *Lepos* visi sunt degenerasse, Ang-lis ipse sustinendum saluimus.

VI. Undè & istud consequitur, iterandæ Ordinationis Presbyterialis legem ac necessitatem inferre eam *Reordinationem*, ἰδιόγραφον χειροτονίας, quam universa Antiquitas severissimis Canonibus interdixit, indè à *Canone* LXVIII. vulgò Apostolico, æque ac *secundum Baptismum* damnavit. Nisi facta esset Ordinatio à detestandis *Hæreticis*, v. gr. Paulianistis, Manichæis, Gnosticis &c. Ac pro Apostolicâ traditione id ipsum habuerunt, quamquam externus ritus benedictionis, orationis, neque sacramentalis ille, pari loco cum *Baptismo* haberi non debuit. Certum est, ex. gr. *Felicissimi* Carthaginensis Diaconi, & factiosi, haud canonicam ordinationem, factam utpote à Novato Presbytero, nec *permissens* Cypriano, nec sciente, ut in *Epist.* ad Cornelium, quæ est XLIX. non eò fuisse retractandam. Ità qui è *Catharis*, in Clero constitutus, ad Catholicam Ecclesiam accederent, eorum licet ordinationes à Presbyteris inceperant, noluit Synodus Nicæna Oecumenica reordinari, *Canone* VIII. sed *ordinem Clericalem retinere*, acceptâ solummodo χειροτονία, manuum impositione. Quam non ordinativam fuisse, quicquid ex Innocentio III. & aliis Morinus *Parte* III. *Exercit.* v. c. XII. sed reconciliativam, Viri Magni probè censuerunt. Nam *Impositionis manuum* nomine etiam Absolutio, Pœnitentia, Orationes, Benedictiones, Confirmationes, Reconciliationes &c. venerunt. Adi ipsum Hammondum Notis in priorem ad *Timoth.* c. v. Ac ne congeramus id genus exempla Ordinationum, quæ à Presbyteris factæ, nec tamen iteratæ, (de quibus jam Eruditi alii, & fusè Blondellus *Apologiae* Sect. III.) quo loco habuerit Vetus Ecclesia ἀναχειροτονίαν, docet hoc crimen inter alia Donatisticis impactum, quod omnes qui in Ecclesiâ initiati & Ordinati essent pro non Ordinatis haberent, eosque inter Laicos reputarent. Undè & reordinabant Catholicos, sed antè quoque rebaptizabant, prout utrumque voluere Nicæni de Clericis Paulianistis, ἀνακατηχίζοντες χειροτονείδμεθα, rebaptizati ordinentur, *Canone* XIX. Quâ de praxi Donatisticâ Optatus Milevitanus, & ad eum Gabr. Albanus. *Observat.* VIII. A quò fastu Donatistarum longè abfuere & absunt, qui rem in Britannis æquâ lance pensarunt. Et certe ab usu Pontificio profluxit ille rigor, quo decretæ sunt irritæ Ordinationes, obtentu fortè Schismatis, aut defectûs Canonici, nempè juxtâ Canones merè humanos & mutabiles. Ut hîc omninò locum habeat illud Cypriani, *Epist.* ad Pompejum Fratrem, quæ est LXXIV. ut vulgò, initio ferè, ac verius in hac causâ urgendum: Undè est ipsa traditio Urrumne de *Dominicâ* &c. Et quam varia multorum Seculorum decursu fuerit Ordinationis forma & ratio, ut hi & illi Ritus ad primævum ac simplicissimum accesserint, olim ignoti, postea in Ordine Romano aut soli aut præcipui, quam etiam circa iterandas aut non iterandas Ordinationes variè senserit schola omnis Pontificia, ex uno Joh. Morini Commentario luculentissimè apparet.

VII. Accedit, iterandæ Ordinationis præfatam legem, seu quoad *Extraneos*, qui alibi extra Angliæ Regnum ritè quidem ab iis quibus ea potestas demandata est, non tamen ab Episcopis, seu quoad *Indigenas*, qui à Presbyteris, (ob rationes modò dictas) coràm coetu, præviâ vocatione, scrutinio, examine, juxta Paulinos Canones ordinati sunt, eam (inquam) novæ Ordinationis legem secum trahere sÿmata malorum, certe inconvenientium. Præjudicat enim nova hujusmodi Ordinatio. I. *Ecclesiis* vel *Casibus*, in quibus antè Ministerium Sacrum exercuerant, quas ità vero Pastore aut Ministro destitutas fuisse, hinc vero usu Sacramentorum, declaratur. Imò contumeliosum penè est omnibus indè à Reformatione Ecclesiis Protestantium, etiam quæ dicuntur Augustanæ Confessionis, quibuscum Anglicana communionem non detrectavit, ut à Rev. Baxtero in Christianâ Concordiâ, & aliis sæpè evictum fuit. In quibus nempè per Presbyteros Sacer Ordo collatus fuit, & confertur hodieque, paucissimis sanè Ecclesiis quæ Ordinationum suarum originem derivent ab Episcopis, per-

petuâ lineâ. 2. *Synodis*, quandòque *Nationalibus*, etiam *Classibus*, *Presbyteriis*, à quibus antè fuerunt in Presbyteros cooptati, prævio legitimo examine, & ordinata vocatione, atque observatis præceptionibus Paulinis 1 *Tim.* III. *Tit.* I. illi ipsi qui nunc reordinandi veniunt. Ac quam graves Presbyteri in hujusmodi *Synodos* coiverint, aut Coetus *Classicos*, in Britannia ipsâ, post abrogatum ordinatione Parlamentariâ Episcopatum, Anno 1646. nec se subtrahentibus plurimis qui antè Episcopi, aut Episcopales, Anglis exploratissima res est. 3. Iis ipsis *Presbyteris* aut *Ministris* qui ità postliminio rursus ordinentur; reductis hoc ipso ad conditionem Laicam, quod olim poenæ fuit, ante Episcopalem illam manuum impositionem. Ac tales sæpè qui canentem fenestram duxere in Vineâ Domini, probati longo usu, doctrinâ, laboribus, scriptis, vitæ integritate, accælo digni. 4. Toti denique *Ordini Presbyterorum*, quasi non jam *Gradu* solummodò dignitatis, aut superioritatis extrinsecæ, cedant Episcopis, ut hi Metropolitanis, olim & Metropolitanis Dioceseôn Exarchis, hi Patriarchis tandem; verum etiam quasi toto *Ordine* & potestate *intrinsecâ*, ex instituto Christi, ab Episcopis post se relinquerentur. Quod ne superstitionissimis temporibus in Angliâ creditum esse docet Canon XVII. *Ælfrici* ad Wulphinum Episcopum, seculo ut putatur XI. apud Henr. Spelmanum T. I. *Concil.* pag. 576. Quâ de re jam supra, vel ex consensu splendidissimorum Britannia Luminum, inter quæ etiamnum hodie Reverendissimos Præsules, micantes in eo Orbe doctrinæ & charitatis ignibus, Tillotsonios, Tennisonios, Lloidios, Burnetos, Stillingfleetios, aliosque memorare proclivè foret, pietate & moderatione conspicuos, delicias piæ Gentis, quibus, ut ex Epigrammatum scriptore repetam,

*Nihil exactius eruditiusque est,
Sed nec candidius benigniusque.*

SECTIO X.

Non una componenda hujus controversia, de Reordinatione, via ac ratio.

Rem tandem in pauca contrahimus, ac quâ par est animi modestiâ ac submissione verbum addimus, de componendi tantas lites facili viâ, GUILIELMO & MARIA Augustis, postquam certatum diu satis fuit infelicissimis temporibus in commune nefas, ac concussus totis viribus orbis Britannicus apparuit, fratribus ruentibus in fratres.

Et nunc alta sedem civilis vulnèra dextra!

Vix autem medica manus admovebitur huic ulceri, si dicatur modò, nullam exigi à reordinandis (nam reordinationem interpretantur Fratres) abnegationem prioris Ordinationis, vel Ministerii exerciti. Posse adeò si voluerint censere hanc novam χειροτονίαν, ritum institutione Civilem, eumque aggregationis ad Ecclesiam Anglicanam, juxta statutum Regni. Interea dùm Ordinans Episcopus utitur ipsissimâ Ordinandi formulâ; dum ordinationem veram interpretantur & vocant; dum dicitur ordinandus vocari, tunc primùm ad officium vel opus Presbyterii in Ecclesiâ Dei; idemque per Episcopalem hanc Ordinationem accipere Spiritum S. seu χάρισμα necessarium ad illud opus.

II. Suggestit aliud expediens prudentia virorum primæ notæ, qui student componendis rebus, ac salutis publicæ. Si nempè quod fit in dubio Baptismo Infantum, idem observetur in dubiâ, ex mente Episcopali, Ordinatione. Utque ibi in ipsâ immersione Infantis locum habet verborum hæc formulâ, *Quod si jam non sis baptizatus, ego baptizo te &c.* Ità planè hæc formulâ ordinentur, qui non antè ab Episcopo: *Quod si non antè ordinatus fuisti ad officium Presbyterii, accipe Spiritum Sanctum ad illud Officium quod tibi committitur per impositionem manuum nostrarum.* Equidem nihil hîc, quod non admittere posse videatur, qui sibi conscius est acceptæ antea Manuum impositionis. Permittit modò hanc

hanc conditionalem formam, pacis ergo & unionis, non perinde ejus Ordinationis confectis, juxta Ecclesiæ Anglicanæ ritum. Deficiente adeo *conditione*, quam supponit ordinans Episcopus, nulla ponitur ipso facto *Reordinatio*. Et sanè dari possunt casus, in quibus dubia sit legitima in hunc aut illum facta collatio Ordinis Sacri. Interea tamen habebunt Episcopales novam hanc Impositionem Manuum pro verâ Ordinatione, qui prioris validitatem negant. Et sic ludi videtur in ambiguo, aliâ intentione Ordinantis, alia Ordinati. Par etiam judicatur necessitas *Impositionis Manuum Episcopalis* in Ministro ordinando, quæ *Baptismi*, ex mandato Christi & Divino jure, in iis qui Ecclesiæ Christi inseruntur. Nec defuere in Angliâ viri graves, qui inter exceptiones jam olim oblatas Jacobo Regi, adversus contenta multa in Libro Communionum Præcum, retulêre *conditionalem* illam formam *S. Baptismi* inter incongrua, si non absurda. Ego tamen perire capropter nollem Ecclesiæ pacem, aut interverti negotium Unionis, & tantâ spè decidere genuinos Protestantes, ob Formularum scrupulos, quibus hic aut ille animum suum exangat.

III. In votis equidem esset; ut in eorum gratiam qui antea fuere à Presbyteris ordinati decerneretur expediens aliud suffragio Cleri Anglicani, accedente auctoritate Regiâ & Parliamentaria constitutione, quo sine hujusmodi *Ordinationis* formâ aggregarentur Ecclesiæ Episcopali, qui hæcenus ab eâ fuere distracti. Ac primò quidem respectu *Extranæorum*, qui extra Angliæ fines in ordinem factum adlecti ab iis qui habuere *potestatem*, quales fuisse penes *Synodos* aut *Presbiteria* in Galliâ, Belgiò &c. ex consensione Anglicanâ, sancta cum Exoticis Ecclesiis communio ac concordia testatâ est. Deindè etiam respectu tot gravium, intra illud *Regnum*, Ministrorum, qui in Ordinem tum cooperati fuerunt. Modò constat, esse factum à cœtu *Presbyterorum* 1 *Tim.* iv. 14. habentium potestatem vocandi *Ministros*, à suis *Cœtibus*, *Classibus*, aut *Synodis* acceptam. Sed jam illò tempore quo Episcopi exaucthorati, ante reditum Caroli II. Regis, seu quò abire *Presbyteriales* innumerè in Segreges Cœtus omninò coacti, post Laudenses Cantores sancitos, ab A. 1640. ac præscriptas jurejurandi, declarationum, subscriptionum, propositionum ad populum, intolerabiles formulas, eademque postea sub Carolo II. revocatas. Quæ *schismatis* reos (judice olim Usserio Armachano,) magis peregerunt exigentes immitius Laudenses, quàm exactos ea ratione Presbyterialis aut moderatè Episcopalis Disciplinæ Viros. Et sanè si ad essentiam *Ordinationis* tria potissimum faciunt, vel ex Politia Anglicanâ, *cohortatio* ad ordinandum, *preces* super eo, & *impositio manuum* procumbente in genua qui ordinantur, nihil eorum deest in formâ Presbyteriali.

IV. Igitur non unâ probari posset aggregandorum Presbyterialium ratio ad Ecclesiam Anglicanam, quatenus ea Episcopis subest. Primò si recipiantur quidem solemnè cum *Impositione Manuum*, eâque *Episcopali*, ita tamen, ut non censeatur hæc esse *χειροτονία* seu *ordinationis*, sed verius declararetur ea *ειρηνική*, *καταπραξική*, seu *reconciliationis* sive *admissionis* ad unionem Ecclesiæ Anglicanæ, etiâ *ἀληκή*, *ἀλογητική*, id est *voti* & *benedictionis* in novo usu vel exercitio S. Ministerii, novo titulo, novâ missione, aut præsentatione ad hanc vel illam Paroeciam aut Ecclesiam administrandam, vel ad Beneficium sine Curâ, ut vocant, sub Episcopali Disciplina. Itâ in Paulo & Barnabâ mittendis ad Gentes, licet jam antè publico Ministerio functis, legimus iteratam de novo fuisse *impositionem manuum* *Act.* xiii. 3. Quam sanè Paulus, uti etiam Baptismum, ab Ananâ jam acceperat, unâ cum charismatibus *Spiritus S.* inde exorsurus Ministerium prædicationis Evangelicæ, collato textu *Act.* ix. 17. 20. Ac solemnem hunc fuisse imponendarum manuum ritum, citra vim Sacramentalem, in *Benedictionibus*, *Orationibus*, quæ supra aliquem conciperentur, uti Hebræis, ita Christo & Apostolis, obviam in Scripturis est. Indè impositæ manus bene-

dicendis Apostolis *Luc.* xxiv. 50. sic & benedicendis parvulis *Math.* xix. 15. benedicendis mensarum ministris *Act.* vi. 6. postea etiam benedicendis vel Fossariis, Ostiariis &c. Itâ conspicuus hic ritus fuit in Sanandis Ægris, in recens Baptizatis, in novis Conjugibus, in confessis per Exomologesim Pœnitentibus, in Pacem accepturis, aut ab Hæresi secessuris ad Ecclesiam. Qualliter *Catharorum Clerici* solâ *χειροθεσία* fuerunt Ecclesiæ aggregandi, quam à *χειροτονία* Nicæni Patres distinxerunt; ex collatione Canonis viii. & xix. quicquid statuerint alii. Et ex eo factum, ut quemadmodum olim Diaconissis fœminis (ex Tertulliano, & Canonibus variis) itâ etiam in Reformatorum nonnullis Ecclesiis, vel rusticellis cum in cœtus *Seniorum* pagatim allegantur manus aliquando *impositæ* fuerint, benedictionis ac præsentationis ergò, non utique Ordinationis propriè dictæ. Indè Augustinus scripturus contra Donatistas, de *Bapt.* Lib. iii. sub finem Cap. xvi. *Manus impositio non, sicut Baptismus, repeti non potest; quid est enim aliud quam Oratio super hominem?* Atque adeo est ex genere eorum rituum qui in se medii, quique eo quo diximus sensu iterari piissimè possunt, citra præjudicium ullum, aut Reordinationis formalis respectum.

V. Deindè, quâcunque *Formulâ* placuerit recipi, qui Presbyteriali antè manuum Impositione S. Ministerio fuere consecrati, quàm proclive est, ut decernatur talis, pro prudentiâ Anglicani Cleri, accedente auctoritate Legis, quæ discrepet ab eâ *Ordinatione*, quâ aliquis ex Laico, vel ex non Ministro aut Presbytero, fit Minister Evangelii. Exempla causa, si abstineatur voce *Ordinationis*, & dicatur *Præsentatio*, *Benedictio*, ad exercitium S. Ministerii in tali Ecclesiâ, Paroeciâ, aut ad tale Officium vel Beneficium in Ecclesiâ Anglicanâ. Aut si dicantur *ab Episcopo confirmari* in ulteriore exercitio Officii Presbyterialis, in communione Episcopalis Ecclesiæ. Itâ quoque, si absint *Interrogationes* Episcopi, quæ ad illos spectant, qui numquam antè fuerunt admissi ad officium vel ordinem S. Ministerii, & à quibus abhorret illorum ætas, doctrina, qui consenuerunt in opère Domini. Denique si tali aut simili formâ (nec nostrum est determinare) utatur Episcopus, in implorando Spiritu S. *Det tibi Deus* (vel *augeat*, aut *confirmet*) *gratiam Spiritus S. ad officium & opus Presbyterii, exercendum deinceps in Communione Ecclesiæ Anglicanæ*, qualis Legibus nunc stabilita est.

VI. Tertio, si defectus hucusque Ordinationis Episcopalis intra Angliæ regnum censeatur fuisse *civilis* & *externus*, quia contra statutum Uniformitatis, & Canones Ecclesiæ Anglicanæ: non adeo defectus *spiritualis*, & *intrinsecus*, ut monitum supra est, sive qui essentialis sit in usu S. Ministerii. A quâ sententiâ non abhortuerunt, nec abhorrent hodieque viri in Britannia primi ordinis. Quò fiet, ut, quemadmodum Canones priores circa ordinandos fuerunt ex se humani juris, non *Dominicæ dispositionis*, adeoque in se mutabiles, ac sæpè in Angliâ ipsâ mutati, ubi visum est supremæ Auctoritati, itâ illi defectui Episcopalis Ordinationis remedio Civili obviari possit, declaratione Regiâ aut Parliamentariâ, sine formali Reordinatione. Nec aliter antè senserunt moderatissimi Præsules, & quod nomen sit instar omnium, magnus Hybernæ Primas, Jacobus Armachanus. Et quidni hodie fiat, quod factum sub Carolo I. post Laudum ad Archiepiscopatum evedtum, quando (ut monitum supra est *Cap. v.*) Diplomate Regio, Anno 1640. Aprilis mense facta potestas fuit, *Canonem quemvis jam validum exponendi, vel alterandi, aut novos condendi, modo Archiepiscopus consentiret?* Et in eam spem tot pios moderatosque alterius Disciplinæ viros erexerat Carolus II. *Declaratione* primùm Bredanâ, deitâ à restitutione Regiæ Majestatis confirmatâ. Cujus verò effectum Laudenses, quibus sic fuit usus, & qui rem durius tractarent; omni nisu anteverterunt, conturbatis rationibus omnibus, etiâ illorum, qui quàm lenissimè de Episcopatu sentirent.

VII. De-

VII. Denique conveniet utrimque, *Ordinationum Episcopali* jura esse primæ omnino Antiquitatis, certè expressa jam Canonibus vulgò Apostolicis, & Constitutionibus sub Clementis nomine, seculo minimùm III. ne de Ignatianis Epistolis nimiùm controversis dicam; Tum eadem jura Canonibus Ancyranis, Nicænis, Antiochenis, Africanis, aliisque fuisse olim confirmata: Tandem etiã hunc usum in Anglicanâ Ecclesiã à primâ Reformatione obtinuisse, tanquã quod sit *ἡ ἀρχαία*; Episcopalis pars quondam præcipua. Atque itã manebunt deinceps illibata jura Ordinationum intra Angliæ fines: Ut videlicet eorum nemo, qui admittendi fuerint ad Officiũ, aut Beneficiũ, & qui antea aut non initiati Sacro Ministerio fuerunt, aut certè ab iis quibus nulla authoritas S. Ministerii fuit, seu *nulla potestas vocandi, mittendi*, (quam requirit Confessio Anglicana, secundum Constitutiones Apostolicas, & præxim Reformatarum Ecclesiarum) ut nemo, inquam, *ordinetur* nisi manu & voce *Episcopi*. Nempè quoad *τελεσιουργία* ἢ *ἔργον*, ἢ *τὴν δόξα*, id est, quoad Interrogationes, Cohortationes, Orationes, ac Benedictionis formulã, dum *Impositio ipsa manuum* communis est, una cum *Episcopo*, etiã *Presbyteris presentibus*, an-

tiquo ritu, sed & Anglicano. Eã ratione cavebitur in posterũ Jurisdictioni Episcopali, & observantiæ Canonum, ubi iis postliminiò recognitis, emendatis, sancitisque, nova vis Legis, felicissimo hocce sub Regno, eademque inviolata, accesserit.

VIII. Cavendum verò, ne in hãc omni causã agatur quid minùs verè, & ex animo, ac ne sit verborum *equivocationi*, aut tacitis *reservationibus* locus. Exuenda etiã omnis est, qualem ingerunt qui hãc dissidia æterna vellent, invidiosa suspicio, ac falsã quæ excruciet sollicitudo: Videlicet fore, ut vel Presbyteriales, postquam sese dederint in Episcoporum disciplinã, ab his aliquandò opprimantur; vel circumveniantur hi ipsi, aut Episcopalis Clerus, à novã scilicet factione in Ecclesiã Anglicanam admittã. Quas sanè suspiciones, auribus aliquando nostris adlapsas, procul esse jubent; communis fidei ac pietatis utrimque professio; charitatis lex Apostolica; rei ipsius sanctitas, ac necessitas; Regis Reginæque authoritas, prudentia, clementiaque; firmitas Anglicanarum legum; & quæ alia sunt securitatis utrimque præsidia. Utinã igitur ad Æram WILHELMINAM accedat altera hãc, sancitæ CONCORDIÆ FRATRUM!

FRIDERICI SPANHEMII, PATRIS, E P I S T O L A

A D

Nobilissimum Virum DAVIDEM BUCHANANUM,

S U P E R

CONTROVERSIIS QUIBUSDAM QUÆ IN ECCLESIIS ANGLICANIS A G I T A N T U R.

NOBILISSIME VIR.



NISI publicam fortunatarum quondam Insularum vestrarum, & in iis Ecclesiarum celeberrimarum, quarum illæ bello funeste, istæ turbis variis, utraq; domesticis malis conflictantur, calamitatem nostram duceremus, & in partem veniremus vestri doloris, à pietate multum, à crimine parum abessemus. Quum enim non communia duntaxat vincula Divina Providentia inter utrumque Statum, & utrasque Ecclesias, intercedere voluerit, sed nos *funiculo* velut *triplicato* colligari; æquum est, ut singularis quædam animorum studiorumque inter nos reperiatur contesseratio, & mala vestra reputemus nostra, communeque periculum, dum *proximus ardet Ucalegon*. Ut vero Deum quotidie in vota publica privataque vocamus, ut bella illa internecina *nullos habitura* utrinque *triumphos*, ex dignitate Serenissimi Regis vestri, Illustrissimorumque Regni Ordinum, componantur, & cicatrix tandem obducatur domestico isti vulnere: sic toto animo optamus, ut eæ, quæ Ecclesias vestras turbant & scindunt, Controversiæ maturè sanctis sopiantur consiliis, ne sententiarum, & quod sequitur, animorum divortium, in exitium commune utrorumque exeat, & dum intempestivis, & anxiis super Ecclesia Quæstionibus omnia perstrepunt, ipsa subvertatur Ecclesia, & veritatis charitatisque patiaturs naufragium.

Ut vero vestrum est dispicere, quid hic factò opus sit, qui propius mala vestra intuemini: sic hæcenus

inter preces & gemitus pro vestra tranquillitate stetimus, Deum comprecanti, ut, Angelo vastatore coercito, pacem Regnis Ecclesiisque vestris sacram simul & politicam restitutam velit. Nec ego in animum induxissẽ meum, iis me interponere Controversiis, quæ magno animorum ardore inter vos agitari audimus, nisi tu, Vir Nobilissime, aliique non infimæ Dignitatis Viri, iterato velut *convicio*, à me exegissetis, ut symbolam etiam meam ad sacrum hoc negotium conferrem. Parui tandem, *ἀκούσῃ γε θυμῷ*, ut qui nec ab iis paratus sum, quæ ad tantum opus pro dignitate tractandum requiruntur, nec ea vel nominis claritudine vel præsidii aliis instructus, ut suffragium meum aliquo apud vos loco esse debeat. Præterquam quod de nulla re minus quam de otio quiritandi causas me habere, illi norunt qui me norunt. Id vero unum mihi agendum censeo, ut, quid super Quæstionibus aliquot illustrioribus, quæ non in Synodo duntaxat vestra, verum etiam in circulis passim moventur, statuam, compendio, idque sine ulla in diversa sentientes loligine vel ærugine, cujus causas procul habeo, exponam. Faxit supremus ille omnium Arbiter, ut opera ista mea eo, quo à me suscipitur animo, veritatis pacisque unice studioso, à vobis & inter vos excipiaturs.

Ad tres vero classes commodè revocari posse censeo præcipuas, quæ inter vos disceptanturs, Quæstiones. Vel enim queritur de natura *Singulorum* Ecclesiæ Externæ *Membrorum*: vel de natura cujusque *Ecclesiæ Particularis* externæ: vel de Regimine Ecclesiastico *Plurium Ecclesiarum*, combinatorum inter se per Classes & Synodos.

Quæ

Quæstionum istarum I. *Statum* proponam. II. *Decisionem*, cum præcipuis aliquot fundamentis, idque sine ullo verborum ambitu, ut qui Theologum agam, cujus non est rhetoricari, sed veritatem castè proferre, & sincerè tueri.

CLASSIS I.

QUÆRITUR

An illi duntaxat admittendi sint in communionem Ecclesiæ externa, qui veram fidem sanctitatemque evidentibus & constantibus indicibus rigido istius Ecclesiæ examini ita probarunt, ut de ea dubitari non possit?

DECISIO.

IN Decisione Quæstionis istius extrema cavenda censeo, & peccari posse. I. In *Excessu*. II. In *Defectu*.

In *Excessu*. I. Si admittantur infideles adulti, qui fidem qua creditur, hoc est, doctrinam receptam in Ecclesia, in quam admittuntur, vel negant, vel ignorant saltem, sive in totum, sive quoad præcipuas ejus partes. 2. Si admittantur heretici, qui ejusmodi dogmata propugnant, quorum assertio vel fundamentum fides evertit, vel in fundamentum impingit, vel cæteroquin cum scandalo Ecclesiæ, in cujus communionem admittuntur, conjuncta est. 3. Si admittantur Athei, Epicurei, Libertini, profani, qui vitam inter flagitia traducunt, & aperte ostendunt, se non habere fidem qua creditur, nec Spiritum sanctificationis secundum ullum ejus gradum, quamdiu quidem in ista impietate perstant, nec poenitentiam tum profitentur tum spondent. 1. Quia nulla societas sacra iniri potest vel debet cum apertis Dei hostibus. 2. Quia tales sunt ejiciendi ex Ecclesia, ut incestuosus 1 Cor. v. 2. minus ergo admittendi in Ecclesiam. 3. Quia non debemus esse ἰτεροζυγῆτες ἀπίστοις, nec communio debet esse luci cum tenebris, nec concordia Christo cum Belial, nec portio fideli cum infideli 2 Cor. vi. 16. 17. 4. Quia Ecclesia nec porcorum hara esse debet, sed caula ovium, nec πῶδονότρα impietatis, nec spelunca latronum, nec tales admitti possunt sive sine gravi scandalo eorum, qui sunt in Ecclesia, sive sine veritatis divinæ contumelia apud eos, qui sunt extra Ecclesiam.

Ut vero sic in excessu peccari posse censeo, si Ecclesia externa constituatur velut πῶδοξῆον quoddam, & simbræ ejus dilatentur ad occultanda quævis capita piacularia: sic eos graviter in defectu impingere existimo, qui eas nimis contrahunt, & omnes illos à primo aditu ad communionem Ecclesiæ externæ arcere volunt, qui veram fidem sanctitatemque non evidentibus constantibusque indicibus rigido Ecclesiæ examini ita probarunt, ut de ea dubitari non possit, quamvis cæteroquin poenitentiam & fidem profiteantur simul ac spondeant, & se Regimini Ecclesiæ tum doctrinali tum disciplinari cum fratribus aliis subjiciant.

Rationes isti errori opponi possunt, partim *ostensiva*, partim *apagogica*. *Ostensiva*. I. A. natura Ecclesiæ externa, quippe quam Scriptura docet, non puram esse, sed mixtam ex bonis & malis, eam nobis repræsentando per agrum in quo & triticum & zizania, per aream in qua & triticum & palea, per sagemam in qua & boni pisces & putres, per convivium, in quod per servos introducuntur & boni & mali, & induti veste nuptiali & non indutus illa. *Matth.* III. XIII. XX. XXII. Adde simile Pauli à domo, in qua non tantum vasa aurea & argentea, sed lignea etiam ac testacea; alia ad decus, alia ad dedecus 2 Tim. II. 20.

Si excipiat 1. Describi ibi quales sint Ecclesiæ, non quales esse debeant, *praxin*, non *jus*. 2. Inde sequi, quovis infideles etiam & profanos admittendos esse in Ecclesiam, qui & ipsi sint zizania &c. 3. Semper aliquos hypocritas latere, & sic etiam Ecclesiam externam, quæcunque adhibeatur diligentia, aliquam cum istis similibus conformitatem habere. Ad I. *Resp.* I. Per con-

Tom. II.

cessionem, debere omnes esse triticum, vasa aurea &c. Tale omnium vocatorum officium esse, ἰζαγῶντος est. 2. Per negationem, hanc perfectionem Ecclesiæ externæ vel attingi posse hac in vita, vel sperari debere, ut omnes sint quod esse debent. 3. Καὶ τὸ βίαιον hoc ipsum retorquetur. Si enim Spiritus S. describit Ecclesias externas istis parabolis, quales sunt, & eas mixtas repræsentat, nullam vero externam Ecclesiam describit constantem ex solo tritico: ergo talis his in terris quærenda non est. 4. Immo si Ecclesia mixta vocetur regnum cælorum, denominatione sumpta à possori: ergo Ecclesia externa vera esse potest, in qua tales reperiuntur, & illi Christo rigidiores esse volunt, qui Ecclesiam, in qua tales reperiuntur, negant esse Ecclesiam, vel regnum cælorum. Ad 2. *Exc. Resp.* I. Per concessionem, infideles sanè & profanos quovis esse zizania &c. 2. Per negationem, tales his locis intelligi; ii enim, de quibus hic sermo, reperiuntur in agro, in area, in sagemam, in aula convivii, in domo; aperte infideles & profani non item. Et patet, illa zizania intelligi, quæ eradicari nequeunt sine dispendio tritici, & relinqui jubentur, eradicanda demum in consummatione seculorum, quo separatio plenaria remittitur *Matth.* XIII. 48. 49. Aperte vero infideles & profani eradicari possunt cum compendio tritici, nec relinqui jubentur, sed separari 1 Cor. v. 2. Sic veste nuptiali destitutus talis describitur, qualis non agnoscitur à servis, sed à Domino duntaxat, nec ab illis ejicitur, sed ab isto duntaxat. At aperte infideles & profani & agnosci possunt à servis, & ab illis ejici. *Inst.* Hypocritæ latent, zizania vero patent. *Resp.* I. Per concessionem, tales solos non intelligi, sed & alios, qui in peccata varia sæpe incidunt, & cupiditates carnis sequuntur ac interdum explent, quales non latent, sed patent. 2. Per negationem, hypocritas non simul intelligi; quamvis enim hactenus non procedat similitudo, quod latent, in eo tamen procedit, quatenus. 1. Ut zizania & pisces putres nullius prorsus pretii sunt. 2. Ut tandem separantur & rejiciuntur. Sic idem fiet hypocritis in consummatione seculorum. Adde, ut destitutus veste nuptiali latet servos, sic eos etiam intelligi, qui latent servos, adeoque hypocritas. Ad 3. *Exc. Resp.* I. Καὶ τὸ βίαιον. Si conformitas ista detur respectu hypocritarum latentium: ergo ii etiam intelliguntur per zizania &c. 2. Peccatur falsa suppositione, hypocritas tantum intelligi, qui latent quandoque ad tempus. Intelliguntur enim simul cum istis peccatores alii, qui in varia peccata quandoque incidunt, quæ in oculos incurrunt. Prout itaque patent oculis servorum zizania, paleæ &c. sic & isti.

II. Ratio duci potest à disertis Scripturæ mandatis, quæ jubent eum qui fide infirmus est assumi *Rom.* XIV. 1. infirmos pro fratribus haberi, nec iis offendiculum præberi *Rom.* XIV. 21. 1 Cor. VIII. 9. 11. eorum imbecillitates ferri *Rom.* XV. 1. præoccupatos in aliqua offensa reconcinnari cum Spiritu lenitatis *Gal.* VI. 1. inordinatos admoneri, & infirmos sublevari 1 *Thess.* V. 14. Unde analogice idem inferri potest de infirmis aliis, sive in Ecclesiam admittendis, sive in ea tolerandis. Si enim infirmitas toleranda in jam admittis, magis in admittendis, quippe quibus nondum ea media obtigere; cavendis lapsibus opportuna, qualia jam obtigere admittis. Minus vero exigendum ab iis, qui minora accepere. Et sane infirmi sunt illi, qui velut ἰπιοὶ sunt oppositi τοῖς τελείοις, provectioribus partim lumine cognitionis, partim gradibus sanctificationis, quales sunt ii, qui se Ecclesiæ examini probare possunt. Haudquaquam vero vel omnes in Ecclesia externa possunt esse τέλειοι, vel idem habere μέτρον τῆ δυνάμεως τῆ Χερασ. *Inst.* Optimam rationem infirmos sublevandi & infirmitates eorum corrigendi esse, si non admittantur in Ecclesiam, donec vera vitæ probatæ ediderint specimina, *Resp.* Peti τὸ ἐν ἀρχῇ, immo rigor iste accommodus est multis ab Ecclesia arcendis, & ad desperationem adigendis. Optima vero ratio tales corrigendi est, eos

Oooo

pæ-

pœnitentiam fidemque profitentes admittere, & regimine doctrinali disciplinarique ad bonum intruere ac pellere. Nec melius potest dari medium sanctificationi infirmorum promovendæ, præterquam auditio ejusdem verbi, & participatio eorundem Sacramentorum, eorundemque precum.

III. Ratio duci potest à praxi constanti Ecclesiæ Veteris Novique Testamenti, ex qua constat, Moſen, Prophetas, & Apostolos admisſiſſe in societatem Ecclesiæ externæ, & pro membris ejus ex *canone charitatis* agnoviſſe omnes illos, qui & Sacramento initiationis à Deo instituto ei inferi, & doctrinæ disciplinæque Ecclesiasticæ se subſicere cupivere, quamvis sæpe *νηπιος* essent inter illos, & carnales, & infirmi, variis erroribus, *ἡτήμασι*, immo & peccatis obnoxii. A Moſe & Prophetis Judæos simul & profelytos, Dei cultum profitentes, inter varia etiam peccata, pro populo Dei, adeoque pro membris Ecclesiæ externæ habitos fuiſſe, quamvis variorum peccatorum rei ab iisdem peragerentur, patet. Idem ab Apostolis factum fuiſſe, ex Actis & Epistolis Apostolicis liquet, quum plura millia sæpe pœnitentiam & fidem professâ una die admiſſa fuerint, ubi rigido isti examini nec locus fuit, nec tempus. Sic Ecclesiis inscribunt Epistolas suas, & cœtus illarum vocant sanctos & sanctificatos, quamvis infirmos, hypocritas, & carnales inter illos esse testarentur, a quibus tum circa *dogmata*, tum circa *praxim dogmatum*, varie peccatum. Idem invicte demonstratur ex *Apoſt. II. & III.* ubi eæ vocantur Ecclesiæ, in quibus tamen varii perstringuntur errores, *ἡτήματα*, & peccata. In Ecclesia *Pergamensi* quidam tenebant doctrinam Nicolaitarum: In *Thyatiensi* dabatur seductio activa & passiva: In *Sardiensi* membra erant mortua, & moribunda, & quæ inquinaverant vestimenta sua: in *Laodicensi* multi erant nec frigidi, nec calidi, sed tepidi, cæci, & nudi, & evomendi. Sin rigori isti locus esse debuisset, haudquaquam tales cœtus Ecclesiæ vocati fuiſſent à Spiritu Sancto. Etsi enim ultro fateamur, tales perstringi à Spiritu S. & Angelis membrisque Ecclesiarum in id incumbendum esse, ut omnes proficiant in fide ac sanctitate, quæ *ἀναμυσθήτητα* sunt; ex eo tamen constat, Ecclesiæ nomen illis cœtibus denegandum non esse, in quibus ejusmodi defectus occurrunt.

Rationibus istis *ostensivis* has adjicio *apagogicas*. 1. Si examen istud rigidum fidei sanctitatisque necessarium sit ad exploranda Ecclesiæ externæ membra, nulla fuit Ecclesia vera in terris inde ab orbe condito ad novorum usque Theologorum istorum ætatem: nec enim praxis ista Rectoribus Ecclesiæ vel imperata fuit, vel ab iis observata, sed omnes illi admiſſi, qui sub ejusdem fidei professione se eidem regimini Ecclesiæ subſicere. 2. Si hoc dogma locum habeat, Ecclesia vocatorum non latius patebit, quam Ecclesia Electorum, contra verba Domini *Matth. xx. 16.* At diverse semper fuit latitudo aggregatorum *cooptatione externa* ad corpus Christi, diversa unitorum *inſuſione interna* corpori Christi. Et semper in Ecclesia distincti fuere Judæi *in occulto*, & Judæi *in propatulo*, circumcisi circumſiſione cordis, & circumcisi circumſiſione carnis *Rom. II. 28. filii Abrahamæ, & semen Abrahamæ, filii promissionis, & filii carnis, ii qui sunt Israel, & qui sunt ex Israele. Rom. IX. 6. 7. 8. 9.* 3. Si hoc dogma locum habeat, nemo in Ecclesiam recipi debet, nisi qui habeat Spiritum sanctificationis secundum gradum intensum, adeoque Ecclesia externa vix ex uno vel altero constabit, nec membra Ecclesiæ erunt inæqualia, qualia perhibentur *Rom. XII. & I Cor. XII.* Spiritus etiam sanctificationis dabitur ordinarie extra Ecclesiam, & iis qui nondum accensentur membris Christi vel Ecclesiæ, quum tamen intensa ejus donentur ordinarie duntaxat in Ecclesia, & per ejus ministerium in administratione Verbi & Sacramentorum. 4. Si hoc dogma locum habere debet, Catharorum, Novatianorum, & Donatistarum veterum, causa injuste damnata fuit ab Ecclesia veteri Orthodoxa. 5. Si hoc

dogma locum habere debet, Anabaptistarum pædobaptismum rejicientium sententia recipienda erit, nec infantes accensendi erunt Ecclesiæ, donec se rigido Ecclesiæ examini antè probarint. Et sic Catobaptismo fundamentum sternetur plausibile. 6. Si dogma istud locum habere debet, Ecclesiæ orthodoxæ, quæ non ita procedunt in admiſſione membrorum suorum, erunt damnandæ ut impuræ; per totum terrarum orbem, & sic ii qui Spiritum sanctificationis sibi vindicant, ostendent, se exiguam Spiritus istius mensuram habere, exiguam charitatis erga tot Ecclesias, quum charitas omnia speret, & toleret, quæ sperari possunt & tolerari. 7. Cogitent etiam cum animis suis fratres, qui hoc statuunt, annon rimam, immo portam aperiant factui, & contemptui aliorum, qui non membra sunt ejusmodi Ecclesiæ, immo opinioni de singulari quadam perfectione & sanctitate, qualis ab Anachoretis & Monachis fingitur in Papatu. Nec confundi debent mali in *foro conscientie propriae* tales, cum malis in *foro conscientie alienæ*, vel *Ecclesiæ*. Istos arcendos ab Ecclesia fatemur, illos non item. Id unum adhuc adjicimus, nos minus exigere ab illis, qui in Ecclesiam adoptandi sunt, plus ab iis, qui ad S. Communionem sunt admittendi, quorum singularis quædam probatio debet præcedere, sed ab accedente potius instituenda, quam ab admittente, ubi notoria obstacula abſunt, quæ intercludunt aditum ad istius Sacramenti participationem. Nec enim eadem ab infante requiruntur, quæ merito requiruntur ab adulto. Quæ vero de conditione membrorum *Ecclesiæ externæ vel Ecclesiæ vocatorum* à nobis hic dicta sunt, haudquaquam trahi debent ad *Ecclesiam mysticam electorum*, cui nec hypocritæ nec impii ulli in *foro propriae conscientie* accenseri possunt, qui nec per fidem uniuntur Christo capiti suo, nec per charitatem inter se velut per communem quandam fibulam adstringuntur. Non magis vero obſtat, ad tempus accenseri Ecclesiæ externæ hodieque hypocritam latentem, vel professione duntaxat Christianum, quamvis in *foro conscientie propriae* revera non talem, quam obſtitit olim hypocritis sive Ananiæ, sive Simonis Magi, quominus admitterentur ab Apostolis, donec eorum impietas erumperet in nervum. Nec illi magis à communionem externa Ecclesiæ sunt arcendi, quam isti ab Apostolis arcendi erant. Immo ne à Collegio quidem Apostolico Deus exclusum voluit Judam, priusquam vomica latens se proderet foris, quamvis scelus hominis nefarii animo conceptum perspectum haberet. Nec Apostoli minus credidere Collegium suum Apostolicum esse; quamvis profiteretur diserte Dominus, unum ex illorum numero esse Diabolum *Joh. VI. 70.* Quod si eadem illis sedisset mens, quæ Fratribus quibusdam hodie sedet, haudquaquam iis integrum fuiſſet cum tam flagitioso homine, & Christi quidem ipsius ore designato, ullam colere vel muneris vel convictus mutui societatem. Videant itaque Fratres, qui hic in alia eunt, annon nimio isto rigore Apostolis ipsis sese severiores & morosiores præbeant. Quamvis enim de eorum pietate & zelo non dubitare, nec quicquam sinistri suspicari velim, iudicium tamen eorum haudquaquam hic vel Dei verbo, vel praxi Ecclesiæ Prophetiæ & Apostolicæ, subnixum censere possum. Id itaque serio illis accurandum, ut zelus ipsorum sit vere *zelus Dei, & secundum scientiam*, & ignis sacer. Studendum etiam, ut quo se extendere non potest *Canon fidei*, eo se extendat *Canon charitatis*, hoc est, ut, qui de aliorum fide & sincera pietate fiduciam habere non possumus, æque ac de nostra, *iudicio* tamen *charitatis*, infirmos etiam fide, adeoque & sanctitate, habeamus pro fratribus, quousque non aperta impietate se ipsos communionem Ecclesiæ externæ indignos prorsus esse testantur. Scala, qua in Cœlum aſcenditur, gradus habet. Qui non in media parte consistit, consistit sæpe in ima: inde deturbatus plane arcetur ab ingressu Cœli, admiſſus vero sensim ad altiores scalæ gradus conſtitit, & in

societate

societate Ecclesiæ ascendere potest. Expendant etiam hic Fratres cum animis suis, annon alios nobis charitatis characteres proponat Apostolus 1 Cor. xiii. 5. 7. quippe quæ non cogitat malum, omnia legit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, quæcumque tegi, credi, sperari, & sustineri ulla ratione possunt. Proclivis admodum in rigore nimio lapsus, & publicanus pœnitentiam professus, quamvis nondum actibus crebris pietatis & charitatis testatus, despici potest cum pietatis & charitatis dispendio. Non omnium liberorum in domo eadem dona, profectus, robur: nec in domo Dei filiorum ejus *ἁγιοματῶ* eadem, nec idem in omnibus μέτρον ἢ διαστάσις ἔχει. Et in cœlo diversa magnitudinis stellæ sunt, stellæ tamen omnes, & in firmamento quidem, sic & in hoc Ecclesiæ cœlo diversa esse possunt membra, quamvis sive luce fidei, sive calore zeli, sive & sanctitatis gradibus, disparia. Nec desit Filius hominis ambulare inter *Candelabra septem*, quamvis diversis lampadibus instructa, immo quarum multa excitabant fœtorem, ut patet ex Concionibus illis *ἑλιττωμαῖς* querelisque, quas Johannes audivit è cœlo. Nec ob mixturam illam cum alieno metallo desiere vocari candelabra illa aurea à Spiritu S. *Apoc. i. 12.* denominatione sumpta à *meliori*, si non à *majori*, prout & Apostolus *electos ac sanctos* vocat cœtus, in quibus tamen infirmi multi reperiebantur & *carneles*.

CLASSIS II.

QUÆRITUR I.

An Ecclesia particularis ex iis duntaxat membris constare debeat, quæ uno loco ad publicum cultum ordinarium convenire possunt?

DECISIO.

Distinctione hic utendum, & non controversa distinguenda à controversis. Non controversa sunt ista. 1. Non negamus, Ecclesiam particularem veram esse Ecclesiam, quæ uno loco convenit ad publicum cultum. Talis enim fuit Ecclesia in suis incunabulis, antequam in multitudinem excresceret quæ uno loco capi non posset. 2. Non negamus, in ejusmodi Ecclesia ex paucioribus membris constante regimen doctrinale, disciplinæque, quoad multos actus commodius exerceri posse, & majorem singulorum rationem haberi. 3. Fatemur, non debere ex cœtibus in remotissimis locis degentibus unam Ecclesiam particularem constitui, & illos iisdem Rectoribus subjici, quippe qui non possunt actus regiminis necessarios circa ita remotos convenienter obire. Ut itaque nihil obstat, varias Parœcias vicinas uni Presbyterio subjici, sic remotas admodum uni subjici non expedit. 4. Fatemur etiam, non temere Ecclesiam debere in diversis locis convenire ad Dei cultum, sine necessitate, vel sine causa gravi. 5. Fatemur quoque, Ecclesiam particularem non esse unam, quæ non regitur ab iisdem Rectoribus. Ista omnia in confesso sunt.

Quætionem vero ita institutam, quæ controversa est, negandam cenfeo, Ecclesiam nempe particularem non debere pluribus membris constare, quam quæ uno loco ad publicum cultum ordinarium convenire possunt.

Rationes negationis nostræ dari possunt, partim *ostensiva*, partim *apagogica*. *Ostensiva* sunt. 1. Quia Ecclesiæ particularis definitio & natura non pendet à *conditione accidentali* loci conventus: sed ab *essentia* vel *formali* suo, nimirum unione eorundem membrorum in eadem doctrina veritatis, sub iisdem rectoribus, eodemque regimine sacro. 2. Quia si plures Synagogæ in diversis urbibus & tribus unam Nationalem Ecclesiam constituebant in Testamento Veteri, sub eodem regimine, iisdem rectoribus obnoxiam: si plures etiam Ecclesiæ unius sive Provinciæ, sive Gentis, unam Ecclesiam constituere possunt Provinciale vel Nationa-

lem, immo si omnes, quæ per totum terrarum orbem dispersæ sunt Ecclesiæ, corpus unum Catholicum, eisdem fidei & charitatis compage inter se adstructum, constituunt, multo magis plures cœtus ejusdem urbis unam Ecclesiam particularem urbicariam constituere possunt. Illa enim unio difficilior longe & operiosior ista. 3. Quia Ecclesiæ ab Apostolis plantatæ adeo numerosæ sæpe erant in Urbibus majoribus, ut non possent uno loco convenire, & tamen ob id non multiplicabantur Ecclesiæ in singulis locis. Sic Ecclesia Hierosolymitana excrevit ultra quinque millia virorum *Act. xv. 4.* & quamvis *κατ' οἶκον* domatim docuerint Apostoli *v. 24.* proponitur tamen totum istud corpus velut una Ecclesia, cui iidem Diaconi præpositi *Act. vi. 5.* etsi multiplicatus esset ulterius numerus Discipulorum *Act. vi. 1.* 5. An credibile etiam, vel totam Ecclesiam Romanam in domo Aquilæ & Priscillæ fuisse coactam *Rom. xvi. 5.* vel illam Ecclesiam separatam Ecclesiam constituisse à fidelibus Romanis aliis? Quid dicendum de Ecclesiis, quæ in Galatia Christo fuere collectæ, & Ancyræ & Antiochiæ Pisidiæ, quas tamen compellat Paulus ut corpus unum, unamque Ecclesiam? Sin Ecclesiæ in diversis Urbibus collectæ una Ecclesia censentur Paulo, cur non & plures Ecclesiæ coactæ in una urbe? Sic Ecclesia Ephesina repræsentatur ut unum *κοίμνιον*, una Ecclesia *Act. xx. 28.* & tamen ibi plures Episcopi & Presbyteri *v. 17. & 18.* adeoque plura loca conventus. Nec etiam expediebat, propter rabiem Idololatrarum, præsertim in urbe illa ob cultum Dianæ superstitioni mirum in modum addicta, Christianos eodem loco convenire. An etiam verisimile, in Schola Tyranni convenisse omnes fideles Ephesi coactos *Act. xix. 9. 10.* quum tamen tantus eorum qui profitebantur istic loci Evangelium numerus fuerit, ut publice in urbe præ aliis obnoxia superstitioni ausi fuerint exurere libros, *ἀβίβρα* continentes. Sic ex ipso librorum combustorum pretio facile constare potest, quis Christianæ fidei professorum numerus fuerit Ephesi, quippe quod se extendit ad *ἄγρον μολοῦδος πέντε* *Act. xix. 19.* Sic vix credibile, Ecclesiam Philippensem, cui præerant plures Episcopi *Phil. i. 1.* uno duntaxat loco convenisse. Sic Colossæ à *Xenophonte* vocantur urbs *μεγάλη*, in qua florentissima Ecclesia, quam parum credibile in una profuecha duntaxat coactam fuisse? Sic in Creta Insula constituti Presbyteri *ἔ πόλιν oppιδαιμ*; iidem ergo erant uniuscujusque urbis, non unius duntaxat cœtus. Nec enim quicquam obstabat, in plures cœtus coire Ecclesiam. Sic meminit Eusebius Lib. v. Cap. ix. *ἔ κατ' Ἀλεξανδρείαν Ἐκκλησίαν*, quæ tamen sub uno Episcopo Agrippino primum, post Juliano fuere. Sic Petrus ex *Ἀγαπορέῃ* Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, unum corpus facit, gregem unum *1 Pet. v. 2. 1 Pet. i. 1.* Magis ergo ex pluribus cœtibus particularibus unum corpus constitui potest. 4. Immo si una duntaxat Ecclesia ex fidelibus in toto Orbe dispersis constituatur, cui portæ inferorum prævalere nequeant *Matth. xvi. 16.* una Christi sponsa, quæ est *ἡ νύξ Ἱερουσαλήμ*, opposita τῇ *ἀνυ Gal. iv. 25. 26.* an plures cœtus in una urbe non poterunt constituere unam Ecclesiam? 5. Adde, Ecclesiæ unius urbis Presbyterium unum duntaxat legi possit tempora Apostolica, & tamen ubi majores cœtus fuere, illi nec potuere uno loco cogi, quia in cryptis arenariis ipsis conveniendum sæpe erat ob tyrannidem & persecutionem hostium, nec debere, ne hac ratione totam Ecclesiam uno loco coactam rabiei hostium exponerent, loco congressus, quod facile fieri poterat, detecto. Et sane præstabat longe, Christianos tum variis locis, tum incertis, idque secundum diversas *ἰστέρας*, congregari ad cultum sacrum, ne vestigari possent vel à tyrannis vel ab eorum satellitio, & cultus ille turbari. Immo id Christianos istis temporibus solitos fuisse docet *Dionysius Alexandrinus* Lib. vii. Hist. Eccles. Euseb. Cap. xix. qui refert, nullum locum etiam deletum ad poenam à tyrannis potuisse impedire exercitium reli-

religionis. Immo ex Historia veteri constat, Ecclesiam in agro vicino urbi alicui collectam in unam coaluisse Ecclesiam cum Ecclesia urbicaria, donec vel propter crescentem Christianorum multitudinem, vel propter locorum distantiam, novum Presbyterium exigeretur. Et sane tanta Christo accessit Confessorum turba, ut, *Eusebio* teste Hist. Eccles. Lib. VIII. Cap. I. antiqua *προσδοχῆ* non sufficerent, sed dilatanda essent. 6. Immo si ex pluribus tribubus & collegiis civium una eademque urbs constituitur, quæ iisdem rectoribus, eidemque regimini, iisdem item legibus subest: cur non plures cœtus diversis in locis coacti unam constituere possint Ecclesiam, quando iisdem rectoribus eidemque regimini sunt obnoxii? 7. Vel ubi idem Verbum, eadem Sacramenta, eadem spes, eadem fides, idem corpus, idem Spiritus, idem caput, iidem Rectores, idem regimen, ibi eadem Ecclesia, vel non: si prius, Ecclesia eadem erit, quamvis diversis locis coacta: si posterius, unitas Ecclesiæ male describitur *Eph.* IV. 3. 4.

Rationibus *ostensivis apagogicis* istæ addi possunt. 1. Si Ecclesiæ pluribus locis collectæ, vel in diversas parccias divisæ, non possunt esse una Ecclesia, quamvis subsint iisdem Rectoribus, eidemque regimini, sequitur, essentiam & formam Ecclesiæ dependere à loco conventus, adeoque à circumstantia plane accidentali. Et sic quia diversis locis conveniunt tribus & collegia civium, ex iis non poterit constitui una Respublica: vel quia Consules & Senatus multis in locis non conveniunt eodem loco, non constituent unum Magistratum: vel quia domus utraque Parliamentaria diversis locis cogitur, non erit unum idemque Parlamentum. 2. Si cœtus pluribus locis in eadem urbe coacti non possunt constituere unam Ecclesiam, minus Ecclesiæ dispersæ per gentes varias, immo per totum terrarum Orbem, poterunt unam constituere Ecclesiam, minus Ecclesia militans in terris & triumphans in cœlis. Atqui una est Ecclesia, quam credimus, unum Christi corpus, & datur inter membra omnia *ἐν ὅντινι πνευματικῶ*, & *συνδεδεμένῶ ἐπιπέδῳ*. *Eph.* IV. 3. 3. Si Ecclesia pluribus locis coacta in eadem urbe non possit constituere unam Ecclesiam, ergo in urbibus illis, ubi fideles, ob rabiem & persecutionem hostium, clam coguntur diversis in locis, tot erunt Ecclesiæ, quot domus vel cryptæ, in quibus coeunt ad Dei cultum, & modo plures erunt Ecclesiæ, quando pauciores conveniunt una, modo pauciores, quando plures una conveniunt, quod absurdum. 4. Si in eadem urbe plures sint constituendæ Ecclesiæ, altare erigetur contra altare, ex una Ecclesia ejectus se recipiet in aliam, una contemnet aliam, æmulatio dabitur inter Pastores & membra istarum Ecclesiarum, & innumera inde consequentur incommoda id genus alia.

QUÆRITUR II.

De Subjecto Potestatis Ecclesiastica, an id sit Ecclesia integra vel omnia ejus membra, an vero Presbyterium ex Pastoribus & Senioribus conflatum?

DECISIO.

IN hujus etiam Quæstionis decisione non controversa separanda sunt à controversis. Non controversa sunt. 1. An quævis potestas Ecclesiastica conveniat toti Ecclesiæ, & omnibus ejus membris. Consensus enim utrinque est, potestatem verbum publice prædicandi, ordinarie scilicet, ex illorum ipsorum sententia, & Sacramenta administrandi, duntaxat esse penes Ministros verbi. 2. An nulla potestas sit Ecclesiæ totius, nullæque partes in electione eorum qui illi præponuntur Pastorum. Hic enim utrinque etiam consensus est, totum corpus Ecclesiæ, & omnia ejus membra, habere potestatem aliquam nominandi vel eligendi Pastores, assentiendi saltem vel dissentiendi, approbandi vel improbandi eos qui proponuntur, quod illis & in Apostolica Ecclesia *Act.* I. 23. & VI. 3. 5. 6. & sequentibus aliquot seculis integrum mansit, ante stabilitam Antichri-

sti tyrannidem. Unde hodieque per Diaconorum, & quandoque per Seniorum aliorum, qui antehac isti muneris præfuerunt, convocationem ad electionem Pastoris, plebis jus multis in locis repræsentatur, servaturque simul. 3. An in Ecclesia integra & constituta debeat corpus Ecclesiæ quævis leges, quævis imperia, Presbyterii admittere, sine examine, quamcumque doctrinam vel quemcumque cultum proponat, & an illud potestatem habeat absolutam. Consensus enim hic utrinque est, potestatem illam esse limitatam, & *perfectivam* Ecclesiæ, non *corruptivam*, nec ea admittenda ab hominibus, quæ in Dei verbum & officium hominis Christiani incurunt, sed tunc demum parendum esse servis, quando illi parent Domino. 4. An in Ecclesia vel turbata vel nondum constituta multi actus à fidelibus & primo coeuntibus exerceri possint, qui pertinent ad Potestatem Ecclesiasticam. Hoc etiam utrinque *ἐξαργύριον* est, id posse fieri, & sæpe factum esse.

Controversum vero hic est: An corpori integro Ecclesiæ, omnibusque ejus membris, potestas Ecclesiastica, quæ *Clavium* vulgo dicitur, tradita sit, velut *primo & immediato Subjecto*, quod immediate & per se eam exercere possit, & ab illo demum derivetur in Rectores Ecclesiæ, qui ideo vocentur *Ecclesia Representativa*, quia velut Deputati & Delegati Ecclesiæ autoritate ab ea accepta regant Ecclesiam? *Affirmativam* hic falsam, *Negativam* veram censemus. *Rationes* isti Decisioni substerimus, partim *ostensivas*, partim *apagogicas*.

Ostensiva è multis sunt. 1. A *nominibus*, quibus designat Deus Ministros verbi & Seniores illis adjunctos, quibus illorum officium expressum voluit *contradistincte* ad corpus Ecclesiæ, cui præpositi sunt. Vocantur vero *Θησαυροὶ* *Act.* XX. 28. I *Tim.* III. 2. *Tit.* I. 17. *Οικονόμοι* mysteriorum Dei I *Cor.* IV. 1. *πρεσβυτέραι* & ministri reconciliationis 2 *Cor.* V. 18. 20. Pastores & Doctores *Eph.* IV. 11. 12. *κωβερνήται* I *Cor.* XII. 28. *πρεσβυτέραι* & *πρεσβυτέροι* *Rom.* XII. 8. I *Thess.* V. 12. I *Tim.* V. 17. *ἡγούμενοι* *Heb.* XIII. 7. 17. At hæc nomina *ἀρχιεπισκοπῆς*, scorsum Rectoribus Ecclesiæ tributa, inania forent, utpote communia singulis Ecclesiæ membris, vel saltem toti Ecclesiæ cœtui: quod absurdum, quum Deus sic voluerit distinctos inspectores, rectores, œconomos, ab iis in quos munus istud exercere debent, qui ideo etiam vocantur domus, grex, filii. 2. A *natura Ecclesiæ Testamenti Veteris*, quæ distincta fuit in docentem & discipulorum, in regentem & rectam. Nec nisi Sacerdotibus & Levitis commissum erat munus regendæ Ecclesiæ, nec nisi illi in Ecclesia ordinata id potuerunt exercere. Immo thuribuli usurpatio pessime cessit etiam Regi. In *essentialibus* vero eadem ratio est Ecclesiæ Veteris Novique Testamenti. 3. Ab *institutione Christi*, qui potestatem clavium commisit Apostolis, non promiscue Discipulorum multitudini, adeoque & Apostolorum successoribus, nec enim ad tempus duntaxat prospectum oportebat Ecclesiæ, sed in perpetuum, *Job.* XX. 21. 22. 23. ut *Οικονομῶν* mysteriorum Dei I *Cor.* IV. 1. I *Cor.* XII. 28. *Eph.* IV. 11. 12. 4. A *distinctione membrorum*, donorum, & ministeriorum in Ecclesia, quæ habetur inter alia loca *Rom.* XII. 6. 7. & I *Cor.* XII. à v. 4. ad 28. 29. Ita vero distinctio inanis foret, si eadem membrorum Ecclesiæ esset potestas, & omnes essent oculi. 5. A *prædicationis* adscriptis *τοῖς ἡγούμενοις*, quum illis Ecclesia debeat obedire, & quia illi vigilant super salute animarum, & quia illi tenentur reddere rationem istius administrationis. Distincta ergo Doctorum Ecclesiæ & Ecclesiæ ratio. Unde & Timotheo ac Tito Paulus Ecclesiæ regimen, & Presbyterorum institutionem commendat, & Angelis Ecclesiarum Asiaticarum omnia imputantur, vel ad laudem, vel ad vituperium, quæcumque in Ecclesiis vel laudanda erant, vel improbanda. *Apoc.* II. 3. 6. A *connexionem sacrorum munerum*. Illis enim commissæ sunt claves, quibus commissa est prædicatio verbi, & administratio Sacramentorum, ut quæ conjungit Christus *Matth.* XVI. XXVIII. *Job.* XX. & alibi. Et quia Seniores ad-

adjunguntur Pastoribus ex instituto divino, quod ne Fratres quidem diffidentur, in parte quadam administrationis, integer vero cœtus Ecclesiæ non item, illorum aliæ partes sunt, aliæ istius, ut quorum munus verbo Dei subnixum, adeoque & auctoritas in eodem fundata est. 7. *A nominibus & descriptionibus Ecclesiæ.* Confertur illa cum grege *Job. x.* cum domo *1 Tim. III. 15.* *2 Tim. II. 20.* cum civitate *Matth. v.* cum corpore *1 Cor. XII.* cum exercitu, in Cantico Canticorum: Ista vero omnia sunt ordinata, & distinctæ ibi partes, instrumenta, membra, munia. 8. Adde, *jus vel exercitium* istius juris in totum Ecclesiæ corpus à Domino derivatum esse, ἀρχαφον prorsus esse, immo ἀνίγειν, ut cui subjectio imperatur, & ἀλογον, nec enim vel corporis, vel gregis, vel domus, est regere, sed regi.

Fatemur quidem, Presbyterium vocari *Ecclesiam Repræsentativam*, sed non eo sensu quasi repræsentaret totum corpus Ecclesiæ, prout Orator repræsentat Principem vel Rempublicam, servus Dominum, delegatus delegantem, utpote cujus auctoritas tota pendet à delegante: verum eo duntaxat sensu, quatenus, quia tota multitudo nec adiri potest, nec consuli, nec se ipsam regere, jurisdictio Ecclesiastica sive potestas clavium electis vel nominatis ab Ecclesia personis committitur à Deo, quæ repræsentent velut totam Ecclesiam, & jurisdictionem Ecclesiasticam exerçant, quibus subijci debet Ecclesia in regimine illo, quandiu & quatenus tales se subijciunt Domino. Quamvis vero nominatio vel approbatio eorum, qui constituunt Presbyterium, fiat *per Ecclesiam*, vel saltem non sine aliquo ejus interventu, auctoritas tamen muneris non est *ab Ecclesia*, sed ab institutione Dei, quæ personis ab Ecclesia designatis vel probatis confertur per Ordinationem Ecclesiasticam. Unde falluntur illi inter Fratres, qui vel auctoritatem istam ab Ecclesia derivari censent in Presbyterium, vel qui membris omnibus Ecclesiæ sive *jus sive exercitium* clavium & potestatis Ecclesiasticæ promiscue transcribunt. Hoc enim non tantum fit sine fundamento Scripturæ, sed & ἀξίαν invehit in Ecclesiam, & è corpore heterogeneo, vel organico, quale nobis repræsentatur Ecclesia *1 Cor. XII.* facit corpus *homonium*, vel *similare*, & iis intercedit prærogativis, quæ Rectoribus Ecclesiæ in S. Scriptura tribuuntur.

Rationes apagogicas addimus istas. 1. Si integro Ecclesiæ corpori sit tradita auctoritas clavium, vel illæ claves sunt *claves Scientiæ*, vel *Potestatis*. Non *Scientiæ*; nec enim quis in Ecclesia idoneus, ad administrandum & secundum verbum veritatis, immo ne integrum quidem corpus, ob varia incommoda. Nec *Potestatis*; nec enim quis aptus ad regimen Ecclesiæ, immo multitudo ad id plerumque inepta plane, aut parum opportuna saltem. 2. Si integro Ecclesiæ corpori sit commissa potestas illa, vel ex æquo illi commissa est cum Pastoribus, vel non. Si *primus*. 1. Non opus, ut ab Ecclesia derivetur in Pastores; eam enim æque immediate habebunt à Christo ac Ecclesia. 2. Frustra data erit illis, qui nulla dona habent ad ejus exercitium. Si *posterioris*; vel magis commissa est Pastoribus, vel minus. Si magis; Pastores illam non habebunt ab Ecclesia, nec opus, ut eam inde derivent. Si minus; male Pastoribus vel nomina illa imposita, vel munia commissa fuerunt, quæ illis vel imposita fuerunt vel commissa, quippe qui totum id quod habent ab Ecclesia habent. 3. Si potestas illa primo commissa esset Ecclesiæ, sequeretur, non legatione fungi Ministros apud Ecclesiam nomine Dei *2 Cor. v. 20.* sed nomine Ecclesiæ, utpote à qua illam legationem acceperunt. Immo Deum commissis Ecclesiæ potestatem se ipsam regendi, & sic ipsa & regeret & regetur. 4. Si potestas illa primo data esset Ecclesiæ, sequeretur, Ecclesiam habere potestatem verbum annuntiandi, Sacramenta administrandi, & disciplinam exercendi in se ipsam: & si primum & ultimum potest, cur non & secundum, quippe quod immediate *connexum* cum primo *Matth. XXVIII.* vers. ult. 5. Si Ec-

clesia etiam potestatem illam primo accepit à Christo, erit dispensatrix mysteriorum Dei. Quod vero erit *objectum* istius dispensationis? Non sane ipsa Ecclesia, quia illa, secundum hanc sententiam, est *subjectum* dispensans. Ergo aliquid distinctum ab Ecclesia, apud quam id dispensare debet; quod non possunt esse illi, qui sunt extra Ecclesiam, alias dispensatio ista non esset destinata primum bono Ecclesiæ ipsius. Negato itaque priori membro, nimirum Ecclesiæ hanc potestatem esse commissam, negatur etiam secundum, nimirum ab Ecclesia hanc potestatem derivari ad Pastores. Nec potestatis Ecclesiasticæ collatio ex *χειροτονία* populi sine absurditate duci potest, quippe quæ assensum tantum notat populi se subijcientis huic vel illi Pastori, & illum habentis pro dispensatore mysteriorum Dei, quem Christus per *χειροθεσίαν* Presbyterii immittit in hoc munus, & ei potestatem istam confert, ut docent exempla *Act. XIII. 1. 2. 3.* *1 Tim. v. 22.* *2 Tim. I. 6.* Assensus populi cæteroquin non magis confert potestatem Pastori actus pastorales exercendi, quam assensus plebis in recipiendo Præside ei potestatem confert, munus illud administrandi. Et sane nonnisi ab illo potestas illa conferri potest, à quo conferri possunt dona necessaria ad salutare ejus exercitium. Adde, aliud esse potestatem accipere secundum se actus pastorales exercendi, per assensum plebis, aliud, plebem testari suo assensu, se istam potestatem in hac persona agnoscere, & ei obsequium debitum polliceri. Prius Pastor habet ab ordinatione, & muneris, in quod immittitur, natura; posterius duntaxat à plebis consensu. Prout nominatio atque admissio Oeconomi à domesticis non illi confert auctoritatem, quam habet, sed heri voluntas, & muneris ipsius, quod administrat, natura.

CLASSIS III.

QUÆRITUR

An combinatio plurium Ecclesiarum sub regimine Classium & Synodorum probanda sit, an vero quavis Ecclesia habeat potestatem independentem?

DECISIO.

IN hac etiam Quæstione non controversa sunt distinguenda à *controversis*. Non controversa sunt. 1. Communionem aliquam *charitativam* intercedere inter Ecclesias Orthodoxas & sacram veluti confederationem ob communis fidei speique professionem. 2. Conventus plurium Ecclesiarum *occasionales* dari posse, & à talibus peti *consilia* fraterna, quæ tenere sperni non debeant. 3. Quamvis Ecclesiam particularem suam habere & integritatem, & potestatem immediate sibi à Deo concessam, nec introducendam Classicalem vel Synodalem *potestatem* ejus *destructivam* vel *privativam*, sed *cumulativam* duntaxat & *perfectivam*, vel ea sibi arrogantem quæ sunt Ecclesiæ particularis. 4. Ecclesiam particularem unam nihil habere potestatis in aliam, sed omnes esse collaterales, æqualis juris & auctoritatis in membra sua. 5. Non Ecclesiis duntaxat singularibus, sed ne quidem pluribus inter se in Classibus vel Synodis combinatis competere auctoritatem vel potestatem *αὐτονεγροεσίαν* & *absolutam*, Leges condendi pro arbitrio, sed *ministerialem* duntaxat cum adstrictione ad Legem & testimonium, nec decisionibus Classicalibus vel Synodicis standum, si verbo Dei repugnent. 6. Multa esse negotia, quæ terminari possint in Ecclesiis particularibus, quæ haudquaquam referenda sint ad conventus, sive Classicales, sive Synodales. 7. Posse Ecclesiam aliquam habere τὸ esse, etsi non τὸ bene esse, ubi vel solitaria est in loco remotissimo ab Ecclesiis aliis, vel defunt media istam combinationem instituendi. 8. Ordinariam & statam Ecclesiarum combinationem non necessariam esse, vel inter Ecclesias unius Nationis per Synodos Nationales, vel omnium in toto Orbe Ecclesiarum per Synodum Oecumenicam. 9. Potestatem Classicalem vel Synodalem non esse civilem jurisdictionem, sed Eccle-

fiasticam auctoritatem. 10. Non esse exæquandam hujus regiminis necessitatem necessitati dogmatum essentialium ad salutem, v. g. fidei in Christum Servatorem, & id genus aliis.

Controversa vero sunt. 1. An Ecclesie recte uniantur inter se sub uno regimine communi Classium vel Synodorum, an vero quævis Ecclesia particularis auctoritatem & potestatem habeat independentem, non tantum ab Ecclesia alia particulari, verum etiam à Classibus & Synodis? 2. An Classes & Synodi habeant non tantum libertatem aliquam suavisivam & directivam, sed etiam potestatem auctoritativam, jurisdictionem Ecclesiasticam in Ecclesiis particularibus exercendi, decreta condendi, ea imperandi Ecclesiis particularibus, & refractarias Censuris Ecclesiasticis notandi, adeoque non potestatem tantum judicariam circa dogmata, verum etiam circa disciplinam Ecclesie cujusque particularis?

Quæstiones istæ distingui debent. *Prima* enim quærit; An sit ejusmodi dependentia Ecclesiarum particularium à Classibus & Synodis, idque jure divino? *Secunda*; Qualis sit illa dependentia, & quousque se extendat. Prior occupatur circa τὸ ἐν, posterior circa τὸ ὑπὸ. De priori duntaxat hic agimus impræsentiarum. De posteriori si opus videatur, alibi & alias acturi.

Ad priorem itaque Quæstionem quod attinet: *Affirmativam* hic veram, *Negativam* falsam censeo. *Rationes* affirmationis propono, partim *ostensivas*, partim *apagogicas*, non omnes, quæ adferri possent, sed aliquas, quæ sufficere poterunt conscientis à perverbia omni alienis, & quæ suæ spontis adhuc sunt, informandis.

Ostensivas sunt. I. Deus providit Ecclesie Judaicæ de regimine necessario in controversiis incidentibus inter cœtus particulares. Ergo etiam Ecclesie Christianæ. Nec enim istius conditio deterior est in essentialibus & necessariis conditione illius: deterior vero foret, si careret ejusmodi remedio necessario. *Antecedens* patet, quia ut in singulis urbibus Synagoga erant particulares, sic ab illis dabatur beneficium appellationis ad tribunal superius erectum Hierosolymis *Deut.* xvii. 8. 2. *Paral.* xix. 8. 11. *Psal.* cxxii. 4. 5. Si ergo Deus noluit olim Synagogas particulares esse independentes, causæ nihil est, cur jam contrarium velit, quum idem sit periculum, vel majus etiam, sive ob hæreses quibus Ecclesia Novi Testamenti probanda & exercenda secundum divinam prædictionem est, sive ob impietatem crescentem postremorum temporum, sive ob liberiores Christianorum conversationem cum infidelibus, quæ interdicta erat olim Judæis, permessa vero est Christianis. Immo cum Ecclesia Christiana non amplius sit infantilis, sed adulta, majoribus debet gaudere privilegiis *Gal.* iv. 1. 2. 3.

Exc. 1. Sequelam non procedere à Judaica Ecclesia ad Christianam: vel enim argumentum duci καθόλου, sive in universalibus, vel ἐν μέρει sive in particularibus: si prius, absurda multa inde sequi, si posterius, argumentum esse ἀνακόλουθον. 2. Pontificios tale argumentum etiam necesse ad Primatum sui Pontificis probandum. 3. Hoc fuisse ceremoniale & pædagogicum inter Judæos, immo politiam Mosaicam abrogatam esse. Non ergo restituendam. 4. Sic Classes everti, & Synodos Provinciales, & erigendum duntaxat tribunal unum Nationale, quod in certa urbe reperitur, & perpetuo in actu.

Ad 1. *Exc. Resp.* 1. Per *concessionem*, sequelam non procedere in universalibus, minus in ceremonialibus, & quæ juri particularis erant, & lata Judæis qua Judæis. 2. Per *negationem*, non procedere sequelam in hoc particulari, quia fundamentum illius datur in jure communi, quod docet, judicia circa τὰ πνευματικά non magis præcipienda esse, quam circa τὰ βιωματικά, sed beneficium appellationis dari debere à paucioribus ad plures, à tribunali inferiori ad superius, & tale constituendum esse, quod vel corpus unum in se divisum, vel plura à se invicem divisa conciliare possit.

Ad 2. *Exc. Resp.* Peccati *Elencho* parium & ἑξ ἑαυτῶν τὸ ἐ-

πέμμενον. Nec enim eadem vel illationis Pontificiorum, vel fundamenti quo illa nititur, ratio est, minus applicationis ad Pontificem, quod multimodis probari potest. Supervacuum vero foret, id probare Fratribus, qui Dictaturam istam Hierarchiæ Romanæ juxta nobiscum explodunt.

Ad 3. *Exc. Resp.* 1. Peti τὸ ἐν ἀρχῇ, hoc esse ceremoniale, vel pædagogicum. 2. Peccatur *Elencho* à *disso* secundum quid. Abrogata sane est politia Judaica, sed secundum id quod erat juris in ea particularis, non communis.

Ad 4. *Exc. Resp.* 1. Peccari *falsa suppositione*; nec enim argumentum ducitur ab *identitate*, sed ab *analogia*, hoc modo: Ut Deus providit Ecclesie Judaicæ de regimine necessario in controversiis incidentibus inter cœtus particulares, sic etiam de eodem providit Ecclesie Christianæ. Tale vero remedium in plurium Ecclesiarum combinatione Deo placere, demonstrabitur argumentis sequentibus. 2. Immo ἡ τὸ βίαιον, prout populus Dei unam velut provinciam inhabitabat, sic & datur ejusmodi tribunal provinciale. Immo si detur nationale, magis dabitur provinciale, quia arctior potest intercedere communitio inter Ecclesias ejusdem Provinciæ, quam inter Ecclesias ejusdem duntaxat gentis. 3. Peccatur *Elencho* ἑξ ἑαυτῶν τὸ ἐπέμμενον, nec enim accidentalibus confundenda cum essentialibus. *Essentials* est, esse aliquod tribunal superius, ad quod provocari possit, & quod plures regere possit & conciliare: *accidentals* vero est, id vel *statarium* esse in una urbe, vel non, vel perpetuo subsistens. Immo & tribunal Judaicum *ambulatorium* erat ante erectum templum, pro diversa Arcæ sede.

II. Christus sanxit gradus appellationum in Novo Testamento, ratione privatorum: & duorum vel trium majorem esse vult auctoritatem quam unius, Ecclesie quam duorum vel trium: Ergo & plurium Ecclesiarum majorem esse vult, quam unius Ecclesie. *Antecedens* patet ex *Matth.* xviii. 15. 16. 17. *Conseq.* evidens à gradatione & à *minoribus*. Si enim offensæ fratris obstinanti contra fratrem deferenda est ad Ecclesiam, multo magis offensæ Ecclesie obstinate violantis jura Ecclesie alius, vel duarum Ecclesiarum inter se litigantium causa, deferri debent ad tribunal aliquod superius.

Exc. 1. Agi ibi de lapsu fratris unius. 2. Dominum velle, illum terminari in Ecclesia particulari, & ejus judicium esse ultimum. Eo itaque everti judicium Synodicum, non stabiliri. 3. Ecclesiam *Matth.* xviii. significare congregationem integram, non presbyterium.

Ad 1. *Exc. Resp.* 1. Per *concessionem*, de eo directe agi. 2. Per *negationem*, de eo duntaxat ibi agi. Immo ἡ τὸ βίαιον; Si Christus consultum voluit paci & tranquillitati privati, multo magis consultum voluit paci & tranquillitati vel Ecclesie integræ, vel Ecclesiarum plurium; & Christo constitutum rationem ostendere omnia offendicula tollendi, si inter privatos, magis inter Ecclesias, v. gr. inter Græcam murmurantem adversus Hebræos, *Act.* vi. 1. 3. Peccatur *falsa suppositione*, argumentum duci ab exemplo *idemicis*, cum ducatur duntaxat ab eo *analogice*.

Ad 2. *Exc. Resp.* 1. Per *concessionem*, Christum velle terminari in Ecclesia particulari scandalum à fratre datum fratri, & Ecclesie in qua vivunt uterque judicium in hoc casu esse ultimum. 2. Per *negationem*, idem locum habere posse in casibus aliis, ubicunque Ecclesia particularis scinditur in partes varias, vel Ecclesie uni lis intercedit cum alia, vel membris unius Ecclesie cum membris Ecclesie alterius. Ad id genus negotia ergo requiritur necessario judicium Synodicum. 3. Immo si propter admissum peccatum aliquod in fratrem privatum, & pertinaciam peccantis, excommunicationis sententia in privatum stringenda est, magis in peccantes in integrarum Ecclesiarum pacem. 4. Immo, si strictè urgenda forent verba Christi, excommunicatio

tio

tio licita non foret nisi propter peccata admissa in fratrem aliquem privatum, non vero propter peccata longe graviora admissa in totam Ecclesiam. 5. Adde, Christum subijcere indefinite, se ratum habiturum *quicquid ligaverit Ecclesia, vel solverit*. Cur non ergo hoc extendatur ad personas & cœtus omnes, qui ligationi vel solutioni dant causam? Et an credibile, Christum voluisse sollicitè in minoribus & levioribus Ecclesiæ morbis ei prospicere de remedio, noluisse vero in majoribus & gravioribus, & qui Ecclesias integras vel committere poterant, vel scindere, immo subvertere. 6. Immo, si Christus subijcit, ubi duo aut tres congregati fuerint in nomine suo, se in medio eorum futurum, an non in medio plurium se fore promittit congregatorum in nomine suo? 7. Adde, ita excommunicatum ab una Ecclesia habendum fuisse pro Ethnico: magis ergo si à pluribus simul in Synodo ejusmodi feratur sententia.

Ad 3. *Exc. Resp.* Peti τὸ ἐν ἀρχῇ. Contrarium invictè probari potest, Presbyterium nimirum intelligi, non integram congregationem. 1. Quia in textu Græco δεικνύσθαι est, hoc indicandum τῇ Ἐκκλησίᾳ cum articulo δεικνύσθαι, adeoque illi cœtui, qui erat *ὁ κληρὸς ἡλικιωτέρων* congregatio Seniorum. 2. Quia illa Ecclesia designatur, cui Dominus ligandi & solvendi potestatem commisit, quod Apostolis duntaxat & illorum successoribus concessum *Matth. xvi. 19. Joh. xx. 21.* quos Christus mittit, ut Pater ipsum misit. 3. Quia Christus hic manifestè alludit ad Synedrium Judaicum, (æque ac *Matth. v. 22.* ad varia Judæorum tribunalia,) ad quod referebantur lites eorum qui comparebant, in quo examinabantur testes, & cujus erat aliquem pronunciare *publicanum*, vel *ethnicum*. Et ista pronuntiatio, aliquem censeri *publicanum* vel *Ethnicum*, erat formula usitata excommunicationis inter Judæos, quibus publicani æque exosi erant ac gentiles, ut instrumenta tyrannidis Romanæ in populum Dei, & hirudines publicæ. 4. Quia ejusmodi Ecclesia intelligitur, quæ regit, & auctoritatem habet, & lites sapienter & commode definire potest, & cujus judicio standum. At ista congregationi integræ convenire nequeunt; nec enim multitudo ex viris, foeminis, ancillis etiam, & juvenibus, collecta, apta est ad regimen, ad dijudicationem causarum; & multitudinis judicium plerumque erroneum; & prævaleret semper numerus suffragiorum ejusmodi hominum, qui non ratione ducuntur, sed impetu, & parum admodum apti sunt, sive ad errorum revictionem; sive ad causarum ambiguarum dijudicationem. An itaque credibile, Christum ad talem Ecclesiam lites & earum dijudicationem remittere voluisse, contra consuetudinem gentis Judaicæ, nec discipulis suis verbo indicare, se hoc loco Ecclesiæ nomen intelligere alio sensu, quam illo, qui usitatus esset inter Judæos in dijudicatione causarum? Et hoc statuere nihil aliud est, quam *ὀχλοκρασίαν* & sic *ἀταξίαν* inferre in Ecclesiam. 5. Quia de tali Ecclesia sermo est, in qua loqui licet quibusvis offensis, & causam suam ibi agere. At in integra congregatione non est permixtum quibusvis loqui *1 Cor. xiv. 19. 20. 21.* 6. Quia nunquam videmus integram congregationem in S. Scriptura coactam fuisse ad dijudicationem causarum, sed tantum ad auditionem verbi, fractionem panis, laudes Dei & preces *Act. ii. 46. 1 Cor. xi. 18. 19.* Dijudicatio vero causarum facta fuit *ἐπὶ τῶν πλειόνων*, non *ἐπὶ πάντων* *2 Cor. 11. 6.* 7. Quia ad illam Ecclesiam pertinet causarum dijudicatio, ad quam ex referri debent. At referri debent duntaxat ad *Ecclesiam Representativam*, ut patet ex Epistolis ad Timotheum, & Titum, quippe cui commissæ *claves*, adeoque cui commissæ auctoritas, & cujus contemptus adeo gravi poena ulciscendus erat, quippe quæ Ecclesia singulari ratione audienda erat *Luc. x. 16.* singulari etiam agnoscenda & colenda *1 Thess. v. 12. 13.* quæ *πρωτεύουσα* vocatur *1 Tim. iv. 13.* constans ex duplici hominum ordine, quorum aliqui laborabant *ἐν λόγῳ ἢ διδασκαλίᾳ*, alii erant *πρεσβύτεροι*, et si non laborarent *ἐν λόγῳ ἢ διδασκαλίᾳ*, quoad publicam nimirum verbi di-

vis prædicationem, quatenus alioquin bene præessent Ecclesiæ. Illi enim, meo judicio, vim faciunt loco isti Apostoli, qui non diversos Presbyterorum ordines, vel species, sed *omnia* duntaxat vel operas eorundem distinguunt censent. Neque enim Presbyteri, qui Pastores, possent dici *καλῶς πρεσβύτεροι*, si non essent *κοπιῶντες ἐν λόγῳ ἢ διδασκαλίᾳ*, adeoque si potissimam ministerii sui partem non impleverint. 8. Quia non credibile, Christum à duorum vel trium collegio voluisse statim ad totius multitudinis congregationem iri.

III. Apostolica Ecclesia praxi sua commendavit Synodales conventus in rerum ad plures Ecclesias pertinentium decisione, & in Decretorum sanctione, quæ plures Ecclesias obligant. Et ut standum tunc erat Decretis Synodico Ecclesiis aliis: sic & hodie eadem auctoritas obtinere debet, adeoque ista potestata Ecclesiæ non licita duntaxat est, sed & utilis, immo necessaria. *Antecedens* probatur ex *Cap. xv. Act. Consequentiâ* patet. Nec enim vel quod ibi Apostoli conjunctim fecere iniquum fuit, vel minus necessaria sunt hodie id genus remedia. Immo quum Apostoli, quamvis extraordinario Spiritus S. ductu acti, & *ἀντοπίστοι*, tamen in re dubia Synodalem conventum cogendum censuere, eo ipso Ecclesiæ prævivere suo exemplo, multo magis nobis idem faciendum esse, quorum dona longe minora tum *intensivè* tum *extensivè*. Immo nisi ipis constitutum fuisset, exemplo toti Ecclesiæ præire, non opus fuisset illis isto conventu, quippe quorum judicia super doctrina erant *ἀνπιβήθωα* & *ἀντοπίστα*.

Exc. i. Formam Synodicam non fuisse in hoc conventu, nec enim hic fuisse Depuratos ex pluribus Ecclesiis particularibus, sed duntaxat nuncios quosdam missos Antiochia ad Ecclesiam Hierosolymitanam. Immo Synodos ex Ecclesiis ea distantia à se invicem distans non cogi, qualis intercesserit inter Antiochenam Ecclesiam & Hierosolymitanam, quæ ducentis propemodum leucis à se invicem distabant. 2. *Materiam* etiam fuisse diversam. Nec enim ibi actum fuisse de actu aliquo jurisdictionis, vel de potestate clavium, nec de decisione dogmatis alicujus fidei, sed duntaxat de resolutione rei dubiæ, an Doctores illi, qui docuerant necessitatem circumcisionis, missi fuissent ab Apostolis. Id enim doceri responso Apostolico *v. 24. 3.* Peccari *falsâ suppositione*, quasi obligatorium fuerit illud decretum, eo quod à conventu Ecclesiastico fuisset factum, quum ea tantum de causa tale censendum fuerit, quod ab Apostolis promanarit. 4. Synodorum formas hinc everti, quum tota credentium Ecclesia in hac Synodo haberet jus suffragii, ut patet ex *v. 22. 5.* Immo ex illo ipso loco posse demonstrari independentiam Ecclesiarum, eo quod cum ageretur de membris quibusdam Ecclesiæ Hierosolymitanæ *Act. xv. 1.* nollet sibi Ecclesia Antiochena auctoritatem arrogare ea judicandi, sed remittat judicium de illis ad Ecclesiam Hierosolymitanam cujus erant membra. 6. Vel Classum auctoritatem inde probari, vel Synodorum, earumque, vel provincialium, vel Nationalium. Non *Classum*; nec enim Classem constitui ex Ecclesiis ita remotis, prout erant Hierosolymitana & Antiochena. Non *Synodi Provinciali*; nec enim talem hic fuisse. Non *Nationali*; nec enim gentiles & Judæos unam constituere nationem. Nec magis inde probari posse nostras Synodos, quam Concilia Pontificiorum.

Ad 1. *Exc. Resp.* 1. Peti τὸ ἐν ἀρχῇ, formam Synodicam non reperi in isto conventu, quoad *τὴν ἰσοπέδην* Synodis: memoratur enim conventus coactus ex Apostolis & Senioribus *Act. xv. 6.* & ad illos Paulus ac Barnabas mittuntur cum fratribus quibusdam. Proponitur ibi causa disceptanda *v. 5.* Disceptatio sequitur habita in isto conventu *v. 7.* Disceptationem excipit decretum *v. 22.* quod impositum reliquis omnibus Ecclesiis per Antiochiam, Syriam, Ciliciam, dispersis, & quidem cum auctoritate, utpote observandum Ecclesiis Syriæ, Ciliciæ, & Antiochiæ, ut patet ex *v. 22. 23. 28.*

& xxvi. 4. Hinc patet, Ecclesias, Antiochenam, Syriacam, Cilicensem, & alias obnoxias fuisse conventui Synodico. 2. κατὰ τὸ βίαιον, si fuisset duntaxat hic una Ecclesia particularis coacta, haudquaquam illa potuisset obligare Ecclesias alias, ex sententia illorum ipsorum, qui impugnant Synodos, nec enim una congregatio particularis secundum illos jus habet in aliam. At hic est decretum obligatorium in ordine ad plures Ecclesias. Nec dici potest, ideo fuisse obligatorium, quia ab Apostolis profectum fuerit, si enim Apostolis visum fuerit auctoritate extraordinaria muneris sui niti, quid opus fuisset conventum ab illis institui, & Seniores congregari, & disceptationi coetus permitti negotium? 3. Immo falsum, non posse Ecclesias adeo distantes à se invicem cogi. Fit id quandoque in Synodis Nationalibus, & τὸ βίαιον hoc potest retorqueri. Si enim Ecclesiarum adeo remotarum cogi possunt, multo magis earum, quae magis sunt propinquarum.

Ad 2. Exc. Resp. 1. Per concessionem, non actum fuisse de exercitio clavium quoad excommunicationem. 2. Per negationem, vel de ea non potuisse ibi eadem autoritate agi, vel decisionem quaestionis & decretum missum ad Ecclesias non fuisse actum jurisdictionis. 3. Petitur τὸ ἐκ δεξιῶν, dogma fidei ibi non fuisse decisum: atqui decisum ibi fuit quaestio super observatione circumcissionis, & aliarum id genus ceremoniarum, quod utique pertinet ad genus dogmaticum, ut patet ex Decreto à Synodo illa condito. Immo si quaelibet Ecclesia privata potest decidere dogmata, secundum Synodorum oppugnatores, cur non potuerit idem praestari à Synodo ista? 4. Peccatur falsa suppositione. Nec enim de missione talium, sed de dogmate ab illis proposito sermo, de quo anquisitum fuit, ut patet tum ex propositione quaestionis v. 1. & 2. tum ex decisione expressa decreto Synodico v. 22. 23. Et sane absurdum implicatur. Cui bono enim cogitur tota Ecclesia ad resolutionem quaestionis, an tales fuerint missi ab Apostolis? proclive enim fuisset Apostolis verbo illam decidere, concernentem quippe factum suum, quod non pertinebat ad integram Ecclesiam. Annon etiam ex Petri & Jacobi orationibus patet, de fide fuisse disceptatum? Locis quippe Scripturae res agitur, & rationibus, & vocationis gentium consideratio proponitur.

Ad 3. Exc. Resp. 1. Per concessionem, magis fuisse obligatorum hoc Decretum, eo quod in eo intercesserit Apostolorum sententia, quam quarumvis Synodorum aliarum. Ut enim istae non errarunt saepe, sic Apostolica errare non potuit, ob immediatum Spiritus S. ductum. 2. Per negationem, Decretum illud consideratum fuisse duntaxat qua Apostolicum, & non qua Synodicum, à conventu illo editum. Contrarium enim patet, tum ex disceptatione causae coram toto conventu, tum ex eisdem decisione, tum ex inscriptione decreti. Ex quibus patet, & membrum Synodi fuisse libera suffragia, & decretum nomine totius coetus fuisse conceptum. Et sane si Apostoli sua auctoritate duntaxat hic uti, & rem decisam hoc modo voluissent, haudquaquam vel coetum illum coegissent, vel alienis suffragiis rem obnoxiam fecissent, vel decretum Synodicum in verba ista concepissent, prout alia quae egere ut Apostoli, v. g. scriptionem Epistolarum suarum, alienis suffragiis haudquaquam submisere.

Ad 4. Exc. Resp. 1. Per negationem, ex textu probari posse, singulos ex tota credentium multitudine habuisse jus suffragii in hac Synodo, nec enim id ullibi docetur. Immo illis duntaxat erat jus suffragii, qui coacti fuerant una v. 6. nim. Apostolis & Presbyteris. 2. Per concessionem, placuisse Ecclesiae toti, quod Apostolis placuit, quod docetur duntaxat v. 22. quatenus nimirum integra Ecclesia subscripsit decisioni Apostolorum & Seniorum. Sic & decretum Synodicum non tantum Apostolorum & Seniorum, sed & fratrum nomine conditum fuit, ut doceretur, Ecclesiam Hierosolymitanam celeberrimam in eadem sententia esse, & sic ea majus obtineret pondus apud Ecclesias vel dissentientes vel flu-

tuantes super isto negotio. 3. Immo distinctio ponitur inter τὰς ἀδελφούς, & inter ἅπαν τὸ πλῆθος, ut patet ex collatione v. 12. & 23.

Ad 5. Exc. Resp. 1. Per negationem, agi in hoc Synodo de membris quibusdam Ecclesiae Hierosolymitanae. Hoc est τὸ κενόμενον. Immo agitur in ea de necessitate circumcissionis & ceremoniarum legalium. Quin etiam patet ex v. 5. aliquos ex Pharisaeis circumcissionem & observationem legis Mosaeicae urfisse, adeoque non agebatur ibi de membris Ecclesiae Hierosolymitanae. Nec sequitur ex v. 1. tales fuisse membra istius Ecclesiae, sed duntaxat descendisse ex Judaea. 2. Immo τὸ βίαιον, si Ecclesiae particulares non fuissent obnoxiae Synodicis conventibus, qui fit quod Ecclesia Antiochena, de cuius periculo agebatur, & quae scindebatur in partes, non deciderit ipsa controversiam istam? Immo si coetus ille Hierosolymitanus una tantum Ecclesia erat, qui tot Ecclesiis jugum imponit, & decreta sua illis obtrudit, quum singulae, ex Patronorum sententiae contrariae iudicio, liberae sint & independentes?

Ad 6. Exc. Resp. 1. Peccari Elencho oppositorum: nam & Classium & Synodorum, tum Provincialium, tum Nationalium, auctoritatem simul inde arcessimus, non per argumentum ab identitate, sed ab analogia, in rebus controversis Ecclesias particulares, ut hic Antiochenam, recurrere debere ad congregationem plurium coactarum in communi Synodo. 2. Peccatur Elencho à dicto secundum quid, quia confunduntur ea, quae ἰσοῦσθαι sunt in id genus conventibus, cum iis quae sunt accidentaria, qualis est externa forma Classium, vel Synodorum, & distributio Ecclesiarum in Classes, Provincias, & alia id genus. Satis nobis, fundamentum idem analogice applicari posse. 3. Immo habetur hic vere Synodus Oecumenica, ob Apostolorum praesentiam, qui erant Doctores Oecumenici. Si itaque talis celebrari possit, cur non cogi possent conventus minores, & faciliores? Et vel tales cogi debent, vel innumeri casus occurrunt, ubi nullum remedium sive erroribus sive litibus adhiberi potest. 4. Peccatur Elencho parium, quum Concilia Pontificiorum nec Presbyteros admittant, nec ex Scriptura controversias decident, sed omnes Ecclesias dictaturae Romanae Ecclesiae obnoxias esse velint, immo uni Pontifici Romano. 5. Discrimen Judaei & Gentilis urgeri nequit, quum id sublatum sit in Novo Test. & unum corpus ex Judaeis & Gentibus coagmentatum.

IV. Si omnia decenter & ordine debent fieri in Ecclesia, si ἀταξία & ἀτακτος vitari, si Prophetarum iudicari à Prophetis, si communio inter Ecclesias intercedere debet, ut caveantur scandala mutua, alii moneant alios Col. III. 16. alii confirmant alios 1 Thess. v. 11. alii hortentur alios Hebr. III. 13. 14. alii communicent necessitatibus aliorum 1 Cor. XVI. 1. 2. & c. 2 Cor. VIII. 1. & 12. & traditus Satanarum ab una Ecclesia in alia etiam pro tali haberi debeat: ergo combinatio Ecclesiarum in Classibus & Synodis est necessaria. Ratio consequens a patet, quia ista commode fieri nequeunt nisi in conventibus Classialibus & Synodicis, ut docet experientia; alias altare erit contra altare, Propheta se opponet Prophetae, excommunicatus in una Ecclesia convolabit ad aliam.

Rationes apagogicae sunt. 1. Si tollatur subordinatio Ecclesiarum singularium in ordine ad Synodales conventus, & Ecclesiarum in iis combinatio, sequitur, Deum prospexisse minoribus Ecclesiarum morbis, gravioribus non item, sive in causa Haeresium, sive in casu Schismatum, quod absurdum, v. g. quando vel Ecclesia particularis in partes it, & vel Presbyterium divisum est, vel Ecclesia à Presbyterio, vel plures Ecclesiae à se invicem, vel membra complura unius Ecclesiae. Nec enim remedium ibi dari potest conveniens, nisi à Classibus vel Synodis. Nec sufficit in id genus casibus vel via commendationis, vel consultationis, vel admonitionis, nisi accedat auctoritas & jurisdictio Ecclesiastica, alias neutra litigantium pars facile cedit, vel patietur se in ordinem cogi.

cogi. 2. Si tollatur subordinatio ista Ecclesiarum particularium ad Synodos, falsum erit, Spiritus Prophetarum debere esse subiectos Prophetis, contra id quod legitur 1 Cor. xiv. 29. Nec quicquam causæ, si Prophetarum spiritus debeant subijci prophetis aliis in una Ecclesia, cur non argumento ducto ab analogia idem locum habeat, si una Ecclesia vel duæ comparentur cum plurium Prophetarum in Synodo aliqua congregatione: & nisi hoc fiat, haudquaquam Prophetarum Spiritus Prophetis erunt obnoxii, sed pauci Prophetæ iudices sedebunt supremi rerum spiritualium, ἀντιθέτως, & nulli regimini obnoxii. 3. Si tollatur ista subordinatio, praxis veteris Ecclesiæ in convocatione Synodorum Oecumenicarum, contra Arium, Nestorium, Eutychen, & Macedonium, fuit tyrannica, quibus tamen Christiani omnes se deferre fatentur. 4. Si tollatur ista subordinatio, & quævis Ecclesia statuatur independens, nullum dabitur medium propagandi Euangelii inter infideles. Quam enim ex Fratrum istorum sententia nemo ex Pastoribus extra cœtum suum Euangelium annunciare debeat ut Pastor, vel mitti ab eo ad Ecclesiam aliam ad functionem Pastoralem in cœtu alio exercendam, qui credent sine prædicante, & qui prædicabunt nisi missi fuerint? Rom. x. Si ita actum fuisset in veteri Ecclesia, vel patrum nostrorum temporibus, annon innumeris Ecclesiis interversa fuisset Euangelii lux? 5. Si tollatur subordinatio ista Ecclesiarum, nunquam poterunt evitari sectæ innumeræ, nec intercedi convenienter, quominus unus cœtus sit pro Paulo, alter pro Cepha, alius pro Apollo. Nec opus alia demonstratione, præterquam tristi experimento tot cœtum, qui in florentissima Angliæ metropoli paucis abhinc annis, ob defectum auctoritatis Ecclesiasticæ coercentis Noyatores, exorti fuere. Si quicquam tangere possit, & afficere pias animas inter fratres, est funesta ista altarium contra altaria structura, foetus ipsissimus istius ἀταξίας, nec evitabilis per humani ingenii pruriginem sine auctoritate superiore coercente, qua sublata fit ut prophetandi libertas abeat in licentiam. Si enim homo fanaticus, vel ab eloquentia seculari instructus, vel ab aliis id genus donis, in animos aliquot fratrum illabatur, & eos occupet, quid obstabit, quo minus inde coeat Ecclesia, & ejusmodi ibi spargantur dogmata, quæ Dei verbo sunt contraria? Idem molitur alius, & sic deinceps. Quæ non inde turbæ, quæ non ex eo consequentur schismata? Cœtus unus contemnet alium, invadet in doctrinam alterius, se meliorem existimabit aliis, & sic una Christi toga in partes scindetur innumeras sine remedio. 6. Si Ecclesiarum tollatur subordinatio, sequitur, unius Ecclesiæ particularis compositæ ex paucis capitibus majorem esse auctoritatem, quam illius ipsius Ecclesiæ conjunctæ cum pluribus aliis: quod æque absurdum, ac si dicatur major esse auctoritas Magistratus unius urbis, quam plurium urbium coactarum in conventu communi, vel major unius tribus quam plurium in una eademque Republ. congregatarum. At in Synodico conventu & illius ipsius Ecclesiæ particularis auctoritas & aliarum simul & conjunctim reperitur. Illa vero sua membra regere posse & debere censetur, iste cœtus non item. 7. Si commune incumbat negotium Ecclesiis Fratrum, qui hic à nobis abeunt, ut vel causam tueantur suam per scripta Apologetica, vel Confessionem fidei suæ edant, vel probent sui regiminis formam, vel amoliantur hæreses & calumnias sibi impactas; vel quævis Ecclesia debebit id præstare seorsum, vel omnes conjunctim. Si seorsum, exponent se ludibrio, nec vel dicta vel scripta eorum erunt uniformia: si conjunctim, in Synodo quadam conveniendum erit per Delegatos, ut conveniat de forma & modo agendi. Et sic dabitur decisio in ista Synodo cum auctoritate conjuncta. Si jam una vel altera Ecclesia minus probet modum agendi, vel ipsas res proponendas, contra plerarumque placita; vel illæ damnabuntur Ecclesiæ, vel sibi solis relinquuntur. Si damnentur, judicium autoritativum feretur: si relin-

Tom. II.

quantur sibi, & tum iudicio plurium decidetur, illas relinquendas esse. Qua vero auctoritate id fiet, si non datur auctoritas plurium Ecclesiarum in Synodo coactarum in Ecclesiam aliquam particularem? 8. Si ista etiam subordinatio Ecclesiarum tollatur, dent nobis Fratres, qui hic in alia à nobis eunt, rationem componendi, & decidendi negotia, quæ in communi integrum Ecclesiarum alicujus Provinciæ vel Nationis corpus concernunt, v. g. si committantur inter se plures Ecclesiæ, ob receptionem, vel *δοξασίαν*, vel pertinaciam horum vel illorum membrorum, sive ob *dogmatica* etiam.

Hæc & alia id genus obstare cenleo, quominus probari debeat Thesis ista, quam multi hodieque *διαφύλαττοι*, quamlibet Ecclesiam particularem esse corpus independens, non subordinatum ulli alii auctoritati Ecclesiasticæ. Et in eo graviter impingere mihi videntur Fratres illi qui in sententia contraria sunt, quod supponunt, sic Ecclesiarum particularium jus & auctoritatem destrui, cum potius hac ratione conservetur & roboretur, quum quælibet Ecclesia particularis compareat in conventu Synodico, & ibi suffragium suum habeat, & auctoritas Synodalis nihil aliud sit quam conjuncta plurium Ecclesiarum particularium per Delegatos suos comparentium auctoritas, quæ ut vis unita utique fortior esse debet. *Subiectum* ergo quod agit & decidit, est Synodus: *principium* quo agit, sunt Ecclesiarum particularium Deputati. Unde non *extrinseca potestate* Synodici conventus utuntur in Ecclesias alias, sed *intrinseca* ipsis Ecclesiis, nec ullæ Ecclesiarum subijcitur potestati extrinsecæ, cujus partem ipsa non constituat. Nec magis jus suum perit Ecclesiis particularibus hac ratione, quam perit urbibus Regni Anglicani, ubi coeunt Ordines ejusdem regni in Parlamento, Delegatis ad id missis ex singulis civitatibus, & ab illo decreta promanant obligatoria & decisoria. Eo ipso enim quia Parliamentum componitur ex Delegatis particularibus, ipsæ urbes hanc potestatem non ut *extrinsecam* sed ut *intrinsecam* agnoscunt, nec censent suam sibi libertatem perire.

Habes, Vir Nobilissime, iudicium meum super aliquot Controversiis, quæ florentissimas Ecclesias vestras & plurimos in iis Fratres in partes trahunt. Quidquid vero hic à me scriptum, accuratissimo iudicio Theologorum gentis utriusque vestræ in hoc argumento subactorum submitto. Nec enim inter occupationes crebras, quibus in horas distrahor, accurare de singulis mihi commentari, vel omnes Fratrum in alia eantium vel Apologias, vel exceptiones convertere licuit. Præterquam enim quod inaccessa nobis sint multa vestrarum scripta, scriptorem hoc negotium exigit qui suus sit, & in isto argumento totus. Adde, in argumentis id genus non exigendas semper esse Demonstrationes, quales in *genere dogmatico* exigi possunt & dari debent. Restant Quæstiones quædam aliæ, sive de *latitudine potestatis* Classicialis & Synodice, sive de *Fœdere Ecclesiastico* inter singularum Ecclesiarum Membra earumque Rectores sanciendo profitendoque, sive de *prophetandi* & publice docendi *libertate*, sive de *Liturgiis* & formulis publicis, sive de *tolerantia*, quam quærunt Fratres qui diversum hic sentiunt, & aliis id genus: sed ad alia negotia vocor, & præter domesticos & vernaculos vobis Scriptores, Celebrerrimus Theologus *Gisbertus Voëtius*, & Vir Clariss. *Guill. Apollonii*, utilissimam in hoc negotio Ecclesiis vestris operam Dissertationibus suis præstitere, quibus me *ἐπιόψησον* in rei summa noris. Nec dubito, quin brevi ab Illustri & Incomparabili *Salmasio* nostro habituri sitis ejusdem argumenti Dissertationem, à cujus ingenio & eruditione omnia summa vobis expectanda. Duo in Ecclesiis mala cavenda esse fatebuntur pacis & libertatis Ecclesiasticæ studiosi omnes, à quibus exitium iis ex æquo imminet, quæ sunt *Tyrannus* & *Anarchia*. Illa earum libertatem tollit, ista compagem earum laxat, utraque Ecclesiarum tranquillitatem subvertit. Si unius imperium grave quandoque videatur, gravius est, ubi omnes

Pppp

im

imperant. Miror etiam, Viris piis, quales censeo esse Fratres qui in hoc argumento in alia cunct, non displicere vel solum *Independens* Ecclesiæ nomen, quod à modestia Christianâ mihi perquam alienum videtur. In eam etiam spem erigor, fore, ut Fratres nobis hic non ἀνοψῆσθαι cum animis suis, quæ illorum pietas est, expendant, illi quam profitemur charitati, & illi quo toti ardere debemus domus Dei Zelo, magis convenire, ut, dogmatum veritate salva, de jure etiam nostro, si quod esset, cedamus potius, quam ut intercedamus sive paci Ecclesiasticæ, sive incremento Regni Dei; nec mala, quæ ex pertinaci fratrum collisione oriri possunt, ullis commodis compensari posse, vel bona, quæ promotâ cupimus, tot & tantis incommodis redimi debere. Faxit Deus, ut ex quæ Ecclesias vestras concutiunt turbæ, & qui Regnum vestrum pene subvertunt motus, quamprimum componantur, & sua Regnis vestris tranquillitas, tua Ecclesiis florentissimis in iis constet felicitas! *Évoitro!* Vale, *Vir Nobilissime*, & me utrique genti vestræ, & tuæ virtuti dicatissimum amare perge. Scripsi *αὐτῶν*, Lugduni Batav. Mense Februario Anno cto 1645.

JUDICIUM

Facultatis Theologicæ Lugduno-Batavæ.

QUAM *Vir Clarissimum, Collega in Professione Theologica noster, D. Fridericus Spanhemius, nobis communicasset Epistolam suam ad Nobilissimum Virum Davidem Buchananum, in qua Quæstiones quasdam, in Ecclesiis Anglicanis motas, de natura singulorum Ecclesiæ Visibilis Membrorum, de natura cujusque Ecclesiæ Particularis, & de Regimine Ecclesiastico plurium Ecclesiarum combinatorum inter se per Classes & Synodos, enodavit & explicavit, nostrum postulans de ea judicium: Legimus eam atten-*

te & examinavimus; observavimusque dextrè eam & prudenter ad Quæstiones istas respondisse, ita ut nec impios, impenitentes, hæreticos, aut falsa tenentes Dogmata, ad Ecclesiæ communionem admittat; nec infirmis, fidem & respicientiam profitentibus, aditum ad eam intercludat: ut etiam, nec Anarchis, aut Astatibus, ausam præbeat; nec Ecclesiarum debita & legitima libertati quidpiam præjudicet: quin eo responsa sua & consilia dirigat, ut omnia in Ecclesiu Dei ἀγαθόνως, & ἡ τάξι, fiant, ut Apostolus monet 1. Corinth. XIV. v. ult: adeoque fraterna Concordia, Christiana Libertas, cum legitima Potestate, & Ordine rectè constituto, sanctè conspirent. Judicavimus itaque, & judicamus etiamnum, Epistolam jam dictam, ad pacem Christianam fovendam, & legitimum regimen in Ecclesiis, salva earum libertate, constituendum, adeoque controversias ejusmodi, & contentiones inde orientes, componendas & sopiendas, idoneam omnino esse atque utilem: ac proinde dignam quæ, cum in finem, publico committatur, & ab omnibus piis, pacem salutemque Ecclesiarum, & legitimum in iis ordinem amantibus, cum attentione legatur. Deum, non ἔχθρας, non ἀκαταστάτους aut ἀταξίας, sed pacis & ordinis authorem animatus rogantes, ut nos omnes, qui Reformatarum Ecclesiarum Pastores, Doctores, Inspectores, & Membra audimus, in veritate sua stabiliat, in viam pacis & concordia dirigat, & in promotionem regni Jesu Christi Filii sui, Ecclesiæque pacem & tranquillitatem, omnes ingenii nervos intendere faciat, ut spiritualis Jerosolyma bonum, concordibus suffragiis, & votis paribus promoveamus. Lugduni Batavorum ipis Calendis Martii, juxta calculum veterum; anno 1645.

S. Theologiæ Doctores & Professores in istius loci Academia,

JOHANNES POLYANDER à

KERCKHOVEN.

ANDREAS RIVETUS.

JACOBUS TRIGLANDIUS.

FRIDERICI SPANHEMII MISCELLANEORUM

AD

SACRAM ANTIQUITATEM

ET

ECCLESIAE HISTORIAM

PERTINENTIUM

LIBER DECIMVS,

QUI CONTINET

VARIARUM, IN PRIMIS HISTORICARUM, ORATIONUM,

In Academia Heidelbergensi & Lugdunensi habitarum,

SYLLOGEN.

ORATIO I. INAUGURALIS,
DEDIVINA SCRIPTURARUM
ORIGINE ET AUTHORITYTE,
CONTRA PROFANOS.

DICTA

In Per-illustri & Antiquissima Heidelbergensi Universi-
tate VII. Kalend. Novembr. Anni MDCLV.

SERENISSIMO PRINCIPI,
CAROLO LUDOVICO,
COMITI PALATINO AD RHENUM,
SACRI ROMANI IMPERII ARCHITHESAURA-
RIO ET ELECTORI, EJUSDEMQUE IN
PARTIBUS RHENI SUEVIAE ET JU-
RIS FRANCONICI PROVISORI
ET VICARIO, DUCI
BAVARIAE, &c.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,



UAE MIHI, SERENISSIME PRINCEPS,
Clementissima Tua vocatione expressa,
que in Athenaeo tuo nata, qua Te coram
dicta, non nisi sub Augusti Tui Nominis
auspicio prodire in lucem publicam debe-
bat Oratio. Secura illa non sui fiducia
sed argumenti, nec si Te Judicem, quod
periculosum opus alicui, sed Patronum experta fuerit. Quid
enim, si ad divini illius judicii trutinam nostra expenderit,
& Lydio illo lapide probaris, calculo dignum Tuo? Imo quid
tam sublime ut non repat ad excelsam illam mentem, & hu-
manam sublimiorem? Quid limatum adeo ac perpolitum, ut si
limam Tuam intenderis, vel exasciatum fuisse ante videntur?
Qui navis tam abditis, ut ad perspicacissimam illam aciem,
& penitissima quaque primo obtutu nudantem, non illico pa-
teant? Adeo SERENISSIMA CELSIT. TUA tantum mentis

quantum Dignitatis fastigio sortem nostram transcendis. Quan-
quam ut rigidior Judex, ut accuratior rerum estimator nullus,
ita nullus aequior, nullus clementior. Enixam Tuam, DO-
MINE, & indulgentiam in defectus nostri supplementum vo-
cas. Attendis non quid simus sed quid Tu sis; non quid sis
officii sepe nostri sed quid virium; nec qua quis semper indu-
stria & felicitate, sed quo quis studio & affectu spem suam
exornet. Quod ipsum ego pridem mihi in arduo illo munere
capejundo jure quodam pollicitus, re comperi aliquoties, &
privata tantum non edoctus fui experientia. A difficillimis
hujusce stadii ingressu prohibebat etas, adolescens illa & quin-
to etiamnum lustro minor. Avertebat animum rei difficultas,
& gravissimum in instaurandis Sacrarum Litterarum studiis,
uberrimo hocce in Ecclesia seminario, post collapsa ea tot retro
annis ac sepulta, positum momentum. Terrebat summeram
Theologorum vestigia, quos privato sibi jure Heidelbergae sem-
per Tua vendicavit. Terrebat tyronem me ac novitium, pa-
ri cum Magistris artis ac veteranis militibus ordine in acie
collocari. Sed vicit illa Tua, SERENISSIME PRINCEPS,
qua soles esse, aquas & benevolentia; quaque conatus qua-
lescunque meos excipere hactenus dignatus es. Quod viribus
defuit meis, solita Tua supplisti clementia. Indulxisti nomi-
hil avari; nomihil indoli ad majora forte assurgenti; nomihil
devotissimo desideratissimi quondam Parentis mei, &
quotquot nominis heredes illius, erga ELECT. TUAM CEL-
SITUDINEM animo; quin & sacro mihi obsequio, cujus im-
primis religione, nihil tale vel ambiens, vel expectans, non
uno etiam vinculo alibi terrarum constrictus, famam qualem-
cunque meam & existimationem in discrimen longe maximum
adduci passus sum. Hoc ipso confidentior, intrepidus ELECT.
TUAE CELSITUDINIS sacrarium subeo, Orationem non ab ar-
te aut veneribus, quarum causas procul habui, solo forte argu-
mento commendandam, ea qua par est animi veneratione obla-
turus. Nescierat illa futuram hanc sibi esse sortem, voto fe-
liciores, & tanti se Principis oculis usurpandam. Lascivae
non lucem affectabat, officii lege extorta, non ad ostentationem
composita. Imo jam tenebris aeternis addita, privatos inter
parietes toto propemodum sesquianno lassavit. Tandem vero

PPPP 2

ami

amicorum subinde aures mihi vellitantium, eorum certe quorum imperio refragari mihi semper religio fuit, crebra ne dicam impudenti sollicitatione effectum, ut permiserit vela ventis, & in editionem sui conpserit. Quibus ego eo facilius morere gessi, quod gliscenti impidati & serpeni indices laetius crediderim occurrere non posse satis. Quinetiam, quod exigebat officii ratio, & gestiebat pridem animus, sic mihi datum reddere publicum aliquod erga ELECT. TUAM CELSITUDINEM grata mensis documentum, & vel molam salisam offerre doctis ibi sequantur. His vero existimant alii diffundendum me in Laudes Tuas, SERENISSIME PRINCEPS, in argumento quo non diffusius ullum unquam aut uberius. Nescii illi majores eas esse humano praconio, mirari datum non esse, utque huius esse loci, qui mercenarii praeconio patet, & assessorum ubi quicquid candida ut plurimum blandienti, & serpensibus sepe iura temerario sibi ausu arroganti. Erunt, erunt illa aliquando Annalium argumentum. Facient Palatina Historia paginam utramque. Prædicabit illa talem ab immortalis Deo Reipublica, Academia, Ecclesia, Inflammatorum concessum atque Principem, qualem nunquam voto concipere succurrerat. Utque hactenus inter Gloriosissima memoria Majores Tuos reposituri Rupertos Munificos, Clementes; Ludovicos Placidos, Pacificos, Faciles; Fridericos Vt Gloriosos, Sapientes, Pios, Sinceros, Magnanimos; ita in uno CAROLO LUDOVICO celebrabit illarum omnium virtutum complexum, esset concentum omnium laudum omnique gloria, sapientiam viriutes stiles cum theologia, bellicas cum sagas, modestiam cum humanitate, cum severitate clementiam, prudentiam cum pietate, eruditionem cum pari fastigio, raro in terris conjugio unitas ac conjunctas. Datum Heidelberg. Idib. Decembr. Anno Era Dionys. 610 16 c lvi.

ELECT. TUÆ CELSITUDINIS

Devotissimus Clions

FRIDERICUS SPANHEMIUS.

SERENISSIME PRINCEPS, S. R. I. ELECTOR, DOMINE CLEMENTISSIME. RECTOR MAGNIFICE, ILLUSTRIS ET GENEROSISSIMI COMITES, NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI CURIAE AUGUSTÆ PROCERES, CELEBERRIMI ACADEMIÆ HUIUSCÆ ANTECESSORES, COLLEGÆ HONORANDI, AUDITORES OMNIUM ORDINUM REVERENDI, NOBILISSIMI, SPECTATISSIMI; TUQUE GENEROSA ET LECTISSIMA STUDIOSE JUVENTUTIS CORONA.



Quamquam non cogitaveram fore, ut in Illustrissimo hoc Confessu ad dicendum invitaret, tamen & singulari Providentiâ Numinis, & inulitatâ Maximi Principis clementiâ, eam mihi hodie impositam necessitatem intelligo. Ardua res sanè mihi & ambigua, & quam olim summis Græciæ Oratoribus Regia purpura & Imperatorum paludamentum in ipso orationis limine trepidationem inculsit, eandem ego potiori jure impræsentiarum experior: sive enim in Te, Princeps Auguste, majestate pariter & omnium capacissima mente formidandum mihi intueor; sive respicio omnis Ordinis, dignitatis omnis atque eruditionis, Virorum, quorum ora in me conversa, frequentiam; sive in memet ipsum mentem reflecto, hospitem, titubantem, minimèque in hoc dicendi genere exercitatum, non possunt non percelli vehementer & commoveri. Quando verò altius cogitatione assurgo, & vel munus cui, tradito à Majoribus more, præfatur Oratio mea; vel magna, quæ istud pridem in Celeberrimo hoc tota Germania Athenæo laudatissimè implevere, nomina; vel requisitum illi pro dignitate subeundo scientiarum & eruditionis omnis apparatus; vel tenuitatem meam, ac poenè infantiam; cum animo reputo meo, fateor, jam propè est, ut in ipsis carceribus subsistam, & temerarii mihi conscius incepti, culpam aggrediar deprecari. Quamquam fortè me hoc unum erigit etiamnum reficitque, me non aliquâ opinione eruditionis, non vi ulla ingenii, quam sentio in me quam sit exi-

gua, sed unius fretum Dei vocantis impulsu, in hanc memet stationem recepisse; quam ut ambire in hac nostra adolescentia fuisset animi præfidentis sui que immemoris, ita clementissimè à Te oblatam, Domine, post devota mea publicis commodis studia ac labores, declinare, videbatur esse hominis sui negligentis & officii. Equidem sic sentio, & sic apud animum statuo meum, non aliam esse ad præclaram eruditionem viam, nisi quam erudiendo docendoque insitimus, neque evadere quenquam Athletam, qui non à teneris luctæ assueverit, & lacertos ipsos inter congressus firmarit. Colligam itaque animos, ac poenè me jam erectum sentiam, si hoc ego à vobis impetraro, ut quemadmodum in aliis, qui ætatem in hac palæstra trivere, reconditam eruditionem, ita in me nil præter conatus, sed egregios eos & sollicitos, spectem; usque hodie, non jam de futuro laborum successu (quid enim ex Oratione incognita, in qua nihil vel excultum ingenio vel elaboratum industria, ominari?) sed de animo saltem meo ac studio judicetis; denique ut si calculum mihi jure vestrum, neutiquam sane vel in præsens benevolentiam, vel in futurum preces ac vota, vel in omnibus qualemcunque indulgentiam vestram, denegetis. Agite ergo, Auditores, & vestra mihi attentione alacriores addite spiritus, ut quam neque oratorio ambire apparatu, neque aliqua exercitatione dicendi expectare possum, illam saltem ab argumenti, de quo dicam hodie, dignitate polliceri mihi liceat. Dico argumenti dignitate, quod & sacrum, & iis quibus vivimus temporibus, quibus nutat fides, friget religio, sacra omnia vel dubia nobis vel neglecta, opportunum, adeoque auribus dignum vestris, optione nactum me esse arbitror. Dicam de Scripturarum, adversus profanarum mentium cavilla, Divina Origine atque Authoritate. Quamquam certè confido ab horum ingenio vestrum abhorrere quam maximè, & qui veterum Atheniensium mos erat, atheorum scommatis supplicis non argumentis occurrendum esse censeo; quando tamen pro dolor! feracissima est istiusmodi hominum ultima hæc ætas, mihi que imposterum ex unico Scripturarum fonte, S. S. Theologiæ rivuli, quibus irrigetur Deo sacra Juventus, derivandi erunt, haud abs re Divinam illarum Originem demonstrandam vindicandamque suscepisse mihi videor.

Quo magis æquum piumque est à Te auspiciari, Æterne ac Triune Deus, quem veneror supplicibus votis, ut in Verbi Tui cœlesti asserenda veritate cœlesti me Tuo lumine perfusum sentiam; utque dum Sanctissimos homines Tuos Tuo Spiritu actos fuisse contendo, eodem me Spiritu agi hodie intelligant; Quin etiam, ut qui me in ardua hac statione collocatum voluisti, iis porro firmes auxiliis, iis adjuves, iis excites, quibus ego & veritati stabilienti atque errori revincendo aptior, & ad Nomini Tuo immortales grauas agendum promptior fiam atque expeditior.

Adeste ergo profana cohors, descendam ego vobiscum in litem, & captivos ducam hodie sub jugum veritatis. Habet enim illud supra cæteras Theologorum disciplina, quod principia sua non supponit tantum ut ἀπόρρητα & ἀναπόδεικτα, sed, si opus est, demonstrat. Quod luculenter præclara illa Christianæ Ecclesiæ lumina, Justini, Clementes, Tertulliani, Origines, Arnobii, Lactantii, Eusebii, adversus cæcutientes Evangelii hostes, & felicissimo aliquando eventu, præstiterunt. Neque enim magis fulgentissimum illud astrum luce splendet sua, gemma fulgore suo micat, nix albedine sua oculorum aciem præfringit, quam Divina illa Scripturarum oracula multiplici argumento suam produnt Originem. Tot, ita me Deus amet! luminibus fulgent, tot prærogativis excellunt, tot indicis eminent, tot Divinitatis suæ testibus gaudent, ut à quo initium dicendi faciam, quid primum efferam, quid deinceps, equidem nesciam.

Nisi fortè illud mihi cumprimis incumbat, ut vel subla-

sublatam omnium Historiarum fidem, vel suam Sacris contare Codicibus, evincam. Unde sanè aut Cyri gesta, aut Alexandri victorias, aut imperantis Iarè terrarum gentis triumphos, & si quæ alia profana memoravit antiquitas, nostro probamus assensu? Num quia ab hominibus fide dignis prodita, quia in publico orbis theatro gesta, quia non unius sed plurium calculis ac suffragiis subnixæ, & jugi traditione ad nos usque derivata? At quanto magis cui mens libera est, non præfracta omnino ac mancipata, fidem Sacra Historia extorquebit? Candorem atque integritatem Scriptorum desideratis? Tanta quidem in illis elucescit, ut vel hujus luce argumenti præici illi veritatis Antistites dubia omnia discusserint aliquando ac profligarint. Num ut gloriæ velificarentur suæ, animum ad scribendum appulerunt? Atqui non pauci in obscuro latent, qui vel sola occultatione nominis procul hanc invidiam avertunt. Alios si attendimus, eo candore qui ingenuos scriptores decet & fide in scribendo versati, quod itidem atque itidem urgendum, ut neque sua neque suorum probraævolsque silentio transmittendos judicant. Quæ Moses integritate Levi Tribus suæ parentis cruentum facinus, qua impeditæ & offensantis linguæ vitium, qua suam aliquando ad Dei oraculum disidentiam, exponit? Quæ vates sinceritate infantiam suam atque imperitiam Deo vocanti obtendit? Quæ describit alter inobedientiam, metum, murmura? Quæ Evangelistæ abjectam Apostolorum sortem, fugam, negatam fidem, incredulam pavidamque mentem, & id genus alia, commemorant? Quam parum honori suo consultum hac ratione voluerunt? Quibus si orationem non affectatam, non turgidam, sed nudam simplicemque subjungas; si pietatem, qua in Deum authorem omnia refundunt, à se omnem gloriam procul amoliantur, quis non illorum fidem vel invitus animadvertat, & quantum à gloriæ cupidine sanctissimi homines abfuerint, ultro agnoscat? Num fortè commodi alicujus consequendi gratia, quæ causa sæpe scriptores impulit, sua scripto tradiderunt? Tantum hoc abest, ut vel ex hac, sive scribendi, sive dicendi, libertate, nulla non pericula, nullas non calamitates, nullas non mortes, cum Prophetæ tum Apostoli subeundas sibi præviderent. Num vel comperita minus vel multis retro acta seculis exhibuerunt? Factior, hanc plerorumque Historicorum sortem merito dubios nos habere sæpius ac suspensios. Atqui ferme omnes quæ suis accidere temporibus, & quorum ipsi fuerunt oculati testes, prodiderunt. Quod si tantum ille abesse visum ab auditu, quantum veritas abest à mendacio, affererat, unde Jovem Judicem Cretenses olim oculatum, non etiam auritum, effinxerit; quantum sanè vel *Mosis* vel *Apostolorum* fides in iis quibus ipsi interfuerit commemorandis, *Diodori* fortè aut *Levis*, in recensendis præteritorum temporum Historiis, fidei præhabenda est?

Verum enimvero fraudem facere Scriptores Sacri, si vel maxime voluissent, haudquaquam certè potuere. Imponere quondam potuit Numa victrici Romanorum genti, dum quas miraculo ab Ægeria Dea fenculis potulisset splendidissime instructas mensas, sed clam omnibus, se solo teste, ostentabat. Imponere Muhammedes, dum quæ stupenda, sed clanculum & procul à testibus perpetrata, adeoque somnia & aniles de se nectias credi imperavit. Longe aliter cum Historicis Sacris comparatum esse nemo non intelligit. Num fortè penes unum *Mosè* tot prodigiorum, tot miraculorum fides, divisi maris Erythraei, late non sine tubarum clangore, tonitruum mugitu, & splendidissimo apparatu, *Legis*, populi manna cibati, aquis e rupe scaturientibus poti, tot potentia, favoris, ac vindictæ divinæ effectuum? Annon vero partim Ægyptiis, partim toto Israël, adeoque multis hominum myriadibus coram acciderunt? Illine *Mosè* insensissimum hostem impune talia tum temporis comminisci ac scripto evulgare ad perpetuam suæ gentis infamiam passi essent?

Hi vero cui bono in tot commenta consensum præbuisent suum? An ab uno *Mosè* durius se haberi toties, an per teiqua & avia tot annorum spatio circumduci, an ad extrema quæque se redigi pertulissent, nisi certissima de illorum quæ coram intuebantur veritate, divinaque sanctissimi viri autoritate, eorum animis persuasio infedisset? An *Legem* à *Mosè* latam, sed tot præceptis gravem, tot ritibus onustam, tot minis rigidam, non nisi fulmina vibrantem & maledicta, tanta veneratione excepissent, tanta observassent religionem, tanta fide ac cûra posteris commendatam voluissent, nisi divinæ illius originis extitissent testes? Num quæ postmodum sacra recenset pagina, Israëlitarum in Chanaanam ingressus, terræ distributio, gesta cum finitimis bella, frequens populi sub Judicibus in libertatem avertio, eminens illa primæ domus gloria, oracula, sacrificia, & quæ alia sub Regibus & captivitate Babylonica accidisse memorantur, talia sunt quæ gesta & veritate, aut fingi facile illis ipsis temporibus potuerunt? Num quæ Scriptores Novi Fœderis de Christi nativitate, doctrina, miraculis, morte, ac resurrectione, quæ de variis Apostolorum gestis, libris exposuerunt suis, num hæc, inquam, facta in abdito? An non Judæis maxime testibus infestissimis Christo inimicis, qui qualvis potius calumnias fingere, quam factum negare aggressi? Testibus sagacissimis Ethnicorum gentibus, Græcis, Romanis; Testibus Apostolis, aliisque sequioris etiam sæculi, à quorum ingenua simplicitate vel ipsa fraudis suspicio abesse debuit; qui mentiendi causas procul habuerunt; quique nulla tormentorum atrocitate adduci potuere, ut à tradita semel veritate vel latum unguem recederent?

Atque hinc fit, Auditores, & quod potissimum facere ad Historiæ fidem ego censeo, ut illa ferè omnia, certe plurima, quæ habent Sacrae Literæ, variis ac luculentis & testimoniis comprobata sint. Taceo constantissimam Ecclesiæ sive Judaicæ sive Christianæ traditionem, jam inde à *Mosis* & Apostolorum temporibus, adeoque jam inde ab ipsis *evangelicis*, in qua viguit perpetua illorum omnium fama, in qua tot illustria tradita ac conservata veritatis documenta, quæque quo primæ illi ætati propior, eo fuit ab omni dubitandi forte remotior; juvat ex ipsis exoticæ Historiæ monumentis, imo ex ipsomet adversariorum ore, testimonium Scripturis accessere. Nolim enim vos arbitrari in totum latuisse Gentes, quæ à *Mosè* jam inde à primâ rerum origine consignata literis. Imo vero clarissima conditi rerum universi, primæque hominis felicitatis, lapsus, diluvii quo placuit

— *genus mortale sub undis*

Perdere, & ex omni nimbo demittere calo,

Historiæ Noachi & Filiorum, confusionis linguarum, dispersionis Gentium, aliorumque quæ in Originum libro enarrantur, vestigia penes Chaldaeos, Phœnices, Ægyptios, Arabes, Græcos, Latinos, observarunt olim & nunc antiquitatis promi. Ut non alia Fabulosæ Gentilium Theologiæ origo, quam ex detorto perperamque intellecto primæ illius Historiæ sensu, sive ex majorum traditione, sive ex Hebræorum schola usque, sive ex sacrorum lectione codicum haustæ ac depromptæ, sed obscurata sensum & fabularum involucris atque additæ mentis nova quasi sub larva præsentata. Quis non, ut pauca de multis, ex statu Innocentiæ Ætatem illam Auream Postarum agnoscat atque intelligat? ex Edene, amoenissimos Adonis aut Hesperidum hortos; ex Cainiticâ impietate in quodvis libidinis & flagitiorum genus effusa, Ferreum illud ac profligatissimum Seculum; ex Gigantibus illis *τοῖς γίγαντι τοῖς ἀνατολικοῖς*, priscos Ethnicorum Gigantes; ex celebratis illis jam inde à primâ antiquitate vel sceleribus, vel artium inventis, vel dignitate, Caino, Lamecho, Jabale, Tubalcaino, Jubale, Chamo, Nimrode, primos illos & vetustissimos Paganorum Joves, Mercurios, Vulcanos, Apollines, iidem propemodum nominibus claros; ex Noacho no-

vi orbis parente, vinearum consitore, diluvii aquis exempto, Saturnum *παγῆρορα*, bifrontem Janum seu Oenotrium, priscum Ogygem, Græcorum Deucalionem, Assyriorum Xisuthrum, de quibus quæ perhibentur cum Noacho plane gemina; ex tribus hujusce liberis Orbis imperium dividendis, Neptunum, Plutonem, Jovem; terras ductis fortibus inter sese partientes; ex Japheto primo Græcarum & Europæarum Gentium conditore, Japetum illum Græcorum primum; ex Chamo patris verenda retegente, Hammonem patrem execantem; ex valido illo Nimrode & conspirationis sociis, turrim excelsum quæ caput inter nubila conderet molientibus, Gigantes Babylonis conditores, aggestis montibus Jovem bello sollicitantes, sed fulminibus fractos tandem ac dissipatos. Ne referam plura, de variæ Gentium Idololatriæ, oraculorum, sacrificiorum, Deorumque aperta ex sacris origine, ab eruditissimis pridem occupata. Quamquam neque fabulis omnia involuta, & clariora etiam fuerint Mosaicæ Historiæ Gentiles inter monumenta. Taceo primi Phœnicum scriptoris (cujus pauca *Eusebio* hodieque ferimus accepta) in recensendis mundi incunabulis, virorum etiam locorumque nominibus reponendis cum Mose consensum longe accuratissimum, ipso pridem haud diffidente Porphyrio. Prætereo repertam haud ita pridem absorpti diluvio universi, arcæ, aliorumque id genus Americanas inter gentes memoriam. Silco Abrahami, Isaac, & subsequenti Patriarcharum, nomina, historiamque variis Græcorum & Latinorum scriptis expressam. Mitto Lacedæmonios Abrahamo quondam sese oriundos contendentes, si Maccabæorum scriptori fides. Non urgeo circumcisionis ritum, primum Euangelici fœderis cum Abrahamo initi sigillum ac Sacramentum, variis exinde usurpatum Gentibus, Ægyptiis, Arabibus, Idumæis, Colchis, Æthiopicis; illis certe Josepho, istis Ismaële, vel Esavo, vel Jithrone Madianitarum Principe, tradentibus uti par est, atque injungentibus. Mosem sane ipsum si specto, quæque in illius tempora inciderunt, mira me testium nube circumdari intelligo. Quid referam pervulgata, sed magnifica illa & luculenta quæ etiamnum hodie apud *Diodorum*, *Josephum*, *Strabonem*, *Apulejum*, *Plinium*, *Justinum*, *Tacitum*, *Longinum*, *Eusebium*, videas de maximo heroe Ethnicorum suffragia, quorum alii *ἀνδραγαθίας* ἢ *θεῖαν*, alii Theologum Legislatorem ac Prophetam, alii sapientissimum virum, alii justitiæ & pietatis cultorem insignem, alii magni animi & vitæ inculpatæ virum, alii divinorum arcanorum conscium, novis alii encomiis prædicarunt. Quamvis & Magum eum ex Græcis & Latinis pauci, sed manifesta erroris origine, vocitarint. Nempe vel ob sapientiæ famam, ut qui, accurante Pharaonis filiâ, quæ *Μερόψ* est veteribus, recondita quæque Ægyptiorum mysteria didicerat, & *πάσης σοφίας*, præter *θεογονίαν* illam, imbutus fuerat; vel quod auditis illis portentis quibus imprimis vexavit Ægyptios, *digitum Dei* nequaquam agnoscentes, Mosem nonnisi Magices peritissimum & præstigiatores sui ævi facile principem crediderunt. Si accedo ad illa quæ postmodum sub Josua & Judicibus gesta referuntur, neque deerunt ex scriptoribus Ethnicis *συμφωνήτως* in multis. Imo vero non paucas Græcorum fabulas hoc etiam fonte derivandas quis non animadvertat? Quid Hercules ille Ægyptius à parte Deorum pugnans, Gigantes bello fundens & profligans, lapidibus cœlo missis adjutus, Baccho in debellandis Indorum populis commilitione usus, nisi *Josua* Cananæos & finitimas Gentes subigens, grandi-

Euseb. Præp. Euang. L. x. C. III. Joseph. Acosta in Hist. Americ. Joseph. Antiq. L. i. C. VIII. Justin. L. xxxvi. C. II. Euseb. Præp. Euang. L. ix. I Maccab. C. XII. 21. Herod. in Euterpe. Diod. L. I. Strabo L. xvi. Joseph. Antiq. L. I. C. XII. XIII. Diod. L. I. Strabo L. x. XII. Joseph. contra Appion. Apul. Apolog. Plin. L. xxx. C. i. Justinus ex Trogo L. xxxvi. Tacit. Histor. L. v. C. III. IV. Dion. Longin. Libri *ἑξ ἑξ*. Euseb. Præp. Euang. L. ix. Euseb. Præp. L. ix. C. IV.

nem lapideum cœlitus in hostes impetrans, Mosi in expeditione socius, quem cum Baccho viri magni contulere? Quid Agamemnon filiam Iphigeniam maectans, virginem eam, devotam à Patre placando Numini, præter *Jephtham* Filiam virginem immolantem suam, iisdem omnino temporibus, temerarii etiam voti religione ductum? Quid fortissimus ille Hercules, corporis robore, fortitudine, rebus gestis, amoribus etiam celebratus, præter *Simsonem* fortissimum Judicum, monstris & hostibus superandis natum, asini maxilla ut Herculis clava ad hominum millia cadentem, amoribus etiam seletatissimæ meretricis captum atque inquinatum? Sed Mythologum ago non Oratorem, Auditores, vosque ipso in limine plus justo morari videor. Quare missis quæ cum Veteris historia Instrumenti fere paria Veterum scripta & annales prætulere, quando ne his quidem ad stipulatoribus opus est, venio ad Christi & Apostolorum gesta, atque heic tot fere testes quot qui illorum meminere temporum. Illos ipsos scriptores intelligo, qui in Christianum nomen inimicitias professi, quibusque invisum hoc & exosum fuit. Quam præclare, hercle, Judaicarum ille scriptor Antiquitatum de Christi sapientia mente supra humanam sortem erecta, doctrina, miraculis, resurrectione, de Johanne itidem Baptista ac discipulis, sensit? An forte hæc piis fraudibus & *παρεστῆταις* accensenda fuerint? At quam bellè cum Historici fide & candore multis nominibus commendatissimo consentiunt? Quidni perhibuerit res illo tempore in Judæa perpetratas & in recentissima positas memoria? Quidni testari illa potuerit salvo Judaico & nomine & religione? Unde Patrum sagacissimis, *Hieronymo* certe, testimonii hujusce mentio? Qui Judæi vel Christianos non reos peregere falsi, vel gemina etiam traditionibus interseruere suis? Sed provoco ad testes alios illustres eos ac Paganorum celeberrimos, *Suatonios*, *Tacitos*, *Plinius*, de Christo, discipulis, supplicio quo per Pilatum affectus, exertim scribitantes; provoco ad impurissimum illum *φίναξα Μωammedem*, cui, mendacissimo cæterà homini, vis veritatis hanc confessionem expressit, Christum Sanctum fuisse Prophetam, miraculis clarum Dei nuncium, Apostolum, qui ad veram salutis viam prævit mortalibus, quamquam Filium Dei negarit crassissimus impostor, quod scilicet Deus uxore gignendæ soboli destitutus sit; in subsidium voco *Celsos*, *Julianos*, (at quanti Christianorum hostes!) edita à Christo supra omnem naturæ virtutem opera vel invites agnoscentes. Quis non ex hisce intelligat vel lubricam præteritorum omnium fidem, & quæ omnia Historicis prodita hæctenus dubia esse, incerta, suspensa; vel vera & extra omnem dubitationis aleam posita Sacræ utriusque Testamenti Historiæ monumenta.

Quæ si ita habeant, Auditores, reliquum est ut Divinæ sint illa quoque Originis atque Authoritatis. Præterquam enim ubique Deum authorem arguunt referuntque; præterquam rerum magnitudine & momento omnes omnium temporum Historias immensis post se relinquunt spatiis; præterquam singula & verba & apices cœlestem præ se ferunt originem; præterquam nonnisi mandante & inspirante Deo applicuisse sese ad scribendum ex scriptoribus sacris palam plerique profitentur; annon illa ipsa per quæ Moses, Josua, Prophetæ, Apostoli, portenta ac miracula inclaruerunt, quorumque fidem indubitata adstruximus, totidem sunt suæ *αὐθεντίας* sigilla quædam & argumenta? An vero quæ *Porphyrii*, *Juliani*, *Celsi*, & ejusmodi hominum monstra inficiari non potuerunt, cum iisdem à magicis fortè & nefariis artibus arcessimus? Itane cum Dæmonibus conspirant, qui

Vossius de Orig. Idol. Bochart. Chan. L. i. Joseph. Antiq. L. xviii. Hieron. in Catal. Script. Ecclesiast. Talm. tract. *מגילת סוטר* in Claud. C. xv. Tacit. Annal. xv. 44. Plin. Epist. xcvi. Alkor. Azoar. II. IV. v. XI. XII. XIII. &c. Origen. contra Cels. L. II. Cyrill. contra Jul. L. II.

qui Dæmonum regno destruendo & Dei unius gloriæ promovendæ solummodo insistant, qui nonnisi pietatem in Deum, amorem in proximum, meram adeo vitæ morumque spirant innocentiam? Quibus sanè præstigiis ultima Mosis portenta patrari; pediculis, ulceribus, locustarum insectorumque colluvie omnes in universum vexari Ægyptii; bestię pariter & homines quaquaversum extinguere; Ægypto totâ triduanæ ingruere tenebræ, increpare grandines, tonitrua mugire, præmicare fulmina, montes, arbores, animalium omne genus irruere ea passim & incurrere, ut quæ majora postmodum ad Sinum Erythræum & in deserto acciderent prætermittam? Quibus Magices artibus velocissimus astri illius, quod dierum facit noctiumque vicissitudines, cursus fisti; quibus retroagi; quibus ignis sacrificiis absumendis, pluvię imbreque ad unius hominis preces cælo demitti; quibus flammaram ferocientium medio triumviri illæsi consistere & illibati; quibus tandem solo vel nutu dæmonia excuti, leprosi mundari, paralytici restitui, cæcis visus, surdis auditus, claudis & prostratis incessus, vita mortuis reddi, iteratis toties vicibus, medias inter hostium & explorantium insidias, potuerunt? Nisi fabulis celebratam illam Medeam, arietem suscitantem, sidera deducentem cælo, flumina in suos fontes detorquentem, & similia quæ ad divinorum miraculorum *μύθηον* Poëtæ effinxerunt, mihi fortassis obtrudas. Quam non hic pridem potissimi Ægyptiorum Magi, Mosis æmuli, qui Græcis, Latinis, & Hebræis scriptoribus, ipsi Paulo ex veteri traditione *Jannes & Jambres* nuncupati, suam fateri impotentiam necesse habuerunt? Annon Ethnici obmutescere, ringere Judæi, tendere alii

— — — *supinas*

Ad caput cum voce manus,

& in potentissimi Dei laudes efferrî? Num Christi opera *Josephus* ipse Judæorum licet partibus addictus præstigiis, num à Dæmone aut Magicâ impietate profecta, imò *ἄβυσσος* & supra hominem in Antiquitatum libris appellat? Ut hoc ipso causæ defuerit suæ, miramque sive in fingendo impudentiam, sive in affirmando temeritatem, sive in calumniis eructandis rabiem Julianus Apostata prodiderit, dum Christum de Magia scripsisse, & Petro ac Paulo inscripsisse opus, ridiculo sed blasphemio commento, aliquando affirmavit.

Sed ad alia properandum, Auditores, quæ mihi quidem apertam Scripturarum originem arguere videntur ac demonstrare. Incipiamne vero ab Antiquitatis argumento? Sanè si vetustissima Ægyptiorum, Chaldæorum, Phœnicumve genuina nec supposititia scripta expendimus, Mosaicis non uno illa sæculo posteriora communi eruditorum suffragio constat. Græcia quid Homeri Hesiodive poematis prius jactat hodie & antiquius? At vix illi ad Prophetarum accedunt tempora. Quidni ergo dum regnat barbaries ubique gentium, Mosem, Josuam, alioque ad concinnandum res divinas, resque maximas, quo illorum perpetua constaret penes Ecclesiam memoria, divinitus actos impulsosque censebimus? Atque hinc factum ego existimo, ut quia prima & antiquissima Mosis scripta, Literarum authorem cum, à quo postmodum ad Phœnices & Græcos promanarint, Historici veteres prædicasse *Eusebio* memorentur. Dicamne quin-etiam consensum populorum, qui omnes quibus sacra hæc innotuere volumina divina esse, quamquam circa illorum partes sensum mentemque in varia divisi, crediderunt? Usque adeo ut ipsi Ethnici *ἑσπερ τὴν* subesse agnoverint. Hinc ad maximos Principes illorum fama pervenit aliquando; hinc Ptolemæi Philadelphi in scriptorum Mosaicorum versione procuranda studium;

2 Tim. 11. 8. Talm. Tract. *ἰσῶν* Jonath. Paraphr. in Exod. 1. 15. VII. 11. Plin. l. xxx. c. 1. Apul. Apol. Sec. Euseb. Præp. l. ix. Joseph. Antiq. l. xviii. Cyrill. l. 1. contra Jul. Eupolemus, Artapanus apud Euseb. Præp. l. viii. Joseph. Antiq. l. xii. c. 2. Anitbul. apud Euseb. Præp. l. xiii. Lamprid. in Alcorand.

hinc Alexandri Severi Optimi Principis erga Abrahamum & Christum, quorum imagines in larario suo repositas habuit coluitque, veneratio. Referamne tot myriadas Martyrum, tot Sanctorum jam ab ipsis retro Apostolorum temporibus mortes, qui sanguine sacratissima hæc Oracula obsignare suo, qui imperterrito animo sævientium Tyrannorum impetum sustinere, & quævis subire potius, quam non divina illa profiteri? Quam altis illa persuasio radicibus infixæ esse debuit, quam solido suffulta fundamento, si numerum testium, si ætatem sæpe & sexum, si constantiam, si dicendi libertatem, si supplicia, qualia nullus vel Busris vel Phalaris atrociora repererit, attenta mente pensitemus? Quid tale unquam sive Ethnici, sive Musulmani, sacrorum suorum religione adducti, pertulere? Urgebo-ne miram orbis conversionem Scripturarum ministerio, ut quaquaversum Christianam fidem tantillo temporis diffusam Pagani olim stuperent. *Tertullianum* audite sic suo ævo gloriantem; *Externi sumus, & vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, senatum, forum; si hostes agere vellemus, num deesset nobis vis numerorum & copiarum;* Muhammedem, fateor, celeritate maxima florentissimas gentes & Ecclesias sub jugum redegisse suum, sed quid mirum videbitur? Aderat vis terrorque gladii quo reluctantes subegit; aderat carnalium voluptatum, ad quas imprimis Orientales, fervente sub sidere, proni, effrænis quædam licentia; in promptu erant præmia, opes, dignitates; accessit omnium de religione controversiarum, ne crassi errores proderentur, eliminatio. At quam aliis longè mediis, imo unico Verbi præconio, unica *ἰσῶν* illius *μαχαίρης ἐσπερίας*, annitentibus sæpe idiotis, plebeis, mulierculis, tot inter discrimina, Christianum nomen propagatum? Unde, obsecro, nova quædam ultimis hæc temporibus Ecclesiæ facies emerit, & pleraque Europæ regna è densa tenebrarum caligine momento quasi exempta? An non ob admotam divinam illam Scripturarum faciem, quæ sub modio occulta pluribus sæculis latuerat? Proferamne sagacitatem eorum qui Scripturas hæc receperunt? Forte an seducti è trivio tonsores & lippi, literarum rudes, de ultima facie collecti, mulieres credulæ & sexus sui facilitate labentes? Imo viri sapientia pariter & autoritate conspicui, Philosophi, Doctores, Præsides, Imperatores. Quanta profecto nomina *Nicodemi, Josephi, Dionysii, Sergii, Polycarpi, Irenæi, Justini, Athenagora, Clementis, Origenes, Tertulliani, Constantini*, aliique ex prisco Patrum & Cæsarum choro? Num illi Christo & Apostolis coevi, vel certe proximi, sine accuratâ inquisitione & diligenti examine fidem suam isti verbo manciparunt? Dicamne præterea divinam, sed stupendam, sed omni exceptione majorem, in Sacris illis Codicibus ab interitu vindicandis curam atque Providentiam? Amabot Quid de Cadmi Milesii, Acusilai, Archilochi? quid de Sanchoniatonis, Berosi, Manethonis Historiarum libris, (si dolo malo obtrufos pro thesauro carbonem excipias) quid de infinitis propemodum monumentis, Annalibus, Historiis, præter rudera hinc inde & fragmenta superesse videas? Atqui in sacra hæc volumina nihil injuria temporum, nihil hostium rabies, nihil Satanæ licentia potuere: Frustra Nebucadnezar omnia Judæorum sacra igne absumit: Frustra furit Antiochus ille *Ἐπιμανης* & quibusvis artibus abolendis hæc voluminibus inhiat: Frustra sæviunt immanius Romanorum Cæsares in Christianum nomen, ut jam Diocletiani temporibus excisum penitus cum suis sacris videretur; Incassum neglectæ posterioribus hæc sæculis & quasi sepultæ sub Papatu Scripturæ jacuerunt; Nequicquam quatuor ferme labuntur annorum millia, integræ illæ manent atque illibatæ, hodieque Moses & Prophetæ juxta cum Apostolis in iis audiuntur. Quidni etiam Di-

vi-
Cocil. apud Minuc. Terrull. Apolog. Apud Ananum. Vi-
terb.

vina ejusdem Providentiæ effecta, sive ad Scripturarum, sive ad doctrinæ in Scripturis traditæ tutandam auctoritatem, sed comprobata illa ac testata, recenseam? Exstat sanè apud celebratissimos Scriptores mira Numinis in Theopompum quendam Oratorem, & Theodectem Tragœdum vindicta, quorum, dum uterque impuris manibus cœlestem hunc chiographum atrectat, alter mente privatur, oculis alter. Quid præterea blasphemorum dicam hominum, vel Scripturas nefario ausu rejectantium, vel ad suas vertigines & deliramenta detorquentium, exitus horrendos plane ac funestos? Antiochum vermibus è corpore scaturientibus corrosus, Julianum incerti hostis ictu in ipso ferme imperii exordio percussus, Faustum pelle detracta bestiis objectum, Cerinthum balnei concidentis ruina oppressum, Montanum laqueo se cum Maximilla amasia suffocantem, Arium in cloaca effluentem viscera, Nestorium vel terræ hiatu absorptum, vel lingua erosa vermibus immanes inter dolores extinctum, ut recensendis aliis profanorum hominum, & quorum recentior memoria, tristissimis fati superfedeam. Quid commemorem innumera quæ, post Christum cœlo receptum, Christianam fidem hisce libris comprehensam probarunt firmaruntque? Secutum mox Hierosolymorum & Judaicæ gentis excidium, dum Judæus

*Supplicium pro cade luit, Christique negati
Sanguine respersus, commissa piacula solvit.*

Frustra postmodum tentatam aliquoties Hierosolymitani templi instaurationem, vel *Ammiano* Ethnico teste; Oraculorum omnium mox ab Apostolorum excessu, obstupentibus Ethnicis, interitum; prodigia ad Christianorum tumulos, ne ipso abnuente Porphyrio ad tempus edita; Crucem Constantino Magno adversus Maxentium prælianti in nubibus hoc conspectam titulo, *ἐν τῷ νεφέλῃ*; pluviam cœlitus ad Christianorum preces, Marco Imperatore incluso siticuloso loco, concessam, fulmen vero impetratum in hostes, unde columna Jovi pluvio Romanorum exercitum irroranti, & hostium copias fulmine ferienti pridem erecta, hodieque ex rudibus asservata; ut simile taceam in Christianorum gratiam portentum sub Theodosio cum Eugenio Tyranno conferturo manus, nocte tota inter preces exacta, crucisque vexillo in prælii signum erecto, unde hæc Poëtæ Ethnico expressæ voces,

*O nimium dilecte Deo cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti,*

Hæc sanè omnia, Auditores, si æqua lance ponderentur, sunt istiusmodi, ut vel pertinacissimos arguant, & ut Pythagorico more loquar, ad *ἰχθυόβια* redigant. At quemadmodum Samaritani illi, aut celebratissima illa Sabæorum Imperatrix, quam pari æmulatione suæ genti Æthiopes Arabesque vindicant, alieno primum testimonio fama que permoti, ipso vero conspecto & audito Jesu, viso ipso & explorato Salomone, adacti ut crederent; quemadmodum quæ in ipso adamante effulgent notæ longe magis sinceritatem ejus arguunt, quam quævis alia de illius sinceritate extrinsecus mutuata argumenta; non fecus ac potissima dijudicandæ lucis cibusque ratio à nativis utriusque & in sitis notis indiciumque ducitur: Ita quæ dicta nobis hæcenus, suadere possunt ac permovere, si vero Scripturas ipsas consulimus, tanta luce effulgent; tot ab iis manant divinitatis radii, ut vel cæcutientium oculos si non penitus illustrent, haud leviter sanè præstringant.

Principio attendere nos velim, quam heic aperta quamque explicata sit prima origo rerum. Heic videas conditi rerum Universi tempus, modum, ordinem; heic tot calamitatum, quæ invidendam hominis creaturarum maximè excellentis felicitatem excepere, reclusa pyxide & peccato per scæminam inveceto, causam; heic conditores Populorum; Nationum locorumque & quas sortiti per Asiam, Africam, Europam appellatio-

Joseph. Anriq. XII. Euseb. Præp. VIII. Prudentius. Galsend. in vitâ Peiruk. l. i. Claudianus.

num manifestam originem; prima tot linguarum, tot disperfarum per orbem terrarum gentium initia. Vestram fidem! quæ non hisce monumentis destitutos tenebræ circumvolverent? Quam hic ut plurimum caligarunt sapientissimæ etiam Gentes, à quibus occulta Dei Oracula, Chaldæi, Ægyptii, Græci? quorum illi æmulationis cœstro perciti ridiculo annorum computo à multis etiam myriadibus originem suam arcessere, hi vero nova fingere omnia, neque ultra Ogygis, i. e. Noachi tempora, cæteris sub *ἀδύλων* nomenclatione præteritis, assurgere.

Ab ipsa vetustate rerum accedo ad Sublime Doctrinæ genus ac supra omnem ingenii sagacitatem evectum. Tantum enim abest ab ejus inventionione humana mediocritas, quantum cœlum à terra. Existere Deum, primum rerum omnium fontem & scaturiginem, non innatus tantum divinitatis sensus, & sponte sese exerentes conscientia aculei, sed & orbis universus, in quo quot rerum genera, tot conditoris Dei præcones, tot sapientia illius ac potentia testes, tot specula speciem quandam Optimi Maximi Numinis exhibentia, effratissimas etiam gentes docuere. Quæ vero rationis industria ignotum illud gentibus Sacræ Triados mysterium, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, indagari? Quò ingenii acumine tam excelsa tamque stupenda de immensa Dei illius majestate, potentia, bonitate, justitiâ imprimis & clementiâ, excogitari, nedum describi potuerunt? Præsto sint ridicula Poëtarum de Diis Gentium figmenta, eorumdem genus, natales, stupra, adulteria, incestus, dissidia: Accedant Platonis, qui omnium proximè Dei naturam assecutus est, de Deo Philosophemata: Prodeant Muhammedis & Talmudistarum, quoties relictis Scripturarum fontibus lutulentos & turbidos ingenii sui rivulos consecantur, de Deo somnia sæpe & commenta. At quam inepta illa, quam insulsa, quam præ Divinis sordent Oraculis? Imo si quæ magna & sublimia sensere aliquando, si vera Trinitatis vestigia vel maxime apud Ethnicos reperere Veteres, (quanquam reperisse dubito) ex Ægyptiis omnia vel ex Phœnicibus certè hausta, quorum illi probe aliquando ab Hebræis edocti, hi vero ob cottidianam vicinis cum Judæis commercia, multa ab iis deprompserant, & sanioribus Theologiam suam dogmatis exornarant. Pariter mundum non sibi causam esse ac principium, non fortuito concursu coalitas hujus partes ac digestas, sed à priore causa efformatas, ipsa ratio sapientissimos Gentium docuit. Quæ vero sagacitate conditi orbis initium, quæ certum temporis rerumque principium, quæ condendi modus ordoque, tam exactè & cum ratione universi, & cum sapientissimi ac potentissimi natura Numinis consentiens, deprehendi potuit ac vestigari? Quod si hic fere gemina vel Sanchoniathon vel Hermes olim tradiderunt; si vetustissimi Ægyptiorum mundi principium agnovisse, si annum iidem à Libra, quem & mundi natalem professi, auspiciati esse dicuntur; si de creatione plura sed obscura ea atque ambigua Platonicorum exhibere tabulæ, ex Patriarcharum illa, Abrahami, Josephi, Moysi, Hebræorumque schola derivanda, quis nescit? Mundum regi Providentia tam certum est, ut non consenserint tantum omnes Philosophorum sectæ, sed & Epicuro affictam temerè sententiam quasi

— nullus inesse

Rektor, & incerto fluere mortalium casu,
olim hodieque sive Ethnici sive Christiani quiritati sint. Sed quam arctis Providentiam illam circumscribere limitibus? Cœlestibus Stagirita statuit affixam; naturalibus causis non liberis Italicæ Parens Philosophiæ; rebus plerique maximis, non etiam minimis, quæ à necessariis causis efficiuntur, non quibus videtur soluta legibus fortuna dominari: Stoici ligatam eam finire & adstrictam, ut Superos quoque fata regant; Platonici, utut saniores, per minores nescio quos Deos & Ge-

Scaliger ad L. i. Manil.

Genios & Dæmones administrari omnia afferebant. Quid vero Θεῶν λόγια, & cælo delapsa illa Scripturatum Oracula? quid cœlestis Sapientiae Magistri? Heic discas, Deum omnia, & quæ cælo supra nos suspensa, & quæ infra terram profundè demersa sunt, quasi manu supposita sustentantem, quasi brachio moventem, quasi spiritu afflantem, quasi sceptro gubernantem. Aspicias Providentiæ suæ radios in abjectissima quæque & excelsa, pessima quæque & optima, maxima medioxima minima vibrantem, solis ad instar non minus in lutum ac gemmas, veneno infectas ac saluberrimas plantas, influentis. Intelligas, omnes etiam liberrimas actiones arcano & sapienti consilio regentem, vitæ terminos præfigentem, fortuita quævis & incerta dirigentem, ab æterno de futuris statuentem, solo voluntatis nutu omnia agitantem, è tenebris lucem, de confusione ordinem, de malis bona, de noxiis salutaria, eruentem; quin abstrusissima illa & aciem omnem ingenii fugientia, iis illustrata exemplis, eâ facilitate adumbrata, eâ majestate expressa, ut à solo Deo authore profecta mens ingenua agnoscere debeat ac profiteri. Quod si ad augustum & σωτήριον Redemptionis mysterium assurgo, heic ego exoptulo, qui in mentem hominis cadere potuerit, ad quod omne Angelicum acumen hebescit? Quis vel Chrysippus, ac perspicacissimæ etiam industriæ, Deum finxerit εὐαγγελιστῆς, æternum gaudere principio, parere virginem, pati infontem, suscitari tertio ab excessu die mortuum, omnium vitam ex unius morte, gloriam ex dedecore, libertatem ex vinculis, felicitatem ex summa calamitate, nasci quasi & emergere? Ita quidem ut una hæc mortalibus de naufragio tabula superesset, ut sola hæc vitæ expiandis illis sufficeret, ut severitas justissimi Dei cum immensa ejus clementia felicissimo conjugio uniretur, & Deo sapientiæ pariter ac infinitæ potentiae, misericordiae simul & justitiæ gloria, homini vero æterna salus constaret. Sive hæc reputamus, Auditores, sive reliqua omnia quæ Scripturæ docent, statum hominis primitus in paradiso institutum, destitutum lapsu, restitutum gratia, & novissimis temporibus præstitutum, in eoque corpora è pulvere instauranda, omnes ad ultimum tubæ signum coram augustissimo Christi Judicis tribunali sistendos, & vel æterno Dei beandos aspectu vel flammis ultricibus tradendos, næ hæc altiora, quam ut ab humano & ad cœlestia ac spiritualia cæcutiente ingenio, nil nisi superstitionum ineptiarumque feraci, emanare ac proficisci potuerint. Hinc revelari necesse esse in hac mentium humanarum caligine ac pandi cœlitus felicitatis consequendæ rationem, ipsis Ethnicis persuasum fuit. Hinc cæcutire illi, & in devia, sola ratione duce, ferri. Hinc in summo bono vestigando operam perdere & retiam, totaque errare via. Hinc stupere illi pridem & mirari, quod de rebus arduis adeo ac sublimibus, ad quæ nulla ingenii sui acies pertingeret, de summa rerum & majestate, de qua tot omnibus seculis Philosophorum sectarumque dissidia, certo decernere & audacter pronunciare studiorum rudes, literarum atque artium Christianos inter expertes, animadverterent.

Verum enimvero ut doctrinam illine quovis humano figmento sublimiorem, ita hinc undiquaque perfectam ac numeris absolutissimam suis intuemur. Ea demum vera ac divinitus delapsa omnium consensu religio; quæ, præter autoritatem vetustatis, cultus nostros & animos dirigit ad verum Numen; quæ hominis in omne scelus naturæ vitio ruentis cum Deo conciliandi rationem ostendit; denique quæ illa præcipit in Deum, homines, ac semetipsum, officia, quibus nec magis perfecta, nec magis sancta; neque ad justitiæ & æquitatis normam exactius composita. Quid dicam multis? Hæc omnia Utriusque Fœderis codicibus comprehendendi, procul ab omnibus sive Gentilium sive verporum sacris exulare, in confesso est. Ubi extra Scrip-

Cocci. apud Minuc.

Tom. II.

turarum oracula verum Deum simplicissimum, æternum, immensum, infinita majestate, gloria, atque omnibus suis vestitum attributis, agnoscas? Ubi illi soli vota nuncupanda, ad unicum illud Numen cultum omnem, ad unam ejus gloriam nostra omnia dirigenda? Quam procul evanescent sive ἡ πολυθεῖα πλάνη & nefanda idololatria Gentium, sive Meccani illius de Deo ejusque cultu, quoties à Scripturarum linea deflectit; inepta sæpe & blasphema deliramenta? Ubi extra Christianæ veritatis terminos modus placandæ iræ Numinis, tot offensis læsi, tot lacefiti criminibus, & ratio hominis ex hoc malorum barathro, in quod sese dedit præcipitem, salva ultrice scelerum justitia, eruendi? Num in victimarum bestiarumque oblatione? Num in cruentis & nefandis Phœnicum, aut Pœnorum, aut Europæorum quondam sacrificiis, & usurpata tot Gentibus ἀνθρωποθυσίᾳ? Num in ludicris & libidinosis & impudicis Gentilium sacris, qui stupris sæpe, adulteriis, & promiscua libidine Deos coluere suos? Num in externis etiam ac superstitiosis Judæorum aut Musulmannorum ritibus? Quasi vero aut vili bestiarum hostiarumque cruore, aut humano sanguine & homicidiis, aut propudiosis ac detestandis sceleribus, aut externo corporis cultu, & mimicis gestibus, satisfiat justitiæ sævientis illius in sui contemptum Numinis, & quod fulmine armatum ipsi Ethnici crediderunt. Scripturas vero advertite. Exhibebunt illæ victimam pretii & valoris immensi, æternam, sanctam, innocentem, quæ reorum culpam & pœnam ultro in sese transferat, quæ sit obfidis vadique loco humano generi, & solutione præstita, morte cæterisque hostibus triumphatis, gloriosissime in cœlis agat. Jubeant illæ esse securam tanto Vindice & Patrono, lætam, tranquillam, adversus quosvis hostium insultus tutam, fidelem animam. Impellent eam ad gratum animum Deo quibusvis officiis, quovis obsequio & amore, exhibendum, nulla vel operum, vel meritorum, vel justitiæ opinione, intumescens. Quod si officia ad quæ hominem adstringunt, si præcepta morum, si vitæ instituta perpendimus, vel hoc solo se indicio sapientiæ produnt oracula, nihilque sibi cum perfectissimis etiam legibus ac præceptis affinitatis esse volunt. Parum fuerit urgere virtutum moralium complexum, arcere à vitiorum omnium inquinamentis, externas regere moderarique actiones. Hoccine ambitu, hoccine limitibus officium hominis comprehensum? Imo vero ut legem Dei ac voluntatem unicam actionum nostrarum normam, sic amorem illius actionum fontem, gloriam supremum finem esse jubent. Nihil tam urgent quam ut Deum omnipotentem supra cætera omnia ex intimis cordium affectibus amemus, veneremur, dilectionem proximi ipsorum etiam iniquissimorum hostium amori proprio exæquemus; nobismet rebusque nostris ita renuntiemus, ut Deo toti mancipemur; ad hujus sanctitatem ac perfectionem vitam exigamus nostram; internos regamus animi motus, ipsa vitiorum radice resecta, prava omni cupidine, cogitatione, desiderio, furtivo oculorum aspectu, omni adeo mali specie, procul esse jussis. Obsecro, Auditores, quid hisce geminum in Lycurgi aut Draconis legibus, in Stoicorum præceptis, in omnibus Philosophorum ac Sapientum effatis? Quam alto sepulta illa silentio? Quam frigida, quam mutila ipsorum documenta? Quam ipso tradentium fastu ac vanitate turgida? Tantum vero abest ut veram virtutum effigiem expresserint, ut potius turpissima aliquando scelera virtutis & honestatis specie moratissimæ etiam gentes inter Ethnicos sive legibus sive tacito probarint assensu. Incestos cum matre concubitus Persæ, pellicum iidem legitimos usus & promiscuos; fratrum & sororum nuptias Athenienses & Ægyptii; furtum Ægyptii itidem & Lacedæmonii; parricidia & patrum senio confectorum neces Hircani; humanas victimas, præter Phœnices, Carthaginenses, & barbaras Scytharum, Sarmatarum, Celtarumque & Germanorum gentes, Græci etiam & Romani; nova-

Q999

rum

rum nuptarum supra Orientalium hodieque populi; *αὐτοχθόνων* maximum imbellis animi argumentum, præter efferatas gentes, Romani etiam & Stoici; privatam vindictam & impuras scortantium libidines ferè omnes. Ita dum virtutes quasdam præcipiunt, tollunt alias; dum mutua erga homines officia commendant, in Deum Opt. Max. vel negligunt, vel inanissimo cultu definiunt, dum æquitatem in proximum urgent, sunt in Deum bonorum fontem iniquissimi; dum personati extrinsecus prodeunt, intus turgent opinione sui, ac fœdissimis etiam cupiditatibus agitantur. Imo si quæ saniora è recentioris ævi Philosophorum, Senecæ, Epicteti, Plutarchi, aliorumque schola prodiere, qualia frustra apud Platonem aut Aristotelem quæras, Christianorum illa doctrinæ exemplo & instituto deberi viri magni iudicarunt. Nihil jam ego de impurissimi Muhammedis dico præceptis, qui plurium sive pellicum, sive uxorum usu, & comparatis ad libidinem luxuriamque institutis, salacissimos homines illexit, & hoc compendio in suas partes haud operose pertraxit.

Quo provehor ulterius, eo longius me à dicendi fine abesse intelligo, velimque, Auditores, ut saltem gravitas rerum patientiæ vestræ fastidium abstergat. Quid enim mihi abirent indicta tot sacratissima Vatum effata, tot futurorum prædictiones eventuum, qui solo ejus afflatu, cujus oculis nihil impervium, nihil abditum, patentia omnia *ἡ τετραχλισημία*, prænosci potuerunt. Quo vel imprimis argumento convicti pridem Ethnici, illisque arma de manibus excussa. Cui enim mirari non subeat accuratissima Jacobi de tempore venturi Messia, interpretibus ipsis Judæorum Magistris, de terræ item sanctæ distributione in posteros à Mose consignata vaticinia? Quis non suspiciat illud Josuæ, de maledictis in familiam illius qui Jerichuntis instauraret mœnia recasuris, oraculum, quinto & amplius post seculo sub Achabo adimpletum; expressa dudum ante exortum Josuæ & Cyri nomina gesta que, quo hic postmodum argumento ad faciendam Judæis instaurandæ Urbis potestatem, si Historicis fides, adactus; prædictam & populi *μελομασία*, & captivitatis terminum annis LXX. definitum; sic descriptum Persarum, Græcorum, & Romanorum Imperium, sic prænuntiata Antiochi immanem tyrannidem, bella, victorias, exitium, ita supputatas septuaginta (inde à concessa populo Judaico patrias sedes repetendi facultate ad ipsum sive Christi sive Hierosolymorum excidium) hebdomadas, ut post illa tempora scripsisse Vates videatur. Ne dicam de Christo dejiciendo sed deinceps exaltando, morti tradendo sed mox suscitando, sic vaticinantem Prophetarum maximum, ut modo Vatem Evangelizantem modo Evangelitam Prophetantem Veteres nuncuparint. Quam explicatæ prædixit Dominus sui effusionem Spiritus in Apostolos, imminens Judaicæ Gentis exitium, subversionem Templi, Christianæ doctrinæ propagationem, Judæorum in rejicienda ea pertinaciam, hæresium exortum, suorum cruces, ærumnas, discrimina, posteriorum temporum bella, facinora, mutationes cum in Ecclesia tum in Republica, geminam cum antè-diluvianis temporibus faciem, quibus victa jacuit pietas,

— *fugere pudor, verumque, fidesque?*

Quid planius Apostoli de novissimæ ætatis *ἰθαλοειασοθησικία*, dogmatis, cælibatu, jejuniis; de *ἀνόμω* illius scilicet Deo exæquantis, imo supra Deum efferentis ortu, interitu, & comparatis ad fraudem signis ac prodigiis, & retegendo impietatis mysterio, vaticiniis? Sed quid Johannis Theologi *ἀποκαλύψις* augustius, quid sublimius? Quam bellè hic Ecclesiæ certamina, exilium, victoria, triumphus, ut in tabellâ exhibita? Quam eleganter utriusque bestia Romani & Pontificii Imperii imago depicta, hujus sanè quæ dum cornua gerit *agni, draconis*

Gen. XLIX. Jos. VI. 26. I Reg. XVI. 34. I Reg. XIII. 2. Es. XLIV. XLV. Joseph. Antiq. L. XI. Jerem. XXV. 9. XXIX. 10. Dan. VII. VIII. IX. XI. Esai. LIII. Act. 3. 5. Matt. XXIII. XXIV. I Tim. II. 1. 2. 3. 2 Thess. II. 3. 4. &c.

loquelam imitatur? Quam ad vivum suis coloribus efficta magna illa meretrix, amicta purpura & coeco, auro nitens & gemmis, opulencia ac splendore hominum mentes offuscans, tot Martyrum, tot sanctissimorum hominum cruore perspersa, imò ebria sanguine, quod non præterita tantum, sed hoc ipsum quo vivimus seculum, ipse hic labens annus tragico nimium ac funesto eventu comprobarunt? Quæ mens tam fascinata suæque impietatis tenax, quæ non manus hic tandem præbeat, & se patiatur vinci? Quo clypeo hoc telum excipere, quæ ratione argumenti hujusce robor infringere? An potuisse multa post ipsam rerum eventum scribi atque interferri? Atqui & ipsum hostium veritatis suffragium, & ipsa temporum ratio, quibus edita hæc vaticinia, quibus jam antè dispersa & omnium manibus trita fuisse constat, facillè hoc retundit confringitque. Ut Porphyrii inanissimum fuerit effugium, de Danielis vaticinio affirmantis, scriptorem sub Antiocho vixisse demum, neque tam prædixisse futura, quam narrasse præterita. At quo scriptor ille sine sub alieno latere nomine, & Daniele se se Prophetam, totis tribus seculis anteriorem, cujusque nulla penes Judaicam Ecclesiam fuissent monumenta, audacissimo mentiri facinore? Qui Judæis talium religiosissimis imponere, perfero dudum Canone, & distractis longè lateque codicibus? Qui ille de Christi & Hierosolymorum excidio *ἡ βδελύγματ' ἡ ἱερουσόλω* aliisque longe post futuris, tam exacte vaticinari? Quidni ipsissimus Daniel Spiritu futurorum præscio juxta cum Vatribus cæteris, quo antè & post ventura renuntiarent, actus & afflatus fuerit? Qui Alexandro Magno Hierosolymam adventanti, Danielis folia à Sacerdotibus ostensa, & ipse ille locus de ariete ab hirco, Persarum Imperatore à Rege Javanis devincendo ac profligando? An vero, profane, insistas, obscura plerumque esse præterita illa vaticinia, ambigua, juxta cum Sibyllæ foliis perplexa & intricata, quibusque post rerum eventum affingatur? Esto sanè de paucissimis. At quot extra controversiam omnem dubiumque posita? Quot planissima & Historico magis quam Prophetico stylo expressa? Quot, quæ nomina, & tempora, & res ipsas clarissimè definiunt? An potuisse etiam insita sagacitate conjectari multa ac prævideri? At quis vel peritissimæ frontis pudoremque adeo omnem exuentis hoc sustineat? Cui mens tam sagax in hoc corporis ergastulo concessa tamque perspicax, ut in abdita seculorum, & futuros animorum motus, incertos eos ac liberrimos, penetrare valeat? An ex astrorum scientiâ, aut eorundem in homines certa ratione affectos *ἀπὸ πύλων* & influxu, hæc fortè arcessenda? At quid hæc nisi cavillantium & suave delirantium somnia. An ex afflatu & inspiratione Cacodæmonis profecta? In eosne qui unum Deum authorem, unius Dei gloriam, unam scelerum flagitiorumque & idololatriæ cultus spirant vindictam? Qui Dæmon in sacrarium Dei & arcana ejusdem consilia irrepsit? Qui res multis post futuras seculis, & à liberrimo hominis arbitrio ex parte suspensas, præviderit? Cujusmodi autem fuere quæ unquam de quercu aut tripode dedit oracula? Simulata responsa, & fatentibus Ethnicis,

— *tacitâ fortes ambage maligna.*

Tantum vero abest, ut aliunde quam à solo Deo inspirari potuerint, ut si qui inter Gentiles vera vaticinati, si qua Sibyllarum, aut Hystaspis, aut Trismegisti effatis fides, hoc sint omnino fonte derivanda; quum & Bileamum Ethnicum, ipsissimum eruditorum multis Zoroastrem, divinitus de Messia & *stellâ Jacobe oriundâ*, pronuntiasse ex sacris intelligamus.

Sed quid ago hic multis? Provoco ad unum Prophetarum eloquium, eâ majestate & eo cothurno exurgens, ut Deum ipsum de cœlo tonantem audias. An operose se missos divinitus & inspiratos præfantur? An mul-

tis

Apoc. XIII. Apoc. XVII. Hieron. Præfat. Comment. in Daniel. Num. XXIV. 16. 17.

ris auctoritatem suam probant ac demonstrant? Imo, *Dixit Jehovah exercituum, Verbum Domini*; adeo sibi met vocationis suæ conscii, adeo ipse Deus pro summa sua veritate & imperio sine ambage locutus. An ut affari se Numine videantur, fingunt animi furentis insaniam, qualiter

— *Phœbi nondum patiens immanis in antro*

Bacchatur Vases?

Imo vero aperta & sancta quadam eloquentia sua fundunt Oracula, oratione non adstricta & mirum in modum involuta, sed soluta, sed grandi, sed torrente toto defluente, sed necio quid augusti spirante ac divini. Quâ dicendi libertate, nullo invidiæ aut discriminis metu, Principes pariter ac populos adoriuntur, imperant, prohibent, minantur, ut nec Regum majestas à ferendis legibus, nec sævitiæ à minis & maledictis intonandis, neque blanditiæ ab officii religione avertere valeant? Atque ipsissimam hanc majestatem ubique invenio per Scripturarum latifundia diffusam, latas ex æquo Regibus ac subditis Leges, præmiorum pœnarumque saltem non aternitate sancitas omnes, aliquando cœlum ipsum ac terram ad interdictum vocari, Pharaones, Nebucadnezares, potentissimos Reges revocari ad officii legem, humanum omne fastigium deprimi, elata subsidere, dejici superba, evanescere splendida, omnia pulveris instar levissimo spiritu distillandi coram Domino vilescere, huic vero non in corpora tantum sed animos, non in dicta factave sed ipsa etiam cogitata dominium, & quod sibi soli in peculium cedat, arrogari. Cujus quæso hæc voces, cujus hic sermo, nisi summi rerum Arbitri, manu alterâ sceptrum, fulmen altera tractantis, & solio æternæ Majestatis insidentis? Et quam immane facinus, quam inaudita illa fuerit arrogantia, homunciones, bubulcos, abjectissimæ fortis viros, intrepidat hæc usurpare voces, idque totiens & perpetua temporum ac seculorum serie?

Quod si alias expendo styli sacri prærogativas, tantum ab humana facundia Divinam abesse intelligo, quantum naturalis pulchritudo à fucata, imo quantum ab homine Deus. Prædeat quicquid vel Græca vel Romana eruditio mandavit literis, quicquid Plato habuit copiosi, quicquid Aristoteles adstricti, quicquid Stoici simplicis & inaffectati, quicquid Epicurus perspicui, quicquid Pindarus sublimis, quicquid Demosthenes masculi, quicquid Cicero elegantis, an non vel in uno Mose pro subjecti diversitate argumenti reperias universa quæ illi habuere singula? Imo nihil commune sibi Spiritus Sanctus cum sermonibus humanæ sapientiæ, nihil geminum, diversa omnia ac toto cœlo divisa esse voluit. Quæ dictio in ullis Historicorum monumentis, tam concisa illa fuerit & gravis, ad Mosaicam, ubi rerum aperit origines, accedit? Quæ Græcorum aut Romanorum Leges ad divinum illud compendium, quo *δὴνα λόγους*, imo binis præceptis, omnia hominis erga Deum & proximum officia expressa? Quæ profanarum religionum preces ad eas, quæ sex vocum ambitu omnia quæ ab immortalis Deo efflagitari possunt, complexæ? Quæ oratio tam elegans illa fuerit, tam sententiis pressa, tam variegata schematis, cum magnifico Jobi aut Salomonis dicendi genere decertet? Quos hymnos, quos cantus, quæ idyllia, cum Regii Vatis carminibus conferas, in unius Dei laudes effusi, totius in divinorum operum admirationem rapti, unice in efferendis iis ac celebrandis occupati? Quam inaffectatam simplicitatem opponas nativæ illi, ingenuæ, sed frustra imitandæ, quæ cum ubique tum imprimis in Evangelica Historia conspicua, & quâ magnus ille *Augustinus*, Catholicæ Ecclesiæ fulgor, ad fidem se impulsus aliquando memorat? Ut habeant Sacræ Literæ, quod disertissimi suspiciant, sapientes discant, rudes capiant, possint ex uberrimis hinc fontibus haurire omnes aquas, ex instructissimo hoc penu cibum omnes capessere, præmansum tenelli, adulti solidiorem.

Confess. l. vi. c. v.

Atque hinc accidit, Auditores, ut quantum divina hæc facundia supra humanæ eloquentiæ fastigium assurgit, tantum illius in commovendis animis & ciendis affectibus efficacia omnem hujusce virtutem transcendat. Non insidias auribus Scripturæ faciunt, non lenociniis irretiunt, sed terrent, sed exenterant, sed intimos cordium recessus aperiunt. Hoc necesse est gladio vel pungi corda vel confodi, hoc vel obdurari malleo vel contereri, hac face vel argui erroris vel discussa caligine ad viam lucis adduci, hac voce vel tranquillari motus agitatae mentis vel tandem excitari securæ. Neque hæc imaginarias inter virtutes aut vana terculamenta repouenda. Exeruit sese ipsa hæc *ἐνεργεια* omni ævo, & visum aliquando una Scripturarum voce constratas mentes, & ad dicendum veritati Sacramentum adactas, ut luculentis & Sacræ & Ecclesiasticæ Historiæ, & vel gentilis illius Philosophi in Nicæna Synodo, firmari posset exemplis. Exerit sese etiamnum hodie, & quot homines quibus audita illa vox Dei, tot ejusdem vel convertendi vel certe confundendi virtutis testes. Et cotidiana docet experientia pro vel assiduo vel neglecto Scripturarum usu, ita vel religionis ac pietatis zelo inflammari corda, vel tepescere & in Dei simul ac sui neglectum ferri. Unde vero hæc vis tanta, qualem frustra ullis aliis transcribas effatis? Unde hæc tanta ad suadendum movendumque *ἐνεργεια*? Unde tam potenter in animos auditorum influant, neque ad opinandum sed ad credendum inflectant? An tribuas rationum evidentiam quas tacent? An artis industriæ qualem adhibent nullam? An fucis, & suavibus verbis & ad persuadendum accommodatis, quæ procul esse jubent? An scribentium auctoritati & fastigio, quando divina homines, excelsa viles, subtilia rudes & infacundi dixerit? An præconcepto de illarum auctoritate judicio? Atqui unde tam altè defixa hominum mentibus persuasio, nisi ab illis ipsis Scripturarum, supra omnes ingenii humani foetus, prærogativis, & certis Divinitatis indicibus? Qui & refractariæ ac profanæ mentes, & in Scripturas contumeliosæ, sunt plerumque abditæ hujusce, sed divinæ, sed efficacissimæ, virtutis documenta?

Sed age, quo veluti vinculo sacra hæc volumina arctata inter sese & connexa, eodem quæ dicta mihi argumenta in unum quasi colliganda, miro Scripturæ totius in Historia, dogmatis, vaticiniis, consensu. Atque hoc sese genio ab omni humanæ foetura industriæ distinguunt segregantque. Habuere sua ejusdem etiam familiæ Philosophi, ipsi inter sese Academici, Platonones & Xenophontes, ipsi inter sese Stoici veteres & recentiores, aut qui è Beripato, aut novissimæ etiam Philosophiæ schola prodire, habentque jurgia ac diffidia. Commituntur etiamnum hodie irreconciliabili sæpe bello collectæ ex constitutionibus Principum, Senatusconsultis, Prudentum responsis, Magistratum edictis, Jureconsultorum leges. Historiarum vero & Annalium conditores quid recenseam? Nimum alter Semiramidis fraude, alter in urbis obsidione tradet extinctum. Cyrum alter senecta, alter ætate florida, in acie alter, alter morbo sublatum. Et, quod olim Apioni Judaicæ defensor gentis, Hesiodum Acusilaus, Acusilaum Hellenicus, Hellenicum Ephorus, Ephorum Timeus, Herodotus omnes erroris passim allucinationisque arguit. Ita in diversa quæque abeuntes Græcarum & Romanorum rerum Scriptores quoties deprehendas? Imo quid magis obvium quam Scriptorem eundem mox oblitum sui in alia discedere omnia? Quid in Philosophorum illo Principe, quid in Historicis, quid in Prudentum & Jureconsultorum effatis, quid in Turcicæ impietatis parente frequentius? Et quam hoc uno suam prodidit Jasonis ille Epitomator ineptiam, dum Antiochum modo in Nanæ fano lapidibus obrutum discerptumque, modo non aspectabili plaga divinitus percussum scripsit? Quam vero constans sui que semper similis est Scripturarum veritas, sive Veteris, sive Novi, sive Utriusque

junctim Instrumenti codices expendam? Vetus specto? Perpetuam intelligo & mirè consonantem sibi rerum gestarum jam inde ab orbe condito & primis Ecclesiæ incunabulis feriem, suam quasi Ecclesiæ infantiam, pueritiam, & adolescentiam, diversa licet ætate diversisque authoribus, contextam. Mosi succedentem Josuam, hunc Judicum gesta, hæc Samuëlis Regum & Chronicorum libros, hos Esdræ Nehemiæque historiam, intercurrentibus Prophetis, continuò excipientem video, singulosque Scriptores quæ à prioribus tradita vel supponentes vel novo firmantes auctoramento. Eadem repeti gesta, eundem Deum efferi, eandem præscribi legem, eadem inculcari dogmata, cultum eundem urgeri. Ad Novum me converto? O majorem quam ut vel cogitatione assequar vel vocibus exprimam Evangelistarum concentum! qui dum eadem diversis in locis concinunt, unius se veritatis testes, dum discrepant, ab omni se conspirationis fraude alienos ostendunt. O mire constantem sibi Apostolorum doctrinam, fidem omnium eandem, eundem Jesum, idem Baptisma, spem eandem exhibentium! Quando vero in Utriusque Testamenti libros intentus, nihil Paulum, nihil Christum extra Mosem & Prophetas docuisse animadverto, idem nunciasse cum Patribus sancitum foedus, sed mitius, sed facilius, sed extensum ad plures; eundem Messiam, sed exhibitum & terris ostensum, eadem præcepta, sed à Phariseorum glossematibus & interpretamentis vindicata; promissiones easdem, sed, sublatis figurarum umbris & typorum scisso velamento, clarius expressas atque evidentius, adeoque nonnisi revelasse occulta, prædicta complexo, obscura declarasse; dicam quemadmodum sentio, unam videri mentem in tot Scriptoribus fuisse divisam, neque veritatis unius, constantis, æternæ, præter unum Deum authorem dari potuisse.

Quis non vestrum, Auditores, assecutum jam me esse putet, quod mea intendebat Oratio? Quis non impias mentes tanto autoritatum pondere, tot rationum momentis, victas & subactas arbitretur? Neque operæ pretium esse censeo, in discutiendis perditissimorum hominum scommatis, & inanissimis telis vel diffandis vel retorquendis, inutiles trahere moras, & producere filum Orationis. Quid enim præter inanes impurissimorum canum latratus? Quid præter ultimos furentis & ad incitas redacti hostis conatus? Imo quid præter proterviæ suæ & nequitiae documenta, quæque adeo veritatem in aprico locent? In primâ fortè occurret acie simplex & imperita Scripturæ dictio, nullis styli veneribus, nullo verborum lepore concinna. Quasi vero non hoc ipso ab humana, turgente, & ad numeros composita oratione suam Deus distinxerit, quasi quo imperitior sermo, non hoc sit illustrior, & eo magis vis illius in stuporem & admirationem rapiat, quo minùs pompa facundiae & gratiæ fucatur. Succedentne quæ portentosa & fide omni majora sacri Scriptorum enarrant? Asinus articulata voce Dominum arguens suum, Sol cursum sistens, retrogradiens, Mulier in salinam Statuam, Nebucadnezar in bestiae formam conversus & immutatus, & quæ id genus sacris intertextis monumentis? Atqui, præterquam pleraque probè intellecta facilius assensum gignant, quid? Tune quicquam Dei Opt. Max. coelum latè tendentis, Sole diem, noctem astris lustrantis, maria disponentis & terras, omnipotentiae subducat? Quidni naturæ author & parentis naturæ vires excedat? Quidni positas naturæ Leges refingat ipse & immutet? Quidni signis ac portentis suam sive amicis sive hostibus virtutem nonnunquam ostendet? Quam bellè id Darii & Nebucadnezares, superba & Cimmeriis Ethnicarum superstitionum tenebris immersa capita, decretis exposuere suis? Et qui fidem facilius extorqueant ipsius portenta Dæmonis, efficientis & statuas emittere voces, & quercus dare oracula, & luporum formam induere versi-

Dan. iv. 1. 26. 27.

pellas, ut ostenta omnium temporum, ipsis Ethnicis celebrata, involvam iusto silentio? Num obstrepentes etiam audio & subsannantes, quæ pugnantia & à ratione dissona hisce exhibentur oraculis? Qui fuerit, inquirunt, Deus Unus & Trinus? Imo qui Deus & homo? Qui virgo simul & mater? Qui à morte corporum, quæ vel feræ diripiant, vel maria consumant, vel flamma subducat, detur regressus ad vitam? Itane ad ingenii captum nostri accommodata, itane ad cæcutientis nostræ rationis amussim exacta esse debuerit fidei mysteria? Qui ipsi Gentiles dari credidère, quæ neque scire sit datum, neque scrutari permixtum, neque sciscitari religiosum? Quid Deum inter hominemque interessellet, si consilia & dispositiones Majestatis æternæ cogitatio assequeretur humana? Quibus etiam illa ipsa Tri-uni, aut carnem nostræ similem vestientis Dei, aut hominis nulla sua iustitia sed aliena à reatu immunis pronuntiati, mysteria, videantur abscondita; nisi qui divina & coelestia ad humana & terrena metiuntur, quibusque pugnantia & fallæ, quæ supra sensus, aut supra humilitatis suæ terminos collocata? Quibus corporum in vitam revocatio absurda censeatur, præterquam his quos fugit Dei Omnipotentis virtus; qui conditorum suum negant; qui difficilius putant iterare quod fuerit, quam incipere quod non sit; qui resurrectionis futuræ imagines cottidie in natura expressas non attendunt; qui immortalitatem, miseri! Ethnicis inferiores nesciunt; qui olim Aegyptiis, omnium quanquam maximè ad superstitionem pronis, resurrectionem per Osiridis sacra, ἀφανισμὸν illius & ἔρεσις, adumbratam, qui Magis resurrectionem corporum pridem creditam, qui præter Sacræ Historiæ exempla, & Eridas, & Empedoclas, & Aristæos, & Thesestios, & Antyllos, & foeminas apud Gentiles suscitatas, si Historicis fides, ignorant? Fortè an etiam exprobrant quæ vel vilia nonnunquam in Lege & ludicra, vel indigna aliis Numine, vel injusta & in æquitatem Dei injuria, vel otiosa in Genealogicis, aliisque id genus, præcipere Scripturæ videntur? Improbi! Quibus illa ludicra, aut indigna, aut iniqua, aut etiam otiosa, præterquam ignavis, vel certè sceleratis & vertigine quadam actis mentibus videbuntur? Ludicra? quorum sapientissimas emunctissimæ etiam naris viri credere rationes, quorumque momentum longe maximum, sive ad fidem instruendam, sive mores informandos, sive Evangelii mysteria designanda atque indigitanda. Indigna Deo? quando suam quandam effigiem, rudi sanè penicillo, sed ad captum nostrum, vix ultra sensus assurgentibus nobis, adumbrat, quando per corporea atque obvia, ad sublimia coelestia & supra sensus posita elevamur, & quæ ἀνθρώπου παρὰ τὸν λόγον, θεοπρακτῶς τοῦτον. Iniqua? quæ illo vel jubente vel permittente fiunt, cujus absolutissimum in universa Dominium, cujus voluntatem, æquitatis omnis normam, naturam, justitiæ ac sanctitatis sedem, Scripturæ testantur, qui iniqua & naturæ adversa suæ nec præcepit unquam, nec probavit, iusto quamvis ac sapienti consilio permiserit, potenti virtute rexit, & efficacissime ad optimos quosque & præstitutos à se fines deduxerit. Otiosa? quæ propagatæ plerumque ac conservatæ Ecclesiæ argumenta, quorumque usum tollitis quia ignoratis. Urgebitis fortè, Scriptorum sacros committi inter sese passim, atque ἀντιλογίας & contradictionibus implicari. Itane ἀντιλογία & opposita quæcunque diversa, nec eadem expressa vel ratione, vel serie, vel ordine? Adversa omnino & pugnantia, quæ in speciem & φαινομένης talia? Nullo concordiae glutine concilianda, quæ amicissime semper eruditus conspirare visa? Erroris & pugnae insimulanda, quæ fortè ἀπορία, δυσνόητος, atque impervia, nobis etiam-

num

Coccl. in Octav. Plato de Rep. L. x. Macrobi. in Somn. Scip. Laert. in Proem. Galen. L. vi. de locis affect. Plin. L. vii. C. xxxi. Herod. Melpom. Plut. in Romulo. Idem L. de Sera Dei vind. Idem L. de anima, Euseb. Præp. L. xi. C. xxi.

num in stadio & via constitutis, non nisi lumine gratiæ collustratis, quæque impervia Deus esse voluit, probando homini, exercendo, suæque tenuitatis arguendo? Itane si vel librorum incuria, vel amanuensium oscitantia, vel injuria temporum, vel hostium & malefactorum hominum fraude, quandoque irreperint quæ erroris suspicionem injiciant, continuo Scriptoribus vitio vertenda? Num si hi in citandis fortè & allegandis, modo fontes, modo versionum sectati rivulos, modo verba, modo non nisi sensum mentemque Scriptoris attendunt, modo voces eadem, modo æquipolentes usurpant, & modo loca sigillatim distincteque adducunt singula, modo diversis ex autoribus plura conglomérant combinantque, & hinc enatum plerumque Scriptores inter Fœderis utriusque diffidium, num, inquam, per errorem hi, oscitantiam, ac supinitatem peccasse censendi? Esto etiam vel levis aliqua in apicibus, numeris, nominibus, & minutis id genus, pugna ac dissensus, vel maxime arietare in hisce amanuenses sacri videantur, eone quicquam Scriptorum authoritati, tot aliis documentis illustri, decedet? Itudne perpetuo illi, nec suspiciendo satis, Historiæ & dogmatum, eorumque omnium circa quæ fidei cardo summaque vertitur, consensui detrahet quicquam ac derogabit? Sed & in ambiguam scilicet, profani! litem descenditis, quasi dubii authores sacri & obscuri, quasi frustra vel Mosis inscripta vel Paulo, quæ sub auctis illis nominibus hodieque venditantur? At quæ vos, miseri! exagit dementia? quis furor? Cur non eâ estis in sacra hæc monumenta, quâ in profana, æquitate? Quis in controversiam adduxerit, num Homeri fortè aut Virgilio, num Xenophontis aut Livii, num Demosthenis sint aut Tullii, quæ sub eorum nominibus versamus folia? An non ad illos usque fuerit assurgendum, qui ab autoribus ipsis ea consecuti, & à quibus continua illa serie ad nos usque dimanarunt? Quæ unquam sive in Judaica sive in Christiana Republica tempora, quibus de Mosis vel Pauli genuinis disceptatum monumentis, (nec moror malefanos,) si paucissimos in Romana & Africana demus Ecclesia, qui vel Clementi, vel Barnabæ, vel Lucæ, inscriptam Hebræis Epistolam, voluere tributam? Imo vero sat mihi esto doctrinæ & Sanctitatis & Majestatis, & Consensus omni cogitatione major, & quæ sunt alia Divinitatis argumenta, quæque fraudis & falsi vel suspicionem omnem avertant, diluantque. Num vero isto pulsus præsidio hæc sacra tandem vobis anchora, idem scilicet Mosis & Prophetarum volumina mansisse fatum, quod alia innumera, quæ vel flamma subduxit, vel tempus absumsit, vel livor & rabies intervertit? At quando tristitia illa fuere Scriptorum fata? An in Hierosolymorum per Babylonios excidio & Judaicæ *melancholicæ* gentis? Ergone sanctissimis illorum temporum Vatribus clam fuerint Divina hæc Oracula, nullumque eorum penes Ezechielem, Danielelem, Jeremiam, Aggeum, Zachariam, pium Esdræm, extiterit exemplar? Eane fuerit horum oscitantia ac neglectus, ut eripi sibi e manibus coelestem hunc thesaurum paterentur? Qui ergo nullis illi lamentis, nullis illi gemitibus & querulis vocibus, tantam profecuti jacturam? Qui Danieli ipso in exilio citata Mosis & Jeremiæ scripta, & ex hisce finem captivitatis intellexit? Qui Cyrus ad solvendam eam cumprimis impulsus, quod & nomen suum, & res gestas, & longe lateque extendendos imperii sui terminos Vati prænunciatos cognoverit? Qui decem illæ Tribus à temporibus Assyriacis per orbem terrarum dissipatæ, in illisque viri pii & sancti in varias Orientis regiones aucti, sacris codicibus exuti in totum fuerint ac destituti? Qui divina etiam Providentia, tot nominibus in coelesti hoc chirographo asservando illustris, interire illud atque evanescere passa sit? Qui id nec assequi Antiochus ille potuit, quovis furore, quibusvis artibus, quavis inquisitione, subductis pariter immani illius ty-

Dan. ix. Joseph. L. xi. Antiq.

rannidi, tanta Ægyptios inter, Babylonios, Persas, aliasque gentes, Judæorum messe? Ipsi quondam, nec diffiteor, *Irenæi, Terulliani, Eusebii, Augustini*, de codicibus sacris Hierosolymitano incendio absorptis meminere, sed quibus? An non de ipsis Mosis & Prophetarum *αὐτογράφοις*, de codicibus in Templo repositis, non privatorum manibus tritis, & Judæos inter dispersis passim ac reconditis? Restituta etiam ab Esdrâ Sacra hæc dixere Volumina, sed in quantum Hebræis referentibus sparsa ea ac dissipata in volumen contraxit, confusa digessit, mendosa correxit atque emendavit. Et procul esto personatus ille Esdras, interversa ea scilicet ac sublata, è memoria promptuario suæ & ex interiore Dei usu & colloquio, si Deo placet, vitæ reddens, & tantum non

— *sonnia fingens.*

Sed quod res est dicam, Auditores, & multa complectar paucis. Illud semper mihi visum facere imprimis ad vim veritatis, quod nunquam nisi nefaria capita ejus jugo colla subduxerint, & assensum detrectarint pertinacius. Insurgentes post Apostolorum excessum videas *Apollonios, Celsos, Jamblicos, Plotinos, Porphyrios*, sed quæ hominum portenta? Ex ipsis inferis, ex Epicuri haræ aut Pythagoræ cœcæ obio emergentia, audacissima ingenia, superba, Ethnicarum superstitionum tenacissima, desperatæ Paganismi causæ tutandæ, & sufflaminando Christianæ veritatis cursui, sed infausito successu excitata. Subsecuti *Juliani, Fausti*, sed quam luculenta, vesanæ alter, alter furis agitæ mentis, exempla? Superius vero Seculum quos evomuit Scriptorum infelicissimos hostes? *Pelagianos, Bombos, Calderinos, Leones, Pomponatios*, otiosa omnia, spurca, profligatissima vitæ ac morum ingenia, iis temporibus quibus in ipsa purpura non leve detestandæ huic impietati auctoramentum. Sed quinam hodieque Scriptoribus indixere bellum? Vana scilicet & suffera sibi ingenia, quæ divina ad humani ratiocinii trutinam expendunt, quæque dum *εἰρηνοί*, & assensum omnem suspendunt, supra vulgus sapiunt. Terrestria, mundi cœpo immerisa, quæ non ultra sensuum terminos evagantur, & credere detrectant, quod oculos fugit. Delicatura, ad quorum depravatissimum gustum non est comparata Scriptorum simplicitas, de gustu homines febriculosi, de coloribus cæci statuentes. Ambitiosa plerumque, quibusque pessimæ Florentini illius artes & histronia præ *ἀνυποκρίτοις* Christi effatis magis adlubescunt: sed quod indignandum omnino ingeminandumque est, pleraque scelerum sibi ac facinorum conscia, in quodvis flagitii ac libidinis genus effusa, quæ dum admota Scriptorum face sua prodi facinora animadvertunt, lucem respiciunt, dum legis necessitate se adstringi, dum terreriminis, dum ad Tribunal judicantis Dei vocari se intelligunt, impotentius miseri in Scriptoribus grassantur, inanissimum virus progenies viperarum exhibilant, & Scriptorum Divinitatem sugillant, quia oderunt, quia per-timescunt

Nec mirum cuiquam accidit, ad tam apertam sacrae paginae originem, ad tantam veritatis lucem, cæcitate illos etiamnum, nec continuo studia profanæ mentis deserere. Quid Numinis Providentis certius? Quid motu in naturâ rerum evidentius? Nec defuere perfrictæ frontes ac mentes præfractæ, quæ pari illa adortæ temeritate & impudentia. Quid mellis dulcedine magis sui præbeat sensum? Nec sapit cui palatum amarulento succo respersum. Quid Sole fulgentius? Non exoriri tamen capta oculis mulier apud Poëtam quiritatur. Nempe & horum *Deus hujus sæculi excæcavit mentes ne irradiet eos illustratio Evangelii*. Argui conscientia possunt, non tamen affici lumine ac serenam illam lucem intueri, nisi ad ejus agnitionem oculentur. Removendæ, removendæ cœlitus *λεπίδες* illæ adherentes oculis. Demum

Qqqq 3

Iren. L. III. C. XXI. Tertull. de Habit. Mul. Euseb. Hist. E. L. v. C. VIII. August. de Mirab. Scrip. 4. Esdr. xiv. 2 Cor. iv. 4.

in luce Dei fruenter luce. Coruscantibus demum sui Spiritus radiis & efficacissima Orientis ex alto virtute de tenebrarum profundo licebit emergere. Nonnisi celesti luminis brachio, quali prostratus animosior quondam in nascentem & vagientem in cunis Ecclesiam Saulus, domandi rebelles profanæ conjurationis hominum affectus. Nobis vero, Auditores, quibus tam licuit esse felicibus, ut in cordibus nostris splenduerit lux illa Domini, qui *non Spiritum mundi accepimus, sed Spiritum Dei*, non alia vel *Somdei* opus vel argumento, quo redamur de Divinâ Scripturarum Origine atque Autoritate certiores. Hoc usi Magistro, veritatem edocemur, dubia omnia discutimus, supra humanam Sophisticen sapimus. Hac luce collustrati, divinos Scripturarum lepores agnoscimus, veneramur. Sacro hoc igne inflammati, in castissimas Scripturarum delicias exardescimus, eas amamus, deperimus, refugienti mundo & pretiosissimas gemmas conculcanti succensimus ac serio etiam indignamur.

Sed quo me rapit orationis impetus, & quousque tandem, SERENISSIME PRINCEPS, abutar patientia tua? Da veniam, si amplitudine & momento argumenti peccarim ego, & in benevolentiam tuam, & in publica, quibus sine exemplo invigilas, commoda, & quo te demum PATRIÆ PATREM non mercenario ut plurimum præconio sed verissima appellatione ostendis. Quo magis ex officio est, ut rependam gratias quas possum maximas, partim quod Auditorio huic nostro Purpura tua & splendidissima præsentia decus maximum, partim quod dicenti mihi attentionem singularem, tua & majestate & exemplo conciliare dignatus es. Imprimis vero, DOMINE, multis me Tibi nominibus obstrictum publica voce profiteor, quod me exterum, vix ex ephelis excedentem, solo nomine, quod Tuo pridem devotissimum fuit, commendandum, in augustum hoc Literarum Domicilium, ad gravissimum munus, post *Boquinos, Tremellios, Zanchios, Ursinos, Kirchneros, Grynos, Somnios, Junios, Kimedantios, Tosanos, Calaminos, Pareos, Coppensios, Scultetos, Alsingios*, Viros omni laude majores, gratiosè invitaris, & propenso etiam animo exceperis, & novissimo hocce pristina Tua & Augustæ Tuæ Domus in Spanhemianum nomen merita clementissime cumularis. Ut vero me tantis nominibus indignissimam appendicem testor, ita in id unum incumbam, ut nec Te collati in me beneficii pœniteat, nec me pudeat accepti. Paucis vero, quod superest, apud vos expediam, Auditores omnium ordinum Splendidissimi, & quo magis balbutici ac tenuitatis meæ conscientia impræsentiarum ducor, eo me plus benevolis auribus vestris & insueto debere confluxui lubens agnosco. Quemadmodum vero vestræ de me expectationi hodie defui, sanè plurimum qualicumque illi existimationi, quam mihi conciliarat bonorum favor, decesserit, ita ne decedat quicquam prono vestro in me affectui ac voluntati, quam & publicis & privatis contestati estis documentis, enixè contendo. Me sane habebitis, alii addictum clientem, cultorem alii obnoxium, Collegam alii observantem vestri, alii amicum fuci nescium, studiorum alii non promotorem dicam sed socium, omnes quovis officii genere demerentem.

Ut vero Deus rerum omnium prora & puppis esse debet, sic ad eum à quo inceperat revertatur Oratio mea. Tibique, Æterne ac Clementissime Deus, accepta esto publica hæc gratæ mentis contestatio, tum pro inexhaustis quibus me profecutus es hætenus beneficiis, tum pro novissimo hoc, quo me, verius Prophetâ tuo infantem ac pollutum labiis, hodie in Juventutis Doctorem, veritatis tuæ vindicem, instaurandæ etiam Zionis artificem, electum voluisti ac constitutum. Quis ego sum, Domine, quem in hanc sortem evexeris, aut quæ vires meæ, qui tantum onus humeris sustineam meis? Nempe & ex ore lactantium gloriam hauris tuam, & immensum tuum robur in maxima etiam imbecillitate exeris. Dabis ergo, Tri-une Deus, ut Spiritu tuo plenus & gra-

tia roboratus tua, opus meæ commissum industriae, & auspiciatò exordiar, & alacriter persequare, & feliciter aliquando pertexam. Dabis ut sensim in pristinum decus exurgat hoc Ecclesiæ tuæ seminarium; ut recuperata quasi juventute adolescat, floreat, in masculam ætatem redeat; ut post diu multumque inter decumanos bellorum fluctus agitatam arcam tuam, in perpetuum quiescat; ruinæ instaurentur, collapsa erigantur, labefactata fulciantur; ut reddatur sua religioni puritas, sua pietati commendatio, suus charitati fervor, suum denique virtuti pretium. Accidant omnia sub Auspiciis illius, quem nobis in maxima tua gratia concessisti, Principis. Sit beata diu Respublica tanto Duce, beata Academia tanto Patrono, beata Ecclesia tanto Antistite. Sit ille pupilla oculi tui; sit Germanæ Gentis delictum; sit subditorum amor; sit terror hostium; sit Ecclesiæ vindex; sit veritatis firmamentum. Neque exoritur nostrum cuiquam atra illa dies, qua cum CAROLO LUDOVICO, Magno, Pio, Inclyto, Splendidissimo Romani Imperii sidus, Palatinatus tutelam, Heidelbergæ decus, Literarum columen, Fidei præsidium, rerum denique ac sperum nostrarum summam concidisse intelligamus.

D I X I.

O R A T I O II.

D E

D O C T O R E T H E O L O G O .

D I C T A

Cum primum ab Instauratâ Heidelbergensi Universitate DOCTOREM THEOLOGUM publicè more rituque majorum solenni renunciaret, Pridie Nonar. Martii, Anno Æræ Christianæ CIO IDC LVII.

SERENISSIME PRINCEPS, S. R. I. ELECTOR, DOMINE CLEMENTISSIME. MAGNIFICE UNIVERSITATIS HEIDELBERGENSIS RECTOR. VIRI ILLUSTRÉS, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI. CELEBERRIMI ACADEMIÆ HUIUSCE PROCERES, COLLEGÆ HONORANDI. AUDITORES OMNIUM ORDINUM REVERENDI, CLARISSIMI. SPECTATISSIMI. TUQUE GENEROSA ET LECTISSIMA STUDIO-SÆ JUVENTUTIS CORONA.



NSUETA illa frequentia confluxusque vester, Auditores, pressa & laborantia subsellia, defixaque omnium in hunc suggestum ora, insolito spectaculo oculos vestros jam jam implendos esse, sunt argumento. Scilicet attentione quâdam vestrâ dignum videtur, ipso hoc in loco, post plurium indictionum otium, sacra hæc solennia, faustis ominibus, ac splendidissimam præsentiam commodante Augusto Principe, institui ac celebrari. Dicam ego sanè sicuti sentio. Quando in præterita veluti redeo, & subit animum tristissimorum memoria temporum, quibus ut suos Respublica Principes, sic suos Academia Proceres, Ordo noster suos Antistites, sua Sacra, hæc subsellia florentissimam quondam Juventutem desiderabant, atrati hi mihi parietes obversantur, & tristi quodam silentio horrentes; jam verò mutatâ rerum facie, non sua tantum Patriæ post decumanos bellorum fluctus halcyonia, suum Reipublicæ Ducem, (sed qualem ne votis ab immortali Deo contendimus,) verum suos etiam Cathedris nostris *weſaſer*, suam hisce coronam sublellis, Ordini certè nostro suum decus, suas hodie solennitates redditas video; subsilit animus, & exultant præcordia, & lachrymas mihi ac voces, non mœroris ac luctus cum Judæis illis in libertatem, sed pristino splendore orbam, assertis, verum gaudii ac lætitiæ testes exprimi sentio. Quas sanè lætas rerum vices, quæ otia, ut Deo primum Optimo, Ma-

Maximo, gemitus nostros respicienti, & bonorum omnium vota tantum non rata esse jubenti, ita & Tibi, SERENISSIMÆ PRINCEPS, accepta ferimus, Tuæque pietati, munificentia, ac raro, imò sine exemplo, in tanto fastigio eruditionis ac literarum studio, debere nos grati quidem sed obnoxii profitemur. Quæ ut præfanda mihi jure merito censui & gratâ mente recolenda, ita factum mihi aditum ad solennem hunc cujus gratiâ confluxistis actum, more rituque majorum, præviâ oratione, auspicandum. Neque verò vos morandi mihi estis in limine, aut multo apparatu & prolixo verborum ambitu circumducendi. Non ego hic tralatitio Rhetorum more, vel inopiam dictionis & orationem phaleris ac pigmentis destitutam deprecabor, vel attentionem etiam vestram ac benevolentiam anxie & sollicitè captabo. Illi sanè ut Theologi nomen & munus fuci & affectationis nescium patrocinantur; ita hanc cum Majestas Principis, tum gravitas illius, de quo dicam, argumenti, haud operosè à vobis impetrabunt. Equidem non admodum conquirenda mihi fuit dicendi materies, neque prius partes intellexi meas, & Doctorem Theologum renunciandum, quàm simul de *Doctore Theologo*, & hujus ipsius conferendæ dignitatis & gradus origine atque autoritate, verba mihi facienda esse cognovi. Quo quidem argumento ut vix aliud illucrius, ita nolim vos arbitrari, me vel illius exhausturum ubertatem, vel id aliàs quàm pro ratione loci, & angustia temporis, & patientiâ tanti Principis, excusurum.

Quando vero ut rerum agendarum sic dicendi initium à precatone ipsi Gentium Oratores capere soliti; ita mihi, Pater Luminum, radiante Tui Spiritus luce, & benigniore aurâ gratiæ adesto Tuæ, ut gravis, & sancta, & Doctore Theologo digna mihi contingat Oratio, utque hæc solennia, tot retrò annorum decursu intermissa, tandem aliquando instauranda, Patriæ, Ecclesiæ, Literariæ huic cumprimis Reipublicæ esse jubeas felicia, fausta, salutaria!

Mirari fortè cuiquam subeat, Auditores, *Doctorem*, superbiente scilicet titulo, dici Theologum ac renunciari. Quod à modestiâ discipulorum Jesu, ab humilitatis nostræ sensu, ab ipso Christi Domini effato, *Doctores* appellationem procul à suis esse jubentis, videri possit alienum. Ita sanè illi censent, qui humilitatis specie, sed specie tantum, Ordines sacros ab Ecclesiæ liminibus proscripturi, Doctorum partes sublatas, *ἀναγχαίαν* quandam investiam vellent, ipsimet plerumque, mirabile dictu, vento gravidi, & inani opinione sui intumescerent. Nescii illi, Christum, non Doctoris vel nomen vel dignitatem, quod absit, sed Doctorum factum omnem profligasse & ambitum; non quos ipse sanxit docentium & discipulorum ordines, non Scholarum & Academiarum constitutiones ivisse subversum, sed Phariseorum supercilium depressum, superbos honorum titulos affectantium, Doctores se in compitis & triviis compellari amantium, sibi quod summi illius Doctoris esset vindicantium, & in sui verba, ad *ἐλαυτερότης* illorum morem, jurari postulantium. Quem in scopulum allidit hodie, qui summum se controversiarum Doctorem ac Judicem, qui non Pontificem se Magnum cum Christo sed Maximum dicit, qui nefario & sacrilego ausu in jura pariter & titulos summæ Majestatis invadit, cujusque sequaces Magistros se *ἐξόχους*, Doctores se, sed *Seraphicos*, *Cherubinos*, *Angelicos*, pari temeritate proclamari patiuntur. Alia nobis mens est, alia divo Gentium Apostolo, *Doctorem se geminum* dictitanti, *Doctores* Ecclesiæ præficiendi, à *Pastorum* Ordine quandoque secernenti, & divinâ constitutos eos autoritate pronuncianti. Sint illi ergo, qui Scripturarum adytis recludendis, obscuris declarandis, enodandis perplexis, veritati docendæ, errorive revincendo, hæresibus profligandis, sacratæ Deo juventuti imbuendæ,

Matt. XXXIII. 8. I Tim. II. 7. Eph. IV. 11. I Cor. XII. 28.

& ad sacri Ministerii labores efformandæ, in Scholis ac publicis literarum sacrariis præfecti atque constituti.

Quorum si primam attendimus originem, altius illam à Christianæ Ecclesiæ cunis arcessenda, & antiquiorum memoria temporum veterisque archiva Ecclesiæ replicanda. Non dicam ego, sacri hujusce Ordinis umbram quandam & imaginem Scholas exhibuisse Ethnicorum. Non, qui divina traderent pariter *Theologos*, qui doctrinæ laude præcellerent *Doctores* nuncupatos, & à Sacerdotibus, qui in templis sacra Diis facerent, distinctos. Non, *Doctorem* speciem retulisse quandam Perfarum Magos, Assyriorum Chaldaeos, Græcorum Philosophos, Indorum Brachmanes ac Gymnosophistas, Ægyptiorum Hierophantas, Romanorum Hætruscos, Gallorum Druidas, Hispanorum Turditanos, abstrusiori rerum cognitione & sublimioris sapientiæ famâ cæteris præstantes. Absit omen! Non extra matrem Ecclesiam in natalium suorum originem inquiri Doctor Theologus, & si Vetus quidem Fœdus attendit, muneris sui & dignitatis rationem quandam & effigiem conuictur in Patriarchis, Prophetis, Scribis denique in Judæorum gente ac Legis Magistris. Ad *Patriarcharum* dico ætatem assurgendum. Quos & Scholas *ὁμοφύλοις* suis, & advenis, vero Dei cultu imbuendis, crexisse pridem, mox tamen evasuras impietatis & imposturæ latibula, (ut vel solæ Hammonis & Dodonæ Oraculi sedes arguebant,) atque etiam publicas Doctorum partes implexisse, *Noachum* certè, *Semum*, *Abrahamum*, *Josephum* &c. cum ex sacris tum aliorum monumentis intelligimus. At verò quàm illustre Doctorum in sanctissimis *Vatibus* exemplar? Illinc concessum revelationis lumen? his credita est *scientia clavium*, & *cognitionis sermo*. Illinc erigere nutantem Ecclesiam, veritatem ire assertum, idololatriam profligatum, errores proscriptum? idem nobis hodieque muneris incumbit. Illinc juveniles informare animos, vacare Prophetarum filiis ad Doctorum pedes, publicis in locis & Academiis, jam Samuelis ætate, doctrinâ perfundendis? at qui eadem Christianæ Ecclesiæ Doctorum hodieque ratio est. Sic videas *Vatum* maximos, *Jeremias*, *Ezechias*, *Danielis*, extra Judææ ipsius pomeria, Ægyptios inter & Babylonios, hoc Doctorum manus subeuntes; quorum illis præceptoribus usos sed ingenioso commento, & Pythagoras & Platones, hunc verò sapientum Scholis per *Babyloniam* præfectum, purioris sapientiæ struxisse domicilia, veri cognitionem præscripsisse Numinis, & ex ejusdem Scholæ ruderibus tres illos produxisse Orientis Magos thura Christo nascenti adolentes, Viri Docti censuere. Sic solutâ captivitate Judæorum Doctores intelligas, *Esdram*, *Nehemias*, *Aggeos*, *Zacharias*, *Malachias*, primarios Concilii Hierosolymitani viros, Prophetarum ultimos, Legis interpretes, nec Ecclesiæ tantum sed & Scholæ principes. Tertio post Patriarchas & Prophetas loco, Doctores Judaicâ in Republicâ expressere *Scriba* & *νομοδιδασκαλοι*, Prophetarum quidam velut appendices, sacrorum interpretes, Mosis in Cathedrâ sedentes, & primæ non in Ecclesiâ tantum sed & Republica autoritatis. Quorum certè *Scribarum* ac *Legis* in Hebræa gente *Doctorem* ratio geminane fuerit an distincta, illinc forensia magis ac civilia tractarent, solam verò Legem *ei νομοδιδασκαλοι*; an verò illi in Synagogis, hi nonnisi in Scholis Legem declararent; Scribæ etiam imprimis Theoriæ & contemplationibus essent addicti, consuli in dubiis ac perplexis soliti, unde ab Herode de loco nascituri Messia soli interrogati; disquirendi nec locus est nec animus. Atque in hunc centum referenda prisca Judaicæ Scholæ lumina, *Simones*, *Sochai*, *Hilleles*, *Schammai*, *Jonathanes*, *Gamaliel*, multis omnes nominibus, iste etiam *Paraphrasi* luculenta, hic Pauli institutione, & æquiore quondam in Apostolos animo ac sententia, celebrati. Non verò jam moror ego tres quasi Doctorum inter Hebræos clas-

I Cor. I. 20.

classes ipsi Paulo distributas, quorum alia *Sapientium*, i. e. majorum placitis ac traditionibus adhærentium, *Scribarum* alia, scripturæ soli litantium, tertia συζητητῶν & *Disputantium*. Non refero tres multis Doctrinæ gradus ac dignitates, quarum minima (si Hebræorum voces usurpare hic mihi fas est) Rab, hac major Rabbi, tertia Rabboni, potiorum nempe scientia & autoritate, sortita fuerit appellationem. Quemadmodum post erectas in Babyloniâ Judaicæ Impietatis Scholas surrexere *Doctores Amorai*, seu γυνωμολόγοι, *Doctores Seborai*, δοκη(ῶ), *Opinista* Judæorum, his proximi, tandem novum Doctorum Genus *Geonim*, post confectam Gemaram, doctrinâ scilicet & sapientia excellentes. In hæc me diffundere, Auditores, nec instituti nostri fert ratio nec temporis; neque Doctorem agere me sed nec Oratorem meminisse debeo.

Quemadmodum ergo in Hebræorum Republica, alia Sacerdotum in templo sacris operantium, alia Legis Interpretum in schola docentium ratio; ita & cum Christianâ Ecclesia comparatum esse voluit non confusionis ille Deus sed ordinis. Procul illi, qui ad turbonum veterum prolapsi deliramenta, aliam hujusce conditionem censent, & Docentium gradus everfos, Platonis æqualitatem substitutam, promiscuam docendi ac Prophetandi libertatem indultam, totque putari prophetas quot qui Christo Sacramentum dixere volunt, insuper habito sive Apostolorum instituto, sive eorundem praxi, sive usu Ecclesiæ jam inde à prima illa ætate recepto, sive regula certa illa ac constanti, fieri debere omnia in Ecclesia ἡ ἕξις ἡ διακονία, & ἀκατάστατον omnem ac confusionem eliminandam. Habeant illi, cum damnatis pridem *Messalianis*, *Euchetis*, & delirâ *Montani* propagine, res suas; per nos sanè illud Apostoli fixum immotumque fuerit, dedisse Deum *alios Apostolos*, *alios Prophetas*, *alios Evangelistas*, *alios Pastores & Doctores*, ad mystici illius coagmentationem corporis; non secus atque in humano corpore diversa membrorum ratio functioque, non secus ac in benè constituta Republica & familia Dignitates variæ ac provinciæ inter plures distributæ. Verùm enim verò Apostolatu cum *Johanne Theologo*, primò vergente ad finem sæculo, extincto; prophetandi charismate sensim evanescente; Evangelistarum etiã ordine cum Philippo, Timotheo, Tito, Marco, Luca, aliis Apostolorum sociis & συνεργοῖς expirante; duæ fuere reliquæ in Ecclesia docentium classes, altera *Doctorem*, *Pastorem* altera.

Non me fugit, Auditores, fuisse qui communia horum studia, idem utrorumque munus, rationem eandem arbitrentur. In hanc venere sortem magna *Augustinorum* aliorumque Græcæ & Latinæ Ecclesiæ Antistitum nomina. Ego verò, ut ut promiscuam nonnunquam Doctorum & Pastorum appellationem, sed & combinatas plerumque partes, in *Cypriani*, *Gregorius*, *Basilii*, *Cyrilli*, *Augustini*, concesserim; ita sive ex vocum origine, sive ex mente Apostoli, sive ex Ecclesiæ praxi, suas Doctori suas verò Pastori vices adscribendas esse censeo. Non, quæ fuere suave delirantium somnia, quasi scilicet, ut Apostolos Episcopi, Prophetas verbi Præcones, Evangelistas Diaconi, ita Pastores Lectorum ordo, Doctores Exorcistarum ille, referrent atque exprimerent. Facebant nugarum isti propolæ. Ego sane ita sentio. Ut, quemadmodum *Pastorum* est pascere, quò in fide & pietate adolescat ovile Christi, ita *Doctorem* sit docere, erroris & ignorantia tenebras discutere; ut illorum munus in ἀπαγγελίᾳ, horum in διδασκαλίᾳ, illorum in sermonis, horum in cognitionis præcellentia consistat. Ut Pastores in Ecclesia, præsent in Schola Doctores. Ut illis certi gregis certo in loco sit cura demandata, hi toti Ecclesiæ quâ voce quâ scripto erudiendæ præfecti. Ut illi singulos ad vitæ morumque innocentiam, hi sacrata Deo pectora ad pascendam Ecclesiam, formant. Ut illi scripturas accommodatiùs ad rudiorum captum, hi eorum qui exercitiores, interpretentur. Illi lactis rorem instillant, hi solidiorem cibum præbeant. Illi vitiorum inquinamentis, hi hæresium & errorum mon-

stris arcendis operam collocent suam. Illi clavem regiminis, hi scientiæ administrent. Illi sint potestate quoad disciplinam, hi quoad doctrinam potiores. Illi Doctores ipsos quandoque ad officii legem revocent, hi Pastoribus etiã in controversis & dubiis suppetias ferant. Illi Doctores ut quosdam Ordinis sui fabros atque opifices, hi verò Pastores ut Episcopos qui animæ etiã suæ & salutis invigilent, habere necesse habeant; utrique diversissima dona & charismata, quæque rariùs in eundem simul effusa, ad muneris exercitium sui, alii in aliis exosculentur. Quæ Sacrorum Ordinum classes, ut amicè conspirant, ut mutuam sibi opem præstant, ut eòdem collimant, ita procul ab utrisque omnis invidiæ aut æmulationis sensus, procul ærugo, procul loliginis succus, sintque mutua, ut charitatis, sic existimationis officia. Ut etiã suæ cuique partes, suus Ordo, ita neuter in alterius messem præposterè immittat falcem, neuter alterius dicta factave exagitet inclementiùs, suas quique res agant, & conscientia quisque suæ rationes expendat.

Quod verò ita habeat, Auditores, quod hæc sit Doctorum cum Pastoribus ratio, hoc utrorumque discrimen, præterquam quod gemina Judaicæ Ecclesiæ facies, & Apostoli effatum, & diversissima utrorumque functiones arguunt, fidem facit ipsa constitutio Veterum, jam inde ab Apostolorum excessu usurpata. Unum instar omnium exemplum mihi florentissima quondam Alexandrina Schola præbeat. Vidit illa sacrarum se literarum studiis, jam inde à Marco Ecclesiæ illius fundatore, sacratam. Habuit suos illa Doctores, Catechetas suos, viros politiore doctrinâ & eloquentiâ mirè instructos, & ut Eusebii voces usurpem, ἐν λόγῳ ἢ τῇ πᾶσι τῆ θείᾳ ἀρετῇ præstitites. Fovit in sinu suo, & *Pantanos*, & *Clementes*, & *Heraclas*, & *Dionysios*, & *Didymos*, & *Origenes*, præclarissima ejusdem διδασκαλίᾳ ornamenta, quorum hic etiã quodam veluti portento, duodevigesimum vix annum prætergressus, hoc ipsum Doctoris munus implevit. Non retero alibi erectas per Orientis & Occidentis Ecclesias literarum sedes. Non Hierosolymas, non Carthaginem, non Constantinopolim, non Romam, perlustro. Non recenseo Episcopales domos, inde à Basili Cæsar. temporibus, hinc & Eusebii Vercellensis, Hipponensis Augustini, Martini Turon. dein & Monasteria ipsa conversa fuisse per Italiam, Britanniam, Germaniam, in Scholas bonarum artium ac S. disciplinæ. Non denique *Gregorios*, *Basilios*, *Cyrillos*, complures alios in hoc docendi genere præstantes, non innumeros è beatâ illâ turbâ Patrum ab iis omnibus instructos repræsentant quæ & Doctorem & Pastorem absolvunt, abstrusissima pandentes Theologiæ mysteria, masculè hæreticorum impetus sustinentes, nec minùs ab errorum & hæreseon quam vitiorum labe Ecclesiam repurgantes. Hæc si illustranda suscipere, frigeret jam oratio mea, nec mei memor essem nec vestri.

Neminem autem vestrum latet, arbitror, ut postmodum sæviente Marte, invalescente Pontificiâ Tyrannide, gliscente luxu, ea tandem successerint tempora quæ verè χεῖροι ἀγνοίας; ut densissimis quasi tenebris absorptus in pristinum propemodum chaos redierit Christianus orbis; ut squalore quasi & situ obsita fuerint sacrarum literarum studia; ut vix octavo & nono sæculo *Damascenum* unum Græcia, *Erigenam* unum Anglia, post Venerabilem Bedam, Scholasticâ & Theologicâ eruditione claros celebrarint; ut laudatissimum Caroli Magni, Scholas passim & Academiâ excitantis, studium, docentium supinitate, & Canonicorum otio luxuque, irritum evaserit; ut sensim à Scholis Theologia, à Templis Scripturæ exularint, adè etiam ut esse Biblia nescirent multi; donec tandem, duodecimo vertente sæculo, nova *Scholasticorum* ætas emerit. Quos sanè an Doctoribus & Theologis accenseam, hæreo, Auditores, & pendeo animi. Quid enim Doctores illos dicam? qui non docendæ veritati sed obscurandæ, qui errori incrustando, qui clarissimis fidei mysteriis invol-

vendis, sentibus ac spinis Theologiæ campo serendo, incubuere toti. Quid Theologos? qui Logices ac Sophisticas mancipia; qui purissimos sacræ illius disciplinæ fontes quæstionum cœno & opinionum rivulis conturbant; qui castissimam illam virginem cum foedâ & hirtâ Philosophiâ conjugatam voluere; qui rarissimè aut nunquam ad Scripturæ normam, plerumque ad Patrum scripta, Pontificum decreta, Romanæ Ecclesiæ placita, Aristotelis potissimum effata, sua exegere dogmata. Sunt hi tamen *Magistri* illi eminenti quâdam ratione, (ut *Tertullianum* olim *Cypriano*, sed dispari modo,) vocitati. Sunt illi *Doctores*, barbæ fati dicti, *irrefragabiles*, *invincibiles*, *singulares*, *Angelici*, *Seraphici*. Sunt illi Theologi, qui Theologiam icilicet ab inferis revocarunt, & in Scholas eodem ferè tempore, quo & Justinianæos codices *Lotharius Saxo*, & rescripta Pontificum ac Decretalia *Gratianus* invexere; quorumque familiam duxere *Lanfrancum* & *Lombardum* ille sententiarum Parens, auxere *Albertum* & *Thomistarum* ac *Scotistarum* greges, cumularunt tandem *Durandi* & *Occami* rixolæ propagines.

Sed affulsit, affulsit tandem aliquando Cimmeriis hinc tenebris fulgentissima lux Evangelii; vidimus beata illa tempora, quibus sua doctrinæ puritas, suus Theologiæ nitore, suus Scholis splendor, suum sacræ eruditioni pretium redditum; nec verè tantùm se in Ecclesiâ Pastores, sed & in Scholis Doctores præstitere, *Lutheri*, *Zwinglii*, *Calvini*, *Melanctones*, *Beza*, aliique primæ Reformationis patres. Et quod ipsi vos inter prima hujus Academiæ decora censetis, excepit alma vestra Mater gremio suo Doctorum in Batavâ Ecclesia coryphæos, *Dieckios*, *Cæsares*, *Cloppenburghios*, *Wilhelmios*, *Valkenierios*, *Floccenios*, *Hornios*, vidit, audit, suspexit, *Tremellios*, *Junios*, *Zanchios*, *Ursinos*, &c. quorum hic ipse locus beatus aspectu, quorum hi ipsi parietes personuere voce, quorum ex ipso hoc loco lucubratissima excipere licuit effata, quibusque hunc Candidatum usum decessoribus, inter primas felicitatis suæ partes reputat.

Sed ad lineas revocandus sum, Auditores, ne dum fufius quàm par erat de Doctoribus Theologis verba facio, per meum illi lætus vapulent, & molesti audiant Oratores. Sanè, ut tandem vela contraham orationis, quando ea est dignitatis hujusce ratio, ita non cuivis patet ad hanc Corinthum aditus, superandæ syrtes & scopuli, precibus cœlum fatigandum, vota Deo nuncupanda, labores exantlandi, disciplinæ exhauriendæ, scientiarum & eruditionis omnis apparatus adornandus, nocturna diurnaque manu codices sacri versandi, in volvendis iis sudandum, algendum, lucubrandum, nec nisi immensa Theologiæ spatia feliciter emensis hanc tandem metam, hoc summum Theologi fastigium, contingere datum est. Quod ut benè ac sapienter majores nostri perpendere, ita neminem ad Doctoris Theologi five munus five dignitatem admittendum censuere, nisi re accuratius expensa, & exploratâ eruditione, & præviis doctrinæ hand vulgaris documentis. Apage præposteram Rabbiorum, in Doctorum titulis five pretio five favore quodam conferendis, temeritatem. Apage Romanensium instituta; quibus verè Simonis successoribus, non Petri sed alterius, venalia omnia,

Templa, Sacerdotes, altaria, sacra, corone, Ignes, thura, preces, calum est venale Deusque.

Valeat, longum valeat, à Scholis Theologicis nimia facilitas admissionis, & personarum omnis acceptio; nec à Scholis tantum exulet verùm & ab Ecclesiis. Alia Clarissimo huic Candidato nostro in sacris honorum titulis ambiendis, alia nobis in conferendis, mens fuit: & post consilii sui rationes nobis expositas, post consecrata non Ecclesiæ suæ tantùm sed & Scholæ studia, post exactos complures in variis Germaniæ ac Fœderatæ Belgicæ Academiis annos, post auditum non unum in iis Gamalielium, post comparatam sibi eximiam fufamque eruditionem, post Theologitum stadium pri-

Tom. II.

dem decursum, & edita illius insignia specimina, post exantlatos sacri Ministerii difficillimos labores, post publicæ Professionis honoratissimum munus cum laude Hammonæ adimpletum, post denique testatam omnibus bonis singularem vitæ ac morum innocentiam, post novissimè probatam nobis quâ publicè quâ privatim suam in re Theologicâ peritiam, adeoque post superatas non erroris, non ignorantia, quod parum fuerit, sed livoris, sed obtrectationis, quæ bonorum fatum sæpè esse solet, pettes malesanas, nos & illius respondentes desiderio, & majorum vestigiis insistentes, & Scholarum atque Academiarum omnium mores imitati, & ex canone charitatis scopum illius mentemque interpretati, honores sacros, id est *Licentia ac Doctoratus*, discernendos ei ac conferendos censuimus. Quod priusquam aggredimur, Præstantissime Candidate, ut Tuæ hactenus eruditionis ita & dicendi facultatis specimen Illustrissimo huic Auditorio, tradito ab Antecessoribus more, Tibi exhibendum superest, & cujus ego originem ac dignitatem, illius Tu Doctoris Theologi officium brevi ac nervosa oratione adumbrato.

Atque hactenus, Auditores, Legibus, consuetudini, vestrae adèd omnium expectationi, Candidatum nostrum fecisse satis ego sane intelligo. Quemadmodum verò scientiæ ac cognitionis, sic sui sunt honorum ac dignitatum gradus; quemadmodum in Ecclesiâ, sic in Scholâ habenda ordinis ac decori ratio. Ut ergò consistamus intra positos decessoribus nostris limites, à Licentiæ Theologicæ ad DOCTORATUS honores fuerit asurgendum. Quos quidem priores ut impetret Clarissimus hic Candidatus, à Te, Vir admodum Reverende & Celeberrime, JOHANNES HENRICE HOTTINGERE, Theologicæ Facultatis Decane, efflagitamus ac contendimus, Tuumque fuerit pro eâ quâ instructus es autoritate, facere illi ad supremos honores aditum.

Ad Te iteratò jam redeo, Doctissime *Licentiate*, quo jam titulo, ut primo virtutis Tuæ eruditionis ac laborum præmio, compellendus venis, & vel hic gradum sistere, vel *Doctoris*, qui summus Theologorum honos est, ambire titulum ac dignitatem, Tuæ optionis impræsentiarum fuerit.

QUOD ERGO FELIX FAUSTUMQUE SIT, PATRIÆ etiam, Ecclesiæ, totique Reipublicæ Christianæ salutare, IN NOMINE SS. & individua Trinitatis, Patris Filii & Spiritus S. AUTHORITY INVICTISSIMORUM Principum, Ruperti Senioris Junioris ac Præjunioris, Comitum Palatinorum ad Rhenum &c. laudatissimorum Academiæ hujusce Fundatorum, nec non AUTHORITY Serenissimi Principis ac Domini Caroli Ludovici, Comitum Palatini ad Rhenum &c. ut Reipublicæ & Ecclesiæ sic Academiæ gloriosissimi Instauratoris, speciali etiam LICENTIA ab admodum Rev. & Clarissimo Facultatis Theologicæ Decano mihi concessâ, ego FRIDERICUS SPANHEMIUS, ad ipsum hunc actum Promotor ritè designatus, Te JOH. SEOB. FABRICIUM nomine, gradu, & dignitate Doctorali exorno, Teque SS. THEOLOGICÆ DOCTOREM dico, creo, renuncio, renunciatum proclamo, proclamatum ab omnibus pro Doctore Theologo haberi volo atque jubeo, facioque Tibi potestatem Doctoralem Cathedram occupandi, Sacras Literas enarrandi, de quibuslibet fidei Christianæ capitibus disputandi, consilia dandi scribendique, hos ipsos honorum gradus legitimè in alios conferendi, quin etiam privilegia Tibi omnia, immunitates, prærogativas, quæcunque S. Theologiæ Doctore vel legibus vel consuetudine concedi tribuque solent, tribuo, largior, atque impertior.

Quemadmodum verò, Auditores, ritibus quondam variis ac ceremoniis Sacerdotes, quibus & Sacerdotii dignitas & sacerdotum officium adumbratum, sub Veteri Testamento initiari soliti, oleo perfundi, aqua lustrari, vestibus auro nitentibus & gemmis indui, caput mitra & corona redimiri, frons lamina, tunica humeri, pectus opere gemmato, lumbi balteo exornari: ut

Rrrr

ipfos

ipſos etiam Ethnicorum myſtas non abſimili ornamentorum uſu inaugurari fuit in more poſitum, inſala, pallium, galerus, pileus, mitra, annulus adhiberi ſolitus: ut Judæorum veteres ſolennibus Doctores ceremoniis, imprimis clavium traditione, ut qui ſcientiam ſuo quaſi cluſam pectore, promendam aliis atque aperrendam ſuſciperent, renunciabant: ita ad horum omnium imitationem & exemplum noſtri Majores novos Scholarum Myſtas, certo rituum & ceremoniarum apparatu, initiandos ſapienter judicarunt. Quos eo lubentiùs facer hic ordo uſurpandos cenſuit, quod præter Veteris Sacerdotii inſtitutum, nec ſui etiam Chriſtiane Eccleſiæ, *χρησθείας* ſanè jam ipſa Apoſtolorum ætate, ritus deſuerint. Quo ergo labore ut paucis nec admodum operoſè deſungamur, vos Miniſtri Academici noviffimum hunc Doctorem, in hanc ſuperiorem Cathedram deductum, coràm me ſiſtite.

Ac primùm Te in ſuperiori hac *Cathedrà* collocatum volo, non, ut quò es ſublimiore loco, eò altiùs caput efferendum arbitreris. Abſit ab homine Theologo tam indigna cogitatio, nec indigna tamen imperante de rupe Tarpejã Pontifice, qualis Sixtus V. ſuperiori Seculo, qui quum capite in terram prono & demiffio progreſſus ſemper in publicum eſſet Cardinalis, mox ſublimate ad Pontif. dignitatis apicem nunquam deinceps terram humiliter reſpexiſſe, ſed Reges & Principes ſuperbo vertice tranſcendere viſus. Te modò Doctorem, pro veterum Hebræorum more, in docendi ac præſidendi ex ipſo hoc loco poſſeſſionem mitto; ut tantò Te aliis doctrina ſuperiorem præſtes, quantò hic ſuggeſtus inſimis ſubſelliis altior; ut quaſi in ſpecula quadam conſtitutus, facem diſcentibus præbeas; ut omnium oculos in Te converſos intelligas; explicandas etiam deinceps orbi toti Chriſtiano, veluti diſcipulo, eruditionis, ſanctimoniae, omniumque, quæ Theologum decent, virtutum merces; eò etiam ruere graviore lapſu quo plus in altum quis tollitur; quin eò magis conſpicuos eſſe nævos, quo quis illuſtriori è loco omnium oculis patet; & quo auguſtus eſt Theatrum, eò teſtes eſſe & plures & rigidiores.

Amplexu etiam ego Te, Frater, & *Oſculo* publicè excipio; quorum ille ſacræ & fraternæ conjunctionis, hoc etiam reverentiæ & amoris erga Te mei argumentum, ipſis, non Ethnicis tantum, ſed Chriſtianiſ ſacræ communioni conſeſtandæ pridem uſurpatum, hoc ipſo Tibi & ſuperatos labores, & recens adeptos Doctorem titulos, & Ordini inſitionem noſtro, ſanctè & ex intimis viſceribus ac cordis affectibus gratulatus.

Olim etiam infulis, & togatis veſtibus, & mitris, & pileis, & annulis, aliisque id genus ornamentis, Sacerdotes & Philoſophos decorare ſolente fuit. Sat nobis verò hodie fuerit, ad modèſtiorum exemplum, *Pileo* caput obtegere tuum. Ut olim *madata* docentium capita, ita hodie operta tectaue quoddam ſunt publicæ authoritatis indicium & argumentum. Quin ad pileum, ut libertatis inſigne, vocati pridem, ſive liberti, ſive carceribus emittendi. Ita Te hodie manu miſſum quaſi, & à ſubjectione, ab ignorantia ſervitute, à triumphatis antea vitæ moleſtiis, liberum atque immunitum eſſe intelliges.

Quin & *Annulo*, ut Equeſtris, ut Episcopalis hodie, ita Doctoraliſ dignitatis inſigni, digitum tuum exornò. Qui ut etiam ingenuæ libertatis, ita imprimis fidei conjugalis ſymbolum quoddam fuit. Ergò me ſacrorum Antiftite, Sacram Theologiam Tibi hodie deſponſatum arbitrato, fidem Te illi obſtrinxiffe Tuam, & beatam illam Tuam eſſe fortem, qui Penelopem illam multis fruſtrà expetitam procis in perpetuam vitæ ſocietatem atque conſortium nactus ſis. Hanc colito, hanc amato, huic adhæreto; in caſtiſſimos huiuſcè amplexus exardeſcito; quo hæc Virgo cæteris & caſtior, & elegantior, & excelfior; quò hoc ipſum metallum reliquis & perennius & deſecatus, eò Te magis ad pu-

riorem cæteris vitæ conſuetudinem atque innocentiam obſtringi intelligito.

Sed & recepto à majoribus more, Codices ſacros utriuſque Fœderis in manus deſero Tuas. Idque eo poſitiſſimum inſtituto, ut ad ſolam hanc amuſſim omnia exigas Theologemata, ab hoc ſolo Judice pendeas, ad ſolam hanc Scripturarum faciem vias Tuas dirigas, ex ſolis hiſce Iſraëlis fontibus irriges ſacræ Jovecotutis animos, ex ſolis hiſce uberibus emulgeas ſincerum illud hæc veritatis. Quinetiam ut nunquam de manibus Tibi hoſce Codices deponendos intelligas, & quod de Alexandro Macedone Veteres, ipſi etiam ſonnum capſenti individuos adfuſſe comites ſcipionem & Homericum poëmation, ne dicam & *Chryſoſtomum* ſub pulvini *Ariſtophanem* recondentem, idem Tibi, in circumgeſtando Scripturæ gladio, & ſacris Codicibus jugiter uſurpandis, uſu veniat.

Apertos Tibi eodem exhibeo, ut vigiles in eos convertas oculos, ut noris Tuum eſſe ſacratiffima hæc Oracula non ſub medio condere, ſed in propatulo emarando collocare, & eos inibi ſcientiæ & cognitionis theſauros eſſe reconditos, quos exhaurire nunquam poſſis. Eisdem offero clauſos, ut Doctorem Te eſſe memineris, ita in Scripturis exercitatum, ita ſacris imbutum literis, ut ex pectoris Tui ſcrinio & mentis theſauro memoriæque promptuario reſponſa promere, extra librum & muſæum ſapere, & exemplo valeas doctrinæ atque eruditionis emittere in ſeruiſone & in chartis documenta. Atque ita tandem, Auditores, quod fuerat mearum partium exercitum me eſſe puto, & ſi non vſtræ de me exiſtimationi, officio ſanè reſpondiſſe meo. Quod ſuperest, Tu debito te exſolve, & Deo primùm Opt. Max. Sereniſſimo exinde atque Clementiſſimo Principi, totique Illuſtriſſimo Auditorio debitas repende gratias.

D I X I.

ORATIO III.

DE

AUDITORIIS VETERUM.

DICTA

Cum recens inſtauratum Theologorum Auditorium publicè in Heidelbergenſi Univerſitate ac ſolenniter conſecraret, xv. April. Anno Æræ Dionyſianæ c10 12c LVII.

SERENISSIME PRINCEPS, S. R. I. ELECTOR ET VICARIE, DOMINE AC PATRONE CLEMENTISSIME. VIR PRINCIPALI LEGATIONE EXCELLENTISSIME. RECTOR HUIUSCE UNIVERSITATIS MAGNIFICE. AUDITORES OMNIUM ORDINUM, GENERE, DIGNITATE, ERUDITIONE, ILLUSTRIS, AMPLISSIMI, CLARISSIMI. TUQUE GENEROSA ET LECTISSIMA STUDIOſORUM JUVENUM CORONA, SPES PATRIÆ ET ECCLESIÆ.



NEMINEM veſtrum latet, opinor, quæ me cauſa hunc in locum induerit, & hoc quicquid eſt à me officii eſſagitarit. Scilicet, ut pro laudatiſſimo Majorum inſtituto, & recepto ubique Gentium & locorum more, ſacram hanc ædem, è veteri tandem rudere reſtitutam, ſolenni ritu, ac votis, non ſine aliqua præſatione, Deo Opt. Max. nuncupatis, ſacerdos ego conſecrarem. Ergo hodie noſtro Theologorum Ordini accidiffe intelligo, quod Arcæ quondam Fœderis, ſacro illi propitii Numinis, & perennitatis felicitatis in Judaicâ Gente (verràs quàm in Romanâ deſapſum illud cœlo ancile aut Peſiſtantia ſimulacrum Deæ) pigori & argumento. Poſt variè jactatam illam, variisque ſedibus motam, ſuprà tandem fixas eas & immotas occupa-

cupare iussa. Ita id tandem singulari beneficio Numinis, & auspiciis Maximi Principis, & largâ ejusdem manu, fieri hic Ordo consecutus est, ut post vagas & mutuatitas sedes, suis se hodie redditum, sui se factum juris, & in pristinam quasi libertatem assertum intelligat. Nempe hoc unum ad fastigium illius ac decus, post reddita illi non sua tantum sacra, mystas suos, suos clientes, sed & novissimè vestro omnium applausu, jura sua atque solennia, deesse videbatur. Quidni ergo hic dies fieri nobis fuerit & festus, & gratam hac ratione mentem pro novi beneficii auctario contestemur? Nolite tamen, Auditores, vel prolixam expectare à me orationem, vel elucubratam, vel sive rerum sive verborum delectu vestris auribus vestroque confluxu dignam; & quamquam aliàs verba faciens, tenuitatem vobis ego meam curtamque dicendi supellectilem exposui, illius potissimum hodie conscientiam ducor, qui vix præfanda mihi pauca ex hoc loco intellexi, quam simul temporis me ratio ad dicendum vos ad audiendum invitavit. Procul ergo à me cothurni, procul ambages, procul phaleræ, simplex mihi & inornata decurrat oratio; meque compendio dicturum, labantem alias ac diffusum mihi, proniori vestra in me voluntate, benevolis auribus, ac benigniore vultu, erigite & excitate.

Quid verò præferer, Auditores, quid dicerem, hoc ἀνεροαθήριον, hanc Ædem facturis Deo Musis nostris sacram? præterquam, de Auditoriis Veterum, locisque publicis, suis pariter Musis, suæ Palladi, imbuendæ suæ ac formandæ Juventuti dicatis. Et qui nuper ego, de Doctorum origine ac dignitate, quidni hodie de Doctorum sedibus, non anxie, non operosè, non ostentaturus industriam, aut explicaturus ingenii & eruditionis copias, perorarem?

Sed neque rem altius repetam, aut ad illa jam devolvam primi orbis tempora, quæ Græcis ἀθλα, quorumque ratio extra Mosaicas Origines obscura nobis. Habuerint illa suas literarum sedes, at non alias quam vel privatos Patriarcharum lares, vel certè montium-cacumina, aut lucorum umbras, aut nemorum vireta, aut camporum spatia, qualia mox à diluvianis temporibus sapientiæ & literis sacra fuisse constat. Hinc sanè si initium dicendi facio, quid referam Babylonis illa Campestria, excolendis etiam scientiarum & astrorum studiis, hinc struendæ turri quæ caput inter astra conderet, audacissimis mortalium pridem occupata? Quid dicam Mamræ Convalles, quid Beerlabæ Fomes, quid sive lucis opaca, sive aquis irrigua, sive in planiciem exportecta Abrahami, Isaaci, primorumque Ecclesiæ Doctorum domicilia? Quid illam Dodanum in Epiro positam sedem, quercus inter & lucos? quid illam Chami in vastissimis Lybiæ spatiis, in quâ illi sub Hammonis appellatione supplicatum, quæque primò, in sapientiæ Scholas primis illis novi Orbis Patribus erectæ, mox impietatis evasere latibula? Neque aliæ antiquissimis hisce temporibus quæsitæ Musis sedes; quas dum animo obverso meo, modò cum Græcorum vatibus conscendo Heliconios & Parnassios Phocidis montes, superantes cacumine nubes; modò consisto ad Acidalios, & Cabbalinos, & Hippocrenes amoenissimos fontes, modò me gelidum delectat nemus & densos oberro per lucos; modò cum vetustissimis Celtarum mystis incæduas inter sylvas, & querceta, unde Druidarum sortiti appellationem, propemodum horreo; modò cum prisca Bactrorum & Indorum Magistris, in explanatis & patentibus campis liberius mihi videor evagari. Nec mirari vos velim sapientiæ studia hisce primùm in locis exulta. Quid agerent, tum urbibus vel oppidò paucis, vel ædificiis propemodum vacuis, vel angustiore intra limites & contractiora mœnia coarctatis? Quæ loca etiam aptiora Musis, quam quæ partim irretiant amœnitate sui, reficiantque fessos studiis animos, partim secessu suo secretiora sint ab omni voce & strepitu, & aliis id genus avocamentis? Quanquam sanè nec probem

ego austeriores illos, horrentes societatem omnem atque congressum, quosque veriùs Timonas, & μισανθρώπους, & lucifugas, & umbraticos, quam Doctores & Philosophos appellaris.

Verùm enim verò ad cultiora mihi progrediendum tempora, quibus literarum studia jam in Urbes, Aulas, Tempa, & loca sive ædificiis splendida, sive hortis confita, sive nominibus aliis illustria, sapienti consilio fuere traducta. Heic verò tanta rerum seges, tam ubera & luxurians sese offert dicendi materies, ut hæream, Auditores, & quò me vertam nesciam. Alias vidè politioribus Ethnicorum gentibus literis sacras sedes, Hebræis alias, alias denique Christianis. Ethnicos si specto, primos ego Babylonios sive Assyrios sive Chaldaeos, intra amplissimæ Urbis mœnia, sapientiæ, astrorum imprimis, studium coëgisse intelligo. Imò verò splendidissimas Babylone Scholas Magis & sacrorum interpretibus erectas, quis in dubium vocet, qui præter docentium auctoritatem, superbiam urbis, qui regias, qui Belo dicatam ædem, qui minaci proceritate turrim, qui obeliscos, qui porticus, qui pensiles hortos, qui operum omnium splendorem mecum pensitarit. Quin eadem quæ Regum ita & Musarum sæpè domicilia, illis temporibus, quibus ad fastigium hujus Majestatis nonnisi sapientes evecti, quibus & regnabant Philosophi & philosophabantur Reges. Quod si à Babyloniis ad Ægyptios deflecto, horum Scholæ, Tempa, adyta, sacra Numinibus ædes. Neque hæc vivâ personuere Doctorum voce, non hic penduli dicentium ab ore discipuli, sed abstrusissima quæque mysteria insculpta saxi, sinuoso literarum flexu, animalium specie, volucrum ferarumque figuris adumbrata. Adeò illis omnia, sive ex invidia, sive ex superstitionis quodam sensu, recondita, obscura, mystica.

Sed age, in Græciam, omnis tandem sapientiæ matrem, mea divertat oratio; age, doctas proficiscar Athenas, totius quoddam Græciæ compendium, literati orbis dominam, eruditionis omnis imò Minervæ ipsius verissimam sedem. Heic divinum modò Platonem in Academia spatiis, nemorosus illis & irriguis, sublimia philosophantem audire juvat; modò Stagiritam in Lyceo & Peripato suo, inter arbuta & vireta, inambulantem, & vestigia imprimantem mollius, & naturæ quasi totius arbitrum leges illius & arcana pandentem; modò Zenonem in gratâ illâ & variegatâ porticu, opere sculpto pictove distinctâ, disputantem acrius, & concludentem subtilius; modò Epicurum in hortis suis locisque confitis, & arboribus densis, novaturientem; modò Rhetorum & Poëtarum greges in Agrippæo & Ceramico, publico nempe & Praxiteles statuis decorato loco, perorantes, & demulcentes audientium animos, & modo solutæ orationis, modo adstrictæ & ligatæ numeris, præcepta tradentes. Quid vero mirum, ad hanc non Musarum tantum, sed Gratiarum, non Palladis, sed venerum omnium & amœnitatum sedem, studiosam confluisse Orbe toto juventutem, Reges etiam Regumque filios, ubi jam non in præruptis montibus, aut horridis sylvis, aut desertis campestribus, aut tristissimis sedibus, sed deliciis affluentibus omne genus, naturæ certatim & artis beneficio exultis, studia tradita cœpta tractarique. Tantum, Auditores, venustas loci, salubritas, ornatus, ad solatium animi, literarum otia, cultum ingenii, & Scholarum conferre potest incrementum.

Non jam ego hic moror alia per Græciam, Thebanos inter, & Corinthios, & Æolas, & Peloponnesios, Musarum ac scientiarum templa, omnium instar Attica illa fuerint, ad quæ reliqua ut ultimæ magnitudinis sidera ad fulgentissimi illius astri splendorem evanescere. Non exhibeo sacrarum literis ædium structuram & effigiem quandam; non refero limini, postibus, valvis, insculpi sæpè solita Sapientum documenta, & argutè dicta; non ut plurimum in sapientiæ domibus positas imagines, & statuas, sæpè certè Amoræ, quo in

Musarum desiderium exardescere noscent juveniles animi: temporis me ratio vocat in *Latium*, & urbem latè terrarum victricem, heicque ingenuarum artium Ludos, & dicata publicæ ἀγοαίαι, Philosophis Rhetoribus & id genus hominibus frequentata loca, lustranda mihi intello.

Quid autem omnia in hac angustiâ temporis oratione complectar? Quid aperiam singula & oculis quasi vestris haurienda subjiciam? Quid memorem Augurum & Philosophantium Collegia, Historiæ Romanæ principibus memorata viris? Quid dicentium, & sive ad populum sive ad Senatum Academico more declamantium stationes? Quid *aræ* ego publicas, quid *forum*, quid *rostra*, Romanæ illud tuadæ templum suggestu ex rostratarum navium spoliis extracto? Quid *Auditoria* pulpitis, subtelis, cathedris, pulvinis, instructa & passim per conductitias dispersa domos? Quid *Frontoni* hortos & platanos, convulsæque marmora? Quid *Capitoni*, *Stella*, *Quadrati*, aliorumque privatas sed capacissimas ædes lecturis aut recitaturis occupari sæpe solitas? Quid *Balnea*, quid *Basilicæ*, quid *Theatra*, in queis sequiores sive Philosophi sive Rhetores merces venditare suas? Quid Marco Tullio apertum in *Tusculano* agro Lyceum, & Athenarum exemplo nemore & porticu illustrem *Academiam*, unde Tusculanæ illæ & Academicæ fluxere *Quæstiones*? Sed quid celebratissimum illud *Athenæum*, Hadriani Cæsaris monumentum, Poëtarum, Oratorum, ac publicè profitentium amplissimam ædem, Athenæ seu Minervæ sacram? Quid *Capitolium*, in eoque constituta publicis Legum Doctoribus, Philosophis, Grammaticis etiam Sophisticis & Eloquentiæ Magistris, Auditoria? Quid denique *Gymnasia* dicam alia exercendæ Juventuti, quid Ludos Literarios, & Scholasticum adolescentum pulverem? quæque omnia si fusiùs enarranda susciperem, vos merito & Orationis fastidium meæ, & Auditorii hujusce nostri, quod malum avertam omen, tædium caperet.

Nunc vero pede retrogrado ad *Hebraeorum* me instituta converto, & *doctrina ac congregationum* quas dixere domos, quasque, pro diversa temporum conditionisque suæ ratione, habuere varias. Equidem si attendimus Sacræ illius Reipublicæ quandam veluti sub Judicibus infantiam, parciore jam illæ & minus obviæ, nec nisi privata literarum quæ patrum familias domicilia, & si quæ publicæ institutionis sedes, in *collibus* ferè & celsioribus locis, quorum frequens Josuæ & Judicum scriptori mentio, positæ eæ ac constitutæ. Samuelis ætate sanè, quâ jam sumere lacertos, & ad quandam quasi juventutem coepit assurgere, quid aliud *Collis* ille *Domini*, & Ephraimitarum *Naiash*, quæ dicuntur scriptori sacro Prophetarum, Samuelis ipsius, habitatio, quid, inquam, aliud, quàm Auditoria & Scholæ quædam ad colles illos, ut gratas & saluberrimas sedes, & Numini ut plurimum sacras? Quinam illi *Prophetarum cœtus*, præterquam sive Doctorum, qui vatium instar ad modulantium voces quandoque afflati Numine, & in quandam quasi ecstasim rapti, sive dicentium examina, quique hoc nomine audiebant Prophetarum filii? Quod si venio ad masculum Reipublicæ illius robur, & virilem quandam ætatem, ac Salomonis illa tempora, quibus nec lætiora nec pacatiora unquam Judaica vidit Ecclesia, hic jam ampla non in Hierosolymitanâ tantum urbe, sed quâ latè patuere Judæorum fines, Collegiorum Scholarumque messis, ædificiis & Auditoriis ad arces structis & colles, & orationi publicæ consecrata loca. *Synagoga* imprimis, sive conventuum & confessuum ædes, ad ἀγοαίαι & audiciones publicas, jam ante Babylonis exilium erectæ plures. Quarum certè quam multifariùs verpis usus, nec ad orandum tantum (hinc *προβουχαι* & *προβουχίαι* Græcorum filiis) non ad consilia tantum publica (unde eadem Hebræis aliquando Curia & Schola) sed ad publica etiam judicia usurparentur, & delinquentes sive sacra communione arcendos sive corporalibus etiam suppliciis plectendos;

potissimus tamen usus ad institutionem fuit, & sive populo Mosem & Prophetas ἡ πᾶν σάββατον declarandum, sive juventutem scientiis, cœlestis certe sapientiæ mysteriis, initiandam. Hinc modò *φροντιστήρια* modò *διδασκαλεία* Platonis æmulo Philoni; hinc ἀγοαίαι opportuè in illis adornata; hinc illic & docentium cathedræ, & sedilia dicentium ad Magistrorum pedes posita; hinc ibi librorum & Bibliothecarum fedes; hinc sequior Judæorum natio & exiliis vaga huc illuc errans, idem hodieque in Synagogis imitata suis; hinc denique tanta illæ pullulare copia, ut ante Hierosolymorum excidium, si Judæis fides, ad quingentas fermè, latissima urbis moenia suo sint ambitu complexa. Non jam extra Judææ terminos, dispersam illam sub Assyriis, Babylonis, Ægyptiis, Syris, Romanis, per orbem terrarum insequar gentem; non memoratas in sacris, Damasci, Salaminae, Antiochiæ Pisidiæ, Iconii, Thesalonicae, Beroæ, Athenis, Corinthi, Ephesi, Scholæ & Ecclesiæ; non celebratas Judæorum Magistris jam inde à Gentis excidio, Pumpeduntanam, Tiberiensem, Alexandrinam, imò Oriente toto inter remotissimos etiam Sinenfium & Indorum populos, Synagogas & Academias; non, si vera *Tudelerfis* ille, sæpe marmore, columnis, porticibus; auro sæpe & argento superbas. Hæccine oratione persequar, Auditores? imò verò liberabo quam dedi vobis in ipso limine brevitatis fidem, & concitato pede peragratis *Christianorum* Veterum Scholis & Acroteriis, faciam dicendi finem.

Sanè illa fuere in Christianâ Republica tempora, quibus vagiente adhuc in cunis Ecclesiâ, medios inter hostium veritatis insultus, nulla illi vel Tempora, vel Gymnasia, vel Basilicæ. Non nisi in *canaculis*, *balneis*, *porticibus*, *aræ*, per privatorum passim ac fidelium domos, auditæ docentium voces. Profanarum verò quod attinet literarum studia, vel neglecta Christianorum primis, unde pagani studiorum rudes, literarum profani, expertes artium etiam fordidarum, audivere; vel, quod probro vitioque Julianus illis aliquando vertit, ex Gentilium ore, in Scholis eorundem & Auditoriis, haurire necesse habuerunt. Sed neque diu hoc fuit illorum fatum, durum sanè & acerbum, & vidit alterum à Christo seculum in *Alexandrinâ* sede florentissimam Scholam & Academiam; Christianos Cathedris publicis præfectos; Christianas jam Athenas, quæ, post eò translata Philadelpho literarum omnium studia, Athenæ quondam Ethnicæ; illa ipsa pulpita, illos ipsos suggestus, ἀγοαίαι illa ipsa, quæ pridem sub sagacissimo regum occuparant Demetrii, Callimachi, Apollonii, Arati, Bionis, Theocriti, Aristophanes, Conones, Hipparchi, jam replere Pantænos, Heraclas, Clementes, Origenes, clarissima in orbe Christiano nomina. Uti verò ita crescere illâ ætate & multiplicari coepit Ecclesia, ut jam impleret urbes, insulas, castella, municipia, ita passim obtinuere Gymnasia & Auditoria publica, qualia etiam *Carthagine*, tertio vertente seculo, magnifica fuisse ac splendida, memoriæ proditam. At translatis ad Christianos Cæsares Imperii Romani fascibus, ut *Theatra*, ut *Delubra*, ut *Deorum Tempora*, Christianis usibus sacrata, ita & *Collegia*, & *literarum Ludii*, & *auditionum loci*. Ipsum Romæ *Capitolium* sub Theodosiis & Valentinianis omnium fuisse disciplinarum *ολυνηλειον*, ex utriusque Constitutionibus hodieque intelligimus. Ita mutatâ imperii sede, diviso jam Orbis Principatu, *Constantinopoli*, *Cæsarea* Palestine, aliaque per Orientis loca, ædificatas bonarum artium ac literarum ædes, erecta Doctorum discipulorumque choris Auditoria, recensere longum foret & operosum. Dicere quinetiam superfedeo tristissima Scholarum illarum fata; taceo, furente per Orientem & Occidentem Marte, sapientiæ hæc loca diruta, subversa, æquata solo,

— ad usum traducta profanos.

Omitto Magni illius Francorum & Germanorum Imperatoris in restituendis illis per Galliam, Italiam, Germa-

maniam studium; erectas illi *Parifonsem, Bononiensem, Retoviensem*, nobilissimas scientiarum sedes; secutas sine numero per Orbem Europæum Academiæ, Universitates, Gymnasia, Collegia, Scholæ Illustræ; in his *Auditoria* sæpè columnis splendida, sæpè pictis sculptive operibus exornata, sæpè auleis instrata, sæpè porticibus & arcibus ampla, sæpè ambitu patentia, sæpè virescente arborum comâ inumbrata, hortorum inter ac fontium delicias. Non refero ad Scholarum nostrarum exemplum, efflorescentes etiamnum longè plurimas per latissima Turcici atque Persici Imperii & Africæ spatia, quæque sive ædificiorum splendore, sive locorum ornatu, sive Bibliothecarum subsidiis, nostras aliquando multis parafangis antecellant.

Ab instituto hæc aliena meo; ad carceres redeo, Auditores, ad ipsam hanc *Ædem*, ipsum hoc Auditorium, cujus inaugurandi consecrandique gratiâ confluximus. Sanè si hoc cum Veterum Auditoriis confero, si ad Scholarum pridem rationes expendo, nuspiam hic Atticæ Academiæ spatia, non Lycei ambulacra, non Stoæ ornamenta, non Romani Capitolii splendor, non Athenæi ille ambitus & Gabino Albanove saxo (ut Romanorum ædificia) solidatum opus; nuspiam hic nitor ille & appatus qui hodieque sæpè in Musarum Templis, & Collegiis, & Atriis. Imò verò procul abesse illa omnia intelligo, & undique circumspicienti mihi, observantur angusta omnia, vilia, reperio vacuum sedem & inania arcana. Et hæc quidem largior utraque manu, si loci dignitatem, si decus, constituimus in externis illis sensuum illecebris & irritamentis. At quàm effulget ipse hic locus, Auditores, quàm splendet nominibus aliis? Quàm merito commendationem mihi, venerationem vobis, exprimet? Sive recordamur memoriam præteriti temporis, & præclarissima illa Lumina quibus hæc collustrata sedes, & quæ velut Oracula, ex hoc ut sacro quodam tripode, sudere suggestu; sive hanc sedem ut Deo Opt. Max. olim hodieque sacram intuemur, ut cœlestis sapientiæ promtuarium, ut quoddam Ecclesiæ quasi seminarium, & instar Virgiliani illius equi, è quo pridem prodire & prodibunt, adspirante cœlesti aurâ Numinis, perdituri aliquando Babylonis nomen; sive nostri cogitamus Athenæi, orbe toto Reformato celeberrimi, & cujus se primam gloriatur ædem, prærogativas, jura, privilegia; sive respicimus Maximum illum, quo etiamnum sole micat, Principem, cujus augusto vultu superbit, cujus se auspiciis, quo se Zorobabele restitutam, inter prima sua decora reponit. Imò verò gloria secundæ domus eò major gloriâ primæ domus, quò se Majoris Principis præsentia, & in ea jam dignitate constituti, quâ non major in terris, beatam intelligit.

HANC ergò DOMUM Tibi, ÆTERNE AC TRINE DEUS, ut *Reipublica*, sic *Universitatis hujusce* Statori atque *Vindici*, DAMUS DEDICAMUSQUE: non hostiarum cruore aut victimarum sacrificiis; non nimis precibus, cæcis, crucibus, lustratione, & aliis quæ superstitione innoxia ceremoniis. Sed conversis ad Te oculis animisque nostris, fuis ad Te ardentissimis votis, ut HANC ÆDEM in perpetuum Nomini Tuo sacram esse jubas; Ut nube eam inumbrare Tuâ, Sacratissima verum præsentia Symbolis illustrare velis; Ut in illius velut olim in Cherubinarum medio sedem Tuam ponere, in hoc sacrario Fœderis Arcam Tui, verbique Candelabrum locare digneris; Sit Tua Sion, Tua Domus, Tentorium Tuum, Tuum Sanctuarium, & pupilla oculi Tui; Ut nunquam evadat in erroris & imposturæ domicilium, & superstitionis sedem, & speluncam latronum; Ut in illâ præsis ex alto Domusium pariter ac Discensium industria, laboribus, studiis; Ut stante hac Domo, stet Palatinam &c.

ORATIO IV.

DE

DISSIDIIS THEOLOGORUM,
EORUMQUE CAUSIS.

DICTA

Pridie Idus Januar. MDCC LX. cum supremum, se PRO-
RECTORE, capesseret Academiæ Magistratum
SERENISSIMUS HÆRES ELECTORALIS
CAROLUS.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO CAROLO, COMITI PALATINO AD RHENUM, ELECTORALIS DIGNITATIS PATERNÆQUE VIRTUTIS ET GLORIÆ HÆREDI, PRINCIPI JUVENTUTIS ACADEMIÆ ARCHIPALATINÆ RECTORI MAGNIFICENTISSIMO, ÆTATE QUIDEM IMPARI, SED PARI INDOLE, AD MIRACULUM FELICI, HIS PROBATA DOCUMENTIS, QUÆ STUPEMUS OMNES, STUPEBIT ET SENTIET POSTERITAS, CUI ADEO ANNORUM, VIRTUTIS, FELICITATIS AC GLORIÆ INCREMENTUM DURATURUM VOVET, HOCQUE VOTORUM MONUMENTUM, IN DEVOTISSIMI ANIMI DEBITAM SIGNIFICATIONEM L. M. Q. SUSPENDIT,

FRIDERICUS SPANHEMIUS,
P. T. PRO-RECTOR.

SERENISSIME PRINCEPS, S. R. I. ELECTOR, DOMINE ET PATRONE CLEMENTISSIME. CARA DEO SOBOLES, MAGNUM PATRIS INCREMENTUM, HÆRES ELECTORALIS SERENISSIME, UNIVERSITATIS HUIUSCE RECTOR MAGNIFICENTISSIME. ILLUSTRIS, NOBILISSIMI, AMPLISSIMIQUE, ELECTORALIS AULÆ CURIÆQUE PROCESSES. CELEBERRIMI FACULTATUM, LINGUARUM, ET ARTIUM ANTECESSORES. VIRI OMNIUM ORDINUM REVERENDI, CLARISSIMI, SPECTATISSIMI. TUQUE GENEROSA ET LECTISSIMA JUVENTUTIS CORONA, SPES PATRIÆ ET ECCLESIE.



SUBIBIT fortè vestrum quemquam admiratio, cur ex hoc Præstantissimorum Virorum ordine, potiorum me, & ætate, & autoritate, & rerum usu, ego potissimum hoc aditu Magistratus ad dicendum ex hoc loco surrexerim. Unde geminum mihi, gravissimum utrumque, subeundum esse onus intelligitis, dicturi alterum, alterum vicariâ saltem operâ habenas hæc Academicas moderaturi. Quorum hocce maturiorem cum ætatem, tum prudentiam, ac senilem propemodum Senatorios inter viros, illud autem majorem quàm in me esse sentio industriam videtur efflagitare. Verùm enim verò, uti quondam de se Vir ille Consularis, non tam ego ad hoc munus electus, quàm unus ex omnibus relictus, neque tam liberis suffragantium votis, quàm suffragandi quadam necessitate, hunc in locum cooptatus esse videor. Quum enim plerique hi Viri, quorum extant præclara in Ecclesiam & Academiæ nostram merita, laudatissimè hunc ad clavum sederint, revolutâ in orbem dignitate, solus ferè qui vicarias hæc obire partes, creditus sum superesse. Quamquam eo felicior mihi sortem obtigisse intelligo, quo equidem faustiori omine, & lætioribus auspiciis. Siquidem oborta illa mihi simul cum exortu splendidissimi sideris, spargentè jam primum radios novæ dignitatis florentissimo PRINCIPE, Principe Juventutis, Heroum sanguine,

Rrrr 3

occl-

ocello Palatinæ gentis, deliciis maximi Patris, Paternæque ut trabæ sic virtutis futuro ex affe hæredæ. Ut demùm hodiè alterum sibi Solem exortum, veriùs orbe illo Empedoclis, gloriari possit noster Academicus orbis. Quod ipsum nescio quam mihi adfert ad dicendum alacritatem, animumque facit in solenni hac Panegyri, cum benevolentiam vestram, AUDITORES, tum vires qualescunque meas audaciùs experiundi. Quamvis vocare illam in dubium vetat, & probata aliquotiens humanitas vestra, & insolita quodammodò Auditorii hujusce facies, & ipsius quam perorabo causæ gravitas dignitasque. In cujus quidem optione diu multumque laborasse animum, in varia distractum, fateor. Modo enim de Magistratu Academico, modò de restituentis hujusce Athenæi felicibus Incrementis, modò, & vehementer quidem, de Pietate Literariâ Christianorum Principum dicere cogitabam. Jamque in hac acquieverat mens mea, cum me id agitantem, & replicantem jam Christianos Annales, reverentia Tui, SERENISSIME PRINCEPS, omnia hæc Christianorum Principum in Republicam literariam studia supergressi, coërcuit & revocavit. Adeò in angustum illud Tuum, sed augustissimum pectus, illæ omnes virtutes effusæ, quas singulas in maximis & literatissimis Principibus Christianus Orbis aspexit & suspexit. Adeò, neque altius ire juvat, eximie illius pietatis nuper admodum extare voluisti monumentum ære perennius; versaturque in recenti memoriâ, nec memoriam ulla ætas obliterabit, munus illud verè pium, verè (*) regium, quale nec vidit præcedens ætas, nec præsens satis suspicit, neque postera superabit, promptuarium omnis sacræ, omnis reconditæ eruditionis, à te novissimè principem in Bibliothecâ nostrâ locum occupare jussum. Pluribus, inquam, hæc commemorare dicendo, prohibet augusta Tua præsentia, & excelsus ille animus Tuus, laudibus nostris major, & assentationis omnis indigna & invidiosa suspicio. Sed enim qui dedignaris esse Orationis nostræ argumentum, illius quod præ manibus est author commendatorque audire non dedignaberis. Nempe cum regia illa volumina, regiâ munificentia, Amplissimo huic Senatui consignares, usumque singularum Facultatum mystis masculo & verè lacteo Generosissimi Juvenis (b) ore commendares, hæc auribus nostris suavissimè adlapsa vox est, discere inde Theologos, sepositis & compositis rixis, spirare unam pacem, unamque charitatem. Divinas atque etiam altissimis mentibus reponendas voces! appositissimas sanè temporibus nostris! quibus in Ecclesiâ nil nisi bella & horrida bella, quibus calamus plerumque sævior ense, vix Theologus à Theologo tutus, immortalia nectuntur ubique jurgia, nullulque litigiis nec modus nec finis est: quasi non fat alibi bellorum esset, non esset aliunde luctuosissima Christianæ Ecclesiæ facies, & imminens undique Christiano jugulo ferox & inhumanus hostis.

Atque utinam! AUDITORES, de Theologorum in Christianâ & Orthodoxâ Ecclesiâ Dissidiis, atque etiam Causis, perorare gestienti insideret ea vis eloquentiæ, quâ non suadere pacem sed persuadere, nec hortari sed domare dissidentium valerem animos. Verùm non nostras, non nostras, ad unius Christi Domini voces sedantur maria, & remittunt venti, & subsidunt decumani fluctus: Tuque, clementissime JESU, sic linguam moderare, sic animum fleite dicentis, ut constet dicendis fides, dictis fructus; Sic moveam, ut moveri me primum sentiam; Sicque fleam super discordi Hierosolymâ, ut sortem ipsa suam desinat, lachrymasque doloris testes, testes amoris, exprimi sibi tandem aliquando sentiat, ad majorem gloriam tui Nominis, & gementis Ecclesiæ tuæ sempiterna gaudia!

Non hodiè demùm, AUDITORES, fit divortium animorum, non hodiè demùm fratres colliduntur, & ex collisione scintillæ, ex scintillis flammæ, ex flammis incendia. Fuit ea quædam veluti fors omnium temporum, omnium ætatum. In ipsum penè Dei sacrarium,

a. Biblia Regia Parisiensis, & Londinensis. b. Baronis de Seltz.

ipsam (quod miremur) familiam Apostolorum, invida quondam penetravit Erinnyis. Viditque sanctissima illa Ecclesia commissos Paulos & Barnabas, Petros & Paulos: eâ quidem animorum contentione, ut secederet à Paulo, individuo, hæcenus comite, irritatus Barnabas, Paulus Petro, non in speciem cum Hieronymo, sed in faciem cum Augustino, id est acriter palamque reductaretur. Neque causâ profectò gravis admodum esse videbatur: nimia scilicet quædam, ut illic in Barnabâ pertinacia, ita hîc in Judæorum Apostolo indulgentia.

Serpserè mox latius hæc morbi contagia, ac veluti à fonte ad rivulos, ab Apostolis ad Apostolicos Viros. Fuitque altero mox seculo mixta dissidiis & jurgiis Ecclesia, ab Aniceto Romano dissidente maximo Polycarpo; à Polycrate autem Ephesorum Antistite Viatore Urbis Episcopo, eo quidem æstu, ut in adversa scripta, adversa Concilia, dissensio erumperet, tandem etiam communionem dissentientes animosus Victor audaci facinore prohiberet. Et quæ, obsecro! tantæ acerbitatistatio? Num de fidei gravissimis capitibus, de rei Christianæ summâ, controversum fuisse putatis? Imò verò de liberrimis Ritibus, de die Paschali, de Paschalibus Juniis, qualia nec Christus sanxerat, nec sancire, partâ Christianis libertate, necesse fuerat.

Nihilo pacacior fuit succedens ætas, visumque tertio seculo concurrere adversis frontibus par virorum in Ecclesiâ principum, Stephanus & Cyprianus. Et ita concurrere, ut in hunc Stephanus Pontificio supercilio, & in adhærescentes Ecclesias, vibraret brutum illud fulmen, ad se verò delegatos arceret colloquio, tecto, hospitio: vicissim Cyprianus in convicia licentius erumperet, superbiam, imperitiam, præsumptionem, contumaciam, falsitatem denique Papatricenti Stephano, arrepto calamo, publicè impingeret. At vir quantus, Deum immortalem! Cyprianus? quàm sanctus? quàm studiosus pacis? quibus ille charitatis visceribus exæstians? quàm idem promptus fundere pro Christianâ veritate sanguinem? quo tempore Christiano sanguine spumantes salirent undique rivuli. Sed quæ iterum infelicissimi causa divortii? quis duraturæ contentionis fomes? Sacramentaria nempe controversia, fontemque sacrum in lapsis & recipiendis in gratiam iterabit Cyprianus, iterandum esse negabat Stephanus: hinc illæ lachrymæ, animorum illa distractio, quinetiam in schisma Orientis inter & Occidentis Ecclesias tristissimo fato terminanda.

Quò verò recessum longiùs ab illâ Christianæ Ecclesiæ infantia, eò in factiones & partium studia concessum acriùs & vehementiùs. Nihil jam ego de Alexandri Episcopi & Arii Presbyteri domestico & infausito quartâ ætate dissidio; quod obscurioribus initiis natum, subitis & funestis auctibus, in Ecclesiæ tandem universæ perniciem conspiravit. Ab instituto id nostro alienum magis, ut quæ non præpostera fratris in fratrem, sed ex fratre hostem Arium, ex Doctore seductorem, ex Theologo deum, ex Apostolo apostatam, iusta & necessaria contentio. Attigit, attigit hic momus, iis quoque temporibus, viros alios in Ecclesiâ præstantes, ut, sistente se Nicænis Patribus Constantino Imperatore, nil ferè præter querulas & importunas dissidentium Episcoporum voces aures Principis implevisse, memoriæ proditum sit. Serpturum etiam ulcus, ni ulceri compescendo miscuisset Princeps cum autoritate prudentiam; conciliatis primò utcunque discordium animis, & gravissimis vocibus ad mitiora consilia flexis; mox traditis ultricibus flammis supplicibus rixantium charitis, ne oculis usurpare dignatus suis; tandemque actis in rubores istis Φιλαρεθθίμοις, ac memorabili apud Theodoretum Historicum revocatis exemplo.

Frustrâ equidem futurus sacratissimus Princeps; tenacius hæc pix adhæsit, quàm ut illam detergeret; invaluit sensim hoc litigandi cacoëthes, scissumque haud lon-

Cypr. Epist. LXXIV. ad Pompej. Hist. Eccles. L. 1, C. 21.

longè post contraria in studia Theologorum non vulgus, sed decus, sed ornamentum. Quis credat, AUDITORES, tam graves iras exercuisse sub Valente Imperatore *Basilios & Eusebios*? adeò ut impatiens ille rixarum, simul invidiæ cederet & decederet mundo, præsentemque dignitatem cum Monachorum disciplinâ, degeneris posteritatis haud ignobilis in Oriente parens, commutaret. Quis non stupeat ad *Hieronymi & Augustini*, quibus nîb nominibus *sanctum*, nihil *angustius*, publica & invidiosa certamina? quod fortè de Paulino quodam loco, ubi de Petro reprehensò, diversum uterque opinaretur. Quem verò non moveant ejusdem *Hieronymi* cum *Ruffino* Aquilegiensi Presbytero, ex pertinaci in Origenem odio; cum *Vigilantio* Hispaniarum Episcopo, pro tuendis reliquiis, cereis, monachatu; cum *Joviniano*, & ipso Monacho, pro laudibus virginitatis, in boni conjugalis despectum; cum *Johanne* Hierosolymorum Præsule, ob quosdam huic errores adscriptos Origenis, crebræ & acerbæ & longissimæ similitudines? Eo quidem æstus contentionis abrepto Hieronymo, eâ linguæ impotentia, grassato, ut nullis non moribus faveret, nullo non sale luderet, injuriis nullis temperaret, vixque ullus Patrum ut doctior, ut sanctior, ita mordacior & maledicentior.

At levia narro, præ secuturi mox belli calamitate; fidemque penè omnem superat, quæ sub exordia seculi quinti transverfos egerit *Epiphanius & Theophilus* non iracundia sed rabies, adeò hi in *Johannem* Constantinopolitanum non insurgere, sed furere, in eum non calamo sed ferro grassari, nec statione illi sed aquâ & igni interdictionem velle. Ex quâ, precor, notato infamâ criminum? Non aliâ præterquam quod decretoriam in Origenem Adamantium, & Origenis sectatores, pabulum scilicet Alexandrini furoris, sententiam protuleret. Dumque ego beatum illum Chrysostomum, hominem (facior) atque ita cum humanis infirmitatibus colloctatum, fratrum tantâ invidiâ tamque implacabili odio flagrantem, reputo apud animum meum; tot eundem impetum telis, tot lacessitum injuriis, tot (sæviente juxta & lasciviente *Eudoxiâ*) multatum exiliis; omniaque factionibus, vi, impetu rapta fuisse fratrum studia intelligo; vix mihi à lachrymis, nequam certe ab acerbissimo animi sensu, temperare in præsentia possum. Nec antè satiatum *Theophili* Alexandrini in *Johannem* odium fuit, quam fractus malis vir sanctissimus cederet, & confectus ærumnis, ac maceratus exiliis, sede dudum Episcopali pulsus (uti voverat *Epiphanius*) vices mortalitatis expleter. Sed ne sic quidem hostium cupiditas expleta; conversa mox in *Johannem* odia; exarboque inter Orientis & Occidentis Episcopos ferale totis sex lustris bellum, quod hi impensius *Johannis* memoriâ venerarentur, ejusque, uti Episcoporum omnium, in *Evangelio* tabulas relictum nomen vellent; donec sub *Theodosio* juniore remitterent odia, & *Johannis* manibus atque reliquiis uocantque Orientales placarentur.

Sed quid, AUDITORES, persequar ego singula? quid referam? commissos eadem ætate gravissimis odiis *Cyrium* Alexandrinum & *Johannem* Antiochenum; contentantes in publico orbis theatro *Cyrium & Theodorum*; impetentes se scriptis mutuis *Cassianum & Prosperum*; & quomodo afflicti semel mores in pejus semper crescunt, ita frequentatas adolescente Ecclesiâ fraternas acies; aucta senectutiarum animorumque divortia; Synodos obversas Synodis, Græcis Latinæ, Romanæ Byzantio; indignatos *Johannis Gregorius*, *Trullani Sergius*, *Photicus Nicolaus & Adrianus*; properantia Româ Constantinopolim, Constantinopoli Romam anathematata; orta ex anathematis schismata, ex schismatis hæreses, demec fracta intestinis odiis Ecclesia ut charitatis sic veritatis naufragium universa propemodum faceret. Quorsum (inquiet aliquis) hoc ulcus tangere? Patrum illa verenda renudare? quæ usquè adeò obvolvenda censuit CONSTANTINUS IMPERATOR, ne scilicet in vulgus

Galat. II. II.

hominum exeant, ut vel stuprum inferentem Imperatoris conjugem Episcopum paludamento se cooperturum esse suo pronunciat. Atque utinam! AUDITORES, obscura aut nota minus enarrarem; utinam! non talia, quæ publicis mandata tabulis, in pessimum senescenti huic ætati, & in deteriora cottidie labenti, totique ad rixas natæ, exemplum evasere. Veruntamen eo hæc à me dicta, ut Medicorum filios quadantenus imitarem. Qui in morborum inquisituri causas, morbum in antecessum explorant, quam recens, quam inveteratus? quas partes occupavit, quas minus? principes, an principum ministras? Pari mihi ratione ad sacrorum dissidiorum causas oratione properanti, quam altis sacer morbus radices egerit, ut nobiliores partes inceserit, ut hæreditate quadam sequiorum temporum mystis obtigerit, exponendum esse censui.

Sicuti verò causarum duo genera constituit gens Medicorum, externas alias, alias internas, has iterum quæ morbum vel antecedunt, vel fovent; ita & cum his dissidiorum causas comparatum esse arbitror. Internarum quidem, omnium sanè communissima peccantis naturæ vitium. Latens illud intra præcordia dissensionum semen, bellorum fomes, malorum radix; quo vix in naturam hominum illapso, insurgit in Abolem Cain, sit frater fratri ficarius, homo homini lupo. Certè hac origine profluxisse intemperiam istam animorum, inficiabitur (opinor) nemo. Cuiusprimis huc spectant dissidentes à Deo animi, neque satis divinæ illius pacis affecti sensu. Quo iterum pacis fonte turbato, quid mirum lutulentum omnia fluere? quo igne vel subducto cordibus, vel sopito, quid mirum nullâ incallescere corda charitate? quâ radice pacis arescente, quid mirum pacis olivam germinare nullam? Neque, ut hoc mihi emblemate abuti liceat, prius inter *Josephi* fratres cessatur à pugnis, quam ubi cum *Josepho* ipso, in benignos amplexus ruente, rediisse se in gratiam sentiunt. Accedunt non à Deo tantum, sed à semetipsis divisæ sæpè mentes. Quo fit ut, febricitantium instar, inquietis actæ motibus, in primos quosque acris insurgant, sinistrè etiam fratrum, etiam medicam manus admoventium, interpretentur officia.

Succedunt hisce causis humani iidemque concitati ut plurimum affectus, quos dum exuunt Stoici, hominem exuunt:

— Spas, ira, cupidus,

Turba, manus, regnum religionis laborum

Omniumque primam sedem videtur sibi ambitio vendicare. Discordiæ illud pomum in Ecclesiam, simul atque illi patuit locus, patuisse fomes, immisum. Id est simul ac Episcoporum invaluit autoritas, conversa in honores omnia, in dignitates officia; præfecti in ipsis Ecclesiæ incurabilis Presbyteris Episcopi, Episcopis Metropolitanis, his Patriarchæ, factique ad Hierarcharum imperium & potestatem gradus; unde sublata *scriptis*, *parabola* crescere, appeti Episcopatus, primatus affectari, fervere vel invadendi vel conservandi desideria; hinc accumulatio, superbia, typhus, odia; hinc turbæ longissimis sæpè bellis cruentæ, et vix gravias Christianam Ecclesiam malum, prævis acque amalis ambitionibus, afflixerit. Quò & referri istud debet, famæ & existimationis quàm publica tranquillitatis potior sæpè ratio. Nec aliunde scripserit ista *invidia*, innovandi prorsus, novis artibus, methodis, inventis inclarescendi, & acumen commendandi studium; obreditur novitati antiquitas, ambitioni zelus, offensionis defensio, foetori religio; quodque omnium lactuosissimum, ex minimis plerumque maxima, ex controversiis discordiæ, ex discordiis bella, ex bellis prælia nullos habitura triumphus; non in causam, sed in personam invaditur, victoria non veritas attingitur, singuli

— *U* certare parat, *U* respondere parat,

cedere autem, nequacore, semetipsum vincere, ætatem nesci; imò verò tormentum instar, quo sitas fortis,

eo

eo exundant & erumpunt vehementius. Proxima his est φιλαυλία, & cæcus amor sui. Dùm velle suum cuique est, sua cuique placita, scripta sola placent, aliena sordent. Estque quoddam hominum genus, qui suas etiam cicatrices amant; quod vehementer volunt, hoc sanctum, quod minùs, profanum; sententiam fovent non tanquam veram, sed tanquam suam; neque charitatem (ut præclare Hipponensium illud fidus) ad Christi Domini regulam, sed ad suos affectus exigunt atque metiuntur.

Ut verò virtutes, ita & vitia cognatione quâdam inter sese continentur. Hinc ambitionem, superbiam, philautiam, plerùmque avaritia comitatur: ut litium in foro, sic dissidiorum in Ecclesiâ turpissima sæpè mater. Hactenus Pluto litatur magis quàm Christo; res privata curatur, etiam publicæ dispendio; inhiatur factis non officiis sed beneficiis; vexat auri non sacra famas, sed profana sitis; sitim accendunt larga stipendia, uberes proventus, opimi quæstus; qui possident fratres de gradu sæpè deijciendi, qui appetunt in invidiam adducendi; trahuntur suo quique studio, suis quique commodis, his verò Ecclesiæ commoda, Ecclesiæ pacem & tranquillitatem redemptam nemo cupit. Quæ non jam, AUDITORES, de invidiæ moribus, & æmulationis cæstro, dici à me possent? Ut nusquam magis quàm in fratribus regnent, imprimis in Cainis & Esavis; id est quotquot sive ætate sive quibuscunque juribus aliis sese potiores sentiunt, atque ita vel pares ferre vel superiores contumaciter & superciliosè detrectant. Quæ non præterea dicenda de excandescentiæ & iracundiæ furoribus? de istoc genere ingeniorum, in quibus ut vis ignea, ignei spiritus resident, ita nullo negotio flammula incenditur, incensa mox erumpit & latè grassatur; & quo plus trahuntur pacis ad studia, hoc animosius prorunt in bellum. Quæ non denique de præjudicantium animorum protervâ temeritate? Quâ fingunt diversissimam rerum faciem, candidum in nigra, nigrumque in candida vertunt; fratres, ut Josephi temporibus, habent exploratorum loco; in religionis foederisque socios, qualiter in Rubenitas tribus cæteræ, veluti in nefarios hostes invadunt; tantâ sæpè pertinaciâ, tamque altis defixo radicibus malo, ut evelli nullis machinis, nullis innocentiz præsidis possit. Sed compendium faciam, verboque omnia complectar, humanâ nempe imbecillitate. *Nos quoque homines sumus (ajebat divus gentium Apostolus) iisdem quibus vos afflictibus obnoxii.* Quanto magis humani nihil à nobis alienum esse, existimandum vobis est. *Vasa testacea, AUDITORES, collidi, collisione sæpè frangi, quid mirerini? Angelos nos, fateor, Scriptura nonnunquam dicit, sed eadem & homines: Stellæ sæpè vocat, sed sunt in stellis & erraticæ palantesque: Pulchros dicit esse pedes Euangelizantium pacem, at non pedes offendere aut labi neicios; pedes sic monstrantes viam pacis, ut ab eâ obliquo ipsimet tramite recedant sæpius atque deflectant.*

Longum foret ire per singula, maximè si externas dissidiorum causas nostra persequeretur oratio. Hujus jam certè difficilius foret exitum quàm principium invenire. Quid enim dicam pluribus hostem illum humani generis? eandem semper, mutatis tantùm personis, fabulant agentem, modòque hostem in Ecclesiæ adigentem viscera, modo in propria sævire compellentem; ut factâ divisione quasi ruinâ, in animos ipsi, in affectus, in sacra detur irrumpere. Quid inducam hostes Ecclesiæ? quàm probè intelligant illud, *divide & impera*; ut instar Ulyssis illius πορὰ μηχανήματα παρενδουάμεν, ovinâ induti pelle inter oves gliscant, spargant dissensionum semina, sparsa foveant, sociosque dividant, ut divisos cum Polyphemo vorent. Quid etiam læta memorabo Ecclesiæ tempora, quibus externis liberata motibus internis ut plurimum agitur? Nempe ut trita resurgit lætior, ita rebus plerumque fracta secundis: crescunt cum pace pacis otia, cum his luxus,

cum luxu superbia, livor, feroces spiritus; succedit in vultu simulatio, corde dolus, verbis tallacia, sacerdotio tyrannis, verissimæque Beati Hieronymi voces, postquam ad Christianos Principes pervenit Ecclesiâ, *potentiâ quidem & divitiis major, virtutibus certè minor facta est.* Sed sicco quasi pede transeundum hic mihi esse video, unamque omnium instar dixero causam, vim nempe majorem, Providentiæque arcanos in res humanas influxus. Sive ut veritas ex mutuo isto conflictu luculentius emergat; sive contrâ ut raptata discordibus studiis intercitat tristius; sive ut nihil ab omni parte beatum perfectumque his esse in terris constet; sive ut suarum Viri Dei sibi infirmitatum conscii supercilium ponant; sive denique ut horum nævis publicæ luci expositis, communique cum cæteris mortalium sorte, surgant altius Christianorum mentes, ad sacrorum Interpretum non facta sed dicta, non ad ministros sed ministerii autoritatem, nec ad legatorum exemplum, sed legantis Christi mandata sapienti consilio reflectant, sequæ decretoriâ illâ die, ad horum non mores sed voces, non ingenium sed Euangelium, judicandas esse meminerint.

Quamquam profectò non commitemus, ut par credatur esse dissidentium omnium ratio, par crimen. Quid enim? inculpatæ tutelæ necessitas abibit in scelus? impunè turbabit pruriens novitas? impunè exardescet ambitio? pascetur livor, & ne quidem

post facta quiesces?

Sanè non ea Paulo Apostolo mens sedit, non Athanasii, non Nazianzenis, non Chrysostomis, quorum fuit conscientiam à lividis moribus si non intactam, præstare certè illibatam. Interesse omninò Ecclesiæ censuerunt, ne fructus intervertatur sanctissimis laboribus, quos admordent Zoili & Sycophantæ. Et ita vindictæ à Christo Domino nullus, ut *defensionis* amplissimus locus sit, ipsâ naturæ constitutione indultus. Verùm enim verò si non coalescit jam ulcus, sed increfcit; si flammam inde concipit; si ex defensione offendiculum, ex inculpatæ tutelæ necessitate bellorum necessitas; & ista sic licet, ut neutiquam pro ratione temporum expediat, proficique silentio & patientiâ plus potest: valeat jam, longum valeat, defensionis quæcunque institutum! procul bellorum exordia! procul quicquid turbandis rebus vel ex composito fingitur, vel aliunde nascitur! Deoque, quicquid id est, judici atque arbitro sapientissimè tandem committatur.

Quæ cum ita sint, AUDITORES, quem nostrum non afficiat sensus acerbissimi atque justissimi doloris? dùm obversantur animo tot tristitia, tot infausta diffidia; structum altare contra altare; divisam Samariam ab Hierosolymâ; scissos in partes Paulos & Cephas; bello sollicitatum à Gade Rubenem; quod magis est ubi plerumque non tam dissident fratres, quàm dissensum vel prætexunt vel moliantur. Filii pacis? cur facti estis bellonæ filii? Tubæ Zionis! cur conversæ in Martis classica? Vigiles super Hierosolymis! cur Hannibale ad portas neglecto, in mutuum perniciem ruitis? Pacem vos cur arcetis à tentoriis Semi? & in injustiâ libertatem tot jam ætates spirantem detinetis? imò fugatis nudulam, suaque repetere limina gestientem truces prohibetis? Hocine sacratissimum illud cæli servare depositum? Hæne novissimæ Domini voces, *pacem do vobis, pacem relinquo vobis?* O temporum iniquitatem! ô vitium sæculi deficientis! Sed ô beatum illud seculum! quo reddita terris pace, redeunte virgine in Ecclesias, in cathedras, in animos, conspirantibus animis & conjunctis operis, uno corde, uno ore, uno calamo, ea discemus & docuimus in terris, quorum scientia permanebit in cælis.

In Virâ Malchi.

PARÆNESIS AD STUDIOŒS UNIVERSITATIS HEIDELBERGENSIS, POST RECITATAS A SYNDICO LEGES.

O *Deum peccare boni virtutis amore,*
Odorati peccare mali formidine pœnâ.
 Quod cum ita sit, Florentissimi Juvenes! neque me in legum commendationem pluribus diffundendum, neque vos ad earum obsequium operose permovendos esse censeo. Vel enim suâ se insinuabunt æquitate generosis mentibus, quibusque de meliore luto facta præcordia: vel suâ nonnunquam severitate, pœnarumque constitutione, effrænos certè animos cœredebunt. Et quid, amabo! hæc nisi vigeant leges, quid Academiæ forent? Scholæ certè non literarum sed licentiæ, scædæ non liberalis palæstræ gymnasia, ubi

luctandi juvenes animosa citavit

*Gloria terrificos effusaque sanguine, læsa
 Membra nasant.*

Sunt autem hæc ipsæ, quas modò excepistis auribus, leges ita comparatæ, ut quodammodò *σφοδραίας* cum Solonis legibus fortiri nomenclationem, possint. Certè si antiquitatem attendimus venerandæ, si auctoritatem sacratissimæ, si argumentum

regula peccati qua pœnâ irrogat aquas,

si modum, non rigidæ, non libertati vestræ insidiantes, non ad Atticæ Academiæ severitatem exactæ, in quâ ne ridere fas fuisse memoriæ prodidit Ælianus.

Vos igitur, sacrata Deo pœctora! sive ad pietatem leges formant, sive modestiam fanciunt, sive diligentiam excitant, sive civium officia præscribunt: vestrum esse reputatæ, præire laudatissimo exemplo, virtuti aut deinceps assuescere aut nunquam, facere jam quod factum velletis aliquando, pœlesque præbere vos juvenes; quales oportebit esse viros. Et quemadmodum non perâ tantum & abollâ Philosophi, sic neque solo nomine aut professione, sed opere sed moribus distingui Theologos censetote. Phœntidæ clientes! non aliam harum esse legum conditionem, atque earum existimate, quibus assensendis vindicandisque estis aliquando præficiendi. Et quid, quæso! legibus operam datis, leges si convellit? aut quid hæc pœstræ fanciunt, quod non ad vestra juris præcepta revocetis? honestè vivendi, neminem lædendi, suam cuique tribuendi, Medicorum filii! alimentum quoddam Academiæ corporis leges esse mementote, absque quo certè *ἀτροφία* quâdam protinus contabesceret. Sed & medicinam, si qua pars morbum contraxerit, leges esse, ne ingravescentis morbus exitium sive parti sive corpori univêrso moliatur. Vos tandem, cæterarum artium scientiarumque cultores! quos sive linguarum amor accendit, sive rerum aut gestarum studium, aut civilium cultura, aut naturalium desiderium in has sedes intulit; hoc agite, in id unum toti incumbite, otia præterquam literarum fugite, spem de vobis undiquaque conceptam in majus augete, neque de inscitia solâ triumphandum, sed virtutem grassandum vobis esse in hac palæstrâ cogitate. Hoc demùm erit sapientiæ studium excolere; ita demùm suus constabit legibus vigor, suus Magistratui honor, suus Universitati splendor; ita neque SERENISSIMUM CAPUT pudebit sui in Vos omnes Imperii, neque Vos gloriosi pigebit obsequii.

D I X I.

Tom. II.

ORATIO V.

SEU

AD SERENISSIMUM

ELECTOREM PALATINUM,

Super excessu Serenissimæ Regiæ Matris

ELISABETHÆ,

Nomine Senatûs Academici Heidelbergensis,

AD LOCUTIO.

Facta Anno MDC LXII.

SERENISSIME PRINCEPS, S. R. I. ELECTOR, DOMINE ET PATRONE CLEMËNTISSIME.



NON prius reddidisse diem summum ELISABETHAM, *auxia præcipui narravit Epistola pœnâ;* quam Pullatum hunc ex Togato nuper Ordinem, justæ in ELECTORALEM TUAM SERENITATEM, nudè etiam trepidæ pietatis, memorem esse jussit. Non equidem, ut in Sacrarium hocce inferret, vel intercisas singultibus voces, vel inanibus diducta suspiriis pœctora, vel compositos in faciles lacrimas vultus, sed vultus sæpè tantum. Quid TE, DOMINE, qui nec controversiam Fato moves, nec oris illo habitu animi metiris pietatem, neque dolori robur sed medicinam admittis; quid sanctam nuper illatamque, veriùs transcriptam cœlo PRINCIPEM; quid nos ipsos, convenienter hunc ad locum & statum, deceat, probè Ordo noster intelligit. Defert tamen ad TE verissimi luctus interpretes voces; si quas exire nunc vel oris Tui majestas, vel horridæ hæc facies, aut etiam funesta permittit cogitatio. Lugubrem sanè apparatus, medio hocce inter Festum utrumque tempore, Christiana proscripserat ferè Antiquitas. Intuitu mortis novissimè quasi à CHRISTO REGE triumphatæ, hinc solutis in divina gaudia cœlestibus animis. Nihilominus fecisti, SERENISSIME PRINCEPS, piè ac decenter, quod, victricibus nuper de Optimâ REGINARUM fatis, lugubria hæc Illi justissimi doloris suspenderis quaquaversum monumenta. Matrem scilicet Filius desideras; sed & suam Palatinatûs veluti Matrem, quia Tuam, quia innexam quondam Patriæ Patri; omnes verò PRINCIPEM ad exemplum sæculi factam, sed majorem quàm ut sæculi angustia caperent. Magna foret nobis, DOMINE, libido loquendi, ni foret hoc ipsum tristitia refricare desideria; & quis jam laudibus nostris modus esse possit, qui nullus propemodum ejus PRINCIPIS decoribus fuit? Multum illi sanè à Regiis natalibus gloriæ, plus à Regiâ dignitate, plurimum verò à Regiis omnino virtutibus accessit. Unam suspexit superior ætas, unam suspicit nostra ELISABETHAM, parem utramque Avorum Sceptris, parem invicti animi robore, sed & parem difficillimâ omnium arte regnandi; alteram in amplissimâ quidem gente, in non unius verò gentis animis & penetralibus alteram. Memor nempe Germania, testis Fœderata Belgica, præco Britannia, non fuisse in Principibus Fœminis aliam, quæ amari simul & coli unquam doctior; non quæ peritior, sive oris gratiâ, sive admissionis facilitate (erant verò mores qualis præsentia) linguiorum sibi conciliare voluntates; non quæ pari cum serenitate tum majestate frontis, astantium cohibere vel pudorem vel temeritatem potentior; non quæ fervidos ingenii ignes niveo candore feliciter temperaret; à cujus vel fastigio vel virtute abesset longius supercilium omne, & de quâ minus Satyrici obtineret illud

plus aloës quàm mellis habet,
 aut Tragici alterum,

superba fert caput fastu grave.

SSS

As

Ast verò, quæ unquam, in flexibili illo sexu Principum, animo inter prospera & adversa rerum magis æquabili? Quæ ferre unquam in Mulieribus fortius, quoscunque immisisset casus sævientis Cœli inclementia? Inexpugnabilibus quasi vallibus & munimentis mente circumdatâ, mediis semper in undis tranquillâ, semperque in eodem, quocunque res caderent, veluti habitu constitutâ. Imò quæ his sufficiant linguæ? quæ voces? etiam si vel omnia corporis membra verterentur in linguas, & omnes artus humanâ voce resonarent. Unum æquasse videtur animi in AUGUSTA Genitrice Tuâ magnitudinem, magnitudo calamitatum; vix Niobis & Jocastis inferiori hæcenus, superiori virtute; & idè ad omnem propè fortunæ contumeliam natâ, quia nata inter REGINAS prima fortunæ resistere fortiter. Non hanc fregere MATREM, quæ resignare subindo Patri Deo charissima pignorum necesse habuit, raptis ante matrem Natia. Non fregere CONJUGEM, Serenissimi Conjugis, & cum eo quot sperum! sed proh quàm fallacium! fata; animo ad extremum complexam, quem ulnis & oculis non poterat. Non REGINAM, invidia sæculi, eripere Regios spiritus nescia, cui plus Natura, quàm auferre Sors posset, regiâ manu concesserat. Non SOROREM denique, calus Sacratissimi Capitis, utut infandus, novusque,

Quæ recondit, Quæ Sol præmiu diem,
utut præstarent fortem animum sceleri, qui nefariè auferant, luituri tandem. Affecerunt hæc sanè omnia, non dejecerunt fortissimam PRINCIPEM; sensit mala, non cessit malis; sexum, non hominem exiit; ubique, ut hostium, sic suimet victrix ac triumphatrix. O saucium quondam! sed ò invictum doloribus pectus! cujus fuisset virtus minùs illustris, si minùs exercita; quando non interdiu micant stalleæ, sed noctu, nec nisi mediis in ignibus expirant suos odores thura. Quamquam non sic exercita casibus PRINCEPS, quin, alternante fortuna vices, mediis intervallis respiravit; non sic jactata adversis fluctibus, quin mitior quandoque Cœli status affuisset. Aspexit cum primis Illa lætis oculis restitutos, Te quidem Electorali, Regali deinceps CAROLUM Solo, desideratissimos subditis Principes: imò restitutam semet Regiæ Majorum, deposituram istic lucem, ubi primùm aspexerat; astri illius instar, quod diurnum & nocturnum vices facit, regressam unde pridem orta; & post tot rerum discrimina, quum hanc nulla quateret valuisset tempestas ratem, verè navigaturam in portu: nisi mox novo immerisam dicamus Oceano, sed Oceano æternæ pacis & tranquillitatis. Parce, SERENISSIME PRINCEPS, si quem lenituri dolorem accessimus, funestâ recordatione ipsi facimus. Sed quid nos lenituri? quid nos in alvear mella, aut in fluvium aquas? Qui ipse promere supra omnes doctus es ea solatia, quæ vulgus nescit; Qui sine nobis, & felicius nobis intelligis, commodari cœlitus nostra omnia, non dari; ad hoc oriri Astra, etiam majora, ut occidant; non addere suis hisce Naturam beneficiis æternitatem; æternas esse nascendi, vivendi, moriendique leges; tributum exigenti, ut Principi, sic Fato, non faciendam invidiam esse; neque amisisse Te, sed (utinam! utinam! sæculo toto) præmisisse MATREM. Felicem illam equidem, quæ incerta rerum certiori sorte superavit; Quæ verè Regiam ivit ad felicitatem viam, ocyus emensa: Quæ fragile Sceptrum cum perenni æternoque commutavit: Quæ spem, vota, timorem posuit, compos omnium facta: Quæ coràm, amoto velo, intuita, quorum nos rationem, inanibus litigiis, & quasi per caliginem vestigamus: Adsecuta quinetiam propemodùm, ipsa naturæ lege, mortalitatis terminum, non rapta vi quædam, sed animo hilari & composito, sequi, quò vocabant supremæ voces, facilis; succisis pridem iis, quibus terris hærebat, fibris & radicibus, pridemque corpore, si non fato, certè cogitationibus egressa. Nos quantum attinet, DOMINE, non jam querelas interponimus, sed vota. Salvo Cæsare, dixit ille, fas non est de fortunâ queri: Te Salvo, si satis bona nostra puta-

mus, fas non est nobis, afflictis etiam rebus, insectari Providentiam; Te Salvo, stat stabitque res Palatina, stabit Ecclesia, stabunt fortunæ liberique nostri. Et vi sa sanè fuerit quondam ELISABETHA infelicissima Principum, audiet Illa, iturâ ad omnem posteritatem voce, felicissima Matrum, quia felicissima CAROLI LUDOVICI Genitrix; Quo vel uno erigi sibi æternum Gloriæ monumentum à nobis meruit, si non ære & marmore superbum, ast ære & marmore perennius, victurumque in mortalium animis, donec deserint mortales esse.

E P I T A P H I U M.

ULTRA QUID MOVEANT, FILII, MEA FUNERA FLETUS?
EX HAUSIT LACRIMAS JAM MEA VITA TUAS.
GAUDIA QUIN NOSTRIS JUNGES: UNA ECCE MARITUM,
NATOS, SCEPTRA, LARES REDDIDIT HORA MEOS.

A L I U D.


HÆCCINE SORS INIMICA FUIT? REGALIA, CUNE,
SPONSUS, SCEPTRA, ANIMUS, MORS, TUMULUSQUE MIHI.
MEMORIÆ AUGUSTÆ SACRUM.

ORATIO VI. INAUGURALIS,
DE
PRUDENTIA THEOLOGICI
DICTA

In Frequentissimo Auditorio Lugduni Batavor. ipis
Kal. Novemb. clō la cxxx.

Illustribus, Nobilissimis, Amplissimisque,
ACADEMIÆ LUGDUNO BATAVÆ

CURATORIBUS,
EORUMQUE COLLEGIS
Magnifici REIP. LEIDENSIS
CONSULIBUS.

 Uicquid hujus est, AMPLISSIMI PROGERES, ut meditarer nostrorum conditio temporum, ut dicerem Academicarum communis consuetudo, ut exire in publicum juberem auctoritas vestra meique religio obsequii, ut denique splendidis Nominibus Vestris inscriberem Lex quadam primitiarum, imperarunt. Quantum vero displicuit committere duraturis chartis que veloci sermone effluerant, tantum arrisit mihi opportunum ad eam rem locum quam magnopere gestiebam, publicam nempe significationem grata mentis. Non modò enim ad Vos tergiversantem constrinxistis vinculis humanitati, sed & pedem vix hæc in oras inferentem quo affectu excipere? quo salutantem complecti, dicentem audire, advenam erigere, spesque jam lætas concipientem majoribus etiam implere? Scilicet non nisi Magnis magna debentur, adeo anceps res est Batavis hodie vestris, magisne Purpuram, an Virtutes vestras, an in Republicam merita venerentur. Procul assertionem omni affirmare sustineo, tales nunc sibi Mecænales gratulari Academicam vestram, quales nec priorum felicitas temporum conjunctos vidit, nec præsens vel votis conceperat. Quo fiet, Patres Conscripti, ut post novissimam calamitatem Gloria postrema Domus priorem non adæquet modò, sed quoque transcendat. An debent sed auspiciis Vestris

— & paz, & honor, pudorque

Priscus, & sepulta redire virtus,
 postquam conjunxistis cum literarum curâ honorem literarum,
 cum auctoritate regiminis facilitatem admissionis, & cum
 prudente parsimoniâ regalem munificentiam. Nec aliud ex-
 pectari ab iis debuit, qui pridem in Summis Judiciis Curios vel
 Catores, in Consiliis Fabios, in Legationibus Fabritios, in
 asserendâ Patria libertate Horatios, in Causa publica patrocini-
 o Tullios, pari incorrupta fidei integritate, prudentiâ, con-
 stantiâ, fortitudine, ac dicendi vi, sed majori in Deum pio-
 tate, reducerunt. Quæ ut in Vestrum singulos quadrent, no-
 rum Curia, Senatus, Aula Regia, Clâsses, Tribunalia, stu-
 pet Belga, recordatur Britannum, prædicant Gentes reliquæ,
 ac vestri loquentur Annales. Nec addam aliud, quàm ut
 Vosmet servetis Reipublica & Literarum bono; iisdemque hau-
 riatis hæc nostra oculis quibus fecistis auribus. Valete, Am-
 plissimi Proceres, & favete

Illustris, Nobilissimi, atque Amplissimi
 Nominis Vestri

Dabam Lugduni-
 Batav. Idib. No-
 vemb. c. lxx.

Observantissimo Cultori

FRID. SPANHEMIO, F. F.

UNIVERSITATIS LUGDUNO-BATAVÆ RECTOR MAGNI-
 FICE; ILLUSTRIS AMPLISSIMIQUE EJUSDEM ACADEM.
 PROCERES ET CURATORES; REIPUBL. LEYDENSIS PA-
 TRES CONSCRIPTI, QUIQUE IIS ESTIS à CONSILIIS ET
 SECRETIS; CELEBERRIMI FACULTATUM, LINGUA-
 RUM, ET ARTIUM, ANTECESSORES, COLLEGÆ HO-
 NORANDI; REVERENDI, CLARISSIMI, SPECTATISSIMI,
 QUOTQUOT ADESTIS AUDITORES; TUQUE SACRA
 DEO, PATRÆ, ET ECCLESIAE, JUVENUM CORONA.



GREGARIUM quendam militem, ma-
 gni *Alexandri* appellatione superbien-
 tem, legimus mutare jussum vel no-
 men vel animum, ne falsâ sub imagi-
 ne tanti nominis hominis ignavia te-
 geretur. Nec absimilis quondam fuit
 illorum indignatio in Græcum Orato-
 rem sed inconditum, nomine *Demosthenem*, oratione bal-
 bum, cujus incongruas in publico voces falsis hinc au-
 dientium chorus excepit, *Δημοσθένης σολοικίτης*. Non igno-
 bile est scio, Auditores, nec invisum, imò sacrum
 plerique vestrum illud ipsum nomen quod vobis hodie
 sisto, quodque si non Græciæ Demosthenes, certè Ec-
 clesiæ cum paucis Chrysothomos, doctrinæ & facundiæ
 laude, quintum labitur lustrum, Athenæo huic vestro
 repræsentavit. Sed verò hinc mea nec levis profectò
 cura est, ne in ipso orationis meæ limine sefellisse no-
 men omenque judicetis, aut in me sinisteriore auspicio
 convertatis illud, *Δημοσθένης σολοικίτης*. Equidem dos
 est magna parentum virtus, omni patrimonio præstan-
 tior, sed & verti illa in dedecus nata, ni cum paterno
 nomine transmittatur ad genitos, hique in eodem ut
 studii sic laudis genere pari nominis gloriâ excellent.
 Ex quo, meâ quidem sententiâ, Græcorum fluxisse in-
 stitutum videtur, diversissimum jam à Romanorum il-
 lo, ne eâdem quâ laudatissimi Patres venirent Filii ap-
 pellatione, si fortè aliquando in dissimillimis moribus
 similitudo nominis vel falleret, vel ignominiam eo ma-
 jorem traheret.

Nolite tamen, AUDITORES, præflagire animis fal-
 sâ sic vos specie deceptos paterni nominis, ut nullis pla-
 nè lineamentis referam desideratissimum mihi, conjun-
 ctissimum vobis dum spiraret atque exoptatissimum
 caput. Certè si ejus est in nobis aliquid, seu transfu-
 sum cum naturâ ipsâ, seu veriùs gratiâ excultum, non
 eruditionem credite, non laudem ingenii, aut linguæ
 felicitatem, nos siquidem spatio Natura arctiore coër-
 cuit, sed earum virtutum, quas idem ille ex ipso hoc
 suggestu augurali pridem sermone complexus est, sol-
 licitum desiderium, Veritatis nempe atque Concordiæ.
 Enimverò sic in utriusque studium, per tria omninò lu-
 stra, incubui in eâ literarum sede, quæ arctissimo fem-

per Veritatis & Concordiæ vinculo cum hac vestra con-
 juncta fuit, ut fore confidam ne in novâ hac statione à
 me desideretis τὸ ἀληθῆς εἶναι ἐν ἀγάπῃ. Absit enim! ite-
 rumque longissimè absit! ut si quid fuit in me hujusce
 laudis alibi terrarum, id nunc omne apud vos decoctum
 eam, imitatus plantarum eas traduces, quæ translatae
 in peregrinas terras, aut commissa frigidiori solo, de-
 generant à priori indole atque virtute. Est sanè ita cum
 plantis, imò & cum animantibus comparatum, prout

— cuique solo natura subest,

suam quibuscunque terris, pro vario obstetricantis &
 foecundantis solis adpectu, generandi conservandique
 vim adspiravit supremus Naturæ Parens. Abit hinc
 quandoque, si rei herbariæ scriptoribus fides, majora
 in origanum, brassica in rapam, triticum in lolium,
 hordeum in avenam, imperatoria in angelicam, sæpè

— pro molli violâ, pro purpureo narcisso,
 Cardum & spinis surgit palustris acutis.

Imò neque ipsa hominum ingenia sibi ubique constant,
 pro diversâ vel indole locorum, vel consuetudine ho-
 minum quibuscum misceri nos ac sociari contingit.
 Haud sic tamen ominor ipsemet mihi, qui præterquam
 intelligo

omne solum natale piis,

atque omnes terras fortibus viris aperuisse naturam,
 translatum me insuper video non in peregrinum or-
 bem, sed in alteram quodammodò mihi patriam, in
 quâ exegi primam ætatem, posuique tyrocinia, in quâ
 adscriptus primùm Theologorum Ordini vestrum ex
 parte suffragiis fui, conspicatus hodieque Virorum
 præstantium ora vultusque, qui à prima nos adolescen-
 tiâ benignis oculis ac paternis propemodùm adspexerunt.

Tuam sanè, HEIDELBERGA, ocelle Palatinæ Gen-
 tis, dulcissima nuper atque optatissima sedes, haud dis-
 simulabo ego felicitatem! Imò adhæreat palato lingua
 mea, obliviscatur sui dextra mea, si obliviscar vestri!
 Nec sine suavi recordatione, quâdamque cum animi
 voluptate, revocabo deinceps apud animum meum SE-
 RENISSIMUM illud quo collustraris foverisque Sidus, foecundam
 te tot Ecclesiarum matrem, inclytam tot Heroium sedem,
 addo hortum illum Domini, amœnissimam illam Goscen,
 planiciem istam Mamres, fontes illos tuos irriguos,
 fluvii alluentis errores, foecundos colles, excultas
 convalles, umbrosos saltus, densa fruticibus juga,
 & luxuriantis quaquaversum ludentisque varietate
 formarum naturæ faciem. Verùm enimverò neque te,
 decorata tot titulis, fulgens tot luminibus LEYDA!
 Bataviæ verè ocellum, ac literati orbis velut emporium,
 mea nunc tacebit oratio; quam non prædicant modò
 Urbis undequaque splendor, Gentis libertas, Reipublicæ
 securitas, Procerum munificentia, &

quicquid conspicuum pulchrumque ex aquare toto,

ne dicam hortorum illecebras, aut nemorum amœnitates,
 aut æmulam naturæ industriam, & si quæ alia ex
 quibus æstimari humana felicitas solet; sed & principatum
 quæ tenuisti quendam in literariis sedibus, quæ super-
 bis longissimâ ferie Virorum eruditionis gloriâ præ-
 stantium, quæ florentissimam ex omni cœlo Juventutem
 in sinum tuum effusam recipis alma Mater, sub auspiciis
 eorum Procerum, qui ad decus dignitatis doctrinæ &
 humanitatis laudem immortalem adjecerunt.

Agedum igitur, AUDITORES, quando civem hæc
 me suum, frustra imbecillitatis conscientiam reluctantem,
 adesse jussit, quando sic meis in factis fuit ut Palatinæ
 nuper oleæ detractus Bataviæ hodiè insererer, vestra
 meis conjungite vota precesque, ut irriget largis fontibus
 Providentia, ut clementer eadem adspiret, ut corporis
 animique vires intendat, ut lætos atque uberes fructus
 protrudat, ut tantis hinc cœptis propitia annuat,
 neque aut fallam ego infelici conatu, aut spe ipse
 fallar inani quam concipere jussit illinc clementia Numinis,
 hinc benevolentia affectusque vester.

Stiff 2

Sed

Sed quoniam fidem faciunt illi ambiguam qui merces suas anxie & sollicitè ac quæsito mangonio multoque cum apparatu explicare solent, hinc ego missa procerum longioris apparatione, ipsum illud de quo dicturus sum argumentum, tradito sic ab antecessoribus more, oratione non prolixâ aut laciniosâ, tractare adgrediar. Et subiit quidem animum cogitatio, haud me abs re facturum esse, si quemadmodum ille cuius vobis nomine, si non imagine, placui, exorsurus pariter ex ipso hoc loco publicæ Professionis munus, de *Theologi pridem Officio*, repetentibus vestrum multis altâ memoriâ, peroravit, ego quoque pari instituto, quanquam dispare fato, specialiùs paulo de *Theologi hujusce Prudentiâ*, quantum per angusta licuerit spatia, in præsentia dissertarem. De *Prudentiâ*, inquam, non forensibus, non civilibus, non domesticis in rebus; non quatenus magistrorum vel Moralis, vel Civilis, vel Juridicæ disciplinæ contemplatio est; non quæ homines vertit in vates, & futura sagaci mentè prospicere docet; minime omnium quæ doceat servire tempori, & mentiri vel frontem vel animum, Prudentiæ ipsamet nomen ac spectem eminentiâ. Verum de tali Prudentiâ, quæ Theologum cum omni tempore tum vel maxime rixoso hocce ac pugnaci deceat, ex cuius non infrequenti in Theologo desiderio profectum est malorum omne genus, quæ Ecclesiâs primum, hinc Respublicas commoverunt & labefecerunt.

Quemadmodum verò à vobis, AUDITORES omnium Ordinum Spectatissimi, mihi nunc primum ex hac fede surgenti vacivas aures nec captandas tamen inani ostentatione facundis; sic cumprimis à Te, *Clementissime Patre!* supplex contendo, non equidem ut turgida, ut phalerata, ut contexta ex verbis humanæ sapientiæ, sed tamen ut casta, ut simplex, ut imis ex sensibus nata mihi contingat oratio; maxime verò ut quæ sermone complectar te & opere in hac statione præstem, quod sine Te, tanquam *ἡγεμῶν πάντος λόγου*, quando in hæc virium infirmitate non possumus, nec ulla sine Deo mens bona vel etiam provida, dabis tu ardenti voto flagitanti & velle & perficere, erisque mihi

Principium, Restor, Dux, Semita, Terminus, Aspex.

Egent eæ machinæ, quæ vel cœlestes motus suis libramentis, vel mole suâ naturæ vim quandam æmulantur, vario rotarum, ponderum, adminiculorum, apparatu, ut se usu ipso commendent atque utiliter moveantur. Planè sentio sic esse cum gravioribus, seu in Republicâ, seu in Ecclesiâ, muneribus comparatum. Desiderant illâ multiplicem dotium, virtutum, atque notionum complexum, ut teneri publicâ cum utilitate queant. Latis demùm humeris durisve cervicibus datum, sustinere gravitatem onerum; sic inter lubrica viarum opus, cum intentâ oculorum acie, tum pedum quos tuto ponas firmitate. Quæ sanè transferre omnia ad animi necesse est admovendum publicæ rei; hinc Sapientissimo Regum, capefituro imperii gubernacula, haud aliud ab immortalis Deo flagitante quam *animum intelligentem*. Extructuros Tabernaculum Vetus legimus prævio spiritu adflatos, donisque sapientiæ, scientiæ, industriæ, cumulatè instructos; sed his tanto cumulatius exornari necesse est Novi Tabernaculi architectos, quanto hujus structuræ sublimior est, ac supra humanam mediocritatem. Nemo opinor in Castris, in Consilio, in Foro, in Familiâ, in Civili Societate, versari feliciter potest, qui non Prudentiæ in rebus vel agendis vel declinandis laudem meruerit, edoctus præsentia attendere, futura providere, antea recordari. Atque hinc Christus Dominus eas inter virtutes, quæ in Ecclesiâ seu constituendâ seu administrandâ primas sibi vendicarent, unam ferè suis *Prudentiam*, sed simplicem, sed fraudis & offensionis nesciam, voluit esse commendatam. Non ille adminiculum subministrare potentius, quo se tot ex angustiis expedirent, tot se periculis oves luporum in medio subducerent, felicemque navarent Ecclesiæ

operam, quam si Prudentiæ oculo, face, consilio, adjuti, luporum rapacitatem cautè sapienterque deluderent. Si cæteris multarentur, *dextro hoc saltem oculo*, quod vellet perfidus ille Nahas, orbari suos ignominiosum ducit. Si cottidie propter Christum, ut oves, ut victimæ, mactandi essent, saltem *sale prudentiæ*, absque quo sacrificia sub Lege nulla, condiri eorum animos jubet: simulque ad animum revocat, constitutos illos esse Oeconomos in Domo suâ, Consiliarios in sacrâ Republicâ, Præfectos in exercitiis Domini, Advocatos in causâ Dei, Pastores in periclitante ovili, Vigiles in hostili solo, quorum ad eum vel prudentiâ res Christiana cresceret, vel imprudentiâ rueret ac pessum iret. Atque id ipsum Dominus Jesus in primi Doctoris Gentium quadantenus adumbravit exemplo, quem primò *caum*, rationem ut nosset in divinis participare suam, mox *oculatum* reddidit, ut in opere Domini dexterè prudenterque versaretur. Quemadmodum aliàs apertio oculorum primus fuit ut Peccati sic Gratiæ effectus, illustratio mentis primum beneficiorum salutarium, Spiritus sapientiæ, consilii, prima effundendarum in Messiam dotium, & Prudentia ut prima virtutum cardinalium, sic primus voluti quondam Gemmarum ordo in Pectorali sacro.

Verum de Prudentiæ piis in Doctoribus necessitate præfari longius foret de oculorum illâ in viæ duce, aut facis in densâ caligine, aut gubernaculi fyrtes inter & scopulos, aut attentionis inter insidiarum occulta & præcipitiorum avia, quàm otiosissimè verba facere. Hujus autem quum non sit una mater, & alia quidem Naturæ, alia sit Experienciæ filia, Gratiæ etiam alia, beatum ego illum Theologum sentio, sed & raram in terris avem, qui sub harum omnium nutritus penetrabilibus prudentiam omnem exhaustit. Etenim est in plurimis innatâ quædam sagacitas, usis exquisito judicio, tamque cernentibus acutum,

Quam aut aquila aut serpens Epidaurium, nec tamen progressis ultra prudentiam carnis. In aliis, nec Apostolos excipio, supplevit Gratia, accedente rerum usu, quod negasse Natura videbatur, potiori hætenus felicitate. Quandoque verò junctæ hæ Gratiæ, concurrentes hæ Magistræ in Theologo efformando, quod sanè Paulis, quod Atticis, Ambrosiis, Augustinis, aliisque oppidò paucis, laudi cessit ingenti. Sed & quum prudentes reddat illa disciplina, à quâ Prudentum responsa, & Prudentes Juris, ex civilium forensiumque tractatione rerum, cumulus hic commendationis summis quandoque Theologis accessit, conspicuis Jurium scientiâ, vel Causarum patrocinio, vel Præsidiali antè ac Senatoriâ dignitate, quâ pridem laude claruisse Tertullianos, Arnobios, Victorinos, Ambrosios, Paulinos, Boëtios, Cassiodoros, & sequiori ætate Calvinos, Bezas, Capitones, Snepios, Jonâs, Stolones, Danaeos, Junios, alios benè multos, traductos à Foro ad Ecclesiâ, à Rostris ad Templum, ab humanis ad divina jura, nostræ proditum memoriæ fuit. *Nescio*, inquit de nonnullis Hieronymus, *quid plus in illis admirari debeas, eruditionem (prudentiam) sæculi, an scientiam Scripturarum*. Ast verò communis hæc omnia opera, commune requisitum est, qualescunque tandem seu natura finxerit, seu fecerit studium, ut sint *σοφῶς εἰς τὸ ἀγαθὸν*, docti verum à falso & salutare à noxio discernere, *εἰς ἃ τὸ κακὸν ἀπέχουσι*, ferri scilicet in malum dolosve machinari indocti, in altero viri, infantes in altero, isto serpentum sagacitatem, hocce columbinam imitati innocentiam.

Et quantus, amabo, hic sese aperit dicendi campus, in quo nostra luxuriare possit oratio? Prudentiæ quam dico quis excutere omnes angulos, quis partes enarrare omnes, his in angustiis valeat? *Nullas*, dixit ille, *recipit prudentia metas*, ita sanè nullas imperata Theologo prudentia. Suadet illa, temporum locorumque ratione

habi-

† Sam. xi. 2. Esai. xi. 2. Exod. xxvii. 1. Rom. xvii. 19.

habitâ, non se cuius credere, non in discrimen committere, non ullius vel animus vel existimationem offendere, non fluctus excitare in simpulo; non turbas ciere, non adstringere vinculo quæ sunt arbitrio hominum à Domino relicta. Docet præsentibus succurrere, antecessiones malorum cogitare, prævertere infelices rerum eventus, aptisque & convenientibus uti ad res tranquillandas mediis. Instruit Theologum, quid Deo, quid Magistratui, quid Ecclesiæ, quid Fratibus, quid commissæ curis suis Juventuti, quid sibi met ipsi debeat, seu jam pacata sint atque tranquilla, seu turbata vel extraneis vel intestine motibus, tempora. Tandem est hæc demùm Prudentia veritatis fomes, concordia vinculum, bellorum averrunca, impotentium frænum affectuum, sobria sapientia, moderationis, charitatis, patientia, cæterarumque quæ Theologum absolvunt matrix & magistra virtutum. Quæ singula si dicendo haud perfuntoriè persequeretur, nec solum

floriferis ut apes in falsibus omnia libant,

dies me citius quam oratio, auresque prius quam voces deficerent. Sed nolite hoc ipsum formidare, AUDITORES, non sic vestra morari tempora, vel aures fatigare juvat. Dicam modò brevibus quæ & tempori convenire & loco, atque etiam instituto nostro, mea feret opinio.

Et in iis quidem, quæ commemorabo sacræ Prudentia argumentis, primas meo quodam iudicio tribuam fugæ omnis in Doctrinâ primùm, tum & in Praxi, Novitatis. *Nova* dicimus, quæ post restitutam à majoribus fidem, & scriptas formulas, & junctas Ecclesiarum dexteras, abeunt, quocumque tandem obtentu, (veritatem certè nullus non novator obtendit) à communi Theologorum sensu, & publicis tabulis, gratiamque sic apud multos inveniunt, plerisque ut commoveant atque conturbent. Equidem, fateor, ita comparata esse hominum ingenia, ut ferantur semper novitatis studio, amentque, Procopii dicam verbis, *ἀνὰ πρῶτον τῷ χρόνῳ ἐπινοοῦνται, ἢ μεταπειρῶν νεωτέρας δόξας.* Fateor vix fieri posse in hac cum ingeniorum tum quæstionum infinita prope modum varietate, ut idem semper omnes de omnibus sentiant. Largior non humanæ sed angelicæ esse perfectionis, ita Augustinus Cypriano indulgurus, *in nullo aliter sapere ac se res habes,* nec pauca etiam nunc esse in Sacris Literis recondita, nec omnes esse in hoc vitæ nostræ modo expeditas difficultates, nec perinde omnes oculatos, nec parem Theologorum omnium in Scripturis declarandis esse felicitatem, uti neque mensuram gratiæ. Postremò & hoc ipsum de facili largior, non posse cujusquam cogitatis vim admoveri, neq; constringi sic oportere hominum mentes, ut in sensus nostros adigantur, neque fas sit vel tacita ratiocinatione diversum in multis opinari. Nobilem certè animum vegeta libertas alit, haud passum cogi se in illas angustias. Sed verò, nam hæc vidimus tempora, omni ope atque studio in id ipsum eniti, diversam ut à reliquis viam in eas: affectare singularis laudem ingenii, gloriæ cupiditate: ad novandum, splendidis ut ingenii accidit, trahi ducique propensione quadam: fingere sibi met opinionis errore quod prospiciant longiùs tot Gigantum oculis: opinari verum se invenisse primos, *ille ego sum Scorpæ,* ille ego quem *æquum amavis Jupiter:* velle vel sepulta vel antiquata tot fructuosa decessorum monumenta, ac ludere quodammodo Theologorum dogmatis, ut astragalus solent: nec concepisse tantùm animo quæ haud placitura sciunt, sed propalam venditare, in discipulos spargere, sparsa adferere, committere ituris ad omnem posteritatem chartis, certare jam (prout labi & decipi turpe ducimus) pro acris iudicii & cognitionis ac scientiæ gloriâ, atque hinc tandem in partes non ire modò, sed & trahere obsequiosam clientum turbam: hoc demùm omne est ambitiosæ imprudentiæ, à quâ est quicquid malorum, quæ vel lapsis ætatibus, vel nostrâ hacce, discerperunt Ecclesiæ viscera ac dilacerarunt.

De Bel. Goth. L. IV. C. XI. L. II. Cont. Donat. C. V.

O tristem ac lugubrem recordationem! Ah! quàm meminisse non dulce est, sed amarum! Veniam date, AUDITORES, si vix mihi à lachrymis, neutiquam certè ab acerbissimo animi dolore tempero, repetenti memoriam omnium ætatum, indè à primâ origine Christiani nominis, mecumque cogitanti in quas exierint hæc mala calamitates, itemque à quantillis initiis progressus habuerint suos tot Hæresium monstra, & Schismatum portenta, bellorumque, quibus certatum in commune nefas, ferrumque conversum in propria viscera. Advertite, quæso! mecumque si non lugubres voces, certè

gemisus abto de corde petitos

Edite.

Quid initio præ se ferre *Arimus* ille, *Αῤῥῆ* dicam, an *Αἰγῖ*; subtiliorem modò quàm necesse videbatur Alexandri Episcopi de Personis Divinitatis arguere ipse disquisitionem. *Origenes* ille, tot Ecclesiarum pater, tot disciplinarum penu, tot laborum exantlator, verè *καλάντερος ἢ ἀδαμάντιον ἢ σινδώνη*, habere sanè non pauca ab usu Ecclesiæ aliena, sed tamen animo minimè malo, sed nullo pertinaciæ crimine, sed compositis se vivo animorum turbis, encomiasticis etiam *Origenis*, *Heraclis*, *Pieris*, *Pamphilis*, *Hilariis*, *Didymis*, *Greg. Nyssenis*, *Chryostomis*, *Ruffinis*, *Hierosolymitanis*, quantis nominibus! Fortè *Anastasis* Presbyter, *Nestorius* dein Episcopo assurgente, *Mariam* Virginem, inani vocilitigio, *Deiparam* appellandam esse pro concione inficias ire: non rem sed vocem improbare in speciem *Acacii*, *Eudoxii*, *ὁμοούσιον* nempe, ut Scripturis nullis usurpatum: Naturæ & Personæ appellationes confundere modò *Eutyches*, *Dioscorus*, & Nestoriani quidem erroris odio: *Pelagii*, *Celestii*, *Juliani*, sapere principio ex ipsis fontibus, certè haud ignobilibus rivulis, cum Patrum aliorum, tum speciatim *Origenis*, de possibili perfectione hominis ἢ ἀναθειᾶ. *Cyri*, *Sergii*, *Honorii*, haud negare aliter duas in Christo voluntates quàm prout diversæ pugnantisque conciperentur, Chalcedonensium admittà fide. Ità de locutionum plerumque formulis, potiùs quàm de sententiis dogmatum, contendere *Severi*, *Themiisii*, *Victores*, *Hormisdæ*, *Felices*, à quibus portentosa Phthartodocitarum, Theopaschitarum, Adoptianorum, in Annalibus nomina. Quantula hæc, obsecro AUDITORES, quàm obscura malorum exordia? Sed quàm ominosi progressus? quàm repentini auctus? quàm finis luctuosus? ô periisset illa dies quæ & *Origenes*, & *Arios*, & *Nestorios*, & *Eutyches*, & *Pelagios*, & reliquos novaturientes adspexit! Nonne totis concussus est viribus orbis? Nonne etiam nunc hodie

alta sedem civilis vulnera dextra?

Et quàm ego lubens his ipsis qui voce nostrâ personant, his (inquam) parietibus memorem sculpsero querelam! Sique nunc vestros luberet sollicitare manes, *Arminii*, *Vorstii*, *Episcopii*, infausta huic Reipublicæ nomina! Si vestros moliri cineres, Germanici belli classica, *Brenni*, *Heshusii*, *Flacci*, *Jac. Andrea*, *Osiandri*, *Huberi*, *Sirigeli*! Si vos appellare, quorum cætera compositas in Domino reliquias, & triumphantes credimus animas! Si transire ad divisos toto orbe Britannos, ne jam retractando nondùm (eheu nondùm!)

coënnia rumpam

Vulnera!

Nonne his vos affari rogareque vocibus possem? quis furor, ô Fratres, quæ tanta innovandi licentia? miseræ hodiè demùm

cognoscite premia rixæ!

Tantine fuit laus quædam subtilitatis, in iis quæ feliciùs nescirentur, quæve suo tempore revelanda, aut adversus ea quæ recepta essent communi fide, & tradita majoribus, ut ea propter efferrentur duraturi belli signa? ut frater in fratrem, vel ob titivilitium, rueret? ut altare strueretur contra altare? ut divideretur ab Hierosolymis Samaria, à Byzantio vel Carthagine Roma? ut tot hinc conciderentur in Republicâ turbæ, in Ecclesiâ

factiones, in Fratribus diffidia, in Animis odia, in Bonis offendicula, in Christianis dubia, in Scepticis cavilla, in Adversariis triumphus? Sed neque succedere res aliter potuit, eritque hoc quoddam fatum Christianæ Ecclesiæ, quamdiu sibi met sapient luxuriantia ingenia, & contrectare his impunè licuerit Scientiæ sacram Arborem, aut introspicere in Arcæ & Sanctuarii adyta, illincque Doctoribus famam nominis gratiâ novitatis, nam

— *scelera ipsa nefasque*

Hac mercede placent,
hinc Discipulis Magistrorum seu opiniones quasdam seu errores aucupari.

Haud sanè repudianda ducimus quæ subindè aliquid lucis adferunt veritati, qualium est non infœcundum hoc seculum, veritas tamen & *vetustas*, ita quondam Tullius, *suo loco conservanda est*. In iis, quæ supra humanæ mentis indagacionem eveda, τὸ μὴ παλαιότερον αἰὲ ὕγιες τε δοκεῖν, ἐν ἡμῶν εἶναι. *Qui novitatibus student, sic aureum illud os Chrysolomi, nusquam erroris finem inveniunt; alia ex aliis, ut ex Hydræ trunco, capita; ex minimis plerumque, ut ex Crocodili ovo, maxima; error ex errore, lis ex lite; ex logomachiis infelices monomachia; ex controversiis discordia; ex discordiis bella, velut ex scintillis flammæ & ex flammis incendia; quin etiam ex sententiarum nasci ut plurimum animorum distractio, & voluntatum à se invicem alienatio. Ut quod olim de Gymnosophistis Curtius, Deos putant quicquid volere cœperunt, ita de his affirmandum veniat, Divinum putare quicquid tradere cœperunt. Et quemadmodum Discipuli habere aliquando Christum pro phantasmate, sic hi cogitationum suarum phantasmata habere pro Christo. Hinc privata causa publicæ simulachro larvatur, prætextitur τῆ ἰδίᾳ θηλύσῃ Prophetiæ canon, novitati antiquitas, ambitioni zelus, traditis necessitas atque monumentum: nec veritas ampliùs, sicubi arenam ingressi, aleamve subière certaminis, sed victoria intenditur; cedere omnes verbis prompti, si quando victi ex Scripturis fuerint, vincendi nunquam, singuli*

— *certare pares, & respondere parati,*

ac cuius potius deservire affectui, dummodò quod velint, quod gestiunt, consequantur. Imò quod est omnium maximè luctuosum, addere ut plurimum inventis pendentes ab ore discipuli; expressa quandoque Magistris innocentius vertere in contendendi materiem; Pauli, Cephæ, Johannis, id est, Doctorum, præscribere continuo nomina, atque auctoritatem obtendere; ut tandem tot propemodum exurgant in purgatiore Ecclesiâ Familiæ, quot Theologi, & quod legimus de degenerare filiâ summi Sacerdotis, suum illam *polluisse Patrem*, ita hi filii Prophetarum suos verè polluant Patres, abituros sic in factionum capita, nec relatores præmium aliud quam pessimam gratiam posteritatis, tristemque in Ecclesiæ annalibus literam, si non, quod optimo accidit Origeni, fulmina & anathemata. Et hi sunt, AUDITORES, illi fructus, sanè perquam acerbi, quos ex affectatæ scientiæ infelici Arbore decerpunt imprudentes, sæpè etiam ex affectatâ, præposterâ ambitione, solius quam vocant methodi, sæpè locutionum discrepantiâ, proclivi mox gradu à methodo ad *μεθοδείαν*, à vocilitigiis ad vitilitigia, à verbis ad sententias, immemores illius quod alicubi Hieronymus in Johannem Hierosolymitanum, *purè* seu nobiscum *credit*, nobiscum ergò *loquatur*. Quamquam addit ille & prudenter, *nobis non est cura de vocabulo ubi sensus est in tuto.*

Quanto minùs illi memores sacratissimi hujus Prudentiæ depositi, qui intactâ doctrinâ carpunt maledico dentæ, seu auctoritatem Regiminis, seu Disciplinæ formam, seu receptas longo usu mediasque Consuetudines, isti quidem contentiosâ obstinaciâ, hi superstitiosâ timiditate. Quod turbonum genus ut Ecclesiâ veterem, ab ipsis incunabulis, per Tatianos, Novatos, Meletios, Aërios, Donatos, Petilianos, id genus alios, variè ex-

In 2 Tim. 1.11. Tom. 17. Lev. 21. 6. Ad Pammach.

ercuit, sic superiori & nostrâ ætate quandoque ima summis vel miscuit, tragico rei theatro Britannia, vel miscere adlaboravit, in Gallia certè Reformatâ Morelli, Rami, Tileni, in Palatinatu Erasti, in Belgio vestro Saravia, Novatores, ne novissima dicam. Qui tamen non nescirent esse hinc Prudentiæ cumprimis legibus locum; abesse ab externis id genus oportere opinionem omnem necessitatis; inolitas consuetudines, quarum singularis semper in priscis Canonibus ratio, non temerè sollicitandis; *Provinciarum leges*, Hieronymo teste, *pro Apostolicis reputandas esse; Non esse extraneam consuetudinem*, loquente sic Tertulliano, *qua non est extraneorum*; Gravis esse prudentisque Christiani, verba sunt Hipponensis, *agere eo modo quo videris Ecclesiam ad quamcumque deveneris*; nihilque adeò prius esse & antiquius homini Theologo, quam ut (vovente ita Cypriano) fervetur charitas animi, collegii honor, dilectionis vinculum, & concordia Sacerdotii. Adeste hinc turbulenti, qui ut piscium quoddam genus tranquillo mari languescitis, ut vultures prælia & strages luerum ducitis, ut anguillæ capimini limosis aquis! Vestra si audiuntur, quot jam perierint Ecclesiæ quæ diversissimis à primâ usque antiquitate usæ sunt moribus atque institutis? Quot etiamnum hodie non exiguo inter sese Rituum discrimine dissociantur? Hæne amiserint hoc ipso jus pacis, & *nomen fraternitatis*? Sponsæne decus aut Christi Regnum quærendum fuerit in externâ facie? Scilicet! non intellexit Christus Dominus dispergendos esse Christianorum greges per varia Imperia, Regna, Principatus, Politias; diversissimis vivi ubique gentium legibus moribusque; nec concurrere adversus frontibus posse, in eadem societate, formam Imperii & Sacerdotii. Scilicet! pessimè tot Canonibus cautum, ut Ecclesiarum ordo responderet τοῖς πολιτικοῖς τύποις, Civili formæ. Et fortè *Ochlocratiam* præscripsisset Christus iis populis, qui Monarchiâ regerentur, aut *Hierarchicum* regimen qui Popolari & Democratico? Vel si qui forent aliquando nævi Disciplinarum, his præhabuissent Apostoli malum schismatis, & seditionum lernam, id est, percolassent culicem, camelo devorato? Qui ipsissimus quondam Novatianorum factus fuit, dùm

— *vento gravidis, mirabile dictu!*

flagrantisque cupidine dominandi, sibi solis, plusquam Arfacio factu, scalas coelum versus erigerent, nomenque Apostolicum vendicarent.

Sed quemadmodum prudentis Theologi argumentum est, nec verbis nec scriptis vellicare, seu doctrinam, seu disciplinam, à majoribus acceptam, sic sacræ Prudentiæ hæc pars altera, malum ubi per imprudentes irrepit, non fovere aut asperare, sed convenienter extinguere. Enimverò sæpenumerò hæsi dubius animi, plusne nocuissent intempesta novantium, an calida consilia reprimentium. Imò quod res est dicam, *Iliacos intra muros* haud peccatum minùs fuisse quam *extra*. Et quam in aliâ causâ laudavit Tullius *incitationem animi, qua studio pugna accenditur*, hanc in viris Theologis repressam frequentius oportuit. Et fuisset utinam! utinam in ipso contentionum exortu, in recenti morborum vitio, lenientibus uti remediis placuisset! Utinam flexissent ad mitiora consilia laudatissimæ quondam Constantini Imperat. ad Alexandrum Ariumque voces, jam in pugnam animatos! Utinam didicissent quandoque Viri Dei dissimulare plurima quæ vel impugnantius, vel cum aliquâ verecundiâ, Collegis aut Fratribus expressa! Utinam extremis remediis parcius, quæ prudentia Medicorum est, sollicitis verò precibus, fraternis monitis, benignioribus interpretamentis, datus esset locus liberaliùs! Nec statim primo impetu esset ad arma conclamatum, nec itum in sacra foedera, nec vibratum fulminibus, nec tot sævitum anathematis, non improbando

Nicænis. Ephesin. Chalced. Trullan. Hier. Ep. xxviii. Tert. de Virg. Vel. C. 11. Aug. Ep. cxviii. De Offic. L. 11. Socr. L. 1. C. vii.

modò sed reprobando, nec in causas tantùm sed personas invadendo, & sæpiusculè quæ vix millesimo cuique vel intellecta fuissent vel animadversa protrahendo in apertam hominum lucem, magno cum veritatis & charitatis dispendio. Quæ dùm mœstâ oratione persequor, nil jam opus est flumine eloquentiæ, sed torrente lachrymarum. O quot restingui potuissent in ipsâ scintillis incendia? quot præveniri infelices motus? quot componi duraturæ lites? quot depelli lethales morbi? quot seu exitiales hæreses, seu civiles discordiæ prohiberi? Equidem sic sentio, AUDITORES, non flagrasset tantâ invidiâ Adamantius, nec ejus causâ tot sæcula laborassent; non exiisset in orbem universum Ariana hæresis; non partes fecisset cum suis Nestorius; non divisissent Orientem Paschales vel Africam Baptismales controversiæ; si plus fuisset in Demetrijs, in Alexandris, in Cyrillis, in Victoribus, in Stephanis, à principio moderationis, nec quæsitâ illic dejectionum, proscriptio- num, anathematismorum, Medicina violenta. Multi errorem vel pressissent vel revocassent, ni traducti protinus hæresis accusatione, in quâ Hieronymus neminem voluit esse patientem. Multi deseruissent causæ vadimonium, si modò relicta in tuto dignitatis, fortunæ, existimatio. Neque dissimulabo exceptos qui sic novaturirent nonnunquam acerbius, sæpè non confutatos sed confossos, non correptos sed proditos, sæpè (prout tenet hoc insanabile multos) contentionis studio magis quàm veritatis, fide defensâ sed charitate subversa; desinente amore causæ in odium personarum, defensione in offensionem, calamo in stylum, sale Christiano in Plautinos sales, & causâ publicâ in privatam, imò errore unius, qui obduci initio potuit, in communem totius sectæ, ex quo propalari invidiosius cepit.

Quàm igitur, AUDITORES, prudentiæ laude illi excelluerunt, qui omnino principiis obstandum dùm facilis medicina est, sed cautè sed leniter, arbitrati. Est sanè quoddam malorum genus quæ ferrum ocys deponunt. Multoties necesse est *ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτεω*. Sæpenuerò pars læsa confestim amputanda est, jubetque *σὴν ἀνάγκην* dura in gravibus necessitas. Sed in hoc genere novitatum quæ passim per fratres irrepunt, satius oleum affundere vulneri. Sanandum hocce, non vexandum vel irritandum:

— *Peragis tranquilla potestas*

Quod violenta nequit.

Virgam primùm consitam facile flectas, molli quodam obsequio, frangas tamen

— *si vires experire tuas.*

Urticam si fortiter comprimis minùs uret, secùs tamen hic sese res habet, planèque ut cum anagyri, quam si compresseris hoc fortorem graviorem elicueris. Silix silice attritus flammescit: Vis vi collisa dat damna: Ignis gladio concussus exardescit: Unguis in ulcere hoc magis exasperat: Et torrentem quo listas fortius hoc erumpet vehementius; Neque aliter cum magnis animis ac fortioribus ingenijs comparatum est. Verissimumque est Sapientis illud, *quod sermo mitis confringit ossa*, & Platonis alterum ad asperiores Xenocratem, *quod Græcis esset sacrificandum*. Et licati in numismatibus Veterum *Famina*, mansuetudinis Symbolum, Leonem inter & Taurum visitur media, ita mansueta Prudentia, media si intercesserit, ferocientium ut plurimum impetus frangit, & noxia molitos coercet. Cujus sanè prudentiæ laudatissima exempla Sacra quidem pagina in Mose, in Samuele, in Davide, in Christo, in Paulo, Christiana autem historia in Cyprianis, Athanasis, Chryostomis, Sisinnis, Atticis, Ambrosiis, Augustinis, ne recentiora proferam, suspexit ac celebravit. Neque profectò aliâ in antecessores Theologos, benè de Ecclesiâ meritos, ac melioribus adscriptos, esse nos prudentiâ oporteret, quàm quâ fuit in Origenem Ambrosius Mediolanensis, cui id laudi jure optimo datum; quod quæ proba essent in Adamantio suis in Commentarijs descripse-

rit, quæ minùs dissimulaverit, *nec errarum profertens, nec auctorem prodens*, quorum alterum (inquit Roterodamus vester) *non solum; alterum invidiosum fuit*. Planè sic regenda non rettegenda nuditas fratrum, quæ incesta quædam est cupiditas, ac veluti piaculum Cananæorum, his naturæ illis gratiæ proximitate violatâ. Et si qui in superstitionibus Theologis, sociisque in opere Domini, diversum in obscurioribus aut minùs gravibus sentiant, illud Apostolici ævi cogitandum, in quo *divisa lingua*, sed idem spiritus eademque magnalia, vel istud Augustini, *posse de quibusdam rebus, salvâ charitate et pace, inter bonos esse dissensum*. Si verò malum latius serperit, si ex dissensu *dissonia*, nec discedant tantùm à se invicem linguæ, sed scripta, sed animi, sed affectus, sed clientes, id sibi dari negotii credit Theologus, ut succurrat veritati laboranti, sed ita ut bonam causam benè agat, ut Ecclesiæ utilitatem non suam respiciat, nec tam eum qui commissus est quàm eos quibus nos commissi sumus, neque intentatum quicquàm esse velit per se, per alios, per Reipublicæ proceres, tum Ecclesiarum præfides, quod ad compescenda ingenia, & scriptiones id genus sistendas, & motus componendos, ac conservandam veritatem conduxisse videbitur.

Et hæc quidem, AUDITORES, pars est magna Prudentiæ, ubi causa publica, proxima huic, ubi nostra seu propria vertitur. Enimverò solet hæcce priori ut plurimum implicari. Solet ab odio causæ, ut dixi modò, ad personarum illud deflecti: & quo strenui magis defensores hoc plus invidiæ sustinent. Nec istorum felicior conditio est in hac sæce temporum, quàm quæ fuit Christi Servatoris, quæ Apostoli Gentium, quæ mox Athanasii, Chryostomi, quæ superiori ætate Zwinglii, Oecolompadii, Calvini, Bezzæ, reliquorum qui fortiter gessere bella Domini. Imò verò vix crebri magis latratus, aut venenati morsus, quàm fratrum in fratres. Dùm feræ inter se placidæ abstinent simulum morsus, isti *mutuâ laceratione sasiuntur*. Argumentum amoris, larga scilicet Dei manus, & donorum quædam effusio in odii alimentum convertitur: *Et quomodo quisque odium hunc perisse experit*. Nemo facile vel parem terre vel superiorem. Pauci exoculari alii in alijs diversissimas sed verissimas tamen dotes, ut Aaron Mosis sapientiam, sic Moses facundiam Aaronis. Pauci denique cogitare varia semper in varios effusa, nec aliter cum Viris Dei ac cum Astris, Gemmis, Plantis, Floribus, Membris humani corporis, aut Vasis in domo, constitutum, diversissimæ lucis, fulgoris, virtutis, fragrantiae, operationis, atque capacitatis. Quibus haud satis ad animum revocatis, non fert Elavus benedictionem inferioris matris; mors gratior Racheli quàm Sororis prærogativa; Filii Jacobi *boni Pastores*, sed pessimi fratres. Nec primæ tantùm sed & novissimæ Ecclesiæ deplorare licet *ἀδελφότητος*, qui non ferro sed linguâ, sed calamo, sed voto, sed atro dente in Symmistas læviunt, plerumque ex insidijs & ex occulto, læva omnia oculo intuiti, omnia indignati, optimi *Josephi* modò vestem, modò somnium, modò voces, modò actiones, singula utut innocua futura pabulum illius malæ bestiae, vel peregrinæ illius ignis, livoris nempe & maledicentiæ.

Ab his jam impetitus Theologus, & cum hujusmodi ingenijs conflictatus, nùm talione continuo experitur? Nùm odium odio, maledicta maledictis, aut malas artes pari fraude pensabit? Nùm in perniciosam fratrum, in vindictam, animosus fiet? Nùm parata tollet cornua, ibique acrior ad pugnam, provocatus scilicet? Aut mox inæstuabit præcordijs bilis, & armabitur non tam in alium quàm in seipsum furor? vel saltem manebunt altâ mente, erupturæ aliquando,

— *cause irarum, seivique dolores?*

Parce, mi Frater, non ita Christum vel tu vel ego didicimus. Nempe quia pateris scelus, vicissim ipse faceres!

Erasm. in Ambros. Contr. Julian. L. 1. C. 11. Sen. de Irâ L. 11.

ceres? Rectè jam mitissimi ingenii Cyprianus, *illi passuntur injuriam qui facere se credunt*. Et alius, verberare Christi proprium, flagellare Pilati & Gajaphæ. Quod si Sapientes Gentium suos docuere, dum indigna & contumeliosa vel audirent vel paterentur, gravitatem retinere, iracundiam repellere, & cohibere turbatos animi motus, servareque modum, quanto jam iis nos esse superiores, ab illo edoctos qui fons omnis mansuetudinis, conveniret? Si in eâ Philosophorum, quandoque & Imperantium, turbâ, tulit alter calce in viâ ferientem, alter editos ore calumniantium crepitus pari loco habuit quo ventre redditos, tertius *sat panna esse dixit maledixisse viro bono*, alius expuentem in mediam frontem *os habere & turpiter oscitare* affirmavit, atque in similem Diogenes, *deliberandum sibi prius an irasci opera pretium foret* & quanto nos decet, imbutos sanioribus præceptis, Christi que excitatos exemplo, immotiores consistere ad verborum hujusmodi contumelias, tanquam ad inanes crepitus, & turpes oscitantias, solâ recti conscientia tutos? Non calumnia, dixit Socrates, sed veritas offendit. Murum aheneum nihil lædunt picei id genus globi, quicquid ad breve tempus ex iis adhæretcat. *Nullus*, sunt Augustini voces, *falso crimine leditur, quia non cui obicitur sed obicienti potius imputatur*. Est pro advocato conscientia, pro teste vita antea acta, pro iudice scrutator renum, pro defensione prudens silentium, quod sapientum responsum appellavit nonnemo, & quo Herodis cavilla Christum, quo stupri accusationem diluisset quondam Athanasium, sacra Historia refert. Calumnia omnis vel semetipsam destruit, vel à tempore destruitur. Blasphemæ vocis postulatur Jesus? mox ecce divinum factum, *surge & ambula*. Occisi Arsenii reus agitur coram Tyriis Athanasius? ecce Arsenium vivum calumniantibus sistit: Fœdæ libidinis ille suspectus? ecce semivirprehenditur: Captus iste perhibetur oculis? ecce prodit oculatus. Ità redire in authores solet calumniæ virus, uti exitialis esse vespis infixus aculeus, vel aspidi morsus. Hinc prudentis Theologi emblemata quoddam, *Paulus* Apostolus viperam invadentem leviter manu excutens; vel etiam (si nuperis Scriptoribus fides) *Egyptii* hodierni, qui viperino morfu nullo lædi, nullo perire referuntur; ni hirsutam mavis *echinum*, quæ suo munimine tuta in aculeos modò suos exeri vim omnem allatrantium, aut admordentium ora, læta quodammodò & tuta conspicatur.

Quid igitur, AUDITORES, Theologum ego in lapidem quandam vel immotum stipitem convertero? Defensionis jure, quod ipsâ naturæ lege vel minimis animantibus concessum est, Theologo interdixero? Nec tam prudentem sapientiam quam stolidam simplicitatem commendasse videbor? Imò verò *prudenciam* volo sed simplicem, *simplicitatem* sed quam *prudenciam* Martialis nuncupavit. Defensionem indulgeo, sed sine offensione; quin erectos aculeos dico, non quibus tu saucies, sed ad quos saucient semet aggressores. Absit ovium à Theologo stupiditas! absit timiditas columbæ! sed tamen utriusque simplicitas adsit, nullo dente, nullis unguibus, nullo rostro ad vindictam armatæ. Defensiva his arma unio cum suis, numerus, gemitus, planctus, innocentia, offensiva nulla. Sicque Theologum *antæguor* esse jubeo, ut certè non *ἀφρονα*, sic adinstar columbæ ut sagacis quoque serpentis, ictus, incantationes, exosum sibi hominem declinare docti, naturam imitetur. Christo Domino quid mitius, quid innocentius? Attamen si se vel lapidibus peti, vel Tentatori permitti, vel accusari capitis, vel circumveniri verborum insidiis videt, quâ ille prudentiâ non declinat modò laqueos, sed & irretire gestientes in illos ipsos conjicit quos sibi adaptaverant? Paulo Apostoli vase illo gratiæ quid sanctius, quid moderatius? Ut novit ille tamen prudenti consilio modò repellere à se ignominiam ut Romano cive, modò Pharisæos in causæ suæ patro-

Ep. III. lib. 1. In Psal. CXVIII. T. VIII. Theven. Itin. Orient. p. 495.

cinium trahere, modò observare hominum ingenia, & vel Judæorum servitutem vel libertatem Gentium, modò diluere crimina & discrimina tum à se tum ab Ecclesiis amoliri? Quid jam dicerem laudatum toriens Athanasium, tot periculis defunctum, tot malis eluctatum, sub Constantinis, Constantiis, Julianis, Valentibus, solius ut Providentiæ sic solertis prudentiæ ductu, felicius quàm Ariadnæo filo? Quæ si major quandoque emicuisset in optimis cetera & sanctissimis Viris, si plus in iis *σώφρονος ἀπιστίας* seu minùs credulæ facilitatis, si minùs negligentes sui, insidiarum, discriminum, si nati dolos quos alii struerent cautiùs prævertere, si memores illius satius esse *περιεβλέδων*, quàm *ἀντεπιεβλέδων*, si res suis librare ponderibus aptareque ad fines media, si observare temporum opportunitates, vel ipsâ Gentilitate *Horæ* Templum consecrante, si ferre fortunam quàm factum est moderatius, resque vel secundas vel etiam adversas, si denique non suis non aliorum deservire affectibus, non duci inconsiderato zelo, non inconultos aut transversos agi; Credite mihi, AUDITORES, avertissent illi multas magnasque calamitates à se, ab Ecclesiâ, à gregibus suis, nec jactassent naviculam Domini tot decumani fluctus, naufragas ad Syrtis frequentius allidendam.

Cum primis verò respexisse diligentius oportuit Summas sæculi Potestates, hęcendas sanè & exorandas, non præpostero supercilio irritandas. Plures sæpè quàm expediisset Ambrosios, paucos vel Theodosios vel Valentinianos, terre imperantem dociles, adspexit Ecclesia. Dubiumque esse meritò possit, plusne damni suâ Arturii & Catuli conniventia, assentatione, blanditiis, & compositis ad libidinem dominantium vultibus ac linguis, an suâ Catones morositate, Audæ inconsiderantia, Chrylostomi severitate, Episcopi nimis multi præsumpto dominatu, in Ecclesiam intulerint. Nihil sanè efficiunt magnoperè commendandum, per quos Principum & Magistratum vel frangitur autoritas, vel minuitur sollicitudo, vel remittit erga Ecclesiam affectus. Nihil admodum promovent, qui summos in humanis Moderatores vi quâdam Solio potestatis deturbandos, arcendosve cum Theodosio *Ecclesia cancellis*, aut ignominiosè traducendos, aut prohibendos illo jure quod soli in peculio habent, *τῆ ἰθυσίας ἢ ἰζω*, ambitiosius censent. Semperque Theologo cogitandum, quid intersit inter Imperium & Sacerdotium, Sceptrum & Claves, Magisterium & Ministerium, Dominatum & subjectionem, coercendi Potestatem & suadendi Officium, quid denique distent Pastores gregum à Principibus populorum. Quâ si fuissent isti prudentiâ, etiam nostrâ & patrum memoriâ, minùs certè in Ecclesias, minùs in Theologos, fuisset invidiæ aut malorum derivatum.

Ità verò Theologum circumspexit effigio, ut minimè veteratorem, simulandi nocendive artificem. Cautum volo, non callidum, non versipellem. Sapientiam desidero, sed non carnis, non sæculi. Prudentiam præcipio non histrioniam, intelligentiam non malitiam, virtutem non virtutis larvam, serpentis sagacitatem non venenum, non altum. Ut cæcos Sacerdotes sic *claudos*, qui non recto talo incederent, Lex admisit nullos. Ut pellem externam Sacerdotibus, sic Deo renes, jecur, sanguinem, sacra esse voluit. Mel adulationis, simulationis fermentum, ficlos adulterinos, oblationes fallaces, cultum labiorum tantum, procul à Sanctuario esse jussit. Nec *Væ* illud Servatoris frequentius intonuit quàm in personatos illos Theologos, quorum in melle sitæ linguæ, corda in felle sita, qui sub blandâ specie ludos facerent, & Ecclesiam Theatrum, Deum hominem gravem oculis, munus suum personam ducerent, simulantes, inquit ille, *locutionem columbinam sub caninâ mente*. Hinc Theologi an Theologorum monstra?

Paulus. in vitâ Ambr.

stra? bifrontes illi & bicordes, *ἰαμφότεροι*, specie tenus viri Dei reipsa viri Mundi, Petri simul & Simonis, Discipuli & Proditores, Theologi & Aretalogi, cultores Christi sed magis ἔχρησῶ, suis cum commodis omnia & sacratissima metiuntur:

— *Nunc advocant astus,*

Nunc fraudes, dolos, & totum Ulysses.

Et hæc tamen est, cohorresco referens, hæc est hodie illa prudentia quæ ferè sola commendatur, hac in arte labor omnis positus, quo quis hodie versutior hoc sapientior, *malitiam* (ajebat Cicero) *sapientiam judicant*, quo pridem nomine Israëlitarum oppressio Ægyptiis censebatur: Cujus est fastigium quoddam frontem apprimè componere, scenæ servire, Curios simulare, dicere falsa sed tamen grata, & promovere rem suam cum alienæ quocunque dispendio, & violatis quibuscunque juribus; imò ut plurimum osculari quos mordere gestiunt, titillare cum Araneâ quos feriant, cum Polypo amplecti quos demergant, aut cum Hyæná vocem amicam imitari ut perdant, ut devorent. O tempora! ô sæculi infelicitatem! Nempè quàm Paganus Scriptor dixit *injustitiam capitalem*, cum cum maximè fallimus id agere ut viri boni esse videamur, hanc Theologus capitalem prudentiam reputabit? Non ità, viri fratres! quin prudentia, detractâ opinione probitatis, summus est gradus imprudentiæ; quo quis versutior & callidior est, hoc invisior & suspectior; tantùmque interest inter prudentiam Christi & Machiavelli, quantum inter hominem & larvam, honestatem & fraudem, probitatem & scelus, id quod verum probumque est & quod fictum ac simulatum.

O utinàm exsculperentur sermones mei! utinàm incidereatur Theologorum omnium Acroteriis ista, *μηδὲς δόλιος εἰς ἴνα*, quinimò incidereatur eadem Theologorum animis, nec stylo ferreo vel plumbeo, sed adamantino! Idque accurarent ante omnia Prudentiæ candidati, ut sint quod videri volunt, & præstent opere quod ore præ se ferunt! Nam & fictæ illius ac sæcularis prudentiæ basis est præ se ferre probitatem, absque cujus opinione fidem nec facerent nec mererentur. Repeto, **AUDITORES**, solus is prudentis orandus encomio est, in quo

— *vetoris vestigia recti;*

qui integer vitæ morumque; cujus vita qualis oratio, quod de Mose Philo testatus; qui prudentiam pietate, theoriam praxi, præceptiones exemplo, verba factis sociare contendit; qui conscientiam Deo, obsequium Magistratui, studium Publico, candorem Fratibus, fidem Universis, probare consuevit; quem non minus admireris cum videas, quàm cum audias; & cui non *vestis* modò *candida*, quæ Sacerdotum propria fuit in omni Gente, sed pectus candidum, pectus apertum, nec Deo tantùm sed ipsi hominibus pervium ac veluti fenestratum. Quin nullam ego imprudentiam majorem esse censeo, quàm destruere factis quæ doctrinâ adstruxeris, affectare astutiæ non justitiæ laudem, loqui quæ Dei sunt sed facere quæ sua, quæ hominum, eruditos esse verbis non moribus, Actoremque apud Smyrnenfes ridiculum imitari, qui dum inclamaret, *ô Calum!* manu gestuque *Terram* commonstrabat. Nec risisset minùs Cynicus ille hujusmodi Theologos, quàm vel Oratores dicendi non faciendi peritos, vel Musicos componere instrumentum doctos, non animum, non affectus, vel Philosophos qui in speculatione consenserent ulu ipso neglecto, & de quibus lacteus ille Lactantius, *Nulhis tam opus esse magistris vivendi quàm plerisque qui in eâ arte disputando versarentur.*

Quæ dum oratione hac meâ prosequor, **AUDITORES**, facturum tandem desinendi modum, haud sum adeo præfidens mihi ut præsumam opinione eam Prudentiam cujus me tenet amor atque admiratio. Præterquàm enim nec parem hujus mensuram implent prudentissimi qui.

De Off. L. II. Exod. I. 10. Cic. ibid. De vitâ Mos. L. I. Divin. Inst. L. III.

Tom. II.

que, contigitque vel ipsi Petro *ὁ ἰσοποδὸν*, Mosi ipsi peccare diffidentiâ, Jonæ timiditate, Discipulis contentioni æstu, uti quondam Tertullianis morositate, Hieronymis acrimoniâ, Epiphanius facilitate, Chrylostomis rigore, Theophrasti æmulatione, Cyrillis aliisque nimiâ vehementiâ: Præterquàm Prudentiæ ea virtus propria quodammodo est annosæ sapientiæ, quam in Viris Ordinis nostri præsentem veneramus, ego autem ejus ætatis cujus plerumque effervescentia prudentiam antevertit: Agnosco insuper iis me infirmitatibus circumdedisse Naturam quæ superiora omnia nec assequi me nec polliceri patiuntur. Hinc si qui apud vos distulerunt tanquàm in quo esset vel vitium ætatis, vel mediocritas ingenii, vel curta eruditionis supellex, vel modicæ corporis animique vires, causati quin etiam id ipsum quod beatus de se Ambrosius professus est, *docere me prius incepisse quàm discere*, habent ecce! habent illi reum contententem.

Ut verò non is ego sum, qui vel adimplere spes vestras possim, vel adæquare tanta nomina, quæ indè à Danæis, Junis, Trelocatis, reliquisque, ad par hocce inclytum Theologorum, hanc Cathedram exornarunt, ità affirmare sine præsententiâ possum, me nec prurium novitatis, nec contentioni cupiditatem, nec partium studium, nec malas artes, nec minùs ingenium pectus, vel etiam ferreum ac sui plenum, in eandem illaturum esse; non elaturum unquam infelicia signa in viros fratres; non adorturum unquam quæ probè seu à Magistratibus seu à Theologis constituta; non denique discessurum unquam ab eo tramite quem tum in Heidelbergensi Academia, tum in hacce Vetrâ, tenuere summi Decessores nostri, qui Germaniam utramque eximiis Doctoribus, Reformatam Eclesiam perpetuis fructibus, Rempubl. literariam immortalibus scriptis, Orbem denique Christianum famâ nominis impleverunt. Et hæc sunt, **AMPLISSIMI PROCERES**, ut hoc tandem referendæ gratiæ officium fungar, quæ propitio Numine omnium *ἀρχηγῶν ἡ τελευτησῶν*, sed & adspirantē benevolentiam vestræ favonio, præstiturum me esse confido. Et quando me hominem juvenem, dissitum magnâ intercapedine locorum, nihil tale ambientem, imò diu satis reluctantem, iteratis desideriis, nec non amplioribus præmiis, voluistis in hanc sedem evocatum, mihi quidem semper hujusce beneficii ratio, Vobis studii mei promptitudo, Deo autem Opt. Max. Votorum meorum summa constabit, quibus ab ipso contendam, ut tot decoribus vestris, tot in vos vestrosque effusis beneficiis, addat perpetuitatem. Ne verò perorantium more diffundar in prolixas grates, quod fastidiosè dicentem cum Vos, **PATRE CONSCRIPTI**, tum reliqui omnium Ordinum Auditores atque Hospites, pronis auribus exceperitis, quod utique vestræ Prudentiæ, vestræque patientiæ fuit, quin & auspiciatæ erga me voluntatis; id unum superest in omni officiorum genere ut primum sic ultimum, *ut Te, TRIUNE DEUS, extremâ vunc oratione deprecem, vocemque in communia nostrum omnium vota.*

Tuum est, *Clementissime Pater*, quod aut tumultuante alibi terrarum immitti hoste, aut necdum discussâ errorum ac superstitionum quibus tot Populi fascinantur caligine, extremum hunc veluti Habitati Orbis angulum, luce Verbi tui collustratum, frui vis altissimo hacce literarum otio ac plenissimâ tranquillitate. Tuum est, quod vallatam hanc Rempubl. tot *Marrum, Aggerum, Munimentorum, Arcumque presidii*, maxime vero Providentia tua sepimento, ostentas eam terrarum Populis in exiguum sed tamen inaccessam *Tzobar*, ut bonorum *Asylum*, ut *Arca tua Sanctuarium*, ut *Theatrum Potentiæ*, & *Gloria quoddam Domicilium*. Tuum est, quod *Resp. Patres*, in quos deserviebat nuper invidia vis omnis, nec unum *Hospis imperis*, sic animaveris *Spiritu Prudentiæ*, ut fractis tot *molitionibus evaserint Pacis Bellique inter Potentissimas Gentes Arbitri*. Tuum est, quod *minacem novissime elatamque in Concives nostros dextram tuam converteris in Pacem Clementiæ*.

T t t t

Ambros de Off. L. I. C. I.

quo

quo dextram, ac tetram mortis imaginem, ad quam imbelles coherescent, sublata tandem ex oculis nostris volueris. Denique quicquid sumus, quicquid speramus, quicquid vel singuli possumus vel universi, muneri id omne tui est, ac tibi uni acceptum omne referimus.

Noli, ÆTERNE DEUS, avertere faciem Clementia tua, noli retrahere brachium Auxilii tui, non immemor esse Fœderis, vel partus Benignitatis. Non sine vel Lucem obscurari tuam, vel Pacem turbari nostram, vel Hostium Ecclesia tua adimpleri vota. Non illorum moliminibus accede qui cœcant in iniqua Fœdera, nec patere hanc Rempubl. tot irrisam Populis quia non irrisa Tibi, difficillimis nunc rebus dubiisque temporibus, desiderare Te Patrem, Te Sospitorem, Statoremque. Hec sit Respublica tua Goscem, hac Ecclesia tua Sion, hac Civitas tua Salems, hac Schola velus Schola Prophetarum, Concordia Templum, Domus Pacis, Sapientia Sedes, omniumque Virtutum Seminarium. Serva PATRIÆ PATRES, serva optimos Cives, ac Florentissimam Juventutem, modis etiam in ignibus quos subinde ira tua accendis, nunc vero extingere unda lacrymarum, æternumque (quod speramus) extinguent. Nihil ferale deinceps

— præparet Auster
Infœlix, vectorque luis;
nihil terreant minaces dextra,

— junctæque umbone phalanges.
Et si quibus nos calamitatibus exerceas, dum Te inclamamus exaudi, dum ingeminamus voces dic Ecce me! dum gemimus solare, dum trepidamus erige, dum opprimimur juva, dum mergimur apprehende, intentos posthac in Te unum oculis, votis, desideris, qui votorum ac desideriorum omnium summa esse debes ac complementum.

D I X I.

ORATIO VII. INAUGURALIS
DE
SACRARUM ANTIQUITATUM
PRÆSTANTIA.
DICTA

In frequentissimo Auditorio Lugduni-Batavor. III. Idus Febr. c. l. c. lxxi. quum Procerum autoritate præesse huic quoque studio iustus esset.

MAGNIFICE ACADEMIÆ BATAVÆ RECTOR. CURATORES EJUSDEM, SEU MAJORUM IMAGINIBUS ILLUSTRÉS, SEU, DIGNITATE AMPLISSIMI. SENATUS LEYDENSIS GRAVISSIMI PROCERES, QUIQUE ILLI ESTIS A CONSILIIS ET SECRETIS. DIVINI ET HUMANI JURIS, OMNIUMQUE DISCIPLINARUM, PROFESSORES CELEBERRIMI ECCLESIASTÆ VENERANDI. VIRI OMNIUM ORDINUM CLARISSIMI, SPECTATISSIMI. VOSQUE QUEIS INTEGRÆVI SANGUIS ADEST, ALMÆ HJUSCE MATRIS ALUMNI DESIDERATISSIMI.

NOVUM fortè & ambitiosum videatur, gravem me personam modò sustinentem induere & alteram, vixque parem consueto oneri subire hodiernâ luce novum atque insolitum. Etenim sic est nostris cum animis comparatum, ut dum ad multa dividuntur fiant minores ad singula. Nusquam esse ille creditus qui ubique esse cogitaret, sicuti insidere divisis fellis, scribere calamo geminato, incedere per diversa viarum, vel supponere humeros inclinatis utrimque ponderibus, res portento similis esse videtur. Quamobrem meritò suspexit Græcia, suspexit Latium, professos pari felicitate tam literarum disciplinas quam scientiam militarem, Alcibiadas, Epaminondas, Demosthenes, Scipiones, Lucullos, & quotquot horum æmuli. Habuit Roma Cæsarem orbis miraculum, cujus effigies dextrâ Ensem, sinistra Librum, raro in terris conjugio, repræ-

sentavit. Demiratus est Sol occidens Imperatorem Occidentis Carolum, sine exemplo Ducem, Poëtam, Oratorem, Mathematicum, Philosophum, atque Theologum, ubique Magnum. Prophetas simul & Sacerdotes, qui & docerent & sacra facerent, constitutâ post Mosem Republicâ, raras Hierosolyma conspexit. Tandemque oppidò paucis feliciter cessit curarum illa distractio, affectasse laudem utramque, orationis ut solutæ sic ligatæ numeris, actionum simul & contemplationum, disciplinarum quæ ingenii acumine & quæ imaginationis aut memoriæ quâdam fecunditate perficiuntur. Et quemadmodum inter Animantia ad cursum alia, alia ad custodiam, ad aratrum, ad onera, ad facinas nata, suas quasdam singulis functiones; quemadmodum inter Plantas & Arbores, prout sunt naturæ cujusque semina, suas singulis virtutes & succos; quemadmodum inter Corporis membra sua singulis mania, suas operationes, inter Homines ipsos suas cuique dotes, prudens Natura distribuit, singulis ad unum quasi ministerium usumve destinatis: ita bene ac sapienter supremi in terris Moderatores, naturam imitati, sic inter suos distribuere pensa, sic provincias consueverunt, ut cumulentur istæ in paucis, in plerisque, prout sunt vel facti vel nati, utilis dividantur.

Quæ cum ita habeant, mirum vobis accidet, AUDITORES, plures simul provincias, sat per se graves, vel mihi uni nuper demandatas, vel etiam à me esse susceptas,

invida quem spatio natura coërent arcto,
qui mea novi metiri pondera, & meo me æstimare modulo, non nescius

— *onus quod sit succedere Macro,*
quid sit & quantum occupasse eam Cathedram, quæ sola summos ante me Theologos & principes Viros occupavit. Sed vero mirari desinent, quotquot reputabunt, Theologi cum primis esse, scrutari *τὰ δεξιά* ut Scripturarum, sic Ecclesiæ seu infantis seu adultæ, esseque Theologicam disciplinam adinstar primævi illius Fontis, in plures sese rivos diffundentis, quorum non hic potestremus est rerum sacrarum successio ac propagatio. Memorias primorum temporum qui insano furore vel odifent vel abolerent, Caligulas, Neronos, Hunnos, Muhammedanorum Califas, quin Gregorium VII. Paulum II. aliosque ignavos Pontifices, historiæ non sine indignatione referunt. Et nostrâ hac ætate, quotquot ferè moliti res novas, contra communem Patribus fidem vel Majorum disciplinam, suarum mox partium esse crediderunt, ut neglectâ antiquitate, vel dilatâ sale mordaci, aut vi eidem admotâ, Scripturis sacris (quæ horum est conditio temporum) quidvis pro libidine asfingerent, & divinâ specie humana commenta vestirent.

Quanto jam laudabilius vestrum, AMPLISSIMI PROCERES, institutum est, dum pulsâ hac quadam barbarie, inter reliqua studia humanitatis, quæ novum huic Academiæ decus, Vobis gloriam conciliant immortalæ, illud quoque Sacrarum Antiquitatum voluistis postliminio instauratum. Cui operæ quando præesse me, pro Vestro in me imperio, & Vestris sub auspiciis, iussistis, declinare eam ipsam videri potuisset aut mollis cujusdam inertie

— *securaque in otia nati,*
aut ignavæ timiditatis. Utque vestræ hujus sollicitudinis prudentiam æqui omnes intelligant, si tamen fas est rationes vestras sub calculos nostros revocare, placuit (pro tradito ab antecessoribus præstantium more) de Studii hujusce laudibus, citra vel tædium prolixitatis, vel orationis pompam, quæ illorum est qui artem dicendi profitentur, aut suæ cum primis gloriæ operantur, in præsentia verba facere.

Tria sunt potissimum, AUDITORES, rationum genera, quibus hominis animus ad rei alicujus sive contemplationem sive amorem impelli consuevit, dignitas nempe argumenti, utilitas, suavitasque, quæ singula homi-

minem ducere solent, universa etiam trahere, si non rapere. Et quod sunt lanci pondera, id sunt animo rationum momenta, quibus potenter suaviterque inflecti solet, ferrique affectu quodam in id, quod in se eximium, sibi autem utile dulceque esse compererit. Quæ singula ut summâ consensione ad Ecclesiasticæ Antiquitatis commendationem, vestramque admirationem faciant, est mihi paucissimis enarrandum. Neque enim moramur contemptores animos, suffenos sibi solis, disertos (ajebat ille) stultitiæ suæ jactatores, qui, suorum modo studiorum cupidi, quæ non ipsi tractant fastuosè despiciunt, & ea solum efferre laudibus didicerunt ad quæ illos seu fors seu natura seu studiorum quædam ratio pertraxit.

Equidem ut à nobilitate sermonem exordiar, si statuerunt pretium vetustati quotquot justî æstimatores rerum, quibus

est ingenis solertis eximium decus;

si incredibili studio vel conquisita vel asservata quæcunque referunt imaginem

— *versus*

Moris, & antiquas restificatur opes;

si in Regiis hodieque gazis exelus rubigine Numulus, soluti in foetentem aquam Cineres, vitata ævi dentibus Saxa, & si quæ præco marmore Effigies stetit aut ære; quid magis in pretio æstimoque fuerit Christiani hominis, quam vestigia sanctioris ævi, & quicquid ex ruderibus piæ vetustatis ad nos usque transmisum? Si quicquid est vel fuit profanarum Religioarum, quicquid penè Gentium quæ patet orbis, omnes venerabundæ Heroum suorum reliquias, exuvias, imagines, crepundia ipsa coluerunt, ipsimet olim Ægyptii, Græci, Romani, hodieque Indi, Chineses, Musulmanni, vulgaris exemplis, adeone hostes videremur insanæ superstitionis, ut etiam ulcisceremur contemptu quodam veteris Religionis ac pristini Sacri memorias & documenta? Si pretium operæ summis quandoque Viris fuit, inquirere in rem Numariam, aut Vestiarum, aut Militarem antiquorum; in eorundem Sacra, Festa, Ludos, Certamina; in Ritus ac Consuetudines Belli & Pacis, Fœderum, Nuptiarum, Conviviorum, Funerum, Judiciorum, Magistratum; in Statuas, Inscriptiones, Fabricas, Inventas, Publicas operas; in Artes, Disciplinas, Sectas, Familias, hæcque è Stoâ, aut Academiâ, aut Peripato, aut harâ Epicuri; imò etiam in vocolas, literas, apices, lectiones antiquas, de quibus ut de summâ rerum inter principes eruditionis criticâ sagacitate litigatum est: itanè nobis res sacra vilesceret, in situ quasi & squalore neglecta, ut censeremus dignam minùs nostrâ inquisitione præcæ Ecclesiæ Fidem, Labores, Certamina, pristinos Ritus, Ceremonias, Disciplinam, addam Doctores, Antistites, Concilia, Scripta, & quicquid occurrit emensis veteris ævi spatia, atque exhaustis Annalium sacrorum ubertatem? Id saltem, opinor, in confesso est, navasse publico egregiam operam, hinc amplissimis semper præmiis accitos, qui Civilium memorias temporum, Imperiorum vicissitudines, Rerumpublicarum ortus, interitus, fata Populorum, gesta Ducum, Macedonum aut Romanorum latè dominantium victorias, quin ipsas Urbium ac Municipiorum origines, Principum genealogias, Familiarum insignia, Virorum illustrium vitas, vel enarrant voce, vel chartis commendarent. Quanto autem dignius publicis cathedris, publicâ voce, argumentum est, ex quo ut veræ eruditioni lucis plurimum, sic fidei nostræ roboris haud parùm accedit, imò est alterum quoddam illius veluti fulcrum ac pedamentum? Quanto, inquam ego, præstantius referare Archiva Ecclesiasticæ Antiquitatis, pandere Judaicas & Christianas origines, arcessere è sacris fontibus tot Gentium, Populorum, Linguarum, Fabularum, Paganarum Constitutionum, ac profanorum cultuum primordia, & ducere lineam, perpetuâ temporum successione, ab Ecclesiæ natalibus ad hanc quandam ejus senectam? Quanto

certè nobiliter contemplari doctrinæ, quæ nos cælo infert, instar perennis fluvii è montibus Israël scaturiginem, propagationem, errores; cernere Ecclesiarum, qua Sol oritur & occidit, diversas veluti phasés, incrementa & decrementa, ortus & occasus; stupere rem Christianam modò afflictam, oppressam, extinctam, modò suis ex cineribus totiens ac gloriosè renascentem; vel etiam intelligere veteris Disciplinæ ac publicorum Rituum constitutiones, mutationes, aliorumque ex aliis, prout crevit superstitio, aut libido dominandi, crescentem sine fine multitudinem? Denique, quanto momentosius est conspici nascens ex Orco Hæreses, ex Lernæa palude hydras, nulli Herculi, soli ad extremum Christo conficiendas; mirari Tiberinum Pontificem successivis auctibus ex Pastore Principem, imò ex Homine Deum, vicariæ potestatis obtentu Christum ipsum de folio deturbantem; sed & mirari adfertorum tantæ veritatis indè à primâ ætate, ut longissimam ferriem, sic fortem animum, mentem invictam, exitus triumphales,

— *dignataque nomina calo,*

ad hæc monumenta doctrinæ & sanctitatis, quæ arrodere sanè livoris dentes aut vetustatis, abolere autem nulli potuerunt? In quibus omnibus ut sunt vera obscuris involuta, certa dubiis, historica fabulosis, genuina commentitiis, sic censuisse illa acri judicio haud tam visa est ignobilis opera, ut non eâ cumprimis aucupati sint laudem eruditionis (nec excedam nunc Belgii vestri finibus) Scaligeri, Grotii, Vossii, Heinsii, Salmasii, Blondelli, id genus Heroës, ut Gronovii nostri aliorumque superstitum pudori parcamus,

— *quorum se pectore tota vetustas*

Condidit,

Sæpenumerò, PROCERES, indignata mens mea, esse qui in hoc nostræ mortalitatis modo ea consecuntur, quæ parum seu ad vitæ communis usum, seu ad splendorem literarum, aut tranquillitatem animorum faciunt. O quantum est inane in hominum studiis, captantium peritæpè difficiles nugas, de fumo, de vocibus vitæ totâ disceptantium, aut cum Nerone Isthmum Corinthiacam perfodere molientium! Mihi credite, falsis sæpè parva, sæpè ludicra, sæpè noxia, sub nominibus placent. Hic illaudatâ curiositate vestigare occulta, rimari futuri temporis exitus; ille neglectis quæ nos circumstant sola astra contemplari, quin sidera ipsa audaci cupiditate transcendere. Hic Thema natalitium erigere, quis Planetarum aspectus nascentes exceperit, quæ frontis quæ palmæ lineamenta anquirere, fata hominum coacturus sub leges suas; ille consilii anxius agitare grandia, volvere ac revolvere animo res magnas, mox facturas abortum, intercipiendas spe fallaci, ac tenues in auras abituras. Hic mirâ diligentiam, & pædagogico studio, inquirere in errores Ulyssis, in Penelopes procos, Jasonis expeditionem, Homeri patriam, vel reciprocantis motum Euripi causas, aborturo etiam ex rei difficultate vitæ tædio vel magno Aristoteli; ille verò consensescere in unius Tullii admiratione, unius quandoque Magistrî vitis imitandis, ut qui olim Demosthenis impedimentum, Aristotelis τεταλότης, Marci Tullii numeros, aut Platonis elatiores humeros, præposterâ æmulatione effingerent. Hic sollicitus modò esse quàm benè dicat, non quàm utiliter faciat, vel quàm argutè disceptet, pleno sæpè ventre de Jejunio, aut de sobrietate *mersa in pocula mente*; alius versare & animum & libros in omnes partes, ut inveniat non vera sed nova, quæ scilicet ante ipsum nemo, sed & nemo post ipsum cogitabit. Iste litare solis Musis, soli Apollini, ut fluat carmen venâ liberiore, audiatque *nimmè Poëta*, quod *vitiū valde periculosum* Martialis ipse censuit; aliter scurrilibus unice capi, undè

multi oriantur risus dulcesque cachinni,

vel etiam

TITT 2

— *Sar,*

Proc. de Bell. Gott. L. 17. C. 71. Poëm. L. 11.

— *Sardois amarior herbis,*

grassari sævo cum joco in fratres, in bonos, queis prudens est amata simplicitas. Et si revoco memoriam præteriti temporis, quid taceam Scholasticorum vanissimum studium, quo hoc unum egisse videntur, ut in Sacrarium Dei temerarii irreperent, ut Christum triumphantem curiosus, quod Mariæ interdictum fuit, contrectarent, aut quæstionibus stultis & otiosis se suosque dementasse crederentur.

Verùm enimverò nemo est vestrum, arbitror, qui pari cum superioribus loco habeat studium hocce Divinarum Antiquitatum, nemo qui utilitatem illius diffusam per omnes propemodum disciplinas, sed maxime sacram, me etiam tacente, non assequatur. Imo quo reconditâ magis fuere eruditione Viri omnis ordinis, hoc plus in illius amorem atque admirationem rapti. Et quæ non spatia orationi sese aperirent meæ, si animus esset per omnes ejusdem usus divagari? Vos autem præ cæteris volo, quotquot Christianæ veritati vel asserendæ vel vindicandæ operari animum induxistis vestrum. Enim verò prout illa sempiterna & antiqua res est, prout *verum est quodcumque primum*, ita nulli in eandem surrexere veritatem, seu occulto Marte seu aperto, qui non Gabonitarum astum, fictâ specie remotæ originis, dolumque advocaverint. Nulli hodieque prima illius fundamenta subruere moliantur, qui non errores ropetant altius, & mentiantur sese Filios Antiquitatis. O quantum (dixit ille) *Græcia mendax*, sed ô quantum *Roma mendax* audet in Historiâ! Quas non contexere fabulas *multo vigilata labore*, sed servire tantum natæ, Turriani, Baronii, Bzovii, Rainaldi, Allatii, Labbei, ac similium paginæ? Ut donare illi antiquo habitu heri & nudius tertius nata! Ut iidem Christi Apostolos, ut sanctissimos Martyres ornare Mitris, Tiaris, Apicibus, Lituis, Cucullis, Birrhis, Togis flammatis, imò Radiis & Astris! Ut Petri imaginibus tantum non subscribere quod olim iconi Alexandri, *Deo Cælum illi Terra*, vel quod Chofrois alteri, *inter Homines Deus!* Ut quicquid est Romæ dignitatum, quicquid Missatici apparatus, quicquid Gentilis superstitionis, vel terriculorum quibus Populi continentur, adscribere gnathones priscais ætatibus! Simulque fingere pro libidine ac refingere facta antiqua, supponere adulterinos factus, obfcurare apertissimos sensus, dispungere, expurgare, eludere, torquere, pudore omniposito, quicquid est adversum hodiernis moribus, & Tarpeia dominationi, & iis quidem artibus quæ vel exercitatissimis in hac palæstrâ ingenii fixere crucem, & laboris ac molestiæ plurimum creaverunt. Quid jam Fausti infaustos nepotes dicam, criminatos blasphemix suæ sacram vetustatem, causatos Trinitatem (horret animus meminisse!) vel Simonis pultum esse, vel Septimii, aut Novatiani, commentos à Nicænis demum temporibus fuisse Filium Patri Deo adæquatam, nec adoptasse Catholicos nisi quæ Hæresium antè monstra genuissent? Quid memorarem Pelagii vel Fausti Regienis, quid Nestorii vel Eutychis, quid Marcionis vel Montani, quid Novati Donative hodiernas propagines, sub larvâ antiquitatis, sub habitu veteris Disciplinæ imponentes mortalibus, planè istorum ad parentum exemplum, pari jure ad tempora se priora provocantium? Quorum omnium ut intelligatur inter se conspiratio, ut larvæ detrahantur, ut abstergantur fraudes, ut contumeliæ diluantur, ut infirmentur præsidia, & ictus retundantur, quis vitio vertat si sacrorum Candidatos maturè adversus ea ipsa muniendos arbitramur, ne ad Gorgonis illius conspectum stupeant, ne etiam sonent ignaris auribus voces Patrum, Hæresium, Conciliorum, nullo rerum intellectu, tandem ne rudes sint prisca Disciplinæ & antiqui moris, nullâ ideâ melioris ævi, & fundamentis in hoc genere nullis vel positis vel exploratis?

Quid verò de me vobis animi fuerit, AUDITORES, si eos quoque in hæc studia vocavero, in horum & illos
Joh. xx. 17.

desiderium accendero, qui sæcularibus Disciplinis applicantur? Vocari scilicet nostra ad subsellia quotquot vel politionibus Literis, vel Civili scientiæ, vel Jurium prudentiæ, vel etiam Medicæ arti totos sese consecrarunt? Facio tamen, Juventutis flos delibate, veniamque me facilem à te impetraturum esse confido. Enimvero tractatis liberiores artes & studia humanitatis? Sed quis vestrum nesciat, omnes Disciplinas & literarum studia cognatione quâdam inter sese contineri! Et quis in dubitationem vertat antiquariæ hujus suppellectilis multiplicis usus, non modò ad politioem literaturam, ad cognitionem uberioem, sed etiam ad fomentum pietatis, vitamque in melius commutandam? Replicatis haud pauci memorias Annalium, rerumque in orbe gestarum Historias! Ut sunt, amabo, dextris innexæ, ut implicatæ mutuis amplexibus Sacra & Exotica! Ut non minus illa est Testis temporum, Lux veritatis, Vita memoriæ, Magistra vitæ, Nuncia vetustatis! Civilem sapientiam, gubernandi nobilissimam artem excolitis, recturi populos & admovendi publicis rebus! Certè si princeps cura Magistratum est sacrorum illa, unde primitus audire ut Custodes Tabularum, sic *Pastores Israelis*, in Christianis passim Annalibus Episcopi Episcoporum, Communes Episcopi, Pontifices Maximi, Fidei defensores, Vindices Legis, Christianorum Capita, Dei Vicarii, Ecclesiarum Rectores, Protectores, Nutritii, Domini, Advocati, Patroni, *Ἐπισκοπάρχαι*, quantum profectò convenit tantæ limites dignitatis probe explorasse? ac didicisse ex priorum usu temporum, quâ olim ratione, & quousque, in Constitutionibus Ecclesiasticis fanciendis, Pastoribus præficiendis vel removendis, Hæresibus profligandis, Controversiis sopiendis, Synodis convocandis, moderandis, Canonibus & Judiciis Synodorum cognoscendis, appellationibus Clericorum admittendis, Scholis erigendis, dotandis, aliisque id genus in Ecclesiâ accurandis, versatæ sint sæculi Potestates? Humanorum Jurium & forensis prudentiæ audire amatis Candidati? Nil jam referam summos in hoc genere eruditionis Consulatos, & in notioribus Baldos, Sabellicos, Molinæos, Duarenos, Cujacios, Alciatos, Wolfios, Leunclavios, Freheros, Thuanos, Justellos, Godofredos, Peirescios, Saravios, Heraldos, Grotios, Seldenos, Valesios, aliosque benè multos, vel hoc ipso immortalitati commendatos. Percurrite modo Titulos utriusque Codicis Vestri, de Fide Catholicâ, de Religione, S. Trinitate, Baptismo non iterando, de S. Ecclesiis, Episcopis, Clericis, Episcopali Judicio, de Monachis, Hæreticis, Apostatis, de Judæis, Samaritanis, Paganis, horumque Sacrificiis, Templis. Inspecite modò Gratiani, Gregorii, Bonifacii, Clementis, vel etiam Johannis, compilatas ex Canonibus Veterum & Ecclesiasticâ traditione Decisiones. Cogitate Orientales, Longobardicas, Carolinas, Francicas, Hispanicas, Britannicas, de rebus pridem Sacris & Ecclesiasticis causis leges ac Constitutiones. Advertite quantum sæpe lucis foenerarentur Jurium Disciplinæ sacra gesta Constantini & Filiorum, Joviani, Gratiani, Valentinianorum, Theodosiorum, sic illa Honorii, Arcadii, Marciani, Justiniani, deinceps quoque Justinorum, Leonum, Constantinorum, ne jam ad Carolos, Ludovicos, Othones, Henricos, mea descendat oratio. Et reputate cum animis vestris haud me adeò fore importunum, si commendavero quaecumque saltem in hisce tyrocinium, absque quò nec datur Inscriptiones ipsas capere, minùs assequi leges, expedire difficultates, discernere causas, rerumque explicare ac demonstrare origines. Num verò & vos mihi appellandi eritis, artis Apollinæ studiosissimi Juvenes? Quinimo paradoxus demum videri possim, si eam utilitatem quæ ex nostrâ Historiâ redit ad ipsos quoque Medicorum filios pertinere affirmavero. Quid enim commune hæ-

Cic. de Orat. L. II. Ezech. xxxiv. 2. Demetr. Chomar. in Jure Gr. Rom. L. v. R. 2.

hæresibus & morbis? quid Cœi Aphorismis & Patrum Canonibus? quid solutioni continui & schismatis Ecclesiarum? quid illinc errorum hinc affectuum vel causis vel remediis? Neque repugno hæc hactenus, nec magnopere fastidientes stomachos ad hæc invito pulpamenta. Possem sanè memorare dicendo artis vestræ coryphæos, quorum hæc veriùs cupediæ fuerunt, quàm vel pharmaca vel aurum ex pharmacis. Proclive foret hanc Medicis laudem adscribere, quod vix frequentiores alii rem antiquariam vel tractarint vel etiam exornarint. Obvii forent rerum Ecclesiasticarum in eodem ordine, post Ficinos aliosque, novissimi Scriptores, Conringii, Jonstoni, Gessellii, Molinæi, Sorberii, & si qui plures, haud obscuri nominis. Quin nec injuriâ observarem, quantum medicæ rei commendationis accesserit à Christianâ Antiquitate, à beati Lucæ exemplo, ab honoribus & privilegiis per Gratianos, Valentinianos, Theodosios, Honorios, aliosque in Ecclesiâ Principes, collatis in Medicos & Archiatros, qui tamen abjectissimo fuissent loco in Græcâ & Romanâ antiquitate, ut sunt hodieque plurimis per Orientem & Africam populis. Id modò in hanc rem dicam, quod negare nullus sustineat, & Medici & Christiani cujuscunque interesse plurimum, ut fidei suæ, sacrorum suorum, perfectas habeat origines, cognitos testes, vindices, adfertores, quo vel iolum nomine dabitur tandem, AUDITORES, expedire omnibus hoc quicquid est studii, nec quemquam esse qui notitiam purioris ævi ut à se alienam aspernari jure quodam possit.

Nequicquam verò de utilitate verba facio, nisi suavitate condimentum accedat. Diogeni de sapientiâ differenti aures nemo commodare, canenti & modulanti præbere omnes: hinc ille, *O Diis immortales, quam paucis utilibus, stultis quàm multis capiuntur!* Verùm ea demùm digna nostris studiis contemplatio est, quâ miscetur utile dulci. Dulce omninò gratumque est in exoticis Disciplinis eruere vel vuculas, minutias, è primâ antiquitate. Doctorum fuere hæc semper aucupia, uti saxa antiqua, inscriptiones vetustæ, deformata marmora, rudes nummi, fictilia etiam & vitrea & multo situ obducta, solo nomine vetustatis grata jucundaque. Quanto autem suavius afficiant illa, quæ ut conspicua eodem habitu, iidemque sæpè monumentis, ut primâ sui origine è cœlo orta, sic rerum seu momentis, seu usibus, seu infinitâ propemodum varietate, priora multis ab se spatiis relinquunt! Nihil hinc occurret, JUVENES, quod cujuscunque ingenium vel sublimitate transcendat, vel difficultate terreat, vel subtilitate vehementer exercent. Non vos ad temporum calculos, non ad Chronologorum scrupula, non ad Cyclorum periodos, non etiam ad Doctrinæ solius vel Hæresum fastidiosam multis contemplationem invito. Offerunt sese quasi perpetuo agmine quæ auribus vestris suaviter illabantur, sui que cupiditate magis ac magis inflamment. Juvabit supergressos tot sæculorum spatia, intellexisse Antiquitatis cum nostrâ scilicet Novitate concentum, vidisseque nubem illam testium, conjunctis animis & votis & linguis, conversam in eundem fidei Principem, ac spe eadem nobiscum erectam. Juvabit adspexisse illum Jesum quandoque medium inter Candelabra ambulantiem, intentis undequaque in Ecclesiam suam oculis, quandoque etiam dormitantem & permittentem naviculam ventis, scopulis, quandoque verò excitatum suorum clamoribus, componentem gravissimos motus, & præstantem insperatam suis securitatem. Recreabit cognovisse primæ illius ætatis, cui veriùs ab auro nomen, *ferrum inter & ignes*, fidem, simplicitatem, innocentiam, sacramenta denique quibus se non in scelus aliquod, sed in mutuam charitatem, in animi constantiam, in virtutum omne genus obstringerent. Erigeret quodammodò audivisse extremas tot Martyrum voces, dum mediis hi inter equuleos, rogos, laniatus, nec morientes deponerent animos, imò hanc moriendi sortem superstites inviderent,

Cod. Theod. de Med.

— quisquis ad pyram jacet

Felix vocatur;

— Mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse!

Delectabit observasse eam Disciplinæ severitatem, gravitatem sacrorum Ordinum, majestatem Conciliorum, Canonum ac Constitutionum sanctitatem. Perfundet quâdam voluptate perpexisse Rituum succedentem illam pompam, seu coirent in publicos Cœtus, seu tingerent sacro Baptismate, seu Mensis ministrarent, seu Festis diebus, Stationibus, Collectis, Jejunis, aliisque id genus sacris detinerentur. Postremò & animum excitabunt Pontificiæ cùm dominationis tum superstitionis primordia, progressus, fastigium quoddam, ad hæc tot rerum quas invexit sequior ætas, puta Dignitatum, Altarium, Consecrationum, Uctionum, ita Festorum sine fine, Litaniarum, Votorum, Ordinum Monachalium; ita & ἀπολαυσίαι, cultus Reliquiarum, Crucis, Imaginum, Sanctorum, Virginis, cujus ubique fumant

— & vallantur plantibus ara,

ita Quadragesimæ, Jejuniorum, Processionum, Indulgentiarum, Confessionum, aliorumque immodicæ superstitionis, tenues quidem, sæpè obscuræ, sed successivis gradibus progressuræ origines in eam rituum multitudinem, quæ umbras pristini Tabernaculi, & lampadum in eo accensarum speciem, & jugum gravissimæ servitutis, imò ipsissimas superstitiones Gentium, intempestivè revocant.

Et hæc sunt, surgens tu ad omnem laudem, decus omne, ACADEMICA JUVENTUS, hæc sunt quæ non meæ eruditioni, sed tamen fidei, sed industriæ commiserunt Amplissimi hujus Academiæ Proceres. In quibus ut nec mea nec aliorum vota, inter multiplices curas, adæquare poterò, veniam tamen qualicunque studio apud æquos & candidos laborum æstimatores promerebor. Quod ut contendam atque enitar omni ope, faciet Loci hujusce dignitas, ut præstem, faciet supremum Numen, ut cum animi quædam alacritate suscipiam, faciet frequens Corona conflususque vester. Atque utinam, voto enim finiam, AUDITORES, utinam essent hæc nostra tempora comparata ad priorum felicitatem! O si præterita nobis orbique Christiano sæcula redderentur! Fieret certè aliquando, ut reddita simul tot Ecclesiis pace, in eos solos arma converterentur, qui vel Deo vel Christo, hoc est illius sive Providentiæ sive Gratiæ, hujus sive Dignitati sive Merito, bellum indixere miseri. Arcerentur tandem aliquando ab Ecclesiæ liminibus fraterni motus, *cognataque bella*, à Ministris ambitio, à Pastoribus mollities, à Doctoribus novandi cacoëthes, à Sacris aut venalis dextra, aut ambitus familiarissimum crimen. Nemo hominum in terris Dei unius in Cœlis sibi jura vendicaret, nulli in otiosas Dignitates converterent gravissima officiorum onera, nulli vel castimonie prætextu, Dei, Naturæ, Gentiumque jura dissolverent, vel obedientiæ altero, in Hominum instituta, divinis posthabitis, sacramentum dicerent. Proscriberentur à Doctrinâ inimica hæresis, à Regimine tyrannis, à Disciplinâ indulgentia, à Ritibus superstitionis vanitas, à Cultu quicquid profanarum gentium impiâ æmulatione in praxim Christianam irrepsit. Non imperaretur amplius at suaderetur fides, verbo veritas non ferro, non malis artibus propagaretur, & audirentur Viri Dei non *Viri sanguini*. Ad extremum, singulis ad veterem formam traductis, minus forent Christiani in disputationibus, plus in orationibus, in operationibus prompti: Exularent ab animis odia, à scriptis virus, ab affectibus livor, ab errore pertinacia, à populis Scripturarum ignorantia: Regerent Magistratus, pascerent Sacerdotes, invigilarent Episcopi, & felices illorum auspiciis horum curis agerent Christianæ plebes, in prælium quoddam æternæ pacis & tranquillitatis.

D I X I.

Tttt 3

ORA-

ORATIO VIII.
PRO
ERIGENDIS ANIMIS
IN HAC REIP. BATAVÆ CON-
STITUTIONE.

DICTA

In Laborum Academicorum aditu, post Férias longiores, A. D. xv. Kal. Octobr. clō lō clxxii.



UOTIENS (*Magnificæ Rector, Curator Academiae Illustris, Amplissimi Urbis Proceres, Disciplinarum Professores Celebrissimi, Ceterique quotquot adestis hujus Athenæ vel Fautores Eximii, vel Hospites Honorati, vel Studiosi longè Desideratissimi*) quotiens hominem reputo cum animo meo volentem mente res magnas, molientem ardua, cogentemque sub leges suas quæ mox fata intervertunt, totiens cernere mihi videor sollicitam imbellium formicarum gentem, quæ in futurum providæ nec futuri præfagæ discurrunt, accervant, fatigantur, molitæ majora viribus, mox seu mole opprimendæ, seu aquis obruendæ, seu conterendæ pede inimico, seu titione succenso aut conceptis flammis in favillas abituræ. Ita sanè est, *fertur gens hominum rapidis obviam fati, Incerta sui.* Concipit ille animo, concepta usque & usque fovet, jam partui proxima, quem in ipso laborum ac nisuum apparatu aut vita aut fortuna destituit, fugaci inanium sperum imagine. Proram iste portui obvertit, portumque animi quadam præsumptione tenet, qui mox gravi tempestatibus cælo, collectis imbribus, collisis nimbis, oceano intumescente, ac tumultuantibus ventis, vel in portu naufragium patitur, vel mutatâ velificatione ac cursu retrogado in oppositam jactatur continentem. Adeo eventum nemo mortalium præstet, fatalem semper, ac respondentem cogitatis non Hominis sed Numinis, quod Aristotelici mobilis instar Sphæras inferioris orbis, rationalis maximè, vi quadam arcanâ ducit reducitque. Quorsum ista spectent fortean hæretis, AUDITORES, suspensû animis ac cogitatione: Nec indè nostra exorta fuisset oratio, nisi fallacis prudentiæ & obnoxie fatorum legi cum ipsemet ego forem argumentum, quem multa nuper in usus vestros, in comoda publica agitantem, objectis morbi repagulis & fractis exanguis propemodum corpusculi viribus, stitit Summus rerum Arbiter, ac intra stragula diu satis compescuit; tùm verò tristi ejusdem oculos nostros imagine palcerent publicæ, in quas repente desierunt mala nostra, calamitates, inclinata momento Respublica, oppressa Libertas, avulsæ hoc Corpore partes, Provinciæ ut visæ sic victæ, Munimenta non capta sed tradita, simul & Flumina superata & hostium Vota, hinc Sacra profanata, adstrictus compedibus Miles, missus sub jugum Civis, Pallas nostra in Martem versa, Virtus ferè omnis fracta, Æraria exhausta, Animi consternati, adhæc facti ex Horatiiis fratribus Syllæ Cinnæve, haud longâ dominatione, mox nati civiles motus, mixtæque dissidiis ac turbis Societates. Proh vocum, sed magis cogitationum acerba! Ergone, quando hodie proximus ardet Ucalegon, & tantum non Hannibal ad portas, extrema terrâ marique comminatus, nec nisi bellorum quaquaversum apparatus est, fugam nos trepidi meditabimur? Ergone, Musis valere jussis, istæ in Florentissimâ hac sede ut in deserto quodam versarentur? aut difflieret studiosa cohors anxîa futuri sollicitudine? cui hostis Gallo Britannove sævior incumbit otium, voluptates, comestationes, & quicquid malorum

— *improba Siren*

Desidia,

ac mollis inertia in animos diffundunt. Me sanè, AUDITORES, potiori jure his cancellis, hoc acroaterio, his

studiis prohiberent non quidem attritæ laboribus, non ætate languescens, non otio enervatæ, non senilibus curis confectæ, aut mærore quodam depastæ vires, sed tamen longiore morbo ac diuturnis languoribus haud ita pridem adflitæ, ac in medio ætatis, quod Literatorum sæpè fatum, propemodum interceptæ. Sed verò absit deinceps omnis aut incurfuri in nos militis, aut ingruituri rursùm mali formido! absit inferiores simus vel animis vel studiis vetustæ Laconum genti, qui præliis committendi, tubas inter & classica, Musis nihilo minùs immolasse traduntur! Dumque mala nostra attentius apud me pensitarem, duxi pretium operæ, illis ipsis quibus me munitum sentio erectumque animi fulcris, vestris, Lectissimi Juvenes, formidinem exêtere omnem, ac metum inanem abstergere, animosque hac oratione facere, non certè apparatus, ut quanto supra meticulousum vulgus sapimus, tanto etiam erectioribus mentibus, velut ex arcis quodam munimento, non despiciamus quidem, adspiciamus tamen minacem hostem, vel omni ex parte imminentem, immotique ac cælo defixi probemus Sapientum illud effatum, *quo timoris minus eo minus periculi.*

Ignavos quondam cives trepidantesque infamiâ, quo pœnæ genere nullum atrocius, notavit Lacedæmonæ Avocari molles & sine corde viros segregarique Lex Divina jusserat, ne pessimo exemplo sociorum corda pari ignaviâ colliquecerent. Nec averterent Dii immortales infelicius omen, contendebant Romanorum vota, quàm constetnatum terrore militem, Crassis, Pompejis, Antoniis, Maxentiis, aliisque, proximæ cladis certissimum vatem. Et verò mirari desinent, quotquot fictâ sibi paventium imagine intelligent, his ipsis anxius quos metus invasit glaciari derepentè ac rigere animum, cor flaccessere, judicium turbari, obtundi ingenii aciem, balbutire linguam, caligare oculos, ora continuò pallefcere, comprimi omnem corporis motum, remitti artuum nexus, solvi frigore membra, totamque hominis compagem luxari, inopibus consilio, verbis, opere, ac minimè natis rebus seu statuendis providè seu agendis fortiter. Adeo quicquid hoc fonte vel actionum vel consiliorum proficiscitur turbatum semper, perniciosum ut plurimum, faustum ac salutare nunquam. Atque hinc fusi totiens insanâ formidine invicti alias exercitus, actus in fugam miles, pessundata res publica privataque, & nondum conclamatis rebus itum ad desperata consilia, atque hostilibus armis, ruinâ quasi factâ, permissa in Provincias, in Urbes, in Castra, in dulcissimos Lares, exitialis invasio. Nec in detrimentum modò fit vitæ fortunarumque quicquid metu fit, verum & innocentia, peccarique ut imprudentiâ solet sic conscientia sceleris, nec quocunque modo subducat sese discrimine pensî quicquam habet formidulosus, per fas & nefas quâ datâ portâ evadere gestiens; quomodò vel credentium Patrem formido induxit conjugis ut pudicitiam mendacio prostituere, Jonam ut deserto vadimonio ventis sese potiùs quàm Deo crederet, Petrum ter ut illum abnegaret cujus superbire debuerat insignibus ac disciplinâ, Nicodemum ut simulatâ impietate nesciret interdium quem noctu venerabatur, strenuos sæpè Duces ut, nullâ perjurii, nullâ ignominia æternum inurendæ religione, hostibus turpiter concederent, innumeros autem omni ævo ut desciscerent à fide majorum, ac Christo Domino, non uno illi sacramento obstricti, trepidantes repudium mitterent, quandoque etiam Heroes, etiam Origenes, Eusebii, Marcellini, Viri id genus in Ecclesiâ principes. Quapropter id sibi quoque datum negotii jam olim crediderunt sapientissimi Legumlatores, fortissimi Duces, ac summus Christianæ militiæ Imperator Christus, ut à suorum animis illi quidem civium, isti militum, hic discipulorum metum omnem summovent, ac tristitia si quæ essent omina in læta, pavorisque argumentum in fiducia aliud prudenti consilio converterent. Ita enim fecisse legitimus micantia in aciem fulmina Periclem, Epaminondam mugientia tonitrua,

nitrua, luminarium deliquia Phocionem, Crassum hostiæ viscera manibus elapsa, Scipionem exta deficientia, Graccum quassatum terræ motibus in Piceno campum, rubentes sanguineo colore clypeos Sertorium, tristes occurrentis filia lachrymas Æmilium, pronum in terram casum Cæsarem, & Africanum, & tenentem Britannicum ex Normanniâ litus Guilielmum. Sed & ecce nihil territum summis difficultatibus Mosem, res suæ Gentis oppidò angustas in subsidii divini præfagium, & Christum Servatorem afflicta Ecclesiæ tempora, cruces, labores, certamina in virtutis stimulum, & constantia trophæa, & triumphandi hostis fiduciam, haud vanis auguriis commutantes. Ut omninò quod de Leonis indole tradunt rerum Africanarum Scriptores, fugientem sequi ac trepidantem discerpere, contra verò infectantem & qui modò fortis apparet fugere, id ipsum de aggressorum ut pridem sic nuperrimè Hostium ingenio experientia non una comprobavit. Nihil nunc dicam, AUDITORES, terri nos ut plurimum non verà sed fallaci specie,

Quod finire timent,

malum nos absens, frequenti in perniciem nostram commento, præsens sistere, alienum sæpè, ut naufragas Atheniensium naves Thrasyllus, nostrum ducere, miseros antè calamitatem, quando *plus dolet quàm necesse est qui antè dolet quàm necesse est*. Nihil urgebo pariter ferè esse comparatum cum hoc affectu tremoris sævientis belli, qualiter grassantis contagiosæ luis temporibus, quibus sit à re nullà metuendum magis quam à trepidantium metu, ut quos hujusmodi formido, hos ipsa jam pestis quadantenus inceserit. Vix enim mali species ac terroris imago phantasia subit, quum ecce fugaces versum præcordia, ut vitæ quandam arcem, spiritus velocius insequitur, inque partes reliquas velut exangues & exanimes agit vis imaginatrix fortius, imprimique ut molli ceræ conceptam mortis imaginem. Nisi fortè placet sulphureus tomes, pyriive pulvis, qui ut ignem admotum illicò concipit, ita & corpus repentino metu percussum admotum phantasiæ vi quadam attractrice infectum ac pestiferum ignem. Nihil quoque referam metu quandoque seu intemptivo seu immodico prodi faucias occultis ictibus mentes, quas terrefacit non jam mors ipsa sed mortis phantasma, ut etiam formidinem quidvis inducat, ut metuant tuta omnia, omnia ducant inimica & in perniciem veluti suam conspirantia, vel inane umbram, vel phantasiæ spectrum, vel fallacem rumusculum, exprimentes trepido animi motu *trepidationis* illum de quo Astrorum disciplina, ac referentes pectoribus *volumen* illud *explicatum* divini Vatis, in quo nil scriptum intus & à tergo præter lugubre carmen & lamentantium voces. Sed neque prosequar verbis haud quicquam esse libertati nostræ metuendum, quamdiu veram intelligimus libertatem, quam studiosissima hujus præ cæteris gentibus, in æquabili mente, animo obfirmato, ferre nato quascunque vices ac vincere opes, cupiditates, lenocinia, fortunam ipsam, ac denique mortem, Spartanorum scilicet illa, collocavit. Verumtamen istud dicam, quod familiam in hoc ordine ducit, quotquot ita sunt affecti nec Dei providentiam nec res humanas satis assequi cogitando. Quid enim? si quæ hæ reguntur providentiâ, nec incertis vagatur fortuna casibus, si quod Reges in ipsos Dei imperium est, euncta nutu moventis, quibus, obsecro! adspiciemus oculis minaces Principum dextras, populis terrisque superbos Regnatores, omnium quas adeunt (dixit ille) latrones Gentium, totique modò possent humano generi exitium machinatos? nisi illis ipsis quibus sævientes quandoque divinitus pestes, aut ferientia fulmina, aut depalcentium locustarum exercitus, non tam vindicis Dei flagella quàm castigantis Patris flagra, sed tamen vultus velut ad vindictam componentis, ac ventilantis subindè hominum genus, ne altissimo otio ac luxurie nimia labem animis immedicabilem contrahat. Qui sævientes O-

ceani fluctus claustris ac repagulis sistit, suasque intra margines ac crepidines molibus coërcet, huicne forsàn operosius esse putarem constringere ferocientes terrarum Dominos, clavos figere elatis nimium verticibus, tumentes spiritus compeicere, ac ponere modum affectibus, ambitioni metas, & regiae piraticæ terminos, quos ista vi nullà copiarum, nullis foederibus, aut molitionibus excedat? Qui sua singulis fata disponit, passerculos, capillos, gramen in numerato habet, huncne opinaremur permittere alienæ quantumvis Imperatoris libidini hominum vitas, fortunas, libertatem, Gentem integras, Respublicas, Civitates, Castella, Municipia, quorum ista periodos pro arbitratu circumscriberet? Imò ridet quodammodò Deus consilia mortalium, versatque celeri turbine; ut risit quondam instructos in perniciem Pharaones, Sancheribos, Hamanes, Antiochos, futuros etiam hostibus in quos moverant imprudentes salutis adminicula & instrumenta. Quamque ducat hominum mentes, in summo etiam fastigio dignitatum, vel subitanæ conversiones rerum omni ævo docuerunt, illorumve exempla Principum quos repentino animorum motu in opposita consilia flexit, quique imminentes primùm ultricibus armis ferroque minaci, ut Hierosolymitanis quondam Alexander, Mamertiis Pompejus, Romanis Martius Corolianus, Antiochenis Theodosius, Genuensibus Ludovicus Francorum Duodecimus, nec plura congeram, mox, flexanimi intercedente Providentiâ, flagrantem iras posuere porrecturi amicitia dextras. Hæc quanquàm obvia & eum lacte Christiano ferè hausta, quæque adeò pueri novimus vixdum ære loti, si tamen sederent animis nostris altiùs infixæ, tum sanè foret ut quantumvis difficillimis rebus nec anxius nos metus de gradu dejiceret, nec quaereretur in turpi fugâ præsidium, nec de transferendis sedibus ac deserendâ statione cogitarent suæ Reipublicæ probra ac dehonestamenta. Et qui in eâ temporum quam dico calamitate fugam accelerant, sapere cum illo mihi videntur qui sollicitus ne ruerent suspensæ Cœlorum fornices fugam extrâ Mundi claustra mente agitabat suâ. Quod enim, dum vagatur incertis erroribus miles, & quaquaversum sese diffundunt bellorum incendia, quod (inquam) asylum atque perfugium? Quibus in antris tuti dilitescere? Quæ loca serpenti malo inaccessa, nisi fortè quæ Sidus adurit, aut quæ riget Arctos? Atque ita fugacem trepidantemque persequitur fors mala virum, hoc semet ipsum quisque modo fugit, quod subterfugitur uno loco discrimen subitur altero, fugitur non effugitur, parique trahuntur desertores illi fato quo profugus quondam Sisera, quo maria trajecturus Jonas, quo in Ægyptum securitatis ergò meditati apud sanctissimum Vatem Israëlita, consilio omnes suo perituri. Et quicquid declinari possit dextra longa Regibus, non tamen illa quæ longior Regum principi, cui nec aggesti montibus montes, nec minax Turris, nec sublimes Edomis arces, nec abdita terræ viscera, nec marium terrarumve intercapedines, mortaliū quemquam facillè subduxerint.

Sed verò nimis generalia ista videri possunt, AUDITORES. Propiora sunt in quibus fiducia nostræ præsidia collocemus. Præterquam enim id LEYDA nostra singulari Dei beneficio consecuta est, ut sit Orbis hujusce veluti centrum ac meditullium, cui non facillè committat sese hostilis exercitus, cujusque ex salute patriæ illa æstimari possit. Præterquam sacer hic ut suavis Musis sic ferocienti quantumvis militi locus est, qui ad istarum mansuetudinem, quanquàm reliqua omnia ferro vastaret, ferociam ut plurimum deposuit, pepercitque iis etiam sedibus, quæ vel Zenones, Pindaros, Euripides, Ovidios, Musarum id genus Sacerdotes, nascentes exceperant: Si quid præterea ad loci securitatem conferunt viarum undequaque angusta, interclusa itinera, aggerum jactæ moles, valla circumducta, exeuntes in arva in campos aquarum gurgites, ad hæc mediū exercitus, vigileque excubantis præ foribus PRINCIPIS ocu-

oculi, sustineo ego vix esse sedem aliam quæ, compositis hisce ad bellicam calamitatem temporibus, majorem salutis fiduciam Literarum cultoribus prætet. Sed quid ego Urbis nostræ præsidia memoro, dum majora cernimus quibus labenti super Reipublicæ & omni ex parte laboranti occæpit succurrere clementia Numinis. Eia ô Batavi! Cujus vel ductu vel imperio factum novissimè est ut subsisterent, pavore veluti quodam circumfusæ, victrices Gallorum copiæ, quibus factus esse aditus videbatur in Provinciæ hujus viscera ac penetralia? Et quàm faustis mox ominibus, velut ex densissimâ caligine, faciente Providentiâ, optata lux apparuit, optata (inquam) magis quàm expectata? Quum vidimus conspirare in salutem Reipublicæ instabiles ventos, hoc uno constantes; hostiles æquore classes, sub quibus latere maria videbantur, vel fundi vel disjici; prohiberi opportunè nostris litoribus alterum hostem, ne ab utroque periremus; eripi inhiantibus prædas, Deum immortalem! quàm opimas, imò prædam fieri qui facere moliebantur; deferri nostros in portus, interjecto quanquam Britanno, graves tot mercibus rates, jamque diuturnâ navigatione fractas; effundi quodammodò in sinum nostrum, vidente & ringente hoste, quicquid uspiam admirandum vel perficit Barbarorum indutria, vel imprægnata tellus recondit, vel sole obitetricante terræ parturiunt, aut quoque maria concipiunt; & nuper admodum arceri longius nostris finibus infestum terrâ militem, tantisque excidere ausis (Jove Depulfore, forsân & Fulguratore aliquando) Infulatos Sacerdotes, quibus sunt pro Apicibus Galeæ, pro Lituis Hastæ, pro Palliis Paludamenta, & pro Sacris militiæ Latrocinia. Eia iterum ô Cives! & quasi levia ista pro salute nostrâ viderentur, quum humanâ omni ope destituti jacentesque, nullo ad resurgendum nisu, crederemur, ecce! Deum ire jubentem in sacra Fœdera, armantemque in nutantis Reipublicæ fulcimentum vim hostili majorem, victrices toriens Aquilas, fortem Iberum, Germanum vinci ut armis sic animis nescium, cui *puendum* propè (itâ jam Annalium Scriptor) (a) *adversus Gallum tanquam in hostem duci*. Sed quod omnium maximè lætis vocibus & gratâ sed immortalis memoriâ prosequendum est, ecce! quum jactaretur incertis fluctibus Reipublicæ navis, discerpta intestinis odiis, rimis undequaque fatiscens, divisis Patribus, consternatis Populis, Rectore nullo, ac Principe ejurato, cujus odio nostris quoque periculis quidam lætari viderentur, remedium averfati, & in proximum quantumvis hostile litus proram faciles conversuri, ecce! mirum dictu, sublato quasi Civium humeris & adsumptum ad Reipublicæ clavum PRINCIPEM TUTELAREM, mox conjunctis Patrum votis exorandum præsentia ut spectaret componeretque, fractis æternum inimicis Tabulis, factione oppressâ, compositis odiis, devotisque furenti multitudini

(Est aliquid hydrâ potius irata dolor Turba, neque tempore alio

— *catulorum oblita leana Sævior erravit campu*)

iis Capitibus quibus inesse audaciæ plurimum, fidei ac prudentiæ parum, persuasum civibus fuit. O lætam sed stupendam rerum catastrophem! ô faustum ac salutarem illum diem! quo cum PRINCIPLE, delicio Batavæ Gentis, renascentem vidimus priorum temporum felicitatem, redintegratas spes populorum, discussas paventium nebulas, animos expectatione meliorum erectos, Gallum suis jam viribus ac perpetuitati fortunæ suæ diffidatam. Vidimus consilia, quæ

— *malè Numen amicum*

confusa reddiderat in melius commutari, collapsam disciplinam restitui, desertores ordinis militari judicio perfundi, purgari noxiis humoribus Reipubl. corpus, reclamari malè vel constitutis vel administratis, redire in Curias, Senatus, Tribunalia, avitam virtutem, pudoremque priscum, ac majorum cumprimis religionem.

(a) Tac. A. 141. 46.

Omnia, dixit quondam (b) Romanæ Historiæ princeps, *repenti mutaverat Imperator mutatus*, sed illi ut plurimum abrogando quæ probè & sapienter instituta, Tu WILHELMHE HENRICE Princeps, refigendo quæ per fraudem invecata, restaurando quæ antiquata, revocando quæ neglecta, aut quæ pessimâ consuetudine irreperant emendando. O tuis majorem votis Hollandiam! quæ ni periisses jam periisse videbare, nunc ex tantâ calamitate tantam salutem consecuta es, ut recuperaris eum Principem qui æternum subductus rebus tuis putabatur. Et quem, quæso! Principem? Illum nempè, in quo uno cernis conjuncta quæ in quatuor retrò Principibus divisa, in quo uno, vix militarem ætatem ingresso, WILHELMII sapientia, MAURICII fortitudo, FREDERICI omnium capax animus, & PATRIS spiritus verè regii, supra omnes verò intacta vitii inaccessa voluptatibus juvenus; quique unus adè non sustineret modò labantis Reipublicæ ruinam, sed contra quàm de Catone Majori celebratum est, restitueret Adolescens quæ Senes labefactaverant. Quàm hic nostra gestiret oratio, PRINCEPS Magne, magnorum quoque soboles Regum, concentum illum omnium laudum, omnisque quam auguramur felicitatis, pluribus memorare dicendo? Sed impetum reprimit Senatus-Consulti novissimi recordatio, quo hanc provinciam opportuniori tempori ac senili facundia, si quando Tuus nobis vultus affulserit, nostraque hæc limina propitius salutaveris, sapienter Patres commiserunt. Quare ad Vos me convertam, Inlyti hujus cum Academiæ tum Reipublicæ PROCERES, quorum adpectu Musæ nostræ, languentes nuper admodum ac metu propemodum exanimes, recipiunt spiritum quasi & sanguinem, relaturus quam debeo gratiam pro indultâ huic loco, tot inter rerum molimina, præsentia vestra, ac pronis auribus fastidiosè dicenti. Et quando in hac vestra Literariæ Reipubl. Curâ adscriptum novissimè splendido Ordini Collegam accipimus, liceat quoque tibi VALENSIS Amplissime, quanquam nondum in hoc temet Sacrarium inferenti, gratulari novam honoris dignitatem, nec tam tibi quàm nobis, quàm Literis, quàm Ecclesiæ, imò Patriæ universæ, dum in hac tui admotione probavit sagacissimus PRINCEPS, quo esset in Religionem studio, quâ in Literas propensione, in Ecclesiam voluntate, in Virtutem remunerandi promptitudine, quâ denique in Pensis distribuendis perspicaciâ, ducendus impetu & affectu nunquam, judicio & ratione semper. Nec est quod huic Academiæ quam novâ veluti luce hodie perfunditis, huic Reipublicæ cujus novam quandam faciem conspiciamus, Ordini nostro qui novâ pristini decoris expectatione recreatur, denique Coronæ nostræ quæ novâ velut alacritate ad studia literarum accenditur, adprececur aliud quàm eorum quæ dixi bonorum PERPETUITATEM.

TUque adè, Triumpe Dem, fac sit hisce nostris supplicationibus locus, quibus à Te prostrati abjectique contendimus, ut feliciter instaurari cæpta feliciter perficias: Ut in ambigua hac fluctuantium animorum constitutione trepidantes erigas, omnemque etiam desperatissimis rebus formidinem amolire, præterquam Tui, præterquam mali quo ad Vindictam provocaris: Ut concussa nuper totâ sui mole Fœderatam hanc Rempublicam supremus Tu Sospiator, providentiæ tuæ fulcris succollatam, statumines: Ut divulsa novo glutine connectas, prostrata surgere jubeas, inclinata fulcias, erepta, non tam hostium forsitudine quam nonnullorum vel ignavia vel perfidia, in integrum restituas: Ut fœderatas Hostium vires, divisis illorum studiis, solutis nexibus, copiisque dissociatis, frangas, quanquam essent auro magis quam ferro formidabiles, Pythia illud edocuit

Ἀργαίαις λόγχοις μᾶλλον ἢ πάντῃ νικησῆς.

Ut quemadmodum hactenus ita porro militet nostris classibus æther,

Et conjurati veniant ad classica venti:

(b) Liv. Hist. L. v.

Ut educas tandem aliquando ex ferali hoc civibus bello exoptatissimam pacem, ex hac Republica quadam nocte alternam lucem, ex tristibus leta, ex adversis prospera, & ex confusis ordinata. Aus, quod Te unum poscimus reliqua omnia complexum, ut serves AURIACI SANGUINIS verissimum Traducem, cujus per medios ire fasellites, Tuque ipse claudere latera, ac presidium esse clementissimè digneris, quando INTEREST CONFERRI IN UNIUS SALUTEM OMNIUM VOTA, CUJUS SALUS OMNIUM ESSE REPUTATUR.

D I X I.

O R A T I O IX.

D E

B E L G I C Æ R E S T I T U T Æ
A D M I R A N D I S.

D I C T A

Lugduni Batav. in Splendidissimo Auditorio, cum abdicaret se Academico Magistratu, A. d. viii. Febr. clō lo CLXXIV.

S E R E N I S S I M O . P R I N C I P I .

G U L I E L M O . H E N R I C O .

DEI. GRATIA. PRINCIP. REGIO. AURIA-
CO. NASSOVIO COMITI. CATTIMELIBO-
CI. VIANDÆ. DIETZÆ. LINGÆ. MEUR-
SÆ. LEERDAMI. VERÆ. VLISSINGÆ-
QUE. MARCHIONI. BREDÆ. GRAVÆ.
DITIONIS. CUKIANÆ. DIESTÆ. GRIM-
BERGÆ. HERSTALLI. CRANENDONCKI.
VARNESTONI. ARLÆI. NOSEROEI. S.
VITI. DASBORCHI. POLANI. WILHEL-
MOSTADII. NIRVARTI. ISELSTEINI. S.
MARTINODICI. MONTIS. GERTRUDIS.
CASTELLORENARDI. SUPERIORIS. AT-
QUE. INFERIORIS. SWALUWÆ. DOMI-
NO. BARONIQUE. ANTWERPIÆ. BISON-
TII. BURGGRAVIO. HEREDITARIO. HOL-
LANDIÆ. ZELANDIÆ. WESTFRISIÆ UL-
TRAJECTI. AC. RESTITUENDARUM.
PROVINCiarUM GUBERNATORI. HE-
REDITARIO. FOEDERATI. BELGII. TO-
TIUS TERRA. MARIQUE. IMPERATORI.
SUMMO.

COLLAPSÆ. NUPER. REIPUBL. INSTAU-
RATORI. GLORIOSISSIMO. LIBERATÆ.
PATRIÆ. SERVATÆ. ECCLESIAE CONCI-
LIATI. BRITANNI. CONFECTÆQUE. MO-
DO. CUM. CAROLO. II. DESIDERATISSI-
MÆ. PACIS. INSTRUMENTO. VERE. DIVI-
NO. FOEDERATÆ. BELGICÆ. INGENTI.
HODIE. MIRACULO. AVITAR. OMNIUM.
VIRTUT. HEREDI. UNICO.

D O M I N O . S U O . C L E M E N T I S S I M O .

O R A T I O N E M . H A N C . S A C R A M .
F A C I T .

F R I D E R I C U S S P A N H E M I U S . F R . F I L .

C O N S T A N T I N U S H U G E N I U S

T o p a r c h a Z u l i c h e m i i , & c .

I N F R I D E R I C U M S P A N H E M I U M ,

S e A u d i t o r e p e r o r a n t e m .

Disce, cui datur hoc fatiari melle meraco.
Quanta plus tumeam forte beatus ego:
Tom. II.

Auribus hæc vidi cum fulmine dissertantem
Qualem nunc oculis audio SPANHEMIUM,
SPANHEMIUM certe, sed quem, Phœnice renato,
Leida stupens reducem credidit esse Patrem.

† † † † †

Sic cogitavit, scripsit, & locutus est
Summo virorum par Patri SPANHEMIUS.
Decide, LECTOR, de tribus quid maximum:
Ego inter æquè summa nil definio.

C O N S T A N T E R .

E L E G I A ,

I n C e l e b e r r i m i T h e o l o g i ,

F R I D E R I C I S P A N H E M I I F R I D . F .

C u m s e s e a n n u o A c a d e m i æ L u g d u n o - B a t a v æ r e -
g i m i n e a b d i c a r e t ,

O R A T I O N E M

D E

B E L G I C Æ R E S T I T U T Æ

A D M I R A N D I S .

Mysticus interpret legum, quibus instruit omnem
Vitam hominum humana stirpis origo Deus,
Jam movet eloquio Spanhemius ora paterno,
Hæcne laude minor, quam pietate, foret?
Ille Academiæ moderatus sceptrâ juvenia,
Cui se crediderat remque Minerva suam,
Ne tacitum tulerit Vir tam facundus honorem,
Nunc Demosthenicâ pulpita voce quatit.
At neque materies longè querenda paranti
Dicere, temporibus sed datur apta suis.
Turbine Fortuna nutantibus ille Batavis
Panè suâ fractus mole recenset opes.
Dum premit hinc socio nos juncta Britannia Gallo,
Huic tellus, illi dum famulantur aque;
Inde Ubio consors, Mimigardi ruris alumnus,
Præcipuum tantis crimen uterque malis.
Ecce Deus, Deus ecce Poli nec opinus ab alii
Fulmineam rexit Vindictis arce manum.
Ultor ARAUSIADE, primis en agmina castris
Tot atrocini Marte fugata tui.
Ut cito dempsisti lacrimis suspiria nostris,
Quas nunc lætitiâ proliscente damus!
Pectora femineus glaciabat inertia terror,
Hostibus in spoliis se dare moris erat.
Arma nihil jam vana, nihil jam prælia possunt
Haud perrupta prius mœnia spontè patent.
Non tulit hanc labem virtus aquanda Camilli
Laudibus antiqui, dedocuitque fugas.
Magne Pater Patria, per quem modo Belga merenti
Rite Deo grates, & tibi saluus agit:
Ante diem Mavors & adorea plenior annis
Secula lacurum cui properavit iter.
Cui conclamata recidiva Batavia lucis
Gaudia nunc debes, compositumque larem.
Tu, quod Avunc, quod Frater, Avus, Proavusque, Paterque,
Tot peperere sibi laudibus, unus habes.
Hoc Ducis ætatem, Lævor, massire triumpho.
Tempora nobilissimè nil tibi cana dabunt.
Facta quis hæc credat, cum res sit testibus ipsis
Visa fide major, credibilisque parum?
Facta, licet majora fide, tamen omnia credis,
Flexanims pendos quisquis ab ore soni.
Usque adeo sibi frenâ dedisti facundia toti,
Conciliat Famæ sic modo gesta sue;
Ut, qua oculis objecta fidem mensura negabas,
Nunc subeant aures non dubitanda tuas.

N I C O L A U S H E I N S I U S D A N . F .

V V V V

I L L U S .

ILLUSTRES ACADEMIÆ, AMPLISSIMI REIP. LEIDENSIS PATRES. INCLYTE ZULICHEMI, SÆCLI DECUS INDELEBILE NOSTRI. VIRI SENATORIA DIGNITATE AC MUNERIBUS SPECTABILES. DIVINI ET HUMANI JURIS. OMNIUMQUE DISCIPLINARUM INTERPRETES CLARISSIMI. ECCLESJARUM ANTISTITES VENERANDI. OMNIUM ADEO GRADUUM, ET ORDINUM, QUIN ET SURGENTIS AD MAGNA JUVENTUTIS, SPLENDIDISSIMA CORONA.



Uod supplici voce, aris nostris ad-
lutus, contendi illo die, quo Acade-
micos fasces, gravem utique fascem,
nec opinanti mihi præferri placuit, ut
quem adirem Magistratum difficillimis
rebus, dubiisque temporibus, abirem
eo lætis pacatisque, & in publica
vota flexis, id vero si non omnino saltem
quadantenus consecutum me esse ab im-
mortali Deo, in hoc Patribus primùm
Conscriptis, tum universis Civibus,
Urbi, Academiæ, vobis, mihi que tandem,
hac solemnitate luce gratulor. Enim verò
quamvis variâ fortunâ, domi militiæque,
incumbente Rege utroque inclinatis ac
propè jam perditis Belgicæ rebus, inter
armia, fragores, strages, tumultus, direp-
tiones Urbium, populationes Agrorum,
suspensis ac sollicitis ubique mentibus,
hic sit nobis annus multâ sui parte trans-
factus; nemo non Vestrum tamen, Audito-
res, si modo redierit in præterita animus
ac præsentia respexerit, intelliget exeun-
tis anni, præ incuntis trepidatione, felici-
tatem. Ea enim, recente proh! memoriâ,
fuit tum Foederatæ Reip. facies, quâ vena-
rat in discrimen summa rerum, finisque
adesse tanto Imperio videbatur, per metum
atque ignaviam prodito desertoque, quum
non vicinarum modo Ditionum divina
humanaque sed & Hujus nostræ quædam
Urbes, Municipia, Agri, Aquæ, Termini,
cessissent hosti insperatis victoriis elato,
atque in gentem ferre jugum indocilem
impotenter ferocienti. Nunc verò quod
Reip. nobisque omnibus benè ac feliciter
vertat summus rerum humanarum Moder-
ator, conspicamur quaquaversum erectos
spe meliorum, qui antè ceciderant, ani-
mos, rediisseque torpentes nuper spiri-
tus, foris quidem in subsidiarum, memore
mque Germanæ fortitudinis, domi verò in
proprium Militem, in Castra, in Senatum,
in Urbes, in Rostra, in hæc Pulpita, &
surgentem hanc ad Patriæ decus præsidium
que Juventutem. Equidem, annum ego non
alium Batavis illuxisse putem memorabili-
orem, & qui eorum Annales impleat uberi-
ori rerum argumento, laboraturos ut hæc
fuisse tempora persuadeant; tenebrarum idem
annus & lucis; noctium & dierum, tempe-
statum & cæli repente serenati, fortunæque
passibus velut ambiguis errantis, mirâ
vicissitudine, alternisque doloris & gau-
dii, ac specie primò terrente, erigeate post-
eâ, (quali pridem Virga Moïsis, modò anguis
modo scipio,) rapiens omnis in admirationem
sui! In quo adeò adversus Numinibus, Pa-
vori & Spei, Fortunæ Inimicæ & Obsequen-
ti, condictura fuisset supplicationes Gen-
tilis Roma. Unde verba facturo mihi in hoc
frequenti omnium Ordinum Studiorumque
confessu, pro more atque instituto Majorum,
proque Muneris ex voto pridem meo abdicandi
necessitate, (a quo mihi veriùs quàm sibi
Octavius à Republicâ vacationem precatus
fui, quodque effugere ut invidiam sic fati-
etatem minimè solet,) non aliunde du-
cendum Orationis exordium, sed neque alio
vos aucupio in præsentia captandos, vestras
que mihi aures conciliandas esse, censui.
Quid enim pro concione hujusmodi dicerem
aut commemorarem opportuniùs, quàm
quæ defigunt omnium annos rerum magni-
tudine & momento, quæ domi nuperque
admodum nata, quæ salutem, vitam, libertatem,
aras, focos, fortunæque omnes nostras
attinerent, formidinum nuper, sperum
hodie nostrarum summa, iturâ ad omnem
posteritatem

mansurâque memoriâ? Convertam igitur &
mentem & voces in Remp. sæculari orbe,
mirum dictu! à natalibus suis circum-
acto, penè destitutam deletamque, &
rursus intra ejusdem ævi terminos, iisdem
quibus tum emerferat ex desperatissimis
rebus Cœli portentis ac miraculis, novis-
sime quoque instaurari servarique coeptam:
Adeò quidem ut, cum ex præsentium
contemplatione, tum ex memoria præterito-
rum, augerentur etiam minimè Vates læ-
tiora huic Belgicæ tempora, futurumque
(si modò Dei beneficia suo pretio metimur,
votisque ut par est fatigamus,) ut non unius
modò sæculi terminis circumscribatur felici-
tas Vestra, sed & plura & meliora, in
feram usque deficientis mundi ætatem,
decurratis. Et hæc, Auditores, dum dicere
gestio, nihil est quod vel aurium vestrarum
copiam ambitiosè petam, vel conquisitis
flosculis, ac calamistratis vocibus, aut
declamatorio apparatu, illos ipsos flosculos
& calamistros & apparatus, ut vulgus
Oratorum solet, ac propè pueriliter,
aggrediar deprecari, quorum illud à do-
mestici argumenti opportunitate, hoc à
gravitate Ordinis nostri alienum, utrumque
frigidum & importunum ego semper
judicavi. Neque verò quemquam hodie
tantâ dicendi felicitate esse puto, adeòve
suffenum vel sui amantem, qui de se
ipsum præsumat quod de uno ferè Cassio
Severo legimus, sic afficiente ut loquendi
finem pendens ab ore concio pertimesceret,
& perbellè mecum agi credidero, hac cum
primis cœli brumæque *Aquilone rursus
augientis* inclementiâ, si non adscri-
bar illorum choro qui vel exorsuri
formidantur.

*Aegyptios mores, gentis in superstitionem
omnem effusa, dum Ebraei quoadam æmular-
tor, Persæ dum vaginas & acinaces,
quod de Codomanno proditum, in
Græcorum morem adaptant, utriusque
in illorum, quorum instituta sua
fecerant, concessere leges, valituro ad
servitutem auspicio. Sæpenuerò venerabundus
parem liberrimæ hujus, præ cæteris
quas Sol illustrat, Gentis suscepi
fortem, cui eadem quæ fuerant
exempla vanissimi cultus, & quæ
sistat fronti ac corporibus non
animis gratiæ, ad ostentationem
luxus & lenocinia cupiditatum
comparatæ, fuerunt mox, reposcente
pœnas Nemesis, instrumenta
servitutis, & ultores degeneris à
Majorum simplicitate & efferentis
sefe plus justo fastus. Omnium
fateor Imperiorum, ex quo stetere
in humanis rebus, miræ fuerunt
retrò conversiones, mortali lege,
quæ pendent omnia instabili loco,
volvendæ ætatis pabulum simul
& spectaculum. Ast verò nullius
Imperii, quæ læte patent spatia
terrarum atque temporum, trans-
missa est ad nos usque memoria,
in quo paribus cura Republ. hac
vestra viribus, pari gloriâ, pari
quoque non mensum sed dierum
intervallo exceperint sefe libertas
& servitus, fastigium & casus,
orbis admiratio & fortunæ ludibrium,
maïculum robur & effœta viribus
senectus. Horret animus meminisse,
AUDITORES, novissimas calamitates,
quum in huic orbis angulum
*concessa repente aquora
Cæli* horribili fremitu sonuere,
& consilia primùm tum arma
in perniciem nostram contulerunt,
qui in salutem aliâs, quos nec
fides foederum, nec veteris
amicitiæ jura, nec adstricta
nuper vincula, & funis ille
multiplicatus, imò ne humanitatis
quidem sensus, & propemodum
supplicationes pacem appellantis
Reip. ac pro pace vota nuncupantis,
si quæ hominum æquitate deduci
res ad otium potuisset, prohibuerunt
à parando summâ ope, mox
inferendo exitiali nec aliâs
infestiore bello; altero Regum
pristinâ cupidine Imperii,
altero irâ recente accento &
stimulato, altero adjutore
iracundiæ, fautore Gallicarum
molitionum altero, utroque
Belgicæ prospera limis oëulis
intuito, ejusque fortunæ,
angusto quasi suarum possessionum
limite, spe nimium præcoci
complexo. Stabat ista equidem
suis velut fulcris immota,
protulerat ad Solem utrumque
fines Imperii, aderat belli
nervus, circumvallabant
munimenta, erant dispositæ
in stationibus Classes,
luxuriabant opibus, incolis,
machinis, commatu, & affluxu
rerum omnium quibus sua
tuerentur Civitates, florebat
Respublica Orbis tertius*

tius velut Emporium imò Compendium, usu commerciorum & arte navigandi, præsidium ipsa natura fecerat, interclusa maribus, fluminibus, alveis, hinc repagulis, fossis, & cataractis Gente, votis suis majori, nec invidiâ alienæ gloriæ, ipsâ suis opibus contentâ, & vel solâ existimatione ac terrore nominis tutâ. Verùm enimverò mox factam vidimus quod fieri posse negabamus, & negabat Orbis, frustrâ in magnarum expectatione rerum suspensus, postquam fatali consiliorum morâ res duæ defecerunt Imperator, & Miles, postquam dimicatum est non tam cum hostibus, quàm cum prodicione & perfidiâ, coepimusque corruptâ affectibus mente agere omnia negligenter, otiosè, contumaciter, sustinente nonnullorum pertinaciâ tantam tempestatem, quorum verè privata studia inter publica discrimina eminebant, sed experti tandem parùm tutam ut Majestatem, sic audaciam, sine viribus esse. O rem plus famæ habituram apud posteros, quàm fidei! cecidisse mense uno Belgas, paulò antè arbitros Regum, Europæ culmina & columina, nec superfuisset nisi nomen & umbram, quorum res æternæ credebantur. Et fuissent æternæ, nisi certassent in animis domestica cum extraneis odia, nisi eunctando rem perdere constituisent minimè Fabii, voluissentque esse deserta & conturbata omnia, sine Capite, sine Consilio, sine Præsidio, sine Milite, equidem sine Veteribus militandi & qui consensissent sub armis, quales in tanto discrimine poscebant habiti totâ Europâ delectus, micantesque jam Regum acies, & bellum non foris magis quàm domi apparatus, distractâ insuper discordiâ Republicâ; quæ una labe reperta magnis Imperiis immortalia ne essent. Quo sanè confieri tandem oportuit, quod in Atheniensium Republicâ Græcus Annalium scriptor expressit, ut dum plures ad quassatæ navis, permissæque ventis & scopulis, gubernaculum sedent, pars huc pars illuc impellit, pars rudentes explicat pars contrahit, agitati intus discordiis, foris procellis, supremo Rectore nullo, eadem quæ paulò antè theatrum quoddam gloriæ censebatur, cœdum mox de se Populis universis spectaculum exhiberet. Verba rebus deficiunt, Auditores, paria certè magnitudini calamitatis, adeò prolixa malorum Ilias repentè circumdedit Rempubl. ut emergere humanâ ope nunquàm deinceps posset, tantillo intervallo orbam munitionibus, possessionibus exutam, Urbibus; Provinciis, Agris diminutam, exhaustam publico ære, potentiâ, libertate, fama, religionibus, rerumque gestarum gloriâ, excussam nudatamque; quum Patrum animi trepidarent magis quàm consultarent, deficerent duces, pavere cohortes, stupere populi; obviam fierent superbissimo Regum non armati sed supplices, non viri sed foeminae, proderentque libertatem, Urbes, Castella, Municipia, transeunti Gallo per omnia & præsidio & viris deserta ac destituta. O noctem atram, & Ægyptiacâ magis acerbam, inductam Batavaræ Genti; in tantâ luce gloriæ & libertatis, Astro quod radios ex se diffundit in meridie ipso occiduo, ut usurpem voces divini Vatis! O infortunatos senes, quos in hoc longa vita traxerat, ut florentem prosperis rebus se viris se juvenibus Patriam, permenû longa felicis ævi spatia, cernerent extremâ ætate herile sub jugum missam, adjectamque Gallorum rebus, sub Ephoris ad omnem libidinem projectis, & ad violenta Imperia natis, sed quæ haud diu continerent! Et quid utique mirum vel insolitum, propè tùm fuisset ut ne Magistratum gravitas coërceret iras Populorum, quorum hi soluti metu imperantium, effusi in Curias; in fora, in compita; in circulos, agentes passim omnia clamoribus ac tumultibus, ad ultimum seditionis erumpere; præcipere omnes, obsequi nulli, terrere simul & terri, eumque sibi Rectorem deposcere, qui Rempublicam expediret? Sed ne malorum exordia, silentio & admiratione quàm invidiosâ commemoratione digniora, verbis ornare videar, complectar modò paucis res quasdam anni superioris, ut ex illarum cum præsentibus compara-

tione Restituti Belgii fortuna aliquanto gloriosius exurgat. Recordamur, quotquot sumus, AUDITORES, trititia ejus anni auspicia, quando ferox Gallus ab rebus priore anno gestis (ob quas tamen non esset quod suæ magnoperè virtuti tribueret; nec

*Victrix causa Diis placuit; Victoribus ipsis
Dedecus)*

irarum idem atque animi plenus; prædæ populationumque spe concitus, concretis aquis, cum infectis legionibus propè in Portis & Vallo fuit, mixturus omnia ferro flammæque, & daturus unâ horâ excidio & ruinis quæ sæculo steterant. Omnis tùm in præcipiti barbaria nec audita inter Christianos fuit, quæ nullum mox discrimen esse voluit vel sexûs vel ætatis;

nulli sua profuit ætas;

per quam non lactantibus, non matribus, non virginibus, non languenti senectæ, quid dico; non Templis; non locis sacris temperatum est, quam ultimam sceleris atque immanitatis lineam Polybius refert, vel animosò Alexandro; Thebanos quum funditus everteret, Debentur Ædes ne violarentur, edicto sanciente. Ite Phalarides! ite Nerones! ite Cyclopeo de sanguine nati! quibus pensi nihil fuit ruere, rapere, tundere, cædere, incendere, vitium per vim offerre, infantes de matrum vel ulnis vel uberibus in rogos projicere, senes intolerandis frigoribus denudare; viros foeminasque in usum quasi lucis (gratum Barbaris spectaculum!) postibus illigatos flammis objicere, & si quid immanius istis furor suggereret iram atque animos à crimine sumentibus, solâque libidine fortibus, ex eâ Gente; quæ insigni errore populorum ad humanitatem præ reliquis facta credebatur. Et vestram hic fidem appello, AUDITORES; ut Hollandiâ totâ trepidatum sit, ut stupore rei tam atrocis mentes defixæ, ut metus inceserit Patres; ut consternati Civium animi, ut Urbem hanc nostram & adjacentes impleverint Virginum & Matronarum agmina pudori consulentium, ut effusi intra Civitates agri, intra vallum coloni, dum raptim quæ quisque posset efferrer, haud visuri amplius (itâ pavor ingens persuaserat) domos, lares, tecta; & quicquid reliquissent hosti, trepidis, ut eluviones ac flammæ solent, supervenienti. Nec longè absuit; quum frustrâ inducias; frustrâ pacem ingeminantibus Belgis, dimitterent modò Reges studium & iracundiam, ad hæc circumcinctis nobis undique Gallo milite, & in angustum oppidò coactis, solo in aquis, & in Principe, secundum Deum immortalem; præsidio, ex transmarino Orbe, & ipsis Regni Comitibus, paventes adhuc aures personaret tremendum illud DELENDE CARTHAGINIS. Quis animus, ô Fratres! quæ dira in vos piacula? quid tantum sceleris admissum? ut vim tantam in socios ira suscitaret, ira dicam an sacra fames, an Gallorum astus, convertentium à se Gentilitia odia in conjunctam vobis tot nominibus Gentem, ut nunc Carthago vobis esset quæ modò Saguntus; quæ tot vinculis Regnis vestris innexa, Regii in Heroè nostro sanguinis, foederum, sacrorum, commerciorum; avitæ necessitudinis, ac communis causæ in æstuantem; tot jam populis terrisque superbum, omnique Europæ; quam obnoxiam ac vectigalem reddat, compedes adaptantem, LUDOVICUM:

Equidem versanti mihi historiarum monumenta, ac Pœnorum res cum animo meo reputanti; multa fateor occurrere propè gemina, quibus eam Gentem Fœderata Belgica, Romanorum illam Britannia Gallia-ve referre atque exprimere videantur. Carthaginem utique eam Orbi reddimus; quæ non uno Hannibale superba; quæ nata quandoque bellum non inferre sed defendere; quæ nauticæ peritiâ usuque rei navalis nulli secunda Gentium; quæ flagraret malâ invidiâ Romanorum; terrestri his militiâ, & veteribus artis ducibus impar, sed tantum non paribus libratâ ponderibus navali potentiâ. Carthaginem nos eam reddimus; quæ pro suâ modò salute, dum Romani pro Orbis imperio, decertaret; quæ superciliosè aliquando à Romanis habita fuit, dum quic-

quid concederent, muneris loco habendum esse censerent; quæ imperante graves conditiones Regulo, quidvis experiri mallet quam in eas descendere, *consumant, perdant, decretum est pati*; & quæ ferocem victoriis Romanum gravissimis vocibus affata memoratur, *Hortore, Publi Scipio, ne nimis presentibus insistens, nec memor humanae sortis, altos nimis spiritus geras*. Carthaginem denique eam mirè referimus, quæ ex angustiis sæpè rebus suorum virtute in altum delata feliciter emerit, quæque id damnosum habuit, quod dum in rerum deliberationibus, distractis tribuum suffragiis, diem ex die ducebat, Romani consilio & armis expeditiores prævalerent. In cæteris verò, quid huc, inflammator animo Britanæ! quid huc invidiosum *Carthaginis*, & verò *delenda Carthaginis* nomen? Quis vobis, obsecro, gravis Hannibal? quæ ad bellum provocatio Siculis aut Saguntinis molitionibus? quæ legiones in vos ductæ? quæ instructæ acies? quæ classes maria infestare vestra? qui exercitus omnibus Britannæ, ut quondam Italiæ, partibus imminere, quin Urbi vestræ, alteri propè Romæ, incumberet? Qui unquam Belgarum ad bellum inferendum prompti? qui ad concupiscendas res aliorum, aut proferendum Imperium, audaci pridem Carthaginensium instituto, immodici? Sed nùm fortassis in Batavo Punicæ fides? nùm violatio fœderum; nùm hic, ad Pœnorum exemplum, securos sacramenti religione per fidem circumvenire? nùm amicitiam, pacem, legatos, eaque omnia in quæ ad aras & pulvinaria juratum, advocatis fraudibus, & conquistis coloribus, longè post se habere? Ecquando verò innatum Belgis in Britannos odium, quale olim in Romanos Pœnorum Genti? aut qui Belgæ jurarunt fore se amicos nunquam Populo Anglicano, adactis in sacramentum Civibus, ut Hannibalem quondam altaribus admotum Amiclar obstrinxisse fertur? Denique quum belli & pacis optio data, ut Carthaginensibus pridem per Romanos Legatos fuit, qui Belgarum, Pacis supercilioso contemptu, in Bellum paribus ivere votis? quinimò faciles hi ab ævo de jure suo quidvis concedere, immodico Pacis studio, medii inter abruptam contumaciam (sunt nunc Taciti voces) & deforme obsequium, nec dum redacti ad eas incitas in quas Bello Punico tertio Carthaginenses, quum se suaque Romano arbitrio permittere cogerentur. En scilicet infestam, *en delendam Carthaginem!* Et per vos fuisset sanè, prout armatus est in se ipsum furor, jamque percussæ bonorum mentes stupuerunt, quum altera & acrior in nos tempestas terrâ marique desæviret, Regum viribus in nos undique collectis, increpente undique concursu armorum, illinc Ludovico cum victore exercitu mox Flandriam ingresso, hinc æquantibus maria potentissimis Classibus, ut omninò extrema dies venisset Belgarum fortunis multis crederetur, nonnulli etiam de quærendis aliis terris, & relinquendis tectis ac focus, in quibus natus quisque educatusque esset, jam propè cogitarent. Nec in hoste mora, gradum addit Gallus, magnisque itineribus, cum obviis adventanti nemo fieret, castra ad Belgii totius Propugnaculum, re multis desiderari magis quàm metui visâ, nihil cunctatus ponit, fossam ducit, lineas, moles, suggestus, reliqua quàm ocyssimè perficit, in Urbem machinis detonat, mox continuis assultibus sic profundit suorum vitas, pari illi loco hominibus & globis vel tragulis, ut quod bimestri & ultra obsidione steterat Atriaco munimentum, ad quod etiam daturus in discrimen gloriam credebatur Ludovicus, ut ad Metas Carolus, decendii ferè spatio, quod ante abisset pro ludibrio in ora hominum, occuparet, novo Belgis documento, quid valla quid munimenta possint, si decretoria dies intercesserit. Quid multis, Auditores? Erat quasi otiosus Tragœdiæ spectator Hispanus, proficiebant nihil Regii orbe ex Arctoo Caduceatores, & quod unum deesse videbatur tot tantisque Belgii calamitatibus, qui in laborantis Reip. subsidium vocati fuerant magno ære, seu languesceret Germana virtus, nec sustineret hostiles copias, seu quæ parato

pretio eandem quoque vinci pretio fidem paterentur, (itâ sanè in vulgus, forsan invidiosius & ex eo spargebatur, quod hæc Gallo vetus disciplina est, *munerari ancillas ad dominam qui affectat viam*) præcipitatis isti pactis jam posuerant arma, sociosque destitutos hostium furori permiserant. Ah! quæ tandem efferre lingua, quæ exhaurire posset oratio, quicquid ærumnarum beatam nuper altâ pace Remp. & otio propemodum luxuriantem, non pressit sed oppressit? Et quid vestra moraret ego tempora, referendo imminentes nostris litoribus minacelque Classes? adeò quidem ut consulendi vix res spatium daret, disposito in iis milite qui per omnem agrum vicinasque Insulas infesto agmine popularetur, si modò Scipiones præfuisent, defuisent Belgis Scipionibus etiam majores. Quid fatigarem commemorando fatiscentem sub immani pondere Belgicam, retrò sublapsas spes Danaùm, res undequaque accisas, Hollandiam ut limite subjugatam, sic attritam tributis, vectigalibus, stativis militum, divites magnas inter opes ad inopiam propemodum redactos, mediocris vel tenuioris fortunæ homines cum summâ angustia colluctatos, ipsas aquas cælo pluvio & perruptis molibus circumfusas, infestas agris, jumentis, colonis, militi? Et Hollandiæ si fines excessero, trepidabat Zelandia excensionis Anglicanæ metu, patebat hosti Frisia per divisiones Patrum, magis sollicita quorum in manu esset administratio, quàm ut incolumis servaretur; gemebant Provinciæ reliquæ sub novo & crudeli dominio, per vultures & hirudines emunctæ, per viros abjecti & prostituti pudoris incestatæ, per Regulos, etiam sacratissima inter dominandi flagitia censentes, aut mori aut servire jussæ, nec accusare se nisi ipsas ausæ; quum novum nihil esset sævire in victos qui in amicos passim, & grassari in hostili solo, qui in tutis regiâ fide aut societate ditionibus, tristissimo nuper vel ad Palatina Tempe, Christianissimo Regi tot nominibus sacra, documento, in quæ omnis exonerata Galli militis audacis omnia perpeti rabies, vastationibus, cædibus, raptis, stupris, incendiis, in Villas, Virgines, Matronas, Senes, Infantes, quin in agros, hortos, armenta, vineta, & amoenissimos colles, duraturis sævitiæ monumentis. Et hæc tuz Ludovice Rex (horum forsan itâ credimus nescie) sunt adoreæ, hæc armorum tuorum Gloria, sed quàm dispar illi Magni Henrici tui, qui bellum aliorum pace mollius gessisse prædicatus est, aut Patris Ludovici, optimi ac justissimi Regum, pacis studiis semper intenti, quin imò Patru tui Aureliani, qui deditam & subactam Gravelinam ingressurus ovans, in has fertur erupisse voces, *Temerous discurrâ victoriâ usi, sique misericordia & liberalitas nova per me Gallis vivendi ratio!*

Ex his priusquam vos angustiis educo, Auditores, subsistere paulisper animis jubeo, mecumque admirari momenta decretoria, quemadmodum suis omnia periodis descripsit ille à quo certâ stant omnia atque immobili lege. Ut nempe suos habent circuitus Planetarum orbes, ut sua humanum Corpus intervalla mutationum, *καταστήσεις* vocant, ut sua rebus singulis fata ad numeros disposuit Gentis humanæ Pater atque custos, itâ quoque statis sæpè annis, mensibus, circumagi & retrò verti visâ sunt Imperiorum ac Rerumpublicarum fata, magnis Conversionibus, quales sunt concussi derepentè vel instaurati Imperii, signatis plerumque iis temporibus, & locis, & nominibus, quæ unum illum Moderatorem arguunt cujus sapientissimo nutu terræ populique temperantur. Non jam replicabo Annales, nec compilabo scrinia Historiarum, aut Civilis Disciplinæ, neque extra Belgicæ Fœderatæ terminos divagabor. Quem enim non in stuporem agat retrò referri cœpta hujus Reip. fata, penè destitutæ, ipsissimo anno LXXII. quo retrò assurgendo ad superius ævum, & sæcularis orbis caput, primùm instituta fuit? primis eo anno in Hollandiâ Zelandiæque libertatis insignibus, primis Imperii, quod ex tam tenuibus principiis in id exiturum potentia & gloriæ augurabatur nemo, fundamentis, Auriâ

Auriaco tùm in Præfecturam Dordracenis Comitii vocato, belli vexillo in Albanum sublato, mox Urbibus $\pi\eta$. minoribus in consiliorum onerumque societatem adlectis, tyrannide excussa, virgâ exactorum confractâ, instrumentis ejus subversis, Cucullatis & Infulatis ejectis, disciplinâ à Palatinis & Genevatibus acceptâ, facrisque omnibus Apostolicum ad ritum restitutis. Rem dignam memoriâ sæculorum! constitutam per Wilhel mum majestatem Imperii, & exacto ad calculum sæculi decursu propè dejectam, quia sine Wilhelmo, iisdem quoque adjutoribus exitii, qui tùm salutis fuerant ac libertatis. Quantâ verò cognationis inter annum utrumque *tertium* & septuagesimum? quorum priore premi quoque in angustum Respublica, nutare cuncta, angi Cives, titubare Patres, intima Hollandiæ insidere hostis, Harlemum ad dedicationem agi, Alcmaria obsidione cingi, Leyda nostra in sextum mensem arctari, regio universa infestis aquis atque insohitis pluviis divexari, donec faustiori omine, anno jam inclinato, Albanus in quem omnis sese immanitas feritasque considerat, Belgii sinibus, ut ferè Luxemburgius nuper, æternum excederet. Sed verò annus septuagesimus *quartus*, qui ipse nobis hodie sæcularis est, quot in hujus Civitatis, in Adjacentium, in Patriæ & Ecclesiæ universæ tutelam portentis ac rerum admirandis illuxit? Hic ille annus est, CONSCRIPTI hujus Reipublicæ PATRES, cui ut primus in Fastis vestris locus, ut æternus in vestra tium animis suum in Sospitorem erectis, ita propediem sæculare carmen, solenniaque facta debebuntur, Deo tùm vobis verè è machinâ conspicuo, quum nec esset consilii locus nec auxilii copia, quum nisi in propria viscera sævire deinceps fames posset, quum deficerent humana omnia, insultaret Iberus, desperaret Princeps, ingemiscerent Socii, dehiscerent Moenia, agerent extremum spiritum Cives, & ultimum illud, Conclama tum est! intra & extra muros resonaret. Quod si fatalia ista, AUDITORES, cum novissimis rerum porten tis conferrantur ad quæ stupore quodam velut hæremus defixi, annon ex parium pro salute Reip. in fine ut in exordio sæculi, in secundis ut in primis natalibus, prodigiorum adspæctu, perculsi admiratione, quâ possumus contentione vocis animique, jure exclamemus, O Dei miraculum Belgica! O maxima, tot licet in millibus minima! O Civitas Dei, cælo demissa! O Respubl. verè *Democratia*! O Gens amata Deo, sed nimirum dilecta Deo, cujus quicquid es vel fuisti nil nisi *numus*, sed nil nisi prodigium est!

Vidit sanè omnis propemodum ætas exurgentes summis ex angustiis Respublicas, citiusque opinione hominum eluctatas. Emergit Græcia, quum Persicæ potentia, subacturæ & Græciam & Orbem universum, tota illi moles incumberet. Emergit Roma, postquam tribus iisdemque maximis cladibus acceptis, & Hannibale Italiam ingresso, jamque Urbis ad portas, hunc ipsum post Romano limite, tùm Italiâ expulit universâ, pacemque in suas quasi leges inflexit. Emergit eadem Roma, postquam à Gallis diruta ac devastata, intra anni unius decursum restituta, novaque tùm moenibus tùm tectis apparuit. Vidimus & Venetorum res ad ultimam quasi lineam redactas, & Calabrorum illas perditas, & Gallorum nutantes, & Britannorum subversas, (nec finis exemplorum foret) mox tamen, vertentibus fati, integratas, etiam auctas. Ast verò postquam esse desuit Hebræorum Respublica, quæ Deum & Fundatorem, & Rectorem, & Vindicem habuit, post servatas inter tot rerum discrimina, subductasque extremis calamitatibus Samarias, Hierosolymas, Gentemque universam Judæorum, non in aliâ unquam Republicâ persequè conspicuum ubique Numen atque in hac vestra, cujus perpetuum hoc fatum fuit, ut cum humanas spes aleret eventu fraudaretur, & contra desperatissimis rebus solus Deus salutem expediret, solâ eam sed præpotenti virtuti assereret, probaretque vel uno Belgarum exemplo, rebus conclamatis *prospici in monte Domini*,

esse ejus in potestate τ *ἀδοκίτων πόνον*, ex adverso, & *δοκίτων*, quæ sic visa mortalibus, ut plurimum (momente Tragico) ϵ *τελεθλώαι*, verissimumque Philonis illud, ad Cajum ablegati, *Cum humana præsidia desinant, tùm demum incipere divina*. Quam latus hic sese dicendi campus explicaret, si vestris ex Annalibus reponerem vel extrema anni MDLXXVI. quum jam author esset invicti aliâs animi Princeps; ut illatis per Hollandos Zelandosque in naves suas liberis, fortunisque omnibus, pelago se suaque committerent, si quas alias darent æquora Terras: vel afflictißima deinceps quoque tempora, quum GULIELMUS, & cum eo propè Respublica, caderet ferali plumbo, & miseranda sese orbitas omnium oculis ingereret; quum in Velaviam Betaviamque Hispani, prævento Nassovio, truces irrumperent; quum litora & maria Philippi Classis, Orbis terror, obsideret, Britannis Belgisque, nec dubio ampliùs eventu, datura leges, quam ad Noviportum Flandriæ, accisâ Fœderatorum manu, conferrentur signa, & committeretur tam impari atque ancipiti prælio omnis fortuna Reipubl. Ne jam ad recentiora deflectam, quando Arca illa vestra, illinc externis bellorum terrâ marique fluctibus penè obruta, hinc internis rimis & scissuris dehiscens, ac vitium undique faciens, consedit tandem, clavum moderante Deo, in *montium* summo, vestrosque cives & indigenas in vadum & portum feliciter exposuit. Magna hæc sunt, Auditores, perpetuâ successione, & indubia Dei Statoris ac Custodis Gentis vestræ, seu nascentis, seu adolescentis, seu adultæ quidem ast concussæ totis viribus, argumenta! Sed quanto majora hodiè in Remp. non concussam modò, non inclinatam, sed deletam penè ac subactam, lethali certè cum terrore circumventam, tùm nocte unde quaque circumfusam, ut interceptus æternum splendor illius, fractæ vires, amissa libertas, adempta Majestas, gloria omnis interversa videretur? Nunc ecce! (atque utinam daretur ex editiore loco, vel sublimi è vertice montis, gratantes diffundere ad omnes terrarum Populos voces!) ecce repentino interventu expedientem nodos Providentiam, collapsa erigentem, divulsa colligantem, fulcientem nutantia, restituentem intercepta, & pulsâ nocte ac discusso terrore, pleno rursùm orbe huic Reip. illucescentem!

Nec te, GULIELME HENRICE, Princeps Auguste, primum nuper propitii in hanc Gentem Numinis, ac prævertentis ultimo ejus excidio, Miraculum, abire indictum mea hoc loco sinet oratio. Adèd quicquid in Te vel oculis cernimus, vel mente suspicimus, totum totum Dei opus est, ut contra atque de Hadriano VI. gradus quos sibi struxerat ad fastigium Papalis Dignitatis nulli minùs quàm Deo tribuente, falsè dictum, *Hic Deus nihil fecit*, de Te clament universi, *Hic Deus omnia fecit!* NATIVITATEM sanè Tuam respicimus? Quod de unico Fabio, tanquam relicto cœlitus dubiis rebus Populi Romani, domi bellique, aut de P. Scipione Africano, tanquam qui divino non humano fatu procreatus esset, in Urbe latè terrarum dominatrice jactatum est; Quod Cœsi muntus in Theodosii, Adeodati, Samuelis, Nathanaëlis, Jonathanis, auspiciis nominibus, signanter expressam; Quod in Phœnicis imagine, surgentis velut Patris ex cineribus, reddentisque mundo quod extinctum credebatur, pridem adumbratum fuit, ut taceam Posthumos in salutem Populis datos; Hæc in Te uno omnia singuli demiramur: Verusque Tu nobis Isaacus, cujus insperatos Natales cum risu, nec præcoci utique gaudio,

Plebs pia cumque piâ gratias plebe Senatus

excepere, nisi fortè domestica paucis odia mugitum verius quàm risum exprefferint, qualiter fuisse quondam mugitum Bovis auratæ, ad Elizæi natalem, indignatæ scilicet natum esse suum Destroctorem, memoriæ prodidit Epiphanius. NOMEN Tuum reputamus, sacro de fonte optimis ominibus acceptum? Quid aliud præfagire illud GULIELMI HENRICI Fœderatæ Belgicæ poterat, præterquam par animi magnitudini, quale in Wil-

helmo I. consilium, paremque rerum gerendarum gloriam, & in subeundis periculis ardorem, qualis Frederici Henrici fuit? ut quæ Resp. suos alteri natales, suum alteri splendorem ac potentiam deberet, Tibi deinceps utroque nomine, sic volentibus fati, obstricta teneretur. Et sic visum plerumque Superis, ut sint quemadmodum funesta Imperiis nomina, obviâ commemoratione, prout semper *sub Sextis perditâ Roma fuit*, ita auspiciata sint alia, ac præfaga rerum maximarum, & quod fuit Ferdinandorum clarum & venerabile nomen Arragonum Genti, sub quo & cœpit, & crevit, & instaurata Gentis potentia fuit, id jure merito de GULIELMI atque HENRICI appellatione Gens Batava gloriatur. ADOLESCENTIAM Tuam, Princeps Magne, contemplamur, nunquam per libidines fractam, per cupiditates enervatam, per otium languescentem, aut per juveniles impetus frena rationis excutientem? Quot jam Patribus, quot Civibus in illâ fuere auguria fatalem sibi tuam virtutem fore, qui esses

ante annos animosque gerens curasque viriles,

faceresque primâ lanugine ambiguum, majorem-ne laudem ob temperantiam, an ob prudentiam mereris; & quemadmodum de Cæsare adolescente Sylla Dictator, in illo puero plures latere Marios, probares jam tum universis, in Te puero plures latere Wilhelmos atque Henricos. CONSERVATIONEM attendimus, jam à primâ infantia, tot inter odia, pericula, insidias, contentiones, morborum etiam & exanthematum discrimina, tot casibus exercitâ juventute, inter aspera rerum, privatâ forte, satellitio nullo, nec præfidiario milite, quis non charum Te Superis Caput, quo sospite Ausonia esset illis cura Gentis, novo augurio jam pridem intellexit? Sed verò NOVISSIMA cum animis nostris cogitamus, quum subitâ conversione (intercluso antè ad Præfecturam aditu, per illorum studia qui specie libertatis fervitorem inducerent,

— morbum virtutis nomine jactant,

sed neque spes lætata diu est) donareris omnium id est Dei voce Dux Militiæ, Princeps Senatui, Pater Populis, Defensor Ecclesiis, Musisque nostris Caput atque Rector, quot amabo Cælo Terræque portenta? Utque scribereris Paternarum Dignitatum ex asse Heres, & in Te ac per Te divinum sese brachium explicaret, quas non vias invenere fata? Ut fuit Respublica in extremum discrimen adducenda! ut destituenda consilia! ut Reges aciendi! ut jugum subeundum! ut Gens, verius Arabum illâ apud Diodorum, *φιλολύθητος*, per servitutem, turbas, formidines, excitanda! ut populare studium in Te accendendum, quo accusatâ perfidiâ, proditis insidiis, disturbatis machinationibus, devotisque infortunatis Capitibus, Te unum uti neglectum quondam Davidem appellaret, oraretque, ut collapsam ex tanto apice rerum Rempublicam Tuâ & fide & auctoritate erigeres, ac sustineres! Num hinc quicquam, ô Cives! humanarum artium? nunquid insidiarum! an prensationum? an captatæ apud plebes gratiæ? quas ut plurimum populi arboris instar mobilibus foliis, aut arenæ instabilis, aut diffluentium aquarum, aut asserum putrescentium esse, non nesciret Princeps, modòque in Davidem exardescere, modò fastidire, *Quid nobis rei cum Davide & cum filio Israhel?* Num hinc vagata est incertis fortuna casibus, ubi tanta animorum ubique conjunctio, & concursus voluntatum, & concentus vocum? probè equidem intelligentibus populis, quid pessunderisset Rempublicam, quid navis sine Rectore, quid militia sine Duce, quid corpus sine Capite, quid fascis sine Vinculo, quid populus sine Majestate, aut Majestas sine Principe, neque conservari Respublicas nisi iisdem mediis quibus & fundatæ, & stabilitæ, & ad summum magnitudinis evectæ.

Non fortè de nihilo est, AUDITORES, redditum nobis GULIELMUM Instauratorem collapsæ rei, factò in Urbe principe rei auspicio, eodem anno LXXII. ac mense eodem, Julio nempe, quibus prior retrò Gulielmus,

Dordraceno Conventu, ad Reipublicæ clavum vocatus assumptusque fuit. Sed verò longè istud majus est, digniusque contemplatione, subita rerum Catastrophe, simulac radios novæ Dignitatis spargere cœpit Serenissimum Sidus. Quot illic tenebræ discussæ? quot nubes abactæ? quot turbæ compositæ? quot motus sedati? quot seditionum æstus continuo deservescentes? Ut redire in circumactas erroribus plebes obsequium, in animos gaudia, in languentes ardor, in dejectos spes, in trepidantes fiducia!

Ut sese pariter diffudit in omnia Regni

Membra vigor, vivum rediit color Urbibus agris!

Ut mox adparuit in Civitatibus tranquillitas, in Magistratibus autoritas, in Judiciis majestas, in Civibus reverentia, in Patribus concordia, majorque tum in Consiliis prudentia, tum in Præfidiis fides, tum in Re militari veteris disciplinæ æmulatio, sed successivis audibus, nec nisi aditu ipso periculorum, post longa otia, perficiendæ! Ut denique sufflaminari hostiles impetus, interclusa itinera, Castra subitis operibus munita, Vigiliæ in urbibus, Præfidia in muris, Miles in stativis dispositus, & fossis, vallis, molibus, aggeribus passim circummunita loca quæ hostium incurSIONIBUS magis exponebantur! O diem ad perpetuam memoriam posteritatis consecrandum, quo redditus faustis acclamationibus PRINCEPS, & cum Principe spiritus, quem trahere extremum Respublica videbatur! Et quot ex illâ die terrâ marique seu prodigia seu miracula, quasi in uno GULIELMO fuisset omen? Incubabant illo ipso tempore oris nostris Regiæ Classes, dum Hollandiæ intima paterent Ludovico, successibus feroci; Provinciam hanc confectionis implenti, nusquam illi intercluso ad eam aditu, nusquam munitis Urbibus, jamjam se transdituris (itâ vulgò credebatur) in Galli potestatem, iturisque in æterna & ignominiosa pacta. Sed ecce, ô rem quam nulla ætas, nulla posteritatis taceat! ecce sistitur faciente Numine Gallus, & qui non vocatus accesserat, vocatus jam quasi ad Belgicæ totius, id est ad Orbis utriusque imperium, hæret, pavet, titubatur, ac pedem veluti refert! Nostra quid ad limina, quid in extremo penè stadio consistis; Magne Ludovice, & quidni cursu concitato ad metam & gloriæ, & victoriarum, & bellorum, properas? Ferocis & expavescis, eurris & vi majore siferis, datur accessus nec ultra audes, permittit se Tibi Belgica & concupitam felix nimium Procus fastidis, fronte capillatâ sese Tibi offert occasio, & Tu ostentatam tam brevem, tam optatam, tamque insperatam amittis? Quid hinc obsecro humani, ô felicior hætenus voto Belgica! Quis torrentem validissimum stitit? quis metas posuit Potentissimo Regum? quis freno coercuit? quis loro constrinxit? quis Circulum quem non excederet, ut olim Antiocho Marcus Popilius, virgâ quasi descripsit? quis vertiginem in summo prosperitatis induxit? quis desperatis consiliis per concordiam Principis & Reipubl. ex improvise intercessit? Et quo moderante factum, ut dum moras nectit in propinquo Ludovicus, seu laborans magnitudine successuum nec fortunam ferens, seu non aulus offerre sese recenti concordiæ, qui antè per divisiones irruerat, omnibus tandem & ausis & invasus, quod ominamur, excideret?

Quemadmodum, opinor, nemo tanta credat rerum sine Numine moles, itâ quocumque deinceps intendo mentis aciem, ubique sese Numen, ubique Deus Tutor & Propugnator ingerit. Quis enim, compendio dicam, AUDITORES, quis sine Numine, & aversâ Dei ab hostibus inente, credat minaces Classes, totiens exonerato milite (dum omnia trepidarent) invasuras portus, insulas, litora, totiens quoque ventis adversis prohibitas, procellis disjectas, æstu solito longius præter martium indolem cohibito à litoribus nostris opportunè discretas, fata ipsa incusante Britanno, quod Belgis æthera militarent? Quis sine Numine, effusos amnes suos ultra margines & crepidines, & circumfusulas quaquaver-

sùm

sūm aquas, itā cohibitas ductasque putet, ut qui mergere tentaret Batavos Gallus, ipse propemodū, infortunus molium & aggerum, mergeretur? Quis sine Numine, quum intratus esset glaciali ponte Hollandiæ omnis ager, jamque Civium jugulo immineret Butevius, intelligat solutas aquas tantā celeritate, ut non esset ubi gradum figeret hostis, ubi pedem inferret, futurus ipse cum suis, ni quorundam factum esset vel perfidia vel errore, præda deprædandis? Quis sine Numine *Cœordium*, Propugnaculum seu loci naturā & situs difficultate, seu fossarum latitudine, seu prominentium vallo molium munimentis, seu machinarum numero, seu militis præsidio, & commeatuum omnium copiā (nisi per prodicionem) inaccessum, credat bihorii & infra spatium, à paucis Cohortibus, aperto Marte, proditore nullo, incomparabilis Ducis industriā, sed favente coelitus nebulā, simul & visum & obsesum & expugnatum, ut nullis sit proditus Annalibus exercitus minor numero, clarior famā, digniorque admiratione hominum? Quis sine Numine, appetitas totiens ab hostibus prædas, & spolia ampla, & Asiæ quasi totius thesauris gravidas rates, (quantum bolum!) etiam quum præsidio penè destituta & securæ adhuc jure Gentium, religione Foederum, & libertate Commerciorum, oram Britanniæ legerent, arbitretur inhiantium faucibus & iteratis insidiis ac pessimis artibus ereptas, mox navigaturas in portu? Quis tandem sine Numine, equidem non sine Gemellis factum Gentilitas credidisset, conjuratos adfuisse putet, semel iterum tertio, ad Classica ventos, quum præliis novissimis tribus, summa Foederatæ rei totiusque Belgicæ salus periclitaretur?

Contegebant maria, AUDITORES, Regum gloriosissimæ Classis, agebant omnia præ se terroribus, jamque oris nostris admotæ in conspectu erant, & mole navigiorum, & ratum numero, & ducum fortitudine, & militum apparatu, & Regum fiducia, & famā Belgæ trepidantis, de victoriā securæ, dum terrestri militiā Gallus intima penetraret. Sed ô rem concelebrandam memoriā & admiratione omnium sæculorum! non sustinuit tantum animosus Belga, fretus Deo, causā, virtute, ac recordatione rerum pridem circa ea ipsa loca felicissimè gestarum; Non modò imparem & navibus & viribus Classem commisit in cruentam aciem; Non excepit tantum impavidus Tonantium & Fulminantium, re & nomine, terribiles impetus; Non æquo tantum Marte in mediam sese hostium Classem intulit, pugnamque ex propinquo conferuit; Sed & collectis animis, ac consilio magis quàm impetu, Cœlo propitio, vim hostilem fregit, artes elusit, ordines perripit, stragem horribilem edidit, Classem utramque miserè disjectam ac trebratam sic in terrorem egit, ut fugæ vix haberet hostis quod fati esset virium ventorumque, ac suam Portuum opportunitati & Noctis superventui salutem adscriberet. Et verò ne Casui, vel Fortunæ, vel Elementis, vel claris in hoste Funeribus victoria prior ferretur accepta, colligit sanè vires hostis uterque, Classes instaurant, auctiores & navibus & machinis & milite redunt, sublatis anchoris in altum ducunt, explicant ordines, aciem instruant, efferuntur signa, instantur classica, conferuntur vires, personant maria, litora, horrendis fragoribus, ut nunquàm aliàs tantis animis tantæ Classes nostris suis concurrerint; nec alterius modò pugniæ, sed & tertiaræ alea subitur si qua daretur in continentem nostram excensio, ultura clades & deletura *Carthaginem*; sed ubique præsto est Batavis Numen, quod adderet animos, consilium inspiraret, ventos regeret, Duces servaret, ferales glandes & uncas averteret, extremò hostem utrumque funderet, nostrisque à litoribus propulsaret. O quot decretoriis illis seu diebus seu præliis prodigia rursum ac miracula? Nihil cunctanter assero, AUDITORES, nunquàm aliàs divina simul & humana virtus, auspicio semper consubio, magis enitere: Nunquàm vel felicis dimicatum, vel triumphatum constantius: Nunquàm in tam impari congressu,

tanta in Victis consternatio, tam exigua in Victore jacura, ut navis illi nulla vel impacta, vel incensa, vel trajecta, præda aut hostis aut marium fieret: Nunquàm aliàs in tantâ strage, dum in nostros undique detonatur, & denso agmine Navam, Militem, Duces sed quantos Heroas, quorum ex salute æstimata illa Reipublicæ, globi circumvolant, præsto magis Deus averruncus, ut illæsi ubique nostris Scipionibus, dum quingenti ex hoste prætoriâ in navi cadunt, vix sedecim in Trompii illâ (quæ nos ex ore tanti Ducis mediis tum hostibus inserti) gloriosè occumberent: Nunquàm aliàs ira, lares, penates, & imago Principis Tutelariorum, majori indignatione pugnantium animos accendit: Nunquàm miles obsequiosus excipere Ducum imperia, animosius & fortius exequi, propitiis Aquilonibus: Nunquàm magis dissimiles aut Carthaginensibus Belgæ, aut Romanis Galli, quorum illi toties ab Appiis, Manliis, Atiliis, Scipionibus devicti, isti insueti quidem nauticis artibus, sed tentare feliciter ausi, dum ludicrum Galli spectaculum Orbi Europæo fiunt: Nunquàm aliàs hostis tantis excidit ausis, expertus tandem quanto *ferocior sit dolor in libertate suâ vindicandâ, quàm est cupiditas in injustâ dominatione appetendâ*: Nunquàm à Xerxis temporibus, addam & Philippi II. utriusque incredibili Navium apparatu jam Orbem totum complexi, comprobatum magis est illud Artabani ad Persam, duo ipsi metuenda, Terram & Mare, hoc est Deum & Elementa, vel Elisabethæ Anglicanæ de Classe Hispanicâ alterum, intelligi quàm infirma adversus vim majorem præsidia humana sint;

*Non vires alias converfaque Numina sentis?
Cede Deo!*

Denique nunquàm luculentius adparuit mortalibus, unum esse qui sibi Maris Imperium asserat, qui nubibus, & ventis, & fluctibus, & consiliis præsit, ut quod in Francisci I. Galliarum Imperatoris expressum Emblemate fuit, sub Basilisci imagine, *Tu nomino tantum*, id de Titularibus Marium Dominis verissimum esse, haud vano hi ipsi pudore didicerint.

Expectatis nunc, AUDITORES, ut cum Classe victrice vela & ipse ego contraham, quid enim novissima dicerem, aut vulgares Commentarios compilarem? Quamquàm non historiam sed Cœli admiranda oratione persequor, quorum plura extremo nuper anno, quum Gallorum imperia sustineri diutius minimè possent, adspexit Christianus Orbis. Nunquid enim sine Deo *Narda* Civitas, tam præcipiti deditio, quartis castris, (tribus licet intra vallum armatorum millibus, paratisque in proinquo suppetiis, tuta videretur) nunquid illa sine machinâ primum fuit ut Gloriæ nostri Imperatoris, ut Gallicæ levitatis, jam à Polybii Cæsarisque temporibus primo impetu animosæ mox remissæ, sic quoque justitiæ Fatorum, terrorem à victis in victores convertentium, terrestri expeditione monumentum? Quot ex eo rerum successus? quot lætæ conversiones? quam crebræ victoriæ? quam insperati eventus, & somniis ac scenæ propiores? Amabo! quàm celeri gradu, quàmque fortunatis auspiciis, coeunte in Foedus avito hoste, inimicum mox solum invadi, expeditiones maturari, expugnari Urbes, Castella, Provinciæ, Insularis redire res ad Vota, ad cucillum, si non ad restim, Gallus verò qui terruerat nunc ipse terreri, pedem ad suos referre, dicereque Belgis, quàm invitus! ultimum Vale? Et quâ nuper animi alacritate GULIELMUS noster, supremâ voce ad Belgicæ Libertatis vindicias excitus, inque omnes rei promovendæ occasiones, in Castris, in Aulâ, in Senatu, nullo dierum, noctium, vel tempestatum discrimine, jugiter intentus, sic prosequi hostem, sic insectari terga dantem, sic laceßere, vix ullâ ad spiritum recipiendum requie, ut Gallus per invia viarum reducere exercitum, & qui recessum primò nunc fugam quoque moliretur? Neque fuisset ista expeditionum & victoriarum meta, ferrum etiam & terrorem illaturo in Galliarum intima Batavo milite, nisi minus tractabile cœlum,

Dum

Dum pelago deservit hyems, & aquosus Orion,
 legiones in hyberna ducere coëgisset. Et quanquam
 vana videri possint quæ de summorum Imperatorum tem-
 pore natali, ut mirè fortunato, vulgatis Timoleontis,
 Caji Cæsaris, Cn. Pompeji, Caroli V. Henrici III. Gal-
 liarum Regis, eadem die & nati & Poloniæ regno &
 Gallico imperio admoti, aliisque id genus exemplis
 pridem observata sunt; haud tamen sine stupore animis
 nostris advertimus, mentem eundem quem natalem Gu-
 LIELMUS habuit, *Novembrem* videlicet, fuisse quasi al-
 terum natalem collapsæ Reipublicæ. Quando illo ipso
 tùm *Ubiorum* ditio penè univèrsa ad deditionem acta, in-
 deque initia Liberationis undè fuerant initia Calamitatis,
 tùm *Worda, Bomelia, Trajectum*, ac finitimæ *Urbes*, &
 cum iis Libertas, Securitas, Religio, Spes, Gaudia
 ad Rempubl. redierunt. O exoptatum tot civibus Men-
 sem! ô gratam amœnamque lucem, non jam ex turbido
 die sed ex longâ nocte calamitatum! Nec profectò
 vel voces vel dies sufficerent, si sisterem vobis omnem
 Ordinem, & Plebem, & Sexum, & Ætatem effun-
 dentem sese passim in acclamationes, in vota, in pre-
 ces, in lachrymas, manantes per omnium ora genasque,
 testes redditæ cum spiritu Libertatis. Jo! conclamate
 ô Belgæ & ebuccinate, plenis lateribus, quàm altissi-
 mâ voce, Ecce mortales, quantillo puncto temporis
 maxima rerum momenta vertuntur! Ecce Reges, non
 est humanæ libidinis Imperia subvertere, Sceptra fran-
 gere, Coronas deturbare, & transferre Dominia rerum!
 Ecce egreditur tandem ingens fundi nostri calami-
 titas Gallus, &

Vos interea valete, abite

Illuc undè malum pedem intulistis

Seculi incommoda!

Erit mihi credite, AUDITORES, si quidem ratio futuri
 augurium est, (nam hodierna

valeant presagia Vatum!)

erit, quando LUDOVICUS, cujus tantis progressibus Glo-
 ria sese primis molitionibus extulit, intelliget obscura-
 ri sæpè ultimis prima, minus inesse pudoris non para-
 visse quàm amississe parta, quumque superbis verticibus
 sese Homines tollunt, fieri ut plurimum ambustos ut
 Phaëontas, vel Babylonii regis Simulachrum, quod su-
 pernè aureum in argillam lutumque desineret, Orbi re-
 præsentent. Erit, quando anget memoria belli, nullâ ne-
 cessitate, solâ invidiâ atque obtreptione alienæ laudis,
 majorumque fame, suscepti, mutuisque Europæ illi Ver-
 tices sese vocibus excipient, quæ Hannibalis quondam
 ad Scipionem fuisse memorantur, *Utinam neque Romani*
quicquam eorum que sunt extra Italiam concupivissent unquam,
neque Carthaginienses que sunt extra Africam! Erit, jam-
 que fortassis propè est illud tempus, quando posito su-
 percilio vocem in hæc aut similia galeati Pontifices, ac-
 cinctique Flamines, stabella utique bellorum, inflectent,
Væ misero mihi quantâ de spe decidi!

Troja nos tumidos fecit, stamus

Hæc Danaï loco undè illa cecidit,

nempè cecidisse videbatur! Erit quando belli incendia,
 longe lateque depopulata, restinguere horum incitabu-
 la, Imperiorum pestes, Palatiorum scices, Regum op-
 timorum mala, per quæ jus datur sceleri, frustra mo-
 lientur, re cum bellis ut cum flammis comparatâ quæ
 ipsos sæpè authores ultrices invadunt. Erit, quando co-
 gnoscet Bellatorum alter, plus se amississe alienandis in-
 juriâ Fœderatorum animis, ac concupiscendis rebus,
 quàm acquisivisse intercipiendis, accidetque forsàn quod
 olim Antiocho & Philippo Regibus, qui collatis con-
 siliis de perdendo hærede innocuo Philopatoris, jamque
 Ægypto totâ inter sese divisâ, mox Romano milite
 (uti hodie Germano, cujus virtus totiens victrix Ro-
 manorum fuit,) in tumidos Reges immisso, inceptis de-
 sistere, nec jam statuere in alios sed accipere ipsi leges,
 compulsu perhibentur;

O malè concordēs, nimîaque cupidinē caci,

Quid misere jurat vices!

Erit, quando Christianissimus Princeps, qui Gloriâ in-
 vidiam, quod difficillimum inter mortales est, vincere
 poterat, præ Gloriæ (certè inanis umbræ, & speciei
 fallacis, & fugacis imaginis, & scenicæ fabulæ, aut sua-
 vis infomni) immodico studio, haud referet præmium
 aliud quàm contaminatæ per suos cruentis victoriis, ac
 violento imperio, & iniquo dominatu, pristinæ Gloriæ;
 pessimam quoque gratiam relaturis consiliorum Archi-
 tectis, cùm à suis tùm à reliquis terrarum populis,
 profusarum opum, consumptorum exercituum, emun-
 ctarum plebum, exhausti florentissimi Regni, interversi
 usus commerciorum, ad hæc violatorum Fœderum, con-
 turbati Orbis, collisæ Europæ, proculcatæ humanita-
 tis, & abjectæ omnis clementiæ, seu in supplices pro-
 pemodùm Belgas, condonaret indignationem Ludovi-
 cus precibus & tranquillitati Populorum, seu in Myria-
 das mortalium, qui, ad misericordiæ genua nequicquam
 advoluti, theatrum ultimæ miseræ ac desolatissimæ sta-
 tûs evaserunt.

Et hæc Tu nobis auguria, has spes unus propemodùm
 GULIELME HENRICE facis, inter Patriæ Nestoras
 strenuus velut Agamemnon, inter Seniores Israëlitis fortis
 quasi Josua, inter Reipubl. Patres invictus & animosus
 Scipio, *orientis Juventa decus!* In Te osculamur Reip. Vin-
 dicem, Assertorem libertatis, Ultorem injuriarum, Propul-
 satorum hostium, ac Conciliatorem desideratissimæ
 pacis. Penes Te & gesti & perfecti hujuscæ belli potissi-
 ma lauserit. Per Te coalescent cum Patribus Populorum
 animi, cum Republicâ alieniores Principatus, cum rebus
 liberrimæ Gentis Regum illæ, principi Historicorum
ἐναντίαν φύσιν ἔχουσαι, denique cum BATAVO, ut sunt
 nostrum omnium vota, dissociatus nuper BRITANNUS.
 Per Te & resurget, & stabit, & efflorescet rursùm
 Respublica, *marmoream* redditurum quam *laterisiam*, &
 felicem quam infortunatam acceperas. Nec ambigere
 nos finit, tùm quod non minor Tua res agitur quam
 nostra; tùm ingens ille ad magna stimulus Avorum glo-
 ria, flammam æmulationis objectu tantæ lucis, qualiter
 in Speculo Soli obverso, in dies magis accedens; tùm pri-
 mùm Tuæ militiæ rudimentum, quo Lucullum quadan-
 tenus expressisti, pacis artibus innutritum, profectumque
 Româ rudem propè rei militaris, mox reversum Impera-
 torem, cujus gloriæ Mithridates accederet. Cum primis
 fiduciam auget concentus ille omnium virtutum, quo
 meruisti penè Adolescens, ut tota tibi Exercitûs ac Reipubl.
 moles, Belli momenta & Pacis, crederentur, &
 quo vix prætextâ depositâ conjunxisti Tu unus eam in-
 consiliis Sagacitatem, in rebus moliendis Prudentiam,
 in administrandis Authoritatem, Dexteritatem in mo-
 derandis, & in exequendis Fidem, Vigilantiam, Forti-
 tudinem, procul juvenilibus otis atque illicitis cupidita-
 tum, quæ & divisæ in aliis, & consummatæ cùm vir-
 tutis tùm ætatis fuere.

Sed verò incalscùm ea omnia nisi tot tantisque decori-
 bus Tuis & istud accedat, Cura Sacrorum, nec minus
 compositæ Ecclesiæ quàm vindicatæ Reipublicæ gloria.
 Utinam (date hanc coronidem justissimo dolori, Audi-
 TORES) utinam Respublica tantùm mergenda fuisset ex-
 terno & exitiali bello, neque passim intrâ Ecclesiæ viscera
 exarsisset penè gravius aliud, per filios Pacis nunc Bellonæ
 filios, importunæ sapientiæ & inanis utilium rerum subti-
 litatis obtentu! O quàm libenter vellem ego fuisse modò
 illa tempora, utinam nec visa nobis nec videnda porrò!
 qualibus hoc Belgium sub MAURICIO distractum inge-
 muit, quum cepisset quoque fastidium veterum, quum per-
 sonarent arcanis novis ambones, suggestus, naves, spon-
 dæ, circuli, & verecunda magis Viri unius asserta abi-
 rent in *κρίτας δόξας*, novisque accessionibus, ut sunt di-
 scipulorum ingenia, cotidie auferentur. Et quàm adò
 nihil rerum omnium est quod malim quàm me falsò su-
 spicari, (utinam falso!) nunquam à natâ Republicâ tot
 fuisse atque hodie sunt de interpretandis Sacris dissen-
 siones, non grandius humanæ rationis supercilium, non
ἰδιογνώμονες ἔργον sapientiam, non acerbiora odia, non di-

distractiora studia, non callidiora consilia, non frequentiores caelo scilicet vates, nec uberiora semina quæ cotidie succrescant in feracissimam segetem *infelicis lolis & sterilis avena!* In has igitur Te, Religiosissime PRINCEPS, in has Vos, Illustrissimi Hollandiæ PROCERES, in has Vos quoque, Patres Conscripti, vocari curas creditote, ne per Ecclesiæ dissensiones, & sacra aucupia, verè sacra! laboret aliquanto gravius Resp. *ut quem cupitis statum esse Religionis*, ita Leo Romanus ad Marcianum, *evidens habeatis & Regni*. Procul Donati illæ apud Optatum voces, *Quid est Imperatori cum Ecclesiâ?* Et quàm miserè hæc sua viscera dilaniaret, si locus esset Hosii Cordubensis ad Constantinum monito, *Haud te Imperator Ecclesiasticis rebus immisceas!* Quanto laudabiliora fuere maximi Principis in gravissimis Donati, Cœciliani, Arii, Alexandri, Athanasii, Eusebii & Theogonii, aliisque litigantium vel innovantium Episcoporum causis, tum dicta tum facta, *quæcumque ad pacem Dei essent*, sunt Eusebii verba, universis dispensantis? Et quæ laus convenientior Majestati, quàm quæ Theodosii fuit apud Ambrosium, quod potiore gessisset Ecclesiæ quàm Imperii curam; vel quæ Anastasii apud Hormisdam I. quod curam Principalis acuminis nobilitasset illâ integrandæ unitatis; vel quæ Basilii Macedonis, Synodo IV. Byzantinâ de se testati, ante publicas curas, fuisse sibi omnium principem, *Ecclesiasticas dissolvere procellas?*

Sed quid mortales, quid homunciones, procellas seu inimicitiarum seu bellorum dissolverent? Tu unus es, CLEMENTISSIME JESU, ad cujus potentissimas voces conticescunt maria, sedantur fluctus, subsidunt Aquilones, omni que repente resedit flatus. Tu unus es, qui voluntates inflectis, corda regis, consilia moderaris, hominumque studiis & affectibus modum ponis. Tu is ille, qui alienatos pridem Ægyptios Israël tuo, Philistæos Isaaco, Jacobo Labanos & Esavos, Davidi Saulos & Abneres, Benjaminum Judæ, fratres fratribus, & hostes hostibus, propitiatos ac conciliatos esse voluisti. Tu unus Pacis author, & conservator, & arbiter, quam & exoratus tot votis, tot suspiriis, ac lachrymis, nec arituris deinceps rivulis sed perennaturis fluminibus, reddes tandem Patriæ, Ecclesiæ, Academiæ, Nobis, Posteritque nostris. Sit aliquando cruoris, sit populationum, sit miseriarum ac castigationum fatis, ac ne in hostes quidem nostros tantæ tempestates convertantur! Jungat modò Regiam avita in fœdera dextram CAROLUS, *Mite sed iratum nuper Nomen*, ac sublato errore in pristinæ amicitiae jura, flexanimi Tuâ virtute, propediem adducatur;

— *iamque ipsa sub Armis*

Pax agitur!

Redeant suæ Fœderatis Provinciæ, Provinciis Urbes, Urbibus splendor, Agris cultura! Consistent quæ temporum iniquitate jacuere, sua deinceps Sacris tuis reverentia, sua Proceribus autoritas, suus Literis honos, sua Commerciis securitas, integritas Judiciis, Ærariis fides, ac Militiæ disciplina! Hæreat altè insculpta Bataavorum mentibus memoria novissimorum, ut nec vetera peccata repetant, nec thura suis retibus adoleant, nec brachio humano confidant, nec sine Te rationes secum in terris frustra deputent, nec vel dehinc efferantur in prosperis aut dejiciantur in adversis! Ne committe posthac, ÆTERNE PATER, iterum ut pereamus, sed & animos adde (quid enim tua nobis Fata moliantur ignoramus) ut priusquam perimus omnia experiri, & extrema quæque subire, & libertatem, sacra, lares, fortiter tueri constitutum sit. Quæ miraculo surrexit Respublica, miraculo profecit, crevit, toties emerit, in extremas Eoi Orbis plagas famam, potentiam, gloriamque diffudit, sed & miraculo nuper cum sæculo interiisse videbatur, majore autem revixit, sit eadem deinceps quoque, longâ successione sæculorum, Virtutis Tuæ Theatrum, ac Gloriæ Habitaculum. Et quamvis in Te spes omnis, Tu solus sis nobis & Parens & Patro-

Tom. II.

nus & Instaurator & Assertor, si quid tamen est in humanis præsidii, reple Patriæ hujusce Patres Spiritu eruditæ ex Christo sapientiæ: Indue nostrum Josuam, & Gedeonem, & Davidem, & Maccabæum, Spiritu eodem quo tantos Herôas: Adfla reliquos Duces, & Præfectos, & stipendia Reipublicæ terrâ marique meritis, Spiritu roboris ac fortitudinis; Uti Cives omnes & Indigenas Spiritu promptæ ad obsequia voluntatis, doctos nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis, nec tributa sine molestiis & oneribus esse: Cum primis verò, & hoc uno reliqua omnia complectimur, serva Patribus, Tribunis, Militi, Civi, Ecclesiæ, & Academiæ huic, GULIELMUM HENRICUM, Opus manuum tuarum, Principem dextræ tuæ, Virum tui beneplaciti, *Lapillum* sanè perexiguum, sed de Rupe tuâ decisum, quo Gigantæ molis Colossos conficies & comminues. Et hæc

Vos optato Patres, Civesque, optate Coloni,
Perpetuam PACEM, perpetuumque DUCEM.

ORATIO X.

SEU DE

BIBLIOTHECÆ LUGDUNO-BATAVÆ NOVIS AUSPICIIS MENSE SÆCULARI AB URBE LIBERATA, SERMO ACADEMICUS.

Ad Amplissimos Academiæ Curatores,
Urbisque Consules.

DICTUS

In Frequentiss. Auditor. A. D. XXIX. Octobr.

M. D. C. LXXIV.



U NGENS sanè beneficium Literarum usus, æternus Plinio creditus, quo factum ut in absentes, & remotissimos Orbis incolas, & ad seram posteritatem, sermo hominum sese diffundat, horumque & studia & gesta in omne ævum itura transmittantur: quod adè in stuporem dedit Indorum Gentem, ut cum Hispanos animadverterent per mutos illos Interpretes de longinquis rebus, & factis, & locis edoceri, latentem aliquam in chartâ spiritum, vi humanâ majorem, suspexerint ac formidarint. Nec concedere Scriptorum calamo Pictorum penicillus videri possit, quo certare cum Naturâ ipsâ, vel ex Zeuxis & Parrasii præcâ contentione, ars æmula sustinuit, quo spirat præsens in pergulis tabulisque sublata pridem ex oculis virtus, & intersunt humanis rebus quorum cineres vel busta condunt, vel urnæ coërcent. Statuariæ, quâ non Regum modò, Principum, & Heroùm spirant vultus, sed conspicua antè & à tergo suis figuris corpora vel arma tractant, vel telum intorquent, vel acie minantur, vel equum domant, vel vestem manu subducunt, vel Sceptrum moderantur, aut jura mortalibus dicunt, vel etiam cum Praxitelis illâ Venere cupidinibus illiciunt, ære & marmore adversus tabidam vetustatem tuta, arti stupendæ quantum herclè debeatur, vel Marmora hodierna loquuntur, & Inscriptiones, & Simulachra, quibus superbit ipsum adhuc Romæ Capitolium, passimque Templorum fornices, Palatiorum porticus, Villarum aræ, Hortorum ambulacra, salientium aquarum Siphones, ne dicam Fora publica, Thermas, Specus, ne-ve omnes Italiæ cultioris angulos excutiam. Cimeliarchiorum, in quibus tot Cæsarum, Principum, Consulum, ac Sapientum sunt expressæ Nummis imagines, & auro vel argento vel æri incisa seu cognominum insignia, seu locorum obscura, seu figurarum emblemata, seu facinora rerum, & historiarum monumenta, & abdita mul-

XXX

ca

ta vetustatis, pretium usumque concelebrarunt dignis laudibus, ac literis tradiderunt principes in disciplinis Viri. Quid verò Typographiæ memorem institutum, fecundæ Librorum matris, amanuensium omnium celeritatem paucis operis antevertentis, ac disciplinas omnes mirâ facilitate in ultimos literati Orbis fines mittentis, Librosque ex vinculis quasi & adstrictis paucorum usui reddentis liberos, usurâ publicæ lucis? Cujus sanè artis admiranda quicumque ille tandem fuit cui debemus, (nec enim moramur Xaverianas & Sinenses fabulas, ejus Sodalitii quod ubique terrarum stupori & credulitati hominum illudit,) nã is literas simul & humanum genus, profuturo quoad utrumque stabit invento, sibi obnoxium fecit. Verùm enim verò frustra essent & Scripturæ usus, & vultuum Simulacra, & Lapidum monumenta, & Cimelia numismatum, & omnes Chalcographorum operæ, quarum interventu libri multiplicantur, nisi essent Bibliothecæ, quæ his quidem perennaturas sedes, illis lucem, pretium, decusque commo- darent. Sunt modò & ducendi lineas, & fingendi coloribus, & sculpendi dolandique, & ære incidendi, vel exprimendi plumbo, laudatæ Artes, sunt modò literarum quædam satellites & pedisequæ, uti sunt matres & nutrices Bibliothecæ, quin spirantes animas, & confessus ipsi ingeniorum omnis ævi, Senatus Sapientum, Regum in re literariâ ac Dictatorum augusta Collegia. Neque verò instituti esse mei creditore diffundere memet in harum commendationem, & de Bibliothecarum vel origine, vel usibus, vel Mœcenatibus, post Varro- nem in veteribus, vel post Onuphrios, Roccas, Lip- sios, Hospinianos, post Fulv. Ursinos, Sweertios, Mid- dendorpios, Putcanos, post Desselios, Heinsios, Con- ringios, Labbeos, Hottingeros, aliosque, hoc ex lo- co commentari.

De Vestra modo Bibliothecâ an Minervâ ditam, *Am- plissimis Proceres*, cujus nova quædam hodie facies, cul- tus novus irradiat, quamque ut curarem diligenter or- naremque Virginem, sexto mihi in hoc ordine Viro- rum, dedistis antè negotii, prout modum in me nul- lum esse voluistis benignitatis. Veniam autem ipso in lumine precor, si dum obversatur animo meo ille novus Virginis apparatus, tot novis coruscæ luminibus, tot thesauris locupletatæ, si dum subit oculos recens ab o- peris Index, justû vestro inchoatus, ac perfectus mu- nificentia, propè est ut gratiæ loco quam apponi vobis exigit rei magnitudo, cum Vos profudisse sumptus, tum nos operam lussisse sentiam. Vertuntur enim illa hodie tempora, quibus nullum impendii genus perire magis suis cenietur authoribus, quàm quod in Libros erogatur, & ludos etiam quandoque præbent quotquot ex scriniis Bibliothecarum, ac prisicis Monumentis, res divinas humanasque requirunt. Satiâ tandem aliquando coepit sapientiæ prioris defæcatas à sordibus vetustatis, si mo- dò aliquas contraxere, ac sublimatas supra omnium tem- porum & ætatum ingenia, mentes, jacet quicquid squal- let habitu veteris ævi, & diverso commento à Gibeo- nitarum illo, commendant sese specie novitatis, qui to- tum id quod verè sapiunt Antiquitati debent acceptum;

Puppam se dicit Gallia cum sit Annus.

Prima utique jam pars gloriæ est destruxisse quæ adstru- cta Patribus, utilis opera dedidicisse quæ majores didicè- re, qui olim Magistri veritatis nunc facti erroris, quo quis ab horum lectione instructor, hoc is à Sapientiæ arce & Veritatis indagine remotior, & distulisse effata Veterum digna res est in quam omnes nervos intendant, ne Pallas Vestra ex Jovis pridem, sed ex unius aut al- terius nuper cerebro nata eductaque credatur. Equidem, quum hæud ita pridem in mellitissimi Heinsii, effusi in publicas grates pro concredita illi Bibliothecâ Vestra, vix tum infantiam egressâ, defixique in contemplatione tot Monumentorum quæ vestrum illud Sacrarium caperet, inciderem elegantissimas voces, sed expressas eo tempore quo nova Sidera nondum barbariem igno- rantia dispulerant, aut discusserrant tenebras errorum,

illos simul & indignatio vultum animarumque meum cer- tatim affectere. Quotusquisque enim hodie est, in novâ hac literarum luce quæ nudius tertius illata est, qui tam magnificè effoeris de Scriptoribus sentiat, aut sævo sine joco appellet *Præceptores veritatis*? Tunc hodiè, maximè Heinsii! ni adspergi velles sale mordaci, & prohiberi sublimium animarum societate, & ablegari ad errantis vulgi subsellia, vocares *Basilios & Gregorios delicia- rum*, commendares Theodoretum in *interpretando felicitatem*, suspiceres Hippocratis *divinum & celeste judicium*, Galenum reputares *Eruditionis lausfundium, Oceanum Dis- ciplinarum, & omnium Artium commune receptaculum*? Tu- ne Aristotelem in tradendis rebus *omnem conatum excessisse*, id est, fastigium humanæ sortis, quin *veram soli- damque vite sapientiam* ex Interpretibus, Alexandro, Phi- lopono, Ammonio, Themistio, Simplicio, Androni- co, hauriri posse pronunciales, Italo nisi *perfundendus aceto*? Quo enim loco horum divina & humana, & quicquid ornat Conditoria illa ingeniorum, haberi cœ- perint, postquam in partes itum, & litatum recentissi- mis Nominibus, erigendis tandem in Sapientiæ sola Numina, scripta hodierna loquuntur, testantur facta, personant suggestus, sentiunt Academix, gestunt il- literati, rident Sceptici, indignantur verò Disciplinæ, & queruntur qui literas impensius colunt. Et sanè per- inde mihi videtur cum isthoc hominum genere esse com- paratum, ac cum iis queis cognita & habitata Terrarum spatia fordescerent, novum Orbem quæsituris, in quo sedes figerent. Nã verò illi compendio student, & suo commodo sapiunt, dumque alii nullum vacivum tem- pus sibi dant lectionis, & Libris animum macerant & exangunt, *hi unum si noverint omnes norant*; Dum Bi- bliotheca illa vestra longam & asperam & impeditam Lijguarum, Disciplinarum, Scriptorumque varietate viam ad eruditionem pandit, hi brevem & complana- tam & his sentibus atque impedimentis vacuam insistent, nec se extrâ quærunt quod in se habent, aut ex se mes- ditando assequuntur, vel ex uno illo hauriunt nuper

qui primis Herasiam

Edocuit gentem, verum scernere falso.

Ita horum suffragio benè ac sapienter Julianus Impera- tor, Barbarorum ne facta recenseam, occludi ut Scho- las sic Bibliothecas jussit, utpote matres errorum, men- dacia officinas, ac nutrices præjudiciorum. Quin ma- jori in has ferrentur horum plurimi vilipendio, si Ari- stotelem omnium ferè primum Libros in Bibliothecam collegisse, paremque accendisse in Ægyptiis & Roma- nis cupiditatem, ex Athenæo aut Strabone didicissent. Saltem Caligulam imitati, qui Homeri, Virgilli, ac Livii Scripta, ut rerum vacua, plena autem verbosæ sapientiæ, ex omnibus penè Bibliothecis, si Tranquillo fides est, aliquando summovit, parem hi in Platonem, in Stagiritam, in Galenum, in turbam omnem Inter- preterum, imo Patrum, sententiam decernerent, his Templâ illa sapientiæ veluti detrimentis expurgarent, & ex ruinis totius penè Antiquitatis erigerent Magistris suis gloriæ monumenta, si modò in his Dictaturam gere- rent. Nempè ita semper judicavi, & mecum Viri prudentes, exitiosum nihil magis esse disciplinæ, quàm- si jejunæ adhuc mentes, & imperitiæ rerum, vix dum carceribus literarum egressæ, hac opinione imbuantur, versari se jam in clarissimâ luce veritatis, dum tenebris errorum obductum horret Cœlum penè totum Antiqui- tatis, dum colluctatus est cum profundissimâ nocte Scri- ptorum Chorus omnis, tantum non oppressus opinionibus vulgi, altero alteri faciente ludos. Et quemad- modum aer quem spiramus non subit nisi vacuas aliis corporibus sedes, sic nec contentus ille tot ingenio- rum, quorum sunt in Bibliothecis velati dispositæ pha- langes & explicati ordines, irrepere in annos solet, nisi à lectione & ab experimento penè omni literariis vacuos.

Ab sit tamen, *Magistres Viri*, ut vestro in ornandâ hac publicâ Sede omnis eruditionis prolabio, malam gra- tam

tiam iniveritis, seu apud hujus nostri Ordinis Viros, seu apud grassantem hanc ipsam ad magna Juventutem, seu apud æquos æstimatores literarum! Constat suum semper pretium huic Sapientiæ Domicilio, sua huic Musarum Sacrario majestas, & donec honos erit literis, ac commendatio Disciplinis, erit quoque Bibliothecis, quibuscum vel habenda eruditio vel amittenda est. Neque mirum, fuisse has à primâ usque vetustate Regum maximorum curas, delicias Cæsarum, desideria Magnatum, amœnitates erectarum mentium, aurifodinas avidarum, ac publicæ rei ornamenta, hinc munificentia exercendæ materiam, & plerumque deposita Pietatis. Habuit illa Vestra ex capite utroque sua successivis auctibus incrementa; & ingrati omninò simus quotquot audimus Musarum Sacerdotes, ni differamus in ultimos Reip. Literariæ tractus cum vestrorum munerum, (qui magna licet toties tribueritis, majora in dies estis daturi dona,) tum ultimarum voluntatum, profusam pietatem, & suspensa in hoc Scientiarum Templo immortalis gloriæ trophæa. Id equidem quod res est ingenuè profitear, superari Vestram longo satis intervallo cum à veteris tum à recentioris ævi haud paucis Bibliothecis, seu has ex librorum incredibili apparatu, seu ex loci majestate, vel Thecarum ornamentis, jure quodam æstimamus. Non septingentis illa nostra librorum millibus Alexandrinam priorem, non ducentis Attalicam, non centum & viginti Theodosianam, non duobus & sexaginta quæ Gordiano juniore quondam cessit, non pari congerie voluminum aut prisca alias, aut hodiernas quasdam, seu Christianas seu Arabicas, vel exæquat vel æmulatur. Non illa Capitolinæ cujusdam arcis trophæis, non Templi augustâ specie, non Ædificii splendore, non Regiæ dignitate, non Porticum spatii, aut Thermarum amœnitatibus, aut publicorum operum cultu, cum quaquam aliâ de palmâ contendit. Non hujus Asiatico ebore, non Pario marmore, non gemmis Indicis, non auro Africano vel Ophyræo, non decoramentis id genus superbiunt scrinia, aut perstringunt oculos armaria, nec quemadmodum alias pellucet foruli fenestrati, suis ita cum opibus tuti, tum ad spectu decori. Hanc vos nec dominantî de Tarpejâ rupe Pontifici, nec Cæsarum Regumque fastigio, nec Lucullorum magnificentia, nec Attalicis conditionibus, sortem ac felicitatem invidetis, quanquam nec deessent pares Regiis aut Attalicis gazæ fortunæque. Sat Vobis, *Amplissimi Proceres*, esse ad usum omnia, ad decorem, ad gratiam, ad commoda docentium discentiumve comparata, neque Vos ex ebore decus, aut ex marmore splendorem, aut nitorem ex gemmis, vel ex auro pretium Bibliothecæ, sed ex veris illius propriisque opibus censetis.

Nihil itaque vel de hujus Vestræ loco, & situ edito, & spatiis amplo, & soli utrique pervio dicam, nihil de reliquis quæ aliarum fortè Bibliothecarum sortem non excederent, imò nec adæquarent, sed ea memorabo in quibus superiores quidem nullæ, secundæ paucæ. Hæc una Justi Scaligeri, Phœnicis illius, & singularis in Orbe literato, præterquam in nullo pari gloriâ renati, superbit non cineribus vel exuviis, sed animo, sed spiritu, sed scriptis, & immortalibus quæ in hoc Sacrario deposuit monumentis. Hæc una & Doufas, & Merulas, & Heinios, & Gronovios, quanta profectò nomina, habere meruit, quorum fidei & curaturæ crederetur, socia ejus Academiæ quæ principes literarum seu dedit seu excepit, & cujus laudibus Orbis quâ latè patet penè strepit universus. Hæc in Europæis ferè prima est, stimulatora mox ad æmulationem alias, quæ extremum Orientem quâ *Sol Eo surgit ab ortu*, admotum huic Occasui, illatum suos intra parietes vidit, parario primùm Scaligero, tum Erpenio griphorum illo interprete, cujus ultimam Hispaniam & Maurorum Regias fama excessit, ac tandem Jacobo Golio, quod nomen nihil indigum nostræ laudis, & per quem advectos in hanc sedem thesauros non vestri modò sed & Gentium

exterarum typi descripsere, nec ferre satis laudibus suis Bocharti, Pocockii, Ravii, Conringii, Hottingeri, Labbei, & si qui alii publici præcones, potuerunt. Hæc tandem una est, dico præfidentiùs, quæ manu exaratis Codd. Græcâ quidem Romanâque, nihil invidet vel detrahit Vaticanæ, Viennensî, Oxoniensî, Venetæ, Bavaræ, Medicæ, Augustanæ, & quondam, (sed

insandum jubeor renovare dolorem)

Palatinæ, grandioribus natu; ast Hebraicâ, Talmudicâ, Arabicâ, Persicâ, Turcicâ, ex Indicâ etiam & Tartaricâ nonnullis translatis, nulli omninò hodiè Christiano in Orbe concedit, ac ne Scurialensem Regiam excepero, ex quo Maroccanæ Bibliothecæ iniqua spolia, ad octo penè millia Codicum, perfidè in eam illata, flammis nuperis magnam partem perière. Quanti sanè fecerint Orientalis literaturæ proci Scaligerianas primo, tum Golianas opes, trecentis Codicibus conspicuas, vel laudata modò nomina testantur, & Parisienses Operæ, anno hujus sæculi trigésimo. Ut deinceps Oxoniensis æmula, & stimulis honestæ invidiæ agitata, incredibili propè accessione, sub Laudi infortunati auspiciis, post & Seldenianis Tabulis, caput supra hanc nostram, in hoc quoque genere literarum, extulerit, haud in obscuro later. Ast verò ex quo Levini Warneri, Viri, & Erpenios, & Golios, & Ravios, & Seldenos, & Pocockios, & Hottingeros, ni invidissent præmatura fata, tantum non Orbi reddituri, ac rimati indefesso studio omnes Orientis angulos, perscrutati mirâ sagacitate omnia, etiam inaccessa, Turcarum arcana, ex quo (inquam ego) ejus adjectæ sunt prioribus copiæ, quæ nunc primùm sese inferunt in publicam lucem, Indicis novi pars magna, curante diligentissimo *Bootsio*, sustinemus utique, absit invidia dictis! primas deberi nobis. Enimverò præter centurias aliquot minimè vulgariarum, ex Carræorum plerumque Disciplinâ, & selectioribus Magistris, Codicum, accessit insuper Chilias propè integra voluminum, & in his, si varii argumenti libros putamus, Chiliades jam aliquot, elegantissimis Persarum, Turcarum, Arabum, lineis expressæ, in omni genere disciplinarum, ut supra doctorum fidem, sic supra nostram commendationem. Amabo! quis intra caprarum istarum angustias, proferri diffundique credat spatia immensa literarum, aut quis tantum lucis ex tenebris illis expectet? Quis hîc esse credat quæ Christianus Theologus in usus suos convertat, seu illustrare ignotis ex Versionibus ac Commentationibus sacra, seu res Ecclesiæ veteris, connexas cum Arabum aut Syrorum illis, plenius accipere, seu de Sabæis, Magis, Carræis, Manichæis, Musulmannis, deque profanarum Religionum Cerimoniis & institutis, tradere gestiat? Quis sibi facilè persuadeat, esse quod Justitiæ Sacerdotes, & qui negotia in Republ. in Aulâ, in Pace ac Bello gerunt, ex Barbararum Gentium civilibus Pandectis, constitutionibus, ritibus, præceptis (nam Decades aliquot hujusmodi voluminum asservamus) Politiorum Gentium instituta vel excolant vel emendent? Quis seu de Morborum affectibus, seu de curandi arte, seu de medicamentorum viribus, seu de partibus humani corporis, seu de Chimicarum operationum arcanis, centenos à nobis authores, ex ultimo delatos Oriente, requirat? Quis à nullo genere Scriptorum rem omnem herbariam plus lucis scenerari sponte suâ cogitasset, & vel millenis in locis Græcum Dioscoridem, quàm ex Persicis nostris, & Arabicis, & Glossariorum quâdam nube, ac quantivis pretii Dioscoride, Arabum pluribus ab hinc sæculis veste donato? Ad Naturæ si memet convertito admiranda, quot jam comparent in eo ordine Librorum, qui abdita multa, in animantium ac vegetantium genere, nec ita in vulgus nota, vel solerter indagant, vel utiliter tradunt, & quæ hodierna excitare studia mererentur, nisi vastissimi hujus Naturæ Libri Editiones planè novæ, & compendiosæ, multorum animos expleant. In Mathematicum vero disciplinis, seu Astrorum

scientiam vultis, seu Motuum & Temporum intervalla, seu Algebrae præcepta, seu Sonorum numeros, seu Figurarum elementa, seu Problematum nodos, seu Terrarum dimensiones, suppeditabit hic ager uberrimam messem, quin & supplementa quædam Scriptorum veterum, uti Apollonii Pergæi Sectionum Conicarum aliquot libros, & Heronis Barulci tres de movendis gravibus, frustra Græcè desideratos; utinam & suppeditaret quæ apud Arabes feruntur Pappi Alexandrini, aut Titi Livii, & aliorum interversa! Sed verò quid ad Chorographiæ studium, seu Asiæ seu Africanæ, amplissimus hic thesaurus conferat, sive sunt emendandæ Tabulæ, sive Veteres castigandi, sive Regionum & Urbium singularia, & locorum veri situs, distantia, climata, ex domesticis testibus pernoscenda, quid idem ad omnem Orientis Historiam, resque nominatim Judæorum, Syrorum, Ægyptiorum, Persarum, Indorum, Turcarum, Tartarorum, Maurorum, maximè vero ad res Arabum, rudioribus illis sæculis quæ Muhammedem antecessere, & ad obscuras Europæis origines eruendas, fidem utique res ipsa facit. Quanta istic quamque luxurians Geographicarum descriptionum, Historiarum, Annalium, Vitarum, Genealogiarum, Chronicorum seges, ac Commentationum de gestis domi bellicæ rebus! quæ totis Centuriis capsæ hæ nostræ repræsentant, quorum & fugere non pauca Leonem Africanum, Marmolium, Sionitam, Ecchellensem, Bochartos, Vossios, Hottingeros, deliciarum id genus quàm avidos! Et quicquid hæ fortassis condantur etiam alibi dapes, soli nos iis pacimur, plusquàm Lucullanis, quas ipse Warnerus, propriâ industriâ ex rarioribus Turcarum, Arabum, Persarum scriniis, in tabulas suas retulit, digessit, explicavit, accenso harum in Galliâ ipsâ & Britannâ ingenti nuper desiderio. Nolite jam formidare, Auditores, fastidiosam reliquorum anatomen, aut plus vel iusto vel solito me Arabizantem, nam vix calculum inire mihi licuit tot seu ligatâ, quâ præ omni Gente & Linguâ assurgit Arabs, seu solutâ oratione Scriptorum, qui morum præcepta, cogitationum sublimia, sententiarum argutias, adagiorum lepores, proverbiorum suavitates, ænigmatum griphos, vocabulorum emphases, ac quæstionum subtilitates, totis plaustris exhibent, quique sunt veluti gemmæ & uniones, quibus hoc Warneri depositum, primâ specie horridum, totum penè fulget, sed peritis & oculatis.

Et benè habet, PATRES CONSCRIPTI, ac planè auspiciatò, quod sæculari anno & mense ab assertâ hac Civitate, & subductâ tetra nocti calamitatum, hæc subsidia Literarum, hæc Reip. ornamenta, hæc Academiæ vestrae decora, hi testes nostræ Libertatis, subeant primùm hominum lucem, ac consecrentur immortalitati. O fortunatum signandumque vestris analibus mensem! quo sæculari orbe circumactò, post nupera discrimina, post novissimos motus, ac præliorum strages, post ventorum in proximo portenta, fulgurum ignes, nimborum impetus, templorum, ædificiorumque ruinas, conspicamur uti redditum novissimè PRINCIPEM, cujus in salute Patriæ illa vertebatur, ut pulsus extremis sinibus hostem, GRAVIAM redditam, Belgicam securam, Rempublicam liberatam, ut rem heic loci florentem, Academiam inlytam, Cives servatos, fortunas secundas, & sacram hanc Musis nostris Ædem stantem & erectam, ità quoque Bibliothecam ad stuporem instructam, & opulentia dehinc publica monumenta, intra ejus Urbis ambitum, quæ eodem mense, ævum jamjam implevimus, spiritum & efflavit & recepit. Nec jam Urbis dominantis ad exemplum, Deo Statori, Custodi, ac Sospitatori summo, vel Ludos debemus, vel Spectacula, non Aras, non Hostias, non Pervigilia, non alia, vel Superstitionis commenta, vel irritamenta libidinis, sed vota, sed charisteria, sed supplicationes, sed castarum mentium laborumque gratas Superis victimas. Hic ipse mensis est, dulcissima LEYDA! quo Deo Opt. Max. salutem,

vitam, libertatem, sacra, & quicquid tuum est acceptum refers; quo levata ærumnis quibus graviores nec Sagunthus à Carthaginensibus passa, nec à Syris Samaria; nec à Romanis Hierosolyma, nec ab Hunnis Roma, acervatis intra moenia famis pestisque, quas una Græcorum literula distinguit, extremis furoribus, adhæc seditionum tumultibus, traditorum perfidiâ, clamoribus infantum, matrum ejulatibus, corporum animorumque languore, & quæ alia non sine horrore cogitentur, emerstiti tandem, ut quoque Principis vigiliis, Civium constantiâ, Rectorum fortitudine, Fœderatorum virtute, ac Cataractarum ope, ità cumprimis prehensa quasi divinâ manu, & cœlesti brachio in libertatem asserta. Equidem non si mihi *centum voces, & lingua in carmina centum*, complecti verbis, minùs esse condignâ oratione possem tutantis Cœli miracula, pro hac Urbe subducendâ non hostibus sed tortoribus, qui non vestris modò vel juribus vel fortunis, sed vitis, sed conscientis, sed libertati, sed conjugibus & pignoribus truces inhiarent, nec nisi ferrum, equuleos, rogos, cruces, laqueos, pedicas & numellas apparerent. Quis sine divinâ virgulâ contigisse credat, ut tùm staturerent Patres quod in se neque consilium neque modum habere ullum videretur, utque perfossis aggeribus, ac ruptis amnium repagulis, & luxatis cataractis, suam ipsi in perniciem conspirarent? Ut etiam exigua Zelandorum manus, impavidæ Gentis, tentaret quod nulli mortalium, Classèque per medias terras & arces in hostem promoveret; & quemadmodùm olim maria in terras, ità nunc terræ in maria verterentur, invenientibus viam Fatis, quâ insidens Iberus omnes angustias, & calles, & fossas, exigeretur è campo. Quis sine miraculo hæc facta putet? Ut venti & opportuni alternis erroribus fluctus modò in agros refunderent, modò Urbem versùs attollerent, obscundare illi uni dociles qui flectit habenas orbis, & *venos facit ministros suos*. Ut in exuccis & languentibus obsefforum corpulculis tantum animorum esset, ut nec allici blandimentis, nec terri minis, nec atteri laboribus, nec molliri lachrymis, nec dimoveri malis artibus, aut exciri horrore discriminis possent, sinistrum versuri brachium in pabulum, dùm dextrâ pro salute dimicarent: Ut quo tempore in excubiis agerent non Viri, non thorace, lorica, parmis, peltis, clypeis, pilis, aut tragulis instructus miles, sed pallentes umbræ, & morticina, & carcinomata, & hominum simulachra, ferox hostis faciente vi majore scalas nullus admoveret, & quum admoturus tandem esset impetu decretorio, exardesceret Valdesius in lascivos amplexus, daretque amasæ lachrymis fatales moras: Ut mœnium ruina, ultimum obicissis Urbibus fatum, injectâ hostium auribus terroris imagine, saluti esset, eaque fieret ut, dùm contremiscerent cives, trepidaret hostis, nec patentem is Civitatem sed feroces animos pavor intraret, hinc post-habitis impedimentis gradum referret, stationes desereret, salutem in pedibus, in aquis quæreret, & liberatæ quondam Samariæ miraculum, nec theatri Scenâ, oibi Christiano exhiberet: Ut denique (delibo enim pauca de multis) mox ab insanâ Valdesii formidine, ac verè *θελάρτω*, adspirante ex Noto Aquilone, decederent terris aquæ, pari cum Diluviano vel Ægyptiaco portento, suosque in sinus & alveos & canales tam opportunè remearent.

Hæc sanè, & quæ alia referunt Annales vestri miracula, eo sunt adspectabilius Dei opus, illi uni authori adscribendum, quod asserenda prodigiis videretur et Civitas quæ futura esset orbis Europæi stupor, Hollandiæ ocellus, Belgicæ ornamentum, theatrum Disciplinarum, Eruditionis sedes, Schola Pietatis, & Seminarium bonæ frugis, ac veluti Collegium Prophetarum, ne dicam Asylum adflictis, aut pecuniariis artibus Officina. Et his tu, ô LEYDA! perfruare in seram mundi ætatem decoribus, ac si quæ hanc turbarent mala & olim & nuper felicitatem, si qua subindè nubecula tar-

tam

tam lucem obscuravit, has deinceps in voces, hæc in suspiria mecum erumpe:

*AH Pater, ab Custos rerum, modo tangeris irâ
Qui modo supplicibus parcis, placabilis ira!
Tempora ne redeant me quum lux ultima mansit
Et mea Cantabrico passerunt mœnia ferro.
Non hinc Celsa ferox, junctæque umbone phalanges,
Insidiae, hinc tetra lues, & mortis imago
Civibus incumbant. Trepidus non Belga pavendo
In sua fata ruat, tanti modo nominis umbra.
Sed neque fatales rutilent de nubibus atris
Ignes fulmines, non hæc Eurysue Notusve
Templa petant fremitu. Nec me concordia discors,
Fraternaque acies blando sub nomine Veri,
Concussiant, lacera quali cecidère ruinâ
Res Batavum: Tristis mihi vulneris adsit imago,
Armini segrex subeat mihi turba nepotum.
Quin decies denos iterumque voluta per annos
Opportuna meis succedant Sacula votis!
Antiquum redeat decus, & quæ nostra reliquit
Lamina Pax opata, & bonos, candorque, pudorque
Prisimus, & docilem flectant exempla juventam!
Nec satis hoc bona Fata putent! nam prisca requiris
Tempora, & in multos Respublica floreat Orbes,
Has fides adjuuge preces, sic Numen adora:
Tarda sit illa dies, vertente & serior Avo,
Quæ CAPUT AUGUSTUM, Batavum quod temperat orbem,
Sospite quo Batavis constabunt otia terris,
Tarda que PATRES, laudatæque Nomina, calo
Accedent, satis hæc subeunt quia Numina legem.*

D I X I.

ORATIO XI.

Præcipuè de

COMETARUM ET NATURÆ
TOTIUS ADMIRANDIS.

Recitata

Lugd. Bat. cùm secundò abiret Academico Magistratu A. d. VIII. Febr. MDCCXXXI.

Illustribus & Magnificis

Academix Lugduno-Batavæ

CURATORIBUS,

Ac Collegis Eorundem,

Urbis Leydenis

CONSULIBUS

Amplissimis.



NULLO fieri errore amoris proprii, AMPLISSIMI PROCERES, nullâ illorum æmulatione qui suas etiam nugæ in publicum protrudunt, hic ut Sermo ad Vos exeat, iis notum testatumque est, qui, ut legendus exiret, impetrare à me nuper convicio nullo potuerunt. Neque profectò eam esse vel sublimitatem argumenti, vel orationis meæ dignitatem, aut à curâ ipsâ præstantiam, existimo, ut quadret illud Platonis, *dis τὸ καλὸν ῥηθῆναι*. Imò placent sæpè dicta, & animata impetu aliquo dicentis, afficientisque auditorem & quasi inflammantis, in quo uno regnat oratio, quæ scripta deinceps sordent ac veluti languescunt. Estque oris ea rapiditas, ut fugiant nonnunquam doctas aures, quæ non oculos, atque etiam detrectandi admordendique materiam iis vulgando suppedites, qui aut odère, aut invident miserè, dùm Mævios suos in cœlum tollunt. Extemporaneum penè hunc Sermonem fuisse nolim affirmare, suffenus ne videar, qui non ità diu ante abdicatum Magistratum æterna cogitabam. Nec tamen

imitari mihi licuit meditata vel composita Octavii orationes, aut scrupulosam Euripidis diligentiam, lambentis versus ità suos, ut vix ternos toto triduo. numeris suis adstringeret. Quod res est dicendum mihi, ACADEMIÆ PATRES, pareo jussis, Vestrum quorundam motus desiderio qui usurpare oculis voluerunt, quo sunt in me jure, quod tum auribus non poterant. Ac qualis recitanti mihi expressa fuit Oratio, descripta eadem typis vestris prodit, nec rebus ipsis uberior, nec dictione ornatior. Quam obsequii mei promptitudinem, & observantiæ tesseram, votivam quasi tabellam, pronâ ut voluntate suscipiatis, etiam atque etiam rogo. Dabam Lugd.-Batav. Kal. Martii Gregor. Anno Vulgari clo Idc LXXXI.

REIPUBLICÆ ET ACADEMIÆ BATAVÆ, URBISQUE LEYDENIS, PATRES CONSCRIPTI, QUIQUE IIS ESTIS A CONSILIIS ET ACTIS. EQUESTRIS ORDINIS NOMINE IN SENATU HOLLANDIÆ PRÆSES ILLUSTRIS. DISCIPLINARUM PROFESSORES CLARISSIMI. TRACTATORES VERBI DEI VENERANDI. VIRI SEU DIGNITATE, SEU ERUDITIONE CONSPICUI. GRATISSIMI QUOTQUOT HUNC ACTUM CONDECORATIS CIVES ATQUE HOSPITES. TUQUE ACADEMICA JUVENTUS, PARENTUM BONA PROGENIES, SURGENS AD OMNEM LAUDEM, ET JULEO PASSIM COGNOMINE DIGNA.



QUOTIENS erecto in sublime vultu suspicio accensas Cœlo faces, subitque animum cogitatio, Solem eundem à primo rerum ortu, Lunam eandem, eademque Sidera, occidua quidem sed nobis sed specie tantum, pari semper rapiditate decurrere cœlorum spatia, pari tum lege moveri, tum influere virtute, tum luce splendescere, nec senio effœta, nec flammis ipsa suis absumta: Quotiens, hinc demissis oculis circumspicio eosdem quos primi mortalium seu Montium vertices, seu Collium clivos, seu Fluviorum errores: Tum conversâ animi mente ad eas rerum species, quas

longa dies auget immixtisque senectus,

cogito in Gemmarum ordine perennes adamantes, in Stirpium illo fastigiatas in ævi immensum cedros, in Animantium classe vivaces aquarum partus, vastissimâ corporis mole belluas, nidificantes in præruptis aquilas, frangi ætate aut senectute nescias, emensasque non unius ævi spatia: Ac tandem ab his omnibus in Hominem contemplatione feror; naturâ & universo majorem, sed minorem sæculo, quem adeò in ipso prope modum vitæ apparatus vita ut plurimum destituit, tot calamitatibus exercitum, fractum morbis, laboribus fatigatum; Parum abest, AUDITORES, quin primo impetu, effusus in-questus & lamenta, novercantis Naturæ accusent iniquitatem, in hominem quàm in cautes severiorem, nisi hic tamen morte ad immortalitatem renasceretur.

Lugubria hæc quidem verba parumque opportuna videbuntur, quæ præirem ego in hac omnium Ordinum & Ætatum ac penè Gentium auspiciatâ panegyri, in hac vultuum quam legere mihi videor vestrorum alacritate, in hac maxime lætâ & ad omnem festivitatem comparatâ die, ad alia nos omnia quàm ad communis humanitatis contemplationem invitante. Expressit tamen mihi injucundum hunc Orationis ingressum, non profectò angusta illa gesti muneris orbita, ut eodem penè die Magistratum deponere mihi videar quo acceperam; sed neque integrascentis ac populatæ passim luis, tristeque mortalibus carmen præcinentis, terrens etiam nunc imago, verum novissima & inexpectata quædam fors mea. Dùm etenim in extremam hanc periodum annui Magistratûs, districtus antè officiis publicis privatisque, curas omnes rejicio meas, omnemque intentionem mentis, ut collecto tum animo apparari vobis posset Oratio argumento splendida, ingenio exulta, &

XXXX 3

clo4

elocutione ipsâ tot Romanis auribus digna; ecce oppres-
sum me derepentè improvisâ irruentis catarrhi, ac con-
curientis febris, procellâ, jussum spes refecare longas,
priusquam vel de materiâ statuissem apud animum meum
quæ huic & loco & tempori conveniret. Erit certè
fronti aliqua fides, ac illi viro in ordine Medicorum
qui opportunus ægro mihi auxiliator adfuit, festinantia
secundum Deum Opt. Max. fata staturus.

Quid agerem, AUDITORES? Ponendi tamen erant
Academici fasces, ac pro more ascendenda hæc rostra,
distinenda paululum vel ad guttantis aquæ mensuram
hæc comitia, satiusque languentem ac balbutientem in
hunc suggestum inferri, quàm vacuum vobis sedem o-
stentari & inania veluti arcana. Quod si aliàs hoc ex
loco dicturos vix quicquam habere magis ancipites ac
fluctuantes solet, paulo momento huc vel illuc impul-
sos, quàm delectus argumenti, mihi ex morbo nuper
emergenti diversum accidit, nec contemplatione ardua,
nec ubertate rerum proluxa, nec Scholarum contentio-
ne fastidiosa, nec mordaci sale pungentia, nec denique
ad invidiam vel contumeliam, quæ sunt hodie tempora,
facile rapienda, meditari aut eloqui in his angustijs
nato; quibus nec capi aliàs nostra consuevit. Equi-
dem si obtemperassem meæ voluntati, secutus impetum
animi mei, prompsissem ex locuplete penu Antiquita-
tis, carpissemve ex sacris Annalibus, quæ attentionem
mihi vestram prolixè conciliarent: Seu jam de fatidicis
Sibyllarum foliis, seu de Flaviano pro Christo apologetico,
seu de primis insignium Errorum, aut irrepentium
Consuetudinum, aut surgentium in Ecclesiâ Dignitatum
originibus, seu de Historicis vexatisque dubijs, quæ
doctos passim vel fatigant vel in partes ire jubent, ea
delibassem, quæ sese non declamatorio quidem apparatu,
attamen gravi nec indiligenti recitatione commendassent.
Sed neque evasissem ita Censuram severitatem, parum-
que faventes illorum linguas, qui memoriæ in his omnia,
doctrinæ modicum, industriæ perparum, judicio con-
cedunt omninò nihil.

Cum primis ni & meditandi arctiore spatio & dicendi
coërcitum me cognovissem, gestiebat animus institutâ
melioris ævi, ab ipsis Ecclesiæ natalibus, cum hodiernis
sacris hodiernisque moribus comparatione, accusare
declamando Christianismum Degenerem, quantum eheu!
fuis à fontibus principiisque deflexum. Quàm latus hic
sese explicuisset dicendi campus, AUDITORES, si fas
fuisset mihi querulis vocibus, profusisque lachrymis, in-
gemiscere in tantum mutatæ à se ipsâ Ecclesiæ, ut ex
Thamare quondam amatâ vnuistatæ dùm virgo fuit,
nunc veluti spolio corporis ablato adpareat ipsâ defloratione
foeda, vix noscibilis amplius si

iterum in terras magnus rediret Jesus!

Christiani nos non facti sed plerumque solummodò nati,
nec planè tantum Christiani, quales solos censebat in A-
pologético Tertullianus, & qui illi proximus Clemens,
μόνον τὸν Θεοσεβῆ Χριστιανὸν solum eum Christianum putans,
cujus esset incoctum insinuatumque pectus metu Numi-
nis, stringente in reliquos durum verbum Justino Mar-
tyre, *γνωρίζεσθαι μὴ ὄντες Χριστιανοί*, Christiani esse ha-
berique desinant. Beata! iterum terque beata illa tem-
pora! quibus esset minùs subtilitatum, sanctitatis verò
plurimum, nec ignis contentionum, verè sacer, Chri-
stianos depasceret, sed unus ille dilectionis cœlitus in-
cenderet, raperetque mutuorum amplexuum atque of-
ficiorum aviditate. Is tùm Discipulus censebatur, Au-
DITORES, qui amare Christum didicisset, is Theologus
qui amare docuisset, non aliis Johanni Theologo, in
extremo ætatis, vocibus expressis quàm *τενία ἀγαπᾶτε
ἀλλήλους*. Pariter ille doctus, non qui multa sciret, sed
qui multa faceret; ille eruditus, quod de Lacedæmo-
niis nonnemo, qui talis esset moribus non verbis; ille
beatus, Christo ingeminante, non qui sapientiæ opi-
nionem turgens, sed qui corde mundus & opere; ille stu-
diosus Regni Dei, non qui arcana mysteriorum sed qui
justitiam ejusdem sectaretur; ille natus gascere oves Do-

mini ad quem Dominus, non pernocti me! sed *amas me
Petre!* ille Propheta, per cujus manus, scilicet per cujus
opera, Verbum Dei mittebatur, factis cum Mose quàm
dictis potior; ille Paradisi candidatus, non qui Arbo-
rem Scientiæ, sed qui Arborem Vitæ, ejus in medio
constitam, appeteret; ille denique Christianus, vel Pli-
nio teste, qui se *sacramento* non in scelus aliquod *obstrin-
geret*, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria commit-
teret, ne fidem falleret, ne depositum appellatus abne-
garet. Nunc verò, ut motus omnis qui non à naturâ
est haud esse diuturnus solet, reditque incalescens igneis
particulis mox ad ingenium aqua; ita postquam igneus
ille Spiritus Sancti adflatus deseruit, postquam sacro-
sancta Dei mysteria pede suo metiri Sabellii, Pauli, A-
rii, Pelagii, sustinuerunt, postquam litatum foedissimo
Idolo est, dùm

Sola animos mentemque perurit

Gloria, postquam Gothicis ac Vandalicis moribus, &
profanarum religionum multiplici labe, & digladiantium
inter sese Antistitum cruentis vulneribus, & præposterâ
sciendi, tollendive sese honoribus, cupiditate, conta-
minati sunt Christianorum animi, factum sensim est, ut
quam olim peperisset charitatem fides eandem extingue-
ret, fidei fimbriis in speciem dilatatis cognitionis pro-
fectu, sed charitate, quæ profectu illo deficere visa
est, vehementer adstrictâ. Atque hinc Christiani, mag-
nam utique partem, ex Practicis verè Gnostici, ex Ire-
næis Cadmæi fratres, ex filiis Pacis Bellonæ filii, ex
spirantis unum amorem Johannis æmulis Johannitæ mi-
lites ad prælia nati & accincti, ex Scribis in regno Coe-
lorum, veteres novasque bonorum operum fruges ex-
promentibus, scribaces, sit venia verbo, famæ au-
cupandæ, ex *ζητηταῖς ἢ αἰωνίων*, æternorum cupidis,
συζητηταῖς ἢ αἰώνων τῆς *litigatores hujus sæculi*. Prout
quas Doctrinas Paulus, Adhortationes Justinus Martyr,
Adlocutiones Tertullianus, Sermones vel Homilias an-
tiquissimi Patrum, nos Conciones appellamus, longior
ab Apostolis ætas *Disputationes*, ipsosque Verbi præco-
nes *Disputatores*, inausulto omine nuncupavit, in *disputa-
tionibus* plus æquo *promptos*, fuere Hipponensis quondam
voces, in *orationibus* *pigros*.

Hoc ego mihi hodiernæ recitationis jam ferè thema
designaram, quum nuper à proposito divertit, ut exu-
berans nimis rerum copia, sic ingrata foecundo culpæ
sæculo querimonia, in quo alii iram atque animos ab
accusatione sumunt, alii quæ in vitia stringuntur, &
si quod uspiam admittitur nefas, in personas in fratres
concepta invidiosè criminantur, *lachrymas effundis in-
anes!* Igitur, mutatâ velificatione, quæ nuper à valetu-
dine recens, vulgatissima illa licet videbuntur, quia ta-
men opportuna & inoffensa, defixus in spectatum no-
vissimè cælo Cometen, hinc in Naturæ totius admiran-
da, tacitâ mecumolvebam cogitatione, ea ipsa pro-
feram si non pari delectu verborum & ornatu, ad leno-
cinium & aucupium comparato, saltem gratâ & concisâ
brevitate, ut nec audientibus vobis fastidium, nec
dicenti mihi molestiam adferre magnoperè possint.

Ardet etiam nunc hodie crine minaci, AUDITORES,
radiisque latè diffusis, insolitæ magnitudinis Sidereum
corpus, per me sanè spectatum impunè, nec exiturum
in publicas calamitates, quas dira hæc signa portende-
re, ex omnium penè Historiarum fide ac consensione
omnis ævi, persuasum hæctenus fuit. Quin imò recens
est, ne assurgam altiùs, anni sexagesimi quinti memo-
ria, ut apparitione criniti Sideris in fastis signati, sic
Batavis Britannico bello, Monasteriensis Flamini assul-
tibus, luisque sævientis contagione, ne dicam Hispanis
Philippi supremâ die, Austriacæ domui Insprucensis ino-
pino fato, Palatinis Lotharingicis vastationibus, gravis
& inausulti; mox anno vertente, Anglorum emporio,
totius Britannici orbis compendio, suis miscendo cine-
ribus in spectaculum solis Neronibus lætum. Est hoc
sanè Naturæ phænomenon, æthereo situ, luce Sidereâ,
formâ sphaericâ, avertis reflexivè à Sole radiis, motus
certâ

certâ quanquam obscurâ lege, seu diurni seu ingentis, subducendo oculis Astro post absorptam à Sideribus fortioribus flammam! His aliisque intercedam ego nullus, qui nec sublunares Stagirite halitus moror, nec hæriolationum incerta aut verticosa, ut nec inanium præsentia varum. Sed & illuxerint ac rutilarint Cometæ summè boni, quales illi quondam, qui generi humano Neronis excessum, Augusto Orbis principatum, Mithridati quo genitus anno fuit futuram Imperii gloriam, Constantino Imperatori victorias, simulque Christianis Hæreticam, prænunderunt! Ac omnino credulæ illorum simplicitati occurrendum esse censeo, qui, in suam perniciem industriâ, spes suas metusve ex tremendis illis corporibus suspendunt, trepidationis motu non tam Astrum quam mentes ipsorum agitante. Nollemque excidisse Pharsalicæ acies intonanti Lucano, *mutare terras Regna Cometæ*; minùs ferendam arbitror illorum temeritatem, qui, arte in Dei maiestatem hominumque tranquillitatem injuriâ, cœlestium corporum motus sub calculos suos revocant, hinc Rerumpublicarum aut hominum ævum vel accidunt vel producant, quos foret fatias anomalias & errores non in Sideribus, sed in se ipsis, supra omnes Planetas erraticis, vel quærere vel observare. Ac meritò Jeremias vates consternatas pavidasque mentes erexit, adversus ea Cœli signa, ex ascendentium regnantiumque Astrorum adspectu, quæ Mathematici gens malefica, ultore gladio Christianis Imperatoribus ferienda, in quæstum suum aliorum verò terrorem converterent, exploratione arcanorum ac soli Deo consciorum eventuum: Quæ præterea signa Gentilis superstitio ut Numina suspiceret, ad quæ ut iratos Deos trepidaret, quæ placaret sacrificiis, thuribus meroque exoraret, coleret Idolis ac simulacris, consuleret scrupulosâ observatione, haberetque in rerum causis quas nec Deo vertisse, suis implexas ac colligatas nexibus, facillè liceret.

Oro vos tamen hanc veniam, AUDITORES, si diversum ab illis sentio, qui ardentem cœlo Cometæ certâ quadam, sed & cæcâ vel otiosâ, in sublimi lege erentem flammiferum emittere opinantur, sine Numine, sine præsentatione quâcunque tandem, naturâ volentem vices, ut insolitæ hæc faces nec flammæ bellorum unquam, nec pestilentia ignes, nec animorum incendia portenderint, illorum imprimis qui sunt orbis inferioris Astra, nam

Sunt similes Stellis Proceres, sunt proxima primis Sidera.

Enimverò ut magnorum Principum, qui mundum hunc inferiorem temperant, suos habent præcursores adventus, sic meæ hoc pietati condonandum, si magnarum humanarum conversiones, si incumbentia Populis his ad salutem illis ad perniciem fata, quibus adventare Deus folioque ab alto descendere in Sacrosanctis perhibetur Oraculis, habere quandoque suos auteambulones censeam, quoties præmonuisse illi visum est qui nullâ lege coercetur, indè conspicuus unde Numen adparet. Sunt utique Naturæ phænomena, sed Regiomontano, Braheo, aliisque in arte Siderâ principibus inter Naturæ occulta & admirandâ, ac humanæ impervia sagacitati. Sed & Iris, Noachica veriùs quam Junonia, placati Numinis index, sed & caligo densa quæ circumsepit Abrahamum, obscuratus Ægyptiacis tenebris æther, Columna modò nubis modò flammæ referens imaginem, incubans Sinaitico vertici fumus, Tabernaculo insidens nubecula, Astri quod diem facit in longam noctem quædam statio, ventuscircum Eliam crepitans modò lenior modò vehementior, sidus quod dirigendis in viam Magis præluxit interdium, lucis subita patiente Christo defectio, vel Hierosolymitanæ calamitatis, sævituris mox Antiochis Titivæ, signa præsentia, fuere sanè in hujusmodi portentis quæ simul naturæ operantis, simulque moderantis illius qui *Templa celi summa concussit*. Ac nescio annon sit illaudatæ temeritatis, omnes ad unum Testes, indè ab ultimâ memoriâ, vel protervæ fraudis vel rudis simplicitatis postula-

re, quotquot in sublimi, nec sine omine, sive ad terrorem sive ad exitium, adparuisse tradiderunt seu flagrantem acies coactasque sub signis copias, seu enses diatricos, seu hastas vibratas, seu milites Cataphractos, seu tubas inflatas, seu pila manantia, seu intortos flammurarum globos,

Cœlogæ volantes

Obliquas per inane faces,

seu hominum equorumve discurruntis frenatus, seu formidabiles cœli in se redeuntis hiatus, seu Cruces rutilantes, quævis illa Constantino in Maxentium signa conversæ visa, victoriæ quæ esset in proximo certissimum pignus. Et quis sobolis mentibus facile persuadeat, fieri casu quoddam, incerto sine, rectore nullo; ut hæc propellantur ad nos horrentia crine suo Sidera, hæc figurâ, hoc situ, hæc magnitudine, hoc decursu cœlorum, tractu temporis, quorum causas nemo Oedipus expediat? Ac quod omnium maxime demirandum, iis potissimum temporibus quæ vel imprimis dubia & minacia, nec enim aliâ

Cœlo toties occidère ferent

Fulgura, non diu toties infere Cometæ.

Nisi quem profecto vel hujus ævi historia, & ea ipsa quæ vivimus fugiant tempora, quando nova bella, & Urbium Gentiumve fata, & sævæ lucis, & agrorum sterilitates, expavescentibus populis, undique apparantur, plecendis rursùm Achivis quia Reges libidinantur. Et quidhi, amabo vos, ab ingentium horum corporum pariterque imminentium influxu, faciente Numine, ut siccitates, sterilitates, concussæve motibus terræ, urbes, municipia, ita exarsuri in exitiales flammæ seu corporum æstus seu animorum; accessi absque insaniam possint, præsertim dùm experta tot retro ætatibus prodimus? Ac ille quidem quod sentio vanam superstitionem, ego vanam pernegantis fiduciam appellavero; ille, esse Naturæ hoc opus, ego, obstetricante Naturæ patre; ille, lucida omnia insolito splendore ac læta præfigurari, ego his fortè lucida, qualiter Romanis in Titi expeditione, aut Christianis ævo Constantini, at phœnicibus, Judæis tùm ceterè Paganivæ, nubila & caliginosa, omnibus verò quæ curiositati nostræ sibilam, sed & positæ in præcipiti vitiiis, nequitiaque non habituræ modum, frænos salutariter injiciant.

Id mihi saltem; *Abditiores*, vitio nemo vertet; opinor, si cum ipsis Tychonibus Cometæ admiratus ut cœli ostenta, ac naturæ prodigia, ab his ipsis ferat in Cœlorum ac Naturæ totius religiosam contemplationem; in quâ quòt sese oculis ingerunt corpora, totidem sunt cerni his oculis nesciæ Divinitatis velut imagines, totidem radii ætheri Solis, totidem lineamenta naturæ Partis, & illius quædam effigies, qui nullo nec Apellis penicillò, nec Phydæ stylo, sed representari se solo, solis suis operibus, voluit.

Equidem quotiescunque circumspicio Cœlorum illud exansum, quo nihil vel quoad speciem venustius, vel quoad orbem amplius, vel quoad virtutem efficacius, toties expandisse Numen intelligo vastissimum quoddam speculum; in quod defixi undique mortalium animi, mirarentur Opificis in illius vastitate magnitudinem, in sublimitate maiestatem, in formâ sphericâ perfectionem, in numero unitatem, in ministerio sapientiam; in usu bonitatem; in motu constantiam, in influxu virtutem; in duratione æternitatem. Suspensis collectarum Nubium in vastâ æris cavitate fornicibus, sed sine tibicine, quid portentosius adspectui? Collisarunt verò nubium, accensæ hinc quæ interceptant erumpentisque fumi fragore ac mugitu, quid personans feriensque aures nostras horribilius? Unde Tonitru non Barbararum modò sed & cultissimarum Gentium Numen, funesta generi humano imitatione in tormentorum bellicorum usu, conceptam flammam ex concavo formidabili cum fragore eructantium, ad quorum veluti rabiem, hinc densa funera, adè in stuporem acti Indorum populi,

ut superiorem mortalibus vim ad litora sua appulisse, nec sibi amplius cum hominibus rem esse, pernicioso errore arbitrarentur.

Aërem, mirum dictu! quod possumus non cogitare, at non spirare, commeatum illius includere, sine reluctanti exæstuantium viscerum impetu, omninò non possumus. Quemadmodum nec inter corpora quæ hic universa colligavit, aëre omni exantlato, divortium ulla faciat industria, quin vel in discedentis aëris locum grave etiam corpus, suo nequicquam pondere deorsum abreptum, continuò assurgat, vel si nulla sunt rimarum intervalla quibus sese ingerat succedens corpus, aëris ambientis tota moles evacuato per anthliam vasi veluti incumbat, moliturque ingressum, ac tandem rimâ factâ cum impetu irrumpat. Ut sic naturæ vires experiantur hujus exploratores quàm maximè, quoties illi seu vim aliquam seu ludos facere, hydraulicis pneumaticisve machinis, aggrediuntur.

Terram quid dixerò sine fine molem, suis libratam ponderibus, modòque in altissimos montes assurgentem, modò dehiscens in profundissimas valles, modo fluviorum mæandris ac flexibus distinctam, opacamve saltuum ac nemorum umbris? Quid reconditas intra imprægnatam tellurem opes, fossilia, mineralia, succos, lapides, metalla, fœnestâ ut plurimum curiositate vel eruenda vel appetenda? Quid Heraclium lapidem, pugnacem illam & omnium domitricem materiam ferrum, suo complexu veluti subactam, hæere sibi jubentem; & errantibus incerta per æquora, conversione ad Mundi polos, viam opportunè monstrantem, ac clausa hætenus maria aditusque inaccessos nauticæ hodiernæ referantem, ut quæ nullibi apparent vestigia certo hæc curantem relegat, inveniatque quæ nusquam est viam? Quid supra Terræ superficiem herbarum illa, fruticum, arborum, plantarumque grata & fœcunda quaquaversum viridaria, vel odoratas florum areolas, pictam summâ arte tabulam, nullo penicillo, nullisve coloribus, quilibet Zeuxis uvæ avium rostra provocantes simul & cludentes? Succrescentibus quidem singulis varietate propemodum inexhaustâ, virtute stupendâ, venustate admirandâ, utilitate supra mortalium fidem; sed & providâ sapiensque parturientium Terrarum distributione, dum hic gignit humus casiam, ibi thure gloriantur arva, illic miscentur cinnama nardo, alibi imprægnantur auro montes, vel serpunt collibus vites, vel flavescunt segetibus agri, vel luxuriant gramina campis, vel odoras stillant lachrymas arbores, aut salubres fructus profundunt.

In Oceanum si delabimur, quis aut videre sine admiratione, aut navigare sine formidine poterit? Ego sanè modò sese effluentis, modò in se redeuntis constantes æstus, monstrosos partus, divitias uberes, fortia repagula, quibus suam intra marginem ac crepidines coercetur, cogitare sine stupore, furores verò impetusque sævientis ac veluti cœlo terræque minacis, & quas primò detegit navium sylvas mox aquis obrutas destituentis, miscentisque ima summis, revocare ad animum sine horrore soleo nunquam. Sed nec Fontium perennes scaturigines, decursusque per aquarum irrigua, haurire sine ingenti voluptate oculis sueveram olim meis; collectas aquas intra terræ meatus per occultos ignes naturâ resolvente, hinc fursum elevante, mox frigore in molem colligendas, perque montium declivia, quæ sunt fluiditate, in commoda humana prorupturas, tandemque in latissimos sese amnes longè lateque diffusurasteris. Ignis verò, non tam sub Lunæ concavo quàm in ipsis terræ visceribus, sed vi movente æthereâ accensi, nihilo inferior aut abjectior consideratio est. Absque hoc enim ne nasci quidem homo, vivere nisi miserimè poterit, ut jam ad glandes redeat, & exutâ quam habet naturâ cum frigore & tenebris consuescat, torpentemque & inutilem spiritum ducat. Ne dicam igne è rerum naturâ subducto, omnes Artificum abacos, & Chymistarum fornaces, & Cinifionum foculos, quæ-

stuosam metallorum inferioris ordinis ad altiorem sphaeram sublimationem quandoque pollicentium, unâ operâ subduci, quinimò præstantissimarum Artium, naturam aut collapsam instaurantium, aut perficientium rudem indigentamque, nobilissimum subsidium.

Sed quicquid illa in stuporem & admirationem rapiant contemplantem, nondum ea satis ad gloriam Conditoris, nisi Sole, Lunâ, Syderibus, cœlorum fornices distinxisset, iisdemque inferiorem orbem animasset simul & illustrasset. Vitream sphaeram Archimedis, in quam cœlestes Attrorum motus, varios illos & inæquales, & seu errantium seu fixorum ortus occasusve, insigni cœgisset artificio, pridem suspexit Antiquitas, mirata esse qui.

jura poli regnumque Deorum

artis ope in terras transferret. Quemadmodum inimicas idem ille naves occultis machinis, ac tanto artificio, suspendisse fertur, ut mole suâ in profundam maris voraginem, fluctibus cum vectoribus hauriendas, præcipitaret; emississe verò in hostilem classem, speculis Soli obversis, collectisque hinc radiis & repercussis, vim flammaram tantam, & eo cum impetu successuque, ut ista, veluti fulminibus protrita ac semijusta, funesto incendio majori sui parte conflagraret, Marcelli spebus ac conatibus per Syracusanum senem ad tempus retulis. Addam stupuisse vetustatem ad hujusmodi machinas, quæ horarum & temporum intervalla certo libramento, ponderum, ac rotarum se invicem contingentium impulsu, cœlestium motuum æmulatione, metirentur ac distinguerent. At verò si mittimus fursum oculos, quid illa ad supernos Orbes, ipsumque stellatum Archetypum? quid ad fulminum ferientium ictus, vel torrentes Solis omnia adurentis flammam? quid ad ordinatos Siderum motus, nec sistendos unquam, nec casu ullo discordes, sed perpetuâ Conditoris lege, æternâque dimensione temporum, sua per vestigia in se revolvendos?

Annon, AUDITORES, quot Sidera tot faces, tot gemmæ, tot oculi fixi simul & mobiles, ad quorum ignes vel caligamus vel tremimus? Lunæ nunc curvatæ in cornua, nunc in orbem sinuatæ, nunc oculis subductæ, inconstantia quid constantius? ad spectibus quid mirabilius? influxu in corpora, dum quas ipsa subit mutationis leges inferioribus figit, quid potentius? Ne jam aut Lunares montes, aut Lunaticos incolas, plus justo & solito oculatior cernere mihi videar. Solem verò orbis totius illam facem, inexhaustam lucis & splendoris scaturiginem, omnium quæ suas nascendi crescendique leges habent velut obstetricem, mundi inferioris animam, vegetationis principium, mensuram temporum, præsidem tempestatum, Solem (inquam) nec oculis contemplari possumus nec animo, quin utrobique imbecillitatis nostræ conscientia suffundamur. Splendorem ejus ferre non possumus, nec tamen eo carere; virtutem nequimus exprimere, sed nec quimus ignorare; magnitudinem non nisi ratione metiri, gyrum verò ne ratione quidem vel cogitatione assequi datum.

Atque efferendis iis ut deficiunt mihi quidem voces, sic opus vel entheis illis Davidum, vel Cœlorum ipso concentu, hæc in præconia conspirantium. Nunc si à supernis redirem ad infima, ab inanimatis ad animata, hinc à brutis ad hominem, omnesque Marium & Terrarum & Cœlorum incolas, numerosissimas gentes, magnam adhuc partem inaccessas, sermone hocce meo complecterer, jam Vos ad me jure quodam quod ad copiosius perorantem Agis, tam se fastidiosè aures commodasse dicenti, quàm hic fecisset ægrè finem fatigandi. Sed nolite pertimescere, AUDITORES, ne seu in aquatilium, seu in volucrum, seu in quadrupedum vel reptilium, me diffundam admiranda, compilemve vel Plinianas chartas vel Zoographorum scrinia. Quid enim eas enarrarem animantium species formalve quæ seu ad terrorem & poenam, seu in usum ac ministerium, seu in alimentationem cibumque, seu in regmen ac mu-

nimentum, seu in oblectamentum ac solatia laborum, seu in medicinam & languentis jacentisque naturæ levamentum, sunt ferè hominibus nata, ne dicam in virtutum quandam imaginem, ad brutorum scholam Deo ipso immemores suæ fortis ac rationis homines haud infrequenter ablegante. Unde mirari pridem subiit magistras morum homini Belluas, in Elephante equidem ingenium, docilitatem, in Leone fortitudinem, in Canem amorem fidemque, in Ove mansuetudinem, generosos in Equo spiritus, in Camelo patientiam onerum æstusque famisque; uti in Aquilâ studium formandæ prolis, in Lusiniâ, in Gallo incentivum gloriæ cantûs æmulatione, in Struthiocamelo pervigiles in observandis ovis suis oculos, in Turture castos amores irruptamque copulam, in Ciconiâ imò in Aspide gratam beneficiorum recordationem, in Delphino sollicitam efferendorum suorum curam, in plurimis indefessi laboris, providæ sagacitatis, adstrictæ temperantiæ, verecundi pudoris, elegantis nitorisque, dum se pollutos flumine proluunt, haud obscura in innatâ illâ feritate vestigia.

Quò & referre mihi liceat brutorum ea mirabilia, quæ pia seu credidit seu finxit Antiquitas, non tam ut credulum vel imperitum vulgus opinione falleret, quàm ut iis velut emblematis & picturis aut recti decorem scelerisve turpitudinem, aut naturam ipsam rerum exprimeret. Quis enim decantatam illam seu Ægyptiorum seu Æthiopum avem, magni anni periodum suâ vitâ dimetientem, traditam Romanis scriptoribus, Magistris creditam, Apostolico Clementi cæterisque Patribus laudatam, non intelligat Ægyptiis prudentioribus hieroglyphicum fuisse quoddam, adumbrandæ seu Solis vi vegetanti, ejusdemque ortui & occasui, seu conversioni omnium rerum qualem opinione suâ augurabantur, seu etiam renascentiæ post fata? Appositissimum sanè Christianis symbolum Phoenix, tum Christi Domini à morte tanquam ex cineribus suis resurgentis, tum fidelis animæ quæ Solis justitiæ radiis subacta morte cælo renascitur, tum excitandorum Solis æterni virtute corporum ad beatam vitæ immortalitatem. Nec aliâ mihi origine arcescuntur, ut Sphinges, Gryphas, Pegasones præteream, quibus haud pauci Patrum Scriptorumque assensione suâ fidem inconsultè addiderunt. In his Pelicanum credite, enecios pullos sanguinis adspersione sui in vitam revocantem; Cygnum extrema ante fata suave modulatum; Olorem sub lauro securum à fulgure; Basiliscum solo perimentem oculorum ictu; Chamæleontem formas sese aptantem in omnes; Salamandram ex igne genitam, folisque ignibus pastam; Perdicem alienis seu ovis incubantem, seu pullis insidiatam æmulatione maternæ vocis; Aquilam solo alarum fragore Draconem profligantem; Viperam in coitu implexum sibi marem enecantem, in partu enecandam; aut si vis Monocerotem ad castæ Virginis adspæctum positâ ferocitate mitescentem. Silco Remoram, imbellè animal, amatoris beneficiis Plinio infamem, omnesque hominum ac ventorum impetus eludentem, & magnam molem, ipsam adeò Antonii prætoriam, debilibus pinnis in medio cursu sistentem. Quæ ferè omnia ut virtutum vitiorumque & affectuum quædam adspicimus simulachra, sic frustra in naturâ rerum vestigarunt haud obsecrâ aliâ nec ineruditæ nares.

Unum verò deerat, AUDITORES, tot naturæ admirandis, ut esset in Naturâ ipsâ, qui & eandem suspiceret, & naturæ Parentem propius referret, cum mentis divinâ quâdam indole, tum corporis venustate ac universæ compaginis fabricâ. Adeò quidem ut Minervæ clypeo nusquam species Artificis fuerit altius insculpta, aut expresso magis caractere, quàm condito Homini summi Opificis imago; cui adeò ne Deum ipsum assimilari pudit, specie humanâ sed nec specie tantum, cum olim in Solymis montibus, tum in supernis hodieque Palatiis conspicuum. Ac vestræ hæc quidem partes sunt, Anatomicorum filii, Fabricæ hujus veluti resupinatæ intima ac stupenda retexere! Quot humanum Corpus

Tom. II.

partibus fluxis fluidisve exurgat; quot fibrarum, nervorum, tendinum, chordis ligamentisve sit adstrictum & compactum; quot venarum arteriarumque ductuum meatibus irriguum, ac humoribus persusum; quot ossium fulcris ac commissuris sustentatum firmatumque; quot denique sensuum organis, officinis spirituum, membrorumque ministeriis, instructum: ut nihil in eo sit quod non ad mutua ministeria reciprocis conatibus conspiraret, quod non communi incolumitate invalescat, ac communi etiam tabe langueat. Et vel solum Oculum, exiguum orbem sed magnum naturæ conatum, ne jam ad Glandulas deflectam, soletis præ cæteris efferre, massam angustam quidem & vilem, ex tuniculis consutam & paucò humore irrigatam, aut momento cœlum, sidera, vastissimos terrarum marium aërisque tractus, permeantem & emetientem. Quanquam nihil ista præ humanæ Mentis oculo, quæ sola hominem & constituit & ostendit; quæque, dum huic glebæ cogitationibus defigitur, materiæ contagium arguit, aut supra materiam evecta, dum in perfectione infinitum, in naturâ invisum, in duratione æterna, in sensibus inaccessible, in rationi ipsi impervia, cogitatione fertur; dum præterita revocat, futura prospicit, occulta rimatur, implicita evolvit, sensus vel corrigit vel coercet, supra inferis miscet, ac ipsis Astris dominatur, fierique quæ posse negares non imaginatur tantum sed & perficit; verè jam illa Angelicæ perspicaciæ, quod de Davide Thekoitica mulier, verè radius processusque Divinitatis: Præsertim cum mens Deo plena in sui simul & naturæ Conditoris laudes affectu & opere fertur, inque ejus cultum quem ab eo ducit spiritum effundit & impendit. Atque utinam toties impenderet, quoties seu Existentiæ Numinis, seu Providentiæ, seu Gratiæ ergà se, mirabilia animo recolligit!

Atque hinc mihi, AUDITORES omnium Ordinum Splendidissimi, sistere Orationis contentionem liceat, & in illo desinere à quo inceperam, in illum extremis his vocibus intentum esse, à quo uno fui nuper quicquid fui, per quem unum stamus etiamnum spiramusque, & in cujus unius hæc universitas rerum effusam prædicationem vota quasi solvit & linguas: Quemque eò impensius hæc horâ veneror, quod levato mihi gemino onere, regendi dicendique, indulgeat tandem vacationem à re hacce publicâ, ac requiescendi tempus, referendique animum ad præclara illa studia, ad quæ Amplissimorum Procerum & exemplum & perspicaciâ & munificentia nos impellunt. Tantis enim sub Nominibus, quorum gloriâ Orbis ultimus strepit, quæ pro meriti spatio non pro aucupantium libidine præmia decernunt, quæ

*Magna licet toties tribuant, majora reservant
Dona,*

quæque

— lectos ex omnibus oris

Tollunt, & meritum non quæ curabula querunt,

Et quales, non unde scis?

tantis (inquam) sub Nominibus, jam veteres artes, & fides, & pax, & honor pudorque priscus, & neglecta redire virtus audebunt. Nunc si servos publicos dixit ille, quibus nihil majus meliusve terris Fata donavere, Principes; si quàm grave esset onus regentum experiendo se didicisse Tiberius; & alius, ne sublaturum humo diadema qui pondus ejus intelligeret: Ecce me non simulatâ sed verissimâ animi alacritate lampada hæc, hæc sceptrâ, quorum individui comites invidia & molestia esse solent, in manus eas transferentem hodiernâ luce, quæ, pares oneri, pares expectationi, gratiores nobis ire dies, in hujus anni Academici decursu, fortunatis auspiciis jubeant.

D I X I.

Yyy

ORA.

ORATIO XII.

SEU

ANTONIUS HULSIUS

S. Theol. in Acad. Lugd. Bat. PPOF. ORDIN.

& Collegii Præpos. Ordin. REGENS,

ORATIONE FUNEBRI
LAUDATUS,EX DECRETO AMPLISS. SENATUS ACADEM. A. D. XIX.
Martii A. MDCLXXXV.

RECTOR ATHENÆI BATAVI MAGNIFICE. EJUSDEM ACAD. CURATOR, LEGATIONUM RERUMQUE PRO FOEDER. BELGICA GESTARUM MERITIS INCLUTE. URBIS LEYDENSI PRÆTOR, CONSULES, JUDICES, ET QUI IIS ESTIS A SECRETIS, VIRI AMPLISS. GRAVISSIMIQUE. CONSTANTINE HUGENI REIP. BATAVÆ SIMUL ET LITERARIÆ SPLENDIDISSIMUM DECUS. PROFESSORES CLARISS. COLLEGIÆ HONORANDI. VOS QUI DEFUNCTUM VEL SANGUINE ATTINGITIS VEL AFFINITATE, VIRI PRÆCELLENTE. VENERABILES IN DOMINO FRATRES. AUDITORES TANDEM OMNIUM ORDINUM, ET ÆTATUM, SEU NATALIUM SPLENORE, SEU HONORUM TITULIS, SEU HUIUS CIVITATIS INCOLATU, SEU DISCIPLINARUM QUARUMCUNQUE CULTU, ET STUDIIS, SPECTATISSIMI EXOPTATISSIMIQUE.



SICCINE nuperum illum diem quo nullus gratior illucescere huic Academiae solet, diem Palladio Batavo natalem, novo Magistratui auspiciatum, nobis omnibus lætum festumque, eum esse oportuit quo primum aures nostras animumque tristis nuncijs percelleret, properare ad metam communis mortalitatis, quam nec diu postea tenuit, ANTONIUM HULSIUM, argumentum hodie doloris luctusque nostri! Et quo die, annus nuper effluxerat, vidimus fasces Academicos deponentem nec sine fatidicis vocibus, quibus ab affectu & à canitie ipsa dicentis vis maxima fuit, eodemne componentem animam suam quam septimam post luce redderet Conditori Deo, adspicere cœlestis oculis debebamus! Equidem

Memnona si mater, mater ploravit Achillem,

Et tangunt magnos tristia fata Deos,

si ad Lazari tumulum non molles querulæque voces, sed lachrymæ tamen doloris testes, testes amoris, expressæ Viro Deo; si nihil prius ac sanctius fuit piæ Votulati, quàm ut clarorum virorum excessum publicâ luctûs significatione, ac solempni parentalium ritu, prosequeretur, transmittendo à Græcis Romanisque ad omnem propè Christianorum gentem; nemo vestrum, AUDITORES, accuset pietatem hujus Amplissimi Ordinis, nemo hæc funebrium laudationum officia, quæ viris de re vel Christianâ vel literariâ præclare meritis decernuntur. Et ista quandoquidem præconia laudum, itura ad feram posteritatem, sunt uti apud Romanos, teste Patavino scriptore, sic apud Annalium conditores, quædam Historiæ promptuaria, magnam partem ex præstantissimorum in omni Ordine ac Disciplinâ virorum memoriis vitisque contextendæ, sic magnam istarum laudationum fidem, & intemeratam, ac propè rem sacram esse convenit, procul vel amoris vel odii suspicione, nè falsis rerum imaginibus aut illudatur defunctorum manibus, aut venturis nepotibus imponatur. Vos autem omnes & singulos, quorum sunt defixa in hunc suggestum ora, pari vocum animorumque concentu largituros istud mihi esse confido, exprimere nobis hæc iusta hanc laudandi pro his rostris necessitatem summo jure debuisse, nostrum hodie desiderium, meritissimum de publico HULSIUM. Virum, inquam

ego, vel canorum reverentiâ, multiplici rerum usu, laudabilis vitæ innocentia, pectoris candore, animi firmitudine, laborum patientia, gravitate munerum, ingenii doctrinæque per Linguarum ac Divinarum rerum ipatia diffusæ monumentis, addam Orthodoxiæ impensiore studio, Doxosophiæ nullo, nostrum bonorumque nemini illachrymabilem. Et conveniebat fortassis, AUDITORES, celebrari hæc parentalia illo die quo elatae illatæque tumulo, reditura in uterum terræ matris, Hulsiani corporis exuvia, & illo Mense quo ad busta, ad defunctorum memorias, Februa, undè videtur Februario nomen, quamquam Gentili ritu, sed in Christianum convertendo, peragebat Antiquitas. Et factum fuisset sane, nisi mihi ex interceptæ penè vocis communi affectu, ubi impotens bruma & rauci Aquilones dominantur, tunc fortè laboranti, deprecantique hanc dicendi provinciam, cum aliis per se gravem & injucundam ac plerumque illaudatam, tum inprimis ægro afflictoque pectori minimè congruentem, auctoritas Academici Senatûs, iteratis jussionibus, sed factâ temporis & more qualiscunque potestate, imperasset.

Ita hodie filius Patri, si annorum rationem puto, si ejus revoco memoriam temporis, quo intra Genevenses lares ulnis me sæpè suis exceptum referre ANTONIUS noster inter familiares consueverat, suspendam non insanæ superstitionis impensissima officia, non simulachra virtutum, non falsi compositique vultus sculpendas tumulo querelas, non asciata vel incrustata sepulchri Hulsiani ornamenta, sed piæ sed græta verissimæque simul recordationis monumentum, interprete linguâ earum laudum quas ne livor ipse, si quis tamen superest fati, indignabitur de nostro profiteri. Et quid ego verborum lenociniis, pietatis quædam specie, prolequerer defunctum, qui id genus laudationis contumeliam interpretari solitus fuit, ipsa integritatis fuci & affectationis nesciæ ac nudæ simplicitatis imago! Quin palam is scriptâ literâ interdicens omnî parentatione, *non laboraturâ*, inquitbat ille, *Republicæ si nesciat quis vel qualis ego fuerim, ut hoc publicè immoscere debeat.* Laxanda tamen via vel impeditæ voci, laxanda dolori est, & quod officium Cypriano Pontius ejus Diconus, quod Athanasio, Basilio, Cæsario fratri Nazianzenus, quod Ambrosio Paulinus, quod Meletio Antiocheno Nyssenus, quod Palladius Ponticus Chrysothomo, quod Augustino Possidius ejus discipulus, exsolverunt, ut plura nomina & sanctissima ac multo recentiora præteream, vitæ scilicet momenta virtutumque vestigia signando, idem modò pietatis debitum exigunt à me non tam Hulsiani manes, qui humanis laudibus inter Angelica præconia ornari dedignantur, quàm Superstitum vota, & imposta mihi ab illis necessitas quorum ex nutu ac voluntate pendeo. Nec reddentur tamen dolentibus, ANTONI HULSI, lineamenta animi tui, quæ

vel Apellao signata colore,

Phidias à vel nata manu.

Quinimò tuo ipsius penicillo lineas omnestuas ducam, & angustiore modò tabellâ describam tuos illos vultus, quos ampliore spatio, in conspecta Orbis literati, ipsemet testamentariis tabulis ad vivam expressisti, sed libris tuis, ut vultus eosdem referre & clari facta Genitoris sequi niterentur. Et quemadmodum aberit omnis adulandi artificia, quale illorum est qui laudatari absolutam omnibus numeris virtutum ac perfectionum imaginem effingunt, Zeuxidis Helenam vel Plinii Trajanum imitati, nescii optimè laudari qui quàm fidelissimè, ita procul erit improba libido pungendi occultis stimulis quem laudaturus accessisti, vel quoscunque alios ludendi agresti protervâque Satyrâ, parum sæpè pudibundâ, qualis nec nobis mos unquam fuit nec Ecclesiis Dei. Idemque modò mihi votum quod Pericli pro tribunali dicto, ne effluat ore præcipiti verbum aut consideratum minus, aut rapiendum in cujuscunque vel fraudem vel offensam, quarum causas procul habeo.

Sunt, AUDITORES, quibus à natali solo, à civitatis jure,

jure, præcipuum decus est, & ab iis quæ non fecimus ipsi. Superbiebant, quos Urbium domina, quos sapientiae mater Athenæ, quos bellicæ disciplinæ magistra Lacedæmon, quos latè victrix Carthago, quos Asiæ principis Ephesus, aut secunda Urbium Alexandria, aut Caput Orientis Antiochia, aut Nova & Æterna Roma, de matre nascentes exceperunt. Sunt vicissim alii, à quorum virtute, existimatione, famâ nominis, Patrii lares gloriæ decusque mutuatur, vel Pindari Tulliive domo expressurâ etiam Regibus venerationem. Undè urbium locorumque sæpè inter sese certamina, si qui civium emerissent, aut surrexissent ad fastigium honoris, quæ horum primæ lucis usuram nascentibus dedissent, sibi hoc ipso vendicandis. Debuit illam noster labente Anno hujus seculi quinto decimo, Hildæ Montani Principatus non metropoli fortè, non regiæ, non municipio, non præfecturæ, imò ne civitati quidem, sed ignobili penè vico, nobili deinceps tamen, ut Guilielmi Fabricii Hildani, Chirurgorum Teutonicorum facile principis, & selectissimarum magistri Observationum, sic non longè postea ANTONII HULSII libris pariter fastique Athenæ Batavi celebrandi, auspiciatissimis natalibus. Et quanquam non paternos census, non nobiles avos, id est quæ nostra non sunt, hic ipse jactaret, non domestica Nomina vel insignia Gentilitia, vitiorum sæpè aut velamina aut irritamenta, fuit tamen honestissimâ familiâ natus, patre ANTONIO HULSIO, viro Prætoris in agro Montensi & Solingensi præfecturâ dignitatis. Nec deerant quæ altioris gradus ipem in eo accenderent aut cupiditatem, nisi potior fuisset illi ratio conscientiæ & æternitatis quàm fugacis fortunæ & inanis umbræ, qualem qui amplectuntur posthabita pietate, quid dilent fluxa rerum & fallere nata certis & duraturis nesciunt. Et quâ fuit quondam modestiâ Hieronymus, ut satis habuerit prodidisse patrem Eusebium, & parentem utrumque Christo genitum, de cætero plebejusne esset Eusebius an patricius, exiguo an locuplete censu, nullus memorans, cum etiam imagines & stemmata ostentare potuisse nonnulli crediderint, non absimili Hulsio noster mediocritate affectus apparet. Hinc sola Christianæ pietatis semina, tum bonarum literarum desiderium, quarum causâ Vesaliensibus traditus in disciplinam maturè fuerit, à Parentibus se accepisse Filiis idem suis ingeminavit. Nec ego, AUDITORES, insistendo primis illis tyrocinis, & quem Vesaliæ tandem excussit, quo tempore Clivensium urbium princeps Auriaci prudentiâ, nec sine Deo qui dirigit unus, Belgarum propugnaculis accederet, scholasticum pulverem memorando fatigare aures vestras constitui. Sed nec prosequar fastidiosâ oratione Daventriam mox salutatam, Athenas Trans-Isalianas, non auditos humanæ primùm hinc cœlestis sapientiæ magistros Isendoornium & Vedelium, clarissima nomina, non plus olei quàm vini inter vigiles curas studio bonæ mentis consumptum, non conceptam istic loci feliciter sementem quæ in uberrimam aliquando frugum ac fructuum messem exiret, non edita tandem egregiorum profectuum insignia publica que apud Salios spectamina. Id modò nec sine assensu omnium vestrum atque approbatione commonefaciendum esse censeo, præclare cum illis ingeniis, agi, quæ à Magistris ducuntur quò fert eorum natura, indoles, propensio, quam & in corporibus observare Medicorum filios iussit Cœus senex, *ὅτι ἀνὴρ μάλιστα ῥέπη ταύτη ἀγχι*. Nec enim omnes facti ad omnia, hic Arte, Marte alter emeritur, hic ad res contemplandas, iste ad agendas natus, illum prudentia alterum doctrina commendabit, hunc forum illum ambo sacer oportune sibi vindicabunt, felicius iste in Scholarum umbris, alius in Aularum ac negotiorum splendidâ luce versaturus, habiturus alter Maronis aut Nasónis nihil, nihil alter Ciceronis, in Naturæ arcanis explorandis alter, alter in excolendo Linguarum usu fructuosam locaturus operam atque industriam, rarâ naturæ eâ felicitate ut unus, quantumvis capacissimâ mente, ad diversissima seu munia seu stu-

dia comparatus ex æquo videatur. Quod dum Scholæ Daventriensis quos dixi Duumviris exploratissimum esset, & in nostro Linguæ Sanctæ, quâ primùm prodita Cœli oracula, inexplebile desiderium observarent, memoriam minimè plenam rimarum, maturam Linguæ ætatem, in quibus quotquot excelluerunt ferè rudibus ad eas ac puerilibus annis animum adjecerunt, auspiciatò hi calcar addidère currenti. Mox, permisis publicorum etiam scriniorum clavibus, facultas nostro oblata cum Magistris & Paraphrastis dies totos hinc menses eâ studii cupiditate eoque fructu verlandi, ut deinceps cum Hebraizantium nostro seculo primipilis de palmâ certaturus esset. Et adeò hic Linguarum discendarum avidus, à quibus studio sacro, quod centrum illi laborum ac studiorum fuit, cum adminiculum ingens tum ornamentum accederet, ut hoc potissimum instituto relicta Daventriâ in Galliam primò, tum in Britanniam, hinc ad Lemannum dulcissimam mihi patriam, in Allobrogum, Sequanorum, Helvetiorumque confinibus & quasi trivio, lætabundus cogitaret. Undè felicibus auspiciis, addente & consensum & animos Patre, annos ferè natus tres supra viginti, HULSIUS noster hocce iter ingressus est: non profectò laxandis habenis libidini, non contaminandæ voluptatibus menti, non fugiendis cum prodigo paternis liminibus, non contrahendo ab exteris moribus contagio, aut explendæ tantum curiositati, vel pascendis oculis rerum novarum adpectu. Quemadmodum nec peregrinaturus iste fuit faciendo quæstui, præterquam doctrinæ, quam se *venalem* in Gallias exportasse Alcuinus & Clemens Caroli ævo gloriabantur, non etiam fortunæ tentandæ, aut quærendæ rapiendæve virgini Sabinæ, & quod frequenter nimis usu venit non advocato Deo, vel inconsciis aut reluctantibus quos Plato *ἰμπεραῖς θεῖς ἀσπὲταβίλες* Deus prudenter nuncupavit. Quod genus peregrinationis haud alium parere fructum solet, quàm exhaustum fatigationibus corpus, fractas libidinibus vires, emunctos nummis loculos, fauciam vulneribus conscientiam, fortunas juvenili imprudentiâ decoctas, & parentum suasque ipsorum spes fraudatas, tandemque ægrum animum nec facturum sibi ipsi tristi recordatione doloris finem.

Quantum verò in Galliarum quini totius quasi Europæ metropoli temporis exegerit, quam dehinc in eruditionis omnis matre Oxoniâ, repellentibus semel iterumque in Britanniam ventis & fatis, moram fecerit, pari post Drusios, Cappellos, Bochartos, & maximos quosque Theologos, exiturus indè cum fructu, quo olim Athenis Clementes, Origenes, Basilii, Nazianzeni, refert pluribus *ὁ μακαρίτης* in ultimæ voluntatis publico ad Filios instrumento. Hinc vota illius omnia versus Reformatorum quandam acropolim, & amœnitatum omnium sedem, Genevam, in quâ Parentis nostri usus diu satis fuit exoptatissimo bonis mentibus contubernio, quando ipsemet ego infantis annos nondum essem egressus. Atque eo omni tempore, præter rerum Divinarum exactissimam scientiam, cum sibi Europæarum linguarum cultum, & dicendi pro concione habitum, Genevâ frequenter ad suggestum invitante, comparavit, ut seu Gallico, seu Germanico, seu Belgico, seu Latino sermone, pari facilitate peroraret, Anglicani callentissimus, nec Italici omnino ignarus, præter familiares sibi linguas Orientis, ut si diciturus fuisset jura populis, reddere quendam penè potuisset Mithridatem. Sed retrahendus tandem ab extraneis sedibus in patriam tum in Belgium nostrum fuit, Anno hujus seculi XL. optimi Patris excessu nunciato, ac vertente rem ita Numine ut concreta sibi talenta erogaret in publicos usus, & fortis athleta in arenam, in scamma, afferendæ Christi causæ, mitteretur. Nec mora longa, non certè molesta expectantis hujus Candidati tædia, ac post navatam Ecclesiis Gallo-Belgicis, alternis temporibus & locis, utilissimam operam, sacra tandem ministrare Bredano Cœtui, & post secundam navigationem conquietere in portu quædam tranquillitatis, tuto illo & jucundo, divinâ voce

Anno XLIV. iussus fuit. Sed quid ego portus tranquillitatis? Solum Deum verè quiescere, dixit prudentissimus Philo. Et quid amabo vita data mortalibus, ex quo se vivere satis intelligunt? Non dicam arundo ad omnem auram flexilis, & vel affectuum impetu, vel sollicitudine curarum hinc illincve jactata. Sed procellosum penè mare, cujus malacia præfaga esse solet tempestatum, ventis si non adversis certè mobilibus, hinc Charybdis gurgite, illinc Scyllæ minacibus scopulis, istinc Syrium brevibus, aut præcipite nimbo, metuentis; ut in publicâ sed cumprimis sacrâ statione constituto, quantumvis superatarâ votorum modum, non magis solutus esse possit à laboribus ac molestiis animus, quam est ille nautæ operarii, vel clavum moderantis Palmuri, adverso & tempestuoso Oceano.

Atque hunc subeuntem humanarum vicissitudinum Oceanum, ex quo compos factus est assignatorum numerum, reconditoris scientiæ, dotata nec imperiosæ comparis, exoptatissimæ prolis, laudatissimæ famæ, & integre ad miraculum & adusque senium valetudinis, nostrum tantisper contemplemur. Bredæ is adspirantibus Gratiæ Zephyris, munitissimo Propugnaculo, falloberrimo Cælo, propitiâ Principe, favente Magistratu, ac pronis in officia Civibus, annos totos xxv. morbis intactos exegit. Matrimonii copulâ ad invidiam felici, & ad supremum ANTONII diem irruptâ, nec malis unquam divellendâ querimoniis, cum AGNETA RUMPTIA ab anno ætatis trigésimo conjunctus fuit. Uxor illi non ex earum genere quæ

— plus alios quam mellis habens,

quoniam ut Patris Avique RUMPTII & SPINÆ meritis, in Archiatris quondam Palatinis principum, sic matrimonialium omnium virtutum laude, Numinis reverentiâ, mariti obsequioso cultu, conjugii intemeratâ fide, puerperii ad decimum usque felicitate, educandæ fovendæque prolis sed & curandæ rei familiaris industriâ, sexu suo & præconio nostro major, nunc capite veluti suo minuta & præsidio viduata. Liberi huic genitori utriusque sexûs ad stuporem ductiles, dociles, morigeri, vim insitam mixtè excitaturâ doctrinâ, doctrinam ante viriles annos excepturis honoribus in GUILIELMO, PAULO, JOHANNÆ, & quicquid in reliquis explere Parentis gaudia animumque potuit. Eruditionis Hulsianæ, inter assiduos sacri Ministerii labores, testatæ Bredanis noctibus iisque fecundi ingenii foetibus, quibus Magistrorum recondita promerentur, ea fuit existimatio, ut illius manuductioni ad Hebraicas cognatasque literas, erecto à Celsissimo AURIACO Bredanis Musis Gymnasio, lectissima Juventus, mox cadente eodem scholastica omnis puer fingenda ANTONIO nostro ac moderanda, crederetur. Quid multis? congestæ tot in hunc Virum doctrinæ prudentiæque dotes, nihil tale vel ambientem vel cogitantem, nec ambiguis tamen vocandi Proceribus, Bredâ Leydam olim Germaniarum caput, nunc eruditi Orbis ocellum, exciverunt Anno LXVIII. qui regendi ejus Collegii quod Batavæ Ecclesiæ seminarium est provinciam administraret. Nempe proditum est sacris Annalibus, vacasse Prophetarum filiis, ad Doctorum pedes sacrâ doctrinâ persuadendis, Collegiorum quâdam societate, sanctissimos Vates qui juveniles animos refingerent, redderentque Deo plenos. Nec alia Christianis temporibus fuit quandoque Cœnobiorum, aut ædium Episcopaliû ratio, dein Collegiorum quæ ex Caroli M. constitutione à Canonis seu strictiori regulæ obstrictis habitarentur, quam ut sub nutu & ductu communis Præpositi commanes essent vivendi leges, lectum, mensa, institutio, ac frequens exercitatio. Quamvis mox irumpente Barbarie, vires acquirente Pontificiâ tyrannide, torpente Monachorum otio, gliscente Collegiorum luxu, ac foedâ ubique docentium supinitate, sed & conditâ sub modio Scripturarum luce, evaserint ea omnia ignorantia, superstitionum, & hirsuta sophistica latibula. At posteaquam affukta Cimæris plusquam tenebris splendidissima lux Evangelii, ac surgentem vidimus

ex teterrimâ nocte pellentemque nebulas Reformationis auroram, uti per Arctoum orbem reliquum, sic intra Fœderatæ Belgicæ spatia sua tandem Doctrinæ puritas, seu Theologiæ nitor, sua Scriptoris auctoritas, sed & Scholis suus splendor, ac suum Collegiis emolumentum decusque redditum fuit. Et quantum interfit publicæ rei, sustinere docentium regentiumque partes viros politiore doctrinâ ac pio in rem sacram affectu eximios, in quibus emineant quæcumque vel ad auctoritatem regimini vel ad institutionis felicitatem desiderantur, plus satis experientiâ comprobatum est. Ac beata jam iterumque beata illa tempora, quibus constat suum eruditioni ac merito pretium, procul nimis facilitate admissionis, aut personæ cujuscunque respectu, qui si à Scholis exularet, urinam & ad Ecclesiis! redirent auctoritatem sua nostris numeribus dignitas, sua factorum mylagogis veneratio, sui laboribus fructus, ac sua Ecclesiæ tandem hæcymonia. Sic nulli forent cæci cæcorum sæpè duces, nulli qui voce adstruerent destruerent exemplo, nulli quos ambitio transversos ageret, quos novaturandi apud imi subfellii coronam pruritus invaderet, qui suæ non Christi Domini gloriæ velificarentur, nostri non decora sed propudia sæpè ac detrimenta.

Quam igitur, AUDITORES, factum opportunè est, ut (post nulli erudito obscura nomina, post Kuchlinos, Bastingios, Bertios, Vossios, Hommios, Revios, Cabelavios) in vacuum excessu prioris Moderatoris sedem, & in eam doctrinæ officinam ex quâ velut ex equo Trojano prodissent tot strenui Christo milites, fecundâ certè Doctorum ac Theologorum matre, suffragiis primò Academiæ Patrum, hinc decreto Præpotentum Ordinum, HULSIUS noster inferretur. Quo in munere ad decretorium summumque illi diem sic inter nos versatus est, ut fecerit nobis omnibus rem dubiam, quid prius in illo miraremur, docendine perspicuam facilitatem, an assiduitatem in hebdomadas singulas suos in arenâ exercendi, an verò industriam tractandi haud perindè faciles animos, & mansuetudinem severitate temperandi, dum

regis indocilem mitis censura juvemam.

Accessit ad culmen Hulsianæ felicitatis Theatrum augustius, in quod ex Collegii velut ex Claustrii quadam umbra, judicio Academiæ hujus Curatorum Urbisque Consulium, protrahendus noster fuit, Linguae primùm Sanctæ, dehinc Professoris etiam Theologi axiomate ornatus Anno LXXVI. Quam Spartam priori conjunctam sic excoluit voce, scriptis, consiliis, indefessus agendo, disputando, scribendoque, unâ illi curâ de Academiâ, de Ecclesiâ, de sacrâ Deo Juventute, ac denique de doctrinâ Orthodoxâ merendi non malè, ut horum intuitu apice quodam literati honoris ac summâ in Scholis dignitate, ARAUSTIO Principe decernente, tandem augeretur. In quo rursùm obeundo Magistratu, quâ fuerit ille in tutandis Academiæ juribus fide, in Judiciis integritate, in Urbis rectores prudentiâ, in surgentem hanc magnis animis in ortus suos Juventutem affectu, verè paterno, recens omnium nostrum recordatio est. Tantum interest consilio moderari ut Navem sic Rempublicam, seu civilem seu literariam, consilii autem apex provecâ in multum ævi senectus, quando

per varios casus artem experientia fecit.

Unde nonnisi annosæ sapientiæ patuisse Curiam Hierosolymis, Spartæ, Romæ, uti nec Præfecturas in Alexandri Magni exercitu, sæpèque à senibus rem restitutam quæ fuisset à junioribus labefactata, uno hinc Nestore inter Achivos antehabendo decem Ajacibus, dixit Salomo decem in Urbe Ducibus, proditum est Historiarum monumentis. Atque hoc unum deerat ad cumulum beneficiorum quæ ab immortalis Deo HULSIUS noster consecutus est, ut non in ipsis laborum honorumve carcibus, quemadmodum qui apud Dionem Magistratum eodem die accepisse & deposuisse referuntur, non etiam in medio veluti stadio, qualiter huic Academiæ tot nominibus

nibus conjunctus mihi nunquam satis desiderandus Pater, sed in extremo penè humanæ vitæ termino intercepteretur fato, nec rapiendus vi quâdam sed animo composito obsecuturus supremæ voci, illique necessitati quæ pari lege

fortior insignes & imos.

Neque bonâ senectute id est hilari & vegetâ & in Deum erectâ, licet in terras curvâ, nihil debilitatis animi corporisque viribus, qualis spirantem in magno hocce CONSTANTINO imaginem suspicimus, bonum his in terris optabilius aut præmium excellentius posuit pietati Arbitrator humanarum rerum, fallente hoc Græculi effato, *ὅτι οἱ Θεοὶ φιλοῦσι ἀποθνήσκειν νέεσσι*. Senectute inquam hujusmodi, quæ in extremo illo ætatis nec requirit adolescentiæ lepores, nec virile robur desiderat, sed nec vitæ commoda ac solatia, nec *sapientias ad manus robusti filios benè natos, nec mansurum vitæ & muneribus superstes nomen, egressâ jam cogitationibus corpore ante quàm spiritu.* Negatum illud equidem præmium plerisque ex sacro ordine viris, quos aut labores ante annos conficiunt, aut curæ macerant, aut adversa rerum tandem expugnant. Indultum tamen coelitus ut pridem Athanasius, Epiphanius, Hieronymus, Paulinus, Augustinus, Cassianus, Theodoretus, Cæsarius, Cassiodorus, Bedas, Alcuinus, & si quibus aliis, sic nostrâ & Parentum memoriâ, in Fœderatâ hacce Belgicâ, Gomaribus, Polyandris, Rivetis, Triglandiis, Widmariis, Voetiis, Maresiis, Coccejis, Heidanis, qui ad inclinatum usque senium officii partes omnes impleverunt, vitalemque spiritum duxerunt vel ad septuagesimo proximum, cum Seneca nostro, vel etiam ad octogesimum annum ætatis, nonnulli & fines hujus mortalitatis supergressi. Ac in postremo hoc ordine primus censere, quem hic præsentem intuemur, seculi nostri Cassiodorus, siquidem

Tot jam penè tibi HUGENI trigessimus inflat.

Verùm enimverò, AUDITORES, quicquid fortunatior quàm vel votis concipere vel cogitatione assequi potuit ANTONIUS HULSIUS fuisse videatur, expertus est præ multis aliis istud humanæ sortis temperamentum, permixtas rosas spinas, & mella quandoque in felle sita, dies bonos sed & malos Jacobæorum adinstar. Exercere quandoque optimum senem tristitia & aspera, Theologum se subinde ut Christianum ita cruciatum sensit, surrexit sæpè medio de fonte leporum quod in ipsius floribus & intra felicis ævi spatia animum angeret, ita tamen ut afflictiones, quâ fuit ille pietate & constantiâ, Coeli beneficia interpretaretur. Neque verò à me desideratis ut rerum ingratarum recordatione aures vestras offendam. Non ad hoc confluxistis vel spectatum vel auditum, ut verissimis quidem sed tristioribus tamen imaginibus animos vestros veluti contaminem. Atque ita sipario potius obducam, nam & *taure* eloquentiam dixit Tullius, Plinius magis oratorium quàm dicere, ea quæ nostrum afficere quidem, neutiquàm de gradu dejicere vel animo dimovere potuerunt. Imperterritâ ille mente, tot jam laboribus ac lucubrationibus infractâ, excepit modò domesticas calamitates, festinantia in speciem conjugis fata, occidentes ante patrem natos, sublatam nubilibus annis filiam verè Leydenses inter virgines *Margaritam*, ac nephriticos ex vitæ genere dolorum aculeos, modò etiam venenatæ spicula linguæ & satyras plusquàm Menippeas. Sensit noster mala, sed

Indignam malis mens est succumbere, seque

Præstitit invictam.

Inimicitiam ac vindictæ cupiditatem, non naturam, non humanitatem exiit, subinde etiam

daris ac illex consa bipennibus

ab ipso sumpsit opes animumque ferro, ac major in adversis enituit. Ingemuit sanè nec temperavit sibi ab acerbissimo animi sensu, quoties semet in eâ vitæ integritate ac studiorum innocentiam implacabili odio flagrantem carneret, & nullis non impetitum telis ac la-

cessitum injuriis. Sed gratulatus sibi quoque fuit parem cum Magistro, cum Apostolis, cum Cyprianis, Athanasius, Basiliis, Chrysostomis, Hieronymis, Vigilantiis, aut Theodoretis, sed & cum Reformata Ecclesiâ Theologis præstitibus fortem. Intellexit illi sese disciplinæ militæque adscriptum esse, in quâ virtus quo exercetur magis & lacepsitur hoc clarior emicat, ac profundo merla pulchrior exurgit. Præsidium illi ac murus abeneus fuit mens recti conscia, & accepti depositi fida custodia. Maluit ferre quàm meruisse poenam, & pati scelus quàm facere, ac reus apud homines fisci qui parte inaudita alterâ plerumque statuunt, quàm apud supremum fallique nescium Judicem. Memor Cæciliani istius sæpè fuit ad Cornelium Fratrem: *Cum nocentes innocentibus injuriam faciunt, illi patuntur injuriam qui facere se credunt; Nec cui obicitur, addebat Aurelius, sed obicienti impunitur.* Ac non malè cum viris illis comparatum ego quidem existimo, qui chartis infacetis, epigrammatis, libellis diffamati, ore incesto & histronio lacerati, factique ad omne propemodum linguæ procacis ludibrium, verborum hujusmodi fustes & lapides & gladios nulli perhorrescunt, imò nullâ talionis cupiditate tanguntur, nullam hujusmodi in discipulis in clientibus accendunt, non fictis unquam nominibus vel personis aut se aut suos lussisse ex vero gloriantur, triumpho quodam exploratæ sed nunquam expugnatæ patientiæ:

Nec ego mordaci distrinxi carmine quemquam,

Nec mem ullius crimina versus habes.

Sed quæcunque fuerit in nostro invicti animi magnitudo, æquatura invidiæ magnitudinem, gemina in eo laus modestiæ & humilitatis fuit. Uti horum interodia sic inter aliorum præconia, inter prospera rerum non minus quàm inter adversa, æquâ semper mente apparuit *ὁ μακαρίτης*. Dixit ille quondam, non ex regionum finibus aut terrarum spatiis, sed ex imperantium virtute æstimanda esse Imperia: Dixerim ego, non semper ex diffusâ cognitione rerum, non ex scriptorum sæpè sylvâ ac multâ literâ, non ex assentantium immodicis plerumque laudibus æstimandam eruditionem esse, sed ex humili & penè abjecto de se in eruditis sensu, primas partes habituro sapientiæ (ita ferè retractaturus sua Hipponensis) qui primas modestiæ, ac cumulatiorum illorum futurâ gloriâ qui humanam omnem spernunt. Quotiens HULSIUM de se profitentem cum Vate sacro cognovimus, *Non fuit alius animus meus, neque elati oculi mei! Non aggressus sum res magnas aut arduas, supra quàm convivebat mihi!* Quàm ipse in novissimo ad Filios veluti Codicillo de scriptis à se paginis, editisque incomparabilis diligentis monumentis, ac speciatim de eximio *Prophetia Nucleo*, opere carpendo facilius quàm imitando, tradidit verecundè ac cum despicientiâ quâdam! Et quàm longo fuit ab iis intervallo disjunctus, qui se ipsos unice mirati nihil rectum nihil subactum censent vel doctrinâ vel industriâ, nisi quod ipsi fecere! Aut qui in id unum omnes animi, & ingenii, & studiorum laborumque nervos intendunt, non modò, quod hæcenus in laude positum & de Hippocrate Galenus, nihil ut scribant *ἢ Πιτυχόντων, μηδ' ὅτι οἱ ποταμοὶ Ἰσραὴλ*, sed etiam ut retextis aliorum scriptis, & accusatis erroribus, primi invenisse viam & sapuisse videantur. Itâ sollicitus noster nullo modo quàm ad gustum fastidientis seculi, sed quàm ad usum juventutis, non quàm nova sed quàm utilia chartis committeret: ambiguo nostrum omnium judicio quo se magis commendaverit, an *φιλοπονίας* & quod Severi Imperatoris Symbolum fuit, cotidiani istius effati laude, *Laboramus*; an expeditissimæ ad extemporalitatem usque ac penè Origenianæ in scribendo celeritatis, pari cum nitore sermonis & perspicuitate rerum conjunctæ. Nec enim laus omnibus una est, neque omnibus ingenium ita in numerato, aut calamus instar velocis pennæ, dùm

Curram verba licet mens est velocior illis.

Ac sæpè invidiæ dentes magis evadunt quæ minus sentire tinearum aut unguium morsus, prout Tiberius ex-

tempore quam à curâ præstantior habitus fertur: Quando vel Panegyricos aliis, nimiam styli morositate, vix eo spatio intra quod Asiam universam subegit Alexander, id est decennio toto, lambere ac perpolire datum fuit.

Quanta jam mihi foret, AUDITORES, properandi libido Bredanâ vel Leydenâ è sede Hierosolymam, & ab Occiduis Belgii nostri finibus in Palæstinam, Syriamve, ac omnem propemodum Orientem, qualis olim Origeni & Hieronymo profecturis Alexandriâ & Româ cupido incessit. Etenim si etiam in Libris peregrinamur, si Atticæ vel Romanæ civitatis jure illi donati, qui cum Græcis Romanisve à primâ ætate consueverunt, quid de Hulsio nostro statuendum, & quieturo hic sane livore, qui post conflam sibi magnis impensis, quod & Stridonienfis factum fuit, Rabbincorum scriptorum copiam, non Patres quos dicebam modò superasse, sed & reddidisse Belgio nostro Drusios, Sixtinos, L'Empereurios, de Dieu, Vorstios, Coccejos, Altingios, Uchtmannos, aliosque, in his literis faces, ab æquis earum æstimatoribus judicatus est. Loquuntur etiam nunc quas pro excitandis ad hæc studia tyronum animis, quas hinc pro integritate ac fide Sacri contextûs, quam conferto hodie agmine & conjuratione quâdam, ne quod deesset præsidium impietati, infrunita turba Criticorum invadit, quas denique pro recludendis Prophetiarum adytis, sed & somniorum Judaicorum arcanis, horum forulis diligenter excussis, reliquit post se lucubrationes forsan à morte placituras magis, quia

ledere vivos

Livor & injusto carpere dente solet.

Eant nunc, ac parcite AUDITORES si me extra hujus Acroaterii fines orationis impetus rapit, quotquot seu ori seu calamo parùm verecundo præstiturunt fortem animum, atque ob unani Versionis Dordracenæ reverentiam, gratamque pii laboris commemorationem, nostrum ANTONIUM sed & Fratres distulerunt per ora plebum, quandoque Magnatum, quasi spretis relictiisque fontibus rivulos lutulentum fluentes sectarentur, ac studii Hebraici Chaldaicive molestiam non jam in suis abstergerent commendando, sed omnem dissuadendo condonarent tanquam *pistrinum* quoddam, ita primò studii hujus asperitatem ipse appellabat Hieronymus. Et diffundenda hæc quidem in vulgus fuere probra ab iis quos minimè decuit, & qui manticæ propriæ nulli recordarentur, materiam culpæ suæ in aliis fortassis infectati. Ac ne omninò infaceta hæc fabella foret, cudenda opportunè fuit in eos Viros, quos Linguarum à teneris cultura, & scripta, & cotidiana institutio, & opinio atque existimatio literati Ordinis, pridem hujus ignavia suspicione liberassent. Sed ita oportuit, invisissimè quondam HULSI, ita nos omnes decet, Viri Fratres, quotquot per ignominiam simul & laudem grassamur ad præmium immortalitatis, neque efferendi magnopere hominum præconiis neque maledictis dejiciendi. Incedendum Dei viris est ea per vestigia quæ signant cœli viam, inter resqua scilicet & aspera. His subinde ignibus expurgandæ sunt scorix mortalis ævi, his flabellis ne stagnet animi frequenter excitandi, hoc surculo carni infixio urendi ne plus justo opinione tollantur, vel his pascendi absynthiis, Ponticarum ovium instar, ut pinguescant, quia marcet sine adversario virtus. Ac tandem his obtrectantium aculeis stimulandi nos omnes sumus, Fratres, ad studium ejus virtutis quæ reliquarum omnium uti compendium est, ita etiam condimentum, neque adurit unquam æstus usque adeo optimos Jonas, quin divinæ gratiæ rore perfusi humectique identidem recreentur.

Et hujus tu virtutis, ANTONI, nec enim per reliquas omnes tuas ire juvat, nesciæ cumprimis blanditiarum linguæ, beneficæ semper voluntatis, civilis domesticæque prudentiæ, hujus tu pietatis quam novissima tua consummarunt retulisti tandem brabeum victuris repositum. Non tibi famæ inconsulta cupido laborum stimulus fuit, sed una Euthanasix & Aternitatis. Huc

vota, huc lachrymæ, huc ducta tibi totiens ex imo pectore suspiria, & hæ tandem Hulsianæ, Herculaniæ quanto digniores, Columnæ! Augusto utique Cæsari & *diva* *varia* censenda fuit in primâ & ultimâ parte felicitatis, sed obliquo ad eam tramite decursuro: Siquidem prima juvena variorum dedecore infamiam subierat, ac postea acquirendæ potentiæ, hinc opinioni virtutis, tum deliciis in tantâ fortunâ oblati, senex autem factus Uxori magis quam Reipublicæ, ac relinquendo sui apud homines desiderio, adoptato successore in quo disparia omnia, magis quam Deo placando studuit, cui uni deberet tantam magnitudinem, Cajo collaudato *quod Hierosolymis non supplicasset*. Tu verò primam ætatem Creatori tuo, mediam Redemptori & redemptæ per eum Ecclesiæ, extremam Judici universorum Deo, cui mox sistendus es sed pro gratiæ & misericordiæ tribunali, consecrancam esse voluisti, in eo desiturus à quo inceperas. Vidimus te hisce oculis nostris quotquot jacentem, prostratis ex improvise viribus, ac cum gravissimis doloribus, ex colicâ & nephriticâ passione, colluctantem erecturi accessimus, vidimus excipientem intrepido vultu imminentis fati præfagia, tanquam qui, adverso & ærumnoso salo jactatus, eses navigaturus in portu, sed æternâ placido quiete. Observavimus ad conceptas à Collegis Theologis, ab Estiis, Capellis, Knibbis, Triglandis, viris ad exemplum natis, calidissimas preces mentem jam tuam cœlo illatam, solutamque veluti suo cum corpore & cum terrenis commercio. Audivimus, nec ego fortasse postremus, tui studii pro causâ Dei, tot præposteris affectibus in dies periclitatâ, tuæque in Domino fiducia, & spei erectæ nec nisi cum spiritu ipsaque fruitione defecturæ, sinceritatem ac constantiam morituris vocibus profitentem. Patientiam in ferendis doloribus, submissum animum sævienti morbo, sursum tensas manus tremulas, & madentes oculos, missaque ad Deum suspiria qui quod luberet faceret, perderet, consumeret, dum esset tibi decretum pati, non sine pio æmulationis sensu, invidendâ Christianis omnibus sorte, mirabundi adspeximus. Et te quanquam ingens teneret desiderium dicendi charissimis Filiis ultimum vale, & supremis vocibus commendandi illis horæ novissimæ contemplationem, quia tamen maria intermedia, & cœlum inclementius, & tardior morbi tui nuncius, & stationum in quibus agerent singuli impedimenta, vota illa tua morarentur, ac rem probè cognosceres, nihilo minùs solatio tibi fuit eos esse Filios, quos pietatis in Deum, affectûs in matrem, officiorum in omnes, laborumque pro Ecclesiâ, pro Scholâ, pro Republicâ, ex asse hæredes post te relinqueres. Atque ita spei plenus, succisis quibuscunque terræ hæreret fibris & radicibus, integrâ mente, inter singulus primùm loquacesque nutus, tum placido veluti somno obrepente, nobis quidem mortalitatis exuvias, at victurum Christo spiritum, gratâ cœlitibus accessione, reddendum origini suæ æternum commendasti.

O felicem hoc exitu ter & amplius Animam! quæ supra hæc caduca & incerta rerum evecta, hoc languentis angustique corporis ergastulo liberata, his procellis & scopulis & fluctibus quibus in momenta penè quassamur subducta, tot eluctata quæ nobis circumfusæ sunt calamitates, ac viæ hujus tot sentibus impeditæ, tot molestæ laboribus spatium emensa, infra te cernis, & ovans calcas, quicquid in humanis rebus miserandum & ærumnabile fuit. Ecquando nos, à quibus cœlo nunc toto disjungeris, pari felicitatis forte perfruemur, ut nos quoque fortunam volubilem, & horrida bella, & anxios formidines, & invidiæ furores, & cupidines affectuum, & insidias undique & undique vel salutis nostræ vel tranquillitati oppositas, vicisse ac debellasse prædicemur! Utinam ipse ego, mi Frater, in declivi hocce præcipitis ætatis, his Ecclesiæ temporibus quibus non cessatur à præliis, non ab odiis temperatur, quibus nihil obversatur animo meo præter sufficiendam in dies in horas

mate-

materiam acerbissimi doloris, utinam ego tot mœroribus, tot languoribus, tot quæ nos manent certaminibus præventis, quod olim ad Filium Pater, *esset hodie loco tuo*, mactus illibatâ consummatorum spirituum gloriâ! Et quid, obsecro vos iterum AUDITORES omnium Ordinum Honoratissimi, quid vitæ nostræ reliquam, quocumque tandem dignitatum, ætatum, studiorum, ac stationum discrimine dissociatæ, futurum esse autumatis? quam hujus machinæ nostræ rationem, & agitantis diffusique per membra omnia spiritus? Ita est perpetuum mobile Microcosmus, sed cujus aut mens curis perpetuis distringitur, aut corpus laboribus fatigatur, aut animus affectibus angitur, aut felicitas metu turbatur, aut spes ex improvise intercipiuntur, aut vigor præcipuus annis atteritur, aut hostium vel ægritudinum assultibus ac frequentia certaminum vita omnis labefactatur. Et posteaquam superior votis bonisve cumulatus quisquam unus apparet, ecce ut plurimum umbram Junonis loco se complexum experitur! ecce contra quam visum delatæ ab ultimis Austri finibus ad Salomonem Principi foeminae, sunt expectatione inferiora omnia! Ac latis nostris plerumque tristia, dulcibus amara, candidis nigra succedunt, Jacobæarum instar ovium quæ punctulis nigricantibus resperæ ac maculis foedatæ nascebantur. Publicas nempe dignitates sollicitus labor, honores obtrectans æmulatio, congestam pecuniam anxia quædam inopia, existimationem nominis arrodens livor, scripta etiam in annos pressa admordens Zoilus, individuum conjugum societatem aut animorum aut corporum tandem disjunctio, sed & domesticæ assiduæque curæ, ac postremo integrum ævi sanguinem valensque viribus corpus sæpè dissimilis animus, plerumque inexpectati cruciatus morborumque subita intemperies, insequi ac moderari consueverunt. Ite nunc mortales, & rerum montes, annorum decadas, ac sperum longinqua cogitate, moliti in futurum grandia & ardua, hic diffusionum flammam latius propagandas, iste sumendam de Mardochæo æmulove aliquo vindictam, tertius ascendendum sublimius fastigium honoris vel auctoritatis, alius solvendum aliquando curis pectus, recreandas labore fessas restituendasque vires, onus publicæ rei deponendum, quod Octavii Augusti votum fuit, omnique abstersâ ægritudiniam hilarem vitam, nec sine censu, & luxu, & necessariorum turbâ, in quadam velut ἀπεργασία, transigendam, ite mortales, cras ingressuri Æternitatem! Quanto ille sapientior, nec ulla ista recipit prudentia metas, qui tuto positus loco, ubi requies tranquilla piis, ubi vulneratis mentibus medicina, afflicti solatium, præsidium oppressis, infra se despicit omnia! Ille qui metus posuit, non profectò Numinis, non tremendi Judicis, non sceleris perpetrandi, aut præcipitis ad exitium viæ, sed metus hominum quotquot rapiuntur in adversa studia, sed imminentis ac liventis invidiæ, sed expectantis nos mortis omni tempore & loco. Cui aded terribilem larvam detrahit non de Stoâ Philosophus, sed de Cruce Jesus, nec quædam opinio anima immortalis, undè mortis apud Judæos contemptum derivat Annalium scriptor, sed altè defixa & imis infusa Christiani hominis sensibus persuasio.

Atque hanc ut vobis mibique mentem ac voluntatem indat Spirituum juxta ac Luminum PATER, Vos mecum in vota precesque fovete linguas, & effundite voces! Ut nempe missis, quæ vitam omnem aut fatigant aut discruciant, inanisimorum rerum studiis, improbitque aut nihil profuturis desideris: Facessero quiescentiam jussis qua vel distrahant vel offendunt minime melos, & in quibus plerumque non tam dissident Fratres, quam dissensum vel prætexunt vel moluntur: Postis hinc similitudinibus antiquisque discordiis, quibus perit Ecclesia, infestabile Regnum ejus adversarius credita: Cogamur singuli, pari conspiratione animorum studiorumque, junctis dextris ΕΙΡΗΝΗ ΚΑΙ ΟΜΟΝΟΙΑ, sub signa communis Servitutis summique Ducis, quo sit his severentis Antichristi furoribus vis unita fortior,

junctæque umbone phalanges

appareant, ac tandem FELIX TEMPORUM REPARATIO. Donec exuta mortalitate, & hostium postremo triumphato, eadem cum ANTONIO HULSIO felicitate æternam mactemur.

D I X I.

AD ACADEMIAM.

Parce tibi & lacrimis, licet has in funere tanto
Officii partes norimus esse tuas.
En intellecti, mea Leyda, superstite totum
Spanhemio Hulsiadem non potuisse mori.

CONSTANTER.

M E M O R I Æ S.

CLAR. ANTONII HULSII. &c.

Parentante Celeberrimo Viro

FRIDERICO SPANHEMIO &c.

Qualiter ad ripas niveum Mæander olorem
Proxima dulcisonis fata sonare modis,
Tales, Rhene Pater, Pallasque, audivimus Hulsii,
Pectore vel cycno candidiore Senis,
Fatidicas voces; positis cum fascibus, aures
Demulcens, lachrymis lumina multa rigans,
Præcineret mortem; cuperetque hoc fasce levare
Indigetem cælo, qui retinebat humi.
Audit &, nimiumque, Deus. Vix festa refulsit
Lux, vocat ad sedes, & sua sceptrâ, Virum.
Quo vivente, stetit Linguis decus, enthea Templis
Religio, exemplar Moribus, atque Scholæ.
Quo moriente, suam, Roma & Judæus ovabant,
Si quid adhuc, causam quo tueantur, habent.
Ne tamen hunc sileant, per quem celebrare, Nepotes,
Aut ævi spoliolum non pereuntis eat,
Grata Minerva facis; tum facundissimus Actor,
Ore, alio quo non vellet Apollo loqui.
Ereptum ex oculis animis qui sculpsit, abactam
Virtutem, æternis sikit imaginibus.
Marmor & Æs ultra nam duratura papyrus
Est, quotiens tetigit Spanhemiana manus.
Tunc, Virum spectans unò par nobile ductu,
Mecum ais, artificem, materiamque stupens?
Nullus Spanhemio melior laudare, vicissim
Nullus laudari dignior Hulsiade!

Utrique Præceptoris nuper optimo deperperans posuit

JACOBUS TRIGLANDIUS, J. F. J. N.

Ecclesiastes Lugd. Bat.

O R A T I O XIII.

DE

DEGENERE CHRISTIANISMO,

RECITATA

Quam se annuo Academiæ Lugd. Bat. Regimine tertium abdicaret A. d. IX. Febr. A. C. MDCCLXXXVIII.

UNIVERSITATIS LUGD. BATAVÆ, AC REIPUBLICÆ LEYDENSIS, PATRES CONSCRIPTI, VIRI EQUESTRI ORDINIS, LEGATIONUM, AC DIGNITATUM SPLENDORE EMINENTES; ET QUI IIS ESTIS à CONSILIIS MANUQUE, VIRI PRUDENTISSIMI. ILLUSTRES AC GENEROSISSIMI HOSPITES. CELEBERRIMI DISCIPLINARUM OMNIUM PROFESSORES. COLLEGII PUBLICI, REIQUE OMNIS SACRÆ ADMINISTRI, FRATRES VENERABILES. AUDITORES OMNIUM ORDINUM, SEU HONORUM TITULIS, SEU MUNERIBUS, SEU DOCTRINA, SPECTATISSIMI. TUQUE SURGENS AD PRÆCLARA OMNIA, NOBIS

NOBILITATIS ET JUVENTUTIS FLOS DELIBATE,
GAUDIUM DECUSQUE NOSTRUM.



Fabium Maximum, gesto quinquies Consulatu, egisse cum populo ut vacationem aliquando hujus honoris Gentis suæ daret, auctor est, extremo Tiberii principatu, (a) Valerius. Sive jam invidia quorundam, sive oneris explorata illi moles, sive etiam in eâ Fabianæ Gentis, & rerum domi forisque gestarum, atque administrationum gloriâ, satias quædam honorum, à celsio illo fastigio dignitatis aversiorum reddidisset Romani Senatûs principem, non nescium aliàs optimis semper auspiciis geri quæ pro salute Reipublicæ. Quicquid ejus sit, AUDITORES, ego fortassis fidem haud ægrè à vobis impetrabo, si vacationem summi hujus in Rep. Literariâ Magistratûs, quem tertium apud vos, secundum inter Palatinos, quinquies adeò gessi, hodiernâ festâque luce gratulari me mihi apertè atque ingenuè dixerò. Et quod de senectute Cato Major, ut adipiscantur optare omnes, eandem accusare adeptos, idem ego de Honorum hisce fascibus, quos modò submitto illi quæ dederat Majestati, ausum non abs re profiteri. Quinimò dum obrepere gravis ætas citius ferè voto consuevit, parum abest quin terminalis hic dies hujusce mei regiminis, inter tot curarum molestias, & studiorum intermissiones, & fastidia litigiorum, & componendorum affectuum difficultates, dum non par omnium ignoscendi remittendive consuetudo est, tarditate quædam expectationis meæ patientiam expugnaverit. Est tamen aliud, quod in exitu hujusce muneris, depositum Imperii simulachrum, sed simulachrum tantum, difficillimum gravissimumque esse semper judicavi, provincia nempe hæc ipsa conscendendi hoc tribunal, dicendique quod & magnificæ dignitati, & sanctitati hujus dici, & loci religioni, & splendori simul ac confluxui insolito audientium, si non omni certè aliquâ ex parte respondere, facereque adeò ad hujus Panegyris decus & ornamentum, existimetur. Quotusquisque enim est, AUDITORES, qui in tam frequente diversorum Ordinum, diversarumque Gentium & ætatum & propensionum concursu, seu optione argumenti quod benignos omnes faventesque habeat auribus pariter & linguis, seu grandi & disertâ, aut (qualiter comptam & expolitam mediâ ætate dixerunt) scholasticâ Oratione punctum omne tulerit, faustasque promeruerit acclamantium universorum voces, qualibus excepti qui gratiosi atque incitati perorarent. Neque adeò sum mei nescius, aut imprudens æstimator, parum certè conscius seu hujus in dicendo mediocritatis, seu circumfidentis hæc pulpita numerosissimæ Coronæ, disparibus in eâ studiis, affectibus, expectatione dicendorum, ut vel alterutrum, vel utrumque de me ipsus præsumam, delectum aut materiæ nullis auribus importunæ, aut dictationis hac exedrâ, his Magistris artis, & splendidissimo hocce totius eruditæ Europæ Theatro, condignæ satis. Ac quæcunque districtæ mentis & fluctuantis animi sollicitudo memet in diversâ traxerit, quo potissimum uterer orationis argumento, de genere tamen, de ornatu parùm me laborasse altâ magnâque voce ingemino; quando cum Ordinis mei ratio, tum ipse flexus ætatis, declamatorium omnem apparatus, Gregorio Nysseno olim vitio datum, procul esse jubent; conquesto etiam Gregorio altero, qui Theologi appellationem meruit, rebus sacris & arduis non addi cultum sed detrahi, dum scenæ ornamenta in Cathedram, aut fori artificia in Ecclesiam inferrentur. Atque utinam aliqua saltem esset mihi vis innata dicendi, majestas gravitasque sermonis aliqua, non profectò ad aurium voluptatem, vel laudis aucupium, aut quasi nihil par-

(a) Val. Max. L. IV.

vum modò aut humile dicturo, *insaniam istam Domine longè fac à me*, ajebat Hipponensis, verùm ut ea quæ utiliter & opportunè, & convenienter muneri juxtâ ac rationi luctuosissimi temporis, tractare hoc ex ambone constitui, defigerentur altis radicibus nostrum omnium animis, ac veluti feliciter concepta occatis mentibus sementis, in saluberrimum non Batavæ modò, sed universæ quâ latè patet Ecclesiæ, fructum læta exurgeret! O si sculperentur sermones mei, stylo non ferreo sed adamantino, atque intus canerem, non Aspendii Cytharistæ aut Verris cujusdam in modum, sed afficientis è cœlo vocis, ac pectora permulcentis! Quàm me hoc ruituræ horæ momento Basilium quendam, Vos omnes, ac quos præcipuè hic sermo meus attinebit, quique velut è speculâ, velut in vertice montis, spectabiles estis universis, Nazianzenos esse vellem! Si quando, ajebat de Cæsariensi illo Antistite (b) Nazianzenus alter, si quando Dei opera pandit, rapior ego ad operantem; sicubi Hæreses confodit, Sodomiticum ignem in sceleratas linguas illapsum, vertentemque in cineres, conspicari mihi videor; dum Martyrum fortes animos, supplicii & rogis invictos, celebrat memorando, totus ego martyrii cupidine flagro; & si quam Christiani hominis imaginem fingit, aut Virum Dei in mores suos præceptionibus formât, continuo alius ex alio efficior divinâ quâdam ἀδωσίως, ac me in novum hominem deformatum sentio.

Enimverò non erat, AUDITORES, quod inter tot tristitia atque amara temporum, lugente plangenteque omni propemodum Ecclesiâ, expectaretis ut læto festivoque carmine hunc modò Confessum recrearem. Ac quocumque nos tandem otio, florente Republicâ, & Ecclesiis illibatis, quacumque pacis imagine perfruemur, Orbis universi grande Miraculum, circumstantibus flammis illæsa veluti Rubus, parva quidem sed collustrata suis adhuc luminibus Gossen, dum Reformatum orbem penè reliquum tetra caligo involvit; interest tamen nobis Deus si non iratus, & ad ultionem præceps, ut Tarentinis olim mollitie suâ tandem expugnatis, factisque prædæ Romano militi, (c) relictum nihil à Fabio Consule fuit præter *Deos iratos*, certè interest Deus multoties læsus, nec benè semper advocatus, ac repolciturus tandem rationes accepti. *Et quando, Domine Jesu, Arca tua, tuus Israel, in tentoriis mærens hybernat, absit ut profanâ securitate, immemores Sionis, immemores nostri, auspicemur tripudia! Absit ut Levita ac Sacerdotes tui, aut avertant oculos ab oppressâ corruptâque Ecclesiâ tuâ, aut sua ipsi vulnera, suas ipsi cicatrices, sed interno latenteque malo, propiores itâ exitio suo dissimulent, proximo ad interitum gradu nescivisse malum! Et dum ego non tam externas obviasque nimis Ecclesia tua calamitates ac vicissitudines, quam degenerem à primâ origine ac simplicitate indolem, pridemque ejus intra sinum, ex teterrimo virosi oris spiritum, conceptam malorum labem, ac perpetuo fomite ad nos usque propagatam, pro concione hacce recitabo, nullius accusator sed omnium, nec ut augeam invidiam sed ut communi probro succurram; da, Clementissime Jesu, si non pari audientium voluptate, pari tamen in omnibus fructu, qui modò castas ac Christianas aures huc intulerint, hocce munere officioque perfungar. Sic, te precor, linguam, sic animum flecte dicentis, ut constet dicendis fides, dictis efficacitas; sic moveam, ut moveri me primum sentiam; sicque fleam super discordi jam olim Hierosolymâ, ut piis ipsâ profusisque lacrimis defleat præterita sua, eluat presentia, & quæ impendent etiam nunc cervicibus mala, salutariter antevertas.*

Deplorandam Athenarum sortem tum demum (d) Thycidides censuit, quum extra muros ferro & igni cuncta Peloponnesii devastarent, intus verò sæva lues popularetur, & quod luc ipsâ scœdius, neque amplius

Deo-

(b) Naz. Orat. in Basil. T. 1. (c) Liv. L. xxvii. (d) Hist. L. II.

Deorum metu, neque Legum freno, cives coercentur. Tristem eam, fateor, Ecclesie faciem nec sine horrore cogitandam, quum in castam & innocuam immites Persecutores, ergastulis, equuleis, tormentis, laqueis, rogis, lanienis, missione ad leones, ad bestias, ad transtra, ad metalla, ad arenarias, & quibuscunque tandem furoris instrumentis, grassarentur. Ast verò acerbiorem longè sortem, quando Iliacos intra muros partes omnes principes incessit animorum quaedam lues, contaminatura corpus univèrsu, legumque communis Servatoris interceptura memoriam! Fuit sanè illud tempus, quando illatà primùm in regios thalamos Christi sponsa, columbinà adhuc simplicitate, nam & turturem tori sociam voluit Antiquitas, ipse Angelorum chorus acclamavit, tota pulchra es! averis postea vultibus veluti cum stomacho erupturus, tota deformis es! Si aureæ ejus ætatis Fidem ad animos revocamus, qualem tingendi initian-dique rogarentur, vel Catechetis Petro, Philippo, Paulo, & quæ erigendis animis ac conscientis tranquillandis sufficere credebatur, quàm contractis illam capitibus, quæ præcepto parva, numero pauca; scripto breviter dixit (v) Salvianus, sed fructu grandia & beatitudine sempiterna, & quantillo verborum ambitu descriptam fuisse cognoscimus? Ac quâ isti obsequii promptitudine, nullo scrupulosæ sapientie interventu, ferebantur in amplexus Hominis-Dei, qui fulgore majestatis sub humili abjectaque specie ad tempus cohibito; hinc criminibus suâ morte expiatis, sed & effractis tertiâ die ac convulsis sepulchri repagulis, sursum fuisset receptus ovans, prænunciis Variibus, suorum ut in terris Sequester, sic in cœlo Sospirator, ac tandem novissimâ luce futurus univèrsorum Judex? Ultra quæ capita nihil scire, omnia scire adhuc Tertulliani ævo dixerunt. Ac una tùm omnium fides quaqua personuit, nec annua illa aut menstrua, idemque Hierosolymis primùm, hinc Cæsareæ, Damasci, Alexandriæ, Antiochiæ, Tarsi, Ancyrae, Ephesi, Thessalonice, Corinthi, Athenis, ac postea orbe toto prædicatum. Nondùm Orbis adorabat Romam, nondùm penes hanc fidei & salutis arbitrium, nondùm purpurata Sacerdotia, nondùm ex Episcopo Pontifex, aut ex Homine Deus. Vixque ante natos Sabellium, Samosatenum, ex utroque Arium, ulla de fide intra Ecclesiam mixta fuere certamina, aut habitæ quæstiones; nec enim molestam Apostolis, sub larvâ Christiani nominis, Semi-Judæorum, mox scdam Gnosticorum colluviem, quos καταγνωσκῆς seu damnates dixit Epiphanius, accensimus iis qui domi de tradendâ fide litigarent.

Atque omnium hæc summa consensio est, vim Christianæ sapientie omnem in agendo fuisse positam, & in eâ, quam dixi, pronæ fidei & acquiescentium animorum simplicitate, sanctitatem fuisse quendam Christianæ discipline characterem, ac centrum veluti, ad quod singulæ hujus χριστομαθίας lineæ duxerunt. Qui Christianum diceret, speciem quandam ingerebat animo castitatis, & innocentie, & vacuæ cupidinibus mentis. Quo tempore si quod uspiam concipitur nefas; moratoribus etiam Græcis Romanisve, aut honestum aut invictum legibus haberetur; Scenicæ artes, arenæ cruentatæ, prætextata verba, supra promiscua, alieni tori concussio, Lesbia ac monstrosa venus, & si quibus flagitiis aliis aut à Diis ipsis, ne Pallade quidem vel Musis semper castis, aut à divino etiam Platone, ut fuscè de Falsâ Sapientia Lactantius, quin à severis nonnunquam Catonibus; authoramentum accederet. Posteaquàm verò baptismalis unda, & gratiæ divinæ sensus, & cœleste charisma Christianum perfuderat, mox factum ἡ μεγάλων μυστηρίων ἐπέπρω, continuo ferre is patienter omnia, amare tenerrimè, orate assidue, cogitare sanctè, sentire humiliter, castè lo-

(v) De Avar. p. m. 223.

Tom. II.

qui, incedere modestè, parere alacriter, parvo famem explere, gulam circumscribere, frontem sine ostro & aulæis explicare, conferreque quicquid in se esset facultatum in illorum commoda quos non modò Natura conjungeret, sed & Gratia stringeret, ac Misericordia copularet. Nec alios aut Christus beatos pronunciarat, aut vita ejus expresserat, aut effinxerat Apostolorum disciplina, unam signans fidei tesseram, mundiciem cordis, opusque charitatis. Ac cursim modò subeat oculos imago sanctioris ævi, ac primæ illius sodalitatibus qualem Apostoli post se reliquerunt. Nemo in vitia præceps, profanus nemo, & non exploratus quàm exactissimâ ratione, admittendus non modò ad Mysteriorum, sed ne ad limen quidem nomenque Christianum. Præviæ salutaribus aquis καθάρσις, seu lustrationi animorum, anni sæpè dati. Si qui antè vel Cauponariæ, vel Theatralibus ludis, Cytharæ, Cursui, Palæstræ, Venationibus, Pictorumve aut Gladiatorum arti dediti, vel quæ cæteroquin luxum, pompam, & vanissimarum rerum sapientiam redolerent, ejurandum prius illud vitæ genus æternum fuit. Indeque post longa tentamina, ad cilicium, ad jejunia, ad lacrimas, precesque, sacræ lymphæ Candidati vocabantur. Mox, ad mittendum nuncium Cacodæmoni, & seculo, & honestis etiam voluptatibus, atque omnibus quæ retrò reliquissent, factâ conversione vultus ad occasum, occidui mundi imaginem, execrantium in morem ac repellentium, protensis in altum manibus, quicquid antè circumfudisset noctis ac caliginis. Simul & calcei, quibus calcamus hanc terram ac sordes colligimus, suère in antecessum exuendi, nec resumpti illi postea ab (f) Epiphanio, ponendæ quoque vestes adusque nuditatem, ne quicquam priorum affectuum aut prioris vitii adhæresceret. Ità exsufflandi iterato ritu, omnem se pectoribus improbitatem excutere, baptizando in os quasi Dæmonis, sed & Tyrannorum ac Judicum, expuente, in publicam insignis fastidii atque contemptus, pro Hebræorum more, significationem. Neque satis illa fuerunt, ut ab omni animi intemperie & contagionis labe daturos Christo nomen averterent. Spectabat eò quoque, præter immersionem totius corporis, extinguendæ ita cupiditati, etiam ex oleo inunctio, sacrorum Antistitibus quasi Aleiptis, & Prædtribis, detergendis jam fordibus quas ex communi naturæ lege accepissent, sed & componendis his deinceps Athleticis & Pammachis, in hoc Christianæ militiæ stadio, sub magno illo Epistatâ, ad quodcunque seu cum improbis voluptatibus, seu cum persequentium furoribus atque intentantium extrema, intrepidi & usque ad sanguinem sustinendi certaminis genus. Quò & signaculum Crucis, patibuli salutaris, insigne Christianorum militum, sed & futuræ crucis augurium, referri debet, fronte, ore, pectore, ut mentis, linguæ, & affectuum sede, consignandis. Pariliter cereis ordine longo accensis, præferendam esse sibi omnium virtutum facem; salivâ auribus & oculis & naribus admotâ, nonnisi divina ac cœlestia his fore sensibus haurienda; lactis autem & mellis prægustu infantari se Christo, sit Tertullianæ venia voci, tanquam illi primùm natos, lactandosque suavissimo jucundioris discipline succo; salis tandem injectione, sapientie illo & integritatis condiri omnia sua oportere, omnemque putredinem ac corruptionem prohiberi, veluti totidem emblematis ac picturis monebantur οἱ φαρμακοὶ. Quò etiam factum, ut recens à sacro fonte candida tinctorum cohors, albæ amictu, totâ hebdomade quâ voluntur omnes vitæ nostræ dies, indictam sibi in perpetuum candoris, sanctitatis, & puræ castæque mentis legem esse, palàm testaretur.

Ecce vobis, Αὐδῆτορες, ut quicquid faceret ad consecrandi Neophyti ritus ac cæremonias, collimaret ad hoc unum, ut perfectissimam posthac vitæ instituendæ

Zzzz

tuendæ

(f) In Vita Epiph.

tuendæ rationem incundam sibi esse cognoscerent, longè supra omnem vel Stoæ severitatem, vel Socraticæ sapientiæ larvam, vel Pythagoricæ disciplinæ continentiam! Et ista quidem in ipso introitu Christianæ seu scholæ, seu palæstræ. Ac nisi me argumenti ratio, atque expectatio vestra, ad alia modò invitarent, persequeretur sanè reliqua, undè omnem Christianismi indolem, certissimumque hunc indicem, (g) *Nemo Christianus malus est*, facile quivis complecteretur animo suo. Dicerem Sacramentum, quo se ad innocentiam pignoratâ salute obtringerent; Stationes, quibus velut in excubiis jugiter agerent; Jejunia, quibus se identidem inani ventre macerarent; Orationes, quas ad omnem aditum & exitum, ad lavacra, ad mensas, ad sedilia, ad aratra, ad textrinas, ad cubilia, ad inceptum omne funderent; Vigiliis, quibus se nocte concubiâ ad Dei laudes excitarent; Mystera, quibus frequenti commemoratione Dominicæ mortis, inter mutuos amplexus, tremebundi interessent; Agapas, fraternaque *suavitatis*, quibus ederent biberentque disciplinam; communes Mensas, quibus famelicis subvenirent; Fratrum & Sororum blandas appellationes, sed & casti amoris Oscula, quibus se invicem salutarent; aut etiam Deposita pietatis, quæ in remotissimas oras, quandoque ad centena millia nummum, Româ, Carthagine, Corintho submitterent, in commune omnia reputantes. Adderem præterea Dominicæ lucis inviolatam religionem, Sabbatorum *Sanctorum*, Festorum dierum sanctitatem, majestatem Conventuum, quibus vel nocturnâ pollutus cogitatione abstinent (h) Hieronymus, Læctionis sacræ, publicæ privatæque, reverentiam, Adhortationum Christianarum *patrum*, quas sedens nemo, stantes audirent universi, Precum calida ductaque ab imo suspiria, Intercessionum etiam pro inimicis pios affectus, Cationum atque Hymnorum Angelicos sonos modosque; tandem Lapsorum quorumvis, vel libellorum redemptione, aut concessâ legibus venire, ejectionem, ac Pœnitentium in publico supplicationes, quorum nec pudori, nec dignitati, nec lamentis, nec ultimæ patientiæ, sæpè nec supremis gemitibus, in ipso vitæ mortisque confinio, parceretur: & quis non, ex datis speciminibus, id ipsum quod apud (i) Cassiodorum Rex Athalaricus de professione Cleri Romani, *vitam quandam caelestem fuisse*, nec obnoxiam *mortalium votis*, aptaverit multo magis professioni Christianorum, quorum non tam mentes idearum otiosâ luce radiare, quàm pectora divini amoris ignibus, linguæ laudum ac precum incenso, manus pedesque pruritu quodam benè agendi, ac currendi subsidio jacentibus, inflammari cotidie cernerentur, nullâ Purpuræ vel in Helenis, Flaccillis, Eudociis, prærogativâ? Unum hoc rapiebat nulla dies, profuisse miseris, nec decrant unquam ægris medicamina, alimoniam pauperibus, auxilia egenis, peregrinis hospitales tesserae, viduis solatia, orphanis tutelæ, vincētis ministeria, captivis redemptiones, in mortuos verò suprema pietas, condendorum humo corporum, procul funerum ambitione, aut violati sepulchri sacrilegio, sollicitâ curâ. Quemadmodum nec abfuerit ab ignaris Catecheses, non à devotis revocandi in viam studia, non à Confessoribus facti animi ad extrema quæque subeunda, non denique à Martyribus coronæ, & annuæ festæque his laudationes decernendæ. Aded ut ipse Julianus Apostata, tot charitates à Galilæis suis exercitas vel invitatus ringensque suspiciens, permiscere (k) Gentilium impietati, & in refertam flagitiis scenam traducere externâ ac mimicâ specie, cogitaret. Mutuatis etiam à Christianis non pauca, quibus severiorem Philosophiam exprimerent, Apollonio, Epicteto, Plutarcho, M. Aurelio, Peregrino, Armonio, Plotino, Hierocle, Porphyrio, Numenio,

(g) Athenag. Legat. (h) Contr. Vigil. T. II. (i) Cassiod. L. VIII. Ep. XLIV. (k) Naz. Orat. III. in Jul.

Jamblichio, Simplicio, Symmacho, fortè & L. Annæo Senecâ, quem (l) Tertullianus *sæpè nostrum* appellavit, Quæsturâ jam sub Cajo perfunctum, quo tempore Christi disciplina, nedum sub Claudio & Nerone, Romæ percrebesceret. Sed verò has omnes *divinitus* ut proprium quid sibi Christiana religio, & supra omnes alias eximium, vendicavit potiori jure, quàm suos sibi equos Thessali, aut foeminas Lacedæmonii, aut viros Siculi, ipsâ Pythii Apollinis voce omnibus reliquis, ubicunque terrarum essent, præcellentes.

Verum enimverò quo facta est ætate adultior Ecclesia, quo aut locis diffusior reddita, aut otio seignior, aut dignitatibus fulgentior, aut affusis opibus abundantior, hoc magis contraxit vitium sæculi, & quod omnium propemodum fuit in ipsâ quasi Ecclesiæ infantia, ad paucos tùm rediit, qui Christianis quas dixi virtutibus coruscarent. Quemadmodum crescentibus filiis atteritur mater, sic multiplicatis Fidei populis (nec mea hæc verba creditote (m)) sensim attritus atque imminutus fuit matris Ecclesiæ vigor, per *filiis dolorum*, factaque est profectu suæ fecunditatis viribus infirmior. Quanto nempe aut divitiis major, aut multitudine ditior, tanto evasit virtutibus minor, & egentior devotione, in se major & in se minor, crescens simul & decrescens, inaudito genere processus recessusque. Trita sanè & oppressa semper surrexit lætior, aut rebus plerumque fracta secundis fuit, lascivientibus ex copiâ otioque animis. Crevere cum pace pacis mala, ac profligatâ simplicitate, quæ Christianum distingueret, successit in vultu simulatio, in corde dolus, in verbis fallacia, in affectibus gloriæ vel auri non sacra fames, sed profana sitis, quæ sacris non tam Officiis quàm Beneficiis inhiatum fuit. Ac quotiescunque mecum reputo alta nefandaque, quia ab interno hoste, Ecclesiæ vulnera. & pristinæ innocentie labem pervasuram à *Dane ad Beersebab*, atque in loca universa ac spatia temporum diffundendam, propè est ut periisse tùm rationem sanctissimi Nominis penè omnem mihi persuadeam, ac reliquisse terras Christi Spiritum & afflatum, rediturum postliminio, instar vasis illius (n) Petrini cælo demissi, in idem cælum undè venerat, quia contumeliosè ac frustra habitum.

Perreptanti verò mihi atque evolventi priorum temporum Annales, gravius nihil evenisse Ecclesiæ ac luctuosius apparet, quàm ex quo mixta jurgiis atque diffidiis, aut divulsa discerptaque sententiis adversis fuit. Invulnerabilem ab externo hoste Fidem esse, patientia constantiaque Martyrum, quibus insanæ veluti turbæ nec laqueos deesse, nec precipitia, cavillati Judices, abundè docuerunt. Posteaquam verò, interea dum Hannibal portis immineret, intestinis semet odiis Duces exercere, dum permisâ rate saxi, & venti, & fluctibus, vectores in se ipsos grassari, ruereque in perniciem mutuam ceperunt, nihil mirandum est, si ludos hostibus fecit Christianum nomen, aut si allisâ multotiens Christi Navicula, dudum merâ profundo fuisset, ni excitatus subinde Jesus, bonorum clamoribus, succurrisset conclamatæ desperatæque rei. Non equidem diffiteor, natus propemodum cum Ecclesiâ lites esse, forsitan nonnisi cum Ecclesiâ morituras, ut de literis quondam Varro, secum natis secum & morituris. Enimverò in ipsum penè Dei Sacramentum, in ipsam familiam Apostolorum, visâ est gliscere ad certamen invidia, commissis Paulis & Barnabis, quinimò Petris & Paulis, eâ quidem animorum contentione, ut in acerba vocum locorumque divortium dissensio erumperet. Et interjecto vix seculo, obscurasse splendidissimas Ecclesiæ faces, Polycratem Ephesium & Victorem Romanum, nec multo postea Stephanum & Cyprianum, quanta Deus bone nomina! nubeculam humanorum affectuum, Pelidis cedere nesciis, quicquid

(l) De Animâ, C. xx. (m) Salv. de Avâr. init. (n) A&. x.

quid isti aliàs exæstuant charitatis ignibus, celeres etiam fundere pro Christo sanguinem, obvia res est in primæ ætatis Monumentis. Sed quæcunque hæc tùm fuerit incurfio animorum, ut etiam ab Oriente Romam delegatos prohiberet Stephanus colloquio, tecto, hospitio, mox hæc tamen inimicitia posita; quia nonnisi de consuetudine Ecclesiarum, nondum de Doctrinæ apicibus, & ingenii vel acuminis laude, litigatum. Quo factum, ut illibatam virginitatis florem servasse Ecclesiam Eusebius aliique pronunciarint, donec polluerunt improba studia, & otiosa contemplationum, circa ἀπειθαρχίαν τὸ θεῖον, & adoranda summâ religione, non stupranda, uti factum per Sabellios, Paulos, Arios; Nestorios, Eutychetes, fidei nostræ Sacramenta. O si infausta Nominum nescivisset Orbis, nec temerata fuisset fidei simplicitas, nec novi tibicinis, aut novæ lucis obtentu, nefariè sollicitata! Quantum fuisset præcisum bellorum, laborumque qui Orbem utrumque, perpetuâ deinceps Seculorum serie, fatigarunt! Quantum malarum artium, & irarum, & armati furoris, inæstantis certè præcordiis bilis! quæ semel inflammata nullis Principum imperiis, nullis Synodorum judiciis decretivæ, mitescere ac deservere potuit. Uique adeo ut in eâ Conventuum Synodalium frequentia, post natum Arium, nullius se exitum felicem unquam observasse, exasperando veriùs quàm leniendo malo, (a) Nazianzenus scriptum reliquerit. Sed quantillis initiis, AUDITORES, si ad primos bellorum motus affurgimus, Lernæ malorum pestes propagatæ! Tenuis ut plurimum & quasi (b) palmaris nubecula, sensim ac successivis auctibus circumfusa universo Ecclesiæ cœlo, & in atros turbines convertenda. Guttatim primò stillavere in legentium vel audientium animos, quæ speciem habuerunt subtilitatis, mox torrente toto, vel rapido quasi flumine, exundatura per Ecclesiarum agros. Principio Quæstionum minutia, velut arenulæ, quas mox in acervos, acervos in colles, colles in montes, nullis machinis dimovendos, attolli dixisses. Ità ex quo de summâ existimationis & fortunarum agi creditum, abitura fuere minima, si salutis momenta rectè libramus, in summam Christianæ rei. Et quoties in ipsas retrò Hæresium & Schismatum origines contemplatione feror, quibus postea Ecclesiæ tota moles, concussa ingentibus motibus, contremuit, nunquam impetrare à me possum ut credam, tanti visas esse horum motuum Authoribus causas. Tantine erat, amabo vos, impetuisse τὸ ὁμοίσιον, & incurfasse adversâ fronte in primam atque augustissimam Synodum, dùm in tot contraria ipsi illi studia, pugnantesque Formulas, scinderentur? Tanti fortè, sollicitasse receptas vovelas ἰσοστάσεις, vel ὁμοίους, invidiosissimum in sensum raptandas? Tanti, ejus quem Dei-Virum, vel Hominem-Deum faterentur, permiscuisse Naturas primò, Voluntates postea? aut solio deturbasse Gratiam, Idolo arbitrii humani substituto? aut placari nescivisse tot annorum, quin seculorum decursu, vel Origenis, vel Johannis manibus? aut damnasse Tria Capitula, trium Virorum, qui pridem in pace Ecclesiæ obdormivissent, scripta quædam? aut modum Processionis, vexato τῇ Filioque, scrupulosius explorasse? aut Eucharistiam negasse Christi morientis relictam nobis Imaginem? aut Simulachra, quæ ipso cultu in Idola verterentur, tantis restituisse furoribus? aut denique illud Corpus, quod gloriosè adscriptum cœlo fuisse omnis Ecclesia profiteretur, ipsi in cœlo esse vix sibi quandoque persuaderent Erigenæ aut Berengarii Judices, deduxisse ad pauculas voces, & Sacrificulorum nutum, in Altarium myriadas, misisseque in ora impura manducantium? Sunt tamen præcipuè ea Capita, quæ, ob lentum virus primò levia, in carcinoma tandem vitalia exedens desierunt. Hæc sunt quæ hognes Euangelicos conflarunt in districtos enses, quæ amantium scholas in arenas gladiatorum, Tempa in Amphitheatra, Ministros pacis in Feciales, in tubas, in flabella bellorum commutarunt, pensî habitura

(a) Epist. lv. ad Procop. (b) 1. Reg. xviii. 34.

nihil modò conciderent fratres in optimâ sæpè causa, & caneretur, Jo triumphè! Mihi istud credite, AUDITORES, fuisse totiens novæ sapientiæ obtentum nonnisi pro mantelo subdolis Propolarum artibus; magna Diana honorem privatis modò commodis prætextum; & errorum propulsione velata fuisse ut plurimum odia personarum. Veritas quâ adducti videbantur umbra quædam fuit, dùm corpus ipsum ex invidia & fastu compactum apparere Pii zeli, aut ignis cœlo accensi, speciem quandam habuit ignis verè extraneus improborum affectuum. Ac sæpè violatæ ultimæ Christi voluntatis, & rescissi Testamenti, per eos accusatio nata est, qui Tabulas suas, ac cerebri sui fœcuras, sacrilego ausu substitutas voluerunt.

Æmulationem Schismatum matrem prudenter dixit (a) Tertullianus, non illam alienæ virtutis, absque quo stimulo nec cum Miltiade Themistocles, nec cum Alexandro certaturus Cæsar, ad fastigium illud laudis pervenissent, sed æmulationem alienæ gloriæ & fortunæ, dum aut pares ferre aut superiores mens ambitiosa nescit. Quod cœstrum semel infixum ubi cœripuit ac percivit animos, hæc ubi ærugo semel incessit, aut flamma medullas pervasit, fieri aliter nequit quin in acerbis ægri tudines, in lividos affectus, & funesta post fumum incendia, res tandem erumpat. Rari Moses, iis igniculis charitatis accensi, ut parem aliis gratiæ usuram, si non majorem, apprehenderent! Rari Jonathan, qui cum magno suo dispendio, sine ullâ oculorum vel animi tabe, surgere Davides ad eum gradum honoris laudisque cernunt, quem statuere sibi jura omnia divina atque humana videbantur. Benedixisti mihi, fuit aliquando vox Viri Dei, sed illi maledixerunt! Satis est ad odium Fratris, si auctior fuerit Talentorum numerus; si acceptius munus Abelis; si flagrantior Josephi alicujus gratia; si, ad modum fœcundioris Leæ, amplior uberiorque extet alteri laborum suorum fructus; si acclamantium vel applaudientium vocibus efferatur supra Saulem David aliquis, vel si in inferiore natu, fortè ganeâ aut luxu olim decoctorem, sed retrò sapientem, effundatur plus justo opinione nostrâ largus ac munificus Parentis animus. Hinc queritantium illæ voces: mecumne conferri Ulysses! in secundis me vel tertiis consistere, ætate aut meritis potiorum! ferri in istum vota plaususque vulgi, decerni honores, conferri beneficia, præmia statui, nomen famamque propagari! Nec mora, hoc succo loliginis semel imbutâ mente, quid reliquum est, nisi ut quem oderit fratrem hunc perisse exoptet, ejus modò in doctrinam, modò in personam invadat, omniaque etiam innocuè vel dicta vel facta, etiam insomnia amati Josephi, in suspicionis, hinc delationis argumentum rapiat? Estque æmulationis verè tabes intar confectarum macie vaccarum, in viso Pharaonis, quæ pinguescentes degluberent, adeo ista omnem honoris, conscientia, & æquitatis rationem devorare atque opprimere semper visa est, hoc uno æqua, quod miseros postremò exedit ipsa atque exenterat. Cumque unus raro sufficit deturbando qui est stabili gradu, hinc conspirationum fœdera, hinc in unum Paulum quadraginta conjurati, in unum Athanasium vel Nazianzenum, vel Chrysostomum, junctæ irruentium æmulorum phalanges, uti in unum Samsonem, etiam incautum & sopitum, glomeratæ Philistæorum turmæ, quæ opprimant.

Æmulationum mater præsumptio, amor ille nostri quo idem omnes fallimur, primum illud virus quod serpens antiquus πρωτοπλάσων animis infudit, aut telum quo primò hominem percudit. Μισαθρόπης sanè aliquot exhibuit vetustas, μισάντης opinor nullos. Et quanto magis ad humilitatem & abjectum sui sensum Christus suos composuit, individuum divini amoris comitem, ut quum maximè forent sapientes, fortunati, nobiles, tum maximè æquo animo bona sua ferre, ac se noscere intelligerentur, tanto elatioribus animis in contrarium nixa est degener posteritas. Quo magis pietate fuerunt

Zzzz 2

va.

(a) De Papt. C. xvii.

vacuae mentes, hoc illæ ferocius caput erigere, ac supercilium tollere, quo minùs igne charitatis succensæ, hoc plus fumi exhibere; & quo plus jacuere homi imbelles animæ, hoc magis diebus ac noctibus fatagere si quâ se tollere ratione possent, ac digito monstrari. Si in quibus verò ingenii & doctrinæ aliqua mediocritas fuit, eniti jam in hoc unum totis viribus, ut penes ipsos esse regnum eruditionis & sapientiæ crederetur. Utinam, quod de Poëtis & Oratoribus (a) Tullius, neminem fuisse qui sibi non optimus videretur, *te tua, mea non delectant; nil ego parvum, aut humile, aut mortale loquor*; vel quod de Callisthene (b) Arrianus, Alexandrum ejusque facta se & scriptis suis inferiora prædicasse, quamquam ille ipse (c) Arrianus, dum istoeum memoriam transmitteret ad posteros, tam inter primos se Scriptores, quam censendus esset inter Duces Alexander, utinam hac ipsâ philantiæ vertigine, his suorum phantasmatum illusionibus, non acti fuissent, hinc & de statu suo deturbandi, Viri Theologi! Multi isti quidem de propriæ gloriæ contemptu, specie humilitatis, *poliisco artificio* dixisset (d) Nazianzenus, sed vanâ mente gloriati, velut Roscii in scenâ, aut Personæ in theatro, latebras petentes ut quærantur. Nec defuit unquam mehercle, vel conscientia, vel veritatis, vel existimationis larva, seu pandenda fuere nova mysteria, seu reducendi scilicet in viam fratres, dum reapse id agebatur, ut aut temeraretur concordia, & inflarentur à vento gravidis classica, aut certè acumen pessimâ impetigine, ac præpostero famæ studio, commendaretur. Nunquam non ab indulturis vel ingenio suo vel affectui, ac velificaturis gloriæ propriæ, ingeminatum est nomen Veritatis; nunquam non ambitioni zelus, offensionis defensio, sceleri religio, ac privato compendio publicum illud vel Causæ, vel Ecclesiæ, instar velaminis obductum fuit. Et postquam huic Divæ semel litatus, & signo dato decretum fuit ire in partes, vel erigere sibi ipsi Monumentum ære ac saxo perennius, nulla jam superfuere repagula, nullæ machinæ, quibus sisteretur impetus, aut cohiberentur calentes animi: Cum primis quando cum isthoc genere ingeniorum conflictata Ecclesia fuit, quorum ut vis ignea, ignei spiritus, qualia ut plurimum ingenia Græcorum, ita flammam semel incensam latè grassari necesse fuit, atque oriri bella Punicis aut Peloponnesiis longè diuturniora.

Nec aliâ origine quam hoc sui unius studio, & vanissimæ gloriæ aucupio, mala Ecclesiæ pestis proserpsit, prompta in assentationem ingenia. Artem captandi laborantium gratiam, ac suffurandi benevolentiam verborum lenimentis, non prohibuit quidem Medicorum filiis (e) Cœus senex, benè suis Christus. Non aliud quippiam inimicum magis hujus disciplinæ fuit, quam fallax species blandis frontibus inducta. Et quod de infornato rursùm (f) Callisthene Historicus, haudquam factum fuisse ad aulæ & assentantium ingenium, id ipsum non modò in nascente omni Ecclesiâ, & intrepidis Confessorum animis, sed deinceps quoque in Athanasio Alexandrino, in Nazianzeno Gregorio, in Basilio Cæsariensi, in Johanne Constantinopolitano, atque id genus Heroibus, asperius quandoque & Aulas, & (g) studiosos sui, nullo discrimine habito, tractare visis, suspexit Antiquitas. Supremus illis nequitia modus fuit, servire Christo & scenæ vel tempori, histrioniam quandam facere in sacrario, & tum maximè fallere, quum tota est in vultu simplicitas. Ità dum se imperantium moribus accommodarunt, fuitque placendi una cura vernili adulatione, ac promovendi strenuè rem suam, factum est ut non vitii modò indulgerent, laudarentque culpanda, vel certè dissimularent, sed etiam errores aut adoptarent, aut promoverent primarum sedium Episcopi, frequenter ex Doctoribus Seduciores, ex (h) Theologis Aretalogi, & ex Patriarchis Ecclesia

(a) Tusc. quest. L. v. (b) Arr. L. iv. (c) L. i. p. 13. (d) Orat. xxvii. (e) Hipp. Παράγγιλ. ix. (f) Curt. L. viii. (g) Naz. Orat. xxvii. (h) V. Orat. Auth. de Præf. Theol.

rum evasuri hæresedn aut malorum Exarchi. Quales vel in unâ Constantinopoli, sub Constantio Eusebio, hinc Macedonius, sub Valente Eudoxius, sub Theodoro Nestorius, & in proximo Dioscorus, sub Zenone Acacius, sub Heraclio Sergius, sub Irene Tarasius, sub Theodorâ Methodius vel Ignatius alter, instauratores Imaginum. Undè ad confluentes in Urbem Regiam Episcopos, prudenter discessurus Epiphanius, relinquere se illis quod quærent, (a) Palatium, Urbem, Theatrum.

Replicate memoriam Annalium, Auditoris, nec erunt amplius in obscuro afflictæ tot intestinis moribus, tot Hæresibus infectæ, tot distractæ Schismatis, tot fraternis odiis cruentatæ Ecclesiæ, latentes ut plurimum intrâ præcordia, sed hoc ipso graviores causæ. Valentinum Aeonum illum, & Siges, & Bythi, & Nons, & Aletheias, & ex his Logi, aut etiam mystoriosi Alogi cum Basilde absurdissimum patrem, quid putaretis induxisse ad hæc somniorum portenta? Discotis ex (b) Tertulliano, ambitio videlicet Episcopatus, hinc æmulatio, ac indignatio tandem, quâ se convertit ad expugnandam veritatem. Nisi in Cerdonem, in Marcionem, & turbones alios, obstrictos compertosque scelerum, animadvertisset Ecclesiæ disciplina, impatientes læsæ existimationis, ferreque infamiam noscios, nunquam illi ore blasphemio, *Satana* quasi *primogeniti*, eructassent de Operibus universi, de Deo, de Christo, de Lego, de Novissimis, impia ac portentosa. Non ipsum modò *ὁ πῦρ φρυγίας* Montanum, undè Cataphrygos, Prophetiæ charismate & Paracleti afflatu sese efforentem, ed furoris prolapsus esse ex immodicâ primatus cupiditate, *ἀμέτερον Ἐπιθυμίας φιλοπρωτείας*, retulit (c) Cæsariensis Eusebius; sed & suspicati sunt Viri graves ipsummet Tertullianum, quamvis abjectâ togâ, & pallio assumpto, atque ipsâ frontis severitate, à typho seculi abhorrentem, hoc uno descivisse ad turbam lymphaticorum, quod sede Carthaginensi quam spe jam devorasset, repulsam passus, sese excidisse infromeret. Nunquam sustulissent in Cyprianum infelicia belli signa Felicissimus & Novatus, Africanæ sedis ille Diaconus hic Presbyter, nunquam in Cornelium Romanum Novatianus, in vaso Urbis Episcopatu; sed nec in Cœcilianum Carthaginensem Donatus cum suis, falso ejus *traditionis* obtentu, cuius ipsi se reos paulò antè (d) Cirtensi Numidiæ Synodo prodidissent, & à quibus Novatianorum & Donatistarum ferale pegma, nisi hæc gloriæ animalia, turbandi avida, audendum aliquid esse putavissent, dignum quidem Gyaris, sed quo tamen sibi nomen sectamque conderent, ac vindictâ, qualem Christus nunquam exercuit, sibi jucundius nihil esse palàm facerent. Non Divinam Christi Naturam expungere Samosatenus induxisset animum, nisi quo ille factu intumuit, ut primus sibi (e) Thronum in Antiochenâ sede sublimaret, aucupatus esset vanissimo ambitu Zenobiæ Reginæ gratiam, magnanimæ foemina, ac latè terrarum Victricis, quam abhorrebat à Christiano dogmate, Cruciarum scilicet divinitate, cognosceret. Ità postquam Ecclesiæ Alexandrinæ administratione fraudatum se credidit Arius, suffensus nimium vanâ æstimatione sui, nec ferens amplius livoris impetum, dico verbis (f) Theodoretæ, accessitque Arius qui animos adderet & vires, pari æmulationis stimulo permotus, Eusebius Nicomediensis, à Cæsariensi utroque Palæstino & Cappadoce, ab Emeseno, Samosateno, & Vercellensi, longè diversus, quantæ ex his scintillis flammæ, ex flammis incensiones, latè per omnes Christiani orbis plagas propagandæ, nec restinguendæ in hunc diem, post inductam tot Ecclesiis ac Provinciis vastitatem. Pariter, si qua fides est Ecclesiæ monumentis, non aliundè sese Melitius Anii partibus adjunxit, quam quod Alexandrino Præsuli, qui gradu perdidit

(a) Sozom. L. viii. C. xv. (b) Adv. Valent. C. iv. (c) Euseb. Hist. L. v. C. xvi. (d) Aug. c. Crescon. L. iii. Cont. T. I. (e) T. i. col. 895. (f) Hist. L. i. C. 11.

movisset, malè invideret. Non aliundè Apollinaris errorem supra commentus est, quàm ex rancore quodam mentis, postquam à Theodoto & Georgio Laodicenis, ob familiarem nimis cum Epiphaniò Sophistâ consuetudinem, ejectus esset, fretus insuper seculari eruditione, ac dicendi facultate, quâ valuit eximia. Non aliundè secessurus, inveniãt alias sub Constantio animi & scriptis & factis, Calaritanus Lucifer, quàm ex similitudine inter ipsum & Eusebium Vercollensem, æquiores hunc in Melitium Antiochenum, fortè natâ. Non ante Audius Melopotamius in Ichisma primò, inde in errorem cum suis inductus est, certè in contentione studium de corporeâ Imagine Conditoris, quàm ex quo indignum in modum à clero suo habitus, vadimonium deseruit. Non aliundè Theophilus & ipse Alexandrinus assertores Dei corpori suo patrocinio complexus est, quàm ex conceptis inimicitias in Isidorum Presbyterum, in Ammonium, in Dioscorum, in Origenistas alios, qui plurimum sibi amorem favoremque conciliaissent. Non aliundè Johannes Antiochenus in Nestorii primò partes concessurus fuit, quàm ex adverso in Cyrillum Alexandrinum, anathematizans suis præcipitem nimium, studio. Non aliundè Eutychetis defensor ad furorè Dioscorus, in Ægypto post Cyrillum Primas, quàm ex odio Flaviani Constantinopolitani, postquam displicere hujus causam primis in Urbe Diis cognovit, quibus assentari omnia sibi imperasset. Quin ipsum Priscillianum Abilæ Episcopum, æquiora fortè sentientem, audiisse tum demum impiæ familiæ in Hispaniis patrem, postquam Coepiscoporum quorundam factione opprimendus fuit, ex (g) Hieronymo haud obscure colligimus.

Nec in Hæreses tantum, sed quoque in teterriam odii & probrosæ maledicentiæ fœdissimam sanie, erupit hæc mentium ærugo, & vomica quædam animorum, quâ factum ut non jam de ultimâ fecerit homines, sed uti quondam Athenis Themistocles & Aristides, Demosthenes & Æschines, ita etiam Viri in Ecclesiis principes & præcipua decora, discindi odiis atque inimicitias observarentur. Undè primò dilatum proficissimumque incomparabilis Origenis nomen, nullis vigiliis, incedit nullâ, nullis frangendi pro Christo laboribus, vos quidem existimatis? Factum ex latente quodam ulcere intra Demetrii Alexandrini pectus, marcescentis Origenis famâ, quæ & Mammæas, & Plotinos, & Porphyrios, excitavit ad videndi audiendive cupiditatem, atque hinc gravis illa acerbioris Demetrii in Adamantium, tum in faventes illi Palæstinos, censura, applausuris universis quos tantæ existimationis urebat æmulatio. Nec conquievit hic post fata livor, aut intrâ unius seculi furores sese continuit, lacerandis etiam per Hieronymos, Epiphanius, Theophilos, sed ex quodam in Johannem Hierosolymitanum, in Ruffinum, in Chrysostomum, in alios affectu, quali & circumventus postea Justinianus fuit, quotquot de Origenis laboribus, doctrinâ, pietate, quin & salute, æquius opinarentur. Deum immortalem! quàm perdita profligataque judicium Eusebii utriusque, & totius penè Orientis, in Athanasium Alexandriæ, hinc in Eustathium Antiochiæ Præsules, nec longè postea in Gregorium admovendum Byzantiæ sedi, postulandos nefandorum seclerum, perduellionis, sanguinis, sacrilegii, stupri, aut (g) lecti alieni concupiti, ut etiam Filios dùm nescirent, invenirent! Quanti motus advertus Cyrillum, mox & Juvenalem, Hierosolymorum Antistites, facturis præcipue Acacio Cæsariensi & Maximo Antiocheno, propter habitam illi sedi, ut patri Christiani nominis, à Nicænis patribus reverentiam! Quàm graves iræ inter Sedis ejusdem aut procos aut rivales, putate modò Damasum & Ursicinum, vel Paulinum & Flavianum, vel Bassianum & Stephanum, dùm illi de Romano, isti de Antiocheno Episcopatu, postremi de Ephesino, ut sæpè alias, decertarent! Sed quàm implacabile odium, Epiphani cum primis & Alexandrini Theophili, in optimum Chrysostomum, os illud aureum,

(f) Hier. Catal. in Priscill. (g) Naz. Orat. XVII.

affluensque omni lepore & amoenitate, sed dicere blanditias nescium, hinc tot impetuum telis, tot læcessum injuriis, neque antè explendâ libidine, quàm sede Byzantinâ pulvis Johannes, & fractus malis atque ærumnis confectus, longoque exilio maceratus, vices tandem mortalitatis explet. Non etiam remissuris odiis, donec triginta annorum bello fatigatus ob unum Johannem Oriens, inducente Theodosio Juniore, erga sanctissimum nomen, compositaque in Domino reliquias, mitigaretur. Quàm denique, nec enim finis exemplorum foret, diuturnâ ac multiplici invidiâ deflagavit unus Basilii Cæsariensis, non tam nomine, quam animis, & factis, & scriptis verè Regius, sed & eloqui majestate, ut hinc dictionis quidam qui abduceret Vortex, aut qui suo impetu affectus raperet Turbo, aut quod mentes percelleret Fulmen, dictus habitusque legatur. Nec causâ jam alia vestiganda est, cur modò Eusebius Capadociæ Primas, modò æmuli tantæ virtutis Episcopi reliqui, modò Anthimus affectato in eadem Provinciâ Metropoleôs jure, modò Theodorus Armeniæ primas, invidens Sebastienis sui Primatis apud Cæsariensem nostrum gratiæ, modò Nyssenus germanus ipse Basilii, sed impari jugo, erumperent, in factionum studia, aut protervas accusationes, impatente rixarum omnium Basilii, hinc cessuro invidiæ & ambitioni, causæ & conscientiæ decessuro nunquam.

Verbo dicam, AUDITORES, redeunti mihi in præterita omnia, ac cum animo meo versanti, ut Religionis regnum sæpè nimis tenuerint

Spes, ira, cupido,

Turbo, metus,

cogitanti, ut Christianam Ecclesiam resperlerint fœdo cruore Filii pacis, ex quo conversa sensim in amplissimas dignitates Ecclesiæ ministeria, factique sunt ad Hierarchy imperium & honorum aucupia gradus, pependenti, ut factionibus, vi, impetu, raptâ fuerint Fratrum & Antistitum studia, plerumque luiturâ simplicitate, ut avaritiæ sæpè sordes veritatis splendidissimum lumen obscurariat, accensa ac continuata cupiditas largo ubereque proventu, ex profusionibus immodicis Principum, & prodigâ credulitate Populorum; ut postea, invalescente tyrannide, properarint Româ Constantinopolim anathemata sub Felicibus, Pelagiis, Gregoriis, Nicolais, Adrianis, Leonibus, donec tandem fracta intestinis odiis Ecclesia, mox barathro ignorantiae ac superstitionum, ope Cucullatæ gentis, velut absorbenda, quemadmodum Charitatis sic Veritatis triste naufragium univèrsa propemodum faceret; ignoscite falso, & aliquantulum indulgete, si vix mihi à lacrimis, nequitiam certè ab acerbissimo animi sensu tempero, & si dubiam penè mentem trahit atrox illa cogitatio, nec adhæsurâ tamen, nùm ad clavum sederit Numen, nùm dormiverit celo Christus, aut num errore is quodam falsus ac decoptus, qualiter ferè ad Jacobum attonitus Joseph, *Non oportet ita mi Pater!* Equidem mirari aliquatenus desino, si caro subinde hæreat, si exultet impius, si cavilletur Atheus, si ingemiscant boni, & si detrectant Extranei, ut de Americanis fertur Hispanorum ferociâ percussis, libere illud cœcum, in quod immites Animæ recipere, dicturi aliquando, *ne sit anima mea cum Christianis!* Et quis non hodieque illorum qui extrâ positi res nostras intuentur, turbatis illis aquis Jordanis, aut Sionis fontibus felle & aceto mixtis, portiores duceret (g) Damasconas aquas, fluvios Abana & Parpar? Quem juvaret sequi importunos viæ duces, qui quam eligas tutè semitam, quâ securius grasseris viâ ad immortalitatem, ipsi inter sese digladiantur? Aut quis magnoperè gestiret pullare ea limina, aut ingredi in illud sacrarium, in cujus aditu nonnisi rutilantes vibrantesque flammæ, & Cherubinos hastâ vel gladio armatos, conspiceretur?

Ah! *ne indicaretur Gabi, ne differretur per vias Ascalonis!*

ZZZZ 3

(b) 2 Reg. v. 13.

Et quàm ego vellem huic non tam invidiæ quàm infamiæ Christiani, utinàm nec Reformati, nominis velum obtendi posse vel siparium! Aut esse mihi amplum fati paludamentum, quale Magni olim Constantini, quo operiri tanquam velamine possem, quæ in publico velut Orbis theatro omnium oculis exposita, nostrisque penè frontibus ac liminaribus præscripta, dissimulari nec possunt nec debent! O si mihi omnia corporis membra verterentur in linguas, ac si differri in omnes oras, quâ latè patet Protestans Orbis, nostra lamenta ac suspiria possent! Saltem si quâ medicinâ, quam admittit rarò mali pertinacia, totum jam corpus pervagati, adesse possem auxiliator laboranti etiam nunc hodiè Ecclesiæ, ejusque sistere præceps quasi fatum, ex contractâ non unâ labe, quales aut videmus universi aut sentimus, & quæ felicitatem Ecclesiæ ac triumphum solæ remorantur! (a) *Hebraeus sum*, sic aliquando meticulosus profugusque Jonas, quo solo nomine religionem summi Numinis testabatur. Fuerunt, sed prò dolor! fuerunt ea tempora, quibus dixisse satis erat, ut hoc ipso fides pietasque constarent, quemadmodum olim *Christianus sum*, ita etiam Reformatus sum, nec tales *nati*, sed *facti*, ut cum Septimio loquar. Accidit tum accusatoribus fide divitis ac charitate ferventis Ecclesiæ, ut solius nominis ac sectæ rei haberemur, & extorqueret majorum nostrorum innocentia, quum etiam ad rogos, ad furcas agerentur, ingenuas Romani Judicis voces, (b) *Crimen* in hominibus istis *deprehendo nullum*, vel quas emiserunt de Hebræis (c) *Babylonii*, Hoc uno, ô *Rex*, isti perduelles, quod *Deos suos non adorant!* Non est equidem, immortalis beneficio Numinis, facta degener & majoribus Fides, quæ ejuratâ unius Hominis servitute, abjecto rerum creaturarum cultu, histrioniâ ab Ecclesiis Christi eliminatâ, larvâ personatis Curiis, dum Bacchanalia viverent, detractâ, sed & supercilio hominum depressio, qui Deum ad pares calculos vocarent, jussit spes omnes defigere in unam de Cruce Victimam, unamque Dei eligentis, vocantis, ac sustentantis, Gratiâ, pari cum studio se totos illi consecrandi cui deberent omnia sua. Sed quæ ab auro defæcatissimarum mentium tota cœperat Imago hæc quædam Reformationis, manibus pedibusque (d) *in æs, in ferrum*, civilium nempè motuum bellorumque instrumenta, desinere visa est, nec ruitura tamen, quia Dei non hominum opus. Quod res est dicendum, *AUDITORES*, nam *ex eo justus quisque esse incipit, ubi sui accusator existens*. Dùm suas ostentat, vanâ quidem sed magnâ tamen specie, Religionis Roma, Basilicarum pompam, Altarium majestatem, Sacrificiorum solemniam, devota in Divos studia, ambarvalia Processionum sacra, austera Jejuniorum, Confessionum aut Votorum vincula; dùm in iis, qui à Protestantibus discesserunt, magna quandoque adparet in vultu gravitas, in habitu modestia, in vestitu simplicitas, in verbis parsimonia, in contractibus fides, & in officia mutua promptitudo; mirumne sacrorum nostrorum amplexu illos etiam prohiberi, qui veritatis rationem nobis haud omnem abjudicant? Annon offendant jure merito, præter externum illud in re omni divinâ ac glaciale propemodum frigus, nullis apud nos cultuum ac religionum quæ sensus afficiant illecebris, præter signata illa frontibus odia, & prorumpentes quotidie in aciem Cadmeos fratres, ita cognitionis sanè plurimum, sanctitatis dilectionisve parum, dùm ingenio & doctrinâ omnes, pietate ac patientiâ rari certamus? Prò dementiam! putabimus nos rationes vitæ nostræ rectè duxisse, si faciendorum immemores, & plerumque incumbentis mœnibus hostis, ac paratissimi exitii, certè imminentis fati, consenuerimus in indagazione veri, frequenter nimis cum incauto Archimede dùm totus in eo esset si fortè

Jura poli regnumque Deorum
transferreret quasi arte suâ, contemplando opprimendi.

(a) Jon. 2. 9. (b) Luc. XXI. 14. (c) Dan. II. 12.
(d) Dan. II. 32. 33.

Prò degeneres parentibus natos! talentum nos rectè collocasse censebimus, ac sœnus fecisse Domino, vel servasse Christi morientis depositum, ultimæ quasi voluntatis Tabulis *pacem* dilectionemque suis relinquentis, si de amore, de conscientia, de mutuis in rem Christianam officiis, de ponendis apud Deum calculis, aut non omnino, aut oscitanter, de cognitionis verò, & scientiæ, & inanium profectuum laude, de arcanis temporum, de methodi *ἀρετῆς*, & acuminis vel inventorum gloria, unicè solliciti vixerimus? Hæreo etiam, unquamne, non jam à renatâ Ecclesiâ, sed & à nato Christianismo, eoque ventum lasciviæ fuerit, per turgidula propriæ sapientiæ succo ingenia, quibus nihil impervium humanæ Rationi censeretur, nihil in Religione certum, nisi quod sibi opinione suâ fingunt, aut cum ideis suis componunt. O tempora! Dei effata ad perceptionis humanæ Tribunal deinceps rapi! Christianorum illud ab *αὐτοῦ πνεύματος*, paribus cum Juliano scommatis, confodi? Sublimia mysteriorum, quibus nullum cum naturâ aut terrâ commercium est, ad conceptuum cujusque Lydium lapidem explorari? Divina ex humanis, æterna ex fluxis, incorporea ex materiæ conditione, in his affectuum ac præjudiciorum nebulis, sed & mentium angustis, æstimari? Aut adspici oculo Philosophico, quæ nonnisi illo fidei, & amoris, & Angelicæ contemplationis pervidentur? Quin redit imago ignorantia illorum, sed minùs tùm pervicacis, moxque certo experimento profligatæ, qui ad Paulum Apostolum quondam, (a) *an etiam esset Spiritus S. nequidem se cognoscere* profiterentur. Quo tamen lumine prudenter (b) *Renatæ Philosophiæ* parens certius nullum esse pronunciat, hoc experimento nullum evidentius, & quod intrinseco sui sensu magis pectora perfunderet. Hoc certè Tubo non alius est qui oculorum aciem altius dirigat, inferatque in ipsam sedem Æternitatis. Hæc fidei Machinâ, transferre etiam montes aptâ natâ, nulla unquam Syracusii scnis majorem exprimere admirationem debuit, quicquid ille non Naves modò hostiles machinis suis primò suspendere, hinc subductis instrumentis mole suâ in profundam maris voraginem præcipitare, sed & Terram, basis modò illi daretur ubi pedem figeret, movere se loco suo posse, præfidentius jactitaret.

FRATRES, quam vellem eniteremur omni ope, necavillari jure quodam Accusatores videantur, Babelis nos cujusdam, confusis ædificantium labiis, certè variegatæ Josephi Tunicæ, ac fraterno sanguine rubentis, aut conflati ex diversissimis metallis Colossi Babylonici, referre quandam imaginem Scholas Reformatorum! Et quid obstat amplius, dùm pugnamus ac dissidemus singuli, quo minùs opprimamur commodum universi? Aut dum architectamur in dies diversum à Patribus Reformationis ædificium, modòque unam modò alteram structuræ prioris trabem sollicitamus, modò hocce modò aliud saxum convellimus, quid supererit tandem nisi ut moles universa aut corruat, aut ruitnam certè plurimam faciat? Et quæ hæc est durities animorum, ut parricidis penè manibus diffindere nos vellet Matrem judicemur, quod ad Antoninum & Getam certantes de summâ rerum, apud (c) Herodianum, Julia Mater, dùm vix ac ne vix convertimus oculos in circumseptam tot grassatoribus Ecclesiam, jamque plus satis vulneribus gravem, ac planè cruentis machinationibus imparem? Ecce, ut Filios suos misero ejulatu, sparsis quasi crinibus, brachiis expansis, corruptis fletu oculis, madensque adhuc lacrimis genas, ac penè animam agens, in auxilia vocat afflictissima Mater, appellatque ad pietatis officia, & ut positis odiis, atque extinctis litibus, tangamur interiore sensu communis originis, ac conjunctis operis succurramus pereunti! Mater, inquam, Ecclesia, in quam irruente undequaque Antichristi milite effusum quicquid penè est calamitatum, quas unus ferè Belga nescit, sentiunt plurimi, horrent quibus aliquid humani superest, ac sola vertet

(a) Ag. XII. 2. (b) Renat. Cart. Resp. Sec. p. 78. (c) Hist. L. 17.

in dubitationem posteritas, vix adducenda ut sibi hæc fuisse tempora persuadeat. Nec unquam antea in perfugium illud Noachidarum, in permittendam totiens imbribus, & gurgitibus, ac scopulis, salutarem Arcam vi tantâ impetum fecerunt venti, & procellæ, & plusquam decumani fluctus aquarum, non alibi deinceps tutam fixamque, quam ubi conquieverit in *Monte Providentia*.

Parùm abfuit ævo superiore, fateor equidem, quin Cæsareum Caroli jugum, Saxone & Hasso vincis, subirent Lutheri nepotes. Ingemuit ferali quinquennio, sub Mariæ dominatu, recens ab ejuratâ superstitione Insularum princeps. Non nisi equuleos, & rogos, & cruces, & carnificinas, & quicquid exterminare natum fuit Reformatorum nomen, spirarunt Caroli IX. & Henrici utriusque tempora, vel etiam Philippi II. inhumani Satellites. At verò redit hodiè tetra imago ejus ævi, quando sæviente in Oriente Diocletiano primùm, mox Galerio, in Occidente passim Herculo, in Asiâ & Africâ Maximino, in Italiâ Maxentio, uno Chloro Augusto violenta adhuc imperia in Britannii continente, conjuratum fuit de delendo Christiano Nomine, & in istud partim occultis molitionibus, partim irruptione factâ, *decennio* toto in vasum, frigidam suffundentibus Flaminum & Haruspicum agminibus, omnium autem *Ἰερισσων ἀληγοῦσαν* tunc principe Porphyrio. Equidem squallet oppressa per Dimachos, & exhausta violataque Reformata omnis GALLIA; contremiscit BRITANNIA; DACIA trepidat; horrent PANNONIÆ; circumspicit anxie GERMANIA; luget PALATINATUS; subdunt colla jugo BIPONTINÆ, ALSATICÆ, ac circumjacentes Ecclesiæ; perstrepunt lamentis PEDEMONTANÆ Convales; jacet ARAUSIO; expectat decretorium GENEVA diem; HELVETIAM undique & undique Arces coarctant: Una hæc Fœderata BELGICA, quæ de se ipsâ, ante novissimos motus, tantis Arbitris, *Nos pondera rerum & momenta sumus*, servari in suprema pericula,

— *Oris avertite nostris*

O superi!

seponique in ultimum Cyclopei furoris pabulum per eos videtur, qui deinceps altus, & dolos, & totum Ulystem advocant, seu ut dividant conjunctos, seu ut sopitos altâ securitate improvisò adorianur, quos videntes vigilantisque metuunt. Non aliàs, mihi credite, immanius sæviit Lycaon, non terribiliùs rugiit Leo, non iratior erravit campis *caulorum oblita Leana*, non ferociùs Urfa discerpit, non callidiùs velut in viâ Pardus (a) exploravit transituros, terror ubique

& plurima mortis imago!

Machinantur adversus ovile Christi, sub religionis in Christum simulachro, acerbissima Principes, adinstar Tiberii mactantis Divo Augusto victimas, (b) ejus dum posteros propinquosque tolleret. Non Dei posthac in animos imperium est, sed eorum qui Domitiani tempora revocant, (c) *Dominus & Deus noster sic fieri jubet*; vel illa Constantii, (d) *Quod ego volo pro Canone & Lege esto*; aut Chosrois impia cognomina, (e) *Inter Deos Homines Aeterni*, vel *Inter Homines Dei Illustrissimi*; & Persæ alterius, Justiniano imperante, dicti (f) *Ἀθάλαζοντες*, quasi de *Immortalitate* atque *Aeternitate* decernentis. Quinimò Deo ipso in fraudem veluti nostram agente gubernanteque omnia, transferuntur heu! Sceptra & Imperia, non uti quondam à Saùle ad Davidem, sed ex adverso à propitiis, inopino autem fato intercipiendis, ad infestos Ecclesiæ Principes. Neque irritati in hanc ipsam Numinis certius jam olim indicium apparuit, quam dum decederet Arca Dagoni, aut dum concedentibus fato Constantinis, vel Theodosiis, visa sunt ruere deinceps omnia retrò referenda, factaque via est Constantiis, Julianis, Valentibus, sed & irruituris denso agmine in Christianas ditiones Hunnicis, Gothi-

(a) Hof. XIII. 7. (b) Tac. Ann. IV. 52. (c) Suet. Dom. XII. (d) Athan. T. I. Ep. ad Solit. (e) Simoc. Hist. L. IV. C. VII. (f) Proc. de B. Goth. L. IV. C. X.

cis, ac Vandalicis Gentibus. Cujus quoque calamitatis præfagium haud inane fuisse, in Italia quidem Ambrosii Mediolanensis, in Africâ Hipponensis Augustini supremam diem, utriusque Annales prodiderunt.

Nostrum quidem est, Viri Fratres, memores tandem esse & communis causæ quam tuemur, & fidei quâ colligamur, & societatis in quam coivimus, & salutis quam anhelamus, & periculi quod omnes ex æquo manet. Ut ità redeunte concordia Ducum, quali olim Themistoclis & Aristidis, (g) quoties pro salute Reipublicæ militarent, fraternæ deinceps acies sub eadem signa cogantur, & coalescentibus rursùm animis contineant hostiles impetus, sed & frangant: non dubio aliàs exitio, si nihil deflagrantibus odiis nos ipsos conficimus, præmiis ambiguis, certo luctu, quomodò civilium armorum forte inter sese committendis (h) Otone & Vitellio, alterum prælium, victoria alterum perdidit, lugubri & victis & victoribus bello.

Verùm succurre actutum ipse Tu, Clementissime Jesu, illi Ecclesia quam tanto mercatus es, ac Tuo primùm sanguine, tum & Martyrum illo, velut camentasti. Serva Domine, quia absque Te fiet, ut vel per nos ipsos pereamus, vel per junctas modo caudis suis infestasque Vulpes, qua segetibus Tuis extremam vastitatem comminamur. Sursum ad Te mittimus oculos, corda, gemitus, ut deorsum mittas in nos quidem Spiritum pacis, in hostes Tuos Spiritum terroris, quo confertati arma in se ipsos convertant. Nonne ipse Tu es, què dum fundares principio Terram, & Cælos expanderes, eduxisti ex tetrâ caligine splendidissimam lucem, & ex confusissima rerum mole pulcherrimum hunc Univerfi ordinem? Nec terram modo ab aquis, sed etiam amarissimas aquas Oceani à fluvialibus illis, in alveos suos colligendis, utiliter segregasti. Age Domine, imminet illud Ecclesia tua tempus, quo, instauratâ rerum omnium facie, novos Cælos novamque Terram haud vanâ spe præcipimus. Definies uti inceperas, & ex Cimmericis iis tenebris qua Gossenem modo Tuam obruum, ex confusissimis nimirumque perplexis rebus, qua quaquaversùm se ingerunt oculis, elicies liberationis salutisque optatissimam lucem, & quoque, discussâ hac rerum terrenarum scenâ, admirandum quendam, nobis licet adhuc obscurum, administrationis Tue ordinem. Tandemque in æstivante hac Tuorum omnium siti, falsas & aquas, salutarî ligno Tue Crucis edulcandas, convertes in refrigerantem levantemque lympham.

Ità est, Domine, Labyrinthus quidam mille viis, mille erroribus, undè expedire se mens perplexa nescit, obversantur nobis res Humana, atque etiam Reformata: sed Providentia Tue, penes quam sunt exitus vita mortisque, Ariadnao quasi filo ità ducenda regendaque, ut in infinitâ hac rerum & eventuum varietate prima mediis, media ultimis, sapientissimè cohesisse, ac miscuisse nexus, aliquando intelligamus, & Tuorum nemo dispereat, singuli verò supernam in Patriam felices reducantur. Exundant undequaque infestis eluvionibus hyberna velut Aqua, flebilem ac miseram Tuis agris speciem inductura, gratum Hostibus spectaculum. Sed cobibebis aliquando, & postquam ultra margines omnes suos effusa merfisse Ecclesiam penè universam videbuntur, Tu qui corda Regum ut rivos Aquarum potente manu inclinas ducisque, reddes tandem Edeni Tuo, limosis illis aquis fecundato, reddes Ecclesia tua, ex sati faucibus erepta ac restituta, vernantem latamque perpetuâ segete, & luxuriantem sempiternis deliciis, faciem: quando discordiarum memoriâ oblivione deletâ, discclusis causis irarum, pulsâ affectuum nebulis, odiis dissipatis, dextris conjunctis, studiis animisque in Te unum erectis, pari linguarum, vocum, hymnorumque concentu, Laudes Tue in omnem Aeternitatem resonabunt.

D I X I.

(g) Plut. Reip. Ger. Præc. T. II. (h) Tacit. Hist. II.

ORA

ORATIO XIV.

SEU

AD AUGUSTISSIMUM
MAGNÆ BRITANNIÆ FRANCIÆ
HYBERNIÆQUE

REGEM

GUILIELMUM

UNAM CUM

MARIAM AUG.

CONSECRATUM III. APRIL.

A. Æ. VULG. CIOICLXXXIX.

AD LOCUTIO,

QUA PRO IMPERII ÆTERNITA-
TE ET SALUTE REGNO-
RUM VOTA NUNCUPAT

FRIDERICUS SPANHEMIUS F. F.

ACAD. LUGD. BATAVÆ PROFESSOR PRIMARIUS.

GUILIELME. REX. PIE. CLEMENS. MAGNANIME. AUGUS-
TE. BRITANNICE. SEMPER. INVICTE. VERÆ. FIDEI.
DEFENSOR. FOEDERATÆ. BELGICÆ. SUPREME. GU-
BERNATOR. REFORMATÆ. ECCLESIAE. STATOR. AC.
CONSERVATOR. OPPRESSÆ. EUROPÆ. LIBERATOR.
AC. VINDEXTOR. RESTITUTOR. HUMANI. GENERIS.



Onvertuntur hodiernâ luce in RE-
GIAM TUAM MAJESTATEM VOTA Or-
bis & Urbis, & ad Consecrationis
Tuae celebritatem, ac conregnantis
MARIAE, ut ad sacra Oecumenica,
accurrunt universi, qui modò nec al-
terum Orbem incolunt, nec conta-
bescenti Gloriâ Tuâ invidiæ deserviunt. Et auspici-
simo quidem illo Mense, cui ab *aperiendo* nomen esse
censuit Varro, aperturo verè Aureum Seculum, ac Fe-
licia Tempora; veriori omine quàm de violento Impe-
rio atque infelicissimo Dominatu prædicatum nuper est,
pari adulatione quâ Diocletianus, quondam Persecuto-
rum maximus, Parens Aurei seculi appellatus est. Hoc
solenni die Soteria quaquaversum offeruntur, solutis in
commune gaudium animis, non jam Æsculapio, sed
DEO Opt. Max. qui in unum diem conclusit res tantas
tamque insperatas, Religionis, Libertatis, Legum, Ju-
riumque & Regni & Regnantum, in Britannias Tuas
reditum, ac spei propè collapsæ in Ecclesiam Univer-
sam, animorum etiam & spirituum in oppressam ac
colla jugo jam penè aptantem Europam. Tu unus,
REGUM MAXIME, inter omnes Christianæ Reipublicæ
Principes relictus in perfugium eras, qui res ubique
laceras ac perditas instaurares, inauditâ antè Expeditio-
ne, quæ Regnorum Tuorum una salus, perinde atque
Orbis stupor, Regum consternatio, Hostium terror,
Reformatæ rei titulus, Batavæ Reip. securitas, ac ven-
turæ Ætatis admiratio, imminuendâ quanquam Anna-
lium apud hanc fide atque autoritate. Te maximum
Cœli munus, tot pulsati laborantium votis ac suspiriis,
omnes pari concentu vocum & animorum deprædicant,
eujus Fronti æternis characteribus impressum est, *A
Deo omne*; dùm aliorum jactatis facinoribus rectè sub-
dendum, *Hic Deus nihil fecit*. Tu verè ac reipsâ, quod
alii nomine, A DEO DATUS, isti sæpè in flagellum ac
perniciem, tu in reparationem ac solatium Humanæ so-
cietatis, illi proterendæ Ecclesiæ, tu erigendæ resti-
tuendæque, ac tantum futurus omnium saluti, quan-
tum alii sunt omnibus exitio. Tu contumeliatæ suis
ruinis Germaniæ, supplicis in auxilia Galliæ violatæ-

que, profanatæ Templorum, Pulvinarium, Sepulchro-
rum, Divini omnis atque Humani juris sanctitatis, ac
constupratæ totiens Fœderum religionis, exoratus es
Terris aut Opitulor, aut Ultor, sed & malorum no-
bis incubantium, ac paratæ Orbi servitutis, Depul-
sor & Avertuncus. Utque olim Corn. Scipio, lectis
plurimorum stipendiorum militibus, eo consilio in A-
fricam trajecit, ut suetum aliena invadere ac vasta-
re Annibalem, jamque Urbi ipsi imminentem, ad pro-
pria tuenda compelleret, & ad petendam aliquando si-
bi suisque Carthaginensibus pacem, quam dare se po-
tuisse Romanis crederat; alterum Tu nobis Scipio-
nem repræsentas, hoc disparem, quod ille ingrattam
Romam expertus sit. Pari sanè consilio; trajecto in
Britanniam milite, invenisti viam, quin invenere Fa-
ta, quâ communem totius Europæ hostem revocasti in-
trâ Regni sui fines, quibus Te nulla deinceps aut vis
armorum, aut sparsorum libellorum infamia, vel auri,
quo retundere hostile ferrum Gallus consueverat, reve-
rentia prohibebit.

Talis tantusque quum ostendendus Terris esses, IN-
VICTISSIME GUILIELME, magis formidandus hodierno
quoad religionem ac fidem Annibali, etiam quiescens à
pugnâ, quàm sunt alii fortiter pugnantibus, edendus pri-
mo in lucem eras non absque miraculo, in futuri augu-
rium; siquidem nec Alexandri Macedonis, nec Octavii
Augusti, sed nec Jacobi I. Proavi Tui, præfagis ac
portentis Cuneæ caruerunt. Ex Paternis nempe cineri-
bus, atque odorato funere, prodire debuisti, qui futu-
rus esses liberatæ Europæ Phoenix; qui Britannicæ Tuae
nasciturus, Phœnicis adinstar, ex funeribus quasi suæ
Libertatis ac Religionis; imò utriusque Germaniæ; ex
tot Provinciarum Urbiumque fumantibus bustis. Verè
Tu Postumus Augustus, qualem Nummi expressere,
tanquam Herculem Pacificum, omnium Amorem, ac
qui Romanum Imperium in pristinam securitatem affer-
turus fuit. Atque ut Britannici Tui non CONQUÆSTOR,
Provinciis Regni devastatis, aut Vexillo à Pontifice ac-
cepto, sed GUILIELMUS LIBERATOR existeres, mox Le-
ge Regiâ potiturus sceptro, oriri Te oportuit ex mix-
turâ utriusque sanguinis, Liberatorum potentissimæ
Reipubl. & Regum amplissimi Imperii, juncturum ra-
râ societate Libertatem & Regnum. Hinc nihil nisi su-
pra humanam fortem, humanasque vires, observari toto
vitæ Tuae decursu debuit, totus ut MIRACULUM esses.
Fuit istud sanè Infantia Tua, tot eluctatura Divinitus in-
fidiarum morborumque discrimina. Fuit Pueritia, quâ
παιδαγωγία, inter viriles curas & certamina, ap-
pellationem merebare, ut sapere fermè inceperis quum
incepisti vivere, secus ac Themistocles, qui senio con-
fectus indoluit quod *vivere iam desinere, quum sapere in-
cepisset*. Fuit Tua quoque Adolescentia, non duodecimâ
jam messe lascivens, non otio aut voluptatibus emolli-
ta, & cui Gymnasium, Stadium, decens Palæstra, ac
Docta consuetudo unicè placuerunt, nunquam Floralia
inverecunda, turpes Scenæ, saltatrices Thessalæ, aut
prætextata verba, vel irritamenta libidinum. Fuit de-
nique Juventus, tot duris exercita probataque, sed ab
iis opes animumque ductura, immota cunctis casibus,
& quæ Senum modò prudentiam atque autoritatem,
modò Veteranorum militiæ peritiam ac fortitudinem, ob-
scuret. Omnis sanè indoles Tua, exurgens ante an-
nos in ortus suos, ac Mens cumprimis illa excelsa &
sublimis, æqua semper rebus in arduis, major adversis
quibuscunque aut periculis, portendebat ante primam
lanuginem quàm excelsa ponendus esses loco, pari jam
tùm Animi Tui magnitudine futuræ Potentiæ atque Im-
perii magnitudini, quod olim in ultimos Eoi & Occi-
dui Orbis fines, quâ Sol uterque illustrat, sese diffun-
deret.

In privata illa sorte Tuâ si Divina omnia apparuerunt,
ac nihil sine Numine, cujus nutu res humanæ tempe-
rantur; quid de Te statuendum; seu admovendo ad Fœ-
deratæ Belgicæ Gubernacula, properantibus Populorum

votis, inter Potentum odia, & Edictorum inimica; seu admoto jam Te ad eam Rempublicam, quam à Senibus labefactatam Adolefcens Tu restituisti, contra quam censuit apud Tullium Cato Major? Nihil unquam de Te humile aut promiscuum, nihil propè mortale, etiam illi prædicarunt, per quos antè aut protrita aut contempta Juventus Tua fuerat, & qui proclives magis in procacis linguæ maledicentiam, quam in præconia laudum. Parùm istis videbantur Mavortii illi spiritus, quos cum sanguine in Te traduxissent Pater, Avus, Proavusque, & quos pericula magis accendere atque inflammare, necdum adultâ robustis viribus ætate, conspicerentur. Percellebantur multo magis ad auctoritatem Tui regiminis, oris gravitatem, moderationem affectuum, consiliorum sagacitatem, majestatem ac facilitatem eloquii, curarum laborumque patientiam, ac pro firmandis pacis bellique nervis & sumptibus temperandis, sollicitudinem, qui & domi calculos ponere didicisses, & Ærarium in futurum instruere, procul insanâ perdendi, aut abliguriendi, vel etiam immodico luxu profundendi cupiditate, familiari iis qui in excelso vitam agunt. Nimis quam sunt vulgata ista atque dispersa communi famâ ac sermone hominum, jamque ad ceteriora & novissima me vocat oratio.

Et ab eo ordiendum est, undè tantarum mutationum exordium, atque attentionis ad res Britannicas, hinc concepti doloris, mox accessuræ indignationis, tum expeditionis susceptæ, ac delati tandem Tibi, nec appetiti Regni. Solaque providentis Ecclesiæ suæ Numinis virgula fuit, quæ MARIAM BRITANNICAM signavit Tibi tori Sociam, futuram & pietatis, virtutis, sapientiz, jurium, consiliorum, ac Sceptrorum denique. Et Regis illis quos petisti Hymenæis, & quibus *Θεογάμια* rectius consecrentur, quam olim Proserpinæ sacris, suam debet felicitatem Britannia, suum præsidium Belgica, suam salutem Ecclesia, spes omnes deinceps suas Christianus Orbis. Hæc illa *Famina* est, ferè qualem rarissimus Othonis nummus repræsentat, quæ *Columnæ innixa*, Sponso Tibi, in fulcrum & columen accepto, *dextrâ Coronam* tenuit, hæreditatis intemerando jure. Quam dùm in Extraneum transferre, simulque prodere Religionem, Libertatem, & quicquid Sacrum est atque inviolatum, molita est ea pestis Societatis quæ ipsi humanitati bellum indixit, ac Naturam ipsam, Paternamque pietatem, sed & fidem, honorem, pudoremque, cedere suis commodis assuefecit, Tuum fuit, **GUILIELME AUGUSTE**, conservare incomparabili Tuâ prudentiâ ac fortitudine Regni Anglicani ac Regiæ Successionis jura, & illis adserere, quibus ea vendicabant Sanguis, *Leges*, *Sacra*, desideria precesque, & salus ipsa tot Populorum. Fecisti iis primò cogitatis, quæ, ut magnarum rerum eventus solent, incerta oppidò & fallacia videbantur, mille casibus subjecta, ac paradoxa universis, præterquam Tibi uni, videre assueto divinâ mentis perspicaciâ, ad quæ omnes caligant. Promovisti tantum opus eâ consiliorum providentiâ, & eâ secretorum fide, dùm etiam parietes hujus arcani conscii timerentur, ut hoc ipso illius Imaginem reddideris, quem totum Oculum, totum Auritum, sed Ore obligato obsignatoque, expressit Antiquitas. Ac perfecisti ad extremum eâ ausi fiduciâ, eâ virium ac copiarum in speciem exiguitate, circumseptus magis publici amoris ac communium votorum, quam prædiarii militis satellitio, eo denique susceptæ protectionis successu, ut unâ hac omnium voce, per omnes oras propagandâ, personarint Tribunalia, Acroateria, Tempia, Adyta, Fora, Domus etiam perfidæ & inimicæ, *A Domino factum est istud!* familiari Majoribus Tuis Symbolo. Ac stupent hærentque attonitæ mentes, solâ recordatione eorum in quæ obtulisti Te salutemque Tuam discriminum, inter Anni deficientis ac procellosi Oceani, inter Syrtium, litorum, insidiarum, totiusque hostilis apparatus, metuenda pericula; vallato **JACOBO** marium, vadorum, portuum, navalium, legionum, pro-

Tom. II.

pugnaculorum, Regnorumque, mediâ in Regiâ suâ, sepimento, adspiciente simul frementeque minaci Ludovico: Sed percusso utroque rei magnitudine, expanscenteque non ad terrorem sed ad amorem Nominis Tui, undè animorum membrorumque quidam veluti rigor, qui summos & imos, Reges, Duces, Milites, Nauarchos, sociosque pervasit. Accessit in omen iratis Regibus, in augurium Britannis Tuis, quod pari Cœli beneficio, quo olim Julii, Pompeji, Caroli, maximi Imperatores, Natalem sibi mentem ac diem fortunatis successibus auspiciatissimum habuere, Te in Britannicum litus Prætoria navis eodem Mense, eodemque Die, quo Te Regia Mater in Belgii hujus sinum, exposuit. Quæ dùm attentiore animo reputamus, in his posthac ne profanæ quidem turbæ

dubium est habitasse Deum,

aut æternam illam Mentem, per omnes artus tantæ molis infusam, agitasse temperasque supremo nutu singula, quæ nulli mortalium, ne Orbis Dominis, vertisse licuit. Cætera quis nescit, quæ excensionem illam Tuam, perpetuâ mirabilium eventuum successione, exceperunt, tot aut Sermonibus celebrata, aut exornata Carminibus, aut Memoriis in ultimos Terrarum fines transmissa, quæ

nec ventura silebunt

Lustra, nec ignotâ rapiet sub nube vetustas, vix admittura tamen, quemadmodum nec Ægypti aut Palæstinæ prodigia vetustas Græca Romanave. Ac ipsa REGIA MAJESTAS TUA illi uni tantum opus attribuit, qui fuit Tibi

Principium, Vellor, Dux, Semita, Terminus idem, qui solus & maria moderatur, & ventis imperat, & fluctus decumanos compescit, & superbos vertices dejicit, & feroces animos coërcet, & consilia quò vult inclinat, voluntates pro nutu inflectit, movet omnia supercilio suo, ipsaque scepra suo jure transfert à Saulis ad Davides, prout Reges in ipsos Dei summi imperium est.

Fuere alii, **REX MAGNAMINE**, qui Imperia primi condiderunt, qui condita fundataque diuturnitate curarum laborumque aut legibus firmarunt, aut armis tutati sunt, aut finibus ampliarunt, aut munimentis circumdederunt, aut obstrinxerunt Sacrorum religione, aut bonis artibus ab exilio revocatis exornarunt, qui denique piâ sollicitudine & sagaci providentiâ, clauso Quirini Jano, retulerunt agris ubertatem, urbibus abundantiam, honorem literis, mercaturæ quæstum ac census. Sed qui Mensis unius intervallo, superandis eo ipso tot Maribus, non vi copiarum, solo prudentiæ & magnaminis auxilio, accedente gratiâ & veneratione sui Nominis, sustinuerint in alieno Regno tantas exercituum classiumque moles, concusserint quasi solo nutu ac dissiparint, nullo prælio, nullis stragibus, nullo stratagematum, aut prodigionum, vel potentioris ictu fulmineo auri præsidio, ac Tria amplissima Regna gratitudinis & pietatis vinculo æternum sibi suæque Posteritati devinxerint, & cum iis tot utroque Orbe Principatus, Insulas, Propugnacula, fuere post memoriam hominum nulli, præter **GUILIELMUM AURIACUM**. Et quod multo maximum est, nihil fuisse à Te susceptum regni causâ, nullâ emendæ famæ, aut alienæ dominationis cupiditate, non te incitasse æstuantis cujuspian animi, angusto quasi tot Ditionum Tuarum limite, vehementiorem impetum, non spes avaras plerumque deludendas, & quas ambusti Phaëtontis exemplum meritò terreat, testes sunt quotquot interioris apud Te admissionis fuerunt, testis ipse egomet quum pro solitâ Clementiâ intrâ Secretum Tuum proximæ expeditionis meminisses, ac vota precesque nostras, id est propitium piis justisque ceptis Tuis Numen, in auxilium advocares. Sed neque ut regnares jus ullum violasti, qui jura redditurus eras Regno, ac Regem juribus. Nec magis censi potes fecisse Tibi gradum ad sublime ad eò solium, Rege priore deturbato, quam putandus es

Aaaa

au-

author consiliorum ac perfidiæ, quæ illum tandem deturbarunt, aut proculcationis juratarum Legum, quæ parem JACOBO *Secundo* sortem portendebant, qualem exiituri Regium animum Johanni *sine Terrâ*, Guilielmo, Eduardo, Richardove, infortunato cognomine *Secundo*, prout

Semper sub Sextis perdita Roma fuit.

Quin Rege utroque postremo sententiâ decretoriâ, in Regni Comitibus latâ, exauthorando, quia in propriam Sobolem, in Proceres primi Ordinis, in Supremum Regni Senatum, in Comitatum jura, in Libertatem Suffragiorum, in firmata ipso Regiæ Unctionis die Legum ac Privilegiorum Sacramenta malè perfidis. An fortassis insidiæ per Te aut Tuos Regi illi structæ, qui, quod potuit nemo, violenta imperia continere diutius non valebat? An per actos occultè cuniculos, vel onustis auro asellis, vel accensâ præmiis rebellione, vel ferilibus passim pegmatis ercctis, aut admotis jugulo gladiis, aut publicis opibus attritis, vel in gazas Tuas illatis, aut denique immisiss Bimachis, qui vim conscientis adferrent, incendia facerent, depopulationibus, cædibus, rapinis, stupris, ac miserando luctu omnia miscerent, viam fecisti Tibi ad Imperii majestatem? Sed fortassis Religionis mantelum Tibi pro operimento fuit, quo obtigere Incendiarii hodierni tyrannidem, atque invasionem alienorum Principatum, & paratam Europæ omni terribissimam servitutem, consueverunt? CHRISTIANISSIMI forsân affectatum aliquod cognomentum subservitutum Tuæ æmulationi atque ambitioni fuit? Quâ tolentes se plusquam Arfacio fastu Reges alii, Divis nefariè componendi, omnia etiam sanctissima metiuntur: quomodo profligatissimæ etiam vitæ atque immodicæ superstitionis Principes abusos fuisse legimus cognominum sanctitate: quâ Commodus PIETATIS AUTOR, Heliogabalus DEI SACERDOS, Gallienus CONSERVATOR PIETATIS, Valerianus ab ipso Dionysio Alexandrino, vel Theodoricus Arianus à Romanâ Synodo, RELIGIOSISSIMI PISSIMIQUE Principes, audiverunt. Ea autem GUILIELME REX, fuit ab ipsis incunabulis, & in ipsis primæ ætatis tyrociniis, tua in DEUM OPT. MAX. & in avita SACRA veneratio, nullis contaminata cupiditatibus, nullâ licentiâ scelerum profanata, quibus succiduntur nervi veræ pietatis, ut de superstitiosâ aliquâ Tuâ aut simulatâ Religione, vel in subsidium futuræ dominationis vertendâ, ne ipsa furentis invidiæ aut sceleratæ linguæ improbitas, cujus Tu fines Heroicis virtutibus reliquisti ac superasti pridem, suspicata vel minimum fuerit, ac neque sibi ipsi persuaserit nupera præstigiatoris Galli venalisque Pagina, perductura in sententiam suam neminem, nisi qui in Siamensium fortè regiâ, divisi Orbe toto, versantur. Tibi, AUGUSTISSIME REGUM, *Sol & Clypeum* in omnibus inceptis Tuis ille fuit, cui uni ut primæ lucis usuram, sic conservationis stupendæ beneficium, ac cætera omnia quæ in Te prodigia suspicimus, debere Te gratus ac supplex profiteris: Dùm immemores alii mortalis ævi, & in Arbitrum illum vitæ potentæque omnis ac felicitatis sacrilegi, Reges suos tanquàm Orbis soles adorant, ac Terris reliquis ostentant, tanquàm parantes iis tonitrua, fulgura, & incendia; Qui tamen *Sales*, ubi Aquilas aut Pegasus imminere sibi conspiciunt, *Caput* condunt *intra Crescentem Lunam*, qualiter ferè in Nummo Severæ Augustæ observare memini, & ab istâ auxilium præsidiumque mutantur, certo instantis Deliquii prælagio. Non tu is Fulgurator Prædatorque Jupiter, Everior ac Destructor Imperiorum; sed Salvator, sed Eleutherius, sed Serenus, ac Feretrius idem, qui salutem ac pacem Populis adferres, qui simulac affulsisti Britannis Tuis, non prohibeturis profectò aditu litorum, sed ruituris in amplexus ac penè in cultum Tutelaris Genii, atra continuò nubila, minacesque turbines, vultus Tui Serenitate ac solo adpectu distasti. Fuit is verè GUILIELMI adventus, quem MARIE alter excepit, ADVENTUS FELICISSIMUS, Anglicani POP. GAUDIUM, SECULI GLORIA, exoptatissi-

maque TEMPORUM REPARATIO, ut præ cæteris in Constantini Magni Nomismatibus pia Antiquitas expressit. Venisti redditurus Supremo Senatui autoritatem, Legibus vigorem, Libertatem Populis, Judiciis Sanctitatem, Successioni jura sua, ac FIDEI isti securitatem cujus Te DEFENSOREM non Britannicus modò sed Proteftans Orbis universus veneratur. Intendisti hoc unum, collapsa erigere, destructa instaurare, divulsa conjungere, nutantia firmare, quin non tam de Religione quam de mediis Ritibus dissidentes, atque æternis in speciem odiis distractos, æterno fœdere ac nexu consociare. Nec jam abjectæ assentantium turbæ hæ voces, ac composito vultu ad falsas fictasque acclamationes festinantis, sed grata hæc sunt Utriusque Domûs totiusque Populi Britannici Charisteria, illorum etiam qui ferre Imperia quidem, non amare didicerunt.

Hinc ne species quidem in Te ulla usurpatæ dominationis, non subjectâ profectò à Te Britannia, sed ultrò semet subjiciente illi Imperatori, quem non gravis admisit, sed suus ut esset, supplex exoravit, futura præda Tyrannidi, nisi præmium GUILIELMO fuisset. Nec erat quod Regnum invaderes, qui regnabas pridem in omnium animis, votis, desideris, proclamandus intra tertium ab Adventu mensem, pari Concordiâ Procerum & Civium; JACOBO ipso non obsequenti fortunæ Tuæ celsuro, sed causæ meliori, non impetito à Te sed defenso, nec fugato sed fugiente, propriæ conscientiæ stimulis etiam alas volucres addituris. Ac vix folium ascendisti, quum ecce visus magis es accipere leges quam dare, nec novas figere sed pristinas stabilire, referendo nobis in mentem Adriani Augusti illa ad Servianum Cof. de Ægypto à se nuper aditâ: *Hinc ego cuncta concessi, vetera privilegia reddidi, & nova sic addidi, ut præsentis gratias agerent.* Imò verò nihil Tu sine Prytanibus, Summo Regni Senatu, quos non tam Consiliorum participes quam arbitros, verèque socios Potestatis habes, sacro Regnis Tuis nec satis admirando Principatûs temperamento. Quo fit ut cotidie à summis & imis in laudes grateque certatim eatur, & festis clamoribus coelum undequaque perstrepat, perculsis Tuorum subditorum mentibus tam insperatâ felicitate, & insolito nec prius intellecto DEI munere. Et sive GUILIELMUM animo contemplantur, Restitutorem tantæ Libertatis, Religionis vindicem, Pacis custodem, formidinem Hostium, arbitrum Europæ, atque impotenter Regnantum deinceps frænum; sive in MARIAM convertunt oculos, delicias Humani generis, Gratiarum omnium ac virtutum sedem, ultimum Naturæ conatum; sive denique indivisam in duobus Capitibus mentem atque individuum Regni Societatem, verè CONCORDIAM AUGUSTORUM, recente cogitatione complectuntur, subsiliunt animi, exultantque præcordia, ac pariter sese

— *diffundit in omnia Regni*

Membra vigor, vivisque color redit Urbibus agris.

Et felicem hanc reparationem rerum omnium, dùm componunt cum priorum temporum calamitate, depulsamque sentiunt atque eliminatam æternâ Edictorum lege eam pestem Cucullatæ Gentis, ac pullatæ Societatis, cui dicatur posthac, *Socii quid hic rerum agitis?* dùm intelligunt fractam esse *virgam Dominatorum*, excussam suis cervicibus jugum, tyrannidem oppressam, amotas culpas, onera levata, auri vim ablatam, sed & præstigiatorum, quibus ut fascino quodam Reges Populique dementantur, atque itâ GUILIELMO REGE solutas esse perpetuâ formidine Terras, vix habent suis oculis fidem, caligantibus iis etiam nunc ex priori atque obscurissimâ nocte, & in novum quandam Orbem, ignotum majoribus, delatos sese arbitrantur.

O fortunatum illum diem, cujus memoriam nulla Ætas obliterabit, nulli Annales conticescent, cujus gloriam lætitiâque nulla unquam alia adæquabit, quo nec hominum favor, nec vera magnitudo reddet celebratiorem alium, & in quo

Simul ista Mundi Conditor possit Deus,

infociabili hæcenus nexu, amore atque regnum, dum *odium* necessariâ veluti habitudine *regno* Tragicus conjunxerat! Diem! quem maximum hujus Reipubl. pignus esse censeo, non *delenda* amplius sed *juvanda* turgandæque *Carthagini*, & quo in illibatam æternamque foedus communi Sacrorum, commerciorum, copiarum, signorumque vinculo, quia colligante *Guiljelmo*, coalescent Britannia Belgicaque, quas occultis antè aculeis stimulare æmulatio quædam videbatur, aversis nonnunquam ac concussis *Classibus*, imò horrendis inter se fragoribus collidendis. Diem! luctuosum illis *Regibus*, conversâ rerum scenâ, qui luctum Orbi toti apparabant, & tremendum iis ad quorum nomen contremiscere, tot furoris exemplis, *Provinciae*, *Urbes*, *Agri*, *Populique* didicerunt. Diem verè decretorium! quo Deus velut è machinâ ad interdictum illos vocat, qui quod Dei unius Imperium est, mortalibus sibi, in *Animos*, & in ipsam *Æternitatem* vendicabant. Et quorum jam rationibus inferentur, tot inductæ *Terris* vastitates, tot *Sacrariis* admotæ faces, tot *Aræ* cædibus cruentatæ, tot *Templa* solo æquata, tot *prædæ* *Sacrilegiis* actæ, tot *Fana* in spodium ac rapinam versa, tot *Sacerdotes* exuti, *Virgines* stupratæ, *viduatæ* *Conjuges*, *Senes* mutilati, *Infantes* aut illisi saxis, aut ignibus traditi, & seu colles luxuriantes, seu flavescetes campi, *sylvestri* & incultâ deformique imagine horrentes; & ista quidem solâ libidine dominantum, jus dantium sceleri, nam

— *Scelera ipsa nefasque*

Hac mercede placent!

Sed quantam posthac felicitatem, ac pleno cornu rerum omnium abundantiam & copiam, quantam animis ac conscientis tranquillitatem, nec fallaci augurio, vel ancipiti fide, *Regna* sibi *Tua* *Guiljelmo* *Rege* polliceantur! *Vix* natum eum *Principem* crediderunt *Civiles* prudentiæ *Magistri*, quantumvis amabiliorem *Tito*, justiore *Augusto*, vel *Traiano* meliorem, atque ab iis omnibus instructum, quæ *Principem* absolvant, quem placere omnibus laudarique contigerit. Sed ibi in *Secula* fuisse fortunatæ *Genti* eum aliquando *Regem*, in quo uno concentus omnium laudum, omnisque virtutis, in quo uno conjuncta quæ in aliis separata, summa quæ in aliis mediocria, propria & singularia quæ nullâ hominum memoriâ de *Imperante* hæcenus tradita literis; & de quo tacere præstet, quàm dicere quæ de *Principe* quoque alio dici potuisse videantur.

Nolumus verecundiam *Tuam* vincere, qui nostram modò vincimus dicendi cupiditatem, securi licet contra adulationis invidiam, ut quem minimè omnium *Principum* hoc ludi schemate, his falli blanditiis posse, novit *Orbis* ac suspicit. Et quemadmodum uni quondam *Apelli*, aut uni *Phydiaz*, suam *Alexander* *Macedo* fingendam permisit imaginem, sic *Artis* *magistris* *Effigiem* *Tuam*, *GLORIOSISSIME* *REGUM*, id est verissimam *Principis*, delineandam ac perficiendam relinquimus, æternum sanctissimumque regnaturis exemplar, & quàm isti dissimile, quod *Nicol. Machiavellus* in *Cæsare* *Borgia* imitandum *Principi* sistit, perfidiæ scilicet atque impietatis compendio, & qui dum aut *Cæsar* aut *nihil* esse voluit, utrumque tandem fuit. Intendent in id omnes nervos ingenii & eloquentiæ nostrorum *Suadæ* temporum, ac desudabunt in eo lecti *Orbe* toto *Literario* scriptores, ut quâ decet majestate ac fide, majori certè hæc quam de *Ajace* *Homerus*, de *Alexandro* *Arianus*, de *Traiano* *Plinius*, transmittant ad omnem posteritatem, nec adscititiis ullis vel peregrinis laudibus, quæ de *Guiljelmo* *Britannico*, *Francico*, *Hybernico*, *Germanico*, *Belgico*, dici aut scribi oportere summo jure crediderint. Exornabunt isti condignâ oratione, præter ea & majora quæ publica expectatio concepit, primam illam *Tuam*, in ipso *Regni* aditu, *Christianamque* curam, ut nihil in *Religione* intutum, nihil in *Ecclesiâ* impacatum superesset, sollicitatis peremptores fortiterque in concentum animorum, laudum

precumque quas funderent *Immortali* *Deo*, quorum concinerent sine offensione ullâ *Doctrina*, *Fides*, *Sacramenta*, *Cultus*, *Leges*, *Causa* omnium una, una *Societas*, unum *Regimen*, unus *Senatus*, *Rex* unus, unum denique inviolatâ religione *Numen*. Efferent isti, ut conveniet, *Animum* illum *Tuum*, ubi semel erexit causæ fiducia, periculis etiam summis invictum, tam potentem affectuum quàm imperii, ubique sui similem in *Aulâ*, in *Senatu*, in *Castris*, domi forisque, seu jam ineunda consilia seu exequenda fuerint, seu regere alios seu *Temet*, difficillimo omnium imperio, conspiciaris. Laborabunt circâ divinam illam *Mentis* aciem, quæ sola ut *Hominem* sic *Principem* ostendit, quâ *Tu* sic penetras in rerum eventus, ac recessus animorum, ut pectora *Tibi* sint quasi fenestrata; ut primo adspectu *hominem* totum, larvâ detractâ, perspicias; ut non tam responsa interrogando desideres, quàm respondenda cogitatione prævertas; ac futura ipsa veluti præsentia, occulta velut in apertam lucem protracta, contempleris; eaque agites vastissimâ mente, quorum vel eventum, vel fructum, sola retrò tempora patefacient. Prædicabunt suam quandam arcem in *Te* struxisse *Prudentiam*, quæ propria *Imperantium* virtus est, & quâ unâ *Hostibus* tuis longè *Te* magis formidabilem, quàm vel *Arcium* munimentis, vel exercituum præfidiis effecisti. Adèo quidem ut consiliorum participes ea doceas quæ antè nec *Politicus* *Stagirita*, nec prudens *Annalium* *Scriptor*, nec *Hetruscus* ille *Magister* cui *vix* larva honestatis placuit; ita etiam aliorum consilia ac cogitata observes, ut nemo *Tua*. Commendabunt flexanimem illam suadam, quâ mirabili jam arte, sed quam unus calles, mancipas *Tibi*, & in assensum vel in amorem cogis, quicquid modò oculos *Tuos* subit. Concelebrabunt moderationem illam *Tuam*, quâ impetu nunquam, *judicio* semper & electione duceris, atque ad exactissimam rationis justitiæque trutinam maxima & minima, tenacissimâ juris & æqui voluntate, pensitas. Denique, nec enim ad dicendum *REGIÆ* *TUÆ* *MAJESTATI* *Panegyricum* *Festâ* hæc *Luce* invitamur, memorabunt haud alium antè *Principem* pari *Tecum* *vigiliarum* molestiâ, aut assiduitate laborum, incubuisse administrandis rebus: ut non tam *Princeps* quàm publicus *Minister*, sustineas rei publicæ pondus, curarumque molem; & si quæ *Tibi* sunt ludorum aut venationum otia, aliorum hæcce negotiis præponderent: ut gustes adèo non blanda & amœna *Principatus*, inter lenocinia cupiditatum, sed ingrata & aspera; hinc nec ignavos desidesque *Silanos*, *peccados aureos* falsè dicebat *Cajus*, omnimò feras, minùs in pocula aut in voluptates demersas sæpè mentes.

Sed ad vota nunc tandem vocor, publica illa, atque ardentissimis studiis nuncupanda, pro *Regalis* *Solii* *Tui* æternitate, atque auspiciatissimi *Imperii*, à quo surgit hodiè nova *Periodus* *Britannica*, & *Æ. R. A.* *Guiljelmina*, scribendis *Annalibus* signanda. Pari nunc omnes, conjunctumque tandem sumus *Ordinis*, animorum contentione, & supplicationum ritu, *Pulvinaribus* advolvimus, ut *Tibi* quidem, volucris in futurum votis, nec desituendâ unquam spe, impetremus iteranda *TRICENNALIA*, simulque *gloriam* *Regiminis*, ampliationem *Imperii*, & consiliorum quæ solus catenatâ serie animo complexus es, fortunatum optatumque successurum; *MARIÆ* verò *Augustæ*, nunc *Matri* *Senatus*, æteram hanc felicitatem, ut sit eadem *Patriæ* fecunda *Mater*, simul ipsa

Magnorum *Sabotes* *Regum*, *parituraque* *Reges*.

Non ingemiscat *Orbis* *Britannicus* ad novum *Imperii* *Tui* successorem, nisi exacto seculo, quando exactas omnes *Ætates* *Immortalibus* meritis transcendis; nec occasus *Tuus*, nisi in longum ævi & ingravescentem senectam protractus, exeat unquam in certam *Regnis* *Tuis* calamitatem; indignato verissimè *Romanæ* *Historiæ* *Principe*, solitum repente mutare omnia, *Imperatorem* *Muræ*. Non quidem, *Æterni* cognomentum, præ-

Aaaaa 2

ter.

terquàm celebratione ac commemoratione hominum, sed tamen illud *Longævi* Principis, supergressuri mortalis ævi terminos, GUILIELMO MAGNANIMO, FELICI, VICTORIOSO, sed & *MARIÆ PIÆ*, CLEMENTI, BENEFICÆ, solenni prece exposcimus atque auguramur univèrsi. Nec aliundè certissimum augurium est, quàm ab excubiis & custodiis Æterni illius mundi Oculi, quo clàm nulla doli, nulla infidiarum esse machinatio potest: addam ego, à vitæ omnis Tuæ instituto, nescia aut foedarum libidinum, aut mollis atque enervantis otii, aut intemperantis victûs, quibus effectum & ingravescens corpus acceleratæ tradi senectuti consuevit. Imò usque adèd es Socraticæ temperantiæ, horresque ventres, & gurgites, & spongiarum,

quibus in solo vivendi causa palato est,

ut si quam continentia in omni victu, si quam affectuum vitæque modus, si quam hilaris virtus, procul rugosæ & contractæ frontis severitate, si quam denique prudens exercitatio, liberalis inter jocos, curarum subindè levamenta, & quoddam vitæ hujus nostræ fomentum, effecere longævitatem, hanc nos sperare de Te jubeas, qui huic uni potuisti culpæ succumbere, intemperantiæ curarum, animique contentionum. Quibus omninò fiet, ut Ætas Tua, nullis mortalis ævi claustris, quibus nostra solet, coercita, nec morbis conflictetur, nec laboribus frangatur, nec senio languescat, solâ tandem diuturnitate extinguatur, suavi resolutione aditura Æternitatem, & quod vovemus singuli, revictura in GUILIELMI BRITANNICI Nepotibus.

ORATIO XV.

DE

CORRUPTIS EMENDANTISQUE
STUDIIS,

RECITATA

IN ACAD. L. BAT. SOLENNI RITU

A. d. III. Kal. Mart. Greg. MDCCXIII. cum abiret IV.
Rector ejusdem Academiæ Magistratu.

PERILLUSTRI AC SPLENDIDISSIMO HEROI D. JACOBO, LIBERO BARONI DE WASSENAER, TOPARCHÆ DE OPDAM, HENSBROEK, WOCHMEER, SPIERDYCK, ZUIDWYCK, KERNCHEM, TWIKELO, LAGE &c. HOLLANDIÆ NOBILI, EQUESTRI BATAVORUM MILITIÆ PRÆFECTO, URBIVM WILLEMSTAD, CLUNDER, ARCIUMQUE VICINARUM GUBERNATORI, SUPREMÆ AGGERUM RHENOLANDIÆ PRÆFECTURÆ ASSESSORI, &c. CURATORUM ACAD. LUGD. BATAVÆ NOMINE EQUESTRI ORDINIS PRÆSIDI.

UT ET CELSA DIGNITATE SUMMISQUE IN REMPUBL. MERITIS SUBLIMI VIRO, D. CORNELIO DE TERENCEYN DE HALEWYN, OLIM CURIÆ HOLLANDIÆ, NUNC ET URBIS DORDRACENÆ SENATORI, HUIUSQUE NOMINE IN CELSISSIMUM ORDINUM GENERALIUM CONSENSUM DELEGATO, &c. LITERARUM PROMOTORI SUMMO, ACAD. LUGD. BAT. VERISSIMO NOMINE CURATORI. HORUMQUE IN ADMINISTRANDA ACADEMIA COLLEGIS, SPECTABILIBUS, AMPLISSIMIS, GRAVISSIMIS, REIPUBL. LEYDENSIS QUATUOR VIRIS COSS. D. JACOBO VANDER MAES, EXPRÆTORI, CONSULUM PRÆSIDI, IN SUPREMA AGGERUM RHENOLANDIÆ CURIA ASSES-

SORI, SOCIETATIS INDIAE OCCIDENT. PRÆFECTO, ACADEMIÆ THESAURARIO &c. D. JOHANNI VANDER MARCK MED. DOCTORI, VII. CONSULI &c. D. THEODORO SCHREVELIO, JURISC. III. CONSULI &c. D. CORNELIO VAN GROENEVELT, MED. DOCT. EXSCABINO &c. VIRIS INTEGRITATE, PRUDENTIA, FIDE IN REMPUBL. EMINENTIBUS.

DENIQUE PATRICIO ORTU AC PROPRIA DIGNITATE ET VIRTUTE SPECTATISSIMO CONSULTISSIMOQUE VIRO, D. JOHANNI VANDEN BERG, J. C. URBIS LEYDENSIS SENATORI, ILL. ET AMPLISS. ACAD. CURATORIBUS A SECRETIS &c. ORATIONEM HANC SOLENNEM DE CORRUPTORUM STUDIORUM CAUSIS, CUM EMENDATIONIS VOTO, IN PATROCINIUM VERÆ ERUDITIONIS, VOBIS QUIBUS EST IMPERII GLORIA SUADENTIBUS CONCEPTAM, PRÆSENTIBUS RECITATAM, MANDANTIBUS EMISSAM, QUAPAR EST ANIMI OBSERVANTIA, SACRAM FACIT

FRIDERICUS SPANHEMIUS F. F.
ACAD. L. BAT. PROFESSOR PRIMAR. EIDEMQUE A BIBLIOTH.

*Ad Virum Celeberrimum, omnisque Doctrina
laude Consummatissimum*

D. FRIDERICUM SPANHEMIUM, Fil.

De Corruptis Studiis perorantem.

Doctrinam quereris solidam, Vir Docte, jacere,
Et studiis ullum vix superesse decus.

Abreptos seculi vitii errare Docentes,

Tramite non recto Discipulosque sequi.

Templa, Togas, Titulos indignis cedere prada,

Cingere & ignavos premia rapta viros.

Hinc pia cura tuum pectus caeleste fatigat,

Omnia momento nunc ruitura brevi.

Quis tulerit questus tantos, Vir Magne, benignâ

Aur dictis promptam praebeat aure fidem?

Ipsè fidem cohibere doces, atque anxia dudum

Exhilarat Sermo pectora multa tuum.

Magno majorem miratur Belgæ Parente

Filium, & atatis fata beata sua,

Quâ generosa Patrum redit in præcordia virtus,

Hanc etiam vinci SPANHEMIUSQUE docet.

Quâ rerum pondus verbis, quâ sacra profanis

Omnibus orantem jungere quisque stupet.

Falleris incusans seculum, virtute nepotes

Doctrinâque tuâ quod celebrare jubes.

Fallor ego, similes Tibi si, Vir Splendide, multos,

Nec magis hoc Unum culmine stare putem.

Vive Decus Seclis! Laudis veraque decentem

Exemplo & doctâ pandito voce viam.

Felices anima, tanta vestigia mentis

Seclari tardo vel pede queis dabitur!

Hunc audite Ducem, post hunc calcate Magistrum!

Et pellem questus gaudia iusta pios.

JOH. à MARCK, S. Th. D. & Pr.

ACADEMIÆ LUGD. BATAVÆ, UT ET REIPUBL. LEYDENSIS PATRES CONSCRIPTI, HEROS PERILLUSTRI, VIRI SPECTABILES, PERFECTISSIMI, CLARISSIMI, ET QUI IIS ESTIS A CONSILII ET SECRETIS PRUDENTISSIMI, SPLENDIDA ATHENÆI BATAVI LUMINA, COLLEGI PUBL. SACRORUMQUE ANTISTITES AC MODERATORES VENERANDI, DOCTORUM, HONORUMQUE, AUT CÆTEROQUIN MUNERUM IN CIVITATE TITULIS ORNATISSIMI VIRI, HOSPITUM OMNIS ORDINIS, AC LECTIS-

TIS-

TISSIMORUM TANDEM JUVENUM NOBILISSIMA AC
DESIDERATISSIMA CORONA.



Uⁱ ex editiore hoc suggestu, ipso hoc
solenni,

*Annua cum nostro venissent sacra
Lycao,*

coram his Patribus, hoc cœtu Vi-
rum, pressis & laborantibus hisce sub-
sellis, multotiens ad dicendum surre-
xi, quem nec species Majestatis, non gravitas Augusta,
ac defixi quandoque Regum aut Septemvirum vultus,
orantem terruerunt, nescio, AUDITORES, quâ animi
trepidatione sentio me hodie commoveri, plus certè
quàm vel usus vel ætas mea postularent. Fuerunt nempe
illa mea tempora, quum integer corporis animique
vigor, ingenium excitatius, imaginandi vis fortior,
memoria tenacior, accensa pectore cupiditas laudis ar-
dentior, ac denique crebrior exercitatio ususque dicen-
di, facerent mihi fiduciam, adderentque alacritatem,
promendi oratione quod teretes etiam ac splendidas au-
res sustineret. Nunc verò nimis valdè sentio, quantum
ingravescentis ætas, & si non urgens certè adventans se-
nectus, lentitudinis timorisque mihi attribuat, detritis
adolescenciæ viribus, languente facundiâ, memoriâ labili,
fugacibus rerum ideis, tardioreque ex longâ desue-
tutine perorandi ac neglectiore orationis stylo, quæ si
nituisset aliquando situm modò quendam ac vetustatem
contraxisse videtur. Hinc propè refugit timido sanguis,
& in ipso dicendi principio exalbescit, luteo pallente-
ve vultu, labiis tremulis, ac mente de intrepido quasi
statu dejectâ. Neque profectò felicitas mea est, quæ
profectâ in longius ævum senectute vel Nestoris quon-
dam vel Isocratis, ex quorum linguâ melle dulcior ac
delectare nata fluxisse dictio memoratur: Non mihi quod
M. Cathego contigit, qui se etiam senem quotidiano
studio in dicendo exerceret: Multo minùs quod M. Tul-
lio jam sexagenario majori, cujus oratio, seu redditam
Reip. cum M. Marcello salutem gratularetur, seu atro-
cissimi criminis suspicionem modò à Ligarii modò à
Dejotari capite fortunisque propulsaret, seu detonaret
Philippicas in Patriæ hostem Antonium, cujus (inquam)
senilis oratio tum affectibus vehemens, tum nervis ac
toris plena, tum venustate ac lepore admirabilis fuisse
intelligitur.

Fateor ad gravitatem sapientiamque Regiminis con-
ferre annos plurimum: Nec nisi illi ætati, quæ com-
positis affectibus vitæ rationes omnes ac calculos subdu-
cere assuevit, patuisse olim Curiam Hierosolymis, Athe-
nis, Spartæ, Romæ, testatissima res est, & unum ali-
quando Nestorem decem Aiacibus antehabuisse Græ-
ciam, ita quoque Fabricios suos, Curios, Coruncanos,
Fabios, Metellos, Appios, Catones, Calatinos, ma-
joris fecisse Terrarum Dominam, quàm fortissimum
quemque Imperatorem ac Ducem. Tantum sanè inter-
est consilio & auctoritate moderari, ut Navem, sic
Rempublicam, cujus est nervus tristis quidem ac recon-
dita sed tamen subacta rerum usu sapientia, quæ dum
in præterita redit, præsentia tutius ordinat, & futura
providet sagaciùs. Fateor insuper haud dum me Teren-
tianum filicernium esse, neque inter primum & sextum
quem gessi in utroque Athenæo Magistratum intercessisse
tot annos, quot inter primum & sextum Consulatum
M. Valerii Corvini, qui decem propemodùm lustra ab
aditis honoribus, exactâ jam ætate, oblectatus in co-
lendis agris senectutem, numerasse fertur. Est tamen
alia rerum agendarum, alia captandarum aurium ratio,
quarum severissimum sed & superbissimum hodie judi-
cium esse solet. Et quo remotiores à primis sunt hi fa-
sces mei Regiminis, quos nunquam immoderatâ cupidi-
tate appetitos prompto lubenteque animo summissurus
accedo, ut habet modum ac satietatem honos etiam
& labor & vita ipsa mortalium, hoc mihi gravior
ac difficilior extremus hic est actus perorandi.

Ac si quid erigit labantem, & titubantem penè lin-
guâ trahentemque voces, istud præcipuum est, AUDI-
TORES, quod hodiernâ gratâque luce in portum quen-
dam ex longâ navigatione, propitio Numine, delatus
mihi esse videor, vel confectâ viâ ac spatio decurso ad
calcem revocari. Quin & minuit perturbationem meam
testata olim æquitas vestra, quorum patientissimis auri-
bus etiam solenni hacce Panegyri usus sæpè fui, uti re-
colligere animum meum jubet illorum quæ dicturus sum
inoffensa atque expedita ratio. Non jam ex penetrabi-
bus Vetustatis nascituro mihi argumento, quo in geno-
re procliviùs faciliùsque mihi decurrisset Oratio: sive
non unius Instituti, postquàm Christianum nomen in
Seculum intravit, aperuissem profanas origines; seu ex
adverso profanarum Religionum Mosaicos fontes indi-
casssem, unde potasse ac suum ingenii sui rigasse Poetas &
Philosophos, ingeniosè (a) Tertullianus; seu etiam, prout
diversum huc & illuc animus impelli consuevit, retexen-
do Libros Judaicarum Antiquitatum, & contra Apio-
nem Alexandrinum, primæ notæ Historici qui dubiam
& ancipitem cum Polybio ac Livio palmam, Romæ quo-
que statuam, habere meruit, accusassem ego vel in sig-
nandis temporibus oscitantiam, vel in commemorandis
sæpè rebus supinitatem, vel in reticendis versutiam, vel
in exaggerandis temeritatem, vel facilem quandoque in
fabellis reponendis calamum, prout res ad suæ Gentis
modò infamiam, modò admirationem stuporemque fa-
cere viceerentur. Præterquàm verò quod non ad omnium
ista vel ingenium vel gustum comparata sunt, solent
etiam frigus adferre orationi, vel minuere audiendi di-
ligentiam, quæ sic luce aliquâ mentes irradiant, ut nec
emendent voluntates, nec affectus permoveant. Faciam
igitur, quod extremâ ætate fecisse legimus Romanæ Elo-
quentiæ patrem Tusculanis Quæstionibus, vel Officio-
rum Libris, & eum ante suis Morum Characteribus Ere-
sum Theophrastum, propè excessurum è vitâ, ne di-
cam os illud lacteum Lactantii, vel augustum Hipponen-
sium nomen, quando ea tradere senes gestierunt, quæ
seu ad publicam omnium, seu ad privatam singulorum
utilitatem, componendasque vel ad pacem vel ad sapien-
tiam mentes, conducere putarentur. Faciam nempe
verba quædam, de Corruptis atque Emendandis seu Do-
centium seu Discipulorum, in quocunque genere Discipli-
narum, vel studiis vel affectibus, quibus convertuntur
sæpè nimis Ludi literarum in ludos factos in fraudem
publicæ rei, Scholæ in Arenas, in Scenas Suggestus,
Ecclesiæ in Theatra, uti Præcones pacis in Feciales fa-
cesve ac turbines seculi sui, quod de Antonio & Cassio
dictum memini. Quod argumentum ut vestrâ nuper
auctoritate piâque sollicitudine mihi expressum est, PA-
TRES CONSCRIPTI, non sanè quadriennio toto, qualis
Oratio pro causâ Ctesiphontis, perpolitum, itâ nec ab
ætate meâ, nec à personâ quam sustineo, nec à loco
aut tempore alienum duco, licet magnoperè ab intem-
perie animorum qui patrociniū pacis, ac veræ sapien-
tiæ, etiam sine acerbitate aut lædendi voluntate suscep-
tum, averfantur. Ac quam maximè vellem, non qui-
dem inesset aliquid mihi Tullianæ opulentæ; aut ejus
in dicendo vehementiæ, atque animosæ facundiæ, quâ
exegisse tyrannidem Brutus, imperasse animis Cæsar, af-
fecisse Hortensius, commovisse C. Gracchus, seditiones
extinxisse Valerius, vel Popilius, referuntur; aut quâ
in Græcis fulminasse Pericles, sonuisse Æschines, pro-
rassè Gorgias, perculisse atque inflammasse Demosthe-
nes; vellem tamen inessent quales vel in Cypriano lepo-
res, vel in Hilario spiritus, vel in Hieronymo aculei,
aut qualis vel in Chryostomo venustas, vel in Basilio
gravitas, vel in Nazianzeno densa rebus brevitatis, vel
in Ambrosio grandiloquentia, vel in Augustino suaden-
di adstruendique vis quædam singularis! Ut si non sua-
vitate aliquâ perfundere valerem audientium animos,
saltem igniculis quibusdam accendere, & in pacis mo-

Aaaaa 3

de.

(a) Apolog. C. XLVII.

delitæque amorem, ac veræ eruditionis studium rapere, oratione non magnificâ quidem aut turgidâ, vel insidias auribus facturâ, imò, quod de formâ Augusti (b) tradunt, *omnis lenocinii negligente*, pudicâ sanè & ingenuâ & qualis Anaximenis fuisse (c) fertur *ἀνσελίη*, nec vel Asiaticâ loquacitate fastidium, vel insolenti & perplexo genere crucem vobis allaturâ. Quanquàm in limine profiteor, quæcunque futura sit declamatio mea, nulliùs profectò ad offensionem, cujus causas procul habeo, omnium autem ac meam ipsius ad emendationem salutemque comparata, non unum genus fore adversum infestumque mihi, illorum qui affectui cuivis deserviunt dùm quod velint promoveant, aut quorum feralibus altercationum stimulis, vel cestro quocunque alio, mentes agitantur, apud quos de re parùm gratâ nec satis me commodè dicere, nec graviter conqueri, aut liberè satis vociferari posse, equidem intelligo.

Quotiens, AUDITORES, hanc rerum Universitatem, & quicquid Coelo Terræque oculis sese nostris ingerit, percurro animo meo ac cogitatione, totiens soleo indignatione quâdam & ægritudine conturbari. Dùm video ferri singula, naturâ duce & appetitione quâdam, sensu alia, alia mente destituta, tum in communem utilitatem, tum ad ea omnia ad quæ ab opifice ac conditore Mundi ordinata sunt; solum quasi Hominem, qui ratione ducitur, falsis delusum imaginibus à fine suo plerumque divertere, & in alia omnia suâ cupidine ac voluntate trahi, quàm illa propter quæ editus in hanc lucem est, & quæ verâ eum certâque felicitate mactarent. Istud verò afficit multo gravius atque acerbius, cum inter homines Ordinem, quem sublimioris sapientiæ studium, quem magistra vitæ seu Philosophia seu Historia, quem recondita pectoribus omnis Antiquitas, quem pie Sorores dextris innexæ, quem rerum divinarum atque humanarum cognitio, quem studiorum denique ac vitæ similitudo, sed & communis mediocritatis sensus, ad mutuam *ἁριστίαν*, ad jungendas amicitias, ad placidi mansuetique animi officia, ac jucundissimam consiliorum laborumque societatem, vel M. Tullio iudice, invitant, illum Ordinem sine toto ut plurimum excidere, ac vero usu sapientiæ neglecto, consecrari sæpenumerò quæ ad ostentationem, ad garrulitatem, ad simultates, ad infesta cernendaque frontibus odia, sanè plurimum, ad cultum verò Numinis, ad cognitionem rerum, ad emendationem disciplinarum, ad commoda societatis, ad frænum cupiditatum, animique oblectamentum, parum aut nihil omninò faciunt. Omnium verò maximè lævum augurari, ægroremque concipere animo jubet, Hierophantarum genus indomitum atque implacabile: qui dum Oratores pacis, supremâ Domini voce, per omnes Orbis plagas propagandæ, ex montium veluti jugis apparent, ora oleæ fronde, manus caduceo, pedes (ut sacro cum Vate loquar) læti nuncii præconio decorati; dùm arctissimis nexibus communis fraternitatis, sacramenti, ministerii, laborum, certaminum, inter se continentur; dùm omnibus una salus *unumque periculum*, sed & una mater Ecclesia quæ iisdem visceribus, eodem Verbi semine, facientibus iisdem Patribus, progenuit, intereâ nec dissidiis modum nec affectibus ponere didicerunt, aut Vulpes, aut Leones, aut quod de Syllâ dictum Romæ fuit, utrumque simul. Sed Leones non nisi in dispar genus, isti in fraternos ictus, & Cadmeia ituri certamina: ut nullas adeò *infestas hominibus bestias* scripserit (d) Ammianus, ac sibi ferales essent plerique non tam Christiani, quàm Christianorum Antistites. Quorum scilicet mentes *in furias ignemque* ruerent, melle labia, corda felle obsita, armatæ manus, linguæ acuminatæ, obsessa draconibus ora, calami sanguine tincti non atramento, viscera ejurare bilem nescia, nec nisi longis simultatibus magnisque cladibus iræ expiandæ.

Sanè antiquas Fratrum discordias, & infociabile regnum esse, Neronis occasione & Britannici, monuit (e) acer-

(b) Suet. Oâ. LXXIX. (c) Laert. L. II. in Anax. (d) Lib. XXI. C. V. (e) Ann. XIII. 17.

timi ingenii Tacitus. Id ipsum ego de regno modò Eruditionis, modò Auctoritatis, cujus causa violantur sanctissimarum societatum jura, atque *insidos agitæ discordia fratres*, quibus nihil sæpè nefas nec in facinore, nec in libidine. Dixisset pius ille (f) Marcus; ô Marcummanni, ô Quadi, ô Sarmatæ, tandem alios vobis inquietiores inveni. Non revocabo Constantini illa tempora, quando adjungente se Nicænis Amphictyonibus Christiano Imperatore, moderaturo consilia Oecumenici Senatûs, nil ferè præter querulas & importunas dissidentium Episcoporum voces aures Principis implerent, consulturi illorum pudori qui omnem exuisse videbantur. Nec reponam quæ prudentissimus (g) Historicus, Paganus ipse quanquam, vasserrimi Juliani instituto, de perdendo Christianorum nomine, post interdicta literarum studia, servivisse nihil supra sacrilegas Antistitum dissensiones, quas auget licentia temporum. Ac qui non moverunt sæpè stomachum vel unius (h) Hieronymi, quo nihil fuit nomine doctius vel sanctius, modò cum Rufino Aquilejensi ex pertinaci in Origenem odio, modò cum Gallo Vigilanti pro Martyrum cineribus vigiliarum ac cereorum religione honorandis, modò cum Jo- viniano Monacho pro laudibus virginitatis adversus individuz consuetudinis jura, modò cum Johanne Hierosolymitano ob quosdam illi adscriptos errores Adamantii, modò cum Hipponensi Augustino adstructuro Paulum non in speciem, ut voluit Stridonensis, sed *in faciem* restituisse Petro, gestæ propalàm simultates? Eo æstu contentionis abrepto Hieronymo, eâ linguæ impotentia ac styli intemperie grassato, ut nullis non moribus sæviret, nullo non sale luderet, injuriis nullis temperaret, diceretque audacter contumelias.

Nihil equidem est quod ad inveteratî dudum mali assurgam pristinas origines, à quibus quo extremâ hæc ætate longius discessum est, hoc magis læbes altè defixa robor acquisivit. Equidem quoad longissimè potest respicere mens mea spatium præteriti temporis, fidenter sustineo, seu à renatis literis, seu ab ejuratâ superstitione, trucique Babylone res suas sibi habere iustâ, nunquam magis aut divulsas odiis, aut sententiis disceptas, vel etiam corruptas depravatasque moribus, apparuisse officinas bonarum Artium, ac Disciplinas cum maximè sacram. Quocunque obvertimus oculos, quanta studia decertantium? quanta ipsa certamina? quàm adversa callidaque consilia in rem cujusque suam, non profectò publicam? & quàm inane sæpè nomen aut veritatis, aut profectuum, aut eruditæ sapientiæ? Quæ dùm ex se hominem deprimit, quotquot certè amant bonam mentem, augetque conscientiam eorum quæ ignoramus & caliginosæ noctis nec unius nebule quæ circumfundimur universi, tota passim aut turgens ventosæ hodie cernitur, omnia scilicet animo complexa; aut sterilis & exucca, corticem lambere, grammatica bella cedere, aptareque voces & numeros nata, non animum; aut in deterendis aliorum laudibus, ac revelendis etiam turbandisque cineribus, ingeniosè proax; aut fastidio veterum, hæc dùm ferè clam sunt, ac de manibus scripta Antiquorum excutuntur, parturicens magno strepitu & enormi loquacitate in speciem nova & admiranda, ad quæ improvidæ mentes quasi tempestate delatæ, deinceps tanquam ad saxum adhærescant, Usque adeò ut nihil pene profectum sit à Celsis aut Epicuræis in Mosaicas & Christianas origines acerbis, nihil à Scepticis opinione dubiis, nihil à Sadducæis in spirituum cum hominibus commerciâ contumeliosis, nihil à Gnosticorum æmulis Allegoriarum licentiâ paradoxo, nihil denique ab hominibus sui plenis modestiæ fines egressi, quod non ætas hæc nostra postliminîi quasi jure revocaverit. Utinam fallar, AUDITORES, adeò nihil nunc est rerum omnium quod malum, testor Deum immortalem, quàm me ea falsò suspicari, undè res suæ literaria, sive sacra, quotidie in deterius detur, ac sus-

(f) Amm. lib. XXI. C. V. (g) Amm. Marc. Ebd. (h) Hieron. Op. T. II.

crescant mali semina in feracissimam messem infelicis lolii ac sterilis avenæ. Atque ut quod institueram primò oratione pertexam, Medicorum filios imitabor, qui morbi sede & causis exploratis, seu hæ lateant intra viscera, seu forinsecus adveniant, remedia hoc ipso prudenti aut experto nemini ambigua esse sinunt. Nec quisquam iudicio suo aut affectu præceps conjecturâ augeretur, dicturum me esse invidiosâ commemoratione quæ ad paucos, vel quæ ad nos solùm pertinere videantur; quin imò dicam quæ ad omnes, externos & indigenas, docentes discentesque, quando hoc mali contagium per traduces veluti propagatum in omnes artus, omnes propè Scholas ac Disciplinas, sese diffudit.

Nec prodigus ero iudicii mei, si primam mali labem à degere Scholarum & Academiarum usu derivavero. Quid enim, num aperti hi Ludi bonis Artibus ac Disciplinis, ad hoc modò ut discussâ primæ ætatis caligine, Dialecticâ subtilitate, vel Ideali dicam an inani cognitione ac contemplatione rerum, Adolescentum mentes perfundantur? An ut revocentur sub larva Christiani nominis, quasi histrioniam ageremus in orchestrà vel personam in theatro, Scholæ Epicuri, vel Anaxagoræ, vel Democriti, vel Zenonis, aut Socratica, quæ vox Ciceronis (a) fuit, de rebus omnibus dubitatio? An ut exquisita restæque rationis obtentu, sic Hermogenis fumos ridebat (b) Tertullianus, retractentur ac refignantur quæcunque essent à majoribus accepta, docendâ pube seu jam Ecclesiæ, seu Themidis, seu Æsculapii sacris initiandâ, unum veri Criterium, unam Medicinam esse mentis, accensum à Deo ipso naturæ lumen maculis nullis obscuratum, aut vim quandam ingentem quâ quisque duci ac regi sese quàm securissimè patiatur? An fortè ad pedes Magistrorum sedere iussi ingenuarum Artium alumni, ut istorum in verba, & studia, & propensiones, vel affectus inflectantur tenellæ mentes, vimineæ quasi & plicatiles, aut etiam odiis ac præiudiciis occupentur infirmissimo tempore ætatis, recentes veluti testæ, aut nivea à fullone lana, odorem coloremque quem semel imbiberint servaturæ diu? An etiam ut suffeni Juvenes ideis suis tanquàm vento quodam inflati ac propriæ sapientiæ succo turgentes, magna de se præsumere, inanes sonos reddere, & ad perceptionis suæ tribunal divina omnia & humana rapere doceantur? Futuri eâ ratione angustis vasis similes, quæ ad marginem usque & oras plena, liquorem quemcunque alium ne admittere quidem possint, seu jam cœlitus piis mentibus infundendum, seu exprimendum aliundè ex suavissimis Moralis disciplinæ, Historiarum, omnisque Antiquitatis Græcæ, Romanæ, Christianæ, quasi oleis & vinetis. Non hæc vobis, opinor, Mæcenates, non iis qui chara pignora in oculis gerunt, sententia unquam sedit. Multo minùs, quæcunque sit & jure quidem esse aliqua debeat, procul Atticæ Academiæ rigore, etiam ridendi ac cachinnandi licentia, castigandique amicis subindè potiunculis studiorum severitatem, non eò tamen in has Sapientiæ domos spes omnes vestras ablegatis, ô patres, ut laxentur lascivientibus ingeniis fræna libidinum, & sint Scholæ nostræ, pudet effari, immoderatæ libertatis magis quàm bonarum mentium officinæ, inter popinarum diverticula, & Trimalchionum cœnas, & tralatitias popinationes, aut stuprosam petulantiam probaturam se

timidas non habuisse manus.

Quasi simulac Academiæ limina subierint adolescentes primâ face surgentes, prodigi temporis, & peculii sui, & censûs in damna furentis, quandoque sanguinis, nulli amplius, quod Galbæ Imperatori (c) expressum legimus, otii sui rationem reddere teneantur, habeantque, sed aliter ac voluit Zeno ille Philosophus, ἐξουσίαν αὐτοπραγίας, seu quilibet audendi faciendive potestatem. Interim circumspicienti mihi quaquaversum hæc una penè Academiarum omnium faciès apparet, sentitque hodiè

(a) Acad. Quæst. I. 4. (b) C. Hermog. C. xxxv. (c) Sueton. Galb. ix.

Fœderata Belgica, Germania ingemiscit, experitur Britannia, clamat Italia, ac Musæ ipsæ oppressæ jacentesque nec sine ejulatu plangunt. Quin uno omnes ore, transferri in doctas hæc porticus, in fausta hæc penetrabilia, candidatæ lectæque pubis examina, sanè ut penetrant ex docentium ore in iis quæ cognoscenda primùm, tum facienda, sperandave singulis, si frugi esse voluerint, præcipuè verò ut vivas in Magistris suis non doctrinæ modò, sed & sapientiæ, concordiæ, frugalitatis ac temperantiæ imagines exprimere assuescant: secus atque ex Aristippi scholâ ἀσώτως, ex Zenonis Stoâ acerbos, ex Epicuri hortis solutos ad omnem libidinem, ex Chryssippi porticu Dialecticos seu contentiosos, quod de Megarensibus (d) dictum, atque in defendendo pertinaces exiisse Discipulos, proditum memoriæ fuit. Ut adeò esse debeant hæc scholæ sanctioris disciplinæ perpetuæ velut ἀσώτως, undè prodeant dociles ac cereæ flecti mentes non doctiores modò, abstrusâ rerum aut vocum indagine, sed meliores cultioresque & quàm emendatissimæ animo, linguâ, motibus, dixisset (e) Septimius, *gloria & eloquentia solim libidinose*. Dùm nempe castissimis præceptis animi componuntur, severâ lectione juvenilis ferocia mitigatur, rudes istæ veluti gemmæ à peritis artis poliuntur, quandoque indomiti ætati pulli, nam & malignâ indole Socrates & ingenio aspero ac feroci Themistocles fuisse memorantur, non tam severæ disciplinæ, aut multæ irrogandæ, quàm pudoris fræno, & virtutum incitamentis, certè miti lenique censurâ, constringuntur.

Sed indè fortassis auspicandum mihi fuerat, AUDITORES, undè intemperies omnis animorum, & affectuum impetus, bellorumque fomes, ac perniciës ingeniorum. Videlicet dum qui se magnis rebus applicant, aut severis sese artibus dedunt, non prius animum pietate & gratiâ succingunt, qui primus ad sapientiam gradus est; Atque ita dum hæc Musarum Delubra subeunt mentes Deo vacuæ, in terras curvatæ, nescientes Cœli commercia, nec propius unquam illi admotæ qui *dirigit unus*, cujus est conceptam mollito quasi gremio doctrinæ sementem subigere & occare, lucem mentibus velut oleum lampadibus affundere, voluntates ducere, domare affectus, impetus comprimere, tempestates serenare, ac ventis ipsis statuere modum. Et cùm omnia post Religionem ponenda semper duxerit Civitas Æterna, in omni introitu initium à supplicationibus factura, quomodò vel Ignoto Deo pulvinaria, & *βωμὸς ἀνονόμους Ἀρας sine nomine*, Athenienses decernebant; quid ab eis expectes, quibus notissimi Dei conscientia, Ideam vocant, in nudam contemplationem versâ, & Religione omni posthabitatâ, hæc ipsa ludus est, mantelum, inane nomen, immodica (aicbant illi) *garrulitas* (f) blaterantium, ut

jam sibi quisque Deos, avido certamine, fingat?

Et quid postea mirum, hoc sapientiæ omnis fonte turbato, lutulentum omnia fluere; hoc igne subducto pectoribus vel sopito, nullâ incallescere cadem aut moveri charitate Dei, patriæ, parentum? vel dissidere à se invicem studiis, etiam armis, qui à Deo quàm maximè? denique ferri præcipites in amentiam, qui vel Jovem tonantem ludibrio habent, proprium istorum quanquam sit trepidare? Est igitur divini amoris sensus, uti animorum coagulata, sic frænum additum affectui ferocienti; ut quidvis perferre statuat pius, potiùs quàm aut officium prodat aut fidem. Etiam Lupus cum Agno confuescat, quem coërcuit ac cicuravit Gratia; abique hac ne Agnus cum Agno. Et si fas mihi ex Sacris adferre hoc loco auctoritatem dictis ac fidem, en simulac recessit à Saule (g) *Spiritus Jehova*, agitata eum quasi furis, ac trepidantis animi motibus! quales febricitantium esse solent, seu horrore membra collidantur, seu æstu ferveat bulliatque sanguis, quando illorum etiam officia

(d) Laert. Euclid. init. (e) Tert. Apol. xlyii. (f) Ag. xvii. 18. (g) I Sam. xvi. 17.

sinistre excipiunt, qui admovere medicam manum allaborant. Ita inter Jacobæos fratres (a) cessatum à perturbatione atque animi motibus tùm primùm fuit, quum ruente Josepho in benignos amplexus rediisse se in gratiam cum irato illo Numine intellexerunt. Vix etiam cor unum antè visa est Apostolorum Ecclesia, quàm post defæcatas humanis affectibus mentes, illapsu illius Spiritus qui divisas quidem linguas & flammæ, eundem tamen animum, eademque *Dei magnalia*, spectantibus (b) exhiberet. Quomodò non vulturis specie sed columbæ Coelestis afflatus, aut aliàs flammæ expressus imagine fuit, quâ amore incalescant viscera, non irâ exardescant, etiam venti sed leniter adspirantis, non Æolio furore vertentis ima summis, mergentisque profundo.

Sicubi *victa jacet pietas*, AUDITORES, quem vós Astrææ, quem Gratiis, quem illi amori quo Christiani inter se colligantur, locum fore putatis? Ne illum quidem amorem volo, quo quisque alteri melius esse quàm sibi ipsi malit; qui pro adversantibus etiam fortunas, vitam, salutemque profundat; aut quo (c) Nazianzenus, sedandis commotæ Ecclesiæ fluctibus, *hunc Jonam*, inquebat, *exturbatum in mare precipitem date!* aut qualem supra omnem Angelici chori vel facundiam, vel contemplationem, extulit Apostolus (d) Gentium. Eum dico sensum humanitatis, communisque fortis, dum pares omnes fumus origine, conditione, affectibus, mortalitate, parili omnes, aiebat Hipponensis, dignitate Naturæ, si non omnes dignatione Gratiæ, quo tactus sensu ne ingrato quidem vel maledico irascendum M. Aurelius censuit; etiam Veri fratris, quem *in pluribus Neronem* dixit (e) Capitolinus, sic collaudaturus virtutes, ut vitiis ac sceleribus velum celando aut defendendo obduceret. Nec aliundè Alexander Grammaticus, cui Aristides parentavit ut excellenti omni genere laudis ac doctrinæ viro, ne *solacismos* quidem vel *barbarismos* exprobrari cuiquam (f) voluit, minùs in ipso contentionis æstu fieri aut dici convicium; quæ & Maximi Philosophi, & Apollonii Alexandrini, sub utroque Antonino, laus fuisse fertur: Ipso Platone, quem aliàs optimè scire Jamborum usum falsè (g) Protagoras, & à quo non abstinerat mordax Cynicorum parens, scripturo Dialogum in *Εριστικῶς* & *Contradicentes*. Ah! quàm dispares hodiernæ Sorores! ut galeata & in pugnam acris hodierna Pallas! ut adversis avibus revocata *Ελεγκτικῶν* seu Redarguentium illa secta, quæ dum omnia perstringeret, *eis δ' ἄπορειαν* modò quandam ac perplexitatem, *δὲ ἐναντιολογίας* suâ arguendi libidine, Plutarcho (h) teste, induxisse fertur. Et quàm belle Carpos appellaveris, qualis iste apud elegantia sed & nequitia omnis (i) Arbitrum, qui toti sunt in carpendis aliorum laboribus, & in quos rectè aptetur istud, *cave Canem!* vel qui (k) ut princeps Historicorum Polybius, insectati quæ non facillè imitentur, *ἐπιθεατρῶσι πῶ ἐαυτῶν ἀκρίβειαν* inopiam modò suam ac temeritatem velut in theatro spectandam præbent. Prò seculi deficientis cædèthes! Quo deinceps si quid librorum evolvitur, si quod vitæ tempus publica privataque studia suffurantur, si quos hodie Cleanthas aut Demosthenas exercet multa lucerna, cave credas aliorum luminibus adungi quicquid indè lucis in literas aut disciplinas derivatur! Imò verò una cura, unus hic labor est, obscurare vel extinguere si quas alias faces aut lampadas, si quæ lucida alia sidera in orbe literato providum antea Numen accendit. Hoc unum lucubraturis, quandoque in senatum Eruditorum vixdùm adlectis, datum esse negotii creditur, protervâ censuris & cavillis Musâ crism in alios exercere; aliorum vel labores vel personas incessere; magna nomina, ferè ut Homerum Plato, è doctæ Reipublicæ tabulis dispungere; his si quid exciderit officitanter, si qua vel palea vel festuca capillamento ad-

(a) Genes. xlv. 5. 25. (b) Act. II. 11. (c) In Vita Greg. Naz. (d) I Cor. xii. 1. 2. (e) Capitol. in M. Anton. & in Vero. (f) M. Anton. *eis Εαυτῶν*. I. 10. (g) Athen. L. xi. (h) In Pericle, init. ferè. (i) Petr. Sat. C. xxxvi. (k) In Fragm. ex Suidâ.

hæserit, pipulo differre; capitales inimicitias decernere; inscitiam improperare; velitari, altercari, arrodere, ducere contentionis funem; excitare in discipulorum animis, ante adstringendis quàm quid esset optimum judicare potuerint, vel indignationem vel contemptum & quod ne provocatis Atheniensium leges permiserunt, nec suis Chilon Lacedæmonius, nec in Republicâ suâ Plato, *κακολογῆν τὰς τεθνηκότας* seu defunctorum sollicitare manes, ac mortuos quandoque leones confodere. Obtenditur offensionis defensio, ambitioni zelus, sceleri religio, *τῆ φιλοκεικία ἢ φιλαλήθεια*. Ac splendidis sæpè bullatisque nugis, ne cassâ nuce æstimandis, non majoris certè quam si de Nestoris poculo (l) certaretur, vel de Achillis clypeo, ejusve *inter virgines nomine*, aut de nutrice Anchisæ, de novercâ Anchemori, de matre Hecubæ, de Siculi Acestis annis, de avibus Penelopes, de Telemachi claustro, de Ulyssis non modò erroribus, aut fociis, sed & pyris à patre Laërte acceptis, prætextitur salus omnis Reipublicæ sive literariæ sive sacrae, ac Tyria mæria concitantur. Vah! quàm difficiles peræpè ineptiæ

vana sterilisque cathedra,

sed tamen canoræ! verborum indignato jam Platone *λεπτομέρεια*, operosæ nonnunquam (m) literarum *ἑξετάσεις*, *Λαπίσιον* an *Λαπισίον*, *porcâ* an *porco*, olim *vestri* an *vestrum*, legeris, *σικρολόγων* subtilitates, originationum argutia, conjecturæ hyeme Gallicâ frigidiores, questionum aut ratiocinationum decipulæ, vel novarum interpretationum præstigæ, quibus Deus loquens inducitur quâ ferè ratione Lacedæmonii Deos suos vestiebant, eo scilicet habitu quem delectare ac placere quàm maximè *δημαγωγοί*, populo & scenæ servituri, intelligunt. Quàm istorum pauca ad Eloquentiæ apparatus, ad lucem Historiæ, ad restitutionem Temporum, ad Naturæ contemplationem, ad Morborum levamentum, ad administrationem Reipubl. ad auctoritatem Legum ac Judiciorum, ad incentivum Pietatis, ac Religionis firmamentum, quò studia omnia collineare oporteret? Quinimò undè rosas iste colligit, hic spinas, nec tam istorum plurima ingenia excolunt quàm perdunt, nodos haud tam expediunt quàm fortius adstringunt: Et quod de Arcefilâ Veteres, utique ingenii acumine ac dicendi lepore eminenti, sed aspernato antè se dicta, atque identidem istud ingerente, *φημί ἐγὼ εἶπα*, (n) haud rarò clarissimæ luci tenebras offundunt, & Pyrrhonismum modò quendam in res Sacras reducunt, quo huc illuc incertè erret animus. Parem illi sanè cum Anaxagorâ, Thalete, Democrito, sive laudem sive reprehensionem merituri, quos accusavit (o) Antiquitas, uti Didymum Grammaticum Seneca, incubuisse eis quæ *χαλεπὰ*, *θραυμάσια* in speciem ardua & admiranda, sed tamen *εὐτελέα*, *ἀχρηστὰ*, supervacua & nullo aut exiguo in rem communem usu, neglexisse verò *τὰ συμφέροντα* seu quæ ad humanæ vitæ societatem ac beatitatem pertinerent. Et in istis vel conquirendis vel venditandis quot bonæ horæ deperditæ, aut chartæ commaculatæ, aut suggesta impleta clamoribus, & aures percussæ fremitu quodam, dividendis itâ studiis inter eos qui captant & qui captantur?

Heu nobis! quid dicturi, AUDITORES, qui priora cum nostris temporibus componerent, nisi quod (p) Cleanthes olim, *τότε μὲν ἔργον, νῦν δὲ λόγος*, olim *rebus* nunc *verbis* abhibitam operam; vel quod Ecclesiæ Patres, intuitu sollicitatæ in dies doctrinæ majorum, olim præscriptum longi temporis fide, deinceps *annuam* fieri vel *mensuram*, certè dogmatum varietate & glossematum portentis fluxam ac mobilem? Et quasi in ludo gladiatorio vitam ageremus, spectantibus populis sed inter suspi-

(l) Suer. in Tib. lxx. Vid. & Senec. Juven. Quintil. A. Gell. Athen. &c. (m) Dial. Protag. T. I. Gell. L. xiv. C. vi. L. xx. C. vi. (n) Laërt. L. iv. in Arcefil. Laërt. de Falsâ Sap. L. III. (o) Aristot. *Ἡθικῶν Εὐδαιμον.* L. v. Sen. Ep. lxxxviii. L. xlii. (p) Stob. Sermon. ccxii.

spira & lachrymas, pulsantur quotidie Fratres, Scholæ colliduntur, concutiantur Ecclesiæ, *infunduntur animis odia*, quod ingemuit (a) Milevitanus, & grandia sæpè Volumina extruduntur quibus ut tormentis, aut machinis, expugnetur aliorum fama ac proteratur. Face utique manibus accensâ, ut olim in Parnasso, sic hodieque noxter Apollo cernitur, face non quæ lucem sed quæ incendia latè circumferat: ac Musæ nostræ, etiam Sacræ, eodem penè sunt adpectu terribiles, quo apparent in Numismatibus Furia, armatæ serpentibus, tædis, flagellis, stimulis, & canum ululantium latratu, aut qualiter

indomitos in corde gerens Ariadna furios.

Ut in duas quasi partes Orbem omnem Literatum post-hac dixeritis esse divisum, dum aliorum consuetudo perpetua est in vi inferendâ, aliorum in repellendâ, quod postremum & doctis ratio, & barbaris necessitas, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit. O tempora! quibus parùm solliciti sumus, an verum, an expediens, an solidâ utilitate, sed an indictum majoribus, ut cernere acutum, nec ab aliis quàm à nobis ipsis, quod affectabat Epicurus, edocti esse videamur. Surgunt quotidie Gnosticatorum de gente infruniti nepotes, veteres istos æmulati, ut supercilio & abstrusiore sapientiâ, sic sublimiore summatâque à vulgo interpretatione Scripturarum. Qui Gnosticos utinam hac parte redderent, quos conjugasse, ex commentitiis suis Æonibus, *Bythum* profundum cum *Sige* silentio, multis (b) Irenæus & quoque Tertullianus; hoc ipso sui accusatores, tacito documento ea quæ sunt profunditate suâ inaccessa, quæ posita in abditis temporum & obscuritate rerum, tutius silentio prætermitti. Thologos Anaxagoricos, fatidicâ voce, Lutherus appellasse fertur, qui *quidlibet in quolibet Scriptura loco* invenire noverint, sed ita ut implicent magis quàm explicent. Et quod (c) Pergamenorum Æsculapius in Philoſophos & Medicos sui temporis, impositam illis quandam fuisse necessitatem acrius contendendi, *ὅτι τὸ πῦρ ἀφ' ἑσῆς ἀληθείας* de eâ veritate quæ in *ſectam abiisset*, hoc ipsum in hodiernos sæpè Theologos, & Philoſophos, atque etiam Doctos ordinis cuiuscunque quadret, quos *ἐκ τῆς Ἐρασιμῆς* dixisset Antiquitas. Undè juvenum animi, sed & plebum, veluti malefico quodam sidere affati, salubrosi ac perplexis capi modò novis, vanissimè persuadendi nihil tot seculis, summis licet ingeniis, maximis studiis, labore plurimo, ætate in longam quandoque senectutem productâ, nihil aut inventum utiliter, aut assertum fortiter, aut explicatum dilucidè esse, ut dicatur hodie, primus ille adè hanc invenit viam! Ac ferè ut quisque Nanus est, ita Gigantum, qui nos omnes auctoritate ac sapientiâ præcesserunt, humeris innixus prospicere sibi longius videtur. Nec deinceps Homeri ipsis unquam Aristarchi vel Zoili aut mastiges deerunt: & ut quis omnium in scribendo posterior est, hoc ipso censor priorum exurgit, uti Lucilius Ennium, Lucilium vel Plautum Horatius, Horatium ut sæpè durum & coactum alii, ita Socratem Plato, Platonem Aristoteles, Aristotelem Epicurus, Epicurum benè multi castigasse ac culpasse memorantur, omnes talione luituri. Quin utinam ne Socraticæ & inauspicatæ cornices unquam apparerent! sic enim sapientissimus Græcorum parum ergà se gratum Platonem expressit, (d) nec Pythagoræ decantatissimam pietatem in Pherecydem magistrum ac senem amulatum, dum iste Cornicis instar, qui Cygnus antè visus somnianti Socrati fuerat, calvariam Magistri sui rostro sabindè fodicaret. Ac ne quid ad infelicitatem literarum desit, quod statutum semel scriptumque est, qualecunque fuerit, trabali veluti clavo fixum adhærescit, & *ἰχθυῶς δοξίω* dixit Caus senex (e) de Medicis suis, quæ

(a) Optat. C. Parmen. L. IV. (b) Iren. L. I. C. I. Tertull. de Præscr. Hæret. C. XLIX. (c) Galen. *ὅτι πικροδότης τὸ π.* L. III. T. III. p. 271. Bas. 1538. (d) Scriptor. de Vitâ Pyth. Laert. in Pythag. & Plat. Athen. L. XI. &c. (e) Hippocr. *ὅτι τὸ π.* p. 178. Bas. 1538.

Tom. II.

fortiter tenentur, uti τὰς τὰς αἰδέσασαι ἀπεστεικότας opiniononi mordicè addictos notavit (f) Galenus. Paratî sane verbis retractare omnes si in viam revocentur, revocandi nunquàm: non magis, ut cum aculeo illo ipso loco ingeniosus nimis Pergamenus, quàm se iudice divellendus esset à *Mose* Judæus, aut à *Christo* (g) Christianus; vel ut in sensum eundem Apollinis Oraculum, (h) à Porphyrio scilicet de Christianâ conjugè suâ interrogatum, antè docendi *in aquâ impressis literis scribere*, aut *per aëra volare*, quàm à sententiâ semel adamatâ ac pertinaciter defensâ vel latum unguem desciscere.

Sed quid ego multis, AUDITORES, quæ velle magno perè esse obvia minùs aut explorata? Aut quid vos longiori sermone moror, nec ad mali tam altè radicati primum quasi fontem rectâ duco? Est sane legitimus amor sui, naturâ ipsa stimulante, ac Deo præeunte in exemplum. Nemo velit Abderita credi, vel Boeotus, vel Arcadum aut vervecum de patriâ, cujus mamillas in parte lævâ nihil saliat. Itâ famæ nemo prudens incuriosus sit, quæ & Galbæ laus aliquando (i) fuit, nec famam tamen suam, quod laudatissimum, venditantis. Sic & laudabilis æmulatio, quæ acriores discendi atque emergendi faces subdere ad studia solet; uti honestum certamen ingeniorum est, absque quo in segnitiam torporemque animi relolvantur, qui eo stimulo mutuam sibi & ardens speculum fiunt, ut de Platone & Xenophonte, de Æschine & Demosthene, memoratum, quorum oppositu accendatur flamma quædam & cupiditas laudis *tacitis concepta medullis*. Quos intrâ limites si amor proprius, si studium laudis & gloriæ quæ sapientiæ in tributum cedit, sese contineret, nulla veluti tabes, nullus ignis acrior intrâ membra quasi fureret, ac sævum in modum depasceret: non histrioniam totus penè mundus Literatorum exercebat, qui sub larvâ humilis de se sensus, demissâ sub veste ac sordidâ, occultant plerumque ampullas & cothurnos; non abivissent *φιλαλήθεις*, quales apud (k) Laërtium, in Arrogantium quandam sectam quibus nihil est non investigatum, nihil impervium, ac sæpenumerò

nil intra est oleam, nil extra est in nuce duris.

Nemo sibi arbitrium alienæ vel eruditionis vel famæ vendicaret, aut suæ velificaretur cum alterius cuiuscunque infamiâ: neminem de veritate certantem aut puderet succubuisse, vincit enim qui ita vinci se patitur, aut efferret insolentiùs victoris nomen; nempè hoc tu

solamen habeto

Mortis, ab Æmonio quod sis jugulatus Achille!

Ita nemo regnum aut dictaturam aut summum sapientiæ tribunal invaderet, vel se solertem seu in arte solum daret, quasi quicquid ad doctrinam vel ad encyclopædiam facit domi suæ aut suo in suburbano nasceretur. Nemo denique tam se ipse miraretur, quin suum cuique attributum esse errorem, suo quemque sensu ac ratiocinio nonnunquam falli, & manticæ in tergo plus satis esse vitii, cognosceret. O infortunatos, quibus speculum suum & tama quotidie mentitur, & nisi quod ipsi faciunt aut moliantur nihil rectum putant, *phantasmata*, dixit Satyricus, *non homines!* O vanas quibus plerique nostrum decipimur ac velut incantamur imagines, ut nostras etiam cicatrices amemus ac lambamus ulcera, diserti sæpè stultitiæ quisque suæ iactatores! O telum pestiferum quo versutus ille in ipso exortu hominem petiit ac perfodit, futurum *animal gloriæ!* pelucente *αὐθαδεία* etiam intrâ fissuras laceri pallii, etiam sub Xenocratis gravi & ad severitatem composito vultu, etiam sub imbre quo perfusus Diogenes ad sui commiserationem invitabat. Quomodò de Stoicis argutè Veteres, & de Cynico divinus Plato, (l) superbos Philosophi toros lutatis pedibus sordidante, fastum eos majori fastu conculcasse. Velut utres inflati ambulamus, tumentes

B b b b

Anti-

(f) Gal. T. III. Tr. II. p. 34. Bas. 1538. (g) *Χριστῷ*. (h) August. de Civ. Dei L. XIX. C. XXI. (i) Tac. Hist. I. 49. (k) Laërt. Proœm. (l) Laërt. in Diog. L. VI. Tertull. Apolog. XLVI.

Antimachi, omnis Minervæ homines, Promethei & sapientium aut (a) mortalium primi, dum reliqui sicut umbræ volitant, qui sæpè minoris quàm bullæ aut muscæ sumus! Sad fallaci illo tubo amoris proprii sic nostra augentur & dilatantur, ut nobismet ex muscis elephanti videamur, & instar ranæ illius, apud Mythologum, aquâ interceptâ distentæ, itâ quandoque opinione sapientiæ, aut nominis alicujus, turgescimus ac distendimur vento gravidi, ut rumpantur ilia: vel mendacis imaginis umbrâ flammama dmovente, præbenteque furori alimentum, insanientes veluti Narcissi præcipitamus ad exitium.

Et amabo vos, AUDITORES, ad quid studia ferè nostrâ, vigiliis, noctes, certamina, scripta elucubrata, aut novorum *δρημάτων* portenta, spectare existimatis? Mihi credite, rarò ad salutem publicæ rei, vel ad *δουμίων*, ad *δύσω*, seu parandam animi tranquillitatem, quam *μυτῆρα* *ἰτῶν* matrem annorum rectè non nemo appellavit! Plerumque ad gloriolæ mentem perurentis aucupium, hujusque non infrequenter supra vel meritum vel ætatem, titillante se tollendi supra alios prurigine, nomenque propagandi. Nec tam profectò laboramus, per nos uti lux nova in res obscuras inferatur, quàm ut spectemur ipsi in luce hominum, ac digito monstremur. Prò hominum dementiam! dum prodigi sanitatis, quietis, vitæ, anhelii currimus ad famam, id est, in vacui ac sæpè nos fugientis simulacri, fugacis semper,

(*corpus putat esse quod umbra est*)

malefanos amplexus, & hos improbis sæpè mediis, qualiter proditum de Domitiano est, (b) neminem magis servivisse cupiditati gloriæ, sed omnia simulatè, omnia infidiosè, simplicitatis ac modestiæ imagine, insolenter tandem violenterque peracturo. Prò Deum immortalem! si vel maximè familiam in literis duxisse venturâ ætate perhibearis, ac

te noverit ultimus Ister,

Te Boreas gelidus, securaque regna Canopi,

Quique renascentem Phœbum cernuntque cadentem:

Si vel nuncupetur tuo de nomine, post expletam mortalitatem, imitatorum servum pecus, audianturque etiam intra Ecclesiæ pomœria, quales olim fuere Origenistarum, Johannitarum, Acacianorum, Photianorum, & si quæ plures infaultæ appellationes; quomodo etiam Commodi, nati ad infamiam Romani nominis, hanc fuisse ambitionem Dio & Lampridius (c) retulerunt, ut de nomine suo *Commodiana* urbs Roma, Senatus Populusque *Commodianus*, & Augustus mensis *Commodus*, dicerentur: Si denique vel famâ tui nominis perstrepuerit Orbis, ac de te nulla unquam Vetustas, nullæ Gentes, ac ne Lapides quidem obmutescant: Ah, quàm vana hæc *misera solatia mortis*, vana cassi sæpè laboris monumenta! Hæc tu, quisquis tandem es, hæc

cinerem aut manes credis curare sepultos!

Et quid istud vel felicitatis addat, non jam Diis Manibus, sed cœlestibus Animis quos beatæ sedes capiunt securos rerum humanarum, vel demat infelicitati, si parem cum Tantalo, vel Ixione, aut inferno Dite, sortem experiaris?

Quò hæc mea spectent, AUDITORES omnium Ordinum Humanissimi, ut ad portum tandem recto cursu properem, intelligitis opinor abundè satis. Gloriam videlicet hanc unam & certam esse, implevisse partes omnes officii, conscientiæ rationes exegisse omnes, omnique fide ac studio in illa sola incubuisse, quæ Deo Opt. Max. grata, Reipubl. utilia, Academiæ gloriosa, decora Literis, profutura Juventuti, & universæ Ecclesiæ nobisque singulis salutaria, omnium suffragio censebuntur. Nec spectabit aliò Edictum Majestatis, si quod vestro, SPLENDIDISSIMI PROCERES, interventu aliquando promulgetur, cujus auctoritate tum qui in sublimiore docentium choro versantur, tum qui inferiora hæc subfella premunt, singuli intra veræ æmulationis lineas,

(a) Job. xv. 7. 8. (b) Suet. in Domit. Tac. H. iv. (c) Dio Hist. L. LXXI. I. *Æl Lamp. in Comm. Ant.*

& publici commodi quasi circum contineantur. Itâ demùm eruditio, etiam inter iniquissima hominum judicia, & probra, & dentes sesquipedales, sibi ipsi præmium fuerit, & certa tandem pactione quasi mercedis IMMORTALITAS. Hæc siquidem una est, quæ brevitatē vitæ, quæ laborum studiorumque molestias confoletur, non profectò ut in omni hominum cœtu, & omni sermone, aut omnibus in terris, celebremur, sed ut collocatis cum publico fœnore talentis morituri vivamus, neque jam in ore hominum, sed in æternitate temporum, quæ quotiens obversabitur animo, nihil utique magnum nihil optabile in rebus humanis videbitur. Quæcunque enim futura est memoria nostri nominis, sit vel sempiterna, quantillum est, si seculorum successionem ipsamque Æternitatem respicimus, spatium illud temporis in quo laudabimur? Et quàm arcti sunt terræ limites, quos intrâ diffundetur umbra quædam nostræ laudis? Si quidem ad illius exemplum, qui Alcibiadis prædia cum Atticâ, Atticam cum Græciâ, Græciam cum Orbe reliquo & habitato componeret: itâ nos quoque Urbem fortè vel Provinciam aut etiam Christianum orbem, in quo mansurum putamus nostri desiderium, contulerimus non modò cum iis omnibus Terris quæ hodiè calcantur & incoluntur, sed etiam cum vastâ totius Universi mole, aut cum Cœlorum illis spatiis quæ beatorum spirituum, quotquot cœlestium inanes non fuerunt, certa atque æterna Domus, supra caduca rerum & quicquid mortale est immensò evecta ac sublimata.

Sed ne in illa ipsa pro quibus dicturus accessi peccare commoda videar, Vos primùm appello, SUBLIMES hujus Academiæ PATRES, qui nullum tempus dimittitis quin de incremento literarum quod cogitandum sit cogitatis. Vos estis, quorum in hanc quam modò administratis provinciam adventu reviviscere veluti studia, ac nostri soles novâ quâdam luce fulgere conspiciuntur. Non equidem perindè affecti estis atque olim (d) Cajus ille Marius, uti Musis infensus & Gratiis, sic indignatus in Romanam Nobilitatem quod Græcas literas impensiore curâ addiceret, senis Catonis ad exemplum, quarum desiderio non Atheniensium modò sed (quod Strabo (e) pluribus) Massiliensium quoque Ludum literarium illa ipsa frequentaret, ut deindè Acta majorum & Historiarum monumenta lætitare cum fructu ac voluptate posset. Probaturi vos magis Sigismundi Imperatoris, ad rudes literarum Germaniæ Septemviros, aculeatas in Synodo Constantiensi voces, *illiterati esse indecorum Nobilitati nomen*, (f) quibus percitus Barbatus ac senescens Ludovicus, accusatâ primæ ætatis fœcordiâ, animum studiis solerter adplicuit. Enimverò quum admodum nuper hunc Præstantium Virorum Cœtum coram salutaretis, significastis ore Fortissimi Ducis, Scipionum quondam æmuli amore literarum, in id Vos curas omnes vestras intendere, easdemque effudisse in sinum PATRIÆ PATRUM, quibus solis esset statuendi potestas, ne deinceps Batava, etiam generoso satu procreata Juventus, cruda studia in Forum, in Curias, in Pulpita, ac Tribunalia propelleret: ne adeò ad Themidis minùs ad Ecclesiæ sacra antè convolaret, quàm esset illa Eloquentiæ primùm studio, quod Jurisprudentiæ ac Sipientiæ alteri naturâ & officio conjunctum credidit Cicero, tum Græcis literis quibus ali ac perfici ingenia ævum quoque Tullianum censuit, subacta ac præparata,

docta sermones utriusque lingue,

indè ad Historiam utramque animum adjectura, ut rerum pace belloque, domi & foris, in Romanâ & Christianâ Reipubl. gestarum observatione, incoctum honestis exemplis ac pertentatum pectus adferret ad studia severiora. Quo sanè fiet, ut nos ipsi qui labores, vigiliis, salutemque ipsam in spes hæc vestras protundemus, per Vos ac Vestram fidem quæ in Rempubl. summa est, per auctoritatem cui semper dediti fuimus, per

(d) Plur. in Mar. init. (e) Strabo Geogr. L. iv. (f) Dubrav. Hist. Boh. Lib. xxv. Dan. Par. Hist. Pal. in Ludov. Barb.

sapientiam quam suspicimus universi, per munificentiam denique Vestram quæ benè meritis nunquam defuit, erigamur atque in dies recreemur.

Ad Vos deinceps me converto, COLLEGE HONORANDI, Libris legendi pariter & Fastis, & quibus unà mecum commissa hæc tanta pignora, obtentatus per has quas junximus dextras, per salutem tot Populorum in quam hæc pubes adolescit, per communis quo obstringimur sacramenti religionem, ut ne, colligati tot sanctissimis nexibus, odiis unquam discindamur, aut distrahatur affectibus, aut privatis commodis cum publici dispendio serviamus. Est enim Oleæ prudens Minerva inventrix, nec armata nisi in sapientiæ tutamen, uti sunt Charites non modò implexæ manibus, sed & nudæ nullo velamine aut furo, præferentes pectore quod Epigraphis sæpè Marmora, *Dolus malus abesto!* Procul sint qui inter nos bella volunt, mercedibus emptæ ac viles animæ; longèque ab his *Μυθῶν Δύραυς*, à sanctissimâ hac Æde summoveantur simulatio, & livor, & malæ mentis cæstrum, & dolus, &

bellum ferroque excita libido!

Et quæ olim fervere studiis videbatur, deinceps audiat Concordiæ Templum, *Ο'μονόειον* appellaret Dio, (a) veriùs quàm quod à Tiberio ob unionem familiæ Cælaræ, spirante adhuc Augusto, Romæ consecratum fuisse legimus. Quin mutato veluti nomine, qualiter Cappadociæ quondam Metropolis Mazaca, in quâ duo Ariarathæ rarâ & insigni concordia præsiderent, *Εὐσεβείας Εὐσεβία* ad Argæum montem, in mutæ Pietatis symbolum, nomen accepit; ita hæc Metropolis omnium Disciplinarum, Hollandiæ hic Ocellus, *Εὐσεβία* appellatione omnium ore prædicetur! Sic magna vis erit ad excitandam Juventutem, magnum laudatumque nomen, sed & inconcussum robur unum & idem sentientis Eruditi Senatûs. Sic pari jugo in ea nitentur, non quæ ad ostentationem acuminis, aut ad insolentem apparatus, sed quæ ad concreditæ nobis Ætatis captum profectumque accommodata videbuntur: ut quæ scire eam expediat, hæc in publico sciamus, & quæ adstruimus verbis, seu jam Sapientiæ aut Gratiarum studium ac cultum commendamus, seu admiranda Summi Opificis Humanæque fabricæ, seu Juris & Æqui religionem, seu denique *τῶ Θεοσεβείαν* prædicamus vel *Θεοζωίαν*, nam & *Σεμνοθέης* ipsos dixere Celtarum vates, singuli nostro adstruamus ac firmemus exemplo, nec illud, *Ite*, sed quod familiare antecenti semper J. Cæsari alterum, *venite, sequimini*, identidem parietes nostri resonent!

Quod & vestrarum esse partium, VIRI DEI, dum sedetis quotidie ad rationes, non dicere modò optimè sed facere, & Jacobæ voci puras castasque manus adjungere, infixum plus satis animo vestro hære scio. Et quanquam nihil profuturo gemitu, quibus bella geri placuit, censebor in irrita vota pectus meum diducere, non desinam tamen altâ magnâque voce ingeminare, *Pacem, Pacem!* ultimum Christi Servatoris depositum. Sit satis irarum, an furorum dicam, quibus

penè omnis Regia Cæli

In partes diducta ruit!

Fitque tandem ut quæ vanâ persuasione obtenditur Veritas, eadem obscuretur si non amittatur altercando; ut illi ipsi qui maximè de Religione certant, Religionem omnem, composito quasi, animis excutere velle videantur; redeatque Alexandrinæ quondam Ecclesiæ totiens lacerata odiis & mixtæ tumultibus fatum, quæ *τὰ σεμνοθέης διδασκαλίας* veneranda Christianorum Sacra, mediis in Iliis & Serapiis ac Theatris cavillantium, conspuenda probris atque exhibilanda haud semel propinavit. Non ita vos, Viri Fratres, imò quod ad Antonium suum moribunda Cleopatra, (b) subductura se Octaviano triumpho, *Non per me, O Antoni, de te triumphum duci siveris!* idem vos ad ejus Veritatis & Religionis, pro quâ sunt nobis nostrisque majoribus tot magna bella pugnata, auctorem ac principem Jesum; Non per nos, Domine non per

(a) Dio L. LVI. in Aug. (b) Plut. in M. ANTON.

nos de Te, de Religione, triumphum duci patiare! Cogitemus horam illam novissimam, quâ poenitebit litium, & precabimur morituri eam pacem quam vitiligandi an imperitandi præposterâ libidine turbavimus vivi, detumescens tum sanè odiis, & conversâ indignatione omni in nos ipsos affectusque nostros. Quin ingemiscamus, ituris ad Cælum suspiriis, charissimæ Patriæ, tot Civibus, tot Fœderatis implicatis exitiali bello, conspirante immiti ac Stygio Hoste contra Aras & Focos, contra vitas fortunaque nostras, & illud ipsum quod colimus & adoramus Numen.

Dum fragor armorum trepidantes personat aures,

Et Gallos iterum Capitolia nostra petentes

Cernimus, & Rhenum Germano sanguine tingi,

Mosamque & Scaldim sevas sepsisse phalanges:

Dum Bellona minax facibusque armata Megara,

Leibumque, insidiaeque, & lurida mortis imago,

Arma, cruor, cades, incendia, dextraque flagrans,

Et pavor, & male suada fames, ac tristis egestas

Nostros ante oculos volitant, atque omnibus una

Impendet clades: Superos ni in vota vocamus,

Martia GUILHELMO qui frangant Lilia SALVO,

Et latis mutent subitisque ligonibus hastas!

Sed in Vobis tandem, SUAVISSIMI JUVENES,

Gloria Palladia delictumque Domus,

quorum causâ suscepta est hæc à me dicendi provincia, undè velut orsa fuerat mea terminetur oratio. In spem siquidem maximam, & quemadmodum confido verissimam, adducti sumus, hunc ipsum quem modò ingredimur Annum Academicum, novo Magistratu, novis certè acrioribus subditis laudum stimulis, fore huic Reipublicæ fortunatum, Ecclesiæ optabilem, Parentibus & quorum ex nutu pendetis gratum lætumque, ac Vobis ipsis tandem auspiciatum, compressâ licentiâ, fractis cupiditatibus, vanis & inutilibus, multo magis quæ ad omnem proterviam ac perniciem animorum ducunt, æternum valere jussis. O præclarum mihi vobisque omnibus hunc ipsum diem! quò incipietis seriò ad animum revocare, sanè ad libertatem vos esse natos, quam velut Hæreditatem majores vestri reliquerunt qui

sanguine nobis

Hanc patriam peperere suo;

sed & natos vos ad decus, ad tutelam, salutemque hujus tantæ Reipublicæ, ut jus, æquitas, fides, honor pudorque priscus, in Foro, Concione, Judiciis, Provinciis, Senatu, per vos aliquando redeant. Huc posthac desideria, huc spes, huc vota, huc studia, laboresque & vestri & nostri convertantur! A! *quantula vestra voluptas*, inter blandimenta flagrantium libidinum, ac turpes amplexus, osculata Philetarum more ut strangulet, dum lætus in præsens animus quod ultra est nihil aut leviter curat. Cogitate, obsecro, quàm malè sit extra legem viventibus, qui sibi ipsis tantum hostes, ut de Vitellio (c) Tacitus, securi poenæ ac *pendentis habene*, quod meruerunt habent tamen certò quod expectent: Et seu adolescentibus seu senilibus annis sumus, seu primâ seu extremâ luce ætatis, putate tantundem à morte omnes abesse, uti tantundem est omnibus ad immortalitatem viæ. Ite nunc, ite JUVENES, & vota in annos in seculum disponite! Patrimonii vestri in nimis sæpè opibus rationes supputate! Fortunam insanâ persuasionem vobis quisque fingite! Quò feret imperus, succensis æstu præcordiis, accurrite! Noxiò sanguine acceptis injuriis parentate, & Claudii verbum, *ἀνδρ' ἀκαμύναδ' ἴμυλτος νε ἀβίβερσι*, (d) vestrum facite! Cornua vel odia frontibus, furorem animo, manibus pila, hastas, gladios circumgestate! Aut etiam delicias, otia, nuptias, magistratus, fasces ipsos, destinatione vestrâ præcipite; atque omnia tandem facite, & magnis cogitationibus pectora implete! cras inopino fato exeuntem properantemque spiritum excussuri. Quare si gaudendum vobis est, quidni eo gaudio, quod ne instantis

B b b b b 2

qui-

(c) Hist. II. 31. (d) Dio L. LX. Suet. C. XLII. in Claud.

quidem fati acerbitas tollet? Si cupiditate pectus vestrum inflammandum, si fatigandum studiis, conatibus, votis, quidni aut solummodo aut præcipue istorum intuitu, quæ origine cœlestia, honesta desiderio, fruitione jucunda, eventu certa, fructu salutaria, duratione tandem æterna, & quibus veluti gradibus in Cœlum ascendatis?

D I X I.

LECTORI BENEVOLO S.

Audio fuisse præcipites oppido censors vel accusatores consilii mei, quo PROCERUM voluntati ac piis studiis, procul omni privato affectu, quod ingenue sancteque profitor, obsecundare pro modo ingenii mei, & pro Orationis finibus, unice animum induxi. Hi si paraverint mihi apud suos invidiam, quasi aut quemquam sermone meo offendere, aut omnem Criticorum diligentiam ac necessariam sepe ἔσθλασιν ἢ ἐξέτασιν, vel quoque laudatam & veri nominis προνομίαν, è Republica literaria Studium expungere (si Divi placet) intenderim, ne illi ita habeant! Eos ipsos omnium sanè primos, Crisi parum equam, & præposteram, Pagellis hisce meis auctoritatem esse addituros ac fidem. Tuum erit, mi Lector, quod res est arbitrari.

O R A T I O XVI.

S E U

LAUDATIO FUNEBRIS
SERENISSIMÆ AC POTENTISSIMÆ
M A R I Æ II.
MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ,
ET HIBERNIÆ
R E G I N Æ,
SANCTISSIMÆ MEMORIÆ.

D I C T A

Ex Autoritate Publica In Illustriss. Batavor. Athenæo,
ipso Regalium Exequiarum die, Idib. Mart.
Greg. A. c13 13c xcv.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQUE GUILIELMO III. D. GR. BRITANNIARUM, SCOTIÆ, FRANCIÆ, ET HIBERNIÆ &c. REGI, FIDEI DEFENSORI, FOEDERATÆ BELGICÆ SUPREMO GUBERNATORI. PIO, FELICI, MAGNANIMO, SEMPER INVICTO, SUI AUTEM VICTORI POST DIVISAM ACERBISSIMO FATO CONJUGEM INCOMPARABLEM, MARITI REGNORUM ORBIS TOTIUS GLORIAM AC FELICITATEM, DE HUMANO GENERE UNIVERSO OPTIME MERITAM, CUM QUAVIXIT SINE ULLA CONTROVERSIA, RARISSIMO EXEMPLO, ANNIS INTEGRIS XVII. HOCCE NON LENIMENTUM DOLORIS SED PIETATIS BATAVÆ MONUMENTUM, MEMORIÆ ET GLORIÆ SEMPITERNÆ AUGUSTISSIMÆ NUNC AUTEM DESIDERATISSIMÆ MARIÆ SACRUM, S. REGIÆ MAJESTATI D. D. D. DEVOTISSIMUS MOESTISSIMUSQUE.

FRIDERICUS SPANHEMIUS F. F.



PLANGAMNE modò, intercepta singultibus voce, inter tot & tanta doloris irritamenta, futurus lugubre vobis spectaculum, moestissima omnium Graduum atque Ordinum Concio; an linguam penè exanimem, utique mœroris acerbitate gravem, resolvam in verba, sed crebris intercisâ gemitibus; at-

tonitus ac propè desertus à mente meâ hæreo, dum curæ leves loquuntur, ingentes stupent. Nemo flumen eloquentiæ præcipiat animo suo exiturum hujus ex ore, cujus in flumina sed aquarum, perenni fonte, quamdiu inlacrymabimus hodierno Funeri, lumina atque ora solvuntur. Horrentes squalido & insolito habitu hi parietes, suggestus hic ipse feralis pægmatis speciem quandam referens, mutatae Patribus vestes, pullatus omnis Ordo, atratae Musæ, inversi falces, dejecti cives, mœsta ubique silentia, lugubris quaquaverfum apparatus, ac stillantes madentesque passim genæ, infandum supra quam mente complecti datum est, pressumque omnium pectoribus dolorem, etiam sine interprete, expriment fortius ac vehementius omni humano eloquio, si vel singula corporis membra verterentur in linguas, ac lamentabili voce resonarent. Mene ipsum, qui hoc in Athenæo primus, solennibus atque Oecumenicis sacris, non tam GUILIELMO & MARIÆ accepta Regnorum Insignia, rara sed utinam æterna societate, quam Orbi Britannico duo maxima Cœli munera, & Ecclesiæ universæ Tutelaria duo in terris Numina, publico ADLOQUIO gratulabar; mene primum obsequii religione, in eos qui jubere suo jure possunt, indicto hoc Justitio, tristissimâ luce quâ nemo dolorem finxit, feralis Præconis officio perfunctum, proclamare supremum MARIÆ BRITANNICÆ diem! Conclamatum est, Patres Conscripti, excessit Optima Reginarum, quo uno nomine omnia continentur, non profecto quo Lacones fenfu, in Regum suorum funeribus, ultimum temper dixere Optimum, aut quâ ratione Nero Poppæam suam Genium Urbis, quod Optimorum Imperatorum cognomen fuit, sed unâ omnium Populorum voce excessit quæ sic OPTIMÆ appellationem meruit, ut dum Reges Reginaeve Orbis adorabit, transire ad aliam pari Humani generis consensione nunquam possit. Occidit Britannia, occidit Foederatæ Belgicæ, sed æternâ & caliginosâ nocte, splendidissimum simul ac benignissimum si quod aliud Orbem collustravit afflavitque Sidus, quod vel solâ Nominis umbrâ Gentem utramque recrearet! Occidit MARIA, Astri illius instar quod dierum & noctium vices facit, regressa undè primùm orta fuerat! Ac communi, dispari licet, omnium orbitate, luget GUILIELMUS Animæ plusquam dimidium suæ; luget Aula senio veluti confecta delicias suas; lugent Regna Augustam vix sibi ostensam, sed majorem quam ut Regnorum vel seculi angustia caperent; Jugent subditi indulgentissimam Matrem, veriùs quam olim Livia aut Julia Pia, Matrem Patriæ, Senatûs, Castrorum; luget Hollandia Alumnâ tenerrimo è sinu, quo vel divisam Orbe toto complexa jugiter fuit, veluti raptam divulgamque. Sed & desiderant, lucem, nobilitatem, gloriamque suam Muliebri sexus, tutricem amantissimam omnis Ecclesiæ, altricem profusâ liberalitate fortunis omnibus exuti, expultricem calamitatum miseri, solamen certissimum oppressi, asylum intemeratum ejecti, verissimi nominis Irenem filii pacis, sacratissimum tandem ac conjunctissimum Caput omnis Ætas, omnis Ordo, Gens omnis, quotquot sanè virtutem ac pietatem in summo rerum humanarum fastigio venerantur. Et quem nostrum non afficiat percellatque unius GUILIELMI, Invictissimi Herois, luctuosissimum spectaculum, reddentis quandam fortissimorum Ducum imaginem, quibus stupore oppressis via vix tandem voci laxata est, certè ingemiscentis assumptæ inopino fato consiliorum laborumque, sed & omnium suavitatum atque officiorum, sine exemplo Sociæ? GUILIELMI! qui nullis antè vel secundis rebus elatus, vel adversis infractus, qui periculis nullis territus, casu nullo quantumvis acerboprostratus, ut cui esset circum pectus æs triplex, nec ferreum cor sed adamantinum, nunc saucius insanabili vulnere, non à fletu non à singultu temperat; quia nem.

nempè vulneratus & transfixus non hostili glande, sed vi humanâ majore, Deo ipso, quod Sanctissimis Viris accidit, cum Heroë nostro atrâ nuper atque acerbâ nocte sic colluctato, ut adhærentem Regio lateri Costam dittraxerit summus rerum Opifex, nec dormienti qualiter in Evæ fabricâ, sed vigilanti excubantique salutis Publicæ, cui dolori ne par quidem fuisset, in primævâ illâ felicitate, Conjugum primus. Neque tamen tanto dolori succumbit, aut sævienti in Regia viscera vitæ mortisque Arbitrio non submittit æquum animum Heroïum maximus. Itâ neque nos, erigendos tanti Regis exemplo ad illum cujus nutu res humanæ temperantur, conveniret hodiernâ ac nefastâ die muliebri ejulatu, vel præficarum planctu, prosequi Regales Exequias, lessum lamentando facere, quem negabat Mulieribus lex duodecim Tabularum, aut clamoribus implere Tempia, Fora, Tribunalia. Non etiam adferent ægris animis lenimentum inanibus diducta suspiriis pectora, non compositi ad mœstitiam vultus, non profiliens oculis & calens unda, vanâ sæpè nimis & ad ostentationem luctûs comparatâ scenâ, à quâ abhorret quàm maximè acerbitas gravitasque hodiernæ calamitatis, quantam sanè assequi cogitatione nemo facile poterit. Quid igitur, an cohibita intra præcordia ac recondito luctu, converteremur in Niobas, in saxa, & conceptum altè dolorem, nullâ pietatis significatione, duraturo nullo in ævum monumento, testatum faceremus ad cives, ad populos, & ad scram posteritatem? Nam & Fœminis Augustis, supremo istarum die, non minùs quàm summis Imperatoribus, decreverat Gentium Terrarumque Domina, præter Divùm honores, & sacrilegæ pietatis Vota, etiam Laudationes Funebres, qualibus Liviam Augusti, Poppæam Neronis, Sabinam Hadriani, Faustianam Antonini Pii, Juliam Domnam Severi, concelebratas fuisse solenni pompâ, ac publicâ virtutis commemoratione instituendâ illâ ad nutum Dominantium, ad Aulæ ac perditissimæ gentis ingenium, ut etiam sexûs sui propudia & dehonestamenta consecraverint Immortalitati, vertenda in Junones, in Veneres, in Deorum Matres, vel in Δημότητες ac Πρωτοδότηρες. Pari jam assentandi omnia, atque etiam turpissima quæque, confidentiâ ac libidine, quâ Tiberii clementiam moderationemque, Claudii prudentiam, patientiam Hadriani, indulgentiam Caracallæ, Commodi decora tanquam nati ad Æternitatem Romani Nominis, extulerunt successores Principes, laudavere Patres, transmiserunt Tabulæ, Æra etiam & Numismata hodieque mentiuntur. Ah! quàm dispar ratio est hodierni ac religiosissimi sacri, quo Orbis universus Batavæ pietatis testis adhibetur! Quantum distant hæc Parentalia, verè Justa, Amoris & Judicii signum, quæ MARIÆ AUGUSTÆ solenni scito hujus Reipublicæ & Academiæ Patres, duplicato etiam honore, statuerunt, imitati pietatem Octavii Cæsaris, qui Octaviæ sorori, inclytæ Fœminæ, cum honorem attribuit, ut defunctæ cum ipsemet in Julio Sacratio Cæsar, tum & Drusus pro Rostri, Senatoriâ veste funebri permutatâ, publicè parentarent. Et quàm refugit omnem cultum, obsecro vos Auditores, & quicquid ars ambitiosa mentiri solet, laudatio ejus REGINÆ, cujus divinam indolem, puram castamque virtutem, ac immortale decus, pari concentu vocum & animorum, suspiciunt atque in cœlum tollunt universi, subditi & fœderati, exteri & indigenæ, illi ipsi qui virtutem in hoste venerantur? Imò tam dehonestaret Sanctissimos MANES, dicentium fucus, & calamistrata omnis oratio, quàm prohibet non modò luctûs acerbitas, qui cultum omnem ponere jubet, sed Illa ipsa quæ vivens adhuc & spirans etiam modicas laudes parcissimè delibaret, & quæ omnem vel oris, vel animi, vel verborum fucum, aut fictas acclamationes, Aularum verè pestes, ac Neronum ma-

tres, non arcere modò aditu Regio, sed etiam Majestatis injuriam interpretari solita fuit. Ego sanè, Patres, Collegæ, Cives, Hospites, in hoc dejectæ mentis meæ situ, tantum abero ab omni assentationis vel immodicæ laudis suspitione, quantum abest à necessitate Oratio mea. Et si quod parentandi officium IMMORTALI FŒMINÆ susceptum à me quoque est hodiernâ luce, factum credite nullâ obeundi fiduciâ, nec tam profuso pietatis cultu, quàm solo pudore recusandi, cujus rei testes appello qui res nostras moderantur. Ac dum subit animum meum cogitatio, olim in publico gravique Luctu, has dicendi partes modò Reges ipsos, Davidem quondam, modò viros Consulares indè à Valerio Publicolâ, modò Cæsares aut Principes Juventutis occupasse, Julios ipsos, Augustos, Tiberios, Drusos, Caligulas, Neronos, ascensuros Rostra, ac virtutem adeptam concelebraturos eâ quâ deceret oris majestate; dum præterea mente meâ tacitus revolvor in contemplationem ejus AUGUSTÆ, de quâ nihil humile, nihil mortale dici debet, ipso quondam Octaviano Cæsare laudari nisi à præstantissimis ingeniis renuente; denique dum vos omnes & singulos circumstantes hoc Tribunal anxie & sollicitè circumspicio, nihil forinsecus oculis, intra me nihil menti & affectui sese ingerit, quod virum ætate gravem, jam propè attritum viribus & laboribus, certè publico mœrore languentem, non dejiciat, vehementerque à dicendo deterreat. Circumcidam igitur in tantâ rerum dicendarum ubertate Laudationem meam, non profectò ad Pannegyrici leges exigendam, qualem segniùs elaboravit Græcæ eloquentiæ pater, quàm Orbem penè omnem subegit Macedo: & consulturus simul auribus vestris, simul infirmitati meæ, relinquam Magistris artis, Viris ætate aut dictione floridis, quicquid ad amplificationem rerum pertinebit, veniam in limine precatus, si non parem mihi in dicendo copiam Majestati AUGUSTISSIMÆ Principis, aut acerbitati animi mei, habere contigerit.

Quicumque sit fulgor illius astri, quod modò curvatum in cornua, modò mediâ sui parte, tandem orbe pleno solis absentiam utcunque lenit, fulget tamen luce non suâ, ac splendorem omnem, quo radiat, à solis adspectu positumque mutuatur. Consimiliter illustres ac latè splendentes fœminas frequenter adspexit Orbis, sed quæ maritalibus decoramentis, ut cum Septimio nostro loquar, veriùs quàm suis ac propriis coruscant. Plurimum sanè HEROINÆ nostræ, post Ejus cum Orbis Europæi hodierno Sole conjunctionem, ab hoc ipso lucis ac splendoris accessit: Fulsit Illa tamen proprio ac splendidissimo lumine, & ambiguum fecit, magisne ex se diffuderit serenissimam lucem Regis Natalibus, an Regalibus Sceptris, per se ipsa Imperii confors, an dènique Regis, quibus omnium fœminarum sortem longissimè supergressâ est, virtutibus ac decoribus, conspicuis per omnes Terrarum tractus,

Et quâ recondit, & quâ sol promittit diem.

Quam, amabo, Augustam Annales minimè fabulosa, quam antea ac decursa majoribus spatia seculorum, aut ipsa hæc quæ vivimus tempora, Reginam Orbi monstraverint, quæ pari nec interruptâ Regum successione exurgat in primos ortus suos, & de quâ procul assentationis specie pari jure concinendum fuerit,

Missa per innumeros Sceptra tuetur Avos?

Nec enim moramur Reges vel Imperatores, ortos scilicet à Diis Immortalibus, à Marte Patrem Romulæ Gentis, ab Hercule Amyntam vel Philippum Macedonas, à Jove Cornigerum Alexandrum, ab Ænæâ & Venere Gentem Juliam, in quam Augusti Conjug Divæ Julæ nomine transcribenda fuit. Quàm verior sanctiorque, sine crimine Deorum, fuit origo ejus PRINCIPIS, quæ intellexit progeniem se non STUARTORUM modò Regum indè à Roberto II. Felice, & à tribus retrò seculis, sed altiori etiam origine Scotici Ge-

neris, ad Boëthianas licet dubiasque successiones non affurgam, tum & Anglo-Saxonici ex Margaretâ nuptâ Malcolmô III. Normannici ex Henrici VII. & Elizabethæ Filiâ, consorte Jacobi IV. Danici ex Annâ Proavâ, tandem quoque Francici Sanguinis, vel novissimè ex aviâ suâ Henr. Mariâ Borboniâ, infelicissimi Jacobi nihilo feliciorè Matre. Adèò ut versùs quamcunque Cœli plagam sese HEROINA nostra converteret, imperasse isthac parte Tritavos suos, ac Principes humani generis, certâ fide cognosceret. Sed quantumcunque Illa fuerit magnorum soboles Regum, utinam & paritura Reges, non alia fuit, post foeminas natas, quæ oblita veluti Generis, & Proavorum, & acceptæ à Majoribus Potestatis, quam modò peccandi auctoramentum esse censèbat, magis sese demiserit ad omnem fortunam, omnemque statum ac conditionem hominum, & ad angustum quemcunque larem, negligens visa fastigii sui, in sublimi illo Solio, è quo tot amplissimis Regnis, tot Maribus, Insulis, Populisque, jura cum GUILIELMO dabat. Scilicet, noluit MARIA in excelsò illo Dignitatis censerì vel Avorum sceptris, vel Progenitorum suorum gloriâ, sed neque propriâ regnandi atque imperandi forte. Meminerat, parem ducendi vitæ spiritum nascendique legem, si non pari fortunâ & splendore, positam esse summis & imis, quos Imperatorum purpura & quos pauperum tabernæ nascentes excipiunt, quod voluit apud Romanam Suadam Socrates, nihil quicquam inter Alcibiadem summo loco natum & bajulum quemvis interesse. Probè noverat, Majorum imagines, ac veteris profapix hominem, vanissimam sæpè nominis umbram esse, generosum sanè rutilumque in ortu suo sanguinem, sed frequenter in extremis degenerem ac putrescentem; aut splendidissimæ lucis radios, sed qui in sentinam quandoque influunt, certè in Julias & Agrippinas, in Caligulas & Nerones, in Domitianos & Commodos, natos ad infamiam paterni aut aviti nominis, & qui purgamenta potiùs fuère quàm sanguis. Quò etiam factum, ut maluerint habere stirpis nominisque sui Capita, pari jam forte cum Davide, in Romanâ quidem Republ. Octavii, Flavii, Pertinaces, vel etiam Catones, Cicerones, Marii, quàm si in se defuisset, tanquam postremis sui Generis, aut extincta secum fuisset Majorum gloria, qualiter in Saùle, vel in memoratis omnium Romæ vitiorum ac scelerum Officinis.

Memini, AUDITORES, ejus diei, quo pia ac sollicita Princeps, revocans ad animum Genitorem suum, florentissimis nuper Regnis imperantem, sed devium ab eâ Fide quam & sancirent Divinæ humanæque Leges, & obliuissent, post seculi sui Josiam Eduardum VI. Jacobi Patre Avusque, memini, inquam ego, ut multis Ea profusisque lacrymis, me coràm in sacrarium admissò, adoraret summum rerum omnium Parentem Deum, qui modò Heroum Filios Nepotesque, ac naturam ipsam, destitueret, modò in iis suppleret quod Genitoribus defuit, emendans naturæ vitium Gratix beneficio. Quod ubi adstruxissem petitis è proximo exemplis, cum Suo ipsius, tum Jacobi proavi infortunatâ Mariâ nati, fierique istud pari Gratix portento, quo Naturam ex asperis ac confragosis rupium aurum, & gemmas, & adamantas, vel ex amaris sæpè radicibus dulcem mellitumque succum, extrudere quotidie cernimus; addebam ego in solamen afflictæ pietatis, fortè non perituum Cœlo tot lacrymarum, tot superiorum Patrem: cujus esset prima gloria genuisse Mariam, & à quo Ipsa naturam semel, sed qui vicissim à Filia in dies singulos gratiæ exemplum, ac precationum, quo nihil munere Cœli clementiam magis expugnet, auxilium præsidiumque acciperet. Equidem, quicquid HEROINAM nostram supra omnes omnium retrò ætatum Augustas extulit immensum, quicquid in Illa adoravit propemodùm Anglus, amavit

Batavus, coluit Germanus, Helvetius veneratus est, ac ipse suspexit ringens renitensque Gallus, atque in ultimos etiam Hyperborei, Eoi, & Occidui Orbis fines sic diffudit fama hominum, ut nihil de hac PRINCIPLE celebrarit, quod idem de aliâ celebrari posse videretur, istud omne non humano, sed Divino atque immortalì, semine transfusum in Eam fuisse certâ fide tenendum est. Principiò auspiciatissimum cœlo fuit, jam à Fonte sacro, MARIE illud suavissimum ac sanctissimum nomen, consecratum ab ipso Gratix Natali, augurium futuræ salutis, restitutionis, ac securitatis Britannicæ. Tamque istud in Nostrâ fortunatum, quàm ominosum fataleque fuerat in MARIIS prioribus quatuor, Anglicâ, Scoticâ, Francicâ, ac novissimè Italâ, per quas Religio pestundata, sacra profanata, leges violatæ, paratæ restes, lanienæ, equulei distenti, pyræ structæ, rogi accensi, & recens ab intolerandâ servitute Ecclesia proxima exitio suo fuerat. Quomodo sæpè aliàs, sub Christiano dominatu, rem omenque defuisse in Faustis, Eudoxiis, Honoris, Eusebiis, Dominicis, Theodoris, Irenis, speciosis quidem sed vanis Augustarum Nominibus, mœsti Ecclesiæ Annales testantur. Ita quæ per Marias perdita Britannia, servando postliminio per MARIAM fuit, ut, quæ olim per Guilielmos Primum & Secundum variè adstricta, per GUILIELMUM Tertium recepit spiritum & vitam: contrario sanè in Jacobi Secundi, ut in fatalibus quondam Darii, Philippi, Antiochi, Aristobuli, Augusti, Constantini Nominibus, exemplo, quibus infelicissimè destitutum, quod iisdem Nominibus inchoatum lætis ac felicibus auspiciis fuerat. In primis verò, quis vestrum non assurgat cogitatione sua ad unius illius ductum, qui mirabilem hanc machinam nesciis securisque parentibus in ortu primo fingit, quando observatur animo forma illa speciesque & proceritas Muliebris corporis, non heroica sed divina propemodùm; ea frontis majestas, is faciei decor, istud oculorum lumen, ea partium omnium admirabili lepore ac venustate in MARIA nostra consensus, ut ne conjunctæ quidem totius Græciæ Veneres unam hanc Helenam, sed castitate Penelopem, Apellæis coloribus animandam, sistere vel adæquare potuissent. Dignam profecto non mortali Imperio, quod Æthiopes, apud principem Politicorum, ex formæ majestate decernebant, sed ipsa Regni, si quæ daretur in terris, æternitate. Condebatur utique Regio domicilio ac veluti Templo, cujus idem Architectus qui Universi, cœlestis animus, mens excelsa, candidus nivibus pectus, ingenium in recessuum abdita penetrans, judicium certum & falli nescium, legendi aviditas inexhausta, memoriæ thesaurus incredibilis, indoles recta & heroica. Eminēbat in verbis, in vultu, in habitu, in oculis, in gestu situque corporis, in affectata veritas, simplicitas, fides, candor, & quicquid amorem simul ac reverentiam conciliaret. Ornabant præter dicendi vices, paremque trium Linguarum gratiam, cummaximè innocui ac castissimi mores; quos nullæ sordes contaminare, venenatus nullus afflatus, aura nulla pestifera, familiari in Aulis contagio, inficere unquam posset; frangi potiùs natâ purissimâ illâ Mente, ut vasa quædam solent veneno affuso, quàm ferre, nedum velle, quod non esset cum virtute, & honestate, aut etiam utilitate publica privataque conjunctum. Ita quicquid efferre arrogantiam ac corrumpere animo, etiam à tenebris, cupidissimum gloriæ sexum consuevit; quicquid aliàs factu graves ac tumidas facit claritas generis, forma, ingenium, summa in terris fortuna, splendidissimas sæpè pyxides, auro gemmisque fulgentes, sed quæ intus condunt arsenica, aut certè *plus alois quam mellis habent*, ab hac omni labe sexus sui sine controversiâ Princeps, ineunte jam adolescentiâ, vehementer abhorruit. Adèò ut quam supremus Naturæ Parens omni ex parte perfectam ac fortunatam reddidisset, hoc uno

uop moerentem quod esset *melior Patre*, nunquam Illa tamen intumescere, aut remittere de affabilitate, mansuetudine, admissionum facilitate, vel de humili sui sensu, observata fuerit. Et quantum erat in ore ingenui simul & regii sanguinis, tantum fuit in animo verecundi pudoris, ut condita semper esset benignitate majestas, gravitas hilaritate, severitate clementia. Quotquot etiam ad tantæ Principis vultum atque aures admissi, norunt illi perpetuam cum Ejus modestia pugnam sibi fuisse sustinendam, ut vel submittere sermonem ad modestiam hanc ipsam, vel omnino cohibere ac reprimere cogentur.

Notissima in vulgus loquor, Patres Conscripti, hoc præcipue intendens, ne quis tot tantasque animi dotes cum Paterno Maternove sanguine in **MARIAM** transmissas crediderit; quas ego unum Dei opus, ostensuri terris quousque ducere ac perficere naturam posset, auctacter fidenterque assevero. Equidem corruptissimis **Aulæ CAROLINÆ & JACOBÆ** temporibus, quum **Papatus** non clam irrepere, sed detractâ larvâ palam irumpere; quum Religio subdolis artibus pro mantelo esse; in deliciis verò effœminatæ artes, dissoluta clementia, indecora studia, lætitiæ futiles, & flexibiles animi in quamcumque partem à Principibus ducerentur; factum non sine Deo est, ut interea **MARIA ANNAQUE**, sub Optimatum Matronarum ductu, exquisitis piisque Magistris, ut quondam natæ **Eudoxiâ** matre **Pulcheria & Arcadia** sorores, in disciplinam traderentur: à quibus nempe, admovendæ aliquando summis rebus Regiæ Virgines, fingerentur animis, nec tam ad excelsæ fortunæ, quam ad purgati superstitio-nibus sacri ac veræ pietatis cultum excitarentur. Siquidem & Paria marmora incidi, & ehora dolari, & expoliri adamantas, & aurum expurgari, & circumcidi exquisitissimas plantas, & lectissima quæque femina, dum exurgunt, arte coli oportere, ipsa natura docuit, dum pumex, & tophus, & spongia, emendari aut poliri nullâ industriâ possunt. Hæc igitur quum fuissent utriusque Principis incunabula, promoturo vim insitam, ac sollicitam culturam, sapientissimo Præsule **HENRICO** Londinensi; sensim **MARIA** nostra, optatione jam factâ, sic assuescere legendo audiendove ad pedes Jesu, quos perfunderet quotidiano & fragrantissimo precum, oblationum, votorumque suffitu, ut deinceps reliqua omnia pro nihilo duceret, censeret magnum inane, & adumbratam modò imaginem gloriæ, mirarique desineret **Aulæ**

sumum, & opes, strepitumque,

& quicquid extra Deum, ut extra Arcam Noëticam volitans per inane corvus, ambitiosæ mentes aucupantur. Verissima referam. Quum primùm nunciarentur **JACOBI** Patris inauspicatæ cum **MARIA** Mutinensi, proxenetâ **LUDOVICO**, certæque nuptiæ, non modò Illa, cum **ANNA** sorore, demisso vultu, & humescens oculis, fatalem nuncium accipere, subsécuto mox torrente lacrymarum, quem sistere ne is quidem potuit, qui tum à domesticis sacris atque institutionibus esset **Thomas Doughty**; sed etiam **Nostra**, post egestum nonnihîl fletu dolorem, erumpere in cedro dignissimas voces: Utcunque, ait res, illa ceciderit, spero nos servaturas incontaminatam Deo fidem, ac Religionem; transeant reliqua omnia, quæ levissima reputabimus. Quàm certa hæc jam tum præfagia, **AUDITORES**, futuram, quam lugemus, **HEROINAM** sanctioris Religionis arcem inexpugnabilem, firmissimumque munimentum, simul & perfectissimum exemplar earum virtutum, quæ immortale sui desiderium relinquerent nobis, ferisque nepotibus.

Sed ab his adolescentiæ tyrociniis ad majora & excelsiora vocabatur, & ad ponenda rudimenta imperii consiliique, sub **GUILIELMI HENRICI** ductu, & quanto sub **Nomine!** Hic fuit, cui Divina virgula, & sola quidem, nullo hominum monstrante viam, signavit

MARIAM BRITANNICAM, quæ una flammam illius accenderet, quam unam, in omnibus Fœminis, deligere Conjugem in gloriam decusque suum posset, & qualem frustra in millenis vestigasset **Salomon**. Quemadmodum unus ille in Heroibus, & in verè Christianis Principibus, eminebat, quem optaret sibi **MARIA** juventæ ac vitæ suæ ducem; ut in quo esset concordia omnium laudum omnisque gloriæ, in quo uno summa omnia, quæ olim divisa toto lare in quatuor Persarum Principum Ephoris, universo Imperio delectis, quorum primus sacrorum studium, alter moderamen affectuum, tertius animi fortitudinem, postremus amorem æqui & boni, regnaturis inspirarent. Atque hujus tanti in terris Magistri **MARIA** sic omnem imaginem animo concepit, profecitque Mens rerum summarum ultra sexum suum capax, tanti Principis consuetudine, ejusque non tam præceptionibus quàm exemplo, ut regnare docta fuerit, antequam se posse cognosceret. Narrabo fidelissimè testata auditaque mihi tum soli. Quum **Hagæ** adhuc moratam, à **Britannica Expeditione**, sed aliquanto post daturam vela ventis, admissus ego ad pulvinar Regiæ Principis, à dicta concione, erigerem pro modulo non unâ jam curâ ac cogitatione distractam; Illa, ut familiaritatis numeros omnes obibat, propitio semper vultu sacrorum Interpretes respiciens, in hæc ferè ad me verba: **O** duram, inquit, & acerbam mihi necessitatem, aut destituendi Patrem, quem perdidit **Avia** primùm mea, hinc fundi nostri calamitas **Gallia**, aut destituendi **Maritum**, **Patriam**, imò **Deum** ipsum, **Animamque**, proximum mihi ac charissimum pignus! Ita est, reponeram ego, ô **DOMINA**, duram quidem necessitatem, sed ineluctabilem; non ferente divisum obsequium, aut divisos affectus, qui **Te** non modò **GUILIELMO** æternis nexibus conjunxit, sed etiam qui altiori destinatione cœlo vocat, ad ferendam opem laboranti si non pereunti **Patriæ**, **Ecclesiæ**, **Religioni**, **Batavis** hisce tuis, quorum cervicibus aut gladius aut servitus impendebat. Destituis Patrem, **DOMINA**, sed qui primus **Se** ipsum, **Naturam**, **Liberos**, **Regna**, **Sacra**, **Leges**, **Fidem**, spemque subditorum destituit; imò qui ipse decessit Principatu, ut serviret illorum commodis, qui, profanarum religionum obtentu, **Divina** omnia **Humanaque** suâ tantùm utilitate metiuntur. Et quum adjicerem; invitari **Illam** divinâ voce à suavissimo quodam otio ad laborum curarumque cum **GUILIELMO** societatem, & nisi nostra nos vota fallerent, ad amplissimi toto Orbe Imperii gubernacula; **Egone**, ajebat ipsissima modestiæ imago, regere **Populos**, tractare **Sceptra**? quæ hoc unum didici, tractare, post **Codicem Sacrum**, paginas quæ animum vel instruant vel recreent, hinc **acum**, **calamum**, **penicillum**, **flosculos**, **hortos**, & si quid aliud meam ad œconomiam pertinet, vel ab otii contagio sexum nostrum revocat! **Ac nolite falli** opinione vestrâ, pergebat **Illâ** subridens, quasi me pacis bellive artibus imbuerit contubernio suo **Princeps**. Imò verò **Hic**, post lustratos saltus, excussas cubilibus feras, superata cursu dumeta, vel certè post fatigatum indulgendis auditionibus animum, ac curis pro **Republicâ** quam humeris sustinet universam, subire thalamos meos, sub cœnæ tempus, hac lege consueverat, ne rogitando multa magis obtunderem, sed suavibus jocis, undè orirentur risus, fessum ac propè maceratum recrearem.

Ità sanè est, **AUDITORES**, *ἀντιδιδαν* penè **MARIA** fuit in difficillima omnium arte regnandi, nec susceptura nuper Imperium, nisi servandum fuisset ab interitu. Atque hujus prima rudimenta, ex quo adnotam se **Reipublicæ** sensit, dum **GUILIELMUS** extra Regni fines volucris atque incitati Hostis frangeret impetus, æquarunt consummatam, consilio & armis, **Marciarum** quondam in **Britonum** gente, unde **Leges Marcianæ**, vel etiam **Zenobiarum** in **Oriente** pro-

providentiam, sagacitatem, invictum animum, virtutem verò fidemque immensum superarunt. Quam enim par istis Fœminis ambitio nulla comitata est, fastus nullus extulit, Eandem stupuit Orbis, dùm omnia intra Regnum trepidarent, circùm autem contremiscent fragoribus Maria, essentque boni omnes pavore attoniti ac defixi, solam intrepidam, ac conturbati animo nefciam. Contegebat Mare Britannicum non hostilis modo Classis, sed in speciem victrix, jamque, Muliebre imperium aspernata, portus Anglicanos propemodum tenens; scilicet post emptam ac constupratam pretio fidem, desertaque nefaria conspiratione, hinc disjectas aut everfas, Belgarum naves; immotis interea Britannicis, immoto spectanteque Archithalasso; quicquid hunc ad tantum nefas, & ad proculcandam Fœderum religionem induxisset. Intus verò, Conjurati per occultos atque exitiosos cuniculos, quos sine dolabrâ aut ligone promoverent, per horribiles machinationes, parare viam callidissimo Hosti, qui sub larva Jacobæi nominis vincla Reginae, Anglis servitutem, Religioni exilium, toti Regno fatalem rerum conversionem, strages, lanienas, incendia, latrocinia, non minaretur solum, sed jamjam immittere gestiret. In Flandris, fatali quadam infelicitate, & astu magis quàm virtute irrupentis Galli, non sustinente primos impetus Equitatu, fusæ novissimè fuerant Fœderatorum copiae. Procul in Hibernis GUILIELMUS, stipatus exiguâ militum manu, dum Gallus perfidusque Jernus insiderent Urbes, Oppida, Castra, Propugnacula, Portus, Trajectus, & Regni totius Arcem ac Metropolim. Nec modò in ancipiti res erant, sed penè desperatæ; nullâ tum humanâ sagacitate auguratâ, fore ut HEROS ille noster, vidente observanteque Hoste, trajectum Boinæ fluminis nullo ponte factò, quales olim Cæsar ad Rhenum & ad Bætiæ fluvios, tentare sustineret, Regiumque Corpus tormentorum globis, ac densissimæ icloplorum grandini, nec invulneratum objiceret; agendis mox in fugam Barbaris, Gallisque, hinc trepidante Jacobo Insulâ totâ uno die exigendo. Quid in tantis angustiis MARIA? Num deponit animos, aut periculi magnitudine terretur! Num Ipsa concutitur, quum

Et tellus, atque horrida contremuerunt Æquora?

Num ad subornatos percussores trepidat? Num Regiâ se subducit? Num consilii ambigua permittit se fortunæ, rerum exitum spectatura? An verò virilibus animis, inaudito multis retrò seculis exemplo, rebus angustiis fortior apparet HEROÏNA, major in tot adversis micat, atque animo præfens, consilio sagax, executione velox, minacem Classem sistit, admotas toris machinas dissipat, consternatos erigit, ignavis fortitudinem addit, rebellantes comprimit, perfidos terret, Catilinariam conjurationem frangit, orbos ac destitutos Belgas recreat, minacesque quaquaversum turbines & sævam tempestatem discutit, pellit: Ubique, in Regiâ, in Senatu, in Castris, in Sacrario, partes omnes impletura Reginae, Senatoris, Ducis terrâ marique, sed & Flamini, erectura in Cœlum pias ac Christianas mentes.

Hæc nos fœminæ vidimus ætæ manu!

Hæc Illi domandi Hostis, ac servandæ Patriæ, tyrocinia fuerunt; hæc auspicia ejus Deboræ, quæ non unum Siferam opportuno tunc metu exanimavit, oppressit; mox compositis rebus, & supremâ libertatis Britannicæ quasi nocte in serenam lucem conversâ, ac reddito Sibi & Regnis Sponso, reditura ad otia priora, nuperamque tranquillitatem animi sui. Cætera quis nescit, AUDITORES? Ut MARIA, dum circumferret rursus victricia arma in transmarinis locis GUILIELMUS, ac Galli ferociam retunderet, falleretque provida cunctatione dolos, ut Heroïna nostra reliquias Hibernici belli consecerit, Athloni nostri præcipuè, ac Gallovi, spectatâ bello virtute; ut pervigilans dies noctesque excubias pro Regnis, pro subditis, pro causâ Fœderatorum ageret; ut dies totos in Senatu, in Aula, copiam omnibus judicii sui faceret; ut votis pro GUILIELMO, tanquam pro com-

muni salute, pulsari cœlum toto Regno; exemplo magis suo quàm Edictis regiis, præciperet; & quod omnium caput esse censeo, ut severissimis interdictis non de perfidia solum, vel de invidia, sed etiam de impietate vitiosisque triumpharet; profanationem Divini Nominis, factorum contemptum, perjurii crimen ceu læsæ Majestatis in primo gradu, congruis sceleribus pœnis vindictura.

Talis & tanta quum hæc esset AUGUSTA, negotiorum pace & bello, domi militiaeque, capacissima indole, sed & arcanorum, quam tacendi artem de GUILIELMI eloquentia sumplerat, quid mirum, si Heros magnanimus in MARIAE sinum tutus recumberet; si Ejus prudentiæ summa atque etiam intima consiliorum nec affectanti crederet; si rerum pondere curarumque mole pressus quandoque, oppressus nunquam, in levamen adhiberet, atque unam cum Regiâ Coniuge mentem ac voluntatem, in magnis etiam & arduis, otia simul & negotia, gaudia & agritudines, ex æquo divideret! Nec Regios unquam thalamos, dum ferè

Lex alia solio est, alia privato in toro,

post sancitam individuae consuetudinis necessitatem, par animorum conjunctio, par conjugii fides, par CONCORDIA AUGG. nullis divellenda jurgiis aut querimoniis, decoravit unquam. Adeo ut Animæ duæ, non tam unius communisque sanguinis mixturâ, aut conjugalis necessitudinis lege, quàm morum similitudine, & ad summam enitendi æmulatione, in unam eandemque veluti conflata viderentur; dissimillimo exemplo illi Gallæ Placidiae, Theodosio M. natæ, quæ feroci Athaulfo Visigotho innexâ, fuisse testaceam naturam ferreæ conjunctam, gravis Historicus scripsit. Equidem facilis Augusto fuisse Livia memoratur, ad Mariti nutum se totam fingens, nec mariti tamen causâ, sed sui, sed liberorum; gravis simul Reipublicæ mater, corruptaque tandem ad scelus, & de supremo Augusti morbo suspecta. Et quicquid jactaverint Cornelias suas Sempr. Gracchus & Cajus Cæsar, Octaviam suam aliquando M. Antonius, Antoniam Drusus, Agrippinam Germanicus, aut Trajanus Plotinam; quicquid Historia Britannica Marciam Probam Guit helini, Matildem, cognomento Bonam, Henrici I. Johannam Beaufortiam Jacobi I. Scotorum Regis, Eleonoram Castellanam Eduardi I. Philippam Hannoniam vel Hollandicam Eduardi III. Coniuges, præ cæteris extulerit à virilis animi facinoribus, à salute aut Maritis aut Regnis parta, & à rara amoris conjugalis fide; fuit sanè quod GUILIELMUS cunctis priorum temporum conjugibus unam MARIAM opponeret. Quâ nulla aut animo major, aut affectu sanctior, aut vultu amabilior, aut habitu modestior, aut suavior alloquio, vel quæ pari officiorum promptitudine Regio Coniugi seu præfenti, seu absenti Reip. causâ, fuerit simul à consiliis, à manibus, ab oculis, ab auribus, à ministeriis quibuscunque. Verissimè hæc EBORACENSIS Rosa, in spinis quidem nata, sed spinis nullis armata; cui cor sine felle, frons sine supercilio, verba sine aculeo, ora sine terrifico pallore, modestia sine fuce, pietas sine velamine; nisi modestiæ, pudoris, & humilitatis velum interpretatur. Quo sensu Pietas velata in Numismatibus antiquis; & nunc nuper GUILIELMUS Augustus ad illacrymantes Episcopos & Optimates, solam illis MARIAE superficiem, intimum justumque pretium Sibi uni esse exploratum.

Ut verò, in hoc mortalis vitæ modo, beatum nihil ab omni parte sperari debet, ac plerumque in humanis rebus ludit Divina sapientia, ita hoc unum incomparabili REGINÆ defuit, Genitricis, Genitricis Orbis, Matris Deum, vel Matris Regnorum, appellatio. Scilicet Deo sic providente, quoniam maximis in terrâ muneribus nunquam addidit perpetuitatem. Tum ne, si GUILIELMUS & MARIA, duo Naturæ & Gratiæ Miracula, ex se genuissent, vel degenerasset tantis Parentibus soboles, obscuratura gloriam, vel si tantorum Nominum mensuram impletura, excederet illa fortem mortalium,

&

& objectu tantæ lucis ac majestatis, Dei Immortalis cultui ac religioni nimia Homini veneracione decederet. Neque impatienter orbitatem MARIA tulit; non erupit in voces, da liberos aut moriar; non controversiam Cælo movit, aut pulsavit querimoniis; atque ita Deo Opt. Max. vota sua suspendit, ut vel deplorata, pietatem modò Illius ac fiduciam accenderint atque inflammarent. Pietatem dico, AUDITORES, quam MARIA virtutum omnium compendium, sed & condimentum, Regnorumque fulcrum esse ita censuit, ut Religionis prima Illi cura, unà cum GUILIELMO, & Lex suprema, ab ipsis Regni auspiciis fuerit. Professis sæpè AUGUSTIS, nec Majestati prætorium, nec Principi consilium, nec Imperatori legiones, nec Urbibus præsidia, nec Duibus animos, nec Exercitibus duratam bello militiam, nec Regibus belli nervum, aut quemcunque apparatus, prodesse ad salutem, vel suam, vel subditorum, sine Deo ullo modo posse. Quò factum, ut post Monarchias natas, & à reprobata illa Gente quæ Deo quondam sacra, non alia auspiciis Theocratia Deive regnantis speciem atque imaginem expresserit; ac ne Constantini quidem aut Theodosii utriusque tempora, quando de purganda Hærescòs labe sanè plurimum, quantum sæpe dominationi expediret, de reliqua impietate minùs solliciti viderentur. Scio Ecclesiæ Annalibus efferrì cælo non unius Augustæ sollicitam pietatem; nec pari jam Historicorum servitute, quâ Judaicarum Antiquitatum scriptor Poppæam Sabinam, projectæ libidinis fœminam, à *Socras* laude commendavit. Quodcunque verò fuerit Religio Sanctissimis Fœminis, pro quibus Vota Publica tanquam pro SALUTE ET SECURITATE REIPUBL. nuncuparentur, ut etiam Helenæ, Æl. Flaccillæ, Pulcheriæ, Memoriam anniversario sacro totus Oriens celebraverit; istud tamen omne, passum multa humanitùs, vanum quandoque humilitatis & superstitionis schema, longè subsidere infra spectatam Heroinæ nostræ sanctitatem, quis nisi hospes, vel certè hostis, ambiget? Quæ Augustarum alia pari studio & affectu mentis facere assidua cum Deo commercia, cui primas semper non Ipsa tantùm daret, sed dari etiam à suis præciperet? Quæ thalamum suum, & interioris Aulæ recessum, perinde in Sacrarium convertere? Quæ sic Servatori suo in consuetudinem sese dare, ut præter geminata de die Orationum solennia, præter menstrua itaque Jejunia, quotidie intra Penetræ suum, semotis arbitris, libaret non thure, non mero, sed lacrymis, Deum perpetim in vota flecteret; ac fatigaret calidissimis precibus, ut pro saniore mente Patris Sui, quantumvis desperatâ, ita pro salute Mariti, Regnorum, Exercituum, Fœderatæ Causæ, atque ingemiscentis tot malis Ecclesiæ. Cumprimis verò quàm ardentè exorare Nostra clementissimum Numen, ductis ex alto suspiriis, ut à Regio Capite, in quo omnium salus verteretur, tot terra marique discrimina, tot aptata in illud tela, tot conjurantium machinationes, insidias, tot denique licitantium parricidas dextras, potenter averteret? Quæ sic intrare Tempa, tanquam adoratura tantùm, ejectis hinc sacello Regio modulantium, ad aurium voluptatem, ac fidicinum choris; sueta semper animum componere, non faciem, non comam; modica cultu, parca comitatu, acris atque humilis auditu? Ut etiam quotiens subiret Ecclesiæ limina, aut fortè sternutamento inter Sacrum commoveretur, impatientissimè ferret salutantium inclinationes, professâ, in Domo Dei ab infinitâ illâ Majestate parem omnium esse distantiam. Quæ Princeps alia, in ipsis quasi vitæ & gloriæ Augustæ carceribus, in illo blandientis ætatis, & formæ, & summæ potentia lubrico, inter tot propemodum adoraciones & vota, observata est mentem, sublimes quidem sed humili tamen vertice, ita cælo inferre, tanquam quotidie animam illatura; diem non actum ex præceptis Christi perditum censere; & calcare quicquid fluxum, quicquid mortale esset, Thronos, Sceptra, Palatia, Coronas, Radios, Apices, Peplos, Chlamydes, Ho-

Tom. II.

lorporphyras, affluentemve rerum omnium copiam, & si quid aliud fallere mendaci imagine cognosceret? Quia uti præclare olim Mæcenas ad Augustum Cæsarem, nunquam magis moriturum immortalem, quàm si se mortalem quotidie meminisset, pari moriendi quæ nascendi necessitate; ita frequens hæc, si non assidua, Augustæ nostræ meditatio fuit. Usque adeò ut, quasi præscia festinantis suæ mortalitatis, conscia utique hujus legem nihil respicere juveniles annos, non Throni majestatem, non stipata ministeria, non satellitia, sed nec hominum vota, raro Illa exemplo, præmaturis Illustrium in Aulâ suâ Fœminarum fatibus excitata, in dies singulos cum morte familiariter consuecisset; atque Æternitatem cogitaret. Cujus sollicito intuitu, præter Codices sacros, quos versaret diligentius quàm Homeri Illiada quondam Alexander, habuisse in deliciis constat cum Libellos Sibi vernaculos, qui ritè moriendi artem traderent, tum præcipuè Caroli Drelincurtii, Clarissimi Theologi, Carolorum quos hic complectimur patris avique, aurea Solatia, quæ septies & ultra perlegisse sese, an devorasse, professâ est ad Celeberrimum, Sibi tunc à consiliis medicis, Filium. Ut verè efferrì hac de Augustâ debeat, quod olim multo cum gemitu in magno Arsenio, solitariam in Ægypto vitam amplexo, ac peritæso honorum Aulæ Theodosianæ, moriens Theophilus Alexandrinus suspexisse fertur: *Felicem te, qui horam hanc novissimam possidisti tibi semper ante oculos!*

Hac igitur quum esset MARIA animi temperie, ac vitæ sanctitate, quantum in Illâ studium fuisse existimetis, corrigendi quicquid longâ consuetudine, ac priorum licentiâ temporum, corruptum depravatamque moribus esset? Referebat ad animum suum, sollicita morensque Augusta, Regiam nuper Aulam, atque ipsam Gentem, cæli solique deliciis ac peccandi illecebris, ne dicam impunitate flagitiorum, fractam & emollitam; quando ex copiâ, ex otio, luxu, ludis, choreis, ac Vitellianis pervigiliis, lascivirent animi, atque elisi virtutum omnium nervi viderentur. Observabat totam sæpè in vultu, vel in habitu, pietatem esse; quam scilicet dedecorarent mores, & in publicis sacris scenæ quandoque apparatus, ac conversa non infrequenter in honores onera, Officia in Beneficia, Ecclesiæ ministerium in Civilem quandam dominationem, aut dapiles proventus in desidiosi otii, ac domestici luxûs, pabulum. Quis jam dubitet, rationes adhibuisse omnes MARIAM, ut emendaret singula meliore atque incorruptiore consuetudine, ut ab inhonestis, pudore magis peccandi quàm formidine pœnæ, universos abduceret; & ad sacrorum curam, ad Flaminia, Lituos, Pallium, permittente ferè Ejus acerrimo judicio hunc delectum GUILIELMO, nonnisi præcellentes doctrinâ, pietate, & animi moderatione Viros, qualibus gestit modò Ecclesiæ Anglicana, promoveret? Quibus effectum sensim fuit, ut quæ vitia nuper caput exerebant, nunc latebras aut voluntaria exilia quaerent; luxu Aulæ liminibus ejecto, profusis sumptibus castigatis, vitiorum sublatis incitamentis præmiisque, ac restitutâ meliorum temporum disciplinâ. Nempe docendi omnes fuere utriusque Principis moribus vivere, ac componere se ad GUILIELMI & MARIÆ exemplum, quorum vita esset perpetua vitiorum, libidinum, omnisque intemperantiæ, veluti censura & accusatio.

Atque inexhausto illo de fonte pietatis quis nescit fluxisse Regiæ Beneficentiæ perennes aquas, nec tenues fortè rivulos, sed larga magnaque flumina, flumina lactis, & quoque flumina mellis? Quæ sanè decursura primùm fuere per Regnorum MARIÆ, in quæ miserabilium hominum myriadas sæva tempestas ejecerat, feticulosa loca, sed deinceps irrigua; effundendis in hæc ipsa, annuâ Augustæ largitione, minimum quadraginta mille Libris Anglicanis, si datis indè literis fides est. Mox verò exundaturis illis aquis, sed per occultos latentisque meatus, nullo strepitu, nullo murmure, in transmarinum Orbem, in exiccatos hiantesque, intrâ

Cecce

Bel-

Belgium ipsum, plurium Societatum alveos, vel egen-
tium Familiarum, Viduarum, Ministrorum, Illustrium
seu virorum, seu matronarum, seu virginum sinus,
quibus uncta nuper fuissent, nunc relicta & deperdita,
patrimonia. Tum fontibus iisdem latè irriganda fue-
runt, seu vastata ferro & flammis Germaniæ, seu ob-
ruta miserorum affluxu Helvetiæ, seu exhaustarum
prorsus in Pedemontano Convallium, ubi nec Scholis
nec Ductoribus arca, lar, aut focus suppeteret, atque
omnium tandem quæ extorres Religionis causâ foverent
Terrarum diffusa spatia, quæ hæc æstu torrida, vel squa-
lore, siti, fame, frigore horrentia ferebantur. Sed
nullum est de his eloquium ac præconium laudis effica-
cius, ipso illo silentio & secreto quo, ut sinistra dex-
træ erogantis, ita sacrarum largitionum ministri alter
alterius inconficii fuerunt. Siluit MARIA, sed Lapidés
hodie loquuntur. Clamant certè, non Columnæ qui-
dem, Obelisci, Pyramides, vel superba auro, argen-
to, marmore, superstitionis Delubra, aut Anathema-
ta; sed sanctiora his omnibus monumenta, Ædes pas-
sim sacræ, hospitales, publicæ, privatæque, quas aut
ære suo extruxit, aut annuâ stipe, & liberali annonâ
ac frumentatione locupletavit. Denique effert in cœ-
lum infinitæ multitudinis, conditionis omnis & sexûs
& ætatis, planctus modò & ejulatus, quæ Illi spiritum
& animam, quin & vitæ omnis commoda, debere se-
se grata lugensque profitetur. Adeo ut MARIE beni-
gnitatem, cui nulla rapuit dies prodesse miseris, nemo
egenus, nemo pauper, nemo jacens, vel claudi us-
piam in se senserit, vel frustra appellaverit; quorum
etiam vota largitionibus non expleret tantum, sed ple-
rumque, certior modò facta, anteverteret & occupa-
ret. Longum nimis foret ire per singula, nec rationi-
bus à me ineundis ac subducendis paterent nisi fastidio-
sissimæ aures. Satis est, visam nostro etiam ævo MA-
RIAM, pretiosissimum Nardi exquisitissimæ liquorem,
è Regio Vasculo; perungendis jacentium ad pedes Je-
su myriadibus, eâ copiâ profundentem, ut fragrantis-
simi odoris suavitas Domum Dei, quæ latè patet, im-
pleverit ac perfuderit universam. O verè optatam Di-
lectæ Deo *ἀγαθὴν μερίδα!* O lætam rerum catastro-
phem, dum qui antea thesauri inconsulta largitione in-
ter pellices, & Pantomimos, & Palatii tineas ac fori-
ces, uti quondam Romæ inter Pallantes, & Narcissos,
ac scelerum instrumenta, defraudato Senatu, disperse-
rentur; nunc aut servandæ Patriæ, aut sublevandæ mi-
serorum inopiæ, destinarentur, nunc languentes, a-
gentesque animam, deciduis quotidie inusitatæ benefi-
centiæ radiis, erigerent, foverent, recrearent! O ve-
rè Regiam munificentiam, non de alieno munificam
sed de suo; daturam quod esset ereptum nemini; per-
suasis omnibus, non ablatum restitui, nec aperiri jam
Ærarium, quod turpi & prodigâ liberalitate, aut ma-
lesanis bellorum impensis, exhaustum obæratumque
supplevisset exactio acerbata, quod factum sub ty-
rannico dominatu, & lacrymæ, sanguis, ac substantia
Populorum!

Sed quò diffunditur sermo meus, & qui vel Oratio-
nis unius finibus, vel Templi hujusce parietibus clau-
derentur, quæ nullis locorum, regionum, aut seculo-
rum terminis contineri unquam poterunt? Ac nisi spa-
tiis iniquis ego prohiberer, quàm haberem multa dice-
re, de impensò piæ Augustæ studio, tollendi minu-
dive imperiosa diffidia, sed altis nimium radicibus ac
fibris defixa, jam olim in exitium Patriæ suæ, convul-
sæ ac distractæ plus satis, per improbos emissarios fa-
ta! Quàm averfa Illa fuit à priorum temporum severi-
tate, quæ Dissidentes ex solâ causâ disciplinæ, nullâ
nefariorum dogmatum peste grassatâ, si non expugnan-
dos ferro, certè refecandos interdicitis, vel carceribus,
multis, exiliis macerandos, decrevisset! Et quàm ar-
dentibus votis, me etiam in testem pietatis adhibito,
atque expressa mihi Irenica commentatione; precari
REGINA à Deo Opt. Max. ut salvis Regni, Anglicanæ

Ecclesiæ, & Episcoporum pristinis juribus, consuli æ-
quâ ratione posset in communem totius Angliæ, sed &
universæ Ecclesiæ, salutem; offensionibus sublatis, o-
diis positis, temperatis affectibus, ac sepositis quæ
utrimque humani plus satis sapere ac redolere, Ipsa quidem
prudenter sapienterque aliquando pronunciavit. Neque,
si quid auguramur, intercepta est cum MARIA spes om-
nis conjunctionis animorum, superstitite GUILIELMO; ac
tantum non renato, in THOMA Cantuariensi, deside-
ratissimo JOH. Tillotsono, cujus spectarunt ad pacem
omnia, cujusque favens de Anglicanis meis iudicium,
cum paternæ Epistolæ testantur, tum perscribi olim ad
me Clementissima REGINA, per eum qui sibi à Mani-
bus esset, iussit. Quid multis, Patres Conscripti, quan-
ta in HEROINA nostrâ religio æquitatis? Quanta Le-
gum reverentia? Quàm Diis proxima animi moderatio,
ut ira nunquam, ratio moveret semper? Quàm blanda
in omnes suos comitas, de amore, fide, obsequiorum
promptitudine, cum eâ Dominâ certaturos, cujus im-
peria preces viderentur? Sed quæ patientia injuriarum,
etiam in Majestatem, quod fervile Aristoteles in Ethicis
præceptis censuit, Ipsa verò, cum Octavio Cæsare, Re-
gium esse duceret, solam in alios calumniam, in se adu-
lationem, aut in Deum contumeliam, ferre nescia. Qui-
bus autem in Annalibus, par illi MARIE & GUILIELMI,
ne Titis ipsis, Trajanis, Antoninis, aut Marcis exce-
ptis, clementia Principum; qui ne hostium quidem, ne
reorum sanguine, sceptrâ cruentarunt, uno servandî
atque emendandî studio? Nam Augustus quidem naturâ
ad vindictam pronior fuisse cognoscitur, solâ prudentiâ
clemens; hinc in Lucium Consulem, in Metellum pa-
trem filii causâ, in Corn. Gallum, in Cinnam, in tu-
multuantes Legiones, in turbam Conjuratorum, quo-
rum etiam nomina in chartâ exhibita flammis abolevit,
indulgentissimus aliquando visus. Sed adeo quidem se-
gnis tarda que ad pœnas deposcendas MARIA fuit, aded
assueta ignoscere, capitis gratiam facere, exorari etiam
à perduellium conjugibus, liberis, agnatis, & quotquot
presarent genua Majestatis, & ad Regiæ misericordiæ
aram confugerent, ut hinc jus datum perduellioni, vel
auctoramentum impunitati, à multis crederetur. Ratâ
verò Augustorum clementiâ, non tam falli perjurio
Principem, quàm perfidos ipsos, pessimè sibi consultos;
qui caput suum, domum, fortunas, Dei Ultoris vindi-
ctæ scientes volentesque consecrarent.

Ex summâ illâ indulgentiâ, & sanandî reos potiùs
quàm perdendi desiderio, quis non æstimet omnia reli-
qua; erectam semper in adversus mentem, fiduciam in
statorem Deum, amorem in subjectos, affectum in mi-
nistrantes, fidem in foederatos, commiserationem in af-
flictos, ac studium in universos? Habete paucis certa
quædam, sed dignissima vestris auribus, specimina. Mox
à nunciato CAROLI II. excessu, MARIE Patruî, qui

plus quàm si genuisset amara,

quum Ampliff. hic Senatus interponeret solandi officia
tanto luctui, ex quo Patri quidem Imperium, sed Re-
gnis tamen, Religioni, Ecclesiæ, ac Reformatæ Bel-
gicæ, impenderent tetra nubila; Illa, ut nunquam non
addebat humanitatis notas, gratis actis, ista subjunge-
re: Sic visum esse illi Deo, quo providente, nihil esset
saluti publicæ desperandum; Optimum ærumnæ con-
dimentum esse, mentem Deo confisam; Obductam su-
nè Patriis Regnis minacem nubem, Deum verò, qua-
liter in principio rerum, ex densissimis etiam tenebris
educturum forte esse splendidam gratamque lucem. O
MARIAM verè vatem, verbaque certum futuri augurium!
Biennium ferè labitur, quum Optimæ Reginæ ferret
aures funestus ille nuncius, nostris præcipue Mercatori-
bus gravis, onustas tot mercibus ac thesauris naves, in
Orientem destinatas, seu perfidiâ quorundam, seu su-
pinâ inhiantis prædæ Hostis negligentia, fuisse aut pro-
fundo mersas, aut flammis exustas, aut in Galli pote-
statem traditas. Quo sic percussa est Clementissima Prin-
cipum, ut imbre toto, adspicientibus qui circumstant,

Re-

Regias genas oculi irrigarent; nec modò illacrymaret non mediocrem jacturam passis, verùm etiam & scriptis literis, & collativis in viduas, in orphanos, ac quotquot non pares essent acceptæ cladi, intimam *συμπάθειαν* testaretur. Nec exciderit unquam animo meo acerba ejus horæ recordatio, quâ valedicturò quoque mihi abituræ ad suos Principi, post impleta per me mandata quædam; Vocor, dixit Illa, ad Sponsum, ad natale solum, ad cives meos, & quò fata trahunt, quò ducit Providentia, sequendum est: sed dum discedam hac Regiâ meâ, excedam simul otii mei & tranquillitatis, & deliciarum sede: antequam obliviscetur sui dextra meâ, quàm obliviscar Belgii hujusce mei, post capta affectûs hujus Reip. & judicii, quanta nemo potuit, experimenta: cujus etiam, addebat non sine animi commotione, cujus fortunas, clades, calamitates, quemadmodum læta quæcunque & prospera, censebo esse mea, dum memor ipsa mei fuero.

Veniam date, AUDITORES, si ita debilitat mœror, intercluditque vocem, ut dicendis reliquis velum obducere necesse habeam. Cum primis effusis illis votis populorum, illis venerantium Patrum officiis, illi stetit erumpenti per urbes, vicos, litora, illis in cœlum clamoribus, quibus accurrens undequaque & circumfusa virorum, mulierum, puerorum puellarumque turba, sexus omnis, omnis ætas, abscedentem solventemque portu MARIAM non tam dimitterent, quam revocarent; *Vale Pia, vale Optima, vale Amantissima nostri, & nunquam satis Redamata Princeps!* O duram atque acerbam recordationem! ô tristitia supremæ æternæque disjunctionis præfagia! Sed præ dolore loqui vix amplius possum, & finis tandem aliquando imponendus mihi fuerit amarissimo præconio. Quid finem dico, dum moriens AUGUSTA præconia omnia tanto superavit, quanto cœlo & æternitati propior fuit! Ah! expungendum Fastis nuperum illum diem, quo, florentibus rebus, terra marique, domi & foris; fulgente Britannis candidissimo sole; ridente Aulâ; incolumi Rege; concordia Senatu; acclamantibus Populis; oppressis Conjuratis; Exercitibus nil nisi arma, prælia, triumphos spirantibus; compositis omnibus sub vertentis anni auspicia ad duratura, ut putabantur, gaudia; ac defixis in par incomparabile regnantium totius Orbis oculis, sed & votis, *Domino & Domina feliciter!* ah, infaustum nefastumque diem, quo ecce coacto in minacem turbinem cœlo, obducta meridiano foli terrificâ nube, versa derepente fuit, proximè certè vertenda, rerum facies, ac subrepturi quasi dolores parturientis! Diem, fuit iste Decembris Gregoriani XXX. quo desideratissima Reginarum florens, hilaris, vegeta, ad æternitatem Imperii opinione hominum nata, certè omnium suffragiis ac desideris Elisabethæ annos superatura, prima morbi, mox in lethalem defuturi, signa atque initia persensit. Ac principio statim, fallente artem naturâ, & sagacissimos etiam Archiatros mali indole, his variolos, istis morbillos, illis intercutem flammam, aut ignem sacrum, aliis sui generis morbum quendam seu ambiguum ominatis; sic vires sensim flamma concepit, sic depascens ignis indies sæviit, sed latente magis hærenteque malo intra viscera, ut tandem affusæ nullæ aquæ, aut quæ in ipsis visceribus superfluæ, nulla sanguinis quantumvis copiosa atque iterata detractio, medicaminum vis nulla, nulla denique humana providentia, vel artis industria, æstum restinguere, aut mali labem ad externa propellere valuerint. Ita cujus REGINÆ in oculis nullus unquam ignis verè sacer, nullus antè in vultu rubor nisi roseus, nulla exæstuans in præcordiis bilis, ira nulla exardescere hætenus visa, Ejus ipsius AUGUSTÆ mitissimum pectus sic concussit tandem immitis flamma, paulatim eruptura, ut, intra octidui ferè spatium, pulcherrimum ac splendidissimum naturâ totâ, idemque spirans, Ædificium, intercluso vitæ meatu, conflagraret universum, & fatali ruina concideret. Concidit tamen ita, ut rationis arce intacta, ac nequicquam noxiis vaporibus impetita, hospes Anima

tanti domicilii, divina Mens tantæ moli indita, perfusaque cœlesti rore mediis in ignibus, veluti Rubus flammis illæsa, compos semper Dei, & sui, consilii que permanserit. Et sic animo tranquillo ac composito, lampade fidei ac spei continuò accensâ, & arcanâ cœlo luce in illis tenebris, quibus esset circumfusa moriens Augusta, identidem radiante, minuentemque faciei horrorem serenitate frontis, subducenda æternum fuit infortunatissimo seculo fortunata MARIA; ea propemodum ætate, eaque morbi ferociâ, quâ rebus humanis seu Alexander Macedo, seu flendus etiam ignotis Germanicus Cæsar, sed dispari immortalitate.

Quâ enim existimatis, AUDITORES, excepisse Illam fronte, præcipitis certique fati, ante extrema certamina & ultimos deficientis naturæ conatus, feralem nuncium, terrere heroas & semideos natum? Quum videlicet, altero Esaiâ Vate submissio, Viro doctrinâ, facundia, integritate, sed & animi fortitudine, magis quàm Purpurâ aut Pallio, reddituro hodie Ambrosios ac Chrysostomos, Thomâ Tenisono, in suprema MARIÆ, sed & GUILIELMI, solatia nuper evecto, hic ipse de vitâ exituram sic affaretur: *Regina, res Tuas, domum, animumque compone; vixisti, & quem dederat cursum natura Parens peregisti, ô Domina!* Excepit ea fronte & eo animo quo lætissima quæque consueverat. Non profectò supremis vocibus conquesta cum Germanico, apud Annalium scriptorem: Justum sibi dolorem etiam adversus Deum esse, quod se Conjugi, patriæ, ministris, populis, amicis, sed & miseris, intra juventam præmature exitu raperet! Imo verò nihil mortis imagine territa, quemcunque adhuc corporis animique vigorem, parem ut putabat morbi vehementiæ, intra se persentisceret, in hanc illicò sententiam reposuit: *O te, mi Pater, modò mihi δῶγγελον, qui supremam moriendi necessitatem jussus & quasi divinitus nuncias! Ecce me, fiat quod visum est visa mortisque mea moderatori Deo! Non hodie demum arduam illam bene moriendi artem edocebor. Pridem calculos cum Deo posui, sed Christo vade ac sponse meo. Jam olim conscientiam meam excussi; sortem mea mortalitatis perpensi; res meas rationesque omnes composui; quin in Charissimi Sponsi sinum curas omnes, quæ terram spectant, dimisi. Ut deinceps gravem infirmitatibus, & vitis, & laboribus, vita hujusce sarcinam deponere, migrareque hoc mortali corpore, paradisi harem habeat, qui me sibi vocat. Sed & converia non semel ad hærentem Regio lateri Sponsum, figentemque suprema labiis oscula, erupisse in hunc sanè sensum, nec uno tamen spiritu, haud vana fide à suis creditur: *Vale, mi GUILIELME, ac vive intemerati nostri Conjugii memor, donec Te mihi, aut me tibi, fors Tua reddiderit! Nec planè morior; dum Utriusque nostrum totam imaginem possides Tu unus; erisque vivus mihi Tumulus quovis Mausoleo, quavis Mole, sanctior & honoratior. Sponso meo Jesu obstricta votis sui, antequam Tibi; nec huic, qui me sibi junxerat primus, invidies prærogativam amoris mei. Vale ultimum, iterumque vive, Princeps pars magna mei! Sic oportebat me præmitti fato, ac mea Te lumina claudere, potius quàm me Tua. Non nata erant exequi, quæ à Te inchoata, promotâ fortiter, perficienda quoque feliciter restant Tibi. Tuum est bella gerere, te gladio & balteo cinxii supremus Imperator. Et si quis erit cœlo rerum humanarum sensus, dum in acie alter Josua pugnabis, vota pro Te, pro Israël, MARIA Tua fundet in Monte Æternitatis. Exue doloris ferociam, mi Princeps; cede Fatis; confide Deo; ac consortem Animam lacrymis Tuis, à portu tranquillitatis, vel à laborum meta, ad nova certamina qua totiens Tui causâ sustinui, quotiens Tua pericula cogitarem, quæso ne revoca. Sed & sequi hanc Animam ne propera; quin annos, quos jam natura negat,**

Vive meos, Conjux Optime; Vive tuos!

Et si cura erunt Populi mei, si Ecclesia, si Belgica, si omnis Europa, sit Tua Tibi salus majori, quàm hætenus, cura. Nec antè deponas quicquid mortale habes, non prius GUILIELMI funere Britannias nostras viduas, non Orbis vota precesque antè desistas, quàm datum Tibi fuerit extremas hæsc Seruatoris nostri voces amari, perfeci omnia.

CCCC 2

Nec

Nec difficile est assequi conjecturâ, vel ex consonis ad Primores Aulæ vocibus, singultantis GUILIELMI, jamque ora ad ora ferentis, novissima hæc, vel certè gemina, ad MARIAM seu verba seu suspiria: *Vale Cornelium, suavius omne meum! Erit mihi sancta atque inviolata supremi Tui desiderii religio. Sed erunt quoque tibi virtutes Tuae, assidua disciplina; Tuae imago, individua comes; Tui memoria, dulcissimum consortium; Tuae vita, mea vita magistra; mors Tuae, jure speculum; ac Tuus modò triumphus, summa agnitudo mea ac mortalitatis consolatio.* Interea verò dâ Heros noster, in Regiæ Conjugis ultimis amplexibus, fractus deficeret, Illa, accepto in viaticum Sacramento, terrenis scè tota subduxit, jamque in cœlum properans, visa est nutu magis & vultu, quàm hærente faucibus voce, hortari precarique quotquot regium thalamum stiperent: *Ne se prosequerentur ignavo questu, aut lamentis in supremam voluntatem contumeliosis; Memores autem forent pariter mortalitatis.* Additura distinctis fere verborum articulis; *Quam oculis sæpe suis pinxissent acerbam & terribilem, hanc se mortem experiri lenem & optabilem;* resoluto nempe suaviter corpore ad beatam Immortalitatem. Mox quæcunque flamma medullas exederet, fortior alia cœlitus succensa sic inflammavit ecelestem animam, ut mortale nihil deinceps cogitantis cor exardescens, in Dei amorem, coruscantes oculi, in Cœlum, alta suspiria, ad unum Jesum raperentur; & expirarent subjectis quasi prunis suavissimos odores illa thura. Donec eluctata, inter circumstantium lacrymas & singultus, legente extremum spiritum GUILIELMO, vivendi simul, & benè merendi de humano genere, præterquàm duraturo exemplo atque æmulatione virtutum, finem faceret MARIA STUARTA, ineunte v. Kal. Jan. vertente mox Anno Juliano MDCXCV. Regni sui prope sexto, Ætatis medio tricesimo & tertio, Nexûs sui cum GUILIELMO septimo-decimo, & qui menses excesserunt, feliciter adimpletis.

Atque ita, AUDITORES, quæ de invidia, ambitione, fastu, improbis affectibus, vitiisque seculi, toto vitæ decursu, tandem etiam de supremo hoste, quocum colluctandum nobis erit universis, magnificè triumphavit MARIA AUGUSTA, PIA, CLEMENS, BENEFICA, VIXTRIX, BEATA. Sic scepra, sic purpuram, sic gloriam omnem, nonnisi præceptam præfloratamque, Illa deposuit, quâ nihil venustius, nihil sanctius, nihil supra omnes invidiæ fines humanumque modum magis elatum, aut prisca aut recentior Ætas cognovit; & cui similem ne fingere quidem animo Principem, ne formare unquam cogitatione dabitur, donec stabunt Regna & Imperia. Sic conditur hodie Regali quidem, sed exiguâ tamen & obscurâ, sexve pedum fabricatâ Domo, nobile istud, nunc exenteratum evisceratumque, MARIE Corpus; à quo tam forent omnes averfi oculis animisque, quàm nuper Regii ejusdem Corporis nitor, serenæ ac decoræ frontis majestas, oculorum propè cœlestis splendor, ac verborum admirabilis lepos, exhilarabat universos. Sic longè infra medium vitæ spatium, quod emensa fuit ELISABETHA, vivere desiit MARIA; sed multo hoc Nomen faustius & auspiciatius visum, quàm laudatissimum Elisabethæ fuerat: quod ista Orbis quidem stupor, amor delictumque Maria: quod regnarit Illa in amplissimæ Gentis, Hæc in omnium Populorum animis: quod Elisabetha splendore, magnificentiâ, Aulæ Sacrorumque pompâ & apparatu, Maria humilitate, largitionibus, eleemosynis, magis sese commendaverit: quod denique Illa perfecit quicquid ad gloriam decusque Anglicani nominis, Hæc etiam quæ ad solamen plurimorum, quæ ad concordiam, pacem, ac felicitatem Gentis suæ sempiternam faciunt, cum GUILIELMO suo moliretur.

O AUGUSTARUM, O CONJUGUM Decus sempiternum!

An ideò tantum veneras, permittantur mihi audire quondam ad Catonem Senatu subito se subrepturum voces, an ideò tantum veneras, ut abires! ut fraudares tot vota mortalium, qui felicitati suæ, in mobili hac rerum mundanarum scenâ, adstrui nihil ampliùs posse existimabant, quàm si MARIA humanis rebus longum interesset, præessetque! Itane tuo Te GUILIELMO, lucturo semper, elucturo nunquàm, tuis Te Populis, Batavis hisce tuis, O AUGUSTA subducis! De qua veriùs nos, quàm olim de Augusto, & de Severo, assentatrix Roma; debuisse aut nunquam nasci, aut nunquam mori: cujus natalis prior, quum Terræ nascebaris, verè Palilia Britannicæ, & Ecclesiæ universæ, postremus, quo Cœlo nata es, utriusque prope ultima linea, ni in GUILIELMO viveres, censeretur posses. Adspice, quàm subito horrore ut emendatiorem Ecclesiam, sic & Insularum omnium maximè fortunatam, *ἢ τοιαύτω ἡμεῖς ἐλάμπετο quæ tali sole collustraretur*, quod de felicitate Rhodi Insulæ vetus Græcia, adspice REGINA, quàm repentinâ utramque caligine & tenebris involvas, defectione tanti Luminaris; portendente, ni avertat benignissimum Numen flectendum suorum clamoribus, nonnisi magnas & infandas calamitates! Nihil equidem invidemus illibatæ Tuæ felicitati; hinc uno Tui amore excedente quicquid nobis charitatum est, ne votis quidem nostris ad hæc Te caduca rerum, quæ subter Te vides & calcas universa, reposcimus aut revocamus; evectam supra omnes vel perfidiæ furores, vel invidiæ insidias, vel hostium impetus, vel injurias annorum, vel fugacem rerum terrenarum imaginem. Nostra tantum, & Orbis universi, damna ac mala stemus, sed & nostra in Cœlum crimina, malorum causas, contulis pectoribus accusamus. Liccatque etiam nobis, his Parentalibus Tuis, dicere Tibi longum æternumque Vale! Vale MARIA AUGUSTA, Cœli nuper sanctissimum Pignus, Felicitas Orbis, Seculi Ornamentum, Admiratio Populorum, Palladium Britannicæ, Delictum Batavæ Gentis, Solatium Ecclesiæ, Veritatis Fulcrum, Vitiorum Frænum, Pauperum Alumna, Spes denique ac Tutamen tot pereuntium! Patere ut Te, sublatam ex oculis, sistamus perpetim animis nostris; utque vultus illos Tuos quos antè venerabundi subivimus, ora illa Tua quæ totiens suspeximus, Regalem illam dextram, cui submissa sæpius oscula defiximus, ac præcipuè divinam illam mentem, & in ea concentum omnium laudum, omnisque virtutis, jucunda ac perpetua recordatione contueri valeamus. Accipe tandem, FELIX ANIMA, non vanas effusæ laudationis voces, quas profundunt sæpe pectore prodigi alienæ laudis; non foemineos planctus; non irrita vota, ventum sæpe ore expulsum, & vanissimos verborum strepitus: Accipe, non Aras quidem, ut consecrandæ immani sacrilegio Augustæ; non Temples, Flaminia, Pulvinaria, Circensem pompam, Thecas & Elephantos, symbolum Æternitatis, vel Avem Junoniam, relicta scilicet GUILIELMO Tuo Aquilâ: Sed accipe, devotissimorum Tuis virtutibus, Tuis beneficiis, Tuis in nos nostrosque meritis animorum, publicam hanc gratamque significationem, GLORIÆ TUÆ AC MEMORIÆ SEMPITERNÆ SACRAM.

Ad Te nunc convertimur, INVICTISSIMÆ simul ac Mœstissime REGUM, cujus modò Regiam, inter triumphales Laureas, infausta Cupressus luctu distinguis, ubi nuper auspiciatissima Rosa fuit: dum Tu id ipsum, quod à funere Drusi Germanici precatus Deos Immortales fertur Augustus Cæsar, *darent sibi exitum aq̄e gloriosum*, dum Tu hoc die, quo effertur MARIA publici funeris pompâ, precaris meliori jure ab uno Immortali Deo, ut parem Augustæ Tuæ vitæ exitum, mortisque gloriam, consequaris; nos ante omnia Illi ipsi, cujus sub arbitrio vivimus, supplices manus animosque tendimus, ne cuiquam nostrum exriatur atra illa dies, quâ præcipitata mors GUILIELMI,

MI, commune fataleque omnis Europæ, omnis Ecclesiæ, buttum futura certò esset. Macte animo virtutisque esto, **FORTISSIME HEROUM!** Tu qui vince-
re alios, etiam fortunam iratam, solitus eras; Tu qui rebus advertis admirabilior semper apparebas, quam secundis; & quem summus Orbis Imperator, ut Ipse surgentem, charumve Tibi, suevisti militem, ab ip-
sis penè curis magis induravit, cujusque virtus fuisset minùs inlustris, si minùs subacta & exercita; Sic jam animum ad firmitudinem refer, ut non Orbi tan-
tùm Britannico, sed universo patefiat, vincere Te **GUILIELMUM** potuisse, victum nemini; etiam ubi expugnanda Tibi fuit semper invicta natura, longo annorum usu robur adepta, quæ omnium princeps vi-
ctoria est. Non quidem profectò indolentiam Te pos-
cimus, inaccessum ut gaudio sic dolori pectus, quale **M. Aurelius** affectasse dicitur, procul omni animi com-
motione; letargi veriùs quam sanæ mentis indicium. Istud tantummodò, ut, postquam Te Hominem esse lacrymis probasti, memineris Te Principem, & cum quidem Principem in cujus unius fortitudine, tot Gen-
tes, tot Populi, tot spirantes animæ, salutem, liber-
tatem, spes, fortunæque suas repositas arbitrantur. Meministi verò, quod multò maximum esse putamus, Te Christianum esse, in sanctiore Schola, quam fa-
cundissimus Romanorum fuerat, educatum, dum per-
suasissimum habes, nihil præter Naturam aut præter Fatum accidere; ne casum passeris, minùs hominis, omnium minime Illorum qui sunt ejus Numinis, cu-
jus potestatem in terris referunt, expressa quædam i-
mago. Non Tuam, **GUILIELME REX**, Pompeji Magni ad exemplum, post Pharsalicam cladem, di-
strahit mentem atrox ista cogitatio, num curent Superi terras: Non etiam, cum Theophrasto Eresio, Natu-
ram accusas, quod cervis & cornicibus vitam diutur-
nam, quorum id nihil interesset, tantæ autem Regi-
næ cujus longinquior ætas interesset omnium, tam exi-
guam vitam concesserit. Doctus Tu cum Regibus bel-
la gerere, non pugnare cum Rege Regum, haud ira-
sceris Cælo, Pignus quod dederat, sed nulla præsti-
tuta die, repetenti; ac revocanti quod Cælo natum, quod præmissum à Te non amissum, & cujus usuram modicum sane temporis, annos tamen habuisti com-
plures: Ut ambiguum multis esse videatur, num plus dolere debeas Te amisisse, quam Te habuisse gratis agnoscere; relicturam, Te Rege, imperantem Pa-
triam, quam servientem acceperat. Sed neque, **DOMINE**, de gradu dignitatis dimoveris, aut à con-
stantiâ Tuâ vel à Te ipso discedis; non prægestis cum Dario illo Notho, si Juliano referenti fides est, Con-
jugem Tuam ab inferis revocari; nec sic in luctu vi-
vere Tibi statuis, ut eo confectus & exesus, cum Ar-
temisia, contabescas. Multo minùs ruis in societatem individui Funeris, aut condi optares **MARIÆ** Busto, qui Ipse claudes pectore Regiæ Conjugis cineres, udus Mariti lacrymis, tanquam sacro liquore, perpetuum irrigandos. Non etiam scrutaris arcana **Æternæ Men-
tis**, ac providæ illius Sapientiæ, quæ suum unius O-
pus, spesque omnes & Tuas, & nostras, momento disturbare atque intervertere sensibus nostris videtur. Tu, qui ne ferre quidem soles quotquot in consiliorum Tuorum arcana, vel in Aulæ Tuæ recessus, audaces penetrant: & qui planè confidis, infusæ istius per uni-
versa Mentis, nullis finibus circumscriptæ, consilia ac decreta, toto contextu exploranda nulli mortalium, tanto sane perspicacissimarum etiam mentium sagacita-
tem transcendere, quanto Tua cogitata, ignaræ omnis turbæ conceptus; si quam tamen inter ista compara-
tionem instauis. Dumque nos perplexi & attoni Mentem illam sciscitamus, *Pater, ubi vultima?* ubi in humanis Princeps alia, quam **MARIÆ** sufficias? oc-
cupas continuo perpetuis Tibi vocibus, **DOMINUS PRO-
VIDEBIT!** Ita quæcumque tandem de supremo Augu-

stæ morbo ferantur judicia hominum, his non tam vim ignis visceribus accensû, quam in coërcendo præposte-
ram curationem, istis tardam atque intempertivam me-
dicinam accusaturis; Tu, **SAPIENTISSIME REGUM**, omnium optimè intelligis tantorum Capitum salutem, ex qua vita, spiritus, salus, ac fortunæ humani gene-
ris pendent, non sine infano stupore, si quis in Cælo Deus est, seu ab arte Medicorum, seu ab Hominum providentia, suspendi posse aut debere. Nec hodie pri-
mùm didicisti ludere Deum vota mortalium, assuetum modò spes longas brevi spatio rescicare, modò tristia at-
que inopina fata, improvisum dilecti Deo Lazari excelsum, in minime expectatam salutem, ac renascentem subito lucem, opportunè convertere. Quin proprio ipsemet experimento edoctus es, **DOMINE**, quis quan-
tusque sit ille stator Regum, Sospitator ille Tuus, etiam antequam nascereris; quis ille Depulsor, Vindex, ac Conservator Deus, qui Te vix natum tot insidiis sub-
traxit, tot qui adversum Te conjurationes fregit, im-
missos percussores stitit, morbos dispulit, odia compe-
scuit, toxica, glandes, minacisque globos avertit, ven-
tos etiam & maria cohibuit, ac Tuum ubique latus vel-
uti clausit, in Cunis, in Regiâ, in Castris, in Stationi-
bus, in Præliis, in Itineribus, in Saltibus, ac pericu-
lis omne genus. Idem ille est qui, postquam nuper de Regiæ successionis juribus, ex

Falso, mendaci ventre, puerperio,
imò de Britannis, de Legibus, de Religione, actum esse videretur, delendo Reformatorem nomine, & ex-
scindendâ Carthagine, Te magno Constantino, **MARIAM** Helenâ, longè majores, cælo suscitavit **LIBERA-
TORES ORBIS**. Ita sanè ipse ille Deus est, qui in hæc Te tempora servavit, tot prodigiis ac miraculis, fu-
turum assertorem Libertatis, frænum Tyrannidis, terrorem Potentissimi hostis, Christiani Orbis præ-
sidium, asylum Religionis, & veluti Stateram, ad quam rerum maximarum & consiliorum momenta exigentur. In Te deinceps unum, centrum quod-
dam suum, colliguntur univerforum vota, quæ ante inter Duos divisa. Et dum ferocit adhucdum Gallus, quantumvis emarcescente regno, ætariis exhaustis, intercepto commercio, silentibus opificiis, sanguine subditorum in censum illato, ac plerisque horum exactionibus, servitutibus, bello, fame, inopiâ rerum omnium, oppressis & languentibus; Tuum est, proculsa omnia ac prostrata, tot acceptis à ferocissimo Hoste cladibus, instaurare; luctus nostros atque ægritudines abstergere; omnemque penè Europæum orbem, tot malis fessum, tot vastatum incendiis, tot Gallici furoris vestigiis horridum, & humano passim sanguine undantem, asserere in pristinam lucem, pacem, securitatem. Te tandem, **GUILIELME**, Restitutorem sibi Orbis deposcit, Te suum Tutatorem Britannia, Te Propugnatorem Belgica, Te Statorem Ecclesia, Te Imperatorem exercitus, Te Vindicem oppressi palantesque, Te Concordiæ vinculum foedera, Te Defensorem fides, Te pacis bellique Arbitrum omnis Europa! Et dum precamur singuli ut Bonum Faustumque sit Tibi, vovemus hoc ipso ut prosperè ac fortunatè eveniant omnia Regnis Tuis, nostræ huic Reipublicæ, Christianis cœtibus uni-
versis, nobis, conjugibus, liberis, posterisque nostris. Interea quoque hoc nobis fructus ex **MARIÆ** Tuæ discessu precabimur, ut quacunque nos parte perfectissimam istam omnis laudis, & si quid summum in humanis esse potuit, contemplabimur Imaginem, mors Illius simul & vita, nostrum singulis, dux in Cælum esse possit.

D I X I.

FRIDERICI SPANHEMII PAR.
GENEVA RESTITUTA.

Quam laudavit ille Anno Seculari M DC XXXV.

MAGNIFICIS NOBILISSIMIS
AMPLISSIMISQUE VIRIS,
D. D. CONSULIBUS
ET SENATORIBUS

Inclytæ Reipublicæ Genevensis, Patribus Patriæ,

Salutem & felicitatem precatur

F. S.



OFFERO vobis, VIRI MAGNIFICI, argumentum domesticum, quod nec alieni juris sine flagitio fieri poterat, nec debebat ab illo, qui totus vester est beneficii, affectu, obsequio. Et offero quidem, quod cæteroquin tollendum potius erat, quàm exponendum, quia id non aliorum tantum crebris efflagitationibus, sed & multorum ex Ordine vestro imperiis à me expressum.

Hoc quidem bonâ fide affirmare possum, me, quando officii potius necessitate, quàm instituti optione huic argumento manum admovi, nihil minus cogitasse, quàm crudam & tumultuariam orationem inter varias occupationes effusam, & intra horæ ac Auditorii unius angustias coercendam, extrudere in publicum. Et lanè materies ista non hominis peregrini, & ab Historiâ vestrâ imparati, pollice tractanda erat, sed domestici potius, qui ignorare non posset, quod domi natum à matre haberet. Tamen quia pro muneris, quod autoritate vestra sustineo, ratione publicè in solennibus Academicis dicendum erat, id accurandum mihi existimavi, ut si minus dicendi artem, dicendi saltem opportunitatem nosse viderer, quod in *Hecathéo* Rhetore tantopere probavit antiquitas. Secularem itaque Orationem seculari anno indulgendam censui, ut qui cætera non possem, argumenti delectum Auditorio probarem. Eandem etiam aliorum potius quàm meo iudicio vulgo, ut Cives vestri norint, quantum Deo debeant, & felicitatis suæ magnitudine cum aliorum infelicitate comparatâ ad suum officium ferantur, & ad sui Vindicis laudes, cui Reipublica vestra multa communiter, plura privatim debet, & quicquid in Religione, Libertate, & utriusque nutrice tranquillitate apud vos eximii. Et revera in iis quæ summa sunt jam per complures annos ea singulari Dei favore possidetis, quæ ad votorum summam illis etiam sufficere possunt, qui nondum sunt infelices. Facite, Viri Magnifici, ut constanti pietate, æquitate, & prudentiâ vestrâ tanta bona ad hæredes vestros redeant, & seram posteritatem. Quod quidem haud dubiè fiet, ubi Deum Religioso cultu demereri, muneris vestri sanctitatem tueri, Religionis & Libertatis causam strenuè agere inter primas curas vestras semper erit, ut id est inter primas laudes eorum qui ad clavum sedent, & inter Rerum publicarum non decora duntaxat, sed & munimenta. Sic Cives vestri, qui multa jam vobis debent, plura debebunt indies, & in felicitatis parte censebunt, quod in tales Respublica inciderit, qui ejus dignitatem pro dignitate sustinere queant. Ego interea, quem tamen sub alio sole natum in Civitatem, Academiam, Ecclesiam, addo & singularem benevolentiam vestram summâ bonitate admisistis, id operam, cum bono Deo, dabo, ut meam vobis pietatem, fidem, ob-

sequium probem, & qui plus civibus vestris vobis debeo, me plus debere quotidie intelligam. Nec, ut spero, malum vobis nomen censebor, si, cum beneficiis vestris paria facere non possim, ea votorum saltem magnitudine adæquare coner, & id seculò studeam, ut vobis expensu, mihi accepti ratio probè constet. Valet, Viri Magnifici, Patres patriæ, & in Dei gloriam & publicam felicitatem diutissimè perennate. Scripsi Genève Kalendaris Septembr. Anno Æræ Dionysianæ, Ecclesiæ vestræ Seculari, CIO. IXC XXXV.

LECTORI S.



IRANDAM Reformationis Genevensis Historiam Oratione Seculari expressam damus. Nihil hîc à nobis spectatum præter Dei beneficium, & benefactoris laudes, quæ utramque paginam faciunt. Neutrum dissimulatum oportuit, recurrente Seculi periodo. Summa nobis rerum cura fuit, verborum exigua: & ista minor futura, si scribendum tantum fuisset, non discendum. Nihil tamen Theatro datum cum dispendio veritatis, quam è situ & pulvere eruere religiosè studuimus. Necessitatem verò Reformationis ostendendam duximus, priusquam de Reformatione ageremus. Inde liquebit, quantum Deo debeant illi, qui se in veritatem & libertatem assertos nobiscum meminere. Lectorem à nobis alienum rogamus, ut citra obrektionem dicta & scripta sine obrektione legat, & in mutationis in Religionem introducta causas eâ diligentia inquirat, quam rei dignitas meretur. Sic eâ iusta illa videbitur, & missa omnia, quæ in corruptelas & corruptores veritatis à nobis dicta. Errorum cæteroquin odium profitemur, non errantium, & horum infelicitatem non insectamur, sed lugemus. Novimus, alium affectum deberi cæspitationi, alium cæspitationi. Nemo sapiens cacum odit, nemo Christianus in Religione cacutientem. Utrique debetur luctus & commiseratio. Spiritus Dei spiritus charitatis est & mansuetudinis, non rixarum & odiorum. Illum tibi precamur, Lector, ad hujus scripti lectionem accessuro, istum deprecamur. Sic videbis in Reformatione Genevensi Dei Digtum, & juxta nobiscum miraberis. Quod enim Vir Dei olim Israel, nos hîc omnibus, State, & videte salutem Jehovahæ.

COSS. MAGNIFICI, SENATORES AMPLISSIMI: ILLUSTRIS ET GENEROSISSIMI COMITES ET BARONES, REVERENDI, CERRISSIMI, DOCTISSIMI, ECCLESIAE ET ACADEMIÆ HUIUS PASTORES ET PROFESSORES DIGNISSIMI: NOBILISSIMI, ET PRÆSTANTISSIMI QUOTQUOT ADESTIS AUDITORES: TUQUE LECTISSIMA STUDIOSE JUVENTUTIS CORONA.



UDOS seculares, Regibus Romæ exactis, pro salute & æternitate Imperii Romani institutos, & centesimo quoque anno solenni pompâ instauratos, memorant rei Romanæ Scriptores. Nihil unquam majori exspectatione desideratum, nihil splendidiore apparatu instructum, nihil denique communiore gaudio transactum. Publicâ præconum totam Italiam circumcursantium voce, summi & imi, omnis ætas, sexus omnis ad solennia illa omni studio concelebranda invitabantur, Ad laudem venient, nec spectatos hætenus, nec posthac spectandos. Distributa februa, indicta pervigilia, imperata lectisternia, decretæ & condictæ supplicationes ad pulvinaria Deorum trinoctio integro. Jovi Statori tauris candidis: hostiis nigris Plutoni: juvenicis Ju-

noni:

noni: Latonæ, Apollini, Dianæ, hymnis, votis, pæanibus à patrimis pueris, matrimisque puellis litabatur, iisque, pro superstitione gentilitia, Majestas Imperii Romani & salus Reipublicæ commendabatur.

Hoc P. Valerii Publicolæ institutum, ab Augusto ambitiosè occupatum, à Claudio ante tempus instauratum, à Domitiano, & Severo repetitum, sub Philippis Patre & Filio, anno Urbis Varroniano Millesimo, Olympiadis cclvi. anno tertio, Æræ Dionysianæ cclxvii. ingenti apparatu concelebratum, refert *Julius Capitolinus*. Atlas mons se in theatrum intulit,

Repserrunt scopuli, mirandæque sylvæ cucurrit,
Elephanti xxxii. Alces x. Tigres x. Leones lx. Leopardi xxx. Hyenæ x. Arcolontes x. Camelopardi x. hippopotamus & rhinoceros, omnis generis ludi in circo, in arena, in amphitheatro, in campo Martio, & mille gladiatorum paria populo Romano pervigili exhibita leguntur: noctibus ipsis, quem ab astris habere non poterant splendorem, à crebro, & astris æmulo funali mutuantes, & in totidem luces conversis.

Quod si Romani, quamvis profunda gentilitiæ superstitionis caligine mersi, *Ludos seculares*, eucharisticos partim, partim votivos, & in iis totidem patriæ suæ velut Natales optima ratione sibi concelebrandos existimarunt, ut testatum facerent, se rem Romanam, & Urbis ac Imperii incolumitatem non suæ magnitudini, sed soli Deorum Averruncorum & Sospitalium patrocínio transcriptum ire: Quamto æquius, Rerum publicarum Christianarum Natales, Dei immortalis immortalis beneficio repetitos, à Christianis alta, & ex imo pulmone ducta voce, suo seculo, suæ posteritati, imò toti orbi ad omnem memoriam impingi, & Seculares paganorum Ludos in Jubilæos sacros converti: ne quæ beneficia divina bonitas exorsa fuit, ea humanus stupor intervertat, & ii miseri meritò esse jubeantur, qui suæ felicitatis nondum sunt capaces.

Occasio
Orationis
secularis. Quod si Respublica ulla, Ecclesia ulla inde ab orbe condito, Auditores omnium Ordinum Spectatissimi, *Geneva* certè nostra Vindici Sospitatori & Statori suo unico Deo ter Optimo Maximo Seculare carmen, & immortales, integro à Reformatione seculi orbe exacto, hoc ipso quem numeramus anno m. dc. xxxv. laudes debet. Hic enim annus, Auditores, alter velut Reipublicæ hujus Natalis est, quo secundum inimus seculum felicitum illorum temporum, quibus superstitione profligata, barbaries fugata, lupanaria eversa, idolecia diruta, tyrannus excussa, jugum *Exactorum* contractum, *Tenebra* diffusæ, *Lux* orta: qua huic Reipublicæ sua libertas, Ecclesiæ suus nitor, Senatui suum jus, populo Genevensi sua salus, vita, anima, spiritus, omnia, divina bonitate, restituta fuere. Beneficium ingens sanè & immensum, & tale, quod omnem dicendi vim, omnem cogitandi contentionem, omnem denique grates dignas referendi facultatem supergrediens, ita nos totos occupare debet, & percellere, ut in sola ejus contemplatione desixi, inexhaustam divinæ erga nos bonitatis ubertatem supplicibus votis veneremur. Idque tantò magis, quòd idem ille summus hujus boni largitor Deus, qui felicissimum hunc Natalem ante seculum huic Civitati, huic Ecclesiæ, huic Reipublicæ, his ipsis parietibus & tectis illucescere voluit, continuo tot annorum, imò seculi integri decursu beneficium illud solidum nobis esse voluerit & constans.

Quamprimum itaque pro munere, quod impræsentiarum adhuc sustineo, ratione, mihi verba facienda in hoc Illustri Confessu prospexi, non diu nec anxie deliberandum existimavi, quoniam potissimum argumento amplissima ista panegyris disti-

nenda, aures vestræ occupandæ, & vestra mihi dicenti attentio concilianda foret. Hic enim annus, Auditores, revoluto centenariò insignis, hic ipse confessus, hoc Auditorium, hæc rostra, hæc pulpita, hæc testudines, imò hæc ipsa, quam in vultu vestro lego, audiendi alacritas me ad domesticam & vernaculam materiam invitant, ut de felici Genevæ nostræ Natali, Reformatione, & innumeris quæ eam in hæc usque tempora excepere beneficiis, apud vos non declamatorio apparatu, non adhibitis ex arte pigmentis & peregrino mangonio, sed gravi & sancta divinorum beneficiorum commemoratione dicam.

Hanc à nobis gratitudinem, hanc tesseram hospitalem, hunc cultum exigit Ludis his Secularibus ille qui nobis hæc otia fecit Deus triunus, non hostias, nec hecatombas, non lectisternia, nec pervigilia, non spectacula, nec histrioniam, non foccos, nec cothurnos, non crepitacula, nec sistræ, non corollas, nec corymbos, non ludicras *Retiariorum* & *Mirmillonum* pugnas, non cæcos *Andabatarum* confictus, nec insanos bacchantium & lymphatorum pæanas, & quicquid hic gentilitia superstitione ac luxurie peccatum: sed sinceram beneficii accepti agnitionem, gratam commemorationem, preces Eucharisticas partim, partim votivas, pro longa & diuturna beneficii collati prorogatione: ut summi hujus boni dator ejusdem velit esse Stator & Vindex perpetuus, idque ratum & salutare esse jubeat & nobis, & posteritati nostræ, ad feros usque nepotes. Ut verò magnitudinem boni, quod alienæ liberalitati debemus, nosse pars gratitudinis est, & verum ejus incentivum: sic, quò summum Reformationis apud nos institutæ beneficium suo pretio metiri discamus, tragica nobis seculorum, quæ eam antegressa, series strictim percurrenda, antequam ad felicia illa tempora descendamus, quibus Genevam illudere desiit superstitione, Genevenses fascinum Transalpinum, & velata Religione servitus. Nec enim ulla felicitatis pictura illustrior eâ, quæ ab infelicitate, cui successit, duci solet.

Crassæ erant, Auditores, tenebræ Ægyptiæ, Temporum quas Scriptura S. palpari potuisse docet, opacæ erant Cimmeriorum veterum, nullo Sole, nulla lucis strictura collustratæ specus: sed nulla ratione comparandæ cum spissa illa & profunda nocte, qua, Romanorum Præsulum artibus, totum Ecclesiæ Christianæ coelum velut obductum horrebat: ex quo illi cœpere, condicta judiciis divinis periodo, mysterio iniquitatis operari, apostasiam universalem moliri, sedem suam in templo & sede Dei figere, religionem superstitione, divinum verbum commentis humanis, cultum Idolomaniæ, conscientias fictis terroribus, orbem denique Christianum horrenda tyrannide occupatum ire & oppressum. Temporum momenta, errorum natales & molem, omnes secundæ hujus Babylonis Architectorum technas & artes, grassantis per complura secula labis incunabula, incrementa, fomenta, ἀκμή, notare nec hujus loci est nec temporis. Verbo dicam, tanta inde rei Christianæ vastitas & strages passim sequuta, ut ignoraret penè Orbis se Christianum esse, esse aliquod Dei verbum, Religionem ad Deum & conscientiam pertinere, ita illud populi manibus & mentibus excussum, ista redacta ad digitorum articulos, laborum murmura, Sacrificulorum magitus, Monachorum crepitacula, claustrales tonsuras, Anachoretarum cilicia, laciniarum, pectinum, crepidarum venerationem, Indulgentiarum nundinationes, spectrorum, lemorum, & fatuorum ignium *μορμολυκία*, & alia id genus fascina distindendæ & occupandæ plebi accommoda. In ceremonias invasit superstitione, in dogmata falsitas, in cultum idolomania, in gubernationem tyrannis, in totam Reli-

Corruptio in Ceremoniis.

Religionem, ut veteri sed egregio *Epiphani* verbo utar, mera *ἰεροθεωρησις*. Quicquid in ceremoniis Judaicis splendidum, quicquid in gentilitiâ superstitione floridum, quicquid in occupandis & demulcendis hominum oculis, auribus, animis potens, id prudenti in speciem, & ad Judæorum simul ac gentilium conversionem accommodo, sed tamen infausto consilio in sanctiones Ecclesiasticas infartum. Et quod liberum primò erat, id sensim in necessitatem abiit, & post in rationes meriti & expensâ coram tribunali divino. *Dogmata* non ad Dei verbum, sed ad compendium Cleri exacta, illa suppressa, quæ Deum, illa substituta, quæ hominem homini commendarent, imò quæ hominem supra Deum nefaria sed utili fraudum architectis impietate efferrent. Hinc *Servatoris* beneficia oblitterata, gratia Dei imminuta, corruptio hominis dissimulata, salutis gratuitæ canalus interclusus, idolum humani arbitrii erectum, meritorum fiducia inculcata, intercessionum & satisfactionum mercatus introductus, pergula excitata, institoria in Ecclesia exercita, licitationi à sacris publicanis subiecta

In Dogmatibus.

Templa, sacerdotes, altaria, sacra, corona, Ignis, thura, preces, cælum venale, Deusque; ut *Manianus* jam olim de temporum suorum infelicitate quiritabatur. Non conscientiiis quæsitâ pax, sed excussa, ut fictis terroribus percussû animi obnoxii essent imposturis, & id pretio redemptum irent, quod pretium nec habet, nec habere potest. Adèò verè, quod primis Romæ conditoribus olim à *Mithridate* impactum, in eorum Successoribus deprehensum, *lupa uberibus altis luporum animos inexplebiles, divitiarumque avidos ac jejunos induisse.* Per illos sanè factum, quo minus *Harpyias* hodie cum *Poëtis* in Insulas cogamus, quippe quæ ex Insulis in Curiam transalpinam jam à multis seculis commigrarunt.

In Cultu.

Quæ verò in Ceremonias & Dogmata invaserat pestis, eadem quoque in Cultum illata. Pro Christo beata Virgo, pro Deo tutelarium Numinum plaustra apothecæ pagana postliminiò introducta: cadaveribus, ossibus, cineribus, ligno, lapidi tributum quod Dei erat, & illa omnia in societatem fiduciæ, spei, cultus, quæ Deo debebantur, communi omnium praxi, si non communibus Doctorum placitis, vocata. Inter Deum & B. Virginem provinciæ in diribitorio Romano distributæ, illi rigor assignatus, isti Diva clementia: *Francisci* stigmata Christi stigmatibus exæquata: *Laurentiana, Compsohlenfia,* & alia id genus fana ac idola, mendacibus præstigiis & prodigiorum centonibus in summo venerationis fastigio locata, ad quæ ex imo etiam Septentrione excurrere pars felicitatis erat, & summus devotionis apex. In angustiis, morbis, calamitatibus, non amplius ad Deum itum, sed ad legatos & optiones quibus Pontificum consultis talia commissa, quorum egregiâ scilicet providentiâ non regnis tantum, provinciis, civitatibus, sed & morbis, opificiis, brutis, sui Divi præstituti, ad quos tutus esset receptus. Febri correptis *Petronella,* morbo comitali *Valentinus,* ophthalmiâ *Ortilia,* odontalgia *Apollonia,* thoracis angustia *Blasius,* calculo *Liberius,* podagrâ *Wolfgangus,* peste *Sebastianus* & *Rochus* ad adorationem prostabant. *Pictores* *Lucam,* *Agricolæ* *Medardum,* *Rustici* *Urbanum,* *Vinitores* *Chilianum,* *Piscatores* *Christophorum,* *Nautæ* *Nicolaum,* *Venatores* *Eustachium,* *Equites* *Georgium,* *Carminarii* *Blasium,* *Sartores* *Luciam,* *Fabri* *Eligium,* *Textores* *Severum,* *Molitores* *Arnoldum,* *Figuli* *Goarum,* alii alios ut artis suæ antesignanos & vexillarios venerabantur. Imò *bobus* *Pelagius,* *equis* & *vaccis* *Eulogius,* *ovibus* *Wendelinus,* *anseribus* *Gallus,* *canibus* *Hundber-*

tus, *porcis* *Antonius,* *muribus* *Nicasius,* alii alii & capitibus & curis Romanæ curiæ instituto addicti. Deus interim folio suo excussus, & cum *Jove* *Homerico* convitatum in *Æthiopia* relegatus. Quis non sub fatali illo temporum & hominum fascino illud *Satyrice* usurpasset, non fuerat olim

— turba Deorum

*Talis, ut est hodie: contentaque sidera paucis
Numinibus miserum urgebant Atlanta minoris
Pondere,*

Tales tamen *Deastros* patronos habere, eos precari, venerari, eorum delubris, idolis, iconibus oscula figere, vota nuncupare, anathemata suspendere, inter primas pietatis curas erat. *Francisci* cucullo vestiri, claustrali disciplina macerari, tutissima in cælum via putabatur, & *auriola* promerendæ callis indubius.

Reliquiarum quin etiam exoletis & pudendis mercibus adèò delusa populi simplicitas, ut non illa tantum plebi obtruderentur, quæ aliqua specie obtrudi poterant, sed & quæ ad mera ludibria comparata erant, & meris ludibriis excipienda forent, nî id ipsum indignationem potius & gemitus exprimeret hominibus Christianis, tantum superstitioni licuisse, tantum quorundam nequitia, aliorum stoliditate peccatum. Eò enim prorupit *Ludionum* illorum audacia, ut non solum *Mariæ* pectinem, *Elisabethæ* peplum, *Elizæ* Zonam, *Judæ* laqueum, *Johannis* crepidas, & alia id genus crepundia: sed & *Michaëlis* Angeli pugionem, *Gabrielis* pennas, & *Josephi* ferram reciprocantis, vel ictum cæteroquin intorquentis spiritum, *Nicodemi* scilicet chirothecâ exceptum, imò *Lamia* turres, *Opellines* *Solis,* quæ in infantia inter somni difficultates, ut loquitur *Tertullianus* adversus *Valentinianos,* à matriculâ audiuntur, diducto sipario velut in *Scena* ostenderent,

Vilia vendentes tunicato scruta popello;

ut complura talia prætermittam, quibus projecti & prostituti pudoris hominibus stoliditati plebis Christianæ illudere visum. Quin & multorum, qui nunquam hunc Solem aspexere, reliquæ auro & gemmis variegatæ & interstinctæ, multi quin etiam *Sanctorum* *Geryones* & *Briarèi* redditus, quibus capita, ora, brachia, pectora complura afficta, & quicquid planis illis fucatarum mercium protrudere visum. *Saburram* hanc exonerare infiniti laboris foret, *Auditores,* nec patientiæ vestræ.

Ad *Tyrannidem* transeo, quæ *Theologiæ* Romanensis acropolis est, & *Helena* illa, cui uni & superstitione in ceremoniis, & falsitate in dogmatibus, & idololatriâ in cultu, consultum voluere *Babylonis* novæ *Architecti.* Christo *Petrus,* *Petro* vicarium caput substitutum, & *Homo peccati* funestâ *Christianorum* *Principum* indulgentiâ, fatali *Episcoporum* aliorum conniventia, immani *Christianæ* plebis stupore, malis artibus, sensim ad fastigium illud sibi gradum struxit, quod hodieque occupat: ad cujus arbitrium *Religio* *Christiana* corrupta, cultus constitutus, conscientiæ constrictæ, gratia distributa, cælum clausum, inferi aperti, *Imperatorum,* *Regum,* *Principum* jura, scepra, capita suspensa, imò totus penè orbis obnoxius & vectigalis redditus, & ex *Christiano* *Romanus* factus, prodigiosa *Episcopi* *Urbis* in *Orbis* *Monarcham* metamorphosæ. Qui non secus ac callidus ille *Europæ* *bajulus* orbem è littore in altissimum pelagus nihil sentientem deduxit, donec ex flamine *Latiali* inglorio factus

Rex Animæ, Rex idem hominum, Phœbique sacerdos,

caput cœlo efferret. Cujus imperium eò magis mirandum, quod non ulla vi, sed sola fama & homi-

In Gubernatione.

minum opinione constet. Hoc enim uno præsidio nixus

— *Res hominumque Deumque*

Aeternis regit Imperiis, & fulmine terret.

Sive pallentes animas orco evocet, sive alias sub tristia Tartara mittat. Ita Sedis Romanæ Præsules, postquam fortunæ & flagrantissimæ imperandi libidini se permisere, naturam & officium suum dediticere, & per licita & illicita foedati, divina & humana omnia inter dominandi flagitia & servitutis instrumenta habere. Vix equidem illa fidem impetrarent, nisi & Spiritui Sancto jam olim prædicta, & etiam nunc in vulgus nota forent,

— *quæ caruleum cubile*

Sol adit pronus, croceusque Eos

Surgit ab ortu.

Cuniculos, artes, molitiones, gradus, quibus summum hoc iniquitatis mysterium promotum, & ad culmen illud perductum: Romanorum Præsulum anathemata, fulmina, ludibria, in Imperatores, Reges, Principes acri religionis thyrso percussos, & plebem Christianam fulguritam ac cernuam jacta: sed & strenuorum Christi Athletarum, quos omni seculo suæ tyrannidis & superstitionis antagonistas habere, mascula dicta, scripta, facta percensere, temporis, qua ætatur, angustia prohibemur.

Vehiculum corruptioni invehendæ.

Ut verò & in Ceremonias superstitionis, & in Dogmata falsitas, & in Cultum Idolomania, & in Gubernationem tyrannis invaderet, & placita Romanensia dictatoriali autoritate plebi Christianæ obtrudi possent, à Romanis Pontificibus id occupatum, quod grassatores nocturni solent, lux omnis extincta. Non tantum bonarum litterarum studia præfocata, barbaries introducta, stupor omni arte promotus; sed & verum lumen excusum, verbum Dei suppressum, conscientis scrupuli super ejus lectione summo studio injecti, *Dominici, Francisci, Veronica* acta inculcata, & *Legenda* aliæ febrilibus & anilibus deliriis, totæ quantæ quantæ sunt, factæ & confutæ. Historia Evangelica in theatrales operas, sacratissima passionis Dominicæ memoria in scenicos actus conversa, & *risu*, quem vocabant, *Paschali* terminata, quò abstergeretur luctus Quadragesimali jejuniò & maceratione contractus. Quod si S. Biblia quandoque attingebantur, statim sacra illa sementis laciniolis & spinosis Seraphicorum Doctorum, *Lombardi, Comestoris, Thoma, Bonaventura, Scoti, Durandi, Occami*, & aliorum id genus hominum commentationibus & interpretamentis velut in herba strangulabatur. Quin & *Philippus Melancthon* Vir candidissimus testatur, diebus Dominicis, variis in locis, pro thematibus Dominicalibus, inde à *Karoli M.* ætate, operâ *P. Guarenfridi* seculo octavo in Cathedras Ecclesiasticas introductis, Ethica Aristotelis publicè populo prælecta, & à se *Tubinga* in agro Wirtenbergico audita: *Tiguri* quoque, ut & passim alibi, ex *Thoma & Scoto* conciones habitæ. Et jactatum à multis, tametsi S. Literæ intercidissent, ex *Platonis, Aristotelis, Senecæ, Plutarchi*, & aliorum id genus Scriptorum monumentis, viam ad salutem fati superque erui potuisse. Eò sanè res Christiana illa temporum infelicitate redacta, ut *Abbas* quidam *Neuhusanne*, in contermino *Vangianibus* Cœnobio, disertè professus fuerit; *ni Lutherus se grassanti superstitioni opposuisset, futurum fuisset, ut Monachi homines jumentorum instar præsepibus alligarent, & fenum esse docerent.* Adè nulla unquam potestas suâ potentiâ ad impotentiam superbius isto hominum genere usa fuit.

Talia erant, Auditores, tempora illa Reformationem antegressa, luctuosissima sanè & multis nominibus funesta. Qualis tunc erat *Geneva* nostræ status? verbo dicam, luctuosus quoque & funestus.

Tom. II.

Quæ alibi oberrabat vastitas, hîc erat velut in sua sede. Eadem in ceremonias nostras invaserat Superstitio, in dogmata Falsitas, in cultum Idolomania, in gubernationem Tyrannis, in totam Religionem *ἰθελωθελοσθησιαι*. Respublica Episcopali tyrannide tantum non oppressa, intra viscera sua alebat & dominos & hostes, qui temporum superstitione, & S. P. Q. Genevensis indulgentiâ in rem suam versâ, sensim sibi Majestatem, quam jure non poterant, religione vindicabant. Quamvis tenaces Libertatis avitæ animæ strenuè oblucentur, & illud sibi salvum semper vellent, quod Reipublicæ hujus peculium, imò animam *Geneva* nostra semper existimavit, quòdque contra hostes omnes ferro & sanguine tristissimis etiam temporibus constantissimè tutata fuit, & in æternum, invicto animo, cum bono Deo, tutatura est.

Et sanè penes S. P. Q. Genevensem multa & egregia avitæ Libertatis suæ pignora reliqua semper fuisset, etiam iis retrò seculis, quibus videbatur superstitioni, pro temporum infelicitate, nimis indultum, negari non potest. Episcopi, non nisi communibus S. P. Q. suffragiis electi, nec admissi priusquam fidem suam, pro religiosa immunitatum civitarum conservatione, Consulibus (quos *Syndicos* vocamus) jurisjurandi, quandoque etiam instrumentorum publicorum, fide firmassent. Urbis custodia Consulare jus erat, non Episcopale. Dominandi vices, divisas inter diem & noctem operis, alternabantur Consules inter & Episcopum, cujus jus cum quolibet sole occidebat, quo condito *merum & mixtum Imperium*, *Ademari* Episcopi confessione, ad Consules redibat & Senatium. Populus quin etiam Genevensis suos sibi semper Magistratus liberrimis creabat suffragiis. Nec sine populi in porticus *Ædis* cathedralis publico signo coacti consensu Episcopo de rebus gravibus quicquam statuere licebat. A S. P. Q. decreta, rata erant Episcopo. Publicis-Sanctionibus Consularis æquè ac Episcopalis autoritas præscribatur. Integrum quin etiam erat S. P. Q. Genevensi, quamvis in consultis & reluctantis Episcopis, in amica cum Principibus & Rebus publicis foedera coire, qualia & ante Reformationem cum Illustribus *Bernatum & Friburgensium* Rebuspublicis iacta, qui certus Majestatis index. Alia id genus complura præmitto, quæ nec hujus sunt loci, nec mei instituti.

Quæ cæteroque tunc temporis hujus Urbis erat Corruptio facies? Ut verum fateamur, Auditores, *Geneva* nostra lupanar erat, fornix erat ingentis, qui hîc stabulabatur, Cleri, *Domicilium demoniorum, custodia multi Spiritus immundi, custodia multa volucris immunda & invise.* Ita tota fere *Canonicorum, Cœnobarum, Franciscanorum, Dominicanorum, Augustinianorum, Minoritarum, Sacerdotum, Curatorum*, examinibus perstrepebat, qui non in civium duntaxat conscientias grassabantur, sed & in domos & toros, qui stupris, adulteriis, nefandis amplexibus, (egregiis cœlibatus Romanensis appendicibus) civitatem totam incestabant. Vix ac ne vix quidem clathris, cancellis, vectibus, repagulis ullis effrænata illorum licentia, & vetiti tot admissariorum prurientium ardores arceri poterant & retundi, & suus virginibus constare pudor. *Franciscanorum* quin etiam & velatarum *Clare* Virginum contermina propemodum lustra mutuis solatiolis locum faciebant, & subterranei meatus relecti fidem. Ipse urbis Episcopus *Joannes Ludovicus*, quum Episcopales curas dramate hilariore aliquando absterisurus in ædes & torum fabri cujusdam lignarii Anno cto cccclxxxii. invasisset, marito homine rudi, & nulli rei nisi ascicæ & dolabræ adueto, inauspicatò gaudiis Episcopalis intercedente, Episcopus exasciatos quidem & probè dedolatos lumbos inde retulit, sed &

D d d d

hoc

hoc animi robur, ut non tantum à vindicta manum abstineret, verum etiam xenii & apophoretis hominis rustici austeritatem sibi demerendam putaret, fortè ne furere pergeret in amicum ædibus suis caput, & qui se subditum non meminerat, beneficiarium saltem, supercilioposito, recordaretur. Nec multò feliciùs cessit *Petro Balma*, ultimo Genevensium Episcopo, urbanæ familiaritatis consuetudo, quippe qui ex raptu in puella cive Anno c10 10 xxvii. tempore Quadragesimali (quod notandum) admissò, non tantum gravem sibi conflavit invidiam, sed & coitionem plebis ad vicinas huic Templo *Ædes*, pristinis incolis cognomines, eam ob causam tumultuantis, ægrè prædâ restitutâ repressit. Et tanta ac tam projecta erat *Canonicorum* cum primis petulantia, ut quinquennio etiam ante Reformationem cives Genevenses decimas pinguibus illis & luxuriantibus aqualiculis exsolvere detrectarent, quas ita male collocatas videbant. Quin & Senatus consultum intercessit, quo illis denuntiatum, nisi aliam vitam viverent, reditus illorum ptochotrophéo applicatum iri, qui tandem Friburgensium intercessione & meliorum spe illis restituti.

Superstitione itaque & flagitiosorum hominum molesto pondere fauscens pene Geneva nostra, pro Doctoribus seductores, pro Pastoribus impostores, non habebat tantum, sed & in suam perniciem fovebat. Et sanè quod in foro sæpe togati vultures, id quondam in Ecclesia Genevensi istæ conscientiarum hirudines ad omne fas nefasque avidæ, non sacro, non profano abstinere, sed quibusvis artibus miseram plebem emungere, & ex illius stoliditate rem facere.

Unum vel alterum duntaxat attingam, insignia Monachalis imposturæ argumenta, ex quibus facile liquebit, quas Scenas suaviludii illi in hac Urbe cum æterno miseræ & delusæ plebis dispendio instruere consueverint, ut suo & Idolorum honori velificarentur. In hac ipsa, in qua jam verba facimus, *Petri* *Æde*, in pretiosa, pro tempore, Reliquiarum aliarum supellectile, *Antonii* quoque *brachium* velut gaza inæstimabilis habebatur. Nihil theca illa tanti boni custode vel sanctum magis videbatur, vel magis invidendum. Prostabat ad adorationem diebus festis, nonnisi multis lustrationibus præviis oscula illi figebantur. Quin & in rebus magni momenti ad thecam illam Sacramentum dicebatur, quod fallere piaculare erat, & nullis ignibus purgandum scelus. Religionem idoli & formidinem plebis accendebat spreti Numinis vindicta, quam multa cera in manuum aridarum formam effigiata, & è tholis delubri suspensâ, undiquaque spectantium oculis ingerebat. Superstitione per Dei gratiam Anno c10 10 xxxv. abolitâ theca illa excussa ludibrium debuit acerrimis etiam Romanæ Theologiæ patronis, quum viderent omnes pro divite illa gaza, & Antonii brachio nihil præter *inguen* vel *veretrum cervinum* in eximio illo Reliquario reperiri: Priapæum revera sacrum, & pudendum, non Christianum.

In hac eadem *Petri* *Æde* ad altare majus, sub hoc ipso, sub quo loquimur, fornice aliud Deorum munus pretiosum scilicet & augustum ostentabatur plebi, quod *cerebrum Petri* vocabant homines lepidi. Id in dubium vocare hæreticæ pravitatis fuisset, negare blasphemum, non colere impium & profanum. Excussis illis quoque post Reformationem forulis, pro cerebro Petri pumex repertus, & nihil nisi pumex siccus, aridus, exesus, à pumicibus, imò stipitibus cultus, & à Stellionibus insigni fraude ad cultum prostitutus. Hos ludos populo Genevensi diu fecere egregii illi Sacrorum Antistites.

Restat techna alia, quæ dissimulari non debet.

In Templo hujus urbis *San-Gervasio*, sub altari primario, corpora *Naxareni*, *Celsi*, & *Pantaloni* condita ferebantur. Quærebatur pretium merci, & lucellum illius institoribus ac propolis. Et quia illi minorum gentium Sancti adhuc habebantur, præstigiis populum adoriendum, & manum ei lapidè adeundam, è re Sacerdotum visum. Sparsus rumor, Sanctos illos de sede mutandâ, pristina pertæsos, cogitare: jussâ plebs admovete aures foramini loculo inciso (quo beata scilicet corpora illa, magnorum quondam hospitem domicilia, excepta) & mirari confusum quendam hominum velut inter se colloquentium strepitum qui aures admotas è concavitate feriebat. Jubebatur quinetiam ibidem loci demittere sphæras & corollas (quibus superstitione preces ad calculum Deo admittitur) quæ vix demissæ, nescio quâ occultâ & magneticâ vi detineri videbantur, adeò integrum non erat injectos orbes expedire, & abditum quid manum retrahentis occulto pondere & vi arcanâ morabatur. Miraculo id ab omnibus deputatum, & sandapila illa inter primâ Genevensis Ecclesiæ decora relata, cives, peregrinos, omnes in occultam sui admirationem rapiebat. Sed & hoc mysterium cum tempore evulgatum, impostoribus odium publicum, plebi attonitæ ludibrium peperit. Loculo enim excusso, reperti tubi quidam & meatus subterranei, tanta arte inter se commissi, ut excitatum ab adstantibus sonum & strepitum statim exciperent, & exceptum secretâ quâdam muginatione, quæ colloquentium speciem habebat, redderent. Deprehensum quin etiam, tubos illos uncis & harpagonibus undiquaque confixos & constrictos ad obvia quæque excipienda & arctè stringenda fuisse, quibus immissa hærent.

Idolum quoque *B. Virginis* superstitioni fovendæ repetitis præstigiis adhibitum, aniculis quibusdam deludendis matribus mutuas operas Sacrificulis locantibus, quarum arte effectum, ut inflatis infantum corporibus plumæ labiis ferali etiam pallore albensibus admotæ velut subsultare viderentur. Earundem operâ adhibitis fomentis quibusdam subdolis, humor in exanimi & exangu corpore sæpe velut exfudare videbatur, & ad tempus illa egeri per artem, quæ per naturam non poterant, quò tingi adhuc possent infantes, velut *B. Virginis* beneficio ad exiguam lucis usuram revocati, qui cruda & subita morte ante sacram Baptismi tincturam intercepti, pro temporum Theologia, æterno exitio obnoxii videbantur. Quæ technæ Senatus auctoritate resectæ & revictæ xi. Maii Anno c10 10 xxxv. cum impostorum & Idoli contemptu evanuerunt. Persuasum quin etiam populo, inquietas animas Purgatorii sedibus evocatas noctu templa & cœmiteria pererrare, & Missarum ac suffragiorum pia subsidia tremulis ignibus à cognatis sibi capitibus efflagitare. Hinc dulce lucellum Sacrificulis, & spolia opima. Sed & his spectris propius vestigatis, animæ crustosæ & testaceæ deprehensæ, & pro illis cancri cum ellychniis succensis, suorum dorforum crustæ alligatis, templorum & cœmiteriorum angulos, Sacrificulorum operâ, perreptantes.

Scilicet his & aliis id genus artibus Monachi & Sacerdotes Romanenses, ille Domini Clerus, claustrale otium, & populi stoliditatem in sceleris occasionem sibi convertendam tunc temporis duxere, quò plebem Christianam ab ore suo pendulam, & præstigiis meris delusam, non auro duntaxat & salute, sed & ratione penè & sensu communi exutum irent & eversum, & corrasa his & aliis æruscationibus bona expensum ad clandestinam ganeam & pudendum luxum. Versipelle hominum genus, in quod *Hilbertus Genomanensis* jam circa *Bernhardi* tem-

Querelæ
de Canonicis.

Imposturæ
circa
Reliquias.

In Æde
Petri.

In Æde
Gervasii.

In Angli-
siniano-
rum cœ-
nobio.

tempora acrem calamum strinxit, conquestus illos esse in foro Scythas, in cubiculis viperas, in conviviis scurras, in exactiombus Harpyjas, in colloquutionibus stultas, in questionibus bestias, in tractationibus cochleas, in contractibus trapesitas, ad amicitias pardos, ad facetas ursos, ad fallendum vulpes, ad superbiendum taurus, ad consumendum Minotauros. Quod absit omnibus impingamus, quorum multos natalium infelicitatem superstitioni à teneris innutritos luere, & vitæ cæteroquin civilis honestatem colere nec ignoramus, nec debitas illis ob eruditionem, prudentiam, sagacitatem, & seculares virtutes alias, quibus apud summa sæpe capita meritò gratiosi sunt, laudes partium studio intervertimus. Hoc tantum profitemur, Genevam nostram ante Reformationis tempora Clerum talem, qualis ab *Hildeberto* depictus, in suam perniciem expertum, cujus technis & ficto schemate delusa, & fatali velut œstro fiderata, in tolerandam per complura secula sub pædagogia dura, scutica acerba, tyrannide gravi servit fervitatem.

Omina Reformationis Genevensis.

Sed tandem Genevæ nostræ propitium Numen miserum, scenam hominum illorum retexit, tenebras disjecit, omnem fraudum & imposturarum nubem discussit, & *Speratam* attulit *Lucem*. Non sine omine, Auditores, Geneva nostra jam inde ab antiquissimis temporibus Soli sacra erat, & lucem colebat falso Apollinis nomine vestitam, quod & saxa hodieque docent, & inscriptiones vetustæ, & comata antiquissima huic ipsi *Ædi* incisa Solis facies. Non frustra, Auditores, Solem pro insigni habuit Civitas nostra, qui ad tempus hemisphærio nostro subductus, & atris nubibus interceptus, tandem illi pleno orbe affulgere & illucescere debuit. Non frustra, Auditores, sacratissimum Servatoris nostri nomen *Jesu*, paganismo profligato, & gentilitatis tenebris pulsus, Soli illi infertum, qui Reipublicæ hujus verus beneficus & salutaris Sol suo tempore esse debebat. Non sine Numine quoque, Auditores, publico emblemate & *tenebras* suas fatebatur Geneva nostra, & *secusuram* aliquando *sperabat* *Lucem*. Affulsit illa tandem, sperata lux, nullis in æternum mergenda errorum & superstitionum tenebris, Deo ter Opt. Max. eadem face Genevam nostram collustrante, qua sub initium seculi post millesimum quinti meliorem Germaniæ partem collustrarat.

Reformationis initium in Germaniâ.

Ex quo enim Anno *MDLXVII*. Magnus ille *MARTINUS LUTHERUS*, alter Germaniæ *Elias*, heroico spiritu indutus ex alto, nundinationum papalium abacum evertit, & proterviâ Adversariorum proritatus reliquam Pontificiæ superstitionis pergulam excussit, Mystrarum Romanensium res sensum accisæ & attritæ, tempore

Ex illo fluere, & retrò sublapsa referri, Spes Danaum, fracta vires, aversa Dei mens.

Aperuit oculos Germania, & se Romanam potius quam Christianam esse doluit, & renascentis Evangelii semina in Saxonia primùm sparsa, per totam Germaniam longè latèque diffusa, à Regibus, Principibus, Rebuspublicis, populis, avidè passim excepta, Sarmatiam ultimam, imò ultrà Tanaim & Borysthenem pervasere, & in ima Arcto, & Borealibus Daniæ & Sueciæ regnis,

Ripheas inter glacies, septemque Triones, felicibus auspiciis effloruere, nequicquam frendente Satana, frustrà bacchante Clero, incassum Curia Romana fecundum pectus concutiente, & enses, æquuleos, cruces, anathemata, fulmina, omnia sævitæ instrumenta, omnes fraudum machinas expediente, & Imperatorum, Regum, Principum dextras in Evangelicæ veritatis perniciem armante. Vicit vis major, & objectos obices perripuit. Aderat beata illa periodus, qua *remediendum erat templum*

& altare Domini, atrienses ejiciendi, testibus duobus prophetandum, & repurganda Domini domus.

Extera relinquo, ad propiora accedo. Quod opus in Germania cætera Deus per *Martinum Lutherum*, *Philippum Melanctonem*, & alios viros magnos fuit molitus, hoc in Helvetia vicina Tiguri per *Huldricum Zuinglium*, ingentis animi Virum, Bernæ per *Bertholdum Hallerum*, Basileæ per *Joannem Oecolampadium*, Scaphuzii per *Sebastianum Hoffmeisterum* Minoritam, aliosque feliciter absolvit. Tandem lux illa Genevensi quoque Urbi se propitio numine intulit, sed per gradus, & non sine turbis & lucta gravi. Nec enim Satan grata hac sua sede se exciri passus, quin cælum terræ misceret, & *Tyria*, quod ajunt, *maria* concitando omnia factionibus innumeris turbaret.

In Helvetiâ.

Præparatoria Reformationem antegressa, & subsecuta Reformatio, attentionem vestram merentur, Auditores, imò admirationem. Inde constabit, ex quàm tenuibus, qualia rerum magnarum esse solent, quàm initiis & rudibus ingens illa, quam hodieque Orbis Reformatus suspicit, Ecclesiæ Genevensis structura sit educta.

Præparatoria ad Reformationem Genevensis.

Mutatos alicubi in Helvetia vicina ritus, abrogatum sacrificium Missaticum, & alias Religionis tunc latè dominantis appendices S. P. Q. Genevensis nec ignorabat, nec ignorare ob viciniam, fœdera, commercia poterat. Minus probabatur innovatio illa Genevensi civitati, prisca superstitione Clero suo obnoxia, & majorum sacris affixæ. Reformationis nec necessitas, nec natura, nec causæ compertæ erant. *Lutheranum* nomen à Monachis inclementer habitum, imò gravissimis criminationibus profcisum publico laborabat odio, donec Anno *MDLXXVIII*. Bernatum multi, qui à Reformatione adhuc calebant, Genevam delati, animadversâ flagitiosâ Canoniorum vitâ, & superstitionis plebis Genevensis obsequiis, coepere passim hominum illorum crimina iis quibuscum conversabantur ingerere, hospitibus suis, ubi divertebant, anxium ciborum delictum expectorare, & paulatim sive suspectos sive exosos etiam reddere illos, qui venerationem aliquam non probitate quidem & eruditione, caractere tamen Sacerdotali, & muneris quod administrabant sanctitate, mereri videbantur.

Bernatum quorundam monita.

Haustra illa & excepta avidè à compluribus, sive illorum conscientias aliquis veræ pietatis sensus tangeret, sive multi præsentium odio, & novorum duntaxat cupidine, tunc quidem ducerentur. Increbuerunt paulatim querelæ, & occultæ de Sacerdotum imposturis & religionis vitio suspiciones. Hic Friburgenses intercedere, Bernatum temeritatem carpere, Majorum sacra commendare. Inter cogitationum dubia itum à quibusdam ad *Franciscum Bonivardum* Fani Victoris Antistitem, hominem probæ & veteris notæ. Injuncta de Reformatione mentio. Respondit ille;

Contraria studia Friburgensium.

„Optandam quidem esse labis, quæ grassaretur in Ecclesia, mutationem, sed talem, quæ malum emendaret potius, quàm incrustaret. Ecclesiam quidem & Ordinem Sacerdotalem reformatione opus habere, sed & illorum, qui talia exigent, vitam. Iisdem flagitiis Sacerdotes, iisdem multos ex populo infames esse. A deformatis reformationem nec prudenter suaderi posse, nec feliciter. Cleri non tam crimina exosa esse, quàm ambitum, quo paribus multorum desiderii intercedant. Nec flagitiorum finem optari, sed flagitiosorum, non ut Urbi bene sit, sed ut iis qui soli sine æmulis nepotari velint. Cogitent, Clero Urbe ejecto, & Verbi Ministris in ejus locum successis, malè desiderii, malè vitiis, quibus obnoxii essent, consuli. A Clero ob scelerum communionem multa tolerari, quæ à novi Evangelii

Francisci Bonivardi iudicium.

Dddd a „præ-

„præconibus minime tolerentur. Ab illo Pontificum
 „mandata urgeri, Dei negligenter haberi, istis sola
 „præcepta divina sacra esse, humana vilia. Expen-
 „derent itaque cum animo suo, an ad vitæ æquæ
 „ac doctrinæ reformationem adspirarent. Si hæc
 „illis stet sententia, urgerent graviter ceptum; sin-
 „minus, ab omni Reformationis mentione abstins-
 „rent.

Anathe- Gravis illa oratio multorum animos non parum
 mata Ar- commovit. Accessere anathemata quædam ab Ar-
 chiepiscopi chiepiscopo Viennensi Metropolitano à perduellibus
 Viennens- quibusdam, & pro illis, contra Genevenses impetra-
 sis in Ge- ta, & virarum compitis affixa. His conspectis, Ge-
 nevenfes. nevensium Oratores Bernam tunc fortè missi religio-
 Bonni- ne quadam ducti horrere; Antistes idem, qui se
 vardi illis comitem adjunxerat, subjicere, *si in perdamelles*
prætor jus & fas aliquid fueris statutum, Dei non homi-
nium anathemata reformidanda esse, sin minus, bruta
illa fore, & à Bertholdo Papa (sic Hallerum Bernatum
Pastorem primarium designabat) facile solvenda. Hoc
norint, nullum conscientiam tribunal nisi Dei agnoscere,
nec vel Diabolum vel Papam nocere, nisi illis à quibus
timentur, quippe quorum fulmina solo crepitu valeant,
non istu. Quam verborum libertatem, ut & Urba-
 niæ desiderium, graviter paucis post mensibus luit
 Bonni- *Bonnivardus, Chillonis arci sexennio integro inclu-*
 captivi- *sus, & in arce cryptæ subterraneæ in Lemanium*
 tas. *nostrum prominenti, cujus latera continui fluctus*
capiti etiam Bonnivardi extantes assiduo appulsi ver-
berabant. Observatum à curiosis, occupata Berna-
tum & Genevensium armis Chillonis, Bonnivardum
continua deambulatione, paucorum pedum spatio
arctata, scruposam & asperam rupem in callem cæ-
tero saxo depressiorem attrivisse. Mascula tamen
& egregia Bonnivardi verba nec excidere animis,
nec fructu ingenti postmodum caruere. Ut nec ge-
 Bernen- mina illis, quæ Bernæ Oratoribus Genevensibus
 sium mo- commendata, *sua spontis esse mallem, quam precariam*
 nita. *servitutem servire, & transalpina causa mancipiis ulte-*
rius accenseri.

Refor- Hæc, Auditores, prima Evangelii in Urbe Ge-
 mationis nevensi instaurati sive rudera sive rudimenta voca-
 suspensio. ri possunt. Hinc enim ingens illa Curia Romanæ,
 & Cleri latè dominantis, autoritas non parum apud
 multos labefactata, odia verò contra nomen *Luther-*
ranum & novi Evangelii præcones mitigata fuere.
 Necdum tamen ad Reformationem itum, sive pau-
 corum tantum animi sacro hoc igne calerent, sive
 vis major obstaret; necdum beata illa hora illuxisset,
 fermento Pontificio expurgando divinitus des-
 tinata. Biennio integro mustitatum, & diversa de
Lutheranis (quæ Reformationum nomenclatura erat)
 judicia, diversi sermones ultrò citroque habiti, do-
 nec Anno c10 10 xxx. erumperet flamma latens, &
 multi qui Evangelio clam favebant, illud publicis
 etiam sermonibus commendare satagerent.

Obsta- Repressus statim hic impetus à fisci Episcopalis
 cula Procuratore, qui clamorosa quiritatione & crebro con-
 vitio apud Senatum intercedere cœpit, *malo gli-*
scenti obviam publicè amboritate iretur, & in hæretica
pravitatis suspectos severè diligentia inquireretur. Hinc
 Senatus Consultum conditum, quo veteri religioni
 cautum, & doctrinæ *Lutheranæ* professione & patro-
 cinio omnibus interdictum.

Hoc etiam sufflamine stitit Satan cursum Euan-
 gelii, & biennio adhuc cessatum, donec Anno c10
 10 xxxii. compitis urbis clam affigerentur program-
 mata publicè affi- mata quædam typis exscripta, *de verà & universali*
 xa. *peccatorum per Christum Jesum remissione.* Exarsit hic
 Cleri op- statim furor Canonicorum, nec verbis tantum eru-
 positio, pit, sed & armis. In partes itum, civibus quibus-
 & sedi- dam programmata affixa propugnantibus, Clero con-
 tio. tra ferociente & tumultuante. Hinc rixæ, confli-
 ctus, & enses utrinque expediti. Sed autoritate Se-

natus turbæ utcunque compositæ, & proclamatæ
 Sanctiones pro Clero contra Novatores in Majorum
 religione. Multis non probabatur Sacrorum muta-
 tio, sed turbæ, & spes inde emergens, Urbem in
 partes ituram, cives ad factiones, Friburgenses ad
 vindictam, se ad prædam,

— Dum proximus ardet

Ucalegon, Sigao igni freta lata relucunt.

Futurum hæc ratione, ut viribus Reipub. fractis ac-
 cisi in partem, ut habet judiciosissimus Scriptor, ad-
 versum omnes valeferent, & cuncta dissidiis civilibus fossa
 sub imperium acciperent.

Ut verò programmata superiora specioso dono vi-
 leicerent, à *Clemente VII.* bullæ indulgentiariæ im-
 petratæ, templorum valvis mense Augusto sequente
 affixæ, & prolixo verborum apparatu commendatæ
 fuere. Ne tamen malæ hujus mercis institorum
 imposturæ diu fraudi essent, illis, quibus veritas
 Evangelica jam innotuerat, opportunè divina bo-
 nitas *Guilielmi Farelli* potissimum ministerio inter-
 cessit. Cujus agones, ob insignia in Ecclesiam ve-
 stram merita, vobis commendari debent, Auditores,
 & vestræ posteritati.

Natus is Vapinci noto Delphinatus oppido, ex *Farelli*
 familia nobili, dum Lutetiæ bonis literis in *Jacobi*
Fabri Stapulensis contubernio operatur, unà cum iis *Natales*
 pietatem haurit, & quæ secundum eam est veri- *& vita.*
 tatem. Cum verò hoc illorum crimen esset illa æ-
 tate, qui crimine vacabant, *Faber & Farellus* vesti-
 gati *Moldis* ad tempus sibi latendum duxere apud
Brissonnatum Urbis Episcopum, qui Evangelio non
 nomen tantum dederat, sed & vocem commoda-
 bat, ac cathedram, & ob Religionem profugis re-
 ceptum, donec illi de Episcopatu simul & vita lis
 moveretur. Quo tempore

Nondum subactâ ferre jugum valens

Cervico

se alieno arbitrio in Religione permisit. Quod cri-
 men voluntario postmodum exilio, & multa sed
 fera pœnitentia, luit. Farellus hac sede ejectus Va-
 pincum redit, ut se civibus suis impenderet, & a-
 gnitam patriæ veritatem. Cùm verò illa nihil præ-
 ter odium & turbas, familiare sibi malum, istic lo-
 ci experietur, nec Farelli zelus suorum civium stu-
 pore & ingratitude ferret, Vapinco Basileam
 concessit, & cum *Johanne Occolampadio* causam
 Evangelicam strenuè egit, veritate publica Dispu-
 tatione masculè asserta. Quod tantum illi apud
 Clerum conflavit odium, ut plebem tribunitiis con-
 cionibus & continuis clamoribus in Farelli perniciem
 accenderet. Hæc Farellus occasio Argentoratum se
 recipiendi, in qua urbe gratus *Bucero & Capioni* Sym-
 myta, quod illi apud Germanos, id Farellus apud
 suos Gallos, quorum multi post Meldensem stragem
 eò concesserant, strenuè & summo cum animi fer-
 vore inter varias contumelias & *Erasmi* etiam *Rote-*
rodami convitia exequitur. *Jacobo Fabro Stapulensi*
 paulò post Regiæ Juventuti erudiendæ in Galliam re-
 vocato, & Gallis aliis aliò dilapsis, Farellus *Mont-*
tanæ Pelicardi Anno c10 10 xxvii. Wirtembergicæ di-
 tionis oppidum petit, & in compitis passim verita-
 tem Evangelicam civium auribus, multorum etiam
 animis, eo zeli fervore ingerit, ut, quod *Pericli* con-
 tigisse refert *Quintilianus*, non loqui videretur & ora-
 re, sed fulgurare ac tonare. Cùm verò Farellus noster
 aliquando, publica occasione gloriæ divinæ affe-
 rendæ oblata, *Amonii* idolum, magna cum pom-
 pa per urbem circumgestatum, Sacrificulorum ma-
 nibus excussum in subjectum flumen è ponte præ-
 cipitasset, Pentheus alter haud dubiè futurus erat,
 nisi mira Dei providentia furibundæ plebis ora &
 manus injecto terrore pánico præter spem compe-
 scuisset. Inde *Neocomus* delatus Farellus, sed &
 ibi duriter habitus, *Aquilianæ* Bernatum oppidum
 Valc-

Bulle In-
 dulgentiariæ
 Genevæ
 affixa.

Farelli
 Natales
 & vita.

Valefiis conterminum incolere cœpit, & ludum aperire erudiendæ juventuti in speciem, revera docendæ veritati. Turbatum hîc etiam à Sacrificulis, & Farello quærenda sedes alia. Delecta *Moratium*, Helveticæ gentis fortitudine & victoria nobile municipium. Sed nec ibi Farello nostro quies. Extrusus itaque in agrum *Biellensem* divina providentia totum illum tractum ingenti successu Evangelii prædicatione implevit, eumque inter ludibria, verbera, & contumelias innumeras, Diaboli & Cleri ingratis, Christo vindicavit. Accessere mox *Orba* & *Gransonium*, quicquid fremeret Satan, quicquid Sacrificuli in Farello & Evangelii perniciem molirentur. Imperterritus hominis animus omnes in stuporem dabat, cum viderent animum simul ac vocem illi ad strictos enses constare, adeò quidem, ut & illi ex Clero, qui continuo campanarum clangore & aure bombycinâ lanugine oppletâ, conciones ejus eludere diu fategerant, postmodum patulas aures & faventes animos ad Farello auditorium adferrent.

Occasio adventus Farello in Urbem Genevensem. Sub id ipsum tempus missi à Valdensibus Pastores duo (quos *Barbas* vocant) qui cum *Occolampadio* Basileæ, cum *Bucero* & *Capitone* Argentorati super controversis quibusdam Religionis capitibus conferrent, & Ministros aliquot externos ad suam Synodum in Angruniâ valle initiuendam, consensus incundi causa, invitarent. Huic rei destinati *Farellus* & *Antonius Salnerius* Moranensis Delphinus, quos soluta Synodo reduces ad suos divina prov. lentia Genevam commodum deduxit. Vix videbatur in illa urbe Christo receptus patere, quam Satan gemina compede constrictam hinc superstitione distinebat, istinc luxu, pessimis ad veritatem ducibus. Cum tamen Farello zelo nihil impervium esset nec inaccessum, quamprimum ille cum Salnerio hospitio exceptus fuit, cepit cives obvios intrepidè monere de corruptelis in Religionem, Romanis artibus, infartis, & de Reformationis necessitate.

Citatur à Senatu, & causam dicit. Statim ac percubuit rumor de hominum illorum adventu, Farello maxime, (qui de fama passim notus *Sacrificulorum flagellum* audiebat,) ejusque sermones ad cives, ut rumor rumoris ferax est, cum auctario innotuissent, statim Senatus in curiam coactus, præcones novi acciti, & verbis asperis ut turbarum flabella increpiti, Farello cumprimis, cujus nomen exosum admodum erat & invisum illis qui à superstitione stabant. Respondit Farello, *se non seditionis tubam, sed veritatis præconem esse, paratum quoque, non operam tantum omnem, sed & vitam ac spiritum celesti huic doctrina impendere. Fiduciarium Senatus Bernensis litteris satis sua innocentia cautum esse, satis doctrina, nec sine Dei Evangelii & Bernasum contemptu se inaudisum vel damnari posse vel rejici.* Reipublicæ illustri & fœderatæ mentio & literæ Senatorum animos mitigarunt, & Senatus consulti severitatem, quo Farello & Salnerio edictum, *ne nova doctrina prædicatione tranquillitati publica immercederent.*

Senatus consultum in Farello causa. Infidiz Farello.

Vix in hospitium regressi jubentur coram *Bellomontano* Episcopali tunc temporis Vicario comparere, suæ doctrinæ in speciem rationem reddituri, reverâ specioso hoc & grato Farello illicio in destinatam carnificinam præcipitandi. Ne tamen temerè quicquam in homines peregrinos, & à præpotente Republica commendatos, statueretur, Senatus prudentia intercessit, & missi è Coss. duo, *Joannes Ballardus*, & *Franciscus Hugo*, qui autoritate & præsentia sua fori Episcopalis rigorem temperarent, & vitæ præconum caverent, quippe qui in publicam clientelam literis publicis exhibitis recepti videbantur. Ut verò mala causa diffidentia mater, sic fieri Dicasterii Judices criminationibus, & ea qua pollebant autoritate, potiùs quam argumentis sibi revincendos Adversarios existimarunt, præsertim cum

Fisci Episcopalis Procurator, suæ latinitatis æquè ac sagacitatis periculum facturus, adducto supercilio cœtum in hæc verba monuisset, *Si disputetur, totum nostrum mysterium destruetur.* Convitiis itaque è plauftro petitis in Farello fulminatum, ut in Satanam, & exitiosam civorum motuum tubam, cuius impetigine Neocomenis & Aquileiensis ager, imò orbis universus, novo classico & Lutherana hæresi turbaretur.

Defensio. Bacchanti & ferocienti Clero, convitiatorum spumâ abstersâ, placidè & Christianè respondit Farello; *Se nec Satanam esse, nec Satana, sed Jesu Christi servum: Sua legationis summam esse, Christum crucifixum & resuscitatum: Sui voti compendium, ut omnes verè in illum fiduciâ recumbant. Hujus doctrina se & præconem à Deo constitutum, & debitorem iis, quorum aures & animi veritati adeò salutari paterem. Paratum se etiam, non verbis duntaxat, sed & vitâ ac sanguine, divina hujus doctrina, hæresis infamata magis quàm convicta, veritatem obsequare.*

Placida illa & gravia Farello verba tumultu & strepitu excepta, sed & egregio hoc *Bergerii* unius ex Assessoribus dicerio, *blasphemasse Farello, non amplius opus esse verbis, reus esse mortis, præstare Lutheranium illum Rhodani voricibus haustum mergi, quam totam civitatem turbare.* Cui appositè admodum à Farello responsum, *verba Dei loqueretur, non Caipha.* Ad hæc etiam invidiosè declamatum, nec minis tantum increpitus Farello, & sputis madidatus, sed & pugnis contusus. Tandem in porticum vicinam secedere iussus, à *Francisco Giviri*, Episcopalis Vicarii mancipio, sclopeto petitur. Ictus tamen divinâ bonitate aversus, Deo servum suum certo periculo eripiente, & majoribus agonibus servante. Consuluni uni *Joanni Ballardus* Clero obnoxio placere, displicere alteri *Gulielmo Hugoni*, Canonicorum furores, & turbata iudicii forma. Postquam diu multumque disceptatum fuisset, Episcopali autoritate denuntiatur utrique & Farello & Salnerio, protinus Urbe excederent, ni vincula & diriora expectare mallent.

Cessere illi tunc temporis vi majori, & urbe egressi salvi in agrum vicinum deducuntur, civibus multis vallati, quorum animis veritas cælestis affulgere ceperat, qui & vim prohiberent, & salutarem doctrinam altius imbiberent. Ambulatoria illa Farello & Salnerii, ut Apostolorum olim & Discipulorum, vita non caruit fructu ingenti. Illorum enim operâ tractus ille Lemano nostro conterminus qui Bernatibus parer, totus ferè salutari Evangelii prædicatione Christo auctoratus fuit.

Nec Genevam tamen, utut contra Evangelium ferocientem, destituit Deus. Delphinatus vicinus alium huic Civitati Doctorem debebat, *Antonium Frumentium*, fatale Evangelio diffundendo nomen. Juvenis ille Farello lateri per aliquot annos auditor domesticus hæserat, contumeliarum & persecutionum ejus non testis tantum, sed & appendix. Farello hominem non à pietate magis quàm ab invicti animi robore commendabilem tementi à se Genevæ jactæ fovendæ & excolendæ utilissimum ratus, eum serio monet, Genevam iret, & opus Dei ageret: Obscuritatem nominis præsidio futuram, Deum itineri Ducem, & cepto Patronum. Frumentius diu reluctari, & imbecillitatis suæ conscientiam prætere, tandem gravi Farello obtestatione expugnatus se in viam dat, & Genevam petit. Cum verò nihil nisi merum frigus in laudatorum sibi à Farello civium animis offenderet, quibus veritatis studium minæ & pericula excusserant, sui dubius cepit serio de discessu cogitare. Sed illo ipso tempore, cum jam pedem ex urbe efferret, nescio quâ vi humanâ majore se vel reluctanter revocari sensit. Regressus ergo in Urbem de cuniculis sibi

Accusatio Farello.

Defensio.

Exitus.

Periculum Farello.

Occasio adventus Frumentii. Scopus, successus.

cogitandum judicavit, quibus in civium animos sine strepitu & obstaculo illaberetur.

Frumentii auspici-

Post multam & anxiam cogitationem, Farelli exemplum sequi placuit. Calligraphiam itaque & compendiosam legendi ac scribendi methodum professus, publicis programmatibus Juventutem ad se invitare coepit. Magnus statim ad novum Doctorem conflatus erat illa temporum infelicitate, ubi literas nosse eruditio erat, & decus rarum. Nec ab adolescentibus tantum, sed & à viris & foeminis certatim ad Frumentium itum. Ille occasionem optatam in rem discipulorum vertendam ratus, veritatem caelestem, quam altè imbiberat, feliciter multorum animis inferit. Hac etiam scena à Cleri mancipiis resecta tumultuatum, sed frustra, crescente indies Auditorum Frumentii numero, succollante illi clanculum *Christophoro Boqueto* Franciscano, qui tunc anniversarias sed moderatas ad populum conciones habebat, & à criminationibus Monachalibus, quibus nomen Lutheranum vulgò invisum reddebatur, linguam & calamum abstinebat. Hinc factum, ut eò liberius è Franciscanorum Aede ad Frumentium, & aulam, in qua docebat, iretur, nequicquam furentibus & bacchantibus Sacrificulis, quorum vesania etiam eò prorupit, ut non solum verbi caelestis vim, quæ Deo & veritati debebatur, magicis incantationibus infamarent, sed & quum sub anni exitum civem inter & Sacrificulum coorta super religione rixa, & ex ea calor, multorum animos fermentasset, protinus classico ad *Magdalena* pulsato, cives in mutuas caedes armarent, & civitatem totam in gravissimum discrimen adducerent, quo nomine unâ cum seditionis tubicinibus aliis increpiti, & necessariâ Senatus severitate in carcerem compacti, qui in Gemonias meruerant, justas sed mites temeritatis suæ poenas luerunt.

Seditio & classicum Genevæ pulsatum.

Historia conversionis mulieris superstitiosissimæ.

Publicis hic commodis intercederem, Auditores, si, quod circa illud tempus Frumentio contigit, reticerem. Sacrificulorum operâ invaluerat rumor jam adultus in Urbe Genevensi, præcones Lutheranae hæreseos Thessalâ voce & Marsâ naniâ Auditorum suorum aures & animos invadere. Sederat ista opinio inter alios notæ superstitionis foeminæ, à qua diu impetrari non poterat, ut Frumentio aures commodaret, quippe quæ pro certo sibi persuaserat, Frumentium adhibere pro concione Sabella carmina,

*Et uncta turpis ova rana sanguine,
Plumamque nocturna strigis,
Herbasque, quas Folcos, atque Iberia
Mittit venenorum serax.*

Tandem tamen hoc vicinæ cujusdam & amicæ crebris precibus dedit, ut semi-portecta aure Frumentium audiret, sed nonnisi recente verbena tempora vineta, cera virgine pectus munita, & collum aliquot crucibus innexum gerens. His amuletis succincta succedit Aulæ in qua docebat Frumentius. Audit hominem, miratur, stupet,

— — *Hæret lateri vitalis arundo,*

Testamentum Novum poscit, legit, ardet, sequuntur lachrymæ, preces, & superstitionis horror ingens. Accersit illa Frumentium, quem ante paucos dies haud paulò minus tricipiti feralis aulæ janitore horrerat, colloquitur, nomen dat Evangelio, & maritum superstitioni totum immersum, ut & cognatas sibi foeminas Christo foeneratur, & profugos ob Evangelii professionem exules nova *Tabitha* omni officiorum genere demeretur.

Prima Frumentii concio publica. Sub anni sequentis circiter xxxiii initium, ipsis Kalendis Januariis, tanta ad Frumentium conflabat Auditorum multitudo, ut ne amplissima quidem aula turbam caperet. Deductus itaque una omnium voce Frumentius in forum civitatis, (quod

Molardum vocamus) jubetur ab Auditoribus scamnum *ιχθυοπωλαινης* cujusdam conscendere, & animosè *Dei verbum* docere. Paret Frumentius ardori Auditorum, & pari zelo strenuè opus imperatum exequitur. A precibus verò orsus Thema proponit ex Capite *Matthæi* vii. 16. *Cavete vobis à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos cum vestimentis ovium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. A fructibus eorum agnoscetis eos.* Super hoc argumento monebat Frumentius Auditores: „Servatorem, futurorum præfagum, judicasse Christianis opus esse „prudentiâ, quæ opponatur seductorum astutiæ, „qui animos sub vulpe latentes, & doctrinam veræ geminam, adeoque obnoxiam fraudi, sæpe „ferant in Cathedram. Ciborum mundorum ab „immundis discrimen sub pædagogia legali anxie „imperatum, magis dogmatum verorum à falsis, „divinorum ab humanis. Ne Angelo quidem è „caelo euangelizanti præter id quod euangelizatum „fidem habendam, minus iis qui quæstum ex Religionem faciant. In Serpente duo eximia notari, „quod incantamenti aurem surdam opponat, & „veterem squamam quandoque exuat. Utrumque „Christiano necessarium, falsis doctrinis aures, vitii vitam subducendam, & prudentiam conjungendam cum simplicitate. Malè Diabolum arceri veri professione, ubi rima vitiorum datur, „per quam succedat homini, & in ejus vitalia invadat. Non turbis & rixis, sed solo Dei verbo „pro veritate contra Antichristi satellites pugnam esse, „dum esse, cujus vis invicta sit & immota.

Sub hæc verba *Petremandus Farquetus* Apparitorum præfectus à Senatu missus adest, qui silentium indiceret novo præconi. Exequitur ille imperata, & Frumentium dicendi, Auditores audiendi finem facere cum imperio jubet. Obfirmat animum Frumentius, & Dei plenus, *Deo potius quam hominibus obtemperandum*, respondet, strenueque in instituto & perstringendis Pseudoprophetis, eorumque corruptelis, pergit.

Interpellatio Frumentii.

Responsum.

Cum verò sermonem aliquà adhuc produxisset, Frumentius *Claudius Bernardus* homo Evangelio favens trepidabundus occurrit, & anhelò pulmone in effusissimam vocem laxato Frumentium anxie monet, protinus se periculo eriperet, in procinctu esse Clerum & plebem cum armis, Prætorem urbanum viribus auctoritatem addere, dira omnia illi intentari, daturò poenas non doctrinæ solum novæ, sed & spreti imperii, & suæ in docendo pertinaciæ. Frumentius nihil territus intrepidè persequitur sermonem institutum, donec ab Auditoribus rogatur, ut se salvum vellet, & motui inter concives exarsuro præverteret. Paret ille, de Auditorum potentius quàm de suo periculo anxius, & in *Joannis Chantemps* civis, & ex his in *Amadæi Perrini* ædes salvus deducitur, cujus ministeriis accenseri ad tempus sustinuit, ut tutius ibi latere posset. Quamvis verò ab hospite viro forti ejus patrocinium strenuè susciperetur, tamen crescente tumultu, Frumentius in *Amadæi Leveti* Pharmacopæi ædes in ponte, quo flumen Rhodanus transitur, sitas migrat: sed & cum illo Sacrificulorum iræ & furie, quorum impetu officina herilis purgamentorum publicorum, herus cum Frumentio contumeliarum continuarum receptaculum redditus, tantâ superstitionis proterviâ, & pertinaciâ, ut tandem Frumentio post longam patientiam Urbe emigrandum fuerit. Quod ut tutò fieret, concubiæ noctis silentium & velum ei rei destinatum, & Frumentius *Claudii Magnini* ductu salvus *Jurnasum* Yverdunensis tractus vicum deductus, Ecclesiæ, cui se fido ministerio ante probaverat, operam suam denuò ad tempus addicit.

Ejusdem receptus.

Discessus.

SC. contra Evangelicos.

Frumentio furori potius Adversariorum quàm ju-

Fribur-
gensium
Legatio.

jultæ Senatus cognitioni subducto, conditum & promulgatum Senatus consultum contra coitiones & conciones Evangelicas, gravi poenâ in illos decretâ, qui obsequium legibus & Magistratui debitum detrectarent. Severitas illa Senatus, Friburgensium potissimum quiritationibus accensa, quorum Oratores Genevam missi xxiii. Februarii. S. P. Q. Genevensi denuntiabant, *Si à Majorum Sacris GENEVA recedat, se recessuros à fœdere. Modicis remediis primos & nondum adultos motus considerare, malum nascens facile opprimi, inveteratum fieri robustius. Facilius longè esse excludere perniciosâ, quàm regere, & non admittere, quàm admissa moderari. Cum enim se in potestate posuerunt, potentiora restiora videri, nec pati se recidi minime.* Responsum, *Senatum in coercendis Novatoribus hætenus officio functum, functurum etiam in posterum, & cum Episcopali Vicario, qui officii monebatur, strenuas operas juncturum.*

Respon-
sum Se-
natus.

Fru-
mentius Ge-
nevum rever-
tur.
Vitz di-
scrimen
adit.

Aliquo post tempore Genevam denuò reversus Frumentius gravissimum vitæ discrimen adit, Sacrificulorum turbæ in ipso Rhodani ponte obvius, quorum cruce cum genu depresso venerari detrectaret, Mænadum superstitionis cohors, furiali Clericorum classico concitata, in illius caput involat, hominem in subjectum flumen præcipitem datura, nî divina bonitas, Evangelicorum quorundam zelo, bacchantium foeminarum manibus Frumentium velut ex machina subduxisset.

In-
cre-
menta
Euangelii
in Urbe
Geneven-
si.

Nec tamen vel Cleri furor, vel Senatus Consulta, vel Friburgensium minæ obstabant, quominus in cœtus coirent Evangelici, & sacris literis legendis & audiendis toti ingenti zelo vacarent, præcipientibus illis, qui vel eruditione, vel docendi facultate aliis præstabant. Sub id ipsum tempus S. Domini Coena in horto suburbano *Stephani Dadae, Episcopali præto* contermino, furtivo conventu, primum celebrata, & à *Guerino* quodam, homine quidem *Βασιλειω*, in Sacris tamen litteris versato administrata, qui postmodum Cleri furore civitate ejectus, & S. Ministerio in *Pellicardi Monte* ad tempus operatus, tandem in Neocomensi agro in eodem consenuit. Tantus verò erat jam tunc Evangelicorum quorundam ardor, ut impetum non continerent, quin, quod corde credebant, ore profiterentur. Hinc Missaticum Sacrificium à quodam cive publicè ut Idololatricum damnatum, & *Dominicana* familiæ Monachus, qui pro concione in Palatii cœnobio stentoreâ declamatione *Cornua* quæ vincatque *vitas*, in *Lutheranum* nomen invehebatur, à *Petro Roberto Olivetano* Noviodunensi Picardo, qui informandæ juventuti apud *Joannem Chamtemp* civem privatum vacabat, publicè increpitus & correptus, ejusque calumniæ ex Dei verbo revictæ. Quæ tamen *παινήλα* vitæ impendio homini constitisset, nisi ille *Claudii Bernardi*, & *Joannis Chamtemp* patroni domestici aliorumque quorundam zelo maturè furentium Monachorum crudelitati subductus, & in tuto constitutus fuisset. Uterque tamen illorum à Senatu veteris superstitionis tenacissimo urbe ejectus exemplo alios terruit. *Olivetanus* is ipse est, cui Bibliorum Gallicorum translationem, Valdensium fratrum suavis susceptam, & *Neocomi* excusam debemus, cui postmodum anno *MDXXXVIII*. Romam delato toxicum inter epulas propinatum, quo sensim confectus mortalitatis leges Ferrariæ, ea parte quâ mori potuit, explevit.

S. Coena
primùm
Genevæ
admini-
stratio.

Euange-
licorum
zelus.

Ut verò Friburgenses pro Maiorum sacris, sic Bernates pro Evangelicæ veritatis propagatione omni opere adnitendum duxere. Occasio arrepta à violentia, qua in Farellum sævitum. Expoſtulant eo nomine Bernates cum Senatu per literas, & queruntur de impotenti Clericorum rabie. Accendunt isti plebem sibi obnoxiam, & ingenti tumultu Curiam petunt, in qua Senatus super Ber-

Rob. Oli-
vetani
fiducia &
pericu-
lum,

Bernates
Reforma-
tionis
negotium
promo-
vent Ge-
nevæ.
Cleri
tumultua-
tio.

natum litteris consulturus convenerat. Quærela omnium eadem: Lutheranorum quorundam artibus literas illas Bernatibus expressas, & in harum turbarum incentores animadvertendum. Senatus quietem seditiosis imperat, & illos de sua in Majorum fide constantia certos esse jubet.

Nec sic tamen à seditione cessatum. Quin potius illa paucis post diebus propriè paschalis festi, (xxviii. Martii) erupit in nervum, & plebs ad arma, in Vicarii Episcopalis ædibus, in Lutheranorum perniciem, nocte superiore, furis facibusque strenuè à Clero subditis, solenni Sacramento adacta. Ad hanc ipsam *Petri* Ædem, classico pulsato, plus quàm *MDCC*. cives confluunt Canonicis & veteri superstitioni obnoxii. *Petrus Vandellus* civis honestus ausus illorum rabiei intercedere, & civicorum motuum infelices exitus factiosis oggerere, nihil nisi convitia & vulnera excepit, excepturus mortem, nî se in pedes sine mora conjecisset, & furentium hominum ensibus maturè subduxisset. Evangelici à quodam Sacrificio de pernicie sibi decreta secretò moniti, exiguo numero, sexaginta duorum capitum censu, in *Nicolai Domonovani Baudichonii* ædibus (quæ concionum ordinariorum crypta erant) post in *Alemanorum* vico, ubi plerique habitabant, coeunt, & vim à se prohibitori pauci contra ingentem turbam arma, & à causæ fiducia animos parant. Multis jam charigatum ultrò citroque per urbem commitantibus, Senatu de seditione monito, è *Coss.* aliqui ad Clerum, reliqui ad Evangelicos mittuntur, utrisque quietem imperaturi. Sed frustra. Classicum canitur à Sacrificulis, tormenta majora expediuntur, & armati civicorum manipuli, *Syndicorum* etiam quorundam auspiciis freti, ingenti fremitu & clamore in forum Urbis (*Molardum* vulgò dictum) prorumpunt, *Alemanorum* vicum & *Domonovanas* ædes perrupturi; & Evangelicorum jugulum petunt. Et tanta erat Clericorum rabies, tanta sanguinis civilis sitis; ut portas urbis occludi juberent, ne quis Sectariorum evaderet. Horrenda tunc erat urbis facies, civico ferro à civibus in cives, à fratribus in fratres stricto, videbantur parentum liberorumque sacramenta diversa, erat

Seditio
publica,

Petri
Vandelli
pericu-
lum.

Euange-
licorum
constan-
tia &
fortitudo,

Senatus
frustra in-
tercedit.

— videre parentes

*Frontibus adversis, fraternaque cominus arma
Cognatasque acies.*

Nulla salus videbatur in hoc statu servatura Genevam, quin cædibus & cadaveribus tota constrata in civili sanguine nataret.

Commodum tamen divina Providentia pro Genevæ nostræ salute, civibus suis etiam invitis, excubans, Mercatores quosdam *Friburgenses* tunc temporis in Urbe felicibus auspiciis hospitantes excivium vit, ut se pararios & sequestratos pacis inter concives, telo Religionis, quod inter omnia potentissimum, exasperatos, & in motus penè cædes ruentes interponerent, & certam ab urbe perniciem averterent. Horum prudentiâ & operâ utrisque tandem probatâ, obsidibus utrinque datis, arma civica seditiosis excussa, tumultus sopitus, & Cleri rabies repressâ fuit. Promulgatæ à Senatu sanctiones. I. *Lex apustlas* indicta. II. Quies publica imperata. III. Norma concionum verbum *Dei* constitutum. IV. *Carnis privium* diebus vetitis injunctum. In has leges pax jurata & à civibus coram Senatu, & ab Ecclesiasticis coram Episcopi absentis Vicario.

Mercato-
rum Fri-
burgen-
sium offi-
cium
utile.

Sanctio-
nes pro-
mulgatæ.

Crescente interea Evangelicorum numero, priore die Nonas Maias, novo motu exarsit civitas, *Verdili* maxime Canonici cujusdam Friburgensis temeritate. Qui *Pyrgopolynicis* instar totus paludatus & loricator, & fartum ex Lutheranis facere gestiens, se

Nova se-
ditio.
Verlii
Canonici
temerita-
tas
se

se factiosis Ducem præbere, ingentem acinacem utraque manu vibrare, ad arma totam civitatem concitare, ferreas minas Euangelicis palam intonare: sed malo suo. Plebe enim proritata, & ensibus utrinque expeditis, iuxta Nemese, gloriosus ille miles fœdo ictu, cum se fuga proripere, & periculo subducere (ut omnia inconsulti impetus coepta, initiis valida, spatio languescunt) satageret, inter primos cadit, suo periculo expertus, calida consilia primâ specie læta, tractatu dura, eventu tristia esse, ut habet Scriptor Romanus. Post multas minas & rixas, unius etiam ex Consulibus, qui Caduceum tumultuantibus præferebat, vulnus, à Senatu motus utcunque compositus, factiosi in carcerem coniecti, & sua civitati tranquillitas restituta. *Verliana* tamen cædes novorum motuum vel causa, vel schema, Friburgenses non parum ussit. Instare illi apud Senatum, & cædis authores ad necem deposcere: Bernates intercedere, *ἀμνηστία* & pacem inter concives suadere, liberam quin etiam Religionis optionem, ut tutissimum & unicum tranquillitatis publicæ coagulum inter dissidentes futurum, addito veteri verbo, *religionis non esse, cogere religionem*. Senatus anxius Friburgensibus cædis *Verlianæ* ultionem, Bernatibus æquitatem & sedulam pacis publicæ procurationem pollicetur.

Ejusdem clades.

Friburgensium querelæ. Bernatum officia.

Petri Balmæ Episcopi adventus.

Vigor Senatus.

Friburgensium expeditio.

Lis inter Senatum & Episcopale Dicasterium.

Contra Bernatum & Friburgensium studia

Auctoritas Senatus.

Discessus ultimus Episcopi.

Judicium Senatus in causâ captivorum.

Appellatio Confilii Episcopalis.

Litteræ Episcopi ad Genevenses.

Sub id tempus *Petrus Balma* Episcopus, Kalendis Juliis, aliquot Friburgensium Consulibus & Senatoribus stipatus in urbem redit, Canonicos & Sacrificulos seditionis postulatos, & ob id in vincula coniectos, solvit, Friburgensium querelas suâ autoritate accendit, in *Verlianæ* cædis reos inquiri, minas spargit, vindictæ vel à reis vel à reorum etiam patronis exigendæ, & *Officiales* suos Senatui obtrudere satagit, de causâ *Verliana* cognituros. Renuit Senatus, sua libertate & Bernatum hortatibus lubnixus, & jus suum strenuè tuetur. Friburgensium cohortes aliquot non tam vim Civitati intentaturæ, quàm metum, *Lemano* trajecto, *Gaillardum* arcem insident, & prædas agunt. Vicarius Episcopalis socias operas juncturus militi prædatori, novem ex civibus de cæde *Verliana* suspectos in vincula conjicit. *Coff.* intercedunt, & jus suum sibi salvum esse volunt, Episcopus modò jus juri, modò Friburgensium petita obtendit, & suo arbitrio totum negotium permitti cum imperio jubet. Friburgenses Episcopi, Bernates Senatus partes agunt, gliscit calida de jurisdictionis Ecclesiasticæ & Politicæ confinio altercatio. Tandem post multam disceptationem prævalet Senatus autoritas, rei deduntur Consulibus. Cives armati per Urbem excubias agunt, ne Episcopali factione sive captivis, sive Senatus auctoritati, vis fieret. Fremente interim & muginante plebe, tyrannide Episcopali jura civitatis imminui, & cives innoxios præter jus & fas premi, Episcopus xv. Julii, *Quod felix faustumque sit S. P. Q. Genevensi*, ultro & ultimum urbe excedit, plebis coitionem in speciem veritus, reverâ molitionum contra Remp. initarum conscientiam pressus. Post discessum Episcopi in captivos sententia à Senatu lata, reorum unus, Friburgensium victima, capite plexus, reliqui libertati restituti. Fisci Episcopalis Procurator sententiæ Senatus intercedit, & SC. appellatione interjecta, suspendere satagit. Illa ipsa tamen provocatio, ut cassa & inanis, rejecta, Senatu Majestatem omnem, quàm jure poterat, sibi & vindicante, & masculè tuente.

Episcopus, quamvis absens, de Genevensibus in obsequio, adeoque in prisca superstitione quovis modo continendis anxius, Senatores per literas monet, in Majorum sacris perstarent, præcones

novos arcerent, sic se nec illis nec civitati defuturum.

Ut verò doctrinæ Euangelicæ incrementa objecto obice sisterentur, novâ Cleri providentiâ cautum, arcessito è *Meliani montis* cœnobio *Guidone Furbito* Dominicanæ familiæ Theologo, magni nominis Doctore, qui velut alter Atlas nutanti causæ Catholicæ succollaret. Ille declamandi vetus, calumniandi validus, strenuè pro Cathedrâ rem gerere, convitiis, maledictis, & rabiosis latratibus in Lutheranos ac eorum fautores debacchari, officii suis stolidæ plebi os sublinere, & factitiis fabricis, & doctis dolis glaucomam objicere.

Guidonis Furbiti evocati adventus, conciones.

Impudentiam hominis summâ cum *παρρησία* revicere in urbem reversi orthodoxæ veritatis assertores, *Fruventius* & *Alexander Camus*, qui Luteitiæ postmodum exustus veritatem Euangelicam suo sanguine obsignavit. Illis tamen Senatus autoritate repressis, *Camo* urbe ejecto, *Fruventio* periculo & ignominie subducto, tumultus gliscens sopitus, & Furbitus rabula in hac ipsa *Æde Cathedrali* latera sua & Auditorum patientiam exercendo & fatigando se strenuum Demagogum suis diutius probavit.

Oppositio, & convictio.

Nec verò superstitio bonorum solum exilio, & Furbiti clamoribus roborata, sed & solenni Vicarii Episcopalis edicto, Kalendis Januariis Anni sequentis c10 10 xxxiv. promulgato, quo interdictæ coitiones Euangelicæ, & verbi divini, sine Episcopali indultu, prædicatio: Biblia quin etiam sacra, sive vernacula, sive Germanica, flammis & internecioni devota, gravi anathemate in delinquentes vibrato. Scilicet instrumentum illud exurendum erat, quod homines illos maximè urebat, digna hominibus Christianis, & Clero Domini sanctione! Tantum verò abest, ut feralibus illis edictis mala causa promoveretur, ut ob id ipsum publico potius bonorum omnium odio flagrarit. Nec hic vel suum opus, vel suos destituit Deus. Civium enim quorundam zelo acciti denuo in urbem *Farellus*, *Fruventius*, & qui se tertium illis adiunxerat *Petrus Viretus*, intra privatos parietes, quod publicè non licebat, strenuè exequuntur, & in prædicando Dei verbo, & revincendis corruptelis Pontificiis, animosè pergunt. *Bernates* quin etiam per Oratores suos pro Euangelicorum libertate intercedunt, & Furbitum rabulam ob convitia in suam Rempublicam petulanter effusa ad pœnam deposcunt, & nî sibi satisfaceret, Genevenses rem suam sibi habere jubent, & calcati fœderis tabulas, quippe quarum inane nomen, re sublata, adspernarentur. Senatus, qui fœdus cum Republica & vicinâ & præpotente omni modo sibi constare prudenter cupiebat, operam omnem in coercendo Furbito pollicetur, & constantem in icto fœdere fidem. Post multam disceptationem Furbitus in custodiam conditur, causam dicturus ex vinculis.

Edictum Vicarii Episcopalis.

Adminicula promovendæ Reformationis.

Bernatum querelæ de Furbitis.

Responsum Senatus.

Cleri tumultuario

Bernatum & Friburgensium studia contraria, ut & civium Genevensium. Bernatum causa & successus potior.

Sufficiebat hoc Clero, & factiosis ad novos motus. Illi suæ tonfuræ hominem, nec Laicorum judiciis obnoxium suo foro sistendum contendere, Friburgenses id ipsum urgere, de fœdere expostulare, Bernates nullam nisi Senatus cognitionem admittere. Hinc Civitas in studia contraria scindi, pars Bernatum, pars Friburgensium fœderi & placitis favere. Nec tam de Furbiti capite, quàm de duarum Rempublicarum, fœderatarum quidem, æmularum tamen, auctoritate & dignatione anquisitum, vel litigatum. Tandem divinâ providentiâ Bernatum adeoque Dei & Euangelii causa vicit. Senatus causæ cognitionem sibi vindicat, Furbitum diem dicit, Clericorum exceptiones spernit, Friburgensium quiritationes gravi oratione amolitur. In cc. virorum Senatu audiuntur Actores

Accusa-
tur Fur-
bitus.

res & Reus: Bernates Furbitum ad poenam depof-
cunt, ut horrendarum in Deum blasphemiarum &
petulantium in Remp. suam convitiarum reum,
qui S. P. Q. Bernatem intolerandâ linguæ procacita-
te in *carnificum Christi, Turcarum, & canum* censum
conjecisset, & in foedus cum illis ictum impoten-
ti rabie debacchatus fuisset. Hæresin quoque sibi
impactam à clamorosa rabulâ. Illam se ex Dei ver-
bo demonstratam velle, vel in calumniatoris ca-
put retortam. Adesse Verbi ministros calumniis
revincendis. Nullam sibi, nisi veritatis coelestis
curam in Ecclesiarum suarum reformatione fuisse,
nullam esse, nisi ut illa Genevensi quoque Ecclesiae,
cum bono Deo, innotescat.

Furbiti
Apolo-
gia.

Furbitus pro se dicere iussus, forensi Sophisti-
câ tribunal declinare, Sorbonicum nomen ingere-
re, libertatem Ecclesiasticam prætexere, Christi
coram Pilato conticentis exemplo se tueri: Berna-
tes instare, Ministri verbi tergiversationem homi-
nis Prophetarum, Christi, Pauli, Petri praxi re-
vincere, & disquisitionem de controversis religio-
nis capitibus urgere. Et quum Furbitus id sibi li-
cere nollet, quod non expediebat velle, à Berna-
tibus objectum, *calumnias sine licentia sparsas, sine
licentia purgari posse, & frustra de permissione labora-
ri, ubi præcat præceptum.*

Berna-
tum in-
stantia.

Tandem Senatus suffragiis in Bernatum placita
itum, & Disputatio instituta *De Potestate Ecclesie in
serendis legibus, De auctoritate Pontificis Romani, De
traditionibus*, & aliis id genus capitibus controver-
sis in Amplissimo cc. Virorum & Oratorum Bernen-
sium confessu. Acriter disceptatum, & disputatio
in dies complures protracta, hinc Furbito homine
sinuoso (cui firma latera, frons ferrea, lingua ad
multam loquentiam multa exercitatione comparata)
causam Romanensem omni conatu propugnante,
& omnia adhibente

Disputa-
tio insti-
tuta cum
Furbito.

— *picte tectoria lingua:*

istinc Farello pro veritate strenuè stante, & invi-
ctis rationibus ex Dei verbo hominis impudentiam
& corruptelas in Religionem infartas revincente.
Tandem isti Herculi clava extorta, Sophista verbo
Dei dejectus, & eò redactus, ut ad traditionum
Ecclesiasticarum, & *Thoma* sui forulos sibi confu-
giendum palam profiteretur. Dicit non potest,
quantum Stentore illo, imò mendacio triumphato,
& veritate asserta commoti fuerint omnium animi.
Actoribus urgentibus, ut ex actis & probatis sen-
tentia ferretur. S. C. in hæc verba conditum. *Cau-
sâ disceptatâ coram Coss. & Senatu, CC. Virorum de-
creto Furbitum ad solennem palinodiam, in Cathedra-
li Petri Aede, eodem quo peccatum fuerit loco, dam-
nari: deprehensum namque, multa ab illo prolata ad-
versa Dei verbo, divina gloria, Bernatum fœdera-
torum dignitati, omnium salutis. Ob id ipsum etiam
homini maledico non cathedrâ solam, sed & urbe,
& reditu publicâ auctoritate interdici.*

Eventus
Disputa-
tionis.
Senatus
consul-
tum super
Furbiti
causâ.

Die condicta, xv. Februarii, solenni concione
coacta, Furbitus S. C. in speciem pariturus cathedram
conscendit. Quum verò ille, precibus super-
stitiosis pro more præmissis, spem omnium elu-
deret, & nugis solitis plebis aures suspendere sa-
tageret, nec Senatui nec populo amplius duravit
patientia, quin potius strepitu à promiscua plebe
excitato impostor suggestu deturbatus, & in care-
rem Senatus auctoritate compactus, ibique bienna-
li ferè captivitate maceratus, tandem Serenissimi
Galliarum Regis intercessione libertatem pristinam
Anno crio 15 xxxvi. recuperavit. Quamvis nec ca-
ptivo omninò malè fuerit, quippe cui carceris il-
lucies à matronis aliis, & *Commentariensis* cumpri-
mis uxore, *Ecclesia*, ut Acta vetera habent, *aman-
tissimâ*, satis superque absterfa, quòd is huic potis-

Furbiti
impostu-
ra &
poena.

Tom. II.

simùm generi, dum suæ spontis erat, *placentinum*
se præstare fatigisset.

Triumphatam Pontificiorum causam vi restitu-
dam rati; factiosi denuò ad motus civicos coeunt,
civitatem factionibus miscent, & Evangelicis ex-
tremam intentant perniciem. Illi de vi querun-
tur, & ad arma civica hostium rabie se invitos
cogi quiritantur. Intercedente tamen Senatus au-
thoritate, unius cæde, paucorum vulneribus huic
etiam Tragœdiæ siparium obductum. Tuba sedi-
tionis notabatur *Joannes Portorius*, qui Episcopo erat
à secretis, quo in carcerem compacto, scriniis il-
lius excussis, Diploma Episcopale in libertatem
publicam exitiosissimum, singulari Dei providen-
tiâ repertum, Episcopales technæ in apricum pro-
ductæ, & chartæ aliæ deprehensæ, quibus Epi-
scopi perfidia, & inita cum veteri Republicæ
hoste conspiratio resecta. Unde malæ hujus mer-
cis propola, non seditionis tantum sed & Majesta-
tis postulatus, & capitis damnatus, frustra reo vi-
tæ gratiam faciente Episcopo, x. Martii capite ple-
xus fuit.

Seditio
nova factio-
rum.

Conspla-
ratio &
perfidia
Episco-
pali
resecta.

Porterii
suppli-
cium.

Masculum hoc Senatus robur, tempore necessario
exertum, auctoritatem & factionem Episcopalem
non parum labefactavit, & Reformationis opus
majorem in modum promovit. Potior quin etiam
civium pars, quamvis majorum sacris adhuc affixa,
molitiones Episcopales in publicam libertatem &
tranquillitatem arietantes toto pectore aversata, à
calore illo Cleri propugnandi non parum remisit.

Interea Bernates, Genevæ hospitantes, Tem-
plum suis concionatoribus à Senatu flagitant, in
suum & suorum usum. Cunctante Senatu, & pro-
telante responsum, à plebe Evangelicâ templum
Riparium Franciscanorum cœnobio conterminum
occupatur, & Kalendis Martiis Farellus primam
concionem Evangelicam ibi publicè magno Audi-
torum confluxu habet, ringente & frendente nequic-
quam Clero, & Optimatibus quibusdam veteri su-
perstitioni affixis, quorum querelis Senatus vim
causatus suam opponit in majorum fide constan-
tiam.

Berna-
tum
petitio.

Prima
Farelli
Concio
in Tem-
plo Ripa-
rio.

Libertas illa nihilominus, utut extorta potius
Senatui, quam impetrata, fœderis *Friburgensis* dis-
pendio constitit civitati Genevensi. Tanta enim
erat *Friburgensium*, Episcopali factione exasperato-
rum, sive in prisca superstitione pertinacia, sive
ob prælata Bernatum consilia æmulatio, ut Orato-
ribus missis, non tantam de hæresi in urbem in-
troducenda, & juribus Episcopalibus imminutis que-
rerentur, sed & quicquid Senatus illis placandis
& in fœdere retinendis satageret, fœderis instru-
menta summa cum animi exacerbatione conscissa,
S. P. Q. Genevensi restituta vellent. Sic Geneven-
sibus suus ad Dei populum accessus, ut *Gabaonitis*
olim, fœderatorum & amicorum odiis redimendus
erat. Cives quin etiam complures veteri supersti-
tioni obnoxii urbe tunc excessere, & religionis
negotium, præpostero zelo, in pernicialis contra
Rempublicam patriam odii materiam convertere.
Quibus omnibus cœptum Reformationis opus mi-
rum quantum divina bonitate præter spem promo-
tum.

Fribur-
genses
rescin-
dunt fœ-
dus Ge-
nevensis.

Civium
secessio.

Exiguo post intervallo, die xxv. Maji, noctu
templi Riparii idola decussa, statuarum prostratarum,
& multa superstitionis instrumenta in puteum tunc
Clara Aedi, jam ptochotropæo, vicinum conjecta
& præcipitata, ibidem computruere. Senatus in-
dignabundi Consulto in Iconomachos anquisitum,
& sancitum illorum sumptibus imagines restitu-
endas, sed frustra, quum jam major esset Euange-
licorum numerus, zelus major, quam ut obsequiis e-
jusmodi conscientiarum adversantibus amplius paterent.

Idolo-
rum
Templi
Riparii
demolio.

E c e e

Sin

Admini-
cula alia
Refor-
mationis.

Conspi-
ratio
resecta

Coniura-
torum
tessera.

Exilium.

Venefi-
cium in
Ministros
verbi
tentat-
um.

Symbo-
lorum S.
Coenae
infectio
delibera-
ta.

Gesta an-
ni 1535.

Hostium
molitio-
nes utiles
Euange-
lio.

Civium
perduel-
lio.

Singulari quoque Dei providentia illis temporibus multa alia contingere, quibus opus Domini mirum in modum promotum. Episcopus inimica cum veteri Reipublicae hoste & consilia & arma sociando se publici odii victimam suo scelere praestabat. Accessit paulo post conspiratio, pridie Kal. Sextiles decreta, qua in Urbis & Euangelii perniciem ab Episcopo & factiosis conjuratum, & feralis illa tessera jactata, *Nos faciemus hic gentem novam.* Ei rei conficiendae, terrestres navalesque machinae destinatae, non admotae tamen civitati, divina providentia periculo praeventente, & panico terrore jam vicinas Urbi hostium cohortes percutiente. Scelere hoc resecto praeter spem, plerique ex civibus factiosis, qui magna ejus pars fuerant, sese ex urbe subducere, & justae perduellionis poenae eripere necesse habuerunt. Sic auctae Evangelicorum vires, imminuta Cleri potentia, illis gratia conciliata, qui Euangelii ac libertatis publicae causam conjunctis operis agere videbantur, illis odium publicum conflatum, qui alterutram oppugnatam irent, cum eisdem & Euangelium & libertas publica sive hostes haberet sive patronos. Accendere quin etiam plebem intempestiva anathemata ab Episcopo, haeresis & rebellionis obtentu, in S. P. Q. Genevensem vibrata, commeatus interclusus, proscripta capita, annotata bona optimorum civium, quos libertatis avitae tenacissimos esse constabat. Poena quin etiam, (qua aegre urbi facere satagebat Episcopus, Episcopali consilio urbe evocato, & in *Gessensam* praefecturam translato,) in summi beneficii materiam convertit divina bonitas, Genevâ nostrâ sensim expurgatâ à factiosorum hominum colluvie, & Christo Domino pignoratâ. Cum praeterea venefica quaedam, è *Bressa* comitatu vicino oriunda, quae nigros succos verbi divini Ministris tollendis miscuerat, *P. Vireti* lethali morbo in scelere deprehensa, se ad id flagitii à Canonicis conductam fateretur, mirum quantum omnium animi à nefandarum artium institoribus fuerint averfi. Praesertim cum in vulgus innotesceret, à Sacrificulis deliberatum de inficiendis symbolis sacris, Coenae Dominicæ celebrandae destinatis, quod Evangelici omnes facili operâ in sacratissimo suae Religionis actu, ad generum Cereris non ficcâ morte vel descenderent vel deducerentur. Cujus flagitii, quod ne Thetis quidem ipsa universis suis undis abluerit, sola cogitatio ingenti horrore & indignatione omnium animos confudit. Experimentis id genus aliis compluribus compertum, omnes Clericorum machinas ad subruendam Evangelii instaurati structuram comparatas, occulta Dei directione in summum ejus incrementum cessisse. Sub ipsa quin etiam Reformationis tempora, Coenobitarum & Canonicorum complures in scortillorum amplexibus deprehensi, & unâ cum Glyceriis suis per compita Urbis raptati, toti ordini claustrali & clericali notam non levem inussere.

Tandem, tandem, Auditores, post tot motus civicos, post tot Satanæ Evangelicæ veritatis cursum suffaminantis technas, felicissimus ille annus 1535 huic civitati, huic Reipublicæ, huic Ecclesiae illuxit, quo coeptum divinitus Reformationis opus publicâ autoritate sancitum fuit & constitutum. Hic quoque consilium Domini ipsâ hostium vecordia, rabie, violentia, pertinacia mirabiliter promotum, cum primis continuis Episcopi contra Libertatem publicam molitionibus, flagitiosis Canonicorum & Coenobitarum ausis, & civium multorum factiosorum perduellione, qui castro *Penetano* ad Rhodani trepidinem occupato, & in spoliarium convivium converso, Episcopali tibicine fulti, & Principis vicini potentia subnixi,

coepere excursionibus, deprædationibus, latrocinis, flammis agrum Genevensem vastare, itinera infidere, prædia concivium expilare, piraticam in terra facere, latissima quæ Urbem cingebant suburbia infestare, & omnibus modis perduelle ferrum in concivium & patriæ viscera stringere. Eam ob causam S. Co. non tantum Urbis defensionis magis magisque prospectum, perduellium civium bona descripta, capita proscripta, moenia instaurata, suburbia complura diruta, impedimenta complanata, Monasteria multa solo æquata, Urbis ambitus contractus, munimenta excitata, aggeres erecti, machinae bellicæ ex Claustrali materia conflatae, & vallis ac propugnaculis firmata civitas, omnia denique sedulo curata quæ ad publicam quietem & tranquillitatem pertinerent: Sed & quia nullum ferè tunc temporis Libertati publicæ nisi in civibus Evangelicis præsidium, tandem multa illis à Senatu indulta, Præconibus Euangelii assignatae aedes S. Co. xi. Aprilis, Choreis interdictum die xiii. præstigiæ monasticæ ad *B. Virginis* idolum frequenter recentari solitæ & resectæ & S. Co. revictæ. Veritas Evangelica à *Jacobo Bernardo* Coenobiarcha Franciscano, magni nominis Theologo, ejurata superstitione, candidè agnita, & Disputatione publicâ obsignata, qua veritas Evangelicâ splendidum de mendacio triumphum egit. Ejus instituendae ratio non tantum *Farello* & *Vireto* probata, sed per illos æquè ac per Coenobiarcham conversum Senatui, (quicquid Episcopalis factio contra moliretur) quò fluctuantes super Religione civium animi, causa cum causâ, ratione eum ratione commissa, tandem aliquando tranquillarentur.

Themata subjecta (Disputationis futuræ argumentum) typis exscripta. I. *Justificationem à peccatis in solo Christo quaerendam.* II. *Adorationem Religiosam soli Deo tribuendam.* III. *Constitutiones Ecclesiasticas ad solum Dei verbum exigendas.* IV. *Peccatorum expiationem plenariò & unico Christi sacrificio adscribendam.* V. *Unum esse Dei & hominum Mediatorem Jesum Christum.* Thematibus illis *topica* para annexa ad *avandulw* errorum. I. *Justificationis causas male in bonorum operum fiduciâ quari.* II. *Sabbatorum & imaginum cultores Idololatriæ crimine teneri.* III. *Traditionum humanarum, quæ Ecclesiasticæ vulgò, sed Romana potius, constitutiones, non vana tantum, verum etiam perniciosas esse.* IV. *Missaticum sacrificium & preces, sive pro defunctis, sive ad illos, in Dei verbum peccare, & ex in hominum salutem inaniter suspendi.* V. *Sanctorum sive suffragia, sive patrocinia vana esse, & humanâ, non divinâ, auctoritate in Ecclesiam introducta.* Hæc positionum summa, de quibus dissidentibus in Religione Theologis erat disceptandum. Næe Canonici tantum & Coenobitæ Genevenses invitati, verum etiam Lugdunenses & Gratianopolitani Theologi, imò omnes quibus aliqua veritatis cura. Theses in totam viciniam sparsæ. Publico instrumento omnium securitati cautum. Dies condita ad xxx. Maji. Locus ad publicam *συνήλη* destinatus in Magno *Franciscanorum* Auditorio.

Disputatio illa (Episcopo nequicquam suo Clero sub gravi anathematis poenâ, ne illi interesset, edicente) in solenni consensu inchoata, Delegatorum à Senatu præsentia & autoritate firmata, magno cum Auditorum consensu continuata, à quatuor Actuariis excepta, in septimanas complures, ad diem usque Joanni vulgò sacram, protracta, tandem summo veritatis compendio confecta, Evangelicorum animos ingenti gaudio, & ardente Reformationis publicæ desiderio implevit. Et sanè, tam aperta ibi erat veritatis victoria, ut præcipui pro causâ Romanensi Actores, *Carolus Sorbonicæ* fami-

Senatus
vigilantia
& vigor,

Libertatis
Euangelicæ
concessæ
initia.

Jacobi
Bernardi
Coenobiarchæ
Franciscani
verbo,

Disputatio
publica
instituta.
Theses
propositæ.

Disputatio
habita
forma.

Succes-
sus.

Conver- milia Theologus, & *Chappusius* Cœnobita Domini-
fo Theo- canus, postquam diu multumque in ea sustinenda
logorum laborassent, tandem candida & publica etrorum
Roma- Pontificiorum ejuratione, Deo gloriam, veritati
nenfium. manus darent, & à veritate victi se ipsos vincerent,
 nec de superstitione solum & mendacio, sed & de
 ambitione & vana gloria, raro ingenuitatis exem-
 plo, triumpharent.

Petitio Mendacio adeò solenniter profligato, & veritate
Refor- asserta, cœpère cives Euangelici apud Senatum in-
mationis. tercedere, ut vindiciæ secundum veritatem darentur,
 & illa tandem tot agonibus asserta publicâ au-
Cuncta- thoritate sanciretur. Senatus hîc iterum cunctari,
tio Sena- comperendinare, diem ex die ducere, & seculari
tus. prudentia opus Domini morari, quippe qui & præ-
 donem militem foris, & factiosos cives intus, &
 Episcopales insidias, ac vim hostilem, imò omnia
 tuta utrobique reformidaret.

Zelus Sed plebs non amplius sui patiens cunctatione
plebis. non opus esse existimavit, ubi perniciosior esset
 quies, quàm motus, nec morandos publici com-
 modi moratores. Tamen itaque à Senatu Farello
 interdictum esset, ne in parochiali *Magdalena* Æde
 conciones haberet, ille tamen viii. Augusti, non
 votis tantum sed penè humeris populi, ingenti zelo
 ardentis, in hanc ipsam Cathedralem *Petri* Ædem
 illatus, quamvis Senatu renitente, verba facere co-
 gitur. Eadem die, pomeridiano tempore, à nu-
 merosâ juventute in templa passim irrumpente, ima-
 gines decussæ, Idola dejecta, statuæ contractæ, &
 potior Idololatricæ supellectilis pars, quæ ad ado-
 rationem adhuc prostabat, contrita, & vituli Æ-
 gyptiaci instar, penè tota in pulverem redacta fuit.

Farelli Senatus, qui non tumultu, sed ritè & publicâ
concio in authoritate rem geri volebat, intercedere, in tur-
Æde Pe- barum authores inquirere, à reliquo Templorum
trini. ornatu vim prohibere, calentesque multorum ani-
 mos, mutationis publica authoritate propediem se-
 cuturæ pollicitatione, componere.

Idola de- Et sanè x. Augusti, post gravem Farelli in cc.
cessa. Virorum Senatu orationem, S. C. conditum de sus-
 pendenda Missatici Sacrificii celebratione, & de
 describendis, ob gliscentes subinde turbas, Cœno-
 biorum & Cœnobitarum redditibus. Vicario quo-
 que Episcopali, Canonicis, Cœnobitis, Curatis
 biduo post in Curiam accitis, prælecta Disputationis
 institutæ Epitome, & omnes moniti, ne, si quid
 præsidii veteri cultui propugnando ex Dei verbo
 haberent, sibi & causæ suæ deesse vellet: sin mi-
 nus, cederent Deo & veritati, egregio & sibi salu-
 tulari victoriæ fructu. Responsum simplicius à Cœ-
 nobitis; *Hanc unam sibi scientiam esse, majorum sacra*
profiteri, hanc unam curam, patrio more vivere. A
 Canonicis, mutata velificatione, declamatum au-
 daciùs; *Nec Disputationem superiorem auctoritate Epi-*
scopali institutam, nec sibi probatam, nec quicquam ejus
se audire velle, nedum amplecti.

Acta Se- Multi tamen ex illis paulatim detumescere; cum
natus. viderent, veritate Evangelica publica authoritate
 firmata, superstitioni exilium, sibi vastitiam & e-
 suriam, nî saperent, indici. Alii ex illo ordine,
 ut & civium complures, sive veteris religionis, cui
 innutriti, studio, sive promissis magnificis illecti,
 rerum suarum sedem in Sabaudia vicina fixere, ho-
 stibus Reipublicæ id unum satagentibus, ut Civi-
 tas sensim pube & milite nudata irruptioni hostili
 obnoxia fieret. Unde S. C. intercessit, quo pru-
 denter coercita civium aliò migraturientium licen-
 tia. Moniales tamen *Clara* Virgini ex veteri super-
 stitione sacræ, ut & Canonicorum multi, *Annesia-*
cum, commeatu à Senatu impetrato, sua sponte
 una cum supellectile sua concessere.

S. C. de Ne verò instituta in Religione mutatio ullis pa-
suspen- teret calumniis, sive apud cives quosdam veteri su-
dendo perditioni obnoxios, sive apud Cœnobitas reliquos,
Sacrificio qui præceptis animo divortii ab urbe incommodis,
Missatico. Episcopaliū molitionum gnari, moras improbi-
 sissima spe adhuc in Urbe necēbant, Senatus denuò
 Ordinem Ecclesiasticum in Curiam convocandum
 censuit, ut & omnes illos ex plebe qui Reforma-
 tionis adversabantur. Quum illi, condicta die, fre-
 quentes comparuissent, gravi obtestatione rogan-
 tur, ut vel veterem superstitionem ejurarent, vel
 doctrinæ Euangelicæ vitium ex Dei verbo ostensum
 irent & demonstratum. Senatum enim liberam il-
 lis potestatem facere, jus suum strenuè tuendi, sed
 & omne querelarum argumentum præcisum velle,
 siquidem sibi hac occasione desint, ne vel se inau-
 ditos, vel suam doctrinam temerè tribu motam
 quiritari possint. Cum verò illi nec Dei verbum,
 nec rationem, sed meram pervicaciam gravi Sena-
 tus invitationi opponerent, Sacrorum administra-
 tione illis interdictum, & superstitionis vestium
 usu. Cum nihilominus murmura & fremitus fa-
 ctiosorum audirentur, *Disputationum eventum aequè ac*
Martem Homericum ἀλλομεγέστατον esse, Cleri Geneven-
sis inscitia non esse metiendum cause Catholice robur, ma-
gna Theologorum nomina alibi reperiri, quorum solo
Spiritu integra novi Evangelii præconum legiones sim-
iliffanda: Senatus tertium Clero in Curiam accito
edicit, Nihil à se hæcenus prætermisum, quò minus om-
nibus satis fieret, & de Reformationis jure aequè ac ne-
cessitate constaret, plenam omnibus factam potestatem cum
verbi Ministris conferendi: Sin autem non quidem cau-
sam suam, sed se illi impares arbitrentur; & in extero-
rum Theologorum eruditione & dexteritate aliquid sibi
præsidii putent, Senatum hoc aequitati priori velut super-
pondium addere, quemcunque vellet Theologorum Ro-
manensium accerserent, cujus operâ causa sua consultum
putent: Liberam illi fore cum verbi Ministris congregien-
di facultatem. Sin merâ pertinaciâ à veritate Euange-
licâ abhorrerent, norint sibi emigrandum ex Urbe; cui
decretum, nullam cultus publici normam præter Dei
verbum in futurum admittere. Sed ne sic quidem ex-
pugnari potuit hominum illorum pertinacia. Di-
xisses illos cum Gryllo Homericò, superstitionis con-
suetudine illectos, bratam faciem exuere, & pri-
stinæ formæ restitui abuisse.

Clerus Fractâ tandem Senatus patientiâ, reditus illorum
citatur in publico addicti, Canonicis tamen & *Præbendariis* aliis
Curiam. quietem pollicentibus alimenta ex publico assigna-
 ta, prostibulorum Clericalium numerosa supellex
 cum foetura sua Urbe ejecta, Idolum B. Virginis,
 quod ad nefandas superstitiones adhuc prostabat,
 ante Curiam publicè exustum, velatarum *Clara* vir-
 ginum Cœnobium in ptochotrophæum conversum,
 veritatis Euangelicæ professio solenni Edicto xxvii.
 Augusti sancita, nova moneta cusa, emblemata ve-
 tus sapienti instituto mutatum, *Lucis* non *secuturæ*
 & *speratæ* sed exhibitæ & oblatæ beneficium cele-
 bratum, preces publicæ indictæ, tabula tanti be-
 neficii monumentum perpetuum ex lapide primum,
 postmodum ex ære conflata, & inter antipagmen-
 ta Curia relatâ, quæ hodièque felicitatis illius *παλι-*
γγορείας Genevensis memoriam prætereuntium oculo-
 rum & animis ingerit, & multa id genus alia consti-
 tuta, quæ ad Reformationis & tranquillitatis pu-
 blicæ negotium pertinere videbantur.

Respon- Tentata tunc Civitas per Oratores à vicino Prin-
sum Cœ- cipe *Thonnonio* missos, qui Principis sui gratiam,
nobita- pacem publicam, & commeatus libertatem omni-
rum & modam S. P. Q. Genevensi ingerebant, eâ lege, ut
Canoni- Hæresi & Hæresiarchis Urbe ejectis, sua Episcopo
corum. jura, sua Clero restituerentur, suum etiam imagini-
 bus dejectis decus. Responsum, *Senatui populoque*
Genevensi ratum esse, Deo potius obediendum, quàm
hominibus, adeoque decretum, bona, commoda, li-
beros, sanguinem, spiritum Dei verbo posthabere, &
prif-

Citatur *Legatio à*
denuò *Principe*
Clerus in *Vicino*
Curiam. *Genevam*
missa. Pe-
tita O-
rationum.
Senatus
respon-
sum.

perditioni obnoxios, sive apud Cœnobitas reliquos,
 qui præceptis animo divortii ab urbe incommodis,
 Episcopaliū molitionum gnari, moras improbi-
 sissima spe adhuc in Urbe necēbant, Senatus denuò
 Ordinem Ecclesiasticum in Curiam convocandum
 censuit, ut & omnes illos ex plebe qui Reforma-
 tionis adversabantur. Quum illi, condicta die, fre-
 quentes comparuissent, gravi obtestatione rogan-
 tur, ut vel veterem superstitionem ejurarent, vel
 doctrinæ Euangelicæ vitium ex Dei verbo ostensum
 irent & demonstratum. Senatum enim liberam il-
 lis potestatem facere, jus suum strenuè tuendi, sed
 & omne querelarum argumentum præcisum velle,
 siquidem sibi hac occasione desint, ne vel se inau-
 ditos, vel suam doctrinam temerè tribu motam
 quiritari possint. Cum verò illi nec Dei verbum,
 nec rationem, sed meram pervicaciam gravi Sena-
 tus invitationi opponerent, Sacrorum administra-
 tione illis interdictum, & superstitionis vestium
 usu. Cum nihilominus murmura & fremitus fa-
 ctiosorum audirentur, *Disputationum eventum aequè ac*
Martem Homericum ἀλλομεγέστατον esse, Cleri Geneven-
sis inscitia non esse metiendum cause Catholice robur, ma-
gna Theologorum nomina alibi reperiri, quorum solo
Spiritu integra novi Evangelii præconum legiones sim-
iliffanda: Senatus tertium Clero in Curiam accito
edicit, Nihil à se hæcenus prætermisum, quò minus om-
nibus satis fieret, & de Reformationis jure aequè ac ne-
cessitate constaret, plenam omnibus factam potestatem cum
verbi Ministris conferendi: Sin autem non quidem cau-
sam suam, sed se illi impares arbitrentur; & in extero-
rum Theologorum eruditione & dexteritate aliquid sibi
præsidii putent, Senatum hoc aequitati priori velut super-
pondium addere, quemcunque vellet Theologorum Ro-
manensium accerserent, cujus operâ causa sua consultum
putent: Liberam illi fore cum verbi Ministris congregien-
di facultatem. Sin merâ pertinaciâ à veritate Euange-
licâ abhorrerent, norint sibi emigrandum ex Urbe; cui
decretum, nullam cultus publici normam præter Dei
verbum in futurum admittere. Sed ne sic quidem ex-
pugnari potuit hominum illorum pertinacia. Di-
xisses illos cum Gryllo Homericò, superstitionis con-
suetudine illectos, bratam faciem exuere, & pri-
stinæ formæ restitui abuisse.

Cleri per- Fractâ tandem Senatus patientiâ, reditus illorum
tinacia. publico addicti, Canonicis tamen & *Præbendariis* aliis
 quietem pollicentibus alimenta ex publico assigna-
 ta, prostibulorum Clericalium numerosa supellex
 cum foetura sua Urbe ejecta, Idolum B. Virginis,
 quod ad nefandas superstitiones adhuc prostabat,
 ante Curiam publicè exustum, velatarum *Clara* vir-
 ginum Cœnobium in ptochotrophæum conversum,
 veritatis Euangelicæ professio solenni Edicto xxvii.
 Augusti sancita, nova moneta cusa, emblemata ve-
 tus sapienti instituto mutatum, *Lucis* non *secuturæ*
 & *speratæ* sed exhibitæ & oblatæ beneficium cele-
 bratum, preces publicæ indictæ, tabula tanti be-
 neficii monumentum perpetuum ex lapide primum,
 postmodum ex ære conflata, & inter antipagmen-
 ta Curia relatâ, quæ hodièque felicitatis illius *παλι-*
γγορείας Genevensis memoriam prætereuntium oculo-
 rum & animis ingerit, & multa id genus alia consti-
 tuta, quæ ad Reformationis & tranquillitatis pu-
 blicæ negotium pertinere videbantur.

Suffurri Tentata tunc Civitas per Oratores à vicino Prin-
clandestini. cipe *Thonnonio* missos, qui Principis sui gratiam,
 pacem publicam, & commeatus libertatem omni-
 modam S. P. Q. Genevensi ingerebant, eâ lege, ut
 Hæresi & Hæresiarchis Urbe ejectis, sua Episcopo
 jura, sua Clero restituerentur, suum etiam imagini-
 bus dejectis decus. Responsum, *Senatui populoque*
Genevensi ratum esse, Deo potius obediendum, quàm
hominibus, adeoque decretum, bona, commoda, li-
beros, sanguinem, spiritum Dei verbo posthabere, &
prif-

Æquanti- Tentata tunc Civitas per Oratores à vicino Prin-
mitas cipe *Thonnonio* missos, qui Principis sui gratiam,
Senatus. pacem publicam, & commeatus libertatem omni-
 modam S. P. Q. Genevensi ingerebant, eâ lege, ut
 Hæresi & Hæresiarchis Urbe ejectis, sua Episcopo
 jura, sua Clero restituerentur, suum etiam imagini-
 bus dejectis decus. Responsum, *Senatui populoque*
Genevensi ratum esse, Deo potius obediendum, quàm
hominibus, adeoque decretum, bona, commoda, li-
beros, sanguinem, spiritum Dei verbo posthabere, &
prif-

Pertina- Tentata tunc Civitas per Oratores à vicino Prin-
cia Cleri. cipe *Thonnonio* missos, qui Principis sui gratiam,
 pacem publicam, & commeatus libertatem omni-
 modam S. P. Q. Genevensi ingerebant, eâ lege, ut
 Hæresi & Hæresiarchis Urbe ejectis, sua Episcopo
 jura, sua Clero restituerentur, suum etiam imagini-
 bus dejectis decus. Responsum, *Senatui populoque*
Genevensi ratum esse, Deo potius obediendum, quàm
hominibus, adeoque decretum, bona, commoda, li-
beros, sanguinem, spiritum Dei verbo posthabere, &
prif-

Acta à Tentata tunc Civitas per Oratores à vicino Prin-
Senatu in cipe *Thonnonio* missos, qui Principis sui gratiam,
Refor- pacem publicam, & commeatus libertatem omni-
mationis modam S. P. Q. Genevensi ingerebant, eâ lege, ut
constitu- Hæresi & Hæresiarchis Urbe ejectis, sua Episcopo
tionem. jura, sua Clero restituerentur, suum etiam imagini-
 bus dejectis decus. Responsum, *Senatui populoque*
Genevensi ratum esse, Deo potius obediendum, quàm
hominibus, adeoque decretum, bona, commoda, li-
beros, sanguinem, spiritum Dei verbo posthabere, &
prif-

Post re- Tentata tunc Civitas per Oratores à vicino Prin-
nebras cipe *Thonnonio* missos, qui Principis sui gratiam,
lux. pacem publicam, & commeatus libertatem omni-
 modam S. P. Q. Genevensi ingerebant, eâ lege, ut
 Hæresi & Hæresiarchis Urbe ejectis, sua Episcopo
 jura, sua Clero restituerentur, suum etiam imagini-
 bus dejectis decus. Responsum, *Senatui populoque*
Genevensi ratum esse, Deo potius obediendum, quàm
hominibus, adeoque decretum, bona, commoda, li-
beros, sanguinem, spiritum Dei verbo posthabere, &
prif-

Legatio à Tentata tunc Civitas per Oratores à vicino Prin-
Principe cipe *Thonnonio* missos, qui Principis sui gratiam,
Vicino pacem publicam, & commeatus libertatem omni-
Genevam modam S. P. Q. Genevensi ingerebant, eâ lege, ut
missa. Pe- Hæresi & Hæresiarchis Urbe ejectis, sua Episcopo
tita O- jura, sua Clero restituerentur, suum etiam imagini-
rationum. bus dejectis decus. Responsum, *Senatui populoque*
Genevensi ratum esse, Deo potius obediendum, quàm
hominibus, adeoque decretum, bona, commoda, li-
beros, sanguinem, spiritum Dei verbo posthabere, &
prif-

Senatus Tentata tunc Civitas per Oratores à vicino Prin-
respon- cipe *Thonnonio* missos, qui Principis sui gratiam,
sum. pacem publicam, & commeatus libertatem omni-
 modam S. P. Q. Genevensi ingerebant, eâ lege, ut
 Hæresi & Hæresiarchis Urbe ejectis, sua Episcopo
 jura, sua Clero restituerentur, suum etiam imagini-
 bus dejectis decus. Responsum, *Senatui populoque*
Genevensi ratum esse, Deo potius obediendum, quàm
hominibus, adeoque decretum, bona, commoda, li-
beros, sanguinem, spiritum Dei verbo posthabere, &
prif-

Senatus Tentata tunc Civitas per Oratores à vicino Prin-
respon- cipe *Thonnonio* missos, qui Principis sui gratiam,
sum. pacem publicam, & commeatus libertatem omni-
 modam S. P. Q. Genevensi ingerebant, eâ lege, ut
 Hæresi & Hæresiarchis Urbe ejectis, sua Episcopo
 jura, sua Clero restituerentur, suum etiam imagini-
 bus dejectis decus. Responsum, *Senatui populoque*
Genevensi ratum esse, Deo potius obediendum, quàm
hominibus, adeoque decretum, bona, commoda, li-
beros, sanguinem, spiritum Dei verbo posthabere, &
prif-

prisco potius Helvetiorum Aventicanorum more subje-
 ctis ignibus totam Urbem cinefacere; quam sacrum hoc
 depositum sibi suisque præceptum ire & interversum.
 Nec hoc pertinacia impunitandum, sed rationi. Veritati
 & ejus præconibus publicum patrocinium deberi; sin de
 fraude vel mendacio convinci ex Dei verbo possint, Se-
 natum illorum capita aliorum desideriis & sua justitia
 sine mora immolari. Episcopo reditum liberum fo-
 re, modò, sui nominis memor, Episcopum secundum Dei
 verbum agere velit. Superstitionis verò instrumenta nec re-
 stitui posse, nec debere, quamdiu Geneva se liberam &
 Deo soli sacram meminerit.

Icon mi-
 rus reper-
 tus.

Dignum verò etiam quod non ignoret posteritas, inter scruta *Dominicani* Cœnobii, in *Palatio* prope Rhodani & Arvæ confluentem exstructi, Iconem vetustissimum tunc temporis repertum, à *Pedemontano* quodam pictore Augustâ *Taurinorum* oriundo expressum, quo flagellabatur pudenda *Præfulum Romanorum* origo, & prostituta Cœnobitarum vita, cum tristi appendice poenæ gravis, tantis flagitiis expiandis decretoriæ illius dici judicio destinatæ. Pictura Iconis referebat cornutum & septiceps monstrum, foedam ex se propaginem diffundens, cum subjecto lebeate pingui Clericorum & Cœnobitarum figura referto, & flammis cincto, quas negotiosa Dæmonum caterva assiduis fuscinis, & continuo folium spiramine fodicabat. Pro inscriptione versus isti rhythmici, pro temporum poetica, oræ adjecti legebantur:

Judicabit Judices Judex generalis:
Hic nihil proderit dignitas Papalis,
Sive sit Episcopus, sive Cardinalis,
Rem condemnabitur, nec dicetur qualis.
Hic nihil proderit quisquam allegare,
Neque excipere, neque replicare,
Nec ad Apostolicam Sedem appellare,
Rem condemnabitur, nec dicetur quare.
Cogitate miseri, qui vel quales estis:
Quid in hoc judicio dicere potestis:
Idem erit Dominus, Judex, Actor, Testis.

Subscriptio erat. Hæc depinxit *Jacobus Jaqueri*, de civitate *Taurini* in *Pede montium*, Anno Domini millesimo quatercentesimo primo.

Icon iste conscientias Cœnobitarum, ut *ἀνομιαν* *καίτοις*, arguendo, in *Claustralis* & *Clericalis* vitæ, imò in *Curia Romanæ* tyrannidis odio bonos omnes non parum confirmavit. Huic Iconi repertus geminus alius in *Franciscanorum* cœnobio, ubi è *Francisci* sui trunco *Franciscanæ* familiæ sodalium propagines innumeræ luxuriabant, hæc subscriptio-
 ne, *Ego sum vitis vera, vos autem palmites.* Quæ blasphemia multorum animos non parùm pupugit, iisque summum superstitionis horrorem incussit.

Icon.
 alius.

Et hac quidem Cœnobitarum picturâ picturam Reformationis absolvo, Auditores, compendiariâ operâ in summorum rerum apud vos multis retrò annis gestarum capitibus percensendis defunctus, quæ omnia suis coloribus vestire nec meæ operæ est, nec mei instituti, nec hujus, intra quod coercemur, temporis.

Conse-
 quentia
 Refor-
 mationis.
 Motus
 qui eam
 excepere.

Id tantum liceat, bonâ vestrâ veniâ, huic populo attexere, humanam improbitatem cum divina bonitate, ut in Reformationis primordiis, sic multis post annis diu colluctatam nihil reliqui fecisse, quominus summum hoc beneficium Urbi vestræ periret, & nihil vobis præter infelicitatem illam restaret, per vos stetit, quominus felices essetis.

Bone Deus! Quibus non machinis sanctum hoc Reformationis opus à Satana impetum! Quibus non malis Ecclesia Genevensis inde à primis instauratæ Religionis incunabulis exercita! Horret, horret animus ea revolvere, quæ in fragmentis Historiæ Genevensis innuuntur potius, quam explicantur. Quot hæresibus veritatis Evangelicæ puritas

tentata! Quot furiis instituta morum disciplina oppugnata! Quot flagitiis & scandalis foedata Reformatio! Quot ludibriis & furoribus in sanctos Dei servos ferocitum! Quot factiosorum civium motibus scissa & lacerata Civitas! Quot irruptionibus ab hostibus exteris arietata, & concussa Geneva! Quoties *Iliacos* intra muros peccatum & extra!

Quid commemorem excitatas à fanatica *Anabaptistarum* colluvie Anno *cio 10 xxxvi.* turbas? Quid gravem illam cum Ecclesiis quibusdam vicinis super *Ceremoniarum* diversâ constitutione altercationem? Quid subdolas *Caroli Sorbonitæ* recocis erroribus ad vomitum redeuntis molitiones? Quid periculosos *Sebastiani Castellionis* in *S. Dei Verbum* & doctrinam Orthodoxam impetus? Quid pestilentia *Hieronymi Bolseci*, mali Medici, pejoris Theologi, super *Prædestinationis* negotio cavilla? Quid portentosas *Michaëlis Serveti*, hominis ad omnem improbitatem ab ipsius furiis efficti, blasphemias? Quid impia *Valentini Gentilis* & sequacium super tremendo *S. Trinitatis* mysterio, deliria & commenta? Quid *Francisci Baldini* furias? ut multa id genus alia temporis compendificandi causâ prætermittam, quibus veritas Evangelica, fanaticorum hominum sive malignitate sive levitate, ac infano novandi pruritu infestata fuit & exercita?

Veritatis
 Euange-
 licæ op-
 pugnatō-
 res.

Vix etiam de morum æquè ac doctrinæ reformatione cogitatum à *Gulielmo Farellio*, & *Joanne Calvino*, Theologo, verbo dicam, incomparabili, quem virum Heroico spiritu, invicto robore, subactissimo judicio, profunda eruditione, indefesso æquè ac inimitabili calamo; ad opus suum Dominus mirabiliter instruxit, & Genevensis Ecclesiæ, necessariis prorsus temporibus, velut Jehojadam alterum, omnia alia cogitantem Anno *cio 10 xxxvi.* gravi Farelli obtestatione addixit. Vix, inquam, summorum illorum Virorum operâ, de sancto hoc instituto cogitatum, morum licentia castigata, profanitas repressa, sumptuariæ leges sancitæ, impietati & luxurie fibula injecta, Nepotibus & grassatoribus poenæ constitutæ, & spiritus ferocientes coerciti.

Discipli-
 nae mo-
 rum op-
 pugnatō-
 res.

Bone Deus! quibus non telis eximii illi Dei Servi, (qui à poppyfimis aulicis, & palpo populari alieni, in flagitia & flagitiosos, pro muneris, quod sustinebant, sanctitate, intrepidè invehebantur,) petiti. Non tantum in Senatu rigoris nimii crebrò postulati, fores illorum infamibus chartis, aures ludibriis & convitiis oppletæ; ipsi à factiosorum globis vexati & obsessi: sed & tandem, cum homines protervos ad *S. Domini Cornam Ambrosiano* imò divino zelo admittere constantissimè detrectarent, extrema omnia potius subituri, quam ut tantæ dignitatis mysterium suâ conventiâ prostitutum contaminaretur: factiosis in Senatum & Consulatam intrusis, tandem fidi Dei Servi *S. C. urbe* ejeti, indignam quidem, communem tamen sibi cum sanctis Dei Prophetis & Apostolis sortem, læto & bene sibi conscio animo, Anno *cio 10 xxxviii.* subiére.

Farelli &
 Calvini
 persecu-
 tio.

Sed nec suæ causæ, nec Servis suis defuit ultor Deus. Quin potius, biennio post, vindex Dei disciplina Ecclesiastica impugnata, Reformationis opus turbatum, sancti Dei servi proscripti, severe animadvertit. Primus ex illo ordine, qui *Calvino* discessum molienti *portas urbis satis spatiosas esse* per ludibrium oggesserat, perduellionis postulator, ipse non per urbis portas sed è fenestrâ muro urbis conterminâ se proripiens, fune laxato & nodis suis exuto collapsus, viscera & animam effudit: alter carnificis ferro plexus infamem vitam infami exitu obsignavit. Reliqui duo variorum criminum insimulati, & ipsi cum infamiâ penatibus & urbe extor-

Judicia
 Dei.

torres flagitium in sanctos Dei servos admissum paritate supplicii luerunt. Horrendis Dei judiciis id genus aliis in factiosos cives complures effusis, adeo graviter affecti omnium animi, ut S. C. de revocando honorifice Calvino, & instauranda disciplina conderetur. Cujus reditus vix multis literis, legationibus, & Tigurinorum apud Senatum Argentinensem intercessione impetratus, à quo Calvinus cum honore exceptus, & Conventibus Wormatiensi & Ratisponensi cum fructu adhibitus, Genevam alteram Argentorati vel repererat, vel fecerat. Sic servum suum non restitutum solum, sed cum honore etiam restitutum voluit Deus. A cujus reditu egregiæ illæ Constitutiones Ecclesiasticæ, quibus hodiè que utimur, autoritate publica sancitæ fuere, Consistorium sacrum erectum, Disciplina instaurata, Schola publica, quæ prius in ædibus Ripariæ portæ vicinis cogebatur, in splendidum Collegium Amplissimi Senatus non munificentia tantum, sed & magnanimitate, difficillimis temporibus, Anno cio io lxx. conversa, Academia aperta, Professores publici acciti, Ecclesia & Schola Genevensis in hunc ordinem redacta, quo hodiè que per Dei gratiam gaudemus.

Collegii
& Academiæ
Genevensis
fundatio.

Sed quò provehor! Et Dei judicia, & beneficia in Ecclesiam Genevensis effusa, & varii ejus agones justii voluminis argumentum sunt, non Orationis. Non attingo, Auditores, innumera talia, quibus Genevam nostram, inde à Reformationis exordio, & mactavit & exercuit Divina bonitas. Vel hoc magnum, Genevam tot Ecclesiarum exterarum velut matricem constitutam, tot Illustrium exulum Patrum & asylum, illorum confluxu luem septennio integro grassantem miraculosè extinctam, illorum res accisas centuplo auctas, illorum paupertate civitatem ditatam, illorum industriam locupletatam, illorum pietate & zelo, iisdem temporibus, distinctis Gallorum, Italarum, Germanorum, Anglorum & Hispanorum idiomatibus templorum nostrorum, fornices, divinarum laudum præconiis, personuisse. Magnum, tot maximorum hospitium hospitium semper fuisse Genevam: Ecclesiam & Scholam Genevensis & Farellos habuisse, & Viretos, & Calvinos, & Bezas, & Junios, & Sadeeles, & Martinengos, & Danaos, & Goulartios, & Fayios, & Turretinos, & Donellos, & Hotomannos, & Goshofredos, & Pacios, & Colladonios, & Lectios, & Scaligeros, & Beroaldos, & Portos, & Stephanos, & Gevallerios, & Casaubonos; ut multorum aliorum, quorum adhuc nomen inter nos viget, qui hodiè que lucem Genevensi Senatui, Ecclesiæ, Academiæ luce sua, fama, scriptis, apud externos scenerantur, verecundiæ parcant.

Non attingo, Auditores, quot telis, quot arietibus, quot machinis, quot artibus, quot insultibus, Majestas & libertas Genevensis inde à Reformationis exordio tentata fuerit & impetita? Quot procis, quâ pertinaciâ, exambita? Quam nihil intentatum vel inausum jectum, quo minus, quæ suæ spontis esse volebat, alieni juris fieret? Quoties domesticæ angustiae, publici metus, potestatum coitiones, conjurata Genevæ à summis capitibus pernicies in argumentum & occasionem ambitus raptæ, ut illa honestè parere mallet, quam vel excindi penitus, vel in turpem mediastinorum Coloniam converti? Quicquid humana prudentia consilii, quicquid solertia artis, quicquid potentia virium, quicquid odia irarum effundere potuere, id totum, Auditores, Libertati Genevensi per complures annos admotum, & in eâ expugnandâ exhaustum. Procorum omnium Catalogum, ardores, molimina, impetum, repetitos amplexus subicere, nec temporis angustia permittit, nec prudentiæ civilis leges. Præstat, præstat illicitos, sed & inutiles, ambitus æterno involvere silentio, & eorum pudori consul-

tum ire, qui Genevam nostram ex libera servam & sui arbitrii fieri toto animo ardebant. Singulari sanè Dei favori deputandum, quod adeo altè, inde à Reformationis exordio, Libertas publica omnium animis infederit, ut illi nunquam, nunquam, difficillimis etiam temporibus, vel ullis blanditiis deliniri, vel ullis promissis labefactari, vel ullis minis terreri, vel ulla formidine compelli, vel angustiis ullis, imò desperata sæpe salute publica, expugnari potuerint, aut frangi, quin pro Sacro hoc Palladio non operam solum omnem, sed & vitam, sanguinem, spiritum, & quicquid, charitatum privatarum erat, intrepidè hostilibus ausis expositum irent & objectum. Nicolai Damonovani, Baudichonii, Amadei Perrini, Petri Vandelli, Dominici Harloti, & aliorum id genus egregiorum civium macula nomina & gesta, ad æternitatem nota, liberis vestris commendari debent & inculcari. Lecteris truncum caput hodiè que fidem loquitur & libertatem. Joannis Pecolati se novacula sponte elinguantis, ne in patriæ perniciem quicquam dicere cogere, facinus supra fidem est, & in exemplum bonis civibus.

Miracula, Auditores, Reformationis nostræ referas Romanenses importuna à nobis sed & injusta & inutiles flagitatione exigunt Theologi. Atqui Genevæ nostra tota *Miraculum* est, & inde ab antiquissimis temporibus miraculum fuit, & erit cum bono Deo in æternum.

Miracula
Genevensis.

Non arcessam Hiberas nænias à Lemano Paridis Trojani filio, à quo urbis nostræ rudera, & Lacus illi cognominis nomenclationem, fabulosi ducunt Annales: Non à Sequano, Allobroge, & Helvetio, egregiis scilicet ejus Nepotibus, quorum centones ejusdem commatis: Non à Julii Cesaris ætate, quem Genevam nostram, jam civitatem, cum exercitu infedis ex Commentariis illius liquet: Non ab Aureliano, quem Genevæ nostræ instauratorem popularis rumor facit, sed rumor tantum. Propiora sunt, quæ miremur, quæque nec ob vetustatem conficta, nec ob novitatem suspecta esse possunt, & super quorum fide vel hostium Annales testes feramus.

An sine miraculo, Auditores? ante Reformationem, Genevam nostram à Magnis Principibus (quibus illa hæreditario affectu semper amata) non calcatam sæpe fuisse & oppressam: quando illi Senatus patientiâ, civium obnoxiorum indulgentiâ, Episcoporum agnatorum conniventiâ, intra ipsos Genevæ muros plebem simul & Optimates modò pretio corruptum, modò minis territum, modò potentiae suæ Gorgone dejectum ibant, & prostratum, imò quandoque tenaces Libertatis animas ardori suo victimas immolatum. Tunc, tunc, Auditores, in ipso momento sæpe, quando de Libertate publica actum conclamatumque videbatur, Principes illos fræno occulto coercitos, & fatali quodam stupore sideratos Urbe excessisse, nec temporum momenta, & publicam consternationem, & splendida alia servitutis auctoramenta in rem suam vertendo, civitatem Genevensis sibi pignoras, mirandum sanè & stupendum.

An sine miraculo? tot conjurationum, conspirationum, proditorum civitarum technas, molimina, artes, non humanâ perspicaciâ, sed Dei solius, pro salute publica excubantis, immortalis beneficio, *præter omne humanum consilium, omnemque hominum expectationem, solâ divinâ providentiâ miris modis*, ut jam olim à Franc. Bonniardo animadversum, *retelbas* & elisas in Authorum caput recidisse.

An sine miraculo, Auditores? Vaticanas artes, conjuncta summorum capitum consilia, juratam Genevensi urbi & Reformationi perniciem, toties mirâ Dei bonitate averfam evanuisse, tot Achitopheles, tot Hamanes Libertati nostræ imminentes, repente

dignitatibus suis excussos, & publicâ ignominia notatos, omnium odiis & ludibriis objectos fuisse. Optimos etiam Principes, qui Genevam interdum, quamvis alieno potius arbitrio quam suo, everfam volebant, & de stirpe recisam, sæpe vel aliis calamitatibus implicitos, vel domesticis cladibus attritos, & Genevæ nostræ fidem tristissimis temporibus expertos, justissimum ferrum in hostes ejus strinxisse, & de ea conservandâ potius quam invadendâ cum æternâ nominis sui gloria cogitasse.

An sine miraculo, Auditores? vim apertam toties Urbi nostræ admotam, diurnas nocturnasque incursiones in muros nostros, vel averti potuisse, vel potuisse repelli, florentissimose exercitus civium & amicorum, imò puerorum & foeminarum, exiguâ manu fundi, fortalitia expugnari, munimenta dirui, castella excindi, numellas illas & pedicas Urbi nostræ undiquaque injectas, mirando successu, & excuti potuisse, & potuisse evelli.

An sine miraculo, Auditores? Genevam nostram tot Magnorum Principum, quamvis Reformationis cæterotquin osorum, insignitam benevolentiam, monita salubria, munificentiam utilem, suppetias necessarias præter spem & supra fidem, opportunis sæpe temporibus expertam.

An sine miraculo, Auditores? Genevam nostram in hoc tot provinciarum & jurisdictionum collimitio, & velut centro constitutam, tot potentissimis Principibus & Statibus cinctam, suæ Libertatis sacrum pignus nullo nisi juris sui & divinæ gratiæ tribunicie fultam, in hæc usque tempora stupenda felicitate servasse?

An sine miraculo, Auditores, Genevam nostram in tanta rerum omnium rutuba, inter tot horrendos motus, quibus tota penè Europa jam per complures annos concussa, in tanta Imperiorum & regnorum vastitate & strage, inter tot urbium funera & cadavera, post tot principatus vastatos, provincias excisas, civitates expilatas, animarum myriadas ferro & flammis funeratas, alta pace, ingenti malacia, miranda quiete, penè solam, solam in vastissimo hoc Europæ theatro cum omnium stupore frui?

Næ, Auditores, qui inter tot miracula miraculum à nobis exigunt, prodigia sunt & portenta potius hominum, quam homines! Nec sine causa, Auditores, *Petrus Costomus* Veteranus ex illa Societate Pater, cui nihil impervium nec inaccessum, ne inferi quidem, cum familiari sibi spiritu de admiranda Genevæ conservatione jam ante complures annos velut exposulavit, & super ejus rationibus, digna Theologo curiositate, non Dodonæam quercum sed atrum Ditis tripodem excussit. Revera, Auditores, Geneva nostra tota miraculum est, Geneva nostra tota prodigium est, ejus fundatio, instauratio, reformatio, conservatio, protectio inter tot odia, discrimina, pericula, turbas, motus, formidines, addamus ingenuè, Auditores, inter tot imbecillitates domesticas, mala intestina, publicas privatasque rimas & scissuras, in tanta Legum & disciplinæ veteris inclinatione, tota certè miraculum est.

Quid restat itaque, Auditores, nisi ut linguas, oculos, mentes, animos ad illum erigamus, qui Genevam nostram miraculum esse vult, & portentum adhuc in diebus nostris, &, quod unum possumus, grata acceptorum professione, supplicibus votis, ar-

dentissimis suspiriis illi Genevæ nostræ sacra, muros, penates, publicas privatasque Charitates & necessitates, committamus ac commendemus, à quo uno arbitrariam Libertatem & precarium Spiritum ducimus, & diu ducemus, ubi nobis bene cum illo, bene cum officii nostri sanctitate convenerit.

Ad te ergo, Æterne Triune Deus, Genevensis Ecclesia Stator & Vindex unice (qui cælum, terras, maria, Præcorda & animos nostros, & quicquid hoc universum ambit, in potestate habes) nos eâ quâ decet animorum submissione convertimus, & tibi Geneva nostra fundata, conservata, instaurata, ac reparata, & in hunc usque diem protecta & vindicata, laudem, honorem, gloriam, toto pectore transcriptum immo. Tu, Æterne Deus, Genevam nostram ex humili altam, ex ignobili splendidam, ex gentili Christianam, ex Romanâ Reformatam, ex corruptâ restitutam, ex tenebrosâ lucidam, ex recalcitrante obsequentem, ex servâ liberam, ex Anti-Christi marcipio tuum peculium, & tibi soli, pulsus gentilitatis æque ac superstitionis tenebris, sacram esse jussisti. Tu, Æterne Deus, tot annorum, imò integri seculi decursu, libertatem sacram simul & civilem huic Ecclesia, huic Reipublica, inter tot motus & turbines, & orbis undiquaque crepitantis ruinas, immotam & inconcussam constare voluisti. Tuum beneficium est, quod in hoc amplissimo & florentissimo confessu, Ecclesia, Republicâ, Academiâ, Scholâ salvis, tibi Seculare Carmen, & laudes secularis, imò immortales dicere hodieque possumus.

Perfice, Domine, bonum quod apud nos & in nobis cepisti opus. Fac, Geneva nostra in futurum quoque sit miraculum & portentum in diebus nostris, sit constans gratia tua sedes, sit perenne gloria tua Theatrum, sit pupilla oculi tui, tua Zoar, tua Zizon, tua Sarepta, tue sanctitati sacra in perpetuum & dicata habitatio. Indue Spiritu sapientia, roboris, fortitudinis & sanctitatis tua Amplissimum Senatuum nostrum: Tege umbone tuo Reges, Principes, Ordines omnes, vel Geneva nostra fœderatos, vel ejus libertati & incolumitati ceterotquin faventes. Da Servis tuis apertionem oru, concordans animos, zelum ardentem, robur invictum, patientes opera humeros, & felix plantationis ac rigationis incrementum. Da huic Academia, da Scholæ Doctores fidos, juventutem docilem, profectus uberes, halcyonia frequentia. Da populo Genevensi constantem in Orthodoxâ veritate fidem, vitam fidei parem, & fidei ac vita tibi placens premium, felicitatem. Sanctifica lebetes etiam tuæ Hierosolymæ inter nos, & equorum phaleras. Procul abesse jube ab eade tuâ & Cananzos, & quicquid Cananzarum mercium, sordium & corruptelarum. Fac, ut quod Ecclesia Genevensis seculum inde à sui Reformatione feliciter absolvit, idem etiam Schola nostra, imò complura alia decurrat. Sit Geneva nostra semper felix, sit beata, sit Republica salva, sit Ecclesia sancta, sit Academia florida, sit Schola frequens, sit Civitas nostra, ut verbo omnia complectar, Tua Civitas. In quâ tuum sibi semper jus salvum constet & illibatum, Magistratui sua autoritas, Ecclesia sua puritas, Academia suum nitor, Scholæ suum decus, populo Genevensi sua libertas, & tranquillitas: quò tibi soli obnoxii, tibi soli affixi, tibi soli sacri, incolumitatem nostram in te solo constanter quaramus, à te solo expectemus, de te solo gloriamur, per te solum non presenti tantum felicitate sed & perennaturâ beatitate in omnem seculorum æternitatem donemur, mactemur! Amen, Amen, Amen.

D I X I.

EPISTOLA DEDICATORIA

Ante Historiæ Jobi Editionem Primam.

ILLUSTRISSIMÆ BERNATUM
REIP. COSS. AMPLISSIMIS,
D. ANTONIO DE GRAFFENRIED.
D. SAMUELI FRISCHIN.Cæterisque Ejusdem Reipub. Quæstoribus, Tribu-
nis, Senatoribus, Magnificis ac Prudentissimis,
Dominiis Gratias,

FRIDERICUS SPANHEMIUS S. P.

Annus est trigessimus, & si quid excedit, SPLEN-
DIDISSIMI PROCERES, ex quo alteram *Dubiorum*
Evangelicorum Partem SENATUI Vestro, Pio, Felici, In-
clyto, sacram fecit desideratissimus mihi quondam Pa-
rens. Et quando quæ à naturâ accepimus hærent altis
radicibus defixa, ita transmissum ad me cum naturâ ip-
sâ singularem Reip. Vestræ cultum probare pridem
qualicumque tandem documento gestiebam. Sed verò
incensum est illud Vestri studium, ex quo eadem quæ
in Patrem, in hæredem quoque paterni nominis, addo
& muneris, haud certè meritorum, conferenda duxi-
stis beneficia. Quem enim illi in celeberrimâ Academia
vestra locum esse desiderastis quondam, eundem & mi-
hi ante decennium, eodemque quo tum Vener. inter-
prete Christophoro Luthardo, decrevissetis, si mihi
inemet Providentia eo tempore permisisset. Accessit an-
tè superiore eximia Vestra, VIRI ILLUSTRÉS, erga me
humanitas, dum receptum intra mœnia Civitatis vestræ
maetum non uno honoris genere voluistis, Venerando
Ordine ad hoc ipsum delegato, qui & verbis & factis
propensissimam testaretur erga me voluntatem.

Tot jam nominibus devinctum REIP. VESTRÆ. quid
decebat aliud, quàm ut, tralatitio more, opellam vo-
bis aliquam, testem devotissimæ mentis, ea qua par est
observantia consecrarem. Commodum hæc sese obtu-
lit HISTORIA JOBI, nec invidiosa argumento, nec à pro-
vincia quam sustineo aliena. Prodire illam sub auspiciis
Vestris non inviti patiamini, quos in ambiguo est dignos
magis reddat immortalis ævo, an Reipublicæ cura, an
Literarum amor, an Ecclesiæ atque Orthodoxiæ patro-
cinium. Nec

— *minor merces potest*
Tanta dari virtuti.

Certè id calidissimis votis contendo à Deo Opt. Max. ut
æt Vobis

— *remque, prolemque, & decus omne,*
ac tandem superata mortalitate gloriam sempiternam.
PP. Heidelbergæ xi. Calend. Sextil. Anno Ætæ vulga-
tis MDCLXIX.

EPISTOLA DEDICATORIA

Ante Elenchi Controversiarum Editio-
nem Primam.VIRIS AMPLISSIMIS AC PRUDENTISSIMIS
REIPUBL. LEYDENSISQUATUOR VIRIS COSS.
ET QUI HIS SUNT A CONSILIIS ET
SECRETIS, VIRIS CONSULTISSIMIS,*Gratiam & Pacem.*

Quàm non falsâ & inani sollicitudine, AMPLISSIMI
VIRI, induxeritis in animum vestrum, juxta cum
iis ad quos spectat Reipublicæ Literariæ cura, ab Aca-
demie hujus Ecclesiæque finibus prohibere quæstionum
otiosa & importuna, vel hic Syllabus noster palam facit.
Scilicet nondum satis aut in Scholis controversiarum, aut

in Ecclesiâ bellorum, aut extra eam imminetium undi-
que facibus & telis Adversariorum, hætenus fuit! En
verò materiarum abundè in his pagellarum angustiis,
circa quas suum disputaturiacum, suam docentes ope-
ram, ac discentes industriam exercent. Nec aliud meus
hic labor collimavit, quàm ut ab infæctis & inanibus,
quin ipsâ flagrantium animorum intemperie noxiis tan-
dem & exitiosis, Auditores nostros ad graviora atque
utiliora revocarem. Lactabit fortè hæc opella complu-
rium animos desiderio parandi in communem hostem
arma, seque accingendi telis non in civilem aciem, in
fraterna vulnera, sed in dispar genus, in numerosas se-
ducentium phalanges, quorum virus Batavæ Ecclesiæ
corpus indies depalcit & exedit. Tristi enim experien-
tiâ, ab annis compluribus, Præsides rei sacræ didice-
runt, plurimos qui ad hanc animum adjungunt, sic capi
rebus novis, sic imbui quæstionibus ad dissidia natis, ut
imparatum peccus gerant iis armis, sine quibus ludos
Adversarii reddimus. Discunt fraternum certamen ex-
periri posse, quos impares adoriretur infimus in hostium
grege; fumos ventilant, negligunt minaces turbines,
soliciti de inanibus, de gravissimis securi. Hinc Con-
troversia alicujus rogati vel itatum vel momenta, fron-
tem perfricant, professi doctam judicio suo ignorantiam,
magno interim cum intertrimento veritatis, errantium
scenore, adversantium tripudio, & causæ Orthodoxæ
dispendio. Cui malo, quod videbam cotidie integræ-
scere, ut obviarem sollicita me pridem cura tenuit, ex
quo sacra hæc studia meæ quoque fidei crediderunt hu-
jus Academiae Patres, Vestrisque adscriptus civibus fui.
Nec nisi parcissimè, & invito mihi ac sollicitato, scripto
autem nunquam, contigit momenta eorum librare, in
quibus Theologiæ nostræ proram & puppim Fratres non-
nulli constituebant.

Ut verò Amplissimis vestris Nominibus hunc Elen-
chum inscriberem, fecit cum spectata erga me volun-
tas Vestra, tum conjuncta deinceps cum Principe, cum
Proceribus studia, ut sepultis quæ domi natae Contro-
versis, tractentur illæ solummodò quibus evalescant
sensim nostra vulnera, altiora Bestiæ insigantur, coër-
ceatur error, veritas propagetur, ampliètur Christi re-
gnum, & magni fiat in Gentibus Nomen Domini. Va-
lete Viri Magnifici, in Reipublicæ, Ecclesiæ, Academiae,
Familiarumque vestrarum certissimam salutem. Dabam
è Musæo meo, ipsis *Idib. Febr. calendo Gregor.* Antio Ætæ
Vulgaris MDCLXXVII.

EPISTOLA DEDICATORIA

Ante Elenchi Ejusdem Editionem Alteram.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

D. CAROLO,
D. G. HASSIÆ LANDGRAVIO, PRINCI-
PI HIRSFELDÆ, COMITI CATTI-
MELIBOCI, DECIE, ZIGENHAI-
NÆ, NIDDÆ, SCHAUM-
BURGI &c.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

Perpetuam Felicisatem.

Non fuit causæ satis, PRINCIPES MAXIME, cur hanc
Opellam Augusto Tuo Nomini nuncuparem, quod
fortè anno superiore, quum Te Orbis Emporium ad
breve tempus deliniret, me propitio vultu ac gratiosis-
simis vocibus susceperis. Et memor eras ejus temporis
quo Te Principem Juventutis, in ætatis Tuæ tyroci-
nio, omniumque quibus nunc fulges virtutum incuna-
bulis, in Regiâ Tuâ salutaveram. Duo autem sunt,
quæ metum mihi omnem adimunt, ut ne malam gra-
tiam inivisse judicer. Alterum est, commendata his in
chartis WILHELMI VI. Genitoris Tui eximia pietas,
quâ etiam Parentem vincis, in conciliandis Evangeli-
corum animis, & apponendo malagmate illi ulceri,
quod

quod non inveterascit nisi in commune nefas. Alterum verò est ingens illud & magnificum, quod nuper ad cumulum Tuæ commendationis accessit, & quo strepit ultimus Orbis Reformatus, profuisse tot miseris, quos extorres patriis finibus, perque deserta & sylvas palatos, in gremium Tuarum Ditionum excepisti, donastique civitate, & ἀουλίαι quodam jure. Transmitti hæc silentio, SERENISSIME PRINCEPS, inornata chartis nostris minimè debent, licet non ita magnificè unquam de hac Tuâ clementiâ dixerimus, quin verba futura sint imparia tantæ beneficentiæ, & isti in rem Reformatam studio, quo ejus utilitates & damna in commune reputas. Hæc SERENISSIMO Tuo Nomini gloriam immortalem parient, Hassiæ Tuæ Securitatem, Populis Tuis dies gratiores, Augustæ Soboli læta incrementa, Tibique longa felicitis ævi spatia. Lugduni Batav. v. Kalend. Majas Greg. Anno Vulgari c1d13c lxxxvii.

Serenitatis Tuæ Devotissimus Cliens,

FRID. SPANHEMIUS FR. F.

EPISTOLA DEDICATORIA

Antebreviorem Introductionem ad Geographiam Sacram.

VIRO ILLUSTRIS ET AMPLISSIMO,

CASPARI FAGEL,

PRIMARIO HOLLANDIÆ MINISTRO,

FRID. SPANHEMIUS F. F.

S. P. D.

PARùm opportunè factum à me esse videbitur, FAGELI Amplissime, quod distento Tibi tot tantisque curis, omnique studio in publicam rem incumbenti, temerarius obstrepam, ac tricas penè nostras objiciam. Nec enim ad has vel oculis hauriendas Tibi tempus est, neque sunt hujusmodi ut patrociniò Tuo, quod certatim omnes ambiunt, magnoperè indigeant. Ea tamen vivimus tempora, quibus nihil non dente mordetur invidio, ut quicquid moliare officiat quorundam luminibus, ac nullo effugere pacto livorem possis. Tu in paucissimis unus es, VIR MAXIME, qui invidiæ fines non auctoritate modò dignitatis, sed & meriti spatio ac mensurâ virtutis reliquisti. Ego inter illos sum, quorum vertere in laudes suas contumeliam iniqui censores sæpè solent:

Culparem status & Polyclete tuas.

Vici tamen hæc tunc animo quicquid hujus mali est, vincamque porrò, fretus Tuo, secundum Deum, fretus Procerum quibus in me imperium est, de me meisque judicio, testatissimo fanè suprâ quàm vel concepisset votis. Ac gestiebam pridem referre Tibi quoque in publico gratiam, sed pudor obstabat. Commodum tandem hoc mihi subnatum est Opusculum, quod quia Orbem omnem Veterem repræsentat, Tibi præprimis debetur, eundem capacissimâ mente complexo, atque operanti illi Reipublicæ, quæ per omnes Orbis partes nomen suum potentiamque diffudit, ac Christi vexillum in novis etiam Orbibus erexit. Cujus Tu, FAGELI Perillustri, dùm momenta omnia libras, consiliorum velut arbiter, & administer maximarum rerum, vel hinc animi Tui, qui solus hominem constituit & ostendit, magnitudinem æstimamus ac metimur. Suspiciebamus fanè pridem, quantum ingenio, quantum doctrinâ poleres, sed & quantum pietate, compendio omnium virtutum, non ad superstitionem illâ aut in simulachrum compositâ. Quid in Literis, in Foro, in Curiâ posses, uno omnium ore prædicabatur. Ex quo verò admotus es summæ rei, tuis cumprimis curis assertæ nuper ac restitutæ, intelleximus demùm humanum Te modum excedere, ac quàm verè Tibi sint πολλοί ὀφθαλμοί, quemadmodum & πολλὰ ὄτια, ex præscripto Xenophontis. Perge sic, VIR EXIMIE, rem Batavam augere, juvare

literas, disciplinas promovere, favere sacris nostris, tueque innocentiam, ac ruenti in sua fata, conjuratis & scriptis & studiis, Ecclesiæ salutaribus consiliis succurrere. Sed neque vota unquam nostra præcipiti aut immaturo fatò destitue, huncve amare hominem define. Lugduni in Batavis, prid. Kal. Mart. Greg. Anno Dionys. c1d13c lxxxix.

EPISTOLA DEDICATORIA

Ante Introductionis Historicæ Editionem Primam & Secundam.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

D. CAROLO,
DEI GRATIA COMITI PALATINO AD
RHENUM, S. R. I. ARCHITHESAU-
RARIO ET ELECTORI, DU-
CI BAVARIÆ &c.

Domino suo Clementissimo.

REDIT ad Te, DOMINE, ELECTORALI hodie Trabem fulgentem, sed redit adultior, & convenientiore habitu, Introductio hæc qualiscunque mea, quæ in primo sui ortu, magis exucca neglectaque, HÆREDEM Te tantæ Dignitatis in sui patrociniò appellaverat. Et quas tum causas habuerim nuncupandi SERENISSIMO Tuo Nomini hanc Tabellam sacræ vetustatis, hoc fluctuantis, nec mergendæ tamen, Ecclesiæ Speculum, has Christianorum Principum Imagines, quorum Tu genus à CAROLO M. ducis, ac mensuram virtutibus implet, quæ etiam nuper accesserint, quum subirem Tua limina, Tuos vultus, interest sanè & meâ, & publicæ rei, compendio referam.

Fuit Diogenis Pythagorici quoddam effatum, Sto bæo prodente literis, Tria desiderari in legitimo Principe, nimirum ut *Belli Dux sit*, ut *Judex*, ut *Sacerdos*. Nec in obscuro est, Principatui adjunxisse Sacerdotii jura Ægyptios, Æthiopes, Persas, Indos, Syros, Phœnices, Amphictyonas, Lacedæmonios, Delios, Cappadoces, & quicquid propemodum fuit cultiorum Gentium, ne Romana exceptâ quæ eosdem & Cæsares & Pontifices vidit, uti eosdem & Asiarchos & Sacerdotes. Quin & fuerunt ea Reipublicæ Judaicæ tempora, quando summa rerum penes Pontifices fuit, quemadmodum translato ad Maccabæos Imperio summum illi Sacerdotium accessit. Benè tamen ac sapienter instituit cum Judæorum tum Christianorum supremus Legislator, ne vel Thurbulum Reges, vel Principatum Pastores Ecclesiæ suæ capesserent. Adeò res diversissimas esse voluit, & (quod Synesius hac in causâ dixit) ἀσυγκλάωτος ἢ ἀσωσίπλις, Imperium & Sacerdotium, Dominium ac Ministerium, Sceptrum & Pedum, Thronum & Suggestum, coercendi & suadendi munia, τῶ Πολιτικῶ ἔργῳ ἢ τῶ Ἱερωσύνῳ. Et si quod res est ingenuè dicimus, verè tum in Ecclesiam Venenum infusum est, quando sustulerunt se Regio factu Christiani Sacerdotes, sibi que non assuetæ aut natæ ad sceptrum manus Throni, Hierarchiæ, Tribunalis, Jurisdictionis, Potestatis, atque Principatûs jura vindicarunt,

Esdras cum quondam Populo jura dixit, & idem Interpres Solymâ Legu in urbe fuit.

Nempè ad potestatis internæ tribunal rapuere quæ externi imperii, spiritualium obtentu in sæcularia invasum, & τὸ ἱεραρχεῖν conversum in τὸ ἱεραρχεῖν, ac Ministerii officium in Magisterii dignitatem. Quæ labes per Romanos Pontifices primùm, tollentes se superbo vertice, & æstuantem angusto quasi limite Mundi, à Sæculi VII. temporibus irrepit; major indulgentiâ Pipini, Caroli, Ludovici, qui non Tæpejum modò Pontificem, sed & inferiores Episcopos gladio cinxerunt, & Sacerdotio adjunxerunt Principatum, hodieque in Germanis Antistitibus conspicuum.

Neque tamen sic divisit munia Legislator, ut alterum alte-

alterius sollicitudini, ut Sacerdotes Principum imperiis, aut res quæ ad Ecclesiam & Religionem attinerent horum curis atque administrationi eximerentur. Quanto enim arctiore vinculo colligantur Pietas & Justitia, Religio & Securitas, reverentia Numinis & illa Principum, pacis Divinæ sensus & Humanæ studium, felicitas Animorum & altera Societarum, tanto impensiore curâ incumbendum est Majestati, ut Sacra ex Dei Christique instituto ritè ac sollicitè peragantur. Estque hæc princeps omnium cura, in Terrarum Dominis, Imperiorum quædam basis, hæc parens tranquillitatis, hæc virtutum sæcunda mater, hæc vitiorum quæ stant in præcipiti profligatrix, hæc calamitatum Dea averrunca, hæc alumna felicitatum, hæc solatium bonarum mentium, uti est malarum frænum, ruentiumque in commune nefas fortissimum repagulum. Neque sanè lætiores unquam res Ecclesiæ fuerunt, nunquam ea aut meliùs constituta, aut fortiùs defensa, aut feliciùs repurgata, vel administrata pacatiùs, quàm quo in majorem illa Principalis sollicitudinis partem advocata fuit. Et si quid inducere unquam valuit justitiam in Tribunalia, concordiam in Societates, disciplinam in Familias, religionem in Sacramenta, subjectionem in Cives, officiorum memoriam in Singulos, consensionem denique in Sacra & in Sacrorum administratos, una est cura Pietatis in illis penes quos est auctoritas Regiminis.

Nec rei hujus, SERENISSIME PRINCEPS, fidem faciam ex Annalium Ecclesiæ utriusque vetustate, neque jam assurgam ad Regni Judaici, vel ad Christiani Imperii meliora tempora. Nihil memorabo hoc in loco Constantinos, Gratianos, Theodosios, cæterosque felices recordationis Principes, qui relictis Sacerdotali ministerio τῶν ἐν τῷ Ἐκκλησίας, seu quæ intra Templum sacra conficiuntur, vel quæ ad forum interius spectant, sibi ut peculium quoddam servavere τὴν ἑποικίαν, seu ἐφεσίαν interprete non semel Philostorgio, τῶν ἐν τῷ Ἐκκλησίας, seu quæ extra Templorum (id est functionis Sacerdotalis) ambitum constituta, pertinerent ad forum exterius, ad externam Ecclesiæ constitutionem ac gubernationem. Quo potissimum nomine, pari eam Cæsaribus prioribus appellatione, sed dispari instituto, additus Constantino & Successoribus Pontificis Maximi Titulus, quem deinceps Gratianus, ne quid Ethnicæ superstitionis adhæret, re servatâ, prudenter abiecit. Et convenientior utique appellatio ὑπερεπιστοπῆς Superinspectoris, vel Episcopi Episcoporum, quâ & Constantinus, & postea Carolus, uterque verè Magnus, insigniti fuisse memorantur. Hæc & id genus alia, ex Archivis Ecclesiæ Veteris deprompta, nec patientiæ Tuæ, nec hujus angustiae argumentum esse convenit. Illud mihi multo maximum est, fuisse in hac temporum senectâ, ævum nuper labebatur, & fuisse in Majoribus quidem Tuis, adlietissimâ tunc Ecclesiâ, ac turbatissimis rebus, eum omninò Principem, qui, non magnitudine Imperii sed curâ Religionis, supergressus est ævum omne prius, ac demùm ὑπερεπιστοπῆς perfectissimam imaginem venturis ætatibus exhibuit.

Cogitas hoc ipso, CAROLE PRINCEPS, Atavum Tuum, FRIDERICUM re & nomine Pium, nullis Palatinæ, nullis Belgicæ Ecclesiæ tacendum Memorius. Simul ille Septemvirale in folium ascendit, simul descendit ad omnes curas, quæ, non in Principe sed in Episcopo, desiderari unquam poterunt. Nec gravior aliud ad extremum vitæ spiritum sollicitâ mente agitavit, quàm si quâ ratione possent Ecclesiæ emendari, zizania radicitus evelli, controversiæ minui, lites dirimi, concordia servari, turbulenta ingenia in ordinem cogi, errantes in viam revocari, contumaces plesti, rudes Catechesibus institui, Ministerium S. Doctrina, Disciplina, Ritus, Ordo omnis, ad normam Apostolicam constitui, aut in rebus mediis ad convenientiorem ingenuis & moribus Ecclesiarum suæ Ditionis formam, quæ sunt magni Altingii voces. Quâ in omni re non suos modò Theologos, Dillerum, Olivianum, Bequinum, Fremellium, Junium, Dathenum,

Tom. II.

Ursinum, Heideum, Tassinum, sed & locorum intercapedine disjunctos, ac procul agentes, Melancthonem, Martyrem, Musculum, Sadeelem, novasque tum Gallicanæ Disciplinæ constitutiones, in consiliorum societatem adhibuit. Ejus verò uti sanctissima alia, & admiranda, sic in Belgicis speciatim Ecclesiis merita, nihil attinet hoc in loco commemorare: submissis videlicet qui laborantes juvarent, adlietas erigerent, & consiliorum atque officiorum communione Palatinis Sororibus conjungerent, receptis etiam in paternum quasi sinum qui se Inquisitorum sævitiae subduxerant, adscriptisque Heidelbergæ, Schonaviæ, Francothali, & in vico S. Lamberti Ecclesiis, quæ in hunc istic diem colliguntur. Ne dicam auxiliarem Exercitum à FRIDERICO acceptum, & in Belgium deducendum, quem GUILIELMUS Auriacus, vindex libertatis, Albani cruentis molitionibus opponeret.

Equidem ut Scripturarum fuit scrutator assiduus FRIDERICUS, ita quoque Sacrarum Antiquitatum studiosus indagator, & observator prudens antiqui moris, in Constitutionibus Ecclesiasticis fanciendis, Pastoribus præficiendis vel removendis, Clero in officio coercendo, Hæresibus profligandis, Controversiis sopiendis, præcavendis Schismatis, convocandis moderandisque Synodis, Canonibus & judiciis Synodorum cognoscendis, Appellationibus Clericorum admittendis, aut Scholis Christianis erigendis, dotandisque. Ad piæ hujus matris exemplum suas Ecclesias, Scholas, Clerum omnem composuit FRIDERICUS Septemvir, editâ Constitutione Anno MDLXIII. supergressus ut sapientiæ prudentiæque, ut infusæ pietatis, sic invicti animi laude, modum humanæ admirationis. Adeò major se ipso visus est, quum à Flaccianis circumventus, ac penè jam oppressus, frigidam suffundente Contareno Cardinale, unus ille, in Comitibus Imperii Anni MDLXVI. audiente stupenteque Cæsare, impendenti Reformatis ruinæ caput subderet, ac turbulentissimæ tempestatis impetum, conjuratamque in se penè omnem Germaniam incredibili constantiâ & fortissimis ad Maximilianum vocibus sustineret: *Ed se ero-Entum cause fiducia, ne, re ita exigente, in medio Urbis Augustanae foro (quod amplissimum erat) causam dicere, & Cives universos judices appellare non dubitaret: Cæsarem se respicere, Dominum agnoscere, ac in iis qua ad Religionem attinerent non alium præter Dominum Dominantium ac Regem Regum: Non jam agi de capite, sed de salute ejus Anima quam unus ille sibi vindicaverat, qui redemptam proprio sanguine custodiendam isti Capiti credidisset: Calvinum, quod sibi vitio verterent, nec vidisse unquam scripta, nec legisse; Catechesim verò, auctoris nomine ad interdictionem vocaretur, non ex humanis sed ex Divinis constructam esse verbis, perpetuo margini adscribendis: Quod antea, & sepius, ac in ipso Septemvirali Convocato, ultro obtulisset, iterum se contendere, devotis quidem à Cæsare Majestato, fraternis autem à reliquis atque amicissimis precibus, ut se erroris, si in aliquo forte versaretur, ex Dei Verbo arguerent: Adesse volumen Bibliorum (adhibat nempe Casimirus Filius manu gestans) ex quo si vel Cæsari, vel Principibus visum esset revocare errantem, id verò summum se beneficium loco habiturum esse: Sin minus, conscientia non ultra vim admoventur, quod nec fecisset Ferdinandus in Convocato Francofurtano Anni MDLXII. De casero, si verremis, & fluvis contra se omne excideret, pensaturum esse melioribus ac duratioribus Numen, esseque*

— pato penas, quanto meruisse, minus.

Hæc FRIDERICUS ille Tuus, cui debet secundam Deum Palatina Ecclesia Reformationis opus, tot profugæ Ecclesiæ factum Asylum, per Germaniam reliquæ jus Augustanæ societatis, Batava suas Catecheses, suos in Hostem animos, Leyda nostra solutam obsidionem priorem suppetis per Filium missis, Gallicani costus suam libertatem inde ab expeditione Casimiri, Scholæ Versionem S. Codicis Tremellianam, Syntagma Confessionum quam moriturus Princeps Testamento suo insignem inferuit, ac Tu, DOMINE, post CASIMIROS, FRIDERICOS, CAROLOS LUDOVICOS, carum virtutum domesticum exem-

Ffff

plar,

plar, quarum hodie spirans Imago es, ac illius virtutis quam maximè quæ reliquarum in Atavo illo Tuo summa fuit & compendium.

Nihil auribus, DOMINE, nihil Tuis in me beneficiis, & novissimis illis, dederò, veritati omnia, si dixerò redditum in CAROLO Fridericum III. non minùs Cœlestis Animi quàm augustæ Dignitatis ex asse Hæredem, Delicias Palatinæ Gentis, Solatium Ecclesiæ, Piorum desiderium, sacrarum Literarum atque humanarum, quas inter natus juxta & educatus es, grande decus ac præsidium, addam REGIÆ CONJUGIS, cujus

*Es Genus, & nivei mores, & lumina, fronsque
Par animo, flamma causa fuere Tua,*

Ζῆλον ἢ ψυχὴν. Simul atque, consecrato suprema die CAROLO LUDOVICO, redditum Te vidisti avito Solio, ac subditis Tuis, non Principis solùm sed & Sacerdotis animum ostendisti, ut quondam ad Theodosium Augustum Leo Romanus, dùm ante omnia incubuisti in hanc curam, ut redderetur Deo quod Dei est, constaretque sua Religioni sanctitas, suis Sacris honos, sua Precibus reverentia, sua Doctrinæ à majoribus acceptæ integritas, uti sua Sabbathis religio, cœtibus sui Pastores, ac Pastoribus stipendia, suum denique pietati præmium, impietati scelerique supplicium. Quod verò in arce ponendum est, prævivisti non Edictis tantùm sed etiam factis, non auditum illud *Ite*, sed *Venite* Cives mei, ac medias inter curas Terreni regiminis Cœlo superisque vacare observatus es, & Deum in consiliorum omnium præsidium adhibere, assiduis precibus fatigandum, appellandum in adversis, laudandum in prosperis, in omnibus futurum Sacram anchoram, juxta Tuum illud, SUSTENTAT.

Scilicet in vulgus manant exempla Regentum,
& quod Emblemate quodam PHILOTHEUS Tuus expressit, *Dum splendens*, gratiâ ac virtutibus Principes, & omnia splendens.

Quid jam referam decora reliqua laudum quæ Thuanæi Annales in FRIDERICO, nos in CAROLO suspicimus, quem *integritate, liberalitate, humanitate, beneficentiâ, nulli suorum temporum inferiorem Principem* pari concentu vocum effert omnis Ordo, clamant omnes subditi Tui, quibus veluti lucem, animam, spiritum reddidisti, post tristitia formidolosissimi temporis nubila, & longam noctem, sed Sole redituro. Ut quod in Memnonis statuâ *Symbola* verè *Christiana* effinxere, ubi Solis radiis incaluerat, solutâ in suavem modulatus, ac subsiliente veluti gaudio, id ipsum, postquam verni instar Solis affulxisti, in Aulâ, in Curiâ, in Musis, in Civibus, in Agris ipsis frugibusque, his meis oculis adspexisse me nuper lætâ recordatione gestiam, quum ad Hartum in Nemetibus primò, hinc Francothalensem intra Arcem, tandemque ad Nicri Rhenique ripas Tua Regna salutarem.

Ac quàm Sereno vultu, quàm blandis vocibus, quantisque, PRINCIPUM DECUS, Clementiæ argumentis exceperis advolutum me ELECTORALI Solio Tuo, & in interiora etiam animi Tui admissum, uti quotquot TE Palatini circumstant, sic quod pectori meo appendi voluisti munificentiæ Tuæ Insigne, additis honorum Titulis, & *Consiliariis* in negotiis apud Celsissimos Ordines gerendis dignitate, prolixè testantur.

Quæ cum ita sint, SERENISSIME PRINCEPS, non indignaberis, scio, suspendenti Tuo in Sacrario, devoto cultu, Ecclesiæ has utriusque origines, has Historiæ Sacræ amoenitates, quia Tuas, quia ad Nicrum mihi primùm natas, quia consecrandas TIBI uni, gratâ Beneficiorum significatione, dùm consecras curas omnes Tuas pacandæ in pacatâ Republicâ Ecclesiæ, hinc consiliis Tuis ab extraneo milite, illinc ab errorum infelice lolio, ac factionum improbis studiis, Tuis constitutionibus securæ. Addat Deus Opt. Max tantis muneribus perpetuitatem, faxitque ut magnorum illa SOBOLES REGUM, quam sacro TIBI fœdere junxisti, sit & *paritura Reges!*

Lugd. Batav. Kal. Mar.
tius Greg. A. Vulg.
clō 16 cxxxiii.

ELECTORALIS TUÆ SERENITATIS
Devotissimus cliens,

FRID. SPANHEMIUS FR. F.

EPISTOLA DEDICATORIA

Ante Alterum Ejus Introductionis Tomum.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

D. FRIDERICO

D. G. MARCHIONI BRANDENBURGICO, ELECTORALIS DIGNITATIS HÆREDI, MAGDEBURGI, BORUSSIÆ, JULIÆ. CLIVIÆ, MONTIUM, STETINI, POMERANIÆ, CASSUBIORUM, VANDALORUM, CROSNÆ IN SILESIA &c. DUCI, BURGGRAVIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI MINDE, ET HALBERSTADII, COMITI MARCÆ ET RAVENSBERGI, RAVENSTEINII DOMINO, &c.

Domino suo Clementissimo,

FRIDERICUS SPANHEMIUS F.

EA fuit divæ MATRIS TUÆ erga me facilitas voluntasque, tum maximè quum in ipso limine Æternitatis posita meos affatus ductusque in certissima solatia, ego verò suprema divinatque animam agentis voces exciperem, ut vel recordatio charissimi TIBI NOMINIS factura sit mihi, paupertini licet ingenii fœtum offerenti, haud difficilem aditum. Sed ea est insuper cum Optimi, post Principes natos, atque Invictissimi PATRIS TUI, erga Spanhemios benignitas clementiaque, tum admiranda communitas Tua, è tanto licet rerum humanarum fastigio nostra omnia despicias, ut intrepidus ad pulvinar Tuum adrepere sustineam. Quin imò lætus ac gratulabundus sacrarium Tuum subeo, PRINCEPS SERENISSIME, expressurus non mea modò, aut Batavici hujus, sed & totius Reformati Orbis vota ac desideria, postquam, recreatus Tu novissimè ex accipiti morbo, nostras omnium spes deinceps erigis, & in gaudia restituis. Equidem post Germaniæ illum Nestorem, in quò simul tot Ajaces, nec Mars belli communis unquam, ubicunque imperat, PARENTEM dico Tuum, Republicæ simul laborantis ac dissolutæ Ecclesiæ tutamen, solamen tot miseris, tot perfugium oppressis, & necdum contracti furoris frænum, in TE, FRIDERICE, secundum Deum immortalem, addam in Oculo Fœderatæ Belgicæ, qui penè reliqui estis afflictissimis rebus, præsidium omne nostrum est. Inest animo Tuo omnis imago ejus Genitoris, sub quo eductus eruditusque es, & cujus fortitudini, magnanimitati, prudentiæ, sed quantam vix ejusquam mens aut cogitatio capiat, adjudicantis præcipuè Imperii, & in eo Christianæ rei salutem. Spirat in TE BRANDENBURGICUS simul & AURIACUS sanguis, cujus virtute stat res Reformata, stabitque tam felici huic auspicio, quàm sinistro iis per quos jura omnia divina atque humana conculcantur. Imperatoriam virtutem censēs, obsequi non animo sed æquitati, non bella gerere aut proferre fines Imperii, quo sensu omnium quas adierat Gentium latronem Alexandrum Scythæ dixerunt, sed tum demùm acies instruere quando aut fœderum jura, aut fortunæ subditorum, aut oppressa Religio, jubent. Neque bellicas & ambitiosas artes decere solas Principem existimas, verum etiam doctas & ingenuas, quibus mitefcant populorum animi, fugetur asperitas, excolantur ingenia, floreat disciplina, ipsaque vindicetur ab oblivione Imperantium virtus, sepelienda absque iis æternâ nocte. Quò fit ut non sagatæ tantùm aut pilo, vel hastâ, vel gladio minaci turbæ, sed & togatæ palliatæve, detur in penetrabile Tuum accessus, cumprimis etiam Sacrorum Interpretibus, quos non audis tantùm piis auribus, sed & adspicis propitio vultu, modò tales sint quos magis admireris cum videas, quàm cum audias. Indè futuri augurium agimus, & si modo Sospes humanæ vitæ Deus, Tutator Principum, ac malorum Depulsor, permittat Maximo PATRI Tuo, longioris senectæ usuram, TEQUE ex asse HÆREDEM & morbis & insidiis hoc ætatis TUÆ flore ac robore subtrahat, servetque tot

tot nexibus Utrique conjunctum AURIACUM; corrigentur ita res inclinatae Reformatorem, opprimetur flamma latius in dies populata, eludentur captiosae Societatis consilia, erigentur collabentes passim animi, ac consignabitur duraturis monumentis, adfuisse percuncti Ecclesiae suae Numen, *sufficiensque manus, efficiensque viam.* Lugduni Batavor. vi. Kal. Sextil. Gregor. A. Ærae Vulg. c13 13c LXXXVII.

INSCRIPTIO DEDICATORIA

Ante Introductionis Eiusdem Historicae Editionem Tertiam.

AUGUSTO. BRITANNICO. GUILIELMO. IIII. MAGNÆ. BRITANNIÆ. FRANCIÆ. ET. HIBERNIÆ. REGI. VERÆ. FIDEI. DEFENSORI. PIO. FELICI. MAGNANIMO. SEMPER. INVICTO. ARAUSIONENSIVM. SUPREMO. PRINCIPI. FOEDERATÆ. BELGICÆ. HÆREDITARIO. GUBERNATORI. REFORMATÆ. ECCLESIAE. STATORI. AC. CONSERVATORI. SUPPLICIS. IN. AUXILIA. BRITANNIÆ. CONCVLCATÆ. GALLIÆ. ADFLICTÆ. ALLEMANNIÆ. RUINIS. SUIS. CONTUMULATÆ. BELGICÆ. EXITIO. SUO. PROXIMÆ. TOTIUSQUE. PENE. OPPRESSÆ. EUROPAE. EXORATO. COELITUS. OPITULATORI. SOTERIQUE. PARATÆ. SERVITUTIS. HUMANO. GENERI. MALORUMQUE. INCUBANTIUM. DEPULSORI. ET. AVERRUNCO. CONSTUPRATÆ. TOTIENS. FOEDERUM. ET. SACRAMENTORUM. RELIGIONIS. PROFANATÆ. TEMPLORUM. PULVINARIUM. SEPULCHRORUM. DIVINI. OMNIS. HUMANIQUE. JURIS. SANCTITATIS. VINDICI. ET. ASSERTORI. SALUTIS. PUBLICÆ. LIBERTATIS. LEGUM. JUDICIORUM. PACIS. DENIQUE. AC. FELICITATIS. RESTITUTORI. PRINCIPI. VERISSIME. A. DEO. DATO. NON. IN. FLAGELLUM. SED. IN. SPEM. AC. SOLATIUM. UNIVERSORUM. ORBIS. PHOENICI. EX. FUNERIBUS. AC. BUSTIS. FUNCTI. PATRIS. JACENTIS. ECCLESIAE. FUMANTIUM. TOT. PROVINCIARUM. DIVINITUS. IN. LUCEM. EDITO. VERE. POSTUMO. AUGUSTO. HERCULI. PACIFICO. OMNIUM. AMORI. ATQUE. INSTAURATORI. PRISTINÆ. SECURITATIS. ECCLESIAE. NON. JAM. PRIMOGENITO. SED. PATRI. AC. VERIUS. QUAM. DE. PROFANIS. PRINCIPIBUS. DICTUM. IMPERATORI. FIDELIUM. PIETATIS. CONSERVATORI. FIDE. AMORE. MANSUETUDINE. CLEMENTIA. JUSTITIA. TEMPERANTIAQUE. CHRISTIANISSIMI. COGNOMEN. PROMERITO. EX. VOTO. JULII. II. PONT. M. A. GALLO. AD. ANGLUM. JAM. OLIM. TRANSFERENDUM. GUILIELMO. NON. TAM. CONQUESTORI. QUAM. LIBERATORI. AC. REPARATORI. TEMPORUM. CONJUNCTURO. RARA. SOCIETATE. LIBERTATEM. ET. REGNUM. DUM. ALII. TYRANNIDEM. ET. SERVITUTEM. POST. INAUDITAM. ANTE. EXPEDITIONEM. INTER. ANNI. DEFICIENTIS. PROCELLOSI. OCEANI. SYRTIUM. VADORUM. LITORUM. INSIDIARUM. TOTIUSQUE. HOSTILIS. APPARATUS. CERTISSIMA. DISCRIMINA. PERCUSO. REGE. UTROQUE. REI. MAGNITUDE. INTRA. PRIMUM. AB. ADVENTU. MENSEM. NON. SUBACTAM. ANGLIAM. SED. ULTRO. SESE. TUTELARI. SUO. SUBJICIENTEM. ADMINISTRATURO. MOX.

PROPERANTIBUS. VOTIS. PARI. CONCORDIA. UTRIUSQUE. DOMUS. REGNARE. COMPULSO. REGUM. MAXIMO. IN. QUO. SUMMA. QUÆ. ETIAM. IN. MAGNIS. MEDIOCRIA. ET. DE. QUO. TACERE. PRÆSTET. QUAM. DICERE. QUÆ. DE. ALIO. QUOQUE. PRINCIPE. DICI. POTUISSE. VIDEANTUR. REDDITURO. CERTE. HUIC. SEculo. CONSTANTINOS. THEODOSIOS. CAROLOS. ÆLFREDOS. VERE. MAGNOS. HANCCE. RESTITUTÆ. TANTIS. PRINCIPIBUS. ECCLESIAE. RERUMQUE. OMNIUM. CHRISTIANARUM. HISTORIAM. GRATA. TOT. BENEFICIORUM. RECORDATIONE. AUGURATUS. GUILIELMO. ET. MARIE. AUGG. NON. REGNI. ÆTERNITATEM. NEC. QUOD. IMPERATORI. SUO. INDI. SEcula. SEPTEM. SED. ÆTATEM. NULLIS. MORTALIS. ÆVI. CLAUSTRIS. QUIBUS. NOSTRA. SOLET. COERCITAM.

D. D. C.

FRIDERICUS SPANHEMIUS
S. Th. D. & Prof. in Acad. Batavâ Primarius.

INSCRIPTIO DEDICATORIA

Ante Introductionis Eiusdem Historicae Editionem Quartam.

ILLUSTRISSIMIS. AC. PRÆPOTENTIBUS. HOLLANDIÆ. WESTFRISIÆQUE. ORDINIBUS. PATRIÆ. PATRIBUS. OPTIMIS. MAXIMIS. ÆTERNÆ. REIPUBLICÆ. OMNIUM. ALIARUM. GLORIAM. POST. TERRARUM. DOMINAM. CONSILIO. ET. ARMIS. TERRA. MARIQUE. DOMI. ET. FORIS. LONGE. SUPERGRESSÆ. SUPREMIS. PACE. BELLOQUE. MODERATORIBUS. AC. DOMINIS. QUI. ASSERTA. LIBERTATE. FIDE. DEFENSA. CIVIBUS. SERVATIIS. QUI. URBIBUS. POMOERIIS. OPERIBUS. CULTU. AMPLIATIS. ORNATISQUE. MOIBUS. ATQUE. AGGERIBUS. CONTRA. VIM. ADLUENTIUM. MARIUM. LARGISSIMA. PROVISIONE. JACTIS. HOSTILIUM. ARMORUM. IMPETU. SEMPER. FORTITERQUE. REpresso. QUI. PATRIA. EX. SUMMIS. PERICULIS. AC. DIFFICULTATIBUS. FELICITER. EXPEDITA. COLLAPSI. REBUS. ADMIRABILI. CELERITATE. NON. RESTITUTIS. TANTUM. SED. ET. AUCTIONIBUS. ET. OCCIDUI. ORBIS. OPIBUS. INTRA. EMPORIA. VESTRA. CONGESTIS. INCOLIS. BEATIS. EXTERIS. UNDEQUAQUE. EXIMIA. LENITATE. BENEFICIIS. PRAEMIIS. INVITATIS. OPPRESSIS. TECTO. DOMO. ANNONA. LIBERALITER. ADJUTIS. ET. IN. PATROCINIUM. SUSCEPTIS. QUI. DENIQUE. ECCLESIAE. SACRARIO. ÆTERNA. LEGE. FIXO. PALLADI. ÆDE. PROPRIA. STRUCTA. EFFECISTIS. INCREDIBILI. FIDE. PIETATE. FORTITUDINE. PRUDENTIA. DEO. TER. OPT. MAX. PROPITIO. UT. SIT. HOLLANDIA. COELI. GRANDE. MIRACULUM. MUNDI. STUPOR. DESIDERIUM. POPULORUM. SUBDITORUM. AMOR. POTENTISSIMORUM. HOSTIUM. TERROR. EUROPAE. OCELLUS. FOEDERATÆ. CAUSÆ. TUTAMEN. BELGICÆ. TOTIUS. DECUS. AC. PRÆSIDIUM. VOBIS. SANCTISSIMARUM. LEGUM. AD. PIÆ. ANTIQUITATIS. SACRORUMQUE. RITUUM. NORMAM. SUMMIS. CONDITORIBUS. MUSARUM. ALTORIBUS. MUNIFICENTIS. ACADEMIÆ. LUGD. BATAVÆ. ÆMULAS. QUASVIS. SPLENDORE. NOMINIS. SUI. SAPIENTIÆ. FAMA. DISCIPLINARUM. OMNIUM. CULTU. ORBE. TOTO. PROVOCANTIS. PATRONIS. CLEMENTISSIMIS. HOCCE. SACRÆ. ANTIQUITATIS. BREVIARIUM. MAJORIS. OPERIS. PRÆLUDIUM. IN. USUS. ACADEMIÆ. ECCLESIAE. STUDIOSE. JUVENTUTIS. BATAVÆ. PRO. DE. MANDATA. SIBI. AB. ACADEMIÆ. PATRIBUS. SUB. VESTRIS. AUSPICIIS. SINGULARI. PROVINCIÆ. SCRIPTUM. ADORNATUMQUE. EA. QUA. PAR. EST. ANIMI. RELIGIONE. ET. IN. DOMINOS. FIDE. ATQUE. OBSEQUIO.

FRIDERICUS SPANHEMIUS. F. F.
Acad. Lugd. Bat. Professor. Primarius,
Sacrum Facit Kal. April. Greg. MDCXCIV.

F I N I S.

Fffff

I N.

I N D E X RERUM PRÆCIPUARUM

His Libris Decem Miscellaneorum Sacræ Antiquitatis
comprehenfarum.

A.	
A aron Princeps Saracenorum, acerbissimus Tyrannus & in Christianos infensissimus.	804
Abbatia qua fundata à Rege Lucio?	392
Abbo Floriacensis sub finem Sec. X. epitomen de Vitu Pontificum edidit.	588
Abeffini cur coram Rege sedent?	928
Abgari Reges Christiani fuerunt.	417
Abgarus Vir Sanctus Edessa regnavit.	402
— Rex Christianus, & in amicitiam receptus à Gordianis.	421
Abrahami posterius quas sedes incoluerunt.	35
Abraham Zachut, auctor libri Juchasin.	633
Absolutio in Anglicana Ecclesia olim non fiebat absque previa in publico pœnitentia.	1282
Abstinencia à pollutione super mortuis cuius rei figura.	167
Abulfarajus Georgius, vide Georgius.	
Achrida seu Justiniana Prima, Metropolis Bulgaria.	503
Acolythi qui erant?	1209
Acolythus quo ritu consecratur?	894
Acropolitæ Constantinus, vide Constantinus.	
Acta publica apud Romanos cur in are vel in marmore ac lapideis tabulis scripta?	107
Acta Apostolorum quando conscripta?	274
Adada contermina est Arabia Deserta.	59
Adamantius Origenes, vide Origenes.	
Adelmus Benedictinus a quo anno Annales exorsus fuit.	572
Adena portus nobilissimus in Arabia Felice.	416
Ado Viennensis auctor Breviarii Chronicorum Seculo IX.	572
Adonia sacrificia an ab Jephtha Filia derivanda?	161
Adonis horti amœnissimi unde originem habere?	1339
Adorare homines se invicem, salutandi mos in Oriente.	840
— denotat qualemcunque cultum religionis cum genuflexione, prostratione &c.	836
Adorandi mos ad Orientem apud Christianos.	918
— Qua ratione nixus	919 &c.
Adulterini cur à Sacris prohibiti?	892
Ædes Matri Deorum sacra Archivum & Nomophylacium Atheniense erat.	1134
Æditui, Custodes Templorum in summa religione habitii.	426
— curam gerebant ludorum solennium in honorem Cesarum institutorum.	ibid.
Ægris cur manus imponebantur?	900
Ægyptii annus unde auspiciati.	1344
— fratrum & sororum nuptias ac furtum toleraverunt.	1346
— omnium gentium maxime superstitiosi.	1352
— serviebant animantibus, Soli, igni &c.	813
Ælfrædus cum patre Romam proficiscitur.	702
Æneas Parisiensis Episc. Jussu Nicolai I. Pontificis scribit librum de Erroribus Græcorum.	533
Æra Tiberii an gemina?	317
— vocationis Pauline à quo tempore deducenda?	326
Ærius cur Schismatis accusatus?	1221
— Cur damnatus?	1147
Æs olim animalium figuris notatum.	84
— appendere, antiquus mos.	87
Æthelwulphus Rex Anglo-Saxonum cur Romanum iter cum Filio suscipit.	702
— quando obiit.	ibid.
Æthelwaldus paternum regnum invadit,	703
Æthiopes deferebant Imperium alicui ex magnitudine & forma.	727
— caput prostratum coram Regibus cur pulvere conspergere solent?	924
— cur coram Rege sedent?	928
— formam Majestatis solum dignam Imperio credebant.	1500
Ætius, Diaconatu abdicato, dicendi partes usurpavit.	1292
Agabus, Monachus Cretensis.	497
Agamemnonis factum circa Filiam Iphigeniam petiitum ex facto Jephtha circa Filiam.	169. 170. 1340
Agatho Agapeti in Rom. Ecclesia non successor.	641
Agobardus Archiep. Lugdunensis laudat Nyssenum.	713
— de Imaginibus Librum edidit.	864
— quando apud Gallos cultus?	867
Agrai, vide Hagareni.	
Aimoinus sub quo floruit?	587
— ad Benedicti III. tempora scripsit.	ibid.
Ajoub nomen Familiis quibusdam proprium.	5
Aistulphus Longobardorum Rex Imaginum cultor quo loco habendus?	768
Aistulphus Rachis successor Ravennatensem Exarchatum invadit.	776
— hunc Stephano Pontifici tradit.	ibid.
— Romam obsidet.	ibid.
Alasteris nomine qui veniunt?	1124
Albania Scotia dicta.	393
Albertus Trium Fontium Monachus scripsit Chronicorum.	586
Albigenses à quibus orti?	863
Albinus Flaccus, vide Flaccus.	
Alcimus Avitus Viennensis Episcopus quando clarus?	204
Alcuinus, vide Flaccus Albinus.	
Alemannus Nicolaus, vir doctissimus, sed Papa nutritus, & Biblioth. Vaticana Custos.	497
Alepo an Hierapolis Syria Cyrretica?	57
— an Epiphania Veterum?	ibid.
Alexander Camus ob Euangelium Lutetia exurit.	1536
Alexander Severus erga Christianos clementissimus.	403
— ob quam causam Christi imaginem in larario habuit.	ibid.
— Alexandrum M. omnibus pretulit.	ibid.
Alexander Episcopus Alexandria primus Arrium exautoravit.	194
Alexander M. semper Homeri poemation secum habebat.	1364
— editio sancit, ne Thebanorum templa everterentur.	1414
Alexandri iconi quid subscriptum erat.	1399
Alexander I. quot annos sederit?	688
Alexandri Piscarni de Cartesio Judicium.	962
Alexandria Metropolis Judæorum habitantium in Egypto.	378
Alexandro Magno Hierosolymam adventanti Danielis forsia à Sacerdotibus ostensa.	1348
Alexandriana qua civitas, & à quo ita vocata.	415
Alexandrini Episcopi qua Jura?	443
Alexandrinus Patriarcha Jura sua non tulit accepta Episcopo Rom.	461
— Episcopus quibus præest Provinciis?	468
Alexandrini conditio miserrima.	807
Ale-	Ale-

INDEX RERUM.

<i>Alexandrino Patriarcha qua subsunt Ecclesie?</i>	503	<i>inbiat.</i>	1342
<i>Alexandrina schola quas praeclaros viros habuit?</i>	1360	<i>— vermibus corroditur.</i>	1343
<i>— Bibliotheca constabat ex septingentis librorum milibus.</i>	1429	<i>Anthonius Frumentius Farelli socius Euangelium Geneva predicat.</i>	1530
<i>Alexius Monefes, Goa Archiepiscopus sub Clemente VIII. navas operam reducendis Nestorianis ad Eccles. Rom.</i>	517	<i>— quando publicam concionem Geneva habuit.</i>	1531
<i>— Aristenus, Epitomator Canonum, Nomophylax dignitate, assertor causa Gracorum.</i>	530	<i>— Sadeel in confessione Gallicana operam egregiam navat.</i>	216
<i>Alfredus Rex de non adorandis Imaginibus preceptum substituit.</i>	862	<i>— Legeris Auctor Libelli de turbis Jesuitarum in Oriente.</i>	510
<i>Alpanta, vallis Damascena nomen.</i>	24	<i>— Florentinus, Sanctis adscriptus, Johanna Papissa testis.</i>	600
<i>Alipia Athletarum Medici erant.</i>	293	<i>— Caracciola quid scripserit de Papa foemina?</i>	664
<i>— cur dicti Unctorum Magistri.</i>	ibid.	<i>Apamenses quomodo Diluvium Deucalionis exprimebant?</i>	410
<i>Alkairum sedes Patriarcha Alexandrini.</i>	503	<i>Apamea Phrygia Combusta urbs ad Maandrum & Marsyam.</i>	424
<i>Allatii sententia de Romana Ecclesia Fundatione à Paulo & Petro.</i>	366	<i>— etiam Syria ad Orontem fluv.</i>	ibid.
<i>Alphonsus Mendefius, Jesuita, Patriarcha Susuonem Regem ad Rom. Ecclesiam perducit.</i>	519	<i>Apocrypha historia a multis in authenticis habita.</i>	46
<i>Amalaricus Episcopus cum Halisgario praefuit Collectioni adversus Nicanam Synodum.</i>	864	<i>— Historia quando prodita?</i>	268
<i>Amalthea cornu quid apud Veteres denotavit.</i>	133	<i>— Lectiones quo tempore fiunt in Ecclesia Anglicana.</i>	1287, 1288
<i>— cur tertia Jobi Filiae tributum?</i>	134	<i>Apocryphi libri quando discreti ab veris?</i>	271
<i>Amazones Africana sita erant ad Tritonidis lacum.</i>	379	<i>Apollini Custodiam Rom. Imperii & Urbis ut ejus Propugnatori commendare solebat Princeps.</i>	431
<i>— Afrana ad Pontum Euxinum.</i>	ibid.	<i>Apollo an Auctor Epistola ad Hebraeos?</i>	239
<i>Ambrosius Mediolanensis Episcopus, quando natus, & denatus.</i>	201, 202	<i>— qualis erat?</i>	ibid.
<i>— Valentiniano per modum libelli supplicis resistit.</i>	1238	<i>Apollo Marsya excoriati cutem suspendit.</i>	424
<i>Amphilochius Iconii Episcopus quando vixit?</i>	196	<i>Apostoli qua litera demissoria apud Jurisconsultos.</i>	290
<i>Amphitheatrum inter Caesium & Esquilinum à Vespasiano structum.</i>	582	<i>— qui dicti apud Gracos?</i>	ibid.
<i>Ammon Rex Lybia in premium amoris Amaltheam regionem praeficit.</i>	133	<i>— qui vocati apud Athenienses?</i>	ibid.
<i>Amoris statua cur in Scholis posita?</i>	1366, 1367	<i>— cur non Angeli vocati?</i>	291
<i>Anrami anni 137 quo modo inchoandi.</i>	96	<i>— qui dicti apud Hebraeos?</i>	292
<i>Ana vel Anna celeberrima civitas in Mesopotamia.</i>	56	<i>— vox varia.</i>	295 & seq.
<i>Anablatha, villa Palaestina.</i>	718	<i>Apostoli cur Legati laterales vocati?</i>	298
<i>Anacletus quot annos sederit?</i>	687	<i>— cur XII. a Christo electi?</i>	299, 300
<i>Anastasi mendacium de Constantino.</i>	765	<i>Apostolorum nomen quid denotat?</i>	289, 290
<i>— opus cur mutilatum?</i>	654 & seq.	<i>— origo unde derivanda?</i>	291
<i>Anastasia nomen cur datum Ecclesia Constantinopolitana?</i>	1184	<i>— prerogativa qua?</i>	302
<i>Anastasio cur liber de Vitiis Pontificum non adscribendus?</i>	649 & seq.	<i>— qui characteres.</i>	ibid. & seq.
<i>Anastasio Bibliothecarius in Photium iniquior.</i>	636	<i>— vis magna in convertendis hominibus.</i>	309
<i>— Romana Ecclesia Bibliothecarius Historiam de Vitiis Rom. Pontificum scripsit.</i>	648	<i>— potestas summa.</i>	309, 310
<i>— Floruit sub Leone IV. cui à Secretis.</i>	ibid.	<i>— auctoritas in quibus consistebat?</i>	1195
<i>— non confundendus cum Anastasio Presbytero à Leone IV. & Hadriano II. deposito.</i>	649	<i>— omnia exempla nobis non possunt esse leges.</i>	1198, 1199
<i>— adulator Romana Ecclesia.</i>	659	<i>— licet infallibiles doctrina, non tamen impeccabiles factis.</i>	303
<i>— falsa multa narrat.</i>	ibid.	<i>— an singularibus Ecclesiis praepositi?</i>	304
<i>Andreas Calybes cur ita dictus?</i>	710	<i>— qua egerunt, an omnia adscribenda causis naturalibus?</i>	308
<i>Andronicus Comtarenus affinis Manuelis Imp. adversarium Veccum habuit.</i>	530	<i>— quoties baptizatis manus imposuere.</i>	876
<i>Anglicani quos ritus adhuc retinent?</i>	909, 915	<i>— quid commendarint?</i>	1036
<i>Anglicorum Episcopatus quibus legibus inter eos obtinere potest?</i>	1183	<i>— non specialem Ecclesiasticae Politiae formam, qualis diversissima in Ecclesiis toto Orbe dispersis nunc conspicitur.</i>	1037
<i>Anglicana Concordia circa Ritus spes qua?</i>	1303	<i>— an intenderint, ut uni Monarcha in Ecclesiam Reges Fasces submitterent?</i>	1038
<i>Anianus primus Alexandria Episcopus vel Patriarcha.</i>	275	<i>— non determinaverunt specialem Politiae Ecclesiasticae Formulam, sed libertati Ecclesiae permiserunt.</i>	1116, 1117
<i>Animalia immunda devovebantur Anathemate.</i>	153	<i>— in S. Coena discubuerunt.</i>	1298
<i>Annulus ingenuae Libertatis, ac Fidei conjugalis, Symbolum.</i>	1363	<i>— quos admiserunt in Societatem Ecclesiae externa?</i>	1315
<i>Annus 741. Fatalis tribus in Orbe summis capitibus.</i>	744	<i>Apostolatus quando extinctus?</i>	1359
<i>Anonymus Auctor Historia Erphordiensis desinit ad medium Saeculum XIII.</i>	613	<i>Apostolica Ecclesia multos ritus ex Judaica disciplina retinuit.</i>	1294
<i>Anthropophysis apud quas gentes in usu?</i>	156	<i>Apostolica Ecclesia qua ita vocata?</i>	368
<i>Antichristianismus unde ortus?</i>	1187, 1188	<i>— Functionis vis predicationis divina in quibus consistebat.</i>	308 & seq.
<i>Antiochia erat caput Orientis, & Orientalium sedium maxima.</i>	383	<i>Αποδείξαι Constantinii non ei imputanda, sed Paganis ex veteri superstitione.</i>	433
<i>Antiochenus Episcopus quibus praest Provinciarum?</i>	468	<i>Aprilis mensis unde nomen habet?</i>	1470
<i>Antiocheno Patriarcha qua subsunt Ecclesia.</i>	503	<i>Aquila solo alarum fragore Draconem profligat.</i>	1441
<i>Antiochus quibusvis artibus abolendis sacris voluminibus</i>		<i>Aquileja Bernatum oppidum ac Helvetiis conterminum.</i>	1528, 1529
		<i>Arabia quomodo terminatur.</i>	27

I N D E X

— cur vocata Oriens?	31	<i>Athos mons Peninsula Macedonica, seminarium commune Ecclesiarum Graeciae & Asia.</i>	504
— qua Euphratem spectat, fertilissima & amoenissima est.	34	<i>Attica Academia lex qua?</i>	1027, 1028
— Felix in quibus commendatur Veteribus?	130	<i>Auctoris Tractatus Theolog. Polit. impudentia erga Iohannem librum reprehensa.</i>	13
— Arabes Scenita ubi habitaverunt.	31	<i>Auctor anonymus ad calcem Ann. Marcellini quo tempore scripsit.</i>	407
— summi Astronomi.	32	<i>Auctores, qui crediderunt Philippum fuisse Christianum, allegati.</i>	408 & seq.
— in quot genera divisi.	35	<i>Audientes qui erant in primæva Ecclesia.</i>	422
— non Regibus, sed certis Capitibus parent.	51	<i>Aventinus historicus inclitus Annales Bojorum terminat ad Annum 1132.</i>	622
— qui populi dicti.	59	<i>Augustinus, Hipponensis Episcopus, decus sacra antiquitatis.</i>	203
— nomina serois &c. induunt à floribus.	130	— quid sensit de adoratione Sanctorum.	716, 717
<i>Arabum scientia summa.</i>	32	<i>Augustorum & Augustarum epitheton, ut Pii & Pii varentur.</i>	401
<i>Arca Denaliois quo appellat?</i>	424	— Imagines quo ritu excipi solita?	720
— in nummo Philippi cur Κισσός appellata.	ibid.	<i>Augustus, naturam ad vindictam pronus, solam prudentiam clemens.</i>	1508
<i>Arcadius Petrus, vide Petrus.</i>	183	— in plurimos ideo indulgentissimus.	ibid.
<i>Archidiaconi qui sunt in Ecclesia Anglicana?</i>	1273	<i>Aurelianus Geneva instaurator.</i>	1546
<i>Archidiaconatus est, qui sustinet quasi vices Episcopi.</i>	1290	<i>Aurelius Cassiodorus Vir Senatorii ordinis, Princeps omnium eruditionis suo tempore.</i>	205
— ignoratus in Graecia & Orientali Ecclesia.	ibid.	<i>Aurum Coronarium quid erat?</i>	292
<i>Archiepiscopales sedes quot in Hibernia?</i>	1191	— loco didrachmi sacri dabatur.	ibid.
<i>Archiepiscopatus extra Metropoles qui ita dicti?</i>	502	<i>Aurei nummi semper figurati Principis imagine.</i>	85
<i>Archiepiscopi consecrabantur in presentiam quatuor Episcoporum.</i>	183	<i>Auri extra ornamenta nullus apud Arabes usus.</i>	86
<i>Archiflaminum Sedes III. in Anglia ubi?</i>	392	<i>Ausita Arabia deserta incola?</i>	22
<i>Archimedes qua admiranda fecit?</i>	1440, 1468	— siti versus Babyloniam & Euphratem.	27
<i>Archontes cur sepe in Fastis Archonticis preteriti?</i>	589	<i>Ausitis inclita Arabia regio.</i>	23
— cur omitti in Fastis Archonticis Atheniensium?	669	— à quo sic appellata?	124
<i>Archontum statua & monumenta cur dejecta.</i>	589	<i>Auctoritas Ecclesiae in Controversiis Fidei quomodo intelligenda?</i>	1266
<i>Archusus Dux Beneventanus, coeuvus & Carolo M. & Adriano I.</i>	1048, 1049	<i>Auxentius mons Bithynia.</i>	773
<i>Argyropolus Iohannes, vide Iohannes.</i>	845	<i>Azyna quando sancita in Ecclesia Rom.?</i>	555
<i>Ariani cur Exocionita dicti?</i>	1045	— à Graecis execrata.	ibid.
<i>Aristare quid apud Latinos Scriptores denotat?</i>	41	B.	
<i>Aristae Fabularum complurium propola.</i>	45	<i>Baalita quomodo orabant?</i>	1284
<i>Aristae anterior Philone & Iosepho parum Fidei meretur.</i>	1048, 1049	<i>Babylus cur interfectus?</i>	407, 418
<i>Aristocraticum regimen opponitur Monarchico.</i>	ibid.	<i>Babylon cur Memphis vocatur.</i>	16
— & longe convenientius aptatur Regimini Episcopali.	1366	— unde Petrus scripsit, non fuit Roma.	349, 362, 363, 377
<i>Aristoteles ubi docuit?</i>	1398	— gemina est, altera Aegyptiaca in Memphis regione, altera Chaldaica ad Euphratem.	377, 379
— vita tedium capit, cum explorare nequit morum reciprocantis Euripi.	1428	— Phania in Batanea regione locus obscurus.	379
— omnium primus Libros in Bibliothecam collegit.	1343	— Chaldaica tempore Claudii plane diruta.	380
<i>Arius in cloaca effudit viscera.</i>	521	— de qua Petrus scribit, creditur fuisse Babylon Aegypti.	ibid.
<i>Armenius Leo, vide Leo.</i>	ibid.	— rationes qua sunt.	ibid.
<i>Armeni qua loca incolunt?</i>	521	<i>Babyloniorum Schola cur Irkahiin appellatur?</i>	379
— Monophysitica secta additi	522	<i>Bacchus cur bicornis?</i>	134
— quare Graecis & Latinis hodiernis inuisi?	523	— in Arabia natus, ab Arabibus cultus.	427
— qui in quibus cum Latinis conveniunt?	ibid.	<i>Bacchiarus tempore Augustini vixit.</i>	204
— qua profitentur?	719	<i>Bagdadum à Chalifis ad Tygrin structum, vocatur Arab. civitas Pacis.</i>	377.
— an Transsubstantiationem credant.	766, 866	<i>Balbus Michael, vide Michael</i>	
— non receperunt Imagines.	200	<i>Baldos Phania civitas.</i>	119
— Imaginum nescii signum Crucis admittunt, & quare	488	<i>Balma Petrus, vide Petrus.</i>	
<i>Arnobius 4. Seculo in Africa celebratus.</i>	1506	<i>Balsamon Theodorus, vide Theodorus.</i>	
<i>Armenius cur Patriarchatu Constantinop. depulsus?</i>	746	<i>Baptizare quomodo soliti Graeci?</i>	553
— pertusus honorum Aula Theodosiana, solitariam in Aegypto vitam amplectitur.	ibid.	<i>Baptizandi cur versus Occidentem & Orientem convertebantur?</i>	910
<i>Artabazus, seu Artabazus à Constantino VI. feliciter oppressus.</i>	1456	<i>Baptizatus cur & quamdiu togam candidam gestabat?</i>	1458
— à Catholicis & quare laudatur.	1367	<i>Baptismo qua Ceremonia in primitiva Ecclesia attestat?</i>	875
<i>Artemisia viro mortuo luctu contabescit.</i>	879	<i>Baptismum qua precedebant?</i>	263
<i>Asceta cur ita vocati?</i>	1336	<i>Baptismus externus aqua non operatur ex opere operato.</i>	870
<i>Asinus Cumannus, bestia Priapo consecrata.</i>	1346	<i>Baptista Fulgosius, Dux aliquando Genuensis, testu Johanne Papa.</i>	600
<i>Asof, urbs ad ostia Tanais, ubi in Maotidem influit, clavis Arctoi Orbis.</i>	856	— Mantuanus, cognomento Hispaniolus, Generalis Carmeliticis Ordinis,	604
<i>Athanasius Archiepiscopus Alexandria fuit.</i>	ibid.		
<i>Athenarum fors quando deploranda?</i>			
<i>Athenarum Roma a quo structum, & cui sacrum?</i>			
<i>Athenienses quo ritu magistratus eligebant?</i>			
— Athecorum scommatis supplicis, non argumentis occurrebant.			
— Fratrum & sororum nuptias admiscere.			
<i>Asbingani homines magicis artibus dediti.</i>			
— quales dicti.			

R E R U M.

Barathena civitas Arabia Deserta, non procul à Saba. 30
Barbara gentes Fœminis non dant jus successionis. 136
Barbam prolixam habere inter virilia decora censetur. 581
 — radere mollitiei muliebris signum fuit. *ibid.*
Barbati cur plerique Cæsares in nummis apparent? *ibid.*
Barbaeus Fautor Monothelitarum Imperator acclamatur. 720
 — picturam vi. Concilii è Basilica abradi jubet. *ibid.*
Barda præfectus educationi Michaëlis fuit. 580
Bardis Patricius, pater Leonis Armenii. 848
Barlaamus Calaber Locrorum Episcopus. 646
 — Latinorum dogmatibus innutritus. *ibid.*
 — non confundendus cum Barlaamo Monacho. *ibid.* 466
 — Monachus, non obscuri in Oriente nominis Johanna Papissa meminuit. 645
 — Hieracensis Episcopus, scripsit contra Latinos. 633
Barnabas an Roma fuit cum Paulo? 228
 — an fuit Scriptor Epistola ad Hebræos? 235 & seq.
 — cur pro Jove habitus inter Lycaones? 329
Barnaba epistola falsa, sed tamen antiqua est. 270
Baronius notatus. 209, 574
Baronii argumenta circa Babylonem, quod Romam denotet, rejecta. 377 & seq.
 — sententia de Johanna Papa discussa 627
 — virum maledicentissimum contra Constantinum vi. 749
Bartholomæus an ad Indos profectus fuit? 272
Barth. Platina, Abbreviator Apostolicus, testis Johanna Papa. 600
Barth. Nembusius, homo ad omnes contumelias verborum proctivis. 629
Basaniensis seu regio Basan male confunditur cum Bataanæ. 25
Basilus Casariensis Cappadocia Episcopus quando vixit? 195
 — Leonis Armenii filius an linguam receperit? 742
 — Ancyra Irena addidit. 801
Basilica in Blachernis ubi sita? 756
Basiliscus solo ietn oculorum aliquem perimio. 1441
Bassora fluvius unde originem ducit? 1025, 1026
 — quo modo Arabibus vocatur? *ibid.*
Beata Virgo quibus nominibus celebratur apud Pontificios? 763, 764, 765
Beda, Monachus Benedictinus, clarus sub initia viii. seculi. 206
 — vir magna autoritatis fuit. *ibid.*
Behor vel Besor pater Bileami. 123
Benedicti vita in quibus interpolata? 661
Benedicti III. Diploma quomodo descriptum? 675
 — an non interpolatum? *ibid.* & 676
Benedictus III. uno consensu vi coactus Papatum suscepit. 648
 — quando sedit? 662
 — quando Papa electus. *ibid.*
Benedictus IX. Pontifex decennis. 889
Benedictiones, qua supererant à S. Cœna, Clericis distributa. 1302
Beryllus Bostrorum Episcopus. 409
Bernardus Guido, Gallus, Ordinis Predicatorum, inquisitor contra Albigenes Tolosanos. 597
Beroënsis Cyrillus, vide Cyrillus.
Bessario Cardinalis creatus ab Eugenio IX. Rom. Sedis devinctus. 495
Bessarius Metropolita Nicæmus fuit. 498
Bethania, pagus in Trachonitide Damasci. 26
Beza Synodi septima Rupellana Præses. 1161
 — quid senserit de Episcopatu Anglicano? 1245
Bibliorum Gallicorum translatio à quo facta? 1533
Bibliotheca publica Constantinopolitana sub Basilio Imperatore incensa. 736
 — sub Zenone instaurata. 738
Bildad cur Suchites vocatus. 4
 — non confundendus cum Schuah Canango. 118
 — fuit pronepos Suachi. *ibid.*
 — ex qua regione ortus. *ibid.*

Bileam an fuit Elihu, amicū Jobi? 123
Bileamus Ethnicus creditus Zoroaster. 1348
Bocharti error. 31
Bonifacius Primus, Archiepiscopus Moguntinus, quo tempore martyrio extinctus? 206
Bonifacius IX. Populi Romani vim omnem in Pontificem transtulit. 561
Bostra seu Bosfora nomen civitatis in confinis Moabitidis. 32, 43, 45
Bostra Arabia Petraea civitas, ab Alexandro Severo ornata. 415
 — Metropolis Arabia Petraea non confundenda cum Bostra prope Trachonis colles. 416
 — Regio patria Philippi sita prope Trachonis colles, ad Orientem Palestina. 416
 — vocatur Philippolis in honorem Philipporum. *ibid.*
Buseqñdov scribere quomodo fiebat? 425
Bonna cornua vasa bibitoria erant. 135
Breviarium Synodi VIII. à quo publici juris factum? 639
 — Synodi VIII. falsi accusatum. 640, 641
Briffonetus Meldensis Episcopus Evangelio nomen dedit. 1528
 — se alieno arbitrio in Religione permittit. *ibid.*
Britannos qui Apostolorum adiverunt? 386
Britanni Imaginum adorationem execrantur. 862
 — cur Cruces, amotis aliis Imaginibus, in Templis servant? 866
Bruno secedit in Carthusiam Eremum. 668
Bucerus Martinus, vide Martinus.
Bucolii pradones in Ægypto quare ita vocati? 276
Bulla saepe supposita. 679
Busan, vide Busum.
Bustis, Arabia regio. 27
 — ex Buz, Naphorū filio ita appellata. *ibid.*
Busum, Castellum hand longe situm à Singaris Mesopotamiae, & ab Euphrate fluvio. 125
Buz à quo denominata? 55
Buzes Africa Septentrionalis populi in Marmarica. 125

C.

C*abalia regio Lycia.* 750
Cabalis regio versus Taurum & Lyciam. *ibid.*
Caballinus cur Constantinus dictus? 750, 751
Cabasilas Nilus, vide Nilus.
Cadavera ad Orientem versâ facio terra mandare soliti Christiani. 918
Caduceatores apud Græcos dicti Κήρυκες. 315
Cæsaris effigies quid representabat? 1395
Cæsarius Arelatensis Archiepiscopus aequalis Trithemio. 205
Cairum vetus antiqua Babylon Ægypti fuit. 380
 — novum ubi situm? *ibid.*
Cajus, Presbyter Romana Ecclesia quo tempore floruit? 208
 — primus Epistolam ad Hebræos à reliquis segregavit. 219
 — Vir Ecclesiasticus affirmat Petrum fundasse Romanorum Ecclesiam. 332
Cajus vel Gajus scripsit III. Seculo sub Caracalla. 370
Cajus Marius cur infensus Romana nobilitati. 1492
Calecas Manuel, vide Manuel.
Catigula Homeri, Virgilii, ac Livii Scripta ex omnibus Bibliothecis summovit. 1428
Calybes Andreas, vide Andreas.
Calvinus quid senserit de Episcopatu Anglicano? 1244
Camboricum in Britannia Romanorum colonia. 396
Camelorum copia in Arabia Scenitide maxima. 34
Camera stellata, genus Curia sub Carolo I. sublatum, & postea non restitutum. 1175
Camero notatus. 199
Campus Martius quibus rebus destinatus? 428
Candax urbs in Creta litore. 855
 — à Saracenis adificata. *ibid.*
Candida Vestis Sacerdotum propria in omni Gente. 1393
Candidati sacra lympha qui vocati? 1458
 Can-

I N D E X

<i>Caudia Insula nomen unde?</i>	855	<i>Carulus anidem senserit cum Hadriano de Imaginibus?</i>	840
<i>Canicium, vel Caniculus, vas geminis splendidum, in quo purpureus liquor, quo Bulla signabantur ab Imperatoribus.</i>	859	<i>Carolus Imperator Vir Doctissimus.</i>	1396
<i>Caus Simonis Magi aduentibus ingressum prohibet</i>	381	<i>Carolus Sorbonica Familia Theologus veritatem Evangelicam amplectitur.</i>	1541
<i>Canon VI. Concilii Niceni an truncatus capite?</i>	444 & seq.	<i>Carolinum Imperium quam late propagatum?</i>	562
<i>Canon VI. Concilii Niceni non agit de Papa Romani Primatu.</i>	447	<i>Carpi qui dicuntur?</i>	1487
<i>Canonus Sexti Concilii Niceni primi Sensus.</i>	441 & seq.	<i>Carra Assyria locantur inter Ninsuen & Raghes.</i>	56
<i>Verba.</i>	442	<i>Cartesius in quibus laudatus, in quibus rejectus.</i>	957
<i>ocasio.</i>	ibid.	<i>Caryophilus Johannes, vide Johannes.</i>	
<i>Canon Chalcedonensis XVII. an perversus?</i>	1125 & seq.	<i>Casus mons Arabia unde hoc nomen habet.</i>	34, 131
<i>pars postrema quemode reddita & contracta?</i>	1126 & seq.	<i>Cassarius a Nydbruch, Maximiliano Regi a consiliis fuit.</i>	505
<i>Cavales Disciplinaves Ecclesia Veteris unde nati?</i>	1267	<i>Cassa in summo pretio apud Veteros.</i>	136
<i>Anglicani absque cognitione causa excommunicantur homines.</i>	1281	<i>aromatica a Fistulari distinguenda.</i>	130
<i>Canonum versio barbarissima scates, dictis obscura &c.</i>	455	<i>Cassianus Johannes, vide Johannes.</i>	
<i>a quo facta, & qualis fuit.</i>	456	<i>Cassiodorus Aurelius, vide Aurelius.</i>	
<i>Cantiones alserne cui tribuenda?</i>	1286	<i>Cassus mons, vide Casus.</i>	
<i>Antiochia primum introducta.</i>	ibid.	<i>Julius, vide Julius.</i>	
<i>Cantuariensis quando Patriarcha & Pontifex vocatus?</i>	1191	<i>Castabla urbs ubi locatur.</i>	750
<i>Capita cur hodie operata ac relecta?</i>	1363	<i>Catumba locus, in quo corpora condabantur.</i>	356
<i>Capitulare Caroli M. mittitur Romam ad Hadrianum.</i>	831	<i>situs erat in via Appia, tertio ab urbe lapide.</i>	ibid.
<i>Caput super aliquo movere, condolentium & stupentium gestus.</i>	83	<i>Catechumeni stabant in prena.</i>	413
<i>Caput Apostolorum dicitur pro prima.</i>	457	<i>qui erant in primævâ Ecclesia?</i>	422
<i>Caput Virorum eus devotum?</i>	1294	<i>nondum conversorum impositionem accipiebant.</i>	876
<i>Caracalla cum Fratre Concordia, nummis expressa.</i>	1170	<i>Catechumenorum classes quot?</i>	1209
<i>Caractacus Rex Silurum in Cambria.</i>	398	<i>Catechetica consuetudo an fuit Pauli atate posterior?</i>	262
<i>Cardii qui populi Veteribus.</i>	499	<i>Cathedra lignea, in qua Petrus sedet, servatur Romæ in Basilica Petri.</i>	335
<i>Caremit, Urbs Mesopotamia inter Orsam & Nizibim.</i>	517	<i>Cathedra Apostolorum dicta Principales Ecclesia.</i>	357
<i>sedes Latinizati Patriarcha.</i>	ibid.	<i>Catholici cum manum lapsis & ante ordinatis imponbant, signum erat benedictionis, non reordinationis.</i>	1176
<i>Caria Mysiorum Thracum colonia.</i>	770	<i>Catholicorum stultitia in reliquiis Sanctorum.</i>	1520
<i>Carolus Magnus in Scripturis Sacris & Ecclesiasticis Antiquitatibus versatissimus.</i>	823	<i>Caucus Archiepiscopus Cereyrensis scripsit de Gracorum recentiarum hæresibus.</i>	487
<i>quem Preceptorem habuit.</i>	ibid.	<i>Caesarum dijudicatio in Ecclesia a quibus fieri debet?</i>	1325
<i>illos Libros nisi Canonicos in Ecclesia legi vult.</i>	ibid.	<i>Cerealis, Episcopus Africanus quando clatus?</i>	2024
<i>Imaginibus resistit.</i>	ibid.	<i>Cerei longo ordine accens quid denotabant apud Christianos?</i>	1458
<i>Rex cur Defensor Ecclesia Romana dictus?</i>	568	<i>Ceremonie cur in Anglia proscripte?</i>	909
<i>suprematus jura in Romanos Pontifices & in urbem Romanam habuit.</i>	574	<i>in Anglicana Ecclesia recepta quo modo admittenda?</i>	1266
<i>an provincias Venetiarum, Istria &c. dederit Romano Pontifici?</i>	781	<i>Cerinthus balnei concidentis ruinâ opprimitur.</i>	1343
<i>quas Provincias nomine regni Italici retinuerit?</i>	ibid.	<i>Cerularius Michael, vide Michael.</i>	
<i>cur in Græcos animatus?</i>	827, 830	<i>Cethegus senex se quotidie discenda exercebat.</i>	1481
<i>an cultum Imaginum liberum permiserit?</i>	834	<i>Chabor Fluvius in Mesopotamia.</i>	56
<i>cum suis damnat ononem speciem adorationis religiose Imaginum.</i>	832 & seq.	<i>Chabor Fluv. Mesopotamia in Euphratam influens.</i>	118
<i>antiquam Româ discedit, res Ecclesiasticas & Politicas ordinat.</i>	572	<i>Chalcedonensium Concilio de quibus agebatur?</i>	446
<i>ante Mortem de Hærese Imperii statuit.</i>	ibid.	<i>Chalcis erat Vestibulum Cesarai Palatii.</i>	335
<i>cur neminem Filiorum in specie Imperatorem ordinat.</i>	573	<i>ornata statuis, imaginibusque Gentilis superstitionis.</i>	736
<i>cur Tabulas Testamentarias ad Leonem misit.</i>	ibid.	<i>Chappusius Cœnobita Dominicanus conversus.</i>	1541
<i>post mortem duorum Filiorum Ludovicum Imperatorem & Augustum declarat.</i>	ibid.	<i>Chalcocondylas Laonicus, vide Laonicus.</i>	
<i>ubi imperavit?</i>	562	<i>Charan urbs Mesopotamia.</i>	56, 57
<i>an Tutor Ecclesia universa, & præcipue Romana munere Pontificis?</i>	566	<i>a quo condita?</i>	ibid.
<i>Patricius Romanorum faves Leoni.</i>	558, 560	<i>Charismata Spiritus S. quamdiu viguerunt?</i>	1284
<i>quomodo salutat a Leone.</i>	559	<i>Charta in Anglia primum scribi coepit sub Finem Seculi VII.</i>	396
<i>Patricii titulum resinat postquam salutat Imperator.</i>	563	<i>Chasdim a quibus orti.</i>	28
<i>Carulus Martellus Pipini Pater quando mortuus?</i>	745	<i>Cheirasthesia effectus qui?</i>	885, 886
<i>multa crudelitas perpetravit.</i>	ibid.	<i>Cheirotonia & Cheirothesia quomodo differunt?</i>	879
<i>quam sortem expertus.</i>	786	<i>Cherem devotio erat absoluta, silentis, & cum emaciatione.</i>	154, 155
<i>Carolus IX. stragem Parisinam nuper decernens, sanguinem integrum avi poris & totius corporis membris amittit.</i>	785	<i>Cherubini fuerunt Symbola, non Imagines.</i>	812
		<i>quid significaverint?</i>	ibid.
		<i>Childericus a Zacharia regno depulsi.</i>	732
		<i>Chilonis Laacedæmonis vox.</i>	1011
		<i>Chingis vel Jingiz-Chan, terrarum in Oriente Triumphator, Imperium Unchan dæles.</i>	516
		<i>Chobar vel Chobor quid denotat.</i>	118
		<i>Chorepiscopi sunt, qui præsent. minori oppida, vicinisque pagis.</i>	1305
		<i>primitus non fuerunt nisi Presbyteri, ab uno tantum</i>	1000

R E R U M.

<i>tum Episcopi ordinati.</i>	1305	<i>Clemens Alexandrinus quando clarus?</i>	192
<i>Christophorus Boquetus Franciscanus moderatus vir fuit.</i>	1531	— <i>Patrum doctissimus, sed admodum facilis in admit-</i>	
<i>Christus an fuit Melchisedecus?</i>	189	— <i>tendis fabulosus.</i>	363
— <i>cur XII. Apostolos elegit?</i>	299, 300	— <i>absurdissima multa scripsit.</i>	363, 364
— <i>quot paschata celebravit?</i>	316	— <i>ejus errores.</i>	267
— <i>quando passus?</i>	316 & seq.	<i>Clemens Rom. quot annos sedit?</i>	686, 687
— <i>cur simplici ac perfecta orandi Formulâ usus?</i>	934	— <i>ejus ad Corinthios Epistola à Patricio Junio edita.</i>	345
— <i>non prescripsit Ecclesiastica Politia specialem Formam.</i>	1036, 1118	<i>Clerici ob quas causas manuum impositionem accipiebant?</i>	885
— <i>solus est Monarcha in Ecclesia.</i>	1238	<i>Cletus an idem cum Anacleto?</i>	365
— <i>sanxit gradus appellationum in Novo Testamento ratione privatorum.</i>	1324	— <i>quot annos sedit?</i>	686
<i>Christiani primi admodum incuriosi in observandis diebus.</i>	320	<i>Clinici quando baptizabantur?</i>	188
— <i>primum ita vocati Antiochia.</i>	355	<i>Coccejus laudatus.</i>	968
— <i>Pontifices an insigne in Fronte exemplo Judaicorum Pontificum gesserunt?</i>	372	<i>Cohanum qui dicti?</i>	1206
— <i>Sibyllinorum Carminum libros saventes habere juxta Justinum Martyrem.</i>	381	<i>Colchi quid sentiunt de Transsubstantiatione.</i>	500
— <i>quare abhorrebant a Ludis?</i>	428	<i>Colles Andioria & Schola.</i>	1367
— <i>in Aegypto B. Virginem semper capite velato representant?</i>	861	<i>Colossenses Asia minoris incola.</i>	179
— <i>Gentilium ritibus in se mediis II. & III. Seculo se accommodarunt.</i>	921, 922	<i>Colosse vocantur urbs Magna.</i>	1318
— <i>quibus titulis Christianos Principes ornarunt?</i>	1240	<i>Commodi superbia in quibus consistebat.</i>	1491
— <i>certas pro ratione temporum precum formulas habebant.</i>	1285 & seq.	<i>Concilium Laodicenum quando, & quo loco celebratum?</i>	193
— <i>primi Signaculo Crucis spirituales efficaciam non tribuerunt.</i>	1295	— <i>Nicanum quando coactum?</i>	194
— <i>quomodo id considerabant.</i>	ibid.	— <i>Ephesinum sub quo & quo tempore institutum.</i>	196
— <i>cur in variis locis ad sacrum cultum congregabantur?</i>	1318	— <i>Hierosolymitanum I. quando habitum?</i>	313
<i>Christianorum templa Salomonum exprimebant.</i>	718	— <i>Apostolicum quò annò Claudii acciderit?</i>	324
— <i>ritus quo modo dispendendi?</i>	872	— <i>Hierosolymitanum quando celebratum?</i>	350
— <i>unde tam multi & diversi?</i>	873	— <i>quod authenticum & juridicum?</i>	828
— <i>primitivorum pietas.</i>	1459	<i>Conciones Scriptoris in Librum Sacrum in communi cœtâ ex pulpito recitata Pastorum vice fuerunt.</i>	1268
<i>Christianocategori quomodo coluerunt Imagines?</i>	839	<i>Concordia si inter aliquos vigere debeat, quibus mediis id fieri debet.</i>	953
<i>Christiana Ecclesia primis temporibus qua fors?</i>	389	<i>Confessio Fidei à quo est edita.</i>	492
<i>Christianis nunquam objecta Imaginum adoratio ab Ethnicis ante Constantinum Imperatorem.</i>	811	— <i>apud quos Græcos non in usu?</i>	551, 552
<i>Christiana Ordinatio Belgicorum Cœtum sub tutela Edwardi II. quid sancivit.</i>	1059	<i>Conjugati ad Ecclesiasticum munus vocari possunt.</i>	897
<i>Chronici Alexandrini Auctor sub Hilario scripsit.</i>	350	— <i>jure Divino & Ecclesiastico.</i>	ibid.
<i>Chronicum Saxonum, augustissimum Antiquitatis monumentum, scriptum Sec. XII.</i>	397	<i>Conopius Nathanaël, vide Nathanaël.</i>	
<i>Chronologia Pontificia rationes conturbata.</i>	685	<i>Constantinus primus Christianorum Imperator fuit.</i>	414
<i>Chrysobulla sunt sacra Diplomata.</i>	859	— <i>Signum Crucis, auro & gemmis fulgidum, intra Palatium suum erexisse dicitur.</i>	715
<i>Chrysoloras Johannes, vide Johannes.</i>		— <i>in medio foro locat Danielem cum Leonibus.</i>	ibid.
<i>Chus terra ubi locatur.</i>	1025	<i>Constantinus Acropolita, Filius Georgii Historici, Magni Logotheta, confutator Latinorum.</i>	532
<i>Cicuta sorbitione quis se castravit?</i>	634	<i>Constant. Manasses, Chronographus mendacissimus.</i>	724
<i>Circumcisio Sigillum initi Fœderis.</i>	1339	<i>Constantinus Papa venerationem Imaginum decreto sancit in Occidente.</i>	728, 729
— <i>apud quas gentes usurpata.</i>	ibid.	<i>Constantinus Episcopus Sytai.</i>	755
<i>Circus Neronis quibus usibus destinatus?</i>	370	<i>Constantinus VI. Leonis Isauri Filius, ei succedit in Imperio.</i>	745
<i>Civilis Politia diversitas diversas Ecclesia formas facit.</i>	1053	— <i>admodum strenuus in Iconomania profiganda.</i>	ibid.
<i>Claudia gens cur olim recusavit nomen Lucii?</i>	16	— <i>hinc à Maimburgio vocatus bipedum perditissimus.</i>	ibid.
<i>Claudius cur Judeos Româ expulsi?</i>	176	— <i>cur Copronymus ac Caballinus dictus?</i>	ibid.
— <i>anticipavit ludos seculares.</i>	427	— <i>optimus & praeantissimus Princeps fuit.</i>	740
<i>Claudius Taurinensis Hispanus insignis Iconomachus.</i>	853	— <i>Artabazum cum Filiis feliciter opprimit.</i>	ibid.
— <i>in magna apud Ludovicum gratia fuit.</i>	ibid.	— <i>Sisinnium Patricium conjurationis convictum oculis multat.</i>	747
— <i>cur Iconoclasta dictus?</i>	ibid.	— <i>Princeps castissimus.</i>	748
<i>Claves Confessionis Petri mittere, signum obsequii & fidelitatis.</i>	658	— <i>quot Filios, & ex quibus genuit.</i>	ibid.
<i>Claves Urbium Romam mittere & deponere supra Tumulum B. Petri, signum perpetui & veri Domini.</i>	776	— <i>à Baronio turpissime delineatus.</i>	ibid.
<i>Clavium potestas quibus a Christo commissa?</i>	1320	— <i>Synodum adversus Iconolatrias habet.</i>	ibid.
— <i>traditio quid apud Judeos in creandis Doctoribus denotabat?</i>	1363	— <i>profligat Calibatam castitatis larvâ velatum in Oriente.</i>	ibid.
<i>Clemens Galanus Missionarius sub Urbano VIII. Armenus, Historiam de Conciliatione Ecclesie Gr. cum Rom. edit.</i>	522	— <i>quos Monachos hostes habuit?</i>	749
<i>Clemens Romanus Apostolorum tempore vixit.</i>	200	— <i>multa bella feliciter gessit.</i>	747
— <i>An Scriptor Epistola ad Hebraeos?</i>	233	— <i>multa millia Christianorum à Sclavinis magnò ere redimit.</i>	ibid.
Tom. II.		— <i>cur Caballinus dictus?</i>	750, 751
		— <i>quando tulit cognomen Copronymi ac Caballini?</i>	750
		— <i>edicta adversus Iconolatrias promulgat.</i>	752
		— <i>an Magnus &c. fuerit?</i>	764
		— <i>an Nestoriana &c. haereseos particeps.</i>	ibid. 765
		— <i>quid senserit de Mariâ Christi matre.</i>	766, 767
		— <i>an crudelis & barbarus in Fideles?</i>	767 & seq.
		— <i>cur Monachos supplicis affecerit?</i>	769
		— <i>Monachos ducere uxorem jubet.</i>	771, 772
			Constan-

I N D E X

<i>Constantinus VI. Monasteria relinquere voluit Monachos & domos habitare.</i>	772	<i>Curia quibus patebant?</i>	1481
— <i>cur indignatus fuerit Rom. Pontificibus.</i>	776, 777	<i>Curpalates quis & cur sic dictus?</i>	846
— <i>ob quas causas legationem ad Pipinum Regem mittit.</i>	ibid.	<i>Cybele Deorum mater, Leone uelata, exprimitur.</i>	425
— <i>legatorum ad Pipinum Oratio de Imaginibus qua?</i>	777	<i>Cydonius Demetrius, vide Demetrius.</i>	
— <i>ei Ravennatensis Exarchatus per vim eripitur.</i>	775	<i>Cyprianus martyrio sublatiis 3. seculo.</i>	200
— <i>an horribili morbo extinctus?</i>	783 & seq.	— <i>Stephanum convitiis aggreditur.</i>	1372
— <i>Caroli amicitiam ambit.</i>	830	<i>Cyriacus Hierosolymitanus peregrinaturus ad Loca Sancta, occiditur sub Juliano.</i>	621
<i>Constantinus Filiam primo, dein Mariam repudiat.</i>	844	<i>Cyrellum Lucarem qui scriptis aggressi?</i>	510
<i>Constantinus Ferreis compedibus uinctus, oculis orbatus, presente Stephano, alapis percussus, permittitur malorum extremis.</i>	774	<i>Cyrellus Hier. Praefes Constantinopolitani Concilii I. mortuus sub Theodosio.</i>	195
<i>Constantini Manassis fraus erga Leonem.</i>	737	<i>Cyrellus Al. Praefes Concilii Ephesini fuit.</i>	196
<i>Constantini M. prudentia in sopiendis dissidiis Ecclesiasticis.</i>	1372	<i>Cyrellus Lucaris cur persecuciones &c. à Jesuitis patitur?</i>	498, 499
<i>Constantinopolitanus Simon, vide Simon.</i>		— <i>Jussu Porta strangulatur.</i>	ibid.
<i>Constantinopolitani Patriarcha jura quo se extendunt.</i>	503	— <i>Cretensis, & delicia Meletii Alexandrini Patriarcha Magistri.</i>	510
<i>Constantinopolitana Ecclesia an à Catholica Ecclesia sub Leone & Constantino avulsa?</i>	793	— <i>eum qui scriptis aggressi.</i>	ibid.
<i>Contaterus Andronicus, vide Andronicus.</i>		— <i>in sede Alexandrina per annos XIX. Patriarcha.</i>	ibid.
<i>Contentiones in Ecclesia Christiana ex obscuris initiis saepe orta.</i>	947	— <i>contra Latinos hodiernos tenacissimus.</i>	ibid.
<i>Controversia de S. Eucharistia Symbolis quando & qua occasione in nervum erupit?</i>	870	— <i>vir doctus & plurimis linguis celebris.</i>	ibid.
<i>Controversia in singulis Provinciis orta ubi terminanda?</i>	449	— <i>edidit Codicem Gracum utriusque fœderis.</i>	ibid.
— <i>in Anglicana Ecclesia ad quot Classes redigi possunt?</i>	1312	— <i>aditu Patriarchatus Constantinop. pellitur à Patriarchis Osmanis.</i>	512
<i>Conventus quid denotat apud Gallos?</i>	865	— <i>ob quam causam.</i>	ibid.
<i>Copti ubi locati & cur ita dicti?</i>	518	— <i>restituatur post durissimum exilium & fractas vitæ ac libertati infidias.</i>	ibid.
<i>Copronymus dictus Constantinus VI. ob Fontem Baptistalem ab eo inquinatum.</i>	745	— <i>pellitur rursus Turcarum auiditate.</i>	ibid.
<i>Coptus Thebaidis antiqua & celeberrima Metropolis.</i>	518	— <i>adversarios plurimos habuit.</i>	ibid.
<i>Corbejenfis Abbatia Privilegium confirmatum ad Sumnam Fluv.</i>	670	— <i>nefarie & innocenter accusatus ab Romanis.</i>	513
<i>Corcyrensis Georgius, vide Georgius.</i>		<i>Cyrellus Berroënsis cur crudeliter agit contra Cyrellum Lucarem?</i>	512, 515
<i>Coresius Georgius, vide Georgius.</i>		— <i>Berroënsis scelestè agit.</i>	513
<i>Corinthus totius Achaiae fuit Metropolis.</i>	325	— <i>Berroënsis cur à Turcis Patriarchatu dejectus?</i>	515
— <i>Gracia vel Achaiae Proconsularis Metropolis, inter Cathedras Apostolorum relata.</i>	368	<i>Cyrus Babylonis Episcopus fuit.</i>	379
— <i>Achaiae urbs princeps.</i>	ibid.	<i>Cyrus quo modo extinctus?</i>	1350
<i>Cornea vasa apud Veteres in usu.</i>	135	<i>Cyzicenus Metrophanes, vide Metrophanes.</i>	
<i>Cornelius Haga Legatus Fœderat. Provinciarum an Confessionis formulam à Graculo famelico fabricari iussit?</i>	511	D.	
<i>Cornu Amalthea, vide Amalthea cornu.</i>		D <i>amasus Episcopus Romanus fuit.</i>	201
<i>Cornu copia cur in manu Caesarum representatum.</i>	133	— <i>Damascus an condita ab Urz?</i>	25
— <i>significat robur &c.</i>	134	— <i>precipua Chalifarum sedes.</i>	741
<i>Cornuti cur Legislatores?</i>	ibid.	<i>Damascenus Johannes, vide Johannes.</i>	
<i>Corpus Canonum sub quibus Caesaribus adornatum?</i>	444	— <i>fautor Imaginum, quid senserit de Symbolis Eucharistia.</i>	870
<i>Cosmas homo idiota Episcopus Antiochenus.</i>	808	<i>Dando Illyricus attingit annum 500.</i>	99
<i>Crassius Paris sub Leone Ceremoniis Sacris Praefectus, meminit Sella Stercoraria.</i>	608	<i>Daniel Tilenus iniquus in Cyrilli confessionem.</i>	510, 511, 512
<i>Creyghton Robertus, vide Robertus.</i>		<i>Daniel an vixerit sub Antiocho?</i>	1348
<i>Cretenses Jovem cur oculatum, & non etiam auritum effingebant?</i>	1337	<i>Danubium an ex Pyrenaeis montibus ortus?</i>	1024
<i>Critopulus Metrophanes, vide Metrophanes.</i>		<i>David Nicata, Paphlago, Photii adversarius.</i>	689
<i>Crocodylus quot Brachia excedit?</i>	1032	<i>David Pareus quid senserit de Episcopatu Anglicano?</i>	1246
— <i>excrementa omnia sua ore evomit.</i>	ibid.	<i>De pectore orare quid significat?</i>	1284
— <i>qua de eo fabulosa narrantur.</i>	ibid.	<i>Dea Syria Hierapolitanorum qua fuit, & quomodo vocata?</i>	425
<i>Crucis lignum semper habitum reverenter apud Christianos.</i>	766	<i>David ejus sacra celebrabantur Hierapoli.</i>	ibid.
— <i>signum quando cepit ostendi in Palatiis ac Locis sacris?</i>	866	<i>Decani qui sunt in Ecclesia Anglicana?</i>	1273
<i>Crux Christi culta ut instrumentum peccata redemptionis à Salvatore.</i>	ibid.	<i>Decim cur defecit à Philippo?</i>	411
<i>Crysolanus Archiep. Mediolan. mittitur ad Alexium Commenum quem in finem.</i>	495	— <i>cur Babylam interficit?</i>	418, 420
<i>Ctesiphon hodie Bagdadum, proxima Babyloni ad Orientem.</i>	378	— <i>Abgarorum regnum extinxit.</i>	423
<i>Cultum Imaginum qui Graecorum non admisere?</i>	521	<i>Dedan an eadem regio cum Palmyrena?</i>	59
<i>Cumanus quando Judae procuratoris depositus?</i>	326	<i>Dedanai ex quo orti, & qua loca habitaverunt.</i>	ibid.
		<i>Dedanite Arabia deserta incola ab Edomitis subjugati.</i>	24
		<i>Defunctorum memoria incensis aliisque donativis apud Pontificios celebranda unde?</i>	162
		— <i>solicitare manes illicitum.</i>	1488
		<i>Defuncto maledicere non licitum apud Athenienses.</i>	1134
		<i>Despara Imago per Theodoram Matrem Michaelis III. illata in splendidissimam adem.</i>	762
		— <i>cur mundi salvatrix vocata?</i>	ibid.
		<i>Delatores qui sunt?</i>	1109
		— <i>hominum genus vile, exosum, cui aditus ad omnes dignitates intercludebatur.</i>	ibid.
		— <i>cur sic dicti?</i>	1029, 1030
		<i>Demetrius Cydonius, Monachus, patrocinatur causa Lati-</i>	no-

norum.	489
— Discipulus Thoma Aquinatis.	ibid.
— virulento calamo Gregorium Palmam Archiep. Theſſalonicenſem infamat.	ibid.
Democratia Genevenſis non permittit Epiſcopalem juridi- ctionem.	1053
Demalion ſub nomine Noëmi expreſſus.	410
— Noë fuit.	425
— a Syris vocatus Noë.	ibid.
Devorare quid apud Latinos ſignificat?	1008
Devoti qui apud Gentes?	157
Dena cur ſuos per ſomnia & viſiones alloquebatur?	72
Deus cur permisit factum ſephtia circa filiam?	170
Dextri Chronicon ſub cuius nomine venditatum?	352
Dextram alicujus ſuſtentare, ſignum obſequii.	367
Diaconis hodiernis an manus imponenda?	894, 895
— eorum manus.	ibid.
Diaconi quo ætatis annò eligebantur?	888
— quale opus peragere tenebantur?	1207, 1208
— apud Romanos tantum ſeptem.	1221
— Euchariſtiam & Calicem fidelibus in manus tra- dere ſoliti.	1276
— baptizare infantes & predicare Euangelium pote- rant.	1292
— qua officia habebant.	ibid.
— erant miniſtri verbi & menſarum.	ibid.
Diaconiffarum ætas qua eſſe debet.	888
Diaconiſſa an manuum impositionem accipiebant?	ibid.
— quid peragere debebant?	1207
Diaconiſſis manus imponebantur in benedictionis ac preſen- tationis ſignum.	1310
Diana quadam cur convenit cum ſemina, filia Jobi?	130
Diaria herba cur ita dicta?	ibid.
Diabolum quid denotat?	250
Didymus Alexandrinus præceptor Hieronymi, oculis cap- tus.	195
Diſſipus te manet, quale proverbium?	734
— locus eſt publicus in Miliò Conſtantinopolitano.	ibid.
Diluvii Noëmiſti Hiſtoria ad Gentes propagata.	425
Dina an conjux Jobi?	74
Dioſcletiana perſecutio quando cæpiſt?	714
Dioceſes quid.	1128, 1132.
— Ante Conſtant. M. ignote.	ibid.
Dioceſis Lincoln. quot parœciales Eccleſias completatur.	1275
Diogenes cur Laertes dictus.	389
— quare inter Chriſtianos habitus.	ibid.
Diogenes Pythagoricus tria in legitimo Principe deſidera- bat.	1552
Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus.	332
— Ireneo equalis quid ſenſit de Petro & Paulo.	368
— ſub M. Aurelio ſcripſit.	ibid.
— ſummâ fuit eloquentiâ & indiſtriâ.	ibid.
— in quibus falſus?	369
Dioſcoriani, vide Monophyſita.	
Disciplina vocabulum quid completitur?	1036
— vox quomodo ſumitur.	1114
Divi dicuntur Auguſti conſecrati.	404
— apud Rom. Catholicos pene ſingulis morbis præſtituti.	1519
Docetarum opinio quando nata? & qualis de Chriſto.	270, 280, 281
Doctores à Paſtoribus in quibus diſtincti?	1195
— Theologi qui ſunt?	1357, 1358, 1359
— qui apud Gentes dicti.	1358
— qui apud Judæos fuerunt.	ibid.
Doctorem claſſes quot apud Hebræos?	1358, 1359
— gradus quot.	ibid.
Dodanis in Epiro ſedes.	1369
Dodwellus Henricus, vide Henricus.	
Dominica præcatio quibus ſeculo IV. & V. tantum permis- ſa?	935
Domitius Ulpianus Magiſter primum Scribitorum, dein Præfectus Prætorio.	403

— inſenſiſſimus Chriſtianiſ fuit.	ibid.
Domitiani memoria abolenda cenſetur.	669
Donatus damnatus, quia Epiſcopi lapſis rurſum manus impoſuiſſet.	1175
Dorotheus, Antiochia Epiſcopus, Canonum Apoſtolicorum compilator.	891
Dotes in ordinando Presbytero qua?	890 & ſeq.
Draco Præfectus Thracæſtorum crudeliſſimus fuit.	770
Dracones Gallici depiſti.	ibid.
Draconis leges non atramento ſed ſanguine ſcriptæ.	956
Drugo ex Abbate Oſtienſis Epiſcopus factus.	207
Druida rei ſacra ac divina præpoſiti.	396
Druida unde ſortiti nomen.	1365
Drungarius Theophobo ſponte vitam eripit.	858
Dungalus Monachus S. Dionyſii contra Imagines ſcripſit.	864

E.

Eanfridus Rex Anglo-Saxonum cur exoſus?	596
East-Anglia Claudium Imp. heredem ſcribit.	393
East-Angli quam regionem Anglia incolebant?	394
Ebionita Chriſtum nudum hominem eſſe aſſerebant.	270
Ecbatana; urbs Arabia Deſerta?	25
Ecchellenſis commenta circa Petrum.	374
Eccleſia an contulerit in Pontificem Romanum eum quem jam poſſidet Primatum?	1119
Eccleſia Anglicana cur ritus varios adhuc obſervat.	1296
Eccleſia communionem quinam ejeſti.	430
Eccleſia externa non pura, ſed mixta eſt ex bonis & ma- lis.	1313
— quomodo in Sacra Scriptura repræſentatur.	ibid.
— particularis an ex iis duntaxat membris conſtare debeat, qua uno loco ad publicum cultum ordinarium convenire poſſunt?	1317
— Ephreſina quomodo repræſentabatur?	1318
— in agro urbi vicino in unam coaluit cum Eccleſia urbicaria.	1319
Eccleſia Veteris Teſtamenti quomodo diſtincta?	1320
Eccleſia quavis an habeat poteſtatem independentem?	1322
Eccleſia Apoſtolica; vide Apoſtolica.	
Eccleſia qua hodiè Epiſcopos venerantur?	1147, & ſeq.
Eccleſia vox apud Matthæum XVIII. 17. quid denotat?	1196
— arma qua ſunt?	1237, 1238
— particularis definitio unde dependet?	1317
— particulares Synodus obnoxia.	1323
Eccleſiarum combinatio ſub regimine Claſſium vel Synodo- rum an probanda?	1322, 1323
Eccleſiis ſingulis libera Regiminis forma permittenda.	1219
— exemplis id adſtruitur.	1220 & ſeq.
Eccleſiaſtica poteſtas an conveniant toti Eccleſiæ; & omni- bus ejus membris?	1319
— circa Claves an et competat, velut primò & imme- diato ſubjecto.	1320
Eclipſis Solaris tempore Paſſionis Chriſti quando accidit?	317
— Solaris tempore Synodi ſub Irene viſa.	800
Edessa ſub Caracalla Romanorum colonia facta.	399
Edom Chriſtianos denotat apud Judæos.	20
Edoardus VI. Princeps optimus Belgis patrociniæ ſuum indulget.	1161
Edoardus VI. doctrina & rituum Reſormator & Præſes.	1229
— quos in conſiliorum ſocietatem adſciſcit.	ibid.
Edwardi Stellingfleet de Cartefio judicium.	962
Edwardus Stellingfleetius laudatus.	1179
Egwinus Wigornienſis in Britannia Epiſcopus quid de Ima- gine Deipara aſſeveravit?	721
Eleutherius Romanus Epiſcopus.	364
— annò vigefimò ordinatus Illyrici Epiſcopus.	889
Elias Patriarcha Hieroſolymitanus ad qua tempora reſe- rendus?	810
Elixer ſeruus Abraha condidit Damascum.	25
Eligius, Noviamenſis Epiſcopus quo anno mortuus?	206
Elihu cur Buzita dictus.	4
— an fuit Bileam?	123

<i>Elihu patria ubi fuit?</i>	124	<i>Episcopalis prerogativa in Anglis à prima Reformatione laudata & tolerata.</i>	1058
— <i>ex quo oriundus?</i>	ibid.	<i>Episcopalis Principum ac Statuum Protestantium Jurisdictio an fundata in Pacificatione religiosa?</i>	1239, 1240
— <i>cur Ramens dictus?</i>	ibid.	<i>Episcopale Regimen cur obtinere nequeat in Fœderata Belgica?</i>	1039
— <i>quam patriam habuit?</i>	ibid.	— <i>cur obesse possit?</i>	1218
<i>Elipandus Toletanus ob Hæresim Adoptianam damnatus.</i>	862	— <i>jus in quatuor partes divisum.</i>	1234
<i>Eliphaz ubi habitavit.</i>	32	— <i>qua illa sunt.</i>	ibid.
<i>Eliphaz an filius vel nepos Esavi?</i>	116	<i>Episcopalia jura quomodo vocata?</i>	1229
— <i>fuit pronepos Esavi.</i>	ibid.	— <i>ad se primus traxit Henricus VIII.</i>	ibid.
— <i>quo tempore vixit.</i>	117	— <i>jura quomodo distinguenda?</i>	1231
<i>Elleboro purgandi Anticyras mitti debent.</i>	1057	<i>Episcopatum Ordinationum jura a quo tempore sunt?</i>	1311
<i>Εὐάνων nomine qui veniunt?</i>	177	<i>Epistola ad Hebræos à quibus & cur rejecta?</i>	174
<i>Elianus Christianus Doctor Glæstonia agebat.</i>	391	<i>Epistola ad Laodiceos an scripta à Paulo?</i>	181, 182
<i>Emanuel Chrysolorus, primus Græca carmina in Latium transtulit, mortuus Constantiæ.</i>	488	<i>Epistola Pauli ad Hebræos an ante Hieronymi tempora à nomine Latinorum fuit recepta?</i>	212, 213
— <i>Margunius Vir doctus Græce & Latine scripsit contra Latinos.</i>	506	— <i>quo tempore scripta?</i>	226
<i>Emptio ac Venditio consistebat olim in permutatione rerum, potius quam in solutione nummorum.</i>	88	— <i>omnes Paulinas longe superat.</i>	242
<i>Engolismensis Tilius Johannes, vide Johannes.</i>		— <i>ob quas causas ei non adscripta?</i>	ibid. & seq.
<i>Ennodius, vide Euodius.</i>		<i>Epistola I. ad Corinthios in quo loco à Paulo scripta?</i>	325
<i>Ephesus totius Asia Metropolis & Proconsularis.</i>	325	— <i>quando 2. ad Corinthios scripta.</i>	326, 327
<i>Ephesus totius Asia Exarchus, Synodi sub Constantino VI. Præses.</i>	755	— <i>ad Romanos quo tempore scripta?</i>	341, 349
<i>Ephram natus Edessa Syrorum, Ecclesiæ Diaconus fuit.</i>	194	— <i>ad Galatas quando scripta?</i>	343, 344
<i>Ephraïmus an viderit octavam generationem?</i>	95	<i>Epistola ad Hebræos an Paulus auctor?</i>	175 & seq.
<i>Epicurus ubi docuit?</i>	1366	— <i>cur ei adscripta?</i>	217 & seq.
<i>Epiphanius Constantiæ Cypri Episcopus sub quibus Principibus clarus.</i>	195	<i>Epistola Pauli an interciderunt?</i>	181
— <i>in Cypro Episcopus scindit velum pendens in Foribus Ecclesiæ.</i>	718	<i>Epulandi cum afflictiis mos ad eos consolandos.</i>	83
<i>Episcopus Nacoliæ probat statutum Leonis in Imagines.</i>	730	<i>Epula super Mortuos in Africa nata.</i>	716
<i>Episcopus cur non permissus apud Genevenses?</i>	1053	— <i>siabant ad sepulchra Martyrum, & ad eorum memoriam.</i>	ibid.
<i>Episcopus primitus unus in tota Ægypto.</i>	1129	<i>Eremita Nicolaus, vide Nicolans.</i>	
— <i>ubi sedebat?</i>	ibid.	<i>Eridanus, hodie Padus, an ortus ex Riphais Sarmatiæ montibus?</i>	1024, 1025
<i>Episcopus Episcoporum quis ita vocatus.</i>	1553	<i>Erophordiensis Chronographus quo tempore scripsit?</i>	627 & seq.
<i>Episcopi promoti olim Regis & Imperat. jura.</i>	1183	<i>Eruditionis via qua fit?</i>	1336
— <i>succefferunt Apostolis in iis qua ordinarii muneris.</i>	297	<i>Essite qua loca tenuerunt?</i>	125
— <i>Vocati etiam Apostoli.</i>	ibid.	<i>Essi qui erant, & quid faciebant?</i>	283
<i>Episcopi supra Sacerdotes non gaudent Jure Primatus auctoritatis.</i>	448	<i>Esdra Synedrion ex quot Viris constabat.</i>	1206
— <i>quando Principes Sacerdotum dicti?</i>	ibid.	— <i>instauranda ac reformanda Disciplina ergo institutum.</i>	ibid.
— <i>non Patriarchæ &c. dicti usque ad tempus Pii.</i>	469	<i>Ethnicorum Mystra quibus ceremoniis initiabantur?</i>	1362
— <i>338 interfuerunt Synodo habita sub Constantino VI. 318 Synodo Nicænæ. 150 Constantinopolitana. 200 Ephesina. 160 Constantinopolitana II. 300 Constantinopolitana III.</i>	755	<i>Ethica Aristotelis diebus Dominicis pro thematicis Dominicalibus prælecta.</i>	1521
— <i>quales fuere, qui Synodo sub Irene interfuerunt.</i>	800, 801	<i>Euangelia habita pro authenticis ab antiquis Patribus.</i>	269
— <i>solos Presbyteros atque Diaconos ordinabant.</i>	881	<i>Euangelium Marci an delatum Constantinopolim, & quotannis legi solitum in Feria magna ante Pascham?</i>	273
— <i>non poterant ordinare quenquam nisi Presbyterii nomine.</i>	ibid.	— <i>an scriptum post mortem Barnabæ.</i>	ibid.
<i>Episcopi cur sic dicti?</i>	1112	— <i>an ex prædicationibus Petri collectum?</i>	280, 281
— <i>plures in unâ quando Ecclesiæ fuerunt.</i>	ibid.	— <i>Petro adscribitur.</i>	361
— <i>quales in Vetere Ecclesiæ conspicui, an conferendi cum Legalibus illis Præsidibus, sub quorum jugo Ecclesiæ genuit?</i>	1146	<i>Euangelium primis seculis in Britannorum Insulam illatum.</i>	397
— <i>quando in Ecclesiæ inspecti?</i>	1147	<i>Enaristus quot annos sederit?</i>	687
— <i>majorum Diocæson qui dicti?</i>	1247	<i>Eucharistia Symbola an Imagines Corporis & Sanguinis Domini, an vero ipsissimum verumque Corpus & Sanguis?</i>	870
<i>Episcoporum ordinatio quibus ritibus fiebat?</i>	883	— <i>quid de eo credidere Iconomachi.</i>	ibid.
— <i>uxores vocata Episcopa.</i>	89	— <i>quid de eo sensere Nicæni.</i>	ibid.
— <i>nomen, gradus &c. quando surrexerit?</i>	1039	<i>Eucharistia consecrata domum primitus deferabatur.</i>	1302
<i>Episcopus qua hodie Ecclesiæ venerantur?</i>	1147 & seq.	<i>Eugenia Filia Philippi Alexandria Præfetti viri habitus Monachus, dein Abbas Seculi VI. fuit.</i>	581
— <i>eorum potestas in quibus apparet.</i>	ibid.	<i>Eulogius quando & sub quo floruit.</i>	197
<i>Episcopatus Romana Ecclesiæ soli Petro tributus.</i>	384	<i>Eunuchi Patriarcha in Oriente non insoliti.</i>	634
<i>Episcopatus in Angliæ, legibus ita ferentibus, permittitur.</i>	1056	— <i>qui fuere.</i>	ibid.
<i>Episcopatus Anglorum nec jus Divinum subvertit, nec Ecclesiæ constitutionem abolet.</i>	1183	— <i>quotuplices?</i>	891
<i>Episcopatus an à Christo vel Apostolis institutus?</i>	1111, 1112	— <i>qui prohibiti à sacro ministerio?</i>	ibid.
<i>Episcopatus nulla Jurisdictione externa primitus annexa.</i>	1236	<i>Euodius, Episcopus Tacinensis, sub quo Principe clarus.</i>	205
		<i>Euphemia Fabella.</i>	817
		<i>Euripides vix ternos totò triduo versus numeris suis adstringebat.</i>	1434
		<i>Eusebius Casariensis quo tempore illustris?</i>	193
		— <i>relationes & Historias Ecclesiarum primus collegit.</i>	320
			Ensi-

<i>Eusebius quid scripsit de Mamaa?</i>	400	<i>Florentinus Antonius, vide Antonius.</i>	
— <i>multa incerta & dubia narravit.</i>	419	<i>Fœmina cur ad dignitatem Pontificiam pervenire potuerit?</i>	1612, 613
<i>Eustathius Magna Ecclesia Patriarcha diversus ab Eustathio Thessalonicensi, insigni Grammatico.</i>	528	<i>Fœmina in numismatibus Mansuetudinis Symbolum.</i>	1389
— <i>Metropolita Nicanus scripsit adversus Chrysolanum.</i>	529	<i>Fœmina qua sexum mentita?</i>	611
<i>Eutropius Breviarium Historia conscripsit usque ad Flav. Valent. Imp.</i>	408	— <i>qua sordidissima in solio Pontificio sederunt?</i>	613
<i>Eutychius Alexandrinus magni celebratus.</i>	348	— <i>an Constantinopoli sederint?</i>	625
— <i>Monachus Zigabenus sub quo & quo tempore scripsit?</i>	504	<i>Fœmina cur dicta maritima?</i>	888
— <i>Patricius Eunuchus, Pauli occisi in Exarchatu successor.</i>	732	— <i>Augusta, non minus quam Imperatores, oratione Funebris laudata.</i>	1497
— <i>ad recipiendas arces à Longobardis mittitur.</i>	ibid.	<i>Fœminis manus imponebantur.</i>	887
— <i>Patricius Leonis nomine Ravennam tenet.</i>	775	<i>Fores templi cur velò obducebantur?</i>	718
— <i>Pentapolin recuperat, fuso Longobardorum exercitu.</i>	ibid.	<i>Forma varia Regiminum Ecclesiasticorum inde à Reformatione.</i>	1212 & seq.
<i>Examen rigidum fidei ac sanctitatis si obtineret in Ecclesia, quid tunc sequeretur.</i>	1315, 1316	— <i>causæ earum variationum.</i>	1216
<i>Exarchi nati post Nicanos.</i>	480	— <i>male ad tres revocata.</i>	ibid.
<i>Exarchis ab Oriente submissis quandopotesas ademta?</i>	560	<i>Formosi Papa Fabula qua?</i>	624
<i>Exautoratus Rex quis primus?</i>	732	<i>Formosus Portuensis Episcopus dignitate exutus à Johanne IX. ad Papatum pervenit.</i>	664
<i>Excommunicationes levissimis saepe de causis apud Anglos fiunt.</i>	1281	<i>Franciscus Maria Marcelli Historiam integram exhibuit.</i>	356
— <i>in tribus delictis olim fieri poterant.</i>	ibid.	<i>Franciscus Ordinis Predicatorum, Missionarius Ecclesia Rom. assentitur, Græcorum & Latinorum Baptisma esse unum idemque.</i>	552
— <i>fiunt sententiâ Curia Judicialis, & per viros seculares.</i>	ibid.	<i>Franc. Giviri sclopeto petit Farellum.</i>	1530
<i>Excommunicationis formula qua usitata apud Judeos?</i>	1325	<i>Francisci Bonnavardi de Reformatione Judicium.</i>	1526
<i>Exacionita qui dicti & quare.</i>	845	<i>Francorum Reges non uncti ante Pipinum & Carolum Secundum.</i>	570
<i>Exorcista quo ritu consecratur?</i>	894	<i>Fraudum exempla in expungendis rebus.</i>	672
<i>Exorcista in adjurando Demone invocabant Nomen Jesu.</i>	1301	<i>Freculphus Lexoviensis Episcopus, contra Iconodulos missus ad Eugenium.</i>	864
<i>Exorcismus Baptismalis cur apud Lutheranos circa Infantes in usu?</i>	910	<i>Fredericus III. Palatina Ecclesia Reformator Doctoris partes assumpsit.</i>	1234
— <i>ob quas causas apud Veteres adhibitus?</i>	910	— <i>Pius præclara fecit.</i>	1553, 1554
<i>Expiationis Festum quando celebratum?</i>	292	— <i>egregia verba ad Maximilianum Casarem habet.</i>	ibid.
<i>Exsufflandi iteratus ritus quid denotavit?</i>	1458	<i>Freherus Johanna Papissa meminit.</i>	653
<i>Ezechias Rex Serpentem aneum cur confregit?</i>	812	<i>Frumentius Antonius, vide Antonius.</i>	
<i>Ezechiel Tragicus Historiam Educationis ex Aegypto carmine dramatico complexus est.</i>	11	<i>Fulgorius Baptista, vide Baptista.</i>	
F.		<i>Funebres Iudi edicto Principum sanciti.</i>	162
<i>Fabella de Christo & Principibus Apostolorum quo tempore plurima?</i>	363	<i>Furbitus Guido, vide Guido.</i>	
<i>Fabius Maximus cur gestò quinquies Consulatu abdicationem muneris petebat?</i>	1455	<i>Furia quomodo in Numismatibus depinguntur.</i>	1489
<i>Fabula nimis libenter à Christianis primis temporibus assumta.</i>	370	<i>Furnus Johannes, vide Johannes.</i>	
— <i>plurima de Petro conficta.</i>	374	G.	
<i>Facundus Hermianensis Episcopus quando clarus?</i>	205	<i>Gabriel quibus verbis prædicit Jobi restitutionem.</i>	81, 82
<i>Fames sub Claudio quo tempore fuit?</i>	323	<i>Gabriel Severus primus usus suis voce Transsubstantiationis.</i>	498
<i>Fanatici detectò capite percipere Sacramentum aut cantare Hymnos noluerunt.</i>	922	— <i>Philadelphensis Metropolita fuit.</i>	506
<i>Farellus Guilielmus, vide Guilielmus.</i>		<i>Galaticari quid significat.</i>	1302
<i>Faustinus Presbyter Romanus quando clarus.</i>	201	<i>Galfrius Monumethensis Archidiaconus celebris set. XII.</i>	392
<i>Faustus ex Abbate fit Episcopus Rhegiensis.</i>	204	— <i>Historicus sui temporis laudatissimus ac sincerissimus Johanna Papissa meminit.</i>	599
<i>Faustus pelle detracta bestis objicitur.</i>	1343	<i>Gallicana persecutio quo tempore facta?</i>	392
<i>Faustiana Sacerdotes puella à Faustina appellata.</i>	404	<i>Galli aliquot seculorum decursu Imaginum cultum reprobarunt.</i>	863
<i>Febris ardentis qua Symptomata?</i>	785	<i>Gallorum de Hugenoitis qua mendacia?</i>	788
<i>Februarius unde nomen habet.</i>	1444	<i>Gaudentius Episcopus Brixienensis quando floruit, 202, 203</i>	
<i>Ferrandus Carthaginensis Ecclesia Diaconus.</i>	205	<i>Gelasius, Episcopus Romanus sub finem v. seculi libros V. & N. Testamenti, ut & Ecclesiasticos recenset.</i>	204
<i>Fidei propaganda ante latam legem qua via?</i>	105	<i>Genebrardi error circa computationem annorum Jobi.</i>	96
<i>Filia Edom non de gente Idumæa præcise, sed de qua intelligenda.</i>	23	<i>Geneva antiquissimis temporibus Soli sacrata.</i>	1525
<i>Filia apud Hebræos & alias gentes non habebant jus successione.</i>	136	<i>Genevensis Ecclesia quid senserit de Episcopatu Anglicano?</i>	1245
<i>Filios qui immolavero?</i>	164	<i>Geniculatio in S. Eucharistia est situs summa humilitatis, & elevata ad Deum & Christum mentis.</i>	913
<i>Flaccus Albinus, Anglus, Præceptor Caroli Magni, Vir Doctissimus.</i>	823	<i>Geniculatio in S. Eucharistia situs corporis est humillimus &c.</i>	1298
<i>Flaminia Sacerdotia fuere utriusque sexus apud Romanos.</i>	396	<i>Genitalia palpani consuetudo in Rom. Ecclesia.</i>	583
<i>Flavaldus x. Seculo Historiam Ecclesia Rhemensis adornat.</i>	207	<i>Gennadius, vide Georgius.</i>	
<i>Flodoardus, vide Flavaldus.</i>		— <i>Monachus, Cydonium & Aquinatem hæreses arguit.</i>	489
		<i>Gentiliacum propè Parisios, villa suburbana.</i>	778
		— <i>in hac Palatium Pipini fuit.</i>	ibid.

I N D E X

<i>Gentiliaci Synodus Magna fuit.</i>	778	<i>Goël quid denotat?</i>	107
<i>Gentiles quomodo coluerunt Imagines Deorum?</i>	839	— <i>quid faciebat circa proximum aut agnatum.</i>	ibid.
— <i>multa ex Historia Sacra hausserunt.</i>	1338, 1339	<i>Gordianus Pius avitum Abgarorum Regnum restituit.</i>	398
— <i>Hora templum consecraverunt.</i>	1392	<i>Gord. Junior intra Annum in Africa & Imperator & occisus.</i>	421
<i>Gentium opes in quibus consistunt.</i>	88	<i>Gordiani Imperatoris egregia vox.</i>	438
<i>Geographorum error in designanda Jobi patria.</i>	25	<i>Gothi quando conversi?</i>	1305
<i>Georgiana regio vocata à Gergesais Transjordanicis.</i>	320	— <i>eorum primus Episcopus.</i>	ibid.
<i>Georgiani qui populi?</i>	499	<i>Gradus tertius Penitentium in primitiva Ecclesia qui erat?</i>	901
— <i>quo seculo & a quo conversi?</i>	ibid. & 500	— <i>quartus qui erat.</i>	ibid.
— <i>ignorantia eorum stupenda est.</i>	ibid.	<i>Gradus ab uno Polo ad alium quot?</i>	1016
<i>Georgius Abulfarajus Arabs scripsit Historiam Dynastiarum Sec. XII.</i>	422	<i>Gradus ad Antichristianismum qui fuerit?</i>	1187, 1188
<i>Georgius Scholarius in Synodo Florentina, & post, Latinorum Dogmatum Defensor.</i>	491	<i>Græcorum fabula pteraque orta ex S. Historia.</i>	11
— <i>Patriarcha Constantinopolitanus per Muhammedem II.</i>	ibid.	— <i>Patrum testimonia de Epistolâ Pauli ad Hebræos.</i>	192 & seq.
— <i>insignis Didascalus Constantinop.</i>	ibid.	<i>Græcia Roma vocatur.</i>	362
— <i>vir doctus & prudens fuit.</i>	ibid.	<i>Græci genuini sunt, qui alienissimi à Latinis ritus majorum observant.</i>	487
— <i>cujus consilii Auctor Johanni Paleologo Imp.</i>	ibid.	— <i>scriptores plurimos habent, qui Latinos aggressi fuerunt.</i>	ibid.
— <i>quid scripsit.</i>	ibid. 492	— <i>spurii seu neoterici qui sunt.</i>	ibid.
<i>Georg. Phranza Protovestiaris vixit sub Synodo Florent. edidit Chronicon de Rebus Byzantinis.</i>	492	— <i>qui Venetiis agunt quos ritus observant?</i>	498
<i>Georg. Trapezuntius Secretarius Apostolicus scripsit ad Annum 1486.</i>	494	<i>Græcorum in Armenios odium unde?</i>	523
<i>Georg. Coresius, Medicus scripsit contra Latinos.</i>	507	<i>Græci rebaptizant eos, qui a Latinis ad Græcos redeunt.</i>	526
<i>Georg. Corcyriensis, Metropolita, variis scriptis contra Latinos sub Manuele inclytus.</i>	530	— <i>quando eorum dissidium à Rom. Ecclesia factum?</i>	527, 528
<i>Georg. Moschampar, Ecclesia Chartophylax temporibus Michaelis Paleol. scripsit contra Ecclesiam Rom.</i>	531	— <i>cur Latinis dicti Schismatici?</i>	534
<i>Georg. Cedrenus vitam Monasticam amplectitur.</i>	749	— <i>cur Romanos non ferant?</i>	536
<i>Georg. Landavensis in Synodo Dordracena inter externos primum locum meruit.</i>	1060	<i>Græci Δαλνὸφροες sub cujus potestate sunt?</i>	541
— <i>Reverendissimi Presulû nomine salutatûs.</i>	ibid.	<i>Græcorum sententia circa Perfectionem aut Merita Operum.</i>	548
<i>Gerah nummus minutulus pendet XVI. hordei grana.</i>	88	<i>Græci quam Satisfactionem admittunt?</i>	551
<i>Gerhardus Johannes Vossius Varro Belgicus dictus.</i>	653	— <i>Confessionem quam admittunt.</i>	ibid.
<i>Germanus quarit defectionem Græcæ Ecclesiæ ad Latinos.</i>	488	— <i>non tolerant Nuptias Quartas.</i>	552
<i>Germanus Constantinop. remotus ob contumaciam in asserendis Imaginibus, & in Principem.</i>	496	— <i>admittunt Infantes Baptizatos ad S. Synaxin.</i>	553
— <i>Constantinop. claruit sub Joh. Duca, acris Latini nominis hostis.</i>	531	— <i>quo modo, & ex qua necessitate.</i>	ibid.
— <i>Constantinopolitanus favet Imaginum venerationi.</i>	729	— <i>in multis a Latinis circa Baptismum discrepant.</i>	553
<i>Germ. Episcopus Constantinop. Patriarcha Annò 730. abdicatur.</i>	734	— <i>in plurimu ab eisdem circa Eucharistiam.</i>	554
— <i>ob quas causas.</i>	ibid.	— <i>cur mollitiei muliebris Latinos accusant?</i>	581
<i>Germanus an à Leone interfectus?</i>	740	— <i>cur Johanna Papissa non meminerunt?</i>	644
— <i>in qua verba erupisse fertur in baptisate Constantinis?</i>	746	<i>Græci quas Imagines non admittunt?</i>	860
<i>Germani Antissiodorensis Episcopi fabula.</i>	619	— <i>cur Imagines solum ab umbilico supra, & non inferius pingunt?</i>	861
<i>Germani diutissime cultum Imaginum execrati.</i>	863	<i>Græci Imperatores in Urbem Romanam, Romanumque Ducatum, speciem quandam Domini habuerunt?</i>	781
<i>Germanicia urbs & Episcopatus in Pyria & Cilicia confinio.</i>	750	<i>Græci cur vetuerunt, ut Filii ea appellatione uterentur, qua Patres veniebant?</i>	1381
<i>Gervasius Tilburienfis, Monachus Benedictinus, scriptor Seculi XII. an meminerit primus Johanna Papa?</i>	595	<i>Gratianus Pontificis Maximi titulum abjecit.</i>	1553
<i>Gesta in Senatû in Archivis Augustorum descripta.</i>	373	<i>Gravamina contra Canones Ecclesiæ Anglicanæ & Regimen Hierarchicum.</i>	1275 & seq.
<i>Gestus & situs corporis inter precandum non determinatus in Divina lege.</i>	923	<i>Gregorius Nyssa Episcopus civitate à quo pulsus.</i>	195
<i>Gestus inter precandum quot apud Judæos?</i>	924, 925	— <i>Nyssa in Cappadocia prima Episcopus.</i>	711
<i>Gibeonitarum quale munus?</i>	154	<i>Greg. Nazianzenus quando clarus?</i>	195
<i>Gihon an Nilus?</i>	1024	<i>Greg. Baticus, Hispaniarum Episcopus, sub quibus Principibus floruit.</i>	201
— <i>fluvius cum Tigri & Euphrate exoneratur in sinum Persicum.</i>	1025	<i>Greg. Magnus, ex Monacho & Diacono Papa factus.</i>	205
<i>Gildanus Albanus Seculi VI. scriptor sapiens.</i>	397	<i>Greg. Mammantes Latinorum fautor.</i>	494
<i>Glaucias Magister Basilidû.</i>	278	— <i>Ephesi insignis Adversarius.</i>	ibid.
<i>Glocestria urbs in regione Dobunorum.</i>	394	— <i>promotor primarius Unionis sanciente inter Latinam & Græcam Ecclesiam.</i>	ibid.
<i>Glossemata plurima in Textum Græcum V.T. irrepserunt.</i>	42	— <i>à Græcis pro Patriarcha non habitus.</i>	ibid.
<i>Gnosticorum errores.</i>	212	— <i>scripta ejus an vera sunt?</i>	ibid.
<i>Gnostici tricenario numero gaudent.</i>	365	<i>Greg. Mammantes Sanctorum Catalogo adscriptus.</i>	514
— <i>quam adorationem Diis deferebant.</i>	840	<i>Greg. Chius quid scripsit.</i>	497
<i>Gobelinus Persona, Halberstad. Præpositus, scriptor Chronici ab orbe condito circa tempus Synodi Constantiensis.</i>	591	<i>Greg. Palamas, Vecchi insignis adversarius, Sanctissimus vocatus, contra Latinos scripsit.</i>	532
		— <i>cur accusatus perfidia in Ludovicum?</i>	573
		<i>Greg. Abul-Farajus Malatienfis ad Euphratem Medicus Christianus ad quod tempus Historiam produxit?</i>	633
		<i>Greg. Syracusanus, Ignatii Patriarcha promotioni resistit.</i>	642
			642
			Greg.

— ab eo deponitur.	ibid.	<i>Hebraea lingua in desuetudine ultimis temporibus fuit.</i>	359
<i>Gregorius quid de Imaginibus sensit?</i>	717	<i>Hecatostylum stadium erat centum columnis exornatum.</i>	429
<i>Gregor. II. cum rebellionis minister in Leonem insurgit.</i>	731	<i>Hegesippus Irenaeo aequalis non confundendus cum Hegesippo Excidii Hierosolymitani Scriptore.</i>	356
— obstringit Leonem anathemate.	ibid. 733	<i>Heli senio confectus vixit annos 98</i>	102
— in Concilio Rom. haeresin Iconoclastarum damnat, & cultum Imaginum decernit.	ibid.	<i>Hellenista Hebraei ita vocati ratione idiomatis & sermonis Graeci.</i>	180
— Romanorum & Italia defectionem ab obsequio Graeci Imperatoris promovet.	ibid.	— apud Lucam an Hebraei vel Profelyti?	181
— Leonem hostem Ecclesia Imperio indignum pronunciat.	ibid. 732	<i>Helvetica Ecclesia formula consensus.</i>	977
<i>Gregor. III. cur Legatos in Galliam mittit?</i>	734	<i>Henrici Mori de Cartesio iudicium.</i>	962
<i>Gregoris III. Anathema in Imaginum contemptores.</i>	742	<i>Henricus Dodwellus quid senserit circa Evangeliorum autoritatem?</i>	266
<i>Gregorii epistola ad Secundinum ab eo non scripta.</i>	782	<i>Henricus II. media inter orgia & hastiludia dextrò oculo orbatur.</i>	785
<i>Gregorius IV. quot Annos sederit?</i>	690	<i>Henricus III. Monachi ferro perit eodem loco & die, quò Bartholomaeanam internecionem suaserat.</i>	ibid.
<i>Gregorius alienissimus ab adoratione Imaginum.</i>	782	<i>Henricus VIII. ad se primus trahit iura Episcopalia.</i>	1229
<i>Grotii sententia de Goel Jobi & ejus visione, ob quas rationes rejecta.</i>	109, 110	— vult supremum Ecclesiae in Anglia & Hibernia dici & haberi Caput.	ibid.
<i>Grotii error.</i>	562	<i>Henr. Cantuariensis Episcopus laudatus.</i>	1178
<i>Grotius cur iniquior in Cyrilli Confessionem?</i>	510	<i>Henr. Altingius quid senserit de Episcopatu Anglicano?</i>	1246, 1247
<i>Guerinus S. Cœnam primus Geneva administrat.</i>	1533	<i>Herchempertus Monachus Cassinensis clarus sub Stephano VI. Auctor Historia Longobardica.</i>	664
<i>Guiana Americana incola vivunt ad annos 200.</i>	101	<i>Herculis fabula magnam partem ex Jobi historia petita.</i>	134, 135
<i>Guido Furbitus Dominicanus vehementer in Lutheranos declamat.</i>	1536	<i>Hercules Aegyptius Gigantes fundens, & lapidibus calomissis adjunctus, quis fuerit?</i>	1339, 1340
— causa suâ cadit.	1537	<i>Herembertus Monachus Cassinensis, ex Beneventano oriundus quid de somnio Arechisi Beneventani scripsit.</i>	582
— carceri additus, post biennium intercessione Regum Gallia liberatur.	ibid.	<i>Herianum; vidè Hiera Palatinum.</i>	
<i>Guilielmus Tyrinus tempore Belli Sacri, Legatus Papa.</i>	495	<i>Herodes quo tempore mortuus.</i>	322
<i>Guilielmus Bibliothecarius, continuator creditus Anastasii.</i>	588	<i>Herulphus Gallorum Praefulum nihil.</i>	782
— quando orditur.	ibid.	<i>Hiera Palatinum jacet è regione urbis in Asiatico litore ultra Bosphorum.</i>	754
— quando vixerit.	ibid.	<i>Hierapolis urbs Syria Cirrhestica, haud procul ab Euphrate.</i>	425
<i>Guilielmus Occamus, famosissimus Monachus, Johanna Papa memor.</i>	600	— nomen ab Sacris Dea Syria sortita.	ibid.
<i>Guilielmus Farellus magnum Reformationis instrumentum.</i>	1528 & seq.	— hodie creditur Aleppo.	ibid.
— audit Sacrificulorum Flagellum.	1529	— alia Hierapolis fuit Phrygia Magna à Thermis commendata.	ibid.
— sclopeto, sed irritò, petitur.	1530	— prioris colonia, & ibi celebre templum Apollinis.	ibid.
— ubi primam concionem habuit.	1538	<i>Hierarchia Ecclesiastica quando apud Anglos constituta?</i>	392
<i>Guisus cadit in eadem urbe, eodemque in Conclavi, in quo decreta fuerat Cedes Bartholomaeana.</i>	785	<i>Hierarchica prudentia in Anglis exempla.</i>	1176
<i>Gymnosophista Deos putant, quicquid colere ceperunt.</i>	966	<i>Hieronymus Presbyter quando natus & denatus.</i>	202
H.		<i>Hierophas Atheniensis cicuta sorbitione se castravit.</i>	634
<i>Habessini qui dicti & ubi locati?</i>	518	<i>Hierosolyma Metropolis Judaeorum in Palestina habitantium.</i>	378
<i>Hadrianus I. concedit Carolo Regi jus eligendi summum Pontificem, & ordinandi sedem Apostolicam.</i>	637	<i>Hierosolymitanus Episcopus quibus praest Provinciis?</i>	468
<i>Hadr. II. igni adjudicat volumen Photii contra Nicolaum.</i>	636	<i>Hierosolymitano Episcopo quartus honoris gradus assignatus.</i>	476
— quibus verbis de Photio conqueritur.	637	— Patriarcha qua subsunt Ecclesia.	503
<i>Heretici ad Ecclesiam venientes manuum impositionem accipiebant. 904. Venditabant successionem doctrinae ab Apostolis.</i>	366	<i>Hierosolymitani templi instauratio frustra tentata.</i>	1343
<i>Hagareni ubi positi?</i>	59	<i>Higeden (ab) Ranulphus, vide Ranulphus.</i>	
<i>Haltigarius Cameracensis & Atrebatensis Praefulus cui missus a Ludovico Pio ad Michaëlem Balbum?</i>	864	<i>Hilarinus, Episcopus Pictaviensis sub quo clarus.</i>	201
<i>Hama Syria urbs, olim Apamea.</i>	21	— cur libros Tobiae & Judith Canonicis accenset?	217
— hodie Assi, sita ad Orontem Fluv.	ibid.	<i>Hildebertus quo tempore Archiepiscopus Moguntinus?</i>	627
<i>Hammondus quando mortuus?</i>	1180	<i>Hildegundis Virgo, sub virili habitu sexum muliebrem occultans; vixit inter pingues Monachos Ordinis Cisterciensis.</i>	981
<i>Hanno patrem excecat.</i>	1339	<i>Hillel Patriarcha Judaeorum fuit.</i>	293
<i>Hanania, vide Anania.</i>		<i>Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, primum Monachus S. Dionysii medio nono seculo illustris.</i>	206
<i>Harmosta qualis magistratus apud Latones?</i>	290	<i>Hincmari Remorum Episcopi Epistola ubi extat?</i>	670
<i>Hartmannus Schedel, Doctor Patavinus, Scriptor Chronici Norimbergensis, Johannis Anglici cum omnibus circumstantiis meminit.</i>	601	<i>Hincmarus limina Apostolorum pulsat pro confirmatione Synodi Sueslionensis.</i>	673
<i>Havila ubi locata?</i>	1025	<i>Hincmarus, senior Rhemensis, indignatur in Graecorum Pseudo-Synodum.</i>	864
<i>Haymo, Halberstadiensis Episcopus, membrum Synodi Moguntina.</i>	206	<i>Hippolytus Martyr, cujus Discipulus, fuit Portuensis Episcopus primus.</i>	208
<i>Hebdomi Campus, locus Constantinopoli, in quo Ariani habitabant.</i>	845	— The-	
<i>Hebraei numismata, etiam minutissima, ex solo pondere aestimare soliti.</i>	87		
— non signabant nummos.	ibid.		
— quare dicti, licet extra Judea fines degerent.	180		
— extra Palaestinam lingua Graeca utebantur.	248		

I N D E X

<i>Hippol. Portuenſis quando floruit?</i>	416, 417	<i>Idumaa intra quos fines arctatur.</i>	22
— <i>Episcopus Romae vocatur.</i>	ibid.	— <i>qua terra sit in S. Historia.</i>	ibid.
<i>Hippol. Thebanus Auctor Chronici Alexandrini.</i>	322	<i>Idumaa in stylo historico quid perpetuo est?</i>	ibid.
<i>Hircani parentes senio confectos necavere.</i>	1346	<i>Idumaa ubi collocatur.</i>	25
<i>Hircus hieroglyphicum fecunditatis fuit.</i>	134	<i>Jebus civitas, postmodum Hierosolyma, à Jebusais pos-</i>	100
<i>Hispani cultum Imaginum execrantur.</i>	862	— <i>ſeſſa.</i>	100
<i>Historia primi peccati ab Adamo & Eva commiſſi quo-</i>	10	<i>Jejunii tempore cur ſelectebant genua Chriſtiani?</i>	925
— <i>modo intelligenda.</i>	10	<i>Jejunia non ſunt purioris antiquitatis.</i>	1288
<i>Historia Auguſtana hiatus à Gordiano III. ad Valerianum</i>	412	— <i>pleraque à Latinis inſtituta.</i>	ibid.
— <i>unde?</i>	412	<i>Jejunium 40 dierum cur obſervatum?</i>	1300
<i>Historia multa Ethnicorum ex S. Scriptura petita.</i>	169	<i>Jemama, vide Jamama.</i>	
— <i>lex qua eſſe debet?</i>	657	<i>Jemimah vel Jemamah, regio in Arabia unde ita dicta.</i>	34
<i>Holocausta oblata ante legem à Patribus-familias.</i>	71	—	129, 130
<i>Homeri patria qua fuit.</i>	9	<i>Jemimah Filia Jobi cur ſic vocata?</i>	152
<i>Homerida in Chio an oriundi ex Homero?</i>	128	<i>Jeptha Filia an immolata?</i>	157
<i>Homeri Poemation aureis literis inſcriptum in Draconis in-</i>	736	— <i>Filiam immolavit.</i>	153 & ſeq.
— <i>teſtino Conſtantinopoli aſſervabatur.</i>	736	<i>Jeptha Filia cur luget virginitatem.</i>	166
<i>Homicida juxta Canonistas non ſunt, qui Excommunica-</i>	739	<i>Jeremias Senonenſis adverſus Iconoduliam ſcripſit.</i>	864
— <i>tos trucidant.</i>	739	<i>Jeſuitarum perfidia erga Cyrillum Lucarem.</i>	512
<i>Honoratus Fabri Jeſuita quem Librum edidit?</i>	526	<i>Jeſus Chriſtus multos Judaicos ritus inſtitutos obſervavit.</i>	911
<i>Honorius Papa quando damnatus?</i>	638	—	1150
— <i>quando reſtitutus.</i>	ibid.	<i>Jethro ſuadet Moſi Senatum.</i>	ibid.
<i>Howſon Prabendarius cur ſuſpenſus?</i>	1176	— <i>ax quibus u conſiſtebat.</i>	ibid.
<i>Hugo à quo tempore & ad quod Chronicon ſcripſit.</i>	592	— <i>eorum poteſtas qua.</i>	ibid.
<i>Humbertus Cardinalis, Episcopus Sylva Candida.</i>	529	<i>Jethro Madianitarum Princeps fuit.</i>	1339
<i>Humi procumbere facie, antiquiſſimus adorandi ritus in</i>	924	— <i>quas gentes circumciſionem docuit.</i>	ibid.
— <i>Oriente, & indicium ſubmiſſionis ac pavoris.</i>	924	<i>Jeſidus Arabum Chalifa in Sanctas Imagines accenſus</i>	723
<i>Huſcham Rex Idumaeorum fuit ex Theman.</i>	32	— <i>fuit.</i>	270
<i>Hutz an Trachonitidis & Damasci conditor?</i>	20	<i>Ignatii epiſtola VII. quando ſcripta?</i>	354
— <i>an inter Palaſtinam & Coele-Syriam Principatum</i>	ibid.	<i>Ignatii ad mortem ducti egregia verba.</i>	806, 808
— <i>tennerit?</i>	ibid.	<i>Ignatius Tarasii Vitam ſcripſit.</i>	846
<i>Hydruntinus Nicolaus, vide Nicolaus.</i>	246	<i>Ignatius Michaelis Filius ante conſuram Monachalem Nice-</i>	39
<i>Hyperius praſtantiſſimus fuit Theologus.</i>	246	— <i>tas dictus.</i>	617
I.		<i>Imaginem Edeffenam à Chriſto ſudario impreſſam quis</i>	712
J acob Patriarcha ſepultus in ſepulcro Abrahami.	92	— <i>primum retulerit?</i>	712
J acobus inter quas Nationes diverſatus?	304	<i>Imaginum uſus religioſus prioribus ſeculis ignoratus &</i>	712
J acobus Goar Ordinis Predicatorum edidit Euchologium	499	— <i>improbatuſ.</i>	712
— <i>Gracorum.</i>	499	— <i>non notus ante Gregorii Nyſſani & Pauli Nola E-</i>	712
J acob Syrus, Severi Antiocheni ac Dioſcori Diſcipulus.	518	— <i>piſcopi tempora.</i>	712
J acobus Anglorum Regina per jocum dictus.	579	<i>Imaginum uſus primis temporibus historicus ad rerum me-</i>	702
J ac. Philippus Bergomas, Hiſtoriographus celeberrimus,	601	— <i>moriam &c.</i>	713
— <i>teſtis Johanna Papiſſa.</i>	601	<i>Imaginum cultus quando interdictus?</i>	714
J acobus Hieroſolymitana Eccleſia primus Episcopus.	930	<i>Imagines per IV. ſecula non uſurpata à Chriſtianiſ.</i>	715
J ac. Niſibis Episcopus, urbis & exercitus Praefectus.	1233	<i>Imagines V. ſeculo loco Paganarum erecte.</i>	716
J ac. Bernardus Franciſcanus ad Reformatam religionem	1540	<i>Imagines quorumvis defunctorum, ut totidem Numina, ad-</i>	720
— <i>amplectendam convertitur.</i>	1540	— <i>orare ſoliti Gentiles.</i>	721
J acobita cur à Gracis pro Hæreticis habiti?	518	<i>Imagines pancarce qua erant?</i>	721
— <i>qui hodie & à quo vocati?</i>	518	<i>Imagines quando in Anglorum Eccleſias introducta?</i>	725
— <i>duplicis generis ſunt.</i>	519	<i>Imagines exterminare conſilium cui tributum?</i>	729
— <i>genuini Rom. Eccleſia ſe opponunt.</i>	ibid.	<i>Imagines Sanctorum cur omni modo conterenda?</i>	756 & ſeq.
— <i>Latinizati toti ad nutum Pontificis Romani.</i>	ibid.	<i>Imagines Chriſti &c. cur damnata?</i>	790
J acobita quas Eccleſias Patriarchico jure adminiſtrabant?	807, 808	<i>Imaginum cultus ab Irene primo in Oriente inſtitutus.</i>	792
J amama à qua ita vocata, & ubi ſita.	129	<i>Imaginum uſus in Eccleſiis Chriſtianorum prioribus ſecula-</i>	792
J apethus primus Gracarum & Europaarum Gentium con-	1339	— <i>lis rariſſimus.</i>	792
— <i>ditator.</i>	1339	— <i>quando capit exponi publice.</i>	ibid.
J aſites Jobus, vide Jobus.		<i>Imago Chriſti in Urbe Syria Phanicia à Judais male ha-</i>	814
I bn-Patrik, vide Patricides.		— <i>bita an ſanguinem & aquam emiſerit?</i>	814 & ſeq.
I cari cujuſdam in publico ſpectaculo volatus originem de-	382	<i>Imaginum Fabula exploſa?</i>	837
— <i>dit volatui Simonis.</i>	382	<i>Imago ſit ad ornamentum vel ad res monſtrandas.</i>	ibid.
I cenam quam regionem incoluerunt?	394	<i>Imagines in Baſilicis cur poſita?</i>	840
I con mirus repertus Roma.	1543	<i>Imagines floribus & ſeris coronare moſ.</i>	841
I conoclaſtarum nomen unde ortum?	730	<i>Imagines horrenda Patri, Filii, Spiritus S.</i>	860
I conolatra Graci multa fingunt ad Leonis memoriam ex-	735	— <i>Imagines qua Lege Moſis prohibita?</i>	ibid.
— <i>crandam reddendam.</i>	735	— <i>quomodo venerantur Ruſſi.</i>	562
I conomachici belli ſub Leone Iſauro orti vera hiſtoria.	728	<i>Imperii tranſlatio an à Gracis ad Francoſ facta à Leone.</i>	564
I conomachia Hæreſium omnium ſumma.	734	<i>Imperatores Orientis ſummo honoris titulo inſigniti fuerunt</i>	564
I conomachi veteres admiferunt ſignum Crucis.	766	— <i>Regum.</i>	564
I dacius Clarus Lemia Hiſpaniarum Episcopus quando flo-	204	<i>Imperatores Rom. cur nomen Regis averſati?</i>	567
— <i>ruit?</i>	204	<i>Imperatores cur Sacerdotes &c. dicti?</i>	ibid.
I dololatria genus quod antiquiſſimum?	71	— <i>habent jus in Eccleſiam.</i>	571
I dolum ſit ſacrilego ritu & vanà ſuperſtitione.	837	<i>Imperatores non dicebantur, niſi à Papa electi.</i>	Im-

<i>Imperatores Graeci Θεοσεβής dicti.</i>	571	<i>grinationem?</i>	65
<i>Imperatorum potestas in Pontifices.</i>	658	<i>an Mose, seu lege lata, antiquior?</i>	69 & seq.
<i>Imperatores in quibus rebus a Pontificibus deponi possunt.</i>	732	<i>Jobus quot annos vixit?</i>	72
<i>Imperatorum auctoritas in Ecclesia in quibus locum habebat?</i>	1210	<i>Jobus an Jacobo fuerit coaetaneus?</i>	73
— quando ea coepit?	ibid.	<i>Jobi uxor an Aegyptia vel Arabissa?</i>	74
<i>Imperatores Romanorum Pontifices Maximi.</i>	1233	<i>Jobus vixit tempore servitutis Israelitica in Aegypto.</i>	75
— in Sacerdotum collegium cooptabantur.	ibid.	<i>Jobus an coaevus Abrahamo?</i>	ibid.
<i>Impositio manuum quando desistit?</i>	264	<i>Jobus quo aetatis anno passus fuit.</i>	76, 77, 78
<i>Impositionis manuum in Clericis fines qui & quot sunt.</i>	885	— per quot tempus dolores ac perpeffiones sustinuit.	77, 78
<i>Impositio manuum iterata in Paulo & Barnaba.</i>	1309	— qua mala tulit.	78
<i>Incurvatio ad prolatum nomen Jesus apud Anglos & Lutheranos in usu.</i>	916	— a Diabolo quibus verbis sollicitatus.	ibid.
— cur ea jam facta in primæva Ecclesia?	917	— per quot annos afflictiones passus sit, incertum.	79
<i>Incurvatio ad nomen Jesus unde ortum habuit?</i>	1301	<i>Jobi restitutio per quos gradus, & quò modò facta.</i>	81
<i>Indiculus veterum Pontificum Romanorum concinnatus est ante Liberium.</i>	384	<i>Jobus ex civitate ejectus, Christi in quo juxta veteres mysterium?</i>	83
— mendis innumeris scatet.	ibid.	<i>Jobi amicorum dona cujus fuisse generis?</i>	84
<i>Infantibus bimulis panem Azymum vinò intinctum dant Armeni.</i>	522	<i>Jobi facultates in quibus constiterunt.</i>	88
<i>Infantes baptizati à Graecis ad S. Synaxin admissi pane vino intincto, & in cochleari exhibito.</i>	553	<i>Jobus per quot annos vixit.</i>	95 & seq.
<i>Infantes Christiani baptizati quomodo dici possunt regenerati.</i>	1269, 1270	<i>Jobi annus nativitatù & mortis definiri nequit.</i>	98
<i>Innocentius, Romanus Episcopus, quando floruit?</i>	203	<i>Jobus ex schola Abrahami multa hausit.</i>	ibid.
<i>Inopus, rivulus in Delo, Apollinis insula.</i>	15	<i>Jobi fides.</i>	104
<i>Inscriptio in lapide ad Longos Muros inventa an vera?</i>	797	<i>Jobi amici non fuerunt Gentiles.</i>	104 & seq.
<i>Instituta primi ævi quomodo saepe in nefandos transferunt abusus?</i>	1189	<i>Jobus non fuit Gentilis.</i>	104 & seq.
<i>Joannicus Regius excubitor an ex Iconomacho factus Iconolatra.</i>	796	<i>Jobi fides certissima circa resurrectionem multo argumentis adstruitur.</i>	107 & seq.
<i>Jobab secundus ex 8. Regibus, qui ante Mosem in Edom regnarunt.</i>	45	<i>Jobi filii qui & quot juxta Philonem.</i>	128
<i>Jobi historia à multis pro parabola & Tragi-Comœdia habita, & ob quas causas.</i>	2, 3, 8 & seq.	<i>Jobi filiarum nomina cur prodita memoria?</i>	ibid.
— cur in dubium versa?	3	<i>Jobi historia magnà ex parte cum Herculi Fabula convenerit.</i>	134, 135
— ob quas rationes pro vera historia censenda sit.	4, & seq.	<i>Jobi liber à quo scriptus?</i>	138
<i>Jobi fidei cur nulla mentio apud Paulum Hebr. XI.</i>	7	— an à Mose?	ibid. & seq.
<i>Jobi cur non meminit Josephus.</i>	8	— & quo tempore, & quem in finem.	ibid. 139
<i>Jobi historia quo tempore ponenda.</i>	9	— an non conscriptus post Mosi excessum.	141
<i>Jobi amici an per septiduum nullum verbum protulerunt.</i>	10, 11	— an scriptus à Jobo ipso, vel ejus Amicis?	143
<i>Jobi nominis origo varia.</i>	15 & seq.	<i>Jobi liber Hebraice scriptus.</i>	144
<i>Jobus cur sic appellatus?</i>	16, 17	— quo tempore, incertum.	145
<i>Jobi nomen verosimiliter à quo deducendum?</i>	17	<i>Jobi liber an non conscriptus circa Davidis & Salomonis tempora?</i>	146
<i>Job vocatus Jobab & Jasub, & ob quas rationes.</i>	18	<i>Jobus Monachus quibus equalis fuit.</i>	197
<i>Jobus Dux Muhammedanus in Armenia mortuus quem errorem peperit.</i>	20	<i>Johannes I. primus in Romanis Pontificibus coronationis actum usurpavit Constantinopoli.</i>	570
<i>Jobi sedes in Deserta vel Scenitide Arabia.</i>	27	<i>Johannes VIII. cur pro foemina habitus?</i>	626
— rationes quare.	ibid. & seq.	<i>Johannes VIII. potestatem summam exercet in Reges &c.</i>	629
<i>Jobi liber ex Syro vel Arabico Idiomate in Hebraicum translatus creditur.</i>	33	<i>Johannes IX. sub Rege Carolo Crasso celebrat Synodum in Herfordia.</i>	627
<i>Job non fuit Jobab.</i>	37 & seq.	<i>Johannes IX. cur mollis, semivir &c. vocatus?</i>	640
<i>Jobi uxor quomodo vocata?</i>	43	<i>Johannes XI. per Maroziam in Pontificatu solium intrusus.</i>	623
<i>Job quot annos vixerit juxta Graecos.</i>	45	<i>Johannes Papa XII. per vim adhuc adolescens Papa factus plurimas & quas habuit concubinas?</i>	623
<i>Job an Rex fuit?</i>	46, 49 & seq.	<i>Johannes XIII. Pontifex creatus vix preteritâ depositâ.</i>	889
<i>Jobi amici an Reges?</i>	49, 52	<i>Johannes XIX. ignoratò genere & patriâ ob ignobilitatem ad Papale fastigium evehctus.</i>	624
<i>Jobus ex quo prognatus.</i>	51	<i>Johanna Papa historia.</i>	579, 580
<i>Jobus an genere Canaanus?</i>	52	— appellata prius fuit Johannes Anglicus.	ibid.
— an ex Aramo Semi?	53	— etiam dicta Agnes vel Hagna, & cur?	ibid.
— an ex Esavo?	ibid.	— Athenas virili habitu ad literas capiendas proficiscitur.	ibid.
— an Israelita ex Jacobi posteritate?	54	<i>Johanna Romam proficiscitur, ibique Sacras literas proficitur.</i>	580
— an ex Nachore fratre Abrahami?	54, 55, 60	— ob scientia opinionem & morum prestantiam ac suavitatem in Papam eligitur mortuo Leone.	ibid.
— an ex Abrahamo prognatus per Keturam?	54, 58, 60	— cur sexum simulare potuit.	ibid.
<i>Jobi pietas unde hausta?</i>	57, 60	<i>Johanna Papa à familiari impregnatur.</i>	582
<i>Jobus quo tempore vixit?</i>	61	— enixa fuit in vta publica.	ibid.
— an tempore Judicum?	ibid. & seq.	— quo in loco.	ibid.
— an coaevus fuit Davidi aut Salomoni?	64	<i>Johanna Papissa an mentio facta ante Marianum?</i>	586
— an fuit ex ascendentibus, in exilium Babylonicum.	64	<i>Johanna Papissa statua constituta vifitur Bononia.</i>	601
— an vixerit circa latam legem & Israeliticam pere-		— statua conspiciatur Senens, Florentina ditiois.	ibid.
Tom. II.		<i>Johanna Foemina narratio non ab Hereticis ficta.</i>	613, 614

I N D E X

<i>Johanna Papissa qui Judaeorum meminerunt?</i>	633	<i>Josephus sepultus Sichemi.</i>	92
<i>Johanna Papissa cur non meminerint Arabes?</i>	ibid.	<i>Josephus Babylone Aegypti horrea condendo frumento struxit.</i>	379
<i>Johannam Papissam non fuisse qui & cur non crediderunt?</i>	632	<i>Josephus Oeconomus cur depositus?</i>	845
<i>Johannes Faemina sedit annos II.</i>	628	<i>— cur restitutus?</i>	ibid.
<i>— non pro Johanne IX. habenda.</i>	ibid.	<i>Josua ad impositionem manuum repletus Spiritu Sapientiae.</i>	885
<i>Johannes Chrysostomus Eudoxia impotentia plurimum lacessitus.</i>	196	<i>Jopas an Job?</i>	19
<i>Johannes Damascenus sub quo & quo tempore floruit.</i>	197	<i>Jovi pluvio Romanorum exercitum irroranti columna qua occasione erecta?</i>	1343
<i>Johannes Mattheus Caryophilus, Cretensis, Titularis Archiepiscopus Iconiensis.</i>	ibid.	<i>Iphigenia ab Agamemnone casa ex quo fonte arcessenda?</i>	169
<i>— contra quos scripsit.</i>	ibid.	<i>Irene impotentissima atque effusa superstitionis faemina.</i>	728
<i>Johannes Cassianus, Diaconus Constantinopolitanus fuit.</i>	204	<i>Irene Scythica originis faemina Imaginibus admodum dedita.</i>	743
<i>Johannes Laurentius floruit sub Anastaso.</i>	205	<i>Irene uxor Leonis IV.</i>	788
<i>Johannes inter quas Nationes diversatus.</i>	304	<i>— pulchra sed superba faemina,</i>	ibid.
<i>Johannes Baptista predicavit anno XV. Tiberii.</i>	318	<i>— Faatrix Imaginum.</i>	ibid.
<i>Johannes an in oleum fervens immersus, & nihil passus, in exilium relegatus?</i>	371	<i>Irene post mortem Leonis IV. habenas Imperii cepessit.</i>	789
<i>— an laminam Pontificalem in fronte gessit?</i>	372	<i>— an Virum non interfici curaverit?</i>	ibid.
<i>Johannis servati ex oleo memoria quando celebratur?</i>	ibid.	<i>— descripta ut crudelissima, superbissima.</i>	790
<i>Johannis Papissa Historia an ex vita impura Johannis Papae XII. orta?</i>	623, 624	<i>— Nicephorum ab Imperio removeret.</i>	ibid.
<i>Johannes cur Romam vocat Babylonem?</i>	376	<i>— Filium luminibus orbat.</i>	ibid.
<i>Johannes Malela Antiochenus quando vixit?</i>	382	<i>— & quo tempore.</i>	ibid.
<i>Johannis Malala excerptum de Petri in Urbem Romam adventu, & factis cum Simone Mago.</i>	387	<i>Irene in caelum laudibus Baronii effertur.</i>	791
<i>Joh. Tilius Engolismensis quos libros edidit?</i>	445	<i>Irene quibus mediis usa ad asserendam Idololatriam & asserendum Imperium.</i>	793
<i>Johannes Vecens Chartophylacis dignitate ornatus, quia Latinis adversatur, in carcerem conjicitur.</i>	489	<i>Irene cur Synodus dissolvit & Nicaam transfert.</i>	799 & seq.
<i>— sed mutata sententia liberatus.</i>	ibid.	<i>Irena cur in Carolum Magnum infensa?</i>	830
<i>— de gradu dejectus scribit pro Latinis.</i>	ibid.	<i>Irene per Eunuchos Imperio mota.</i>	844
<i>Johannes Argyropulus vino & ventri deditus, iis perit.</i>	495	<i>— quo tempore.</i>	ibid.
<i>Johannes Methonensis, homo vaser in quo loco vixit?</i>	496	<i>— in Monasterium truditur.</i>	ibid.
<i>Johannes Damascenus, acerrimus Imaginum Promotor.</i>	ibid.	<i>— Lesbum relegatur.</i>	ibid.
<i>Johannes Furnus, Hegumenus in Monasterio montis Gani, committitur cum Petro Mediolanensi.</i>	529	<i>— animi egritudine conficitur.</i>	ibid.
<i>Johannes Zonaras sub Comneno ex Magno Drungario Monachus, Historicus Celeberrimus.</i>	530	<i>— & oculis multatos interim jubet.</i>	ibid.
<i>Johannes Pistorius immerito ab Johanne Chiffletio accusatus.</i>	585	<i>— prima Imaginum cultum instituit.</i>	ibid.
<i>Johannes Latomus, diligentissimus Historiarum scriptor.</i>	ibid.	<i>Irenai errores de Christo & Apostolis.</i>	267
<i>Johannes de Parisiis, Dominicanus, pro Philippo Pulchro, de Potestate Regia & Papali adversus Bonifacium VIII. scribit.</i>	599	<i>Irenai errores.</i>	365
<i>Johannes Tritheimus, ob cognitionem pro Mago habitus, testis Johanna Papissa.</i>	601	<i>Irenaus Polycarpi discipulus quando vixit?</i>	192
<i>Johannes Pannonius QuinquEcclesiensis in Pannonia Episcopus quid cecinit de sella persusa Romae Pontificum?</i>	607	<i>Irenaus quando vixit?</i>	267
<i>Johannes Pierius Valerianus S. R. E. Cancellarius sub Clemente VII.</i>	611	<i>Irenaus Papia discipulus fuit.</i>	357
<i>Johannes Diaconus Lateranensis, per vim thronum Pontificalem ascendit.</i>	663	<i>— quando mortuus.</i>	ibid.
<i>— dein magna cum turpitudine expellitur.</i>	ibid.	<i>Irenaus quando clarus?</i>	364
<i>Johannes Ludovicus Episcopus Genevensis male habitus.</i>	1522	<i>— omnium doctrinarum curiosissimus explorator.</i>	ibid.
<i>Johannes Damascenus an perfide habitus a Leone?</i>	740	<i>Irenaus sub quo scripsit.</i>	368
	& seq.	<i>Isauricus Imperator Anno 716. vocatur Iconomachus.</i>	722
<i>Johannes Thaumaturgus cur veritus a Leone?</i>	743	<i>Isariota Judas cur sic vocatus.</i>	301
<i>Johannes Hierosolymitanus, scriptor vitae Damasceni, superstitiosissimus Monachus.</i>	749	<i>Isidorus Pelusota, Chrysostomi discipulus, quando clarus?</i>	196
<i>Johannes Patriarcha a Michaele praeficitur educationi Theophili.</i>	857	<i>Isidorus Junior, Episcopus Hispalensis, discipulus Gregorii Magni.</i>	205
<i>Joannes Forterius ob perfidiam capite plectitur.</i>	1538	<i>Isidorus Russus Cardinalis maxime laboravit pro subjectione Graecorum Rom. Ecclesiae.</i>	495
<i>Joannes Pecolatus se sponte elingat, ne in patria perniciem quicquam diceret.</i>	1546	<i>Isidorus Metropolita, in vincula conjectus, elabitur.</i>	533
<i>Jonas Episcopus Aurelianensis, pars Synodi Parisiensis.</i>	864	<i>Ismael denotat Muhammedanos.</i>	20
<i>Jonathan cur neci non traditus?</i>	160	<i>Israëlita quo aetatis anno apti ad militiam?</i>	890
<i>Jonathan Usielus, discipulus Hillelis, Christo fuit anterior.</i>	168	<i>Itali barbii destituebantur antiquis temporibus.</i>	580, 581
<i>Jonia Mysiorum Thracum colonia.</i>	770	<i>Italia pars qua nunquam possessa a Pontificibus?</i>	781
		<i>Itali hostes Imaginum.</i>	863
		<i>Judas quando a Collegio Apostolico exclusus?</i>	1316
		<i>Judas an ex arbore infelici dejectus a plastro in via compressus?</i>	358
		<i>Judeorum temeritas in designando anno nativitatis & mortis Jobi.</i>	75
		<i>Judeas idololatriae insinulati.</i>	179
		<i>Judeorum computum de annis vitae Jobi.</i>	92
		<i>Judaei ante Christum statuta precandi tempora, & suetas formulas habebant.</i>	124
		<i>Judaei singulis annis semisiclum in Sanctuarium inferunt.</i>	292
		<i>Judeorum Patriarcharum dignitas.</i>	ibid. 293
		<i>Judaei Romae pulsati ab Claudio.</i>	341
		<i>Judaei ob quas causas Romanis subjecti?</i>	376
		<i>Judaei plurimi reperiebantur Babylone Chaldaica.</i>	377

R E R U M.

<i>Judei an auctores Leoni de extirbandis Imaginibus?</i>	727	<i>Lascaris Theodorus, vide Theodorus.</i>	
<i>Judei cur se ad Occasum vertebant in religione?</i>	920,	<i>Lateranense Palatium versum in prostibulum Aderetri-</i>	
	921	<i>cum.</i>	624
<i>Judei an Christum crucifixerint versa facie ad Occasum?</i>		<i>Laterculus Hippolyti effossus Roma quo tempore?</i>	401
	ibid.	<i>Laterones qui vocati?</i>	367
<i>Judei profelytos inter varia peccata pro membris Ecclesia habuere.</i>	1315	<i>Latini cur Epistolam ad Hebraos ex Canonum numero expungebant.</i>	188
<i>Judices ad portam civitatis vel in foro sedere soliti.</i>	50	<i>Latinorum Patrum sententia de epistola Pauli ad Hebraos.</i>	199 & seq.
<i>Judices quo in loco sedebant?</i>	ibid.	<i>Latini Patres an agnoverunt Paulum Auctorem Epistola ad Hebraos?</i>	207 & seq.
<i>Julius Cassius princeps Docetarum & Valentini discipulus.</i>	280	<i>Latini se ab communione Ecclesia Orientalis subduxerunt.</i>	464
<i>Julia Mamae Augusta, mater Alexandri Severi, an Christiana?</i>	400	<i>Latini in S. Synaxi calicem populo non dant.</i>	554
<i>Julia Soamia probrosissima femina.</i>	402	<i>Latini contra Gracos Scriptores.</i>	533
<i>Julius Caesar primus Divus appellatus.</i>	404	<i>Λατινὸς ποιεῖς qui dicti.</i>	528
<i>Julius Caesar cur Regis & Domini appellationem declinat.</i>	564	<i>Latinorum circa Armenos figmenta.</i>	522
<i>Jul. Mæsa ex illustri familia orta.</i>	416	<i>Latinorum reprehenses qui vocati?</i>	528
<i>Julianus a Severo oppressus ad Milvium pontem.</i>	663	<i>Latini vel Graci Auctores an meminere translati Imperii in Carola a Gracis ad Francos.</i>	569
<i>Julianus incerti hostis ictu in ipso ferme imperii exordio percutitur.</i>	1343	<i>Latinizati Graci, vide Graci spurii</i>	
<i>Julianus Imperator cur Scholas & Bibliothecas claudere voluit?</i>	1428	<i>Latro omnium gentium ab Scythis Alexander dictus.</i>	1556
<i>Junilius Episcopus Africanus de Jobi historia dubitavit?</i>	205	<i>Lausus cur publicâ ignominia notatus?</i>	1176
<i>Junilius, Episcopus Africanus, familiaris Primasio.</i>	205	<i>Lausus molitur Ecclesiam Anglicanam cum Romana Pontificia conciliare.</i>	1299
<i>Juniores assurgebant senioribus apud Lacones.</i>	928	<i>— superstitiones plurimas intulit.</i>	1301
<i>Jupiter cur oculatus, & non etiam auritus, apud Cretenses effingebatur?</i>	1337	<i>Laurentia annuâ parentatione apud Romanos celebrata.</i>	162
<i>Jureconsulti de quibus judicare debent.</i>	1243	<i>Lectores quo etate anno eligebantur?</i>	888
<i>Jurisdicctio omnis est Magistratus.</i>	1236	<i>Lector quo ritu consecratur?</i>	894
<i>Jurnatum Yverdunensis tractus vicus.</i>	1532	<i>Legati laterales cur Apostoli dicti?</i>	298
<i>Jus summa religio.</i>	775	<i>Legati in quibus a Delegato divisi?</i>	ibid.
<i>Jus consuetudo inveterata vocatur.</i>	453	<i>Legerus Antonius, vide Antonius.</i>	
<i>Justinus Martyr celebris sub Antonino Pio.</i>	192	<i>Leges damnatorum Principum cur non apparent?</i>	590
<i>Justinus Martyr quando mortuus?</i>	270	<i>Legislatores cur cornuti?</i>	134
<i>Justinus Martyris errores circa Simonem Magum & libros Sibyllinos.</i>	380, 381	<i>Legislatores qui apud Gentiles?</i>	1193
<i>Justinianus II. adorat Constantinum Papam.</i>	572	<i>Legis Doctores qui apud Judæos dicti?</i>	1358
<i>Justinianus vetat ordinari Episcopos, qui haberent uxorem vel liberos.</i>	898	<i>Lemanus Paradis Trojani Filius.</i>	1546
		<i>Lentulus socius furoris Catilina.</i>	974
		<i>Leo III. successit Hadriano I.</i>	558
		<i>— quo tempore,</i>	ibid.
		<i>— unde emulatio in eum.</i>	ibid.
		<i>— a Carolo Rege juvatur.</i>	ibid.
		<i>Leo III. quomodo salutat Carolum Regem?</i>	559
		<i>— coronat Carolum.</i>	ibid.
		<i>— auctor fuit Carolo M. Imperatoria Dignitas.</i>	ibid.
		<i>— Pontifex superbus fuit.</i>	560
		<i>Leo III. jurat Carolo fidelitatem, & eum adorat.</i>	658
		<i>— mittit Claves Petri ei in signum fidei.</i>	ibid.
		<i>Leo IV. quo anno defunctus.</i>	579
		<i>Leo IV. quot annos sederit?</i>	693
		<i>Leo IV. hostis Arabum ac Saracenorum.</i>	788
		<i>— subitanâ & inopinâ morte tollitur.</i>	789
		<i>— an non veneno ab Irene sublatus?</i>	ibid.
		<i>Leo IV. Constantinum Patrem amulatus est in causâ Imaginum.</i>	788
		<i>— Patri in regno succedit.</i>	ibid.
		<i>— quando natus?</i>	ibid.
		<i>— cur Porphyrogenitus, & Chazarus vocatus.</i>	ibid.
		<i>— cur Copronymus appellatus?</i>	ibid.
		<i>Leo IX. exprobrat Gracis, sedisse feminam Constantinopoli.</i>	625
		<i>Leo X. ultimus fuit, qui consecratus est sedens in sella pertusa.</i>	608
		<i>Leo an consulit imperium vel potentiam in Carolum M.</i>	561 & seq.
		<i>Leo juramentum fidelitatis scribit Carolo.</i>	573
		<i>Leo cur edictum de abolendis Imaginibus promulgat?</i>	723
		<i>Leo an Judæorum consilio de ejiciendis Imaginibus paruerit?</i>	726
		<i>— admodum severus in Judæos.</i>	ibid.
		<i>Leo an Judæis in vaticiniis credidit?</i>	727
		<i>Leo ob quas causas in Imagines accensus fuit.</i>	728, 729
		<i>— quo anno id fecit.</i>	ibid.
			Leo

Hhhhh a

I N D E X

<i>Leo quid intenderit circa Imagines?</i>	730	<i>Longevisatis exempla.</i>	99
<i>Leoni multa falsa afficta.</i>	730, 731	<i>Longi Muri Thraciae, quadragesimo lapide ab urbe Constantinopoli absunt.</i>	797
<i>Leo cur & quando Iconoclasta nomen meritus?</i>	731	— munimentum ac praesidium Thraciarum contra Barbarorum excursiones.	ibid.
<i>Leo quibus virtutibus excelluit?</i>	735	<i>Longobardi Romam obsident, & Vaticanam Basilicam diripiunt.</i>	733
<i>Leo an sciverit in Imaginem Christi à Constantino creatam?</i>	ibid.	<i>Lotharius abdicat se Imperio.</i>	673
<i>Leo an sciverit in Professores Collegii Constantinopolitani?</i>	736 & seq.	— accipit Tonsum in Prumiensi Monasterio.	ibid.
<i>Leo an perfidus in Johannem Damascenum praefectum Syriae Principi?</i>	740 & seq.	— quo tempore post positam dignitatem moritur.	ibid.
<i>Leo cur bellum infert Pontifici?</i>	742	<i>Lotharius quando mortuus?</i>	677
<i>Leo ex hydropo moritur Annò 741.</i>	743, 744	<i>Lucas an scriptor Epistola ad Hebraeos?</i>	232
<i>Leo ob Imaginum depulsionem diris omnibus devotus.</i>	745	<i>Lucas quando Evangelium scripsit?</i>	273, 282
<i>Leo Allatinus quis fuit.</i>	485	<i>Lucas non meminit professionis Petri ad urbem Romam.</i>	338 & seq.
— <i>cujus inductum scripsit.</i>	ibid.	<i>Lucas Dacherius, Monachus, de re literaria praclare meritus.</i>	675
— <i>edidit Commentarium de Perpetua Consensione Ecclesiae Orientalis cum Occidentali.</i>	ibid.	<i>Lucensis Ptolomaeus, vide Ptolomaeus.</i>	
— <i>quo tempore.</i>	ibid.	<i>Lucianus Samosatensis inter Christianos à quibusdam habitus.</i>	389
<i>Leo Archidia Episcopus scripsit adversus Latinos.</i>	636	<i>Lucii praenomen cur recusabat Claudia gens.</i>	16
<i>Leo Armenius Orientalium Copiarum Dux ab Nicephoro Patriarcha coronatur.</i>	846	<i>Lucius Britannia Rex primus apparet in Christianorum Regum Catalogo.</i>	390
<i>Leo Armenius Optimus Princeps.</i>	848	— <i>quo tempore conversus?</i>	ibid.
— <i>ab invadenda Tyrannide abhorruit.</i>	ibid.	<i>Lucius Britannia Rex qua occasione conversus?</i>	391
<i>Leo Armenius invitus ac renitens Imperio admovetur.</i>	848	<i>Lucius quo modo conversus?</i>	392
— <i>quo modo & cur ita descriptus à Maimburgio?</i>	ibid. 849	<i>Lucius ubi & à quo baptizatus?</i>	ibid.
— <i>eadem de Imaginibus sensit, ac Carolus Magnus.</i>	850	<i>Lucii legati qui missi Romam ad Eleutherium?</i>	ibid.
— <i>indulgentissimus circa Iconodulas.</i>	ibid.	<i>Lucius qua in parte Britannia regnavit?</i>	393
— <i>quid petis à Nicephoro & Iconodulis circa cultum Imaginum.</i>	ibid.	<i>Lucius ubi mortuus?</i>	394
— <i>mansuetus & clemens circa Episcopos &c.</i>	851	<i>Lucius cur toti Anglia non imperavit?</i>	ibid.
<i>Leo Armenius factione Michaelis Balbi interficitur.</i>	854	<i>Lucii historia multis argumentis rejecta.</i>	395
— <i>quo tempore & quo in loco.</i>	ibid.	<i>Lucii silentium apud plurimos Scriptores.</i>	396, 397
— <i>Hymnorum sacrorum amantissimus.</i>	ibid.	<i>Lucius Britannorum Rex, Vicarius Dei dictus.</i>	1240
<i>Leontius Episc. Antiochenus vixit sub Constantio.</i>	407	<i>Lucius tempus in Jephtha filia memoriam institutum.</i>	168
<i>Leontius Antiochia Episcopus.</i>	420	<i>Ludi seculares singulis centenariis celebrabantur.</i>	427
<i>Leontius Mathematicus Athenaidi filia fortunam splendidissimam promittit.</i>	727	— <i>quo anno Philippi.</i>	ibid.
<i>Leontius Arianae factionis Antiochenus Episcopus.</i>	1286	— <i>à Valerio Poplicola instituti occasione morbi grassantis, & placanda ira Numinis.</i>	ibid.
<i>Lessus funebris vetitus lege 12. Tabularum.</i>	1497	<i>Ludi seculares sub Philippo non facti ex primava institutione Ludorum Secular.</i>	427
<i>Levita cur non divertere volebat in urbe Jebu.</i>	100	— <i>placandis Diis & impetranda saluti Pop. Romani ab eo instituti.</i>	428
<i>Levita quomodo sisti coram Deo dicebantur?</i>	885	<i>Ludi seculares quot sacrificiis, & quibus Diis immolatis, celebrati.</i>	428
<i>Levita quamdiu Tabernaculo ministrabant?</i>	889	— <i>in quibus locis agitati.</i>	ibid.
<i>Lex Regia dicitur Senatusconsultum de constituendo Principe.</i>	564	— <i>sub Christianis Imperatoribus non celebrati.</i>	ibid.
<i>Lex lata apud Atticos contra eos, qui in Aedem Matris Deorum inferrent falsa acta in Resp. perniciosam.</i>	1134	<i>Ludi seculares, Regibus Romae exactis, pro aeternitate Imperii instituti.</i>	1516
<i>Libertini non Gentiles, sed Judaei libertini generis fuere.</i>	320	— <i>quò anno instaurati.</i>	ibid.
<i>Liber communium Precum in Ecclesia Anglicana maximam partem consarcinatus est ex Missali Romano.</i>	1299	— <i>quibus & quam magnificis ceremoniis celebrati.</i>	ibid.
<i>Libri Carolini an ductu Spiritus Principis scripti?</i>	827, 830	— <i>à P. Valerio Publicola primum instituti.</i>	1517
<i>Libustini qui erant, & qua loca incolebant?</i>	320	— <i>cur à Romanis celebrati.</i>	ibid.
<i>Lilith quid apud Syros denotat.</i>	30	<i>Ludovicus Pius ter se prosternit coram Stephano v.</i>	572
<i>Limina Sanctorum Apostolorum adorare summa religio.</i>	775	<i>Ludovicus Pius in Concilio Compendiensi quando exautoratus?</i>	678
— <i>à quibus id factum.</i>	ibid.	— <i>nullo interveniente Pontificis filium donat coronam Imperialis.</i>	ibid.
<i>Linnae Sacerdotum Vestes quid adumbrant?</i>	914	<i>Ludovicus Caelius Rhodiginus, nemini Seculi sui secundus assertor Johanna Papissa.</i>	601
<i>Linus successor Petri creditus.</i>	335	<i>Ludovicus Imperator absolutus à juramento.</i>	629
<i>Linus ante Petrum mortuus.</i>	365	<i>Ludovicus Germania Rex Neustria regnum armis invadit.</i>	674
<i>Litania quando introducta?</i>	938	<i>Luitprandus occupata omnia loca restituit.</i>	773
<i>Literarum usus aeternus creditus.</i>	1426	<i>Luitprandus Romam obsidet, & Basilicam Vaticanam militi rapiendam dat.</i>	733
<i>Liturgia varia apud Graecos.</i>	524	<i>Luna cultus quo modo, & apud quas gentes fiebat.</i>	71, 72
— <i>earum discrepans versio.</i>	525	<i>Lupus Servatus, Presbyter, quo tempore vixit?</i>	206
<i>Liturgia quid significat?</i>	930, 931	<i>Eupus, Abbas Ferrariensis, clams sub Carolo Calvo.</i>	206
<i>Liturgia plurima Patrum interpolata.</i>	1283	<i>Lutheri error circa Epistolam ad Hebraeos.</i>	174
<i>Livia cur Marito in omnibus obsecundabat?</i>	1504	<i>Lydiati sententia circa tempus passionis Christi rejecta.</i>	317
<i>Loca, in quibus Petrus Roma fuit, ibidem ostensa.</i>	335	<i>Lydia Mysiorum Thracum colonia.</i>	770
<i>Locus, in quo Anima quiescunt, quo modo Graecis vocantur?</i>	547		
<i>Loca qua à Diluvianis temporibus sapientia & literis sacra.</i>	1365		

M.

Maab nummus minutulus pendet XVI. hordei grana. 88
Maccabai ex Levitarum gente oriundi Principes & Pontifices. 1206
Madianita ubi primo habitaverunt? 58
Madian civitas in Deserto Saracenorum. 59
Macedonatis egregia vox ad Augustum. 1506
Maones Mysiorum Thracum colonia. 570
Magi Christum adoraturi Arabes censentur. 33
Magna Dea in quibus locis culta? 426
Magnetes ad Sipylum montem vicini fuere Apamensibus Phrygiis. 425
Magueda Regina Sabæ fuit. 128
Magus quid denotat. 15
Maimburgii mendacium in accusando Leone refutatum. 737 & seq.
Maimburgii invectione in Constantinum. 750
Maimburgii virulentissima verba de Constantino. 769
Majuma fœdum spectaculum exhibitum adhuc sub Arcadio. 432
Malela Johannes, vide Johannes.
Mamea Julia, vide Julia.
Mamea cur Religiosa dicta? 401
Mamea ob plurimas virtutes laudata. 402
— ob multa vitia improbat. 403
Mamea Sulpitium, Patrem uxoris Alexandri & alios, occidi jubet. 404
Mamea Christianismi altum silentium apud Veteres Scriptores. 402
Mammantes Gregorius, vide Gregorius.
Mantuanus Baptista, vide Baptista.
Manuel Calecas superstiosissimus Monachus Ordinis Prædicatorum Latina cause favet. 489
Manuel Peloponnesius, Magnus Rhetor Constantinop. scribit contra Romanos. 505
Manuel Imperator Latinis favet. 531
Manuel, Dux Legionum, & Præfectus Ordinum Militarium. 859
Manus leva in honore præ dextra apud Turcas. 367
Manuum impositio quando desit? 264
Manuum impositio quotuplex? 873
— in vetere Ecclesia in benedictionibus obtinuit. *ibid.*
— in consecrationibus ad munus Ecclesiasticum & Politicum. 874
— in sacrificiis, & symbolum erat translationis typica peccati & reatus in victimam. *ibid.*
— ubi & cum quibus circumstantiis fiebat. *ibid.*
— in testimonio in blasphemum. *ibid.*
— in sanatione miraculosa. *ibid.*
Manuum impositio in primitiva Ecclesia fiebat circa recens baptizatos. *ibid.*
— circa recens conversos. *ibid.*
— circa egrotos. *ibid.*
— circa penitentes. *ibid.*
— circa hæreticos. 875
— circa novos conjuges. *ibid.*
— circa ordinandos in munus Ecclesiasticum. *ibid.*
Manuum impositio erat tempore Apostolorum symbolam miraculosi illapsus Spiritus S. 876
— & infusionis extraordinariorum charismatum. *ibid.*
Manuum impositio Veterum in quibus differt ab hodierna Pontificum. *ibid.* 877
Manuum impositio quomodo & quem in finem fiebat circa Catechumenos. 878
Manuum impositionis in ordinandis Clericis qui fines? 885
Manuum impositio quo in loco fiebat? 899
Manuum iterata impositio quando facta? *ibid.*
Manuum impositio circa agros cuius rei symbolum. 900
Manuum impositio circa Penitentes symbolum absolutio- nis. 901
— fiebat in facie Ecclesia. *ibid.*
— feriâ quintâ ante Pascha. *ibid.*
— à quibus. 902
— cur circa Hæreticos. 903

Manuum impositio lapsis & ante ordinatis signum erat benedictionis & reconciliationis, non reordinationis. 1176
Manzur, Christianus & Monachus regiminis peritissimus. 741
Marcellus Tungrorum Episcopus baptizavit Lucium. 392
Marcellina quos cum Christo coluit. 404
Marcion sub quibus Cesaribus heresiarcha fuit? 365
Marcus an Auctor Epistola ad Hebraeos? 240
— quando martyrio sublatus? *ibid.*
Marci Evangelium an in Palatio Zenonis Constantinopoli repertum? 273
Marcus quando Evangelium conscripsit? 274, 277
— an immediate post Mattheum scripsit. 274, 278
Marcus Evangelista an idem cum Johanne, cognomento Marco? 275
— in quibus locis sedit? *ibid.*
— quo tempore passus? *ibid.*
— an unus ex LXX. Discipulis. 276
Marcus an gesserit Pontificali apicem Petalum in populo Judæorum? *ibid.*
— an fuerit ex stirpe Levitica? *ibid.*
— quando martyrium passus. *ibid.*
— quo anno Evangelium scripserit, incertum. 277
— Mattheum proprie non contraxit. *ibid.*
— an auctor vita contemplativa & therapeutica? 282, 283
Marcus an Auctor Epistola sua? 278, 279
— quo loco eam scripsit? 281, 282
Marci Evangelium authenticum an Venetiis asseratum? 283
— Reliquia Venetiis ostenduntur 25. Junii. 284
Marcus cur XII. Presbyteros in Antiochena Ecclesia constituit. 301
Marcus an scripsit Evangelium Roma dictante Petro? 360, 361
Marcus egit in Egypto à Claudio II. ad VIII. Neronis. 380
Marcus cur à Petro filius vocatus? 361
— anno II. Claudii in Egypto Christum annuntiavit. *ibid.*
— juxta Epiphanium fuit unus ex LXXII. Discipulis, qui Dominum viderant. 362
Marcus Præfectus Alexandrina Ecclesia fuit. 350
Marcus Imp. scribit ad Lucium de miraculosa pluvia. 391
Marcus Aurelius Faustina Conjugi Sacerdotes dicavit. 404
M. Antonius Gordianus laudatissimus & optimus Princeps. 405
— multas victorias habuit. *ibid.*
— ab Philippo Arabe nefarie trucidatus. *ibid.*
Marcus Ephesus, Doctissimus Græcorum, damnavit Ritum & Sacrificia Romana. 545
M. Antonius Coccius Sabellicus, Venetus, Vir Doctissimus, testis Johanna Papissa. 601
Margunius Maximus, vide Maximus.
— Emanuel, vide Emanuel.
Maria virginis detestanda Imago. 841
— cum uno capite facie triplici, S. Trinitatem exprimit. 841
Marianus Scotus scripsit Chronicorum libros ad Annum MLCXXXIII. 583
— Monachus, Papatus adorator, quid sensit de Johanna Papa. 584
— ubi natus. *ibid.*
Marianus Scotus floruit Seculo XI. 625
Marianus Scotus primus Johanna in Paparum serie auctor. 665
Marius Victorinus sub quibus Principibus clarus. 201
Marinus Spatharius an jussu Leonis Gregorium interficere voluerit? 739
Maronita, Monothelitarum propago, incole montis Libani, à quo vocati? 486
Maronita Romana Ecclesia subditi. 487

I N D E X

<i>Maronitarum Collegium Romanum quos produxit Viros?</i>	497	<i>Methodius Imaginum defensor, electus moderande Synodo sub Theodora habita.</i>	859
<i>Maro, à quo Maronita, Monothelitica Secta Monachus.</i>	520	<i>Methonensis Johannes, vide Johannes.</i>	
— <i>vixit sub Heraclio aut serius.</i>	ibid.	<i>Methona Urbs maritima Peloponnesi.</i>	406
— <i>diversus ab Marone, quem citat Menelogium Graecorum.</i>	ibid.	<i>Metrici libri quot in S. Scriptura?</i>	146
<i>Maronita quando Rom. Pontifici se subdiderunt.</i>	520	<i>Metrum quale in Jobi libro?</i>	ibid.
<i>Maronita, Jacobitarum propago, dispersi per Syriam.</i>	570	<i>Metropolitani non gaudebant primatu auctoritatis supra Episcopos Provincia.</i>	448
— <i>à quo ita denominati?</i>	ibid.	— <i>quando Principes Sacerdotum vocati?</i>	ibid.
<i>Marfyas Fluv. cur ita dictus?</i>	424	<i>Metrophanes Cyzicenus Synodo Florent. subscript, & à Patriarchis Graecis anathemati subjicitur.</i>	495
<i>Martianus Augustus Concilii convocator, & Orator.</i>	458	<i>Metrophanes Critopolus, Protosyncellus Patriarcha Constantinop. contra Romanos scripsit.</i>	507
<i>Martiani Imperatoris lex quid Clericis interdicit?</i>	980	<i>Metrophanes Smyrnaeus sedit in Synodo Anti-Photiana Anno 863.</i>	639
<i>Martinus scriptor Seculi XIII. Johanna Papa meminit.</i>	595	<i>Mexaca Cappadocia Metropolis cur Eusebia nomen accipit?</i>	1493
<i>Martinus Bucerus quid senserit de Episcopatu Anglicano:</i>	1245	<i>Michaël Paleologus per nefandum scelus imperium arripit.</i>	488
<i>Martyr Petrus, vide Petrus.</i>		— <i>querit Concordiam inter Graecos & Latinos.</i>	ibid.
<i>Mascula proles apud Hebraeos jus successionis habebat.</i>	136	<i>Michaël Venerius cur domo & patria ejectus fuit?</i>	497
<i>Masiliensem esse quid significat?</i>	179	<i>Michaël Archangelus religiose habitus à Russis.</i>	501
<i>Matricuria cur dicta Fœmina?</i>	888	— <i>celeberrimo Emporio ad mare album nomen dedit.</i>	ibid.
<i>Matthæus an scripsit Hebraice vel Syriace?</i>	272	<i>Michaël III. Imperator Constantinop. Filius Theodora, commissus cum Nicolao Pontifice.</i>	633
<i>Matthæus quo loco & quando Evangelium scripsit?</i>	273	<i>Michaël Cerularius Patriarcha Constantinop. Sec. XI</i>	635
<i>Matthæus cur Hebraice non scripsit?</i>	359	— <i>acerrimè in Latinorum errores invehitur.</i>	ibid.
<i>Matthæus Palmerius, Historicus Florentinus, inter Principes sui ævi produxit Chronicum ad medium Seculum xv. testis Johanna Papa.</i>	600	<i>Michaël quando relegavit Matrem?</i>	643
<i>Matthæus Raderus, acerbissimus Jesuita, Breviarium Synodi VIII. publici juris facit.</i>	639	<i>Michael Monachus Scriptur Vite Theodori Studite.</i>	749
<i>Matthæus Scrivenerius in quos impotente animo debachatur.</i>	1180	<i>Michaël Rhangabe Nicephoro succedit.</i>	846
<i>Maurus Rabanus, vide Rabanus.</i>		— <i>Iconomachos persequitur.</i>	ibid.
<i>Maxentius à Constantino M. oppressus ad Milvium pontem.</i>	663	— <i>ignavus ac meticulosissimus Princeps.</i>	ibid.
<i>Maximus Margarius, vir doctus, scripsit contra Latinos.</i>	506	<i>Michaël Curopalates Leoni regnum concedit.</i>	848
<i>Maximilianus I. renuit Coronam accipere à Pontifice.</i>	570	<i>Michaël Balbus cur Traianus dictus?</i>	854
<i>Mazar vel Mizar Arabibus Babylon dicitur.</i>	380	— <i>Leoni primo familiaris, dein Comes Cohortis Excubitorum, dein ejus parricida.</i>	ibid.
<i>Medanei, vide Madianite.</i>		— <i>Synodum convocat de componenda causa Imaginum.</i>	ibid.
<i>Medea sidera deducit de caelo &c.</i>	1341	— <i>quid Theodoro circa Imagines reliquerit?</i>	ibid.
<i>Medicus de quibus judicare debet.</i>	1243	<i>Michaël vigilantissimus & fortissimus Princeps fuit.</i>	855
<i>Melchisedeciani quid de Melchisedeco sentiebant?</i>	189	— <i>Thomam Tyrannum opprimit.</i>	ibid.
<i>Melchisedecus quis fuit?</i>	189, 190	<i>Michaël Balbus ex urina difficultate & dolore nephritico extinctus.</i>	856
— <i>fuit Regulus Salemensium.</i>	ibid.	<i>Michaël Servetus homo ad omnem improbitatem efficitus.</i>	1544
<i>Melchisedecus Cananæorum Regulus, simul Princeps & Sacerdos.</i>	1206	<i>Miliarium in Milio Constantinop. ad quod rei ignominia causa exponebantur.</i>	734
<i>Melchita qui hodie dicuntur?</i>	499	<i>Milvius Pons ad II. ab urbe Lapidem fuit, via Flaminia.</i>	663
— <i>credunt Spiritum S. à solo Patre proficisci.</i>	ibid.	<i>Minæ vel Minnæ cujus Arabia sunt populi.</i>	121
<i>Melchita Reguli dicti, quia Imperatoris fidei adhaeserant.</i>	584	<i>Minerva Olea inventrix.</i>	1493
<i>Meletius Syrigus, vanissimus Monachus, Cyrillo Lucari Roma opponitur.</i>	491	<i>Ministrorum constitutionem qua faciunt?</i>	879
<i>Meletius Syrigus, Hieromachus, scripsit contra Cyrilli Lucari confessionem.</i>	497	<i>Ministris verbi cur hodie unus manus imponit?</i>	882
<i>Meletius Patriarcha Alexandrinus, vir toto Oriente celebratissimus.</i>	505	<i>Ministri Ecclesia quales esse debent?</i>	1118, 1119
— <i>scribit contra Latinos.</i>	ibid.	<i>Ministri qui legitime vocati?</i>	1306
<i>Meletius, Archiepiscopus & Metropolitæ Ephesus.</i>	508	<i>Miraculosa pluvia sub quo & quo anno facta.</i>	391
<i>Melitii, Episcopi ante Lycopolitani, post à Petro Alexandrino moti, in Metropolitani jura invasio quem Canonem fecit?</i>	442, 443	<i>Moisis integritas & sinceritas in quibus apparet?</i>	1337
<i>Melytene Armenia Secunda dein Tertia Metropolis.</i>	719	<i>Moluccani aurum non norunt.</i>	86
<i>Memmia uxor Alexandri Severi.</i>	401	<i>Monachorum commenta de conversione Dunaldi I. Scotorum Regis.</i>	398
<i>Memnonis statua, cum Solis radiis incalescit, solvitur in suaves modulationes.</i>	1555	<i>Monachorum fraudes.</i>	399
<i>Mengrelis ubi sit?</i>	500, 501	<i>Monachi Russorum ubi initiantur disciplinâ Græcorum?</i>	504
— <i>religionem quam observant.</i>	ibid.	<i>Monachi montis Athos Quietista dicti.</i>	646
— <i>ignarissimi fidei.</i>	ibid.	<i>Monachi mendacissimi Vitarum corratores.</i>	749
<i>Merris Pharaonis Filia fuit.</i>	1339	<i>Monachi cur à Constantino pulsæ & supplicii affecti?</i>	769
— <i>Mosen imbui curat reconditis Egyptiorum mysteriis.</i>	ibid.	<i>Monachorum petulantia cur Edictis ab Imperatoribus severissime coercita?</i>	774
<i>Mesopotamia australis cui parti Arabia Deserta accensetur?</i>	56	<i>Monasterium Magni Agri jacet ad Sigriana montes in ora maritima Asiana.</i>	853
		<i>Moneta kestah que dicta?</i>	90
		<i>Monoceros ad casta Virginis aspectum postâ ferocitate mitescit.</i>	1441
			Mo-

R E R U M.

Monophysita hodierni propago Eutyebianorum qui hodie sunt & qua loca incolunt. 518
Monophysita Heretici ab Constantino vincti ac capti. 753
Monothelitarum Hæresis an ab Honorio I. condemnata? 651
Mons Olivarum situs ad Orientem, e regione Hierosolyma. 920
Mons Pelicardi Wirtembergica ditionis oppidum est. 1528
Montanus laqueo se cum Maximilla amasia suffocat. 1343
Montes a Viris & Fœminis inchoatis denominare soliti. 131
Montes & sylva currentes representati Roma. 429
Monumethensis Galfridus, vide Galfridus.
Mopsuestenus Theodorus, vide Theodorus.
Moratium Helvetica gentis fortitudine & victoriâ nobile municipium. 1529
Mosaisca scripta non uno seculo priora vetustissimis Gentium scriptis. 1341
Moschamper Georgius, vide Georgius.
Moscovita ubi locati? 501
— quando conversi? *ibid.*
— eadem cum Græcis sacra habent. *ibid.*
Moscovita arcent Romanos Sacris, & urbe principe Moscua. *ibid.*
Moses an fuit Musæus Græcorum vates? 48
Moses an Scriptor libri Jobi? 138
— rationes cur ei adscriptus. 139
Moses primus & antiquissimus in Canonicis scriptoribus. 144
Moses quos admisit in societatem Ecclesia externa? 1305
Moses quibus elogiis ornatus apud Gentilium scriptores. 1339
— cur Magnus vocitatus? *ibid.*
Moses Literarum autor. 1341
Mosul, urbs Mesopotamiae amplissima ad dextram Tigridis. 516
Muhammedes vocatus Apostolus Dei. 303
Muhammedani Imagines nec civiles nec privatas ferunt. 729
Muhammedani adoratori Meccam respiciunt. 920
Muhammedani formula statas precandi habent. 1285
Muhammedes quid de Christo profiteri coactus fuit? 1340
— cur Dei filium negat. *ibid.*
Muhammedes quibus artibus religionem suam propagaverit? 1342
Mulier superstiosissima à Frumento convertitur. 1531
Mures cur Ranis bellum denunciant? 1157
Muzal, vide Mosul.
Myopes boves in furorem agunt. 1124
Mythisus, socer M. Antonii Gordiani, vir belli pacisque artibus innutritus. 405

N.

N*aamath urbs ubi sita?* 120
Naama urbs Palestina in Tribu Juda. *ibid.*
Naamah conjux fuit Salomonis. 122
Nabathæi ex quo prognati, & qua loca inhabitarunt. 59
Nachor prius Idololatra, dein conversus. 57
Nacolia Pseudo-Episcopus an primus Iconoclasta? 725
Nacolia urbs in Phrygia utriusque confinio sub Constantinopolitano. 730
Natalis Alexander à quibus seculis Imaginum Historiam deducit? 712 & seq.
Nathanael Conopius Patriarcha Constantinop. Protosyncellus Historiam Cyrilli Lucaris conscripsit. 513
Nazirai à quibus rebus cavebant. 167
Naziræorum votum erat voluntarium. *ibid.*
Nebucadnezar omnia Judæorum sacra igne absumit. 1342
Neocori custodes Templorum in summa religione habiti. 426
Nero primus Christianos persequitur. 373
Nestorius Oasi in exilium ab Theodosio relegatus. 124
Nestoriani qua loca incolunt? 516
Nestoriani hodie Nestorii Hæresi non assentiuntur. 517
— quid profitentur

— cum Græcis conveniunt. *ibid.*
Nestoriani cur rejiciunt Concilium Ephesinum? 518
Nestorius quo modo mortuus? 1343
Nethineæorum quale munus? 154
Nenhusius Barthol. vide Barthol.
Nicæna Synodi IV. qui Præsides? 458
Nicæni Conciliabuli Historia. 799 & seq.
Nicæna Synodus sub Irene quo anno & mense habita. 800
Nicæna Synodus inchoata 24. Sept. & dissoluta XII. Octobris. 803
Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus fuit. 197
Nicephorus Patriarcha Constantinop. antesignanus Iconoclastarum. 496
Nicephorus an primo ex familia Ascetarum? 749
— cur Patriarchatum pulsus? *ibid.*
Nicephorus ex Laico Patriarcha. 795
— in Tarasii locum sufficitur. *ibid.*
— acerrimus Imaginum defensor. *ibid.*
Nicephorus Irene succedit. 845
— ex Logotheta Caesar creatur. *ibid.*
— favet Iconoclastis. *ibid.*
Nicephorus cur in Platonem & Theodorum Studitam animadvertit? 845
Nicephorus à Bulgaris interficitur. 846
Niceta David, vide David.
Nicetas Seidus Seculi XI. Scriptor. 527
Nicetas Byzantius, Philosophus, vindex Synodi Chalced. 530
Nicetas Seidus, acerrimus defensor causa Græcorum. *ibid.*
Nicetas à quo tempore Historias orditur? 644
Nicolaus Myra Episcopus. 501
Nicolaus Methonensis Episcopus, scripsit contra Azyma. 529
Nicolaus Hydruntinus sub Alexio Angelo IV. scriptis contra Latinos in Græcis celebris. 530
Nicolans III. sedit tempore Eugenii III. 647
Nicolaus Hincmarum fraudis accusat. 672
Nicolaus Eremita cur linguâ præcisâ necatur? 846
Nigrita prostratum coram Regibus caput pulvere adspargunt? 924
Niem (à) Theodoricus, vide Theodoricus.
Nilus Archiepiscopus Thessalonicensis fuit sub Andronico Seniore Paleologo. 444
Nilus Cabasilas, Archiep. Thessalonicensis longe celeberrimus, contra Latinos scribit. 532
Nilus unde oritur? 1025
Ninus quo modo extinctus? 1350
Nomades Arabia Deserta incola, & Euphratis accola, & cur ita vocati. 120
Nomen novum dare, symbolum adoptionis, regenerationis &c. 330
Non-Conformista Protestantes qui sunt? 1263, 1264
— cur magis abalienati ab unione Anglicana. *ibid.*
— cur non facile cum aliis reunientur. *ibid.*
— abhorrent ab omni Episcopali Disciplina, & usu Liturgie Anglicana. 1263, 1264
— Independentiam Ecclesiarum statuunt esse Divini ac Apostolici juris. *ibid.*
Novatiani spem salutis post Baptismum in peccata lapsis interdiciunt. 188, 210
Nova Trajana à quo subacta & ita dicta? 415
Novissimum tempus quid significat? 109
Numa Pompilius primus posuit Templum fidei & Pacis. 621
Numa quomodo Romanis imponebat? 1337
Numerus XXV. (radix quadrata est extracta ex numero Apocalypitico 666) singulari ratione in Ecclesia Rom. conspicuus est. 386
Numina duo unâ nuncupatione & unô delubro venerari mos apud Gentiles. 437
Nummi an signati tempore Jobi, incertum? 87
Nummi cum capite Regis, & ejus qui cudi voluit, quid denotabant? 398

I N D E X

- O.
- O**asis, civitas Arabia sterilis. 124
 — in hanc relegavit Nestorium Theodosius. ibid.
 Ob quid significat? 15
 Objectiones contra Paulum autorem Epistola ad Hebraeos
 cujus generis sunt. 241
 — refelluntur. ibid. & seq.
 Oblationes pro mortuis, & eorundem natalitiis quando
 inchoata? 907
 Oblia epitheton quid significarit? 915
 Obolus Hebraorum valet assen nostra moneta. 86
 Occamus Guilielmus, vide Guilielmus.
 Octavius Caesar Octavia sorori publica parentat. 1497
 Odisci qua gens? 501
 Oecumenius quo tempore vixit, incertum. 197
 Oecumenica Synodi quot? 801
 Oeconomia vetus diversa sapissime fuit. 1205
 Oleviani objectio circa regimen Ecclesiasticum expensa.
 1227, 1228
 Olivetanus ob libertatem in vita periculum adductus, vix
 liberatur. 1533
 — toxico è vita sublatus. ibid.
 — ei debetur Bibliorum Gallicorum translatio. ibid.
 Olor sub lauro securus est à Fulgure. 1441
 Onuphrinus Panvinus in Platinam annotationes conscribit.
 623
 — mortuus anno atatis XXXIX. ibid.
 Onuphrinus Panvinus notatus. 624
 Onuphrinus cur notatus. 682
 Optatus in Numidia Episcopus fuit. 201
 Opus de Vitis Pontificum quas mutationes passum? 652
 Oratores Gentium a preceatione initium dicendi sumebant.
 1357
 Ordinati excidere possunt Clericatu & redire ad Laicos.
 886
 Ordinati in Vetere Ecclesia non poterant transire ad castra
 secularia. 895
 Ordinare quos non licitum in Vetere Ecclesia. ibid.
 Ordinatio absentibus Episcopis facta per Presbyteros. 1176
 Oriens an fuerit Syria vel Arabia Petraea? 32
 — denotat Arabiam. ibid.
 Orientales admodum superstitiosi in declinandis Nominibus
 infauisti. 329
 Orientalis Ecclesia qua sit Allatio? 485, 486
 — qua revera sit. ibid.
 — qua purior. ibid.
 — qua impurior. ibid.
 Orientalium qui Rom. Pontifici accesserunt, ut Schismatici
 inter suos habentur. 490
 Orientales Graeci latissime patent. 502
 Orientales negant Spiritum S. etiam à Filio proficisci. 525
 — in quibus conveniunt & dissentiunt à Latinis. 526
 Orientales Imperatores invident Occidentalibus nomen Regum.
 564
 — quomodo eos vocabant. ibid.
 Origenes Adamantius cur anathematizatus? 173
 Origenes succedit Clementi in Cathedra Catechotica. 193
 Origenes quando scripsit? 373
 — sub Commodio natus. ibid.
 — sub Gallio mortuus. ibid.
 Origenes atatis anno LX. contra Celsum scribit. 415
 Origenes an literas scripsit ad Philippum? 435
 Origenes duodevigesimo atatis anno Praefectus Schola Alexandria.
 889, 1360
 Origenis propugnatores & laudatores qui? 969
 Origenes non pauca habuit ab usu Ecclesia aliena. 1386
 Osculum reverentia & amoris signum. 1363
 Ostrichus Rex Anglo-Saxonum cur exosus? 590
 Ostiarius quo ritu consecratur? 894
 Otacilia Philippi conjux de fide Christiana edocta Maritum
 & Filium ad eandem convertit. 409
- P.
- P**acis media qua? 1080 & seq.
 Pada an urbs an regio? 57
- P**anes per quos & qua voce cantare soliti? 431
 Pagani ritus multi adhuc temporibus Christianorum Imperatorum.
 432
 Pagani Imagines non adorabant ut Deos, sed ut eorum
 simulacra. 840
 Palaologus Michael, vide Michael.
 Palamas Gregorius, vide Gregorius.
 Palinodiam qui canere coacti? 1198
 Pallas Libertus in magna gratia fuit apud Neronem. 326
 — Veneno sublatus. ibid.
 Palmerius Matthaeus, vide Matthaeus.
 Panadensis Castellum muri terra motu concidens. 856
 Pancarea Imagines, vide Imagines.
 Panem cum aliquo sumere, signum solandis adfictis. 83
 Pane fermentato omnes Orientales, exceptis Armenis solis,
 utantur. 543
 Pannonius Johannes, vide Johannes.
 Pantanus an Evangelium Matthaei apud Indos invenit?
 272, 273
 Pantaleon Monachus Saeculo XIII. scripsit de erroribus Graecorum.
 861
 Papa seu Pater Romanus Episcopus dictus tempore Constantini.
 469
 Papa Formosa inter quos Pontifices Roma sedit. 591
 Papae summa potestas. 440
 Papa quomodo ad Reges, ut Dominos suos, scribere solebat?
 796
 Paparum arrogantia & fastus in quibus consistit. 571
 Paparum Saeculo VIII. & IX. vitia qua? 659
 Papatus cur proscriptus esse debet ab omni forma Ecclesiastici
 regimini. 1119
 Papebrochii sententia de Petro rejecta. 350
 Papias haeresi Millenariorum infectus fuit. 267
 Papias Ecclesia Hierapolitana fuit Episcopus. 331
 — primus omnium traditionis parens. ibid.
 Papias Hieropolitanus in Phrygia Episcopus. 357
 — parva fidei & auctoritatis fuit, 358 & seq.
 Papias multa fabulosa narravit. 358, 359
 — Regni in terris Millenarii primus Auctor. 358
 — mediocri ingenio praeditus fuit, & plane rudis. ibid.
 Paradisi sedes ubi? 1024
 Paræcia quid significat? 1131, 1132
 Parasini quo modo Crucem Christi venerabantur? 866
 Parentalia annua Senatus consultis decernebantur. 160,
 162
 Parisina Synodus sub Ludovico Pio quando habita? 833
 — quid de adoratione Imaginum decrevit? ibid.
 Parisius (de) Johannes, vide Johannes.
 Paschalis Chronici Auctor consarcinator ineptus. 420
 Paschasinus Vicarius Rom. sedis qualem primatum Ecclesia
 Rom. describit. 449
 Passionalis veteris fabula. 356
 Pastor Reformatus in Rhetia anno atatis 118. nulla fractis
 viribus ministerio fungitur. 101
 Pastores quibus nominibus denotati? 1140
 — quas partes obire debent. ibid.
 Pastorum munus quod sit? 1359
 Patientiam injuriarum, etiam in Majestatem, servile Aristoteles
 censebat. 1508
 Patriarcha primitus unus tantum erat apud Judaeos. 293
 — non electione, sed generis Regii successione, ad id fastigium
 evehctus. ibid.
 Patriarcha apud Judaeos quot erant? 293
 — quando aboliti? 294
 Patriarcha Judaeorum hereditarius prima dispersionis debebat
 Alexandria. 378
 Patriarcha non ante Saeculum V. noti supra Exarchos caperunt
 eminere. 451
 Patriarcha non noti apud Nicanenses. 452
 Patriarcharum Imagines cur erectae in Templis? 720
 Patriarcha Orientis cur abfuerunt à Synodo VII. Constantiana?
 759, 760
 Patricius Eutychius, vide Eutychius.
 Patricides Melchitarum Alexandrinorum Patriarcha. 808
 Pan-

R E R U M.

<i>Paulus an auctor Epistola ad Hebraos.</i>	175 & seq.	<i>Pethor civitas fuit Mesopotamia juxta Euphratem.</i>	123
<i>Paulus quare potius Hebrais quam Judaeis epistolam inscribit?</i>	180	<i>Petrarcha Franciscus, vide Franciscus.</i>	
<i>Paulus falso tanquam idiota accusatur.</i>	243	<i>Petrus de Natalibus Episcopus Equilinus Seculi xv. scriptor.</i>	391
<i>Paulus fuit Gracus.</i>	248	<i>Petrus Arcudius Gentes à Religione Graeca abducere conatur.</i>	486
<i>— ex Tarso Cilicum in Gracia oriundus</i>	249	<i>Petrus Arcudius Corcyrensis, Missionarius ad Ruthenos, Roma moritur.</i>	497
<i>Paulus cur ad Hebraos scribens Gracorum utitur versione?</i>	251	<i>Petrus Matthaeus Lugdunensis Jurisc. compilavit Bullam insertam vii. Decretalium libro.</i>	534
<i>— cur nomen non addit Epistola.</i>	254 & seq.	<i>Petro Damiano claro Seculo xi. falso fabula inscripta.</i>	616
<i>— cur Judaeis exosus?</i>	256	<i>Petrus Stylita cur multatus sub Constantino?</i>	773
<i>Paulus quando conversus?</i>	313, 326	<i>Petrus Ramus qualis homo fuit?</i>	1193
<i>Paulus an eodem tempore conversus & vocatus?</i>	314	<i>— in Synodo Nemausensi damnatus.</i>	ibid.
<i>Pauli conversio facta anno iv. Claudi.</i>	323	<i>Petrus Martyr creatur Canonicus Oxoniensis Aedis.</i>	1245
<i>Pauli itinera descripta.</i>	324, 325	<i>— quid senserit de Episcopatu Anglicano.</i>	ibid.
<i>Paulus qua loca & quo modo peragravit.</i>	ibid.	<i>Petrus ultimus in Aegypti martyribus sub quo & quando passus?</i>	1274
<i>— Ephesi i. ad Corinthios Epistolam scripsit.</i>	ibid.	<i>Petrus Balma ultimus Genevensium Episcopus.</i>	1523
<i>Paulus quantum tempus Ephesi degit.</i>	325	<i>Petrus Balma Canonicos seditionis reos solvit.</i>	1535
<i>Paulus quo anno Romam deductus & morinus.</i>	326	<i>Petrus Viretus strenuus Reformatae Religionis assertor.</i>	1536
<i>Paulus unde ita vocatus?</i>	327	<i>Petrus quod Roma egerit, aut mortuus &c. an largitur Ecclesia Rom. primatum?</i>	467
<i>Pauli plurimi celebres fuere.</i>	ibid.	<i>Petro ob quas rationes Primatus attributus?</i>	312
<i>— ita vocati a statua parva, vel vita genere.</i>	328	<i>Petrus ex vinculo liberatus ultimo Agrippa, & iv. Claudi.</i>	385
<i>Paulus quando in calum raptus?</i>	326	<i>— quo die Januarii fundator Ecclesia Romana?</i>	386
<i>— an a Sergio Paulo converso id nomen accepit.</i>	328	<i>Petrus an Antiochenas imagines Madritum deduxit?</i>	ibid.
<i>Paulus an à conversione Sergii Pauli ita vocatus?</i>	ibid.	<i>— an Ecclesias in Anglia constituit?</i>	ibid.
<i>Paulus inter quas Gentes moratus?</i>	329	<i>Petrus quomodo delineatus?</i>	388
<i>— cur Sauli nomen abiecit?</i>	ibid.	<i>Petrus quot Annos sedit?</i>	685
<i>Paulus cur nomen non praeposuit Epistola ad Hebraos?</i>	330	<i>Petrus an scripserit ad Judaeos vel ad Gentes?</i>	176 & seq.
<i>Paulus in Epistola Petri Romae degentis non meminit.</i>	344	<i>Petrus an meminerit Pauliana epistola ad Hebraos?</i>	183
<i>Paulus quo tempore conversus?</i>	347	<i>— & seq.</i>	
<i>Paulus an Episcopus Rom. Ecclesiae, & in Casaru Palatio Ecclesiam erexit?</i>	351	<i>Petrus an Roma fuit, ibidemque Euangelium predicavit?</i>	331 & seq.
<i>Paulus an Corinthi cum Petro degit?</i>	369	<i>Petrus Roma fundasse Ecclesiam qui testes.</i>	331 & seq.
<i>Pauli pictura an in aliqua Ecclesia culta?</i>	782	<i>Petrus sub Nerone martyriò sublati.</i>	332
<i>Paulus cur primo cecus, dein oculatus?</i>	1384	<i>Petri certamen cum Simone Mago.</i>	333
<i>Paulus Orosius vivo Hieronymo scripsit Historiarum libros.</i>	407	<i>Petrus an comparandus cum Christo?</i>	343
<i>Paulus Patriarcha Constantinop. sponte abdicavit, cessurus Tarasio ex Laico Patriarcha.</i>	582	<i>Petrus Judaeis Euangelium annunciauit.</i>	ibid.
<i>Paulus Patriarcha Constantinopolitanus, Iconomachus, Praesul insigni virtute & existimatione cur sponte abdicat?</i>	793	<i>Petrus crucifixus inversò corpore.</i>	345
<i>— quo anno vita excessit.</i>	ibid.	<i>— quando in carcerem conjectus.</i>	346
<i>Paulus i. quando mortuus?</i>	778	<i>Petrus ab Herode in carcerem conjicitur.</i>	ibid.
<i>Paulus Nole in Campania Antistes.</i>	712	<i>Petrus nec sub Tiberio & sequentibus Principibus Romae fuit.</i>	ibid.
<i>Paulus Exarchus an jussu Leonis Gregorium interficere in animo habuerit?</i>	739	<i>Petrus cur Antiochia degit?</i>	347
<i>Paulianista admittebantur ad Ecclesiam rebaptizatione, non manuum impositione.</i>	904	<i>— an Roma tanquam Episcopus sedit?</i>	ibid.
<i>Paulinus, Episcopus Nolanus cum quibus equalis?</i>	203	<i>— quo tempore mortuus?</i>	348, 349
<i>Paulinus, Aquilejensis Episcopus, sub Carolo M. clarus, prostrigat Nestorianam heresim.</i>	206	<i>Petrus Roma fuisse qui crediderunt?</i>	353
<i>Pecunia vocatur à signata pecude.</i>	84	<i>Petrus an cum Paulo fundavit Ecclesiam Romanam?</i>	366
<i>Pecuniam rudem ex solo pondere aestimare mos apud plurimas Gentes.</i>	87	<i>Petrus primus non predicavit Romae.</i>	367
<i>Pedes Pontificum osculari mos.</i>	662	<i>— quando Romam venit.</i>	ibid.
<i>Pelicanus enectos pullos sanguinis sui adspersione in vitam revocat.</i>	1441	<i>Petrus cur Romam properasse creditur?</i>	ibid.
<i>Pentapolis quomodo ab Arabibus vocatur?</i>	275	<i>Petrus an Corinthi cum Paulo docuit?</i>	369
<i>Pentapolis, pars Flaminia, à quinque praecipuis olim Civitatibus, ita dicta.</i>	775	<i>Petrus cur sepultus creditur in Vaticano?</i>	370
<i>— quas urbes Principes habet.</i>	ibid.	<i>Petrus crucifixus capite inversò.</i>	ibid.
<i>Peraea regio ubi collocata?</i>	20	<i>— & magnifice & more regio à Presbytero Marcello sepultus.</i>	ibid.
<i>Pergensis Pamphyliae Metropoli, Synodi sub Constantino vi. Praes.</i>	755	<i>Petrus quo tempore priorem epistolam scripsit?</i>	376
		<i>Petrus si Roma Episcopus fuisset, meminisset urbis in Epistola.</i>	376
		<i>Petrus an Simonis causa Romam profectus?</i>	381
		<i>Petrus an Antiochena Ecclesia cum Paulo fundata?</i>	381

I N D E X

<i>toribus Christianus fuit.</i>	402	<i>Plato cur à Synodo Constantinop. in exilium missus?</i>	845
<i>Philippus Arabs ortus patre latronum duce nefarie Gordianum interficit.</i>	405, 406	— <i>quando mortuus.</i>	848
— <i>quibus artibus usus ad Imperium firmandum & invadendum.</i>	ibid. 414	<i>Pœna statuta in Orientali Ecclesia adversus Laicos tenentibus.</i>	552
— <i>quando & quo animo ad regnum pervenit?</i>	ibid.	<i>Pœnitentes quibus ritibus impositionem manuum accipiebant?</i>	901
— <i>an Christianus fuit?</i>	ibid. & seq.	— <i>à quo & quem in finem.</i>	ibid.
— <i>a Templo prohibetur à Babyla Episcopo Antiocheno.</i>	407	— <i>per quot gradus, & quibus ritibus Ecclesia reconciliabantur.</i>	ibid.
<i>Philippus in Deorum numerum relatus.</i>	411	<i>Pœnitentes quo ritu erant, quum manus imponerentur?</i>	925
<i>Philippus Filius cur ἀγέλας & dictus?</i>	ibid.	<i>Pœnitentium quot genera?</i>	1209
<i>Philippum Arabem non fuisse Christianum invidiis argumentis demonstratur.</i>	412 & seq.	<i>Pœta qui à Platone à civitate prohibiti.</i>	434
<i>Philippus qua ratione Imperium invadit.</i>	414	<i>Pœtica à Platone non recepta in Civitatem, optimis Legibus confirmandam.</i>	ibid.
— <i>multis & magnis vitiis infamatus.</i>	415	<i>Pœta liberrimus, testis Johanne Papissa.</i>	601
<i>Philippus Praefectus Aegypti non confundendus cum Philippo Augusto.</i>	420	<i>Polemo Rex Ponti à Caligula in regnum restitutus.</i>	398
<i>Philippus cur Saturninus dictus?</i>	423	<i>Polemonis Icon mirabilis quid effecit?</i>	816
<i>Philippus annum millesimum Urbis magnifice celebrat.</i>	429	<i>Polemo Philosophus Ethnicus, magister Zenonis.</i>	817
<i>Philippus cur à Senatu improbatus?</i>	436	<i>Politia Spiritualis, qua Ecclesia gubernari debeat, an in Sacra Scriptura vetita?</i>	1033
— <i>à Decio ad urbem Veronam interfectus.</i>	ibid.	<i>Polycarpus sub quo, & quando passus?</i>	357
— <i>sex annis tantum imperavit.</i>	ibid.	<i>Polycrates ab Aniceto dissidet.</i>	1372
<i>Philippus II. Hispania Rex pediculari morbò corrosus.</i>	785	<i>Polyxena ad hostilem tumultum casa.</i>	166
<i>Philippus Tetrarcha Trachonitidis regionis.</i>	818	<i>Pompeji in Casarem iniquior animus in quibus consistebat?</i>	975
<i>Philones quot fuerunt.</i>	8	<i>Pontificatus Maximus cur datus Imperatoribus?</i>	433
<i>Philo pro Judais legationem ad Cajum Claudium suscipit.</i>	283	<i>Pontificatus quibus artibus aditus?</i>	ibid.
<i>Phineas an vixerit annos 350?</i>	99 & seq.	<i>Pontifices ubi ordinarie habitant Roma?</i>	582
<i>Phineas an fuit Elias per μετεμψύχασιν?</i>	102	<i>Pontifices noviter electos collocatos fuisse in sede Lapidea, Stercoraria dicta, mos.</i>	607
<i>Phlegon Trallianus, Libertus Hadriani.</i>	317	<i>Pontifices cur in sella percussa poni solebant.</i>	609
<i>Phoenix Symbolum Christi à morte tanquam ex cineribus suis resurgens, & fidelis anima, qua solis justitie radis subacta morte cælo renascitur.</i>	1441	<i>Pontifices qui facinorosi, monstrosi &c?</i>	613
<i>Photii scripta plurima deperdita.</i>	636	<i>Pontifices Hæretici qui?</i>	619
<i>Photii libri contra Nicolaum cur igni adjudicati?</i>	637	— <i>teterrima monstra qua?</i>	620
<i>Photius sub quo, & quo tempore floruit.</i>	197	— <i>duo, Avenionensis & Romanus, per annos quinquaginta.</i>	ibid.
<i>Photius an Eunuchus?</i>	627	<i>Pontifices à quo tempore annos Imperatorum censere soliti.</i>	678
— <i>gratiam miserationemque Romani Pontificis agnoscit.</i>	ibid.	<i>Pontifices Domini ab Imperatoribus vocati.</i>	732
— <i>quando restitutus?</i>	ibid.	<i>Pontifices à quo tempore Clavibus Sceptrum junxerunt.</i>	776
<i>Photius Vir ætatis suæ Doctissimus scripsit contra Romanam Ecclesiam.</i>	634	<i>Pontifices quando Celibatus legem introducere cœperunt.</i>	898
<i>Photius Nepos Tarasii Patriarchæ ex Laico Patriarcha factus.</i>	795	<i>Pontifices simul & Casares apud Romanos.</i>	1552
<i>Photius an in serie Alexandrinorum Prasulum?</i>	808	<i>Pontificii qui Epistolam Pauli ad Hebræos agnoverunt.</i>	214
<i>Photius Iconomachos damnat.</i>	860	<i>Pontificii legati quid egerunt circa Canonem Concilii Nicœni?</i>	446
<i>Phrygia urbes præcipue venerata fuere Majestatem Imperii Romani.</i>	426	<i>Pontificii in quibus differunt circa manuum impositionem à primitiva Ecclesia?</i>	876, 877
<i>Phylarche erant Principes in domo Patrum.</i>	299	<i>Pontificum Maximi titulus quamdiu servatus à Christianis Imperatoribus?</i>	432
<i>Physon an Ganges, qui per Indos in Africam deducit, ut per Gades in mare se effundat.</i>	1024	<i>Pontificum fastus consistebat in eo, quod neminem Imperatorem censerent, nisi ab iis coronatum.</i>	570
<i>Pictura Christi in Calicibus Sacris, ejusque finis.</i>	713	— <i>ab Johanne VIII. fastus ille cœpit.</i>	ibid.
<i>Pietas cur velata in Nummis?</i>	1504	<i>Pontificum fabula.</i>	615 & seq.
<i>Pietas virtutum omnium compendium, & fulcrum Regnorum condimentumque est.</i>	1505	<i>Pontificum potestas in quibus apparet?</i>	629
<i>Pilatus ad Tiberium de Christo scribit.</i>	372	<i>Pontificum legati in Conciliis non semper præfederunt.</i>	780
<i>Pilatus cur à Nerone interfectus?</i>	388	<i>Popilius Antiocho circulum, quem non excederet, virgâ præscripsit.</i>	1420
<i>Pileus libertatis insigne.</i>	1363	<i>Poppæa cur pia vocata?</i>	401
<i>Pilloria qua loca?</i>	734	<i>Poppæa Sabina, projecta libidinis fœmina, à qua re laudata.</i>	1505
— <i>unde ita dicta.</i>	ibid.	<i>Porphyrogenitus Leo IV. à Porphyra loco nativitatis dictus.</i>	788
<i>Pipini indulgentia erga Pontifices in quibus consistit.</i>	1552	<i>Porphyra, locus aut Triclinium Palatii, quod nascentes Imperii successores primum excipiebat.</i>	790
<i>Pipinus Rex terra se prosternit coram Stephano III.</i>	572	<i>Potestas Roma tripartita quomodo fuit?</i>	560, 561
<i>Pipinus Aistulphum ad extrema redigit.</i>	776	<i>Potestas summa circa Res Ecclesiasticas quando irrepit?</i>	1128 & seq.
— <i>ei Exarchatum Ravennatensem & Pentapolin extorquet.</i>	ibid.	<i>Potestas inter Pastores & Ministros Evangelii non est præcise præcepti Apostolici.</i>	1271
<i>Pithæus Jætus & Historicus in Gallia eximius.</i>	834	<i>Praefecti Pratorio, summus præfectura apex.</i>	289
<i>Plagipatides vocabantur apud Lacones, qui nulla non verbera flagellaque paterentur.</i>	1059	— <i>qui</i>	
<i>Plangere mortuos ad sepulcra apud quas gentes solitum.</i>	162		
<i>Platina Bartholomæus, vide Bartholomæus.</i>			
<i>Plato Monachus, Hegumenus Saccudiorum Monasterii in Suburbano Constantinop.</i>	844		
— <i>addictissimus Imaginum superstitioni.</i>	ibid.		

R E R U M.

— qui sub iis erant.	ibid.	Ætus.	328
Præsentia Pastoris apud Anglos sufficit per dies decem toto annò.	1280	Proculus Christianus an sanavit per oleum ritu Christiano Severum?	373
Præfatagus Icenorum in Britannia Regulus.	393	Prodromus Theodorus, vide Theodorus.	
Præces pro Mortuis quem in finem factæ?	547	Professores Literarum immunitatis prærogativam habebant.	434
Præces ad S. Virginem & Sanctos interdicta sub Constantino.	771	Professio Parentum vel aliorum circa Baptismum Infantis quando cæperis?	1289
Præces arbitraria à primis Christianis fuscæ.	932	Protesilaus refert Laodamia imaginem.	1044
Præcum formula præscripta fuerunt in primævis Ecclesiis.	936	Proveciores qui sunt?	1314
Præces in Vetere Ecclesia ter de die fiebant.	ibid.	Prudentia Theologi in quibus consistit?	1385
Præcum formula non improbanda.	1291	Psalmus 90. non Moysi, sed Davidis, aut alterius videtur, & ob quas causas.	99
Præcationibus & votis impetrari debet Spiritus Sanctus.	1293	— Moysi adscribitur.	103
Presbyter Johannes, vide Unchan.		Pseudo-Origenes notatus.	11
Presbyteri absente Episcopo ordinare poterant Presbyteros & Diaconos.	882	Pseudo-Dorotheus quando scripsit?	276
— eorum Consecratio quomodo facta.	883	Pseudo-Græci non unius generis fuere.	488
Presbyteri quare trigesimo atatis annò eligebantur?	889	Pseudo-Smerdes inter Persarum Reges non relatus.	641
Presbyterianum regimen magis Democraticum, quam Aristocraticum est.	1049	Pischoon Fluvius exoneratur in Sinum Persicum.	1025
Presbyteri cur Seniores vocati?	1112	Psitakizein quid significat.	1054
Presbyteri in Vetere Ecclesia in aliis quam in Verbo laborarunt.	1164	Ptolomæus progenies Valentini legem Moysi traduxit.	173
Presbyteri Ordinationem facere poterant absentibus Episcopis.	1176	Publicani cur apud Iudeos aque exosi, quam Gentiles?	1325
Presbyterium quid fuerit?	1195	Pueri & Infantes in Romana Ecclesia ordinati Presbyteri.	889
Presbyteriani sublato volunt Episcopos aut Metropolitanos Provinciarum.	1268	Pulvere caput adspargere coram Regibus quale signum?	924
— cur eos offendit Articulus Liturgiæ Baptismalis.	1269	Purgatorius Ignis non admissus à Græcis.	546
Presbyteriale regimen non est univ. Divina institutionis.	1273	R.	
Presbyteris ordinandis qua prælegebantur.	1292	Rabanus Maurus Archiepiscopus Moguntinus fuit.	206
Presbyteri cur non cœnant cum Episcopali Ecclesia?	1303	Rachisus ex Duce Foro-Julienſi in Regem Longobardorum evehitur.	775
Presbyter in Ecclesia Anglicana censetur inhabilis, nisi ordinatus fuerit Episcopali ordinatione.	ibid.	— Exarchatum Ravennatensem invadit.	ibid.
— in ejus ordinatione non unus actus supersticiosus conjunctus.	1304	— sed loca restituit.	ibid.
Presbyterorum ordinatio ex usu purioris Ecclesiæ an valida ac sufficiens habita?	ibid.	Raderus Matthæus, vide Matthæus.	
Presbyterium primâ atate ex quibus constitit?	ibid.	Radulphus Monachus, Historicus insignis, Johanna Papisæ meminit.	586
Presbyteri ordinare & consignare poterant.	1305, 1306	— floruit paulo post Seculum x.	ibid.
Presbyteriales qua ratione aggregari possent ad Ecclesiæ Anglicanæ, quatenus Episcopis subest?	1309	Rahabita vel Rahabeni populi Arabia Deserta.	67
Presbyterium quo sensu vocatur Ecclesia Representativa?	1321	Rahabat regio est ad Euphratem proxima Uiz.	68
Primas à quibus cœercendus & judicandus?	1190	Rahma Egyptia an uxor Jobi?	74
Primatus, Episcopus Africanus, sectator Augustini.	205	Rainera vidua, multis præfecta Urbibus, scortum Johannis XII.	624
Primatus, qualis Romano delatus, quid denotat?	448	Ram pater Baracheelis, familia sua caput.	124
Primatus Rom. Ecclesiæ ex quibus deducitur.	450	Ramus Petrus, vide Petrus.	
Primatus primis temporibus honoris & ordinis, minime imperii & potestatis fuit.	451, 457	Ranulphus ab Higeden, Cestriensis Anglus, auctor Historia ab O. Condito celebratissimus inter omnes avi sui Historicos.	586
Primatus Romano delatus non ut Pontifici Occidentali, sed ut Archiepiscopo.	ibid.	— quo seculo vixit?	ibid.
Primatus Ordinis quid peperit?	1188	— Johanna puerperii meminit.	600
Primogenita animantia redimebantur.	156	Ratramnus Monachus Corbejensis celeberrimus scribit contra Græcos.	533
Primogeniti ante legem latam familiarum Principes erant, ac auctoritate sacra & civili eminebant.	1150	Ravennatensis Exarchatus Constantino per vim Pontificis armis eripitur.	774, 775
Primogeniti ante legem Mosaicam Reges & Sacerdotes.	1206	— amplissima Præfectura fuit.	ibid.
Principalis Ecclesia qua sit?	332	— quas provincias complectitur.	ibid.
Principatus qua gentes Sacerdotii jus adjunxerunt.	1552	Ravennatensis Exarchatus quo modo ad Longobardos pervenit?	775
Principe in legitimo tria, & qua desiderantur.	ibid.	Ravennatensis Exarchatus quo modo ab Imperio Græcorum avellitur?	775 & seq.
Principum malorum tempora expugnata apud Orientales		Ravennates cur à Leone deficiunt?	775
		Ravenna Imperatorum & Ostrogothorum Regum, dein Exarchorum, sedes.	ibid.
		— quas urbes principes habet.	ibid.

I N D E X

<i>Reges & Principes Christiani nihilo inferiores sunt jure & potestate Regibus in Rep. Israëlitica.</i>	567	<i>Romanus Patriarcha Nicanorum aetate, jure Patriarchico non gubernavit Ecclesias per omnem Italiam &c.</i>	463
<i>Reges cur tot parricidiis obnoxii?</i>	739	<i>Romanus Episcopus quibus praestitit Provinciis.</i>	468
<i>Reges & Sacerdotes eisdem pleraque Gentes habuere.</i>	1206	<i>Roma an primus Sacerdotalis Thronus?</i>	470
<i>Reges docere possunt absentibus Pastoribus.</i>	1233	<i>Romani cur nomen Regis detestati?</i>	564
<i>Regum nomen sublimius erat.</i>	564	<i>Romani in adoratione Virginis ac Sanctarum Imaginum imitantur Gentiles.</i>	716
<i>Regum munus in quo consistit circa Ecclesiam?</i>	566, 567	<i>Romani cur ad Orientem se vertebant?</i>	919
<i>Regnum quale Christus erexit?</i>	1038	<i>Romana Synodus quibus titulis ornavit Theodoricum Regem Arianum.</i>	1241
<i>Regimen Ecclesiarum quale esse debet?</i>	1119	<i>Romanula & Romandiola nomen unde?</i>	780
<i>Regino Prumiensis sub initia Seculi X. Chronici Scriptor, a Pistorio editus.</i>	588	<i>Rostra, templum Romanae suadae ex rostratarum navium spoliis extructum.</i>	1367
<i>Religiosi qui sunt?</i>	401	<i>Rotruda Filia Caroli à Constantino in Conjugem petita.</i>	830
<i>Remigius, Lugdunensis Episcopus</i>	206	<i>Ruffinus Aquilejensis Ecclesia Presbyter scripsit contra Hieronymum.</i>	203
<i>Remonstrantes quo animo erga Principem & Magistratus fuere?</i>	953	<i>Ruffus Isidorus, vide Isidorus.</i>	
<i>Remora hominum ac ventorum impetus eludit, & navem debilibus pinnis in medio cursu sistit.</i>	1440	<i>Russi quando propriam Patriarcham acceperunt.</i>	501
<i>Reus in S. Scriptura sunt sedes affectuum.</i>	111	<i>Poloni siti intra Fluv. Nysstrum & Borysthenem, quibus legibus ad Rom. Ecclesia fides perducti?</i>	502
<i>Reordinatio seu iterata manuum impositio quando facta?</i>	899	<i>Russorum Imperator cur Regium axioma affectat?</i>	565
<i>Reordinatio quando fiebat primitus.</i>	1176	<i>Russi quo modo Imagines venerantur?</i>	861
<i>Reordinatio severissime olim interdicta.</i>	1307	<i>cur eas in Portis effingunt.</i>	ibid.
<i>in quo casu tamen locum habere poterat.</i>	ibid.	<i>Russorum barbaries qua?</i>	1121
<i>Repetitiones in Precibus reprobata.</i>	1209	<i>Rutheni seu Mosci Patriarcha quam late paret jurisdictio?</i>	503
<i>Requisita in orando quot?</i>	925	S.	
<i>Rerum cum rebus permutatio apud quas Gentes obtinuit, & hodie obtinet.</i>	88	<i>Saba urbs Arabia Deserta.</i>	29
<i>Resuscitati qui apud Gentiles.</i>	1352	<i>Saba Metropolis Sabaorum Felicium.</i>	ibid.
<i>Rex Moab devovit primogenitum filium.</i>	157	<i>Sabai Felices ubi positi?</i>	ibid.
<i>Rhetorum Curia, Metropolis ejus Tractua.</i>	394	<i>veterebus ob luxuriam &c. admodum celebrati.</i>	ibid.
<i>Ridere in Attica Academia nefus.</i>	1377	<i>Sabai incola sunt Arabia deserta, & quos suos habent.</i>	29, 30
<i>Rib pars Aegypti quare sic vocata?</i>	67	<i>Sabai pradatores à quo orti?</i>	58
<i>Riphei Sarmatia montes fuere.</i>	1024, 1025	<i>Sabas Archimandrita barba sua amissionem reputavit divinam castigationem, qua humilis fieret.</i>	581
<i>Risus Paschalis quid erat?</i>	1521	<i>Sabbatina Bulle qua?</i>	679
<i>Ritus qui post Baptismum primavio seculo instituti?</i>	550	<i>Sabinense Territorium jacet inter Umbriam & Latium.</i>	781
<i>Ritus Confessionis Sacerdotalis quando irrepit in Graecorum Ecclesias?</i>	552	<i>Saccas regio Arabia Deserta.</i>	118
<i>Ritus ponendi Pontifices in sella pertusa quamdiu duravit?</i>	608	<i>Saccas, vide Suchita.</i>	
<i>Ritus Christianorum diversi orti, ut reverentia major sacris conciliaretur.</i>	873	<i>Saccudia monasterium in suburbio Constantinop.</i>	844
<i>Ritus suffragandi & eligendi apud Athenienses Magistratus quo modo fiebat?</i>	879	<i>Sacerdotum rasura Graecis invisita.</i>	884
<i>Ritus Ecclesiastici generaliter descripti.</i>	905	<i>Sacerdotium quibus negatum sub V.T.</i>	892
<i>Apostolica Ecclesia plurimos ex Judaica disciplina retinuit.</i>	906	<i>Sacerdotes in Veteri Testamento quibus ritibus initiabantur?</i>	1362
<i>qui in usu.</i>	ibid. 907	<i>Sacerdotes neque claudi neque ceci admissi in Veteri Testamento.</i>	1394
<i>post sublatos Apostolos saepe novi instituti.</i>	ibid.	<i>Sacerdotes apud quas Gentes simul Principes.</i>	1552
<i>& ob quas causas.</i>	ibid.	<i>Sacerdotes Christiani Regià fastu elati, qua jura sibi vindicant.</i>	ibid.
<i>Ritus manuum impositionis in se indifferens, nec de substantia S. Ministerii.</i>	1175	<i>S. Scripturam qui sugillare adorti?</i>	171
<i>Ritus varii cur in primitiva Ecclesia instituti?</i>	1294	<i>Sacra Sindon Taurinensis, referens Corpus Christi delatae Camberium ex Graecia Anno 1488.</i>	619
<i>antè qua mala perpererunt.</i>	1295	<i>Sacra omnia non videntur peracta primis temporibus ex libro Liturgico.</i>	933
<i>Ritus Anglicani à plurimis merito habentur in fermenti Papistici reliquiis.</i>	1299	<i>Sacra Scripta cur Divina Originis atque autoritatis?</i>	1340
<i>Robertus Creighton Historiam Concilii Florentini concinnavit.</i>	491	<i>Sacra Scripta an perierunt?</i>	1353
<i>Robertus Fergusson de Cartesio Judicium.</i>	962	<i>Sacramenta quot à Graecis admissa?</i>	549
<i>Rodericus Zanchoz, Palentinus, Hispania Episcopus, & sub Paulo II. proficiendus Arci S. Angeli, testis Johanna Papa.</i>	600	<i>qua à Christo instituta?</i>	ibid.
<i>Rotwinckius Wernerus, vide Wernerus.</i>		<i>quid eorum nomine apud eas intelligitur.</i>	ibid.
<i>Romanorum Ecclesia constiterunt maximam partem ex Graecis & Gentilibus.</i>	342	<i>Sacrificia primavio non fluxerunt ex jure natura.</i>	105
<i>Romana Ecclesia dignitas tempore Claudii.</i>	367	<i>Sadeel Antonius, vide Antonius.</i>	
<i>an fundator fuit ante Petrum.</i>	ibid.	<i>Sal cuius rei symbolum.</i>	1458
<i>Roma an per Babylonem intelligenda?</i>	375	<i>Saladinus Orientis terror, filius Jobi.</i>	128
<i>Roma ob magnitudinem & impietatem Babylon dicta.</i>	376	<i>Salamanca ex ignibus genita, isdem pascitur.</i>	1441
<i>Roma cur Ρωμν & Ρώμη dicta?</i>	377	<i>Saliani error.</i>	57
<i>Romana Ecclesia cur caput pra reliquis Ecclesiis extulit?</i>	383	<i>Saliva auribus &c. admodum quid adumbrabat?</i>	1458
<i>Romani ubi in Anglia imperium habuerunt.</i>	393, 394	<i>Salomonis Idololatra anni XL. quibus à Deo defecit, reit. centur.</i>	669
<i>Romani tenuerunt litorales arces Britanniae.</i>	399	<i>Salona est Amphissa Locrorum Veterum.</i>	541
<i>Romana Ecclesia cur caput Ecclesiarum?</i>	458		Sa-

R E R U M.

<i>Samargad mons ad litus Occidentale maris Erythrai.</i>	30	<i>Seniores quo modo a Presbyteris in primitiva Ecclesia distin-</i>	ibid.
<i>— etiam nomen Provincia Sabeorum, si non Urbis.</i>	ibid.	<i>—</i>	ibid.
<i>Samaria festa quotannis in honorem filia Jephtha instituta.</i>	161	<i>Sepho, vide Sophan.</i>	
<i>Sanson quare non fuit perfectus Naziraeus?</i>	167	<i>Septem Dormientes, qui Decii temporibus speluncâ slau-</i>	
<i>Sancti Thoma Christiani qui & a quo dicti?</i>	516	<i>— si, & post Theodosium evigilarunt, non memorati ante</i>	
<i>Sanctorum Imagines Sec. VII. & initio VIII. in templis &c.</i>		<i>Gregorium Turonensem.</i>	617
<i>— collocata ornatus & recordationis, non adorationis cau-</i>		<i>Septentrio denotat partes borealiores Syria & Assyria.</i>	56
<i>— sa.</i>	719	<i>Septuaginta Interpretes primo verterunt Pentateuchum.</i>	41
<i>Sanctuarium, in quo Arca, erat versus Occasum.</i>	921	<i>— an alios libros transtulerunt.</i>	ibid.
<i>Sapientes qui apud Judaeos?</i>	1359	<i>— eorum historia.</i>	381
<i>Sara filia Aser an vixerit per annos 350?</i>	99	<i>Serapion Episcopus Antiochenus quando floruit?</i>	281
<i>Saraceni Arabia Deserta populi cur Orientales dicti?</i>	31	<i>Serapis, summum Numen in Aegypto.</i>	293
<i>Saraceni ob Imagines cultas persecutionem in Christianos</i>		<i>— ab omnibus coli debebat in Aegypto tempore Ha-</i>	
<i>— movent.</i>	729	<i>— driani.</i>	ibid.
<i>Saraceni cur Christianos accusarant Idololatria?</i>	841	<i>Serenus Massiliensis confringit Imagines.</i>	718
<i>Saraceni Creta, aliisque Insulis potiuntur.</i>	855	<i>Sergius Paulus, Proconsul in Cypro fuit.</i>	328
<i>Sardicenses Canones cum Nicana sanctione non confunden-</i>		<i>Sergius quot annos sederit?</i>	691
<i>— di.</i>	452	<i>Servatus Lupus, vide Lupus.</i>	
<i>Satana traditio qua poena fuit?</i>	1196	<i>Servilis conditio militiam apud Romanos prohibebat.</i>	896
<i>Satyri unde orti?</i>	424	<i>Servitutis cultus quid denotat apud Augustinum.</i>	836
<i>Saxo vel alii dura materia cur leges & Decreta publica</i>		<i>Servius Rex as animalium figuris signavit.</i>	84
<i>— insculpta.</i>	107	<i>Servi devoveri soliti.</i>	153
<i>Scytha unum Episcopum habent.</i>	1221	<i>Servos intra quod tempus recipere licuit.</i>	896
<i>Schedel Hartmannus, vide Hartmannus.</i>		<i>Servi quo loco habitati apud Hebraeos?</i>	897
<i>Scholarius Georgius, vide Georgius.</i>		<i>Sessio in precibus an signum irreverentiae?</i>	922, 923
<i>Scholarii qui?</i>	799	<i>Severa Coniux Philippi an ab Hippolyto Portuensi conver-</i>	
<i>— conatibus Irena circa Imagines obsistunt.</i>	ibid.	<i>— sa?</i>	416
<i>Scholastici Doctores qui sunt?</i>	1360, 1361	<i>Severus Gabriel, vide Gabriel.</i>	
<i>— quando provenerunt?</i>	ibid.	<i>Severi favor erga Christianos unde?</i>	373
<i>Scriba in Judaica Republica Sacrorum interpretes erant.</i>	1358	<i>Severus cur Britannicus vocatus?</i>	397
<i>— consultabantur in dubiis ac perplexis rebus.</i>	ibid.	<i>Severus quando cum exercitu in Britanniam profectus?</i>	ibid.
<i>Scripta multa Auctorum, quia Papis adversa, aut Roma</i>		<i>— Eboraci mortuus.</i>	ibid.
<i>— inuisa, hodie non apparent,</i>	637	<i>Severi Imperatoris Symbolum quale fuit?</i>	1450
<i>Scriptores qui meminere Johanna Papisse.</i>	596 & seq.	<i>Siamenses non filium Regis, sed majorem natu fratrem,</i>	
<i>Scriptores Sacri fraudem facere, si voluissent, non potue-</i>		<i>— regno proficiunt.</i>	132
<i>— re</i>	1337	<i>Sigebertus Gemblacensis Monachus, clarus Annò MCI. Jo-</i>	
<i>Scriptores in Graecis inclyti qui?</i>	529	<i>— hanna Pape meminist.</i>	593
<i>Scrivenerius Matthaeus, vide Matthaeus.</i>		<i>Signaculo Crucis quid adscripsit primo Antiquitas?</i>	909
<i>Scythiam regio fuit in Tribu Issacharis.</i>	119	<i>Signaculum Crucis in usu baptismali familiare Christia-</i>	
<i>Seba Abrahami ex Ketura nepos ubi habitavit.</i>	29	<i>— ni.</i>	913
<i>Sebasta olim Samaria appellata.</i>	161	<i>Signaculum crucis quomodo à Veteribus habitum?</i>	1295
<i>— ibi Deificaverunt Jephtha filiam.</i>	ibid.	<i>Silentium celebrare quid denotat?</i>	729
<i>Seclatores Cepha qui?</i>	369	<i>Silentiarii qui dicti?</i>	ibid.
<i>Seculares Iudi, vide Iudi.</i>		<i>Simeon Thessalonicensis Seculo XV. scripsit contra Hareses</i>	
<i>Seculi IV. & V. qua superstitio fuit?</i>	935	<i>— omnes.</i>	504
<i>Sedes Ecclesiarum quot Petro adscripta?</i>	463, 464	<i>Simon Magus an fuit Semon Deus Sabinorum?</i>	48
<i>Sedere coram Abessinorum Rege, animi submissi indicium.</i>	928	<i>Simon se ut Deum gerens poenas dat impietatis.</i>	334
<i>—</i>	ibid.	<i>Simon Magus carissimus Neroni.</i>	346
<i>Sedere in cathedra in publica oratione cur nefas?</i>	ibid.	<i>Simon Magus an Roma fuit sub Claudio?</i>	380, 381
<i>Sedulius quando clarus?</i>	204	<i>— an a Senatu & Pop. pro Deo habitus & cultus.</i>	ibid.
<i>Sedus Nicetas, vide Nicetas.</i>		<i>— an statuâ cohonestatus in amne Tiberi cum inscrip-</i>	
<i>Seleucia vicinia erat Babyloni Chaldaica.</i>	378	<i>— tione.</i>	ibid.
<i>Sella perforata imponi Romanos Pontifices mos.</i>	583	<i>Simonis volatus nulla mentio in Romana historia.</i>	382
<i>Sem an fuit Melchisedecus?</i>	189	<i>— qua de eo referuntur, fabula.</i>	381 & ibid.
<i>Semeon Sancus, Deus fidius dictus, quod Fœderum san-</i>		<i>Simon Constantinopolitanus Cretensis, Inquisitor per Orien-</i>	
<i>— ciendorum praeses fuit.</i>	381	<i>— tem Apostolicus.</i>	495
<i>— Sabinorum Numen fuit.</i>	ibid.	<i>Simonius Richardus Evangeliorum fidem dubiam reddere</i>	
<i>— quomodo in Denario Romano representatus?</i>	ibid.	<i>— conatur.</i>	266
<i>— idem cum Hercule.</i>	ibid.	<i>Sinai mons ubi collocatur.</i>	117
<i>Senatores in Curia introitu rem divinam facere solebant.</i>	429	<i>Sinus Ceratini caput Byzantinum Portum constituit.</i>	756
<i>Senatus cur electionem Philippi improbet?</i>	436	<i>Sion Ecclesia Princeps Mengrelia.</i>	503
<i>—</i>		<i>Sisunius Patricius car oculis multatus?</i>	747

R E R U M.

<i>Tarsus Cilicia Metropolis.</i>	322	<i>Theodosius quo situ corporis absolutionem ab Ambrosio accepit?</i>	925
<i>Templum Clementis in monte Calio.</i>	582	<i>Theodosiopolis Armenia Prima, ad Euphratem Metropolis.</i>	719
<i>Terentius locus in Campo Marisio.</i>	428	<i>Theodosiana Bibliotheca constabat ex centum & viginti millibus libris.</i>	1429
<i>Ternobium Masia hodie Bulgaria regio.</i>	503	<i>Theodotio sequitur vestigia LXX. Interpretum in versione V. T. sub finem seculi II.</i>	44
<i>Terra motus &c. an adscribendi vindicta Divina in scelerata Imperatorum capita?</i>	768	<i>Theophanes Confessor, Continuator Pauli Diaconi.</i>	749
<i>Tertullianus, primus Latinorum Patrum, quo tempore floruit?</i>	208	<i>Theophanes, vulgo Confessor, Abbas cur exul moritur in Samothrace Insula.</i>	853
<i>Tertullianus an Auctor Epistola ad Hebraeos?</i>	240	<i>Theophilus Alexandrina Ecclesia Episcopus fuit.</i>	196
<i>Tertullianus sub Severo & Antonino Principibus floruit.</i>	371	<i>Theophilus sub Constantino Magno primus Gothorum Episcopus.</i>	1305
<i>Testes cur lapidando manus imponebant?</i>	874	<i>Theophilus Imperator, Michaelis filius, virtutibus omnibus ornatissimus Princeps.</i>	856, 857
<i>Theatrum Pompeji qua occasione incensum?</i>	429	<i>— omnes complices necis Leonis Armenii interfici jubet.</i>	ibid.
<i>Thecla an Pauli socia, & ad Bestias &c. damnata an semper illasa?</i>	339	<i>— Dux strenuus & fortissimus.</i>	ibid.
<i>Thecla femina descripsit manu Codicem Gracum.</i>	510	<i>— Imaginum cultum severissime interdixit.</i>	ibid.
<i>Thecla mater Theophili Imperatoris.</i>	856	<i>— Imperium administravit Annis XII. & mensibus III.</i>	ibid.
<i>Themaia ex quo oriundi.</i>	29	<i>— Dysenteria extinguitur.</i>	ibid.
<i>Theman in tractu Trachonitidis male confunditur cum Metropoli Idumae Theman.</i>	25	<i>Theophobus strenuus Dux à quo interfectus?</i>	818
<i>— ubi sita est?</i>	26, 32, 33	<i>Theophrastus Eresius cur naturam accusat?</i>	1513
<i>Theman cur Edom vocatur?</i>	116	<i>Theophylactus, Archiepiscopus Bulgaria, novissimus Graecorum Patrum.</i>	198
<i>Theman urbs Orientalis Idumae, in consiniis Arabia Deserta.</i>	117	<i>Theophylactus aetate anno sexto decimo Patriarchatu Constantinopolitano admoventur.</i>	889
<i>— an Insula in sinu Arabico.</i>	ibid.	<i>Theopompus Orator, dum impuri manibus caeleste Chirographum attrectat, mente privatur.</i>	1343
<i>— an in Trans-Jordanica seu Trachonitide.</i>	ibid.	<i>Thiota qua femina fuit?</i>	629
<i>Theoclistus sub Theophilo Curforum Procurator, & praerat Chrysobullis.</i>	859	<i>— an revera fuerit?</i>	ibid.
<i>Theodemirus Abbas.</i>	864	<i>— an pro Johanna Papissa habenda?</i>	ibid.
<i>Theodestes Trapezus, dum impuri manibus caeleste Chirographum attrectat, oculis privatur.</i>	1343	<i>Thologi Anaxagorici qui dicti?</i>	1489
<i>Theodoretus Episcopus Cyprici fuit.</i>	196	<i>Thomaites qui locus Constantinopoli?</i>	738
<i>Theodoricus Niemus, scriba Pontificum, clarus sub finem Seculi XIV. quid scripsit de statua Marmorea Johanna.</i>	583	<i>Thomas Syrus, homo Nestorianus, ad Indos missus.</i>	516
<i>Theodoricus Rex Arianus quibus titulis ornatus à Romana Synodo.</i>	1241	<i>Thomas Archiepiscopus Thessalonicensis.</i>	806
<i>Theodoricus Antiochenus non confundendus cum Theodoro.</i>	808	<i>Thomas Tyrannus a Michaeli Balbo opprimitur.</i>	855
<i>Theodorus Mopsuestenus in Concilio Constantinopolitano cur anathematizatus?</i>	173	<i>Thorndicus Westmonasteriensis Ecclesia in Anglia Canonius.</i>	1118
<i>Theodorus Studites sub quo & quo tempore clarus.</i>	197	<i>Thracensium nomen unde?</i>	770
<i>Theodorus Studita, seditiosissimus Monachus, assertor Imaginum.</i>	496	<i>Tiberiade an Schola fuit Jobi?</i>	64
<i>Theodorus Studita Synodum sub Irene localem vocat.</i>	801	<i>Tiberius qualis fuit?</i>	238
<i>Theodorus Studita cur a Synodo Constantinop. in exilium missus?</i>	845	<i>Tiberius favet Judaeis.</i>	321
<i>Theodorus Studita cur à Leone Armenio carceri traditus?</i>	851, 852	<i>Tiberius an Senatam sollicitavit de Christo consecrando in Deum?</i>	372
<i>Theodorus Studita mortuus in Chalcite Insula.</i>	855	<i>Tiberius oblatum nomen Imperatoris non admittit.</i>	564
<i>— quo anno.</i>	ibid.	<i>Tiberius demptis capitibus Numinum simulacris suum imposuit.</i>	1138
<i>Theodorus Prodromus asseruit Processionem Spiritus S.</i>	530	<i>Tislu regionis Gorgestana caput ad Cynum fluvi.</i>	499
<i>Theodorus Balsamon Patriarcha Antiochenus, clarus sub Alexio & Andronico Comnenis.</i>	ibid.	<i>Timotheus cur Pauli filius vocatus?</i>	227
<i>Theodorus Lascaris Junior, Literatissimus Scriptor, stringit in Latinos calammum.</i>	531	<i>Timotheus Latina factionis, Simoniacae Thronum Constantinop. invadit.</i>	512
<i>Theodorus à Niem statua Johanna Papissa meminit.</i>	605	<i>Tiridates Magus, amicus Tiberii.</i>	346
<i>Theodorus Patriarcha Constantinop. quot annos sedit?</i>	632	<i>Tituli vocabulo quid denotetur?</i>	1278
<i>Theodorus Antiochenus cur exilio mulcendus?</i>	794	<i>Toga lanca Hebraeorum ac Apostolorum vestitus.</i>	914
<i>Theodori Hierosolymitani Epistola Synodica qua?</i>	808, 809	<i>Tonitru Gentium Numen.</i>	1438
<i>Theodorus Hierosolymitanus quo tempore sedem occupavit.</i>	ibid.	<i>Tornobus, vide Ternobium.</i>	
<i>— sub eo Synodus habita Hierosolymis contra Leonem.</i>	ibid.	<i>Toton Dux Constantinum ad Pontificatum evehit.</i>	774
		<i>Trachonitis regio ubi sita fuit.</i>	20
		<i>Trachonitis qua terra sit apud Mosen.</i>	22
		<i>Trachonitis ubi collocatur.</i>	25
		<i>— ubi Ezechiel. vide Ezechiel.</i>	

I N D E X R E R U M.

quò apud Latinos, in usu? 540
 Transsubstantiationis qui Christiani Orientales nesciunt? 541
 Transjurgitani ubi locati? 1025
 Trapezuntinus Georgius, vide Georgius.
 Trinitatis vestigia an apud Ethnicos reperta? 1344
 Trithemius Johannes, vide Johannes.
 Troglodyta qui populi sunt. 59
 Tisba urbs Syria. 30
 Tunathroismus qualis figura? 1051
 Turca cur Religionem nostram rident? 861
 Typi civiles & Politici quid significarunt? 101, 1128
 Tyrannorum eradere titulos mos apud Persas & Gracos. 669
 Tzophar unde oriundus. 119 & seq.
 — an idem cum Tzepho vel Schobal? ibid.
 — an fuit Minus. 121
 — fuit Arabs Scenita, vel Ammonita. ibid.
 V.
Valdenses quando surrexerunt in Gallia? 869
 — qua loca occuparunt. ibid.
 — igne & ferro exterminati. ibid.
 Valens Imperator cur dignitatem cum Monachorum disciplina commutavit? 1373
 Valentianus III. universitatem Ecclesiarum Romam evocavit ad subeunda judicia. 1187
 Valentianus junior lites inter Clericos exortas quomodo judicari voluit? 1236
 Valerius Poplicola primus instituit ludos seculares occasione morbi grassantis & placanda ira Numinis. 427
 Valestii error circa Canonem Concilii Niceni VI. 462
 Vanstebius Dominicanus scripsit Catalogum Patriarcharum Copitarum. 808
 Vapincum Delphinatus oppidum. 1528
 Vaticanina cur relata in Libros? 107
 Vaticanum locus erat prope Circum Neronis, in quo Petrus creditur sepultus? 370
 Veccus Johannes, vide Johannes.
 Veneta Respublica cur Delatores fovet? 1030
 Venus Dea quomodo vocata apud Arabes. 117
 — ei feria sexta consecrata. ibid.
 Verlii temeritas castigata. 1534, 1535
 Vespuntinum Sudarium, in quo Corpus Christi compositum, à Cive Vespuntino redemptum, & ex Oriente allatum Sec. XII. 619
 Vestes lacerare signum pavoris &c. 164
 Vestibulum locus Flentium & Pœnitentium. 413
 Veteres in qua materia scribere solebant. 107
 Veterum error circa Simonem Magum. 381
 Via, in qua statua Johanna Papisse visa, cur declinata à Pontificibus? 605
 Victor Uticensis Episcopus fuit. 204
 Victimis imponebantur manus in translationem reatus in victimam. 874
 — quo in loco, & quibus ritibus id fiebat. ibid.
 Victimis cur manus imponebantur? 885
 Victimam humanas qua Gentes immolavere. 1346
 Videre Denm, quid significat? 110 & seq.
 Vigilius, Episcopus Tridentinus, quibus contemporaneus. 204
 Villalpandi error circa patriam Jobi. 28
 Virgines caste cur reclusa? 167
 Virginitatem cur luxerit Filia Jephtha? 166
 Virgo de Atocha Madriti culta. 352
 Viri Docti qui pro Origene decertarunt? 969
 Vitas suas conscribere mos olim. 145

Ulphila sub Constantino & Valente primus Gothorum Episcopus. 1305
 — Nicana Synodo subscripsit. ibid.
 Unchan cur Presteganus dicitur? 516
 — Imperator Tatarus fuit. ibid.
 — devotus à Chingio. ibid.
 Unctio extrema, Symbolum qualium rerum erat. 550
 Unctionis actus vel coronationis non necessarius circa Imperatores. 565
 Unctio in Presbyterorum aut Episcoporum consecratione à Gracis &c. non adhibita. 884
 Ungere oleo baptizatos cur & quem in finem soliti Graci. 549
 Unio inter Episcopos Anglicanos & alterius Discipline Fratres cur impedita? 1265
 Voconia Lex apud Romanos quid jubebat? 136
 Votorum fines qui esse possent. 170
 — objectum quod esse debet? ibid.
 Ur ubi locatur. 56, 57
 Urbica jurisdictio qua erat? 471
 Urbicaria loca qua fuerunt apud Veteres? 472
 Urbs Legionum est in Glamorgantia Wallie. 392
 Urbis Romane dominium quamdiu mansit? 562
 Utz regio fuit Arabia Deserta, Euphrati proxima. 9
 Utz an fuerit terra Armenia? 19
 — an pars Cananea. 20
 — non fuit pars Idumea. 23
 — non Trachonitidis. 24 & seq.
 Utz qua regio fuit, & ubi sita? 19 & seq.
 Utz credita Idumea, aut pars Idumea. 21
 Utz nepos Semi ubi habitavit, & quas urbes condidit, & quot, & qui fuerunt. 21, 22
 Utz an Damascum condiderit? 24
 — Arami fuit filius. 25
 Utz vel Aus, in Arabia deserta, Rex antiquissimus. 27
 Utz sita est in Arabia Deserta & in qua parte. 27 & seq.
 Utz Jobi sita est versus Euphratem & Babyloniam. 35
 Utz à quo denominata? 55

W.

Walafrius Strabus, Abbas in Diœcesi Constantiensis, vir doctissimus. 863
 Wamba primus perfusus oleo ac unctus. 621
 Wernerus Rotwinckius, Monachus supersticiosissimi Ordinis, auctor Fasciculi temporum, testis Johanne Papa. 600
 Whitredus Rex primam chartam Cantuariensis Ecclesie concessit. 396
 Wilhelmi VI. Hassia Landgravius pietas eximia in quibus apparuit. 1550
 Winceslaus Cesar sacrum fontem lotio infecit, & impositus Altari stercore fœdat. 745

X.

Xenias Hierapoleos in Syria Episcopus damnat Imaginum cultum. 719

Z.

Zacharias Gerganus, Episcopus, scripsit contra Romanos. 508
 Zacharias Childericum regno deponit. 657, 732
 Zachut Abraham, vide Abraham. 30
 Zamargad qua urbs ita appellata? 30
 Zampus Mantuanus Monachus Theatinus & Missionarius Romanus. 508
 Zanchez Rodericus, vide Rodericus.
 Zelach-Eddinus, vide Saladinus.

F I N I S.